BIBLIOTECA NAZIONALE
DI
TORINO

Digitized by Google

Bio- d- 8.

1

PERFEZIONATA FABBRICA di REGISTRI
LEGATORIA d'ogni GENERE
TONATTO & ODDO
Succ.ri LUIGI FAGIOLI
TORINO
Via dei Mille numero civ. 7
e Piazza Bodoni, 5

Digitized by Google

Digitized by Google

R

# BIBLIOTHECA
# ECCLESIASTICA.

Digitized by Google

Digitized by Google

T 34

# BIBLIOTHECA ECCLESIASTICA,

IN QUA CONTINENTUR
DE
## SCRIPTORIBUS ECCLESIASTICIS

S. HIERONYMUS

CUM VETERI VERSIONE GRÆCA QUAM VOCANT SOPHRONII, ET NUNC PRIMUM VULGATIS EDITORIS NOTIS, HIERONYMUM CUM EUSEBIO ACCURATE CONFERENTIBUS: ADJUNCTIS PRÆTEREA CASTIGATIONIBUS SUFFRIDI PETRI ET JO. MARCIANÆI, NEC NON INTEGRIS ERASMI, MARIANI VICTORII, HENR. GRAVII, AUB. MIRÆI, WILH. ERNESTI TENTZELII ET ERN. SALOMONIS CYPRIANI ANNOTATIONIBUS.

APPENDIX DE VITIS EVANGELISTARUM ET APOSTOLORUM, GRÆCE ET LATINE.

APPENDIX ALTERA, QUÆ FERTUR JAM SUB TITULO HIERONYMI DE DUODECIM DOCTORIBUS, JAM SUB NOMINE BEDÆ DE LUMINARIBUS ECCLESIÆ.

GENNADIUS MASSILIENSIS,

ANNOTATIS LECTIONIBUS CODICIS ANTIQUISS. CORBEJENSIS, ET SUBJUNCTIS VARIORUM NOTIS, SUFFRIDI PETRI, AUB. MIRÆI, E. SAL. CYPRIANI.

S. ISIDORUS HISPALENSIS.

ILDEFONSUS TOLETANUS.

HONORIUS AUGUSTODUNENSIS.

SIGEBERTUS GEMBLACENSIS,

APPENDICES JULIANI AC FELICIS TOLETANI ET TERTIA ANONYMI AD ISIDORUM ET ILDEFONSUM.

HENRICUS GANDAVENSIS.

ANONYMUS MELLICENSIS

A R.P. BERNARDO PEZ NUPER VULGATUS.

PETRUS CASINENSIS

DE VIRIS ILLUSTRIBUS MONASTERII CASINENSIS, CUM SUPPLEMENTO PLACIDI ROMANI ET JO. BAPTISTÆ MARI ANNOTATIONIBUS.

JO. TRITHEMII ABBATIS SPANHEMENSIS

LIBER DE S. E.
*CUM NOTIS EDITORIS.*

A. U B. M I R Æ I

AUCTARIUM DE S. E.
*ET A TEMPORE, QUO DESINIT TRITHEMIUS, DE SCRIPTORIBUS SÆCULI XVI. ET XVII. LIBRI DUO.*

CURANTE

JO. ALBERTO FABRICIO, S.S. THEOL. D.

ET PROFESSORE IN GYMNASIO HAMBURGENSI.

La Biblioteca Carmeli Taurinensis

*HAMBURGI*
Apud CHRISTIAN. LIEBEZEIT & THEODOR. CHRISTOPH. FELGINER.
A. C. M DCC XIIX.

Digitized by Google

Digitized by Google

MAGNIFICO,
*NOBILISSIMO AC JURISCONSULTISSIMO*
VIRO

# DN. GARLIEB SILLEM,

REIP. HAMBURGENSIS
CONSULI,
CUM MAXIME PRÆSIDI

*S. D.*
*JO. ALBERTUS FABRICIUS.*

NImium mihi arrogo ; VIR MAGNIFICE, qvod fulgorem Nominis Tui Bibliothecæ huic Eccleſiaſticæ præfigo : Sed nec Te Eccleſiæ ac Litterarum Patronum eſſe piget, neqve huic Volumini illuſtrius veſtibulum præſtrui à me poteſt, & mihi audaciam induit pietas, honeſtusqve ardor Vocem meam & ſtylum publice etiam jungendi Plauſibus juſtiſſimis ac Gratulationibus, qvibus ſuperiore anno tota hæc Civitas perſonuit, cum eugepæ, & o factum bene clamarent omnes, Te ſapienti Ampliſſimorum Patrum electione cooptato in Conſulem, & ad clavum Reip. Hamburgenſis feliciter admoto. Jampridem Prudentiam, Dexteritatem ac Fidem Tuam in graviſſimo Syndici munere

)( tempo-

Digitized by Google

temporibus difficillimis experta eſt univerſa hæc Civitas, cum Patrum Auctoritas & Libertas Civium, Securitas Urbis, totiusqve Reip. Salus pariter cordi Tibi eſſent. Itaqve & Potentatuum externorum Miniſtri, Te pro bono publico ſtante, nobis ſæpe ſunt redditi faventiores: cauſſæ arduæ auſpicato compoſitæ, Reges ipſi ac Principes, ad qvos communi Patriæ nomine ablegatus es, Oratorem Te exceperunt libenter, & ſapienti Svadæ Tuæ præbuerunt aures, atqve Te conciliatore Gratiam ac Benevolentiam ſuam Urbi conſervarunt integram, vel iras aut frigus remiſere. Illo autem maxime peſtilenti ac calamitoſo anno * qvo contagioſa lue ac moleſta concluſione jugiter affligebamur, Tua unius cura, conſtantia & pervigil pro capitibus noſtris ſagacitas ita feliciter enituit, ut ſatis appareret inter medias etiam iras miſericordiæ memorem ſuæ DEUM, graviſſimis malis Te remedium benigniter dediſſe, nobisqve conceſſiſſe, cujus Conſilio ope ac ſollicitudine nec latius ſerperet contagis flagrantia, & qvam maturrime diſpelleretur: illis vero qvi correpti peſtilenti tabe eſſent, nec contagium nec egeſtas poſſet eſſe impedimento, qvo minus ex laudatiſſima Ampliſſimorum vere Patrum benignitate neceſſitatibus eorum diligenter ac largiter proſpectum foret. Merito igitur Reſpublica meritiſſimi LUTKENII ſui inter cœlites recepti fato orba in ſinum Tuum ſe recepit libens, & Te Conſule regi peroptat gaudetqve, cujus Conſiliis tantum debere ſe agnoſcit & intelligit, & cujus Virtutem tam illuſtria documenta omni memoriæ conſecrarunt. Non mirum hinc, ſi & litteræ bonarumqve artium ſtudia horumqve profeſſores à tam prudenti Magiſtratu ac perito fauſtam ſibi promittunt ætatem, felicemqve Tibi nec breviorem qvam beatiſſimi Deceſſoris Tui Conſulatum vovent atqve ominantur. In qvibus cum & ipſe accenſeor, præſens offerre volumen devoti munuſculi loco, ac pro ſalute Tua atqve proſperitate publice in atrio hujus Bibliothecæ hanc votivam tabellam ſuſpendere volui, ut & Te Conſule qvam diutiſſime Res Hamburgenſis tuta floreat, & non deſint qvi SILLEMIÆ gentis Hamburgo glorioſæ poſt Te propagent Decus, Tuaqve in ſalutem publicam legant veſtigia, Hamburgenſi Reip. in omnem poſteritatem ornamento ac præſidio futuri ex Te nati SILLEMII. Scripſi Hamburgi VII. Id. April. Anni Chriſtiani CIↃ IↃ CCXVIII.

* 1713.

AD

Digitized by Google

# AD LECTOREM.

DUdum jam in tabernis librariis desiderata est Bibliotheca Ecclesiastica, qvam Antwerpiæ A. M. DC. XXXIX. fol. typis Jacobi Mesii exscribi curavit AUBERTUS MIRÆUS, vir & hoc & tot aliis monumentis in lucem editis, non minus de veteri memoria qvam de posteritate omni insigniter promeritus. In illa exhibentur de scriptoribus Ecclesiasticis scriptores septem veteres, ad qvos semper recurrere necesse est eos, qvi paullo solidius hæc studia tractare & de antiqvis Doctoribus Ecclesiæ edoceri cupiunt: itaqve qvamtumvis multa atqve elaboratissima exstant virorum doctorum recentis ætatis in hoc genere monumenta, tamen veteribus illis nunqvam carere volent, qvibus veritas, & antiqvitas Ecclesiastica cordi est, sed libenter eos consulent & integros accedent fontes, haurientqve, & ad illos recentium scripta exigent.

Ante Miræum SUFFRIDUS PETRI, Leovardiensis, Vir & ipse neutiqvam contemnendis lucubrationibus, qvibus rem litterariam sua ætate locupletavit, inclytus, Coloniæ A. M D LXXX. 8. Gemblacensi imprimis, & Affligemensi Codice MS. usus, in Hieronymo & Gennadio etiam Sigebergensi ac Viridis Vallis, uno parvo volumine conjunctim edidit scriptores sex Hieronymum, Gennadium, Isidorum, Honorium, Sigebertum & Henricum Gandavensem. Hisce solum Ildefonsum Toletanum ex Garsiæ de Loaysa Conciliis Hispaniæ Miræus adjunxit, qvi Suffridi, qvod nollem factum, omisit mentionem, sed emendatius pleraqve dedit non paucis in locis, & notis eruditis totam illam scriptorum Heptadem illustravit, qvanqvam & in illis dormitare eum qvandoqve notavit Labbeus T. 2. de Script. Eccles. p. 50. 94. &c.

Cum igitur mihi animus esset Miræi Bibliothecam prælis iterum in communes studiosorum usus subjicere, primùm qvidem dedi operam, ut non modo ex illa nihil à te desideraretur, sed ut etiam qvantum fieri posset à me, instructior illa locupletiorqve in lucem & manus hominum exiret. Itaqve *Hieronymi* imprimis librum collatis tum aliis tum Suffridi Petri & Joannis Marcianæi editionibus, qvi ambo plures inspexere MSS. Codices, multis in locis dedi emendatiorem, addita etiam qvæ & à Miræo & in nova operum Hieronymi editione Parisiensi omissa est, veteri Græca interpretatione: Præterea notis integrum illustravi, qvibus id mihi imposui inter alia negotii, ut cum Eusebio Hieronymum, ubi eum hic seqvitur, accuratiore studio conferrem. Notis meis qvibus castigationes è Suffrido Petri atqve Marcianæo sunt insertæ, annotationes virorum doctorum, qvotqvot ante me in illustrando eodem libro ante me versati sunt, integras adjunxi.

*Gennadius* etiam emendatior hic à me exhibetur non paucis locis, & præter Miræi ac Rev. Viri Ernesti Salomonis Cypriani notas, & paucas meas, additam habet notitiam Lectionum Codicis antiqvissimi Corbejensis à Marcianæo T. V. Opp. Hieronymi publicatarum, qvæ utut non exiguam qvandoqve librarii sive licentiam sive negligentiam arguant manifestarsam, sæpe tamen veriorem qvam editi Gennadium exhibere videntur. Gustum Codicis dederat & præclaram illius exspectationem moverat Vir merito suo laudatissimus Jo. Mabillonius T. 2. Analectorum, qvi T. 1. Musei Italici p. 110. narrat se etiam Neapoli in Bibliotheca Monachorum Augustinianorum reperisse Codicem similem antiqvissimum litteris scriptum Saxonicis, in qvo Hieronymi liber de scriptoribus Ecclesiasticis cum Gennadio eodem modo dispositus est, de S. Augustino qvoqve eodem modo traditur uti in illo Corbejensi, qvem ante mille annos exaratum Marcianæus testatur. De eodem Neapolitano Codice meminit celeberrimus Montfauconus in Diario Italico p. 312.



Digitized by Google

*Iſidoro*, *Ildefonſo* & appendicum ad hos ſcriptoribus, nec non *Honorio*, *Sigeberto* & *Henrico* Gandavenſi adjunxi ſcriptores duos Miræo præteritos, *Anonymum Mellicenſem*, duodecimi ut videtur ſcriptorem Sæculi, cujus librum de ſcriptoribus Eccleſiaſticis nuper admodum ex MS. Codice in lucem emiſit R. P. Bernardus Pez, Benedictinus Monachus & Bibliothecarius Mellicenſis, cui longe plura debebit res Eccleſiaſtica ac litteria, ad calcem Bibliothecæ Benedictino Maurianæ, vulgatæ Auguſtæ Vindel. M. DCCXVI. 8. Subjunxi etiam *Petrum Diaconum*, Monachum & Bibliothecarium Caſinenſem, cujus librum de Viris illuſtribus Caſinenſis Monaſterii, ſupplementumqve ejus *Placido Romano* auctore, notis ſuis illuſtratum Jo. Baptiſta Marus publicavit Romæ A. 1655. 8. è Codice Bibliothecæ inſtructiſſimæ Barberinæ.

Deniqve *Jo. Trithemii* liber de ſcriptoribus Eccleſiaſticis neutiqvam omittendus mihi eſt viſus, qvi etſi poſt primam editionem Moguntinam Anno MCCCCXCIV. 4. ſæpius vulgatus, tamen raro hodie obvius eſt, venalis certe nusqvam proſtat, cum tamen non modo Miræi auctarium atqve liber de ſcriptoribus Eccleſiaſticis ad illum velut ſupplementi in vicem referatur, ſed & Trithemius unus ſit is ex qvo plurimi ſcriptores recentiores hauſerunt, hauriuntqve, qvæ de ſeqviorum temporum ſcriptoribus, ubi veteres illi nos deſtituunt, ſive vera ſive falſa tradunt. Addidi igitur etiam Trithemii librum, ſed non modo emendatiorem multis locis qvam eſt editio Wecheliana, ſed & capitibus addidi numeros, toti operi notas, breves illas qvidem, ſed qvibus tamen ſpero lux aliqva locis obſcuris haud paucis, vel minus recte ſe habentibus medela adhibebitur, licet plura aliis annotanda, & Balthaſaris Werlini commentationes, qvia totum Trithemii opus ordine etiam mutato pervertit, ipſi in ſolidum reliqvi. Indicem deniqve ſubjeci Chronologico Alphabeticum, ad veteres ſimul ſcriptores præmiſſos omnes & Miræi auctario parallelum.

Totum Volumen claudit Miræi liber poſtumus *de ſcriptoribus ſæculi XVI. & XVII.* præclara eruditiſſimorum Virorum notitia refertus. Illepida autem maledicta & convicia qvibus paſſim in hoc proſcindit omnes ab ſuis placitis diſſidentes, ſplendidæ inprimis calumniæ qvibus in B. Lutherum noſtrum qvibus in Auguſtanam Confeſſ. vel Centuriatores Magdeburgicos, in Sleidanum, in Eraſmum aliosqve qvamplures iniqviorem ſe oſtendit, neſcio an ſint à Miræo ipſo, an ab editore ejus *Arnoldo à Porta* qvem magna libertate in illo opere uſum eſſe aliunde conſtat, acceſſerint. Hoc ſcio, in ipſa Eccleſia Romana viros emunctæ naris abhorrere ab ejuſmodi armis, & videre qvam ſint ea non Chriſtiano modo ſed ſano etiam & honeſto homine indigna: unde nec qvisqvam exſpectet a me, ut in hisce voluerim cum Miræo vel Arnoldo experiri, aut operam ludere in retundendis calumniis notis toto orbe terrarum, nedum certare recriminationibus, convitiisve, in qvo agonis genere illius ſemper miſerior eſt conditio qvi vincit & triumphos agit. Vale.

REVE-

Digitized by Go

REVERENDO ET VENERABILI IN CHRISTO PATRI,

Ac

# DOMINO,

# DN. GODEFRIDO WERDENENSI,

Ad S. Pantaleonem in hac alma urbe Abbati Dignisſimo, Domino ac Patrono ſuo plurimum colendo,

S. P. D.

Cum adverſus Fragilitatem humanæ memoriæ nullum ſit repertum præſentius remedium, Reverende Pater Abbas, quam ſcribendi uſus, quo verba, quæ apud Poëtam ob caducam ipſorum celeritatem alata dicuntur, velut acciſis pennis ad maturam ſtudioſorum contemplationem cicurantur, tum ſane nullum Scriptorum genus eſt, cui plus gratiæ, plus venerationis debeatur, quam ei, cui id curæ fuit, ut perpetuos quosdam Catalogos authorum texeret, ex quibus poſteritati conſtare poſſet, quis, qua de re, quid, quo tempore conſcripſiſſet. Primum enim id extra controverſiam eſt, multos inſignes Scriptores cum ſummo Reipub. detrimento fuiſſe interituros, qui tineis ac blattis pabulo futuri erant, niſi iſti nomenclatores indicibus ſuis ad inveſtiganda eorum opera ſtudioſos excitaſſent. Deinde cum diverſis temporibus, diverſis nationibus, populis, ſectis, perſonis diverſa ſtudia fuerint, utique nos in ſumma horum omnium ignorantia verſaremur, niſi ex ipſorum Catalogis certiores fieremus: Ex quo conſequitur, hoc Scriptorum genus non modo plurimis authoribus æternitatem, ſed & artium candidatis inter ipſos authores delectum præſtare, ut ſui ſtudii quisque ducem pro arbitrio deligat, quem ſibi putat eſſe commodiſſimum: Qua quidem in re, quantum utilitatis, quantum delectationis ad omnes ac ſingulos publice privatimque perveniat, non eſt opus in præſentia multis explicare, cum hic locus à viris aliquot eruditiſſimis jam olim copioſe atque ornate tractatus ſit: Nulla certe voluptas præſentior capi poteſt, quam velut in clariſſimo quodam ſpeculo uno intuitu videre in tanta hominum multitudine ac varietate, qui conatus omnium ac ſingulorum toto ævo ubique terrarum hactenus fuerint. Nullus percipi certior poteſt fructus, quam velut ex ditiſſimo quodam copiæ cornu plena manu depromere, quod præſenti neceſſitati tuæ maxime ex uſu fore putes: Hoc igitur conſiderantes Græci veteres, qui cæteris nationibus humaniorum literarum cultu præluxerunt, diligentiſſime hujusmodi catalogos ad uſum poſteritatis conſcripſerunt. Quorum quidem exemplum poſtea & Eccleſiaſtici aliquot Doctores æmulati, eorum ſcriptorum indices peculiares contexuerunt, quos Chriſtianos fuiſſe, & Religionem Chriſtianam ſcriptis ſuis propagaſſe certum erat. Quod quidem eorum conſilium in principio naſcentis eccleſiæ perquam ſalutare fuit, cum ethnicorum arrogantiam efficaciſſime retunderet, qui doctrinam Eccleſiæ eo nomine maxime contemnebant, quod non à Philoſophis & eruditis, ut ipſi dicebant, ſed ab idiotis & indoctis tradi videretur: Hoc conſilio ſe de ſcriptoribus Eccleſiaſticis opus ſuum contexuiſſe, D. Hieronymus ipſe profitetur. Nec dubium eſt, quin & reliquorum idem fuerit conſilium, quorum fuit idem propoſitum. Quanquam progreſſu ætatis, qui præcedentium exempla imitati ſunt, eos non tam iisdem veſtigiis, quam eadem via ſecuti ſint. Nam cum longe lateque jam propagata Chriſti Religione, contentio iſta cum Ethnicis nulla eſſet, etiam eos retulerunt in album ſuum, ſi quidem Chriſtiani eſſent, quorum ſcriptis externa ſaltem politia conformaretur. Cum nec citra horum quidem operam Eccleſiæ tranquillitas recte conſervari queat: Ad extremum vero extiterunt, qui plane univerſales indices conſcripſerunt, à quibus neminem prorſus excluſerunt, cujuscunque tandem Religionis, aut Superſtitionis aut ſectæ eſſet, quod non minus malos, ut evitentur, quam bonos, ut expetantur, indicari oportere crederent. Primus igitur omnium inter Chriſtianos inſignis ille doctor Eccleſiæ D. Hieronymus Stridonenſis de Illuſtribus Eccleſiæ Scriptoribus eruditiſſimum conſcripſit opus, quo ſcriptores eos omnes, comprehendit, quos poſt Chriſti paſſionem, annunciato Gentibus Evangelio, ad ſuam usque ætatem, hoc eſt ad annum Domini CCCCX.* de Eccleſiaſtica doctrina ſcriptis ſuis aliquid tradidiſſe compererat. Quod quidem opus Græcis adeo placuit, ut eorum rogatu Sophronius Hieronymi familiaris illud in Græcum ſermonem ex Latino mox tranſtulerit: Hieronymum excepit Gennadius Presbyter Maſſilienſis, qui eos porro ſcriptores Eccleſiæ proſecutus eſt, qui ad ætatem ſuam, hoc eſt, ad annum 490 floruerunt, admixtis interim nonnullis ætatis ſuperioris



* Immo CCCXCII.

ris Scriptoribus, quos D. Hieronymus non animadverterat. Gennadium prosequitur Isidorus Hispalensis Episcopus, qui cum & ipse paulo altius eos etiam recenseat, qui a superioribus intacti fuerant, ad annum Domini 590. usque, quo ipse in vivis erat, seriem continuo filo deduxit. Post hos intervallo satis longo subsecutus est Honorius Augustodunensis Presbyter, qui Henrico Imperatore Quinto circa annum Christi scilicet 1120. floruit: Is in epitomen, præcedentium trium authorum opera contraxit; paucis quibusdam aliunde adjectis Scriptoribus, qui intermedio tempore floruerant. Eadem fere ætate cum Honorio floruit vir undequaque doctissimus, nec minus diligens Sigebertus, monachus Gemblacensis ordinis Benedictini, qui continuata serie Gennadium prosecutus (nam nec Isidorum nec Honorium cognovisse videtur) non omisit interim ijs, quos à præcedentibus intactos compererat, ad memoriam suam, i.e. ad annum usque 111[illegible] omnes complexus est, quos ad Ecclesiæ illustrationem aliquid scripsisse cognoverat. Sigeberto demum successit Henricus de Gandavo, dignitate Archidiaconus Tornacensis, professione Theologus, vir pietate & eruditione incomparabilis, qui ad annum usque Domini 1280. Scriptorum Ecclesiasticorum seriem porro deduxit: Ex his omnibus, sicut etiam ex aliis, si quos præterea vidit, perpetuum Catalogum contexuit, & ab Apostolorum inde temporibus deduxit ad ætatem usque suam, Johannes Trithemius, Abbas Spanheimensis, etiam additis, si quos præterea ipse suo marte indagare potuit. Qui quidem quanquam in prologo ipsius operis se in ultimo anno Friderici Tertii Imperatoris, qui in annum Domini 1493. incidit, finem scribendi fecisse ipse profiteatur: uno tamen anno seriem ulterius prorogavit, neque paucos adjecit superioribus, quos anno 1494. floruisse commemorat, quo & ipsum opus typis est excusum. Hoc opus Tritthemii in Galliis cum postea recuderetur, appendice auctum fuit, tacito authoris nomine, qui seriem continuavit ad annum usque 1512. Ad extremum secunda Appendice eundem Tritthemium adauxit Balthasar Verlinus Colmariensis, recuso opere typis Quentelianis, Coloniæ anno 1546. Sed diversa methodo usus, Chronologiæ seriem, quæ hactenus continuata fuerat, reliquit, & Scriptores, quos magno sane studio congessit, ordine alphabetico recensuit, quem nos proinde in ordinem redigimus *, ut infra dicemus latius. Non ignoramus autem à temporibus inde Apostolorum hactenus fuisse plures, & esse etiam hodie, qui de illustribus Scriptoribus historias condiderunt: Sed quoniam illi extra complexum hujus operis sunt, ad præsens hoc institutum nostrum nihil pertinent: Nos enim cum illorum opera, ex quibus Tritthemius opus hoc suum congessit, hac editione ipsi Tritthemio præmittenda censuissemus, de his in præsenti nobis peculiariter dicendum arbitrati sumus: Quocirca ne quis forte putet, supervacaneam esse hanc operam nostram, quam in edendis his authoribus collocamus, quorum scripta compendio nobis ob oculos posuit unus Tritthemius, paucis consilii nostri rationem reddere operæ pretium videtur: Primum enim cum hoc scriptorum genus etiam per se ac separatim expetendum sit, multo gratius idem fore credidimus, ubi conjunctim legi poterit, interposito judicio, quid à diversis authoribus in consimili argumento præstitum sit: Deinde cum nonnulla inter hæc sint, quæ typis excusa nunquam extiterunt, videmur editionem novam auctario recenti studiosis non inepte commendare. Præterea cum nemo sanus rivulos quantumvis limpidos ac dulces tantopere probet, quin ex ipsis fontibus haurire malit, quo sitim sedet, putamus neminem fore, qui nos istos authores, ex quibus Tritthemius sua comportavit, temere una cum ipso Tritthemio edere dicturus sit, modo consideret, quam multa apud illos reliqua sint, quorum Tritthemius mentionem nullam fecit, qui nihil fere ab illis mutuatus est, præter Catalogum librorum: Vitas authorum, in quibus non contemnenda portio est historiæ, ut plurimum intactas prætermittit. Adhæc cum in hoc genere historiæ præcipuum habeat momentum certitudo temporis, quo scriptorum ætates discernantur, nihil commodius fieri potuit, ad perpetuam Chronologiæ seriem exacte cognoscendam, quam si omnes uno eodemque volumine comprehensi, singuli tamen ordine suo dispositi edantur, quotquot in eandem historiæ classem vicissim successerunt. Ad extremum, cum librariorum incuria multa tum in Tritthemio, tum in cæteris illis authoribus depravata sint, quorum facta emendatio certius deprehendi non potest, quam ex mutua authorum in locis affectis collatione, nos hac ipsa de causa eos conjungendos esse existimavimus, ut emendationum nostrarum, quas in his præsidio manuscriptorum exemplarium præstitimus, ratio commodius percipi queat. Cum igitur his de causis hanc editionem Reipub. literariæ utilem futuram judicassem, dedi operam, quantum in me fuit, non solum, ut quam emendatissima, sed etiam ut quam plenissima in lucem perveniret: Primum itaque sex authores, Hieronymum scilicet, Gennadium, Isidorum, Honorium, Sigebertum, & Henricum, eo ordine, quo eos scripsisse supra declaravimus, Tritthemio præmisimus. Eo quidem pacto, ut in Hieronymo nihil ediderimus, nisi quod ipsius est: Nam ea, quæ Sophronius Græca sua versione Hieronymi Catalogo addidit, & Erasmus Roterodamus in Latinum transtulit, nos consulto non

* Tritthemiani operis editio, qvam paravit Suffridus Petri, nunqvam vidit lucem.

non admiſimus, cum ad Scriptores Eccleſiaſticos nihil pertineant, & nec in manuſcriptis codicibus Hieronymianis, nec etiam in ſeparatis hujus operis editionibus usquam reperiantur, & ex editione Eraſmiana depromi à quovis poſſint: Porro autem continuam etiam toto opere Chronologiam ad marginem adjecimus, qua omnium ac ſingulorum ſcriptorum ætates liquido cognoſci queant: Præterea cum in tota Chronologiæ ſerie multa perturbata, in authorum nominibus multa perverſa, in omni hiſtoria multa depravata fuerint, equidem hæc omnia ac ſingula quoad potui, in integrum reſtitui, adjectis præſenti loco emendationum mearum rationibus. Quorum quidem omnium judicium, quo certius iniri facta collatione poſſet, eademque pluribus locis inculcare neceſſe non eſſet, ſub notis Chronologiæ ad marginem adjunctis, in ſuperioribus iſtis authoribus, præterquam in Honorio, nomen Tritthemii cuique ſcriptori ſubjecimus, ſi quidem apud illum extet, in Tritthemio viciſſim iisdem notis caput ſubjecimus, quo apud quenquam ſuperiorum authorum de ſcriptore præſenti tractatur. In Honorio autem, qui non ſua, ſed alienaprofert, in altero margine chronologiam, in altero numeros capitum expreſſimus, quibus apud ſuperiores iſtos præſens quisq; Scriptor explicatur. Ideoq; ſi cui apud hunc numerus hujusmodi appoſitus non reperiatur, intelligi volumus, eum Scriptorem etiam apud ſuperiores iſtos authores non extare; uſi porro ſumus ad ætatem Scriptorum liquidandam ac reſtituendam, ubi perturbatam deprehendimus, non ſolum publicis chronologis, & hiſtoricis exactis, ſed & aliorum, & noſtra quoque obſervatione, diuturna ac diligenti: In cæteris uſi ſumus tum excuſorum veterum, tum etiam manuſcriptorum exemplarium collatione, præterquam in Sigeberto, & Henrico, qui an hactenus unquam excuſi fuerint, prorſus ignoramus: Nobis certe nonniſi manuſcripta horum opera videre contigit. Habuimus autem manuſcripta exemplaria ſex, inter quæ duo erant, in quibus omnes iſti authores habebantur (excepto Honorio) quos Tritthemio præmittendos dicimus. Horum alterum nobis utendum dedit eruditiſſimus, idemque pientiſſimus vir ac Dominus, Fr. Heribertus Vieen, Regularium domus ad S. Martinum Lovanii Supprior digniſſimus: Alterum nobis impartivit ejusdem ordinis Supprior ad S. Mariam Viridis Vallis in Sylva Zonia, vir illo nec eruditione, nec pietate inferior Do. Fr. Johannes Faber. Tertium nobis pro veteri in nos, pro perpetua in omnes literatos benevolentia ſua ſuppeditavit, vir non minus pius quam eruditus Dominus Fr. Ludovicus Sonbecus, Supprior conventus Gemblacenſis: Qui quidem ut in Conventu ſuo tum conſervandæ Bibliothecæ, tum erudiendæ juventuti, ſummo cum Reipublicæ fructu per multos annos præfuit, ita ne nunc quidem ceſſat literas promovere, quacunque occaſione poteſt, etiamſi gravioribus curis & occupationibus profeſſionis ſuæ diſtrictus ſit. Erant autem in hoc manuſcripto codice Gemblacenſi, Hieronymus, Gennadius & Sigebertus, quorum duo, Hieronymus ſcilicet ac Sigebertus admodum emendate deſcripti erant, medius ille Gennadius non item. Quartum codicem, in quo Sigeberti tantum Catalogus erat, nobis impartivit venerabilis in Chriſto Pater ac Dominus Fr. Levinus Mulderus, Affligienſis Conventus Prior digniſſimus, qui, ut ipſe literatiſſimus ac pientiſſimus eſt, ita etiam conatus eorum libentiſſime promovet, qui literis ac pietati operam navant. Quintum nobis impartivit integerrimus vir, & ex ſorore mihi nepos chariſſimus p. m. M. Jaco Tiara Leovardienſis: Ex quo codice & alia quædam haud pœnitenda didicimus, & ſexti operis authorem eſſe accepimus Henricum de Gandavo, cum in reliquis codicibus authoris nomen hic omiſſum ſit. Sextum habuimus ex Bibliotheca venerabilis Monaſterii Sigebergenſis, in quo erant ſatis caſtigate deſcripti Hieronymus, Gennadius & Iſidorus: cujus quidem codicis tanta fuit cum Gemblacenſi ſimilitudo, ut eadem manu, qua ille, deſcriptus videri potuerit: Porro autem in Hieronymo etiam ſeparatim mihi clariſſimus, eruditiſſimusque vir Dom. Pater Johannes Vlimmerius Lovanienſis impartivit textum excuſum, quem aliquot manuſcriptorum codicum maxime Hildesheimenſium collatione notis adjectis emendarat vir undequaque doctiſſimus, Dominus Martinus Lypſius, Martinianæ domus apud Lovanium quondam Prior digniſſimus, qui dum in vivis fuit, ut alia multa promovendis literis ipſe edidit, ita in opera Hieronymi, & aliorum Eccleſiaſticorum doctorum erudite commentatus eſt. Cui & nos proinde ſua, bona ubique fide rependimus, ut meritis ejus gratia non deeſſet: Præter hæc autem neqve verſionem Sophronii,* neque annotationes Erasmi ad hujus operis emendationem faciendam prætermiſimus, ut quantum in nobis eſſet, integritati ſuæ ipſum reſtitueremus. In cæteris porro operibus hiſce, quæ antea excuſa fuerunt, præter manuſcripta exemplaria illa, de quibus diximus, etiam diverſarum editionum collatione inſuper uſi ſumus. Quantum igitur conſecuti ſimus, eorum erit judicium, quibus conatus noſtri deſudarunt, nos certe labori nulli pepercimus: Cum autem hujusmodi indices non modo ad cognitionem authorum, ſed etiam ad inveſtigationem librorum utentibus inſervire debeant, quo magis commodaremus lectori ſtudioſo, non gravati ſumus, quantum quidem in nobis fuit, in ſingulis etiam authoribus declarare, ubinam eorum opera vel typis excuſa ſint, vel manuſcripta adſerventur, ut comparari poſſint: Quo quidem conſilio dum omnes Bibliothecas luſtro, omnium Bibliothecarum indices excutio, omnium nundinarum Catalogos evol-



* Hæc in edit. Suffridi Petri deſideratur. Deſiderantur & Eraſmi annotationes.

evolvo, nihilo segnius quam supradicti illi, studio meo adfuerunt gravissimi Theologi Dn. M. N. Augustinus Hunæus, ac Dominus M. N. Johannes Molanus, & celeberrimus V. I. consultus, Dominus Doctor Joannes Wamesius. Qui omnes ac singuli, ut in sua quisque professione universitatem Lovaniensem summo cum Ecclesiæ Catholicæ atque Reipublicæ profectu per multos jam annos indefatigabili industria tum publice, tum privatim illustrarunt, ita & hoc institutum nostrum supellectili necessaria libenter adjuvarunt. Cum autem iidem scriptores omnes, qui apud priores istos sex authores extant, apud Tritthemium etiam reperiantur, quod hic diximus de locis adnotandis, ubi eorum opera sint excusa, id non in singulis vicissim, sed in uno Tritthemio tantummodo seorsum præstitimus, ne iterata sæpius ejusdem rei inculcatio tædium Lectori pareret. In hunc enim finem capita authorum ad marginem Tritthemiani operis adnotavimus, ut & hujus, & cujuslibet alterius annotationis nostræ ratio Lectori in promptu esset. At vero ne videamur sine delectu authores omnes æquali bilance ponderare, quo minus studiosi errent, suis locis diligenter indicavimus, quo in numero eorum quisque habendus sit. Ut autem secernat Lector annotationes nostras à contextu authoris, diverso charactere eas curavimus excudendas, & quod Verlinus antea fecit, hanc insuper notam † illis præposuimus: Hoc autem opus Tritthemianum una cum adjunctis à me ita, uti nunc est, jam ante annos aliquot concinnatum fuit, quod & Pontificius ac Regius librorum censor Johannes Molanus tunc Lovanii approbavit, & Catholici Regis per Belgium Secretarius Jacobus Blyleven privilegio munivit, & Christophorus Plantinus, Antwerpiæ excudendum recepit. Sed cum Plantino ob insequentem non ita multo post Antwerpianæ urbis direptionem propositum suum exequi difficile esset, ego & hoc opus, & alia nonnulla ab ipso recepi, editurus alibi, cum primum occasio magis opportuna se obtulisset. Interea temporis igitur, ex quo Lovanio relicto, Coloniam concessi, propter alias occupationes minus mihi licuit hujusmodi opportunitates oblatas arripere. Dixi Reverende Pater Abbas, cur hos Authores una cum Tritthemio edendos duxerim, quos & tibi dudum à me sic exhibitos fuisse, non ignoras: dicam nunc cur eos hac vice à Tritthemio sejunctos edam: Nam cum Tritthemii posterior appendix alphabeti tantum serie constet, ratus sum authores ea comprehensos, in justum temporum ordinem esse redigendos, ne continuus Chronologiæ decursus interrumpatur. Deinde, qua post primam Tritthemiani operis editionem elapsis jam pene centum annis, Ecclesiasticorum Scriptorum numerus haudquaquam exiguus succrevit, etiam hos, in supplementum operis addendos esse puto, ut perpetua quædam Bibliothecæ ratio constet in Ecclesiasticis ad hanc usque memoriam nostram. In hoc igitur dum sumus, nihil esse putavimus, cur hos authores, multis præsertim bonis viris flagitantibus, non separatim edendos curem: primum enim, si singuli seorsum exoptantur, cur non etiam expetantur conjuncti? Deinde, cum multa in his à nobis diligenti studio adnotata sint, non diutius his fraudandi videbantur, quorum studiis ea prodesse poterant. Cum itaque hujus auctarii ratione edendi Tritthemii non propositum, sed consilium tantummodo mutaverim, quo certiores sint de voluntate mea Historiarum studiosi, in arrabonem hujus promissi mei non modo hos ipsos sex authores Tritthemio sic aptatos, ut supra dixi, nunc separatim edo, sed etiam communem hanc præfationem non minus Tritthemio, quam ipsis destinatam, adjungo. Ad hoc igitur institutum meum, quoniam Typographus idoneus operam suam offert, & amici editionem flagitant, nihil aliud restare mihi putavi jam amplius, quam ut idoneum Patronum quæram, cujus tutelæ hoc opus digne committam. Qua quidem in deliberatione dum versor, Reverende Pater Abbas, tu mihi cum primis occurristi, in cujus patrocinio justis decaulis acquiescam. Nam sane ut hactenus in omnibus aliis operibus meis, quæ multa edidi, id studiose egi, ut eorum nominibus ea inscriberem, qui de his judicare ipsi possent, ita etiam in hoc mihi faciendum duxi: De tua autem singulari eruditione, quo minus dubitem, non tam privatorum amicorum testimoniis, quam publica fama rebus ipsis apud omnes bonos constabilita factum est. Utpote cum ab ineunte statim ætate, literis te tum humanis, tum divinis imbuendum dederis, nec in proposito destiteris, antequam ad utriusque studii fastigium conscendisses. Cujus quidem fructus quo Reipublicæ Christianæ adferre possis uberiores, vitæ politicæ Ecclesiasticam, communi monasticam prætulisti. Ut conjuncta cum eruditione pietate secure meditari possis ea, quæ non tuæ modo, sed & omnium etiam saluti conductura forent ut quam maxime. Quo consilio & eum ordinem professus es, qui ut antiqvitate vetustissimus, origine generosissimus, celebritate nobilissimus est, ita & statutis fulcitur saluberrimis, & exemplis abundat ad propositum accommodatis. Quod quidem quoniam Coloniæ tibi contigit in conventu S. Pantaleonis, nequaquam te vel universitatis tam laudatæ, vel monasterii tam absoluti immemorem videri passus es, sed horum subsidio fretus, ita literis & virtute pectus, ita linguam eloquentia, ita mores comitate excoluisti, ut ejus Ecclesiæ, quæ hic ad S. Mauricium est, parochiales votis unanimiter conjunctis te sibi pastorem eligerent. Quibus tu deinde, tum syncritate doctrinæ, tum integritate vitæ sic præviisti, ut & populo tua salus, &

tibi

tia, ita mores comitate excoluiſti, ut ejus Eccleſiæ, qvæ hic ad S. Mauricium eſt, parochiales votis unanimiter conjunctis te ſibi paſtorem eligerent. Qvibus tu deinde tum ſinceritate doctrinæ, tum integritate vitæ ſic prævifti, ut & populo ſua ſalus, & tibi officii tui ratio ſolidiſſima conſtiterit. Unde non minor gratia quam laus ad Conventum redundavit. Cujus quidem rei argumentum indubitatum illud eſt, quod confratres tui ex univerſo ſuorum cœtu, quanvis alioqui viris doctis ac piis referto, non alium, quam te delegerunt, quem communi Abbate defuncto ſibi præfectum mallent, quem etiam nunc talem hactenus experti ſunt, ut libenter fateantur te nulli veterum eſſe ſecundum. Quanquam igitur nihil mihi quidem facilius foret, Reverende Pater Abbas, quam ex præterito præſentique vitæ tuæ curriculo complura hic, ut vera, ita etiam plauſibilia in medium proferre: tamen, quia nec tua modeſtia patiatur te laudari coram, neque mei inſtituti eſt, encomium tui hic celebrare, contentus ero his quæ dixi, quæ ut extra invidiam ſunt, propterea quod ſint omnibus notiſſima, niſi ſi qui plane ſurdi ſunt, ac cœci, ita mihi ſufficiunt ad fiduciam concipiendam, fore, ut hoc opus, de quo judicare propter eruditionem potes, propter ſingularem erga literas affectum, haud gravatim ſis recepturus in protectionem tuam. Accedit huc non modo argumentum ipſum, ſed & ipſe author præſentis operis, cum & inſtituto tuo conveniens, & Conventui tuo honorificum futurum ſit. Nam ut Johannes Tritthemius author hujus operis ordinis Benedictini fuit, utpote Abbas Monaſterii Spanheimenſis, ita etiam illuſtres Eccleſiæ ſcriptores hic recenſet univerſos, quos ipſe prope mille quingentorum annorum ſpatio poſt natum Chriſtum in uſum Eccleſiæ literis aliquid mandaſſe cognovit. Ac de argumento quidem operis, non eſt quod hic rurſus inculcemus ea, quæ & ab aliis alias, & à nobis hic ſupra dicta ſunt, quæ nemini utique non gratiſſima eſſe poſſunt. In Tritthemio vero nobile exemplum nobis eſt propoſitum, ejus induſtriæ, quæ Benedictino ordini multis jam ſeculis, & ab ipſo inde Benedicto hactenus pene peculiaris, certe præcipua fuit in literis conſervandis & propagandis. Nam ut ipſe Benedictus hujus ordinis fundator primus, vir prudens fuit, ita in primis id cavit, ut ſucceſſores ſui, ſcriptorum illuſtrium monumenta cuſtodirent, quibus Eccleſia carere non poſſet: Quod & Nicæno Concilio ſuggerente à Conſtantino Magno decretum fuerat. Sed cum ſuborientibus hæreſeon factionibus, Epiſcopi, quorum curæ id præcipue mandatum fuerat, vel non vellent, vel quod eſt magis credibile, non poſſent hic præſtare quod debebant, Monachi ſucceſſerunt. Qui relictis hujusmodi contentionibus in ſolitudine ſua commodis Eccleſiæ literarum ſubſidia conſeruarunt. Et quoniam Benedictus in Occidentali Eccleſia primus fuit ac præcipuus, qui vitam Monaſticam ad certam quandam Regulam conformavit, ut alia multa, ita literarum ſtudium ex ejus ordine in ordines aliorum Monachorum porro derivatum eſt. In nullo tamen magis viguit, quam in primitivo ſuo: id quod non aliunde commodius, quam ex hoc ipſo Tritthemii Catalogo apparet, qui illuſtres Eccleſiæ ſcriptores tam frequentes continet inde repetitos. Hinc eſt, quod in omnibus fere provinciis Eccleſiæ Occidentalis, & frequentiſſima videas & antiquiſſ. monaſteria Benedictinorum. Hinc eſt quod in his ipſis etiam hodie deprehendas, ut diſciplinam monaſticam minime corruptam, ita & in eorum prælatis literarum ſtudium maxime flagrans. Antiquitatem ſane eorum atque frequentiam ne longe abeamus, tum in hac civitate, tum etiam in vicinis locis maximam conſpicimus. Pietatis vero & literarum ſtudium utcunque in his, quæ hic ſunt, publicis hujus urbis exemplis, velut aſſiduis quibusdam fomitibus augeri, non negemus, in iis tamen quæ foris ſunt, proprio inſtituto vigere nemo ſanus dubitaverit: Sic enim inter ſuos, ut à majoribus accepit, hoc fovet ampliſſimus vir ac Dominus, Nicolaus à Vreden, Abbas Tuitienſis. Sic inter ſuos itidem vir Ampliſſimus ac Dominus, Rupertus Lundorphius, Abbas Bruuilerenſis. Sic etiam Venerabilis ac nobilis vir, D. Godefridus ab Eyll, Abbas Sigebergenſis, Dominus in Sigebergen & Strael. Sic denique & alii complures inter ſuos hoc ſtudium veluti patrium diligentiſſime colunt ac fovent, ut literas promoveant, & cum vera pietate conjungant. Quod quidem cum tibi imprimis natura inſitum, inſtituto commendatum, uſu confirmatum ſit, non poſſum non optime ſperare de tua erga conatus meos benevolentia, in hoc præſertim opere, quod ut ordini Benedictino proprietate ferme peculiare eſt, ita uſum præſtat cunctis mortalibus communem. Auxerunt hanc mihi ſpem complures in hac alma urbe viri graves, & cum boni publici ſtudioſiſſimi, tum etiam amplitudinis tuæ obſervantiſſimi: In quorum numero cum primis fuit S. paginæ Doctor eximius D. Hermannus Phleius Suertenſis, ad S. Georgium Canonicus, & Regens Burſæ Montis: qui uti Theologicæ facultatis præcipuum ornamentum in hac Univerſitate ſe præſtat induſtria ſua, ita & in collegio ſuo juventutem recte inſtituendæ profeſſores literatiſſ. & integerrimos adhibet ac fovet. In horum numero etiam fuit excellentiſſimus utriusque Juris Doctor Petrus Steinwichius, ampliſſimæ Reipub. Colonienſis Syndicus conſultiſſimus, & in hac alma Univerſitate ſacrorum Canonum Profeſſor celeberrimus. Nec minus in hoc numero fuit hujus germanus frater, ſacræ Theologiæ Licentiatus, Dominus M. Cornelius Steinwichius, ad Apoſtolos Canonicus, & in Burſa Laurentiana Philoſophiæ Profeſſor itidem celeberrimus: Fuerunt denique in hoc albo complures alii, quos ſi omnes hic recenſeam, vel illorum dictis, vel tuis meritis diffidere videar. Tu igitur Reverende Pater Abbas, quicquid hoc induſtriæ eſt, quod in Tritthemium, & cæteros illi conjunctos authores concinnandos & repurgandos contulimus, quæſo benigne ſuſcipias ac tuearis: Ita enim futurum eſt, ut & ſub tui nominis auſpicio Tritthemius una cum ſuis in lucem prodeat, & mei conatus ad majora deinceps tentanda alacriores fiant. Deus Optimus Maximus Amplitudinem tuam in majus ac melius augere, ac diu incolumem conſervare dignetur. Bene vale. Coloniæ ex Burſa Coronarum 24. die Maij, anno MDLXXX.

*Tuæ Amplitudini Famulus deditiſſimus* *Suffridus Petrus Leonardienſis Friſius, V. I. C.*

EXCELLENTISSIMO DOMINO,

# DN. GASPARI de GUZMAN
## COMITI de OLIVARES,
## DUCI de SAN-LUCAR,

EQUILIS REGII SUMMO PRÆFECTO

## PHILIPPO IV. REGI CATHOLICO

A

STATUS BELLIQ. CONSILIIS,

ET

IN SUPREMO INDIARUM SENATU CANCELLARIO MAGNO.

ALEXANDROS, Julios, Auguſtos, Veſpaſianos, Trajanos, Marcos Aurelios, Agrippas, Mæcenates, Livios, Tacitos, & alios laudat antiqvitas, qvod graviſſimas imperii curas cum optimorum lectione librorum ſtabili qvodam connubio junxerint, ac temperarint. Noſtri Conſtantinos, Theodoſios, Carolos, Ludovicos, Alfonſos, Corvinos, Boëtios, Caſſiodoros, Adalardos, Eginhardos, Ximenios prædicant; qvod non ſolum profanas, ſed & ſacras litteras cum regnorum adminiſtratione utiliſſime miſcuerint. Ea ſcilicet erant ingenii præſtantia atqve amplitudine, ut vel maxime recondita facile perciperent; ea de *omnibus* diſciplinis opinione, ut ipſarum nullam abs ſe alienam exiſtimarent; ea humanitate ac comitate, ut vel levidenſe hujus generis munuſculum benigne admitterent. Hæc vero omnia, Excellentiſſime Domine, ſic in te eminent, ut iſtorum præſtantiſſimorum heroum gloriam eximiis tuis virtutibus ac meritis ſi non ſuperare, ſaltem exæqvare videaris. Pietatis certe ac religionis ſtudium in primis enitent: qvod qvidem inter hominis ornamenta eſt maximum, in principe autem viro cætera omnia, velut Sol minora ſidera, præſtinguit. *Nullum Tu* (liceat hic mihi Auſonii ad Gratianum Imp. verbis uti) *umquam diem ab adoleſcentia tua, niſi adorato Dei numine, & reus voti & illico abſolutus egiſti, lautis manibus, mente pura, immaculabili conſcientia, & qvod in paucis eſt, cogitatione ſincera.* Veniet profecto tempus aliquando, cum mirabunda poſteritas in religioſiſſimos mores tuos inquiret; & qvod ætas tua de te neſcivit, inter exempla narrabit. Adeo ſcilicet verum illud, *fortes creantur fortibus, & boni bonis.* Ut de *S. Dominico*, nobiliſſimi ordinis conditore, nihil dicam, qvis in Annalibus Hiſpanienſibus vel mediocriter verſatus, magnum illud familiæ veſtræ decus *Alfonſum Perezium Guzmanum* ignorat? Is poſtqvam in Hiſpania & Africa bellicis artibus, militiæque gloria inclaruiſſet, multaqve Bæticæ oppida ad paternum S. Luciferi principatum adjunxiſſet, Tarteſſo ſeu Tariffæ, à Sanctio IV. Rege nuper expugnatæ, præfectus, ſuo ſe ære ac Marte limitaneum oppidum adverſus Mauros defenſurum recepit: qvod & fortiſſime & fideliſſime præſtitit. Adeoqve beneficus, ut animo erat plane regio in omnes, ac præſertim egentes, exſtitit, ut *Boni* cognomentum inde retulerit, ſuperbis aliorum procerum titulis longe illuſtrius. Gaudeant alii ambitioſis nominibus, atqve ex devictarum gentium injuriis æternam ſibi famam aucupentur: hic Africanus, ille Germanicus aut Macedonicus nuncupetur. *Guzmani* proceres de *Boni* titulo, omnibus ſalutari, nemini noxio, ſibi merito gratulentur; & diploma publicum, à Sanctio Rege ſignatum, in omne ævum, velut gryphes ſuum aurum, ſtudioſe cuſtodiant. Alfonſo porro *Joannes* filius fuit, nepos item *Joannes*. Huic cum *Beatrice*, Henrici Regis filia, oppidum *Niebla*, titulo Comitatus nobilitatum, pro dote acceſſit. Joannem *Henricus* filius heres excepit: Henrico patri *Joannes* ſucceſſit, ab Henrico IV. Rege *Dux Medinæ Sidoniæ*, ob eximia in Rempublicam merita, renuntiatus. Joanni *Henricus* filius, & deinceps *Joannes Alfonſus* nepos exſtitit: cui à Ferdinando Rege Catholico, in Africa Melilla urbe & Caſaſa arce expugnatis, in præmium operæ fortiter navatæ, *Marchionatus Caſaſæ* eſt datus. Joannes præter alios filios habuit *Joannem IV.* Medinæ Sidoniæ Ducem, & avum tuum *Petrum, Olivarii Comitem* à Carolo V. Imp. virtutis ergo creatum. Hic à decimo nono ætatis anno, ſub impigro duce, Antonio Zuniga, avunculo ſuo, militiæ tirocinium poſuit, & in fatali illa, ſub eodem Cæſare, qvorumdam Hiſpaniæ populorum ſeceſſione, magnum momentum (nam mille amplius pedites & alam eqvitum, cum ſex majoribus machinis, in caſtra regia ſecum adduxerat) ad victoriam attulit. Petri filius *Henricus*, parens veſter, à primis annis in Caroli V. poſt in Philippi II. aula vixit: & hunc in Brittanniam, ad connubium Mariæ Reginæ properantem, eſt comitatus; eidemqve in caſtris ad Qvintinopolim & alibi contra Gallos fideliſſimam operam præſtitit. Legatione extraordinaria deinde in Gallia, poſt ordinaria in urbe gentium

tium domina laudatiſſime functus, Iſpſana *S. Eutenii* martyris, ſibi à Sixto V. Pontifice donata, inde ad Hiſpalenſe S. Iſidori monaſterium, à majoribus ſuis fundatum, tranſtulit. Prorex demum Siculis ac Neapolitanis impoſitus, gratiſſimam ſui memoriam in animis omnium reliquit, non ſolum ob res præclare domi militiæque geſtas, ſed qvod te filium virtutum ſuarum heredem Hiſpaniæ dederit: ut Philippo IV. Regum maximo id præſtares, qvod Auguſto Cæſari Marcus Agrippa olim præſtitit; utqve conſiliorum ejus omnium particeps & comes perpetuus, vaſtiſſimi imperii pondus invicta cervice ſuſtineres. Vix credet poſteritas, tot curis rebusqve unum hominem ſufficere potuiſſe. At nos hodie non ſolum graviſſima univerſi orbis Chriſtiani negotia expedite feliciterqve adminiſtrantem te videmus; ſed & ſingularem ac prope divinam tuam in comprehendendis omnium diſciplinarum arcanis promptitudinem, in cohoneſtandis item litteratis ac litteris beneficam comitatem in primis ſuſpicimus. Auſim itaqve confidere, huic noſtræ *heptadi Nomenclatorum veterum*, ad tuam bibliothecam, toto orbe famoſam, non difficilem fore aditum. Ut enim nec mei, nec tenuium lucubrationum mearum ulla ratio habeatur, ea certe conflata eſt ex ſeptem vetuſtiſſimis ac præſtantiſſimis Scriptorum eccleſiaſticorum præconibus: qvos inter Hiſpani duo, totidemqve Belgæ, uno cum Burgundo, numerantur. Ac primorum qvidem ſæculorum Scriptores ſacros magnum illud Eccleſiæ columen *S. Hieronymus*; ex Euſebio Cæſarienſi & ſcriptis cujusque, ad ſua usque tempora non ſolum in catalogum redegit, ſed & legitima ac genuina à ſpuriis accurato judicio ſegregavit. Hieronymum proxime *Gennadius* presbyter Maſſilienſis excepit: ſuosqve potiſſimum Gallos, usque ad annum qvadringenteſimum nonageſimum qvartum in theatrum produxit. Utriusqve porro catalogum jam olim in pretio fuiſſe, & in bibliothecis, cum privatis tum publicis, cum fructu adſervatum fuiſſe, magnus ille Aurelius Caſſiodorus, ex Conſule Romano monachus, lib. Divinarum lectionum cap. 17. ſuo nos exemplo docet. Horum deinde glorioſum, publiceqve utilem laborem *S. Iſidorus* Hiſpalenſis, & *S. Ildefonſus* Toletanus, Antiſtites omni laude majores, continenter pertexendum rati, illuſtria Hiſpaniæ veſtræ ingenia celebrarunt. Exinde nox aliqva temporum ſecuta eſt, usqve ad annum fere milleſimum centeſimum: qvo diſciplinæ omnes, velut à ſomno excitatæ, caput iterum extulerunt, & reddita qvaſi juventute reviruerunt. Suis id Indicibus teſtatum nobis faciunt *Honorius* Auguſtodunenſis in Burgundia Presbyter, & *Sigebertus* Gemblacenſis in Brabantia monachus Benedictinus: qvorum prior *Hieronymum*, *Gennadium* & *Iſidorum* ſublegit qvidem, ſed non paucos ab iis omiſſos partim intexuit, partim ſubtexuit; Ildefonſum vero (ut unus mortalium omnia ſcire non poteſt) penitus ignoravit. Sexvirorum iſtorum diligentiam æmulatus *Henricus* patria Gandavenſis, dignitate Archidiaconus Tornacenſis, excuſſis omnium bibliothecarum angulis, ſubſeqventem ſeriem ab anno circiter milleſimo centeſimo ad milleſimum usqve trecenteſimum protraxit. At vero ne ſuus Græciæ, omnium diſciplinarum parenti, præco deeſſet, *Photius*, ſub annum octingenteſimum qvinqvageſimum, *Bibliothecam* cum ſacrorum tum externorum librorum concinnavit, & eclogas inde permultas ſeu excerpta totidem verbis, enumeratione ſola minime contentus, tranſcripſit: forte qvod animo præſagiret fore, ut pleriqve temporum injuria (qvod & magno Eccleſiæ damno accidit) funditus interirent. Qvod qvidem Photii opus, ſeu theſaurum verius, diu multumqve ab eruditis expetitum, *Andreas Schottus*, amicus olim noſter, Græce ac Latine primus in lucem protulit. Apud Latinos vero, avorum patrumqve memoria, *Trithemius* & *Sixtus Senenſis*, noſtra autem ætate *Bellarminus*, *Poſſevinus*, aliiqve plurimi hoc argumentum cum laude tractarunt. Nec antiqvitas profana ab iſto ſcriptionis genere abhorruit. Nam domi militiæqve illuſtrium, cum Græcorum tum Romanorum, vitas *Plutarchus* comparavit: *Æmilius Probus*, ſeu potius *Cornelius Nepos* Imperatorum Græciæ: Philoſophorum *Laërtius Diogenes*; Sophiſtarum *Philoſtratus* atqve *Eunapius*; Rhetorum vero ac litteratorum vitas Suetonius, collegerunt. Qvamqvam hæc ad te qvorſum, *Excellentiſſime Domine*, cum ipſe non ſolum omnis antiqvitatis, ſacræ ac profanæ, ſis peritiſſimus; ſed & bibliothecam omni genere librorum, numiſmatum, ſtatuarum, aliorumqve veterum monumentorum ſic adfluentem inſtruxeris, ut cum magno illo *Ptolemæo Philadelpho*, Ægyptiorum Rege, de palma certare videaris. Qva qvidem in re neſcio an magis mirari animum tuum, an felicitatem debeamus: animum vere regium, qvod colligere tam multa volueris; felicitatem; qvod potueris. In qvorum tot illuſtrium monumentorum numero ſi erit ut hi Septemviri, *Nomenclatores*, inqvam, *Veteres VII.* cenſeantur, næ illi beatiſſimi, omnium judicio, & nova qvaſi vita donati fuerint. Datum Antwerpiæ, IV Kalendas Aprilis M. DC. XXXIX.

EXCELLENTIÆ VESTRÆ

devotiſſimus

AUBERTUS MIRÆUS.

# APPROBATIO CENSORIS.

Bibliotheca Eccleſiaſtica, ſive Nomenclatores ſeptem veteres, S. Hieronymus, Gennadius Maſſilienſis, S. Iſidorus Hiſpalenſis, S. Ildefonſus Toletanus, Honorius Auguſtodunenſis, Sigebertus Gemblacenſis, & Henricus Gandavenſis, a Reverendo & Cl. Viro D. Auberto Miræo, Decano Antwerpienſi, S. Th. Licentiato ac Bibliothecario Regio, Scholiis & Auctariis, non minus erudite qvam curioſe, illuſtrati, magno Eccleſiæ bono publicabuntur. Ita cenſui Antwerpiæ die 26 Martii, Ao. M. DC. XXXIX.

CASPAR ESTRIX,
S. Theol. Licent. Canonicus & Pleb. ac lib. Cenſor.

---

# SUMMA PRIVILEGII REGII.

PHILIPPUS IV. Hiſpaniarum & Indiarum Rex Catholicus, ac Belgarum Princeps, diplomate ſuo ſanxit, ne qvis *Auberti Mirai*, Decani Antwerpienſis *Bibliothecam Eccleſiaſticam*, ſive *Opus de Scriptoribus Eccleſiaſticis*, præter Jacobi Meſii, Typographi jurati Antwerpienſis, voluntatem, ullo modo intra novennium excudat, aut alibi excuſum in Belgium importet, aut venale habeat. Qvi ſecus faxit, confiſcatione librorum, & alia gravi pœna mulctabitur: uti latius continetur in litteris Bruxellæ datis die 23. Martii A. XXXVIII.

*Signatum.*

COOLS.

---

FAMIANI STRADÆ ROMANI S. I.

# JUDICIUM

DE

## BIBLIOTHECA ECCLESIASTICA AUBERTI MIRÆI.

REVERENDE & CLARISSIME DOMINE,

Bibliothecam Eccleſiaſticam abs te mihi miſſam reverenter accepi, uti munus ſacrum ab homine ſacro. Admiratus ſum in ea eruditionem, judicium, perſpicuitatem. Qvam multa legiſſe opus eſt eum, qvi hæc ſcripſerit? qva prudentia vigere, qvi de ſingulis ita judicaverit? qva ingenii facilitate, qvi res adeo implexas tam clare digeſſerit? Debuimus ad hanc diem Scriptores Eccleſiaſticos illis ſeptem Nomenclatoribus: jam incipimus eos aliosqve debere & tibi, cujus opera illuſtriores accipimus. Ut merito tibi, tales inter viros adſcribendo, gratulari non vana anticipatione poſſimus. Interim pro munere ad me miſſo ago humanitati tuæ gratias, habeoqve ſane non vulgares: vitamqve tibi, imo & Eccleſiæ, & bonis artibus diuturnam atqve incolumen precor. Vale.

Romæ 21. Januarii 1640.

Servus in Chriſto addictiſſ.

FAMIANUS STRADA.

TESTI-

# TESTIMONIA,

## De libro S. HIERONYMI, de Viris Illuſtribus, ſcripto Anno Chriſti CCCXCII. Theodoſii Magni XIV. ætatis Hieron. circiter L.

*S. Auguſtinus Epiſtola ad Hieronymum LX. (in nova edit. XL.)*

Liber qvidem tuus inter cætera non diu eſt ut venit in manus noſtras: qvæ ſit ejus inſcriptio, neſcimus adhuc. Non enim hoc Codex ipſe, ut adſolet, in liminari pagina prætendebat. EPITAPHIUM tamen appellari dicebat frater, apud qvem inventus eſt, qvod ei nomen tibi placuiſſe ut inderetur crederemus, ſi eorum tantum vel vitas vel ſcripta ibi legiſſemus qvi jam defuncti eſſent. Cum vero multorum & eo tempore qvo ſcribebatur, & nunc usqve viventium ibi commemorentur opuſcula, miramur cur hunc ei titulum vel impoſueris vel impoſuiſſe credaris. Sane utiliter à te conſcriptum eundem librum ſatis approbamus.

*S. Hieronymus ad Auguſtinum, Epiſt. LXXXIX. (nova edit. LXXIV.)*

Dicis accepiſſe te librum meum à qvodam fratre qvi titulum non haberet, in qvo ſcriptores Eccleſiaſticos tam Græcos qvam Latinos enumeraverim: cumqve ab eo qværerem, ut tuis verbis utar, cur liminaris pagina non eſſet inſcripta, vel qvo cenſeretur nomine, reſpondiſſe appellari EPITAPHIUM: & argumentaris qvod recte ſic vocaretur ſi eorum tantum vel vitas vel ſcripta ibi legiſſes qvi jam defuncti eſſent: cum vero multorum & eo tempore qvo ſcribebatur, & nunc usqve viventium commemorentur opuſcula, mirari te, cur ei hunc titulum impoſuerim. Puto intelligere prudentiam tuam, qvod ex opere ipſo titulum potueris intelligere. Legiſti enim & Græcos & Latinos, qvi vitas virorum illuſtrium deſcripſerunt, qvod nunquam EPITAPHIUM huic operi inſcripſerint, ſed DE ILLUSTRIBUS VIRIS, verbi gratia Ducibus, Philoſophis, Oratoribus, Hiſtoricis, Poëtis, Epicis, Tragicis, Comicis. Epitaphium autem proprie ſcribitur mortuorum, qvod qvidem in Dormitione ſanctæ memoriæ Nepotiani Presbyteri olim feciſſe me novi. Ergo hic liber vel, DE ILLUSTRIBUS VIRIS, vel proprie DE SCRIPTORIBUS ECCLESIASTICIS appellandus eſt: licet à plerisqve emendatoribus imperitis DE AUCTORIBUS dicatur inſcriptus.

*Idem S. Auguſtinus Epiſtola laudata:*

In libro etiam qvo cunctos qvorum meminiſſe potuiſti Scriptores Eccleſiaſticos & eorum ſcripta commemoraſti, commodius ut arbitror fieret, ſi nominatis eis qvos hæreſiotas eſſe noſti, (qvando ne ipſos qvidem prætermittere volueris,) ſubjungeres etiam in qvibus cavendi eſſent: qvanqvam nonnullos etiam præterieris, qvod ſcire cuperem qvo conſilio factum ſit. Aut ſi illud volumen forte onerare noluiſti, ut commemoratis hæreticis non adderes in qvibus eos Catholica damnavit auctoritas: peto ne grave ſit literato labori tuo, qvo non mediocriter per Dominum Dei noſtri gratiam in Latina Lingva ſanctorum ſtudia & accendiſti & adjuviſti, id qvod tibi per humilitatem meam fraterna charitas indicit, ut ſi occupationes tuæ ſinunt, omnium hæreticorum perverſa dogmata, qvi rectitudinem fidei Chriſtianæ utiqve ad hoc tempus vel impudentia vel imperitia vel pertinacia depravare conati ſunt, uno libello breviter digeſta edas in notitiam eorum, qvibus aut non vacat propter alia negotia, aut non valent propter alienam linguam tam multa legere atqve cognoſcere. Diu te rogarem, niſi hoc ſoleret eſſe indicium minus præſumentis de charitate.

*S. Hieronymus lib. I. adverſus Jovinianum p. 168.*

Ut autem ſciamus Joannem tunc fuiſſe puerum, manifeſtiſſime docent Eccleſiaſticæ Hiſtoriæ, qvod usqve ad Trajani vixerit imperium, id eſt poſt paſſionem Domini ſexageſimo octavo anno dormierit, qvod & in libro DE ILLUSTRIBUS VIRIS breviter perſtrinximus.

*Idem Epiſtola CLIV. ad Deſiderium.*

Scripſi librum DE ILLUSTRIBUS VIRIS ab Apoſtolis usqve ad noſtram ætatem, imitatus Tranqvillum, Græcumqve Apollonium: & poſt Catalogum plurimorum me qvoqve in calce Voluminis qvaſi abortivum & minimum omnium Chriſtianorum poſui, ubi mihi neceſſe fuit usqve ad * decimum qvartum annum Theodoſii Principis qvid ſcripſerim



* Confer infra c. ult. hujus libri de Viris illuſtr. & Jo. Andream Boſium de teſtimonio Flavii Joſephi de CHriſto cap. II. §. 47. p. 71. ſeq. Antonium Pagi prolegom. ad diſſ. Hyperaticam n. 35.

pſerim; breviter annotare. Qvem librum cum à ſupra dictis ſumpſeris, qvicqvid de indice minus habueris, paulatim ſcribi faciam ſi volueris.

*Idem præfat. Commentarii in Jonam Prophetam.*

Triennium circiter fluxit poſtqvam qvinqve Prophetas interpretatus ſum, Michæam, Naum, Abacuc, Sophoniam, Aggæum; & alio opere detentus non potui implere qvod cœperam: ſcripſi enim librum DE ILLUSTRIBUS VIRIS, & adverſum Jovinianum duo volumina, Apologeticum qvoqve & de optimo genere interpretandi ad Pammachium, & ad Nepotianum vel de Nepotiano duos libros, & alia qvæ enumerare longum eſt.

*Idem libro II. in Rufinum pag. 419.*

Unde etiam ante annos ferme decem, qvum DEXTER amicus meus, qvi Præfecturam adminiſtravit Prætorii, me rogaſſet, ut Auctorum noſtræ religionis ei indicem texerem, inter cæteros tractatores poſui & hunc librum * à Pamphilo editum, ita putans eſſe, ut à te & tuis diſcipulis fuerat divulgatum.

*Gennadius Maſſilienſis Catalogo Illuſtrium virorum cap. 1.*

Jacobus Presbyter cognomento ſapiens - - Hunc virum Beatus Hieronymus in libro Χρονικῶν velut magnarum virtutum hominem nominans, cur in CATALOGO SCRIBARUM non poſuerit, facile excuſabitur ſi conſideremus ipſos tres vel qvatuor Syros qvos poſuit, interpretatos in Græcum ſe legiſſe teſtatum. Unde conſtat eum ignoraſſe † illo tempore Syram linguam vel litteras.

*Facundus Hermianenſis lib. IV. pro defenſione trium capitulorum cap. 2.*
Tom. III. Opp. Sirmondi p. 520.

Hieronymus qvoqve noſter, vir admodum doctus, qvi etiam tantæ fuerat lectionis, ut omnes aut pæne omnes** ſive in Græco ſive in Latino eloqvio divinarum Scripturarum tractatores legeret, ſcripſit librum cujus eſt titulus DE VIRIS ILLUSTRIBUS, in qvo non ſolum Catholicos, ſed etiam hæreticos memoravit qvi de Scripturis Sanctis in utraqve lingua aliqvid conſcripſerunt, non tacuit qvi hæreſum fuerint conditores, qvive aſſertores, vel qvi etiam à qvibusdam ut hæretici accuſarentur, aliis contra defendentibus: qvi tamen Sanctum Diodorum nec in ſuſpicionem hæreſis veniſſe retulit.

*Magnus Aurel. Caſſiodorus Senator, Inſtitut. Divinarum Litterarum cap. XVII.*

Sed cum te de memoratis rebus diligens Lector expleveris, ingeniumqve tuum divina fuerit luce radiatum, lege librum DE VIRIS ILLUSTRIBUS S. Hieronymi, ubi diverſos Patres atqve opuſcula eorum breviter & honoravit & tetigit. Deinde alterum Gennadii Maſſilienſis, qvi de ſcriptoribus Legis Divinæ qvos ſtudioſe perqviſiverat, certiſſimus indicavit. Hos in uno corpore ſociatos reliqvi, ne poſt diverſos Codices cognoſcendæ rei tarditas afferatur, ſeqvuntur enim multarum lectionum venerabilium conditores.

*Marcellinus Comes in Chronico.* Indictione V. Arcadio & Rufino CoSS.

Usqve hunc XIV. Theodoſii imperii annum beatus Hieronymus poſt aſcenſionem D.N. JEſu CHriſti à Petro Apoſtolo incipiens & in ſemetipſum deſinens, CXXXV. *** Virorum illuſtrium Eccleſiaſtica volumina deſcripſit, apud Bethlehem oppidum degens, ubi & Monaſterium ſibi condidit, & alia multa Eccleſiaſtica litteris qvoqve Hebraicis edoctus ſcripſit, finemqve vitæ ſuæ admodum ſenex fecit, ibiqve ſepultus eſt, Catholicis qvidem inexpugnabilis Eccleſiæ turris, hæreticis autem omnibus infatigabilis hoſtis, tam propoſito vitæ ſuæ, qvam librorum à ſe editorum aſſertionibus depugnans.

*Auctor vitæ Hieronymi editus à Jo. Mabillonio Tom. IV. Analect. & à Jo. Marcianæo Tom. V. Opp. Hieron.*

Qvinqve & centum triginta Virorum illuſtrium Eccleſiaſticos ſcriptores à paſſione CHriſti usqve ad XIV. Theodoſii Imp. annum digeſſit, omnesqve qvi de Scripturis Sanctis memoriæ aliqvid tradiderunt, breviter expoſuit.

*Joannes Sariberienſis, Epiſtola CLXXII.*

Philo, cujus meminit Hieronymus undecimo capitulo libri de Viris illuſtribus.

Editio-

* Apologiam pro Origene.

† Vide, ſi placet qvæ contra hanc Gennadii obſervationem diſputat Wilhelmus Erneſtus Tentzelius ὁ μακαρίτης in diſſ. de Jacobo Niſibeno T. I. diſſ. Select. p. 254. ſeq.

** Hæc Facundus ex S. Auguſtini I. in Julian. ubi de S. Hieronymo: *Hic omnes vel pene omnes, qvi ante illum ex utraque parte orbis de doctrina Eccleſiaſtica ſcripſerant, legerat.*

*** Hinc patet capita de Andrea, Jacobo Majore, Philippo, Bartholomæo, Thoma, Simone Cananæo, Matthia, Timotheo, Tito & Creſcente, qvæ in Græca verſione leguntur adjuncta, Hieronymi non eſſe. Vide Rev. E.S. Cypriani diſſertationem Catalogo Hieronymiano præmiſſam, & Tillemontium Tom. XII. memoriar. Hiſt. Eccleſ. pag. 141. ſeq.

# Editiones Libri Hieronymiani.

*Inter alia S. Hieronymi ſcripta.*

Romæ 1468. & 1470. per Joannem Andream Epiſcopum Alerienſem & cuſtodem Bibl. Vaticanæ Has edit. laudant Joh. Launojus diſſ. de Victorinis p. 7. & Rich. Simonin Epiſtolis ſelectis Gallice editis T. I. Epiſt. 32.

Venetiis 1470. 1488. apud Andream de Toreſanis de Aſula.

Moguntiæ 1470.

Baſileæ 1491. & ex *Eraſmi* recenſione 1516. 1524. 1526. 1553. 1565.

Lugduni 1530.

Pariſiis 1533. 1546. & cum notis *Mariani Victorini* &c. 1579. 1609. & 1623. cum notis Victorini & *Henr. Gravii.*

Romæ 1566. cum notis Mariani Victorini, apud Paulum Manutium.

Antwerpiæ, 1578. cum notis Victorini.

Coloniæ 1616. cum Victorini notis.

Francofurti 1684. fol. Tom. I. cum notis Eraſmi, Victorini, Gravii.

Pariſiis ex noviſſima *Joannis Marcianæi* recenſione 1706. fol. Tomo IV.

*Separatim.*

Cum *Sophronii* Græca verſione, Baſil. 1539. in 4. edente Eraſmo.

Cum Catalogis Gennadii, Iſidori, Honorii, Sigeberti & Henrici de Gandavo. Colon. 1580. in 8. ex recenſione *Suffridi Petri.*

Ex editione Joannis à Fuchte, Helmſtad. 1611. in 4. qvi ait ſe exemplar ſeorſim excuſum contuliſſe cum editione Lugd. 1513.

Cum Gennadii, Iſidori, Ildefonſi, Honorii, Sigeberti & Henrici Gandavenſis Catalogis notisqve & auctario *Auberti Miræi*, Antwerp. 1639. fol.

Cum notis ejusdem Miræi, Eraſmi, Victorini, Gravii, & *Erneſti Salomonis Cypriani.* Helmſt. 1700. in 4to.

In Guil. Cavei Hiſtoria litteraria legas Hieronymi Catalogum Scriptorum illuſtrium vidiſſe lucem Lugduni 1617. cum notis *Roſweidi.* Sed non dubito viri eruditiſſimi memoriæ obverſatas vitas Patrum, qvas ab Hieronymo & aliis vetuſtis ſcriptoribus traditas, illo anno Lugduni cum notis ſuis Heribertus Roſweidus S. J. in lucem emiſit.

# De Græca verſione qvæ ſub SOPHRONII fertur nomine.

*Eraſmus Roterodamus Lectori pio S. D.*

Eruditum opus & Hieronymo dignum, ſed quod nemo, cui bonæ literæ cordi ſint, ſine gravi dolore legere poſſit, nimirum hinc intelligens ex tot egregiis clariſſimorum virorum monumentis, vix paucula quædam ſupereſſe, atque ea ſane mutila, depravata, contaminataque. O jacturam vere deplorandam, ſi quid proficeretur complorationibus. Si quid ad rem attinet domeſticam, id tenemus mordicus, pro fundis, pro cenſu ſtrenue digladiamur. Ad in hujusmodi theſauris, quibus nihil eſſe poteſt precioſius, & Eccleſia Chriſtiana dignius, quam dormitatum eſt ab epiſcopis, ac theologis, qui tot orbis lumina, tot inſignes fidei noſtræ proceres & anteſignanos, litteris eximios, eloquentia illuſtres, vitæ ſanctimonia commendatos, aliquot & martyrio claros, intercidere paſſi ſunt, ut hoc ſordidum Scriptorum genus ſuccederet, ſententiariorum, ſummulariorum, faſcicularioruin, ſpecularioruin, & o Deum immortalem, quorum vel recordatio nauſeam moveat generoſis ac bene natis ingeniis. Verum hic dolor extimulare debet omnes bonis addictos authoribus, ut id certe quod ſupereſt, tanto legant avidius, quanto minus eſt, quod temporum ruina nobis fecit reliquum. Vertit hunc librum Græce Sophronius, cujus mentionem facit inter reliquos Hieronymus, nec id ſane infeliciter. Ex quo permulta reſtituimus, exemplar emendatum ac vetuſtum nacti. Gennadii catalogum, non omnino lectu indignum, ob hiſtoriæ cognitionem reperies in ſecunda parte ſecundi tomi. Eſt & alius libellus, de duodecim primatibus Eccleſiæ, ſed authorem præ ſe ferens non ſolum ineruditum & infantem, verum etiam inſanum, motæque mentis, quem tamen ipſum in tertia parte ſecundi tomi reperies, ſi libebit bonas horas male perdere. Ne quid autem fallat lectorem, illud noverit, Andream, Jacobum Zebedæi filium, Philippum, Bartholomæum, Thomam, Simonem Cananæum, Matthiam, Timotheum, Titum, Creſcentem, non recenſeri ab Hieronymo, ſed additos a ſtudioſo quopiam ex alio catalogo. Nam plæraque conveniunt cum his, quæ retulit Theodorus, *Tyri Epiſcopus. Cæterum ab Hieronymo non commemorantur niſi ſcriptores. Bene vale.



* Dorotheus aliis.

*Isaacus Vossius notis in S. Ignatii Epistolam ad Smyrnæos.*

Hieronymus, quem in sexcentis videre est Hebraicæ, quam Græcæ, peritiorem fuisse linguæ, hæc verba Ignatii ἐν σαρκὶ αὐτὸν εἶδα ita reddidit; *in carne eum vidi*. Ita quoque vetus versio Armachani. Sophronius item, ἐν σώματι αὐτὸν εἶδον. Sed mihi constat translationem istam Græcam, Sophronii nomen mentiri. Quid? an verisimile est, ita Sophronium fuisse negligentem, ut non inspexisset ipsum Ignatium, cum hæc loca essent vertenda? Sed hoc leve. Versio illa innumeris in locis non est Græca: innumeris quoque in locis male Hieronymi mentem expressit. Quidquid in Hieronymo est corruptum, † eodem modo sese habet in Græco. Quæcunque in illo Hieronymi Catalogo desunt (deesse autem multa, ex MSS. collatione adparebit) desunt quoque in illo Pseudosophronio. Mille id exemplis in tam exiguo scripto comprobare possemus, si animus esset commentariolum nostrum rebus parum ad Ignatium facientibus extendere. Sed, puto, nasutum lectorem satis id per se posse animadvertere, nec egere monitore. Sufficiat dixisse, paraphrasin illam Græcam, quæ sub nomine Sophronii circumfertur, ubique esse falsam, ubique ineptam, & ubique impostoram sapere. Sed quisnam ille tandem fuerit, qui ita nobis voluerit imponere, id vero difficile dictu sit. Mihi in nulla unquam Bibliotheca illam paraphrasin MS. videre contigit. Scripsit quoque nuper Cl. vir Ismael Bulialdus, illam non extare in Bibliotheca Regia Parisiis. Nec extare uspiam puto. Aut si extet, multum vereor, ne à recentissima sit manu exarata, nec CL. annos excedente. Nam etiam recentissimi codices Latini ejus Catalogi multo sunt meliores ista paraphrasi Græca. Sed quid facias Erasino, qui cum primus sit qui illam ediderit, dicit se Sophronii exemplar vetustum & emendatum nactum fuisse? Nisi Erasmus hæc diceret, multum de fide ejus rei dubitarem. Suspicari tamen aliquis non immerito possit, ipsum nobis supposuisse hanc translationem, idque animi gratia; vel ut ostenderet, si sibi fuisset voluntas, sua aliis affingendi, ad hoc neque defuturum fuisse ingenium, neque eruditionem. Uti nec defuere hoc nostro sæculo virorum insignium ingenia, quæ similia actitarint, quamvis dispari successu; cum eorum fucus non ita diu potuerit latere, sed etiam indoctissimis quibusque statim subboluerit. Sed credamus potius illum à nebulone aliquo fuisse deceptum, qui corruptissimum Hieronymi Catalogum nactus, Græcè à se redditum, huic Heroi pro antiqua Sophronii versione venditarit. Eadem forsan manus est, quæ paraphrasin illam supposuit, & quæ priorem partem Catalogi Hieronymiani corruperit. Nam quorsum in eo inter scriptores Ecclesiasticos referuntur tot Apostoli, qui nihil omnino scripserunt, quorumque vitas adparet desumtas esse, paucis, tantum mutatis, ex ineptissimo scripto Dorothei * de XII. Apostolis? Inquit Erasmus, Sophronium adjunxisse reliquos istos Apostolos, qui nihil scripserunt. Sed unde hoc rescivit ** nisi ipse fuerit Sophronius? Habeo posteriorem partem ejus Catalogi MS tam, cui appositi sunt numeri. In eo vita Hieronymi, quæ est ultima, est CXXXIV. At qui vulgata exemplaria consulat, numerabit in iis vitas CXLI. Si quis itaque purum & incorruptum habere velit scriptum istud Hieronymi, demat primum vitas & nomina eorum, qui subsequuntur:

| | | |
|---|---|---|
| *Andreas Apostolus* | *Thomas Apost.* | *Timotheus Episcopus.* |
| *Jacobus Zebedæi filius.* | *Simon Cananæus Apost.* | *Titus Episcop.* |
| *Philippus Apost.* | *Matthias Apost.* | *Crescens.* |
| *Bartholomæus Apost.* | | |

Addat jam IV. Evangelistarum vitas, qvæ excidere, & procedat ordo hoc pacto, qvomodo & apud Honorium Augustodunensem, qvi eum descripsit, videre est.

| | | |
|---|---|---|
| *Simon Petrus.* | *Paulus Apostolus.* | *Joannes Evangelista.* |
| *Iacobus Apostolus.* | *Barnabas Cyprius.* | *Hermas.* |
| *Matthæus Evangelista.* | *Lucas Evangelista.* | *Philo.* |
| *Iudas Apostolus.* | *Marcus Evangelista.* | |

Si hoc modo numeres, continebit Catalogus ille scriptores CXXXV. Fieri autem potest, ut in scripto meo codice semel erratum sit in numeris. Et in hoc qvoqve peccavit Erasmus, qvod Evangelistarum vitas segregaverit, & ex iis singularem tractatum concinnarit; qvorum tamen ordinem, uti & reliqvorum, recte servavit in notis suis, adeo ut videatur in eo sui fuisse oblitus. Qvæcunqve diximus, vera ut puto, deprehendet, si qvis consulat MSS. codices:

† Nimis hoc liberaliter dici, ex variis libri ipsius locis apparebit, in qvibus Græca rectius se habent.

* Apparet etiam haud diversas esse ab illis vitis, qvæ sine nomine auctoris leguntur adjuncta Occumenii commentariis in Epistolas Pauli Apostoli. Et Græculorum recentium credulitatem potius, qvam antiqvam & modestiorem in illis, qvæ ipsimet ignorarent, confingendis Sophronii ætatem illos spirare, notavit Tillemontius Tom. XII. memor. Hist. Eccles. pag. 142.

** Conjectura ductus tamen scribere id potuit, ut recte Bosio monitum.

y Google

codices; meliores præsertim, qvalis est ille, qvem memini me obiter vidisse Florentiæ, Longobardicis literis exaratum, in conventu D. Marci.

*Io. Andreas Bosius introductione in notitiam Scriptorum Ecclesiasticor. cap. 3.*

Viro summo Isaaco Vossio facile largior, nec Sophronii illius, cui tribuitur, nec valde antiqvam esse Græcam Catalogi Hieronymiani versionem. Sed ut ab Erasmo, aut ab alio illius ævi confictum credam, adduci non possum. Nam cum ex eo qvædam iisdem verbis in Lexico Suidæ legantur, potius est ut Suida vetustiorem credamus. *Loca Suidæ suis qvaqve locis allegata lector infra reperiet. Ac Bosio assentiuntur viri doctrina & ingenii laude celebratissimi. Huetius de claris interpretibus pag. 215. & lib. I. Origenianorum cap. 2. & Stephanus le Moyne notis ad Varia sacra pag. 428. Tillemontius & S. E. Cyprianus locis supra laudatis, aliique.*

---

# S. HIERONYMI, DE VIRIS ILLUSTRIBUS LIBER,

*adjuncta versione antiqva Græca, qvam sub SOPHRONII nomine Erasmus in lucem edidit.*

## HIERONYMUS DEXTRO.

Hortaris, *Dexter*, ut *Tranqvillum* seqvens, Ecclesiasticos Scriptores in ordinem digeram, & qvod ille in enumerandis gentilium litterarum Viris a) fecit illustribus, ego b) in nostris faciam, id est, ut à passione Christi usqve ad decimum qvartum Theodosii Imperatoris annum, omnes qvi de Scripturis Sanctis memoriæ aliqvid prodiderunt, tibi breviter exponam. Fecerunt qvidem hoc idem apud Græcos *Hermippus* c) peripateticus, *Antigonus Carystius*, *Satyrus* doctus vir, & longe omnium doctissimus *Aristoxenus* Musicus: apud Latinos autem *Varro*, d) *Santra*, *Nepos*, *Hyginus*, & ad cujus nos exemplum vis provocare, *Tranqvillus*. Sed non mea est & illorum similis conditio: Illi enim historias veteres annalesqve replicantes, potuerunt qvasi de ingenti prato parvam opusculi sui coronam texere. Ego qvid acturus sum, qvi nullum prævium seqvens, pessimum (ut dicitur) magistrum e) memet ipsum habeo? Qvamqvam *Eusebius* Pamphili, in decem Ecclesiasticæ historiæ libris, maximo nobis adjumento fuerit, & singulorum, de qvibus scripturi sumus, volumina ætates auctorum suorum sæpe testentur. Itaqve Dominum JEsum Christum

## ΙΕΡΩΝΥΜΟΣ ΔΕΞΤΡΩΙ.

Προτρέπῃ Δέξτρε, ὡς τὸν Τραγκύλλῳ ἐπόμενός με, τοὺς ἐκκλησιαστικοὺς συγγραφεῖς κατ' ἄξιν ἐκθεῖναι, καὶ ὅσοι ἐκεῖνος ἀπαριθμήσατο τοὺς πρὸ ἐμοῦ ἄνδρας, τοὺς τὰ ἐθνικὰ συντάξαντας πραγματείας, κἀγὼ ἐν τοῖς ἡμετέροις ποιήσω, τοῦτ' ἔστιν, ἀπὸ τοῦ πάθους τοῦ Σωτῆρος ἄχρι τοῦ κατὰ Θεοδόσιον τὸν βασιλέως, πάντας τοὺς ἐκ τῶν θείων γραφῶν συγγεγραμμένους τι, καὶ τὴν μνήμην παραδεδωκότας, ἀλλ' ἐφεξῆς φανερώσω. Πεποιήκασι μὲν ἐν τούτῳ αὐτῷ, πρὸ ἐμοῦ πολλοὶ, Ἑρμιππος περιπατητικὸς, Ἀντίγονος Καρύστιος, Σάτυρος ἀνὴρ πολυμαθὴς, καὶ πολλῶν πάνυ διδασκαλικώτερος, Ἀριστόξενος μουσικός. Παρὰ δὲ τοῖς Ῥωμαίοις Βάρρων, Σαντρας, Νέπως, Τύγιν, καὶ ἕτερος ὑποδείγματα ἡμᾶς προκαλεῖσθαι βούλει, Τραγκυλλος. Ἀλλ' οὐκ ἔστιν ἐμοὶ κακόνοια ἡ αἵρεσις. Ἐκεῖνοι μὲν γὰρ, παλαιὰς ἱστορίας καὶ τὰ ἑκάστῳ ἔτους ἀναλυλίοντες συντάγματα, ἐδυνήθησαν ὥσπερ ἐκ μεγάλου λειμῶνος, ἐλάχιστον γῦν τοῦ οἰκείου ἔργου στέφανον πλέξαι. Ἐγὼ δὲ, τί διαφέρομαι ἡγεμόνα ἑπόμενος ἑαυτῷ ἀλλ' ἐμαυτὸν κάκιστον ὡς ὁ λόγος φησὶ, διδάσκαλον ἔχων. Εἰ καὶ τὰ μάλιστα Εὐσέβιος ὁ Παμφίλου δέκα ἐκκλησιαστικῆς ἱστορίας βίβλους μεγίστην ἡμῖν παρέσχετο βοήθειαν, καὶ τὰ ἑκάστου, ὧν ἐν συγγράφοις μέλλομεν, τύχῃ, ὑπὲρ τοῦ οἰκείου τὴν μαρτυρίαν παρέξεσι χρόνου. Τοσγαροῦν

D

a) In Græca versione nove dictum τοὺς τὰ ἐθνικὰ συντάξαντας pro *gentilium litterarum viros*, quibus verbis Hieronymus innuit quæ de Poetis, Grammaticis, Rhetoribus *Suetonius* composuerat. Nam οἱ τὰ ἐθνικὰ συντάξαντες ex veterum Græcorum usu sunt, qui de vocabulis scripserunt certæ genti peculiaribus, ut scriptores ἐθνικῶν ὀνομάτων, Callimachus, Zenodotus aliique: vel qui nomina gentilitia ac patronymica tradidere ut Stephanus Byzantinus cujus ἐθνικὰ ab Hermolao in compendium missa habemus, ne deperdita jam memorem Orionem Thebanum, Metrodorum, Philoxenum, Longinum.

b) Suffridus Petri, *id ego.*

c) De *Hermippo* Smyrnæo Peripatetico præter Vossium, Jonsiumque consulendus Guil. Spencerus ad Origenem contra Celsum p. 13. de *Antigono*, e Carysto Euboeæ urbe, Meursius, qui syllogen eius historiarum memorabilium cum notis edidit, Harduinus ad Plin, Menagius ad Laert. *Satyri* meminit & alibi Hieronymus lib. 2 in Jovinian. *refert Satyrus, qui illustrium virorum scripsit Historiam, quod Diogenes* &c. Aristoxeni βίους non sine summa voluptate legi potuisse testatur Plutarchus lib. quod non suaviter vivi possit secundum Epicurum p. 1093.

d) *Varro* de viris illustribus egerat libris sex prioribus rerum humanarum. Pro verbis *vis provocare* Marcianus nescio an e MS codice habet *provocas*.

e) S. Bernardus Epist. 87. ad Augerium: *qui se sibi magistrum constituit, stulto se discipulum subdit.*

by Google

precor, ut qvod *Cicero* tuus, qvi in arce Romanæ ſtetit eloqventiæ, non eſt facere dedignatus, f) in *Bruto* oratorum Latinæ Linguæ texens Catalogum, id ego in ejus Eccleſiæ g) ſcriptoribus enumerandis digne cohortatione tua impleam. Si qvi autem de his, qvi usqve hodie ſcriptitant h) à me in hoc volumine prætermiſſi ſunt, ſibi magis qvam mihi debebunt imputare. Neqve enim celantes ſcripta ſua, de his qvi longe ſunt i) noſſe potui: & qvod aliis forſitan ſit notum, mihi in hoc terrarum angulo k) fuerit ignotum. Certe cum ſcriptis ſuis clarüerint, non magnopere noſtri ſilentii diſpendia l) ſuſpirabunt. Diſcant igitur *Celſus*, *Porphyrius*, *Julianus*, rabidi adverſus Chriſtum canes; diſcant eorum ſectatores, qvi putant eccleſiam nullos Philoſophos & eloqventes, nullos habuiſſe doctores, m) qvanti & qvales viri eam fundaverint, extruxerint, adornaverint: Et deſinant fidem noſtram ruſticæ tantum ſimplicitatis arguere, ſuamqve potius imperitiam agnoſcant. Vale in Domino JEſu. n)

γαρῶν & Κυρίυ ἡμῶν Ἰησῦ Χρις ῦ δέομαι, ἵν' ὅπερ ὁ σὸς Κικέρων, ὁ ἐν τῷ ἄκρῳ τῆς ῥωμαϊκῆς ἐυγλωττίας ἱσάμενος, ποιήσαι κὰκ ἀπηξίωσεν, εἰς Βρῦτον τὸν τῶν ῥητόρων τῇ ῥωμαϊκῇ γλώττῃ συντάττων κατάλογον, τὸ ἐγὼ ἐν τῷ ἀπαριθμήσασθαι τὰς συγγραφέας τῆς αὐτοῦ ἐκκλησίας, ἐκπληρώσω διὰ τῆς σῆς ὀσιότητος. Εἰ δέ τινες ἐκ τῶν ἄχρι σήμερον συγγεγραμμένων παρ' ἐμοῦ ἐν τῷδε τῷ πίνακι παρελείφθησαν, ἑαυτοῖς μᾶλλον ἢ μοὶ ὀνειδιζέτωσαν. Οὐδὲ γὰρ ἀποκρυπτόντων αὐτῶν τὰ ἴδια συγγράμματα, γνῶναι ἐδυνήθην οἷς μὴ ἐνέτυχον, καὶ ὅπερ ἄλλοις ἴσως ὅτι γνωστὸν τυγχάνει, ἐμοὶ ἐν τῇ τοῦ κόσμου τούτου γωνίᾳ ἄγνωστον ὑπῆρξεν. Ὅμως ὅταν καταδηλοι διὰ τῶν οἰκείων γένωνται συγγραμμάτων, ἀκ ὡς τὰ μέγιστα βλαβέντες τὴν ἡμετέραν ὀπισενάξωσι σιωπήν. Μαθέτωσαν τοιγαρῶν Κέλσος, Πορφύριος, Ἰουλιανὸς οἱ λυσσώδεις κ' Χρις ῦ κύνες, μαθέτωσαν οἱ τούτων ἀκόλουθοι, οἰνομίζοντες τὴν Ἐκκλησίαν μήτε φιλοσόφους καὶ εὐφραδεῖς μήτε τινας ἐσχηκέναι διδασκάλους, ὅσοι καὶ πηλίκοι ἄνδρες ταύτην θεμελιώσαντες ᾠκοδόμησάν τε καὶ διεκόσμησαν, καὶ παύσωνται τὴν ἡμετέραν πίστιν ἀγροικῆς μόνον εὐθύνειν ἁπλότητος, οἰκείαν μᾶλλον ἀμαθίαν ὀνειδίζοντες.

f) Si ita verba interpungantur, congruet Græca verſio, ſimiliter diſponenda. εἰς Βρῦτον τὸν ---- συντάττων κατάλογον. Ille Ciceronis de claris Oratoribus liber etiamnum exſtat eruditis Seb. Corradi commentariis illuſtratus.

g) *ejus*, non Latinæ Linguæ, (nam Græcos plurimos etiam perſequitur Hieronymus) ſed cujus mentio præceſſit, JEſu CHriſti. Pro *ejus Eccleſia ſcriptoribus* Marcianæus in MS. Ottoboniano *Eccleſiaſticis* reperit.

h) ita MSS. pro *ſcripſerunt*, & mox *debebunt* pro debent.

i) Valde mihi placet hæc Monſeenſis Codicis lectio præ altera, *qua non legi*, licet huic Græca etiam verſio ſuffragetur.

k) in Bethlehem, ubi verſabatur Hieronymus cum hunc librum A. C. 392. componeret.

l) ita MSS. Bodlejanus, Monſeenſis, Norimbergenſis & alii quos Gravius & Marcianæus inſpexere pro *diſpendia*.

m) De illa Celſi, Porphyrii, Juliani calumnia videndus Doct. Chriſtianus Kortholtzius ὁ μαχαίτης in obtrectatore pagano cap. XI.

n) Verba: *Vale in Domino Jeſu*, male omiſſa in plerisque edit.

## ERASMI SCHOLIA.

*Hortaris Dexter.* Sophronius, Hieronymi familiaris, qvi librum hunc Græce vertit, indicat hunc Dextrum fuiſſe præfectum prætorio.

*Ut Tranqvillum ſeqvens.* Extat libellus Suetonii Tranqvilli, de claris oratoribus & Grammaticis. Extat & alter de viris illuſtribus, Plinii titulo, qvem nonnulli malunt aſcribere Suetonio.

*Santra Nepos.* Nonnulli codices ſcriptum habebant, Santhraprepus, verum Sophronius legit σάντας νέπως. Santas, ſive Santa nepos, ut nepos vel additum ſit diſcriminis gratia, vel cognomen ſit gentilitium, ut Plinius Nepos, Cornelius Nepos. Qvamqvam in Latinis vocabulis non usqvequaqve fidendum Græcis Scriptoribus. Proinde Santra reliqvimus. (*Imo Santra alius a Nepote & longe diverſus. Vide quæ infra Gravius, Miræusqve.*)

*Peſſimum ut dicitur magiſtrum.* Apparet vulgo jactatum fuiſſe proverbium, ſibi qvemqve peſſimum eſſe magiſtrum, qvod unusqvisqve ſibi ipſi blanditur & ſua cuiqve nimium placent.

*Celſus, Porphyrius, Iulianus.* Hi pernicioſiſſimi hoſtes Chriſtianæ religionis, ut qvam litteris Philoſophorum ac rhetorum præter impietatem ac tyrannidem adverſum nos armati, libris editis inſectati ſunt.

## MARIANI VICTORINI NOTÆ.

Titulum operis ex vetuſtis & emendatioribus manuſcriptis exemplaribus, ita ut legitis, ideo reſtituimus, qvod ridiculum prorſus nobis viſum eſt, ut epiſtolæ nomine opus ipſum inſcriptum circumferretur. Recte autem nos ita reſtitutſſe ex prima Hieronymi ad Auguſtinum epiſtola potes diſcere.

*Ut Tranqvillum ſeqvens.* Extat Tranqvilli liber de claris oratoribus & grammaticis. Varronis autem, Santræ, Nepotis & Hygini interierunt.

*Celſum,*

*Celsus, Porphyrius, Iulianus.* Docti qvidem, sed pernicioſiſſimi Chriſtianæ religionis hoſtes ii fuerunt. Julianum, Cyrillus Alexandrinus ſcriptis egregie impugnavit, Celſum Origenes, Porphyrium Methodius Tyri.

## HENRICI GRAVII NOTÆ.

*Hortarii Dexter.*) Dextrum hunc, cui hoc opus ſcribit, fuiſſe præfectum prætorio non ſolus Sophronius indicat, ſed & Hieronymus ipſe 2. lib. Apolog. in Ruffinum. Fecit operi Hieronymus titulum: *De illuſtribus Viris*, ut patet ex præfat. in Jonam, & ex epiſtola *Lecto ſermone* ad Deſiderium. De eadem re vide epiſtolam Auguſtini ad Hieronymum: *Habeo gratias*: & reſponſivam Hieronymi ad eundem. Gennadius autem appellat, *Catalogum Scribarum*, de Jacob Nizebeno ſcribens.

*Ut Tranqvillum ſeqvens.*) Extat libellus Svetonii Tranqvilli *de illuſtribus Grammaticis*, & item alius *de claris Rhetoribus*: Libellum qvoqve Plinii *de illuſtribus Viris* multi putant eſſe Suetonii, licet ſint, qvi tribuant *Cornelio Nepoti.*

*Usque ad XIV. Theodoſi Imp. annum*) Hic annus juxta Euſebium eſt Domini 394. qvando regnare cœpit Theodoſius, cum Arcadio & Honorio filiis, cum qvibus tres annos regnavit.

*Apud Latinos autem Varro.*) Miror Hieronymum hic ſilentio præterire *Targvitium*, qvi Lactantio teſte cap. 10. lib. 1. *de illuſtribus* qvoqve *Viris* diſſeruit.

*Santra, Nepos, Iginus.*) Santram citant Donatus in vita Terentii. Qvintilianus lib. 12. cap. 10. & Feſtus Pompejus in dictione: *Oiſſillum.*

De *Nepote* autem Servius enarrans illud Virgilii: *Taurino quantum &c. Hujus*, inqvit, *rei teſtis eſt Cornelius Nepos in eo libro, qvi vita Illuſtrium inſcribitur. Iginus* qvoqve præter ea qvæ extant, ſcripſit & libros *de Viris Claris*, teſte Aſconio in orationem Ciceronis in Piſonem. De eo Euſebius in Chronicis *Anno 35. Auguſti C. Iulius Iginus cognomento Polybiſtor Grammaticus habetur illuſtris.*

*Ego qvid acturus ſum, qvi nullum prævium ſeqvens.*) In epiſtola ad Damaſum: *Qvenam. Ego nullum prævium, niſi Chriſtum ſeqvens.* Corrige locum. *Primum* enim ibi corrupte legitur. Ad Paulinum: *Frater Ambroſius: Ut intelligeres te in ſcripturis ſanctis ſine prævio & monſtrante ſemitam non poſſe ingredi.* In Michææ tertio: *Hic, qvi nolunt ſe prævium ſeqvi, ſed ſuperbiunt.*

*Ut qvod Cicero tuus, qvi in arce Romanæ eloqventiæ ſtetit.*) Idem in præfat. qvæſt. Hebraicarum. Fabius lib. 12. cap. 11. *Cicerone arcem tenente eloqventiæ.* Hieron. in epiſt. *Lelli ſteteris: Et in eloqventiæ arce ſteteris.*

*Non eſt facere dedignatus in Bruto.*) Inſcribitur hic liber: *De claris Oratoribus* ſive *Brutus.* (Cicero 2. de Divinat. cap. 1. *Ita tres erunt de Oratore, qvartus Brutus, qvintus Orator.*)

*Ideo in eccleſia illius.*) Melius: *Eccleſiaſticis ſcriptoribus.*

*Non magnopere noſtri ſilentii diſpendio ſuſpirabunt.*) Lege: *diſpendia.*

*Et ornaverint*) Alias: *adornaverint.*

## SCHOLIA AUBERTI MIRÆI.

DEXTER.) Librum hunc ſuum de Scriptoribus Eccleſiaſticis S. Hieronymus ſcripſit, hortante *Flavio Lucio Dextro*, Paciani Barcinonenſis Epiſcopi filio, infra cap. 132. laudando ab ipſo Hieronymo, cui Dexter amicitia junctiſſimus fuit. Quod idem ipſe Hieronymus Apologia 2. contra Ruffinum tradit. Scripſit autem hunc librum Theodoſii Imp. anno decimo quarto (hoc eſt Chriſti anno vulgari 392.) ut ipſe infra cap. ultimo narrat.

HERMIPPUS) Smyrnæus, Philoſophus ex claſſe Peripateticorum, Callimachi Grammatici diſcipulus, temporibus Ptolemæi Evergetis vixit, & a Fl. Joſepho lib. 1. contra Appionem vocatur diligentiſſimus circa omnem hiſtoriam indagator. Scripſit vitas Virorum eruditione illuſtrium; à Laertio & Athenæo variis locis citatas.

ANTIGONUS CARYSTIUS) Ptolemæi Lagi, ejusque ſucceſſoris Philadelphi temporibus floruit; & Timonis, Polemonis, Antipatri, Menedemi, Zenonis, aliorumque Philoſophorum vitas litteris conſignavit; ab Athenæo & Laertio laudatas. Scripſit & Hiſtoriarum mirabilium collectanea, quæ ſola ad nos pervenerunt.

SATYRUS) Peripateticus, ſcripſit Virorum illuſtrium vitas ſeu hiſtorias: quarum poſſt Athenæum lib. 13. & Plutarchum in vitis X. Rhetorum, Joannes etiam Saresberienſis lib. 5. de Nugis Curialium cap. 17. meminit. Vitarum ejus epitomen concinnavit Heraclides: cujus epitomes meminit Laertius in Pythagora & Zenone Eleate. Sunt qui hunc Satyrum faciunt diſcipulum Ariſtotelis; alii longe poſteriorem eſſe volunt.

ARISTOXENUS) Tarentinus, Ariſtotelis auditor, præter Muſica, etiam Hiſtorica & Philoſophica ſcripſit; teſte Suida. Ex Vitis ab eo conſignatis laudantur a Græcis Scriptoribus Vitæ Socratis, Platonis, Archytæ, Teleſti, Xenophili, & præcipue Pythagoræ:

goræ: cujus poſtremæ ex Latinis quoque Gellius lib. 4. cap. 11. meminit. Ariſtoxeni libros tres de elementis harmonicis primus luce donavit Joannes Meurſius.

*Apud Latinos* VARRO.) M. Terentius Varro, patria Romanus, Romanorum omnium doctiſſimus (cujus de L. L. & R. R. Libros habemus) Elogia & Imagines doctorum Virorum edidit: quod opus *Hebdomadas* nuncupavit, & a Plinio lib. 3. Hiſt. nat. cap. 11. eximie laudatur. Tito Pomponio Attico perfamiliaris fuit: cui & ſuos De vita Populi Romani libros inſcripſit. Alius ab iſto, & quidem poſterior, fuit *P. Terentius Varro*, patria Atacinus, ab Atace Narbonenſis Galliæ vico ſic dictus, qui I. Cæſaris & Triumvirorum temporibus floruit, & ab Hieronymo in Chronico laudatur. Scripſit Sequanici belli libros, Argonautica, & Europam: quorum operum veteres Scriptores varii meminerunt.

SANTRA) Grammaticus a Chariſio lib. 1. a Scauro in Orthographia, Feſto, Nonio & aliis laudatur; putaturque vixiſſe Cæſaris & Triumvirorum temporibus.

NEPOS) Cornelius Nepos, Ciceroni perfamiliaris, præter alia ſcripſit libros de viris illuſtribus, à Gellio lib. 11. cap. 8. & aliis laudatos. Ex his XXII. exterarum gentium Imperatores ſuperſunt; falſo attributi Æmilio Probo. Atque iſtis quidem libris Nepos non ſolum excellentes Imperatores, ſed etiam Scriptores, cum Græcos tum Latinos, eſt perſecutus. Fragmenta omnia Nepotis Andreas Schottus diligenter collegit, & publicanda curavit. Ex ejusdem Schotti editione conſtat, libellum de illuſtribus viris Romanis falſo tribui Nepoti, aut Plinio, aut Suetonio, aut Tacito. Eſt autem *Sexti Aurelii Victoris*: videtur tamen Victor pleraque ex Nepote deſumpſiſſe. Obiit vero Nepos ævo Auguſteo, ut Plinius lib. 9. epiſt. 39. tradit.

HYGINUS) C. Julius Hyginus ſeu Higenus, Auguſti Imp. libertus, natione Hiſpanus, Ovidio familiaris (ut Suetonius lib. de illuſtribus Grammaticis tradit) libros aliquot de vita rebusque geſtis illuſtrium virorum conſcripſit: ut Gellius lib. 1. cap. 14. & alii teſtantur. Hodie nihil Hygini ſupereſt præter Poeticum Aſtronomicon ad M. Fabium, & Fabularum librum. Nam Gromatica, ſive de limitibus conſtituendis, non ſunt hujus Hygini, ſed alterius, ætate poſterioris, qui ſub Trajano vixit.

TRANQUILLUS) Suetonius Tranquillus ſub Hadriano Imp. Magiſter epiſtolarum fuit: exſtantque ad ipſum multæ Plinii epiſtolæ. Præter deperdita Suetonii ſcripta, habemus XII. Cæſares, item illuſtres Grammaticos, & aliquot Rhetores ac Poetas.

*Celſus, Porphyrius, Julianus*) tres pernicioſiſſimi Chriſtianæ religionis hoſtes. Contra Celſum Origines ſcripſit libros octo. Porphyrius Aureliani & Probi Impp. temporibus vixit. Julianus, re & cognomento Apoſtata, anno Chriſti 363. miſere periit.

## ERNESTI SALOMONIS CYPRIANI ANNOTATIONES.

VARRO) De Varrone Hieronymus Prœmio in II. librum commentariorum in epiſtolam ad Galatas: *Marcus Varro cunctarum antiquitatum diligentiſſimus perſcrutator.* Idem apud Ruffinum libro II. invectivarum: *Marcum Terentium Varronem miratur antiquitas, quod tam innumerabiles libros ſcripſerit.* Addit Ruffinus, Hieronymum libello quodam, quaſi indiculo, omnia a Varrone edita enumeraſſe: quod factum in quadam ad Paulam epiſtola, quæ hodie deſideratur. Hieronymus infra cap. 54. *Indicem operum ejus in voluminibus epiſtolarum, quas ad Paulam ſcripſimus, in quadam epiſtola, contra Varronis opera conferens, poſui.* Fragmentum epiſtolæ Ruffinus l. c. exhibet. Mirum videri non debet, multos Varronis libros hodie deſiderari, cum illo ſuperſtite quædam ejus monumenta perierint, verbi cauſa, commentarius ἐπαναγνώσεως, quid facere dicereque deberet Pompejus, conſulturus Senatum: ut ipſe Varro libro IV. epiſtolicarum quæſtionum, in literis, quas ad Oppianum dedit, teſtatur apud Gellium l. XIV. noct. Attic. c. 7.

*Hyginus.* Miræus C. Julium Hyginum vocat, ſecutus impreſſos codices operum Hygini junioris. Verum his Jacobus Micyllus in MS. Hyginum præſcriptum ait, non C. Julium Hyginum. Librorum Aſtronomicorum author nunquam C. Julius Hyginus dicitur in MS. ut notavit jam olim Morelius. Itaque Hygini, Auguſti liberti, nomen a Miræo perperam tribuitur Hygino, fabularum autori parum docto, cum Auguſti libertus doctiſſimus eſſet, ac vere Grammaticus: qui codicum bonæ fidei magnam curam gereret, commentariaque in Vergilium editurus adhiberet præſtantiſſimum codicem ex Vergilii domo atque familia: Vide Gellium l. II. cap. 21. ut neceſſum ſit, Miræum in magno errore verſari, dum Hyginum, cujus habemus Aſtronomica & fabulas, Auguſti libertum facit cum vulgo. Eſt enim Hyginus ille plumbei ſeculi, ut Joannes Schefferus diſſertatione de Hygini, ſcriptoris fabularum, ætate, ac Thomas Munckerus diſſertatione de autore mythologiæ, quæ C. Julii Hygini nomen præfert, demonſtrarunt.

Quan-

*Quanquam Eusebius Pamphili in decem ecclesiastica historia libris maximo nobis adjumento fuerit.* Hujus loci sensum mire pervertit Baronius. Cum enim videret, ex illis libris, qui sub Dionysii Areopagitæ nomine circumferuntur, plurimum utilitatis Ecclesiæ Romanæ accessurum; omnem lapidem movit, ut centones Areopagitæ vindicaret. Cumque non ignoraret, alios ab ejus sententia vel hoc nomine secessionem facturos, quod libros illos nec Eusebius, nec in nostro catalogo Hieronymus recenseat; ut hoc telum averteret, ita nugatur ad ann. CIX. n. 60. *Quod ad Hieronymum spectat, ejus silentii ratio petenda est ab ejus scribendi operis instituto: quo videlicet in præfatione ad Dextrum eos se colligere profitetur antiquos scriptores Ecclesiasticos, quos invenisset ab Eusebio recensitos: nec fuit ejus ratio instituti, si qua ab Eusebio fuissent prætermissa, perquirere.* Quæso, ubi hoc dicit Hieronymus in præfatione? Non potuisset peiori fide agere Cardinalis. Nam nec dixit Hieronymus, quod eum dixisse contendit, ut legentibus ejus verba patet; nec scopum præfixum habuit, quem eum habuisse Baronius comminiscitur. Quin potius rogatus erat, *ut omnes breviter exponat, qui de scripturis sanctis a passione Christi usque ad XII. Theodosii annum memoriæ aliquid prodiderunt. In præfat. ad Dextr.* Adjecit igitur Methodium Tyri, Senecam, Juvencum, aliosque ab Eusebio prætermissos. Ego certe non miror, Hieronymo ignotos fuisse Areopagitæ libros, qvum Baronii sodalis, Joannes Morinus, in Epistola ad Abrahamum Ecchellensem p. 619. fateatur, illorum ante annum DXXX. nullam apud Græcos Latinosve factam esse mentionem.

*Scripserunt.* Victorius aliique legunt: *Scripitant.* Sed lectio, quam retinui, multorum codicum est, ac sensui accommodatior videtur ob illa, qvæ seqvuntur: *Cereum scriptis suis claruerint.*

*Dispendio.* Gravius legendum putat: *Dispendia.* Sed forte Grammatica nititur, non codicum autoritate.

# Incipiunt Capitula Libri.

1 Simon Petrus.
2 Jacob frater Domini.
3 Matthæus qvi & Levi.
4 Judas frater Jacobi.
5 Paulus qui ante Saulus.
6 Barnabas qui & Joseph.
7 Lucas Evangelista.
8 Marcus Evangelista.
9 Joannes Apostolus & Evangelista.
10 Hermas ut ferunt Pastor, auctor libri.
11 Philon Judæus.
12 Lucius Annæus Seneca.
13 Josephus Matthiæ fil.
14 Justus Tiberiensis.
15 Clemens Episcopus.
16 Ignatius Episcopus.
17 Polycarpus episcopus.
18 Papias Episcopus.
19 Quadratus Episcopus.
20 Aristides Philosophus.
21 Agrippa cognomento Castoris. a)
22 Egesippus b) Historicus.
23 Justinus Philosophus.
24 Melito Episcopus.
25 Theophilus Episcopus.
26 Apollinaris Episcopus.
27 Dionysius Episcopus.
28 Pinitus c) Episcopus.
29 Tatianus Hæresiarches.
30 Philippus Episcopus.
31 Musanus.
32 Modestus.
33 Bardesanes Hæresiarches.
34 Victor Episcopus.
35 Hirenæus d) Episcopus.
36 Pantænus Philosophus.
37 Rhodon Tatiani discipulus.
38 Clemens Presbyter.
39 Miltiades.
40 Apollonius.
41 Serapion Episcopus.
42 Apollonius alius, Senator.
43 Theophilus alius, Episcopus.
44 Baccillus e) Episcopus.
45 Polycrates Episcopus.
46 Heraclitus Episcopus.
47 Maximus.
48 Candidus.
49 Appion.
50 Sextus.
51 Arabianus.
52 Judas.
53 Tertullianus Presbyter.
54 Origenes qvi & Adamantius, Presbyter.
55 Ammonius Presbyter.
56 Ambrosius Diaconus.
57 Tryphon Origenis discipulus.
58 Minutius Felix.
59 Gajus.
60 Berillus f) Episcopus.
61 Hippolytus Episcopus.
62 Alexander Episcopus.
63 Julius Africanus.
64 Geminus Presbyter.
65 Theodorus, qui & Gregorius, Episcopus.
66 Cornelius Episcopus.
67 Cyprianus Episcopus.
68 Pontius Diaconus.
69 Dionysius Episcopus.
70 Novatianus Hæresiarches.



a) al. *qui & Cæsar.* b) Hegesippus. c) Pinytus. d) Irenæus. e) al. *Bacchylus.* f) Beryllus.

Digitized by Google

71 Malchion Presbyter.
72 Archelaus Episcopus.
73 Anatolius Episcopus.
74 Victorinus Episcopus.
75 Pamphilus Presbyter.
76 Pierius Presbyter.
77 Lucianus Presbyter.
78 Phileas Episcopus.
79 Arnobius Rhetor.
80 Firmianus Rhetor.
81 Eusebius Episcopus.
82 Reticius Episcopus Eduorum.
83 Methodius Episcopus.
84 Juvencus Presbyter.
85 Eustathius Episcopus.
86 Marcellus Episcopus.
87 Athanasius Episcopus.
88 Antonius Monachus.
89 Basilius Episcopus.
90 Theodorus Episcopus.
91 Eusebius alius Episcopus.
92 Triphilius Episcopus.
93 Donatus Hæresiarches.
94 Asterius Philosophus.
95 Lucifer Episcopus.
96 Eusebius alius Episcopus.
97 Fortunatianus Episcopus.
98 Acacius Episcopus.
99 Serapion Episcopus.
100 Hilarius Episcopus Petavionenlis. g)
101 Victorinus Rhetor.
102 Titus Episcopus.
103 Damasus Episcopus.
104 Apollinaris Episcopus.
105 Gregorius Episcopus.
106 Pacianus Episcopus.
107 Fotinus Hæresiarches.
108 Fœbadius Episcopus.
109 Didymus ὁ βλέπων.
110 Optatus Episcopus.
111 Acilius Severus, Senator.
112 Cyrillus Episcopus.
113 Euzoius Episcopus.
114 Epiphanius Episcopus.
115 Ephrem Syrus.
116 Basilius alter, Episcopus.
117 Gregorius alter Episcopus.
118 Lucius Episcopus.
119 Diodorus Episcopus.
120 Eunomius Hæresiarches.
121 Priscillianus Episcopus.
122 Latronianus Episcopus.
123 Tiberianus Episcopus.
124 Ambrosius Episcopus Mediolanensis.
125 Evagrius Episcopus.
126 Ambrosius Didymi discipulus.
127 Maximus ex Philosopho Episcopus.
128 Gregorius alius Episcopus.
129 Joannes Presbyter. h)
130 Gelasius Episcopus.
131 Theotimus Episcopus.
132 Dexter Paciani fil. nunc Præfectus prætorio.
133 Amphilochius Episcopus.
134 Sophronius.
135 Hieronymus.

g) Ita legendum pro Pictavienſi, docete MSS. Jo. Launojus diſſ. de Victorinis.
h) Codex Sangermannenſis *Johannes Epiſcopus*, male.

# CAPUT I.

Simon Petrus, filius Joannis, o) Provinciæ Galilææ, è vico Bethſaida, p) frater Andreæ Apoſtoli, q) & princeps Apoſtolorum, r) poſt Epiſcopatum Antiochenſis Eccleſiæ, s) & prædicationem diſperſionis eorum, qui de Circumciſione crediderant, in Ponto, Galatia, Cappadocia, Aſia & Bithynia, t) ſecundo Claudii Imperatoris anno, u) ad expugnandum Simonem Magum, Romam pergit: ibique viginti quinque annis x) cathedram ſacerdotalem tenuit, usque ad ultimum annum Neronis, id eſt, decimum

Σιμων Πέτρος Ἀπόστολος υἱὸς Ἰωνᾶ, ἐπαρχίας Γαλιλαίας, κώμης Βηθσαϊδᾶ, ἀδελφὸς Ἀνδρέου Ἀποστόλου, καὶ ἀρχηγὸς τῶν Ἀποστόλων, μετὰ τὴν ἐπισκοπὴν τῆς Ἀντιοχέων ἐκκλησίας, καὶ τὸ κήρυγμα τῶν διασπαρέντων, καὶ ἐν τῇ περιτομῆς πιστευσάντων, ἐν Πόντῳ, Γαλατίᾳ, Καππαδοκίᾳ, Ἀσίᾳ καὶ Βιθυνίᾳ, τῷ δευτέρῳ Κλαυδίου ἔτει εἰς τὸ ἐκπολεμῆσαι Σίμωνα τὸν μάγον τὴν Ῥώμην ἐφίσατο, ἔνθα ἔτεσι πέντε ἑαυτῷ τὸν θρόνον τῆς ἱερωσύνης κατέσχεν, ἕως τοῦ πλευταίου ἑαυτοῦ Νέρωνος, τετάρτῳ καὶ δεκάτῳ, ἐφ' οὗ καὶ σταυρωθεὶς ἐμαρτύρησε, τὴν κεφαλὴν κάτω

o) Filius Jona ſive Joanna, Joh. I. 42. & XXI. 15. ſeq.
p) Ex qua Philippus quoque Joh. XII. 21.
q) Matth. IV. 18.
r) Τὸν κορυφαῖον καὶ μέγαν τῶν πάντων Ἀποστόλων, τὸν ἀρετῆς ἕνεκα τῶν λοιπῶν ἁπάντων προηγούμενον Πέτρον Euſeb. II. 14.
s) Antiochiæ docuiſſe Petrum conſtat ex Actor. XI. 20. ubi primum etiam auditum nomen Chriſtianorum 26.
t) 1 Petr. I. 1.
u) Euſeb. II. 14. Hiſt. Τῇ τῆς αὐτῆς κλαυδίου βασιλείας.
x) Hieron. Chron. *Petrus Apoſtolus quum primus Antiochenam Eccleſiam fundaſſet, Romam mittitur, ubi Evangelium prædicans XXV. annis ejusdem Urbis Epiſcopus perſeverat.* Sed de XXV. annis Epiſcopatus Romani, quos cum annis ſeptem Antiocheni memorat etiam liber Pontificalis Damaſo tribuitus, apud Euſebium & alios vetuſtiores ſilentium. Et ex Lactantio c. 2. de mortibus perſecutor. conſtat à tempore quo Apoſtoli diſperſi

quartum. y) A quo & affixus cruci, martyrio coronatus eſt, capite ad terram verſo, & in ſublime pedibus elevatis: z) aſſerens ſe indignum, qui ſic crucifigeretur ut Dominus ſuus. Scripſit duas epiſtolas, quæ catholicæ a) nominantur: quarum ſecunda à pleriſque b) ejus eſſe negatur, propter ſtyli cum priore diſſonantiam. Sed & Evangelium juxta Marcum, c) qui auditor ejus & interpres fuit, hujus dicitur. Libri autem, d) quibus unus Actorum ejus inſcribitur, alius Evangelii, tertius Prædicationis, quartus Apocalypſeos, quintus Judicii, d) inter apocryphas ſcripturas repudiantur. e) Sepultus Romæ, in Vaticano f) juxta viam triumphalem, totius orbis g) veneratione celebratur.

κ) γὴν ἔχων, τὴς πόδας ὴ ἐν μετεώρῳ, φάσκων ἀναξιον ἑαυτὸν εἶναι, τὸν ὅμοιον τρόπον σταυρωθῆναι τῷ πάντων Κυρίῳ. Ἐγεγράφει δύο ἐπιστολὰς τὰς ὁμολογουμένας καθολικὰς, ἀφ' ὧν τὴν δευτέραν οἱ πολλοὶ οὐκ ἐγκρίνουσιν αὐτῇ τυγχάνειν, διὰ τὸν χαρακτῆρα, καὶ τὴν διαφωνίαν τῆς πρώτης ἐπιστολῆς· Λέγεται καὶ τὸ κ) Μάρκου Εὐαγγέλιον, ὃς μαθητὴς αὐτοῦ καὶ ἑρμηνευτὴς γέγονε, τούτου λέγεται εἶναι. Τὰ ὴ συγγράμματα, τυγχάνει πράξεων, ὃ ἐπιγέγραπται πράξεις αὐτοῦ, δεύτερον, εὐαγγελίου, τρίτον, κήρυγμα, τέταρτον, ἀποκάλυψις, πέμπτον, κρίσις ὡς ἀνόνυμα ὄντα ἀποδοκιμάζεται. Κηδεύεται ὴ ἐν Ῥώμῃ ἐν τῷ Βατικανῷ, πλησίον τῆς ὁδοῦ τῆς ἐπὶ Ἑλλην τριομφαλίας, ὑπὸ πάντων τῶν σεβάσματος· ἀφ' οὗ τὴν Ῥωμαίων θρησκείαν.

a) Quidam Codices, ut Sigebergenſis, *Canonica*. Sed vera lectio, *Catholica*.

b) *Plerique* Hieronymo, ut paſſim Chalcidio ſunt aliqui, non ὁι πολλοὶ Euſebius III. 3. Τὴν φερομένην Πέτρου (ἐπιστολὴν) δευτέραν οὐκ ἐνδιάθηκον μὲν εἶναι παραιτήσαμεθα. Ὅμως δὲ ΠΟΛΛΟΙΣ χρήσιμον φανεῖσα, μετὰ τῶν ἄλλων ἐσπουδάσθη γεγράφθαι. Idem III. 25. Τῶν ἀντιλεγομένων γνωρίμων δ' ὄν ὅμως τοῖς ΠΟΛΛΟΙΣ, ἡ λεγομένη Ἰακώβου φέρεται καὶ ἡ Ἰούδα. ἥ τε Πέτρου δευτέρα ἐπιστολὴ καὶ ἡ ὀνομαζομένη δευτέρα καὶ τρίτη Ἰωάννου. Pro verbis Hieronymi *propter ſtyli cum priore diſſonantiam*, in Græco interprete eſt ὃν διὰ δύο. διὰ τὸν χαρακτῆρα καὶ τὴν διαφωνίαν, pro διαφωνίαν τοῦ χαρακτῆρος.

c) Euſeb. III. c. ultimo. Vide quæ infra Hieronymus cap. VIII.

d) De illis libris Petro Apoſtolo ſuppoſitis dictum in Codice Apocrypho Novi Teſt. & in Clariſſ. Viri Jo. Erneſti Grabe ſpicilegio Patrum primi Sæculi, nec non in beati doctoris mei Thomæ Ittigii diatriba de *pſeudepigraphis* Apoſtolicis. Cæterum præ oculis habuit Hieronymus hæc Euſebii III. 3. Τόγε μὴν ὑπ' ἀντιλεγομένων αὐτοῦ πράξεων, καὶ τὸ κατ' αὐτὸν ὀνομασμένον Εὐαγγέλιον καὶ τὴν καλουμένην Ἀποκάλυψιν οὐδ' ὅλως ἐν καθολικοῖς ἴσμεν παραδεδομένα. In his nullam mentionem *Judicii* fieri vides. At memorat etiam Rufinus in Symbolum *Judicium Petri de duabus viis*. Fortaſſe intelligens ea quæ de duabus viis leguntur in appendice Epiſtolæ quæ ad S. Barnabam Apoſtolum referri ſolet.

e) Sic Suffridus Petri & Marcianæus pro *reputantur*. Sic quoque Codex Gemblacenſis habet: Et Martinus Lipſius ex MSS. ſuis adnotavit, & Sophronius reddidit ἀποδοκιμάζεται, ipſeque Hieronymus in Modeſto infra c. 12. ſic loquitur.

f) Euſeb. II. 25. Hiſt. Mabillonius Muſei Ital. p. 48. ſeq. & Paulus Aringhus lib. 2. Romæ ſubterraneæ c. 3. ubi etiam de porta ac via triumphali.

g) Hoc modo legit Marcianæus ex Codice S. Germani & MSS. S. Martini Sagienſis & S. Cygirani. In aliis Codd. & editionibus quibus Græca etiam ſuffragatur verſio, legas: *totius urbis veneratione celebratur*.

## ERASMI SCHOLIA.

Idem aliquoties dictus eſt Simeon, & Bariona cognominatus a Chriſto, hoc eſt filius Joannis.

*Quæ Canonica nominantur.* Pro Canonicæ legendum eſt Catholicæ, id quod liquet ex converſione Sophronii. Dicuntur autem Catholicæ, quod ex æquo ad omnes pertineant.

*Propter ſtyli cum priore.* Vides lector, ut Hieronymus nullum aliud adducat argumentum quam ſtyli. Nam cætera facile eſt vitiare, ſtylum & qui conatur effingere, non ſtatim poteſt.

*Actorum ejus ſcribitur.* Reſtitue *inſcribitur* & Sophronius vertit ἐπιγέγραπται.

## MARIANI VICTORINI NOTÆ.

*Filius Joannis.* Jonæ, non Joannis multi codices habent. Sophronius ita vertit, & tam Hieronymus alibi, quam ceteri Eccleſiæ noſtræ proceres ſic interpretantur, cum columbæ filium Petrum dictum eſſe aſſerunt. Jona enim, non Joannes, columbam ſignificat. Nos quia ſic eſt in Evangelio, nihil mutavimus.

*Quæ Catholica nominantur.* Hoc magis placet, quam canonicæ; & ita Sophronius vertit. Dicuntur autem catholicæ, quod ad omnes Chriſtianos pertineant, & ad omnes diſperſionis filios ſcriptæ ſint.

*Libri autem, e quibus unus aliorum ejus inscribitur. Libri autem ejus, e quibus &c.* erat olim. Nos vocem, *ejus*, expunximus, tum quia incongrua erat lectio, tum etiam, quod nec Sophronius, nec emendati codices eam haberent.

## NOTÆ HENRICI GRAVII.

*Post Episcopatum Antiochensis Ecclesiæ*) In Galat. cap. 2. *Primum Episcopum Antiochenæ Ecclesiæ Petrum fuisse accepimus, & Romam exinde translatum, quod Lucas penitus omisit.*

*Capite adterram verso.*) Vide histor. Ecclesiasticæ Eusebii librum tertium, statim ab initio.

*Scripsit duas Epistolas.*) Vide ad Edibiam quæst. 11.

*Alius Evangelii.*) De eo vide Eusebium capite 12. & Hieronymum in Serapione.

*Quartus Apocalypsis.*) Lege Eusebium cap. 14. lib. 6. de Clemente Alexandrino; & Sozomenum lib. 7. cap. 19. Libellum autem, qui inscribitur: *Doctrina Petri*, citat Origenes in præfatione libri primi περὶ ἀρχῶν.

## AUBERTI MIRÆI SCHOLIA.

*S. Petrus*, circa annum Claudii Imp. secundum, Antiochia Romam migravit, & Neronis anno decimo tertio exeunte (hoc est Christi 67.) martyrium fecit. Vide Martyrolog. 29. Junii.

*Propter stili dissonantiam.*) Prioris epistolæ, à S. Petro scriptæ, stilum si quis penitus inspiciat, non multum dissidere a stilo posterioris, facile animadvertet; atque id etiam Magdeburgenses fatentur. Et vero quam facile mutat stilum unus idemque auctor, pro diversitate ætatis, locorum, temporum & personarum? utramque certe Epistolam, & Canonicam & S. Petri esse, Ecclesia in Laodiceno, Carthaginiensi III. Florentino & Tridentino conciliis docuit.

## WILH. ERNESTI TENTZELII Animadversiones.

I. Quod Hieronymus cum plurimis asserit, Petrum Romæ *viginti quinque annis cathedram sacerdotalem tenuisse*, multorum objectionibus impugnatur, quas in compendio, si placet, vide apud Fridericum Spanhemium in prima Quaternionis Dissertationum Historicarum, * præsertim pag. 160. usque ad 166. quanquam is ne apud suæ quidem communionis homines applausum plane meruit, a Matthæo quippe Larroquano refutatus, cujus filius, Daniel Larroquanus, in præfatione Adversariorum Sacrorum judicat, *oleum perdidisse præstantissimum Theologum hoc in opere, sarta tectaque remanere venerandæ Antiquitatis testimonia, quibus nisi voluere hanc veritatem cum parens optimus, tum omnes, qui in tanta hominum luce haud lubenter caecutiunt. Nec parum præsidii communi sententiæ fert Lactantii testimonium in suo aureo libello*, de mortibus persequutorum, *quippe assignando, quo tempore Petrus Romam venit, solvuntur omnes difficultates, quibus hactenus, falso veterum & Neotericorum auctorum computo, laboraverat hæc sententia.* Enimvero distinguendæ omnino sunt duæ quæstiones: utrum Petrus Romæ fuerit? Et an XXV. annis ibi sederit? Priorem hodie plerique etiam ex Protestantibus affirmant: Posterior olim Pontificiis fere communis, jam fere antiquata est, ex quo Stephanus Baluzius librum illum Lactantii de mortibus persequutorum primus vulgavit, & in Notis ad cap. 11. pag. 354. 355. *complura, nec parvi momenti*, annotavit, censente novissimo editore, Paulo Bauldri, p. 29. & istam Baluzii notam Parte II. pag. 10. sistente, cujus initium describere operæ videtur pretium: *Ait Lactantius, Apostolos, & in his Matthiam & Paulum, qui post mortem Christi Domini reliquis adjuncti fuerant, Evangelium per omnem terram prædicasse per annos XXV. usque ad principium Neroniani imperii, & Petrum Romam profectum, quum Nero illic imperaret. Et hanc quidem fuisse tum communem de Petri ad urbem Romam profectione opinionem, tamen etsi aliter post nonnullos veteres senserit Eusebius, valde probabile est, cum Lactantius nullam de ea re controversiam moveat. Fortasse ergo ex his viginti quinque annis, qui ad prædicationem omnium Apostolorum ex æquo pertinent, orta est opinio de viginti quinque annis, quos quidam veteres & innumerabile recentiorum agmen sancto Petro Apostolo tribuunt in sede Romana.* Sed neque has Baluzii, neque alias Nicolai Toinardi ad hunc Lactantii locum pag. 348. 349. conjecturas amplius inquirere vacat. Nec contemnenda adversus Schelstratium de fictitiis XXV. Pontificatus Petrini annis nuperrime protulit Guil. Cave parte 2 Historiæ litterariæ Scriptorum Eccles. pag. 1. usque ad 5.

II. Ad ea, quæ de secunda Petri Epistola refert Hieronymus, notari velim Petri Danielis Huetii verba, propos. 1. Demonstrationis Evangelicæ pag. 41. *Major inest secundæ concertatio, quam inter dubias collocari ab aliquibus, & Petro abjudicari scribunt Origenes, Eusebius & Hieronymus, propter stili cum priore discrepantiam. At aliter se de ipsa sentire declarant iidem, & Petro indubitanter adscribunt. Et merito quidem: quippe cum in monte sancto se Christo adfuisse dicat Author, & Paulum charissimum suum fratrem appellet, nonnulla ex ea transtu-*

* Tom. 2. Opp. pag. 331. seqq.

*tranſtulit Iudas in ſuam, palamque teſtimonio illius uſus eſt. Hanc itaque in ſacrorum Librorum ſerie inter Catholicas Epiſtolas poſuit Clemens Alexandrinus in libris* Ὑποτυπώσεων, *& Athanaſii poſtmodum Synopſi, & Gregorii* (Nazianzeni) *Carmini, in quo ſacri percenſentur libri, inſeri merita eſt.* Quod vero addit Hieronymus, Evangelium Marci Petro adſcribi, & infra Cap. VIII. in Marco repetit, prolixe examinavit & cum aliis Scriptoribus contulit Spanhemius in Diſſertatione ante citata pag. 85. ſeqq. quibus adiici poteſt Pearſonius parte 1. vindiciarum Ignatii pag. 171. 172. demonſtrans ἀσύγκριτα, quæ de Marci Evangelio tradit Eutychius, ſive Patricides, Alexandrinus Patriarcha: cum refert, tempore Neronis Petrum ſcripſiſſe Evangelium Marci dictitante Marco in urbe Roma: Et tamen antea dixerat, Marcum nono Claudii anno Alexandriam veniſſe, primoque Neronis ibidem martyrio coronatum eſſe. Inter alia dicit Pearſonius, *neque Eutychium, neque aliumquenquam docere, Marcum Ægypto ad Petrum commigraſſe.* Quod notandum contra Cavium parte 1. Hiſtor. litterariæ p. 14. qui Marcum a Paullo Epiſt. 11. ad Timotheum Alexandria Romam accerſitum vult; non attendens, ab aliis interpretibus majori verisimilitudine ibi non Evangeliſtam, ſed Barnabæ conſobrinum intelligi. Quæ vero comminiſcitur Cavius ad Irenæum, qui ſolus Marcum poſt Petri Paullique exodum ſcripſiſſe refert, cum traditione, aliis Veterum noſtroque Hieronymo communi, conciliandum, ea ſi quis cum Spanhemio contenderit, facile obſervabit, aut Irenæum, aut alios veterum deferendos eſſe.

III. De quinque Petri Apocryphis Hieronymo memoratis, *Prædicatione* inprimis, ex antiquorum citationibus, ut Clementis Alexandrini, Origenis, Euſebii, Gregorii Nazianzeni, Damaſceni, & aliorum, poſt Turrianum, Proœmio in libros Clementis Romani, Tomo 1. Conciliorum editionis Romanæ fol. 33. Uſſerium Notis in Epiſtolam Ignatii ad Smyrnæos pag. 48. Valeſium Annotationibus in Hiſtoriam Euſebii Eccleſiaſticam lib. III. cap. III. Dallæum lib. 1. de Cultus Religioſi objecto pag. 168. 169. Pearſonium parte 2. Vindiciarum Ignatii p. 104. diligenter agit Guil. Cave in Hiſtoria litteraria Scriptorum Eccleſ. P. I. pag. 5. Nos tantum afferemus, quæ paucis abhinc annis de Petri Pſeudo-Evangelio inter viros doctos mota ſunt. Abrahamus Hinkelmannus in Præfatione Alcorani Arabice abs ſe editi, plagia Muhammedis ex Chriſtianorum libris probis æque ac improbandis recenſens, addit: *Circumferebatur eo tempore libellus de miraculis Chriſti infantiæ, vulgo ſub titulo Evangelii a Petro conſcripti fatis celebris. Titulus integer eſt,* (quem Latine attuliſſe ſufficiat,) *miracula & res geſtæ Domini noſtri & Servatoris Jeſu Chriſti Filii Dei, vulgo Evangelium Infantiæ, dicta.* Et poſt pauca: *In ipſa ſtatim prima linea nugivendulus ſe prodit, ad Joſephi, (quem Pontificem maximum fuiſſe ſomniat) teſtimonium provocans, quod uti non contemnendum quidem argumentum de antiquitate teſtimonii Joſephi Chriſto dati ſuppeditat, cum ita in exemplaribus antiquiſſimis fuiſſe manifeſte ex hac citatione iterum colligatur; tamen a Petro Apoſtolo factum aut fieri potuiſſe nemo mente ſanus affirmabit, cum Petrus anno Chriſti 64. Neronis 10. ſub initium Perſecutionis Neronianæ obierit, quo quidem tempore de Joſephi opere nondum quidquam auditum fuiſſe, docti facile conſentient.* Plures illius fabulas, pluresque, qui ejus meminerint, ſcriptores allegat Hinkelmannus, quibus amplius immorari opus haud eſt; ex quo ipſum illud Evangelium Arabice & Latine ante triennium * vulgavit Henricus Sike, aliusque inde in Germanicam Linguam ſuperiori anno transfudit. Uterque dicam ſcribit Hinckelmanno, Evangelium hoc Petro tribuenti, quoniam Gelaſius Papa in Decreto diſerte diſtinguat *Evangelium nomine Petri Apoſtoli Apocryphum, a Libro de Infantia Salvatoris Apocrypho.* Poſſet tamen pro Hinkelmanno dici, inter Arabes ſive Muhammedanos Petrum ferri illius Evangelii auctorem. Meminit enim Ahmeti Ibn Edriſii ex Hottingeri Hiſtoria Eccleſiaſtica P. II. Sæc. XVI. p. 76. 77. cujus hæc ſunt: *Quinque Evangelia ſunt nota Chriſtianis, ex quibus quatuor celebriora ſunt, quintum pauci recipiunt.* De hoc ita pergit: *Evangelium quintum appellatur* Evangelium Pueritiæ, *ubi ea commemorantur, quæ a Meſſia profecta ſunt in ſtatu juventutis: tributum Petro; de Maria p. m. Habetque redundantiam & defectum. Relinquuntur autem multa in eo de ſignis Meſſiæ p. m. & Matris ejus, cui DEUS propitius ſit, & Joſepho fabro, cui Deus propitius ſit, itinere ejus Zaidum in Ægypto, & reditu ejus Nazarethum, urbem in terra ſancta, unde & Nazareni denominantur.* Ac ita quidem de illo Petri Evangelio ex Muhammedanorum relatione loqui licuit Hinkelmanno. Græci autem Codices id tribuunt Thomæ Iſraelitæ, docente Lambecio lib. VII. Commentariorum de Biblioth. Vindobon. pag. 270. & Cavio P. 11. Hiſtor. litter. pag. 1. Latini denique Codices Matthæo Apoſtolo, obſervante Sixto Senenſi lib. II. Biblioth. Sanctæ pag. 83. unde ſimul ratio patet, quare Petri Evangelium a libro de Infantia Chriſti in Gelaſii Decreto diſtinguatur.

IV. Supereſt Petri Liturgia, in Patrum Bibliothecis exſtans, ſed ab Hieronymo plane præterita, cujus vel unius ſilentium Bellarminum adegit, ut nullam in contexendis Petri operibus Liturgiæ fecerit mentionem, innuente Richardo Simonio Notis uberioribus in Apologiam Gabrielis Severi p. 207. ſtatimque ſubjiciente: *Pamelii, Lindani, Sancte-*



* Trajecti ad Rhen, A. 1697. in 8.

*Sanctesii, Genebrardi, & aliorum testimonia, quæ cordatiorum non explerent animos, silentio prætereo.* At Pamelius cæterique singulari studio cum hanc, tum alias Apostolis affictas Liturgias vindicare conati sunt: quos adeo oleum operamque perdidisse indicat Simonius. Cardinalis Bona lib. 1. Rerum Liturgicarum cap. VIII. n. 1. eam prolixius impugnavit, quem sequuntur Natalis Alexander, Ludov. Ellies du Pin, aliique recentiorum. Addit quidem Simonius p. 209. *Cum igitur in Liturgias, quæ Petri, Jacobi, Joannis, Marci, & aliorum Apostolorum nomina præferunt, incidimus, necesse non est, ut eas Petro, Jacobo, & cæteris tribuamus; quasi reapse libros Missales in Ecclesiarum suarum usum confecerint; sed hæc & alia ejusdem generis complura ex traditione hausta sunt.* Sed quam infirmo tibicine tales nitantur traditiones, eleganter ostendit Joan. Dallæus lib. IX. de cultibus Latinorum Religiosis cap. X, & XI.

## ERNESTI SALOMONIS CYPRIANI Annotationes.

*Princeps Apostolorum.* Hieronymus in Psalmum LXXVII. Andream eodem mactat encomio, inquiens, *Petrum & Andream Apostolorum principes monstrat.*

*Viginti quinque annis.* Infinitæ fuerunt veterum de his annis sententiæ. Ruffinus L. II. invect. XXIV. numerat.

*Ad expugnandum Simonem magum.* Eusebius libro II. capite XVI. Miram pugnam somniavit Sulpitius Severus libro II. historiæ capite XXVIII. secutus Arnobium libro II. contra gentes, *p. m. 66.* qui fabulam primus, ut opinor, literarum monumentis consignavit, nec tamen excogitavit ipse. Loquitur enim de illa re, tanquam in vulgus nota, ac fuisset sane à gentibus non indignatione, sed risu exceptus, si pugnam fama inter gentiles Christianosque haud notam nuntiasset. *Confer. Epiphanius hæres. 21.*

*Propter styli cum priore dissonantiam.* Hieronymus ad Hedibiam XI. quæstione: *Et duæ epistolæ, quæ feruntur Petri, stylo inter se & charactere discrepant, structuraque verborum. Ex quo intelligimus, pro necessitate rerum diversis eum usum interpretibus.*

*Evangelium juxta Marcum, qui ejus interpres fuit.* Sentio, quod Ruffinus secundo invectivarum sentit, ac contra Hieronymum docet, Petrum videlicet omnium linguarum, quibus indigebat, peritum fuisse, nec opus habuisse interprete. Traditio de Marco, Petri interprete, originem suam ad Papiam refert, quam is a Joanne Presbytero hausit, nec Petrum privat notitia Græcæ linguæ. Vide *Euseb. lib. III. hist. c. 39.* Nam ex loco Papiæ ac Hieronymi verbis, queis in vita Marci utitur, intelligimus, Marcum Evangelium suum nec ex dictantis Petri ore excepisse, nec à Petro Ebræo idiomate prolata Græce reddidisse, sed seorsim suisque verbis res, à Petro commemoratas, descripsisse. Hieronymus vero, hac relatione seductus, credidit, Petrum aut ignorasse linguam Græcam, aut tam mutilam ejus habuisse notitiam, ut ei interpretes adhibendi necessitas imponeretur. *l. c. ad Hedib.* Idem de Paulo: *Divinorum sensuum majestatem non potuit Græci eloquii explicare sermone. Habebat ergo Titum interpretem.* Imo Titum *ibid.* vocat Apostoli fistulam & organum, per quod Christo caneret, solatium interpretationis. Longe rectius de Petro Eusebius *L. III. de demonstr. Ex nimia quadam reverentia ne dignum quidem se scriptione Evangelii existimavit.*

*Evangelium Petri.* Liber plane ad fraudem compositus, quem cum nonnulli in Rhossensi parœcia continua exercitatione versarent, Serapion libro peculiari confutandum existimavit: ut Eusebius VI. historiæ capite XII. & Hieronymus infra *in vit. Serapion.* notant. Serapionis liber hoc titulo erat insignitus: Liber de Evangelio Petri.

*Inter Apocryphas.* Omittit libellum de Petri doctrina, quem Origenes in fragmento librorum περὶ ἀρχῶν explodit, tomo IX. Hieronymi operum inserto. *f. 132. ed. Victor.*

*Sepultus Romæ.* Sepulchrum in cryptis Romanis Petri nomine insignitum fuit, quod illos fecisse arbitror, qui funus curarunt; alioqui, & si tumulum a posteris signatum dicas, nulla erit monumenti certitudo, ob innumera corpora cryptis illata, non modo Christianorum, sed & gentilium, ante imperium Neronis defunctorum. Quicquid sit, Eusebius *Lib. II. cap. 25. hist.* audacter pronuntiat: *Narrationem abunde confirmant Petri Paulique nomine insignita monumenta, quæ in urbis Romæ cœmeteriis etiamnum visuntur.* Frequentarunt tum Christiani veneranda illa loca diebus divino cultui destinatis. Hieronymus *in Ezeb. cap. 40. Cum essem Romæ puer, solebam cum cæteris, ejusdem ætatis & propositi, diebus dominicis sepulchra Apostolorum & martyrum circuire, crebroque cryptas ingredi.*

CAP.

Digitized by Google

# CAPUT II.

JACOBUS qui appellatur frater Domini, h) cognomento Juſtus, i) ut nonnulli exiſtimant, Joſeph k) ex alia uxore, ut mihi autem videtur, Mariæ ſororis Matris Domini, cujus Joannes l) in libro ſuo meminit, filius, poſt paſſionem Domini ſtatim ab Apoſtolis m) Hieroſolymorum Epiſcopus ordinatus, unam tantum ſcripſit Epiſtolam, quæ de ſeptem catholicis eſt: quæ & ipſa ab alio quodam n) ſub nomine ejus edita aſſeritur; licet paulatim tempore procedente o) obtinuerit auctoritatem. Hegeſippus p) vicinus Apoſtolicorum temporum, in quinto commentariorum libro, de Jacobo narrans ait: *Suſcepit Eccleſiam Hieroſolymorum poſt Apoſtolos* q) *frater Domini Jacobus, cognomento Juſtus. Multi ſiquidem Jacobi vocabantur. Hic de utero matris ſanctus fuit, vinum & ſiceram non bibit* r) *carnem nullam comedit,* s) *nunquam attonſus fuit,* t) *nec unctus unguento, nec uſus balneo. Huic ſoli licebat*

*Euſebius libri 2. cap. 23.* ὁ ἡγήσιππος ἐπὶ τῆς πρώτης τ̃ Ἀποστόλων γενομένης διαδοχῆς, ἐν τῷ πέμπτῳ αὐτοῦ ὑπομνημάτων τούτων ἱστορεῖ τὸν πρότερον. Διαδέχεται δὲ τὴν ἐκκλησίαν μετὰ τ̃ Ἀποστόλων ὁ ἀδελφὸς τ̃ Κυρίου Ἰάκωβος, ὁ ὀνομασθεὶς ὑπὸ πάντων δίκαιος, ἀπὸ τ̃ τ̃ Κυρίου χρόνων μέχρι ἡμῶν, ἐπεὶ πολλοὶ Ἰάκωβοι ἐκαλοῦντο. Οὗτος ἦν ἐκ κοιλίας μητρὸς αὐτοῦ ἅγιος ἦν. Οἶνον καὶ σίκερα οὐκ ἔπιεν, οὐδὲ ἔμψυχον ἔφαγεν· ξυρὸν οὐκ ἐπὶ τὴν κεφα-

Ἰάκωβος ὁ ἀδελφὸς τ̃ Κυρίου. Ἀπόστολος καὶ πρεσβύτερος, ὡς τινες ὑπολαμβάνουσι, τ̃ Ἰωσὴφ, ἐκ ἄλλης γυναικὸς, ὡς δὲ ἐμοὶ φαίνεται, Μαρίας, ἀδελφῆς τῆς μητρὸς τ̃ Κυρίου, ἧς Ἰωάννης μέμνηται, οὗ καὶ τὸ κατὰ τ̃ Κυρίου εὐθὺς παρὰ τῶν ἀποστόλων Ἱεροσολύμων ἐπίσκοπος κατεστάθη, μίαν μόνην συντεταγμένην ἐπιστολὴν, ἥ τις τ̃ ἑπτὰ καθολικῶν τυγχάνει, καί τινες παρ' ἑτέρου τινὸς ἐκδεδόσθαι ταύτην φασκουσι καὶ πρὸς βραχὺ τ̃ χρόνου πεπιόντος, αὐθεντίας τινὸς ἐπελάβετο. Ἡγήσιππος γέτων τ̃ ἀποστολικῶν χρόνων ἐν τῷ πέμπτῳ λόγῳ τῶν ὑπομνημάτων περὶ Ἰακώβου διηγούμενος, ἔφη· ἐδέξατο τὴν ἐκκλησίαν Ἱεροσολύμων μετὰ τ̃ ἀποστόλων, ἀδελφὸς τ̃ Κυρίου Ἰάκωβος ὁ ἐπικληθεὶς δίκαιος, ἀπὸ τ̃ πολλοὺς καλεῖσθαι Ἰακώβους. Οὗτος ἐκ γενετῆς ἅγιος ἦν, οἶνον καὶ σίκερα οὐκ ἔπιε, κρεῶν δὲ οὐδὲ ἔτερα ζυτὸν οὐ μετέλαβε πώποτε, οὐδὲ ἐπέφερτο, οὐδὲ ἀλείμματι ἢ λουτροῖς ἐχρῶτο. Ἔθος ἦν ἦν αὐτῷ εἰσελθεῖν εἰς τὰ ἅγια τ̃ ἁγίων μόνῳ τι αὐτῷ ἐξῆν εἰς τὸν ναὸν εἰσιέναι, καὶ γόνατα κλίνων, ὑπὲρ τ̃ λαῦ ἐχρῶτο πολλὰ ἐκτενῆ ποιούμενος, ὡς τὰ τ̃ γόνατα αὐτοῦ ὑποτρέχειν νομίζεσθαι τὰς τ̃ καμήλων πόλας. Λέγει καὶ ἕτερά τινα, ἃ μακρὸν ἂν κατα-



h) Galat. I. 19.

i) Euſeb. II. 23. Hiſtor. in loco quem adſcripſi e regione verborum Hieronymi.

k) De Jacobo minore Euſebius lib. 2. c. 1. Hiſt. ὅτι ἦν καὶ οὗτος υἱὸς ἦν τ̃ Ἰωσὴφ τ̃ νομιζομένου εἶναι πατρὸς τ̃ Χριστοῦ. Ita locum illum e Codice MS. legit Joh. Pearſonius ad Symbolum p. 312. Confer quæ ad Pſeudo Abdiam notavi libro VI.

l) Joh. XIX. 25. adde Voſſium de Genealogia CHriſti cap. 6.

m) ᾧ πρὸς τ̃ Ἀποστόλων ὁ τῆς ἐπισκοπῆς τῆς ἐν Ἱεροσολύμοις ἐγκεχείρισται θρόνος. Euſeb. lib. 2. c. 23.

n) MS. S. German. *ab aliquibus*, quæ verba refer ad *aſſeritur*, non ad *edita*. Euſebius lib. 2. c. 23. Ἰακώβου ἡ πρώτη τ̃ ὀνομαζομένων καθολικῶν ἐπιστολῶν εἶναι λέγεται· ἰστέον δ' ὡς νοθεύεται μέν· οὐ πολλοὶ γὰρ τ̃ παλαιῶν αὐτῆς ἐμνημόνευσαν. & cap. 25. τῶν ἀντιλεγομένων, γνωρίμων δ' ὅμως τοῖς πολλοῖς, ἡ λεγομένη Ἰακώβου φέρεται.

o) Vide Veterum Teſtimonia laudata Doctoribus præſtantiſſimis Brochmando & Calovio Commentar. in Epiſtolam Jacobi, Tillemontio Tom. I. memoir Hiſt. Eccleſ. p. 678. Huetio in demonſtrat. Evangel. &c. Etiam a S. Irenæo agnitam, adverſus Grabium probat Maſſuetus p. 216. ad Irenæum.

p) Ex Euſebio lib. 2. cap. 23. eadem referunt Metaphraſtes a Combefiſio editus Tom. I. Auctar. noviſſ. p. 519 ſq. Nicephorus lib. 2. cap. 38. Pſeudo Abdias lib. 6. cap. 5. Freculfus lib. 1. Chron. cap. 18. Ordericus Vitalis lib 2 Hiſt. p. 408. &c.

q) Rectius dixiſſet *cum Apoſtolis*. Nam apud Euſebium non eſt μετὰ τ̃ς Ἀποστόλους ut habet Græcus interpres Hieronymi, ſed μετὰ τ̃ Ἀποστόλων. Et vetus traditio fuit ab ipſo Chriſto ordinatum Jacobum Hieroſolymorum Epiſcopum. S. Chryſoſtomus homil. 38. in 1. ad Corinth. p. 423. αὐτὸς γὰρ αὐτὸν λέγεται χειροτονήσας καὶ ἐπίσκοπον ἐν Ἱεροσολύμοις στήσας πρῶτον. Confer quæ notavi ab Abdiam in Codice Apocrypho Novi Teſt. p. 598.

r) Imitatione Nazaræorum Levit. X. 9. & Luc. I. 15. Hieronymus ad Nepotianum p. 364. *Sicera Hebræo ſermone omnis potio nuncupatur quæ inebriare poteſt.* Proprie Sicera eſt ſuccus dactyli, ſive vinum e palmis confectum, teſte Theophilo Antiochено initio allegoriarum in Lucam & Chryſoſtomo in V. Eſaiæ.

s) Idem de Petro & Matthæo tradunt veteres. Videatur Grabe T. I. ſpicileg. p. 279. ſeq. Græcus interpres addit οὐδὲ ἑτέρῳ ζυτῷ.

t) Falluntur itaque qui originem tonſuræ monachalis à Jacobo repetunt, ut Germanus Patriarcha Conſtantinop. in theoria Eccleſiaſt. & Myſtagogica pag. 331. ad calcem ſcriptorum S. Cyrilli Hieroſol. edit. Oxon. Τὸ δὲ κείρασθαι τὴν κόμην ὁλοτελῶς καὶ μίμησίς ἐστι τ̃ Ἀποστόλου Ἰακώβου τ̃ ἀδελφοθέου καὶ Παύλου τ̃ Ἀποστόλου καὶ τῶν λοιπῶν.

Digitized by Google

λην αὐτῆ ἐκ ἀνέβη, ἔλαιον ἐκ ἠλείψατο, καὶ βαλανείῳ ἐκ ἐχρήσατο. Τούτῳ μόνῳ ἐξῆν εἰς τὰ ἅγια εἰσιέναι· καὶ δὴ καὶ ἐρήμην ἐφόρει ἀλλὰ σινδόνας· καὶ μόνος ἐσήρχετο εἰς τὸν ναόν. Ἡνίκα τε τὰ κάμηλος ὑπὲρ τοῖς γόνασι, καὶ αἰτούμενος ὑπὲρ τῷ λαῷ ἄφεσιν, ὡς ἀποσκληκέναι τὰ γόνατα αὐτῆ δίκην καμήλου.

erat u) ingredi ſancta ſanctorum: ſiquidem veſtibus laneis non utebatur, ſed lineis, x) ſolusque ingrediebatur templum, & fixis genibus pro populo deprecabatur, in tantum, ut camelorum duritiem traxiſſe y) ejus genua crederentur. Dicit & alia multa, z) quæ enumerare longum eſt. Sed & Joſephus in viceſimo

libro Antiquitatū refert, & Clemens b) in ſeptimo Hypotypoſeon, mortuo Feſto, qui Judæam regebat, miſſum à Nerone eſſe ſucceſſorem ejus Albinum: qui cum necdum ad provinciam perveniſſet, Ananus, inquit, Pontifex adoleſcens, Anani filius, de genere ſacerdotali, accepta occaſione ἀναρχίας, concilium congregavit, & compellens publicè Jacobum, ut Chriſtum Dei filium negaret, contradicentem lapidari juſſit: qui c) cum præcipitatus de pinna templi, d) confractis cruribus, e) adhuc ſemivivus, tendens ad cœlum manus, diceret: f) *Domine ignoſce eis, quod enim faciunt, neſciunt*: fullonis fuſte, g) quo uda veſtimenta extorqueri ſolent, in cerebro percuſſus interiit. Tradit idem Joſephus, tantæ eum ſanctitatis fuiſſe & celebritatis in populo, ut propter ejus necem creditum ſit, ſubverſam eſſe Hiero-

καταλέγεσθαι. καὶ δὴ καὶ Ἰάκωβος ὁ τοῦτο τοῦ ἐκκλησιαστικοῦ τῆς ἐγχαιολογίας λόγου, καὶ Κλήμης ἐν τῷ ἑβδόμῳ τ ὑποτυπώσεων εἰρήκασι, μὴ τὴν πλευτὴν φήσαι τὴν Ἰουδαίαν διέχοντος, πεμφθῆναι δὴ τὸν Νέρωνος διάδοχον αὐτῷ Ἀλβῖνον, καὶ πρὸ ἢ τοῦτον τῆς ἐπαρχίας ἅπαξ ἦναι, Ἄνανος, φησὶν, ἱερεὺς νέος, Ἀνάνου γὰρ γένους ἱερατικῆς, ἐλληφὼς ἀφορμὴν ἀναρχίας, συνεδρίῳ χρώμενος ἠναγκάσε τὸν Ἰάκωβον δημοσίᾳ, ἵνα τὸν Χριστὸν τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ ἀρνήσηται, ἀντιλέγοντα δ' λιθασθῆναι παρεσκεύαζεν, ὡς ὁπὸ τῇ πτώσει τοῦ ναοῦ κρημνισθείς, καταγόταν αὐτῷ τῶν σκελῶν, ἡμιθανῆ ἐπάρας εἰς ἱερατικὸν τὰς χεῖρας, λέγει. Κύριε, σύγγνωθι αὐτοῖς, ὃ γὰρ ποιοῦσιν ἀγνοοῦσι· τὸν καθ' ἡμῶν μοχλὸν ὃν τὰ ἱμάτια ἐκτείνειν ἐώθασι, κατὰ τὸν ἰγκέφαλον κρουθεὶς, ἀνεπαύσατο. Προσέθηκεν ὁ αὐτὸς Ἰώσηπος, τοσαύτης αὐτὸν γεγονῆσθαι ἁγιωσύνης ἐπὶ, καὶ θρησκείας παρὰ τῷ λαῷ, ὡς διὰ τὸν αὐτῷ θάνατον πταπεῖσθαι πάντας, τὰ Ἱεροσόλυμα πεπορθῆσθαι. Περὶ τούτου καὶ ὁ Ἀπόστολος Παῦλος πρὸς τοὺς Γαλάτας λέγει. Ἄλλον δὲ οὐκ τ Ἀποστόλων εἶδον, εἰ μὴ Ἰάκωβον τὸν ἀδελφὸν τοῦ Κυρίου. Καὶ τ Ἀποστόλων δὲ τοῦτο μαρτυροῦσιν αἱ πράξεις. Καὶ τὸ εὐαγγέλιον δὲ τὸ ἐπιγεγραφὸν καθ' Ἑβραίους, ὅπερ ἐπ' ἐμοῦ νῦν εἰς τὴν ἑλληνικὴν

u) In aliquot MSS. teſte Marcianæo legitur: *Hic ſolus ſolitus erat.* Vel *huic ſolitum erat.* MS. Gemblacenſis Suffrido Petri inſpectus: *Hic ſolitus erat ingredi*, quomodo & Græcus interpres: ἐθος ἦν αὐτῷ εἰσελθεῖν. Sed apud Euſebium eſt: τούτῳ μόνῳ ἐξῆν εἰς τὰ ἅγια εἰσιέναι. Per τὰ ἅγια recte *ſancta ſanctorum* intellexit apud Euſeb. etiam Rufinus. Confer Epiphanium XXIX. 4. LXXVIII. 13.

x) Ex more Pontificis, Levit. XVI. 4.

y) Græcus interpres vertit ac ſi legiſſet *viciſſe.* ὑπερβαίνειν τὰς τῶν καμήλων τύλας. Epiphanius LXXVIII. 14. τὸ γόνατα αὐτοῦ ἐσκληκέναι δίκην καμήλων, διὸ καὶ πάντοτε κάμπτειν αὐτὰ ἐναντίον κυρίου διὰ ὑπερβολὴν ἐυλαβείας. Simile quoddam de Gorgonia ſorore ſua narrat Gregorius Naz. Orat. 10. De Aſella Hieronymus Epiſt. 25.

z) Ea apud Euſebium lib. 2. c. 23. legi poſſunt.

a) Joſephus lib. XX. c. 8. (al. 16.) Jacobum lapidandum narrat judicibus Synedrii traditum ab Anano juniore Pontifice his verbis: ὁ νεώτερος Ἄνανος --, λαβὼν τὸ τεθνάναι μὲν φῆσον, Ἀλβῖνον δ' ἔτι κατ' τὴν ὁδὸν ὑπάρχειν, καθίζει συνέδριον κριτῶν. Καὶ παραγαγὼν εἰς αὐτὸ τὸν ἀδελφὸν Ἰησοῦ τοῦ λεγομένου χριστοῦ, Ἰάκωβος ὄνομα αὐτῷ, καὶ τινὰς ἑτέρους, ὡς παρανομησάντων κατηγορίαν ποιησάμενος παρέδωκε λιθοβοληθησομένους. Hunc Joſephi locum affert etiam Euſebius lib. 2. c. 23. Pro *Anani* nomine Codices quidam habent *Annianum* vel *Ananiam.*

b) Conferendus iterum Euſebius lib. 2. cap. 23. & cap. 9.

c) Quæ ſequuntur non ex Joſepho ſunt, ſed ex Clementis loco apud Euſebibum locis jam laudatis.

d) πτερύγιον τοῦ ἱεροῦ. Euſeb. p. 64.

e) Καταβληθεὶς δὲ ἀπέθανεν, ἀλλὰ ζῶντος ἔτυχε τὰ γόνατα, λέγων. παρακαλῶ κύριε Θεὸ Πάτερ, ἄφες αὐτοῖς, οὐ γὰρ οἴδασι τί ποιοῦσιν. id. p. 65. Pro *ſemivivus*, Codices quidam legunt *ſemianimis.*

f) Ex CHriſti ore, Luc. XXIII. 34. Anaſtaſius Sinaita in homilia de S. Synaxi T. 3. Lect. Caniſii p. 78. Μίμησαι Ἰάκωβον τὸν ἀδελφόθεον, ὃν καὶ οἱ Γαλιλαῖοι λογογράφοι μέμνηνται, εὐχόμενον ὑπὲρ τ ἀναιρούντων αὐτόν.

g) Λαβών τις ἀπ' αὐτῶν ἓν τ γναφέων, τὸ ξύλον ἐν ᾧ ἀπετίλλε τὰ ἱμάτια, ἔπαιξε κατ' τῆς κεφαλῆς τοῦ δικαίου. Clemens apud Euſeb. p. 65. Pro *uda veſtimenta* quod habet recte Marcianæus, & ex Gemblacenſi & Hiideſſemenſi Codice Suffridus Petri annotavit, aliæ editiones legunt *rudia veſtimenta.*

Digitized by Google

rosolymam. h) Hic est, de quo Paulus Apostolus scribit ad Galatas: i) *Alium autem Apostolorum vidi neminem, nisi Jacobum fratrem Domini.* Et Apostolorum super hoc crebrius Acta k) testantur. Evangelium quoque, quod appellatur secundum Hebræos, l) & a me nuper in Græcum Latinumque sermonem translatum est, quo & Origenes m) sæpe utitur, post resurrectionem Salvatoris refert: *Dominus autem cum dedisset sindonem servo sacerdotis, ivit ad Jacobum, & apparuit ei. Juraverat enim Jacobus, se non comesturum panem ab illa hora, quâ biberat calicem Domini, donec videret eum resurgentem à dormientibus.* n) Rursusque post paululum: *Afferte, ait Dominus, mensam & panem.* Statimque additur: *Tulit panem, & benedixit ac fregit, & post dedit Jacobo Justo, & dixit ei: Frater mi, comede panem tuum, quia resurrexit Filius hominis à dormientibus.* Triginta itaque annos Hierosolymorum * rexit Ecclesiam, id est, usque ad septimum Neronis annum, o) & juxta templum, p) ubi & præcipitatus fuerat, sepultus est. Titulum q) usque ad obsidionem Titi, & ultimam Hadriani, r) notissimum habuit. Quidam e nostris in monte Oliveti s) eum putaverunt conditum, sed falsa eorum opinio est.

καὶ κοινωνὸν γλώσσαν μεταβλήθη, ᾧ καὶ Ὠριγένης πολλάκις κέχρηται, μᾶ τὴν ἀνάστασιν τοῦ Σωτῆρος, λέγει. Ὁ δὲ Κύριος δεδωκὼς σινδόνα τῷ δούλῳ τοῦ ἱερέως, ἀπελθὼν πρὸς Ἰάκωβον, ἠνοίξεν αὐτῷ. Ὠμωμόκει γὰρ Ἰάκωβος μὴ γεύσασθαι ἄρτου, ἐξ ἐκείνης τῆς ὥρας, ἀφ' ἧς πεπώκει τὸ ποτήριον ὁ Κύριος, ἕως ἂν ἴδῃ αὐτὸν ἀναστάντα ἐκ νεκρῶν. Αὐθις δὲ μικρὸν ὕστερον, δόπ, φησὶν ὁ Κύριος, τράπεζαν καὶ ἄρτον. Εὐθὺς δὲ προσέθηκε, λαβὼν ἄρτον, εὐχαριστήσας ἔκλασε, καὶ δεδωκὼς Ἰακώβῳ τῷ δικαίῳ, λέγει αὐτῷ. Ἀδελφέ μου, ἔσθιε τὸν ἄρτον τὸν σὸν, ἠγέρθη γὰρ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐκ νεκρῶν. Τελέσαντα τιγαροῦν ἐπιστὰς τὴν Ἱερουσαλὴμ, καθεσπέσας ἐκκλησίαν, τάσσω, ἕως ἑβδόμῳ ἐνιαυτῷ Νέρωνος, πλησίον τοῦ ναοῦ ἀπετέθη, ἐν ᾧ καὶ ἐτάφθη. Τίτλον ἔχει τῆς Τίτου πολιορκίας, καὶ τῆς παλαιστινῆς Ἁδριανοῦ ἀπόκρυφον ἔσχεν. Οἱ τινες ἐξ ἡμῶν ἐν τῷ ὄρει τῷ ἐλαιῶνος τεθάφθαι νομίζουσι, ψευδὴς ἔστης τῶν τότων ὑπονοίας.

h) Eusebius II. 23. Hist. hæc laudat Josephi verba, quæ hodie in Josephi libris non exstant: Ταῦτα δὲ συμβεβηκέναι Ἰουδαίοις κατ' ἐκδίκησιν Ἰακώβου τοῦ δικαίου, ὃς ἦν ἀδελφὸς Ἰησοῦ τοῦ λεγομένου Χριστοῦ, ἐπειδήπερ δικαιότατον αὐτὸν ὄντα οἱ Ἰουδαῖοι ἀπέκτειναν. Eadem in Josepho legit Origenes 1. contra Celsum p. 35. & lib. 2. p. 69. & in Matthæi XIII. p. 223. Meminit etiam iterum infra Hieronymus cap. 13. atque ex Græco ejus interprete Suidas in Ἰώσηπος.

i) Galat. I. 19.

k) Actor I. 13. XII. 17. XV. 13.

l) De hoc, dictum copiose in Codice Apocrypho Novi Test & in Clariss. Grabii spicilegio Novi Test. Porro negat aliquis sibi persvadeat Evangelium hoc in Græcum sermonem ab Hieronymo translatum esse, quod Græce haud dubie legit Origenes. Tamen Freculfus non modo Græcaque versio vulgatæ lectioni & Codicum consensus suffragatur, sed etiam Hieronymus ipse in Matth. XII. 13. *In Evangelio quo utuntur Nazaræi & Ebionita, quod nuper in Græcum de Hebræo sermone transtulimus, & quod vocatur a plerisque Matthæi authenticum.* Per Hebræum sermonem idem Hieronymus 3. contra Pelagianos jubet intelligere Chaldaicum, sive Syriacum literis scriptum Hebraicis. Propter hoc Evangelium Hieronymus sub *Aramæi* nomine velut quinti confictor Evangelii perstringitur a Theodoro Mopsuesteno apud Photium Cod. 177.

m) Ut homil. XV. In Jeremiam p. 148. & Tomo 2 in Joh. p. 58. Tract. VIII. in Matth.

n) al. *à mortuis*, Radulphus Ardens in Dominic. XI. post Trin. *Tradit autem beatus Hieronymus, quod Evangelium Nazaræorum describit Jacobum fratrem Domini se devovisse non comesturum, usque dum videret Dominum resurrexisse. Unde & ipsa die resurrectionis Dominus apparens ait: Pone mensam & comede, quoniam Filius hominis a mortuis resurrexit.* Idem ex Hieronymo referunt Gregorius Turonensis lib. 1. Hist. Francorum cap. 22. Sedulius Scotus in 1. Cor. XV. 7. Freculfus lib. 1. Chron. c. 18. aliique Vide & Abdiam lib. VI. cap. 1. p. 593. * al. *triginta annis Hierosolymis.*

o) A. C. 62 Postea Hierosolyma a Romanis A. 70. excisa, in Jacobi locum Episcopum factum Simeonem Cleopæ F. refert Eusebius lib 3 cap. 11. Hist. Hadrianus Hierosolymis Judæos ejecit A. C 136

p) Hegesippus apud Euseb. lib. 2. c. 23. p. 65. καὶ ἔθαψαν αὐτὸν ἐν τῷ τόπῳ, καὶ ἔστι αὐτοῦ ἡ στήλη μένει παρὰ τῷ ναῷ.

q) Monumentum, Epitaphium, Hegesippo στήλη. Græcum Scholion quod margini Codicis Mazariniani Historiæ Eusebianæ ad scriptum reperit H. Valesius ἰστέον ὅτι ἡ στήλη αὕτη λίθος ἦν ἄμορφος, ὀπιγραφὴν ἔχων τὸ ὄνομα τοῦ τεθαμμένου Ἰακώβου. ἐξ ἧς καὶ ἔτι νῦν οἱ Χριστιανοὶ ἐν τοῖς μνήμασιν αὐτῶν λίθους ἵστασιν, καὶ ἢ γράμματα ἐν αὐτοῖς γράφουσιν, ἢ τὸ σημεῖον τοῦ σταυροῦ ἐγχαράττουσιν.

r) Hoc parum credibile, titulum sive monumentum sepulchri Jacobi permansisse post Hierosolymam a Tito excisam. Vide Valesium p. 41. ad Euseb.

s) Verisimilius hoc, quia extra urbem cadavera defunctorum condebant Judæi, ut eidem Valesio probe notatum.

## ERASMI SCHOLIA.

Hoc loco Sophronius subnectit Andream, etiamsi nihil ille scriptum reliquit. *Cujus Johannes in libro meminit.* In libro suo, non additur apud Sophronium, & adjecta videntur ab interprete quopiam. Nec illa verba, post resurrectionem, addunt apud Sophronium, & apparet adjecta.

*Quæ de ſeptem Canonicis eſt.* Catholicis pro canonicis legendum eſt, teſte Sophronio.

*In ſeptimo hypotypoſeon.* ἐν τῷ ἑβδόμῳ τῶν ὑποτυπώσεων. Hypotypoſis eſt, cum res expreſſa ſubjicitur oculis. Nam hoc titulo Clemens ſcripſit libros octo.

*Accepta occaſione.* Sophronius explicans, quæ fuerit occaſio, vertit, εὐλαβὴς αἰτία φορμὴν ἀναχίας, id eſt, accepta hac occaſione, quod provincia careret præſide.

*Quo rudia veſtimenta.* Rudia vocat ἄγναφα, ſic enim vertit in Evangelio, quisquis is fuit. Apud Sophronium loco rudia, nihil habetur, & in emendatioribus codicibus hæc vox omnino abeſt.

*Extorqueri.* Sophronius vertit, ἐκτιλίζειν, quod ſonat extundere.

## MARIANI VICTORINI NOTÆ.

*In tantum, ut camelorum duritiem traxiſſe ejus genua crederentur.* Aliter, in tantum, ut in camelorum duritiem tranſiſſe ejus genua crederentur. Hunc ſenſum Sophronius quoque ſecutus videtur, dum ait, ἐπερβαίνειν νομίζεσθαι.

*Tollens ad cælum manus.* Tendens ad cœlum manus, olim legebatur, verum cum noſtra emendatione conſentiunt tam Sophronius, qui vertit ἐκτάσεις, quam antiqui codices manuſcripti.

*Fullonis fuſte, quo uda veſtimenta extorqueri ſolent.* Rudia, pro uda, perperam antea legebatur. Fullonis enim ars eſt lavare veſtimenta, lotaque contorquere, ut exſiccentur, non rudia: quæ nec etiam contorquentur, ſed poliuntur tenduntur que.

*Eum putant conditum.* Νομίζουσι, ipſe etiam vertit Sophronius; cum tamen antea legeretur, putaverunt.

## NOTÆ HENRICI GRAVII.

*Ut nonnulli exiſtimant, Ioſeph ex alia uxore.*) Hujus opinionis extitere plurimi magnæ authoritatis viri, quorum eſt Euſebius lib. 2. in principio: & Ambroſius in I. cap. Gal. Vide Hieronymum in Helvidium.

*Unam tantum ſcripſit Epiſtolam.*) Vide Euſebium cap. 23. lib. 2.

*Tradit item Ioſephus.*) Apud Euſeb. l. 2. cap. 23. Hieron. l. 1. in Jovinianum. *Transeamus ad Iacobum, qui frater Domini dicebatur, tanta ſanctitatis, tantaque juſtitiæ, & perpetuæ virginitatis, ut Ioſephus quoque hiſtoricus Iudæorum, propter hujus necem ſubverſam Hieroſolymam referat.*

*Evangelium quoque quod appellatur ſecundum Hebræos.*) Ex hoc Evangelio ſubinde Hieronymus profert teſtimonia. In 11. cap. *Iuxta Evangelium, quod Hebræo Sermone conſcriptum, legunt Nazarei: Deſcendit ſuper eum omnis fons Spiritus Sancti.* Ibidem. *In Evangelio cujus ſupra fecimus mentionem, hæc ſcripta reperimus: Factum eſt autem, &c.* Et in Eſa. 40 Item in Ezech. 16. & 18. Præterea in 6. cap. Matth. & in Epheſ. 5. Rurſus lib. 3. in Pelagianos. *In Evangelio juxta Hebræos, quod Chaldaico quidem Syroque ſermone, ſed Hebraicis litteris ſcriptum eſt, quo utuntur usque hodie Nazarei, ſecundum Apoſtolos, ſive, ut plerumque autumant, juxta Matthæum, quod & in Cæſarienſi habetur Bibliotheca, narrat hiſtoria: Ecce mater, &c.*

*Et a me nuper in Græcum Latinumque ſermonem translatum eſt.*) In Mich. 7. *In Evangelio, quod ſecundum Hebræos editum nuper tranſtulimus, &c.* Et in Matth. 12. ſuper illud, Extende manum tuam. *In Evangelio quo utuntur Nazarei, & Ebionitæ, quod nuper in Græcum de Hebræo ſermone tranſtulimus, & quod vocatur a pleriſque Matthæi authenticum, homo iſte qui aridam habet manum, cementarius ſcribitur, &c.* Citat & in viceſimo ſeptimo capite.

*Quo & Origenes ſæpe utitur.*) Origenes in 19. cap. Matth. *Scriptum eſt in Evangelio quodam, quod dicitur ſecundum Hebræos, &c.* Meminit Evangelii hujus & Irenæus lib. 3. cap. 11. & Euſebius lib. 3. cap. 25. & 27. & lib. 4. cap. 22. De Hegeſippo lege præterea Epiphanium in Ebionæis.

*Se non comeſturum.* Alias: Commeſſurum.

*Et juxta templum ubi & precipitatus fuerat.*) Hieron. in I. c. Gal. ſuper illud: Alium autem Apoſtolorum, &c. *Nunc hoc ſufficiat, ut propter egregios mores, & incomparabilem fidem, ſapientiamque non modicam Iacobus frater dictus ſit Domini, & quod primus ei Eccleſiæ præfuerit, quæ prima in Chriſtum credens ex Iudæis fuerat congregata.* Mox. *Hic autem Iacobus Epiſcopus Hieroſolymorum primus fuit, cognomento Juſtus, vir tantæ ſanctitatis & rumoris in populo, ut fimbriam veſtimenti ejus certatim cuperent attingere: qui & ipſe poſtea de templo a Iudæis precipitatus, ſucceſſorem habuit Simeonem, quem & ipſum tradunt pro Domino crucifixum.*

SCHO-

## SCHOLIA AUBERTI MIRÆI.

*IACOBUS minor*, primus Hierosolymorum Episcopus, sedis suæ anno 30. Neronis 7 Christi 61. a Judæus est occisus. *Vide Martyrol. Rom. 1. Maji.*

*Frater Domini*) Cur sic dicatur, Bellarminus cap. 34. de Scriptoribus Ecclesiasticis, Baronius annali. I. & alii alibi explicarunt.

*Qua de septem Catholicis est.*) Id definivit Ecclesia in quatuor Conciliis, superiore capite a me citatis. Idem jam olim docuerunt Origenes, Epiphanius, Athanasius, Innocentius I. Gelasius, Hieronymus, Augustinus, Damascenus, & alii Patres. Quæ porro de S. Jacobo hic Hieronymus narrat, ex Hegesippo apud Eusebium l. 2. c. 23. hausit: de qvibus vide Petavium in Notis ad Epiphanium, hæresi 78. & Petrum Hallosium tom. 2. Scriptorum Ecclesiæ orientalis, in Vita S. Hegesippi.

*Septimo Hypotyposeon*) Hypotyposis est, cum res expressa subjicitur oculis. *Subnotationem* hic vertunt nonnulli.

*Accepta occasione ἀναρχίας*,) hoc est, accepta occasione, quod provincia caretet Præside.

*Evangelium quoque.*) Id Nazarenorum appellatur, & subinde ab Hieronymo citatur.

## WILH. ERNESTI TENTZELII Animadversiones.

I. Stupenda, nec absque salis grano de Jacobo hæc accipienda sunt, quæ ex Hegesippo refert Hieronymus. Quam in rem consuluisse juvabit præter Valesianas in Eusebium Annotationes, & Petavianas in Epiphanium Animadversiones, inprimis Davidem Blondellum in Pseudo-Isidoro p. 29, 30, 31. Joan. Georg. Dorscheum in Pentadecade Disp. 1. p. 37, 38. Christianum Noldium in Historia Idumæa a p. 391. ad 403. Joan. Pearsonium Lect. IV. in Acta Apostolorum pag. 57, 58. & similes.

II. Epistolam Jacobi omnes hodie admittunt, licet initio Reformationis non a Luthero tantum, sed ab aliis quoque fuerit dubitatum, ut ab Andrea Althamero, recensente Seckendorfio scholio IV. ad Indicem primum Historiæ Lutheranismi. Expendere quoque juvabit modum probandi auctoritatem, ejus Canonicam apud Huetium. Prop. 1. Demonstrationis Evangelicæ p. 40.

III. Exploduntur autem Hieronymi silentio bina alia scripta, Jacobo perperam tributa, Protevangelium & Liturgia. Equidem Protevangelium vix quisquam pro genuino venditavit, præter unum Postellum, qui id e tenebris eruit, *& ut gemmam inter libros Theologicos, & basim atque fundamentum totius historiæ Evangelicæ, & caput Evangelii secundum Marcum æstimavit:* Est tamen magnæ antiquitatis, & Justini jam tum Martyris tempore extitit, si Augusti Buchneri conjecturam sequimur, Notis in Prudentii Hymnum de natali Christi pag. 95. & Origenes, Comment. in Matthæum p. 223. τὴν βίβλον Ἰακώβου allegans, hoc Protevangelium intellexit, docente Huetio in Notis pag. 28. Quare ab hæreticis potius id effictum fuerit, quam a Monachis, in quos culpam conjiciunt Barthius lib. LVI. Adversariorum cap. XVI. & Boxhornius in Historia universali p. 56. Extitit enim iste libellus, priusquam vel Monachorum nomen in Ecclesia audiretur. Liturgiam denique Jacobi, quam magno conatu post alios defendere conati sunt Leo Allatius & Cardinalis Bona, prudentiores hodie Pontificii post Simonium, Alexandrum & Scheltratium, unanimiter rejiciunt, ut illi refellendæ immorari amplius haud opus videatur.

## ERNESTI SALOMON. CYPRIANI Annotationes.

Sunt; qui tres Jacobos * Apostolos numerant, Jacobum, Zebedæi filium, Jacobum, Alphæi filium, & nostrum hunc Jacobum, fratrem Domini, seu, Justum, tertium decimum Apostolum. *Apud Hieron. in c. 17. Ef.* Sed Hieronymus primo contra Helvidium hos impugnat, docens, Jacobum nostrum minorem Alphæi & Mariæ, sororis Domini, filium fuisse, ac præter hunc inter Apostolos non nisi unicum Jacobum, Zebedæi filium, ab Herode interemtum, annumerari posse, qui major dicitur.

*Justus.* Eusebius libro II. capite primo: *Ob eximiam virtutem.* Hieronymus commentario in caput II. Epistolæ ad Galatas: *Vir tantæ sanctitatis & rumoris in populo, ut fimbriam vestimenti ejus certatim cuperent attingere.*

*Frater Domini.* Observat Hieronymus *in Psal. 68.* omnes Apostolos fratres Domini vocari Matthæi XXIIX. Quæ vero causa sit, ut Jacobus præ cæteris frater Domini appellaretur, non eodem modo exponit. Nam *L. I. Comment. in Galat. c. 2.* ita dictum putat propter incomparabilem fidem, sapientiamque non modicam, nec non quod primus Ec-



* Vide quæ Combefisius ad Hippolytum de XII. Apostolis. T. 2. auctarii novi p. 840. seq. & in appendice ad opera S. Hippolyti nuper edita p. 34. seq.

cleſiæ præfuerit, quæ ex Judæis primum Chriſti recepit doctrinam. Quidam ſuſpicabantur, ex Eſcha, uxore a Joſepho ante Mariam ducta, natum eſſe: Quos Apocryphorum deliramenta ſequi Hieronymus dolet ſecundo in Matthæi *cap.* 12. Placet mihi ea Hieronymi ſententia, qua Jacobus ideo frater Domini dictus creditur, quod ejus eſſet conſobrinus. Ita Hieronymus hoc loco, nec non contra Helvidium capite IX. & alibi.

*Poſt paſſionem Domini ſtatim ab Apoſtolis.* Euſebius libro VII. capite XIX. ait, Jacobum ab ipſo Salvatore & Apoſtolis Epiſcopatum Hieroſolymitanæ Eccleſiæ obtinuiſſe. Multi veterum dixerunt, Jacobum a Chriſto Epiſcopum conſtitutum eſſe, nulla Apoſtolorum mentione facta: quos Henricus Valeſius *ad h. l. Euſebii* laudat. Hieronymus heic diſerte negat, factum hoc a Chriſto, cui aſſentitur contradicens ſibi Euſebius libro II. capite I. quo fatetur, Jacobum tum demum cathedræ impoſitum eſſe, qvum in cœlum rediiſſet Dominus. Nec video, quid huic ſententiæ obſtet, quæ etiam ex XXVIII. Matthæi capite robur trahit, quo Chriſtus Jacobo juxta cum reliquis Apoſtolis gentes in toto terrarum orbe docere, & hanc ob rem Hieroſolymis diſcedere mandat.

*Poſt Apoſtolos.* Male hoc loco Euſebii verba reddit Hieronymus. Apud Euſebium eſt μετὰ τῶν ἀποστόλων, cum Apoſtolis; non vero μετὰ τοὺς ἀποστόλους, poſt Apoſtolos. Neque enim Jacobus poſt Apoſtolos, ſed cum Apoſtolis præfuit cœtui Hieroſolymitano. Sophronius, qui Hieronymi verba Græce reddidit, ac μετὰ τοὺς ἀποστόλους habet, excuſari poteſt; Hieronymus non poteſt.

*Huic ſoli licitum erat ingredi ſancta ſanctorum: ſiquidem veſtibus laneis non utebatur, ſed lineis.* Jacobum inde ab incunabulis aſceticæ vitæ operam navaſſe, multa ſunt, quæ ſuadent, ac parum abeſt, quin eum ex Eſſenorum ordine ad Chriſti doctrinam tranſiiſſe exiſtimem. Itaque non moveo litem de ejus victu atque amictu, quem hoc loco laudat Hieronymus. Quod vero ex quinto commentariorum Hegeſippi Euſebius libro II. capite XXIII. & heic Hieronymus referunt, eidem jus facultatemque fuiſſe ingrediendi ſanctum ſanctorum Hieroſolymitani templi, id ego non vereor inter fabulas rejicere, antiquiſſimas quidem, tamen fabulas. Sane mirari ſubit, doctiſſimos viros huic rei hodieque adhibere fidem. Quæſo, quid tum veſtis linea ad facultatem ingrediendi ſanctum ſanctorum? An non tempore Agrippæ regis, ſub quo lapidibus obruebatur Jacobus, omnes omnio ſacerdotes, ac paulo poſt Jacobi obitum, etiam cantores, qui ne quidem ſacerdotum erant in cenſu, lineis veſtibus utebantur? Teſtem produco harum rerum peritiſſimum, Flavium Joſephum, qui XX. antiquitatum capite IIX. diſerte ait: *Leviticæ tribus homines, quorum erat ſacros hymnos in templo canere, adito rege induxerunt eum precibus, ut advocato concilio decerneret eis,* ἐπιτρέψαι λινῆν στολὴν *uſum ſtolæ lineæ, quæ tum ſolis erat conceſſa ſacerdotibus. Rex de concilii ſententia permiſit, ut depoſito priori habitu lineum, ut voluerunt, ſumerent.*

*Huic ſoli licitum erat.* Miræus: *Hic ſolitus erat.* Male. Nam Euſebius habet: τούτῳ μόνῳ ἐξὸν εἰς τὰ ἅγια εἰσιέναι.

*In ſancta ſanctorum.* Vir clariſſimus, Guilielmus Caue *Antiquit. apoſtolic. p. m. 589.* & Petavius *ad Epiphan.* hæreſ. 78. contendunt, Jacobum ſanctum ſanctorum ingrediendi jus facultatemque non habuiſſe, ſed ſolummodo ingreſſum eſſe τὰ ἅγια, ſanctum, quod frequentare licuit ex Aaronis ordine ſacerdotibus. Fateor, mihi pridem ſuſpectam fuiſſe hanc Hegeſippi traditionem, quum non ſit vero ſimile, Judæos homini Chriſtiano copiam ſanctum ſanctorum ingrediendi feciſſe, ita quidem, ut ex ipſis nemo eodem uſus ſit jure. Itaque falſa eſſe quæ tradit Hegeſippus, diu eſt quod perſuadeor. Verum ſi quæras, quid Hegeſippus & veterum alii vocibus, εἰς τὰ ἅγια ſignificatum voluerint; videntur omnino ſanctum ſanctorum intellexiſſe, etſi veriſſimum ſit, Jacobum non niſi ſanctum ingredi conſueviſſe. Hæc veterum ſententia primo cognoſcitur ex loco hoc Hieronymi. Deinde Hegeſippus non videtur adeo ignarus fuiſſe Judæorum moris, ut ſoli Jacobo vindicaret jus ſanctum ingrediendi, quod alias היכל ſeu templum vocatur. Id enim ab omnibus Judæis illico exploſum fuiſſet, quos non latebat, eandem facultatem multis ſacerdotibus competere. Accedit mos loquendi primorum Chriſtianorum, qui εἰς τὰ ἅγια εἰσέρχεσθαι ex IX. Epiſtolæ ad Hebræos capite v. 25. tantundem eſſe arbitrabantur, quam ingredi ſanctum ſanctorum, quod Joſephus ἅγια τὰ ἁγίων vocat Antiqv. III. c. 5.

*Fixis.* Miræus: *Flexis.* Hegeſippus quinto commentariorum: κείμενον ἐπὶ τοῖς γόνασι.

*Sed & Ioſephus.* Hæc paulo diſtinctius ex Joſepho commemorari oportuit. Neque enim is de Jacobo quicquam dicit, præter hæc *XX. antiq. c. 8. Ananus tempus opportunum ſe nactum ratus, mortuo Feſto, Albino adhuc agente in itinere, concilium judicum advocat, ſtatutumque coram eo fratrem Ieſu Chriſti, Iacobum nomine, & una quosdam alios, reos impietatis peractos, lapidandos tradidit: quod factum omnibus in ea civitate bonis & legum ſtudioſis vehementer diſplicuit.* Utinam bona fide egiſſet Hegeſippus! Nam Euſebius fabulam de Jacobo, templi pinnæ impoſito, utique in Hegeſippo invenit, cujus libri Euſebii ætate multorum terebantur manibus, quibus aliquid aſſuere, aut ex illis, quæ non exhiberent, laudare non potuit. Nec

tamen

tamen plane absolvi debent Eusebius & Hieronymus, cum probabile non sit, viros tam doctos, tam prudentes, fraudem fugisse. Sane uterque, ut ex illorum libris intelligimus, Josephum legit, adeoque uterque vidit non esse Josephi verba, quæ afferebantur ab Hegesippo.

*Tradit idem Iosephus.* Imo non tradit, quandoquidem nullus codex, utcumque recens sit, hæc refert. Sane in Schleusingensi, quo Joannes Andreas Bosius, Josephum editurus, præ cæteris usus est, nihil reperio; Etsi is tanti factus sit eruditis, ut ab operis typographicis adhiberetur in excudenda editione Græca. Si Origenis, Eusebii & Hieronymi ævo hæc in Josephi codicibus comparuerunt, qui factum est, ut orbe jam Christiano eraderentur. Christiani certe non eraserint. At nec Judæi, quod illis & ea eradenda fuissent, quæ de Christo, Joanne Baptista & Jacobo nostro hodieque in Josepho extant, & hac ratione defectus non posset non perpaucorum codicum esse.

*Ut propter ejus necem creditum sit.* Falsum est, hæc unquam lecta esse in Josepho. Si Hegesippum fraudis insimulare non licet, dixerim, ejus animo obversatum esse Ioannem Baptistam, cum hæc scriberet, de quo Iosephus *L. XIIX. antiq. cap. 7. Apud Iudæos fuit opinio, justa ultione Numinis deletum Herodis exercitum, propter Ioannem, qui Baptista cognominatus est. Hunc enim tetrarcha necavit virumoptimum, Iudæos excitantem ad virtutum studia, inprimis justitiæ & pietatis.* Hæc aut memoriæ lapsu mutavit transtulitque ad Iacobum Hegesippus, aut mala fide interpolavit Iosephum. Si hæc de Iacobo in Josepho legerunt Eusebius *L. II. hist. c. 23.* & Hieronymus, cur sibi non constant? ille ait, Josephum ipsum credidisse, Iudæos excidium urbis Iacobi cæde promeritos; hic Josephum retulisse, ita ab aliis creditum.

*Triginta itaque annis.* Si Iacobus Hierosolymorum Episcopus ordinatus est illo ipso anno, quo cœlum conscendit Dominus, ut ex Eusebii libro II. capite I. colligitur: dicendum existimat Baronius *ad Ann. 63. n. 2.* cum illi Ecclesiæ non XXX. sed XXIX. tantum annos præfuisse, cum VII. Neronis anno passus sit, id est, LXIII. juxta Barouium. Non obscure hoc loco hallucinatur Dionysius Petavius *Rationar. temp. p. 1. L. V. c. 1. & 3.* Nam Christum anno ætatis XXXIV. jam expleto passum; Iacobum vero anno Christi LXI. ac sedis suæ XXX. trucidatum tradit: quæ pessime cohærent.

*Evangelium quoque, quod appellatur secundum Hebræos.* Vetustissimum monumentum, de quo non miror recentioribus nil certi constare, qvum ipse Hieronymus cespitet. Capite III. Catalogi diserte habet pro ipsomet Matthæi Evangelio. Alibi autem a se ipso dissentit, illudque adhiberi posse docet, si non ad autoritatem, ut is loquitur, saltem ad antiquitatem *L. III. c. 1. contr. Pelagian.* Si habuisset pro Matthæi Evangelio, qvum hæc scriberet, non dubitasset de ejus autoritate plus quam humana. Deinde eodem Catalogi capite Hebraicis literis verbisque a Matthæo compositum, nostroque hoc capite a se in Græcum pariter atque Latinum sermonem translatum ait. Verum post XXIII. annos, id est, anno CCCCXV. quo libros contra Pelagianos in lucem emisit, Chaldaico Syroque sermone, sed Hebraicis literis scriptum vult *l. c.* Quis credat, ipsum libri interpretem adeo diversimode loqui posse? Cum tam vetustum sit Evangelium, ut olim, teste Hieronymo, *In c. XII. Matth.* a plerisque pro authentico Matthæi haberetur; credidi olim, illud Iacobum nostrum habere authorem, a quo Athanasius Matthæi Evangelium expositum docet. *Tom. II. Opp. p. 134.* Illa expositio in eo mihi sita videbatur, quod Iacobus, Hierosolymitanus præsul, in Palæstina, ubi omnia contigerunt, adjecerit a Matthæo prætermissa. Ad hunc enim magnus fiebat discipulorum concursus, qui scitu digna in ejus notitiam perferebant. Præterea visus mihi est Iudæis nonnihil cessisse, quod spectat ad externum cultum, ut servaret Ecclesiam, ac Iudæorum religionem cum honore extingueret. Furore enim & clamoribus non est ea ætate fides nostra propagata. Atque hanc causam subesse opinabar, quod a Nazaræis tam avide arriperetur hoc Evangelium secundum Ebræos, hoc est, Ebræa dialecto & ad Ebræorum placita nonnihil accommodatum. Nazaræi enim Christum sectabantur, retentis Iudæorum ritibus. Aliam expositionem, quam Iacobus adornasse dicitur, imaginari mihi non poteram, quia illud nec commentariis illustravit, nec Græce reddidit, ut omnes fatentur. Verum etsi multas habeam conjecturæ meæ causas; video tamen, eam sacris literis repugnare, cum in Evangelio secundum Ebræos dicatur, Christum Iacobo statim a resurrectione visum, quem scriptura postremo demum ab eo conspectum dicit. Valeat igitur conjectura. Ad Hieronymum quod attinet, facile secum in gratiam redibit, si dicas, Nazaræos non solum recepisse Ebraicum Matthæi Evangelium, ejusque describendi facultatem aliis fecisse; sed & in linguam Syram Chaldaicamque transtulisse, ac huic translationi assuisse, quæ in incorrupto Matthæi codice omissa opinabantur. Hac ratione factum est, ut duo hæc Evangelia, quorum utrumque Evangelium secundum Ebræos audiebat, confunderentur, & nonnulli interpolatum pro authentico haberent, quod suis placitis esset accommodatius. Si hæc displicent; non potest a contradictione liberari Hieronymus. At hoc itidem durum videtur, ipsum libri inter-

pretem ita ſibi contradicere, ut eum modo Ebraico, modo Syro idiomate exaratum affirmet, ut taceam reliqua.

*Juxta templum ſepultus eſt. Titulum usque ad obſidionem Titi; & ultimam Hadriani notiſſimum habuit.* Hegeſippus apud Euſeb. lib. 2. c. 23. *Sepultus eſt eodem in loco, manetque cippus illius adhuc prope templum.* Ægre credo, Iudæos hominem lapidibus obrutum, populi, ut eorum ferebat opinio, ſeductorem, prope templum humo inferri, memoriamque illius cippo conſervari permiſiſſe, ut nihil dicam de moribus Iudæorum, quibus conveniens eſt, ut mortui extra civitatem terræ mandentur. Franciſcus Quaresmius *Elucidat. terræ ſanctæ T. II. L. IV. c. XII. peregrinationis VII.* præfert huic ſententiæ alteram, cujus hoc loco Hieronymus quoque meminit, Iacobumque in monte oliveti putat reconditum. Cumque mons oliveti e regione templi ſit, Hegeſippum huic ſententiæ ne quidem repugnare contendit, quod omnino prope templum ſepultus dici poſſit, cujus oſſa in oliveto quieſcant. Cæterum, ut hoc obiter moneam, quia nec Hieronymus nec Euſebius, Iacobi ſcripta commemorantes, liturgiam ejus, quæ hodieque circumfertur, laudant, facile cognoſcimus, doctiſſimum Cardinalem, Ioannem Bonam, malam cauſam tueri, dum eam pro genuina haberi vult libro 1. capite VIII. rerum liturgicarum *p. 92. ſeq.*

# CAPUT III.

MATTHÆUS, qui & Levi, t) ex publicano Apoſtolus, u) primus in Judæa, propter eos qui ex Circumciſione crediderant, Evangelium Chriſti Hebraicis *litteris* verbisque compoſuit. x) Quod quis poſteà in Græcum transtulerit, non ſatis certum eſt. Porrò ipſum Hebraicum habetur usque hodie in Cæſarienſi bibliotheca, y) quam Pamphilus martyr ſtudioſiſſimè confecit. Mihi quoque à Nazaræis, qui in Beroea urbe Syriæ hoc volumine utuntur, deſcribendi facultas fuit. In quo animadvertendum, quòd ubicumque Evangeliſta, ſive ex perſona ſua, ſive ex perſona Domini Salvatoris, veteris Scripturæ teſtimoniis abutitur, z) non ſequatur ſeptuaginta Translatorum auctoritatem, ſed Hebraicam, é quibus illa duo ſunt: *Ex Ægypto vocavi filium meum,* a) & *Quoniam Nazarens vocabitur.* b)

Ματθαῖος ὁ καὶ Λευὶς, ἀπόστολος πρὸ πάντων, ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ πρῶτος διὰ τοὺς ἐκ περιτομῆς πιστεύσαντας, εὐαγγέλιον τοῦ Χριστοῦ γράμμασιν καὶ ῥήμασιν ἑβραϊκοῖς συνετάξεν, ἀγνοημένων τοῦ μὴ ταῦτα εἰς ἑλληνικὸν τοῦτο μεταφράσαντος. Τὸ δὲ ἑβραϊκὸν ἄχρι τῆμερόν ἐστιν ἐν τῇ βιβλιοθήκῃ Καισαρείας τῇ ὑπὸ Παμφίλου μάρτυρος διεπιμελείας κατασκευασθέσης. Ἐμοὶ δὲ ὑπὸ τῶν Ναζαραίων τῶν ἐν Βεροίᾳ τῆς Συρίας τούτῳ χρησαμένων, ἄδεια παρεσχέθη τοῦτο μεταγράφης, ὃ δὲ ἔστιν ἀκριβῶς πιστωθῆναι, ὡς ἐνθα ἂν ὁ Εὐαγγελιστὴς ἐπὶ ἑαυτοῦ προσώπου λέγει, ἐπὶ ἐκ προσώπου τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ καὶ Σωτῆρος τοῖς μαρτυρίαις κατακέχρηται τῶν παλαιῶν γραφῶν, μὴ ἀκολουθῶν τῇ αὐθεντίᾳ τῶν ἑβδομήκοντα ἑρμηνευτῶν, ἀλλὰ τῇ ἑβραϊκῇ, ἀφ' ὧν τὰ δύο ἐστὶν ἐκκλησία, ἐξ Αἰγύπτου κάλεσα τὸν υἱόν μου, καὶ ὅτι Ναζωραῖος κληθήσεται.

t) Marc. II. 14. Luc. V. 27. u) Matth. IX. 9.

x) Papias apud Euſeb. III. 39. Hiſt. Ματθαῖος μὲν οὖν ἑβραΐδι διαλέκτῳ τὰ λόγια συνεγράψατο. Ἡρμήνευσε δ' αὐτὰ ὡς ἠδύνατο ἕκαστος. Euſebius ipſe lib. 3. cap. 24. Ματθαῖος μὲν γὰρ πρότερον ἑβραίοις κηρύξας ὡς ἔμελλε καὶ ἐφ' ἑτέρους ἰέναι, πατρίῳ γλώττῃ γραφῇ παραδοὺς τὸ κατ' αὐτὸν Εὐαγγέλιον, τὸ λεῖπον τῇ αὐτοῦ παρουσίᾳ τούτοις ἀφ' ὧν ἐξέλιπε διὰ τῆς γραφῆς ἀπεπλήρου. Idem lib. 5. cap. 10. αἵτινές τι ἑβραίων γράμμασι τὸν τὸ Ματθαίου καταλείψαι γραφὴν. Græcum Matthæi interpretem Iacobum alii, alii Paulum, alii Lucam denique vel Joannem incerta fama tradiderunt, cum Matthæum ipſum Græce ſcripſiſſe ſit verius, Papia & aliis veteribus Evangelium Nazaræorum pro Hebraico Matthæi prototypo perperam habentibns. Vide, ſi placet quæ notavi in Codice Apocrypho Novi Teſt. & libro IV. Bibl. Græcæ cap. 5.

y) De Bibliotheca Cæſarienſi a S. Pamphilo inſtructa Vide Euſebium VI. 31. & Hieron. infra c. 75.

z) Sic MS. Gemblacenſe, & Marcianæus e ſuis Codicibus, & Græca verſio κατακέχρηται, ſenſu eodem quod aliæ editiones, *utitur*; Sic infra cap. 15. *multis de eadem Epiſtola non ſolum ſenſibus ſed juxta verborum quoque ordinem abutitur.*

a) Matth. II. 15. ex Oſeæ XI. 1. b) Matth. II. 23. ex Eſa. XI. 1.

## ERASMI SCHOLIA.

Conſtanter affirmant hoc Evangelium Hebraice ſcriptum fuiſſe. At illud mirum, neminem unquam fuiſſe, qui teſtetur ſibi conſpectum fuiſſe. Chryſoſtomus non affirmat, ſed ajunt, unquit. Illud conſtat, primam autoritatem huic Evangelio ſemper fuiſſe.

*Qui in Berſabea Beræa.*) Berſabea nec eſt apud Sophronium, nec in emendatioribus exemplaribus.

Ex

*Ex Ægypto vocavi filium meum.*) De his copioſius Hieronymus in libro de optimo genere interpretandi, & nos in Annotationibus Novi Teſtamenti nonnihil attigimus.

Hic codex Græcus commiſcet duos, Creſcentem & Eunuchum. Idem factum eſt in Latinis, (*ab Eraſmo*) ea res ne quem fallat, admonere viſum eſt.

## HENRICI GRAVII NOTÆ.

*Evangelium Chriſti hebraicis litteris verbisque compoſuit.*) Vide Euſeb. lib 3. c. 24, & lib. 5. cap. 8. & 10. & c. ultimo lib. 3.

*Veteris ſcripturæ teſtimoniis utitur.*) *Alias* abutitur.

## AUBERTI MIRÆI SCHOLIA.

HEBRAICIS *litteris.*) Id ipſum ante Hieronymum teſtati ſunt Irenæus lib. 3. cap. 1. Euſebius l. 3. Hiſt. eccleſ. c. 24. & Epiphanius hæreſi 29.

*Quis in Græcum transtulerit.*) S. Athanaſius in Synopſi ſcribit, à S. Jacobo, fratre Domini, fuiſſe expoſitum Evangelium S. Matthæi: ſed utrum illa expoſitio fuerit verſio in Græcum, neſcitur.

*Septuaginta translatorum.*) De LXXII. Interpretibus fuſe agunt Ariſteas in ſuo de iis libello, Philo lib. 2. de vita Moſis, Joſephus l. 12. Antiq. c. 2. Tertullianus in Apologetico c. 18. Athanaſius in Synopſi, Epiphanius lib. de menſ. & pond. Auguſtinus de Civit. Dei l. 18. c. 45. & alii veteres.

*Ex Ægypto:*) De his copioſius Hieronymus in Libro de optimo genere interpretandi.

## WILH. ERNESTI TENTZELII Animadverſiones.

I. Non Hieronymi tantum, ſed plerorumque antiquorum Patrum ſententia fuit, Matthæum Ebraice ſcripſiſſe. Hodierni autem Theologi Criticique, ex Noſtratibus ſaltem, communiter pugnant, Græcum, quod habemus, ejus eſſe autographum. Abraham Calovius in Critico Sacro pag. 440, 441. perpetuis fere objectionibus hoc Hieronymi Capitulum corrigit. Ait enim: 1. *nullum ejus rei teſtem* eum *laudare*, quod Matthæus propter credentes in circumciſione Ebraice ſcripſerit: 2. *mirum eſſe, quod Euſebius Cæſarienſis Epiſcopus, Pamphiliique amiciſſimus, cum ſæpius incidiſſet Evangelii Ebraici, de eo ne verbo quidem mentionem fecerit*, quod nempe Hieronymus ait, ipſum Ebraicum in Cæſarienſi Pamphili Bibliotheca haberi: 3. *Chryſoſtomum* porro, *inter Græcos Doctores ſi ſto tempore facile primarium, non audere adſerere, Matthæum Ebraice ſcripſiſſe? ſed ajunt*, inquit, &, *malim id exſtare, quam conſtare.* 4. ſed & *prodere ipſum Hieronymum, quale fuerit iſtud Evangelium Matthæi Ebraicum*, cum addit, *ſe id a Nazarenis deſcripſiſſe, qui non minus ac Cerinthiani & Ebionitæ Evangelium quoddam Ebraicum pro Matthæi Evangelio venditabant.* 5. Nazarenorum quoque Evangelium *non fuiſſe Ebraicum, ſed Chaldaicum*, quod luculentum eſt ex Hieronymi Commentario in Matthæum cap. VI. v. 34. ubi ſcribit, *in Evangelio Ebraico, quod conſulueris, adhiberi vocem* מחר *craſtinum. Nam* ך *præfixum non Ebræorum, ſed Chaldæorum & Syrorum eſt. Ideo ſaltem generaliter & ὡς ἐν πλάτει Hieronymum dixiſſe Ebraicum, cum indigitaret Chaldaicum.* 6. *Denique quod addit Hieronymus, Evangeliſtam, ubicunque veteris ſcripturæ teſtimoniis utitur, non ſequi ſeptuaginta translatorum auctoritatem, ſed Hebraicam; id ſi de Evangelio Ebraico dicat, oportere id in allegationibus quibusdam diverſum fuiſſe a Græco; quippe quod etiam nonnunquam ſeptuaginta verſionem ſequitur; quid? quod nonnulli eo argumento, quod plerumque dicta Vet. Teſt. adferat Matthæus ex Græca translatione, utantur, ut oſtendant, non Ebraice, ſed Græce ſcripſiſſe Matthæum in Originali.* Ex omnibus hiſce obſervationibus quintam inprimis conſiderandam cenſeo, qua ex ipſo Hieronymo oſtenditur, non Ebraica lingua proprie dicta, ſed Chaldæa, ſive, ut alii appellare malunt, Chaldæo-Hieroſolymitana, conſcriptum fuiſſe, quod Nazareni venditarunt, Matthæi Evangelium. Nec aliam intelligi puto a Græcis Patribus, qui Matthæum ἑβραΐδι ſcripſiſſe tradunt: quandoquidem in Novo Teſtamento hac dictione idem ſignificatur idioma, quo tunc vulgus Judæorum Hieroſolymis utebatur. Inde autem conficitur, nullum Ebræorum Matthæi Evangeliorum, quæ Münſterus, Mercerus, Tiliusque vulgarunt, genuinum eſſe poſſe. Confer, ſi placet, quæ hanc in rem habet Spanhemius de Auctore Epiſt. ad Ebræos P. III. cap. 11. n. 9, 10, 11. Sed hæc ad Hieronymum notaſſe ſufficiat: ipſam enim controverſiam variis argumentis utrinque agitatam meam nunc non facio.

II. Neque opus eſt, damnatum Hieronymi ſilentio *librum de Ortu ſeu ſtirpe Mariæ*, cujus procemium verſionem ejus ab Hieronymo ipſo adornatam mentitur, & *Miſſam Æthiopum* Matthæo ſuppoſitam prolixius excutere, quoniam ab omnibus hodie rejiciuntur. Vid. Cavius Hiſtor. litter. P. 1. pag. 9.

## ERNESTI SALOMONIS CYPRIANI Annotationes.

Athanasius in synopsi: *T. II. Opp. p. 134. Evangelium secundum Matthaeum ab ipso Matthaeo Hebraica dialecto conscriptum est, & editum Ierosolymis, & interpretante Iacobo, fratre Domini secundum carnem, expositum.* Epiphanius libro I. tomo 2. adversus hæreses *p. m. 127.* de Ebionis discipulis diserte tradit, quod Evangelium Matthæi solum recipiant, illudque evangelium secundum Ebræos appellent, e quo & nonnulla eraserunt. Jam scire velim, cur Patres evangelium secundum Ebræos reiecerint, retinuerint vero evangelium Matthæi, si duo hæc solo nomine fuerunt diversa. Non potest apte responderi nisi ea ratione, cuius supra mentionem feci, videlicet incorruptum Matthæi evangelium æque ac interpolatum a Nazaræis susceptum fuisse & utrumque evangelii secundum Ebræos nomine venisse, donec tandem usus obtineret, ut interpolatum tantum, quo Nazaræi, & mutilum, quo Ebionitæ utebantur, hoc nomine indigitarentur, genuino eoque Ebræo Matthæi textu aut neglecto, aut apud illos deperdito.

*Ipsum Ebraicum habetur usque hodie in Cesariensi Bibliotheca. Mihi quoque a Nazarenis describendi facultas fuit.* Præter hæc duo exempla hoc Evangelium & alii tenuere, præcipue Josephus quidam, a Judæis ad Christianam fidem conversus, si quidem genealogia Matthæi Ebraica tantundem sit, ac Matthæi Evangelium. *Matthæi Ebraicam genealogiam invenit*, inquit Epiphanius hæresi XXX. Aliud exemplum inventum est in Cypro, sub arbore siliqua, cum reliquiis Barnabæ Apostoli, cuius impositum pectori fuit. Hoc ipsius Barnabæ manu descriptum, atque ab imperatore Zenone in Palatio Constantinopolitano, in æde Stephani, repositum tradit *Theodorus Lector L. II. hist. eccl.* Suidas in voce Θύινα addit: *Habebat Evangelium foliatilyina.* Plane alia a nostra fuit interpungendi ratio, quæ Suidæ ævo obtinuit, quum de Evangelio Matthæi dicat *in voc.* Ματθαῖος. *Habet titulos LXVIII. capita CCCLV.*

# CAPUT IV.

JUDAS, frater Jacobi, a) parvam, quæ de septem Catholicis est, Epistolam reliquit. Et quia de libro Enoch, qui Apocryphus est, in ea assumit testimonium, b) a plerisque c) rejicitur: tamen auctoritatem d) vetustate jam & usu meruit, & inter Sanctas Scripturas computatur.

Ἰούδας ἀδελφὸς Ἰακώβου ἐλαχίστην, ἤ τις ἐκ τῶν ἑπτὰ Καθολικῶν ἐστιν, Ἐπιστολὴν κατέλιπεν. Καὶ ἐπειδὴ λόγον τῆς βίβλου Ἐνὼχ, τῆς λεγομένης Ἀποκρύφου τυγχανούσης, παραλαμβάνει ἐν αὐτῇ μαρτυρίας, ὑπό τε πολλῶν ἐκβάλλεται, ἀλλ' ὅμως τῇ ἀρχαιότητι, καὶ τῇ τῆς χρήσεως αὐθεντίᾳ ἠξιώθη τῶν θείων γραφῶν συγκαταριθμεῖσθαι.

a) In antiquis, inqvit Martinus Lipsius, Legitur *frater Domini*: Et sunt quibus hæc lectio probatur, citantes Hegesippi apud Eusebium III. 20. Hist. verba: ἐπὶ τῷ φεῦγον οἱ ἀπὸ γένους τοῦ Κυρίου ἀνωνὶ Ἰούδα, τοῦ κατὰ σάρκα λεγομένου ἀδελφοῦ. Sed *Jacobi fratrem* recte habent plurimi Codices, atque ita apud Hieron. legit Freculfus & Græcus interpres ex Lucæ VI. 16. Ἰούδας Ἰακώβου & ex Juda ipso in limine Epistolæ. Utrumque jungit Epiphanius XXVI. 11. Ἰούδας ὁ ἀδελφὸς Ἰακώβου καὶ Κυρίου λεγόμενος. Clemens Alex. in adumbratt. ad Epistolas Cathol. *Iudas qui Catholicam scripsit Epistolam, frater filiorum Ioseph existens, vade religiosus, cum sciret propinquitatem Domini, non tamen dixit seipsum fratrem ejus esse, sed quid dixit? Iudas servus IEsu Christi, frater autem Iacobi.* Illius puta Jacobi minoris de quo supra c. 1.

b) Judæ Epist. v. 14. Confer quæ in Codice pseudepigrapho Vet. Test. p. 160. seq.

c) Hoc est aliquibus, ut supra c. 1. nam plurimos pro genuina habuisse ex Eusebio III. 25. constat. Τῶν δ' ἀντιλεγομένων, γνωρίμων δ' ὅμως τοῖς πολλοῖς, ἡ λεγομένη Ἰακώβου φέρεται καὶ ἡ Ἰούδα &c. Idem II. 23. ubi de Epistola Jacobi: ἣ πολλοὶ γοῦν τῶν παλαιῶν αὐτῆς ἐμνημόνευσαν, ὡς ἀδὲ τῆς λεγομένης Ἰούδα, μιᾶς καὶ αὐτῆς ὄσης τῶν ἑπτὰ λεγομένων καθολικῶν· ὅμως ἴσμεν καὶ ταύτας μετὰ τῶν λοιπῶν ἐν πλείοσι δεδημοσιευμένας ἐκκλησίαις. Veterum Testimonia auctoritati hujus Epistolæ suffragantium vide magno numero apud Tillemontium Tom. I. memor. Hist. Eccles. p. 683. sq.

d) Codex Sangermannensis vetustissimus teste Marcianæo legit: *tamen auctoritate jam & vetustate & usu meruit.* Ita legisse videtur etiam Græcus interpres.

## ERASMI SCHOLIA.

Admiscet & hic Sophronius nonnullos, historiæ seriem persequens, cum Hieronymus scriptores tantum recenseat, alioquin a Christo potissimum erat incipiendum. Quanquam suspicor hæc magis ab alio quopiam studioso adjecta.

*Qua de septem canonicis est.)* Rursum pro Catholicis est Canonicis.

*De libro Enoch.)* Citat enim illic Prophetiam Enoch, quæ nusquam extat. Citat & altercationem Michaelis cum Diabolo de corpore Moysi.

Quem

*Quem ajunt ipſi adjunctum.*) Ipſi adjunctum, non reperio apud Sophronium, verum quia ſuſpicabar à librariis omiſſa, nolui reſecare.

*Sed ab omnibus expellitur.*) Pro expellitur legundum exploditur. Eam tamen Faber Stapulenſis admiſcuit ſuis Commentariis, cum meo judicio nihil ſit illic Paulo dignum.

## NOTÆ HENRICI GRAVII.

*Judas frater Jacobi.*) In vetuſtis codicibus legitur: *Domini*: & rectius. Ita enim & Hegeſippus apud Euſeb. lib. 3. cap. 20.

*Adhuc*, inquit, *vivebant quidam de carnali genere Domini noſtri, nepotes Judæ ejus, qui ſecundum carnem frater Domini dicebatur.* Hieronymus in 10. cap. Matth. *Thaddæum Apoſtolum Eccleſiaſtica tradit hiſtoria miſſum Edeſſam, ad Abagarum regem Choſidenæ, qui ab Evangeliſta Luca Judas Jacobi dicitur & alibi appellatur Lebbæus: quod interpretatur corculum: credendumque eſt eum fuiſſe binomium.*

*Et quia de libro Enoch, qui apocryphus eſt.*) Origenes lib. 1. περὶ ἀρχῶν cap. 3. & lib. 4. non ita longe a fine quædam ex eo citat, & homil. 28. in Num. Tertullianus de habitu muliebri: *Scio ſcripturam Enoch, qui hunc ordinem Angelis dedit, non recipi a quibusdam, quia nec in armarium Judaicum admittitur; opinor, non putaverunt illam ante cataclyſmum editam, poſt eum caſum orbis omnium rerum abolitorem, ſalvam eſſe potuiſſe.*

*In ea aſſumit teſtimonium.*) Atqui in eadem Epiſtola teſtimonium quoque profert ex aſcenſione Moyſi, de qua Origenes c. 2. l. 3. περὶ ἀρχῶν. *In Geneſi ſerpens Evam ſeduxiſſe deſcribitur, de quo in Aſcenſione Moyſi, cujus libelli meminit in Epiſtola ſua Apoſtolus Judas. Michaël Archangelus cum diabolo diſputans de corpore Moyſi, ait diabolo: inſpiratum ſerpentem cauſam extitiſſe prævaricationis Adæ & Evæ.*

## AUBERTI MIRÆI SCHOLIA.

*Inter Sacras Scripturas.*) Patres antiqui Judæ Epiſtolam pro Catholica ſeu Canonica paſſim agnoſcunt; & pro tali agnoſcendam definierunt Carthaginienſe, Laodicenum, Romanum ſub Damaſo, Florentinum & Tridentinum Concilia.

## WILH. ERNESTI TENTZELII.

Singularia de eo ejusque Epiſtola adverſus Ebionitas Chriſtianis Pellæ Anno Chriſti LXXI. verſantibus immixtos ſcripta habet Cavius Hiſtoriæ litterariæ Parte II. pag. 56. quæ aliis expendenda, & cum Huetio Propoſ. 1. Demonſtr. Evangel. pag. 41. contendenda relinquimus.

## ERNESTI SALOMONIS CYPRIANI.

*De libro Enoch.* Dubitari vix poteſt, quin Apoſtolorum ætate Prophetia quædam Enochi nomine extiterit, qvum Judas Epiſtolæ ſuæ verſu XIV. verba quædam ex illo Enochi libro proferat. Hieronymus generaliori voce uſus librum Enochi vocat, quod & Euſebius facit libri VII. capite XXII. Athanaſius, Veteris Teſtamenti libros enarraturus, *In Synopſi ſub fin.* Enoch vocat. Tertullianus aliique patres Prophetiam hanc ſæpiuscule in ſubſidium vocant, variisque deſignant nominibus. Judæ tempore videtur titulum Prophetiæ Enochi geſſiſſe. Fragmenta libri paſſim extant; integra autem Prophetia ab Ægidio Lochienſi in Ægypto inventa nuper aſſervata eſt inter MSCC. Nicolai Claudii Fabricii Peireſcii, *teſte Gaſſendo in vita Peireskii p. 395.* qui codex, ubi hodie deliteſcat, noverint eruditi Galli. Argumentum fere ex Tertulliani libro de idololatria capitibus IV. & XV. aliisque ejus locis intelligitur. Quicquid ſit de libri authentia, ratio ſane, qua eam Petrus Cunæus *L. III. cap. 1. de Rep. Ebr.* ſubverſam vult, admodum lubrica eſt. *Profecto*, inquit, *is liber aut e diluvii undis integer evaſit, cum perirent fere omnia: aut poſtea ex cœlo delapſus eſt.* Prolixe atque doctiſſime jam olim reſpondit Tertullianus capite III. de habitu muliebri. Qui plura de hoc libro ſcire cupiunt, adeant Franciſci Sparavierii caſtigationes ad Apologiam Thomæ Mazzæ pro Annio Viterbienſi vindicatas *p.* 88. *ſqq.*

# CAPUT V.

PAULUS Apoſtolus, qui ante Saulus, e) extra numerum duodecim Apoſtolorum, f) de tribu Benjamin, g) & oppido Judææ Giſca-

Παῦλος ὁ Ἀπόστολος ἔξω τοῦ ἀριθμοῦ τῶν δώδεκα Ἀποστόλων τυγχάνων, ἐκ φυλῆς Βενιαμὶν, καὶ κώμης Γισχάλων τῆς Ἰουδαίας,



e) Saulus vocatur Act. VII. 58. & deinde ſæpius usque ad Actor. XIII. 9. deinde ſemper Paulus.

f) A duodecim Apoſtolis ſe diſtinguit 1. Corinth. XV. 5. 8.

g) Actor. XIII. 21.

lish) fuit; quo a Romanis capto, cum parentibus ſuis Tarſum Ciliciæ i) commigravit: a quibus ob ſtudia Legis miſſus Hieroſolymam, a Gamaliele, viro doctiſſimo, cujus Lucas meminit, k) eruditus eſt. Qvum autem interfuiſſet neci martyris Stephani, l) & acceptis a Pontifice templi Epiſtolis m) ad perſequendos eos, qui Chriſto crediderant, Damaſcum pergeret, revelatione compulſus ad fidem, quæ in Actibus Apoſtolorum n) ſcribitur, in vas electionis o) de perſecutore translatus eſt. Qvumque primum ad prædicationem ejus Sergius Paulus, Proconſul Cypri, p) credidiſſet, ab eo, quod eum Chriſti fidei ſubegerat, ſortitus eſt nomen: ** & juncto ſibi Barnaba q) multis urbibus peragratis, revertens Hieroſolymam, r) a Petro, Jacobo & Joanne, gentium Apoſtolus ordinatur. s) Et quia in Actibus Apoſtolorum pleniſſime de ejus converſatione t) ſcriptum eſt, hoc tantum dicam, quod poſt paſſionem Domini viceſimo & quinto anno, id eſt, ſecundo Neronis, eo tempore quo Feſtus Procurator Judææ ſucceſſit Felici, u) Romam vinctus mittitur, & biennium x) in libera manens cuſtodia, adverſus Judæos de adventu Chriſti quotidie diſputavit. Sciendum autem in prima ſatisfactione, y) necdum Neronis imperior oborato, nec in tanta erum-

Euſeb. II. 2. Φήλικος ἦν Φῆστος ὑπὸ Νέρωνος διάδοχος πεμπτον, καθ' ὃν διαλογησάμενος ὁ Παῦλος, δέσμιος ἀπὶ Ῥώμης ἄγεται. - - καὶ Λουκᾶς ἦν ἐν τούτοις κατέλυσε τὴν ἱστορίαν, διετίαν ὅλην ἀπὸ τῆς Ῥώμης τὸν Παῦλον ἀνεπὸν διατρίψαι καὶ τὸν θεῖον λόγον ἀκωλύτως κηρύξαι ἀποσημηνάμενος.

δαίας, ὁρμώμενος πορευθείσης δὲ τῶν Ῥωμαίων τῆς αὐτῆς χώρας, μετὰ τῶν οἰκείων γονέων εἰς Ταρσὸν τῆς Κιλικίας κατῴκησεν, ὑφ' ὧν παιδὸς ἀρξάμενος τὴν ἄσκησιν τοῦ νόμου εἰς Ἱεροσόλυμα, πρὸς Γαμαλιὴλ αὐτῷ διδασκαλικώτατον, ὃν καὶ Λουκᾶς μέμνηται, ἐφοίτησεν. Ἀλλ' ἡνίκα παρὼν τῇ σφαγῇ Στεφάνου τοῦ μάρτυρος, λαβὼν ἐπιστολὰς τοῦ ἱερέως ἀπὶ διαγμῶν τῶν ἐν τῷ Ἰησοῦ Χριστῷ πιστευσάντων, ἀπῄει τὴν Δαμασκὸν ἐξ ἀποκαλύψεως εἰς τὴν πίστιν τὴν ἐν ταῖς πράξεσι τῶν Ἀποστόλων ἐγγεγραμμένην, εἰς σκεῦος ἐκλογῆς δεῖτο διώκτης μετηνέχθη. Πιστεύσαντος δὲ πρῶτον εἰς τὴν τότε κήρυξιν Σεργίου Παύλου ἀνθυπάτου τῆς Κυπρίων, ἐξ αὐτοῦ ὅτι αὐτὸν τῇ πίστει τοῦ Χριστοῦ ὑπέταξεν, ἐκληρώθη τοῦ ὀνόματος Παύλου, καὶ συζεύξας ἑαυτῷ Βαρνάβαν, πολλαῖς τε πόλεσιν ἀπὶ πᾶσας ἀναζεύξας εἰς Ἱεροσόλυμα πρὸς Πέτρον καὶ Ἰακώβου τῶν ἐθνῶν Ἀπόστολος καθίσατο. Ἐπεὶ τοίνυν ἐν ταῖς πράξεσι τῶν Ἀποστόλων πρὸ τῆς τότε διαγωγῆς πολλὰ εἴρηται, τοῦτο μόνον λέξω, ὅτι περ μὴ τὸ πάθος τοῦ Κυρίου ἐπὶ πᾶσιν ὡς πέμπτῳ ἔτει, τούτοις δευτέρου Νέρωνος, ἡνίκα Φῆστος ὁ τῆς Ἰουδαίας ἀπὶ τέρμονος διεδέξατο Φήλικα, εἰς Ῥώμην δέσμιος πέμπεται, καὶ ἀπὶ δύο ἐνιαυτοὺς ἐν ἐλευθέρᾳ μένων φυλακῇ πρὸς τῶν Ἰουδαίων πρὸ τῆς ἐλεύσεως Ἰησοῦ ἑκάστοτε ἐξηγήσατο. Δεῖ δ' εἰδέναι ὅτι ἐν τῇ πρώτῃ ἀπολογίᾳ μήπω τῆς τοῦ Νέρωνος βασιλείας τερατωθείσης, μήτε εἰς τοσαύτας αὐτοῦ πράξεις, ὅσας αἱ ἱστορίαι φέρουσιν, ἐξελήλακεν Παῦλος πρὸς Νέρωνος ἀπολυ-

h) Τισχαλὰ Joſepho lib. IV. de bello Jud. c. 4. πολίχνη Γαλιλαίας. Vide Clariſſ. Virī Hadr. Relandi Palæſtinam lib. 3. p. 813. & quæ Gravius in notis ad hunc Hieronymi locum ex ejus Commentar. in Epiſt. ad Philemonem.

i) Hinc Ἰουδαῖον ſe vocat Ταρσέα, Actor. XXI. 39. & XXII. 3. γεγενημένον ἐν Ταρσῷ τῆς Κιλικίας, quæ verba Hieronymum neceſſe eſt ita intellexiſſe, non quod natus ibi eſſet, ſed factus eſſet illius urbis civis, τῆς Κιλικίας ἐκ ἀσήμου πόλεως πολίτης.

k) Actor. XXII. 3. ubi notes verba ἐν τῇ πόλει ταύτῃ non referenda ad Tarſum cujus præceſſit mentio, ſed accipienda de urbe Hieroſolyma in qua jam loquebatur Apoſtolus, ut recte Hieronymus locum illum intellexit.

l) Actor. VIII. 1. m) Actor. IX. 2.

n) Id. IX. 3. ſeq. Factum hoc anno tertio vel quarto Claudii Imp.

o) Σκεῦος ἐκλογῆς. Act. IX. 15. p) Act. XIII. 7. * al. *ſortitus eſt nomen, Paulus.*

q) Act. XIII. 46. ** al. *revertensque.*

r) Actor. XXI. 17. s) Galat. II. 9.

t) Ex Græco Hieronymi interprete, qui vertit: ἐν τούτῳ διαγωγῆς pridem ſuſpicatus ſum Hieronymum hoc loco non ut habent plurimæ editiones, ſcripſiſſe *converſione*, de hac enim jam ſupra dixerat, ſed *converſatione*, ut univerſum Pauli Apoſtoli itinerum & ſacræ prædicationis curriculum debeat intelligi, in quo magna pars libri Actorum abſolvitur. Sic infra c. 8. *Philo librum ſuper eorum converſatione ſcripſit.* Poſtea video Marcianæum quoque ſic e MSS. Codicibus repræſentare.

u) Act. XXIV. 27. XXV. 12. XXVIII. 16. x) Act. XXVIII. 30. 31.

y) Recte Græcus interpres ἐν πρώτῃ ἀπολογίᾳ ex 2. Timoth. IV. 16. Solent enim *ſatisfactionem* hoc ſenſu accipere optimi ſcriptores, ut defenſionem qua vel delictum a nobis removemus vel excuſamus aut veniam petimus, ſignificet. Vide quæ viri docti ad Svetonii Cæſarem c. 73. Cæſarem ipſum de bello Gallico lib. 1. cap. 41. lib. 5. cap. 54 lib. 6. cap. 9. Gerhardum Titium de phraſibus Patrum pag. 169. Deſider. Heraldum lib. 2. digreſſ. 4. ad Tertull. Claudiani epigramma ſatisfactionis apud Hadrianum Prætorio præfectum &c.

pente ſcelera, z) quanta de eo narrant Hiſtoriæ, Paulum a Nerone dimiſſum, ut Evangelium Chriſti in Occidentis quoque partibus prædicaretur; * ſicut ipſe ſcribit in ſecunda Epiſtola ad Timotheii, eo tempore quo & paſſus eſt, de vinculis dictans Epiſtolam: *In prima mea ſatisfactione nemo mihi adfuit*, a) *ſed omnes me dereliquerunt; non eis imputetur. Dominus autem mihi adſuit, & confortavit me, ut per me prædicatio compleretur, & audirent omnes gentes; & liberatus ſum de ore leonis*; manifeſtiſſime leonem, propter crudelitatem, Neronem ſignificans. b) Et in ſequentibus: *liberatus ſum de ore leonis*. Et ſtatim: *Liberabit* c) *me Dominus ab omni opere malo, & ſalvabit me in regnum ſuum cæleſte*: quod ſcilicet præſens ſibi ſentiret imminere martyrium. Nam & in eadem Epiſtola præmiſerat: d) *Ego enim jam immolor, & tempus reſolutionis meæ inſtat*. Hic ergo XIV. Neronis anno, eodem die e) quo Petrus, Romæ pro Chriſto capite truncatus, ſepultusque eſt in via Oſtienſi, f) anno poſt paſſionem Domini trigeſimo ſeptimo. Scripſit autem novem ad ſeptem Eccleſias Epiſtolas; ad Romanos unam, ad Corinthios duas, ad Galatas unam, ad Epheſios unam, ad Philippenſes unam, ad Coloſſenſes unam, ad Theſſalonicenſes duas. Præterea ad diſcipulos ſuos, Timotheo duas, Tito unam, Philemoni unam. Epiſtola autem quæ fertur ad Hebræos, non ejus creditur, propter ſtyli ſermonisque diſſonantiam, g) ſed vel Barnabæ juxta Tertullia-

Euſeb. l. c. Σαφῶς δὲ παρίστησι λέγων τάδε· ὅτι δὴ τὸ πρότερον ἐρρύσθη ἐκ στόματος λέοντος, τὸν Νέρωνα τοῦτον ὡς ἔοικε διὰ τοῦ ὠμοθύμου προσειπών. ἀκριβῶς γὰρ ἐξῆς προσέθηκε· καὶ ἐρρύσθην ἐκ στόματος λέοντος. εὐθὺς γὰρ τῷ πνεύματι τὴν ὅσον οὔπω μέλλουσαν τελευτὴν. Διό φησιν ἐπιλέγων· καὶ ἐρρύσθην ἐκ στόματος λέοντος, τὸ ῥύσεταί με ὁ Κύριος ἀπὸ παντὸς ἔργου πονηροῦ, καὶ σώσει εἰς τὴν βασιλείαν αὐτοῦ τὴν ἐπουράνιον. Σημαίνων τὸ θανατικὸν μαρτύριον, ὃ καὶ σαφέστερον ἐν τῇ αὐτῇ προλέγει γράφων, φάσκων. Ἐγὼ γὰρ ἤδη σπένδομαι καὶ ὁ καιρὸς τῆς ἀναλύσεώς μου ἐφέστηκεν.

πελύθη ὅτι τὸ εὐαγγέλιον τοῦ Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ ἐν τοῖς ἑσπερίοις μέρεσιν κηρύξαι, καθὼς γράφει ἐν τῇ δευτέρᾳ πρὸς Τιμόθεον Ἐπιστολῇ, ἐν τῷ καιρῷ, ἐν ᾧ καὶ ἔπαθεν, ὅταν ἐν τοῖς δεσμοῖς ὢν, φησὶ, λέγων· Ἐν τῇ πρώτῃ μου ἀπολογίᾳ οὐδείς μοι συμπαρεγένετο καὶ ἐρρύσθην ἐκ στόματος λέοντος, σαφῶς διὰ τῆς ὠμότητα, Νέρωνα λέγων. Διαθόμενος γὰρ δηλονότι ἀπεκεφάλισε αὐτῷ τὸ μαρτύριον, ἐν τῇ αὐτῇ ἀπολογίᾳ πρόειπε, λέγων· Ἐγὼ γὰρ ἤδη σπένδομαι, καὶ ὁ καιρὸς τῆς ἐμῆς ἀναλύσεως ἐφέστηκεν. Ὁμοίως τοίνυν καὶ αὐτὸς παραπεσπαδισκατῳ Νέρωνος ἑαυτῷ, τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ, ἣ καὶ Πέτρος ἐν Ῥώμῃ ὑπὲρ Ἰησοῦ Χριστοῦ ἀποκεφαλισθείς, ἀπετέθη ἐν τῇ ὁδῷ, τῇ λεγομένῃ Ὀστησίᾳ, ἔτους μὲ τοῦ παθόντος τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, τελικῶς εἰδόμῳ. Ἐγεγράφει δὲ ἀπολογίας συνεχῆ πρὸς ἐπὶ ἐκκλησίας ἔτως, πρὸς Ῥωμαίους μίαν, πρὸς Κορινθίους δύο, πρὸς Γαλάτας μίαν, πρὸς Ἐφεσίους μίαν, πρὸς Φιλιππησίους μίαν, πρὸς Κολοσσεῖς μίαν, πρὸς Θεσσαλονικεῖς δύο, καὶ πρὸς τοὺς οἰκείους μαθητὰς, Τιμοθέῳ δύο, Τίτῳ μίαν, Φιλήμονι μίαν. Τὴν δὲ πρὸς Ἑβραίους ἀπολογίαν τινὲς νομίζουσι μὴ εἶναι αὐτοῦ, διά τε τὸν χαρακτῆρα, καὶ τὴν τοῦ λόγου διαφωνίαν, ἀλλὰ Βαρνάβα κατὰ τὸν Τερτυλλιανὸν, ἢ τοῦ Λουκᾶ τοῦ Εὐαγγελιστοῦ, κατά τινι δοκεῖ, ἢ Κλήμεντος τοῦ τῆς ἐκκλησίας Ῥώμης ὕστερον Ἐπισκόπου, ὃν φασι τὰ ἀποφθέγματα Παύλου οἰκείῳ συντάξαι καὶ κοσμῆσαι λόγῳ, ἢ τό γε μᾶλλον Παῦλος γράφων πρὸς Ἑβραίους, διὰ τὴν φθόνον τὴν πρὸς αὐτὸν, τὴν τοῦ Ἀποστόλου ἐπιγραφὴν ἐν ἀρχῇ τῆς προσηγορίας γραφῆναι, οὐκ ἐδοκίμασεν. Ἐγγεγράφει γὰρ ὡς Ἑβραίοις Ἑβραϊστὶ, τυχὸν οἰκεία φράσει ἐλλογίμως, καὶ ἅπερ ἐυφραδῶς συνέπεκτο τῇ Ἑβραΐδι διαλέκτῳ, ἐυφραδέστερον εἰς ἑλληνικὴν μετεφράσθη, καὶ τοῦτον εἶναι τὴν αἰτίαν, τὸ οἰκεῖον διαφωνεῖν ἄλλαις ταῖς Παύλου Ἐπιστολαῖς. Τινὲς δὲ καὶ

z) Primo nempe Neronis nondum elapſo quinquennio. Euſebius II. 22. Hiſt. εἰκὸς γέτοι κατ' μὲν ἀρχὰς ἡπιώτερον τοῦ Νέρωνος διακειμένου, μᾶλλον τὴν κατὰ τοῦ δόγματος τοῦ Παύλου παραδεχθῆναι ἀπολογίαν. * al. *prædicaret*.

a) In Græca verſione deſiderantur hæc verba: ἀλλὰ πάντες με ἐγκατέλιπον. Μὴ αὐτοῖς λογισθείη. Ὁ δὲ Κύριός μοι παρέστη καὶ ἐνεδυνάμωσέ με, ἵνα δι' ἐμοῦ τὸ κήρυγμα πληροφορηθῇ, καὶ ἀκούσῃ πάντα τὰ ἔθνη.

b) Ex Euſebio patet iſtorum verborum hanc eſſe debere ſententiam: Paulum in ſecunda cuſtodia non iterum ſcribere ſe liberatum iri ex ore leonis, ſed poſt verba quibus priori vice liberatum ſe ex ore leonis ſcripſit, ſtatim ſubjungere ſe a Domino liberandum penitus & in regnum cœleſte transferendum. Sive igitur librarii aliquid omniſerint, ſive Hieronymus Euſebii verba non recte acceperit, mihi nefas viſum fuit contra Codicum omnium conſenſum in contextu quicquam interpolare.

c) Male editum erat *liberavit* & mox *ſalvavit*. Vide 2. Tim. IV. 18.

d) 2. Timoth. IV. 6. e) Κατὰ τὸν αὐτὸν καιρόν. Dionyſius Corinthius apud Euſeb. lib. 2. c. 25. Martyrolog. Rom. 29. Iun.

f) Cajus apud Euſeb. loco laudato: ἐπὶ τὴν ὁδὸν τὴν Ὠστίαν. Confer Mabillonium Tom. I. Muſei Ital. p. 52. ſeq.

g) Ita Petrus Blæſenſis T. 24. Bibl. Patrum edit. Lugd. p. 1269. Suffridus Petri e MSS. Gemblacenſi, & Marcianæus pro *diſtantiam*. Sic ſupra cap. 1. de Petri Epiſtola ſecunda

num, h) vel Lucæ Evangeliſtæ juxta quosdam, i) vel Clementis, Romanæ poſtea Eccleſiæ Epiſcopi, k) quem ajuntipſi adjunctum ſententias Pauli proprio ordinaſſe & ornaſſe ſermone. l) Vel certe quia Paulus ſcribebat ad Hebræos, & propter invidiam ſui apud eos nominis m) titulum in principio ſalutationis amputaverat. Scripſerat ut Hebræus Hebræis Hebraice, n) id eſt, ſuo eloquio diſertiſſime, ut ea quæ eloquenter ſcripta fuerant in Hebræo, eloquentius verterentur in Græcum: & hanc cauſſam eſſe, quod a cæteris Pauli Epiſtolis diſcrepare videatur. Legunt quidam & ad Laodicenſes, o) ſed ab omnibus exploditur.

*καὶ τὴν πρὸς Λαοδικεῖς ἀναγινώσκουσιν, ἀλλὰ οὐδὲ παύτων ἐπιβάλλεται.*

cunda, a *plerisque ejus negatur propter ſtyli cum priore diſſonantiam.* Origenes apud Euſeb. lib. 6. cap. 25. *ὁ χαρακτὴρ τῆς λέξεως τῆς πρὸς Ἑβραίους ἐπιστολῆς οὐκ ἔχει τὸ ἐν λόγῳ ἰδιωτικὸν ὃ Ἀποστόλῳ, ὁμολογήσαντι ἑαυτὸν ἰδιώτην εἶναι τῷ λόγῳ, τυγχάνει τῇ φράσει. Ἀλλὰ ἰσχυρὰ ἡ ἐπιστολὴ συνθέσει τῆς λέξεως ἑλληνικωτέρα, ὡς πᾶς ὁ ἐπιστάμενος κρίνειν φράσεων διαφορὰς ὁμολογήσαι ἄν.*

h) Tertullianus lib. de pudicitia cap. 20. ubi receptiorem apud Eccleſias ait eſſe Barnabæ ad Hebræos Epiſtolam Apocrypho Paſtore mœchorum.

i) Ita Clemens Alex. apud Euſebium lib. 6. cap. 14. Vide & Philaſtrium hæreſi 88.

k) Euſebius lib. 3. c. 38. & Theophylact. Meminit hujus ſententiæ & Gobarus apud Photium Cod. 222.

l) *φιλοτίμως μεθερμηνεῦσαι.* Euſeb. lib. 6. c. 14.

m) *Ἑβραίους μὲν ἐπιστέλλων πρόληψιν εἰληφότι κατ' αὐτοῦ, καὶ ὑποπτεύουσιν αὐτὸν, συνετῶς πάνυ οὐκ ἐν ἀρχῇ ἀπέστρεψεν αὐτοὺς τὸ ὄνομα θεῖς.* Clemens Alex. apud Euſeb. loco laudato quem ſequitur Chryſoſtomus homil. 64 in loca N. T. Tomo V. Ducæi p. 726.

n) Idem Clemens: *καὶ τὴν πρὸς Ἑβραίους ἢ ἐπιστολὴν Παύλου μὲν εἶναι φησὶ, γεγράφθαι δὲ Ἑβραϊκῇ φωνῇ.* Clementem ſequuntur Euſebius III. 13. Euthalius, Theodoritus & Coſmas Indopleuſtes. Vide tamen quæ notavi lib. 4. Bibl. Græcæ c. 5.

o) Meminere Theodoritus & alii ad Coloſſ. IV. 16. Timotheus presbyter libello de iis qui ad Eccleſiam accedunt, Patres Concilii Nicæni ſecundi actione VI. Sed non repetam quæ dicta a me ſunt in Codice Apocrypho Novi Teſt. p. 853. ſeq.

## MARIANI VICTORINI NOTÆ.

*Romæ pro CHriſto capite truncatus.* Olim, *truncatur. Propter ſtyli ſermonisque diſſonantiam. Diſtantiam* legebatur prius. Nos genuinam reſtituimus ex antiquis lectionibus lectionem: hanc autem ipſe etiam Sophronius ſequitur, *διαφωνίαν* enim vertit.

## NOTÆ HENRICI GRAVII.

*Et oppido Judææ Giſcalis fuit.*) Hieroſol. in Epiſtolam ad Philemonem. *Ajunt parentes Apoſtoli Pauli, de Giſcalis regione fuiſſe Judææ, & eos cum tota Provincia Romana vaſtaretur manu, & diſpergerentur in orbem Judæi, in Tarſum urbem Ciliciæ fuiſſe translatos, parentum conditionem adoleſcentulum Paulum ſecutum.*

*Ab eo quod eum Chriſti fidei ſubegerat, ſortitus eſt nomen.*) Lege latius in Epiſtolam ad Philemonem.

*Multis urbibus peragratis.*) Hieronymum vide in Amos 5. *Ibi Paulus Apoſtolus, quaſi turbo violentus, & ſæva tempeſtas, & tumentis maris gurges perſequebatur, &c.*

*Eo tempore quo Feſtus procurator Judææ ſucceſſit Felici.*) Actor. 28. lege Euſeb. lib. 2. cap. 22. & in Chronicis.

*Hic ergo 14. Neronis anno.*) Euſeb. l. dicto cap. 25. & in Chronicis.

*Epiſtola autem quæ fertur ad Hebræos non ejus creditur propter ſtili ſermonis diſtantiam.*) Alias: *Diſſonantiam*, ſicut & ſup. in Simone Petro, de hac Epiſt. habes apud Hier. in Epiſt. ad Paulinum, ad Evangelum, ad Dardanum, præterea in Eſa cap. 8. in Ezech. 28. in Amos 8. & in Zachar. 8. Item in Matth. 26. in Epheſ. 2. & in Tit. 1. & 2. cap. Vide etiam Origenem Hom. 26. in Matthæum.

*Sed vel Barnabæ, juxta Tertullianum.*) Tert. lib. de pudicitia: *Extat enim & Barnabæ titulus ad Hebræos adeo ſatis authoritati viri, ut quem Paulus juxta ſe conſtituerit in abſtinentiæ tenore. An ego ſolus & Barnabas non habemus poteſtatem operandi? & utique receptior apud eccleſias Epiſt. Barnabæ illo Apocrypho paſtore mœcharum.*

*Sed ab omnibus exploditur.*) Vox elegans, Ciceroni frequens. Lib. 1. *περὶ ἀρχῶν* c. 2. citat Origenes librum *de actibus Pauli.*

## SCHOLIA AUBERTI MIRÆI.

*Eodem die quo Petrus Romæ.*) Euſebius in Chronico, & omnis antiquitas idem teſtantur.

*Epiſtola*

D by Googl

*Epistola ad Hebraeos.*) Hanc vere canonicam esse, testantur Patres Conciliorum supra nominatorum, & alii.

## WILH. ERNESTI TENTZELII.

Quæ ad vitam & Epistolas Pauli genuinas pertinent, non perfunctorie exsequitur Joan. Pearsonius, tam in Annalibus Paulinis, quam in Lectionibus in Acta Apostolorum. Æram Conversionis ejus peculiari Dissertatione inqvisivit Fridericus Spanhemius; & tribus aliis simul impressis Epistolam ad Ebræos Paullo adseruit, subindeque ad examen revocavit, quæ de ea in hoc Catalogi capitulo habet Hieronymus. Vide pag. 113, 114, 139, 237, 218, 293, 294. *Epistola ad Laodicenses* ab omnibus licet explosa, in antiqua tamen Biblia, Latina & Germanica, tam MSta, quam impressa, sæpe irrepsit. *Alia* vero *Corinthiorum nomine ad Paulum scripta una cum Pauli responso* apud Armenios exstat, & inde in Angliam translata est & allegata ab Usserio Notis in Epistolam Ignatii ad Trallianos p. 29. a Joan. Gregorio, Tom. IX. Criticorum Sacrorum pag. 2760. & a Stephano le Moyne Tom. II. Variorum Sacrorum pag. 341, 342. sed ab omnibus itidem explosa.

## ERNESTI SALOMON. CYPRIANI Annotationes.

*Qui ante Saulus.* Cur nomen mutaverit, Hieronymus docet in Epistolam ad Philemonem *T. VI. p. 212. ed. Vall. Diligenter attende, quod hic primum Pauli nomen acceperit. Ut enim Scipio subjecta Africa Africani sibi nomen assumsit: Ita & Saulus ad praedicationem gentium missus, a primo Ecclesiae spolio, Proconsule Sergio Paulo, victoria sua tropaea retulit, erexitque vexillum, ut Paulus diceretur.*

*De oppido Judaea Giscbalis fuit.* Paulo contradicit Hieronymus. Is enim de se: *Ego sum vir Judaeus, natus in Tarso Ciliciae.* Ebionitæ dicebant, Paulum Græcum fuisse, ex gentilibus oriundum, deinceps proselytum factum: quos Epiphanius hæresi XXX. confutat.

*Conversatione.* Miræus male: *Conversione*, quæ lectio nescio quo fato supra & in nostrum textum irrepsit, omnino mutanda. Nam priorem contextus & Codices Erasmi Victoriique poscunt.

*Liberavit me.* Legendum *liberabit & salvabit*, ut Valesius *ad Euseb. p. 34.* probat.

*Eodem die quo Petrus.* Ob hanc causam primitiva Ecclesia Petri ac Pauli effigies plerumque conjunxit, Paulo a dextra Petri collocato, quæ res nuper acerbis de æquali Petri & Pauli primatu litibus in Romana Ecclesia ansam præbuit. Baronius ita sudavit, ut miro acumine diceret, dextram olim sinistra digniorem habitam esse: quas nugas ipsi Pontificii explosérunt, præcipue Jacobus Bosius libro VI. de triumphanti cruce capite XII. Ejusmodi imaginem, ante mille & ducentos circiter annos factam, exhibet Bosius citato libro, & passim alii.

*Capite truncatus.* Hoc est longe certissimum. Nam & Tertullianus capite XXXVI. de præscriptione: Romæ *Paulus Joannis* (baptistæ) *exitu coronatur.*

*Scripsit autem novem.* Præter antiquos Epistolarum Pauli Codices, qui in editis Bibliothecarum Catalogis subinde laudantur, non debet prætermitti ille, qui Parisiis in Bibliotheca fratrum Puteanorum haud ita pridem asservatus, majoribus literis Græce & Latine descriptus, ut & versio & Character Hieronymi ætatem non possint non æquare. Hunc codicem tantæ vetustatis esse credidit Joannes Morinus, *l. c. pag.* 204. ut eum ob Characteris similitudinem eo tempore exaratum velit, quo antiquissima LXX. interpretum versio, in Anglorum regia Bibliotheca adservata, descripta est, quem Codicem Angli quidam pro totius orbis antiquissimo habuerunt.

*Ad Philippenses unam.* Polycarpus Epistola ad Philippenses de Paulo: *Qui & absens vobis scripsit epistolas.* Locum Polycarpi expositit Stephanus le Moyne *Notis ad h. l. Polycarpi.* Ut nulla sit necessitas statuendi, Paulum ex Polycarpi mente una plures ad Philippenses dedisse Epistolas.

*Praeterea ad discipulos suos.* Miræus: *Ad discipulos suos quatuor.*

*Epistola autem quae fertur ad Hebraeos.* De autore hujus Epistolæ, præter illos, qui omnium manibus teruntur, erudite disputant Ferdinandus Vellosillus, Episcopus Lucensis, advertentiis in Hieronymum XXXVI. quæsito, Fridericus Spanhemius junior peculiari libro, Londini anno MDCLXI. recuso, Ludovicus de Tena commentariis in Epistolam ad Ebræos præludio secundo, & Ambrosius Catharinus dissertatione de hac Epistola.

*Legunt quidam & ad Laodicenses.* Epistola, quæ a Paulo ad Laodicenses scripta dicitur, hodieque circumfertur, non videtur diversa ab illa, quam heic Hieronymus explodi ait. Hæc etsi ab omnibus rejiciatur, putant tamen plerique, Paulum ad Laodicenses aliquam exarasse, cum ipsemet scribat ad Colossenses *cap. IV, 16. Cum perlecta a vobis fuerit Epistola, operam date, ut & in Laodicensium ecclesia legatur, καὶ τὴν Λαοδικέων, illamque Laodicensium & vos legatis.* Tres sunt de hoc loco sententiæ. Prima est, Epistolam Λαοδικέων non

fuisse a Paulo, sed a Laodicensi Ecclesia ad Paulum scriptam, ad quam una eademque opera in hac ad Colossenses responderit Apostolus, qua lecta & Laodicensium illam ad Paulum legi jubeat, ut responsio conferatur cum interrogatione. Secunda est, Epistolam a Paulo ad Laodicenses scriptam, & a XIV. illis distinctam, hodie desiderari, & in locum ejus fictitiam illam successisse, quam heic rejicit Hieronymus. Tertia est, Epistolam, quæ ad Laodicenses scripta putatur, esse ipsam priorem ad Timotheum, non ad Laodicensem, sed ex Laodicensi Ecclesia datam, ut est sub finem Epistolæ ad Timotheum prioris: ἐγεγράφη ἀπὸ λαοδικείας. Ajunt enim, qui ita sentiunt, locum illum Epistolæ ad Colossenses in correctis Codicibus sic legi: καὶ τὴν ἀπὸ λαοδικείας, *& illam ex Laodicensi ecclesia*, scilicet, scriptam. Utut sit, antiqua est ad Laodicenses Epistola, qua Marcion hæresin suam dixit stabiliri, ut est apud Epiphanium hæresi XLII. *L. 1. Tom. III. p. 375.*

# CAPUT VI.

BARNABAS Cyprius, qui & Joseph Levites, p) cum Paulo gentium Apostolus q) ordinatus, unam ad ædificationem Ecclesiæ r) pertinentem Epistolam composuit, quæ inter Apocryphas s) scripturas legitur. Hic postea propter Joannem discipulum, t) qui & Marcus vocabatur, separatus a Paulo, nihilominus Evangelicæ prædicationis injunctum sibi opus exercuit.

Βαρνάβας Κύπριος, ὁ καὶ Ἰωσὴφ Λευίτης μετὰ Παύλου τῶν ἐθνῶν ἀποστολος καταστὰς, μίαν πρὸς οἰκοδομὴν τῆς ἐκκλησίας ἐπιστολὴν συνέταξεν, ἣ τις εἰς τοὺς ἀποκρύφους γραφὰς ἀναγινώσκεται. Οὗτος ὕστερον λεγόμενος Ἰωάννην τὸν μαθητὴν, ὃς καὶ Μάρκος ἐκαλεῖτο, χωρισθεὶς Παύλου, διὰ ἦλον τὸ Εὐαγγελικὸν κηρύγματος ἔργον ἀπηγγέλη αὐτῷ ἐπληρώσεν.

p) Actor. IV. 36. q) Act. XIII. 2. Galat. II. 9.

r) Hinc Catholica Epistola dicitur Origeni 1. contra Celsum p. 49. γέγραπται ἡ ἐν τῇ Βαρνάβα καθολικῇ ἐπιστολῇ. De illius editionibus dixi lib. IV. Bibl. Græcæ c. 5. Optima quæ cum notis Hug. Menardi, Is. Vossii, Jo. Baptistæ Cotelerii, Jo. Felli & Eduardi Bernhardi prodiit Amst. 1698. fol. in Patribus Apostolicis Cotelerii, V. C. Joanne Clerico curante recusis.

s) Euseb. III. 25. Hist. ἐν τοῖς νόθοις καταπεπλέχθω καὶ τῶν Παύλου περίξεων ἡ γραφὴ, ὅ, τε λεγόμενος ποιμὴν, καὶ Ἀποκάλυψις Πέτρου, καὶ πρὸς τούτοις ἡ φερομένη BARNABA ἐπιστολὴ, καὶ τῶν Ἀποστόλων αἱ λεγόμεναι διδαχαί. Inter ἀντιλεγομένας refert etiam VI. 14.

t) Actor. XV. 37–39.

## ERASMI SCHOLIUM.

*Separatus a Paulo.*) Legimus in Actis cap. XV. etiamsi Latina mollius sonant quam Græca, quod is locus calumniæ patuerit, velut inter Apostolos dissidium interceserit.

## HENRICI GRAVII NOTA.

*Unam ad ædificationem ecclesiæ pertinentem Epistolam composuit.*) Citat Hieron. ex ea in 43. cap. Ezech. & Origenes l. 3. περὶ ἀρχῶν cap. 2. Vide Eusebium, l. 3. c. 25.

## WILH. ERNESTI TENTZELII.

L. Quæ antè quadriennium * de Barnaba ejusque Epistola Germanice vulgavi, quin commoda hac occasione in communem eruditorum linguam transferam, nihil impedit. Defendi autem Moynii argumenta περὶ νοθείας Epistolæ adversus Cavii exceptiones, & conjecturas de Alexandrino quodam ex Judæis Christiano, Epistolæ auctore, adjeci, quas gaudeo non displicuisse Viro in his studiis exercitatissimo, Thomæ Ittigio, *rationum non contemnendarum* elogio eas mactanti, in Dissertatione de Patribus Apostolicis, quam Bibliothecæ Patrum Apostolicæ præmisit. Primum suppositionis argumentum his verbis proponit le Moyne in Prolegomenis ad varia sacra: *Et revera figenuinus foret illa B. Barnabæ partus, non video, quare inter Scripturas Canonicas non relata fuisset, & parentis dignitas, Apostoli nempe Barnabæ, Pauli Apostoli socii, & de ecclesia instar aliorum Apostolorum tam bene meriti, illi locum inter libros sacros procul dubio vindicasset.* Regerit quidem Cavius P. 1. Historiæ litterariæ p. 12. *Sed annon idem de S. Clementis Epistola ad Corinthios dici poterat, quam tamen genuinam esse, nemo, quod sciam, unquam negavit.* Sed notum est, Clementem ratione muneris Apostolici indeque pendentis in Ecclesia auctoritatis, minorem fuisse Barnaba. Hic enim, ut Paulus, a DEO ipso ad officium Apostolicum vocatus & segregatus fuit, eique non minus, ac cæteri primi ordinis Apostoli vacavit: quorum neutrum de Clemente dici potest. Inde etiam Eusebius in enumerandis veris dubiisque novi fœderis scriptis Barnabæ quidem, non autem Clementis meminit, quanquam lib. III. cap. XVI. primam Clementis Epistolam ὁμολογουμένην appellans indicat, suo tempore ab omnibus adhuc pro genuina

* Monatliche Unterredungen A. 1696. p. 104. seq.

nuina habitami, quod tamen hodie non fit, ut poſtea adverſus Cavium oſtendam. Interim ex Euſebio ipſo licet colligere, jam tum Barnabæ Epiſtolam deterioris fuiſſe conditionis Clementina, quoniam hanc genuinis, illam vero nothis ſcripturis accenſet, lib. III. cap. XXV. Verba clara ſunt: *Ἐν τοῖς νόθοις κατατετάχθη καὶ τὸ Παύλου περίοδοι ἡ γραφή, ὅ, τε λεγόμενον ποιμὴν, καὶ ἡ Ἀποκάλυψις Πέτρου. Καὶ πρὸς τούτοις, ἡ φερομένη Βαρνάβα ἐπιστολὴ, καὶ τὰ Ἀποστόλων αἱ λεγόμεναι διδαχαί. Pro ſpuriis habendi ſunt etiam Actus Pauli, & liber Paſtoris titulo inſcriptus, & Revelatio Petri: Barnabæ item Epiſtola, & quæ dicuntur Inſtitutiones Apoſtolorum.* Conatur quidem Cavius hoc teſtimonium eludere, dicens cum Valeſio, Euſebio *libros nothos non eſſe prorſus adulterinos, ſed qui duntaxat ambiguæ ſunt auctoritatis, & in S. Scripturæ Canonem non admittebantur.* Verum, ſi quis recte inſpexerit Euſebium, facile reperiet, eum duplicem τῶν ἀντιλεγομένων claſſem conſtituere, quorum quædam a multis pro genuinis & γνωρίμοις, ab aliis autem pro nothis & ſpuriis habentur, ut Epiſtola Jacobi & Judæ, & ſecunda Petri, Joannis item altera & tertia: quædam vero ipſe Euſebius pro ſpuriis agnoſcit, & pro talibus haberi præcipit, imperativo, quippe verbo uſus. Pleraque horum ipſe rejicit Cavius, nempe Actus Pauli, Revelationem Petri, & Doctrinas Apoſtolorum; has etiam de ipſo agens Barnaba P. II. pag. 7. neque diſſimulans, Hermæ Paſtorem a pluribus veterum rejectum eſſe. Quid ergo renuit, Barnabæ Epiſtolam in ſuppoſititiorum cenſum referre? quando præſertim Euſebius eam non ſolum *τὴν φερομένην Βαρνάβα ἐπιστολὴν*, phraſi in dubiis ſpuriisque allegandis conſueta, appellat; ſed etiam in præcedentibus de Barnaba bis agens, ne ſemel quidem hanc ei Epiſtolam tribuit. Quare minime ad Euſebii mentem *libros nothos* definit Valeſius *adulterinos & ab hæreticis confictos.* Nam adulterinos quidem ſpuriosque cenſet Euſebius, ab Orthodoxis tamen ſive Catholicis, non autem ab hæreticis confictos. Ultimorum enim ſub capitis finem Catalogum conficiens claudit: *ὅθεν καὶ ἐν νόθοις αὐτὴν κατατακτέον, ἀλλ' ὡς ἄτοπα πάντη καὶ δυσσεβῆ παραιτητέον.* Quæ ipſe Valeſius transfert: *Quæ circa ne quidem inter ſpurios collocandi ſunt hi libri, ſed tanquam abſurdi & impii prorſus repudiandi.* Potius quemadmodum Euſebius lib. II. cap. XXIII. extremo, de Jacobi Epiſtola dicens, *ἰσέον ὃ ὡς νοθεύεται μέν*, indicat, *nonnullos eam ſpuriam ac ſuppoſititiam exiſtimare*, vertente iterum Valeſio; ita Barnabæ Epiſtolam ipſe cenſuit notham, & ab alio auctore confectam. Hanc in rem conferri etiam poterit Maderi præfatio.

II. Non minus firmum eſt alterum Moynii argumentum: *Deinde Epiſtola, quæ Barnabæ ſolet adſcribi, ſcripta fuit poſt excidium Hieroſolymitanum; nam in illa fit mentio Templi everſi & deleti. Quod contigit diu poſt, quam rebus humanis ereptus fuit Apoſtolus Barnabas.* Excipit quidem Cavius: *Innuit id fateor Epiſtolæ auctor, ſed obſcure. At unde pro certo habet, Barnabam ad ann. usque LXX. quo παρουσία iſta Judaica contigit, vitam non protelaſſe? Certe non negant veteres, apud quos alium de tempore mortis ipſius ſilentium; non obſtat hominis ætas, quo minus credamus illum octogeſimum ætatis annum attigiſſe.* At longe aliter calculos componit Caſimirus Oudinus in ſupplemento de Scriptoribus Eccleſiaſticis pag. 2. *Paſſus eſt Barnabas in Cypro die XI. Junii anno circiter LXI. vel ſequenti.* Reſpiciens ſine dubio Breviarium Romanum, cujus Lectio VI. in feſto Barnabæ hæc habet: *Poſtremo Barnabas digreſſus a Paulo una cum Ioanne, qui cognominatus eſt Marcus, navigavit in Cyprum: ibique circiter ſeptimum Neronis annum tertio Idus Junii ad Apoſtolici muneris laudem Martyrii coronam adjunxit.* Primus Neronis annus ſecundum præſtantiſſimos hodie Chronologos inivit XIII. Octobris A. C. LIV. ſeptimus igitur a XIII. Octobris A. C. LX. usque ad eundem diem An. LXI. numerandus erit. Daniel Papebrochius in Commentario prævio ad S. Barnabæ Periodum, Joanni Marco Conſobrino ejus tributam, Tom. I. Junii pag. 421, 422. multus eſt, ut *veriſimillimum* reddat, *mortuum Barnabam anno æræ Iulianæ ſive Antiochenæ ρν! id eſt CII. qui reſpondeat anno LIII. æræ vulgaris.* Cum hoc Cavium committamus, ac audiamus, quid ad me ſcripſerit Papebróchius, a me conſultus, viſo nondum primo Junii Tomo: *Summa mea in ea quæſtione ſententia eſt, Auctorem (vero an ficto nomine Barnabam, parum refert, malim tamen dicere vero) antiquum quidem eſſe, non tamen tam antiquum, quin poſterior ſit excidio Hieroſolymitano, cujus expreſſe meminit; ſed etiam Apocalypſi S. Ioannis, unde ſumptam occaſionem aſſerendi mille annos, quibus ante mundi finem Chriſtus cum electis ſuis regnaturus hic ſit, etiam Auctor ille videtur tenuiſſe: id enim colligo ex Cap. XI. ubi ætas mundi definitur annis 6000. quos quaſi 6. dies ſequatur Sabbatum, alterum ſcilicet millenarium. Utut eſt, ejus cauſa non diſtulerim martyrium S. Barnabæ, ultra annum 53 vulgaris æræ, reſpondentem anno 102. æræ Antiochenæ, qua & Cyprii utebantur, indicatum in Periodo S. Barnabæ, editis ſub nomine Ioannis Marci, conſobrini Barnabæ; quæ licet falſum nomen præferant, potuerunt tamen annum æque certo ac diem notaſſe. Quod circa annum 7. Neronis paſſus ſit Barnabas, lego quidem in Romano breviario, ſed quo auctore, nondum comperi. Habeo Romana breviaria quinque antiqua ab ann. 1479. ad 1524. ubi nulla anni talis mentio: hæc primum offertur in eo, quod Coloniæ excuſum eſt anno 1536. eſtque breviarium Cardinalis Quinonii, a Paulo III. conceſſum impeditioribus Clericis an. 1535. Ut videatur hic Cardinalis auctor fuiſſe hiſtoriæ, quæ nunc in Romano legitur, jam inde ab an. 1568.* Qui volent, diligentius conferant Romana Breviaria. Nam ante ann. 1546. inſertum illis fuiſſe annum martyrii Barnabæ, ex Wicelii Ha-

giologio patet, qui fol. 163. b. *ex Romano breviario* in margine allegato, Barnabæ historiam describens ait, *circa septimum Neronis annum martyris coronam est adeptus.* Sic Centuria Magdeburgensium prima ann. 1559. impressa p. 613. *Quidam scribunt, eum circa septimum Neronis annum interfectum.* Nec aliter eorum adversarius, Gvil. Eisengreinius Cent. 1. fol. 51 *Annum circiter Salvatoris LXII. apud Salaminam urbem Imp. Nerone, Claudio Cæsar. Augusto martyrio coronatus est.* Et Sixtus Senensis lib. II. Bibliothecæ sanctæ ann. 1566. primum excusæ, fol. 66. *Evangelica prædicationis injunctum sibi opus usque ad septimum Neronis annum exercuit.*

III. Quantum hæc distent a Cavii sententia, nemo non videt. Sed & Moynius, quasi prævisis Cavii telis, suam fortius munivit in Notis, seu pag. 917. 918. Tom. II. Variorum sacrorum. Adfert enim *expressa* Epistolæ *verba*, non *obscura*, ut Cavius vult, *quibus dixit dirutum templum evasse.* Διὰ τὸ πολιμεῖν αὐτοὺς, καθηρῆθη ὑπὸ τῶν ἐχθρῶν νῦν: *Propter Judæorum turbas & motus bellicos, deletum nunc & eversum ab inimicis est templum.* Pergit: *Hic de integra deletione urbis, templi, & gentis, vaticinium aliud urget, sed nescio unde petitum.* Λέγει γὰρ ἡ γραφὴ &c. *Dicit enim Scriptura: in novissimis diebus tradet Dominus oves pascui, & cubile, & turrim eorum in exterminium.* Καὶ ἐγένετο καθὼς ἐλάλησε Κύριος. *Et factum est, quod dixit Dominus.* *Deinde quærit, an sit aliud templum Dei, & ubi sit & in ædificationem & laudes Ecclesiæ Christianæ excurrit, indicio manifesto, templum Judaicum tunc periisse, & eadem Hierosolymitanam non fuisse superstitem. Unde conficitur argumento invicto, Barnabam non esse auctorem hujus Epistolæ, quæ vulgo illi adscribi solet, cum tempora non quadrent, & obierit multo ante, quam templum Hierosolymitanum funditus everteretur. Nam communis est sententia, Barnabam martyrio coronatum in Insula Cypro, Patria sua, ubi populares ad cognitionem Evangelii perducens, artibus Diaboli & furore Neronis Imperatoris mortem oppetiit, & post varios exantlatos pro Christo labores, hanc miseram vitam cum immortalitate commutavit. Templum vero sub Vespasiano, solo æquatum fuit.* Hæc in priori Historiæ suæ parte prætermittens Cavius, in posteriori pag. 6. ita exagitat: *At quanam amabo fuerit hæc communis sententia? Qua veterum auctoritate nixa? Quum nec ipse ullum pro hac sententia testem profert. Et quæ gratis dicta sunt, gratis rejiciuntur.* Sed si ea absque partium studio considerasset Cavius, reperisset utique conjecturis suis de protracta Barnabæ vita in octogesimum annum solidiora, quem ultimum vitæ humanæ terminum vix ullus Apostolorum præter Joannem attigit, aut superavit. Si quis maluerit Papebrochio pollicem premere, & Barnabæ martyrium in A. C. LIII. conferre, Moynii argumento nihil decedet, quia septendecim minimum annis ante excidium Hierosolymitanum Barnabas obiisset. Qui vero Papebrochio adstipulare noluerint, sequantur, per me licet, *communem sententiam*, a Moynio propterea ita appellatam, quia tam nostris, quam Pontificiis Scriptoribus placuit, quod prolatis quibusdam antea docui, & plures procul dubio scivit Moynius. Sed sive ante, sive sub Nerone passus sit Barnabas, vivente saltem Paulo Apostolo eum obiisse, ultima illius verba ad Joannem Marcum consobrinum in Alexandri Monachi elogio produnt: Hortatur enim Marcum Barnabas, ut corpore ejus sepulto Cyprum relinquat, & ad Paulum se conferat, & apud eundem maneat &c. Idque Marcum fecisse ipsæ Pauli Epistolæ nos docent. Nam is ad Colossenses ex computo Pearsonii in Annalibus Paulinis pag. 20. Anno Christo LXII. Neronis IX. scribens, salutat eos nomine *Marci, Consobrini Barnabæ.* Et ex posterioribus vinculis A. C. LXVII. prolixe Pearsonius pag. 23, 24, 25. Timotheo Cap. IV. alterius Epistolæ v. 11. præcipit, ut Marcum secum afferat. His omnibus nihil obvertere potest Cavius, nisi Epistolam suppositiam, quæ est ipsum κεφάλαιον, nec argumenti loco esse debet. Vel potius regula Pearsonii: *nihil certius scriptum aliquod suppositionis convincit, quam violatio temporum; & ficta plerumque opera ex temporum ratione se produnt.* Quam cum P. II. Vindiciarum Ignatii Cap. 1. variis exemplis stabiliverit, tum mirum est, Lect. II. in Acta Apostolorum num. X. eum scripsisse: *Nemo certe fuit, qui hanc Epistolam Barnabæ non tribuerit, neque in ea quidquam apparet, quod eam ætatem non ferat.*

IV. Tertium argumentum inde nectit Moynius, quia *multa citantur in ista Epistola, ex fontibus hausta & petita, qui Apostolis & Apostolicis viris ignoti prorsus, vel minus frequentati, imo neglecti fuerunt. Plurima quippe in ea memorantur ex Apocryphis & lacunis Judaicis derivata, more prorsus insolito beatis Apostolis, ac qui tantum sæculo secundo incepit usurpari.* Reponit quidem Cavius, *hæc objectio æque ferit Epistolam ad Ebræos, & Epistolam Judæ, ubi plurima ex Apocrypho Enochi libro desumuntur, ut de secunda ad Timotheum, in qua Jannis & Jambris fit mentio, nil dicam.* Verum de Epistola ad Ebræos docendum est, quod asserit. De Pauli & Judæ Epistolis religiosius alii sentiunt Interpretes, quæ de Henocho & Magis Ægyptiis ibi habentur, non ex libris Apocryphis, sed ex immediata divina revelatione eos accepisse.

V. Quartum Moynii argumentum a Cavio prætermissum meum non facio, qua is pronior in opinionem, a Tertulliano Montanista primum expositam & a Spanhemio P. II. de Auctore Epistolæ ad Ebræos Cap. VIII. satis refutatam, quasi Barnabas sit auctor seu Interpres Epistolæ ad Ebræos; inde concludere vult, Barnabam secundis curis argumentum illud haud pertractasse, & hinc forsan occasionem nonnullos sumsisse, tribuendi

Barna-

Barnabæ hanc Epistolam, quæ nomen ejus hodie præfert, ut illa ad Ebræos Paulo maneret. At enim ex Spanhemio pag. 251. occasionem potius sumerem, utramque Epistolam Barnabæ abjudicandi. *Hoc etiam nomine Barnabæ adscribitur Epistola (ad Ebræos) inconvenientius, quod ille a Judaizantium mollitie minime abhorruisse videatur. Qua & ipsa de causa taxatur Paulus scribens ad Galatas. Etiam postquam divina voce fuisset ad Gentium ministerium ordinatus. Et post Hierosolymitanam illam Synodum, quæ Actorum XV. ut doctissimi interpretes. Adeoque non multis profecto annis, ante conscriptam Epistolam ad Ebræos. A qua sive mollitie, sive errore, Deus bone! quantum scriptor noster abfuit? An verisimile fuerit, eundem illum esse Barnabam, tanta jam vehementia; tanta dicendi copia & libertate, in cæremonias & Judaizantes omnes invectum, qui paucos ante annos quadam ignavia & præpostera simulatione, Christianam libertatem prodiderat?* Huc faciunt Pearsonii Annales Paulini pag. 10. cui *præterea dissensus inter Paulum & Barnabam, qui Petro familiarissimus erat, hinc ortum traxisse videtur* Cum itaque, fatente Moynio, idem sit Epistolæ ad Ebræos argumentum, quod Epistolæ Barnabæ; tum facile erit, verba Spanhemii de illa ad hanc applicare, ostendereque, neutram a Barnabæ manu esse.

VI. Quintum Moynii argumentum spectat *loca sacræ scripturæ minus apte allegata, & aliquando detorta, quæ non levem excitant suspicionem, hanc Epistolam non ab Apostolo scriptam fuisse, qui Spiritus Sancti præsentia afflaretur & regeretur. Talis est locus Esa III. 10, 11. quem pro Messiæ per Judæos rejectione mira animi urget contentione, cum tamen ad rem istam locus iste sit prorsus incongruus. Et revera tempore Barnabæ & Apostolorum, ista verba de Messia nullo modo intelligebantur, sed de Jacobo fratre Domini, Episcopo Hierosolymitano, qui justus vocabatur, referente Hegesippo.* Silet ad hæc Cavius, quanquam P. II. pag. 6. sibi ipsi format objectionem: *Allegoriis plena est* hæc Epistola, *& mystagogica*; respondetque: *Fateor, sed eo nomine doctrinæ, quam a teneris unguiculis imbiberat, & contubernium suorum indoli & institutis magis congrua. Neque in ipsis Novi Testamenti libris allegorica de Agar, Melchisedeck, Bestia Romana nomine Trium, aliaque hujus commatis dicta desiderantur.* At Christus & Apostoli sensum potius literalem, quam figuratum amarunt, & si ad allegorias dilabebantur, innatas & sponte libereque fluentes adhibuerunt. Quod ex Pauli Epistola ad Galatas patet, cujus capite secundo gravissima Scripturæ loca dogmataque de justificatione Abrahami per fidem; de omnibus gentibus in eo benedicendis; de maledictione Legis &c. quibus demum subjicitur allegoria de veteri novoque fœdere per Hagarem Saramque significatis. Hac methodo si incessisset fictitius Barnabas, Apostoli Characterem utcunque servare potuisset. Verum quia ejus Epistola nihil fere aliud continet, quam interpretationes mysticas longius quæsitas, & allegorias coactas, detortas, adeoque inconcinnas, cujusmodi secundo potissimum sæculo a quibusdam adamari cœperunt, & ab Origene ad *ἄκρον* perductæ sunt; quis non videt, ob ætate Apostolica in proximam scriptorem illum esse removendum? Perstat igitur adhuc Natalis Alexandri argumentum: *Vix credi potest, quod adeo eximius Apostolus, tantoque Spiritus Sancti & fidei lumine collustratus, rescripserit, quæ præfata complectitur Epistola; coactas nimirum allegorias, enarrationes scripturarum minus verisimiles, fabulas de animalibus, ut illud, quod tradit, hyenam alternare sexum, cujus contrarium docent omnes rerum naturalium periti.* Saltem judicent omnes, an Apostolo digna sit ista gloriatio, qua lusum Grammaticum Cap. IX. claudit auctor: *Nemo magis germanum a me accepit sermonem: sed scio vos dignos esse.* Certe Cotelerius ipse in notis aliquot illius allegorias vitia non potest dissimulare, hæc præfatus: *Sæpe ista de trecentis decem & octo domesticis ab Abrahamo circumcisis, in figuram nominis & crucis JEsu, quæ tantopere placet nostro Auctori, ut nihil se unquam majus, nihil verius docuisse profiteatur; quemadmodum procul dubio pia est, ac non omnino absona fidei, ita quin nonnihil habeat vitii, dubitari non potest &c.*

VII. Pergamus ad sextum Moynii argumentum, a Cavio itidem silentio involutum, minime tamen contemnendum. *Cujus etiam Epistola, cum a nullo primi & secundi sæculi citetur, videtur non esse tantæ antiquitatis, quanta illi vulgo tribuitur. Nam de illa nec Clemens, nec Ignatius, nec Polycarpus, nec Justinus loquuntur, viri quibus negotia cum Judæis agitanda fuerunt, & qui ab Epistola Barnabæ alleganda non sibi temperassent, si ante illos ab Apostolo fuisset exarata.* Septimum vero argumentum bene a Cavio rejectum fateor, quo contendit Moynius, Polycarpum Epistolæ Barnabæ auctorem esse; non alio fere innixus fundamento, quam quia in Codicibus MSS. ea cum Polycarpiana jungitur, ita, ut hæc fine, illa autem initio careat. Cujus infirmitatem P. I. Exercitationum selectarum pag. 112. seqq. prolixe evincens monstravi, ex uno Codice Columnæo corrupto reliqua Apographa per Europam dimanasse. Idem fere docuit Usserius in Præmonitione de Epistola Barnabæ, quæ in novissima Clerici editione pag. 11. legitur, paucioribus verbis: *Nempe in primo exemplari, ex quo Columnæus ille Codex (qui omnium putatur antiquissimus) & reliqui qui supersunt hodie, sunt descripti, librariorum vitio quaternio vel omissus vel transpositus est: cujus defectu factum est, ut in Græcis superstitibus & finem Epistolæ Polycarpi desideremus, & principium Barnabæ.* Ex Græcia igitur repetendus erit integer tam Barnabæ, quam Polycarpi Codex, qualem olim veteri utriusque interpreti ad manus fuisse patet.

VIII. Ne autem ſeptimum nobis pereat argumentum, ex Natali Alexandro id rurſus mutuabimur: *Non videtur Barnabas rem tam evidenter falſam de Apoſtolis ſcripturus, quam ſcilicet eſſent iniquiſſimi hominum, quando vocavit eos Chriſtus, & ſuper omne peccatum peccatores.* Ut vim hujus argumenti percipiamus, integrum locum recitabimus, qui ſtatim ab initio Græcorum hodie reſiduorum exſtat: *Tunc Apoſtolos ſuos, qui incipiebant prædicare Evangelium ſuum, elegit, ὄντας ὑπὲρ πᾶσαν ἁμαρτίαν ἀνομωτέρους, qui erant ſuper omne peccatum peccatores: ut oſtenderet, quia non venit vocare juſtos, ſed peccatores, ἁμαρτωλούς. Tunc oſtendit ſe eſſe filium Dei.* Multum quidem laborant Menardus & Cotelerius, ut hoc Barnabæ fictitii aſſertum excuſent, neuter tamen *hyperbolicum* eſſe inficiari poteſt. In Novo enim Teſtamento ἁμαρτωλοὶ tales ſunt, qui in publicis vivunt peccatis: nec dubium eſt, quin in antecedentibus ejusmodi homines intelligat Barnabas. At inter Apoſtolos, quos ante paſſionem Chriſtus elegit, nullus erat peccator publicus, niſi Matthæus publicanus. Et quanquam Paulus 1 Timoth. I. ſeipſum vocat πρῶτον τῶν ἁμαρτωλῶν, quia perſecutus ſit Eccleſiam: nihil tamen inde pro auctore noſtro elicitur, quippe non de iis Apoſtolis loquente, quos Chriſtus poſt reſurrectionem vocavit. Magna proinde injuria fieret honeſtis piſcatoribus, Petro, Jacobo, Joanni, & reliquis ſi ante vocationem in publicis peccatis vixiſſe, dicerentur: nec licet de illorum comite & ſocio, Barnaba cogitare, quod talia de ipſis ſuſpicatus fuerit. Hoc maxime, quoniam Epiſtolæ ſcriptor reſpexiſſe videtur caput primum Evangelii Joannis, quo clare docetur, Chriſtum in Apoſtolorum electione filium Dei ſeſe oſtendiſſe. At qui ibi vocantur, non ſunt publici peccatores, ſed honeſti viri, Andreas, Philippus, Petrus & Nathanaël, quorum hunc Chriſtus ipſe *veri Iſraëlita* elogio dignatur, & Cavius in Apoſtolicis cum multis Interpretum pro Bartholomæo habet. Tanto minus igitur feret, injuriam Collegio Apoſtolico inuſitam ab Apoſtolo Barnaba proficiſci potuiſſe.

IX. Quod ſi hæc omnia Cavio nondum ſatisfecerint, valere tamen apud eum debet auctoritas Guil. Laudi, Archiepiſcopi Cantuarienſis & totius Angliæ Primatis, qui peculiarem de Epiſtola Barnabæ ad primum ejus editorem, Hugonem Menardum, ſcripſit, Epiſtolam, a Clerico cum aliis ſimilis argumenti noviſſimæ ſuæ editioni præfixam. Nobis ſatis erit ſequentia attendiſſe: *Barnabæ Epiſtolam ſatis antiquam agnoſco, non canonicam. Hoc aperte a te dictum vellem, ne auctoritatem aſcribendo huic nomini parum confirmatam, ſimul & nomini & auctoritati injuria fiat; quin & tibi ipſi aliqua, quaſi hoc neſcires. Quo minus autem credam hanc Barnabæ ſcripta & genuina eſſe, hæc ſunt quæ impediunt. I. Numerata illa Theologia, ſive ſcientia trium litterarum Ι,Η,Τ, (ut loquitur) mihi non placet. Nam etſi neſcius non ſum, ſcripores ſatis & antiquos & conſultos (Tertullianum, Clementem Alexandrinum, Irenæum & alios) in ea ludere aliquando, tamen non ſapit Spiritum Apoſtolicum. II. Non magis mihi arridet illa Judaica Denteroſis, quam Barnabas hic arripuit, de ſex mille annis mundi, de qua nec D. Paulus, S. Barnabæ conjunctiſſimus, nec quiſquam alius Apoſtolorum ſomniavit, (appropinquare potius diem Domini ubique prædicant) nec Hydaſpes, aut Trismegiſtus, vel Sibylla id poſſunt efficere, ut fides huic detur. III. Vel ingens admittitur ἀντιχρονισμὸς in hac Epiſtola, aut auctor non eſt Barnabas; loquitur enim aperte de Excidio Hieroſolymitano, quod poſt mortem Barnabæ accidit. Nec ſufficit, dicere, quod in Adnotationibus adjicis, ſpiritu Prophetico & prævidente, & ſic de re futura, quaſi jam præterita, pronuntiante hæc ſcripſiſſe Barnabam; principii enim hæc petitio eſſet, nempe, utrum hanc Epiſtolam, aliave aliqua ſcripſerit ſanctus Barnabas, ſpiritu Prophetico.*

X. Cum igitur evictum hactenus ſit, Barnabam Epiſtolæ auctorem eſſe non poſſe, videbimus, an alium invenire liceat. Chriſtianus Schotanus in Diatribe de auctoritate verſionis LXX. Interpretum pag. 117, 118. duos fingit Barnabas, alterum e ſublimioribus Apoſtolis, alterum ex Evangeliſtis & comitibus Apoſtolorum; Epiſtolamque non huic, ſed illi tribuit. Quod figmentum refellit Iſaacus Voſſius in Epiſtola reſponſoria ad Schotanum, quæ ejus libro de LXX. Interpretibus in Hagienſi editione adjecta eſt, pag. 143, 144. Mea ita fert conjectura, Epiſtolam hanc Alexandriæ in Ægypto ſub Barnabæ nomine extremis Hadriani annis effictam eſſe. Tempus quidem ſuppoſitionis laxioribus verbis poſt excidium Hieroſolymitanum ante ſecundi ſæculi finem collocant Alexander & Pagius, quia a Clemente Alexandrino & Origene citetur; ſed ut ſub finem Hadrianei imperii retraham, non tantum Celſus facit Epicureus, quem extremis Adriani temporibus & deinceps claruiſſe Cavius P. I. pag. 61. obſervat, eique Barnabæ Epiſtolam notam fuiſſe dicit Origenes: verum etiam locus de exciſo & reædificando templo, quem ſupra ex parte allegatum nunc amplius expendere juvat: Πέρας γὰρ πάλιν λέγει. Ἰδοὺ οἱ καθελόντες τὸν ναὸν τοῦτον, αὐτοὶ αὐτὸν οἰκοδομήσουσι. Γίνεται. Διὰ γὰρ τὸ πολεμεῖν αὐτοὺς, καθῃρέθη ὑπὸ τῶν ἐχθρῶν τοῦ, καὶ αὐτοὶ οἱ τῶν ἐχθρῶν ὑπηρέται ἀνοικοδομήσουσιν αὐτόν. *Et tandem rurſus ait: ecce, qui deſtruxerunt templum hoc, ipſi illud ædificabunt. Idque evenit. Nam quia bellum gerunt, nunc ab hoſtibus deſtructum eſt templum, ipſique hoſtium miniſtri reædificant illud.* Hanc Prophetiam ejusque impletionem, quam ſuo tempore fieri per præſens, γίνεται, auctor indicat, non in genere de Evangelii prædicatione intelligendum puto, quippe jam ante excidium Hieroſoly-

rosolymitanum facta; sed in specie de tali Romanorum concessione, qua Christianis libere & sine impedimentis licuit spiritualem templi ædificationem, Hierosolymis præsertim, peragere. Hac autem permissione neque sub Domitiano, neque sub Trajano gavisi sunt, sed sub Hadriano, qui Judæis ad internecionem deletis Hierosolymam adire plane prohibuit, Christianis vero cum nova Romanorum colonia ibi habitare indulsit, ut ex Eusebii lib. IV. Historiæ Ecclesiasticæ cap. VI. aliisque constat. Ne dicam de aliis Hadriani erga Christianos favoribus, a Justino Martyre etiam dilaudatis. Quæ omnia non difficulter persuadent, Hadriani tempore Epistolam sub Barnabæ nomine conditam fuisse. Nec quenquam latet, ea ætate tam inter Orthodoxos, quam Hæreticos, nihil frequentius fuisse, quam scripta sub Apostolorum, virorumque Apostolicorum nominibus evulgare. Ut autem Alexandrinum aliquem ex Judæo Christianum Epistolam sub Barnabæ nomine edidisse suspicer, sequentia me movent. I. Quia Alexandrini, tam Christiani, quam Judæi, maxime allegoriis delectabantur: quam in rem collatio inter Philonis Opera & Barnabæ Epistolam instituí posset: sed & cum Pseudo-Aristea, cujus de LXX. Interpretibus librum Scaliger, Valesius aliique a Judæo quodam Alexandrino compositum merito censent: ad quod probandum Hodius in peculiari contra Aristeæ Historiam scripto pag. 259, 260. inter cætera urget colloquia, quæ Aristeas cum Eleazaro Pontifice de ritibus Judaicis & animalibus vetitis habuit. Hæc autem traditionibus Barnabæ similia esse, Vossius in Notis ad hanc Epistolam non diffitetur pag. 317. verba ejus de mustela expendens, addensque: *Hoc præceptum eodem modo enarrat Pseudo-Aristeas.* Satis interim mihi est, quod ex Photio notat, pluribusque diducit Cavius P. II. pag. 8. *Ex Philone omnem allegoricum exponendi modum in Ecclesiam Christi, promanasse.* II. Norunt eruditi, neminem magis, quam Hellenistas, Christianos & Judæos, in Ægypto præcipue, scriptis ejusmodi sub magnorum virorum nominibus fingendis operam dedisse. III. Loca ex versione LXX. Interpretum in Barnabæ Epistola magis conveniunt cum ἐκδόσει Alexandrina, qualis in Codice Theclæ Alexandrino, hodie in Bibliotheca Regis Angliæ servato, exstat, quam cum aliis. IV. Fabula de Hyæna sexum mutante, qua utitur supposititius Barnabas, in Ægypto cumprimis floruit, & ad Hieroglyphica applicata est, docente Bocharto P. II. Hierozoici pag. 397. ex Horo Alexandrino. V. Antiquissimi, qui Barnabæ Epistolam allegarunt, Alexandrini sunt, Celsus, Clemens, Origenes: unde colligere est, eam Alexandria in alias terras perlatam fuisse. VI. Dictiones Alexandrinorum familiares & proprias hæc redolet Epistola. Singulare exemplum observavit Moynius in Notis pag. 583. ubi Græcus textus habet: ἁπλούστερον ὑμῖν γεγράφω, ἵνα συνῆτε. ἐγὼ περίψημα τῆς ἀγάπης ὑμῶν. *Simpliciùs vobis scribo, ut intelligatis: ego purgamentum vestræ charitatis.* Ad quæ inter alia Moynius: *Et sane temporibus Auctoris nostri videtur obtinuisse, ut tali urbana allocutione se prosequerentur veteres, cum a se invicem separarentur, εἰς τὰ ἴδια, vel in longinquas oras perrecturi: dicebant quippe ἀντιόχεις, nos sumus ὑμῶν περίψημα.* Hoc colligit ex eximio Eusebii loco lib. VII. cap. XXII. ubi de Christianis, suos tempore pestis cum vitæ periculo curantibus, dicit Dionysius Alexandrinus, πᾶν τὸ δημῶδες ῥῆμα μόνης αἰεὶ δοκῶν φιλοφροσύνης ἔχεσθαι, ἔργῳ δὴ τότε πληρῶντες, ἀντιόχεις αὐτῶν πάντων περίψημα, *Verbumque illud vulgare, quod officiosa duntaxat comitatis hactenus visum fuerat, re ipsa adimplentes, cum aliorum peripsema effecti ex hac vita migrarent.* Ubi optime Valesius in notis φιλοφροσύνῃ interpretatur *benevolentiam in sermone & affabilitate positam, quæ comitas dicitur a Latinis, Gallice civilitatem & complementum vocamus.* Pergitque: *Videtur autem hæc vox περίψημα, quæ in Epistolis Pauli legitur, vulgo fuisse ab Alexandrinis usurpata, quoties se in salutationibus mutuo compellarent, & operam atque obsequium sponderent:* ἐγὼ ἐμὶ περίψημά σου. *Quod certe hic Dionysii locus videtur innuere.* Ut autem Moynio non probantur, quæ his addit Valesius, ita & quæ Menardus Moyniusque ad Barnabam notant, quasi ad imitationem Pauli hanc vocem usurparint Barnabas cæterique Christiani, multo mihi minus placent. Nihil certe hanc in rem Dionysius, non solum dignitate Episcopali, sed &, si Cavio fides, illustri genere, Alexandrinus, diserte memorans δημῶδες ῥῆμα, utique non Christianis tantum commune, sed vulgo Alexandrinorum, ex Gentilibus, Judæis ac Christianis conflato. His omnibus φιλοφροσύνης seu comitatis officiosæ causa usitatum erat proverbium istud in mutuis salutationibus, quod non amplius Valesii Moyniique conjectura, sed disertissimis verbis in Barnabæ Epistola expressum legimus: ἐγὼ περίψημα τῆς ἀγάπης ὑμῶν. Hoc igitur vulgari civium suorum proverbio scriptor hujus Epistolæ Alexandrinus instar soricis se prodit, eo utique minime in sensu Paulino, sed φιλοφροσύνης ὕπτιος usus. *Utinam hodie exstarent libri VII. quos de Alexandrinorum dialecto scripserat Irenæus Grammaticus Alexandrinus*, optaverim cum Crojo Observationum in Novum Testamentum cap. XXXIII. pag. 256. præmittente, *Alexandrinos Græce quidem loquutos, sed vocibus novis ac phrasibus, quæ veris Græcis incognita erant atque insolita, Græcam suam auxerant, vel potius contaminaverant Dialectum.* Quod exemplis ex variis Auctoribus collectis probat, & inprimis apud LXX. Interpretes innumeras hujusmodi voces esse monet. His autem plane similis est stylus Epistolæ Barnabæ, nec inutilem forte operam navaverit, qui reliqua Alex-

andrinæ Dialecti ex Scriptoribus Gloſſariisque Græcis exempla congeret, & cum Barnaba noſtro contendet. Inde enim apparebit, me ex allegato proverbio ſcriptorem Alexandrinum, velut ex ungue leonem, haud vane auguratum eſſe. VII. Talem quoque ſapere videtur locus obſcurior cap. IX. hujus Epiſtolæ: *Ἀλλὰ ἐρεῖς· καὶ μὴν περιτέμνεται ὁ λαὸς οὗτος σφραγῖδα. Ἀλλὰ καὶ πᾶς Σύρος, καὶ Ἄραψ, καὶ πάντες οἱ ἱερεῖς τῶν εἰδώλων. Ἆρα οὖν καὶνῶν ἐκ τῶν διαθηκῶν αὐτοῦ εἰσιν; ἀλλὰ καὶ Αἰγύπτιοι ἐν περιτομῇ εἰσι. At inquies. Et vero ille populus in ſignum circumciditur. Verum & circumciduntur Syri omnes & Arabes, ac omnes Sacerdotes Idolorum. Hinc ergo pertinent quoque ad Domini teſtamentum? Sed & Ægyptii circumciſionem uſurpant.* Auctor ſibi ipſi format objectionem, an Syri etiam, Arabes, idolorumque Sacerdotes in fœdere ſint divino, quia ſervent circumciſionem? nihil autem reſpondet aliud, quam Ægyptios quoque in circumciſione eſſe: In rem præſentem auditores ſuos deducens, quibus quotidie ante oculos verſabantur Ægyptii ethnici, licet circumcili, excluſi tamen a Domini Teſtamento. Niſi enim ita hunc locum interpretemur, non video, quam vim habeat auctoris reſponſio, de ſcrupulo injecto amplius haud ſolliciti, ſed confeſtim ad allegoriam de Abrahami ſervis dilabentis. Cæterum novo hinc argumento docemur, Barnabam Epiſtolæ auctorem eſſe non poſſe. Quis enim credat, eum tot annos Antiochiæ Evangelium prædicantem ſcripturum fuiſſe, *omnes Syros* circumcidi? quum ejus ætate, exceptis Judæis, nemo in Palæſtina Syriæ circumciſionem paſſus fuerit, diſerte affirmante Joſepho, ſcriptore coævo, tam in Antiquitatibus, quam lib. I. adverſus Apionem. Mirifice ſe torquent Cotelerius & Menardus, ut in Barnaba iſtud excuſent: nihil tamen efficient adverſus clarum Joſephi teſtimonium. Inepte Menardus: *Quamvis enim ſolı Judæi omnium, qui habitant Palæſtinam, circumciſi eſſent ætate Joſephi, nihil obeſt, quin alii Palæſtinæ incolæ tempore Herodoti circumciderentur.* Quaſi vero Barnabas Herodoti, & non potius Joſephi tempore vixerit, totque annos in Palæſtina & Syria degerit? Magis autem hæc ignorantia cadit in ſcriptorem Ægyptium, ex gentis illius conſuetudine Syros forte metientis, aut ex Herodoto circumciſionem illis tribuentis. VIII. Sed ut propius ad eum cognoſcendum accedamus, non diſſimulo, illum videri fuiſſe Doctorem Scholæ Catecheticæ Alexandrinæ. Doctoris ſane munus ubique ſuſtinet, quanquam ex modeſtia ſcribit ſub finem capitis primi, ubi Græca hodie deſideramus: *Ego autem non tanquam doctor, ſed unus ex vobis, demonſtrabo pauca, per quæ in plurimis lætiores ſitis.* Porro quemadmodum Clemens Alexandrinus, Scholæ illius quondam Præfectus haud ignobilis, auditores ſuos in Pædagogo *παῖδας* nominare ſolet, procul dubio ex communi Scholæ uſu; ita & noſter primis ſtatim verbis: *Avete filii & filiæ, in nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti*; eosdemque poſtea modo *τέκνα* abſolute, modo *τέκνα ἐυφροσύνης* appellat. Maxime autem notatu dignum eſt, iis, qui ex Schola Alexandrina prodierunt, frequenter in ore fuiſſe *τῆς γνώσεως & γνωστικῶν* nomina, ab hæreticorum corruptelis in bonam partem ſenſumque vindicata, quod Clementis, Origenis, Evagrii Pontici, Didymi, Athanaſii, Serapionis, exemplis probat Jacobus Thomaſius in Schediaſmate Hiſtorico num. XLI, XLIII. At frequenter eodem obſervante in Barnabæ Epiſtola deprehenditur *γνῶσις*, ab Hammondo ad Gnoſticos quidem tracta, ſed invito Thomaſio num. XXXII. unde hæc tantum attuliſſe ſufficiet: *Prior illius Epiſtolæ pars Theoretica eſt, meriſque Scripturæ V. T. expoſitionibus pugnat contra Judæos. Alteram Epiſtolæ partem Practicam inchoat Barnabas a μετάβασιν ἐπὶ ἑτέραν γνῶσιν. Duplex ergo genus γνώσεως proponit, fateor: Sed Theoreticum unum, cui copulat σοφίαν, σύνεσιν, ἐπιστήμην: Practicum alterum, bonum utrumque, non alterum malum, ut vult Hammondus. Qui duas γνώσεις confundit cum duabus apud Barnabam viis practicis, una lucis, altera tenebrarum: a qua diſtinctione alteram illam & practicam γνῶσιν inchoat ille ſcriptor.* Licet autem Hammondus in hac peccaverit applicatione, reliqua tamen ejus ex Epiſtola Barnabæ adverſus Gnoſticos argumenta adeo non improbavit Moynius in Notis pag. 601, 602. ut tota deſcripſerit, tanquam variis hujus Epiſtolæ locis lucem poſſint fœnerari; non obſtante, quod paulo ante p. 598. dixerat, *non omnia ad Gnoſticos trahenda eſſe, quod operoſo molimine contendebat olim Hammondus, unde olim Uſſerio & aliis doctis debebat ludibrium, qui illo accedente ſe vereri ludentes ſignificabant, ne illis aures obtunderet frequenti & importuna Gnoſticorum memoria.* Media utique via tenenda eſt, & facile crediderim, illos Gnoſticos, qui a Baſilide, ſub Hadriano Alexandriæ mortuo, nomen traxerunt, teſte Hieronymo noſtro cap. XXI. Catalogi, multasque in Ægypto turbas dederunt, etiam ab auctore Epiſtolæ Barnabæ tacite perſtringi, quamvis veteris potiſſimum Inſtrumenti loca vindicanda ſibi ſumſit, & in allegoriis ſuis occupatus fœdam Pſalmi primi depravationem Gnoſticorum, quam ab Epiphanio memoratam præcipue Hammondo opponit Thomaſius, vel ut nondum ortam ignoravit, vel ſprevit, alias quippe myſticas ejus interpretationes ſuppeditans. Commode jam in mentem mihi venit elegans Lud. El. du Pin, Tom. I. novæ Bibliothecæ Auctorum Eccleſiaſticorum, in Pantæno pag. 78. annotatio, de modo explicandi textum ſacrum, a Clemente Alexandrino, Origene, & omnibus illis, qui in Schola Catechetica Alexandrina enutriti ſunt, obſervato. Sunt enim fortes in Allegoriis, ubique excogitant myſteria & inſtructiones

ctiones, semper fere abeunt a littera seu sensu litterali, & miscent Commentarios suos multa eruditione. Quæ cum in Epistola Barnabæ occurrant, tum nemo mihi vitio vertet, quod dixerim, eam a Scholæ illius Catecheticæ Doctore quodam Barnabæ suppositam fuisse. Utinam vero exstaret integra eorum series a Marci Evangelistæ temporibus, quem omnes constituunt primum ejus Scholæ auctorem. Neque enim mihi satisfacit Catalogus, quem ex Philippi Sidetæ fragmento per Dodwellum erato allegavit celeberrimus Ittigius noster in Dissertatione de Patribus Apostolicis num. LIII. ut desiderium meum utcunque leniret, ipse aliis dijudicandum relinquens, an fides illi adhibenda sit. Primum locum tenet Athenagoras, secundum Clemens Alexandrinus, tertium Pantænus, quartum Origenes &c. Sed cum iste Catalogus toties ab aliis Scriptoribus abeat, mirum est, quantum in eo vel defendendo vel conciliando æstuet Dodvvellus: non in omnibus tamen ipsi assurgens. Ne enim jam a primo Catecheta Athenagora abeamus, ex ejusdem Apologia hodieque extante pag. 494. redarguit, quod Catalogus dicit, eam Hadriano & Antonino Pio oblatam. Itaque pag. 498. mavult, *Schola Academica, seu Platonica, a Marco Alexandriæ constituta, nostrum præfuisse Athenagoram, publicumque eo nomine meruisse stipendium: neque alienum censuisse a novo Scholæ Catechetica munere munus illud Scholæ etiam Platonicæ.* At novum non fuit Scholæ Catecheticæ munus, sed jam a Marco Evangelista institutum. Neque illi præfuisse potuit eo tempore Athenagoras, cum Scholæ Platonicæ a Marco Imperatore institutæ præficeretur: sed tunc adhuc Gentilis erat, alioquin istam dignitatem apud Imperatorem minime consequuturus; & cum Christianos oppugnare vellet, sacrarum scripturarum lectione conversus. Quoniam igitur Scholam Platonicam cum Catechetica Christiana postea conjunxit, hoc sensu primus dici potuit a Philippo Sideta, non absolute; quia Marcus Evangelista Scholam Catecheticam instituit, adeoque Catechetas ante Athenagoram plerumque ex Judæis ad Christum conversis desumtos esse oportuit, quorum nomina adhuc quærimus: Et ex eorum quoque numero fuisse conjicio, qui extremis Hadriani annis sub Barnabæ nomine Epistolam vulgavit. Athenagoras autem ex Philosophis Gentilibus primus ad eam dignitatem pervenit, & qui eum sequuti sunt, Pantænus, Clemens, Origenes, profundam simul Philosophiæ cognitionem Catecheli Christianæ immiscuerunt, quod scripta eorum adunde declarant.

XI Sed satis conjecturarum de auctore Epistolæ Barnabæ Alexandrino, quas omnes & singulas Antiquitatum Ecclesiasticarum peritioribus submitto, illorum judicio vel asserendas vel rejiciendas. Supereſt, ut diversas Interpretum sententias audiamus de vero sensu verborum Hieronymi in Catalogo: *Barnabas unam ad ædificationem Ecclesiæ pertinentem Epistolam composuit, quæ inter Apocryphas scripturas legitur.* Hugo Menardus, primus Barnabæ editor, initio Annotationum, citatis variis Eusebii, Hieronymi, Nicephori, aliorumque locis, subjicit: *Hi sunt veteres auctores, qui de hac Epistola scripserunt aut meminerunt. Quæ quidem jure inter Scripturas Apocryphas connumeratur, tum quia, an Barnabæ sit, incertum est: tum quia in ea quædam reperiuntur, quæ difficultate minime carent.* Aliam viam ingreditur Cotelerius, cujus prolixiora contraxit Pagius Critica in Annales Baronii ad An. XLIX. num. 4. *Observat, scripturarum quæ aut sacræ sunt, aut tales sunt habitæ a nonnullis, non unam apud sanctos Patres reperiri divisionem. Interdum duplex solummodo sit scriptura: Canonica, cujus dictator Spiritus Sanctus, & Apocrypha, cujus auctor homo solus. Aliquando triplex scriptura perhibetur: Canonica, omnino recipienda; Apocrypha, penitus rejicienda; Et dubia, inter utramque posita; ab aliquibus videlicet admissa, repudiata ab aliis; mixta & media inter genuinam & notham, veræ proximam; cui contradicitur quidem, bonos tamen habetur, ut legatur Catechumenis; quam demum licet non eodem in pretio habeant Catholici ac Canonicam, ut ex ea fidei dogmata confirment, non ideo quemadmodum Apocryphum abominantur, quin immo cum reverentia excipiunt, ac in Ecclesiis ad plebis ædificationem lectitant. Quibus positis evanescit omnis difficultas. Epistola Barnabæ ab Origene lib. 3. de Princip. cap. 2. & quibusdam Ecclesiis canonica reputata fuit; a Clemente Alexandrino interdum canonica, interdum dubia, interdum non canonica, seu apocrypha in bono sensu prima divisionis: ab Eusebio lib. 3. cap. 25. dubia, spuria, citata quidem ab Antiquis, at melioris notæ Apocryphis propinquior: ab Hieronymo in Catal. Script. Eccles. Apocrypha, seu extra Canonem, ad Ecclesiæ ædificationem pertinens: a Nicephoro Constantinopolitano in Canone Scripturarum, non Canonica, non Apocrypha, sed cui contradicitur: a nullo Apocrypha deterioris notæ, noxia scilicet, hæretica, impia; cujus generis videtur fuisse Evangelium inscriptum nomine Barnabæ, de quo Baronius.* Ad eundem fere modum Hieronymum exponit Pearsonius P. II. Vindiciarum Ignatii cap. IV. p. 37. *Barnabæ enim Epistolam fuisse tradit; non ipsi suppositam aut spuriam; ad ædificationem Ecclesiæ pertinuisse asseris; non itaque hæreticam putavit; lectam tamen inter Apocryphas scripturas docet, nec ab Ecclesia repudiatam innuit.* Et paulo post: *Quare ex nuda voce* Apocrypha *nihil aliud recte infertur, ubi de libris Canonicis agitur, quam scriptum aliquod esse a Canone S. Scriptura removendum.* Sed in alia omnia abit Natalis Alexander. Primo enim inter cætera similem Hieronymi locum ex lib. XIII. Commentarii in Ezechielem allegat, ubi *Barnabæ Epistolam inter Apocryphas scripturas haberi dicitur.* Deinde more suo formaliter argumentatur: *Si hæc Epistola es-*



*set*

*ſet Barnabæ, recepta eſſet ab Eccleſia; hac enim conſecutio optima eſt. Unde S. Auguſtinus lib. I. contra adverſarium Legis & Prophetarum cap. 20. ut Apocrypha ſub nominibus Andreæ Ioannisque ſcripta exſibilet atque explodat, hoc argumento utitur: ſi illorum eſſent, recepta eſſent ab Eccleſia. Cum igitur Epiſtola Barnabæ jamdudum inter Apocryphas ſcripturas recenſita ſit, dubium eſſe non debet, quin ſit illegitimus fœtus.* Obiter addo, Auguſtini teſtimonio Natalem addere potuiſſe aliud conforme ipſius Hieronymi ex lib. 2. adverſus Rufinum: *Apocrypha Eccleſia non recipit.* Hoc allegat Valeſius Notis ad Euſebium lib. VI. cap. XIV. ut probet, *magnum eſſe diſcrimen inter Apocryphos libros, & eos, quorum ambigua eſt inter Scriptores auctoritas; nam Apocrypha palam falſi ſunt, & ab hæreticis ut plurimum conficti: libri vero ἀντιλεγόμενοι a quibusdam veri, a quibusdam pro falſis habiti ſunt.* Sed non attendit Valeſius diſcrimen inter Apocrypha melioris & deterioris notæ, quod antea inculcavit Cotelerius, pluribusque explicuit Alexander in tertio argumento: *Apocrypha bifariam ſumuntur, (ut legentibus Romanam ſub Gelaſio Synodum perſpicuum eſt) vel pro ſeudepigraphis, & quorum ſecreti auctores atque incogniti; vel pro iis, quæ notam aliquam merentur erroris aut impietatis, ideoque abſcondi debent & ignorari, nec in publica verſari Eccleſiæ luce, ſicut libri Canonici Scripturarum, vel Tractatus Eccleſiaſtici Sanctorum Patrum, qui ſine offenſo pede decurri queunt. Atqui S. Hieronymus & Euſebius non emendant Epiſtolam Barnabæ ad Apocryphas ſcripturas, quia notam aliquam erroris aut impietatis mereatur: quin imo teſtatur S. Hieronymus, illam ad Eccleſiæ ædificationem pertinere. Ergo cenſent illam Apocryphum eſſe, quod ſit pſeudepigrapha, & S. Barnabæ ſuppoſita. Quod omnino confirmat notio Apocryphorum tradita a S. Hieronymo Epiſtola 7. ad Lætam:* Apocrypha ſciat non eorum eſſe, quorum titulis prænotantur. *Itaque cum S. Hieronymus hanc Epiſtolam compoſitam dicit a S. Barnaba (in Catalogo Script. Eccleſ.) titulum ſpectat Epiſtolæ, non rei veritatem: & ſtatim innuit, illegitimam ſe prolem illam ſuſpicari, quam inter Apocrypha recenſet.* Eligat quisque, quamlibet volet, verborum Hieronymi interpretationem: mihi ultima Alexandri maxime probatur, aliis quippe Hieronymi locis innixa, de quibus, ſi unquam, veriſſimum eſt vulgare dictum, quemlibet verborum ſuorum optimum eſſe interpretem. Et cap. I. ipſius Catalogi de quinque Petri libris, quos nemo pro genuinis hodie agnoſcit, pariter dixerat Hieronymus: eos *inter Apocryphas ſcripturas reputari.* Idem ſenſus ex cap. VII. pluribusque ſequentibus manifeſtiſſime liquet.

## ERNESTI SALOMONIS CYPRIANI.

*Unam epiſtolam compoſuit.* Extat hodie, verum a plerisque Barnabæ eſſe negatur. Quia in MSCC. nunquam ſola occurrit, nunquam aliis operibus adnectitur, ſed ſemper Polycarpi ad Philippenſes Epiſtolæ ſociata invenitur; credidit Stephanus le Moyne exercitatione de Barnaba, prolegomenis variorum ſacrorum inſerta, eam Polycarpo adſcribi debere: quam ſententiam erudite impugnat Guilielmus Caue. Non eſſe Polycarpi, facile perſuadeor; attamen cauſam eſſe oportet, cur in vetuſtioribus codicibus ſemper ad calcem Epiſtolæ Polycarpi appareat, & cum ea tam arcte connectatur, ut Rullæus eam, tanquam fragmentum Epiſtolæ Polycarpi, Florentiæ deſcripſerit ex vetuſto codice Bibliothecæ Laurentianæ, nec denique præferat nomen ſui Autoris.

# CAPUT VII.

LUCAS Medicus u) Antiochenſis, x) ut ejus ſcripta indicant, Græci ſermonis non ignarus y) fuit, ſectator Apoſtoli Pauli, z) & omnis peregrinationis ejus comes. a) Scripſit Evangelium, de quo idem Paulus: *Miſi-*

Λουκᾶς ἰατρὸς Ἀντιοχεὺς, καθὼς τὰ συγγράμματα αὐτοῦ δηλοῖ, & ἑλληνικῆς οὐκ ἄπειρος, ὠπαδὸς τῆς Παύλου ἀποστολῆς, καὶ πάσης αὐτῷ τῆς ἀλλοδαπῆς ἀκολουθήσας, συνέταξεν Εὐαγγέλιον, περὶ οὗ αὐτὸς Παῦλός φησιν, ἀπεστείλαμεν μετ'

u) Coloſſ. IV. 14. Paulinus Natali IX. Felicis: *Hic Medicus Lucas, prius arte deinde loquela, hic Medicus Lucas.* Hieronymus in Eſaiæ VI. *Evangeliſtam Lucam tradunt veteris Eccleſiæ tractatores, medicinæ artem fuiſſe ſcientiſſimum.* Non ſatis magnas cauſas habent qui Lucam Medicum ab Evangeliſta diſtinguunt viri docti.

x) Euſeb. III. 4. Λουκᾶς τὸ μὲν γένος ὢν τῶν ἀπ' Ἀντιοχείας, τὴν ἡ θεσπέσιον ἰατρός.

y) Non ignarus, id eſt callentiſſimus. Hieron. in VI. Eſaiæ: *Lucam tradunt veteres Eccleſiæ tractatores — magis Græcas litteras ſciſſe quam Hebræas, unde & ſermo ejus tam in Evangelio quam in Actibus Apoſtolorum, id eſt, in utroque volumine comptior eſt, & ſæcularem redolet eloquentiam, magisque teſtimoniis Græcis* (verſione LXX. interpretum) *utitur quam Hebraicis.* Idem Epiſt. 145. ad Damaſum *inter omnes Evangeliſtas Græci ſermonis eruditiſſimum* agnoſcit Lucam.

z) Euſebius III. 4. de Luca: τὰ πλεῖστα συγγενόμενος τῷ Παύλῳ, καὶ τοῖς λοιποῖς ὡς τὰ πολλὰ τῶν Ἀποστόλων ὡμίληκώς. Euthalius p. 421. συναποδήμει δὲ τοῖς πλείοις Ἀποστόλοις καὶ μάλιστα τῷ Παύλῳ, καὶ εἰδώς ἀκριβῶς γράφει.

a) Actor. XVI. 10. 11. 12. 13. XX. 6. 13. 14. 15. XXVII. 27.

Digitized by Google

sius, b) inquit, *cum illo fratrem, cujus laus est in Evangelio per omnes Ecclesias.* Et ad Colossenses: c) *Salutat vos Lucas Medicus carissimus.* Et ad Timotheum d): *Lucas est mecum solus.* Aliud quoque edidit volumen egregium, quod titulo Apostolicarum praxeon e) prænotatur: cujus historia usque ad biennium f) Romæ commorantis Pauli pervenit, id est, usque ad quartum Neronis annum. g) Ex quo intelligimus, in eadem urbe h) librum esse compositum. Igitur περίοδος Pauli & Theclæ, i) & totam baptizati Leonis fabulam inter Apocryphas scripturas computamus. Quale enim est, ut individuus comes Apostoli, inter cæteras ejus res hoc solum ignoraverit? Sed & Tertullianus, k) vicinus eorum temporum, refert presbyterum quemdam in Asia, πατδασὴν Apostoli Pauli, l) convictum apud Joannem, m) quod auctor esset libri, & confessum se hoc Pauli amore feciſſe, & ob id de loco excidisse. n) Quidam suspicantur, quotiescunque in Epistolis suis Paulus dicit: *juxta Evangelium meum*, o) de Lucæ significare volumine: & Lucam non solum ab Apostolo Paulo p) didicisse Evangelium, qui cum Domino in carne non fuerat, sed &

σι σὺν αὐτῷ τὸν ἀδελφὸν, οὗ ὁ ἔπαινος ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ διὰ πασῶν τῶν ἐκκλησιῶν. Καὶ πρὸς τοὺς Κολοσσαεῖς, ἀσπάζεται ὑμᾶς Λουκᾶς ὁ ἰατρὸς ὁ ἀγαπητός. Καὶ πρὸς Τιμόθεον, Λουκᾶς ἐστι μετ' ἐμοῦ μόνος. Καὶ ὅπερ ἦν ἐξόδιον πάντων ἐξαίρετον, ὑπογραφὴν πράξεις Ἀποστόλων, ἃς ἡ ἱστορία ἕως διετίας διάγοντος ἐν τῇ Ῥώμῃ Παύλου ἐκτείνει, τυγχάνων τῶν ἐπὶ τοῦ Νέρωνος ἐτῶν. Ἀφ' ὧν σημειούμεθα, ἐν τῇ αὐτῇ πόλει τὴν βίβλον συντετάχθαι. Ἡ μὲν περίοδος Παύλου καὶ Θέκλας καὶ πᾶς ὁ μῦθος ὡσανεὶ λέοντος βαπτισθέντος, εἰς τὰς ἀποκρύφους γραφὰς ψηφισθήσεται. Οὐδὲ γὰρ ἐπιχωρεῖ τὸν ἀκόλουθον τοῦ Ἀποστόλου μεταξὺ τῶν λοιπῶν αὐτοῦ πράξεων τοῦτο ἠγνοηκέναι. Ἀλλὰ καὶ Τερτυλλιανὸς ἐκείνων τῶν χρόνων ἀναφέρει πρεσβύτερόν τινα ἐν τῇ Ἀσίᾳ, πατδασὴν Παύλου Ἀποστόλου ἐλεγχθέντα ὑπὸ Ἰωάννου ὅτι παρ' αὐτοῦ συντεταγέναι βίβλον, ὁμολογηκέναι φίλτρῳ κατηχούμενον Παύλου τοῦτο πεποιηκέναι, διὸ καὶ ἐκβεβλῆσθαι τοῦτόν τινες ὑπολαμβάνουσιν. Ὁσάκις γὰρ Παῦλος ἐν ταῖς ἰδίαις Ἐπιστολαῖς λέγει, κατὰ τὸ Εὐαγγέλιόν μου, δῆλον ὡς πρὸς τὴν πίστιν οὗ κατὰ Λουκᾶν σημαίνει, καὶ Λουκᾶν οὐ μόνον ἔσχε τὸν Ἀποστόλου Παύλου μεμαθηκέναι τὸ Εὐαγγέλιον, ἀλλὰ μὴ οὗ Κύριος πεπλήρωκεν ἐν τῷ σώματι



b) 2. Cor. VIII. 18. quem locum de Luca intellexere etiam interpolator Epistolæ Ignatii ad Ephes. nec non Origenes apud Eusebium VI. 25. Ambrosius, multique alii. Alii de *Barnaba*, ut Chrysostomus alicubi, & Theodoritus, sunt quibus *Apollo* videtur notari: alii denique ut Guil. Estius de *Sila* accipiunt. Videtur autem Hieronymus verba Pauli οὗ τὸ ἔπαινος ἐν Εὐαγγελίῳ ita intellexisse, *qui propter Evangelium quod scripsit*, ab omnibus Ecclesiis celebratur.

c) Coloss. IV. 14. d) 2. Timoth. IV. 11.

e) Ita legunt MSS. Codices antiquissimi & melioris notæ, teste Marcianæo. Vaticani hæc retinent: *Apostolorum praxes* 384. *titulo Apostolicarum praxes* 349. *Apostolicarum actionum praxim* 344. S. Cygiranni exemplar MS. *titulo Apostolicarum actionum praxeon prænotatur*. Erasmus, Marianus Victorinus, Suffridus Petri, Miræus, Jo. a Fuchte, πράξεις Ἀποστόλων.

f) Actor. XXVIII. 30. g) Post passionem Domini annum vigesimum septimum, a nato Christo LVIII. Confer supra, cap. 5. In Sigebergensi codice lectum reperit Suffridus Petri *usque ad quartum decimum Neronis annum*, perperam omnino.

h) Romæ, ubi versatum cum Paulo captivo Lucam recte observat etiam Euthalius pag. 531. ex 2. Timoth. IV. 11. Ideo tamen Evangelium & Acta scripsisse Lucam Romæ, non æque exploratum. Atque ex Syrorum traditione Lucas Alexandriæ, non Romæ scripsit. Et Theophilum quem Lucas alloquitur, inter primos credentium & nobilissimos Alexandriæ fuisse scribit Bar Bahlul auctor Syrus Lexici apud Edmundum Castellum. Arabs interpres Lucam *in Civitate Macedonica* scripsisse testatur, qua ipsa Alexandriam a Macedonum Rege inclyto conditam nomenque ducentem intelligi, pulchre V. C. Jacobo Hasæo observatum.

i) Vir doctissimus Jo. Ernestus Grabe qui primus periodos sive Acta Pauli & Theclæ Græce & Latine edidit parum vel nihil diversa, ut putat, ab illis quæ olim legerunt Tertullianus, Nazianzenus, Ambrosius, aliique Vereres quamplurimi, & ex quibus interpolavere suas de Thecla narrationes Basilius Seleuciensis & Simeon Metaphrastus: Tom. I. spicilegii Patrum pag. 92. observans in illis nihil legi de baptizato leone, putat vel Hieronymum, Acta ipsa omnino non inspexisse, & ex falsa aliorum relatione fabulam baptizati leonis accepisse, aut in exemplar aliquod actorum sive nugatoris cujusdam fraude, sive incuria scribæ depravatum incidisse. Sed fieri potest ut fabulam illam ipse confinxerit Hieronymus ex verbis Actorum Theclæ obiter inspectis. Nam pag. 110. leænæ in Theclam incurrentis & pag. 111. seq. baptismi Theclæ mentio.

k) Tertullianus lib. de baptismo cap. 17. *Quod si, qui Pauli perperam scripta legunt, exemplum Theclæ ad licentiam mulierum docendi tingendique defendunt, sciant in Asia presbyterum, qui eam scripturam construxit, quasi titulo Pauli de suo cumulans, convictum atque confessum id se amore Pauli fecisse, loco decessisse.*

l) In Breviario Romano XVIII. Octobr. ubi hoc Hieronymi de S. Luca caput occurrit, vocabulum πατδασὴν non male redditum legas *amatorem Apostoli Pauli*.

m) Sic Codices Sangermannensis & Cluniacensis teste Marcianæo, nec non Ambrosianæ Bibliothecæ unus num. 281. Et alii passim, etiam quos inspexit Suffridus Petri, licet Victorinus legit: *a Johanne convictum*.

n) Marcianæus Codices quosdam secutus non habet voculas *& ob id de* sed tantum, *loco excidisse*, quod Tertulliani etiam quæ supra posui verbis confirmatur. Tamen hanc quoque quam posui lectionem Codices multi & Græcus interpres defendunt.

o) Rom. XVI. 25. & 2. Tim. II. 8. Eusebius III. 4. Φασὶ γοῦν ἀεί ποτε ἄρα τοῦ κυρίου Λουκᾶν Εὐαγγελίου μνημονεύειν ὁ Παῦλος ἔωθεν, ὁσάκις ἂν περὶ ἰδίου τινὸς Εὐαγγελίου γράφειν λέγει, κατὰ τὸ Εὐαγγέλιόν μου.

p) Non solum a Paulo, ut tradit Irenæus III, 1. apud Euseb. V. 8.

a cæteris Apoſtoliis. q) Quod ipſe quoque in principio ſui voluminis declarat, dicens: r) *Sicut tradiderunt nobis, qui a principio ipſi viderunt, & miniſtri fuerunt ſermonis.* Igitur Evangelium ſicut audierat, ſcripſit. Acta vero Apoſtolorum ſicut viderat s) compoſuit. t) Sepultus eſt Conſtantinopoli: ad quam urbem, vigeſimo Conſtantii anno, u) oſſa ejus, cum reliquiis Andreæ Apoſtoli, tranſlata ſunt.

μὴ ἡρμήνευε, ἀλλὰ καὶ αὐτὸς ἐν τῇ ἀρχῇ τοῦ ἰδίου συντάγματος φησὶν ὡς παρέδοσαν ἡμῖν οἱ ἀφ' ἀρχῆς αὐτόπται. Τοιγαροῦν τὸ Εὐαγγέλιον καθὼς ἀκηκόει ἔγραψε, τὰς δὲ πράξεις τῶν Ἀποστόλων, καθὰ ἱστόρησεν αὐτὸς καὶ συνέπιξεν. Ηὐξήθη τὸ λείψανα αὐτοῦ καὶ ἀνετέθη ἐν Κωνσταντινουπόλει, εἰς ἣν πόλιν τῷ εἰκοστῷ Κωνσταντίου ἐνιαυτῷ τὸ τούτου σῶμα μετὰ τῶν λοιπῶν ψάλλων Ἀνδρέου τοῦ Ἀποστόλου μετηνέχθη.

q) Idem Euſebius III. 24. de Luca: ἐκ τῆς ἅμα Παύλῳ συνουσίας τε καὶ διατριβῆς καὶ τῆς τῶν λοιπῶν Ἀποστόλων ὁμιλίας ὠφεληκώς. Ἃ δὲ ἰδίᾳ παρέδοσαν Εὐαγγελίῳ.

r) Luc. I. 2. s) Euſebius III. 4. Τὰς τῶν Ἀποστόλων πράξεις (ὁ Λουκᾶς) καθ' ὅσον δι' ἀκοῆς, ὀφθαλμοῖς δὲ αὐτοῖς οὐκ ἐθεάσατο συνετάξατο.

t) Hoc loco in editionibus plerisque addita ſunt verba: *Vixit octoginta & quatuor annos, uxorem non habens.* Sed illa Eraſmus, Martinus Lipſius & Suffridus Petri in exemplaribus ſuis MSS. non invenerunt, & Græcus interpres ignorat, & Marcianæus, *nullum*, inquit, *exſtat veſtigium horum verborum in manuſcriptis Codicibus, neque ne-ui unde putido hæc commenta fluxerint.*

u) A. C 357. Vide Philoſtorgium lib. 3. cap. 2. qui etiam ex Achaja translatas S. S. Andreæ & Lucæ reliquias teſtatur, licet verba *de Achaja* quibus caput hoc in plerisque Hieronymi editionibus clauditur, & Græcus interpres & Codices MSS. optimæ notæ ignorent. Hieron. in Chron. ad A. 20. Conſtantii: *Conſtantio Romam ingreſſo, oſſa Andreæ Apoſtoli & Lucæ Evangeliſtæ a Conſtantinopolitanis miro favore ſuſceptæ.* Idacius in Faſtis Conſtantio IX. & Juliano Cæſ. II. CoSS. *His Conſulibus introvexerunt Conſtantinopolim reliquias SS. Apoſtolorum Andreæ & Lucæ die V. Non. Mart.* Adde Jac. Godofredum ad Philoſtorgium pag. 100.

## ERASMI SCHOLIA.

*Apoſtolicarum Actionum.*) In nonnullis Exemplaribus habebatur, Apoſtolicarum praxeon, id eſt, actuum ſive actionum.

*Igitur viſionem Pauli.*) In nonnullis codicibus Græcæ voci ſpatium erat relictum τὸ ὅραμα. At Sophronius periodi meminit, non viſionis. Periodus autem Latinis circuitum ſonat.

*Id eſt, amatorem Pauli.*) φιλοπαύλου Apoſtoli Pauli, id eſt, ſtudioſum Apoſtoli Pauli.

*Pauli amore feciſſe.*) Locum hunc partim ex emendatioribus libris, partim ex Græcis reſtituimus in hunc modum: Et confeſſum ſe hoc Pauli amore feciſſe, & ob hoc, loco excidiſſe quidam ſuſpicantur. Huc enim refert verbum hoc Sophronius, non ad ſequentia.

*Qui a principio ipſi viderunt.*) Hinc liquet Lucam audita referre magis quam viſa.

*Vixit octoginta quatuor annos, uxorem habens*, ſive *non habens.*) Hæc verba videntur adjecta, quandoquidem nec adduntur apud Sophronium, nec in Exemplaribus emendatioribus.

## MARIANI VICTORINI NOTÆ.

Περιόδους. Apocryphas hoſeſſe, meminit etiam libro primo contra Jovinianum, ſignificat autem, itinera, ac circuitus.

*Convictum a Joanne.* Ita legunt codices manuſcripti emendatiores. Tranſalpini tamen correctiores habebant, *Convictum apud Joannem.* Sophronius vertit, ἐπὶ Ἰωάννου.

*Et ob id loco excidiſſe.* *Loco*, olim deerat.

*Vixit octoginta & quatuor annos, uxorem non habens.* Hæc verba neque in antiquis manuſcriptis Exemplaribus, neque apud Sophronium invenimus: reliquimus tamen ut erant antea.

*Viceſimo Conſtantini anno.* *Conſtantini*, habet tam Sophronius, quam antiqui codices: cum tamen antea, *Conſtantii* legeretur.

## HENRICI GRAVII NOTÆ.

*Lucas Medicus.*) Lege Hieron. in Philemonem.

*Græci ſermonis non ignarus fuit.*) Vide Hieron. infra ad Damaſum de Oſanna, & in quæſt. Hebraicis. Item in 6. & 28. c. Eſa. Lege etiam Euſeb. lib. 3. c. 4.

*Scripſit Evangelium.*) Apud Euſeb. lib. 3. c. 24.

*Quod titulo πράξεις ἀποστόλων prænotatur.*) Alias: ἀποστολικῶν πράξεων.

*Igitur περιόδους Pauli & Theclæ.*) ESophronio malo legere περίοδον. Latini habent *viſionem.*

*Sed & Tertullianus vicinus eorum temporum refert presbyterum quendam in Aſia.*) Tertullianus in lib. de Baptiſmo: *Quod ſi, quæ Paulo perperam ſcripta ſunt, ſcriptum Theclæ ad licentiam mulierum docendi tingendique defendunt, ſciant in Aſia presbyterum, qui eam ſcripturam conſtruxit, quaſi titulo Pauli de ſuo cumulans, convictum atque confeſſum, id ſe amore Pauli feciſſe, loco deceſſiſſe.*

Ad

*Ad quam urbem 20 Constantii anno ossa ejus cum reliquiis Andreæ Apostoli translata sunt de Achaia.*) Vide Hieronymum in Epist. *Multa contra Vigilantium*: & in Chronicis Eusebii.

## WILH. ERNESTI TENTZELII.

Silentium Hieronymi de Luca pictore satis redarguit fabulas recentiorum Græcorum & Latinorum, de imaginibus Christi, Mariæque a Luca depictis. Librum Actuum Apostolicorum Romæ scriptum indigitans Hieronymus, bene feciſſet adiiciendo, ubi Evangelium scripserit Lucas. In eo enim non conveniunt vel Codices, vel Interpretes. Nonnulli *Alexandriam Magnam* cum Syro & Persa habent, per quam Troadem, ubi Lucas cum Paulo aliquantisper hæsit, testibus Actibus Apostolicis cap. XVI. intelligendam suadet Samuel Petitus lib. 1. Variarum Lectionum cap. XII. adstipulante Ezech. Spanhemio Differt. IX. de Præstantia & usu Numismatum pag. 776. ex numis, COL. AUG. TRO. ALEXA. id est, *Coloniam Augustam Troadem Alexandriam* præferentibus: sed dissentiente Hackspanio in Observationibus Arabico-Syriacis pag. 181. non solum quia *Arabs in Macedonia Lucam Evangelium scripsisse adstruit*, verum etiam, quia *frustra sint, qui idioma, locum, annum immote e paraphrasibus colligunt, quibus Evangelica historia conscripta a singulis sive Evangelistis, sive paraphrastis.* Quia autem Paulus cum Luca Troade in Macedoniam transiit, & hic Evangelium Troade coeptum in Macedonia absolvere potuit, non tantus inter Arabem & reliquos est dissensus, quantus cum Peirescii Codice apud Gassendum lib. V. Vitæ ejus pag. 312. intercedit, ubi Lucas Antiochiæ Evangelium scripsisse dicitur. Nam ex calculis Pearsonii in Annalibus Paulinis pag. 20. Lucas ab *anno 43. per octennium discipulus fuerat Antiochiæ, antea etiam ibi Paulo adhærens, & An. 51. Troade eum assequutus.* Cui favet, quod plerique volunt, anno XV. post Christi Ascensionem scriptum a Luca Evangelium, qui congruit Anno Æræ vulgaris XLVIII. quo Antiochiæ cum ipso Paulo adhuc morabatur Lucas, ut ex iisdem Pearsonii Annalibus liquet. Forte hæc, si licet, ita conciliantur, ut dicatur Lucas Evangelium suum Antiochiæ cœpisse, Troade conciliasse, & in Macedonia tandem absolvisse. Utcunque sit, sequentia Hieronymi de Periodis Pauli & Theclæ verba non satis consideraſſe videtur Cavius, quando P. 1. pag. 15. ea contrahens addit: *Utrum vero sub Lucæ nomine conscriptæ essent hæ periodi, disertim non dicit.* Neque enim hoc dicere voluit Hieronymus, sed saltem illas periodos ex Lucæ silentio in Actibus Apostolicis redarguere: *Quale enim est, ut individuus comes Apostoli, inter cæteras ejus res hoc solum ignoraverit?* Neque dicere potuit, cum Tertullianus ab ipso allegatus diserte testetur, presbyterum suppositorem sub ipsius Pauli, non Lucæ, nomine eas confixisse, lib. de Baptismo cap. XVII. *Quod si quæ Pauio perperam adscripta sunt, ac licentiam mutierum docendi tingendique defendunt; sciant in Asia Presbyterum, qui eam Scripturam construxit, quasi titulo Pauli de suo cumulans, convictum atque confessum id se amore Pauli fecisse, loco decessisse.* Denique translationem ossium Lucæ Constantinopolim non sub Constantino, sed sub Constantio factam esse, Scriptores coævi communi consensu affirmant, collecti a Jacobo Gothofredo Differt. in Philostorgii lib. III. cap. II. meliores-que Hieronymi Codices, quos merito sequitur Miræus in nostra editione, consentiunt, ut frustra pro Constantino laboret Heribertus Rosvveidus Notis in Paulini Opera pag. 863. 964. Translationem vero non ad vicennalia Constantii, sed ad sequentem annum, quo Imperator septima quinquennalia Imperii Cæsarei celebraverit, referre mavult Pagius in Dissertatione Hypatica pag. 257. quod aliis inquirendum relinquimus.

## ERNESTI SALOMONIS CYPRIANI Annotationes.

*Medicus Antiochensis.* Hieronymus in VII. Esaiæ: *Evangelistam Lucam tradunt veteres Ecclesiæ tractatores medicinæ artis fuisse peritissimum.* Eusebius capite IV. Libri III. historiæ: *Lucas arte medicus.* Ita veteres propemodum omnes. Sed ὁ πάνυ, Georgius Callixtus, *Concord. Evang. p. m. 3.* non sine ratione hanc sententiam satis vulgatam, nec tamen satis ratam vocat.

*Περίοδοι Pauli & Theclæ.* Cum Paulus Iconii Evangelium prædicaret, inter promiscuam multitudinem Thecla virgo ad Christum conversa perhibetur, accusataque ob hanc rem non modo bestiarum laniatus, sed & ignem illæsa evasisse. Hæc & ejus generis alia presbyter quidam in Asia, superstite Joanne Apostolo literarum monumentis consignavit, libelloque Pauli nomine edito hunc titulum præfixit: *Pauli & Theclæ.* Hic est ille liber, quem hoc loco rejicit Hieronymus, & de quo, quum hodie non extet, affirmare nolim, omnia in illo contenta fuisse, quæ deinceps de Thecla commemorari consueverunt; imo nec certum esse arbitror, Theclæ certamina & varia, quæ evasisse creditur pericula, in eo presbyterum commemorasse. Illud vero certum est, librum de Theclæ memoriæ prodidisse, eam Pauli indultu publice docuisse Christianos, atque baptismi administrasse sacramentum: quod docemur verbis Tertulliani, ad quæ hoc capite digitum intendit Hieronymus. Extant capite XVII. de baptismo, & ita sonant: *Quod si quæ Pauli perperam scripta tegunt, exemplum Theclæ ad licentiam mulierum docendi tingendique defendunt: sciant*

*Jciant in Asia Presbyterum, qui eam scripturam construxit, quasi titulo Pauli de suo cumulans, convictum atque confessum, id se amore Pauli fecisse, loco decessisse.* Scilicet Paulus prædicandi Evangelii jus Theclæ concessisse Tertulliani ævo nonnullis credebatur, extantque Pauli in hanc rem, si Diis placet, verba hodienum libro I. de vita Theclæ, qui sub Basilii Seleuciensis nomine lectitatur. Etsi vero tam Tertullianus, quam Hieronymus periodos Theclæ explodant, suppositumque fœtum esse contendant, nolim tamen quenquam hinc colligere, Hieronymum & ipsum Theclæ martyrium atque pericula credidisse conficta. Ejus enim omnes fere Patres meminerunt, hi quoque, quos ante Hieronymum floruisse constat: quorum verba Jacobus Pamelius *in l. c. Tertulliani.* & Conradus Hornejus *hist. eccles. L. 1. c. 9.* studiose referunt. Illis addo, quod ascetæ olim religionis causa frequenter Seleuciam Isauriæ ingressi sint, locum sanctum, a Thecla olim inhabitatum, ut ex vitis Patrum, ab Heriberto Rosweido editis, & quidem ex libri IX. capite XXIX. & libri X. capite CLXXX. discimus. Imo de periculis Theclæ adeo non fuit dubitationi locus, ut Cyprianus aliquoties se a Deo liberatum cupiat, ut liberata est Thecla: quem orandi morem servarunt deinceps Christiani. Joannes Moschus capite XX. prati refert has Christiani mihtis preces: *Domine Deus, qui apparuisti ancillæ tuæ Theclæ, & eripuisti eam de iniquorum manibus, libera & me de hac necessitate.* Hinc & Zeno Imperator Theclæ, inter mulieres protomartyri, Basilicas dedicavit, notante Evagrio libri III. capite VIII. Uti vero martyrium non potest in dubium vocari; ita ea ratione, qua pontificii quidam scriptores volunt, fuisse comparatum, merito inficiamur. Nam libri duo Basilii, Seleuciæ in Isauria Episcopi, de vita & miraculis Theclæ, virginis martyris Iconiensis, quos Petrus Pantinus, decanus Bruxellensis Antwerpiæ anno MDCIX. juxta cum Simeonis metaphrastæ Logothetæ de eadem martyre libro edidit, non sunt illius Basilii, qui, consentiente Pantino, circa annum CDL. floruit. Equidem Photius *Biblioth. c. 168.* narrat, Basilium Seleuciensem scripsisse de rebus protomartyris Theclæ; sed diserte addit: *μέτροις carmine.* At libri, quos Pantinus sub illius Basilii nomine vendidit, non sunt metro conscripti, fateturque ipsemet Pantinus voculam, *μέτροις*, nonnihil nubeculæ offundere. Ast parum erat critico commutare ex ingenio voces. *Cæterum*, inquit, *In notis ad L. 1. de vita Thecla p. 223. quod nusquam legerim Basilium versu Theclæ nostræ vitam celebrasse, facile inducor, ut existimem, μετρίως reponendum.* Ego vero non facile inducor, ut ita existimem, sed vocem, *μέτροις*, in Photii textu retinendam arbitror, quod nemo ne per somnium quidem de interpolando illo loco cogitarit, codicibus etiam undiquaque conquisitis. Itaque recte colligitur, libros a Pantino vulgatos non esse illius Basilii, propter fabulas & mendacia, quibus scatent, sancti viri ævo prorsus indigna. Cumque Pantini Basilius fateatur, se libros suos ex alia eaque vetustiori historia hausisse, & de novo quædam addidisse; crediderim Basilii Seleuciensis de Thecla commentationem a bono quodam, qui Historico scribendi genere uteretur, auctos atque interpolatos esse, cui & Basilii nomen, & Seleucia patria esse potuit: nisi libris suis Basilii Seleuciensis nomen præscripsit, quod argumentum eorum magnam partem desumtum esset ex illo Basilii libro. Nam in librorum a Pantino editorum inscriptione dicuntur *συγγραφικῷ χαρακτῆρι* conscripti, quod utique additum videtur propter eandem Theclæ historiam, antea *ποιητικῷ χαρακτῆρι* contextam.

*Convictus apud Joannem.* Victorius; *a Joanne.* Voces, apud Joannem, hodie non extant in laudato Tertulliani loco, unde Hieronymum Græco Tertulliani codice usum opinor, in quo illa vocabula addita fuisse oportet. Id liquet ex libri, hoc ab Hieronymo explosi, titulo Græco, & voce, *αὐτοδασής*, quorum nihil est in latino Tetulliani textu. Tertullianum vero Græco idiomate commentatum esse de Baptismo, & quidem antequam Latinum ejusdem Argumenti librum ederet, ipse testatur de Baptismo capite XV.

*Constantii.* Hic locus multum mihi negotii facessit. Nam Hieronymus sub initium libri adversus Vigilantium hæc ad Constantinum refert. *Sacrilegus fuit Constantinus imperator*, inquit, *qui sanctas reliquias Andreæ, Luca & Timothei transtulit Constantinopolim?* Ita habent omnes codices, unde & Victorius hoc loco Constantinum reposuit. Nec videtur Constantius vicesimo imperii sui anno, quo vivendi finem fecit, multum sollicitus fuisse de reliquiis, quod bellum Persicum vix permitteret de his minutiis cogitare. Sed quia Erasmus & Gravius ex antiquis codicibus Constantium ponunt; nihil mutandum existimavi. Accedit Photius ex Philostorgio: *Reliquias Andreæ Apostoli Constantium transtulisse scribit in ecclesiam, quæ Apostolorum vocatur. Lucam præterea Evangelistam ex eadem Achaia ab eo translatum esse in supra dictam ecclesiam.* Ipse Hieronymus in Chronico hæc ad Constantium refert, atque translationem anno CCCLII contigisse scribit, quo anno Constantius Cæsarei imperii septima quinquennalia * edidit, ut notat Antonius Pagi *Diss. hypat. p. 120.* Solebant enim reliquiarum translationes olim in decennalibus atque id genus festis peragi.

* Constantius, Cæsar a Patre Constantino creatus A. C. 323.

CAP.

# CAPUT VIII.

MARCUS, discipulus & interpresPetri, u) juxta quod Petrum referentem audierat, rogatus Romæ a fratribus, x) breve scripsit Evangelium: Quod cum Petrus audisset, probavit, & Ecclesiis legendum sua auctoritate edidit, y) sicut Clemens in sexto ὑποτυπώσεων libro scribit, & Papias, Hierapolitanus Episcopus. z) Meminit hujus Marci & Petrus in Epistola prima, sub nomine Babylonis figuraliter Romam significans: a) *Salutat vos, quæ in Babylone est coëlecta, & Marcus filius meus.* Assumpto itaque Evangelio, quod ipse confecerat, perrexit ad Ægyptum, b) & primus Alexandriæ Christum annuntians, constituit Ecclesiam: tanta doctrina, c) & vitæ continentia, ut omnes sectatores Christi ad exemplum sui cogeret. Denique Philo disertissimus Judæorum, d) videns Alexandriæ primam Ecclesiam adhuc judaizantem, quasi in laudem gentis suæ, librum super eorum e) conversatione scripsit. Et quomodo Lucas f) narrat Hierosolymæ credentes omnia habuisse commu-

Μάρκος μαθητὴς καὶ ἑρμηνευτὴς Πέτρου, καθὼς ἔ Πέτρου ἐξηγουμένου ἀκήκοε, παρακληθεὶς ἐν τῇ Ῥώμῃ ὑπὸ τῶν ἀδελφῶν, βραχὺ συνέταξεν Εὐαγγέλιον, ὅπερ συνταχὸν Πέτρος ἐδοκίμασε, καὶ τῇ Ἐκκλησίᾳ ἀναγινωσκόμενον αὐθεντίσας ἐξέδωκε, καθὰ συνεγράψατο Κλήμης ἐν τῷ ἕκτῳ τῶν ὑποτυπώσεων λόγῳ, καὶ Παπίας Ἱεραπολίτης Ἐπίσκοπος. Μέμνηται τούτου τοῦ Μάρκου καὶ Πέτρος ἐν τῇ πρώτῃ Ἐπιστολῇ, ἐν ὀνόματι Βαβυλῶνος αἰνικτῶς Ῥώμην σημαίνων. Ἀσπάζεται ὑμᾶς, φησὶν, ἡ ἐν Βαβυλῶνι συνεκλεκτὴ, καὶ Μάρκος ὁ ὑιός μου. Παραλαβὼν τοίνυν τὸ Εὐαγγέλιον, ὅπερ αὐτὸς συνέταξε, κατέλαβεν τὴν Αἴγυπτον, καὶ πρῶτος ἐν Ἀλεξανδρείᾳ Ἰησοῦ Χριστοῦ κηρύξας, κατῴκησε ἐκκλησίαν, τοσαύτῃ παιδεύσει καὶ βίου καθαρείᾳ διάπρεψεν, ὡς τὸ πάντας τοὺς ἀκολουθοῦντας τῷ Χριστῷ εὐσεβείᾳ τῇ τότε διαγωγῇ. Ὅθεν καὶ Φίλων ὁ τῶν Ἰουδαίων ἐλλογιμώτατος, ὁρῶν ἐν Ἀλεξανδρείᾳ πρώτην ἐκκλησίαν ἐπὶ Ἰουδαΐζουσαν, οὐκ ἐπαινεῖν τῇ ἰδίᾳ ἔθνους βίβλον περὶ τῆς τότων διαγωγῆς συνεγράψατο. Καὶ ὥσπερ Λουκᾶς διηγεῖται τοὺς ἐν



u) Irenæus apud Euseb. V. 8. Μάρκος ὁ μαθητὴς καὶ ἑρμηνευτὴς Πέτρου καὶ αὐτὸς τὰ ὑπὸ Πέτρου κηρυσσόμενα ἐγγράφως ἡμῖν παραδέδωκε. Marcum Petri ἑρμηνευτὴν vocat etiam Papias apud Eusebium III. ult.

x) Eusebius II. 15. Μάρκον μὲν τὸ Εὐαγγέλιον φέρεται, ἀκόλουθον ὄντα Πέτρου λιταρῆσαι (τοὺς Ῥωμαίους) ὡς ἂν καὶ ἀπὸ γραφῆς ὑπόμνημα τῆς ἀπὸ λόγου παραδοθείσης αὐτοῖς κατα-λείψοι διδασκαλίας.

y) Euseb. ibid. Γνόντα δ' τὸ πραχθὲν φασι τὸν Ἀποστόλου ἀποκαλύψαντος αὐτῷ τῷ Πνεύματος, ἡδῆναι τῇ τῶν ἀνδρῶν προθυμίᾳ, κυρῶσαι τε τὴν γραφὴν εἰς ἐπιταξιν τῆς ἐκκλησίας. Alii Codices habent & *Ecclesiæ legendum sua auctoritate dedit.*

z) Hoc loco ponenda σιγμὴ, non post verba, *hujus Marci*, ut perspicuum vel ex his Eusebii loco jam laudato: Κλήμης ἐν ἕκτῳ τῶν ὑποτυπώσεων παραθέσθαι τὴν ἱστορίαν. Συνεπιμαρτυρεῖ δ' αὐτῷ καὶ ὁ Ἱεραπολίτης Ἐπίσκοπος ὀνόματι Παπίας. Τοῦ δὲ Μάρκου μεμνῆσθαι τὸν Πέτρον ἐν τῇ προτέρᾳ Ἐπιστολῇ, ἣν καὶ συντάξαι φασὶν ἐν αὐτῇ Ῥώμῃ, σημαίνειν τε τὴν αὐτὸν, τὴν πόλιν τροπικώτερον Βαβυλῶνα προσειπόντα, διὰ τούτων· ἀσπάζεται ὑμᾶς ἡ ἐν Βαβυλῶνι συνεκλεκτὴ καὶ Μάρκος ὁ ὑός μου.

a) 1. Petr. V. 13. quo in loco per Babylonem Roma intelligitur non ab Eusebio & Hieronymo tantum, sed & a plurimis aliis veterum, quibus Valesius ad Eusebium p. 33. Tillemontius Tom. I. memor. p. 549. seq. Grotius Tom. III. Opp. Theol. p. 488. assentiuntur. Pro *coëlecta*, συνεκλεκτὴ, vitiose codices quidam *collecta*: alii *cumelecta*, ut in Græco σὺν τῇ ἐκλελεγμένῃ.

b) Eusebius II. 16. Τοῦτον δὴ Μάρκον πρῶτον φασὶν ὑπὲρ τῆς Αἰγύπτου στειλάμενον τὸ Εὐαγγέλιον ᾧ δὴ καὶ συνεγράψατο κηρύξαι, ἐκκλησίας τε πρῶτον ἐν αὐτῇ Ἀλεξανδρείᾳ συστήσασθαι.

c) Ita recte codices præstantissimi pro *tanta doctrina*. Voluit enim Hieronymus exprimere quod apud Eusebium est ἀσκήσεως φιλοσοφωτάτης τε καὶ σφοδροτάτης. Infra cap. 11. de iisdem Therapeutis Alexandrinis: *Orationi vacetur & Psalmis, doctrinæ quoque & continentiæ, quales & Lucas refert primum Hierosolymæ fuisse credentes.*

d) Augustinus contra Faustum Manichæum XII. 39. *Philo vir liberaliter eruditissimus, unus illorum, cujus eloquium Græci Platoni æquare non dubitant.*

e) Respicit librum Philonis περὶ βίου θεωρητικοῦ ἢ περὶ ἱκετῶν, quo non Christianos sed Μωυσέως γνωρίμους, ut ipse testatur, descripsit: licet cum Eusebio II. 16. quem Hieronymus secutus est, multi veteres ac recentes idem senserunt, & liber ille in MSto Codice Cæsareo apud Lambecium lib. 3. p. 169. inscribitur Φίλωνος περὶ τῶν ἐπὶ πέτρας πεπιστευκότων ὀν Αἰγύπτῳ Χριστιανῶν ἅμα καὶ μοναχῶν. Vide si placet quæ dicentur infra ad caput XI. *Conversationem* ponit Hieronymus pro universo vitæ instituto ut cap. V.

f) Actor. II. 44.

nia, ſic & ille g) quod Alexandriæ ſub Marco fieri Doctore cernebat, memoriæ tradidit. Mortuus eſt autem octavo Neronis anno h) & ſepultus Alexandriæ, ſuccedente ſibi Aniano i).

Ἱεροσολύμοις πιστεύσαντας πάντα ἐσχηκέναι καινὰ, ἔτους κακεῖνου ὅπερ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ ὑπὸ Μάρκου τοῦ διδασκάλου εὐαγῆ γινόμενον, τῇ μνήμῃ παρέδωκε. Τελευτήσας δ' τῷ ὀγδόῳ τοῦ Νέρωνος ἔτει, ἀπετέθη ἐν Ἀλεξανδρείᾳ, διαδεξαμένου αὐτὸν Ἀνανίου.

g) Philo libro jam memorato de Therapeutis : ἀπολείπουσι τοὺς ὑπάρχοντας ἅπαντα καὶ ἀδελφοῖς συγγενέσιν ἑκουσίῳ γνώμῃ τὴν κληρονομίαν, οἷς δὲ μὴ συγγενεῖς εἰσιν, ἑταίροις καὶ φίλοις.

h) A. C. 62. Sed minime conſtat Marcum illo jam tempore diem ſuum obiiſſe : neque Euſebius quem Hieronymus ſecutus eſt hoc affirmat, ſed lib. 2. cap. 24. tantum ſcribit Anianum anno Neronis octavo (Rufini Codices *primo*) πρῶτον μετὰ Μάρκον *primum poſt Marcum* Alexandrinæ adminiſtraionem Eccleſiæ ſuſcepiſſe. At enim plurium ſcriptorum (Orientalium præſertim) teſtimonio traditur a Marco vivo ac ſpirante Epiſcopum Alexandrinis datum Anianum, pluresque annos poſtea Evangeliſtam adhuc vixiſſe & Epiſcopos per varia loca ordinaſſe. Epiphanius quoque hæreſi LI. 6. ait Evangelium ab eodem ſcriptum poſt Petri & Pauli ἔξοδον ex urbe Roma atque adeo non ante A. 63. Itaque Martyrium Marci a Jo. Baptiſta Sollerio refertur ad A. C. 72. ſed quam variæ ſcriptorum Orientalium ſint de anno mortis ejus ſententiæ, in limine Hiſtoriæ Patriarcharum Alexandrinorum eruditi viri Euſebii Renaudoti videre licebit.

i) Euſebio lib. 2. cap. 24. Ἀνιανὸς ἀνὴρ θεοφιλὴς ὢν καὶ τὰ πάντα θαυμάσιος. De illo Acta Sanctor. 25. April. Tom. 3. pag. 358. Anianum hunc Arabes Ananiam vocant teſte Renaudoto pag. 12. Atque alias utrumque nomen inter ſe confunditur. Quo minus mirum eſt quod in Græco Hieronymi interprete eſt Ἀνανίου pro Ἀνιανοῦ.

## ERASMI SCHOLIA.

*Salutat vos Eccleſia, quæ eſt in Babylone collecta.*) Coëlecta legendum, non collecta, quemadmodum admonuimus & in Annotationibus editis in Novum Teſtamentum. Nam Græce eſt συνεκλεκτή.

*Succedente ſibi Aniano.*) Sophronius pro Aniano habet Ananiam.

## MARIANI VICTORII NOTÆ.

*Eccleſiæ legendum ſua auctoritate dedit, ſicut ſcribunt Clemens in ſexto Ὑποτυπώσεων libro, & Papias, Hierapolitanus Epiſcopus.* Tranſalpina editio erat: *Eccleſiæ legendum ſua auctoritate edidit, ſicut Clemens in ſexto Ὑποτυπώσεων libro ſcribit, & Papias, Hieroſolymitanus Epiſcopus.* Papiam autem Hierapolitanum Epiſcopum tam hic ex Sophronio, quam infra ex ipſo Hieronymo diſcere potes.

*Salutat vos Eccleſia, quæ eſt in Babylone collecta.* Συνεκλεκτὴ eſt in Græco apud Sophronium, verum legendum eſt, συλλεκτὴ. Falſo legebatur antea, ſalutat vos quæ in Babylone cum electa: Et apud Sophronium ſimiliter σὺν τῇ ἐκλεκτῇ, pro συνεκλεκτῇ.

*Tanta doctrina.* Olim, tantæ doctrinæ, ſed falſo.

## NOTÆ HENRICI GRAVII.

*Marcus diſcipulus & interpres Petri.*) Cap. VIII. Hieron. in Zachar. cap. 12. *Petrus qui Marcum ſcriptorem erudivit Evangelii.* Vide Euſebium lib. 2. cap. 14.

*Perrexit Ægyptum.*) Tertio videlicet anno Claudii. Vide Euſebium in Chron. & lib. 2. c. 15. & 16.

*Denique Philo diſertiſſimus Judæorum.*) In cap. Ezech. 16. & in Amos 2. *Philo vir diſertiſſimus Judæorum aut Hebræorum.*

## WILH. ERNESTI TENTZELII.

I. Ex quo Joannes Seldenus Origines Eccleſiæ Alexandrinæ ex Eutychio ſive Patricide, Alexandrino Patriarcha, detexit, multaque ſingularia de Marco docuit, ordinis Epiſcopalis Patroni acriter adverſus eum inſurrexerunt; non ſolum ex Pontificiis Joan. Morinus P. III. de Sacris Ordinationibus Exerc. VII. cap. VII. & Abraham Ecchellenſis in Eutychio vindicato, peculiari libro Romæ an. 1661. edito: ſed etiam Joan. Pearſon P. I. Vindiciarum Ignatii cap. X. cui tamen Larroquanus in Obſervationibus num. XXI. ſeqq. multa ad vindicandum Seldenum Dallæumque oppoſuit.

II. Idem Eutychius, Marci corpus crematum aſſerens, non ſolum Venetorum, ſed & Monachorum Augiæ divitatis traditiones inter fabulas reputare cogit. Illis Eutychium ac univerſale Orientalium de Marci reliquiis ſilentium merito opponit Dallæus lib. IV. de

IV. de religiosi cultus objecto cap. XXII. Horum relationes ad veritatis lancem examinavit Joan. Georgius Dorscheus peculiari libello, Argentorati an. 1645. edito. De utrisque plura suppeditant Henschenius & Papebrochius Tomo III. Aprilis tam ad diem XXV. quam in Appendice fol. 997, 998. Nec meliori fide nititur Venetorum gloriatio de Evangelii Marci autographo apud se asservato. Henschenius fol. 345. refert, Cornelium a Lapide ex Canonici S. Marci Venetiis, viri gravis & testis oculati fide asseverare, *autographum hoc S. Marci Graca Lingua esse conscriptum, & ab Aquileja Venetias delatum anno Christi MCCCC LXXII.* Hunc autem corrigit Henschenius tam ex Ughello, qui translationem istam in annum 1420 sub Duce Thoma Mocenico confert, quam ex Caroli IV. Imperatoris Diplomate ad Arnestum Archiepiscopum Pragensem & Capitulum Metropolitanæ Ecclesiæ, ann. 1354. scripto, ubi autographum istud Latine scriptum perhibetur. En verba: *Noverit vestra devotio, quod nuper ad fines Italia procedentes, in Ecclesia Aquilegiensi invenerimus librum Evangelii S. Marci Evangelista, Latinis litteris in septem quaternis, propria ejusdem S. Evangelista manu conscriptum: cujus duos quaternos ultimos instantia magnarum precum obtinuimus, vobisque pro decore S. Pragensis Ecclesia Matris nostra, per nobilem Ludovicum de Hoënlog dirigimus, prout in litteris regiis, Majestatis nostra sigillo pendenti signatis, evidentius est expressum, &c.* At Codicem Venetum omnino Græcum esse, novissime Maximilianus Missonius* αὐτόπτης, in Itinere Italico, quod ann. 1688. suscepit, pag. 158. docuit. Ita habent Excerpta Actorum Eruditorum Lipsiensium, mense Julio an. 1692. pag. 302, 303. *Venetiis Abbatis Lithi Bibliothecarii ope, codicem Evangelii Marci αὐτόγραφον, uti traditio fert vulgata, inspexit, sed adeo vetustate corruptum deprehendit, ut non nisi vocem* KATA & *alibi locis* Δ & Σ *distincte legere potuerit; unde certo collegit, MStum illud (quod in quarto compactum crassitiem habet binorum digitorum) non Latinum esse, sed Græcum, cum Pontificiorum multi Marcum Latine scripsisse autument.* Addunt, *Missonium longe beatiorem fuisse Mabillonio & Germano, quibus Codicem illum, ut ipse in Itinere Italico pag. 32. referunt, sigillo obsignatum, evolvere nullo modo fuit concessum; oculatiorem autem Medico Veneto Grandi, qui, ut in Itinerario suo Burnetus refert, testatus est, codicem a se quoque inspectum, sed litteras adeo detritas fuisse, ut licet quidam linearum ductus dignoscantur, judicari tamen nequeat, Græcumne sit an Latinum istud manuscriptum: tametsi nec id dissimulandum, Missonium nostrum prò Græco quidem habuisse, sed ita, ut incertum relinquatur, sitne Evangelium D. Marci, an cujus cunque argumenti liber alius.* Hæc si quis recte attenderit, omnia impostura rum plena deprehendet. Carolum enim Imperatorem deceptum esse dicent Veneti, Latino Libro pro Græco supposito, nec Marci autographum mancum apud se supereſſe fatebuntur; uti & negabunt, corpus Evangelistæ in Augiæ majoris Cœnobio requiescere, Carolove isti Imperatori verum Marci caput inde concessum & Pragam ab eo translatum esse. Ex adverso ne Venetos quidem a sacris fraudibus liberos clamabunt Augienses & Pragenses, veras sibi Marci reliquias esse contendendo: Codicem vero Græcum pro Latino, quem vidit & particulam sancte excipiendam custodiendamque Pragensibus Imperator præcepit, Venetos substituisse contendent. Utcunque autem ea lis se habeat, satis nobis interea sit, Canonicum S. Marci, qui Cornelio a Lapide Græcum esse autographum scripserat, novissimo Missonii testimonio vindicari: tantum vero abest, ut a Marci Evangelistæ manu id esse credamus, ut potius ne quidem certum esse Missonius dictitet, an Evangelium Marci, vel alius liber sit; eaque causa videtur, quod præsentibus Mabillonio & Germano librum illum sigillo obsignaverint, ne illi pro sua eruditione indiciique acrimonia fraudem commissam publice detegerent.

III. Nec satis cautum se præbet Henschenius, cum pag. 346. de *Liturgia ejusdem S. Marci, quæ dicitur ab eo prò sua Diœcesi confecta*, consuli jubet *Adamum Conzen in proœmio Commentarii sui in Evangelium S. Marci.* Conzenius enim cum Sirleto & aliis pro genuino Evangelistæ fœtu habet. Sirletus sane Cardinalis hortatur, ut *Deo agamus gratias, quod tela nobis suggerat præsentium temporum venationi opportuna & operarios optimos in vineam suam mittat, non tantum probatæ fidei, vitæ & doctrinæ viros; verum etiam antiqua Ecclesiæ Catholicæ monumenta & orthodoxorum Patrum libros, quibus profanæ vocum novitates redargui possint. Ex horum numero esse arbitramur beati Marci Evangelistæ sacram Liturgiam, paucis ante annis inventam in Abbatia beatæ Mariæ ὁδηγητρίας, antiquissimo S. Basilii monasterio.* Sed meliori successu Henschenius consulendum proposuisset Cardinalem Bonam, cujus libri rerum Liturgicarum quinquennio ante tertium Aprilis tomum prodierant, quique lib. I. cap. VIII. n. 11. non dubitat, *illam Marci Liturgiam cum plerisque inter dubiæ fidei scripta recensere*; nec diffitetur, *veluti Pseudepigraphum rejici a sæculi XII. scriptore, Theodoro Balsamone:* addit denique, *Nicolaus Methonensis ait, Marcum Liturgiam Ecclesiæ Alexandrinæ tradidisse, quod & alii asserunt, & nos ultro fatemur: an vero ipsa, quæ ad nos pervenit, ipsa sit, quam Marcus scripsit, res in ambiguo est, deficientibus per multa sæcula veterum Patrum attestationibus.* Animosius Natalis Alexander Sæc. I. Histor. Eccles. cap. XII. Artic. III. variis argumentis demonstrat, *Liturgiam S. Marci perperam sub S. Evangelistæ nomine fuisse obtrusam:* ut adeo non facile credam, inter hodiernos fore Pontificios



* Novissimæ Missonii relationem de Codice Veneto S. Marci oppugnavit V. C. Bernardus de Montfaucon, testatus illum omnino Latinum esse & litteras D & R. sæpius in illo observari. Vide Diarium ejus Italicum pag. 55. seq. Papyro Ægyptiaca scriptum testatur in Palæographia Græca p. 14.

ficios, qui glandibus cum Sirleto veſci malint. Quæ autem de Philone addit Hieronymus, infra cap. XI. recurrunt, ibique a nobis expendentur.

## ERNESTI SALOMONIS CYPRIANI Annotationes.

*Interpres Petri.* Joannes presbyter apud Papiam: *ἑρμηνευτὴς Πέτρου. Euſeb. L. III. c. 39.*

*Rogatus Roma a fratribus.* Euſebius lib. VI. capite XIV. ex Clemente: *Cum Petrus in urbe Roma verbum Dei publice prædicaſſet, multi qui aderant, Marcum cohortati ſunt, utpote qui Petrum diutius ſectatus fuiſſet, ut dicta ejus memoria teneret, ut quæ ab Apoſtolo prædicata erant, conſcriberet. Marcus igitur Evangelium compoſuit, iisque, qui illud ab ipſo rogabant, impertiit.* Confer L. II. cap. 15.

*Breve ſcripſit Evangelium.* Henricus Palladius IV. hiſtoriæ Forojulienſis refert, Marcum a Petro, Romæ ſubſiſtente, Aquilejam miſſum eſſe, ut Evangelium ibi prædicaret, ac inde diſcedentem, Alexandriamque petentem, Evangelium ſua manu deſcriptum, tanquam amoris teſſeram reliquiſſe Aquilejenſibus, quod Anno MCCCC XX. Venetias translatum ibi hodieque ſervetur in æde ſancti Marci. *Vide H. de Noris de Synod. V. p. 126.* Hæreticis occluſus eſt hic theſaurus. Miror autem ſocordiam Pontificiorum doctiorum, qui, quoties Novum Teſtamentum edunt, non indiligenter conquirunt variantes lectiones, in Marci Evangelio occurrentes. Cur non evolvunt boni viri *αὐτόγραφον* Marci Evangelium? *Ne de rei veritate periculum fiat*, inquit clariſſimus Mabillon *Itin. Ital. p. 32. hi libri ſigillis obſignati ſunt, nec cuiquam aperiuntur.*

*Quod cum Petrus audiſſet, probavit, & Eccleſiæ legendum ſua auctoritate edidit.* Non conſentiunt veteres. Clemens apud Euſebium libro VI. capite XIV. plane ignoraſſe videtur, an Petrus Marci Evangelium probaverit. Irenæus vero libro V. Euſebii capite VIII. claris verbis tradit, Marci Evangelium poſt Petri mortem conſcriptum fuiſſe. Idem vero Clemens ſexto inſtitutionum libro apud Euſebium libro II. capite XV. affirmat, Petrum id comprobaſſe, ut legeretur in Eccleſia. Confer Irenæum L. III. cap. 1.

*Papias Hierapolitanus Epiſcopus.* Mirum, Eraſmum retinuiſſe depravatam lectionem: *Hieroſolymitanus Epiſcopus.* Euſebius enim III. hiſtoriæ capite XXXVI. diſerte: *Παπίας τῆς ἐν ἱεραπόλει παροικίας ἥκων.*

*Sub nomine Babylonis.* Quod Petrus de Roma, ethnica ſuperſtitione contaminata, dixit, *Conf. Euſeb. L. II. cap. 15.* id Hieronymus noſter non veritus eſt de eadem profiteri ad Chriſtum converſa, propter deplorandam clericorum vitam. Sic inquit: *Cum in Babylone verſarer, & purpuratæ meretricis eſſem colonus, & jure Quiritum viverem; volui aliquid garrire de Spiritu ſancto. Et ecce Phariſæorum conclamavit ſenatus, & nullus ſcriba vel filius,* *ſed omnis, *quaſi indicto ſibi prælio doctrinarum, adverſum me imperitiæ factio conjuravit. T. IX. præf. in Didym. de Sp. S. Conf. Mornæus myſt. iniq. p. 87.* Male habebat Ruffinum, ut ſunt quidam clerici veri impatientes, quod Hieronymus de Roma Chriſtiana *ea dicat, quæ dicebantur tunc, cum gentiles in ea populi & perſecutores principes morabantur.*

*Perrexit ad Ægyptum.* Ex Euſebii libro II. capite XVI.

*Denique Philo.* Hoc loco Hieronymus aut valde incautus fuit, aut non valde bonus, qui pias fraudes ** Euſebii ſequeretur, Philonem de Chriſtianis prodidiſſe dicentis, L. II. cap. 16. 17. quæ is de Therapeutis retulerat, ut mox demonſtrabo.

* Leg. *relictus.*

** Fraudis arguere Euſebium ſane nolim, non magis quam viros doctos qui noſtra ætate hoc bona fide ſibi perſuaſerunt de Chriſtianis Alexandrinis ſermonem Philoni eſſe.

# CAPUT IX.

JOANNES Apoſtolus, quem JEſus amavit plurimum, k) filius Zebedæi, l) frater Jacobi Apoſtoli quem Herodes poſt paſſionem Domini decollavit, m) noviſſimus omnium n) ſcripſit Evangelium, rogatus ab Aſiæ Epiſcopis o) adverſus Cerinthum, p)

Ἰωάννης, ὃν Ἰησοῦς πάνυ ἠγάπησεν, ὡς Ζεβεδαίου, ἀδελφὸς Ἰακώβου τοῦ ὑπὸ Ἡρῴδου μετὰ τὸ πάθος τοῦ Κυρίου ἀποτετμημένου, ἔσχατος πάντων ἐγεγράφει εὐαγγέλιον, προτραπεὶς παρὰ τῶν τῆς Ἀσίας Ἐπισκόπων, καὶ κατὰ Κήρινθον καὶ ἄλλων αἱρετικῶν, καὶ μάλιστα τότε τὴν τῶν

k) Joh. XIII. 23. XIX. 26. XX. 2. XXI. 7. 20.

l) Matth. IV. 21. X. 2. Marc. X. 35. Luc. V. 10. Actor. XII. 2.

m) Actor. XII. 2. Hic Jacobus major, Zebedæi & Salomes filius, Johannis Apoſtoli frater; cujus Martyrium celebrat Eccleſia 25 Julii.

n) Idem teſtantur Irenæus III. 1, Clemens Alex. apud Euſebium VI. 14. III. 24. Epiphanius LI. 19. aliique.

o) Hoc nescio unde hauſerit Hieronymus: licet Johannem *περιφανῶς ὑπὸ τῶν γνωρίμων a familiaribus rogatum*, Clemens apud Euſeb. VI. 14. atque Epheſi cum in Aſia verſaretur Evangelium edidiſſe ſcribit Irenæus III. 1. *Καὶ οὗτος ἐξέδωκε τὸ Εὐαγγέλιον ὂν Ἐφέσῳ τῆς Ἀσίας διατρίβων.* apud Euſeb. lib. V. cap. 8. atque idem Euſebius III. 24. p. 95. ait Joannem ſcripſiſſe *προτραπέντα rogatum*, ſed ab Aſiæ Epiſcopis non addit.

alioſque hæreticos, & maxime tunc Ebionitarum dogma conſurgens, qui aſſerunt Chriſtum ante Mariam non fuiſſe. Unde & compulſus eſt divinam ejus nativitatem q) edicere. Sed & aliam cauſam hujus ſcripturæ ferunt: r) quod cum legiſſet Matthæi, Marci & Lucæ volumina, probaverit quidem textum hiſtoriæ, & vera eos dixiſſe firmaverit, ſed unius tantum anni, s) in quo & paſſus eſt, poſt carcerem Joannis, hiſtoriam texuiſſe. Prætermiſſo itaque anno, cujus acta a tribus expoſita fuerant, ſuperioris temporis, antequam Joannes clauderetur in carcerem, t) geſta narravit: ſicut manifeſtum eſſe poterit his, qui diligenter quatuor Evangeliorum volumina legerint. Quæ res etiam διαφωνίαν u) quæ videtur Joannis eſſe cum cæteris, tollit. Scripſit autem & unam Epiſtolam, cujus exordium eſt: *Quod fuit ab initio, quod audivimus, & vidimus oculis noſtris, quod perſpeximus, & manus noſtræ contrectaverunt de verbo vitæ:* quæ ab univerſis x) Eccleſiaſticis & eruditis viris probatur. Reliquæ autem duæ, quarum principium eſt: *Senior Electæ Dominæ,* y) & *natis ejus:* & ſequentis, *Senior Ca-*

τῶν Ἐβιωνιτῶν δόγματος ἀναζώπυρος, τῶν φασκόντων τὸν Χριστὸν πρὸ Μαρίας μὴ γεγονέναι. Ὅθεν ἀναγκασθῆ τὴν θείαν γέννησιν αὐτοῦ εἰπεῖν. Καὶ ἄλλην δ' αἰτίαν τούτου τοῦ συγγράμματος φέρουσιν. Ἀναγνὺς γὰρ Ματθαίου, Μάρκου, καὶ Λουκᾶ τὴν πίστιν, ἐδοκίμασε μὲν τὸν τῦφος τῶν ἱστοριῶν, καὶ ἀληθῆ αὐτοὺς ἱστορίαν εἰρηκέναι βεβαίωσεν, ἑνὸς δ' ἐνιαυτοῦ μόνου, ἐν ᾧ καὶ ἔπαθε μετὰ τὴν φυλακὴν Ἰωάννης τὴν ἱστορίαν συνθεῖναι. Ἐασας τοίνυν τοὺς ἐνιαυτοὺς ἃ τὰ προηγούμενα πρὸ τῶν τελῶν ἐξετέθη, τοῦ ἀνωτέρω χρόνου, περὶ ἧς τὸν Ἰωάννην ἐμβληθῆναι εἰς τὴν εἱρκτὴν, τὰς πράξεις ἐξέθετο, καθὰ σαφηνισθῆναι δυνήσεται τοῖς ἀπὸ μέλους τοῖς τέτρασιν εὐαγγελίοις ἐντυγχάνουσιν. Ὅπερ καὶ τὴν διαφωνίαν τὴν δοκοῦσαν εἶναι Ἰωάννης μετὰ τῶν λοιπῶν ποιεῖ. Ἔγραψε δὲ μίαν ἐπιστολήν, ἧς ἡ ἀρχή ἐστι· Ὃ ἦν ἀπ' ἀρχῆς, ἥτις πρὸς πάντων τῶν ἐκκλησιαστικῶν καὶ πεπαιδευμένων ἀνδρῶν ἐγκέκριται. αἱ δὲ λοιπαὶ δύο, ὧν ἡ ἀρχή ἐστι, πρεσβύτης μέν, ὁ πρεσβύτερος ἐκλεκτῇ κυρίᾳ, δευτέρας δέ, ὁ πρεσβύτερος Γαΐῳ τῷ ἀγαπητῷ, Ἰωάννου πρεσβύτερον λέγοντος. Οὐ μὴν καὶ τὸ ἕτερον μνῆμα ἐν τῇ Ἐφέσῳ τυγχάνει. Καὶ τινες ἐμίζουσι, τὰ δύο μνημεῖα Ἰωάννου εἶναι τοῦ εὐαγγελιστοῦ, οὗ καὶ πρόσω κατὰ τάξιν εἰς



p) Irenæus III. 1. *Hanc fidem annuntians Johannes Domini diſcipulus, volens per Evangelii annunciationem auferre eum qui a Cerintho inſeminatus erat hominibus errorem, & multo prius ab his qui dicuntur Nicolaitæ, qui ſunt ſemen ejus quæ falſo cognominatur ſcientiæ &c.* ἀπόπασμα τῆς ψευδωνύμου γνώσεως. Victorinus Petavionenſis in Apocalypſin p. 418. *Cum eſſent Valentiniani & Cerinthiani & Ebionæi & cæteri ſcholæ Satanæ diffuſi per orbem, convenerunt ad Johannem de fineſtimis provinciis omnes, & compulerunt ut ipſe teſtimonium conſcriberet.*

q) Origenes p. 5. in Joh. ἀφ' ὧν ἐκεῖνοι (τῶν ἄλλων Εὐαγγελιστῶν) ἀκρατῶς ἐφαντάσθησαν αὐτὸν τὴν Θεότητα εἰς Ἰωάννης. Idem Juliano etiam notatum apud Cyrillum lib. X. in Julian. p. 327. Hinc Joannes Θεολόγος dictus & Evangelium ejus Θεολογία.

r) Euſebius III. 24. Ἤδη δὴ Ματθαίου, Μάρκου καὶ Λουκᾶ τῶν κατ' αὐτοὺς Εὐαγγελίων τὴν ἔκδοσιν πεποιημένων, Ἰωάννην -- λόγος ἔχει μὴν φασὶν, ἀληθείαν αὐτοὺς ἐπιμαρτυρήσαντα, μόνην δ' ἔτι λείπεσθαι τῇ γραφῇ τὴν περὶ τῶν ἐν πρώτοις καὶ κατ' ἀρχὴν τοῦ κηρύγματος τοῦ τοῦ Χριστοῦ πεπραγμένων διήγησιν.

s) Μόνα τὰ μετὰ τὴν ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ Ἰωάννου τοῦ βαπτιστοῦ κάθειρξιν ἐφ' ὅσον ἐνιαυτὸν πεπραγμένα τῷ Σωτῆρι γεγραφότας. Euſeb. ibid.

t) Τῶν γοῦν τῶν πρώτων Εὐαγγελιστῶν συγγραφέντων χρόνον, καὶ τὸν μετὰ τοῦτον πεπραγμένα τῷ Σωτῆρι, τούτοις δ' ἦν τὰ πρὸ τῆς τοῦ Βαπτιστοῦ καθείρξεως, τῷ κατ' αὐτὸν Εὐαγγελίῳ ἐμφανῆναι. id. Confer Joh. III. 24.

u) Οἷς καὶ ἐπισκήψαντα μετὰ δὲ ἄλλα διαφωνῶν ἀλλήλοις τὰ Εὐαγγέλια, τῷ τὸ μὲν κατ' Ἰωάννην τὰ πρῶτα τῶν τοῦ Χριστοῦ πράξεων ἐκθέσθαι, τὰ δὲ λοιπὰ τὸν ὀλίγα τοῦ χρόνου αὐτῷ γεγενημένην ἱστορίαν. Euſeb. III. 24. p. 96.

x) Τῶν Ἰωάννου συγγραμμάτων πρὸς τῷ Εὐαγγελίῳ καὶ ἡ προπέμπουσα τῶν Ἐπιστολῶν ἐμφέρεται τοῖς νῦν καὶ τοῖς ἐπ' ἀρχαίοις ἀναμφιλέκτως ὁμολογουμένη, ἀπλήγονται δὲ αἱ λοιπαὶ δύο. id.

* Græcus interpres non plura verba ex initio primæ Johannis Epiſtolæ adſcribit quam hæc: ὃ ἦν ἀπ' ἀρχῆς, fortaſſe quod nec plura adſcripſerat Hieronymus.

y) Aſſentior viris doctis, qui *Electam* putant eſſe nomen proprium fœminæ ad quam Johannes ſcripſit, ut ἐκλεκτὸς *Electus* cubicularius Commodi Imp. apud Dionem, Herodianum, Julium Capitolinum, Tzetzam: & *Allectus* tyrannus apud Eutropium IX. 14. atque in numis. *Electus & Julius* in antiquo vaſculo apud Philippum Bonarotam p. 113. Obſervatt. in fragmenta priſcorum vaſorum vitreorum Florent. 1716. 4. Clemens Alex. adumbratt. ad Epiſt. 2. Johannis: *Scripta eſt ad quandam Babyloniam, Electam nomine.* Videtur Babyloniam dicere ex 1. Petr. V. 13. ἀσπάζεται ὑμᾶς ἡ ἐν Βαβυλῶνι, συνεκλεκτή. *Dominæ* Κυρίᾳ eſt *matri familias*, ideoque poſtponitur nomini, additurque καὶ τοῖς τέκνοις αὐτῆς. Plutarchus Quæſt. Rom. docet formulam *ubi tu Cajus, ego Caja*, idem eſſe ac ſi diceretur a nova nupta: ὅπου σὺ κύριος καὶ οἰκοδεσπότης καὶ ἐγὼ κυρία καὶ οἰκοδέσποινα. Moſchopulus: διάνοια λέγεται ὁ μόνον ἡ βασιλὶς, ἀλλὰ καὶ ἡ τῆς οἰκίας διάνοια, ἤγουν ἰδιωτικὸς κυρίαν φαμέν.

*Jo 2) cariſſimo, quem ego diligo in veritate:* Joannis presbyteri aſſeruntur; a) cujus & hodie alterum ſepulchrum b) apud Epheſum oſtenditur: Etſi nonnulli c) putant duas mĕmorias d) ejusdem Joannis Evangeliſtæ eſſe: ſuper qua re, cum per ordinem ad Papiam, e) auditorem ejus, f) ventum fuerit, diſſeremus. Quartodecimo igitur anno, g) ſecundam poſt Neronem perſecutionem movente Domitiano, in Patmos inſulam h) relegatus, ſcripſit Apocalypſim, i) quam interpretantur Juſtinus martyr & Irenæus. k) In-

Παπίαν τὸν τότε ἀκροατὴν ἴλλωμεν, ἐξηγησόμεθα. Τοιγαροῦν τεσσαρεσκαιδεκάτῳ ἔτει, διώκοντος μὲν Νέρωνα διωγμὸν κινοῦντος Δομετιανοῦ, εἰς Πάτμον νῆσον ἀπολελυθὼς, συνέπλεξεν ἀποκάλυψιν· ἣν μετάφρασιν ἱστοῦσι μάρτυς καὶ Εἰρηναῖος. Σφαγέντος δὲ Δομετιανοῦ καὶ τῶν πράξεων αὐτοῦ διὰ τὴν πολλὴν ἀμότητα ὑπὸ συγκλήτου ἀκυρωθεισῶν, ὅθι Νέρωνα εἰς Ἔφεσον ἀναζεύξας, εἰς Τραϊανοῦ τοῦ βασιλέως ἐκείνου διατελέσας πάσας τὰς τῆς Ἀσίας ἐθνικὰς λάσας καὶ οἰκοδόμησεν ἐκκλησίας, καὶ λίαν γηράσας ἐξήκοντα ὀγδόῳ ἐνιαυτῷ, μετὰ τὸ πάθος.

2) Caji cujusdam mentio Act. XIX. 29. XX. 4. Rom. XVI. 23. & 1. Cor. I. 14. Ad eundem ad quem Johannes Cajum ſcribere fingitur Dionyſius quem Areopagiram appellant. Vide ſcholia Maximi Tom. 2. p. 63. Pachymeris pag. 66. quos ſi audias Cajus ille fuerit unus è Therapeutis Philonis.

a) Hoc qui ante Hieronymum dixerit, non reperio.

b) Johannem presbyterum velut a Joanne Apoſtolo diſtinctum memorat Papias apud Euſebium III. 39. qui hæc addit de duplici ſepulchro, *ὡς καὶ διὰ τούτων δοκεῖ τὴν ἱστορίαν ἀληθῆ, τῶν δύο κατὰ τὴν Ἀσίαν ὁμωνυμίαν κεκρῆσθαι παρεστῶτων, δύο τε ἐν Ἐφέσῳ γενέσθαι μνήματα, καὶ ἑκάτερον Ἰωάννου ἔτι νῦν λέγεσθαι.* Hunc presbyterum Apocalypſeos autorem ſuſpicatur etiam Dionyſius Alexandrinus apud Euſeb. VII. 25. *ἄλλον δέ τινα τῶν ἐν Ἀσίᾳ γενομένων, ἐπεὶ καὶ δύο φασὶν ἐν Ἐφέσῳ γενέσθαι μνήματα, καὶ ἑκάτερον Ἰωάννου λέγεσθαι.* Sed conſtanti Eccleſiæ conſenſu illa ſuſpicio rejecta.

c) Ita leg. pro *& nonnulli.*

d) Sic legas in cunctis manuſcriptis Exemplaribus, & ita legendum docet *aberum ſepulchrum* præcedens. Erant igitur in Eccleſia Epheſiorum duæ memoriæ ſive duo ſepulchra: (Græcus interpres *δύο μνημεῖα*) ejusdem Joannis Apoſtoli & Evangeliſtæ: ſicut hodie apud nos, (inquit Marcianæus) exſtant in Eccleſia noſtra duæ memoriæ ſancti Germani Epiſcopi Pariſienſis, Patroni noſtri; una quidem memoria in capella Sancti Symphoriani, ubi eſt locus ſepulturæ: altera memoria in majori altari Eccleſiæ, ubi præter ſepulchri lapidem qui poſitus eſt ſubtus altare, ſacræ reliquiæ corporis aſſervantur in capſa aurea pretioſiſſima & gemmis ornata, quam nunc ſuſtentant manibus duorum Angelorum imagines ex metallo, in medio ſex columnarum pulcherrimi marmoris, & ſub coronide elegantiſſimi operis deaurata. Hujus altaris novi ſtructuram procuravit nobis zelus & induſtria Rev. Patris Armalphi de Loo, Prioris hujusce Monaſterii noſtri S. Germani a Pratis; quod hic in memoriam perpetuam lubens annotavi, accepta occaſione ex memoria duplici ſancti Johannis Evangeliſtæ. *Hæc Marcianæus.* Cæterum non facile mihi perſuadeo quod ex his verbis colligit vir ſummus Hugo Grotius, Hieronymo ſepulchrum Johannis presbyteri viſum eſſe. Certe non id probant verba Hieronymi. Ac ne Euſebius quidem illud vidit, ſed Papiæ fide ſcripſit & Dionyſii Alexandrini: *δύο τε ἐν Ἐφέσῳ γενέσθαι μνήματα καὶ ἑκάτερον Ἰωάννου ἔτι νῦν* (Hieron. *& hodie*, Papiæ intellige tempore ex Euſeb. III. 39.) *λέγεσθαι.* Non dicit quoque Euſebius utrumque ſepulchrum dictum Johannis Evangeliſtæ, ſed Johannis, ita ut alterum poſſet intelligi Joannis presbyteri. e) infra cap. XVIII.

f) Euſebius III. 39. de Papia: *Λέγεται δὲ καὶ ἔτερα πρεσβυτέρου Ἰωάννου αὐτόθεν ἰσμεν φησὶ γεγόναι.*

g) Quartus decimus annus Imperii Domitiani, quo perſecutionem in Chriſtianos movit, reſpondet Anno Chriſti 95.

h) Tertull. de præſcript. c. 36. *habes Romam, — ubi Apoſtolus Johannes, poſtea quam in oleum igneum demerſus nihil paſſus eſt, in Inſulam relegatur.* Euſeb. Chron. *Secundus poſt Neronem Domitianus Chriſtianos perſequitur & ſub eo Apoſtolus Johannes in Patmum Inſulam relegatus Apocalypſin vidit.* Patmos, hodie *Palmoſa*, ex Inſulis Sporadibus in mari Ægæo.

i) Irenæus V. 30. apud Euſeb. III. 18. & V. 8. *ὑπὸ τοῦ τέλους χρόνου ἑωράθη* (ἡ τῷ Ἰωάννῃ Ἀποκάλυψις) *ἀλλὰ σχεδὸν ἐπὶ τῆς ἡμετέρας γενεᾶς πρὸς τῷ τέλει τῆς Δομετιανοῦ ἀρχῆς.*

k) Hieronymus in Chronico: *ſub eo* (Domitiano) *Apoſtolus Johannes in Patmum Inſulam relegatus Apocalypſin vidit, quam Irenæus interpretatur*, in Græco Euſebii eſt *ὡς δηλοῖ Εἰρηναῖος.* Itaque nec de Juſtini nec Irenæi commentario in Apocalypſin cogitandum, quem nec Hieronymus infra ubi horum ſcripta perſequitur, neque alius quisquam veterum memorat. Saltim illud *interpretatur* ſive ut Græcus interpres *μετέφρασεν*

non

terfecto autem Domitiano, l) & actis ejus ob nimiam crudelitatem à Senatu reſciſſis, m) ſub Nerva Principe n) redit Epheſum: ibique usque ad Trajanum principem o) perſeverans, totas Aſiæ fundavit rexitque Eccleſias; & confectus ſenio, p) ſexageſimo octavo poſt paſſionem Domini anno q) mortuus, juxta eandem urbem ſepultus eſt.

θῷ κυρίῳ τελευτήσας, πλησίον τῆς προειρημένης πόλεως ἠξιώθη τῆς κοιμήσεως.

non poteſt niſi de illis locis ſcriptorum Juſtini martyris & Irenæi intelligi, in quibus Apocalypſeos Joannis mentionem faciunt, vel verba quædam illius explicant. Vide Tillemontium Tom. 1. memor. H. E. pag. 637. Et ſpicilegium Patrum J. Erneſti Grabii Tom. 2. p. 170. l) Factum hoc A. C. 96.

m) Lactantius de mortibus perſecutor. cap. 3. *Reſciſſis igitur Actis tyranni, non modo in ſtatum priſtinum Eccleſia reſtituta eſt &c.* Victorinus Petavionenſis in Apocalypſin pag. 419. *Quando hoc vidit Johannes, erat in Inſula Patmos in metallum damnatus a Domitiano Cæſare. Ibi ergo vidit Apocalypſin, & cum ſenior jam putaret ſe per paſſionem accepturum receptionem, interfecto Domitiano omnia judicia ejus ſoluta ſunt & Joannes de metallo dimiſſus, ſic poſtea* (ſcripto) *tradidit hanc eandem quam acceperat a Domino Apocalypſin.*

n) Male quædam editiones, *ſub Pertinace Principe.* Occaſio erroris quod multi codices etiam Gemblacenſis & Sigebergenſis, teſte Suffrido Petri, atque ut notat Marcianæus, alii Ambroſianæ Bibl. legunt ſub *Nerva pertinace* quod vitioſe ſcriptum pro *Nerva principe*, unde pejus aliqui Nervam plane omiſerunt & Pertinacem alieno loco ingeſſerunt, quod vitium tam antiquum eſt, ut in Græco interprete etiam illud invenerit Eraſmus. Sed emendatum jam ante me in Græcis editionibus, reſtituta vitioſa lectione inquinare nolui.

o) Irenæus II. 29. & III. 3. apud Euſeb. III. 22.

p) Hieronymus in Galat. VI. *Beatus Joannes Evangeliſta quum Epheſi moraretur usque ad ultimam ſenectutem* (XCIV. annorum ſecundum Epiphanium LI. 12.) *& vix inter diſcipulorum manus ad Eccleſiam deferretur, nec poſſet in plura vocum verba contexere, nihil aliud per ſingulas ſolebat proferre collectas, niſi hoc*, filioli diligite alterutrum. *Tandem diſcipuli & fratres qui aderant tædio affecti quod eadem ſemper audirent, dixerunt, Magiſter, quare ſemper hoc loqueris? qui reſpondit dignam Johanne ſententiam*, quia præceptum Domini eſt, & ſi ſolum fiat, ſufficit.

q) Hic reſpondet anno CHriſti 100. Trajani tertio. Euſebius in Chron. ad annum tertium Trajani: *Johannem Apoſtolum usque ad Trajani tempora Irenæus Epiſcopus permanſiſſe ſcribit.* Chronicon Alex. p. 594. non ad annum modo ſexageſimum octavum ut Hieronymus, ſed ſeptuageſimum quartum usque poſt paſſionem ſive aſſumtionem Chriſti notat Johannem vitam produxiſſe. διήνεγκεν ὁ θεολόγος μετὰ τὴν ἀνάληψιν τοῦ κυρίου καὶ θεοῦ ἡμῶν ἔτη οβ. Hoc eſt usque ad A. C. 106.

r) Epheſi ſepulchrum Johannis ex Papia celebrat Euſebius III. 39. & VII. 25. è Dionyſio Alex.

## ERASMI SCHOLIA.

*Quæ res etiam diaphoniam.*) διαφωνίαν, id eſt, diſſonantiam, quod in quibusdam diſcordet ab aliis.

*A Senatu reciſis.*) In aliis ſcriptum erat, ſciſſis: legendum eſt reſciſſis, hoc eſt, abrogatis & irritatis, a verbo reſcindo.

*Sub Nerva Principe*) Pro Nerva Sophronius habuit Pertinacem, idque reperitur in nonnullis exemplaribus noſtris, ſed falſo.

## MARIANI VICTORII NOTÆ.

*Et nonnulli putant duas memorias ejusdem Joannis Evangeliſtæ eſſe: ſuper qua re, cum per ordinem ad Papiam auctorem ejus ventum fuerit, diſſeremus.* Duas memoratas, nos in vetuſtis manuſcriptis codicibus invenimus: verum duas memorias emendator legit, qui ſenſus ex Sophronio quoque elicitur. Habet enim, δύο μνημεῖα. Intelligit autem Hieronymus duas commemoratas Joannis Epiſtolas, ut infra in Papia legitur. Quod ſi vox, memorias, magis placet, de monumentis, quod ambo Joannis Evangeliſtæ fuerint, intelligas, non unum Joannis Evangeliſtæ, alterum Joannis presbyteri: quæ tamen nobis opinio non probatur. Ipſum tamen verbum non immutavimus.

*Sub Nerva Principe redit Epheſum.* Sub Pertinace Principe redit Epheſum, ridendo olim errore tam Sophronius, quam Eraſmus legebant. Quaſi Pertinax ante Trajanum, de quo ſtatim ſubjicitur, fuerit, & redierit ab exilio ſub Pertinace, ſub Trajano deinde deceſſerit. Ex hoc autem loco conjicio, ipſam quoque Sophronii verſionem vitiatam eſſe,

parumque ei in Catalogo credendum absque hiſtoriæ cognitione, & veterum exemplarium fide. Nos ita ex antiquis codicibus reſtituimus, nec dubitandum, quin recte, conſiderato Papiæ loco.

## HENRICI GRAVII NOTÆ.

*Unde & compulſus eſt divinam ejus nativitatem edicere.*) Vide Hieron. in 56. cap. Ezech. Ibi: *Evangeliſtam Joannem.*

*Sed & aliam cauſam hujus ſcripturæ ferunt.*) Lege Euſebium lib. 3. cap. 24.

*Scripſit autem & unam Epiſtolam.*) Eodem l. c. 25.

*Quarto decimo igitur anno, ſecundam poſt Neronem perſecutionem movente Domitiano.*) Idem habet Origenes homil. 12. in Matth. & Euſebius in Chronicis.

*Scripſit Apocalypſin, quam interpretatur Juſtinus Martyr & Irenæus.*) Et hoc in Chronicis Hieron.

*Sub Pertinace Principe rediit Epheſum.*) Rectius juxta fidem quorundam codicum: *Sub Nerva principe.* Euſebius in Chronicis: *Anno primo Nerva ſenatus decrevit, ut omnia quæ Domitianus ſtatuerat, in irritum deducerentur. Itaque multi quos injuſte ejecerat de exilio reverſi, nonnulli bona propria receperunt. Ajunt & Apoſtolum Joannem hoc tempore exilio ſolutum Epheſum ſeceſſiſſe, qua urbe & hoſpitiolum & amicos amantiſſimos ſui habebat.* Idem in Eccleſ. hiſt. l. 3. c. 20.

*Ibique usque ad Trajanum Principem perſeverans.*) Hieron. lib. 1. in Jovinianum: *Quod usque ad Trajani imperium vixerit, id eſt poſt paſſionem domini 60. & 7. anno dormierit, quod & nos in libro de Viris illuſtribus breviter perſtrinximus.* Idem habet in Dan. c. 9. Euſebius in Chronicis: *Joannem Apoſtolum usque ad Trajani tempora Irenæus Epiſcopus permanſiſſe ſcribit.* Idem in hiſt. Eccleſ. lib. 3. c. 23. Quod autem Epheſi moratus ſit usque ad ultimam ſenectutem, habes apud Hieronymum in Gal. 6. Quomodo utilitatem remiſſionis oſtendiſſe dicatur, leges apud Caſſianum Collatione 24. quæ eſt Abbatis Abraham, de mortificatione cap. 21.

## WILH. ERNESTI TENTZELII.

Quæ de Joannis Evangelio, Epiſtolis & Apocalypſi ex antiquis Patribus ſciri poſſunt, diligenter collegit Huetius in Demonſtratione Evangelica. Evangelii autographum ad ſuam usque ætatem ſervatum aſſerit auctor Chronici Alexandrini. Nullius autem fidei eſt, qui inter reliquias Tholoſanas ab Hottingero Hiſt. Eccleſ. Sæc. XVI. pag. 101. allegatur & p. 103. exſibilatur *unus liber Evangeliorum Beati Johannis Evangeliſtæ, litteris aureis manu ſua ſcriptus.* De Apocalypſeos in Canonem receptione conferri meretur Beveregius in Codice Canonum Eccleſiæ primitivæ vindicato lib. II. cap. IX. n. 13. ubi obſervat, *quinto ſæculo adulto hunc librum ubique propemodum receptum fuiſſe, ut genuinum Johannis Apoſtoli & Evangeliſtæ divinitus inſpirati monumentum.* Notandum quoque ex Huetii Demonſtratione, quod hic addit Hieronymus, *Apocalypſin interpretari Juſtinum Martyrem & Irenæum*, non exſtare in Euſebii Chronico vel Hiſtoria: niſi forte in iis aliter legerit Hieronymus, ut Huetius conjectat; ante quem Sandius in Appendice Nuclei pag. 4. idem de Irenæo viderat: Pearſonius vero, aut ejus ſectator diceret, ex P. 1. Vindiciarum Ignatii p. 87. *Hieronymum, quæ ab Euſebio acceperat, minus recte tradidiſſe, quod ei in hoc opere ſolenne eſt.* Certe ipſe Hieronymus infra in Juſtino & Irenæo de illorum in Apocalypſin Commentariis ne verbulum quidem habet. Denique *quartum decimum Domitiani annum* ab Hieronymo ex Euſebii Chronico hauſtum Theodoricus Ruinartus Præfatione generali in Acta Martyrum genuina merito opponit Dodwello, ſtatuenti, perſequutionis procellam anno demum Domitiani XV. maxime efferbuiſſe. Eleganter etiam Ruinartus cum Baluzio Notis in cap. III. Lactantii de mortibus perſequutorum ad illuſtrandum Joannis ex Patmo reditum confert Dionis apud Xiphilinum teſtimonium, quo docemur, *Nervam omnes, qui impietatis in Deos rei fuerant abſolviſſe, exules in patriam reduxiſſe, edicto inſuper vetuiſſe, ne cui liceret aut impietatis ſive Judaicæ ſectæ (ſic tum vocabant religionem Chriſti) quempiam deinc inſimulari.*

## ERNESTI SALOMONIS CYPRIANI Annotationes.

Brevitatis ſtudio prætermittit Hieronymus, quod notatu dignum eſt, videlicet Joannem, antequam in exilium mitteretur, in fervens oleum projectum, ſalvum atque incolumem evaſiſſe. Ignoro certe, cur Fridericus Spanhemius *Introd. min. p. 29.* ex Apocryphis relatum dicat, quod fide digniſſimis teſtibus comprobatur. Si Tacito & Euſebio, res ſub Nerone geſtas tradentibus, fidem adhibet, cur ſollicitat candorem Tertulliani, capite XXXVI. de præſcriptione ſcribentis: *Apoſtolus Joannes poſtea quam in oleum igneum demerſus, nihil paſſus eſt, in Inſulam relegatur.* Hieronymus libro 1. adverſus Jovinianum: *Refert Tertullianus, quod a Nerone miſſus in ferventis olei dolium purior & vegetior exiverit, quam intraverit. Tom. III. f. 16. Conf. comment. in cap. 20. Matth.*

Cujus

*Cujus & hodie alterum sepulchrum apud Ephesum ostenditur.* Duos fuisse Joannes, Apostolum & presbyterum, recte credimus Papiæ. Quod vero ex Eusebii libro III. historiæ capite XXXIX. hoc loco tradit Hieronymus, duo sepulcra Ephesi esse, quorum prius Joannis Apostoli, posterius Joannis presbyteri sit, non immerito rejicitur. Eusebii ætate non amplius certo constabat Ephesiis, quo civitatis loco Joannes Apostolus reconditus sit, unde quidam hunc, alii alium locum assignabant. Has lites compositurus Eusebius Joannis presbyteri corpus transferendum isthuc existimavit, ut duo sepulcra sarta tectaque manerent. Nobis vero Polycrates, tanto vetustior Eusebio, & quidem Ephesiorum Episcopus, sat idoneus autor est, Joannem presbyterum non requiescere Ephesi. Infra enim c. 45. proferuntur ejus verba, quibus sollicite recenset sanctos Ephesi reconditos, nec tamen Joannis presbyteri facit mentionem, quod omnino fieri, ob scopum Epistolæ, debuisset, si illa sententia, Polycratis obtinuisset ævo.

*Scripsit Apocalypsin.* Hanc miro consensu Joanni Apostolo adscribunt Justinus Martyr, Theophilus Antiochenus, Clemens Alexandrinus, Irenæus, Origenes, Melito Sardensis aliique. Unde iniquior est sententia, quam refert Dionysius Alexandrinus apud Eusebium: *L. VII. c. 25. Nonnulli ex iis, qui nos præcesserunt, librum hunc repudiarunt penitus ac refutarunt, singula ejus capita refellentes, eumque absque ullo sensu & ratiocinatione scriptum esse monstrantes. Adhæc inscriptionem libri falsam esse dicunt. Neque enim autorem ejus esse Joannem. Sed neque eam revelationem esse, quippe quæ tam crasso, tamque opaco ignorantiæ obducta sit velo. Et non modo Apostolorum meminem, sed ne ullum quidem e sanctis & Ecclesiasticis viris hujus libelli conditorem fuisse affirmant.*

*Interfecto Domitiano.* Licuisset sane Joanni superstite Domitiano redire, quum redeundi jus fecerit relegatis. Tertullianus *in Apolog. c. 5. Tentaverat Domitianus, portio Neronis de crudelitate, sed qua & homo, facile cœptum repressit, restitutis etiam quos relegaverat.* Idem Hegesippus apud Eusebium libri III. capite XX. videtur innuere.

*Sub Pertinace.* Omnino legendum: *Sub Nerva.* Sed quia scribendum duxi, non quod verum est, sed quod Hieronymus scripsit, ac Sophronius & vetusti codices, queis Erasmus usus est, habent: Ἐπὶ πεϱτίνακ@, *sub Pertinace*; nihil mutandum existimavi, quod error Hieronymi esset. Consultius enim videtur, nævos autoribus relinqui, integrumque textum servari; de erroribus autem lectores seorsim admoneri in notis. Codex Guelpherbytanus textui immiscet, quod nonnemo in margine scripserat, atque ita habet: *Sub Nerva Pertinace.*

# CAPUT X.

HERMAN, cujus Apostolus Paulus ad Romanos scribens meminit, qq) *Salutate Asyncritum, Phlegonta, Patroban, Herman, Hermen, r) & qui cum eis fratres sunt*, asserunt auctorem esse libri, qui appellatur *Pastor*, s) & apud quasdam Græciæ Ecclesias t) etiam publice legitur. Revera utilis liber u) multique de eo Scriptorum veterum usurpavere x)

Ἑρμᾶς, ὃν ὁ Ἀπόστολ@ πϱὸς Ῥωμαίους γϱάφων μέμνηται, ἀσπάσασθε Ἀσύγκϱιτον, Φλέγοντα, Ἑρμᾶν, Πατϱόβαν, Ἑρμῆν, λέγεται αὐθέντης γεγϱῆσθαι βίβλου Ἐπιγεγϱαμμένης ποιμήν, ἣ τις ἐν ποσὶν ἀνατολικαῖς ἐκκλησίαις δημοσίᾳ ἀναγινώσκεται. Καὶ ἀληθὴς μὲν ὁ λόγος, ἀφ' οὗ πολλοὶ τῶν παλαιῶν συγγϱαφέων ὡσαύ-



qq) Rom. XVI. 14. adquem locum Origenes: *Puto autem quod Hermas ipse sit scriptor libelli illius qui Pastor appellatur, qua scriptura valde mihi utilis videtur, & ut puto divinitus inspirata. Quod vero nihil illi laudis adscripsit, (Paulus) illa opinor est causa, quia videtur sicut scriptura illa declarat, post multa peccata ad pœnitentiam fuisse conversum: Et ideo nec opprobrium ei aliquod adscripsit, didicerat enim Scripturam non improperare homini convertenti se a peccato, neque laudis aliquid tribuit, quia adhuc positum erat sub Angelo pœnitentiæ, a quo, tempore opportuno, Christo rursus deberet offerri.*

r) al. *Hermam, Patrobam, Hermam.*

s) Eusebius III. 3. Hist. ἐστὶ δ' ὁ αὐτὸς Ἀπόστολ@ ἐν τῇς ἐπὶ τέλει πϱοσϱήσεσι τῆς πϱὸς Ῥωμαίους μνήμην ποιούμενος μ' τῶν ἄλλων καὶ Ἑρμᾶ, ὃν φασιν ὑπάϱχειν τὸ ἔ ποιμέν@ βιβλίον.

t) Græcus interpres: ἐν ποσὶν ἀνατολικαῖς ἐκκλησίαις. Eusebius scripserat: ὅθεν ἤδη καὶ ἐν ποσὶν ἐκκλησίαις ὕστεϱον αὐτὸ δεδημοσιευμένον. Rufin. *in nonnullis Ecclesiis legitur.*

u) Euseb. ἐσ'ὸν οὐ πϱὸς μάν τινων ἀνηλέγκτως, εἰ ὡς ἐκ ἂν ἐν ὁμολογουμένοις τιθείη, ὑφ' ἑτέϱων δ' ἀναγκαίστεϱον οὐ μάλισ' ἂν τοιχώσειας εἰσαγωγικῆς, κέκϱατα.

x) Græcus interpres: ὑπέλιψαν, male. Eusebius: καὶ τῶν παλαιοτέϱων δ' συγγϱαφέων κεχϱημένων πϱὸς αὐτὸ κατέλιφα. Vide testimonia Irenæi, Clementis Alex. Tertulliani, Origenis aliorumque præfixa libris tribus Hermæ Pastoris in editione optima quam debemus Jo. Baptistæ Cotelerio, in Tomo I. Patrum Apostolicorum Paris. 1672. & V. C. Joanne Clerico curante Amstelod. (licet titulus Antwerpiam præferat) 1698. fol.

teſtimonia, ſed apud Latinos pene ignotus eſt. y) *πλείων μαρτυρίας, ἀλλὰ σπάνις τῆς Ῥωμαϊκῆς ἄγνως τινὰ δοκεῖ.*

y) Idem ex Hieronymo noſtro ſcribunt Freculfus Tom. 2. Chron. lib. 2. c. 4. & Ado de feſtivitatibus Apoſtolorum ad 7. Id. Maji. Lectus tamen & citatus a Latinis ſcriptoribus Hermæ Paſtor, Tertulliano, Auctore Homiliæ de aleatoribus ad Cypriani calcem, Philaſtrio, auctore operis imperfecti in Matthæum, Caſſiano, Proſpero aliisque. Incertum interim eſſe arbitror, quod nonnullis viris doctis placet lectam Tertulliano Latinam Paſtoris quam ſolam hodie habemus verſionem, nam ut notum eſt, Græca quorum inſpiciendorum magno deſiderio flagrabat Grotius Epiſt. 768. interciderunt exceptis paucis fragmentis, quorum nonnulla Cotelerio præterita ſervavit Athanaſius in Doctrina ad Antiochum Ducem Tom. 3. pag. 251. ſeq.

## ERASMI SCHOLIA.

*Salutate Phlegontem, Herman, Patroban, Hermen.*) Aſyncritus à librariis eſt prætermiſſus, quem ex Paulo & Sophronio reſtituimus.

*Qui appellatur Paſtor.*) Græce ποιμήν, nam is Græce ſcripſit.

## MARIANI VICTORII NOTÆ.

*Hermam, cujus Apoſtolus Paulus, ad Romanos ſcribens meminit.* Hujus liber, qui Paſtor inſcribitur, & viſiones multas ad Eccleſiam pertinentes continet, adhuc extat.

## NOTÆ HENRICI GRAVII.

*Aſſerunt authorem eſſe libri, qui appellatur Paſtor.*) Hieron. in enarratione 7. c. Oſeæ. *In libro Paſtoris, ſi cui tamen placet illum recipere lectionem, Hermæ primum videtur Eccleſiaca cano capite, &c.* Hoc legitur apud Paſtorem in viſione Eccleſ. 3. in Habac. I. *Liber ille Apocryphus ſtultitiæ damnandus eſt, in quo ſcriptum eſt, quendam Angelum nomine Tyri præeſſe reptilibus, &c.* Eſt in viſione Eccleſiæ 4. ubi *Higrin*, non antem *Tyri* legitur. Origenes quoque ſubinde hujus libri teſtimoniis utitur: Hom. 8. in Num. ex ſimilitudine 6. & Hom. 10. in Joſuæ, ex ſimilitudine ſecunda, de vite & ulmo. Item Hom. 1. in Ezech. ex ſimilitudine 8. & Hom. 13. Præterea lib. 1. περὶ ἀρχῶν cap. 3. & lib. 2. cap. 1. & lib. 3. cap. 2. & l. 4. cap. 2. ex viſione Eccleſiæ ſecunda. Item Hom. 30. in Matth. ex ſimilitudine tertia, & Hom. 31. ex mandato duodecimo: Et Hom. 35. in Lucam. *Legimus*, inquit, *ſi tamen cui placet hujuſcemodi ſcripturam recipere, juſtitiæ & iniquitatis Angelos ſuper Abrahæ ſalute & interitu diſceptantes, dum utraque turma ſuo eum volunt cœtui vindicare. Quod ſi cui diſplicet, tranſeat ad volumen, quod titulo* Paſtoris *ſcribitur, & inveniet cunctis hominibus duos adeſſe Angelos, malum, qui ad perverſa exhortatur: Et bonum, qui ad optima quæque perſuadet.* Idem teſtimonium uſurpavit Joan. Caſſianus 13. Collat. de protectione Dei. Contra quem Proſper, *Poſt illud*, inquit, *nullius authoritatis teſtimonium, quod diſputationi ſuæ de libello Paſtoris inſeruit, &c.* Similitudinem quoque mellis & abſynthii videtur Gregor. Nazianzenus in Apologetico mutuatus ex mandato quinto. De authoritate autem hujus libri vide Euſebium lib. 3. cap. 3. & 25. Irenæus hunc amplectitur lib. 4. contra hæreſes cap. 37. *Bene ergo ſcriptura dicit, &c.* Vide Euſebium lib. 5. cap. 8. Ruffinus in ſymbolo: *In Novo vero teſtamento libellus, qui dicitur Paſtoris, ſive Hermæ, qui appellatur; duæ viæ, vel judicium ſecundum Petrum, &c.* Verum *Paſtorem*, in Canone non eſſe, ſcribit Hieronymus in Prologo, quem Galeatum vocat. Adde verba Tertulliani ex lib. de Pudicitia, & in lib. de Oratione.

## AUBERTI MIRÆI SCHOLION.

*Utilis liber.*) Quis hujus libri auctor habeatur, & quæ noxia contineat, inter alios Bellarminus lib. de Script. Eccleſ. explicat.

## WILH. ERNESTI TENTZELII.

Veterum de Hermæ Paſtore teſtimonia una cum prolixo Cotelerii judicio noviſſimæ editioni ſuæ præfixit Clericus: illa expendit etiam Pearſonius P. 1. Vindic. Ignat. Cap. IV. prolixis Adverſarii ſui, Larroquani, animadverſionibus exceptus P. 1. Obſervationum pag. 8. ſeq. Et facile eſſet, multis recentiorum nominibus, qui vel pro genuino Hermæ Apoſtolici fœtu, vel pro ſuppoſititio habent, chartas implere. Sed ſufficient quædam ad Hieronymum noſtrum Notæ, quas ex Eman. a Schelſtrate Antiquitate Eccleſiæ illuſtrata P. II. Diſſert. III. cap. 1. & Natalis Alexandri Sæc. 1. cap. XII. Artic. 1. mutuabimur. Schelſtratius ait, *multa habere Hieronymum notatu digna, ac primo quidem libri hujus auctorem fere ignotum eſſe Latinis, indeque colligere eum alium fuiſſe ab Hermete Pii Pontificis fratre, qui cum Latinus fuerit & Romæ procul dubio vixerit, Latinis ignotus eſſe non potuit.* Quæ in mentem mihi revocant Pearſonii judicium P. I. cap. III. extremo: *Hermæ Paſtorem univerſi hac ætate fere condemnant; idem multi Origenis ævo, ipſo teſte, fecerunt, ut & Tertulliani; & ſi verum eſſet, quod Latini poſtea tradidarunt, librum eum a Pii Pontificis fratre ſcriptum fuiſſe, eſſet ſine controverſia ſuppoſititius.* Non tamen loquitur Hieronymus *de auctore libri*, quod ipſi tribuit Schelſtratius,

ſed

ſed de ipſo libro: *revera utilis liber, ſed apud Latinos pene ignotus:* adeoque non Hieronymus iſtam de Hermete Pii fratre collectionem inſtituit, ſed Schelſtratius, apud quem pro *colligit* reponendum eſt, *colligitur.* Falſus quoque eſt Schelſtratius, dicens, Hieronymum *addere, Hermetem, cujus Paulus meminit, ſcripſiſſe librum, qui apud plerasque Gracorum Eccleſias publice legebatur.* Non enim Hermetem, ſed *Hermam*, appellat Hieronymus, quem *aſſerunt auctorem eſſe libri, qui apud quasdam* (non plerasque) *Gracia eccleſias etiam publice legitur.* Itaque non ex propria, ſed aliorum tantummodo ſententia Hermam auctorem facit Hieronymus. Alexander ſibi objicit verba Hieronymi, lib. 1. in Habacuc ad cap. 1. dicentis: *Ex quo liber ille apocryphus ſtultitiæ condemnandus eſt, in quo ſcriptum eſt, quendam Angelum nomine Tyri præeſſe reptilibus.* Quod habetur l. 1. Paſtoris viſione 4. ſed reſpondet Alexander: *S. Hieronymum correxiſſe dictum illud prius in Catalogo ſcriptorum Eccleſiaſticorum, quem conſcripſit poſt Commentaria in Habacuc, ut conſtat ex fine Catalogi, ubi opera hactenus a ſe edita recenſet.* Nulla tamen Hieronymus opus habuit correctione. Non enim ſunt contraria, librum quendam utilem eſſe, & tamen apocryphum ſtultitiæque in quibusdam condemnandum. Neque ullus liber tam malus eſt, quin boni aliquid contineat.

## ERNESTI SALOMONIS CYPRIANI.

*Multi de eo ſcriptorum veterum, uſurpaverunt teſtimonia.* Hæc teſtimonia collegit Franciſcus Feu ardentius notis ad Irenæi librum IV. caput XXXVII. Inſtar omnium ſit illud Tertulliani *c. 10.* de pudic.: *Cederem tibi, ſi ſcriptura paſtoris, quæ ſola mœchos amat, divino inſtrumento meruiſſet incidi, ſi non ab omni concilio eccleſiarum etiam veſtrarum inter apocrypha & falſa judicaretur, adultera & ipſa, & inde patrona ſociorum. Conf. Pride aux de pſeudepigr. p. 62.* Quod heic dicit Hieronymus, librum qui hodie paſſim extat, apud Latinos pene ignotum eſſe: intelligendum eſt de ejus ætatis hominibus, qui jam luxu diffluebant plerique. Verum Tertulliani tempore ſatis cognitus erat eccleſiæ Latinæ, quum libro de pudicitia, quem potiſſimum adverſus epiſcopum Romanum edebat, paſtoris ſcripturam ab ea rejici affirmet, quod niſi cognita fuiſſet Latinis, fieri haud potuiſſet. Cumque Latini, ut ex Hilario diſcimus, Tertulliani librum de oratione frequenter legerent; non potuit illis fere incognitus eſſe paſtor, cujus luculentam mentionem facit Tertullianus capite XII. Cæterum ex Tertulliano, Hieronymo aliisque intelligitur, Feuardentium libri autorem male Hermem vocare, quem Hermam appellare debuiſſet.

# CAPUT XI.

PHILO Judæus, natione Alexandrinus, z) de genere ſacerdotum, a) idcirco a nobis inter Scriptores Eccleſiaſticos ponitur, quia librum b) de prima Marci Evangeliſtæ apud Alexandriam ſcribens Eccleſia, in noſtrorum laude verſatus eſt; non ſolum eos ibi, c) ſed in multis quoque Provinciis eſſe commemorans, & habitacula eorum dicens monaſteria. d) Ex quo apparet, talem primam Chri-

φίλων Ἰουδαῖος, πχθὸς ἐν Ἀλεξανδρείᾳ, γένους ἱερέων, ὃς αὐτὸς παρ' ἡμῶν μεταξὺ τῶν ἐκκλησιαστικῶν συγγραφέων πίστεται, ἐπίστασι δὲ τῆς πρώτης Μάρκου Εὐαγγελιστοῦ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ ἐκκλησίας γεγράφων, εἰς ἔπαινον τῶν ἡμετέρων χωρεῖ, ἃ μόνον αὐτόθι αὐτοὺς ἀλλὰ καὶ ἐν πολλαῖς ἐπαρχίαις εἶναι φάσκων, καὶ τὰς οἰκήσεις αὐτῶν καλῶν μοναστήρια. Ἀφ' ὧν δηλοῦται ταύτην ἐξ ἀρχῆς τῶν τῷ Χριστῷ πιστευσάντων

Q

z) Euſebius II. 4, Hiſt. de Philone: τῶν ἐπ' Ἀλεξανδρείας ἐν πλείοσι διαφανῶν ἀνδρῶν χείρων.

a) Suidas è Græco Hieronymi interprete: φίλων Ἰουδαῖος, πχθὸς ἐν Ἀλεξανδρείᾳ, γένους ἱερέων. Photius Cod. 105. de Philone: ἦν δὲ τὸ γένος ἐξ ἱερέων καταγόμενος, Ἀλεξανδρεὺς δὲ τὴν πατρίδα.

b) Libro περὶ βίου θεωρητικοῦ ἢ ἱκετῶν, Philonem de Chriſtianis Alexandrinis ſcripſiſſe, & per θεραπευτὰς intellexiſſe Chriſtianos, ex Hebræis oriundos, & monachorum more viventes Hieronymus (Euſebium lib. 2. cap. 17. Hiſt. ſecutus) notavit etiam ſupra cap. 8. Quamquam vero multis idem viſum eſt antiquis & recentibus, quos Euſebii & Hieronymi auctoritas, & ſpecies quædam ſimilitudinis permovit, tamen attentis Philonis lectoribus puto magis probatum iri alteram ſententiam, agi a Philone de γνησίοις Moyſis atque Judæis, quæ placuit Photio Cod. 104. & clariſſimis argumentis confirmata eſt a Joſ. Scaligero, Henr. Valeſio, aliisque quam plurimis, & noviſſime à Jo. Bouhierio in Senatu Divionenſi præſide in Epiſtolis Gallice editis ad Clariſſimum Virum Bernhardum Montfauconum Pariſ. 1712. in 12.

c) Philo de Therapeutis ſuis p. 690. πολλαχοῦ μὲν ἐν τῇ οἰκουμένῃ ἐστὶ τὸ γένος, ἔδει γὰρ ἀγαθῇ τύχῃ μετασχεῖν Ἑλλάδα καὶ τὴν Βάρβαρον. πλεοναζόντως δ' ἐν Αἰγύπτῳ κατ' ἔπαρχον τὸν ἀπικλιμένων νομῶν, μάλιστα περὶ τὴν Ἀλεξάνδρειαν.

d) Philo: ἑκάστῃ δὲ ἐστιν οἰκημα ἱερὸν ἃ καλοῦσι σεμνεῖον καὶ μοναστήριον ἐν ᾧ μονούμενοι τὰ ἅγια βίου μυοῦνται πλοῦτον. Et quibusdam interjectis: τοὺς μὲν ἐν ἑξ ἡμέρας χωρὶς ἑκάστου

ſto credentium fuiſſe Eccleſiam, quales nunc monachi eſſe nituntur & cupiunt, ut nihil cujuspiam proprium ſit, nullus inter eos dives, nullus pauper; patrimonia egentibus dividuntur, orationi vacatur & pſalmis, doctrinæ quoque & continentiæ: quales & Lucas e) refert primum Hieroſolymæ fuiſſe credentes. Aiunt hunc ſub Cajo Caligula Romæ periclitatum, f) quo legatus gentis ſuæ miſſus fuerat: cum ſecunda vice veniſſet ad Claudium, in eadem urbe locutum eſſe cum Apoſtolo Petro, g) ejusque habuiſſe amicitias, & ob hanc cauſſam Marci, diſcipuli Petri, h) apud Alexandriam ſectatores ornaſſe laudibus ſuis. Extant hujus præclara & innumerabilia opera, in quinque libros Moyſi: i) de confuſione linguarum liber unus: k) de natura & inventione l) liber unus: de his quæ ſenſu precamur & deteſtamur m) liber unus: de eruditione liber unus: n) de hærede divinarum rerum liber unus: de diviſione æqualium & contrariorum liber o) de tribus virtutibus liber unus: p) Quare quorumdam in ſcripturis mutata ſunt nomi-

σάντων ἐκκλησίαν γενέσθαι, ὅσοις οἱ νῦν μοναχοὶ εἶναι ζηλοῦσι καὶ ὀρθυμοῦσιν, ὡς τι μηδὲν ἴδιον ἔχειν τινὰ, μὴ εἶναι ἐν αὐτοῖς πλούσιον ἢ πένητα, οἷς ἡ κτῆσις τοῖς ἔθνεσι διανέμοντες, εὐχαῖς σχολάζουσι καὶ ψαλμοῖς, παιδεύσει τε καὶ ἐγκρατείᾳ, ὅθεν καὶ Λουκᾶς ἀναφέρει, τὸ πρῶτον ἐν Ἱεροσολύμοις τοὺς πιστοὺς γεγενῆσθαι. Λέγουσι τοῦτον ὅτι Γαΐου Καλιγέλα, ἐν τῇ Ῥώμῃ κινδυνεύσαντος, ὅπερ καὶ πρεσβευτὴς τοῦ οἰκείου ἔθνους ἀπεσάλη. Καὶ ὅτι τὸ δεύτερον ἦλθε πρὸς Κλαύδιον, ἐν τῇ αὐτῇ πόλει διαλεχθῆναι τῷ Ἀποστόλῳ Πέτρῳ, καὶ τοῦτο ἐσχηκέναι φιλίαν, καὶ διὰ τοῦτο τοὺς παῤῥησιαστὰς Μάρκον τοῦ μαθητὴν Πέτρου, ἐν Ἀλεξανδρείᾳ ἕπεσι κεκοσμηκέναι. Εἰσὶ τούτου φερόμενα καὶ ἀναρίθμητα συντάγματα εἰς πέντε λόγους Μωσέως, ἤτοι· Περὶ συγχύσεως γλωσσῶν λόγος εἷς. Περὶ φύσεως καὶ εὑρήματος. Περὶ ὧν χρὴ νῦν εὐχόμεθα, καὶ ὁμολογοῦμεν, λόγος εἷς. Περὶ παιδεύσεως λόγος εἷς, περὶ κληρονομίας τῶν θείων πραγμάτων λόγος εἷς. Περὶ μερισμοῦ ἴσων καὶ ἐναντίων λόγος εἷς, περὶ τριῶν δυνάμεων λόγος εἷς; περὶ τῶν ἐναλλαγεισῶν γραφῶν τινων, λόγος εἷς. περὶ συνθηκῶν λόγοι δύο,

καιοι μενάμοι παρ' ἑαυτοῖς ἐν τοῖς λεχθεῖσι μοναστηρίοις φιλοσοφοῦσι -- ταῖς ἑβδόμαις συνέρχονται. Hinc mentionem facit σεμνείας alterius communis: τὸ δὲ κοινὸν τοῦτο σεμνεῖον εἰς ὃ ταῖς ἑβδόμαις συνέρχονται, διττὰς ἐχει περιβολάς, ὁ μὲν εἰς ἀνδρῶνα, ὁ δὲ εἰς γυναικωνῖτιν ἀποκεκριμένος.

e) Actor. II. 44. IV. 32. ad quæ loca confer Grotium ac Pricæum.

f) Euſebius lib. 2. cap. 5. Philo ipſe libro de legatione ad Cajum quam ſuſcepit A. C. 40. Joſephus Antiquit. Judaic. lib. 18. cap. 10.

g) Euſebius lib. 2. c. 17. de Philone: ὃν καὶ λόγος ἔχει χρῆναι Κλαύδιον ὅτε τῆς Ῥώμης εἰς ὁμιλίαν ἐλθεῖν Πέτρῳ τοῖς ἐκεῖσε τόποις κηρύττοντι.

h) Supra cap. 8.

i) Videtur generalis hic eſſe titulus, apud Euſebium non obvius, commentariorum Philonis plurium quorum tituli deinceps ſequuntur, & quorum argumenta ex nullo alio S. Scripturæ libro quam ex Pentateucho Moyſis repetita ſunt. Cæterum de ſcriptis Philonis accuratius dixi lib. 4. Bibl. Græcæ cap. 4. Itaque hoc loco tantum Hieronymum cum Euſebio lib. 2. cap. 18. conferam, Græcos ex eo titulos adſcripturus, & ſimul moniturus quænam ex illis adhuc ſuperſint, quænam interciderint. Editio operum Philonis hactenus nulla melior prodiit Græcolatina Pariſienſi 1640. fol. repetita Witteb. 1690. fol. quo magis deſiderant eruditi promiſſam a doctiſſimo Viro Erico Benzelio, Profeſſore Upſalienſi.

k) περὶ συγχύσεως διαλέκτων, exſtat in edit. Græcolat. Pariſ. pag. 319.

l) Græcus interpres & ex eo Suidas, περὶ φύσεως καὶ εὑρήματος. In Euſebii etiam Codicibus fuit olim περὶ φύσεως καὶ εὑρέσεως, ut præter Hieron. docet Rufinus, licet editi hodie habent περὶ φυγῆς καὶ εὑρέσεως. Reſpicitur liber Philonis περὶ φυγάδων qui exſtat in editione memorata p. 482. Apud Nicephorum II. 17. περὶ φυγῆς καὶ αἱρέσεως, ἔτι δὲ περὶ φύσεως καὶ εὑρέσεως.

m) Ita recte Codices quidam ut Gemblacenſis teſte Suffrido Petri, pro *teſtamur*. Licet hoc ex inemendatis Codicibus repetunt Honorius, Trithemius & alii. Euſeb. περὶ ὧν νήψας ὁ νοῦς εὔχεται καὶ παρακέκληται. Rufin. *quæ ſint pro quibus mens debeat orare Deum.* Intelligitur liber περὶ ἓξ ἡμερῶν Μωσέως, qui exſtat p. 273.

n) περὶ τῆς μετὰ τὰ παιδεύματα (leg. μετὰ παιδεύματα) συνόδου. Rufin. *de his quæ congregari debeant ad erudiendum.* Valeſ. *de congreſſu & conſuetudine cum humanioribus diſciplinis.* Exſtat pag. 450.

o) περὶ ἓξ τίς ὁ τῶν θείων ἐστὶ κληρονόμος καὶ (ſic apud Euſeb. ex MS. Bodlej. legendum pro ἢ) περὶ τῆς εἰς τὰ ἴσα καὶ ἐναντία τομῆς. Titulus integer unius libri qui exſtat p. 424. & in quo utrumque argumentum ex Geneſ. XV. 2. & 10. ſeq. illuſtratur. Hieronymus perperam diſcerpſit in titulos duorum diſtinctorum librorum.

p) ὅτι τῶν τριῶν ἀρετῶν, Euſeb. pro quo male δυνάμεων apud Suidam ex Græco Hieronymi interprete. Liber ille de tribus virtutibus in editionibus Philonis diſcerptus eſt in duos, nam περὶ ἀνδρίας eſt p. 736. & περὶ φιλανθρωπίας καὶ μετανοίας p. 697.

na, liber unus: q) de pactis libri duo: r) de vita ſapientis liber unus: s) de gigantibus liber unus: t) Quod ſomnia mittantur a Deo, libri quinque: u) Quæſtionum & ſolutionum in Exodo libri quinque: x) de Tabernaculo: y) & Decalogo libri quatuor: z) nec non de victimis a) & repromiſſionibus ſive maledictis: b) de providentia: c) de Judæis: d) de converſatione vitæ: e) de Alexandro, & quod propriam rationem muta animalia habeant: f) & quod omnis inſipiens ſervus ſit: g) & de vita noſtrorum, liber unus, de quo ſupra diximus h) id eſt, de Apoſtolicis viris, quem & inſcripſit περὶ βίων θεωρητικῶν ἢ ἱκετῶν.

δύο, περὶ βίου φιλοσοφικοῦ λόγος εἷς, περὶ γιγάντων λόγος εἷς, περὶ τοῦ τοὺς ὀνείρους ἀπὸ θεοῦ πέμπεσθαι, λόγοι πέντε. Ζητημάτων καὶ ἐρμηνευμάτων τῆς ἐξόδου λόγοι πέντε, περὶ τῆς σκηνῆς καὶ δεκαλόγου, λόγοι τέσσαρες. περὶ θυσιῶν, περὶ ὑποσχέσεων, ἤτοι κατάρων, περὶ προνοίας, περὶ Ἰουδαίων, περὶ διαγωγῆς βίου, περὶ Ἀλεξάνδρου, καὶ ὅτι ἴδιον λογισμὸν ἔχει τὰ ἄλογα. Ὅτι πᾶς ἄφρων δοῦλός ἐστιν, περὶ διαγωγῆς τῶν ἡμερῶν, περὶ ἃ ἔμπροσθεν ἐπομεν, τύπῳ τῶν Ἀποστόλων, λόγος εἷς, ὃν ἐπέγραψε, περὶ βίου θεωρητικοῦ ἱκετῶν, τύπῳ, ὅτι τὰ ἐπιεικέστερα ἀπονίζουσι, καὶ ἀεὶ εὐχονται τῷ θεῷ. περὶ γεωργίας λόγοι δύο, περὶ μέθης δύο.



q) περὶ τῶν μεταμαζομένων καὶ ὧν ἕνεκα μεταμάζονται exſtat pag. 1044. Male Suidas ex Græco Hieronymi interprete περὶ τῶν ἐναλλαγεισῶν γραφῶν.

r) Hi duo libri interciderunt, nec Euſebio viſi qui eos memorat ex his Philonis verbis libro περὶ Φυγάδων· τὸν ὁ περὶ Διαθηκῶν σύμπαντα λόγον ἐν δυσὶν ἀναγέγραφα πεάξεσιν. Male apud Euſebium excuſum περὶ διαθηκῶν πρώτης καὶ δευτέρας pro α, β, hoc eſt πρῶτον καὶ δεύτερον ſcil. βιβλίον.

s) Vita Abrahami, quæ exſtat p. 349. Apud Euſebium titulus longe plenior hunc in modum: περὶ ἀποικίας καὶ βίου σοφοῦ ἢ κτ. δικαιοσύνην (Philonis Codices διδασκαλίαν) πλειοσθέντος ἢ περὶ νόμων ἀγεγράφων. In editis illud περὶ ἀποικίας ἢ Ἀβραάμου exhibetur p 388.

t) περὶ Γιγάντων, ἢ περὶ τοῦ μὴ τρέπεσθαι τὸ θεῖον. Exſtat pag. 284. 293. in duos diſcerptus libellos.

u) Ex his quinque libris exſtant ſecundus p. 565. & tertius p. 1108. Primus quartus & quintus temporum injuria perierunt. Titulus apud Euſebium eſt: περὶ ἢ κτ. Μωυσέα θεοπέμπτους εἶναι τοὺς ὀνείρους. Apud Hieron. Miræus: *Quod quandoque ſomnia* &c.

x) Ζητημάτων καὶ λύσεων libri quinque in Exodum interciderunt, exceptis paucis fragmentis quæ ſervavit in parallelis ſacris Joannes Damaſcenus.

y) Τὸ περὶ τῆς σκηνῆς. Etiam hic de tabernaculo liber Philonis nusquam exſtat.

z) Τὸ περὶ τῶν δέκα λογίων καὶ τὰ περὶ τῶν ἀναφερομένων ἐν ἑκάστῃ νόμων εἰς τὰ συντείνοντα κεφάλαια τῶν δέκα λόγων, α, β, γ, δ. Ex his quatnor libris de legibus ſpecialibus intercidit liber primus & pars ſecundi, ad quem pertinent quæ leguntur in editione Philonis Græcolat. Pariſ. p. 769. 1173. ſeq. Liber tertius occurrit p. 776. Libri quarti, quem integrum ut ſperamus dabit Clariſſ. Benzelius è Codicibus Bodlejanis, ſola pars περὶ ψευδομαρτυριῶν exſtat p. 718.

a) περὶ τῶν εἰς τὰς ἱερουργίας ζώων καὶ τίνα τὰ τῶν θυσιῶν εἴδη. Exſtat p. 835.

b) περὶ τῶν προκειμένων ἐν τῷ νόμῳ, τοῖς μὲν ἀγαθοῖς ἆθλων, τοῖς δὲ πονηροῖς ζημιῶν καὶ ἀρῶν. Exſtat pag. 910. 930.

c) περὶ προνοίας, intercidit excerptis fragmentis apud Euſeb. VII. 21. VIII. 14. præparat. & quæ ex Apoſtolii Ἰωνιᾷ vulgavit Hœſchelius.

d) Hæc quoque, περὶ Ἰουδαίων ſive Ὑπὲρ Ἰουδαίων Apologia Philonis Euſebio VIII. 6. & 10. præparat. laudata deſideratur. Rufin. *pro Judæis.*

e) Euſebio II. 18. Hiſt. ὁ πολιτικός, Exſtat pag. 526. atque inſcribitur βίος πολιτικῶν, Photio Cod. 103. περὶ βίου πολιτικοῦ.

f) Apud Euſebium titulus libri Philonis eſt Ἀλέξανδρος, ἢ περὶ τοῦ λόγον ἔχειν τὰ ἄλογα ζῶα. Intercidit, & incertum eſt quem Alexandrum in hoc libro induxerit Philo brutas animantes ratione pollere diſputaturus. Male autem quædam Editiones *de Alexandro, dicente quod* &c.

g) περὶ τοῦ δοῦλον εἶναι πάντα φαῦλον, non alius hic videtur intelligi quam qui exſtat περὶ τοῦ πάντα σπουδαῖον εἶναι ἐλεύθερον, pag. 865.

h) Sub init. hujus capitis & capite 8. Itaque fallitur vir magnus Salmaſius p. 396. de fœnore trapezitico, qui Philonis librum περὶ τῆς διαγωγῆς τῶν χριστιανῶν putat intercidiſſe. Nam liber ille non alius eſt a libro de Therapeutis, de quo ſupra Hieronymus dixerat, & qui exſtat p. 889. Quæ Suidas in βίος e Philone citat, hauſerat ex Euſebio ad Marinum, Philonianos Therapeutas ad Chriſtianos referente. Vide Suidam ipſum in Εὐσέβιος & Cedrenum pag. 165. ambos Philonem cum Euſebio nominantem.

φητικῶν ἱκετῶν, i) quod videlicet cœleſtia contemplentur, & ſemper Deum orent: & ſub aliis indicibus, k) de agricultura duo: kk) de ebrietate duo. l) Sunt & alia ejus monumenta m) ingenii, quæ in noſtras manus non pervenerunt. De hoc vulgo apud Græcos dicitur ἢ πλάτων φιλωνίζει ἢ φίλων πλατωνίζει: id eſt, aut Plato Philonem ſequitur, aut Platonem Philo: tanta eſt ſimilitudo ſenſuum, & eloquii. n)

Εἰσὶ καὶ ὑπερ αὐτοῦ συγγράμματα, ἅτινα εἰς τὰς ἡμᾶς χεῖρας ἐλθόντα. Περὶ τούτου ἐστὶ ἡ παροιμία τῶν ἑλληνικῶν, ἢ Πλάτων Φίλωνίζει, ἢ Φίλων πλατωνίζει. Τοσαύτη ἐστὶν ὁμοιότης τῆς τε διανοίας καὶ φράσεως.

i) Euſeb. ὁ περὶ βίου θεωρητικῶν ἢ ἱκετῶν, ἐξ οὗ καὶ τὰ περὶ τοῦ βίου τῶν Ἀποστολικῶν ἀνδρῶν διελήλυθεν. Rufin. *de vita theoretica vel ſupplicum.* Reliquos jam librorum Philonis titulos adjungit, quos primo loco Euſebius nominaverat, & Hieronymus cæteros perſequens neglexerat.

k) περὶ γεωργίας liber uterque exſtat p. 187. 214. edit. Græcolat. Pariſ.

l) περὶ μέθης hi quoque exſtant, ſed in unum ut opinor contracti p. 240 – 272.

m) Mirum ab Hieronymo præteriri interpretationem Hebraicorum nominum Euſebio memoratam & laudatam alibi ab ipſo Hieron. qui eam Latine vertit.

n) Auguſtinus contra Fauſtum XII. 39. *Vidit hoc Philo quidam, vir liber aliter eruditiſſimus, unus illorum, cujus eloquium Graci Platoni æquare non dubitant.* Salmaſius ad Simplicium pag. 217. *Philo qui Plato alter fuit non tantum ſermone ſed etiam doctrina.* Proverbii illius de Philone Platoniſſante meminit quoque Heſychius illuſtris, ne repetam quæ adverſus virum doctiſſ. Joannem Jonſium, qui illud vocavit in dubium, dixi in diſſertatione de Platonismo Philonis Judæi edita Lipſiæ A. 1693. Vide & Jo. Clerici Epiſtolam Criticam VIII.

## ERASMI SCHOLIA.

*Patrimonia egentibus dividantur.*) Ex Sophronio liquet legendum dividuntur, indicandi modo, ac mox, vacatur, non vacetur. non enim hic præcipit, quid oporteat a monachis fieri, ſed quid apud illos fieri ſoleat oſtendit.

*De his quæ ſenſu.*) μὴ τῶν, id eſt, in animo ac mente, nimirum apud nos.

*De tribus virtutibus liberunus.*) Sophronius vertit, δυνάμεων, ut intelligamus non virtutes quæ opponuntur vitiis, ſed potentias, quibus eduntur miracula.

*Quæ ſcripſit de vita contemplativa.*) In aliis extabant nonnulla veſtigia Græcæ ſcripturæ, ſed depravatiſſima, quam tamen proclive ſit ex Sophronio reſtituere, περὶ βίου θεωρητικῶν ἱκετῶν, id eſt, de vita contemplativa ſupplicum.

*Et ſicut de aliis judicibus.*) In nonnullis ſcriptum erat, & ſint ab aliis judicibus judices. Apud Sophronium nihil horum reperitur.

*Apud Græcos dicitur, ἢ πλάτων φιλωνίζει, ἢ φίλων πλατωνίζει.*) id eſt, Aut Plato philoniſſat, aut Philo platoniſſet, ob ſtili congruentiam. Nam id dici ſolet de vehementer inter ſe ſimilibus.

## MARIANI VICTORII NOTÆ.

*Philo Iudeus, natione Alexandrinus.*) Τεχθεὶς ἐν ἀλεξανδρείᾳ, Sophronius vertit, id eſt natus Alexandriæ.

*De his, quæ ſenſu precamur & deteſtamur.*) Διαμαρτυρόμεθα, eodem prorſus ſenſu, eſt in Sopronio. Antea tamen legebatur, teſtamur. Significat autem ea, quæ nolumus, contraria ſcilicet iis, quæ optamus precamurque. Superius quoque alios quosdam errores expunximus, ut illum: Et ob hanc cauſam Eccleſiam Marci, diſcipuli Petri, apud Alexandriam ſectatores ornaſſe laudibus. Nam vocem, Eccleſiam, uti ſuperfluam, & verum perturbantem ſenſum, Sophronii & exemplarium ope adjuti delevimus.

*De Alexandro, & quod propriam rationem muta animalia habent.*) Sic etiam eſt in Sophronio, prius tamen legebatur, de Alexandro, quod propriam.

## NOTÆ HENRICI GRAVII.

*Philo Iudeus.*) Lege Euſebium libro ſecundo c. quarto, decimo ſexto, & decimo ſeptimo.

*Patrimonia egentibus dividantur.*) Et paulo poſt: *orationi vacetur.*) Ita in vetuſto exemplari ſcriptum repperi.

*Ajunt hunc ſub C. Caligula Roma periclitatum.*) Euſebius ubi ſupra in Chronicis. Et Joſephus libro 18. antiq. c. 10.

*Apud Alexandriam ſectatores.*) Alias: *Sectatoris*: ut referas ad dictionem *Marci.*

*Extant hujus præclara & innumerabilia opera.*) Vide Euſeb. lib. 2. decimo octavo.

*Quem & inſcripſit περὶ βίου θεωρητικῶν, ἢ ἱκετῶν.*) Ita Euſebius. E Philone nonnulla profert teſtimonia Euſebius de præparatione evangelica lib. 7. & 8. Citat ex eo & D. Ambroſius c. 3. lib. de paradiſo, ſuper illud: *Ut operaretur.*

De

*De hoc vulgo apud Græcos dicitur.*) Hieronymus epiſt. ad Magnum: *Quid loquar de Philone, quem vel alterum vel ſecundum Judæum Platonem, Critici pronuntiant?*

## AUBERTI MIRÆI SCHOLIA.

Exſtat, ſub nomine hujus Philonis, Hiſtoria ab Adamo usque ad Sauli Regis tempora, quam Trithemius appellat de generationis ſucceſſu. Sed ea nihil Philonis genio dignum habet. Melchiorem Canum lib. 11. de locis Theologicis cap. 6. hac de re diſſerentem lege. Philonis opera Græco-Latina Francofurti & Genevæ typis ſunt edita.

Iſtis addendus eſt tractatus Philonis de Septenario, ſeorſum à Davide Hœſchelio Græce, & à Morellio Latine editus Pariſiis.

## WILH. ERNESTI TENTZELII.

Notum hodie in vulgus eruditorum eſt, Hieronymum, & quem is ſequitur, Euſebium, a plurimis impugnari, qui Therapeutas Philonis Chriſtianos minime fuiſſe contendunt. Eorum argumenta in compendium redegit propugnavitque M. Eberh. Rudolph. Rothius in Diſputatione de Eſſenis Jenæ habita. Sed veterum adverſus Valeſium præſertim cauſſam egit Thomas Bruno, Anglus, peculiari de Philonis Therapeutis Diſſertatione, quam Clementis Romani Epiſtolis ad Corinthios attexuit Paullus Colomeſius. In ea pag. 177. pro Hieronymo ita diſſerit auctor: *De his Eſſenis ſcio agitari multa apud multos; quos certum eſt non poſſe eſſe adeo æquos rerum æſtimatores, ac Euſebius & Hieronymus fuerunt, qui nullo ſtudio partium poterant abripi, cum nulla partes eſſent.* Quæ qui conſideraverit, mirabitur, ipſos unius Eccleſiæ Anglicanæ Doctores hic in partes ſcindi, & adverſus Euſebium Hieronymumque pronunciare Cavium & Eduard. Bernardum, prout ex illius Hiſtoria litteraria §. 1. pag. 14. & P. 11. pag. 8. liquet: cum Brunone autem pro illis facere Beueregium lib. 111. Codicis Canonum Vindicati cap. V. Sed ſinamus illos inter ſe pugnare, & ſolummodo cum Cotelerio Notis in Tom. 11. Monumentorum Eccleſiæ Græcæ pag. 540. Philonem cenſeamus *dignum meliori cum editione, tum interpretatione.*

## ERNESTI SALOMONIS CYPRIANI Annotationes.

*Librum de prima Marci evangeliſtæ apud Alexandriam ſcribens eccleſia.* Dixerat Irenæus libro IV. capite XIV. contra hæreſes, Chriſtianam religionem etiam ab extraneis ac inimicis de veritate ſua recipere teſtimonia. Id ex Tacito, Minucio aliisque omnino vere dictum apparet. Sed Euſebius, ut augeret extraneorum teſtimonia, multa torquet, atque Philonis Judæi librum de Eſſæis, contemplationi deditis, ſcriptum vult de Chriſtianis, Marcum ſectantibus Alexandriæ. *Conf. Epiphan. hæreſ. 29.* Quæ igitur heic refert Hieronymus, Euſebio, ut pleraque alia, debet, in cujus libro II. capite XVII. habentur. Verum dubium non eſt, quin Euſebius ipſemet crediderit, * falſa eſſe, quæ tradat. Utitur enim contortis illationibus, ac lectorem tantum non rogat, ut ſibi præbeat aſſenſum. Eſſæi, ut Philo vocat, vel, ut audiunt Joſepho, Eſſeni fuerunt vel practici, de quibus Joſephus antiquitatum libro XVIII. capite II. & libro II. belli Judaici capite XII. agit; vel θεωρητικοὶ, quos Philo commemorat in libello heic ab Hieronymo laudato, περὶ βίου θεωρητικοῦ, de vita contemplativa. Diſcrimen hoc diſcimus ex primordio libelli Philonis: ac conſtat, ut opinor, omnibus, practicos Eſſenos Chriſtianos haut fuiſſe, nec id voluit Euſebius. De theoreticis quæritur, qui therapeutæ, therapeutridesque appellitantur. Hos ego a Chriſtiana religione prorſus alienos fuiſſe contendo. Nam ſi Chriſtiani fuerunt, non video, cur & practici, de quibus Philo in libro, quod omnis probus liber ſit, *Opp. p. 678.* Chriſtianis haut annummerentur, cum dogmata communia habuerint. Deinde in toto Philonis libro ne vocula quidem de Chriſto aut Marco reperitur, nec quicquam, quod Chriſtianæ fidei peculiare ſit; ſed omnia ad morum doctrinam ſpectant, quam & illi rigidam ſæpe tradunt, quibus cum Chriſto noſtro nil intercedit negotii. Habet enim, ut alicubi Crantzius ait, & diabolus martyres ſuos. Præterea Eſſæorum ſecta, de qua Philo, non fuit nova, ſed vetus, quod de Chriſtianis tum falſum erat. Ita Philo: *Habent priſcorum commentarios, qui hujus ſectæ autores multa monumenta reliquerunt de allegoriis ejusmodi, ad quorum imitationem poſteri ſe accommodant. Conf. Dallæus de quadrag. L. II. c. 4.* Cæterum non nego, Chriſtianos, quorum religio & magiſtri præcepta prorſus ad aſceticam viram comparata ſunt, mature imitatos eſſe Therapeutarum divinam, propemodum vivendi rationem, jejuniis, nocturnis ſacris, hymnis præcipue, ut jam Plinii ævo *epiſt. 97. L. X.* & ancillis Chriſtianis in more poſitum fuit, Deum colentes.

*Aiunt hunc locutum eſſe cum Apoſtolo Petro.* Aiunt, ſed non probant. Colloquii nec vola nec veſtigium in Philone.

*De bis, quæ ſenſu precamur & teſtamur, liber unus.* Rectius reddidiſſet: *De bis, quæ mente optamus.* Nam νῶς eſt apud Euſebium ac Suidam. Deinde non bona eſt lectio: *Teſtamur*, quam retinui, quod Hieronymi eſſe, codices vetuſti ſuadent & Eraſmus, nec non, quod Hieronymus & alios Philonis libros non ſatis accurate recenſeat. Mihi ſane omnes,



* Hoc neutiquam credibile mihi videtur.

quos laudat, Philonis libros oculis uſurpaſſe hautquaquam videtur. Legendum autem: *Deteſtamur.* Euſebius habet: νῦς ἔυχεται καὶ καταράται. Quæ habet Hieronymus de Philonis legatione, petita ſunt ex Joſephi antiquitatum XVIII. capite X.

*Aut Plato Philonem ſequitur, aut Platonem Philo.* Platonem ſibi ad imitandum propoſuiſſe, negat Joannes Jonſius libro III. capite IV. de ſcriptoribus hiſtoriæ philoſophicæ: quem Joannes Albertus Fabricius diſſertatione de Platoniſmo Philonis Judæi confutavit. Vera eſt ſententia, quam refert Hieronymus, nec ei adverſari quisquam poteſt, niſi cui Platonis Philonisque monumenta non ſunt lecta atque inter ſe collata: etſi nec illud ire inficias poſſimus, quicquid recte dictum apud alios Platonici invenerunt, id illos ex magiſtri ſui diſciplina promanaſſe gloriatos. De ipſo Chriſto dixerunt, eum omnes ſententias ſuas ex Platonis libris didiciſſe, ut Auguſtinus refert libro II. de doctrina Chriſtiana capite XXVIII. Philonis Codices, ut hoc addamus, manu exarati raro occurrunt. Mabillon *Itin. Ital. p.* 170. opera ejus philoſophica, nec non de vita Moſis & ſex dierum opere, græco idiomate in melioris notæ codice vidit Florentiæ in Abbatia ſanctæ Mariæ.

# CAPUT XII.

LUCIUS ANNÆUS SENECA Cordubenſis, Sotionis o) Stoici diſcipulus, & patruus Lucani poëtæ, p) continentiſſimæ vitæ fuit: quem non ponerem in Catalogo Sanctorum, q) niſi me illæ Epiſtolæ provocarent, quæ leguntur à plurimis, Pauli ad Senecam, & Senecæ ad Paulum. r) In quibus, cum eſſet Neronis magiſter, & illius temporis potentiſſimus, optare ſe dicit s) ejus eſſe loci apud ſuos, cujus ſit Paulus apud Chriſtianos. Hic ante biennium, quam Petrus & Paulus t) coronarentur martyrio, à Nerone interfectus eſt.

Λούκιος Ἄννεως Σενέκας Κορδυβήνσις, Σοτίωνος Στοϊκῆ μαθητὴς, καὶ θεῖος πατρὸς Λουκανῆ τοῦ ποιητῆ, πάνυ ἐγκρατὴς, ὃν ἐγὼ πάντως κατατάξαιμι ἐν τῷ καταλόγῳ τῶν ἁγίων, εἰ μὴ αἱ ἐπιστολαὶ τοῦτο πεῖθειεν, αἱ φέρομαι πολλῶν ἀναγινωσκόμεναι Παύλου πρὸς Σενέκαν καὶ Σενέκα πρὸς Παῦλον. Νέρωνος ὢν διδάσκαλος, καὶ κατ' ἐκεῖνο καιρὸν δυνατὸς, ἤυχετο τιμᾶσθαι ἔχειν παρὰ τοῖς ἰδίοις τόποις, οἷον Παῦλος παρὰ τοῖς χριστιανοῖς. Οὗτος μετ' ἐνιαυτοὺς δύο τῶν παθῶν τοὺς Ἀποστόλους Πέτρον καὶ Παῦλον, παρὰ Νέρωνος ἐσφάγη.

o) Male Honorius ex Codicibus quibusdam inemendatis *Fotini.* Seneca Epiſt. 49. teſtantur *puerum* ſe *ſediſſe apud Sotionem*, Alexandrinum puta Stoicum, non confundendum cum altero Sotione antiquiore cujus de ſucceſſione veterum Philoſophorum opus a Laërtio & aliis laudatur. Vide Jonſium lib. 2. de ſcriptoribus Hiſt. Philoſoph. cap. 10.

p) Lucani poëtæ pater M. Annæus Mela, L. Annæi Senecæ frater. De utroque Seneca ac Lucano copioſe Nic. Antonius in Bibl. veteri Hiſpana, atque ſi hoc tanti, ego in Bibliotheca Latina.

q) Catalogum Sanctorum vocat piorum Chriſtianorum, a majore parte: Licet in illo Judæis quoque Philoni, Joſepho ac Juſto & Hæreticis non paucis locum fecit.

r) Exſtant adhuc Epiſtolæ illæ numero tredecim, Latinæ breves quinque ſub Pauli Apoſtoli & octo ſub Senecæ nomine: quas licet ſuppoſititias haud dubie, & non magnæ rei, tamen antiquas & easdem quas a multis lectas Hieronymus ſcripſit, cum teſtimoniis cenſurisque & notis meis edidi in Codice Apocrypho Novi Teſt. vulgato Hamburgi 1703. 8.

s) In Epiſtola undecima, ſexta Senecæ ad Paulum: *Qui meus, tuus apud te locus, qui tuus optimus meus.*

t) Petrum & Paulum eodem tempore coronatos martyrio A. 14. Neronis (CHriſti 68.) ſcripſit ſupra Hieronymus cap. 5. Seneca igitur peremtus Anno Neronis 12. (CHriſti 66.)

## ERASMI SCHOLIA.

*Sotionis Stoici.*) Pro Sotione Sophronius legit Σωζοντος, id eſt, Sozontem: an recte, addubito.

*Quem non ponerem in catalogo ſanctorum.*) Nonnihil demiror, quid Hieronymus hic ſenſerit, cum Philonem ponere non ſit veritus Judæum non Chriſtianum, & item Joſephum, & nonnullos hæreſiarchas. Cur vocat catalogum ſanctorum? aut cur his veretur adjungere Senecam, ethnicum quidem, ſed quod ad mores attinet, multis Chriſtianis ſanctiorem?

*Quæ leguntur a plurimis.*) Tacite indicat erudito lectori quid ſentiat. Nempe eas epiſtolas falſo inſcribi Paulo & Senecæ, cum nihil illic ſit neque Paulo dignum, neque Seneca. Quemadmodum admonuimus in Senecæ operibus, à nobis utcunque emendatis, quatenus exemplaribus adjuti vetuſtis, conjectura conſequi potuimus.

## MARIANI VICTORII.

*Sotionis ſtoici diſcipulus.*) Sophronius Sozontis, legit non Sotionis: ſed vitiata lectio eſt. Quidam codices, Photionis, habebant, ſed falſo. Sotionem enim ſtoicum Senecæ præceptorem fuiſſe, Lactantius Firmianus lib. 6. prodit.

## NOTÆ HENRICI GRAVII.

*Sotionis Stoici diſcipulus.*) Euſeb. in Chronicis Anno 55. Auguſti, *Sotion Philoſophus Alexandrinus, præceptor Senecæ, clarus habetur.* Meminit illius & Seneca ipſe Epiſtola centeſima

ſana nona libro decimo nono, & opinionis ipſius de animarum migratione. Lactantius libro 1. capite quinto. *Seneca ex Romanis vel acerrimus Stoicus fuit*, & libro quinto capite nono: *Senecæ libros in manus ſumant, qui morum vitiorumque publicorum & deſcriptor veriſſimus, & accuſator acerrimus fuit.* Et capite viceſimo quarto, dicit *hominem veræ Religionis ignarum*, ubi & Sotionis meminit. Scripſit librum *contra ſuperſtitiones*, qui hodie deſideratur, ex quo plurima adducit Auguſt. lib. 6. de civitate Dei, cap. 10. & 11. Tertullianus libro de anima: *Sicut & Seneca ſæpe noſter: Inſita ſunt nobis omnium artium* &c. Ibid. *Multo exactius Seneca*: poſt mortem, *ait*, omnia finiuntur, etiam ipſa.

*Niſi me illæ epiſtolæ provocarent.*) B. Auguſtinus Macedonio: *Merito ait Seneca, qui temporibus Apoſtolorum fuit, cujus etiam quædam ad Paulum Apoſtolum leguntur epiſtolæ*: Omnes odit, qui malos odit.

*A Nerone interfectus eſt.*) Seneca XI. anno Neronis, inciſione venarum, & veneni hauſtu periit juxta Euſebium in Chron. & Corn. Tacitum lib. 15.

## AUBERTI MIRÆI SCHOLION.

EPISTOLÆ D. Pauli & Senecæ, quæ circumferuntur, non ſunt tanti ut memorentur. Ex ſtilo certe colligi datur, ab uno eodemque homine eas eſſe confictas: ut Juſtus Lipſius, meus olim Lovanii doctor, recte obſervavit. Senecæ Philoſophi opera idem Lipſius, Senecæ autem Rhetoris Andreas Schottus, commentariis illuſtravit.

## WILH. ERNESTI TENTZELII.

*Valde imprudenter* Hieronymum egiſſe, Senecam ob epiſtolas ad Paullum ſuppoſititias inter Scriptores Eccleſiaſticos collocando, nemo hodie negabit Hoornbeckio lib. 1. Miſcellaneorum pag. 46. 47. cum nullus amplius reperiatur quis quilliarum illarum amator. Fraudem ſane commiſſam ante ducentos quinquaginta & plures annos detexerunt doctiores, præeunte Leonello, Principe Ferrarienſi & Mutinenſi, ſummo litterarum renaſcentium Patrono, Kalendis Octobribus anni MCCCCL. mortuo, cujus eruditos cum doctis viris ſermones immortalitati conſecravit Angelus Decembrius in libris de Politia litteraria, Baſileæ a Curione vulgatis. Nam lib. 1. pag. 57. Leonellus diſertiſſime negat, *ex Seneca & Paulo epiſtolas prodiiſſe, quæ vicißim editæ memorantur, etiam atteſtante Hieronymo, ſi ſic prodidit, bono magis in ea parte viro, quam judiciario. Quamquam eundem appoſitivum ſcriptorem, ut varium oſtentatorem, ita Hieronymum induxiſſe deprehenditur, quo falſa falſo magis teſtimonio defenderet. Facile eſt enim, phreneticorum commentationes a peritis deprehendi, nihilque minus antiquis philoſophis creditum, (in quorum numerum etiam Annæum, Neronianique temporis ſtudioſos adſcribimus,) quam Chriſtianam religionem, ſeu publice ſive clandeſtine agere maluiſſent, teſte etiam illorum temporum Suetonio, qui nihil a Nerone factum dicit magnificentius, quam quod Chriſtianæ ſectæ profeſſores interimeret.* Idem Leonelli judicium repetit Decembrius lib. 11. pag. 121.

## ERNESTI SALOMONIS CYPRIANI.

*Sotionis.* Male Sophronius: Σωζοντ⊙-, iſt eſt, Sozontis. Nam qui longe ante Hieronymum & Sophronium ſcripſit Lactantius, ac Senecæ vitam probe cognitam habuit, Sotionem vocat. Ita enim de Seneca loquitur: *L. VI. c. 24. Potuit eſſe verus Dei cultor, ſi quis illi monſtraſſet, ac contempſſet profecto Zenonem & magiſtrum ſuum Sotionem, ſi veræ ſapientiæ ducem nactus eſſet.* Imo ipſe Seneca *Ep. 49. & 108.*: *Apud Sotionem philoſophum puer ſedi.* Vir fuit Seneca ſapientiſſimus, ita ut Lactantius *L. V. c. 22.* Chriſtianis ejus librum, quo exponit, *quare bonis viris multa mala accidant, cum ſit providentia*, commendet ad diſcendam morum probitatem. Præterea continentiſſimæ vitæ fuit, nec tamen ſine omni, ut videtur, labe. Nam Suilius de eo vivente ac in aula fulgente dixit, quod domus Germanici adulter fuerit, corruperitque cubicula principum fœminarum. *Tacitus ann. XIII. c. 42.*

*Niſi me illæ epiſtolæ.* Meminit harum & Auguſtinus epiſtola LIV. Juſtus Lipſius in vita Senecæ capite X. putat, epiſtolas, quæ hodie habentur, compoſitas eſſe a ſemidocto in ludibrium noſtrum: cum vero antiquiſſima ſit traditio de literario Senecæ cum Paulo commercio; rejicere hoc totum & calcare non audet. Eadem ſententia eſt Natalis Alexandri: *T. III. hiſt. eccles. p. 42.* quam non poſſum non quin probem. Nam Paulus Philippenſes *IV. 22.* ſalvere iubet nomine ſanctorum e familia Neronis. Neſcio autem, an quisquam in Neronis aula magis curioſus & probitati vitæ, quam maxime inculcat religio noſtra, addictior fuerit, quam Seneca. Itaque cum Paulo Romam abducto ejus res geſtæ omnium ore narrarentur, & ſententia de eo in Cæſaris aula ferenda eſſet; probabile eſt, Senecam inter proceres facile principem, eum conveniendi copiam non neglexiſſe, aut literis cum eo collocutum.

*A Nerone interfectus.* Vel mors Senecæ indicat, fuiſſe illum a Chriſtianorum ſacris alienum. Si in vita Paulum ſectatus eſt, ſane claritudinis minus fuit in viri fine. Cum enim morti proximus plurimum ſanguinis emiſiſſet; poſtremo ſtagnum calidæ aquæ introiit, re-

ſpergens proximos ſervorum, addita voce, libare ſe liquorem illum JOVI LIBERATORI. Tacitus hæc refert quintodecimo annalium.

# CAPUT XIII.

JOSEPHUS Mattathiæ filius, ex Hieroſolymis ſacerdos, u) a Veſpaſiano captus x) cum Tito filio ejus relictus eſt. Hic Romam veniens, y) ſeptem libros Judaicæ captivitatis Imperatoribus patri filioque obtulit, qui & Bibliothecæ publicæ traditi ſunt: Et ob ingenii gloriam, ſtatuam quoque meruit Romæ. z) Scripſit autem & alios viginti Antiquitatum libros, ab exordio mundi usque ad decimum quartum annum Domitiani Cæſaris, a) & duos ἀρχαιότητος, adverſum Apionem Grammaticum Alexandrinum: b) qui ſub Caligula legatus miſſus ex parte gentilium, contra Philonem etiam librum, c) vituperationem gentis Judaicæ continentem, ſcripſerat. Alius quoque liber ejus, qui inſcribitur περὶ αὐτοκράτορος λογισμοῦ, d) valde elegans habetur, in quo & Machabæorum ſunt digeſta martyria. Hic in XVIII. Antiquitatum libro manifeſtiſſime confitetur, propter magnitudinem ſignorum, Chriſtum a Phariſæis interfectum, e) & Joannem Ba-

Ἰώσηπος Ματθίου ἱερεὺς, Ἱεροσολύμων ἱερεύς, ὃς καὶ Οὐεσπασιανῷ ἀλοὺς, μετὰ Τίτου τοῦ υἱέως αὐτοῦ κατελήφθη. Ὃς εἰς Ῥώμην ἐλθὼν, ἑπτὰ λόγους τῆς Ἰουδαϊκῆς ἁλώσεως, τοῖς δυο βασιλεῦσι τῷ τε πατρὶ καὶ τῷ υἱῷ προσήνεγκεν, οἵτινες καὶ τῇ δημοσίᾳ Βιβλιοθήκῃ παρέδοσαν. Καὶ διὰ τὴν δόξαν τῆς εὐφυΐας, ἀνδριάντος ἠξιώθη. Ἔγραψε δὲ καὶ τῆς ἀρχαιολογίας λόγους εἴκοσι, ἀπὸ τῆς τοῦ κόσμου ἀρχῆς ἕως τοῦ τρισκαιδεκάτου ἔτους Δομετιανοῦ Καίσαρος, καὶ δύο ἀρχαιότητος κατ' Ἀπίωνος γραμματικὸν Ἀλεξανδρέως, ὃς ὑπὸ Καλιγόλα πρεσβευτὴς ἀπεσταλεὶς διὰ τὰ μέρη τῶν ἐθνικῶν, κατὰ Φίλωνος λόγῳ, ἐνέχοντα κατηγορίαν τῶν Ἰουδαίων ἔγραψε. Ἐστὶ καὶ ἄλλος αὐτοῦ λόγος περὶ αὐτοκράτορος λογισμοῦ, ἐξαίρετος πάνυ, ἐν ᾧ καὶ τὰ πάθη τῶν Μακκαβαίων ἐμνήσθη. Οὗτος ἐν τῷ ἑπτωκαιδεκάτῳ τῆς ἀρχαιολογίας λόγῳ φανερῶς ὁμολογεῖ, διὰ τὸν ὄγκον τῶν σημείων, τὸν Χριστὸν ἀνῃρῆσθαι παρὰ Φαρισαίων, καὶ Ἰωάννην τὸν βαπτιστὴν ἀληθῶς γενόμενον προφήτην, καὶ διὰ τὴν σφαγήν

u) Joſephus ipſe de ſe, prologo ad libros de bello Judaico p. 705. & apud Euſeb. III. 9. Ἰώσηπος Ματθαίου παῖς, ἐξ Ἱεροσολύμων ἱερεύς. Pro Ματθαίου apud Suidam e Græco Hieronymi interprete eſt Ματθαίου ſive Ματθίου. Hieronymi qnoque Codex Gemblacenſis, Suffrido Petri inſpectus, & alii quidam teſte Eraſmo, *Matthiæ*.

x) Accidit hoc capta Iotapata, anno Neronis 13. CHriſti 67. Joſephi 30. vide Joſeh. III. 14. (Gr. 24. ſeq.) de bello Jud.

y) Poſtquam ſcilicet a Veſpaſiano jam Imperatore ſolutus vinculis, cui filioque ejus Tito imperium prædixerat. Vide deſideratiſſimi noſtri B.D. Godfridi Olearii exercitationem de vaticinio Joſephi, Lipſiæ editam.

z) Euſebius III. 9. de Joſepho, cum dixiſſet eum non modo apud Judæos ſed & Romanos ἐπιδοξότατον fuiſſe, ſubjungit: ὡς αὐτὸν μὲν ἀναθέσει ἀνδριάντος ὑπὸ τῆς Ῥωμαίων πόλεως, τὰς δὲ ἀπὸδοθείσας αὐτῷ λόγους βιβλιοθήκης ἀξιωθῆναι. Joſephus ipſe in vita ſua p. 1016. & ex eo Euſeb. III. 10. αὐτὸς ἐπέδωκε τοῖς αὐτοκράτορσι τὰ βιβλία — ὁ μὲν αὐτοκράτωρ Τίτος ἅτε καὶ μόνων αὐτῶν ἐβεβλήθη τὴν γνῶσιν τοῖς ἀνθρώποις ἀφειδὴς τῶν πράξεων, ὡς τι χαράξας τῇ ἑαυτοῦ χειρὶ, τὰ βιβλία δημοσίευσιν προσέπαξεν.

a) Fallitur Hieronymus ex obiter inſpectis Joſephi verbis, qui teſtatur quidem ſe tertio decimo anno Domitiani inchoante ultimam manum libris Antiquitatum impoſuiſſe, non vero Hiſtoriæ telam eo perduxiſſe, quæ jam in duodecimo Neronis anno quo rebellare adverſus Romanos cœperunt Judæi, deſinit. Cæterum pollicetur Joſephus alio ſe tempore etiam quæ ad tertium decimum Domitiani annum deinceps contigere, perſecuturum: quod num fecerit, neutiquam conſtat. Κἂν τὸ θεῖον ἐπιτρέπῃ, καὶ ἐφεξῆς ὑπομνήσω πάλιν τὸν πόλεμον καὶ τὰ συμβεβηκότα ἡμῖν μέχρι τῆς νῦν ἐνεστώσης ἡμέρας ἥτις ἐστὶ τρισκαιδεκάτου μὲν ἔτους τῆς Δομετιανοῦ Καίσαρος ἀρχῆς.

b) In poſteriore potiſſimum libro Joſephus diſputat adverſus ea quæ Apion Pliſtonices ſcripſerat adverſus Judæos libro tertio & quarto Αἰγυπτιακῶν. In priore Judæos defendit adverſus Manethonem aliosque.

c) Apionem Poſidonii F. ἐν τῷ κατ' Ἰουδαίων λόγῳ citat Juſtinus Martyr cohortatione ad Græcos p. 9. ſeq. & Clemens Alex. 1. Strom. p. 320. Euſebius III. 9. de Joſepho: καὶ ἕτερα δ' αὐτοῦ φέρεται ἀπόδεξις ἄξια δύο τὰ περὶ τῆς Ἰουδαίων ἀρχαιότητος, ἐν οἷς καὶ ἀντιῤῥήσεις πρὸς Ἀπίωνα τὸν Γραμματικὸν, κατ' Ἰουδαίων πεντάδι συντάξοντα λόγον πεποίηται καὶ πρὸς ἄλλους οἳ διαβάλλειν καὶ αὐτοὶ τὰ πάτρια τῶν Ἰουδαίων ἔθνους ἐπεχείρησαν.

d) Idem Euſebius III. 10. πεποίηται δ' καὶ ἄλλο ἔτι, ἀγενὲς ἀπόδειγμα τῷ ἀνδρὶ περὶ αὐτοκράτορος λογισμοῦ, (Rufin. *quod animus ſit qui imperium teneat in nobis*, Honorius: *de potentia rationis.*) Ὅ τινες Μακκαβαϊκὸν ἐπέγραψαν, τῷ τοὺς ἀγῶνας τῶν ἐν τοῖς ἄνω καλουμένοις Μακκαβαϊκοῖς συγγράμμασιν ὑπὲρ τῆς εἰς τὸ θεῖον εὐσεβείας ἀνδρισαμένων ἑβραίων περιέχον.

e) Hæc in loco quem infra Hieronymus affert ex Joſephi XVIII. 4.

ptiſtam f) vere Prophetam fuiſſe, & propter interfectionem Jacobi Apoſtoli, dirutam Hieroſolymam. g) Scripſit autem de Domino in hunc modum: h) *Eodem tempore fuit Jeſus vir ſapiens, ſi tamen virum oportet eum dicere. Erat enim mirabilium patrator operum, & doctor eorum, qui libenter vera ſuſcipiunt: plurimos quoque tam de Judeis, quam de gentibus, ſui habuit ſectatores, & credebatur eſſe Chriſtus. i) Cumque invidia noſtrorum principum, crucieum Pilatus addixiſſet, nihilominus qui eum primum dilexerant, perſeveraverunt. Apparuit enim eis tertia die vivens: multa & hæc & alia mirabilia carminibus Prophetarum de eo vaticinantibus: & usque hodie Chriſtianorum gens, ab hoc ſortita vocabulum, non defecit.*

γὴν Ἰακώβου τοῦ Ἀποστόλου τὰ Ἱεροσόλυμα πεπορθῆσθαι. Ἔγεγραπε δ' καὶ περὶ τοῦ Κυρίου ταῦτα· Γίνεται δ' κατὰ τοῦτον τὸν χρόνον Ἰησοῦς σοφὸς ἀνὴρ, εἴγε ἄνδρα αὐτὸν λέγειν χρή. Ἦν γὰρ παραδόξων ἔργων ποιητὴς, διδάσκαλος ἀνθρώπων τῶν ἡδονῇ τἀληθῆ δεχομένων, καὶ πολλοὺς μὲν Ἰουδαίους, πολλοὺς δ' καὶ τοῦ Ἑλληνισμοῦ ἐπηγάγετο, ὁ Χριστὸς οὗτος ἦν. Καὶ αὐτὸν ἐνδείξει τῶν πρώτων ἀνδρῶν παρ' ἡμῖν, σταυρῷ ζημιωσάντος Πιλάτου, οὐκ ἐπαύσαντο οἱ τὸ πρῶτον αὐτὸν ἀγαπήσαντες. Ἐφάνη γὰρ αὐτοῖς τρίτην ἔχων ἡμέραν πάλιν ζῶν, τῶν θείων προφητῶν ταῦτα καὶ ἄλλα μυρία περὶ αὐτοῦ εἰρηκότων, ἀφ' οὗ τῶν Χριστιανῶν ἀπὸ τοῦδε ὠνομασμένων, οὐκ ἔλιπε τὸ φῦλον.

f) Joſephus XVIII. 7. teſtatur Judæos quosdam credidiſſe exercitum Herodis ab Aretæ copiis deletum in pœnam injuſte ab Herode necati Johannis Baptiſtæ, quem vocat ἀγαθὸν ἄνδρα καὶ τοῖς Ἰουδαίοις κελεύοντα ἀρετὴν ἐπασκοῦσιν καὶ τὰ πρὸς ἀλλήλους δικαιοσύνῃ καὶ πρὸς τὸν θεὸν εὐσεβείᾳ χρωμένοις βαπτισμῷ συνιέναι. Hæc de Johanne Joſephus, licet diſertis verbis Prophetam eum haud appellat. Laudat hoc Joſephi de Johanne teſtimonium etiam Origenes 1. contra Celſum pag. 35. & Euſebius lib. 1. cap. 11. Hiſt.

g) De hoc dictum ſupra, ad cap. 2.

h) Hunc Joſephi locum Græcus interpres non ut ſolet ex Hieronymo nova verſione expreſſit, ſed ita ut in Joſephi Codicibus lib. XVIII. Antiquitatt. cap. 4. leguntur adſcripſit.

i) Sic Hieronymus reddidit verba, ὁ Χριστὸς οὗτος ἦν, quæ ſi Joſephi ſunt, aliter certe intelligi non poſſunt. Vide ſi placet quæ lib. IV. Bibl. Græcæ cap. 6. de Joſepho ejusque ſcriptis & hoc ſpeciatim teſtimonio annotavi. Editione præclara ac luculenta operum Joſephi propediem donabuntur ſtudioſi ab accuratiſſimo Viro Johanne Hudſon, Bibliothecæ Bodlejanæ, quæ Oxonii eſt, Præfecto digniſſimo.

## ERASMI SCHOLIA.

*Joſephus Mattathiæ.*) Matthiæ eſt apud Sophronium, ſuffragantibus & vetuſtis exemplaribus. Suidas habet Matthæi.

*Quatuordecim antiquitatum libros.*) In nonnullis erat viginti quatuor, at Sophronius viginti ponit, conſentientibus vetuſtis exemplaribus, atque ipſo Suida. Græce, περὶ τῆς ἀρχαιολογίας.

*Duos Archaeotetos.*) Ἀρχαιότητος, id eſt, antiquitatis.

*Qui inſcribitur περὶ αὐτοκράτορος λογισμοῦ.* id eſt, de imperatrice ſapientia, ſeu prudentia. Nam id interpretamentum, quod circumfertur in vulgatis exemplaribus, de potentia dicendi, neſcio quis adjecit. Cæterum Græcum titulum & ante nos reſtituit ex Sophronio & Suida Cono Norimbergenſis, vir in pervestigandis iis, quæ ad reſtituendos autores pertinent, juxta fidelis ac diligens, & omnino dignus qui diutius vixiſſet bonis literis, ac diutius vivere poterat, niſi in hoc vitæ genus incidiſſet, in quo huic ſtudiorum generi non multum honoris haberi ſolet, quod haud magnopere facit πρὸς τὰ ἀλφιτα.

## MARIANI VICTORII NOTÆ.

Ἀρχαιότητος. Antiquitatis.

Περὶ αὐτοκράτορος λογισμοῦ. De imperatrice, ſeu dominatrice prudentia. Hic liber ab ipſo Eraſmo verſus, extat.

## HENRICI GRAVII NOTÆ.

*Joſephus Mattathiæ filius.*) Vide Euſeb. lib. 3. cap. IX.

*A Veſpaſiano captus.*) Euſebius in Chronicis anno 14. Neronis: *Flavius Joſephus ſcriptor Hiſtoricus, dux belli Judaorum, cum a Romanis interficiendus eſſet, Veſpaſiano pranuntiat de morte Neronis, & ejus imperio, cujus rei cauſa vitam dono accepit.*

*VII Libros Judaicæ captivitatis.*) Horum meminit Hieronymus etiam ſcribens in 64. cap. Eſa. & in Nah. 3. & in Zachar. 1. *Joſephus Hiſtoriæ Judaicæ ſcriptor vernaculus.* Tertul. in Apol. c. XX. *Et qui iſtos aut probat aut revincit Judæus Joſephus antiquitatum Judaicarum vernaculus vindex.*

*Adverſus Apionem Grammaticum Alexandrinum.*) Hieron. ad Magnum: *Joſephus antiquitatem approbans Judaici populi, duos libros ſcripſit contra Apionem Alexandrinum Grammaticum, & tanta ſecularium profert teſtimonia, ut mihi miraculum ſubeat, quomodo vir Hebræus, & ab infantia ſacris litteris eruditus, cunctam Græcorum Bibliothecam evolverit.* De Apione Grammatico lege Epiſtolam Senecæ 89. lib. 13. De liberalibus Artibus, & Plinii præfationem naturalis hiſtoriæ.

Περὶ αὐτοκράτορος λογισμῶν.) Hieron. lib. 2. in Pelagianos: *Unde & Joſephus Machabæorum ſcriptor hiſtoriæ, frangi & regi poſſe dicit perturbationes animi, non eradicari.*

## SCHOLIA AUBERTI MIRÆI.

*A Veſpaſiano captus.*) Flavius Joſephus, anno Chriſti 37. Caji Caligulæ primo, natus eſt: ut ipſe in vita ſua teſtatur. Non ſolum Hiſtoricus, ſed & miles, fervente in Syria bello, dux Galilæorum ab Hieroſolymitanis creatus, rem fortiter geſſit, usque dum capta Jotapata, anno nati Chriſti 67. vivus in manus Romanorum venit: ut ipſe l. 3. Excidii cap. 17. narrat Ad Veſpaſianum adductus, Imperium illi prædixit: ut idem ipſe l. 3. de bello Judaico cap. 14. narrat. Cujus rei & Suetonius c. 5. meminit: *Et unus ex nobilibus captivis Joſephus, cum conduceretur in vincula conſtantiſſime aſſeveravit fore, ut ab eodem brevi ſolveretur, verum jam Imperatore.* Nimirum vaticinum Propheticum de Meſſia Rege, quem iis temporibus Judæi adhuc exſpectabant, Veſpaſiano Joſephus accommodabat: eamque vaniſſimam interpretationem eventu poſtea comprobatam fuiſſe, gentiles putarunt, quibus ignotum erat regnum ſpirituale, quod per univerſum orbem habet Salvator noſter Chriſtus. Hinc Tacitus lib. 5. Hiſt. *Pluribus perſuaſio inerat, antiquis ſacerdotum litteris contineri, eo ipſo tempore fore, ut valeſceret Oriens, profectique Judæa rerum potirentur: quæ ambages Veſpaſianum ac Titum prædixerant.* Similia Svetonius in Veſpaſiano narrat. Joſephus vero a Veſpaſiano e carcere dimiſſus, cum Tito ejus filio ad Hieroſolymorum obſidionem profectus fuit. Hoc bello peracto, libros VII. de eo ipſo bello Judaico Græce ſcripſit, & Veſpaſiano ac Tito obtulit. Libros XX. ſuos antiquitatum Judaicarum ætatis 56. Domitiani anno XIII. hoc eſt, Chriſti circiter XCIII. abſolvit. Illuſtre apud eum de Chriſto teſtimonium lib. 18. habetur; hic ab Hieronymo, itemque ab Euſebio lib. 1. Hiſt. cap. 11. à Suida, & a Photio cod. 76. citatum: ubi & de ſtilo Joſephi cenſuram dat Photius. Utinam ejus opera cum MSS. exemplaribus Græcis, quæ Pariſiis in Bibliotheca Regia & alibi exſtant, quis conferat, & Notis illuſtret.

## WILH. ERNESTI TENTZELII.

Tria ex Joſepho Hieronymus allegat teſtimonia, propter quæ illum in Scriptorum Eccleſiaſticorum numerum retuliſſe videtur. Primum de Chriſto integrum Latine recitat, quod præteritis annis plurimas eruditorum contentiones peperit, nunc fere ſopitas. Singularem ſententiam, & a nemine, quod ſciam, hactenus excuſſam, fovet Lambecius, initio libri VIII. Commentariorum de Bibliotheca Vindobonenſi, quaſi Joſephus non ex propria, ſed Chriſtianorum ſententia ita ſcripſiſſet. Nec ſpernenda Cavius P. 11. Hiſtoriæ pag. 10. 11. congeſſit, in eo cum plerisque conveniens, quod Euſebius primus hoc teſtimonium citaverit. Sed antiquior eſt Macarius martyr, cujus & ſociorum Acta Tomo quinto Maji exhibuit Papebrochius. cap. 111. num. XI. Macarii Oratio ad Diocletianum Imperatorem refertur, hoc initio: Ἰώσιππος ὁ ἐξ Ἱεροσολύμων ἱερεὺς γενόμενος, καὶ ἱστορῶν μετ' ἀληθείας τὰ κ' Ἰουδαίους, μαρτυρεῖ τὸν Χριστὸν τὸν θεὸν ἀληθινὸν γεγονότα, ἀναθεωρήσαντα τὰ καὶ φανερωθέντα, καὶ τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ ἐγερθέντα, ἃ τὰ συγγράμματα ἐν τῇ δημοσίᾳ ἀποκειται βιβλιοθήκῃ. Hæc Cardoni verſio Latina brevius contrahit: *Joſephus Sacerdos Hieroſolymitanus, quique Hiſtoriam Judæorum integra fide ad poſteros tradidit, Chriſtum verum DEVM fuiſſe teſtatur, cui rei certiſſimum in ejus libris teſtimonium hoc habemus.* Macarius ille num. IX. appellatur *cubiculi Imperatorii præpoſitus*, & ſecundo perſequutionis Diocletianeæ anno, Chriſti 304. martyrio affectus eſt. Provocat diſerte ad publicam Bibliothecam, in qua Joſephi libri adſerventur, ut credere par ſit, eum αὐτόγραφον inſpexiſſe, tanta alioquin fidentia ante Imperatoris tribunal nunquam uſurum. Quæ maximum teſtimonio Joſephi pondus conciliarent, niſi Cardonus in Commentario prævio num. 1. dixiſſet, *hanc narrationem diſputationculis, concionibus, & aliis e more plurium Græcorum Hagiographorum amplificationibus diſtentam, proponere, quisquis hæc ad poſteritatem Acta tradidit.* Sed melius num 1. ſentit Papebrochius, *Codici Græco, licet ſoli, fidem habens plenam de hiſce Martyribus;* putatque *Acta illa in Dalmatia primum compoſita fuiſſe.* Saltem, quod in Annotatis vult Cardonus, *locum Joſephi ex Euſebio deſcripſiſſe auctorem*, falſum eſſe quilibet deprehendet, cui volupe eſt, Acta hæc cum Euſebio conferre.

II. Reliqua duo Joſephi teſtimonia; quibus eum *manifeſtiſſime confiteri* ſcribit Hieronymus, *Joannem Baptiſtam vere Prophetam fuiſſe, & propter interfectionem Jacobi Apoſtoli diruta Hieroſolyma*, a priſcis Judæis e Joſephi libris expuncta eſſe magno conatu contendit Huetius Propoſ. 111. Demonſtrationis Evangelicæ num. x. ſed mihi nondum perſuaſit.

Quis

Quis enim credat, hoc Iudæorum facinus, si illud aggredi ausi fuissent, omnes statim Codices perrepsisse, eos præsertim, quos Christiani passim asservabant ? Et si quosdam falsariæ manus corruperint, num statim consequetur, illos etiam Codices, ex quibus superiori nostroque sæculo variæ prodierunt editiones, vel qui etiamnum manuscripti in diversis Bibliothecis delitescunt, ista fraude contaminatos fuisse ? Sane Huetius ipse, quando testimonium Iosephi de Christo pensitat, haud dissimulat, plurimos Codices integræ spectatæque fidei Iudæorum manus effugisse. Nec sibi constat, quando contendit, Flavianum Origenis Codicem testimonio de Christo caruisse, in quo tamen alterum de Iacobo exstitisse ultro adfirmaverat. Sicciné Iudæi Origenis quidem temporibus alterum de Christo e nonnullis exemplaribus expunxerant, circa alterum vero de Iacobo plagii scelus nondum tentaverant ? Sed prius illud de Ioanne Baptista expendamus, quod *ex lib. XVIII. Antiquitatum* Iosephi depromtum esse Hieronymus clarissime indicat. At in eodem cap. VII. hodienum exstat laudabile de Ioanne illo Baptista testimonium, quod tam Origenes lib. 1 adversus Celsum, quam Eusebius lib. 1. Historiæ Eccles. cap. x1. recensent. Neque aliud respexit Hieronymus, quanquam sensum potius, quam verba attendens. Prout enim expressis verbis neutiquam dixerat Flavius, *propter magnitudinem signorum Christum a Pharisæis interfectum*, quod tamen *manifestissime* eum *confiteri* æque dixerat Hieronymus ; nemo autem inficias iverit, ex celebri Iosephi de Christo periocha recte id eum collegisse, conferendo simul verba Pharisæorum & Pontificum, Joan. XI, 48. cum quibus illud Iosephi testimonium egregie comparat Joan. Lightfootus Hor. Talmud. in Act. IV, 17. ita non minus legitimam consequentiam Hieronymus nectere potuit ex insigni Joannis Baptistæ apud Flavium elogio, ut Joannem pro vero Propheta ab eo habitum putaret, quando inprimis ex Evangelistis noverat communem Judæorum de Joanne opinionem, quod is Propheta divinitus missus fuerit.

III. Neque aliter rem sese habere puto cum altero Jacobi elogio, quod a Iudæis erasum statuit Huetius. Quemadmodum enim uno tantum loco Christi res enarrat Iosephus, ita boni Historici officio satisfecit, uno itidem loco Iacobi mortem in Antiquitatum opere consignando, quod & fecit lib. XX. cap. VIII. Fateor, nihil ibi legi, quod propter interfectionem Iacobi diruta sit Hierosolyma. Id tamen rursus per consequentiam collegit Origenes, quem Eusebius ac Hieronymus sequuntur. Hanc non male auguratus est Christophorus Adamus Rupertus Epist. 1. ad Sebaldum Snellium, pag. 75. libelli de testimonio Flaviano ab Arnoldo editi. *Iosephus enim lib. XX. Antiq. cap. VI. refert, multas pietatis ergo in urbem venisse, patrasse cædes in ipso templo; unde fas sit credere, DEUM tantam impietatem aversurum, Hierosolyma & templum lustrare decrevisse Romanorum facibus quasi lustralibus. Atqui subsumsit ille, quisquis hæc legit, ex istis in sacro loco, & religionis caussa, interfectis præcipuus fuit Iacobus, Christi frater, ut ipse Iosephus nos docet cap. 8. ejusdem libri, collatus cum nostris. Ergo.* Ita subsumserit Origenes, tam lib. I. & II. contra Celsum, quam Tom. XI. in Matthæum, pag. 223. editionis Huetianæ. Quisquis tria hæc Origenis loca inter se contenderit, facile animadvertet, non ipsa Iosephi verba, sed suis interpolata eum recitasse : veramque esse Pearsonii observationem Lect. IV. in Acta p. 57. *id non ita intelligendum est, quasi Iosephus eum appellasset Iacobum Iustum, aut Iustitiam ejus prædicasset.* Nam Iosephus nude eum appellat τὸν ἀδελφὸν Ἰησοῦ τοῦ λεγομένου Χριστοῦ, quemadmodum & Origenes in Matthæum, non addito *Iusti* præconio. Notari etiam meretur, nec Origenem, nec, qui ex ejus lib. I. contra Celsum descripsit, Eusebium lib. 11. Histor. Eccles. cap. XXIII. nominare librum Antiquitatum Iosephi, ubi id diserte habeatur, quod Iacobi Iusti caussa Hierosolymorum urbs eversa sit. Hieronymus quidem designat *librum XIIX. Antiquitatum*, a potioribus Christi & Ioannis elogiis, quæ ibi leguntur, denominationem faciens. Neque cum Ruperto *reor, ipsum Hieronymum ea de Iacobo in Iosepho legisse, sed in alio quodam, qui ex consequentia rem narraverat.* Legit nempe lib. I. Origenis adversus Celsum, & quoniam is in verbis proxime antecedentibus librum Iosephi XIIX, & quæ ibi de Ioanne Baptista exstant, allegaverat, eundem Iosephi librum in Catalogo retinuit Hieronymus. Unde facilis est responsio ad præcipuum Huetii argumentum: *Quem* (Iosephi de Iacobo locum) *quoniam tam aperte & fidenter usurpant Origenes & Eusebius, cum ille disputaret adversus Ethnicos, uterque vero in media Iudæorum colluvie scriberet, & eum præterea designat Hieronymus, minime credi potest, vel confictum ab iis fuisse, vel ab aliis, aut omnino suspectum fuisse & dubium.* Nimirum Origenes per consequentiam id ex Iosepho elicuit, eandemque postea repetentes Eusebius & Hieronymus, non pro triplici sed unico tantum teste habendi sunt.

## ERNESTI SALOMONIS CYPRIANI Annotationes.

*Mattathiæ filius.* Legendum puto : *Matthiæ filius*, ob gravissimas rationes, quas Valesius in notis ad libri III. caput IX. Eusebii affert. Ita sane de se ipso Iosephus aliquoties. Consentit codex Guelpherbytanus.

*A Vespasiano captus.* Iosephus libro de vita sua : *In Romanorum potestatem redactus asservabar summa diligentia, in honore tamen a Vespasiano habitus.*

*Bibliothecæ publicæ traditi ſint.* Mirum, unde hoc hauſerint Euſebius & Hieronymus. Ioſephus in libro de vita ſua proprias laudes effuſe decantat, nec tamen hoc addit, non prætermiſſurus, ſi res ita ſe habuiſſet. Τίτ῾, inquit, τὰ βιβλία δημοσίευσαι προσέταξεν, quod Sigismundus Gelenius inepte reddit: *Libros in bibliotheca publicari iuſſit.* De bibliotheca nihil tum cogitavit Ioſephus.

*Statuam meruit Romæ.* Fides ſit penes Euſebium, e cujus libro III. capite IX. hæc tranſcripſit Hieronymus.

*Adverſum Apionem.* Ex noſtra lectione dijudicari non poteſt, unumne an plures contra Iudæos emiſerit Apion libros. Valeſii codex aliter habuit, cum dicat, Hieronymum hoc loco tueri lectionem vulgatam, qua Apion unum tantum librum contra Iudæos creditur emiſiſſe in lucem. Quicquid ſit, hoc certum eſt, Iudæos ab Apione multis libris impugnatos eſſe, ſive illi libri de induſtria contra Iudæos ſcripti ſint, ſive aliud agendo traduxerint Iudæos. Patet hoc ex principio libri II. contra Apionem.

*Alius quoque liber ejus.* Quia nec Hieronymus hoc loco, nec Euſebius meminerunt Joſephi de vita ſua libri, dum ejus ſcripta recenſent: imo quia Euſebius *L. III. c.* 10. nonnulla, quæ hodie in libello de vita Joſephi leguntur, extare dicit ſub finem ἀρχαιολογίας: denique quia Joſephi codices manu exarati libellum illum a viceſimo antiquitatum libro non divellunt, ſed exhibent continua ſerie ſub finem: merito amplector ſententiam Valeſii, librum Joſephi de vita ſua nihil aliud eſſe dicentis, quam epilogum libri viceſimi antiquitatum: quantumvis Scaliger ac impreſſi codices Græco-Latini omnes contradicant. Sane ut reliqua argumenta deſint, contextus ſub finem viceſimi antiquitatum libri, & primordium libelli de vita, litem dirimit. Credo autem epilogum illum olim divulſum eſſe ab iis, qui Joſephi vitam noſſe, nec integrum antiquitatum volumen deſcribere aut comparare cupiebant.

*Propter interfectionem Jacobi apoſtoli dirutam Hieroſolymam.* Hæc in Joſepho nunquam reperta eſſe ſupra demonſtravi, in Jacobi vita.

*Scripſit autem de Domino in hunc modum.* Vexatiſſimus locus, de quo multi extant libelli. Autores, qui eum excutiunt, plerosque collegit Chriſtophorus Arnoldus, in libello Noribergæ ſub titulo Teſtimonii Flaviani emiſſo. Plures laudat Hermannus Witſius præfatione in tomum I. miſcellaneorum ſacrorum, cui catalogo alios adjicere non eſt magni laboris. Quidam locum rejiciunt, tanquam a Chriſtianis, Euſebio ut quidam ſentiunt, ſuppoſitum. Alii eum plane tuentur, ac fuit ſuperiori ſeculo vix unus alterue, qui revocaret in dubium; ſed vitam Chriſti commemorantes huc ſecure provocarunt, ut fecit Joachimus Perionius de vita Chriſti capite CL. aliique innumeri. Nonnulli eum Joſephi eſſe contendunt, ſed a Chriſtianis interpolatum. Atque hanc ſententiam conſtat certam tutamque eſſe. Joſephus enim non poterat jure prætermittere eventum tam memorabilem, puta, res geſtas Chriſti, qui omnium ore ferebatur, cujusque ſectatores orbem replebant. Qui igitur potuit ſilentio involvere negotium, quod ſua ætate mira ſumebat incrementa, cum alias, easque minutas res in libris ſuis perſequeretur. Potuit quoque affirmare, Chriſtum pro Meſſia habitum eſſe, quum eo nomine in tota Judæa à non paucis indigitaretur. Quod vero in textu Joſephi & hodie extat, & Euſebii ævo extitit: ἦν ὁ χριστὸς, *erat Chriſtus*; id omnino a Chriſtianis adjectum puto. Adſcribam judicium Stephani le Moyne, viri ſane doctiſſimi, quo nemo unquam frequentius legit, ac melius intellexit Joſephum. Illud vero ita ſe habet: *T. II. var. ſacr. p. 931. Interpolatus eſt locus, Chriſtianorum nimis officioſam manum expertus. Nam non puto integrum locum ſuppoſititium. Eo audaciæ non aſſurrexerunt unquam chriſtiani, Sed cum Joſephus quædam in illo loco de Meſſia & Jeſu ingeſſiſſet, & dixiſſet, quod ille erat* λεγόμενος χριστὸς, *ſicut L. 20. C. 8. levi immutatione, & fraude non improbanda, quidam Chriſtianus ad marginem ſcripſerat,* ἦν ὁ χριστὸς, *cum* λεγόμενος *minus dicere, quam par erat, exiſtimaret. Tandem deſcribentibus amanuenſibus oxulavit textus ipſe, & gloſſa marginalis illius locum occupavit.*

*Vir ſapiens.* Vocem, *vir*, non habet codex Noribergenſis.

*Credebatur eſſe Chriſtus.* Hieronymus aut incorrupto Joſephi codice uſus eſt, aut prudenter vertit Euſebium, qui habet: ἦν ὁ χριστὸς. Viderat nimirum doctiſſimus pater, Joſephum judæum nullatenus de Chriſto dicere potuiſſe: *Erat Meſſias*, vel, *Chriſtus.* Cæterum Noribergenſis codex legit: *Credebatur etiam Chriſtus.*

*Perſeverarunt.* Codex Noribergenſis: *perſeverarunt in fide*; quæ lectio plane olet Chriſtianos, eorumque formulas loquendi. Vel ex hoc additamento apparet, recentem eſſe codicem.

*Non defecit.* Codex Noribergenſis: *Non deficit.* Prior lectio præferri debet. Joſephus enim habet: οὐκ ἐπέλιπε. Quæ paulo ante ex Joſepho affert Hieronymus: *Apparuit enim eis tertia die vivens: multa & hæc & alia mirabilia carminibus Prophetarum de eo vaticinantibus*; extant quidem hodienum in Joſepho, ſed procul dubio a Chriſtianis adjecta.

CAP.

# CAPUT XIV.

JUSTUS TIBERIENSIS, k) de provincia Galilæa, conatus est & ipse l) Judaicarum rerum historiam texere, & quosdam commentariolos de Scripturis m) componere: sed hunc Josephus arguit mendacii. n) Constat autem illum eo tempore scripsisse, quo & Josephus.

Ἴουστος Τιβεριάδος, ἐπαρχίας Γαλιλαίας, ἐπεχείρησε μὲν καὶ αὐτὸς Ἰουδαϊκὴν ἱστορίαν συντάξαι, καί τινα ὑπομνήματα περὶ γραφῶν, ἀλλὰ τῶν Ἰώσηπος ἐλεγχὸν ψευσάμενον. Καὶ γὰρ ἐν ὀλίγῳ τῷ καιρῷ συνέγραφεν, ὅτε καὶ Ἰώσηπος.

k) Tiberias Galilææ opidum vicinum lacui Genneſaritico ab Herode Antipa conditum & nomine illo appellatum in honorem Tiberii Imp. anno ejus XIV. Vide quæ ad Stephanum Byz. viri docti, & Harduinum in numis urbium illuſtratis pag. 498. atque Hadr. Relandi Palæſtinam lib. 3. p. 1036. ſeq. *Juſtus* (in Cod. Sigebergenſi & apud Honorium male *Juſtinus*) Tiberienſis ὁ Τιβεριεὺς Piſti viri nobilis F. gente & religione Judæus ſcripſit *de bello Judaico*, ὁ τὸν Ἰουδαϊκὸν πόλεμον καὶ ὑποτασσομένην ἱστορήσας. Steph Byz. in Τιβεριάς. Ab illo opere diſtinctum videtur *Chronicon rerum Judaicarum a Moyſe ad Regem Agrippam ſecundum*, quod legiſſe ſe teſtatur Photius Cod. 33. χρονικὸν Ἰουδαίων βασιλέων τῶν ἐν τέλμασι. Citant Laërtius II. 41. Euſtathius Antiochenus in Hexaëmeron ſub init. Vide Voſſium de Hiſt. Græcis lib. 2. cap. 8. Utrumque opus jam pridem intercidit.

l) Suidas fideliter hæc ex Græco interprete Hieronymi deſcripſit: ἐπεχείρησε μὲν καὶ αὐτὸς, licet nulla apud eum præcedat Joſephi mentio. Unde doctiſſimus Kuſterus bene obſervat, neutiquam ex Suida de ſumſiſſe quæ habet cum eo ſimilia Hieronymi interpretem, ſed vero Suidam illa ex Hieronymi interprete delibaſſe, adeoque & hunc longe Eraſmo editore, vetuſtiorem haud dubie eſſe.

m) Verba *de ſcripturis* male Suffridus Petri putat abundare, male ideo in quibusdam editionibus omiſſa. Et in Græco interprete atque apud Suidam male editum περὶ γεγραφῶν pro περὶ γραφῶν, ut eidem Kuſtero pulchre notatum.

n) Euſebius III. 10. Hiſt. de Joſepho: Δομετιανὸς δὲ καὶ Ἰώσηπον Τιβεριέα ὁμοίως αὐτῷ τὰ κατὰ τὰς αὐτὰς ἱστορῆσαι χρόνους παραπεμψάμενον, ὡς μήτ' ἀληθῆ συγγεγραφότα· πολλὰς τε ἄλλας ἐυθύνας ἐπαγαγὼν τῷ ἀνδρί. Vide Joſephum ipſum Juſti inimicum in vita ſua p. 1000. 1001. 1005. 1012. 1020. 1024. 1028. ſeq. edit. Lipſienſis. Γοητείαν καὶ ἀπάτην Δι' λόγων ipſi tribuit p. 1001. & p. 1024. Juſtum τὸν περὶ τῶν πραγμάτων γεγραφότα --- περὶ ᾧ τὴν ἀλήθειαν ἐλέγχομεν, καὶ ὃς ἔχθραν ἢ χάριν τὸ ψεῦδος ἐπιζητούμενον μηδεμιᾷ διελθεῖν. Alius longe junior Juſtus Hebræus cujus chartam topographicam terræ ſanctæ laudat Tho. Pinedo ad Stephanum Byzant. pag. 498. 546. 571.

## NOTÆ HENRICI GRAVII.

*Juſtus Tiberienſis.*) Euſebius in Chronicis anno 1. Nervæ: *Juſtum a Tiberiade Judæorum ſcriptor agnoſcitur.*

*Sed hunc Joſephus arguit mendacii.*) In fine videlicet XX. Antiquitatum, hoc eſt in vita ipſius, ab eodem Joſepho conſcripta, & ei libro adjecta.

## AUBERTI MIRÆI SCHOLION.

Juſtus Tiberienſis ſeu Tiberiadenſis cum Joſepho paulo ante memorato graves inimicitias habuit. Scripſit Judæorum Regum, qui coronati fuerunt, Chronicon: ut Photius in Bibliotheca cod. 33. prodit. Juſti ejusdem Joſephus in Vita ſua, Stephanus in Tiberiade, Suidas & alii meminerunt.

## WILH. ERNESTI TENTZELII.

Plura de Juſto Tib. reperire licet apud Voſſium lib. II. de Hiſtoricis Græcis capite VIII. Valeſium Annotat. ad Euſebii Hiſtor. Eccleſ. lib. III. cap. X. & Cavium P. 1. Hiſtoriæ litterariæ pag. 23. 24. quorum hic conjicit, *Juſti hujus ſcripta aut alicubi ad hunc latere, aut quod veriſimilius eſt, aliquot retro ſæculis periiſſe.* Facilis tamen eorum jactura foret, ſaltem inter ſcriptores Chriſtianos, quia teſte Photio nullam de Chriſti advenu rebusque geſtis fecerat mentionem.

## ERNESTI SALOMONIS CYPRIANI.

Intuens Joſephi indolem, vivendi rationem ac fata, non poſſum dicere aliud, quam Juſti hujus hiſtoriam belli Judaici magna fide conſcriptam, Joſephum autem in ſua hiſtoria Romanis blandiſſimum fuiſſe. Sane effuſus favor, quo Flavius Veſpaſianus, Titus ac Domicia-

nus complexi ſunt, indicat, eum de Romanis melius, quam de Iudæis meritum eſſe. Accedit, Ioſephum non habuiſſe, niſi miſerrima argumenta, queis Iuſtum impugnaret. *Cur vivo Veſpaſiano ac Tito*, inquit, *quorum auſpiciis id bellum geſtum eſt, & Agrippa ſuperſtite cognatisque ejus, non edidiſti tuam hiſtoriam? L. de vit. ſua opp.* 1026. Ridicula objectio! non edidit ſuperſtitibus patriæ ſuæ invaſoribus, quod eam ingratam fore ſeque male punitum iri cerneret, qui vix vita donatus erat ab hoſtibus, ſervatus precibus Berenices. Ingratum eſt hoſtibus quod verum eſt, ac de ſævitia illorum exponit. *Non ſic ego*, ait Ioſephus, *neque meis ſcriptis timui: ſed ipſis opus Imperatoribus tradidi. Ipſe Titus imperator adeo e ſolis illis libris cognitionem earum rerum homines petere voluit, ut ſua manu ſubſcriptos publicari juſſerit.* Si non ſolis Romanis, ſed Iudæis quoque accepta fuiſſet hiſtoria Ioſephi, haberet uſtentandi cauſas. Verum non diffitetur bonus vir, gentem ſuam magnopere de ſe conqueſtam eſſe, quod adinvidiam referre audet. Cur timeret ſuis ſcriptis, quæ ad Imperatoris, acerrimique Iudæorum hoſtis, nutum adornarat? Non erat ſermo de eo, an Ioſephi hiſtoria accepta fuerit Romanis; imo hæc erat Iudæorum querela, nimis acceptam eſſe, quod plane partium ſtudio orta eſſet, Romanos laudibus in cœlum efferret, Iudæos vero nunquam non traduceret. Quisquis Ioſephi genium, & res illo tempore geſtas, ſollicitius expendit, haud difficulter a mendacio liberabit Titum, virum, ut mihi videtur, bonum, ſed ob veritatis ſtudium & hoſtes potentes inviſum oppreſſumque.

*Iuſtus Tiberienſis.* Ioſephus: Τιβεριὰς ἡ σὴ πατρὶς ὦ ἄνερ. Præter hiſtoriam Iudaici belli edidit chronicon regum Iudæorum, quod Laërtius in Socrate σύμμικτα vocat. *Conf. Valeſium ad Euſeb. p.* 23.

# CAPUT XV.

CLEMENS, de quo Apoſtus Paulus ad Philippenſes ſcribens ait: o) *Cum Clemente & cæteris cooperatoribus meis, quorum nomina ſcripta ſunt in libro vitæ*, quartus poſt Petrum Romanus Epiſcopus p) ſiquidem ſecundus Linus fuit, tertius Anacletus, q) tametſi plerique Latinorum ſecundum poſt Petrum Apoſtolum putent fuiſſe Clementem r) ſcripſit ex perſona Romanæ Eccleſiæ ad Eccleſiam Corinthiorum valde utilem Epiſtolam, quæ & in nonnullis locis etiam publice legitur: s) quæ mihi videtur characteri epiſtolæ, quæ ſub Pauli nomine ad Hebræos fertur, convenire. Sed & multis de eadem epiſtola non ſolum ſenſibus, ſed juxta verborum quoque ordinem abutitur. Omnino grandis in utraque ſimilitudo eſt. t) Fertur & ſecunda ex ejus nomine Epiſtola, quæ à veteribus reprobatur. u) Et diſputatio Petri & Apionis longo ſermone con-

Κλήμης, περὶ οὗ Παῦλος ὁ Ἀπόστολος πρὸς Φιλιππησίους γράφων, λέγει· Μετὰ καὶ Κλήμεντος. Τέταρτος μὲν Πέτρου Ῥώμης ἐπίσκοπος. Δεύτερος δὲ λῖνος ἐγένετο, τρίτος Ἀνέγκλητος, οἱ καὶ πολλοὶ τῶν Ῥωμαίων ἱστορικῶν παραλαμβάνουσι, δεύτερον μετὰ τὸν Ἀπόστολον γεγονέναι τὸν Κλήμεντα. Ἐγγεγραφὼς δὲ καὶ αὐτὸς τῇ ἐκκλησίᾳ Ῥώμης, πρὸς τὴν ἐν Κορίνθῳ ἐκκλησίαν ἐπιστολὴν πάνυ θαυμασὴν, ἣ τις ἐν Φαναῖς τόποις δημοσίᾳ ἀναγινώσκεται, τῷ χαρακτῆρι τῆς πρὸς Ἑβραίους ἐπιστολῆς Παύλου συνᾴδουσα οὐ μόνον νοήμασιν, ἀλλὰ καὶ λόγοις. Καὶ ἁπλῶς μεγίστη ἐστὶν ἐν ἑκατέροις ὁμοίωσις. φέρεται καὶ ἑτέρα ἐξ ὀνόματος αὐτοῦ ἐναὶ ἐπιστολὴ, ἣ τις οὐδὲ πάντων δοκιμάζεται. Καὶ διάλογος Πέτρου καὶ Ἀπίωνος μακρῷ λόγῳ συντεταγῶσα, ἧ τινες εὐσεβίου εὐθύνει ἐν τῷ τρίτῳ τῆς ἐκκλησιαστικῆς ἱστορίας πυκνῶν. Τελευτᾷ τῷ τρίτῳ ἐνιαυτῷ Τραϊανὸς, καὶ τὴν τάξιν

o) Philipp. IV. 3. p) S. Irenæus III. 3. apud Euſebium V. 6.

q) Conſona voce ſic leguntomnes MSS. teſte Marcianæo. *Videat proinde*, inquit, *Malvianus unde* Cletum *pro* Anacleto *obtruſerit in contextum Hieronymi.* MStis aſſentiuntur etiam Freculfus in Chron. Tom. 2. lib. 2. c. 6. Ado de feſtivitatibus 9. Cal. Dec. & Honorius de S.E. c. 15. qui etiam omnes omittunt copulam & ante verba *tertius Anacletus.* Cæterum unus idemque videntur eſſe Cletus, Anacletus, Anencletus ſive Ἀνέγκλητος Irenæo: licet a recentioribus diſtinguuntur.

r) Conſule Coteleriumad Conſtitutt. Apoſtol. lib. 7. cap. 46. Blondellum Pſeudoiſidori p. 41. Guil. Caveum in vita Clementis Romani T. 1. Patrum primitiv. &c.

s) Euſebius III. 16. Hiſt. τούτῳ δὲ Κλήμεντος ὁμολογουμένη μία ἐπιστολὴ φερομένη μεγάλη τε καὶ θαυμασία ἣν ὡς ἴσμεν τῆς Ῥωμαίων ἐκκλησίας τῇ Κορινθίων διατυπώσατο· τούτην δὲ καὶ ἐν πλείοσιν ἐκκλησίαις ὅπου τὸ κοινὸν διδημοσιευμένην πάλαι τε καὶ καθ' ἡμᾶς αὐτοὺς γνωρίζομεν. Rufin. *Quam Epiſtolam in plurimis Eccleſiis publice legi & veterum & noſtris etiam temporibus conſtat.*

t) Euſebius III. 38. de hac Clementis Epiſtola: ἐν ᾗ τῆς πρὸς Ἑβραίους πολλὰ νοήματα, ἀσαφῶς δὲ, ἤδη δ' καὶ αὐτολεξεὶ μικροῦ ποιῶν ἐξ αὐτῆς χρησάμενος σαφέσιν παρίστησιν, ὅτι μὴ νέον ἀπαίρεται τὸ σύγγραμμα.

u) Idem Euſebius eodem capite: ἰστέον δ' ὡς καὶ δευτέρα τις ἐναὶ λέγεται τοῦ Κλήμεντος ἐπιστολή, ἣ μὴν οὐδ' ἡμεῖς τῇ πρώτῃ καθάπερ γνώριμον ἐπίσταμεθα, ὅτι μηδὲ τοῖς ἀρχαίοις αὐτῇ κεχρημένους ἴσμεν.

ſcripta, quam Euſebius in tertio hiſtoriæ Eccleſiaſticæ volumine coarguit. x) Obiit tertio Trajani anno, y) & nominis ejus memoriam usque hodie Romæ extructa Eccleſia z) cuſtodit.

τῆ μνήμην ἄχρι τήμερον ἐν τῇ Ῥώμῃ ἀνοικοδομηθεῖσα ἐκκλησία φυλάττει.

x) Ἤδη δὲ καὶ ἕτερα πολυστιχῆ καὶ μακρὰ συγγράμματα ὡς τῶν αὐτοῦ χθὲς καὶ πρώην τοῖς προηγουμένοις Πέτρου καὶ Ἀπίωνος διαλόγους ἀνεῖχοντο, ὧν ἐν ἄλλοις μνήμη τις ἐν τοῖς παλαιοῖς φέρεται, ἐν οἷς δὲ καθαρὸν τῆς Ἀποστολικῆς ὀρθοδοξίας διασώζει τὸν χαρακτῆρα. Euſebius ibid. Hi dialogi Petri & Apionis, (opus πολυστιχον Photio cod. 123.) interciderunt, & videntur eſſe decem illi libri quorum argumentum refertur in recognitionibus Clementi tributis extremo libri tertii. Epiſtola autem Clementis genuina ad Corinthios uno loco manca exſtat, quemadmodum & alterius eidem tributæ pars non contemnenda. Optimam earum editionem, & ſuppoſititiorum quotquot ſuperſunt Clementinorum ſcriptorum, Conſtitutionum, Recognitionum &c. habes in Tomo priore Patrum Apoſtolicorum Io. Baptiſtæ Cotelerii. Pariſ. 1672. Amſt. 1698. fol. *Coarguit*, male Græcus interpres ἐκθύει hoc loco. Rectius ἀποδοκιμάζει, ἀθετεῖται ἐλέγχει.

y) A. C. 100. Vide Baron. ad Martyrolog. Rom. 23. Nov.

z) In hac Baſilica S. Clementis S. Gregorius primus, Papa habuit Homiliam in Evangelia XXXIII. & XXXVIII. Reſtaurata deinde eſt a Nicolao I. & noviſſime P. P. Dominicanis conceſſa ab Urbano VIII. Vide Romam ſacram veterem & novam, lingua Italica editam p. 400. ſeq.

## ERASMI SCHOLIA.

*Omnino grandis.*) Satis indicat eam Epiſtolam videri Clementis, etiamſi propter contentioſos non audet palam fateri.

*Volumine coarguit.*) Sophronius vertit, ἐκθύει, quod magis ſonat corrigit.

## MARIANI VICTORII NOTÆ.

*Et ceteris cooperatoribus meis, quorum nomina ſcripta ſunt in libro vitæ.* Hæc omnia in latinis codicibus extant, cum tamen apud Sophronium deſint. Quidam codices pro cooperatoribus habent, coadjutoribus.

*Et tertius Cletus.* Cletus legendum eſt, non Anacletus, ut Sophronius legit & interpres.

## NOTÆ HENRICI GRAVII.

*Scripſit ex perſona Romanæ Eccleſiæ ad Eccleſiam Corinthiorum valde utilem epiſtolam.*) B. Hieron. citat ex hac epiſt. in Eſa. c. 52. & in 2. & 4. c. ad Epheſ. Item l. 1. in Iovinianum. *Adhuc & Clemens ſucceſſor Apoſtoli Petri, cujus Paulus meminit, ſcribit epiſtolas, omnemque pene ſermonem ſuum de virginitatis puritate contexit.* Vide Euſeb. lib. 3. c. 16. & lib. 4. cap. 23. ex verbis Dionyſii Corinthiorum Epiſc. Et Irenæum lib. 3. c. 3.

*Quæ mihi videtur Charakteri epiſtolæ, quæ ſub Pauli nomine ad Hebræos fertur convenire.*) Vide Euſeb. lib. 3. c. 37.

*Et diſputatio Petri & Apionis, quam Euſebius in 3. Eccl. hiſtoria volumine coarguit.*) Cap. 38.

## AUBERTI MIRÆI SCHOLIA.

De libris, qui S. Clementi Pontifici Romano adſcribuntur, Sixtus Senenſis in Bibliotheca, Baronius 2. Annali. Bellarminus lib. de Script. Eccleſ. Pererius, Poſſevinus & alii faſe ugunt.

*Tertius Anacletus*) alias *Cletus.* Ex veteri Martyrologio Romano, & variis Scriptoribus antiquis Hollonius tom. 2. in Notis ad vitam S. Irenæi c. 7. contra Baronium probat, Cletum & Anacletum non diverſos fuiſſe Pontifices ſed unicum.

*Ad Eccleſiam Corinthiorum.*) Prioris hujus Epiſtolæ, à Clemente ad Corinthios ſcriptæ, meminit S. Dionyſius Corinthiorum Epiſcopus, infra cap. 27. laudandus, apud Euſebium lib. 4. Hiſt. cap. 22. Sed epiſtola iſta, cum reliquis ejusdem operibus, periit.

## ERNESTI SALOMONIS CYPRIANI Annotationes.

*Quartus poſt Petrum Romanus Epiſcopus, ſiquidem ſecundus Linus fuit.* Intricata eſt Romanorum Epiſcoporum ſucceſſio, ut Pontificii paſſim fatentur. Onuphrius Panuinius *Not. ad Nicol. 1. Platinæ*, de confuſo ſucceſſionis ordine conqueritur, qui centum & octoginta propemodum annos attinet. Ioannes Lucidus Samotheus libro VIII. chronici ait: *Licet in pontificali Damaſi recte deſcribatur ordo & numerus Romanorum Pontificum, tamen vitio ſcriptorum numeri annorum, menſium & dierum depravati ſunt. Ab aliis etiam autoribus poſt Damaſum, videlicet ab Anaſtaſio bibliothecario, a Martino, Vincentio, Antonino, Matthæo Palmerio, Platina & Cartu-*

*Cartuſienſi in faſciculo temporum, tanta inter ſe diſſonantia & diverſitate deſcribuntur eorundem pontificum tempora,, ut vix ex eis veritas cognoſci poſſit.* Dionyſius Petavius ad hæreſin XXVII. Epiphanii: *Romanorum Pontificum, qui a Petro proximi fuerunt, perobſcura eſt ſeries, varieque ſcriptorum opinione jactata.* Onuphrius ſtatuit, inter Petrum & Clementem nullum alium interceſſiſſe epiſcopum. Plerique Cletum cum Anacleto eundem faciunt. Caranza *Summ. concil. p.* 13. inquit: *In re tam perplexa lectoris arbitrio judicium committo.*

*Quartus poſt Petrum.* At Euſebius libro III. capite IV. tertium fuiſſe contendit. *Conf. c.* 15.

*Scripſit valde utilem epiſtolam.* Diu multumque deſideratam primus edidit Patricius Iunius anno ↀ ɔɔɔxxii. Cyrillus, qui illo anno Conſtantinopolitanum patriarchatum obtinebat, ex Ægypto, cum ſedem Antiochenam cum Conſtantinopolitana commutaret, magnam librorum ſupellectilem ſecum advexerat, in quibus erat antiquiſſimus Codex veteris novique teſtamenti, grandioribus literis conſtans, ac, ut ait Iunius, circa tempora primi Concilii Nicæni a Thecla quadam compoſitus. Hunc patriarcha Carolo, Britanniarum regi, dono dederat, eaque occaſione devenit codex in manus Iunii, regii bibliothecarii, qui ſub finem codicis deprehendit atque publici juris fecit laudatam Clementis ad Corinthios epiſtolam priorem.

*Abutitur.* Ita Eraſmus conſenſu codicem. Malim tamen legere: *Utitur.* Nam Euſebius habet: χρῆται.

*Iertur & ſecunda.* Ex eodem codice fragmentum edidit Junius, quod non aſſurgit ad prioris Epiſtolæ majeſtatem, ac rejicitur a veteribus omnibus, & recentiotibus plerisque.

*Diſputatio Petri & Apionis, quam Euſebius in tertio hiſtoriæ volumine coarguit.* Hæc ſunt Euſebii verba: *Quidam porro alia etiam opera prolixa & copioſa ſub ejus nomine veri ac nudius tertius in lucem protulerunt: puta Petri & Apionis diſputationes, quarum apud antiquos nulla omnino extat mentio. Neque enim ſincera rectæ fidei ab Apoſtolis traditæ nota in illis expreſſa reperitur.*

# CAPUT XVI.

IGNATIUS, Antiochenæ Eccleſiæ tertius a) poſt Petrum Apoſtolum Epiſcopus, commovente perſecutionem Trajano, b) damnatus ad beſtias; Romam vinctus mittitur. c) Cumque navigans Smyrnam veniſſet, ubi Polycarpus, d) Joannis auditor, Epiſcopus erat, ſcripſit unam Epiſtolam ad Epheſios, alteram ad Magneſianos, tertiam ad Trallenſes, quartam ad Romanos: Et inde egrediens e) ſcripſit ad Philadelpheos, & ad Smyrnæos, & proprie ad Polycarpum, commendans illi Antiochenſem Eccleſiam: in qua & de Evangelio, f) quod nuper a me translatum eſt, ſuper perſona Chriſti ponit teſtimonium, dicens: *Ego vero & poſt reſurrectionem in carne eum* [illegible], g) *& credo quod ſic.*

Ἰγνάτιος τῆς ἐν Ἀντιοχείᾳ ἐκκλησίας τέταρτος μετὰ Πέτρον τὸν Ἀποστόλου ἐπίσκοπος, διωγμὸν κινήσαντος Τραϊανοῦ, θηριομαχήσων καλούμενος, εἰς Ῥώμην στέλλεται δέσμιος. Πλέων δὲ καὶ ὁρμᾶται τῆς Σμύρνης ἐν ᾗ Πολύκαρπος ἀκροατὴς Ἰωάννου ἐπίσκοπος ἦν, ἔγραψε πρὸς Ἐφεσίους ἐπιστολὴν μίαν, ἄλλην πρὸς Μαγνησιανούς, τρίτην πρὸς Τραλλιανούς, τετάρτην πρὸς Ῥωμαίους. Κἀκεῖθεν ἐξιὼν, ἔγραψε Φιλαδελφεῦσι, καὶ Σμυρναίοις, καὶ ἰδικῶς πρὸς Πολύκαρπον, παραινέσας αὐτὸν τῆς ἐν Ἀντιοχείᾳ ἐκκλησίας ἐν ᾗ καὶ αὐτὸς ἐποιμαίνετο, ὡς πρέπων ἀντιλαμβάνεσθαι τῶν πρέσβεων μεταφρασθείς. ὡς πρόσωπα Ἰησοῦ Χριστοῦ μνημην ποιεῖται, λέγων· Ἐγὼ δὲ καὶ μετὰ τὴν ἀνάστασιν ἐν σώματι

a) Euſeb III. 36. de S. Ignatio: Τῆς κατ' Ἀντιόχειαν Πέτρου διαδοχῆς δεύτερος τὸν ἐπίσκοπον κεκληρωμένος. Ita ut ſecundus a Petro, idemque ordine tertius Antiochenſium Epiſcopus fuerit Ignatius, ſucceſſor Evodii, de quo idem Euſebius III. 22.

b) Vide quæ ad Acta Martyrii Ignatiani Uſſerius & qui Græca primus edidit Theodoricus Ruinartus in Actis Martyrum ſelectis.

c) Euſebius III. 36. λόγος ἔχει τότον ἀπὸ Συρίας ἕως τῆς Ῥωμαίων πόλεως ἀναπεμφθέντα θηρίοις γενέσθαι βορὰν τῆς εἰς χριστὸν μαρτυρίας ἕνεκεν.

d) Ἐν Σμύρνῃ γενόμενος, ἔνθα ὁ Πολύκαρπος ἦν, μίαν μὲν ἐπιστολὴν τῇ κατὰ τὴν Ἔφεσον ἐκκλησίᾳ γράφει -- ἑτέραν δὲ τῇ ἐν Μαγνησίᾳ τῇ πρὸς Μαιάνδρῳ, -- καὶ τῇ ἐν Τράλλεσι δὲ ἄλλην, -- πρὸς ταύταις καὶ τὴν Ῥωμαίων ἐκκλησίαν γράφει. Euſebius loco laudato.

e) Ἤδη δὲ ἐπέκεινα τῆς Σμύρνης γενόμενος ἀπὸ Τρωάδος τοὺς τε ἐν Φιλαδελφίᾳ αὖθις διὰ γραφῆς ὁμιλεῖ; καὶ τὴν Σμυρναίων ἐκκλησίαν, ἰδίως τε πρὸς τὸν προστάντα Πολύκαρπον, -- τὴν ὡς τῆς κατ' Ἀντιόχειαν ποίμνης φροντίδα διὰ στόματος ἔχειν αὐτὸν ἀξιοῖ. Id.

f) Evangelium Nazaræorum innuit, de quo ſupra cap. 2. & 3.

g) Non in carne vidit Servatorem Ignatius, & in Græco eſt οἶδα, unde rectius Rufinus apud Euſeb. vertit *Novi.* Græcum Hieronymi interpretem qui habet εἶδον, reprehendere ideo nolim. Nam ſi οἶδα poſuiſſet, Ignatium ille dediſſet nobis, non Hie-

ro-

σίων ὄντα. Καὶ ὅτι πρὸς τοὺς περὶ Πέτρον ἐλήλυθεν, ἔφη αὐτοῖς· λάβετε, ψηλαφήσατέ με καὶ ἴδετε, ὅτι οὐκ εἰμὶ δαιμόνιον ἀσώματον. Καὶ εὐθὺς αὐτοῦ ἥψαντο καὶ ἐπίστευσαν.

*Et quando venit ad Petrum, & adeos, qui cum Petro erant,* h) *dixit eis: Ecce palpate me & videte, quia non sum demonium incorporale.* i) *Et statim tetigerunt eum & crediderunt.*

Dignum autem videtur, quia tanti viri fecimus mentionem, & de Epistola ejus, quam ad Romanos scribit, pauca ponere: k)

*Ignat. Epist. ad Rom. c. V.*

Ἀπὸ Συρίας μέχρι Ῥώμης θηριομαχῶ, διὰ γῆς καὶ θαλάσσης, νυκτὸς καὶ ἡμέρας, ἐνδεδεμένος δέκα λεοπάρδοις, τοῦτ' ἔστι, στρατιώταις τοῖς φυλάσσουσί με, οἵτινες καὶ μᾶλλον κακοποιοῦνται ἐπὶ ταῖς εὐεργεσίαις χείρονες γίνονται. Αἱ δὲ ἀδικίαι αὐτῶν, παίδευσίς μού ἐστι· ἀλλ' οὐ διὰ τοῦτο δεδικαίωμαι. Ὀναίμην τῶν θηρίων τῶν ἑτοιμασθέντων μοι, ἃ καὶ εὔχομαι εὑρεθῆναι μοι ἑτοίμως· ἃ καὶ κολακεύσω συντόμως με καταφαγεῖν, καὶ οὐκ ὥσπερ τινῶν δειλαινομένων οὐκ ἥψαντο. Κἂν αὐτὰ δ' ἄκοντα μὴ θέλῃ, ἐγὼ βιάσομαι. Συγγνώμην μοι ἔχετε, τί μοι συμφέρει ἐγὼ γινώσκω. Νῦν ἄρχομαι μαθητὴς εἶναι· μηδέν με ζηλώσῃ τῶν ὁρατῶν καὶ ἀοράτων, ἵνα Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐπιτύχω. Πῦρ καὶ σταυρὸς, θηρίων συστάσεις, σχισμοὶ ὀστέων, συγκοπαὶ μελῶν, ἀλασμοὶ ὅλου τοῦ σώματος, κακοῦργοι τοῦ διαβόλου ἐπ' ἐμὲ ἐρχέσθωσαν, μόνον

*Et quando venit ad Petrum, & adeos, qui cum Petro erant, dixit eis: Ecce palpate me & videte, quia non sum demonium incorporale. Et statim tetigerunt eum & crediderunt.* Dignum autem videtur, quia tanti viri fecimus mentionem, & de Epistola ejus, quam ad Romanos scribit, pauca ponere: k) *De Syria usque ad Romam pugno ad bestias, in mari & in terra, nocte dieque, ligatus cum decem leopardis,* l) *hoc est, militibus, qui me custodiunt: quibus & cum bene feceris, pejores fiunt. Iniquitas autem eorum, mea doctrina est,* m) *sed non idcirco justificatus sum.* n) *Utinam fruar bestiis, quæ mihi sunt præparatæ, quas & oro mihi veloces esse ad interitum, & ad supplicia, & allici* o) *eas ad comedendum me: ne sicut & aliorum martyrum non audeant corpus meum attingere. Quod si venire voluerint, ego vim faciam, ego me ingeram, ut devorer. Ignoscite mihi filioli; quid mihi prosit, ego scio. Nunc incipio Christi esse discipulus, nihil de his quæ videntur* p) *desiderans, ut Jesum Christum inveniam. Ignis, crux, bestiæ, confractio ossium, membrorum divisio,* q) *& totius corporis contri-*

μαι αὐτὸν ἰδεῖν, καὶ πιστεύω ὅτι ἐστί, καὶ ὅτι ἦλθεν πρὸς Πέτρον, καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ ὄντας, ἔφην αὐτοῖς. Ψηλαφήσατέ με, ὅτι οὐκ εἰμὶ δαιμόνιον σωματικόν. Καὶ εὐθέως ἁψάντες αὐτοῦ, ἐπίστευσαν. Ἄξιον δὲ φάναι, ἐπειδὴ τοῦτον ἀνδρὸς ἐπεποιήμεθα μνήμην, ὀλίγα περὶ τῆς Ἐπιστολῆς αὐτοῦ τῆς πρὸς Ῥωμαίους γεγραφότος, ἐπιθεῖναι.

Ἀπὸ Συρίας ἄχρι Ῥώμης, θηριομαχῶ ἐν θαλάσσῃ καὶ ἐν γῇ, νυκτὸς καὶ ἡμέρας, δεκαστυλίδι μόνῳ λεοπάρδοις, τοῦτ' ἔστι, στρατιώταις τοῖς φυλάσσουσί μοι, οἵτινες καὶ μᾶλλον ἐπὶ εὐεργεσίαις χείρονες γίνονται. Αἱ δὲ ἀδικίαι αὐτῶν, παίδευσίς μού ἐστι, ἀλλ' οὐ διὰ τοῦτο δεδικαίωμαι. Καὶ ὄφελον ἀπολαύσω τῶν θηρίων τῶν ἑτοιμασθέντων μοι, ἃ καὶ εὔχομαι ὀξύτατα εὑρεθῆναί μοι εἰς ἀπώλειαν, καὶ ἐκδελεχίζω εἰς τὴν ἐμὴν καταβρῶσιν, μήπως ὥσπερ τόλμησάν τινων τῶν ἄλλων μαρτύρων, μὴ τολμήσωσι τὸ σώματός μου ἅψασθαι. Εἰ δὲ ἐπελθεῖν μὴ θελήσωσιν, ἐγὼ βιάσομαι, ποθὲν καταβρωθῆναι. Συγγνώμην μοι τέκνα, τὸ συμφέρον μοι ἐγὼ οἶδα. Νῦν ἄρχομαι εἶναι μαθητὴς, μηδὲν τούτων τῶν ὁρωμένων ἐπιθυμῶ, ἵνα τὸν Ἰησοῦν Χριστὸν εὕρω. Πῦρ, σταυρὸς, θηρίων σύγκλασις ὄστέων, καὶ τῶν μελῶν διασπασμὸς, καὶ παντὸς τοῦ σώματος συντριβὴ, καὶ βάσανοι τοῦ διαβόλου, ἐπ' ἐμὲ ἐλθάτωσαν, ἵνα Ἰησοῦ Χριστοῦ ἀπολαύσω. Καταμελέτωσάν μου θηριομαχίαν, καὶ ποθῶ τοῦ παθεῖν, ἀκόνας τοῦ βρυγμοῦ τῶν λεόντων, ἔφην· Σὺ δὲ Ἰησοῦ Χριστοῦ εἶμι, καὶ εὔχομαι τοῖς ὀδοῦσι τῶν θηρίων ἀλεθῆναι, ἵνα ἄρτος καθαρὸς εὑρεθῶ. Ἔτι μᾶλλον δελεάσατε θῆρες Τραϊανοῦ, τὸ δὲ λείψανον ἔξω τῆς ἀφθαρσίας ὕλης ἀποχέσας καπνίσατε ἐν τῷ κοιμητηρίῳ.

u

ronymum transtulisset. Citatur hic Ignatii locus & ab Eusebio, à quo accepit Hieronymus & a Theodorito dialog. 1.

h) Erudite vertit Hieronymus verba τοὺς περὶ Πέτρον. Vide Usserium & Coteler. ad Ignatium p. 15. & 87. Sic Rufinus *Petrum, caterosque.*

i) Hieron. præf. Libri XVIII. in Esaiam: *Quum enim Apostoli eum putarent spiritum, vel juxta Evangelium quod Hebræorum lectitant Nazarei, incorporale dæmonium.* Male Græcus interpres σωματικὸν, inemendato codice deceptus, nam in quibusdam adhuc legitur *corporale.* Sed optimi *incorporale* recte habent, ut vetustissimus omnium Sangermanensis & Altempensis sive Ottobonianus quos Marcianæus inspexit.

k) Etiam hunc Ignatii locum ex Eusebii III. 36. est mutuatus Hieronymus. Citatur quoque Latine, ut Cotelerio jam observatum, a Gilda in castigatione cleri Britanniæ Tom. 27. Bibl. Patrum edit. Lugd. p. 716. verum ex versione non Hieronymi sed Rufini.

l) Eruditissimum Bochartum, qui leopardi vocabulum Constantini demum ævo auditum contendebat 1. Hierozoic. III. 8. p. 805. confutavit Pearsonius parte 2. Vindic. Ignat. p. 176. seq. & Cotelerius p. 28. Tom. 2. Patrum Apostol. edit. Amst. Dicuntur autem milites quibuscum ligatus custodiebatur S. Ignatius, leopardi, ut Nero, leo, supra c. 5. propter immanitatem.

m) Rufin. *Sed ego nequitiis eorum magis erudior.*

n) Ex 1 Cor. IV. 4. o) fortasse leg. *allicio*, quia apud Ignat. & Euseb. est κολακεύσω. Marcianæus legit: *Et allici ad c. m. ne sicut aliorum &c.*

p) Apud Ignatium & Eusebium est: *Nihil de his quæ videntur & quæ non videntur.*

q) Rufin. *dispersiones ossium discerptionesque membrorum.*

μόνον ἵνα Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐπιτύχω. tio, *& tota tormenta diaboli in me veniant, tantum ut Chriſto fruar.* Cumque jam damnatus eſſet ad beſtias, ardore patiendi, r) cum rugientes audiret leones, ait: *Frumentum Chriſti ſum, dentibus beſtiarum molar, ut panis mundus inveniar.* s) Paſſus eſt anno decimo Trajani. t) Reliquiæ corporis ejus Antiochiæ jacent extra portam Daphniticam in cœmeterio. u)

r) MS. Gemblacenſe: *ardore impatienti.* Sed merito Suffridus Petri præfert alteram lectionem, *ardore patiendi.*

s) Refert hoc S. Ignatii dictum Irenæus lib. V. cap. 28. & ex eo Euſebius lib. 3. cap. 36. ἐπ' εἰτῶ εἰμὶ θεοῦ, καὶ δι' ὀδόντων θηρίων ἀλήθομαι, ἵνα καθαρὸς ἄρτος εὑρεθῶ. Legitur etiam iisdem verbis in Epiſtola Ignatii ad Romanos c. 4.

t) Annus decimus Trajani reſpondet Anno CHriſti 107. Atque ad illum annum quoque Martyrium S. Ignatii referunt Uſſerius, Tillemontius aliique viri doctiſſimi. Sed Joannem Malalam Antiochenum ſi ſequimur, non ante annum XVIII. Imperii Trajani accidit, CHriſti CXV. quam ſententiarum argumentis graviſſimis confirmarunt viri non minus præſtantes Joannes Pearſonus in diſſ. poſtuma de anno quo S. Ignatius condemnatus eſt, vulgata a Thoma Smitho in luculenta Epiſtolarum S. Ignatii editione quam notis Pearſonii ſuisque illuſtratam, poſt If. Voſſium, Uſſerium Cotelerium aliosque publicavit Oxon. 1709. 4. & Guil. Lloydius Epiſcopus Aſaphenſis in diatriba ejusdem argumenti edita a Pagio in Critica Baroniana ad A. C. 107. n. 4. ſeq. Pro anno *decimo* Trajani, male quidam Codices *undecimo.*

u) Vide Evagrium lib. 1. Hiſtor. cap. 16. Tillemontium Tom. 2. memor. Eccleſ. pag. 210.

## ERASMI SCHOLIA.

*Quia non ſum dæmonium incorporale.*) Corporale legit Sophronius, & ita ſcriptum habetur in emendatis exemplaribus. Plato dæmonibus corpora tribuit ſubtilia. Quod alicubi ſenſit & Auguſtinus.

*Ego me ingeram.*) Hæc verba nec habentur apud Sophronium, nec in vetuſtis exemplaribus emendatioribus. (*Omittit etiam Marcianaus.*)

## MARIANI VICTORII.

*Palpate me, & videte, quia non ſum dæmonium incorporale.* Incorporale, legendum eſſe, ἀσωματικὸν non corporale, ſeu σωματικὸν ut Eraſmus ex Sophronio vitiato legit, tum alia antiqua, quæ nos vidimus, manuſcripta exemplaria, tum ſenſus ipſe, & evangelii verba, in hunc eundem ſenſum prolata, docent, cum dicitur, palpate, & videte, quia ſpiritus carnem & oſſa non habet, ſicut me videtis habere. Luc. XXIV. 39.

*Cumque jam damnatus eſſet ad beſtias, & ardore patiendi, rugientes audiret leones, ait.* Perperam legebatur antea: Cumque jam damnatus eſſet ad beſtias, ardore patiendi, cum rugientes audiret leones, ait.

## HENRICI GRAVII NOTÆ.

*De evangelio, quod nuper a me translatum eſt.*) Supra in Jacobo. Vide Euſeb. l. 3. c. 36.

*Quia non ſum dæmonium corporale.*) Idem Hieron. in præfat. lib. 18. in Eſa. *Cum Apoſtoli eum putarent ſpiritum, vel juxta Evangelium Nazarenorum, dæmonium corporale* &c. Ex Ignatio, quare virgo fuerit deſponſata, citant Hieron. in Matth. c. 1. & Origen. Hom. 6. in Lucam, & Photius in Biblioth.

*Paſſus eſt anno XI. Trajani.*) Idem in Chronicis Euſebii. (*ad annum X.*)

## AUBERTI MIRÆI SCHOLION.

Epiſtolas S. Ignatii, poſt varias editiones, Martialis Mæſtræus, Doctor Th. Pariſienſis, Græco-Latinas cum Notis eadem in urbe 1608. publicavit. De iis quid ſentiendum Baronius in geſtis an. 34. Bellarminus in Catalogo, Petrus Halloſius tomo 1. Scriptorum Eccleſiæ orientalis, & alii, fuſe diſſerunt.

## ERNESTI SALOMONIS CYPRIANI.

Ignatii Epiſtolas olim interpolatas fuiſſe, doctiorum nemo eſt, qui audeat negare. An autem breviores illæ, quæ & ipſæ hodienum extant, genuinæ ſint, ſub judice lis eſt. Hiſtoriam controverſiæ fuſe expoſuit Tentzelius parte I. diſſertationum ſelectarum diſſertatione III. Hodie conſentiunt doctiores, quæ præter has ſeptem, ab Hieronymo commemoratas, ſub Ignatii nomine circumferuntur, reprobandas eſſe. *Conf. Ittigius de Patrib. Apoſtol. §. 84. ſeqq. Cave T. 1. hiſt. lit. p. 20.*

*Antiochenæ Eccleſiæ tertius Poſt Petrum Epiſcopus.* Ex Euſebii libro III. capite XXII. liquet, locum ita intelligi debere, ut Petrus primus, Evodius ſecundus, tertius denique Ignatius fuiſſe cenſeatur. Nec aliud vult idem Euſebius, quando capite XXXVI. ejusdem libri ait: *Ignatius ſecundus poſt Petrum Antiochenſem Eccleſiam ſortitus eſt.*

*Et inde egrediens.* Ex Euſebio *L. III. c. 36.* conſtat, quatuor Epiſtolas, videlicet ad Epheſios, ad Magneſianos, ad Trallenſes & ad Romanos, Smyrnæ; tres reliquas, ad Phi-

Philadelphenſes, ad Smyrnæos & ad Polycarpum ſcriptas eſſe apud Troadenſes. Latina verſio ſub finem Epiſtolæ ad Polycarpum ait, illam datam eſſe apud Neapolitanos, cum jam Troadenſibus valedixiſſet. Sic habet: *Quoniam omnibus Eccleſiis nequivi ſcribere, quod repente navigaverim a Troade Neapolim.* Verum in Græco textu id non extat, qui ita ſonat: Διὰ τὸ ἐξαίφνης πλοῖον μὲ λαβεῖν τραπάδ- εἰς Νεάπολιν.

*Et proprie ad Polycarpum.* Hinc liquet, Jacobum Uſſerium errare, dum Ignatium ſeorſim ad Polycarpum ſcripſiſſe negat, atque Epiſtolam ad Polycarpum, cujus Euſebius & Hieronymus meminerunt, eandem facit cum Epiſtola ad Smyrnæos; illam vero, quæ hodie ab Ignatio ad Polycarpum data circumfertur, rejicit inter ſpurias. Nam aut ſex priores ſimul rejiciendæ ſunt, aut hæc cum illis retinenda. Diſerte Euſebius: ἰδίως τὸ Πολυκάρπῳ ὁμιλεῖ, quod ad verbum reddit Hieronymus: *Proprie ad Polycarpum.*

*In qua.* Male ait, hæc in epiſtola ad Polycarpum reperiri, cum deprehendantur in epiſtola ad Smyrnæos, ut & Euſebio notatum.

*In qua & de Evangelio, quod nuper a me translatum eſt, ſuper perſona Chriſti ſumit teſtimonium.* Euſebius neſcire ſe inquit, unde Ignatius hoc teſtimonium acceperit. Non opus erat, ut Ignatium hæc ex evangelio ſecundum Ebræos hauſiſſe affirmaret Hieronymus. Quid enim obſtat, quo minus deſumta ſint ex Lucæ XXIV. capite, ubi non omnia quidem verba, idem tamen plane habetur ſenſus. Quod ad ſenſum verborum attinet, is mire torquetur a Quareſmio ita ſcribente, *de terra ſancta T. II. p. 574. Chriſtus Ignatio martyri apparuit ipſa die reſurrectionis in ſero, ut ſcribit ſanctus Hieronymus de ſcriptoribus Eccleſiaſticis in Ignatio cap. 16.*

*Ego & poſt reſurrectionem in carne eum vidi.* Reprehenditur Hieronymus juxta cum iis, qui Chriſtum Ignatio apparuiſſe cenſent, quaſi heic non recte reddiderit verba Ignatii & Euſebii, quæ ita ſe habent: Ἐγὼ γὰρ καὶ μετὰ τὴν ἀνάστασιν ἐν σαρκὶ αὐτὸν οἶδα, *Ego enim & poſt reſurrectionem eum in carne novi.* At parum peccavit Hieronymus. Nam id quidem verum eſt, Ignatium non dixiſſe, εἶδον, *vidi*; ſed, οἶδα, *novi*; verum res eodem redit, nec poſſunt negare, Chriſtum his verbis ab Ignatio viſum dici, qui voces torquere nolunt. Primo enim loquendi uſus hoc efflagitat, ut is, qui dicit, Paulum non noviſſe Chriſtum poſt reſurrectionem in carne, id dixiſſe credatur, Paulum ſuis oculis non uſurpaſſe Salvatorem, quæ felicitas reliquis apoſtolis obtigerit. Deinde ſcopus Ignatii idem poſcit. Impugnat enim eos, qui Chriſtum τὸ δοκεῖν, ſecundum opinionem tantum paſſum dicebant. De his dicit: *Ipſi ſecundum opinionem exiſtentes phantaſtici ſunt & daemoniaci.* Atque ut validius convincat, ſubjicit ſtatim: *Ego enim poſt reſurrectionem in carne eum novi.* Si hic ſenſus eſſet, ſe noſſe quod Chriſtus poſt reſurrectionem verum corpus habuiſſet, non autem vidiſſe; tunc infirma plane fuiſſet argumentandi ratio, quum id & Smyrnæi, & alii Chriſtiani eodem modo jam noviſſent, videlicet ex Scriptura. Hinc huic argumento, ab αὐτοψίᾳ deſumpto, ſtatim aliud ſubjicit ejusdem ponderis, ſcilicet αὐτοψίαν Apoſtolorum.

*Qui me cuſtodiunt.* Hæc neque Euſebius, neque Ignatius habent.

*Quibus & cum beneſeceris pejores fiunt.* Ignatius: οἱ καὶ εὐεργετήθησαν, χείρους γίνονται. Verſio Hieronymi multo accuratior hac Valeſiana, *Qui beneficiis a me affecti, ſæviores ſunt.*

*Nihil de his, quæ videntur, deſiderant.* Ignatius & Euſebius ἀόρατα, *inviſibilia*, addunt, & apparet, ſenſum potius, quam verba exhibere Hieronymum. Nam & martyrum vocem perſpicuitatis cauſa, ut alia quædam paſſim in hac vita, adjecit.

*Frumentum Chriſti ſum.* Hanc ſententiam primus laudavit Irenæus libro V. capite XXVIII.

# CAPUT XVII.

POLYCARPUS, Joannis Apoſtoli diſcipulus, x) & ab eo Smyrnæ Epiſcopus ordinatus, y) totius Aſiæ princeps fuit. Quippe qui nonnullos Apoſtolorum, z) & eorum

Πολύκαρπος Ἰωάννου Ἀποστόλου μαθητὴς, καὶ παρ' αὐτοῦ τῆς Σμυρναίων Ἐπίσκοπος καταστὰς, πάσης τῆς Ἀσίας ἀρχηγὸς γέγονε, διὰ τὸ πολλοῖς τῶν Ἀποστόλων καὶ τῶν τὸν Χριστὸν ἑωρα-



x) S. Irenæus Epiſt. ad Florin. apud Euſeb. V. 20. & Nicephorum IV. 30. meminit τῆς συναναστροφῆς Polycarpi cum Johanne Apoſtolo. Dicitur etiam ἀκροατὴς Ἰωάννου τοῦ Εὐαγγελιστοῦ a Maximo Confeſſore in Scholiis ad Epiſtolam VII. Dionyſii, quem Areopagitam communiter appellant.

y) S. Irenæus III. 3. teſtatur ab Apoſtolis Polycarpum conſtitutum Epiſcopum. Verba illius Græca apud Euſebium IV. 14. hæc ſunt: Καὶ Πολύκαρπος ὑπὸ Ἀποστόλων κατασταθεὶς εἰς τὴν Ἀσίαν (τὴν κάτω Ἀσίαν Epiſt. ad Florin.) ἐν τῇ ἐν Σμύρνῃ ἐκκλησίᾳ ἐπίσκοπος.

z) Idem Irenæus de eodem Polycarpo, quem a ſe puero viſum affirmat: ὃν μέντοι καὶ Ἀποστόλων μαθητεύσαντα καὶ συναναστραφέντα πολλοῖς τοῖς τοῦ Χριστοῦ ἑωρακόσιν. Et in Epiſtola ad Florin. τὴν μὲν Ἰωάννου συναναστροφὴν ὡς ἀπήγγελλε, καὶ τὴν μετὰ τῶν λοιπῶν τὸν κύριον ἑωρακότων, καὶ ὡς ἀπεμνημόνευε τὰς λόγους αὐτῶν. Et in Epiſt. ad Victorem Ro-

qui viderant Dominum, magiſtros habuerit & viderit. Hic propter quasdam ſuper die Paſchæ quæſtiones, ſub Imperatore Antonino Pio, Eccleſiam in Urbe regente Aniceto, Romam venit a) ubi plurimos credentium, Marcionis & Valentini perſuaſione deceptos, reduxit ad fidem. b) Cumque ei fortuito obviam fuiſſet Marcion, c) & diceret, *Cognoſce nos.* Reſpondit, *Cognoſco primogenitum ſatanæ.* Poſtea vero regnante Marco Antonino & L. Aurelio Commodo, quarta * poſt Neronem perſecutione, Smyrnæ, ſedente Proconſule d) & univerſo populo in amphitheatro e) adverſus eum perſonante, igni traditus eſt. f) Scripſit ad Philippenſes valde utilem epiſtolam, g) quæ usque hodie in Aſiæ conventu legitur. h)

ἐφεκτῶν συμπτυχήναι, καὶ διδασκάλους ἐσχηκέναι. Ὃντ⟨ος⟩ δὲ τινας αὐτίας τὸ πρᾶσχα, βασιλεύοντ⟨ος⟩ Ἀντωνίνου τοῦ Πίου, καὶ ἐπισκοποῦντ⟨ος⟩ τῆς ἐκκλησίας Ῥώμης Ἀνικήτου, ἐστίν τῇ Ῥώμῃ, ἐν ᾗ καὶ πολλοὺς, τῷ δόγματι Μαρκίων⟨ος⟩ ἢ Βαλεντίνου πεπεισμένους, ἀνενεγκόντα. Ἀπαντήσαντ⟨ος⟩ γὰρ αὐτῷ ἐξ ἀνταμοίτης Μαρκίων⟨ος⟩ καὶ εἰπόντ⟨ος⟩ αὐτῷ, γνώρισόν ἡμᾶς, Ἀπεκρίθη, γνωρίζω τὸν πρωτότοκον τοῦ Διαβόλου. Μετὰ τοῦτο βασιλεύοντ⟨ος⟩ Μάρκου Ἀντωνίνου, καὶ Λουκίου Αὐρηλίου Κομόδου, τετάρτῳ μὲν Νέρωνα διωγμῷ κινηθέντ⟨ος⟩, ἐν Σμύρνῃ θεωρεῖται⟨ος⟩ τῷ ἀνθυπάτῳ, καὶ παντὸς τοῦ δήμου ἐν τῷ ἀμφιθεάτρῳ κατ' αὐτοῦ βοῶντ⟨ος⟩, πυρὶ παραδίδοται. Ἔγραψε πρὸς Φιλιππησίους πάνυ θαυμασὴν Ἐπιστολὴν, ἣ τις ἔχει τοῦ παρόντ⟨ος⟩ ἐν τῇ Ἀσιανῇ συνόδῳ ἀναγινώσκεται.

* Prima ſub Nerone, ſecunda ſub Domitiano, tertia ſub Trajano.

Romæ Epiſc. negat Polycarpo perſuaderi potuiſſe ab Aniceto, ut morem Paſchatis (die 14. Lunæ celebrandi) dimitteret, quem a Johanne & aliis Apoſtolis οἷς συνδιέτριψεν *quibuscum verſatus erat*, perpetuo obſervatum noſſet.

a) Irenæus eadem Epiſt. ad Victorem Epiſc. Urbis Romæ apud Euſeb. V. 24. & Nicephorum IV. 39. Καὶ τοῦ μακαρίου πολυκάρπου διαδημήσαντος τῇ Ῥώμῃ ἐπὶ Ἀνικήτου &c. Confer Suidam in πολυκάρπ⟨ος⟩ qui nonnulla ex Græco Hieronymi interprete ad verbum repetit. Pro *Aniceto* codices quidam habent *Anacletum*, teſte Suffrido Petri, perperam ſane, ut ipſe quoque monet ac profitetur.

b) Irenæus III. 3. cujus Græca ſervavit Euſebius IV. 14. Μαρτυροῦσι τύποις αἱ κατ' τὴν Ἀσίαν ἐκκλησίαι πᾶσαι, καὶ οἱ μέχρι νῦν διαδεδεγμένοι τὸν πολύκαρπον, πολλῷ ἀξιοπιστότερον καὶ βεβαιότερον ἀλήθειας μάρτυρα ὄντα Οὐαλεντίνου καὶ Μαρκίωνος καὶ τῶν λοιπῶν κακοδοξούντων· ὃς καὶ ἐπὶ Ἀνικήτου ἐπιδημήσας τῇ Ῥώμῃ, πολλοὺς ἀπὸ τῶν εἰρημένων αἱρετικῶν ἐπέστρεψεν εἰς τὴν ἐκκλησίαν τοῦ Θεοῦ, μίαν καὶ μόνην τοῦτον ἀλήθειαν κηρύξας ὑπὸ τῶν Ἀποστόλων παραδεδομένην.

c) Irenæus: Ἐλθόντος αὐτοῦ πολύκαρπ⟨ος⟩ Μαρκίωνι ποτὲ εἰς ὄψιν αὐτοῦ ἐλθόντι καὶ φήσαντι, Ἐπιγνώσκεις ἡμᾶς; ἀπεκρίθη· ἐπιγινώσκω τὸν πρωτότοκον τοῦ Σατανᾶ. Pro ἐπιγινώσκεις quod ex Irenæo habent Euſebius, Nicephorus & Chronicon Paſchale p. 257. ponit Suidas è Græco Hieronymi interprete: Γνώρισόν ἡμᾶς. Rufin. *agnoſce nos.* MS. Hieronymi Gemblacenſe, aliaque ſimiliter non *cognoſcis*, ſed *cognoſce nos.* Pro *Primogenito Satanæ* Marcianæus habet *Primogenito Diaboli*, quomodo legitur etiam apud Freculfum T. 2. lib. 2. cap. 15. d) Statio Quadrato, Proconſule Aſiæ.

e) Hieronymum ſequuntur viri docti qui martyrium S. Polycarpi referunt ad A. C. 166. vel 167. ut Tillemontius T. 2. memor. p. 336. Stephanus le Moyne prolegom. ad Varia ſacra, multique alii, Sed fortaſſe eſt verior ſententia Jo. Pearſonii in operibus poſthumis p. 282. ſeq. non contemnendis argumentis Polycarpum ſub Antonino Pio A. C. 147. paſſum ſtatuentis. Diem Martyrio ejus inſignem tradunt Latini 26. Jan. Græci 23. Febr. Uſſerius 26. Martii.

f) Amphitheatri illius rudera adhuc Smyrnæ oſtendi notat Tho. Smithus in notitia VII. Eccleſiarum Aſiæ p. 53.

g) Non tamen igne abſumtum Polycarpi corpus, ſed cum flamma fornicis inſtar ſuper Martyrem ſe curvaſſet, nec quicquam ei nocuiſſet, juſſum acceſſiſſe κομφέκτορα ſive carnificem, & pugionem capulotenus in ejus corpore abdidiſſe, unde tantum ſanguinis effluxerit, unde rogus accenſus extingueretur; legas in Epiſtola Smyrnenſis Eccleſiæ relatum ab Euſebio IV. 15. quæ exſtat cum notis Uſſerii & Cotelerii in Actis ſelectis Martyrum Ruinarti &c. Confer Martyrium Polycarpi (a Pionio ſcriptum ut ajunt) apud Halloixium in vitis Patrum Oriental. T. 1. Bollandum in Actis Sanctor. 26. Jan. & Tentzelium τὸν μακαρίτην in diſſ. ſelect. T. 1. p. 76. ſeq.

h) Ἱκανωτάτην Irenæo III. 3. & apud Euſeb. IV. 14. Veteri interpreti Irenæi *perfectiſſimam.* Rufino *pervalidam.* Haymoni IV. 19 Hiſt. Eccleſ. *pervalida continens fidei monita & ſalutis.* Ex verbis Irenæi de Polycarpi Epiſt. ἐξ ἧς καὶ τὸν χαρακτῆρα τῆς πίστεως αὐτοῦ καὶ τὸ κήρυγμα τῆς ἀληθείας οἱ βουλόμενοι καὶ φροντίζοντες τῆς ἑαυτῶν σωτηρίας δύνανται μαθεῖν. Photius cod. 126. γέμουσα πολλῆς εὐσεβείας μὲν σαφηνίας καὶ ἀπλότητ⟨ος⟩ καὶ τὸν ἐκκλησιαστικὸν τῆς ἑρμηνείας τύπον. Illius optima editio, Uſſerii & Cotelerii illuſtrata notis exſtat in tomo poſteriore Patrum Apoſtolicorum ejusdem Cotelerii, edit. Amſt. 1698. fol.

h) Idem ex Hieronymo tradunt Ado de feſtivitatibus Apoſtolor. ad 7. Cal. Februar alique juniores.

ERAS-

## ERASMI SCHOLION.

*Regente Anacleto.*) Sophronius pro Anacleto, legit Aniceto, Ἀνικήτῳ, quod nobis invictum sonat. Meminit autem Aniceti in Egesippo.

## MARIANI VICTORII NOTÆ.

*Regente Aniceto.* Hic decimus post Petrum fuit Episcopus, sub quo Egesippus etiam Romam venit. Pro Aniceto, Anacleto, perperam alicubi legebatur: quippe cum Anacletus, qui Clementi successit, sub Adriano Imperatore floruerit: quo tempore nulla erat de Paschatis celebratione contentio.

*Cognoscis nos.* Cognosce nos, quædam habent exemplaria, & ita vertit Sophronius, γνώρισε, inquiens, ἡμᾶς.

## NOTÆ HENRICI GRAVII.

*Joannis Apostoli discipulus, & ab eo Smyrnæ Episcopus ordinatus.*) Tertull. de præscriptione hæreticorum, in Smyrnæorum Ecclesia Polycarpum ab Joanne collocatum refert. Vide Irenæum lib. 3. c. 3.

*Ecclesiam in urbe regente Aniceto.*) Est germana lectio. Vide Euseb. in Chronicis, & Eccles. hist. lib. 4. c. 14. ex Irenæo.

*Cognoscis nos.*) Lege ex vet. cod. *cognosce*. Πατρίωνος habet Eusebius.

*Igni traditus est.*) Apud Euseb. lib. 4. c. XV. ex epistola Smyrnæorum.

*Scripsit ad Philippenses valde utilem epistolam.*) Meminit Irenæus, & Euseb. lib. 4. c. 14. & lib. 3. c. 36.

## AUBERTI MIRÆI SCHOLION.

De Polycarpo Marcionis hæretici congressum detestante, præter Hieronymum; hæc ipsa Eusebius lib. 4. hist. cap. 24. itemque Irenæus l. 3. c. 3. narrant. Polycarpi porro ad Philippenses Epistolam Eusebius lib. 4. c. 13. Photius cod. 127. & alii eximiè laudant: extatque Græco Latine edita Parisiis cum Epistolis S. Ignatii Antiocheni, & apud Hallosium tom. 1. Scriptorum Ecclesiæ Orientalis: quorum postremus nonnulla scriptorum Polycarpi fragmenta producit. Est autem martyrio coronatus in Asia circa annum M. Aurelii septimum, hoc est, Christi 167.

## ERNESTI SALOMONIS CYPRIANI Annotationes.

*Cognosce primogenitum Satanæ.* Quicquid de Polycarpo refert, ex notissimis Eusebii locis hausum est. Quod vero ad hæc verba attinet, videtur iis Ignatium, præceptorem suum, imitatus, in cujus epistola ad Trallianos, secundum quasdam editiones, hæc extant: *Fugite hæreses illas sine Deo, Diaboli enim sunt adinventiones. Fugite vero & malas soboles ejus, Simonem dico, primogenitum generis ipsius.* Cur vero illi hæretici, primogeniti dæmonis dicantur, docte exposuit le Moyne *Il. var. sacr. p. 454. sqq.*

*Regnante Marco Antonino & L. Aurelio Commodo.* Hunc locum sollicitandum scribendumque putaram: *L. Aurelio Vero.* Sed animadverti, Verum etiam Commodum vocatum esse. Nam patrem habuit Lucium Aurelium Cejonium Commodum; ipse vero hæc nomina gessit: Lucius Ceionius Ælius Commodus Verus Antoninus; ut probat Baronius ad annum CLXIII. *n.* 6. Id agnoscit & Occo. Expositurus enim de Lucii nummis, ita auspicatur: *L. Ceionius Commodus, qui & L. Aurelius Verus.* Patet hoc præterea ex inscriptione, quam apologiæ suæ præfixit Athenagoras: IMPERATORIBUS M. AURELIO ANTONINO ET L. AURELIO COMMODO. Consentit & inscriptio apud Antonium Pagi in dissertatione hypatica. *p.* 216.

*Scripsit ad Philippenses valde utilem epistolam.* Hodie omnium manibus teritur, sed interpolata est quicquid dicant viri quidam doctissimi.

*Quæ usque hodie in Asia conventu legitur.* Quem Asiæ conventum intelligat, difficulter cognoscitur. Sophronius reddit: ἐν τῇ Ἀσιανῇ συνόδῳ. Constat igitur, non esse sermonem de conventibus Christianorum quotidianis, sed de notabili quodam totius Asiaticæ gentis conventu. De provinciis Romanorum ex Plinii libro X epistolis LX. CI. & aliunde novimus, quod diem illum, quo Imperatores ad reipublicæ gubernacula admoti essent, quotannis magna religione ludisque ac spectaculis celebraverint, præeunte videlicet provinciæ præfecto, quem sequebantur milites ac legati civitatum, quos provinciales vocant Trajanus & Plinius. Hunc morem in Asia obtinuisse dubitari non potest, credoque hunc conventum ab Aurelio Antonino libro IV. Eusebii capite XIII. κοινὸν τῆς Ἀσίας, *commune Asiæ* appellari, ut & Valesius sentit in notis ad illum Eusebii locum. Hunc quotannis conveniendi morem in Asia retentum fuisse arbitror, quum jam Christiani imperassent, adeoque κοινὸν Ἀσίας, commune Asiæ, heic indigitari ab Hieronymo. In conventu enim illo

Christianos primo omnium de religione consultare decebat, ac prælegere Acta martyrum, præcipue vero Epistolam sui primarii Episcopi, Polycarpi, ut gentiles convenientium multitudine, ardore ac zelo inducerentur ad amplectendam doctrinam salutarem; tum etiam ut Christiani confirmarentur admirando Polycarpi monumento, ac præpararentur ad sustinendas persecutiones, si quæ forte, ut Juliani tempore, supervenissent. Intelligo autem conventum Asiæ proconsularis, non Asiæ, quæ tertiam orbis terrarum partem notat.

# CAPUT XIIX.

PAPIAS Johannis auditor, i) Hierapolitanus Episcopus in Asia, k) quinque tantum scripsit volumina, quæ prænotavit: *Explanatio sermonum Domini:* l) in quibus quum se in præfatione asserat, non varias opiniones sequi, sed Apostolos auctores habere, m) ait: *Considerabam quid Andreas, quid Petrus, dixissent, quid Philippus, quid Thomas, quid Jacobus, quid Johannes, quid Matthæus, vel alius quilibet discipulorum Domini; quid etiam Aristion, & Senior Johannes, discipuli Domini loquebantur. Non enim tantum mihi libri ad legendum prosunt, quantum viva vox, utque hodie in suis auctoribus personans.* Ex quo apparet, n) in ipso catalogo nominum, alium esse Johannem, qui inter Apostolos ponitur; & alium seniorem Johannem, quem post Aristionem enumerat. Hoc autem diximus propter superiorem opinionem, quam a plerisque retulimus o) traditam, duas posteriores Epistolas Johannis non Apostoli esse, sed presbyteri. Hic dicitur mille annorum p) Judai-

*Papias apud Euseb. III. 39.* ἀνέκρινον λόγους τί Ἀνδρέας ἢ τί Πέτρος εἶπεν, ἢ Φίλιππος, ἢ τί Θωμᾶς ἢ Ἰάκωβος, ἢ τί Ἰωάννης, ἢ Ματθαῖος, ἤ τις ἕτερος τῶν τοῦ Κυρίου μαθητῶν, ἃ τε Ἀριστίων καὶ ὁ πρεσβύτερος Ἰωάννης, οἱ τοῦ Κυρίου μαθηταὶ λέγουσιν. Οὐ γὰρ τοσοῦτόν με ὠφελεῖν κατελάμβανον ὅσον τὰ ἀπὸ ζώσης φωνῆς καὶ μενούσης.

Παπίας Ἰωάννου ἀκροατὴς, Ἱεραπολίτης τῆς Ἀσίας ἐπίσκοπος, πέντε μόνους συνέταξε λόγους. οὓς καὶ ἐπέγραψε, Ἔκθεσις λόγων Κυριακῶν. Ἐν οἷς λέγων ἑαυτῷ προοιμίοις μὴ ἀκολουθεῖν τοσούτοις φήμαις, ἀλλὰ τοῖς ἀποστόλοις ἴσχυν ἡγεμόσιν, ἔφη. Κατενόουν τί Ἀνδρέας, τί Πέτρος, εἰρήκασι, τί Φίλιππος, τί Θωμᾶς, τί Ἰάκωβος, τί Ἰωάννης, τί Ματθαῖος, καὶ οἱ λοιποὶ τοῦ Κυρίου μαθηταί, τί ἂ Ἀριστίων, καὶ ὁ πρεσβύτερος Ἰωάννης, μαθηταὶ τοῦ Κυρίου ἐλάλησαν. Οὐδὲ γάρ με τοσοῦτον βίβλοι εἰς ἀναγνωσιν ὠφελῆσαι, ὅσον ζῶσα φωνὴ, ἡ τις ἄχρι τοῦ παρόντος διὰ τῶν συγγεγραμμένων ἠχεῖ. Δηλοῖ δὲ ἐξ αὐτοῦ τοῦ καταλόγου τῶν ὀνομάτων, ἄλλον εἶναι Ἰωάννην Ἀπόστολον, καὶ ἄλλον εἶναι πρεσβύτερον Ἰωάννην, ὧν τινα ὑστέρων μετὰ τοῦ Ἀριστίωνα καταριθμεῖται. Ταῦτα δὲ εἰρήκαμεν διὰ τὸ προσανατρέπεσθαι, ἐν οἷς ἔστιν, τὰς δύο ὑστέρας Ἐπιστολὰς μὴ εἶναι Ἰωάννου τοῦ Ἀποστόλου, ἀλλὰ τοῦ πρεσβυτέρου. Οὕτω λέγεται χιλίων ἐνιαυτῶν Ἰουδαϊκὴν ἐπιδιδόναι διατρίβουσι, ᾧ ἠκολούθησαν Εἰρηναῖος, καὶ Ἀπολλινάριος, καὶ οἱ λοιποὶ, οἵτινες μετὰ τὴν ἀνάστασιν φάσκουσιν ἐν τῷ σώματι μετὰ τῶν ἁγίων τὸν Κύριον βασιλεύσειν. Καὶ Τερ-

i) Irenæus V. 33. & apud Euseb. III. 39. Παπίας Ἰωάννου μὲν ἀκουστὴς, Πολυκάρπου δὲ ἑταῖρος γεγονώς. Hinc Johannis Apostoli discipulum vocant Papiam Oecumenius, Beda, Usuardus, Ado aliique, licet Eusebius id maluit accipere de Joanne altero presbytero.

k) Hierapolis civitas in Phrygia Asiæ regione. Hierapolitanus Episcopus dicitur Papias etiam ab Eusebio III. 36. Hist. a Stephano Gobaro apud Photium Cod. 232. Anastasio Sinaita lib. 7. in Hexaëm. aliisque & ab Hieron. supra cap. 8. & præfat. in Victorin. ad Apocalypsin.

l) Λογίων κυριακῶν ἐξηγήσεως. Fragmenta collegit Jo. Ernestus Grabe Tom. 2. spicilegii Patrum pag. 31. seq. & Petrus Halloix T. 1. de vitis scriptor. Oriental. pag. 647. seq.

m) Verba Papiæ apud Euseb. III. 39. οὐ γὰρ τοῖς τὰ πολλὰ λέγουσιν ἔχαιρον ὥσπερ οἱ πολλοὶ, ἀλλὰ τοῖς τὰληθῆ διδάσκουσιν. Οὐδὲ τοῖς τὰς ἀλλοτρίας ἐντολὰς μνημονεύουσιν, ἀλλὰ τοῖς τὰς ἀπὸ τοῦ Κυρίου τῇ πίστει δεδομένας καὶ ἀπ' αὐτῆς παραγινομένας τῆς ἀληθείας. Εἰ δέ που καὶ παρηκολουθηκώς τις τοῖς πρεσβυτέροις ἔλθοι, τοὺς τῶν πρεσβυτέρων ἀνέκρινον λόγους &c.

n) Eusebius loco laudato: Ἔνθα καὶ ἄξιον ἐπισῆσαι ἄξιον δὶς καταριθμοῦντι αὐτῷ τὸ Ἰωάννου ὄνομα, ὧν τὸν μὲν πρότερον Πέτρῳ καὶ Ἰακώβῳ καὶ Ματθαίῳ καὶ τοῖς λοιποῖς Ἀποστόλοις συγκαταλέγει, σαφῶς δηλῶν τὸν Εὐαγγελιστήν· Τὸν δ' ἕτερον Ἰωάννην, διαστείλας τοῦ λόγου, ἑτέροις μετὰ τοῦ τῶν Ἀποστόλων ἀριθμοῦ καταπάσας, μετὰ Πέτρον καὶ τὸν Ἀριστίωνα. Σαφῶς τε αὐτὸν πρεσβύτερον ὀνομάζει. Pro Aristione *Aristonem* habet Codex Gemblacensis. teste Suffrido Petri. Atque Aristonis Pellæi meminit Eusebius IV. 16. quem eundem suspicor. In Chronico Paschali pag. 255. male Ἀπελλῆς καὶ Ἀρίστων pro ὁ Πελλαῖος Ἀρίστων. o) Supra, cap. IX.

p) Eusebius p. 112. de Papia: Χιλιάδα τινὰ φησιν ἔτεσιν μετὰ τὴν ἐκ νεκρῶν ἀνάστασιν σωματικῶς τῆς τοῦ Χριστοῦ βασιλείας ἐπὶ ταυτησὶ τῆς γῆς ἐσομένης.

cam edidiſſe δευτέρωσιν, q) quem ſecuti ſunt Irenæus r) & Apollinarius, & cæteri, qui poſt reſurrectionem ajunt in carne cum Sanctis Dominum regnaturum. Tertullianus quoque in libro de ſpe fidelium, & Victorinus Petabionenſis, s) & Lactantius t) hac opinione ducuntur.

Τερτυλλιανὸς ὴ ἐν τῇ βίβλῳ τῇ περὶ τῆς ἐλπίδος τῶν πιστῶν, καὶ Βικτωρῖνος Πεταβίων, καὶ Λακτάντιος πιθήσῃ τῇ δοκήσει ἠλκυσται.

q) Δευτέρωσις Judaica, eſt traditio, velut ſecundo loco poſt Legem ſcriptam habenda, Miſna. Vide Epiphanium hæreſi XVI. Idem XXXIII. 9. αἱ δὲ παράδοσεις τῶν πρεσβυτέρων δευτερώσεις παρὰ τῶν Ἰουδαίων λέγονται. Juſtinianus Imp. novell. 146. Τὴν ὴ παρ' αὐτοῖς (Ἰουδαίοις) λεγομένην δευτέρωσιν καὶ ἀπαγορεύομεν πάντελῶς. Cæterum Judaicam mille annorum fabulam perſtringit etiam multis aliis locis Hieronymus, ut in Eſ. 19. 23. 29. 54. 60. &c. Confer B. D. Gerhardum noſtrum Loco Theol. de conſummatione ſæculi §. 67. & de Irenæo, Apollinari, Tertulliano, Victorino, Lactantio aliisque Chiliaſmi ſuffragatoribus Adamum Tribechovium in Hiſtoria Chiliaſmi: Halloixium T. 1. vit Patrum Oriental. p. 663. ſeq. Tillemontium T. 2. memor. p. 308. ſeq. edit. Pariſ. Jo. Wilhelmum Peterſenium in nube teſtium de regno Chriſti, & Nicolaum Nourry in Apparatu ad Bibl Patrum T. 1. p. 164–286.

r) Vide Irenæum IV. 37. V. 22. & 23. 32. ſeqq. Hieron. infra c. 28. & in Ezech. 36. Tertulliani liber de ſpe fidelium cum ſcriptis Apollinaris intercidit. Alia tamen Tertulliani teſtimonia de regno millenario congeſſit Peterſenius in nube teſtium lib. 2. p. 106. ſeq. De Irenæo idem p. 86. ſeq. de Apollinari pag. 140. quem cæteris iterum jungit Hieronymus in Ezech. 36.

s) Petavionenſis legendum pro Pictavienſi, ut docuit Jo. Launojus diſſ. de Victorinis. Et nullus eſt codex, teſte Marcianæo, qui non legat *Petabionenſis*, vel *Pitabionenſis*. Vide infra c. 74. & quæ ex Victorini tractatu de fabrica Mundi clariſſ. Caveus in Hiſtoria lit. & Hieronymus præf. ad Victorinum in Apocalypſ. apud Sixtum Senenſem lib. 6. Bibl. S. annot. 347.

t) Vide Lactantium VII. 24.

## ERASMI SCHOLIA.

*Explanatio ſermonum Domini*) ἐκθεσις τῶν λόγων Κυρίου.

Judaicam edidiſſe δευτέρωσιν. Sic enim reſtituimus ex Sophronio titulum in noſtris exemplaribus corruptum. Judæi δευτερώσεις vocant, poſteriorum interpretationes: Cujus generis apud nos ſunt Auguſtinus, Thomas & Scotus.

*Victorinus Pictavienſis.*) Sophronius, πεταβίων. In nonnullis veteſtis habebatur Petabionenſis.

## MARIANI VICTORII.

*Hic dicitur mille annorum Judaicam edidiſſe δευτέρωσιν.* Ex Joannis in Apocalypſi loco quodam male intellecto, mille annorum fabula conficta eſt: qua dicitur, Chriſtum, poſt univerſalem corporum reſurrectionem, mille annis corporaliter, ac viſibiliter in Judæa cum ſanctis regnaturum, convicturumque. Hujus hæreſeos profeſſores, ab annorum numero, Chiliaſtæ ſunt appellati. Inter quos, præter connumeratos a D. Hieronymo hic. Juſtinum Martyrem, acerrimum aſſertorem, & Nepotem quendam Epiſcopum, quem impugnavit Dionyſius Alexandrinus, invenio. Errorem fuiſſe in tot ſanctis, non hæreſim, quæ opinionis obſtinatione ſtatuitur, veritate in Eccleſia catholica nondum definita propalataque, dicendum eſt. Δευτέρωσις autem dicitur altera quædam, ac poſterior interpretatio, traditioque, cujusmodi eſt Cabaliſtica, Thalmudiſticaque: de qua hic Hieronymum intellexiſſe, forte non ab re fuerit exiſtimare. Nam præter quod in eis Judæi de futuro Chriſti in terris regno, atque convivio, & de epulis Leviathan, multa ſomniantes comminiſcuntur, conſtat alibi a Hieronymo Judaicas δευτερώσεις illas vocatas.

## NOTÆ HENRICI GRAVII.

Papias *Joannis auditor.*) De eo lege Euſeb. l. 3 c. 39.

*Hic dicitur mille annorum Judaicam edidiſſe δευτέρωσιν quem ſecuti ſunt Irenæus & Apollinaris & cæteri.*) Adverſus hanc Judaicam mille annorum fabulam fortiſſime in Comentariis pugnat S. Hieron. Loca aliquot indicabo. In Eſa. c. 1. 25. 30. 49. 54. 55. 58. 60. Item in præf. l. 18. *De repromiſſionibus futurorum, quomodo debeant accipi, & qua ratione intelligenda ſit Apocalypſis Joannis, quam ſi juxta litteram accipimus, judaizandum eſt; ſi ſpiritualiter ut ſcriptum eſt, diſſeremus, multorum veterum videbimus opinionibus contraire. Latinorum, Tertulliani, Victorini, Lactantii: Græcorum, ut cæteros prætermittam, Irenæi tantum Lugdunenſis Epiſcopi faciam mentionem, adverſus quem vir eloquentiſſimus Dionyſius Alexandrinæ Eccleſiæ pontifex, elegantem ſcribit librum, irridens mille annorum fabulam &c. Cui duobus voluminibus reſpondet Apollinaris,*

*Quem non ſolum ſuæ ſectæ homines, ſed & noſtrorum in hac parte duntaxat plurima ſequitur multitudo, ut præſaga mente jam cernam, quantorum in me rabies concitanda ſit*, &c. Item in Eſa. ca. 65. 66. & aliis locis. Item in XIX. c. Hierem. *de aurea & gemmata Hieruſalem reſtituenda, & regno in terris Domini Salvatoris: quæ licet non ſequamur, tamen damnare non poſſumus, quia multi Eccleſiaſticorum virorum & martyres iſta dixerunt, ut unusquisque in ſuo ſenſu abundet, & Domini judicio cuncta reſerventur.* Et in cap. 31. Præterea in Ezech. 27. 28. Item in 36. *Adverſus dogma Judaicum, & beatitudinem ventri & gutturi ſervientem* &c. Mox: *quod & multi noſtrorum & præcipue Tertulliani liber, qui inſcribitur*, de ſpe fidelium, *Lactantii Inſtitutionum volumen ſeptimum pollicetur, & Victorini Pitabionenſis Epiſcopi crebræ expoſitiones, & nuper Severus noſter in Dialogo, cui Gallo nomen impoſuit, & ut Græcos nominem, & primum extremumque conjungam, Irenæus & Apollinaris.* Rurſus in c. 39. Item in Johel c. 3. Et in Zachar. 2. 12. & 14. & in Malach. 3.

*Tertullianus quoque in libro* de ſpe fidelium, *& Victorinus Pitabionenſis, & Lactantius hac opinione ducuntur.*) Lactantius lib. 7. qui eſt de divino præmio cap. 24.

## SCHOLIA AUBERTI MIRÆI.

Scriptorum S. Papiæ, præter Hieronymum, Irenæus l. 5. c. 33. Euſebius l. 3. c. 30. & 33. & Niceph Calliſtus. l. 3. c. 18. & 20. meminerunt. Ex iis fragmenta quædam Græco-Latine Halloſius tom. 1. ſcriptorum Eccleſiæ Orientalis recitat. Ibidem reperies Papiæ opiniones antiquatas; ut & apud Baronium in notis ad Martyrologium 22. Februarii.

*Mille annorum.*) Victorii (qui S. Hieronymi opera, Pii IV. ævo, cum mss. Codicibus contulit, & Notis illuſtravit) Scholion ad hunc locum videat, qui volet, & Baron. ad Martyrol. 2. Nov.

## ERNESTI SALOMONIS CYPRIANI.

*& Victorinus Pitabionenſis.* Ita reſtituimus hunc locum, poſtquam hodie conſtat Inter doctos, Victorinum nunquam *Pictavienſem* Epiſcopum fuiſſe, ut habent reliqui omnes. Verba Papiæ Paulo aliter recitat Euſebius, ſed ſenſus idem eſt.

# CAPUT XIX.

QUADRATUS Apoſtolorum diſcipulus, u) Publio, Athenarum Epiſcopo, ob Chriſti fidem martyrio coronato, in locum ejus ſubſtituitur,; x) & Eccleſiam grandi terrore diſperſam, y) fide & induſtria ſua congregat. z) Cumque Hadrianus Athenis exegiſſet hiemem, inviſens Eleuſinam, a) & omnibus penè Græciæ Sacris initiatus, b) dediſſet occaſionem his, qui Chriſtianos oderant, abſque

Κοδρᾶτος τῶν Ἀποστόλων μαθητὴς, διαδέξεται Πούβλιον Ἀθηναίων Ἐπισκοπεύσαντα τῇ Χριστῷ, ὡς τὸν αὐτὸν τόπον ὑποστέρξαι, καὶ τὴν ἐκκλησίαν ἐν μεγάλῃ θλίψει διασκορπισθεῖσαν συναγεῖ. Καὶ ἦλθεν Ἁδριανὸς ἐν Ἀθήναις ἐχείμασεν ἐν Ἐλευσῖνι μήσας, καὶ πάντα σχεδὸν τὰ τῆς Ἑλλάδος μυστήρια μυηθεὶς, δέδωκεν ἀφορμὴν ὅτι τοὺς μισοῦντας τοὺς Χριστιανοὺς, καὶ δίχα βασιλικῆς κελεύσεως κολάσαι.

u) Sic Euſebius in Chron. Græcis recentioribus etiam Ἀπόστολος. Cum Philippi Apoſtoli filiabus πνεύματικῷ χαρίσματι διαπρέψαι tradit Euſebius III. 37. Vide Halloixium, Caveum & Tillemontium in Quadrati vita & Henſchenium in Actis Sanctor. 26. Maj. T. 6.

x) Euſebius IV. 23. ex Dionyſiii Corinthii Epiſtola ad Athenienſes: Κοδρᾶτος μὲν οὖν μαρτυρήσαντα Πούβλιον καταστήσατο αὐτῶν Ἐπισκόπου μίμημα. Eundem eſſe Quadratum Athenienſem Epiſcopum cum Quadrato qui Eleuſine vicina Athenis Hadriano Apologiam obtulit, Hieronymus tum hoc loco, tum Epiſt. 84. ad Magnum eumque ſecuti Græci 21. Sept. & Latini 26. Maj. conſentiunt: Licet viris doctiſſimus Valeſio, Lemoinio, Dupinio & Tillemontio ob temporum rationes ſed minime expeditas aliter videatur. Vide Grabii ſpicilegium Patrum Tom. 2. p. 119. ſeq.

y) Ob Publium Epiſcopum martyrio ſublatum, de quo vide Baronium ad Martyrolog. Rom. 21. Jan. Euſebius loco laudato refert Athenienſes a Dionyſio Corinthio reprehenſos velut ὀλιγωρήσαντας fidem ac politiam Evangelicam, ac propemodum relapſos ad Ethniciſmum μικρὸν δεῦν δοκήσαντας τῷ λόγῳ, ἐξ οὗπερ ὁ παρ' αὐτῶν Πούβλιον μαρτυρήσας καὶ τοὺς τότε συνέβη διωγμούς. Sub Trajano A. C. 107.

z) Ὡς ἀφ' ἧς τῆς αὐτοῦ παῤῥησίας θπουναχθέντων, καὶ τῆς πίστεως ἀναζωπύρησιν εὑρηκότων. Dionyſius Corinthius apud Euſeb.

a) Codex Gemblacenſis, quem Suffridus Petri inſpexit, *Eleuſina.* Accidit hoc A. CHriſti 123. Hadriani ſeptimo: vel Hadr. decimo quinto, CHriſti 131. ut memorat Euſebius in Chron. De Eleuſiniis ſacris erudite Meurſius T. VI. Antiqv. Gronov.

b) Vide quæ viri docti ad Ælium Spartianum in Hadriani vita c. 13. Hinc Juliano in Cæſaribus Hadrianus πολυπράγμονα τὸ δαιμόνιον, & *curioſitatum omnium explorator* Tertulliano c. V. Apologetici.

præcepto Imperatoris vexare credentes: c) porrexit ei librum pro religione noſtra compoſitum, d) valde utilem, plenumque rationis & fidei, & Apoſtolica doctrina dignum: e) in quo & antiquitatem ſuæ ætatis f) oſtendens, ait, plurimos a ſe viſos g) qui ſub Domino variis in Judæa oppreſſi calamitatibus ſanati fuerant, & qui a mortuis reſurrexerant.

*αυ, ἐπίδοσιν βίβλων ὑπὲρ τῆς ἡμετέρας θρησκείας συντιθεῖσαν, πάνυ χρησίμην, καὶ γέμουσαν λογισμῶ καὶ πίστεως, ἀξίαν τε τῆς Ἀποστολικῆς παιδεύσεως, ἐν ᾗ καὶ τὴν ἀρχαιότητα τῆς ἰδίας ἡλικίας δεικνὺς, ἔφη, πολλοὺς ἑωρακέναι τοὺς ὑπὸ τῶ Κυρίῳ ποικίλως ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ κάμνοντας νόσους ἰαθέντας, καὶ ὅτι τοὺς ἐκ νεκρῶν ἀνίσησαν.*

c) *Ὅπῃ δὴ πάντες πονηροὶ ἄνδρες τὰς ἡμετέρας εὐσεβεῖς ἐπιχειρῶσι.* Euſeb. IV. 3. Non tribueret malis hominibus, ſi edicto Imperatoris hoc factum fuiſſet. Confer Dodwelli diſſ. XI. Cyprian. §. 18. ſeq. Potuit, inquies, etiam a malis hominibus ad edicta adverſus Chriſtianos promulganda Imperator impelli. Sed diſerte Tertullianus c. V. Apologet. Leges ab Hadriano adverſus Chriſtianos impreſſas negat.

d) *Τούτῳ Κοδράτῳ λόγον ὑπὲρ φωνήσας ἀναδίδωσιν ἀπολογίαν συντάξεως ὑπὲρ τῆς καθ' ἡμᾶς θεοσεβείας.* Euſeb. III. 4. Vide infra notas H. Gravii.

e) *Ἐξ ὧν κατιδεῖν ἐστι λαμπρὰ τεκμήρια τῆς τε τοῦ ἀνδρὸς διανοίας καὶ τῆς Ἀποστολικῆς ὀρθοτομίας.* Euſeb.

f) Codex Gembl. teſte Suffrido Petri, *ſuæ actionis.* Vitioſe haud dubie.

g) Quadratus apud Euſebium IV. 3. cum dixiſſet ſanatos a CHriſto & in vitam revocatos non ſolum viſos ſtatim & Salvatore in terris verſante, ſed etiam poſt ejus mortem *ἐπὶ χρόνον ἱκανόν·* ſubjungit: *ὥστε καὶ οὓς τοὺς ἡμετέρους χρόνους τινὲς αὐτῶν ἀφίκοντο.* Dolendum eſt hanc Quadrati pro Chriſtianis Apologiam, qua *perjecutionem gravisſimam excellens illius*, ut teſtatur Hieronymus, *ſedavit ingenium*, intercidiſſe.

## ERASMI SCHOLION.

*Athenis exigiſſet hyemem.*) Hoc eſt, hybernaſſet.

## HENRICI GRAVII NOTÆ.

*Publio Athenarum Epiſcopo.*) Legesapud Euſeb. c. 23. lib. 4. ex epiſt. Dionyſii Corinthiorum Epiſcopi ad Athenienſes. Lege etiam lib. 3. c. 27.

*Cumque Adrianus Athenis exegiſſet hyemem.*) Euſeb. in Chronicis: *Anno 7. Hadriani Cephiſus fluvius Eleuſinam inundavit, quem Hadrianus ponte conjungens, Athenis hyemem exegit.*

*Et omnibus pene Græcia ſacris initiatus.*) In Chronicis: *Anno 8. Hadrianus ſacris Eleuſina initiatus, multa Athenienſibus bona largitus eſt.* Ælius Spartianus in Hadriano. *Poſt hoc per Aſiam & Inſulas ad Achaiam navigavit, & Eleuſina ſacra exemplo Herculis Philippique ſuſcepit, multa in Athenienſes contulit, & pro agonotheta reſedit.*

*Porrexit & librum pro noſtra religione compoſitum.*) Idem in Chronicis & cap. 3. lib. 4. Euſeb. Hieron. ad Magnum: *Quadratus Apoſtolorum diſcipulus, & Athenienſis Pontifex Eccleſiæ, nonne Hadriano Principi Eccleſiæ ſacra inviſenti librum pro noſtra religione tradidit? Et tanto admirationi omnibus fuit, ut perſecutionem gravisſimam illius excellens ſederet ingenium?*

## AUBERTI MIRÆI SCHOLIA.

*S. QVADRATI* Athenienſis Epiſcopi, Apoſtolorum diſcipuli, fit mentio in Romano Martyrologio, vetere & novo. 26. *Maji.* Ex illius ſcriptis unicum reſtat fragmentum, quod lib. 4. hiſt. cap. 3. Euſebius, ex ejusdem ad Hadrianum Apologia pro Chriſtianis recitat.

*Eleuſina*) vel Eleuſinia ſacra, ſic dicta ſunt ab Eleuſine oppido Atticæ, in quo ea celebrari ſolebant, in honorem Cereris, ob allatas ab ea fruges, & vitam cultiorem introductam. Horum ſacrorum Ariſtoteles, Cicero, Suetonius, Pauſanias, Tertullianus, Clemens Alexandrinus, Arnobius & alii veteres, cum ethnici, tum Chriſtiani, paſſim meminerunt. De eisdem plura qui volet, Petri Caſtellani doctum ſyntagma de feſtis Græcorum, Antverpiæ 1617. editum, legat.

## ERNESTI SALOMONIS CYPRIANI.

*Quadratus, Apoſtolorum diſcipulus, Publio, Athenarum Epiſcopo, ſubſtituitur.* Hieronymum erroris arguit Valeſius, *Not. ad Euſeb. L. IV. c. 23.* eumque heic duos Quadratos confundere aſſeverat, cum Quadratus, Apoſtolorum diſcipulus, a quo pro fide Chriſtiana apologe-

 ticum

ticum Hadriano oblatum est, nunquam Episcopus fuerit, nedum Athenienſis. Verum Valeſius errat, atque ex uno eodemque viro duos confingit. At, inquit Valeſius, nec Euſebius, nec Dionyſius, Corinthiorum Epiſcopus, qui Quadratum, Apoſtolorum diſcipulum, laudant, eum Epiſcopi nomine inſigniunt. Sed facile reſpondemus, munerum deſignationem non ſemper addi propriis, quæ vocantur, nominibus, atque Quadratum ab iis nec martyrem dici, cum tamen vix negari poſſit, illum martyrii corona eſſe redimitum. Addit Valeſius, temporum rationem nos admonere, ut hos duos Quadratos diſtinguamus, quod Quadratus, Apoſtolorum diſcipulus, non proceſſerit ultra tempora Hadriani; Quadratus vero, Athenienſium Epiſcopus, ſub Marco Antonino adhuc ſuperſtes fuerit: cum qui ſub illo imperatore floruit, Dionyſius Corinthiorum, de eo apud Euſebium tanquam de coævo loquatur. Sed ut facile concedo, Quadratum noſtrum non attigiſſe tempora Marci Antonini; ita falſum eſt, hoc affirmare Dionyſium, ut legentibus Euſebii locum ad oculum pateſcit. Cæterum Quadratum hunc martyribus accenſendum arbitror. Nam Græci in Menæo XXI. Septembris referunt, eum ſub Hadriano paſſum eſſe. *Conf. Cave P. 1. hiſt. lit. p.* 24. Conſentit typicum monaſterii ſancti Sabæ apud Valeſium, in quo eodem die legitur: Τῇ ἁγίᾳ ἀποστόλῳ τοδράτῳ. Neque enim in viris apoſtolicis alius numeratur, præter hunc noſtrum, Quadratus. Itaque & in antiquiſſimo calendario Eccleſiæ Carthaginenſis hunc Quadratum intelligendum opinor, etſi id neget doctiſſimus Mabillon. *T. III. Anal. p.* 411. Quamvis enim quoto die ejus memoriam recolere illa Eccleſia conſueverit, ignoremus, ob exeſas in vetuſtiſſimo codice literas; conſtat tamen, id factum eſſe menſe Septembri.* Ita enim habet: - - *Kal. Sept. Sancti Quadrati.* Denique & in vulgari Hieronymi martyrologio hunc ipſum Quadratum innui puto, in quo ad XII. Kal. Septembris aſſignatur: *Natalis ſancti Quadrati Epiſcopi.* In deſignando die facilis fuit ſcribarum lapſus, ponentium pro litera X. numericam literam unitatis; in menſe mirus eſt martyrologiorum conſenſus.

*Inviſens Eteuſinam.* Dicere debuerat: *Inviſens eleuſinia*, ut Joſephus Scaliger probat animadverſionibus in Euſebii Chronicon. *p.* 214.

* Auguſto.

# CAPUT XX.

ARISTIDES, Athenienſis Philoſophus eloquentiſſimus, & ſub priſtino habitu h) diſcipulus Chriſti, volumen, noſtri dogmatis rationem continens, eodem tempore quo & Quadratus, i) Hadriano Principi dedit, id eſt, Apologeticum pro Chriſtianis: quod usque hodie perſeverans apud philologos k) ingenii ejus indicium eſt.

Ἀριστείδης Ἀθηναίων φιλόσοφος εὐφραδὴς, καὶ κατὰ τὴν πατρίαν διαγωγὴν, μαθητὴς Ἰησοῦ Χριστοῦ, πιστὸς δόγματος ἡμετέρου ἀναμφισβήτου λογισμὸν, κατ' ἐκεῖνο καιρὸν ἐν ᾧ καὶ Κοδρᾶτος Ἁδριανῷ τῷ βασιλεῖ ἐπέδωκε, τιθησιν, ἀπολογητικὸν ὑπὲρ τῶν Χριστιανῶν, ὅπερ ἔχει τὸ παρὸν σῶζεται παρὰ τοῖς φιλολόγοις σώζεται.

h) Sic de Juſtino Martyre Euſebius VI. 11. ἐν φιλοσόφῳ σχήματι παρεσβεύων τὸν θεῖον λόγον. Itaque & Ariſtides cum Philoſophus eſſet antequam Chriſtianus, poſtquam Chriſtianus factus eſt, etiam in priſtino habitu permanſit nec veſtem Philoſophicam (pallium) mutavit. Qui locus etiam manifeſto indicio eſt, vulgus Chriſtianorum non fuiſſe palliatum. Hæc Salmaſius ad Tertulliani lib. de pallio p. 19.

i) Euſeb. IV. 3. Καὶ Ἀριστείδης - - τῷ Κοδράτῳ παραπλησίως ὑπὲρ τῆς πίστεως ἀπολογίαν ἀπεφωνήσατο Ἁδριανῷ καταλέλοιπε. *Contextum ſententiis Philoſophorum, quam poſtea imitatus ſit Juſtinus*, Hieronymo notatum Epiſt. 84.

k) Σῴζεται δέγε εἰς δεῦρο παρὰ πολλοῖς καὶ ἡ τότε γραφή. Id. Utinam proferant in lucem qui poſſunt, ſi vera fuit fama, cujus meminit in deſcriptione Atticæ Gallice edita Guilleterius, Ariſtidis Apologiam latere apud Calogeros non procul Athenis in monaſterio Medelli.

## ERASMI SCHOLION.

*Apud Philoſophos.)* In nonnullis erat ſilogos. Ex Sophronio reſtituimus Philologos, hoc eſt, eruditionis & eloquentiæ ſtudioſos.

## MARIANI VICTORII.

*Apud Philologos.* Id eſt eruditionis ac ſcientiæ amatores, ſtudioſosque. Hujus volumen Philoſophorum ſententiis plenum, idque imitatum poſtea fuiſſe Juſtinum Martyrem, in Epiſtola ad Magnum oratorem idem Hieronymus ſcribit.

## HENRICI GRAVII NOTÆ.

*Ariſtides.)* Euſebius in Chronicis, & lib. 4. c. 3. & Hieronymus ad Magnum: *Ariſtides philoſophus, vir eloquentiſſimus, eidem principi Apologeticum pro Chriſtianis obtulit, contextum philoſophorum ſententiis.*

S. ARI-

## AUBERTI MIRÆI SCHOLION.

*S. ARISTIDIS* memoria celebratur in vetere & novo Martyrologio Romano. 31 *Aug.* 3. *Oct.* Ejusdem meminit Euſebius in Chronico & Hiſtoriæ lib. 4. c. 3. & 5. itemque Hieronymus epiſt. 84. ad Magnum Oratorem.

## ERNESTI SALOMONIS CYPRIANI.

Apologia deperdita eſt, etſi ejus in Græcia inveniendæ ſpem fecerit la Guilletiere. Narravit enim, apud Calojeros, qui prope Athenas in Midelli monaſterio habitant, Bibliothecam eſſe, in qua liber credatur latitare. *le Moyne l. c. p. 156.*

# CAPUT XXI.

AGRIPPA, cognomento Caſtor, l) vir valde doctus, adverſum viginti quatuor Baſilidis hæretici volumina, m) quæ in Evangelium confecerat, fortiſſime diſſeruit, prodens ejus univerſa myſteria, & prophetas enumerans, Barcaban & Barcob, n) & ad terrorem audientium alia quædam barbara nomina: & Deum maximum ejus, Abraxas, qui quaſi annum continens, ſi juxta Græcorum numerum, ſupputetur. o) Moratus eſt p) autem Baſilides, a quo Gnoſtici, in Alexandria, temporibus Hadriani: qua tempeſtate & Co-

Ἀγρίππας, ὁ ἐπίκλην Κάστωρ, ἀνὴρ πάνυ πεπαιδευμένος, καὶ τῶν εἰκοσιτεσσάρων Βασιλείδου αἱρετικῶν λόγων τῶν εἰς τὸ Εὐαγγέλιον παρ' αὐτοῦ συντεθειμένων, ἡνικαῦτα ἐξηγήσατο, πάντα αὐτοῦ τὰ μυστήρια ἐκφαίνων, καὶ τοὺς προφήτας συναναριθμούμενος, Βαρκαβᾶν, καὶ Μαρκώβ, καὶ πρὸς φόβον τῶν ἀκροωμένων, ἄττά τινα βάρβαρα ὀνόματα, καὶ τὸν μέγιστον αὐτῶν θεὸν Ἀβραξᾶς, ὅτι ἐνιαυτὸν περιέχοντα καὶ τὸν ἀριθμὸν τῶν γραμμικῶν ψηφιζόμενον. Τελευτῶντος Βασιλείδου γνωσικοῦ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ ἐπιδημήσαντος ἐν τοῖς χρόνοις Ἀδριανοῦ, ὅτε καὶ Κόχιβος



l) Ex Euſebii IV. 7. ὧν εἰς ἡμᾶς κατῆλθεν ἐν τοῖς τότε γνωριμωτάτοις συγγράμμασιν Ἀγρίππα Κάστορος ἀνατροπὴ καὶ Βασιλείδου ἔλεγχος, τὴν δεινότητα τῆς τ' ἀνδρὸς ἀποκαλύπτων γνώσεως. Vitioſe Codex Gemblac. *Agrippa cognomento Paſtoris* pro *Caſtoris* ut habet etiam indiculus Hieronymo tributus de hæreſ. c. 2.

m) Non ait Euſebius Agrippam libris illis Baſilidis XXIV. ἔλεγχον ſuum (pridem deperditum) oppoſuiſſe, atque adeo eos ex inſtituto confutaſſe, ſed tantum eorum feciſſe alicubi mentionem. Ἐκφαίνων δ' ὧν αὐτοῦ τὰ ἀπόρρητα, φησὶν αὐτὸν εἰς μὲν τὸ Εὐαγγέλιον πεποιῆσθαι παρὰ πᾶσι τοῖς ἄλλοις συντάξαι βιβλία. Hoſce Commentarios qui & ipſi jamdiu nusquam exſtant, ſuſpicor ab Origene, Ambroſio & Hieronymo intelligi ubi falſum Baſilidis Evangelium memorant. Fragmentum ex libro XIII. tractatuum horum Baſilidis hæretici ſervavit Archelaus cap. 55. diſp. cum Manete: aliud ex libro XXIII. ἐξηγητικῶν Clemens Alex. IV. Strom. p. 506. Confer Spicilegium præſtantiſſimi Grabii Tom. 2. p. 35. ſeq.

n) Προφήτας ἤ ἑαυτῷ ὀνόματι Βαρκαββᾶν καὶ Βαρκώφ καὶ ἄλλους ἀνυπάρκτους τινὰς ἑαυτῷ συνηθροισμένον, βαρβάρους τινὰς αὐτοῖς εἰς κατάπληξιν τῶν τὰ τοιαῦτα πεπιστευκότων ἐπιφημίσας προσηγορίας. Euſeb. Rufini Codices: *barchaban & Barchob*, quomodo & legunt Codices plerique Hieronymi, tum Theodoriti 1. de hæret. fab. cap. 4. & Nicephori IV. 2. Βαρκαββᾶν & Βαρκώφ. Itaque vitioſe alii *Barchobeth* vel *Berthabam*, vel ut apud Philaſtrium hæreſi 33. *Barraban*. Et *Marcob*, ſive *Barcobeth*. Sive ut in Freculfo *Barchon*. In libello qui ambulant ſub Hieronymi nomine de hæreſibus cap. 2. *Barcobbam & Barcobbet*. Nomini Βαρκώφ affine Prophetæ Παρχώρ, apud Clementem Alex. VI. Strom. p. 641. ubi Iſidorum Baſilidis filium citat ἐν τῷ πρώτῳ τῶν προφητικῶν παρχωρ ἐξηγητικῶν. Vocem Βαρκαββᾶς בר־בקא Epiphanius XXVI. 2. *filium pueri* ſive *parvuli* interpretatur. Καββᾶ γὰρ ἑρμηνεύεται παιδία καὶ τὴν Συριακὴν διάλεκτον, φανερωτέρα ἢ καὶ τὴν Ἑβραϊκήν. Euſebio X. 5. præparat. καὼφ eſt κλῆσις. Hieronymo Epiſt. 155. ad Paulum, *vocatio*.

o) Sic leg. ex laudato indiculo de hæreſibus, licet in editis vocula *ſi* excidit. Sane nomen Ἀβραξᾶς, ſi juxta Græcorum numeros literæ quibus conſtat computentur, reddent numerum Angelorum 365. dierumque totidem quos per annum ſol peragit. Vide Theodoritum lib. 1. de hæreticis fabulis c. 4. & quæ viri docti ad Irenæum lib. 1. c. 23. & Tertulliani appendicem de præſcript. cap. 46. & Doctorem meum τὸν μακαρίτην Tho. Ittigium in diſſ. de hæreſiarchis Apoſtolicæ & Apoſtolis proximæ ætatis ſect. 2. c. 2.

p) Sic omnino legendum pro *mortuus eſt*, ut ex Sangermanenſi & aliis quatuor Codicibus MSS. Regiis emendavit Cotelerius ad Conſtitutt. Apoſtol. lib. VI. cap. 8. Euſebius Chron. ad A. XVII. Hadriani, CHriſti 133. Hieronymo interprete: *Baſilides hæreſiarches in Alexandria commoratur, a quo Gnoſtici.*

chebas, q) dux Iudaicæ factionis, Christianos variis suppliciis enecavit. r)

χοχ@- ὁ τῶν Ἰουδαίων ἡγούμε@-, πολλὰς τῶν χριστιανῶν ποικίλαις τιμωρίαις ἀνήλωσεν.

q) Varie hoc nomen depravatum, *Chochibus*, *Exechochebas* &c. Genuina lectio *Cochabas* vel *Chochebas* כוכבא בר *filius stella* ex Num. XXIV. 14. Βαρχωχιβᾶς in Justini Apolog. 2. p 72. & Eusebii Codicibus IV. 6. Hist. & Nicephori III. 14. At impostor hic dictus rectius deinde כוזבא בר *filius mendacii* unde in Historia Miscella & in quibusdam Hieronymi Codd. *Chozebas*.

r) Eusebius Chron. *Cochebas dux Judaica factionis nolentes sibi Christianos adversum Romanum militem ferre subsidium, omnimodis cruciatibus necat.*

## ERASMI SCHOLION.

*Barchoban & Barchobeth.*) Sophronius legit, Barcaban & Marcob: quamquam hic perparvi refert, cum sint vocabula factitia. Hujus sunt & illa prodigiosa nomina, Ἀβραξας, Barbelus, de quibus dictum est alias.

*Qui quasi annum continens.*) Nam Græcis literis, quibus constat hæc dictio, numerus conficitur trecentorum & sexaginta quinque.

*A quo Gnostici.*) A scientia dicti, quam sibi vindicabant hujusmodi prodigiorum fumis.

*Cochebas.*) χόχιβ@- legit Sophronius.

## MARIANI VICTORII.

*Abraxas.* Apud Irenæum plura de his barbaris, ficticiisque nominibus invenies, præsertim de ἀβραξας, quo secundum suppurationem Græcam, dierum anni numerus continetur, id est CCCLXV.

*Gnostici.*) Γνωστικοὶ a scientia quam sibi vindicabant, Græce ita dicti sunt.

## NOTÆ HENRICI GRAVII.

*Castor.*) *Alias*: *Castoris*. Ita & apud Euseb. lib. 4. cap. 8.

*Qui tempestate & Cochibus* (lege *Cochibas*): *dux Judaica factionis Christianos variis suppliciis enecavit.*) Ut in Chronicis scribit Euseb. nolentes sibi Christianos adversus Romanum militem ferre subsidium, omnimodis cruciatibus necat anno 17. Hadriani. Plura vide in Eccles. histor. lib. 4. c. 6. Hieronymus in Epistola: *Lectis litteris. Atque ut ille Barcochebas author seditionis Judaica stipulam in ore succensam anhelitu ventilabat, ut flammas evomere putaretur* &c. In Dan. IX. *Sub Hadriano Chochebas dux Judaeorum oppressus est, & Hierusalem usque ad solum diruta.*

## SCHOLIA AUBERTI MIRÆI.

*AGRIPPA CASTOR* sub Hadriano contra Basilidem scripsit: sed librorum ejus nihil superest. Illorum Eusebius lib. 4. Hist. Eccles. cap. 7 meminit.

*Abraxas.*) Joannes Macarius, Ariensis in Artesia Canonicus, noster olim Amicus, Græce Latineque doctissimus, scripsit Disquisitionem antiquariam de gemmis Basilidianis, cui titulus *Abraxas* seu *Apistopistus*. Exstat Ms. Lovanii in Trilingui collegio, & Tornaci in bibliotheca Winghiana, quæ nunc est basilicæ cathedralis. (*Lucem vidit illa disquisitio edente Joanne Chifletio, Antverpiæ A. 1657. 4, cum animadversionibus Chifletii, & Godfridi Wendelini ad Chifletium Epistola.*)

## ERNESTI SALOMONIS CYPRIANI Annotationes.

*Marcob.* Legendum: *Barcoph.* ex Eusebii libro IV. capite VII.

*Deum ejus maximum Abraxas.* Patrum loca de hoc Deo congessit Pamelius ad Tertulliani caput XLVI. de præscriptione. De eodem erudite agit vir venerandus, Thomas Ittigius, de hæresiarchis ævi apostolici sectionis II. capite II. Alios ejusdem Basilidis Deos, nimirum Armagil, Barbelon, Balsamum, & Leusiboram deridet Hieronymus in Epitaphio Lucini Betici.

*Mortuus est autem Basilides temporibus Hadriani.* Obstare vix quicquam potest, quo minus legamus: *Moratus est autem Basilides.* Primo enim Clemens Alexandrinus libro VII. stromatum docet, Basilidem adhuc supervixisse tempore Antonini, natu majoris. Itaque non potest dici sub Hadriano mortuus. Deinde Cotelerius *Not. ad constit. apost. p. 265.* testatur, in quinque MSCC codicibus, quatuor regiis, & uno bibliothecæ monachorum sancti Germani, non legi, *mortuus est*, sed, *moratus est*. Tertio vir doctissimus, Joannes Ernestus Grabius, produxit duos præstantissimos, ut vocat, codices bibliothecæ Bodleianæ, in quibus eadem lectio reperitur. Tandem notat clarissimus Grabe, *Not. ad T. I. spicilegii sec. II. p.* 37. ipsum Hieronymum in versione Eusebiani Chronici ad annum XVII. Hadriani dicere: *Basilides in Alexandria moratur, a quo Gnostici.*

*Chochibus.* Iustino Martyri apologia II. audit Βαρχοχίβας, Eusebio autem Βαρχωχιβᾶς, Hieronymo alibi Barchochabas.

CAP.

# CAPUT XXII.

HEGESIPPUS, vicinus Apoſtolicorum temporum, s) omnes a paſſione Domini, usque ad ſuam ætatem, t) Eccleſiaſticorum Actuum texens hiſtorias, multaque ad utilitatem legentium pertinentia hinc inde congregans, quinque libros compoſuit ſermone ſimplici, u) ut quorum vitam ſectabatur, dicendi quoque exprimeret characterem. Aſſerit ſe veniſſe ſub Aniceto Romam, x) qui decimus y) poſt Petrum Epiſcopus fuit, & perſeveraſſe usque ad Eleutherum z) ejusdem urbis Epiſcopum, qui Aniceti quondam diaconus fuerat. Præterea adverſum Idola diſputans, a) ex quo primum errore creviſſent, ſubtexit hiſtoriam, ex qua oſtendit, qua floruerit ætate. Ait enim: *Tumulos mortuis temAPud. Euſeb. IV. 8. Hiſt.* *plaque fecerunt: ſicut nique hodie viaemus: e quiὈις κενοταφια καὶ ναους ἐποίbus eſt & Antinous ſervus*
ησαν ὡς μέχρι νῦν. ὧν ἐστι *Hadriani Cæſaris, cui &*
καὶ Ἀντίνοος δοῦλος Ἀδριανοῦ *gymnicus agon b) exerce-*
Καίσαρος, ὅ καὶ ἀγὼν ἄγε-

Ἡγήσιππος τῶν καθ' ἡμᾶς τῶν Ἀποστόλων, πάσας δοτὸ τοῦ πάθους τοῦ Κυρίου, ἕως τῶν ἰδίων χρόνων, τῶν ἐκκλησιαστικῶν πράξεων ὑφαίνων ἱστορίας, καὶ πολλὰ εἰς ὄφελος τῶν ἀναγινωσκόντων συντίθησιν, παντα χοθεν συλλέγων ἁπερ συνήθεις βίβλους ἀπλουστέρῳ λόγῳ, ὥστε ἐκείνων ἐξηγήσασθαι χαρακτῆρας, ὧν τὸν βίον ἐξηκολούθησε. Φασὶ δ' ἐπιδημῆσαι τῇ Ῥώμῃ ἐπὶ Ἀνικήτου, τοῦ μὲν Πέτρου δεκάτῳ ἐπισκόπῳ, καὶ διαπεπληρῶσθαι ἄχρι Ἐλευθέρου ἐπισκόπου τῆς αὐτῆς Ῥώμης, ὃς Ἀνικήτου διάκονος ἐγεγόνει. Καὶ κατὰ τῶν εἰδώλων ἐξηγούμενος, ὁποίας πρώτον πλάνης ἠρξήθη, συνεταξεν ἱστορίαν, δυνηθεὶς ἐν ποίοις ἤνθησε καιροῖς. Φασὶ δέ πως. Τύμβους τοῖς νεκροῖς, καὶ ναοὺς ἐποίησαντο, καθὰ ἄχρι τῆς δεῦρο ὁρῶμεν, ἀφ' ὧν ἐστιν καὶ Ἀντινοῦς, ὁ δοῦλος Ἀδριανοῦ Καίσαρος, ἀφ' οὗ καὶ γυμνικὸς ἀγὼν ἐν τῇ Ἀντίνου πατρίδι, καὶ τὸ δίκαιον

Z

s) Ἐπὶ τῆς πρώτης τῶν Ἀποστόλων χωρούμενος διαδοχῆς. Euſeb. II. 23. Et Stephano Gobaro apud Photium Cod. 232. ἀρχαῖός τε ἀνὴρ καὶ Ἀποστολικός.

t) Nusquam tradit Euſebius, Hegeſippum plenam Hiſtoriam a CHriſti paſſione ad ſua quibus ſcripſit tempora, hoc eſt ultra ſæculi ſecundi dimidium pertexuiſſe, ſed quantum ex fragmentis quæ ex illo opere producit, licet colligere, res Apoſtolorum potiſſimum eſt perſecutus, & primas Eccleſiarum quarundam origines, alia parcius attigit.

u) Euſeb. IV. 8. ἐν πέντε δὴ οὖν συγγράμμασιν ἔστι τὴν ἀπλανῆ ἔκθεσιν τῆς Ἀποστολικῆς κηρύγματος ἀπολειπὼν συντάξει γραφῆς ὑπομνηματισάμενος. Fragmenta eximii hujus operis, quod intercidiſſe inprimis dolendum eſt, collegere Petrus Halloixius Tom. 2. ſcriptor. Oriental. pag. 703 --- 715. & Jo. Erneſtus Grabe T. 2. ſpicilegii pag. 205 --- 13.

x) Hegeſippus apud Euſeb. IV. 22. ἡνίκα ἐν Ῥώμῃ, διαδοχὴν ἐποιησάμην μέχρις Ἀνικήτου, οὗ διάκονος ἦν Ἐλεύθερος. Καὶ ἔκθεσθαι Ἀνικήτου διαδέχεται Σωτήρ, μεθ' ὃν Ἐλεύθερος. Verba *διαδοχὴν ἐποιησάμην* Rufinus vertit *permanſi ibi*, probante Valeſio, cui ſuffragatur Hieronymi *perſeveraſſe*. Sed vir doctiſſimus Joannes Pearſonius libro poſtumo de ſucceſſione Pontificum p. 24. reddenda eſſe docet: *Succeſſionem* (Epiſcoporum Romæ) *compoſui usque ad Anicetum*. Ita etiam Grabius p. 212.

y) Hoc eſt decimus, Petro una computato. Sic ſupra c. 15. *Clemens quartus poſt Petrum Romanus Epiſcopus, ſiquidem ſecundus Linus fuit; & tertius Cletus.* Quintus igitur Evareſtus. Sextus Alexander. Septimus Xyſtus. Octavus Telesphorus. Nonus Hyginus. Decimus apud Irenæum III. 2. Euſebiumque & Epiphanium VII. 6. eſt Pius, Anicetus undecimus. Sed Hieronymo ut aliis Latinis perſuaſum fuit Aniceto Pium ſucceſſiſſe. Sic Damaſi liber Pontificalis & Auguſtinus Epiſt. 165. (novæ edit. 53.) Optatus lib. 2. c. 3. *Igino ſucceſſit Anicetus, Aniceto Pius, Pio Soter.* De Aniceto videnda Acta Sanctor. T. 2. April. 18. p. 477. ſeq.

z) Codices quidam *Eleutherium*, quemadmodum & apud Optatum, Auguſtinum, Damaſum, aliosque legitur.

a) Euſeb. IV. 8. Καθ' ὃν ἐγνωρίζετο σημαίνων χρόνον, ὡς τ' ἀρχῆθεν ἱδρυσάντων τὰ εἴδωλα ἕτω πως γράφων.

b) Antinous Claudiopolitanus Bithynus athleta, Imp. Adriano dilectus, qui mortuo conſecrato urbem Ἀντινόου πόλιν, templa, aras, ſtatuas, feſtum anniverſarium Ἀντινοεία, agonem quinquennalem, flamines & Prophetas ſive oraculi interpretes inſtituit, illumque pro Deo colere, & aſtris in aquila cœleſti inſerere juſſit, de quibus rebus non modo apud ſcriptores Origenem contra Celſ. Pauſaniam aliosque complures, τοὺς ἔξω & Chriſtianos, ſed etiam in inſcriptionibus & numis veteribus frequens mentio, ut docent Jo. Seldenus ad marmora Oxonienſia p. 76. Scaliger ad Euſeb. pag. 114. Grotius ad Germanicum p. 60. b. Caſaubonus & Salmaſius ad Spartianum in Hadriano c. 14. Jo. Henricus Eggelingius in Epiſtola de orbe ſtagneo Antinoi, Brem. 1691.

τὴν Ἀντινόους ὀκ ἐφ' ἡμῶν γινόμενον. Καὶ ὧν κ πόλιν ἔκτισεν ἐπώνυμον Ἀντινόου καὶ προφήτας.

tur apud Antinoum civitatem, quam ex ejus nomine condidit, & statuit prophetas in templo. Antinoum autem in deliciis c) habuisse Cæsar Hadrianus scribitur.

δίκαιον τῆς πόλεως ἐκ τῆς αὐτοῦ ἐπωνυμίας τυχεῖν, καὶ προφήτας ἐν τῷ ναῷ ἔστησε. Τὸν δ' Ἀντίνοον ἐν τῷ μετὰξὺ τῶν ἐιδιλικείων ἰσχνεύειν Ἁδριανὸν τινες συγγράφουσιν.

1691. in 4. Potterus ad Clementem Alex. pag. 43. Lambecius de Bibl. Vindob. lib. 2. p. 674. seq. 682. seq. Nicasius de numo pantheo cap. V. Ez. Spanhemius ad Cæsares Juliani pag. 80. seq. & diss. XI. de usu numismatum pag. 329. seq. edit. novæ Tomo II.

c) Τὰ παιδικά. Hoc adversus Harduinum (qui id præter rem pro spurca fabula, ab impuris scriptoribus conficta rejicit Opp. select. p. 764.) plurium testimonio scriptorum Dionis, Spartiani, Aurelii Victoris, & Christianorum Tertulliani, Clementis Alex. Origenis, Athanasii, Chrysostomi nostrique Hieronymi probat Spanhemius laudata de usu numismatum diss. XI. p. 330.

## ERASMI SCHOLIA.

*Ex quo primum errore crevisset.*) Crevissent, legendum censeo, ut subaudias idola.

*Antinoum.*) Hic erat in deliciis Adriano, ab eo nomen indidit civitati Ægypti, quæ eadem dicta est Adrianopolis.

## MARIANI VICTORII NOTÆ.

*Præterea adversus idola disputans, quo primum errore crevissent, subtexit historiam.* Olim, Ex quo primum. Sophronius similiter, ἐκ ποίας πλάνης.

*Antinous.* Hic ab Adriano dilectus est, in ejusque honorem ab eodem erecta est urbs, Adrianopolis postea appallata.

## NOTÆ HENRICI GRAVII.

*Hegesippus.*) Vide Euseb. lib. 4. cap. 8.

*Dicendi quoque exprimeret charactterem.*) Alias: χαρακτῆρα.

*Asserit se venisse sub Aniceto Romam.*) Euseb. c. 12.

*Antinoum autem in deliciis habuisse Cæsar Hadrianus scribitur.*) Hieron. noster in li. 2. in Iovinianum: *Nuper ab Hadriani amasio urbs eorum Antinois appellata est.* In 2. cap. Esa. ibi: *Et pueris alienis adhæserunt. In tantum Græci & Romani hoc quondam vitio laboraverunt, ut clarissimi Philosophorum Græcia haberent publice concubinos, & Hadrianus philosophiæ artibus eruditus Antinoum consecraret in Deum, templumque ei ac victimas & sacerdotes institueret, & ex eo Ægypti civitas ac regio nomen acceperit. Inter scorta quoque in forcinibus spectaculorum pueri stetérunt, publicæ libidini expositi, donec sub Constantino Imperatore Christi evangelio coruscante, & infidelitas universarum gentium, & turpitudo delata est.* Lege etiam Origenem lib. 3. in Celsum.

## AUBERTI MIRÆI SCHOLIA.

*S. HEGESIPPUS* sub Aniceto & Eleuthero vixit Romæ (ut Hieronymus hic scribit) hoc est, sub M. Aurelio & Commodo Imperatoribus. Græce scripsit *libros quinque Ætatum ecclesiasticorum.* Quorum quidem librorum non nisi fragmenta quædam apud Eusebium lib. 2. Hist. Eccles cap. 23. supersunt; a Petro Hallosio, tom. 1. Scriptorum Ecclesiæ Orientalis, producta & Notis illustrata. Libri quinti Photius cod. 232. diserte meminit. Ab isto alius, & longe quidem ætate posterior, fuit *Hegesippus*, ille vulgaris, quem Renatus Laurentius Berrensis, & Cornelius Gualtherus Gandensis. cum Mss. collatum, Notisque illustratum publicarunt: ut Baronius, Vossius & alii notarunt. Hic certe scriptor non de rebus Ecclesiæ tractat, sed de gestis Judæorum, a temporibus Maccabæorum usque ad urbis Hierosolymitanæ excidium, & Josephi vestigiis insistit. Item lib. 3. cap. 5. mentionem facit Constantinopolis, & alibi Antiochiæ, Persis seu Saracenis a Nicephoro Phoca ereptæ: quod anno 968. accidisse Cedrenus tradit. Quare non multo post hæc tempora eum vixisse crediderim. Utut sit, Lipsio, in Notis ad lib. 2. hist. Taciti, est scriptor haud spernendus.

*Antinous.*) Hadriano Imp. in delitiis fuit: in cujus honorem ab eodem urbs est condita, Hadrianopolis post appellata: teste Eusebio in Chron.

## ERNESTI SALOMONIS CYPRIANI.

*Statuit prophetas in templo.* Recte addit: *in templo*, quod non extat in Hegesippi fragmento apud Eusebium libro IV. capite VIII. Nam ἕκτισε προφήτας, non satis commode dicitur nisi aliquid subintelligamus. Ostendit vero contextus, prophetas in templo constitutos esse. Fuerunt autem apud Ægyptios prophetæ sacerdotum primarii, qui reliquis præessent, ac reditus templorum distribuerent: ut ex Clemente Alexandrino observarunt Nicolaus Caussinus in notis ad Hori Apollinis Hieroglyphica, p. 197. & Valesius notis ad Eusebium. p. 57.

CAPUT

# CAPUT XXIII.

JUSTINUS Philoſophus, habitu quoque Philoſophorum d) incedens, de Neapoli urbe Palæſtinæ, e) patre Priſco Bacchio, f) pro religione Chriſti plurimum laboravit: in tantum, ut Antonino quoque Pio, & filiis, ejus, & Senatui g) librum contra Gentes ſcriptum daret, ignominiamque Crucis non erubeſceret: & alium librum ſucceſſoribus ejusdem Antonini, M. Antonino Vero, & L. Aurelio Commodo. h) Exſtat ejus & aliud volumen contra Gentes: i) ubi de dæmonum quoque natura diſputat: & quartum adverſus Gentes, cui titulum prænotavit ἔλεγχος: k) ſed & alius de Monarchia Dei, l) & alius liber, quem prænotavit Pſalten, m) & alius de anima. Dialogus contra Judæos, n) quem habuit adverſus Tryphonē principem Judæorum; ſed & contra Marcionem inſignia volumina, o) quorum Irenæus quoque in quinto adverſus hæreſes libro

Ἰουστῖνος φιλόσοφος, καὶ τῷ σχήματι τῶν φιλοσόφων χρώμενος, ἀπὸ τῆς Νεαπολιτῶν ἐπαρχίας Παλαιστίνης, ἐκ πατρὸς Πρίσκου Βακχίου, ὑπὲρ τῆς θρησκείας τῶν χριστιανῶν πολὺ ἐσπούδασεν, ὥστε καὶ Ἀντωνίνῳ τῷ ἐπικλήτῳ Πίῳ, καὶ τοῖς τούτου υἱεῦσι καὶ τῇ συγκλήτῳ, βίβλον ὑπὲρ τῶν ἐθνῶν συνταχθῆναι δηδεγκαι, τὸν ἀνεπαισμὸν τὸ σταυρῷ μὴ αἰσχυνόμενος, καὶ ἄλλην βίβλον τοῖς τοῦ αὐτοῦ Ἀντωνίνου διαδόχοις τοῖς Μάρκῳ Ἀντωνίνῳ Βήρῳ, καὶ Λουκίῳ Αὐρηλίῳ Κομόδῳ. Ἔστι καὶ ἄλλη αὐτοῦ βίβλος, ὑπὲρ τῶν ἐθνῶν, ἐν ᾗ περὶ τῆς Φύσεως τῶν δαιμόνων διαλέγεται, καὶ πάμπολυν λόγον ὁμοίως ὑπὲρ τῶν ἐθνῶν, ὃν ἐπέγραψεν ἔλεγχος, καὶ ἄλλον περὶ τῆς τοῦ Θεοῦ μοναρχίας, καὶ ἄλλον ὀνόματος ψάλτην, καὶ ἕτερον περὶ τῆς ψυχῆς. Διάλογον κατὰ τῶν Ἰουδαίων, ὃν ἔσχε κατὰ Τρύφωνος ἀρχηγὸν τῶν Ἰουδαίων. Οὗ μὴν, ἀλλὰ καὶ κατὰ Μαρκίωνος δόκιμα πάνυ, ὧν τινων Εἰρηναῖος ἐν τῷ πέμπτῳ λόγῳ τῷ κατὰ τῶν αἱρετικῶν, μέμνηται.

Καὶ

Z 2

d) Palliatus; ἐν φιλοσόφου σχήματι. Confer quæ de Ariſtide ſupra, c. 20.

e) Juſtinus ipſe in limine Apologiæ longioris: Ἰουστῖνος πείσκου, τοῦ Βακχείου, τοῦ ἀπὸ Φλαυίας νέας πόλεως Συρίας τῆς παλαιστίνης. *Flavia Neapolis* Syriæ Palæſtinæ ſive Samariæ quæ alio nomine *Sichem*, ac deinde *Mabartha* ut in Joſephi Codicibus legitur, apud Plinium *Mamortha*. Vide Spanhemii diſſ. XIII. de uſu numiſm. T. 2. pag. 604. edit. novæ.

f) Rectius *Priſco*, *Bachii F.* Sed Hieronymus perinde ut Photius Cod. 125. verba Ἰουστῖνος πείσκου τοῦ Βακχείου ita accepit ac ſi Bacchius eſſet Priſci cognomen. At de duobus diſtinctis patre ſuo & avo [illegible]ui Juſtinum, recte Henr. Valeſius notavit quoniam plurativo numero ſubjungit [illegible]ου &c.

g) Euſebius IV. 18. ὁ μὲν τις ἐστὶν αὐτοῦ λόγος πρὸς Ἀντωνῖνον τὸν εὐσεβῆ προσαγορευθέντα καὶ τοὺς τούτου παῖδας ὑπὲρ Ῥωμαίων σύγκλητον προσφωνητικὸς ὑπὲρ τοῦ καθ' ἡμᾶς δογμάτων. Hæc eſt *Apologia* quæ inter Juſtini opera *poſterioris* nomine diu lecta, reſtituto *prioris Apologiæ* titulo ſeparatim edita & illuſtrata eſt a Clariſſ. Grabio, Oxon. 1700. in 8.

h) ὁ δὲ δεύτερος πρεσβύτερος ὑπὲρ τῆς ἡμετέρας πίστεως ἀπολογίαν, ἣν ἐποιήσατο πρὸς τὸν τοῦ δεδηλωμένου αὐτοκράτορος διάδοχόν τε καὶ ὁμώνυμον Ἀντωνῖνον Οὖῆρον. Et Euſeb. Similiter Photius Cod. 127. Hæc eſt Apologia brevior quæ *prima* vulgo habetur, illuſtrata ab H. Hutchino, Oxon. 1703. 8.

i) Eſt hic λόγος πρὸς Ἕλληνας qui exſtat inter S. Juſtini opera ſed majore parte mutilus, itaque in eo fruſtra quæras, quæ de dæmonum natura Tatianus ex illo repetit, ὁ θαυμασιώτατος Ἰουστῖνος ὀρθῶς ἐξεφώνησεν ἰσχύειν τοὺς δαίμονας λῃστάς. Et Euſeb. IV. 18: ὁ πρὸς Ἕλληνας λόγος ἐν ᾧ μακρὸν πεῖ πλεῖστον παρ' ἡμῶν τε καὶ τοῖς Ἑλλήνων φιλοσόφοις ζητημάτων κατασκευὰς λόγων πεῖ τῆς τῶν δαιμόνων διαλαμβάνει φύσεως. Photius Cod. 125. ἐν τῇ τρίτῃ Ἰουστῖνος κατὰ τῶν ἐθνῶν πραγματεύεται πεῖ φύσεως δαιμόνων διείληπται.

k) Ἔλεγχον πρὸς Ἕλληνας vocat præter Euſebium Photius. Hic eſt λόγος ille θεολογικὸς quem inter beati Martyris ſcripta legimus. Λόγον θεολογικὸν vocat etiam Jo. Damaſcenus in parallelis ſacris. p. 381. 518.

l) Περὶ Θεοῦ μοναρχίας. Etiam hic libellus adhuc exſtat, & cum tribus ſuperioribus illuſtratus eſt ab H. Hutchino Oxon. 1703. 8.

m) Ψάλτης, Euſebio IV. 18. memoratus intercidit, quemadmodum & σχολικὸν πεῖ ψυχῆς, de quo H. Valeſius ad Euſeb. & Grabe T. 2. ſpicilegii p. 168. ubi fragmenta quotquot e deperditis Juſtini ſcriptis potuit reperire, diligenti ſtudio collegit.

n) Πρὸς Τρύφωνα Ἰουδαῖον διάλογος. Hic Tryphon ἀρχηγὸς τῶν ἐν Ἐφέσῳ Ἰουδαίων, Suid. Dialogus hic Juſtini per biduum Epheſi habitus ac deinde in litteras a S. Martyre miſſus bene eſt quod exſtat tulitque ætatem, fidei ac conſtantiæ primorum Chriſtianorum monumentum eximium.

o) Σύγγραμμα κατὰ Μαρκίωνος. Euſeb. IV. 18. Et S. Irenæo σύνταγμα, ſed Photio Cod. 125. λόγοι, unde recte ab Hieronymo non unum ſed plura volumina memorantur, ſed quæ ætatem haud tulerunt.

p) meminit; & alius liber contra omnes hæreſes; q) cujus facit mentionem in Apologetico, quem dedit Antonino Pio. Hic cum in urbe Roma haberet Διατριβὰς & Creſcentem Cynicum, r) qui multa adverſum Chriſtianos blaſphemabat, redargueret guloſum, & mortis timidum, luxuriæque & libidinum ſectatorem, ad extremum ſtudio ejus & inſidiis accuſatus, quod Chriſtianus eſſet, pro Chriſto ſanguinem fudit.

Καὶ ἄλλη βίβλος πρὸς πασῶν τῶν αἱρέσεων, ἧς μέμνηται ἐν τῷ ἀπολογητικῷ, ὃν ἐδωκεν Ἀντωνίνῳ τῷ Πίῳ. Οὗτος ἐν τῇ Ῥώμῃ ἔχων τὰς διατριβὰς, εὐθύνων Κρήσκην τὸν Κυνικὸν, τὸν πρὸς τοὺς χριστιανοὺς βλασφημοῦντα, καὶ καλῶν αὐτὸν λαίμαργον, καὶ τὸν θάνατον φεβούμενον ἄσωτόν τε καὶ ἀκόλαστον, τέλος τῇ τούτου ἐνεργείᾳ καὶ ἐπιβουλῇ, ὡς χριστιανὸς ὑπὲρ τοῦ Χριστοῦ ἔπαθεν.

p) S. Irenæus lib. IV. cap. 14. Καλῶς Ἰουστῖνος ἐν τῷ πρὸς Μαρκίωνα συντάγματί φησιν ὅτι &c. Iterum profert aliquid lib. V. cap. 26. Juſtinum auctorem laudans nullo ejus opere nominato. Sed ex eodem adverſus Marcionem Syntagmate petitum etiam illum locum eſſe veriſimiliter conjicit Grabius T. 2. ſpicilegii p. 176.

q) Juſtinus in Apologia longiore p. 70. atque inde Euſebius, Theodoritus de hæret. fab. & Cedrenus qui ſub Hadriano illud opus ſcriptum notat. Verba Juſtini ſunt: ἔστι δὲ ἡμῖν καὶ σύνταγμα κατὰ πασῶν τῶν γενηθεισῶν αἱρέσεων συντεταγμένον, ὃ εἰ βούλεσθε ἐντυχεῖν, δώσομεν. Hoc ſyntagma adverſus omnes hæreſes quod nusquam hodie exſtat, nulli etiam veterum, qui illud memorant lectum videtur, & fortaſſe nunquam illud Juſtinus in hominum manus dedit, ſed ſuppreſſit.

r) Hæc ex Euſebii IV. 16. ubi Tatiani teſtimonium affert ex libro ejus contra gentes p. 101. Κρίσκης γὰρ ὁ ἐπιστρέψασθαι τὴν μεγάλην πόλιν (hanc de Roma accipit Hieronymus, quam de Megalopoli Arcadiæ civitate intelligendam malunt nonnulli cujus & alibi Tatianus mentionem facit) παιδερασίαι μὲν πάντας ὑπερήνεγκε. Φιλαργυρίαν δὲ πάνυ σφοδρὰν ἦν, θανάτου δὲ ὁ καταφρονεῖν συμβουλεύων, ὕστως αὐτὸς ἐδεδίει τὸν θάνατον, ὡς καὶ Ἰουστῖνον καθάπερ μεγάλῳ κακῷ τῷ θανάτῳ βεβουλεῦσθαι πραγματεύσασθαι, διότι κηρύττων τὴν ἀλήθειαν λίχνους τοὺς φιλοσόφους καὶ ἀπατεῶνας ἐξήλεγχεν. Martyrium S. Juſtini incidit in A.C. 163. cujus mentio etiam apud Anaſtaſium Sinaitam in Hodego p. 106. Ἤρχησεν δὲ Ἰουστῖνος (ſic omnino legendum pro Αὐγουστῖνος) ὁ τῷ οἰκείῳ αἵματι τὸ μαρτυρίῳ ἐγγεγράφως γράψας χριστοῦ τὰς φύσεις. Hac noſtra ætate ſcriptis B. Martyris expoliendis illuſtrandisque operam dicarunt ſuam præclari Viri, *Stephanus Thorleby* Cantabrigiæ, Oxoniæ *Jo. Adolfus Hoffmannus* Plœnenſis, & Pariſiis *Prudentius Maranus* Monachus Ord. Benedictini e Congregatione S. Mauri.

## ERASMI SCHOLIA.

*Neapoli urbe Paleſtinæ.*) Hic deerat in noſtris exemplaribus, patre Priſco Bacchio, quæ verba reſtituta ſunt ex Sophronio, apud quem legimus, ἀπὸ τῆς Νεαπολιτῶν ἐπαρχίας παλαιστίνης ἐκ πατρὸς Πρίσκου Βακχίου.

*Cui titulum prænotavit* ἔλεγχος.) Sic enim reſtituimus, partim ex veſtigiis exemplarium emendatiorum, ſed multo magis ex Sophronio. Eſt autem ἔλεγχος redargutio.

*De monarchia.*) Μοναρχία, eſt principatus unius.

*Quem prænotavit Pſalten*) Ψάλτην, iſt eſt, cantorem.

*Cum in urbe Roma haberet* Διατριβάς.) Nam hanc vocem repoſuimus ex veſtigiis veterum codicum, & extat eadem apud Sophronium. In nonnullis adſcripta erat interpretatio Græcæ vocis, id eſt, ludos exercitatorios, in nonnullis deciſiones. Unde palam eſt, hæc ab alio quopiam adjecta, non ab Hieronymo. Et rurſum omiſſis Græcis, ex his additis, alius alia alia que divinarat Græca. Cæterum diatribæ dicuntur conflictationes Philoſophorum.

## MARIANI VICTORII.

Ἔλεγχος. Redargutio.

*Sed & aliud de monarchia Dei. Eſt & alius liber, quem prænotavit Pſalten, & alius de anima. Dialogus contra Iudeos.* Sic ex Mediceo & Feſulano codicibus emendavimus. Olim corrupte legebatur: ſed & alium de Monarchia Dei, & alium librum, quem prænotavit Pſalten, & alium de anima. Dialogus contra Judæum.

Διατριβάς. Conflictationes, ac diſputationes philoſophorum ita dicuntur.

## NOTÆ HENRICI GRAVII.

*Juſtinus.*) Hieron. epiſt. ad Magnum: *Juſtinus & ipſe Philoſophus Antonino Pio & filiis ejus Senatuique librum contra Gentiles tradidit, defendens ignominiam crucis, & reſurrectionem Chriſti tota prædicans libertate.* Vide Euſeb. lib. 4. c. 18. Meminit ejus & Tertullianus contra Valentinianos.

AUBER-

## AUBERTI MIRÆI SCHOLION.

*S. IVSTINVS*, Antonino Pio regnante, Apologeticum unum, alterum M. Aurelio & L. Vero imperantibus, edidit; horum ſub initium illuſtre martyrium fecit. Opera ejus, quæ exſtant, Græco-Latina Pariſiis 1615. ſunt edita. Ex monumentis ab Hieronymo memoratis, liber de Dei monarchia dimidius periit: toti autem interierunt, liber de anima, Pſaltes, contra omnes hæreſes, & contra Marcionem. Superſunt hodie *Elenchus, Paraneſis, De monarchia liber dimidius, Apologetici duo, & Dialogus cum Typhone.* Deperditorum aut reconditorum librorum ejus fragmenta Græco-Latina non pauca Halloſius lib. citato recitat.

## AUBERTI MIRÆI SCHOLIA.

Ab illis Juſtini libris, quos clariſſimus Cave recenſet, diverſa eſt, niſi fallor, oratio περὶ τοῦ ΧΡΥ πρόβλημα τινῶν ἀλογίστων &c. Hanc Bononiæ in Bibliotheca abbatiæ Salvatoris viſam ſibi refert Mabillon in itinere Italico. p. 166.

*Et alium librum.*) De tempore quo apologias exhibuit, & utra ex duabus prior edita, non conſentiunt eruditi. Præ cæteris erudite diſputant Petavius ad Epiphanii XLVI. hæreſin, & Tentzelius partis primæ diſſertatione V. Cæterum poſteriori apologiæ Juſtinus Hadriani pro Chriſtianis reſcriptum latino idiomate annectit, quod cum Euſebius libro IV. capite VIII. diſerte a ſe in Græcum ſermonem verſum dicat, miror ſane, quid ſibi his verbis Fridericus Spanhemius *Introd. min. p. 57.* velit: *Reſcriptum Juſtinus Martyr Apologiæ ſuæ ſecundæ attexuit, & Latine quidem, ac (Scaligero arbitrante) Græce verſum ab Euſebio.*

*Dialogus contra Judæos.* Lepidum eſt, quod nuper contigit Iuſtino. Ioannes Guilielmus Peterſen, Chiliaſtarum hodie anteſignanus, dogma ſuum de chiliasmo recens non eſſe probaverat, eodemque & Juſtinum martyrem infectum fuiſſe dixerat, adductis ex hoc dialogo Iuſtini verbis. Huic reſponſurus Chriſtianus Gottlieb Koch Peterſenium vinci non poſſe exiſtimavit, niſi in partes vocentur ineptiæ. Edidit igitur libellum de hoc dialogo, eumque νοθεύσιας a ſe convictum in prima pagina gloriatur. Ac ne tam præclari facinoris autor dubius ſit, in præfatione monet, ſe primum hoc ſtatuere, ab omnibus aliis antiquitatis æſtumatoribus in ſummo pretio habitum eſſe dialogum, notatque ſimul Lipſienſes, quod Dupinium ita loquentem introduxerint, ac ſi ille de dialogi autore jam olim dubitatum fuiſſe affirmaſſet, cum tamen hæc ſententia nova ſit & inaudita. Ego cum libellum legiſſem, non modo aſſenſum præbui Kochio, hanc ſententiam hactenus inauditam dicenti, & ſe, qui eam defenderet, primum eſſe contendenti; verum præterea eundem Kochium & ultimum fore exiſtimavi, cumque eo hoc vigilantis ſomnium interiturum. Cæterum ex libello liquet, quæ ſit viri moderatio, aut prudentia, qui nullius, nullius inquam, codicis autoritate nixus, ne vinci a chiliaſtis videatur, dialogum rejicit, quo nihil eſt utilius ad convincendos Socinianos. Non potuiſſet de Unitariis melius mereri, ſi modo unquam tam ineptæ ſententiæ acceſſuri ſunt. Profecto æque prudenter egit Kochius, ac ſi quis ſe in mare daret præcipitem, ne pluvia madefiat. Itaque laudem meretur Albertus a Felde vir doctiſſimus, qui edita epiſtola Kochium erudite confutavit.

# CAPUT XXIV.

MELITO Aſianus, Sardenſis s) Epiſcopus, librum t) Imperatori M. Antonino Vero, qui Frontonis Oratoris u) diſcipulus fuit, pro Chriſtiano dogmate dedit. Scripſit quoque & alia, de quibus iſta ſunt, quæ ſubjecimus: De Paſcha x) libros duos: de vita Prophetarum y) librum unum: de Eccleſia z) librum unum: de die Dominica a) librum unum: de

Μελίτων Ἀσιανὸς, Σαρδέων Ἐπίσκοπος, βίβλον βασιλεῖ Μάρκῳ Ἀντωνίνῳ Βήρῳ, ὃς Φρόντωνος τοῦ ῥήτορος μαθητὴς ἐγεγόνει, ὑπὲρ τῆς τῶν χριστιανῶν δόγματος ἐπέδωκεν. Ἔγραψε δὲ καὶ ἄλλα, ἀφ' ὧν πάντα ὑποτέταχται· Περὶ δὲ πάσχα λόγους δύο, καὶ βίου προφητικοῦ λόγον ἕνα, καὶ ἐκκλησίας λόγον ἕνα, καὶ ἡμέρας κυριακῆς λόγον ἕνα, καὶ διαιρέσεως λόγον ἕνα, καὶ



s) Ab hoc Melitone Sardenſi in Lydia (τῆς ἐν Σάρδεσι παροικίας Euſeb. IV. 26.) Epiſcopo diverſus Melito Epiſcopus in Sardinia Sulcitanus, de quo Acta Sanctor. Calend. April. T. I. p. 11.

t) Τὸ πρὸς Ἀντωνῖνον βιβλίδιον, Euſeb. qui etiam ὑπὲρ τῆς πίστεως ἀπολογίαν appellat.

u) M. Aurelius Antoninus, qui Frontone Magiſtro uſum ſe teſtatur lib. I. τὰ εἰς ἑαυτὸν § 11. ad quem locum videndæ notæ Tho. Gatakeri. Hic eſt M. Cornelius Fronto quem per bimeſtre ſpatium ab Antonino ſuffectum Conſulem, (incertum quo anno) tradit Auſonius in gratiarum actione ad Gratian. p. 714.

x) Τὰ περὶ τοῦ Πάσχα, δύο.

y) Euſeb. IV. 26. & ex eo Nicephorus IV. 10. Περὶ πολιτείας καὶ Προφητῶν, Rufin. *De optima converſatione liber unus, ſed & de Prophetis.*

z) ὁ περὶ ἐκκλησίας λόγος. a) ὁ περὶ κυριακῆς.

περὶ τ πίστων λόγον ἕνα, περὶ πλάσεως ἕνα, περὶ ψυχῆς καὶ σώματος ἕνα, περὶ βαπτίσματος ἕνα, περὶ ἀληθείας ἕνα, περὶ γνήσεως Χριστοῦ ἕνα, περὶ προφητείας ἰδίας ἕνα, περὶ φιλοξενίας ἕνα, καὶ ἕτερον λόγον ὃς ἐπιγεγράφεται κλεὶς. περὶ Διαβόλου ἕνα, περὶ ἀποκαλύψεως Ἰωάννου ἕνα, καὶ περὶ τοῦ σωματικοῦ θεοῦ λόγον ἕνα, ἐκλογῶν λόγους ἓξ. τοῦτον τὸν ἔμφυτον ἐπαινῶν Τερτυλλιανὸς ἐν τοῖς ἑπτὰ λόγοις, ἃς ἔγραψε κατὰ τῆς ἐκκλησίας ὑπὲρ Μοντανοῦ, λέγει ὅτι πολλοὶ τῶν ἡμετέρων νομίζουσιν αὐτὸν προφήτην.

sensibus librum unum : de fide librum unum : b) de plasmate c) librum unum : de anima & corpore d) librum unum : de baptismate e) librum unum : de veritate f) librum unum : de generatione Christi g) librum unum : de prophetia sua h) librum unum : de philoxenia i) librum unum; & alium librum qui Clavis k) inscribitur : de diabolo l) librum unum : De Apocalypsi Ioannis librum unum : περὶ σωματικοῦ θεοῦ m) librum unum : & ἐκλογῶν libros sex. n) Hujus elegans & declamatorium ingenium laudans Tertullianus in septem libris, o) quos scripsit adversus Ecclesiam pro Montano, dicit eum à plerisque nostrorum Prophetam putari.

b) Eusebii Codices : ὁ περὶ ὑπακοῆς πίστεως αἰσθητηρίων. Hoc est *de sensibus fidei obsequentibus.* Sed cum Hieronymo librum de sensibus ncommemorante & separatim librum de fide, faciens Rufinus : *de obedientia fidei, de sensibus.* Ita & Niceph. ὁ περὶ ὑπακοῆς πίστεως καὶ ὁ περὶ αἰσθητηρίων.

c) ὁ περὶ φύσεως ἀνθρώπου, καὶ ὁ περὶ πλάσεως. Rufin. *de fide hominis. De figmento.* Sic Nicephorus. Ὁ περὶ πίστεως ἀνθρώπου καὶ πλάσεως τὴν ἐπιγραφὴν ἐληφώς, Vitiose πίστεως pro φύσεως. Quemadmodum in Gemblacensi perperam *de phasi* pro *de plasmate.*

d) Ὁ περὶ ψυχῆς καὶ σώματος ἢ νοός. Rufin. *De anima & corpore & mente.*

e) ὁ περὶ λεκτοῦ. f) ὁ περὶ ἀληθείας.

g) ὁ περὶ κτίσεως καὶ γνήσεως Χριστοῦ. Ubi κτίσιν pro generatione ac procreatione posuit Melito, ut Valesio annotatum. Pro κτίσεως quod est etiam apud Nicephorum, nonnulli Eusebii Codices πίστεως. Rufinus & Hieronymus plane omiserunt.

h) Non Eusebii Codices, περὶ προφητείας αὐτοῦ, sed λόγον αὐτοῦ περὶ προφητείας. Et Niceph. περὶ προφητείας. Rufin. *& de prophetia ejus.*

i) περὶ φιλοξενίας. Rufin. *de hospitalitate.*

k) Ἡ κλείς. *In Codice nostro MS. membraneo* (collegii Claromontani Paris.) *nomen Melitonis profert* Clavis Scripturæ, *haud multum diversa a formulis spiritalis intelligentiæ quæ inter opera S. Eucherii annumerantur.* Hæc Labbeus T. 2. de Script. Eccles. p. 87.

l) Τὰ περὶ τοῦ Διαβόλου καὶ τῆς Ἀποκαλύψεως Ἰωάννου. Euseb. & Niceph. *De Diabolo. De revelatione Joannis.* Rufin.

m) *De Deo corporeo.* Vide Petavii dogmata Theol. de DEo lib. 2. cap. 1. Cotelerium ad Clementina homil. XVI. 17. & B. Doctorem meum Ittigium de hæresiarchis Apostolicæ ætatis pag. 195. e quibus disces Melitonem voluisse probare quod Deus sit corporeus. Perperam Rufinus *de Deo carne induto.* & Vales. *De incarnatione Dei.* Jo. Christophorsonus *De Deo incarnato.*

n) Eclogas ex sacris scriptis Veteris & Novi Test. ad Onesimum quem fratrem appellat. Vide Euseb. IV. 26.

o) Libri septem Tertulliani de ecstasi ex quibus hoc de Melitone testimonium repetiit Hieronymus, quemadmodum scripta Melitonis ipsius interciderunt. MS. Gemblac. & Sigeberg. pro *laudant dicit*, habent *cavillatur*, quod licet Suffrido Petri probatur, mihi non placet. De illis Tertulliani libris infra c. 40.

## ERASMI SCHOLIA.

*Et eclogarum libros sex.*) ἐκλογῶν. Eclogarum, hoc est, excerptionum, per κ, non per γ, quanquam in his titulis parum convenit inter exemplaria Latina.

*Pro Montano dedit.*) Pro dedit, in nonnullis habebatur, cavillatur. Apud Sophronium neutrum est, sed tantum, dicit.

## MARIANI VICTORII.

Ἐκλογῶν. Excerptionum.

*Hujus elegans, & declamatorium ingenium laudans Tertullianus.* Laudans, vox, quæ est apud Sophronium. ἐπαινῶν, deerat antea.

## NOTÆ HENRICI GRAVII.

*Melito.*) Eusebium vide lib. 4. c. 26. & in Chronicis : *Antonino*, inquit, *Imperatori, Melito Asianus Sardensis Episcopus Apologeticum pro Christianis reddidit.* Ita ibi legendum censeo. Nam pro *Melito* legitur *inclyto.* Melitonis & sequentium aliquot scriptorum his verbis Hieronymus ad Magnum meminit : *Quid loquar de Melitone Episcopo Sardensi? quid de Apolli-*

Digitized by Google

*Apollinario Hierapolitanæ Eccleſiæ ſacerdote, Dionyſioque Corinthiorum Epiſcopo, & Tatiano, & Bardeſane, & Irenæo Photini martyris ſucceſſore &c.*

*Imp. M. Antonino Vero, qui Frontonis Oratoris diſcipulus fuit.*) De Frontone vide A. Gellium in noctibus Atticis lib. XIX. c. 8. & Hieron. Epiſt. ad Ruſticum.

## SCHOLIA AUBERTI MIRÆI.

MELITO Sardium populorum, ſeu Sardis urbis, in Lycia Aſiæ provincia, Epiſcopus M. Antonino Vero imperante, vixit. Præter Hieronymum, ejus opera recenſent Euſebius l. 5. hiſt. c. 25. Honorius cap. 21. Trithemius, Sixtus Senenſis, & Bellarminus in Catalogo. Ex iis trium aut quatuor dumtaxat librorum fragmenta ſuperſunt, quæ Græco-Latina citato libro apud Halloſium invenies. Maurolycus & alii nonnulli diem ejus natalem in Faſtos ſacros 1. Aprilis referunt. Liber porro De tranſitu B. Virginis, qui in Bibliotheca veterum PP. exſtat, indignus eſt qui tanto viro tribuatur.

*Frontonem.*) Frontonem Cornelium ſive Cornelium Frontonem, Oratorem inſignem, diſcipulus M. Antonius Verus Conſulem creavit; ut poſtea Gratianus Auſonium. Quod ipſe Auſonius in gratiarum actione narrat. Idem Fronto (ut & Theognetus) M. Aurelii, cognomento Philoſophi, quoque præceptor fuit. Utriusque meminit idem M. Aurelius in libris XII. quos *De ſui ipſius inſtitutione* Græce ſcripſit, quoſque a Caſperio Gevartio, I. C. & Archigrammateo Antverpiano, Latine redditos, perpetuo commentario illuſtratos, avide eruditi exſpectant.

## ERNESTI SALOMONIS CYPRIANI Annotationes.

*De prophetis.* Plenius Euſebius: περὶ πολιτείας καὶ προφητῶν.

*De ſenſibus.* Euſebius: περὶ ὑποταχῆς πίστεως διανοητηρίων, *de obedientia ſenſuum fidei.*

*De anima & corpore.* Rectius itidem Euſebius: *de anima & corpore & mente.*

Καὶ περὶ ἐνσωμάτου Θεοῦ. *De corporali Deo*, reddit Valeſius, nec bene, ut patet. Scripſit enim de Deo incarnato, docemurque vel ſolo libri titulo, Chriſtianos ſeculo de Chriſti divinitate idem credidiſſe, quod nos hodie. Verſioni Valeſianæ non patrocinantur Origenes & Gennadius.

*Ingenium laudans Tertullianum.* Plane contraria huic eſt Guelpherbytani codicis lectio, ac longe melior, ut ex Tertulliani Eccleſiam impugnantis, ac Montani prophetias defendentis, ſcopo facile conjicimus. Ita vero ſe habet: *Cujus elegans & declamatorium ingenium Tertullianus in VII. libris, quos ſcripſit adverſus eccleſiam pro Montano, cavillatur, dicens eum a pleriſque noſtrorum Prophetam putari.* Utra lectio eligatur, falſum eſt, quod Hermannus Witſius *Præf. T. 1. miſcell. ſacr. n. 19.* ſcribit, Melitonem hoc loco a Tertulliano Prophetis adnumerari.

# CAPUT XXV.

THEOPHILUS, ſextus p) Antiochenſis Eccleſiæ Epiſcopus, ſub Imperatore M. Antonino Vero librum contra Marcionem q) compoſuit, qui usque hodie exſtat. Feruntur ejus & ad Autolycum tria volumina, r) & contra hæreſim Hermogenis s) liber unus, & alii breves elegantesque tractatus, t) ad ædificationem Eccleſiæ pertinentes. Legi ſub nomine ejus in Evangelium, u) & in Prover-

Θεόφιλος ἕκτος τῆς ἐν Ἀντιοχείᾳ ἐκκλησίας ἐπίσκοπος βασιλεύοντος Μάρκου Ἀντωνίνου βήρῳ βιβλίον κατὰ Μαρκίωνος συνετάξεν, ἥτις ἄχρι τήμερον τυγχάνει. Τέτταρα φέρεται καὶ πρὸς Αὐτόλυκον τρία πύκη, καὶ κατὰ τῆς αἱρέσεως Ἑρμογένους λόγος εἷς, καὶ ἄλλαι βραχεῖαι βίβλοι, εἰς οἰκοδομὴν τῆς ἐκκλησίας ἀνήκουσαι. Ἀνέγνων ἐπ' ὀνόματι αὐτοῦ εἰς εὐαγγέλιον καὶ εἰς παροιμίας Σολομῶνος ὑπομνήματα, ἃ τινές μοι ἐ



p) Sextus, Petro non una computato. Ita ut primus fuerit *Evodius*, ſecundus *Ignatius*, tertius *Heron*, quartus *Cornelius*, quintus *Eros* cui Theophilus ſucceſſit, ut Theophilo Maximinus. Itaque recte eidem Hieronymo, homilia de villico iniquitatis Theophilus Antiochenæ Eccleſiæ ſeptimus poſt Petrum Apoſtolum Epiſcopus appellatur.

q) Euſeb. IV. 24. Οὐκ ἀγνοῶ τῷ Θεοφίλῳ καὶ Μαρκίωνος πεπονημένος λόγος ὃς καὶ αὐτὸς μεθ' ὧν ἄλλων εἰρήκαμεν ἤδη νῦν ἀμφισείωσται. Hodie jam pridem nusquam exſtat hoc opus.

r) Τρία τὰ πρὸς Αὐτόλυκον στοιχειώδη Φέρεται συγγράμματα. Euſeb. Meliorem horum librorum editionem hactenus debemus Joanni Fello, Oxonienſi Epiſcopo, Oxon. 1684. 12.

s) Πρὸς τὴν αἵρεσιν Ἑρμογένους Euſeb.

t) Ἕτερά τινα κατηχητικὰ βιβλία. Etiam hæc cum ſuperiore adverſus Hermogenem ſcripto periere.

u) De ſcholiis in quædam loca Evangeliorum quæ ſub Theophili nomine exſtant Latine in Bibliothecis Patrum, & juniorem ſcriptorem Latinum habent auctorem, licet Theo-

biaSalomonis commentarios: qui mihi cum superiorum voluminum elegantia & phrasi non videntur congruere.

δοκοῦσι συμφωνεῖν τῇ εὐφυΐᾳ, καὶ τῇ φέρσει τῶν προκειμένων συγγραμμάτων.

Theophilo excerpta videantur continere, vide si placet quæ annotavi lib. V. Bibliothecæ Græcæ p. 93. seq. Commentarius in Proverbia non extat, neque in Catenis ad illum librum memini Theophilum usquam allegari.

## ERASMI SCHOLIA.

*M. Antonino secundo.*) In emendatis, & item apud Sophronium, pro secundo legimus Vero.

*Qui mihi cum superio.*) Vides lector, ut sola phrasi judicat opus.

## HENRICI GRAVII NOTÆ.

*Theophilus.*) Eusebius lib. 4. c. 24. & in Chronicis.

*Feruntur ejus & ad Autolycum tria volumina.*) Quæ extant. Lactant. in fine lib. 1. de falsa religione citat Theophilum *in lib. de temporibus ad Autolycum scripto.*

## AUBERTI MIRÆI SCHOLIA.

*S. THEOPHILI* Ep. Antiocheni commentarii in IV. Evangelia, & libri tres ad Autolycum, adversus Christianæ religionis calumniatores, extant tom. 1. Bibliothecæ veterum Patrum.

*Qui mihi.*) Ne isto scribendi modo quis putet, commentarios istos in Evangelia & Proverbia Theophilo abjudicari, moneo, Hieronymum, in suo ad Matthæum procœmio, meminisse commentariorum hujus Theophili in Matthæum, Hollosium tom. 2. Scriptorum Ecclesiæ Orientalis, si lubet, consule, in vita Theophili cap. 4.

## ERNESTI SALOMONIS CYPRIANI.

Nescio, cur illi, qui de Ecclesiasticis scriptoribus fuse agunt, mentionem nullam faciant illius libri, quem de temporibus ad Autolycum scripsit Theophilus, teste Lactantio. *L.* 1. *c.* 23. Nam & ratio temporum, & nomen non autoris solum, sed etiam illius, cui consecratus est liber, id plane evincunt, eundem esse autorem, ut non dicam de argumenti similitudine, quod in libris ad Autolycum, qui hodie extant, & illo de temporibus fere idem fuisse videtur ex Lactantio. Sane Assyriacas res fuse tam in illis, quam in hoc persecutus est.

# CAPUT XXVI.

APOLLINARIS, Asiæ Hierapolitanus Episcopus, x) sub Imperatore M. Antonino Vero floruit, cui & insigne volumen y) pro fide Christianorum dedit. Extant ejus & alii quinque adversum Gentes libri, z) & de veritate duo, a) & adversum Cataphrygas, b) tunc primum exortos, cum Priscilla & Maximilla insanis vatibus, incipiente Montano.

Ἀπολλινάριος Ἱεραπόλεως τῆς Ἀσίας Ἐπίσκοπος βασιλεύοντος Μάρκου Ἀντωνίνου Βήρου ἤνθησεν, ὅστις καὶ ὑπόμνημα τυγχάνει ὑπὲρ τῆς τῶν χριστιανῶν πίστεως ἐπίδοσιν. Εἰσὶ καὶ ἕτερα τινὰ αὐτοῦ πρὸς τὰ ἐθνῶν λόγοι, καὶ περὶ ἀληθείας δύο, καὶ πρὸς τὰ Φρυγῶν τότε πρῶτον ἀναφανέντα ὑπὸ Πρισκίλλης καὶ Μαξιμίλλης ἀνοσίοις προφήταις, ἀρξαμένου Μοντανοῦ.

x) Euseb. IV. 27. Noster infra, cap. 41.

y) ὑπὲρ τῆς πίστεως ἀπολογίαν. id. λόγον πρὸς τὸν βασιλέα IV. 28.

z) Πρὸς Ἕλληνας συγγράμματα τίνα. Euseb. IV. 28. Photius Cod. 14.

a) Περὶ ἀληθείας α, β. Euseb. MS. Sigebergens. teste Suffrido Petri: *libri tres de veritate, duo adversum Cataphrygas &c.*

b) Καὶ ἃ μὲν ταῦτα συνέγραψε κατὰ τῆς Φρυγῶν αἱρέσεως μετ' ὀλίγον χρόνον, circa A. C. 171. τότε γε μὴν ὥσπερ εἰκὸς ἀρχομένης ἐπὶ τοῦ Μοντανοῦ ἅμα ταῖς αὐτοῦ ψευδοπροφήτισιν λῆξαι τῆς παρεκτροπῆς ποιουμένου. Id. IV. 27. adde V. 16. & 19. Nostrum infra c. 41. Theodoritum III. 2. de Hæret. fab. Omisit Hieronymus memoratos Eusebio libros Apollinaris duos πρὸς Ἰουδαίους. Sed & hi & cætera scripta Apollinaris hodie desiderantur.

## ERASMI SCHOLIA.

*Asia Hierosolymitanus.*) Hierapolitanus habetur tum in emendatis codicibus, tum apud Sophronium. Addidit autem Asiæ, quod ejusdem nominis sit urbs in Syria, & item in Creta.

*Et adversum Cataphrygas.*) Hæretici sunt, a regione dicti. Sophronius legit κατὰ τῶν Φρυγῶν, id est, adversum Phrygas. Verum nostra lectio mihi magis probatur. Nam Græci

Digitized by Google

Græci κατὰ Φρύγας hæreſim dicunt, quemadmodum κατὰ Ματθαῖον Evangelium, hoc eſt, juxta Phrygas, ſecundum Matthæum.

*Inſaniebant.*) Alluſit ad vates fanaticos & lymphatos. Et Priſcilla legit Sophronius, non Priſca, quamquam Latina diſſident exemplaria. Emendatiora ad hunc habebant modum: Adverſus Cataphrygas tum primum, cum Priſca & Maximilla inſanis vatibus, incipiente Montano. Quæ quidem lectio mihi magis probatur, niſi quod ſuſpicor ex Græcis unum deeſſe verbum: Adverſus Cataphrygas tunc primum exortos. Sophronius enim ita vertit, τότε πρῶτον ἀναπεφάντων. Et iisdem ferme verbis uſus eſt Euſebius.

## MARIANI VICTORII.

*Sub Imperatore M. Antonino Vero.* Sic etiam legit Sophronius, & Mediceus, Feſulanusque codices. Transalpini tamen typographi, ſub imperatore M. Antonino ſecundo.

## NOTÆ HENRICI GRAVII.

*Apollinaris.*) Fit hujus infra in Serapione Antiocheno, cap. 42. mentio. Vide Euſebium lib. 4. c. 27. & in Chronicis.

*Cum Priſcilla & Maximilla inſanis vatibus, incipiente Montano.*) Idem habes in Euſebii Chronicis anno XI. M. Antonini Veri.

## AUBERTI MIRÆI SCHOLIA.

*S. CLAUDIUS APOLLINARIS*, Hierapoleos in Phrygia, Aſiæ provincia, Epiſcopus, Romani Martyrologii tabulis 8. *Januar.* adſcribitur. De ejus ſcriptis, præter Hieronymum, Euſebius l. 4. Hiſt. Eccleſ. cap. 26. & Photius cod. 14. agunt: ſed omnia perierunt. Fragmenta quædam ex Euſebii Hiſtoria l. 5. c. 15. & 16. a Ruffino, Nicephoro & Baronio attribuuntur huic Apollinari: an recte, Halloſius libro citato in dubium vocat. Cæterum ab iſto Apollinari Hierapolitano longe alius fuit Apollinaris ſeu *Apollinarius Laodicenus*, infra c. 104. ab Hieronymo memorandus.

## ERNESTI SALOMONIS CYPRIANI.

Hunc Hierapolitanæ Eccleſiæ ſacerdotem vocat Hieronymus ad Magnum oratorem, *T. III. f. 149. Eraſ.* ab eoque explicatum dicit, ex quibus philoſophorum fontibus Origenis venena emanarint. Nam de alio Apollinari non loquitur, cum eum collocet ante Dionyſium Corinthiorum, quod & hoc loco facit. Verum dubitari non poteſt, quin memoriæ lapſui adſcribendum ſit, quod de libris contra Origenem ſcriptis refert Hieronymus. Præterquam enim quod illorum nulla apud veteres mentio occurrit, temporum nexus non patitur illam Apollinarii contra Origenem pugnam. Nam Apollinarius anno CLXX. claruit, & Origenes anno CLXXXVI. natus eſt.

*Adverſum Cataphrygas.* De his erudite agit Cotelerius notis ad Damaſceni hæreſin XLVIII. De illorum nomine Pamelius legi meretur ad caput LII. Tertulliani de præſcriptione.

# CAPUT XXVII.

DIONYSIUS, Corinthiorum Eccleſiæ Epiſcopus, c) tantæ eloquentiæ & induſtriæ fuit, ut non ſolum ſuæ civitatis & provinciæ populos, ſed & aliarum urbium & provinciarum Epiſcopos Epiſtolis erudiret. E quibus eſt una ad Lacedæmonios, alia ad Athenienſes, tertia ad Nicomedienſes, quarta ad Cretenſes, d) quinta ad Eccleſiam Amaſtrianam, e) & ad reliquas Ponti Eccleſias, ſexta ad Cnoſſianos, f) & ad Pinytum ejusdem urbis

Διονύσιος τῆς κατὰ Κόρινθον ἐκκλησίας ἐπίσκοπος πᾶσιν ἐυφελὴς καὶ ἀγαθαῖος ἐγένετο, ὥστε μὴ μόνον τῆς λαοῦ τῆς ἰδίας πόλεως καὶ ἐπαρχίας, ἀλλὰ καὶ ἑτέρων ἐπαρχιῶν καὶ πόλεων, δι' ἐπιστολῶν ὑπομνήσεσι παιδεύειν, ἀφ' ὧν ἐστὶ μία πρὸς Λακεδαιμονίους, ἄλλη πρὸς Ἀθηναίους, τρίτη πρὸς Νικομηδεῖς, τετάρτη πρὸς Κρῆτας, πέμπτη πρὸς Ἀμαστριανὴν ἐκκλησίαν, καὶ ἑτέρας Πόντου ἐκκλησίας, ἕκτη πρὸς Κνωσσιανοὺς καὶ Πυντὸν τῆς αὐτῆς πόλεως ἐπίσκοπον. ἐβδόμη



c) Euſeb. IV. 23.

d) Τῇ παροικούσῃ Γόρτυναν ἅμα ταῖς λοιπαῖς καὶ Κρήτης παροικίαις, Gortyna Cretæ metropolis. Vide Cretam Joannis Meurſii lib. 1. c. 10.

e) Τῇ ἐκκλησίᾳ τῇ παροικούσῃ Ἀμαστρεῖς ἅμα ταῖς κατὰ Πόντον. Amaſtrianorum Civitas (Paphlagoniæ) elegans & ornata celebratur Plinio X. 99. Epiſt. MS. Sigeberg. *Amaſdrinam*, vitioſe.

f) Πρὸς Κνωσσίους. Cnoſſus Civitas Cretæ de cujus Epiſcopo Pinyto. infra capite proximo.

Epiſcopum, ſeptima ad Romanos, quam ſcripſit ad Soterem Epiſcopum eorum, octava ad Chryſophoram, g) ſanctam fœminam. Claruit ſub Impp. M. Antonino Vero, & L. Aurelio Commodo.

πρὸς Ῥωμαίους, ἣν ἔγραψε πρὸς Σωτῆρα τὸν τούτων ἐπίσκοπον, ἑβδόμη πρὸς Χρυσοφόραν ἐκλεκτὴν γυναῖκα. Διέτριψεν ἐπὶ Μάρκου Ἀντωνίνου Βήρου, καὶ Λουκίου Αὐρηλίου Κομόδου.

g) *Χρυσοφόρᾳ πιστοτάτῃ ἀδελφῇ.* Ex his Dionyſii Epiſtolis præter fragmenta ab Euſebio ſervata nihil exſtat.

## ERASMI SCHOLION.

Cum tot fuerint Dionyſii Græci, probabile eſt, libros de Hierarchia cœleſti, & de Divinis nominibus ab horum aliquo fuiſſe ſcriptos, non ab Areopagita diſcipulo Pauli.

## MARIANI VICTORII.

*Ut non ſolum ſuæ civitatis & provinciæ populos, ſed & aliarum urbium, & provinciarum Epiſcopos epiſtolis erudiret.* Sic ex antiquis exemplaribus, contradicente ipſo Sophronio, reliquimus. Quem ſenſum genuinum eſſe, ea quæ ſequuntur, oſtendunt: cum dicitur, ſcripſiſſe ad Lacedæmonios, Athenienſes, Nicomedienſes, item ad Pinytum, & Soterem Epiſcopos. Sophronius autem legit: ſed & aliarum urbium, & provinciarum, Epiſtolis erudiret. Vox, Epiſcopos, deeſt apud illum.

## NOTÆ HENRICI GRAVII.

Dionyſius.) Vide Euſeb. l. 4. c. 23. & in Chronicis.

*Quinta ad Eccleſiam Amaſtrianam.*) Alias: Amaſtrinam.

## AUBERTI MIRÆI SCHOLION.

Hujus S. Dionyſii opera fuſius lib 4. Hiſtoriæ cap. 22. Euſebius deſcripſit. Fragmenta ex eodem Euſebio Halloſius lib. citato recitat.

## ERNESTI SALOMONIS CYPRIANI.

*Sed & aliarum urbium & provinciarum Epiſcopos.* Ita Eraſmus. Præferenda Guelpherbytani codicis lectio: *Ut non ſolum ſuæ civitatis & provinciæ populos, ſed & aliarum provinciarum & urbium, epiſtolis erudiret.* Neque enim omnes epiſtolæ ſeorſim ad Epiſcopos ſcriptæ ſunt, ſed nonnullæ ad integras Eccleſias. Itaque vox, *Epiſcopos*, aſſuta eſt: cum Euſebius *L. IV. c. 23.* habeat, *Verum & aliarum regionum & urbium incolas.* Inane eſt, quod Victorius vocem, *Epiſcopos*, ſervatam vult.

# CAPUT XXVIII.

PINYTUS Cretenſis, Cnoſſiæ urbis Epiſcopus, ſcripſit ad Dionyſium Corinthiorum Epiſcopum valde elegantem epiſtolam: h) in qua docet, non ſemper lacte populos nutriendos, i) ne quaſi parvuli ab ultimo occupentur die, ſed & ſolido veſci debere cibo, ut in ſpiritalem proficiant ſenectutem. k) Et hic ſub M. Antonino Vero, & L. Aurelio Commodo floruit.

Πινυτὸς Κρήτης, Κνωσσῆς τῆς πόλεως ἐπίσκοπος, ἔγραψε πρὸς Διονύσιον Κορίνθου ἐπίσκοπον πάνυ κομψὴν ἐπιστολήν, ἐν ᾗ διδάσκει, μὴ ἀεὶ δεῖν τοὺς λαοὺς γάλακτι τρέφεσθαι, μήποτε οὖν ἡπίοις τῇ ἐσχάτῃ καταληφθῶσιν ἡμέρᾳ, ἀλλὰ καὶ στερεᾷ βρώματι, ἵνα πρὸς πνευματικὴν ἀνακύψωσι γῆρας. Καὶ ἐπὶ Μ. Ἀντωνίνου ἤνθησεν.

h) Fuit hæc Epiſtola reſponſoria ad Epiſtolam Dionyſii cujus capite ſuperiore mentio, in qua prudenter Pinytum monuerat ne onus cœlibatus crevicibus fratrum tanquam neceſſarium imponeret. Vide Euſebium IV. 23. p. 144. qui hunc Pinytum τὸν ἐπὶ Κρήτης Epiſcopum vocat c. 21. ejuſdem libri.

i) Ex Hebr. V. 12.

k) *Ἀντιπαρακαλεῖ ἡ στερρότερος ἤδη ποτὲ μεταδιδόναι τροφῆς πλουσίους γεγάμησιν εἰς τελείαν τὸν ἐπ' αὐτῷ λαὸν ἐκθρέψαντα, εἰς μὴ διατελεῖν τοῖς γαλακτώδεσιν ἐνδιατρίβοντας λόγοις, τῇ ἡπιωτέρᾳ ἀγωγῇ λάθοιεν καταγηράσαντες.* Euſeb IV. 23.

## HENRICI GRAVII NOTÆ.

*Pinytus.*) Euſeb. ubi ſupra, & in Chronicis: *Pinytus Cretenſis vir eloquentiſſimus.*

## AUBERTI MIRÆI.

*S. PINYTUS* Gnoſſi (non aurem Gnoſſi) in Creta Epiſcopus, nobiliſſimus, S. Dionyſii ſuperiore capite laudati æqualis, ab Euſebio l. 4. Hiſt. c. 10. & 22. itemque in Martyrologio Rom. veteri ac novo 10. *Octobr.* laudatur.

ERNE-

Digitized by Google

## ERNESTI SALOMONIS CYPRIANI.

*Cnoſſiæ urbis Epiſcopus. Gnoſſiæ* habent Eraſmus & Valeſius. Legendum : *Cnoſſiæ*, cum incolas Κνωσσίους appellet Euſebius. Ad Pinytum quod ſpectat, aſceticæ vitæ ſtudio valde hallucinatus eſt, ut etiam a Dionyſio Corinthiorum Epiſcopo admoneretur, ne grave onus caſtitatis fratrum cervicibus tanquam neceſſarium imponeret, ſed eis, quæ in pleriſque hominibus in eſt, infirmitatis rationem haberet.

# CAPUT XXIX.

TATIANUS, qui primum Oratoriam docens, non parvam ſibi ex arte Rhetorica l) gloriam comparaverat, Juſtini martyris ſectator fuit, florens in Eccleſia, quamdiu ab ejus latere non diſceſſit. m) Poſtea vero inflatus eloquentiæ tumore n) novam condidit hæreſim, quæ ἐγκρατιτῶν o) dicitur, quam poſtea Severus auxit, a quo ejusdem partis hæretici Severiani p) usque hodie appellantur. Porro Tatianus infinita ſcripſit volumina, q) e quibus unus contra Gentes florentiſſimus extat liber, qui inter omnia opera ejus fertur inſignis. r) Et hic ſub Imperatore M. Antonino Vero, & L. Aurelio Commodo floruit.

Τατιανὸς ὃς πρώην τὴν ῥητορικὴν διδάσκων, ἐκ ἐλαχίστην ἐκ τῆς ῥητορικῆς ἐπιδείξεως δόξαν ὠνήσατο, Ἰουστίνῳ τῷ μάρτυρι παιδεύσεως γεγονὼς ἀκροατὴς ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ, ἐν ᾧ τοῦτον πλευρὰς οὐκ ἀπέλιπε. Ὕστερον δὲ τῷ ὄγκῳ τῆς παιδεύσεως ἐπαρθεὶς, καινὴν συνέστησατο αἵρεσιν, λέγω δὴ τῶν Ἐγκρατιτῶν, ἣν μετέπεσε Σεβῆρος ἐπηύξησεν ἀφ' οὗ καὶ τῷ παρόντι οἱ τούτου τοῦ μέρους αἱρετικοὶ, Σεβηριανοὶ ὀνομάζονται. Ὁ δὲ πεσεπηλὺς Τατιανὸς πάμπολλα συνεγράψατο πυκνὰ, ἀφ' ὧν ἐστὶ καὶ τὸ ἐθνῶν λόγος εἰς πάνυ θαυμαστὸς, ὃς μετὰ πάντων αὐτοῦ τῶν συγγραμμάτων ἐπίσημός ἐστι. Καὶ ἐπὶ βασιλεύοντος Μάρκου Ἀντωνίνου Βήρου, καὶ Αὐρηλίου Κομόδου ἤνθησεν.

l) Euſebius IV. 16. de Tatiano: ἀνὴρ τὰ πρῶτον αὐτοῦ βίον σοφιστεύσας ἐν τοῖς Ἑλλήνων μαθήμασιν. Rufin. *vir eruditiſſimus, in prima ætate ſua cum magna admiratione oratoriam docens.* Sed Euſebii verba ſignificant, artibus ac diſciplinis Græcorum non tantum Rhetoricæ operam dediſſe Tatianum. Vide Valeſii notas ad Euſeb. p. 76. & Abbatis Longaruei diſſ. de Tatiano.

m) S. Irenæus lib. 1. cap. 32. & ex eo Euſebius IV. 29. Ἰουστίνου ἀκροατὴς γνήσιος. ἐφόσον μὲν συνῆν ἐκείνῳ, καλῶς ἐξέφερε τοῦτον.

n) Μετὰ δὲ τὴν ἐκείνου μαρτυρίαν δόξας τῆς ἐκκλησίας, ΟΙΗΜΑΤΙ ΔΙΔΑΣΚΑΛΟΥ ἐπαρθεὶς καὶ τυφωθεὶς ὡς ὑπερφέρων τῶν λοιπῶν, ἴδιόν τι χαρακτῆρα διδασκαλείου συνέστησατο. id. Hoc loco iterum *διδάσκαλον* pro doctore eloquentiæ accipit Hieronymus, cum verba *οἰήματι διδασκάλου* poſſint etiam innuere, quod doctore Iuſtino elatus ac Magiſtrum eximium ſe venditans aliis ſe Tatianus prætulerit. Vetus interpres Irenæi, *præſumtione Magiſtri.*

o) Encratitæ δοὺς τὴν ἐγκρατείας, Philaſtrio & Auctori Prædeſtinati *Abſtinentes*, veteri interpreti Irenæi *Continentes*, apud Honorium corrupte *Creatitæ.* Aliis *Tatiani* ſive *Tatianitæ* de quibus accurate Doctor meus Tho. Ittigius ὁ μακαρίτης in diſſ. de hæreſiarchis proximæ Apoſtolis ætatis, & Tillemontius T. 2. memor.

p) Mirum eſt Severianos Tatianis præponi ab Origene initio libri X. in Epiſt. ad Rom. nec non ab Epiphanio, atque inde ab Auguſtino & auctore Prædeſtinati atque Damaſceno, cum Severus Tatiano junior fuerit, nec ab Irenæo memoretur, qui Tatiani mentionem facit. Ac juniorem diſerte teſtatur Severum Euſebius IV. 29. σμικρῷ δὲ ὕστερον Σεβῆρος τῆς ὁμοίας κακοτεχνίας τὴν ἀδελφεὸν αἵρεσιν, ἀπὸ τοῦ ἐξ αὐτοῦ ἀρξαμένους τῆς ἀπ' αὐτοῦ παρηγμένης Σεβηριανῶν προσηγορίας γέγονε. Theodoritus de hæret. fab. τὴν τούτου (Τατιανοῦ) διδασκαλίαν Σεβῆρος διαδεξάμενος &c.

q) Πολύ τι πλῆθος συγγραμμάτων. Euſeb. IV. 29. & 30. πλείστα τε συγγράμματα αὐτοῦ κατέλιπεν μνημεῖα.

r) Μάλιστα δὲ πολλοῖς μνημονεύεται διαβόητος αὐτοῦ λόγος ὁ πρὸς Ἕλληνας. id IV. 29. Hujus libri quem priusquam in hæreſin incideret videtur Romæ ſcripſiſſe Tatianus, præclaram editionem debemus inſigni viro Wilhelmo Worth. Oxon. 1700. 8.

## ERASMI SCHOLION.

*Encratitarum.*) Encraticarum, legendum ἐγκρατιτῶν, a continentia dicta vox, quod abſtinerent à cibis ac matrimonio.

## MARIANI VICTORII NOTÆ.

*Novam condidit hæreſim quæ Encratitarum dicitur.* Seu ἐγκρατιτῶν, id eſt, abſtinentium : qui, quod a matrimonio, & quibusdam abſtinerent cibis, ita dicti ſunt.

cleſia ad Encratitarum hæreſim declinaverant,

σίας πρὸς τὴν τῶν Ἐγκρατιτῶν αἵρεσιν κατακλίναντας.

χομένην. Etiam inter Severianorum oppugnatores laudatur Muſanus à Theodorito lib. 1. de hæret. fabulis c. 20. Non exſtat.

y) Ita malo cum Ms. Sigebergenſi & aliis Codd. quam ut habent editi *adverſus quosdam fratres.*

## AUBERTI MIRÆI.

De iſto Muſani libro Euſebius lib. 4. Hiſt. Eccleſiaſticæ cap. 27. conſuli poterit.

## ERNESTI SALOMONIS CYPRIANI.

*Sub imperatore M. Antonino Vero.* Codex Guelpherbytanus addit: *Et Lucio Aurelio Commodo.*

# CAPUT XXXII.

MODESTUS & ipſe ſub Imperatore M. Antonino, & L. Aurelio Commodo, adverſum Marcionem y) ſcripſit librum, qui usque hodie perſeverat. Feruntur ſub nomine ejus & alia Syntagmata z) ſed ab eruditis quaſi ψευδεπίγραφα repudiantur.

Μοδέστος, καὶ αὐτὸς ἐπὶ Ἀντωνίνου καὶ Κομόδου τοῦ Μαρκίωνος συνέταξε βιβλίον, ἧ τις ἄχρι σήμερον φέρεται καὶ ἄλλα αὐτοῦ συγγράμματα, ἅτινα ὑπὸ τῶν πεπαιδευμένων ψευδεπίγραφα ἀποδοκιμάζεται.

y) Euſebius IV. 25. cum Philippi Gortynenſis librum Marcioni oppoſitum laudaſſet, ſubjungit: Εἰρηναῖός τε οὐταυτας καὶ Μόδεστος, ὃς καὶ διαφερόντως ὑπὲρ τὰς ἄλλας τὴν ἑαυτοῦ ἐκδοχὴν τοῖς πᾶσι καταφαίνεται πλάνην. Meminit ejusdem Modeſti cap. 21. inter ſcriptores, ὧν καὶ ἡμᾶς τῆς Ἀποστολικῆς παραδόσεως ἡ τῆς ὑγιοῦς πίστεως ἔγγραφος κατῆλθεν ὀρθοδοξία.

z) Cum hodie nihil ex ſcriptis hujus Modeſti exſtet, ne quidem qualia vel cujus argumenti fuerint illa Syntagmata, ullo veterum tradente novimus. Nam apud Euſebium quoque altum de his ſilentium. *Syntagmata* ſcripſi cum Marcianæo e vetuſtioribus MSS. & mox ψευδέπιγραφα, pro quo in aliis editionibus συγγράμματα & ψευδεπίγραφα legitur, ſenſu haud diverſo.

## ERASMI SCHOLIA.

*Sub nomine ejus & alia συντάγματα.*) Id eſt, compoſitiones. Nam ſic licet ex Latinorum codicum veſtigiis conjicere. Tametſi Sophronius legit συγγράμματα, id eſt, conſcriptiones, voce idem declarante. Proinde dogmata, à ſciolo quopiam adjectum eſt.

*Sed ab eruditis quaſi ψευδεπίγραφα.* Pſeudepigrapha, id eſt, falſo inſcripta. Quidam adjecerat, falſæ ſuperſcriptionis, quod alius mutarat in falſas ſuperſtitiones.

## MARIANI VICTORII NOTÆ.

*Feruntur ſub nomine ejus & alia συντάγματα.* Compoſitiones. Ita habent emendatiores codices. Sophronius tamen legit συγγράμματα, hoc eſt, conſcriptiones. Verbum, ψευδεπίγραφα, quod ſequitur, falſo adſcripta, hoc eſt non ejusdem autoris, ſignificat.

## AUBERTI MIRÆI SCHOLIA.

Libri a Modeſto contra Marcionem ſcripti & Euſebius lib. 5. Hiſt. Eccleſ. cap. 25. meminit.

*Pſeudepigrapha.*) hoc eſt, falſo inſcripta.

## ERNESTI SALOM. CYPRIANI.

*Qui usque hodie perſeverat.* Dolendum eſt, periiſſe librum, quem Euſebius *L. IV. c. 25. Hiſt.* ob detectas Marcionis fraudes, Philippi, Gortynenſis Eccleſiæ Epiſcopi, & ipſius Irenæi luculentis contra Marcionem libris præferendum exiſtimavit.

Συγγράμματα. Codex Guelpherbytanus aliique habent: συντάγματα. Legendum: συγγράμματα, ut eſt & in Sophronio. Quis enim credat, Sophronium tam ſciolum fuiſſe, ut rejiceret Græcas voces, quas Hieronymus Latino ſermoni inſeruerat?

# CAPUT XXXIII.

BARDESANES in Meſopotamia a) clarus habitus eſt, qui primum Valentini ſe-

Βαρδησάνης ἐν Μεσοποταμίᾳ λαμπρὸς φανεὶς, πρῶτον μὲν Βαλεντίνου αἱρέσεως, ὕστερον

cc ὑπὲ-

a) Ἐπὶ τῆς μέσης τῶν ποταμῶν Euſeb. IV. 23. Epiphanius hæreſi LVI. c. 1. καὶ Βαρδησανιστῶν, ὧν Μεσοποταμίας μὲν τὸ γένος ἦν, τὴν δὲ καὶ τὴν Ἐδεσηνῶν πόλιν κατοικούντων.

ctator, b) deinde confutator, novam hæreſim condidit. Ardens ejus a Syris *prædicatur ingenium, & in diſputatione vehemens. c) Scripſit infinita adverſum omnes pæne hæreticos, d) qui ætate ejus pullulaverant. In quibus clariſſimus ille & fortiſſimus liber, e) quem M. Antonino de fato tradidit: & multa alia ſuper perſecutione f) volumina, quæ ſectatores ejus g) de Syra lingua verterunt in Græcam. Si autem tanta vis eſt & fulgor in interpretatione, quantam putamus in ſermone proprio?

ἢ αὐτίπαλος, καινὴν αἵρεσιν συνεστήσατο. Τοῦτο μὲν δὴ τῶν Σύρων θερμοτάτη καρύσσεται εὐφυΐα καὶ ἐν διαλέξει σοφροτάτη. Ἔγραψε πάμπολλα καὶ πασῶν σχεδὸν τῶν αἱρέσεων τῶν ὀπὶ τῶν χρόνων αὐτοῦ ἀνακυψασῶν, ἐν οἷς φέριμος ἐστι καὶ γνησιώτατος ὁ λόγος, ὃν Μάρκῳ Ἀντωνίνῳ περὶ μοίρας ἐπέδωκεν, ἀλλὰ καὶ ἄλλα πολλὰ περὶ διωγμοῦ τύχη, ἅπερ οἱ τὰ τοῦ ἀνδρὸς ἐκ τῆς Σύρων εἰς ἑλληνικὴν διάλεξιν μεταφέρασαν. Ὅπου ἢ πανταχοῦ ἰσχὺς ἐστι καὶ λαμπρότης ἐν τῇ ἑρμηνείᾳ, πόσην νομίζομεν ἐν τῷ οἰκείῳ λόγῳ ἔχειν ἀρετήν;

b) Ἦν δ' ἄρα ἔτος πρότερον τῆς κατ' Οὐαλεντῖνον σχολῆς· καταγνοὺς ἢ πᾶσης πλεῖστα τῆς κατ' αὐτὸν μυθοποιίας ἀπελέγξας, ἐδόκει μέν πως αὐτὸς ἑαυτῷ ὅλῃ τὴν ὀρθοτέραν γνώμην μεταπεθεικέναι, ἀ μὴν γε παντελῶς ἀπερρίψατο τὸν τῆς παλαιᾶς αἱρέσεως ῥύπον. Euſeb. *Nec tamen ex integro veterum errorum ſordes maculamque depoſuit.* Rufin. Epiphanius LVI. 2. πρόσφθειρεται δὲ ἔτος Οὐαλεντίνοις, καὶ ἐκ τῆς αὐτῶν μοχθηρίας ἀνιμᾶται τὸ δηλητήριον τούτων καὶ ζιζανιῶδες. Hinc Paulonam nimis alta ſapientem *novellum Bardeſanem* appellabat Ephraim Syrus teſte Gennadio c. 3. de S. E. Damnatur Bardeſanes inter alios Hæreticos in Synodo V. T. 2. edit. Binianæ p. 741. * al. *apud Syros.*

c) Ἱκανώτατός τις ἀνὴρ, ὢν τὰ τῇ Σύρων φωνῇ διαλεκτικώτατος. Euſeb.

d) Πρὸς τοὺς κατ' Μαρκίωνα καὶτινας ἑτέρας διαφόρους πρεσβευόντων δογμάτων, διαλόγους συνηγαγόν τῇ οἰκείᾳ παρεδωκε γλώττῃ τε καὶ γραφῇ μὴ καὶ πλείστων ἑτέρων αὐτοῦ συγγεγραμμάτων id. Epiphanius poſt memoratum ejus dialogum κατ' εἱμαρμένης contra fatum, LVI. 1. καὶ ἄλλα ἢ κατ' τὴν εὐσεβῆ πίστιν ἐμφέρεται αὐτοῦ συγγράμματα. *Et alia illius ſcruntur conſentanea pietati fidei monumenta.*

e) Ἐν οἷς ἐστι καὶ ὁ πρὸς Ἀντωνῖνον ἱκανώτατος (apud Hieronym. *florentiſſimus liber*, alii Codices legunt *fortiſſimus*) αὐτῷ περὶ εἱμαρμένης λόγος. Illum Antoninum non M. Aurelium Antoninum ut Hieronymus, nec Helagabalum ut cum Dodwello IV. 35. ad Irenæum Grabius T. 1. ſpicileg. p. 317. ſed ex amicis Bardeſanis aliquem hoc nomine ſignari ſuſpicantur viri docti H. Valeſius ad Euſeb. & Tillemontius Tom. 2. memor. parum veriſimiliter ut mihi videtur, qui Hieronymi ſententiam veram eſſe & ab Euſebio ipſo & Epiphanio qui Bardeſanem ad M. Aurelii tempora referunt confirmari exiſtimo; licet amicos in illo libro colloquentes induxerit.

f) Ὅσα τε ἄλλα φασὶν αὐτὸν περὶ τὸν τότε διωγμὸν συγγεγράφθαι. Perſecutionem quartam ſub M. Antonino intellige.

g) Euſebius de dialogis ſpeciatim: (ὡς quod Hieronymus intellexit κατὰ καὶ πλείστων ἑτέρων αὐτοῦ συγγεγραμμάτων) οἱ γνήσιμοι, πλεῖστοι δ' ἦσαν αὐτῷ δυνατῶς τῷ λόγῳ πεφιλοσόφηκε δὴ τὴν Ἑλλήνων ἐκτὸς τῆς Σύρων μεταβεβληκασι φωνῆς. Neque Syriaca neque Græca Lingua ſcriptum integrum Bardeſanis ad nos pervenit. Nonnulla è dialogo ejus de fato ſervavit Euſebius VI. 10. præparat. quo Abidam (Ἀβιδᾶν) Aſtrologum teſte Epiphanio Bardeſanes oppugnavit.

## NOTÆ HENRICI GRAVII.

*Bardeſanes in Meſopotamia clarus habitus eſt.*) Hieronymus l. 2. in Jovinian. *Bardeſanes vir Babylonius*, & in Oſeæ c. X. *Talis Bardeſanes, cujus etiam philoſophi admirantur ingenium.* Vide de illo Euſeb. in fine lib. 4. & in Chronicis, & in lib. 6. Præparationis evangelicæ, & Auguſtinum de hæreſibus, & Epiphanium.

## AUBERTI MIRÆI SCHOLION.

De Bardeſane hæc & alia Euſebius lib. 4. Hiſt. cap. ultimo narrat. Epiphanius ex illius libro de Fato multa citat * adverſus Abydam aſtronomum. Porphyrius lib. de abſtinentia, ex *Bardeſane Babylonio* plurima producit: quem dicit parentum ſuorum temporibus vixiſſe, & de Brachmanibus ac Samaneis, Indorum philoſophis, quos Græci Gymnoſophiſtas vocant, ſcripſiſſe. Bardeſanis fragmentum amplum recitat Euſebius lib 6. præparat. Evangelicæ. Notas Fr. Vigeri ibidem lege.

* Meminit quidem, ſed nihil ex eo affert Epiphanius.

## ERNESTI SALOM. CYPRIANI.

Plerique Euſebii codices habent Βαρδισάνης, unde Hieronymus latine rectius dixiſſet Bardiſanes. Apud Sophronium Βαρδισάνης; apud Damaſcenum hæreſi LVI. Βαρδησάνου dicitur.

*In Meſopotamia clarus habitus eſt.* Oriundus Edeſſa, vir in Chaldaica doctrina mire excultus, Syriaco ſermone diſertiſſimus, in diſputationibus acerrimus, infinita opuſcula edidit

edidit, ac præcipue Marcionem impugnavit, teſte Euſebio. *L. IV. c.* 30. Libros quosdam ſuos colloquiorum inſtar compoſuit, more accuratiſſimis olim philoſophis recepto. Monumenta ejus perierunt, excepto fragmento, quod Euſebius *L. VI. Præp. Evang. c.* 10. conſervavit. Filium habuit Harmonium, quem virum doctiſſimum vocat Sozomenus *L. III. H. E. c. 16. Non ignoro*, inquit, *olim quoque Oſdroenos fuiſſe viros doctiſſimos, Bardeſanem ſcilicet, qui hæreſim ex ipſius nomine appellatam condidit, & Harmonium, ejusdem Bardeſanis filium.* Hic cum Græcis literis probe excultus eſſet, patris dicta μέτροις καὶ νόμοις μουσικοῖς, metris & modulis, primus ſubjeciſſe dicitur, chorisque tradidiſſe. Ejus numeros Syri in canendo adhuc Sozomeni ætate ſequebantur. Cumque a paterna hæreſi non omnino alienus eſſet, libros, quibus doctrinam ſpargeret, ad lyræ cantum compoſuit, conſilio non inepto. Conſtat enim experientia, hæreticos cantiones, vanis dogmatis refertas, atque ad muliercularum genium accommodatas, propagandæ hæreſi apprime inſervituras credidiſſe : quod Arius probe novit, de cujus canticis nauticis molendinariis ac viatoriis notanda ſunt Philoſtorgii verba libro ſecundo. De canticis Pauli Samoſateni Euſebius libro VII. capite XXX. hiſtoriæ; de Valentini pſalmis Tertullianus capite XX. de carne Chriſti agunt : ut recte omnino feciſſe videatur Laodicena ſynodus, prohibens uſum ψαλμῶν ἰδιωτικῶν, illosque tantum commendans, qui publica Eccleſiæ autoritate approbati ſunt. Intelligens igitur Ephraim Syrus, vir ſanctiſſimus & orthodoxus, cives ſuos, Syros, & verborum elegantia, & modulationis concinnitate delinitos, paulatim adduci, ut idem cum Harmonio ſentirent; ipſe licet Græcorum literaturæ expers, operam dedit, ut intelligentia aſſequeretur numeros Harmonii: quos ſimul ac calleret, ſecundum eosdem libros edidit, veram Eccleſiæ doctrinam continentes. Atque hæc eſt origo Syrorum conſuetudinis, ſi Ephraimi libros cantu recitantium, ceu poſt Sozomenum tradit Theodoritus libro quarto capite viceſimo nono.

*Valentini ſectator, deinde confutator.* Improbavit tandem Valentini doctrinam, pleraque ejus dogmata fabulas eſſe demonſtrans; ſed vetuſti atque inoliti erroris ſordes non penitus exterſit. Potuiſſent igitur, qui Catalogos hæreticorum fabricarunt, Bardeſaniſtas omittere, ac ipſum Bardeſanem ad Valentinianos referre. Nam quicquid errorum Bardeſani tribuitur, aut fingitur, aut ipſi commune fuit cum Valentinianis.

*Novam hæreſin.* Vellem dixiſſet, quænam fuerint novæ illius hæreſeos capita. Ego ea nusquam invenire poſſum, ne quidem apud Epiphanium hæreſi XXXVI. Sed & autor libelli de hæreſibus apud Cotelerium tom. I. Græcæ Eccleſiæ monumentorum *p.* 295. mutus eſt, & ſolum in nonnullis eum a Valentino abiiſſe inquit.

*Liber de fato.* Euſebius: *Dialogus de fato.* Injuriam Bardeſani facit Auguſtinus ſcribens: *Per omnia in Valentini hæreſin lapſus, addens de ſuo, ut fato adſcriberet converſationes hominum.* Niſi magnopere fallor, recte ſentit Ehre Gott Daniel Golbergius, *De orig. & progreſſ. hæres. p.* 140. Auguſtinum, libri inſcriptione deceptum, de fato errorem tribuiſſe Bardeſani. Docuerint Bardeſaniſtæ, quid hoc ad Bardeſanem, quem Euſebius illis diſerte annumerat, qui editis libris fatuorum de fato ſententiam convulſerunt? Sane Bardeſanes liberam hominis voluntatem clare prædicat his verbis, *apud Euſeb. l. c. Præp. Si poſitum ac ſitum in nobis eſſet nihil, aliorum adminiſtri eſſemus, non noſtri juris : At annuente Deo fieri cuncta poſſunt, impediri nihil. Ejus enim voluntati res obſiſtere nulla poteſt, cum ea, quæ nonnunquam videntur obſiſtere, ita eatenus modo faciant, quatenus ſuam ipſe naturæ cuilibet prærogativam, καὶ τὸ αὐτεξούσιον & θελήματος, & voluntatis libertatem, conceſſit.*

*M. Antonino.* Euſebius Dialogum Antonino conſecratum dicit, quem Hieronymus perperam commutavit in Marcum Antoninum. Nec ſatis commoda eſt ſententia Guilielmi Cavii, viri præſtantiſſimi, dum Bardeſanis de fato librum Marco Antonino imperatori oblatum opinatur, & tamen docet, libri illius fragmentum ab Euſebio capite decimo libri ſexti Evangelicæ præparationis exhiberi. Nam ibi Euſebius *L. VI. c.* 9. diſerte tradit, dialogum, cujus fragmentum præparationi inſeruit, ſcriptum eſſe ad Bardeſanis ſocios diſciplinæ. Hæc ſunt ejus verba: *Bardeſanes is fuit, quem ἐν τοῖς πρὸς τοὺς ἐπιχωρίους διαλόγοις, in ſuis ad ſocios dialogis hunc in modum philoſophari memorant.* Satis igitur conſtat, Euſebium de Antonino imperatore, cum de vita Bardeſanis exponeret, ne quidem cogitaſſe, illumque Antoninum, cui dialogum deſtinavit Bardeſanes, nil minus fuiſſe, quam imperatorem.

# CAPUT XXXIV.

VICTOR, tertius decimus h) Romanæ urbis Epiſcopus, ſuper quæſtione Paſchæ, Βίκτωρ τεσσαρεσκαιδέκατος Ῥώμης ἐπίσκοπος, περὶ τῆς τοῦ πάσχα ζητήσεως, καὶ ἄλλα τινὰ συνε-



h) Supra c. 22. Anicetum dixit decimum poſt Petrum Epiſcopum : *Aniceto* ſucceſſit *Pius*, Pio *Soter*, Soteri *Eleutherus*, Eleuthero *Victor*. Sic decimus quartus Victor fuerit. Nec juvat nos ſi Pio Anicetum ſucceſſiſſe dicamus, ut cum Irenæo & Epiphanio tradit

i) & alia quædam ſcribens opuſcula, k) rexit συνέσχε τύχη, ἐκυβέρνησε τὴν ἐκκλησίαν Eccleſiam ſub Severo Principe annis decem. βασιλεύοντος Σεβήρου ἔτη δέκα.

dit Euſebius IV. 11. nam ita Anicetus non decimus erit ſed undecimus. Victor iterum decimus quartus.

i) Innuit Epiſtolas, quibus Victor Orientales Epiſcopos, quod Paſcha die quarta decima menſis celebrarent proſcripſit γράμματα ἀνωνύμους ἄρδην πάντας τοὺς ἐκεῖσε ἀπειλούσας ἀδελφούς. Euſeb. V. 24. Harum apud multos alios ſcriptores mentio, ſed intercedentibus Irenæo, Polycrate aliisque iis iterum ſopita eſt & pax inter Orientales & Occidentales coaluit. Vide infra c. 35. 45. &c.

k) Qualia illa fuerint, nemo veterum tradit, neque ex Victoris ſcriptis quicquam ad nos pervenit.

k) Ab A. C. 186. L. Aurelio Commodo V. & Man. Acilio Glabrione II. Coſſ. ad A. 197. Coſſ. Ap. Claudio Laterano & M. Mauritio Rufino.

## HENRICI GRAVII NOTÆ.

*Victor.*) Euſeb. c. 23. l. 5. & in Chron. *Victor XIII. Romæ Epiſcoparum ſuſcipit annis X. cujus mediocria de religione extant volumina: & anno IV. Severi, quæſtione orta in Aſia inter Epiſcopos, an ſecundum legem Moyſi XIV. menſis Paſcha obſervandum eſſet, Victor Romanæ urbis Epiſcopus, & Narciſſus Hieroſolymorum, Polycrates quoque & Irenæus & Bacchylus, plurimique Eccleſiarum paſtores, quod eis probabile viſum fuerat, litteris ediderunt, quarum memoria ad nos usque perdurat.*

## AUBERTI MIRÆI SCHOLION.

*S. VICTOR*, natione Afer, Eleuthero in Pontificatu ſucceſſit, ut ex Euſebio in Chron. & Hiſt. lib. 1. c. 22. Optato Milevitano l. 1. contra Parmenionem, Auguſtino epiſt. 165. & aliis conſtat. Septimio Severo imperante, an. 201, martyrio coronatus eſt. Meminit Roman. Martyrolog. 28. Junii.

## ERNESTI SALOMONIS CYPRIANI.

Hiſtoria controverſiæ de paſchate, quo die celebrari debeat, decima quarta Martii luna, ut cum Judæis Polycrates & Aſiatici ſolebant; an vero die dominica decimam quartam Martii Lunam ſequente; ut Victor & occidentales ſentiebant, multis voluminibus expoſita eſt, præcipue a Petavio in notis ad hæreſin LXX. Epiphanii. Pudet hodie pontificios illius rigoris, quo Aſiaticas Eccleſias excommunicavit Victor, itaque Valleſius ad libri V. c. XXIV. Euſebii miſerum laborem ſumit, ut detorqueat verba Euſebii, doceatque Victorem tantum minatum eſſe excommunicationem. Verum ipſi pontificii eum nugas agere demonſtrant, ut nuper Joannes Gabaſſutius *Notitiæ Eccleſ. p. 19.*

# CAPUT XXXV.

IRENÆUS, Pothini Epiſcopi, qui Lugdunenſem in Gallia regebat Eccleſiam, Presbyter, a martyribus ejusdem loci, l) ob quasdam Eccleſiæ quæſtiones legatus Romam miſſus, honorificas ſuper nomine ſuo ad Eleutherum Epiſcopum perfert litteras. Poſtea jam Pothino prope nonagenario, ob Chriſtum maryrio coronato, m) in locum ejus ſubſtituitur. Conſtat autem Polycarpi, n) cujus ſupra fecimus mentionem, o) ſacerdotis p) & martyris, hunc fuiſſe diſcipulum. Scripſit quinque adverſus Hæreſes libros, q) & Εἰρηναῖος Ποθεινῷ τῷ ἐπισκόπῳ Λουγδούνου τῆς ἐν Γαλλίαις ἐκκλησίας πρεσβύτερος, παρὰ τῶν μαρτύρων τῆς αὐτόθι πόλεως, διά τινας ἐκκλησιαστικὰς αἰτίας, πρεσβευτὴς εἰς Ῥώμην ταχείς, ἐπ' ἐνίαυτον ἀπὸ τούτου δεκάτου ἐπιστολὰς γραφείσας τιμῆς, πρὸς Ἐλεύθερον ἐπίσκοπον Ῥώμης ἀπήνεγκεν. Μετὰ δὲ ταῦτα Ποθεινὸν χιλιὸν ἐνιαυτοὺς ἔτεις μαρτυρήσαντος, εἰς τὸν τούτου τόπον διαδέχεται. Ὁμολογητὴς δὲ Πολυκάρπου, ἀτὸς συγγενόμενος, γε-

γενῆ-

l) Euſeb. V. 4. Οἱ δ' αὐτοὶ μάρτυρες καὶ τὸν Εἰρηναῖον πρεσβύτερον τότ' ὄντα τῆς ἐν Λουγδούνῳ παροικίας τῷ Ἐλευθέρῳ τῷ τότε τῆς Ῥώμην ἐπισκόπῳ συνίσασι, πρός τι τῶν αὐτοῖς μαρτυρούντες.

m) Euſeb. V. 5. Ποθεινὸς δὴ ἐφ' ὅλοις τῆς ζωῆς ἔτεσιν ἐνενήκοντα σὺν τοῖς ἐν Γαλλίαις μαρτυρήσασι πλειοσιν, Εἰρηναῖος τῆς κατὰ Λουγδοῦνον, ἧς ὁ Ποθεινὸς ἡγεῖτο, παροικίας τὴν ἐπισκοπὴν διαδέχεται. Factum hoc circa A. C. 178. cum Pothinus ſub M. Aurelio Antonino martyrium oppetiiſſet. Hic in Codd. quibusdam *Photinus.*

n) Πολυκάρπου δὲ τὸν αὐτὸν γενέσθαι καὶ τὸν νῦν ἐμαυθάνομεν ἡλικίαν. Euſeb. V. 5. Irenæus ipſe III. 3. de Polycarpo: ὃν καὶ ἡμεῖς ἐωράκαμεν τῇ πρώτῃ ἡμῶν ἡλικίᾳ. Euſeb. IV. 14. o) Supra, cap. 17.

p) Sacerdotis, hoc eſt Epiſcopi.

q) Hæ ſolæ αἱρέσεων ἔλεγχοι, συντάξεις ex S. Irenæi ſcriptis ætatem tulerunt, ſed Latine tantum ex veteri interpretatione, niſi quod fragmenta quædam Græca ex editis & inedi-

contra gentes volumen breve, & de disciplina aliud, r) & ad Martianum fratrem de Apostolica prædicatione; s) & librum variorum tractatuum, t) & ad Blastum de schismate; & ad Florinum de Monarchia, u) sive quod Deus non sit conditor malorum, & de ogdoade x) egregium commentarium: in cujus fine significans se Apostolicorum temporum vicinum fuisse, sic subscripsit: *Adjuro te,* y) *qui transcribis librum istum, per Dominum Jesum Christum, & per gloriosum ejus adventum, quo judicaturus est vivos & mortuos, ut conferas, postquam transcripseris, & emendes illum ad exemplar, unde scripsisti, diligentissime: hanc quoque obtestationem similiter transferas, ut inveniſi in exemplari.* Feruntur ejus & aliæ ad Victorem Episcopum Romanum de quæstione Paschæ Epistolæ: in quibus commonet eum, z) non facile debere unitatem collegii scindere. Siquidem Victor a) multos Asiæ & Orientis Episcopos, qui decima quarta Luna cum Judæis Pa-

*Euseb. V. 20.* Ὁρκίζω σε τὸν μεταγεγραμμένον τὸ βιβλίον τοῦτο διὰ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ καὶ διὰ τῆς ἐνδόξου παρουσίας αὐτοῦ ἧς ἔρχεται κρῖναι ζῶντας καὶ νεκρούς, ἵνα ἀντιβάλῃς ὃ μετεγράψω, καὶ κατορθώσῃ αὐτὸ πρὸς τὸ ἀντίγραφον τοῦτο ὅθεν μετεγράψω, ἐπιμελῶς. Καὶ τὸν ὅρκον τοῦτον ὁμοίως μεταγράψεις καὶ θήσεις ἐν τῷ ἀντιγράφῳ.

ddd

γενῆσθαι μαθητής. Ἔγραψε πάντι διὰ τῶν αὐτοῦ ἐπιστολῶν βιβλίς καὶ διὰ τῶν ἰδίων τοῦ χρόνου βραχύ, καὶ περὶ διαφορᾶς ἑτέρου, διὰ πρὸς Μαρκιανὸν ἀδελφὸν περὶ τῆς Ἀποστολικῆς κηρύγματος, καὶ βιβλίον διαλέξεων ὁμιλιῶν, καὶ πρὸς Βλάστον περὶ σχίσματος, καὶ πρὸς Φλωρῖνον περὶ μοναρχίας, καὶ ὅτι ὁ Θεὸς κτίστης κακῶν οὐκ ἔστι, καὶ περὶ ὀγδοάδος ἰδιαίτερον σύνταγμα, ἐν τῷ τέλει διὰ τῆς αὐτῆς συντάγματος ὑπογέγραφεν ἔτως. Ὁρκῶ σε τὸν μεταγεγράφοντα ταύτην τὴν βίβλον διὰ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ διὰ τῆς ἐνδόξου ἐλεύσεως αὐτοῦ, ἐν ᾗ κρινεῖ ζῶντας καὶ νεκρούς, ἵνα ἀντιβάλῃς διὰ τὸ γράψαι, καὶ διορθώσῃ πρὸς τὰ ἀντίγραφα, ἀφ' ὧν ἔγραψας, ἀκριβῶς, καὶ ταύτην τὴν κατάκλισιν ὁμοίως μεταγράψῃς, καθὼς εὗρες ἐν τοῖς ἀντιγράφοις. Φέρεται αὐτοῦ καὶ ἄλλαι πρὸς Βίκτωρα ἀπίστατον Ῥώμης περὶ ζητήσεως τοῦ πάσχα ἀπόλογοι, ἐν αἷς ἀδύνατόν ἐστιν αὐτὸν, μὴ ῥᾳδίως ὀφείλειν τὴν ἕνωσιν τῆς ἐκκλησίας διαχίσαι. Καὶ ὁ Βίκτωρ πολλὰς τῆς Ἀσίας καὶ τοὺς Ἀσιατολὰς ἀπισκόπους καθεῖλεν, ὅτινες τῇ τεσσαρεσκαιδεκάτῃ τοῦ σελήνης μετὰ τῶν Ἰουδαίων τὸ πάσχα ἐπετέλεσαν. Ταύτῃ δὲ τῇ γνώμῃ τοὺς διαφωνήσαντας μὴ συναινέσαι Βίκτω-

ineditis monumentis eruditorum industria conquisivit. Præclaras hujus operis editiones post Erasmi, Nic. Gallasii, Jo. Jacobi Grynæi & Francisci Fevardentii studium debemus viris doctissimis Joanni Ernesto Grabe Oxon. 1702. & Renato Massueto, Ord. Benedictini Monacho, Paris. 1710. fol. De aliis Irenæi monumentis quorum pauca fragmenta restant, quemadmodum & de Irenæo ipso videndus præterea Henricus Dodwellus dissertationibus ad Irenæum Oxon. 1689. 8.

r) Duos libros facit Hieronymus qui Eusebio V. 26. unus est πρὸς Ἕλληνας λόγος συντομώτατος καὶ τὰ μάλιστα ἀναγκαιότατος περὶ θείας μοναρχίας διηγεγραμμένος.

s) Ἄλλον ὃν ἀπέστειλεν ἀδελφῷ Μαρκιανῷ τύπον εἰς ἀπόδειξιν τοῦ Ἀποστολικοῦ κηρύγματος. id. Hinc patet male legi in Codice Guelpherbyt. *ad Marcionis fraudem*, quamvis adversus Marcionem quoque singulariter stylum stringere Irenæus promittit lib. 1. c. 29. & lib. 3. c. 12. quod & Eusebius V. 8. annotavit.

t) Βιβλίον διαλέξεων διαφόρων, Euseb. V. 27. Citatur hic liber a Jo. Damasceno in parallel. pag. 724.

u) Eusebius V. 20. memorat. Epistolam Irenæi πρὸς Βλάστον περὶ σχίσματος, nec non τὴν πρὸς Φλωρῖνον περὶ μοναρχίας, ἢ περὶ τοῦ μὴ εἶναι τὸν Θεὸν ποιητὴν κακῶν. Ejusdem Blasti & Florini presbyteri meminit V. 15. Blastus Pascha non aliter nisi decima quarta mensis custodiendum esse contendens, latenter volebat Judaismum introducere, ut scribit auctor appendicis ad Tertull. de præscript. c. 53. De Florino Gennadius cap. 126. dogm. Eccles. *Caro nostra non est mali causa, ut docuit Florinus.*

x) Περὶ ὀγδοάδος Euseb. V. 20. de octonario Æonum numero adversus eundem Florinum in Valentini hæresin prolapsum. *de octava* Marcianæus legit e MSS. Codd quod & in Gemblacensi reperit Suffridus Petri, cum in aliis editt. esset περὶ τῆς ὀγδοαδῶν. Vetus interpres Irenæi ὀγδοάδα vertit *octonationem*. Iidem testantur in quibusdam MSS. scriptum se reperisse non *egregium commentarium* sed *egregium syntagma*.

y) Plures ejusmodi adjurationum formulas libris adjunctas retuli lib. V. Bibl. Græcæ p. 78. seq. Adeundus etiam V. C. Michael Lilienthal in selectis Historicis & Literariis Regiomonte A. 1715. 8. editis observatione prima quam inscripsit de exorcismo literario.

z) Euseb IV. 24. Ὁ Εἰρηναῖος ἐκ προσώπου ὧν ἠγέλλο τῶν Γαλλίων ἀδελφῶν -- τῷ μὲν Βίκτορι προσηκόντως ὡς μὴ δεούσης ὅλως ἐκκλησίας θεοῦ, ἀρχαίοις ἔθεσιν ὑπηρέτας, πλείστα ἔπεμπε γράμματα.

a) Supra, c. 34.

ſcha celebrabant, damnandos crediderat. In qua ſententia hi, qui diſcrepabant ab illis, Victori non dederunt manus. b) Floruit maxime ſub Commodo Principe, c) qui M. Antonino Vero in Imperium ſucceſſerat.

ἐπ. Ἤνθησε μάλιστα ἐπὶ Κομόδου βασιλέως, ὅσις ἐκ τόπου Ἀντωνίνῳ Βήρῳ διεδέξατο.

b) Euſebius IV. 24. cum Victoris rigorem commemoraſſet, ſubjungit: ἀλλ' ὑ πᾶσι γε τοῖς Ἐπισκόποις ταῦτ' ἠρέσκετο· αὐτοῦ ζηλευόντων ὅμως αὐτῷ, τὸ τῆς εἰρήνης καὶ τῆς πρὸς τοὺς πλησίον ἑνώσεως καὶ ἀγάπης φρονεῖν.

c) Præfuit Commodus ab A. C. 180 ad 192. S. Irenæus vitam produxiſſe videtur usque ad A. C. 302. *in perſecutione Severi cum omni fere Civitatis ſuæ populo coronatus glorioſo martyrio*, ut eſt in Martyrologio Rom. 28. Jun. Martyr dicitur in Actis S. Felicis Presbyteri, T. 3. Act. Sanctor. April. p. 98.

## ERASMI SCHOLION.

*Irenæus.*) εἰρηναῖος, à pace nomen, Sophronio ſine aſpiratione ſcribitur.

*Et ad Blaſtum.*) In nonnullis Baſilicum habebatur, ſed mendoſe.

*De Monarchia.*) Nam Manichæi duo faciunt principia, alterum boni, alterum mali.

*Et de octava, id eſt, ogdoade.*) Quid acciderat Hieronymo, ut Latinam vocem Græce voluerit interpretari? Proinde quando vel hinc conſtat vitiatum locum, ex Sophronio reſtituendus eſt, qui legit: καὶ περὶ τῶν ὀγδοάδων, id eſt, de octavis.

*Egregium σύνταγμα.*) Id eſt, commentarium, ſive opus, a συντάττω, & hinc audaculus quiſpiam adjecerat interpretans, id eſt, documentum.

*Adjuro te.*) Quis neſcit hunc Irenæum non eſſe conferendum cum noſtro Hieronymo, cum quo neminem auſim conferre Græcorum, præter unum Origenem. Et vides quam ſancte ſit obteſtatus de ſervanda integritate voluminum ſuorum. Quid igitur ſupplicii dignum eſſe poſſit impudentiſſimo nebulone, qui non veritus ſit omnia ferme divi Hieronymi opera vel effingere. vel contaminare?

*Unitatem collegii ſcindere.*) Non temere hoc annotavit Hieronymus, quod videret, opinor, ſuis temporibus quosdam nimium præcipites ad reſecandum ab Eccleſia. Quibus modis & nos magnam orbis partem perdidimus, dum omnes ceremonias ad vivum exigimus, cum Chriſtus baculum infractum non comminuat, & linum fumigans non extinguat: & hunc ſecutus Apoſtolus Paulus, infirmum fide ſuſcipi jubeat, non rejici, & tolerari, donec ſpes ulla proficiendi in melius; & divus Auguſtinus languidum malit quam mortuum, debilem quam extinctum.

## MARIANI VICTORII.

*Egregium commentarium.* Sic habent emendatiores codices, non Græcam vocem σύνταγμα.

*Multos Aſiæ, & Orientis Epiſcopos, qui a decima quarta luna.* Qui, olim deerat.

## NOTÆ HENRICI GRAVII.

*Irenæus.*) Lege lib. V. Euſ. c. 1. & deinceps: & de operibus ejus. c. 19. & 27.

*Et de Ogdoade egregium σύνταγμα.*) Hanc habent vetuſti codices lectionem. Ex Euſebio autem forte legendum σαφὲς δόγμα.

*Non facile deberu unitatem collegii ſcindere.*) Apud Euſ. c. 26.

*In qua ſententia etiam hi, qui diſcrepabant ab illis, Victori non dederunt manus.*) *Etiam*: deerat V. C. Tertull. contra Valentinianos: *Irenæus omnium doctrinarum curioſiſſimus explorator.*

## AUBERTI MIRÆI SCHOLION.

Anno Septimii Severi Imp. decimo (hoc eſt Chriſti 302.) Chronicon Euſebianum gravem in Chriſtianos perſecutionem adſignat. In ea Leonides, Origenis pater, Alexandriæ, & Irenæus Lugduni in Gallia, occubuerunt. Irenæi opera ac fragmenta, a Franciſco Feu ardentio collecta, Notisque illuſtrata Pariſienſes 1575, & auctius Colonienſes 1596 ediderunt.

*De diſciplina aliud.*) Hieronymus hic fallitur, & qui eum ſecuti ſunt, Honorius, Trithemius, alii. Nam verba Euſebii lib. 5. Hiſtoriæ cap. 25. (unde ſua deſumſit Hieronymus) clara ſunt, & unicum eſſe volumen ſeu librum indicant, non duos. Sic enim habent: *Circumfertur & aliquis ejus liber contra Gentes, breviſſimus ille quidem, maxime tamen neceſſarius, de diſciplina inſcriptus.* Cæterum liber iſte, Diſciplina contra Gentes, non exſtat; ut & alia Irenæi ſcripta pleraque interierunt. Ex omnibus ejus operibus unicum nunc reſtat integrum, quod adverſus hæreſes ſcripſit: libris quinque comprehenſum. Fragmenta

Digitized by Google

ta quædam librorum perditorum Halloſius tomo 2. Scriptorum Orientalium Græco-Latina edidit.

## ERNESTI SALOMONIS CYPRIANI.

*Conſtat Polycarpi fuiſſe diſcipulum.* In pueritia, ut Euſebius libri V. capite VI. & ipſe Irenæus ejusdem libri capite XX. docent.

*Et ad Marcianum fratrem.* Inepta lectio codicis Guelpherbytani: *Et ad Marcionis fraudem.* Euſebius: καὶ ἄλλον, ὃν ἀναπλάσαν ἀδελφὸν Μαρκιανῶ.

*Et ad Blaſtum de ſchismate, & ad Florinum de monarchia.* Fuerunt duæ Epiſtolæ, prior ad Blaſtum, de quo autor capitis LIII. libri Tertullianei de præſcriptione docet, quod Judaismum latenter introductum iverit; poſterior ad Florinum, qui Deum malorum conditorem faciebat. Hujus cauſa, cum Valentini placita deinceps ſectaretur, & librum de octonario compoſuit, heic ab Hieronymo laudatum.

*Hanc quoque obteſtationem ſimiliter.* Hæc majorem emphaſin obtinent in Græco: καὶ τὸ ὅρκον τοῦτον ὁμοίως μεταγράφῃς. Cæterum obteſtatio omnino neceſſaria fuit ob ſacrilegas manus, quas aliorum ſcriptis ſæpenumero hæretici, aliquando & orthodoxi injiciebant. Conqueritur de hac re Dionyſius, non Alexandrinus, ut Feuardentius in notis ad fragmenta Irenæi refert, p. 513. ſed Corinthiorum Epiſcopus, ſic inquiens: *Epiſtolas ſcripſi rogatus a fratribus. Sed illas miniſtri quidam diaboli zizania compleverunt: quædam ex illis expungentes, quædam adiicientes. Quos certe manet ſeralis illa ſententia: væ vobis.* Ap. Euſeb. L. IV. c. 23.

# CAPUT XXXVI.

PANTÆNUS Stoicæ ſectæ Philoſophus, d) juxta quamdam veterem in Alexandria conſuetudinem, e) ubi a Marco Evangeliſta ſemper Eccleſiaſtici fuere Doctores, tantæ prudentiæ & eruditionis tam in Scripturis divinis, quam in ſeculari litteratura fuit, ut in Indiam f) quoque rogatus ab illius gentis legatis, a Demetrio g) Alexandriæ Epiſcopo, mitteretur. Ubi reperit, Bartholomæum de duodecim Apoſtolis, adventum Domini noſtri JEſu Chriſti juxta Matthæi Evangelium prædicaſſe, quod Hebraicis litteris ſcriptum, revertens Alexandriam, ſecum detulit. h) Hujus multi quidem in ſanctam

Παντῖνος Στωϊκῆς δόγματος φιλόσοφος, ἔν τινα παλαιὰν τῶν Ἀλεξανδρέων συνήθειαν ἐν ᾗ ἀπὸ Μάρκου τοῦ Εὐαγγελιστοῦ Ἐκκλησιαστικοὶ γεγόνασι διδάσκαλοι, πολλῆς σοφίας καὶ παιδεύσεως, τοῦτο ἐν πολλοῖς θείας γραφῆς, τοῦτο δὲ καὶ τοῖς κοσμικοῖς γράμμασιν ἐπὸς γέγονεν, ὡς τὶ πρὸς καὶ τῶν Ἰνδικῶν πρεσβυτέρων, ἐπὶ τὸ Δημητρίου Ἀλεξανδρείας ἐπισκόπου, εἰς τὴν Ἰνδίαν ἀποσταλῆναι, ἐν ᾗ ἦν καὶ Βαρθολομαῖον ἐκ τῶν δώδεκα Ἀποστόλων, τὴν ἐλευσιν τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ τὸ Ματθαίου Εὐαγγέλιον κηρύξαντα, ἅπερ Ἑβραϊκοῖς γράμμασι γεγραμμένον, εἰς τὴν Ἀλεξανδρείαν ἀναζεύξας, μεθ' ἑαυτοῦ ἐκόμισε. Τάτε πολλὰ ὑπομνήματα εἰς



d) Euſeb. V. 10. ἀπὸ φιλοσόφου ἀγωγῆς τὸ παλαιόν τινων ἐθισμὸν ἔχοντα.

e) Ἐξ ἀρχαίου ἔθους διδασκαλεῖον τῶν ἱερῶν λόγων παρ' αὐτοῖς συνεστῶτος, ὃ καὶ εἰς ἡμᾶς διαμεμένηκε καὶ πρὸς τὸν ἐν λόγῳ καὶ τῇ περὶ τὰ θεῖα σπουδῇ δυναμένων συγκροτεῖσθαι παρειλήφαμεν. id. Confer de Schola hac Alexandrina, Philippi Sidetæ fragmentum a Dodwello ad calcem diſſertationum in Irenæum vulgatum, & Caveum in parte ſecunda Hiſt. literariæ S. E. ubi de Athenagora diſſerit. De aliis veterum Chriſtianorum Scholis illa ætate adeundus Nicolaus le Nourry T. I. apparatus ad Bibliothecam Patrum p. 181. ſeq.

f) Τοσαύτην δ' ὖν φασιν αὐτὸν ἐνθυμηθῆναι προθυμίαν περὶ τὸν θεῖον λόγον ἐνδείξασθαι, ὡς καὶ κήρυκα τοῦ Χριστοῦ χάριτος Εὐαγγελίας τοῖς ἐπ' ἀνατολῆς ἔθνεσιν ἀναδειχθῆναι μέχρι καὶ τῆς Ἰνδῶν σταλαιμένου γῆς. Euſeb. V. 10.

g) Demetrius Juliano in Epiſcopatu Alexandrino ſucceſſit anno decimo Commodi, teſte Euſebio V. 22. hoc eſt CHriſti 189.

h) Καὶ ὁ Πάνταινος καὶ εἰς Ἰνδοὺς ἐλθεῖν λέγεται· ἔνθα λόγος εὑρὼν αὐτὸν προφθάσαν τὴν αὐτοῦ παρουσίαν τὸ κατὰ Ματθαῖον Εὐαγγέλιον τοῖσδέ που αὐτόθι τοῖς Χριστὸν ἐπεγνωκόσιν· οἷς Βαρθολομαῖον τῶν Ἀποστόλων ἕνα κηρύξαι· αὐτοῖς τε Ἑβραίων γράμμασι τὴν τοῦ Ματθαίου καταλεῖψαι γραφὴν, ἣν καὶ σώζεσθαι εἰς τὸν δηλούμενον χρόνον. Non ait Euſebius Evangelium Matthæi Hebraicis ſcriptum litteris Alexandriam relatum a Pantæno, ſed tantum a Bartholomæo traditum Indis, & ad Pantæni usque ætatem ibi ſervatum. Bartholomæum Indis prædicaſſe Evangelium, multi etiam alii ſcriptores teſtantur, ut ab Abdiæ librum octavum notavi. Atque Evangelium Bartholomæi quod Hieronymus præf. in Matthæum & Gelaſius decreto de libris Apocryphis & Beda in limine commentarii ad Lucam commemorant, nihil aliud fuiſſe videtur quam illud Matthæi Evangelium in Indiam a S. Bartholomæo illatum.

Scripturam extant commentarii, i) sed magis viva voce Ecclesiis profuit. Docuitque sub Severo principe, k) & Antonino, cognomento Caracalla.

τὰς θείας γραφὰς τυγχάνοι, ἀλλὰ μᾶλλον ζώσῃ φωνῇ τοὺς ἐκκλησίας ὠφέλησεν. Ἐδίδαξε δὲ ἐπὶ Σεβήρου καὶ Ἀντωνίνου τοῦ ἐπίκλην Καρακάλλου.

i) Non videtur Hieronymus scripta aliqua Pantæni evolvisse, sed tantum exprimere voluisse Eusebii verba, quibus tamen nullorum in sanctam Scripturam commentariorum mentio: ζώσῃ φωνῇ καὶ διὰ συγγραμμάτων τοὺς τῶν θείων δογμάτων θησαυροὺς ὑπομνηματίζοντα. Rufin. *tam viva voce discipulos instruens, quam librorum monumentis etiam posteris thesauros scientiæ derelinquens.* Neque Eusebius neque alius quisquam veterum scriptum aliquod Pantæni, quod memini, allegat aut aliquid ex eo profert.

k) Ex Eusebio colligas jam sub Commodo clarum Pantæni in Schola Alexandrina nomen fuisse. Nam V. 9. cum narrasset Commodi anno primo Episcopum Alexandriæ factum Julianum, subjungit c. 10. ἡγοῦντο δὲ τηνικαῦτα τῆς τῶν πιστῶν αὐτοῦ διδασκαλείου τῆς θείας παιδεύσεως αὐτῆς ἐνδοξότατοι, ὄνομα αὐτῷ Πάντανος.

## MARIANI VICTORII NOTA.

*Revertens Alexandriam secum detulit.* Ἐκόμισε etiam est apud Sophronium. Antea, retulit, legebatur.

## HENRICI GRAVII.

*Pantænus*) Hieron. Epist. ad Magnum: *Pantænus Stoicæ sectæ Philosophus ob præcipuæ eruditionis gloriam a Demetrio Alexand. Episcopo missus est in Indiam, ut Christum apud Brachmanas, & illius gentis Philosophos prædicaret.* Euseb. in Chron. anno 2. Severi: *Clemens Alexandrinæ Ecclesiæ presbyter, & Pantænus Stoicus Philosophus in disputatione dogmatis nostri insignes habentur.* Vide & Hist. Eccles. l. 5. c. X. & l. 6. c. XIV. XIX.

## AUBERTI MIRÆI.

De tot summi viri scriptis, ab Eusebio. l. 5. hist. Eccles. c. 10. & Hieronymo hic recitatis, dolendum est, ne fragmentum quidem minimum, verbis ipsius conceptum, superesse. Clementis tamen Alexandrini perillustre testimoninm hodieque exstat, quod de magistro suo Pantæno, libro 1. stromatum, scripsit. Ejusdem beatam memoriam Alexander Hierosolymorum Episcopus in suis ad Origenem litteris celebrat.

*Stoicæ sectæ Philosophus.*) Illa ætas habuit inter culmina Christianæ religionis, qui a sensibus multis Stoicis non abiverunt, *Arnobium, Tertullianum, Pantænum, & Clementem Alexandrinum.* Hieronymi, sanctioris an doctioris viri sententia est, de tabella & scripto recitanda: *Stoici nostro dogmati in plerisque concordant*: & quod sequitur, occulte ad nostrum dogma & ad pietatem ducunt. Sic fere Lipsius l. 1. c. 17. in Manuductione ad Stoicam Philosophiam.

## ERNESTI SALOMONIS CYPRIANI Annotationes.

*Juxta quandam veterem in Alexandria consuetudinem.* Eusebius: *Jam inde a priscis temporibus sacrarum literarum schola in ea civitate fuerat instituta: quæ quidem nostra ætate adhuc perseverat.*

*Tantæ prudentiæ & eruditionis.* Libri perierunt, sed fragmentum est in excerptis Theodoti hæretici, quæ Clementis Alexandrini operibus subjici solent. Ibi de Pantæno: Παντα῀ον ἡμῶν ἔλεγεν, ἀορίστως τὴν προφητείαν ἐκφέρων τὰς λέξεις, ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον, καὶ τῷ ἐσομένῳ ἀντὶ τοῦ μέλλοντος χρῆσθαι χρόνῳ, καὶ πάλιν τῷ ἐσομένῳ ἀντὶ τοῦ παρωχημένου.

*Sub Severo*: Male Codex Guelpherbytanus: *Sub Vero.*

# CAPUT XXXVII.

RHODON, genere Asianus, l) a Tatiano, de quo supra diximus. Romæ in Scripturis eruditus, m) edidit plurima: præcipuum-

Ῥόδων Ἀσιανὸς, ὢν καὶ Ταπιανῷ τῷ ἀναφερομένῳ, ἐν ταῖς θείαις γραφαῖς παιδευθείς, ἐξέδωκε μὲν πάμπολλα, ἐξαίρετον δὲ κατ᾽ Μαρκίωνος.

l) Ῥόδων, γένος τοῦ διὰ Ἀσίας, Euseb. V. 13.

m) Supra, c. 29. m) Μαθητεύσας ἐπὶ Ῥώμης, ὡς αὐτὸς ἱστορεῖ, Ταπιανῷ, Euseb. qui mox eodem capite notat hoc testatum esse Rhodonem in libro contra Marcionem & Apellem quem Callistioni dicavit, ὁ αὐτὸς μεμαθητεῦσθαι ἐπὶ Ῥώμης Ταπιανῷ ἑαυτὸν ὁμολογεῖ. Διαφορὰς συντάξας βιβλίοις, μετὰ τῶν λοιπῶν καὶ πρὸς τὴν Μαρκίωνος αἵρεσιν, ἣν καὶ εἰς διαφόρους γνώμας κατ᾽ αὐτὸν διῃρῆσθαι ἱστορεῖ. Euseb. qui plura deinde in hanc sententiam e Rhodonis libro subjungit.

Digitized by Google

que adverſus Marcionem opus, m) in quo refert, quomodo ipſi quoque inter ſe Marcionitæ diſcrepent: & Apellem ſenem n) alium hæreticum à ſe quondam fuiſſe convictum, * & riſui habitum, eo quod Deum, quem coleret, ignorare ſe diceret. Meminit in eodem libro, quem ſcripſit ad Calliſtionem, Tatiani ſe Romæ fuiſſe auditorem. Sed & in Hexaëmeron n) elegantes tractatus compoſuit, & adverſum Phrygas o) inſigne opus: temporibusque Commodi & Severi floruit.

χίων & σύνταγμα, ἐν ᾧ ἐξηγεῖται, ὅτως καὶ αὐτὸς εἰς ἑαυτὸν Μαρκιωνιστὰς διαφωνοῦσι, καὶ τὸν Ἀπελλῆν τὸν γέροντα ὁμοίως αἱρετικὸν, συντυχηκέναι αὐτῷ, καὶ καταγέλαστον γεγενῆσθαι, εἰρηκότα ὅτι τὸν θεὸν ὃν σέβει, ἀγνοεῖ. Μέμνηται ἐν τῇ αὐτῇ βίβλῳ, ἣν ἔγραψε πρὸς Καλλιστίωνα, Τατιανοῦ γεγενῆσθαι ἐν τῇ Ῥώμῃ ἀκροατὴς, καὶ εἰς τὴν ἑξαήμερον ᾗ κάμψας ὁμιλίας συνέταξε, καὶ κατὰ τῶν Φρυγῶν ἄπιστον ἔργον, ἀνθήσας ἐπὶ τῶν χρόνων Κομόδου καὶ Σεβήρου.

m) ὁ δὲ γέρων Ἀπελλῆς συμμίξας ἡμῖν, πολλὰ μὲν κακῶς λέγων ἠλέγχθη -- ἐγὼ δὲ γελάσας κατέγνων αὐτοῦ, διότι διδάσκαλον ἕνα λέγων, καὶ ἠδει τὸ διδασκόμενον ὑπ' αὐτοῦ κρατύνων. Rhodon apud Euſeb. V. 13. Indiculus hæreſium qui exſtat ſub Hieronymi nomine c. 18. *Apellitæ -- -- horum auctor Apelles a Rhodone Aſiani generis homine reprehenſus eſt quod Deum quem coleret ignoraret.* Perperam editum *a Corodone.*

n) φέρεται δὲ καὶ αὐτοῦ καὶ εἰς τὴν ἑξαήμερον ὑπόμνημα. Euſeb.

* Sic Sigebergenſis & Sangermanenſis Codex cum aliis nonnullis legit, teſte Suffrido Petri & Marcianæo. Unus Ambroſianæ Bibliothecæ habet in margine *victum*, in textu *conventum*. Euſebius ἠλέγχθη.

o) Fuit Hieronymus in ea ſententia, Rhodonem eſſe auctorem trium librorum adverſus Montaniſtas ad Abercium Marcellum, e quibus fragmenta exſtant apud Euſebium V. 16. & 17. Itaque & infra cap. 39. ait Rhodonem Miltiadis meminiſſe in opere ſuo quod adverſus Montanum, Priſcum, Maximillamque compoſuit. Pro *Phrygas* in Sigebergenſi eſt. *Cataphrygas*, teſte Suffrido Petri. In Græco interprete Latiniſſante nota ἔργον pro συγγράμματι.

## ERASMI SCHOLIA.

*Et Apellem alium.*) Unde dicti Apellitæ apud divum Auguſtinum.

*A ſe quondam fuiſſe convictum.*) Ita quidam correxerat, hoc eſt, corruperat Cæterum in emendatioribus codicibus ſcriptum habebatur, conventum, non convictum, & Sophronius ita legit, qui vertit συντετυχηκέναι.

*In Hexaemeron.*) Id eſt, in creationem mundi, quæ ſex dierum opificio peracta eſt, juxta Geneſim Moyſi.

*Et adverſum Cataphrygas.*) Sophronius, & hoc loco legit Phrygas, non Cataphrygas, quanquam hoc ad ſenſum nihil refert.

## MARIANI VICTORII.

*Adverſum Cataphrygas.* Adverſus Phrygas, quod eſt apud Sophronium. Κατὰ τῶν Φρυγῶν, alibi legitur. Nos vocem apud Latinos magis uſitatam ſecuti ſumus. Sic enim ſupra in Apollinario & alibi eam uſurpat Hieronymus.

## ERNESTI SALOMONIS CYPRIANI.

*Et Apellem ſenem hæreticum a ſe quondam fuiſſe conventum.* Hic Apelles tam ſimilis fuit noſtris Libertinis, quam ovum ovo. Ita enim de illo Rhodon: *Ap. Euſeb. L. V. c. 13. Aſſerebat, non eſſe omnino examinandam fidem; ſed unumquemque in eo, quod ſemel imbibiſſet, perſtare oportere. Quippe eos, qui in crucifixo ſpem ſuam collocaſſent, ſervandos eſſe affirmabat, dummodo in bonis operibus deprehenderentur.*

# CAPUT XXXIIX.

CLEMENS, Alexandrinæ Eccleſiæ presbyter, p) Pantæni, de quo ſupra retulimus, auditor, q) poſt ejus mortem r) Alexandriæ Eccleſiaſticam

Κλήμης Ἀλεξανδρεὺς πρεσβύτερος, Παντάινου, οὗ ἐπεμνήσθημεν, ἀκροατὴς, ὃς μετὰ τὸν τούτου τελευτὴν τὴν διατριβὴν τῆς ἐν Ἀλεξαν

p) Clementem μακάριον πρεσβύτερον vocat Alexander Hieroſol. in Epiſtola ad Antiochenſes apud Euſeb. VI. 11.

q) In ὑποτυπώσεων libris Pantænum magiſtrum ſuum nominatim appellavit Clemens teſte Euſebio VI. 13. ἐν οἷς ὀνόμασι τὸν διδάσκαλον τὸν Παντάινον μνημονεύει.

r) Hoc non ita certum neque ex Euſebio probandum. Potius veriſimile eſt Clementem Pantæno vivo ſuffectum fuiſſe cum ille a Demetrio in Indiam ablegaretur circa A. C. 189. Vide Tillemontium T. 3. memor. Cæterum Pantæno Clementem, (non Clementi Pantænum ut Philippus Sidetes affirmat) in Scholæ Alexandrinæ præfectura ſucceſſiſſe, diſerte tradit Euſebius VI. 6. Παντάινον μὲν Κλήμης διαδεξάμε-

ſcholam tenuit, & κατηχήσεων magiſter fuit. Feruntur ejus inſignia volumina, plenaque eruditionis & eloquentiæ, tam de Scripturis divinis, quam de ſæcularis litteraturæ inſtrumento. E quibus illa ſunt, στρωματεῖς libri octo: s) ὑποτυπώσεων libri octo: t) adverſus Gentes liber unus: u) Pædagogi libri tres: x) de Paſcha liber unus: y) de jejunio diſceptatio: z) & alius, qui inſcribitur, *Quisnam divus ille ſit, qui ſalvetur*: a) de obtrectatione liber unus: b) de canonibus Eccleſiaſticis, & adverſum eos, qui Judæorum ſequuntur errorem, liber unus, c) quem proprie Alexandro, Hieroſolymorum Epiſcopo, προσεφώνησε. Meminit autem d) in Stromatibus ſuis, voluminis Tatiani adverſus Gentes, de quo ſupra e) diximus, & Caſſiani cujusdam χρονογραφίας, quod opuſculum invenire non potui. Necnon & de Ju-

Ἀλεξανδρείας ἐκκλησίας κατέσχε, καὶ κατηχήσεων διδάσκαλος γέγονεν. Ἐπίσημός τε τὴν ψυχὴν παιδεύσεως, καὶ ἐγκυκλίου παιδείας ἀνάμεσα συνέπλεξε, τῶν μὲν τῶν θείων, τοῦτο δὴ καὶ χρησιμωτάτων, ἀφ' ὧν ἐστι τάδε· Στρωματεῖς ἐκτὼ, ὑποτυπώσεων λόγοι ὀκτὼ, καὶ τῶν ἐθνῶν παιδαγωγοὶ τρεῖς, πρὸς τὰ πάσχα ἕν, περὶ νηστείας διάλεξις, καὶ ἕτερος ὀνομαζόμενος, τίς ὁ σωζόμενος πλούσιος, περὶ κακολογίας λόγος εἷς, περὶ καινῶν ἐκκλησιαστικῶν, καὶ κατὰ τῶν ἀκολουθούντων τῇ τῶν Ἰουδαίων πλάνῃ λόγοι δύο, ὧν τινα ἰδικῶς Ἀλεξάνδρῳ Ἐπισκόπῳ Ἱεροσολύμων προσεφώνησε. Μέμνηται δὲ ἐν τοῖς ἰδίοις στρώμασιν τῆς ψυχῆς Ταπανῆ τοῦ προεριμένου καὶ τῶν ἐθνῶν, καὶ Κασσιανοῦ τινος χρονογραφίας, ὅπερ ἐν τοῖς παλαιοῖς εὑρεῖν

ος τῆς κατ' Ἀλεξάνδρειαν κατηχήσεως καθηγεῖτο &c. Sic & Photius Cod. 118. Poſſit Philippi Sidetæ teſtimonium ita cum Euſebio conciliari, ut Pantænus ex India reverſus iterum Scholæ Alexandrinæ rectoram poſt Clementem ſuſceperit, & deinde defunctus iterum illam Clementi gerendam reliquerit.

s) Euſeb. VI. 13. Τῶν δὴ Κλήμεντος στρωματεῖς οὗτοι παρ' ἡμῖν φέρονται — — Τοῦτο Φλαουίου Κλήμεντος τὸ καὶ τὴν ἀληθῆ φιλοσοφίαν γνωστικῶν ὑπομνήματα στρωματεῖς.

t) Ἰσάριθμοί τούτοις εἰσὶν οἱ ὑπογεγραμμένοι ὑποτυπώσεων αὐτοῦ λόγοι. id. Hoc hypotypoſeon opus, de quo etiam Photius Cod. 109., intercidit.

u) Ἔστι δ' αὐτοῦ καὶ πρὸς Ἕλληνας λόγος. id. Hic eſt qui in editionibus operum Clementis familiam ducit λόγος προτρεπτικὸς πρὸς Ἕλληνας.

x) Τρεῖς τε οἱ τῶν ὑπογεγραμμένων παιδαγωγός. Euſeb. Opus inſigne & ad mores formandos aptiſſimum.

z) Περὶ τοῦ Πάσχα σύγγραμμα Euſeb. IV. 26. & VI. 13. Non exſtat præter pauca fragmenta.

z) Nicephorus IV. 33. ὁμιλίαι, Euſebii Codices ἀμφιλίξεις περὶ νηστείας. Rufin. *Diſputatio de jejunio.* Ita & apud Hieronymum MS. Gemblacenſe & Affligimienſe teſte Suffrido Petri. At Sigebergenſis: *De jejunio liber unus. De diſceptatione liber unus.* Photio Cod. CXI. περὶ νηστείας. Non exſtat.

a) Τίς ὁ σωζόμενος πλούσιος. Libellus utilis ac præclarus, ſub Origenis pridem editus nomine, ſed vero auctori ſuo reſtitutus a viris doctiſſimis, & noviſſime a Johanne Pottero, Oxonienſi Epiſcopo, cui optimam operum Clementis editionem debemus vulgatam Oxon. 1715. fol.

b) Euſeb. VI. 13. & Nicephorus IV. 33. Περὶ κατηλαλίας. Photius Cod. CXI. περὶ κακολογίας.

c) Euſeb. Καὶ ὁ ὑπογεγραμμένος καινὸν ἐκκλησιαστικὸς ἢ πρὸς τοὺς Ἰουδαΐζοντας, ὃν Ἀλεξάνδρῳ τῷ δεδηλωμένῳ ἐπισκόπῳ ἀναπέπεικεν. Phot. περὶ καινόνων ἐκκλησιαστικῶν καὶ τῶν ἀκολουθούντων τῇ τῶν Ἰουδαίων πλάνῃ. Niceph. ὃς καινὸν ἐκκλησιαστικὸς ὑπογέγραπται, καὶ ἃ πρὸς Ἰουδαΐζοντας. Rufin. *Sed & ille qui ſuperſcribitur Canon Eccleſiaſticus: item alius de his qui Judaicum ſenſum in Scripturis ſequuntur.* Ex Euſebio & Photio videtur eſſe perſpicuum, unum librum commemorari, non duos. Atque ita etiam intelligendus Hieronymus. In Codice Sangermanenſi teſte Marcianæo legitur absque Græca voce: *quem proprie ad Alexandrum Hieroſolymorum Epiſcopum ſcripſit.* Alii retinent verbum προσεφώνησε, uſitatum Hieronymo in ſuis præfationibus. De Alexandro hoc infra, ad notam i.

d) Euſeb. VI. 13. De Clemente: Μνημονεύεται τοῦ πρὸς Ἕλληνας Τατιανοῦ λόγου, καὶ Κασσιανοῦ, ὡς καὶ χρονογραφίαν πεποιημένου. De Tatiano Clemens 1. Strom. pag. 310. εἰρηκὼς μὲν οὖν περὶ τούτων ἀκριβῶς Τατιανὸς ἐν τῷ πρὸς Ἕλληνας. Caſſiani χρονογραφίαν quidem Clemens non commemorat, at de antiquitate temporum Moſis diſſerens eodem loco poſt laudatum Tatianum ſubjungit: εἰρηκὼς δὲ Κασσιανὸς ἐν τῷ πρώτῳ ἐξηγητικῶν. Fuit hic Julius Caſſianus Valentini diſcipulus, ac promachus Docetarum ex cujus libro περὶ ἐγκρατείας ἢ ἐνκρατίας nonnulla affert 3. Strom. p. 465. ſeq. Marianus Victorius edidit: *quod opuſculum in veteribus invenire non potui.* Sed vocabula *in veteribus* deſunt in plerisque MSS. Codd. licet in aliis leguntur & in Græco interprete.

e) Supra cap. 29.

dæis f) Ariſtobulum g) quemdam & Demetrium & Eupolemum h) ſcriptores adverſus Gentes refert; qui in ſimilitudinem Joſephi ἀρχαιογονίαν Moyſi & Judaicæ gentis aſſeverant. Exſtat Alexandri Hieroſolymorum Epiſcopi, qui cum Narciſſo i) poſtea rexit Eccleſiam, Epiſtola ſuper ordinatione Aſclepiadis k) confeſſoris ad Antiochenſes, congratulantis eis, in qua ponit in fine: *Hæc vobis domini ac fratres ſcripta transmiſi per Clementem beatum presbyterum, virum illuſtrem & probatum: quem vos quoque ſcitis, & nunc plenius recognoſcetis, qui cum huc veniſſet juxta providentiam & viſitationem Dei, confirmavit & auxit Domini Eccleſiam.* Conſtat, Origenem hujus fuiſſe diſcipulum. l) Floruit autem Severi & Antonini filii ejus, temporibus.

*Euſeb. VI. 11.* ταῦτα ὑμῖν κύριοι μου ἀδελφοὶ τὰ γεγραμμένα ἀπέσταλα διὰ Κλήμεντος τοῦ μακαρίου πρεσβυτέρου, ἀνδρὸς ἐναρέτου καὶ δοκίμου ὃν ἴστε καὶ ὑμεῖς καὶ ἐπιγνώσεσθε, ὃς καὶ σὺν ἡμῖν παρὼν καὶ τὴν ἐφορείαν καὶ ἐπισκοπὴν ἐποιήσατο καὶ διαστήσας ἐστερέωσε καὶ ηὔξησε τὴν τοῦ Κυρίου Ἐκκλησίαν.

ρεῖν ἐκ ἰδυνήθημεν. Οὐδὲν ὑμῖν κρεῖττον καὶ Ἰουδαίους Ἀριστόβουλόν τινα καὶ Δημητρίου, καὶ Εὐπόλεμον ἀναφέρει, οἵτινες τῶν ἐθνῶν συγγεγραμμένας καθ' ὁμοιότητα Ἰωσήπου, ἀρχαιογονίας Μωϋσέως, καὶ τὰ Ἰουδαϊκὰ ἔθνη. Ἔστι καὶ Ἀλεξάνδρου Ἱεροσολύμων Ἐπισκόπου ὃς μετ' Ἀρχίσταον ὕστερον ἐφέστη τῆς ἐκκλησίας, Ἐπιστολὴ περὶ χειροτονίας Ἀσκληπιάδου ὁμολογητοῦ, πρὸς Ἀντιοχείς, συγχαίρουσα αὐτοῖς, ἐν ᾗ καὶ τὸ τέλος αὐτῶν λέγει. Ταῦτα ὑμῖν κύριοι ἀδελφοί τὰ γεγραμμένα ἀπέσταλα, διὰ τοῦ ἁγιωτάτου Κλήμεντος ἀνδρὸς πεφανῆς, καὶ δεδοκιμασμένου, ὃν καὶ ὑμεῖς ἴστε, καὶ νῦν πλέον ἐπιγνώσεσθε, ὃς ἐπειδὴ ἐλθὼν καὶ παροικίαν καὶ ἐπιφοίτησιν θεοῦ, ἐστερέωσε καὶ ηὔξησε τὸ Κυρίου τὴν ἐκκλησίαν. Ὁμολογητὴν τὸν Ἀσκλῆπιν τοῦτον γενόμενον μαθητήν. Ἤνθησε δὲ βασιλεύοντων Σεβήρου καὶ Ἀντωνίνου τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ.

f) Euſebius: Ἔτι μὴν Φίλωνος μνημονεύει καὶ Ἀριστοβούλου, Ἰωσήπου καὶ Δημητρίου καὶ Εὐπολέμου Ἰουδαίων συγγραφέων, ὡς ἂν τούτων ἁπάντων ἐγγραφως πεισθέντων τὴν παρ' Ἕλλησιν ἀρχαιογονίας Μωϋσέα τε καὶ τὸ τοῦ Ἰουδαίων γένος δεδοξακότων.

g) Ex Ariſtobuli Peripatetici libro 1. ad Philometorem affert nonnulla Clemens 1. Strom. p. 342. quibus antiquitas Hebraicæ Philoſophiæ adſtruitur. Et lib. V. p. 595. ait ab illo ſcripta eſſe *βιβλία ἱκανὰ volumina complura*, quibus probavit Philoſophiam Peripateticam plurima debere Legi Moſaicæ ac Prophetis. Τὴν περιπατητικὴν φιλοσοφίαν ἔκ τε τοῦ τοῦ Μωϋσέα νόμου καὶ τῶν ἄλλων προφητῶν.

h) Demetrium ἐν τῷ περὶ τῶν ἐν Ἰουδαίᾳ βασιλέων citat Clemens 1. Strom. p. 337. teſtatus Philonem & Eupolemum ſimilis argumenti ſcripta edidiſſe. Atque Eupolemi librum hoc titulo iterum laudat p. 344.

i) Narciſſus annos natus CXVI. Alexandrum Collegam Epiſcopatus Hieroſolymitani adſcivit teſte Euſebio VI. 11.

k) Aſclepiades hic Epiſcopus poſt Serapionem Antiochenus, de cujus ordinatione ex Epiſtola Alexandri Epiſcopi Hieroſol. ad Antiochenſes nonnulla affert Euſebius loco jam laudato. Μέμνηται καὶ τῆς τούτου καταστάσεως Ἀλέξανδρος Ἀντιοχεῦσι γράφων ὧδε &c.

l) Euſeb. VI. 6. Ὡς καὶ τὸν Ὠριγένην τοῦ φοιτητὰν αὐτοῦ παῖδα ὄντα γενέσθαι. Photius Cod. 118. Τὸν Ὠριγένην - ἀκροατὴν καὶ διάδοχον (Confer Hieron. infra c. 38.) λέγουσι γενέσθαι Κλήμεντος ἑπόμενον τοῖς γράμμασιν. Etiam Alexander Hieroſol. apud Euſebium VI. 14. teſtatur innotuiſſe Origenem ſibi primum per Pantænum & Clementem.

## ERASMI SCHOLIA.

*Catecheſeon.*) κατηχήσεων, id eſt, inſtitutionum, nomen verbale ab eo profectum verbo, unde dicti ſunt Catechumeni.

*Stromatum.*) στρωματέων, στρώματα ſtragulæ dicuntur, quæ ſolent è variis coloribus contexi, unde στρωματεῖς, ad eum contextus modum dicitur liber.

*Hypotypoſeon.*) ὑποτυπώσεων, id eſt, ſubnotationum, quum res paucis indicatur? Ruffinus vertit, conformationum.

*De jejunio liber unus: De diſputatione liber unus.*) Sic enim in plerisque codicibus vitiavit ſcripturam, neſcio quis, ex unico libro duos faciens. In emendatioribus ita legitur: De jejunio diſceptatio. & alius qui inſcribitur. & cætera. Ad eundem modum legit Sophronius.

Προσφώνησιν.) *Ideſt, dedicavit ſive addixit, ut magis ad verbum reddam.* Uſus eſt hoc verbo M. Tullius aliquoties in Epiſtolis ad Atticum.

*Cujusdam chronographiæ.*) χρονογραφίας, id eſt, annalium ſive temporum deſcriptiones.

*Qui in ſimilitudinem Joſephi.*) Hic ſubjiciebatur Græca vox non uno modo depravata. Cæterum eam ex emendatiorum voluminum veſtigiis, tum ex Sophronio reſtituimus ἀρχαιογονίας, quod ferme ſonat antiquas generationes, ſive ortum primarum rerum.

## MARIANI VICTORII.

*Κατηχήσεων.* Institutionum, quibus catechumeni, quorum inde ducitur nomen, in fide instruuntur.

*Στρωματεῖς.* Impressi hodie sunt hi Clementis libri: quorum nomen, quod varia eruditione contexti sint, ita sunt appellati.

*Ὑποτυπώσεων.* Subnotationum, seu conformationum.

*Προσεφώνησε.* Addixit, dedicavit, ac veluti acclamavit. Cicero ad Atticum hac voce similiter usus est.

*Χρονογραφίας.* Temporum descriptiones, seu annales.

*Quod opusculum in veteribus invenire non potui.* ἐν τοῖς παλαιοῖς, habet Sophronius: & ita legunt codices manuscripti Mediceus, & Fesulanus: deerat tamen antea.

*Ἀρχαιογονίας.* Vox ipsa antiquas generationes sonat.

## NOTÆ HENRICI GRAVII.

*Clemens.*) Hieron. in Dan. IX. & epist. ad Magnum: *Clemens Alexandrinæ Ecclesiæ presbyter, vir, meo judicio, omnium eruditissimus, VIII. scripsit stromatum libros, & totidem Hypotyposeon, & alium contra gentes, Pædagogi quoque volumina tria, Quid in illis indoctum? immo quid non e media philosophia est?* Vide Eusebium cap. XI. lib. V.

*Feruntur ejus insignia volumina.*) De his lege Eusebium lib. VI. cap. XI.

*Adversus gentes liber unus.*) Vide Euseb. libr. 2. de præparatione Evangelica, & alibi in eodem opere.

*Quem proprie Alexandro Hierosolymitarum Episcopo προσεφώνησε.)* Ita quidem Sophronius. Eusebius autem habet ἀναθήκην.

*Extat Alexandri Hierosolymitarum Episcopi.*) Euseb. lib. VI. cap. XI. in Chronicis: *Anno 1. Antonini Caracallæ Alexander XXXI. Hierosolymorum Episcopus ordinatur, adhuc vivente Narcisso, & cum eo pariter Ecclesiam regit.*

*Super ordinatione Asclepiadis confessoris.*) Fuit Antiochiæ IX. Episcopus.

## SCHOLIA AUBERTI MIRÆI.

Clemens Alexandrinæ Ecclesiæ presbyter, patria Athenienſis, Pantæni discipulus, & Origenis magister, multa scripsit, quæ Eusebius lib. 5. hist. c. 12. & hoc loco Hieronymus recensent. Ex ejus operibus exstant solummodo *Pædagogi libri tres, Stromatum libri octo, & Oratio exhortatoria ad Gentes*; omnia Latine 1612. Parisiis, & anno 1616. Græco-Latine excusa. Vixit sub Imp. Severo: ut ex lib. 1. Stromatum colligi datur. In libris ejus nonnullæ sententiæ occurrunt, quæ errorem sapiunt. Has Bellarminus in libris controversiarum notavit, & ob eas Gelasius I. Papa Clementis hujus opuscula inter Apocrypha retulit. Utrum autem sententiæ illæ ab hæreticis insertæ fuerint, an Clementi ut homini exciderint, Bellarminus in Catalogo dicit se ignorare. Cassiodorus lib. 1. Institutionum divinarum memorat Explanationem Clementis Alexandrini in Epistolas canonicas. An sit ea, quæ in Bibliotheca veterum Patrum legitur, idem Bellarminus dubitat.

## ERNESTI SALOMONIS CYPRIANI.

*De jejunio disceptatio.* Duos libros ex uno facit Guelpherbytanus codex. Nam ita habet: *De jejunio liber unus, de disceptatione liber unus.*

*De canonibus Ecclesiasticis, & adversus eos, qui Judæorum sequuntur errorem, liber unus.* Non fuerunt duo libri, sed unus, cui titulum esse voluit: κανὼν ἐκκλησιαστικός.

*Cassiani.* Scribendum: *Casiani*, non *Cassiani*, ut scribit cum Eusebio Hieronymus. Clemens enim semper Casianum vocat. Scripsit vero Julius Casianus etiam exegetica & de continentia librum, ceu tradit Clemens I. & III. Stromatum. *Conf. Euseb. L. X. de præpar. p. 496.*

*Hæc vobis domini ac fratres.* Eusebius Κύριοί μου ἀδελφοί; unde est, quod multi Hieronymi codices exhibent: *Domini fratres.* Sed nostra lectio melior est. Nam recentiori ævo obtinuerunt hæ locutiones: Dominus Imperator, Dominus Pater, Dominus Frater.

*Per Clementem.* Recte Hieronymus existimat, Clementem, quem hac Epistola laudat Alexander, Alexandrinum fuisse, quod non addit Eusebius. Neque enim alio Clemente familiariter usum legimus Alexandrum, cui noster probe cognitus fuit, & librum de Ecclesiastico canone consecravit, ut tradit Eusebius libro VI. capite XIII. Præterea testatur ipse Clemens, *L. 1. Strom. p. m. 274.* se, postquam in Palæstina aliquamdiu audivisset doctos, concessisse in Ægyptum.

*Recognoscetis.* Codex Guelpherbytanus: *Cognoscetis*, quod præferendum est. Eusebius enim habet: Ἐπιγνώσεσθε. Cæterum verba epistolæ paulo aliter recitat Hieronymus, quam Eusebius. Quod ad libros Clementis attinet, magnam partem hodienum extant. In vulga-

vulgaribus editionibus nonnulla, haut quaquam deperdita, deſiderantur, quæ Angli adiecerunt, & celeberrimus Ittigius, qui ſuperiori ſeptimana Lipſiæ operum Clementis Alexandrini ſupplementum in lucem emiſit. 1700. 8.

# CAPUT XXXIX.

MILTIADES, cujus Rhodon m) in opere ſuo, quod adverſus Montanum, Priſcam, Maximillamque compoſuit, recordatur, n) ſcripſit contra eosdem volumen præcipuum, & adverſus Gentes Judæosque libros alios, o) & Principibus illius temporis p) Apologeticum dedit. Floruit autem M. Antonini Commodi temporibus.

Μιλτιάδης, οὗ πρῶτον Ῥόδων ἐν τῷ ἰδίῳ συγγράμματι τῷ κατὰ Μοντανοῦ καὶ Πρισκίλλας καὶ Μαξιμίλλας συνθέντι, μέμνηται, ἐγχεῖρημα κατ' αὐτῶν πυκνὸν ἐξαίρετον, καὶ κατὰ τῶν ἐθνῶν τε καὶ Ἰουδαίων λόγους ἄλλους. Ἐπιδοὺς δὲ τῷ τηνικαῦτα βασιλεῖ ἀπολογητικὸν, αὐθήσατο ἐπὶ τῆς χρόνους Μάρκου Ἀντωνίνου Κομόδου.

m) Anonymum illum ex cujus opere contra hæreſin Montani, excerptà afferuntur ab Euſebio V. 16. ſeq. Hieronymus non dubitavit eſſe Rhodonem, ut jam notavi ſupra c. 37. Fallitur enim Martinus Lipſius qui Apollinarem pro Rhodone reponi voluit teſte Suffrido Petri. Fallitur etiam vir eruditiſſimus, qui p. 240. diſſ. de hæreſiarchis, Apollonium ab Hieronymo pro auctore illius operis haberi exiſtimavit.

n) Euſebius V. 17. Ἐν τούτῳ δὲ τῷ συγγράμματι καὶ Μιλτιάδου συγγραφέως μέμνηται, ὡς λόγου τινὰ καὶ αὐτοῦ κατὰ τῆς προειρημένης αἱρέσεως γεγραφότος. Argumentum libri Miltiadis fuit, πρέπειν δὲ μὴ δεῖν προφήτην ἐν ἐκστάσει λαλεῖν, *non oportere Prophetam in exceſſu mentis ſive per amentiam prophetari.* Pro Priſcilla ſcripſi *Priſcam*, nam ut monent Eraſmus, Suffridus Petri & Marcianæus, nusquam legitur *Priſcilla* in Codd. MSS. ſed ubique *Priſca*.

o) Libri duo fuere adverſus Gentes & adverſus Judæos duo. Euſeb. καὶ ἄλλους ἡμῖν τῆς ἰδίας περὶ τὰ θεῖα λόγια σπουδῆς μνήμας καταλέλοιπεν, ὅν τε τοὺς πρὸς Ἕλληνας συνέταξε λόγους, καὶ τοὺς πρὸς Ἰουδαίους, ἑκατέρᾳ ἰδίως ἐπιβάσει ἐν δυσὶ συντάγμασι συγγράμμασιν.

p) Euſeb. Πρὸς τοὺς κοσμικοὺς ἄρχοντας. Rufin. *ad Principes Romani regni.* Niceph. πρὸς ἄρχοντας. Omnino Imperatores intelliguntur Marcus Antoninus & Lucius, vel idem Marcus cum filio Commodo. Vide Dodwellum diſſ. ad Irenæum p. 369. Imperatores Euſebius κοσμικοὺς ἄρχοντας appellat, ut Epiſcopos ἄρχοντας ἐκκλησιῶν IV. 24. Rhodonis ſcripta pridem interciderunt omnia. Perperam Græcus interpres & Codices quidam *Principi*.

## ERASMI SCHOLIA.

*Priſcam Maximillamque.*) Magno conſenſu noſtri codices habent, Priſcam, ſolus Sophronius legit, Priſcillam, idque conſtanter in his quæ ſequuntur.

*Apologeticum.*) Id eſt, defenſorium.

## MARIANI VICTORII.

*Et principi illius temporis Apologeticum dedit.* Sic ex vetuſtis codicibus emendavimus, itidemque ex Sophronio, qui habet βασιλεῖ. Principibus, tamen antea legebatur.

## NOTÆ HENRICI GRAVII.

*Miltiades, cujus Rhodon.*) Legendum apparet: *cujus Apollinarius in opere ſuo &c.* Non enim de de Rhodone, ſed de Apollinario hoc ſcribit Euſebius lib. 4. c. 18.

*Et adverſus gentes.*) Idem Hieron. epiſt. ad *Magnum*: *ſcripſit & Miltiades contra Gentes volumen egregium.* Tertullianus contra Valentinianos: *Miltiades Eccleſiarum ſophiſta.*

## ERNESTI SALOMONIS CYPRIANI.

Hunc Tertullianus *adverſus Valentinian. c. 5.* vocat virum ſanctitate & præſtantia inſignem, eccleſiarumque ſophiſtam, procul dubio propter diſputandi eximiam facultatem, in rebus præcipue ſacris.

*Cujus Rhodon in opere ſuo recordatur.* Gravius legendum putat: *Cujus Apollinaris recordatur*, cum Euſebius non dicat, Rhodonem meminiſſe Miltiadis, ſed Apollinarem id feciſſe teſtetur. Fallitur Gravius, incertumque eſt, quis ſit ille ſcriptor, Miltiadis faciens mentionem apud Euſebium libro V. capite XVII. Ait enim Euſebius, unum ex illis, qui contra Cataphrygas ſcripſerunt, Miltiadis noſtri meminiſſe; quis vero ſit, non declarat. Valeſius ad l. c. Euſebii ait, Hieronymum memoria lapſum ſcribere, Rhodonem laudaſſe Miltiadem, cum tamen apud Euſebium Rhodonis nomen non ſit expreſſum. Verum quia conſtat, Rhodonem Cataphrygas impugnaſſe, facile credo, in libris illius laudatum eſſe Miltiadem, nec erraſſe heic Hieronymum: quod inconcuſſum perſtat, donec probaverit Valeſius, Hieronymum Rhodonis libros non vidiſſe, ſed ſolummodo caput hoc ex Euſebii hiſtoria

compoſuiſſe. Si ex ſolo Euſebio hæc retulit, verum eſt, illi conſtare non potuiſſe, utrum Rhodon, an alius quidam Miltiadem laudaverit. Neque enim autoris nomen expreſſit Euſebius, a quo Miltiadem laudatum tradit.

*Volumen præcipuum.* Inſcriptus eſt liber: περὶ τοῦ μὴ δεῖν προφήτην ἐν ἐκστάσει λαλεῖν *Euſeb. L. c. c. 17.*

# CAPUT XL.

APOLLONIUS, vir diſertiſſimus, ſcripſit adverſus Montanum, Priſcam & Maximillam inſigne & longum volumen, q) in quo aſſerit Montanum, & inſanas vates periiſſe ſuſpendio: r) & multa alia, in quibus de Priſca & Maximilla refert: *S. negant eas accepiſſe munera,* s) *confitentur non eſſe Propheras, qui accipiunt: & mille hoc teſtibus approbabo. Sed & ex aliis fructibus probantur Prophetæ. Dic mihi, crinem fucat Propheres? ſtibio oculos linit? Prophetæ veſtibus & gemmis ornantur? Prophetes tabulæ ludit & teſſeris? Prophetæ fœnus accipit? Reſpondeant, utrum hoc fieri liceat, an non: meum eſt approbare, quod fecerint.* Dicit in eodem libro, quadrageſimum eſſe annum t) usque ad tempus, quo ipſe ſcribebat librum, ex quo hæreſis Cataphrygarum habuerit exordium. Tertullianus u) ſex voluminibus adverſus Eccleſiam editis, quæ ſcripſit περὶ ἐκστάσεως, ſeptimum proprie adverſus Apollonium elaboravit, in quo omnia quæ ille arguit, conatur defendere. Floruit autem Apollonius ſub Commodo, Severoque Principibus.

Ἀπολλώνιος αὐτὸς ἐλλογιμώτατος, ἔγραψε κατὰ Μοντανοῦ, Πρισκίλλας καὶ Μαξιμίλλας μέγα καὶ ἀξιόλογον τεῦχος, ἐν ᾧ φησι Μοντανὸν καὶ τὰς μαινομένας προφήτιδας ἀπαγξαθῆναι, καὶ ἕτερα πολλά, ἐν οἷς περὶ Πρισκίλλας καὶ Μαξιμίλλας λέγει. Εἰ ἀρνοῦνται αἵτινες εἰλήφασι δῶρα, ὁμολογήσουσι μὴ εἶναι προφήτας τὰς δεχομένας δῶρα, καὶ διὰ χιλίων τοῦτο ἐλέγχω μαρτύρων. Ἀλλὰ καὶ ἀπὸ ἔργων προφήτας δοκιμάζονται. Ἐπί μοι, κόμην βάπτει προφήτης; Στιβίῳ τοὺς ὀφθαλμοὺς χρίει; προφήτης ἐσθήματι καὶ μαργαρίταις κοσμεῖται; προφήτης πεσσοὺς καὶ βόλους παίζει; τόκους λαμβάνει προφήτης; δόπακι θώσιν, εἰ τοῦτο γινώσκει ἔχον, ἢ καὶ μή, ἐξ ἐμοῦ ἐστὶ ἐλέγξαι ὅπερ πεποιήκασι. Λέγει ἐν αὐτῇ τῇ βίβλῳ, τεσσαρακοστὸν εἶναι ἐνιαυτὸν ἕως δὲ καιροῦ, ἐν ᾧ καὶ αὐτὸς συγγράφεται, ἀφ' οὗ τὴν ἀρχὴν ἐδέξατο ἡ αἵρεσις ἡ κατὰ Φρύγας. Τερτυλλιανὸς δὲ ἐκδεδωκὼς λόγους ἓξ κατὰ τῆς Ἐκκλησίας περὶ ἐκστάσεως, τὸν ἕβδομον ἰδικῶς κατ' Ἀπολλωνίου συνέταξεν, ἐν ᾧ πάντα ὅπερ ἐκεῖνος εὑρίσκειν ἐπιχειρεῖ, ἐκδικεῖ. Ἤνθησε δὲ Ἀπολλώνιος ἐπὶ Κομόδου καὶ Σεβήρου.

annum t) usque ad tempus, quo ipſe ſcribebat librum, ex quo hæreſis Cataphrygarum habuerit exordium. Tertullianus u) ſex voluminibus adverſus Eccleſiam editis, quæ ſcripſit περὶ ἐκστάσεως, ſeptimum proprie adverſus Apollonium elaboravit, in quo omnia quæ ille arguit, conatur defendere. Floruit autem Apollonius ſub Commodo, Severoque Principibus.

q) Euſebius V. 18. Τῆς δὲ κατὰ Φρυγῶν καλουμένης αἱρέσεως καὶ Ἀπολλώνιος ἐκκλησιαστικὸς συγγραφεὺς ἀκμάζοντος ἔτι τότε κατὰ τὴν Φρυγίαν ἔλεγχον ἐνεστήσατο ἴδιον κατ' αὐτῶν ποιήσας σύγγραμμα.

r) Hoc non ex Apollonio ſed ex altero ſcriptore (quem Rhodonem Hieronymus habet c. 37. & 39.) Montaniſtarum adverſario narrat Euſebius V. 16. p. 181. Μοντανόν τε καὶ Μαξιμίλλαν ὑπὸ πνεύματος βλαψίφρονος ἐκατέρας ὑποκινήσαντος, λόγος ἀναφέρων ἑαυτὰς ἐκ δόμων, καὶ ὅτε τῆς ἑκάστης πλευτῆς καιρὸν φήμη πολλή, καὶ ἔτω ὅτε πλευτῆσαι καὶ τὸ ζῆν καταπρέψαι ἴδοι τις ἄν. Nec Apollonii ſcriptum nec Rhodonis hodie exſtat, exceptis fragmentis ab Euſebio ſervatis.

s) Apollonius apud Euſeb. V. 18. p. 184. Δοκεῖσοι πᾶσα γραφὴ κωλύειν προφήτην λαμβάνειν δῶρα καὶ χρήματα; ὅπου δ' ἂν ἴδω τὴν προφητικὴν εἰλήφυῖαν καὶ χρυσὸν καὶ ἄργυρον καὶ πολυτελεῖς ἐσθῆτας, πῶς αὐτὴν μὴ ψευδοπροφήτιν κρίνω;

t) Ὁ δ' αὐτὸς ἔτος Ἀπολλώνιος καὶ τὸ αὐτὸ συγγράμμα ἱστορεῖ, ὡς ἄρα πεντηκοστὸν ἐτύγχανεν ἔτος ἀπὸ τῆς τοῦ συγγράμματος αὐτοῦ γραφῆς ἐξ οὗ τῇ προσποιήτῳ αὐτοῦ προφητείᾳ ὁ Μοντανὸς ἐπεχείρησε. Euſeb. ibid. pag. 186. Scripſerit itaque Apollonius hic poſtremis Septimii Severi annis, circa A.C. 210. vel 211.

u) De hiſce ſeptem Tertulliani libris, qui hodie non exſtant, meminit etiam Hieronymus c. 24. & 53.

## ERASMI SCHOLIA.

In nonnullis voluminibus ex Apollonino fecerant Apollinarem.

*Et inſanas vates.*) Priſcillam & Maximillam.

*Ex aliis fructibus.*) Sophronius legiſſe videtur, actibus, ἔργων vertens.

*Hereſis Cataphrygarum.*) Sophronius vertit, ἡ κατὰ Φρύγας, hoc eſt, ſecta Phrygum.

*Quos de ecſtaſi.*) περὶ τῆς ἐκστάσεως, id eſt, de raptu ſive exceſſu mentis, ut nunc loquuntur.

MARIA-

## MARIANI VICTORII.

*Crinem fucat Propheta? ſtibio oculos linit? Propheta veſtibus & gemmis ornatur? Propheta tabula ludit, & teſſeris?* Priſcillam & Maximillam, inſanas feminas, his verbis notat. Vitia autem erant alicubi, & literis quibusdam, & numero.

*Quæ ſcripſit περὶ ἐκστάσεως.* Quæ, ſcilicet volumina, antea legebatur, Quos. Ἔκστασις autem eſt raptus mentis, ac a ſeipſo abſceſſus quidam.

## NOTÆ HENRICI GRAVII.

*Apollonius.*) Vide Euſeb. lib. 5. cap. 18.

*In quo aſſerit Montanum & inſanas vates ejus.*) Ita lege.

*Prophetes veſtibus & gemmis ornatur*) Ita reſtituenda corrupta lectio. Euſebius: Προφήτης Φιλοσοφῶν.

*Tertullianus VI. voluminibus adversus Eccleſiam editis, quos ſcripſit de ecſtaſi.*) Ita lego: quia Latine, non autem Græce eos libros ſcripſiſſe dignoſcitur.

*Septimum proprie adverſus Apollonium elaboravit.*) Meminit horum librorum etiam ſupra in Melitone.

## AUBERTI MIRÆI SCHOLIA.

De Miltiadis & Apollonii ſcriptis Euſebius hiſt. lib. 5. cap. 17. & 18. agit. Uterque contra Montanum, itemque Priſcillam & Maximillam ſcripſit. Montanus porro, cum Maximilla, ſuſpendio periit.

*Crinem fucat Propheta* &c. Priſcillam & Maximillam, inſanas fœminas, his & ſubſequentibus verbis notat.

## ERNESTI SALOMONIS CYPRIANI Annotationes.

*In quo aſſerit, Montanum & inſanas vates periiſſe ſuſpendio.*) Hoc loco rurſus reprehenditur a Valeſio *ad Euſeb. L. V. c. 16.* Hieronymus, quod librum in quo hæc de Montano referuntur, Apollonio adſcribat, cum tamen autor libri ignotus ſit, & ab Euſebio haud nominatus. Verum quia Euſebius libri V. capite XVIII. tradit, Apollonium Cataphrygas peculiari volumine confutaſſe; nondum aſſequor, cur Hieronymus dicatur erraſſe, niſi errare ſit, plus dicere, quam dixit Euſebius. Autorem libri non nominavit Euſebius, quem Hieronymus potuit nominare, viſo ſcilicet libro, autoris nomen præferente, quo caruerat Euſebius. Sane mihi ita videtur, ac ſi Euſebius erraverit, atque ex uno Apollonii libro duos fecerit, adeo plane congruit argumentum libri, cujus autorem capite XVI. reticet, cum argumento diſputandique proceſſu libri ab Apollonio contra eosdem Cataphrygas editi, de quo agit capite XIIX. Facile eſt, incidere in librum ſine nomine autoris, ac inde quædam excerpere; deinde vero eundem librum cum autoris nomine invenire, ac fugitivo oculo itidem quædam, eaque a prioribus diverſa excerpere, nec tamen animadvertere, eadem, quæ ex priori libro excerpta ſunt, in hoc quoque contineri, eundemque librum eſſe.

*Si negant eas accipiſſe.* Ex hoc loco omnino corrigenda eſt lectio indiculi hæreſium, Hieronymo adſcribi ſoliti, ubi capite de Cataphrygis hæc Apollonii verba ſtolide depravantur. Inter alia ita habet: *Dic mihi crimen, fugat prophetas tibi oculos linet.* Itaque indiculum recte ex hoc cabite emendavit Cotelerius. *Not. ad T. I. monum. Eccleſ. Græc. p. 773. dic mihi, crinem fuerat Propheta? Stibio oculos linit?*

Περὶ ἐκστάσεως. Ecſtaſis Tertulliano eſt *ſancti Spiritus vis, operatrix prophetiæ*, ut ait capite XI, de anima. Hinc de fœmina quadam, quam Priſcam aut Maximillam fuiſſe, non poſſum induci, ut credam, ſic ſcribit *cap. IX. Eſt hodie ſoror apud nos, revelationum charismata ſortita, quæ in Eccleſia inter Dominica ſolennia per ecſtaſin in ſpiritu patitur, converſatur cum angelis.*

*Adverſus Apollonium.* Hunc librum una cum ſex illis περὶ ἐκστάσεως Pamelius Græce ſcriptos putat, primum quod Græcus fuerit & Græce ſcripſerit Apollonius; deinde quod Hieronymus librorum inſcriptionem Græcam recitet.

# CAPUT XLI.

SERAPION, undecimo Commodi Imp. anno x) Antiochiæ Epiſcopus ordinatus, ſcripſit E-

Σαραπίων τῷ ἑνδεκάτῳ ἔτει τῆς Κομόδου βασιλείας, χειροτονεῖται τῆς Ἀντιοχέων



x) Annus XI. Commodi reſpondet Anno CHriſti CXCI. Serapion in Antiocheno Epiſcopatu ſucceſſit Maximino, ut narrat Euſebius V. 19. deinde ſucceſſorem habuit Aſclepiadem. id. VI. 11. Creditur hoc factum circa A. C. 214. Scripta ejus nulla hodie exſtant.

piſtolam ad Caricum & Pontium, y) de hæreſi Montani, in qua & hæc addit : *Ut autem ſciatis falſi hujus dogmatis, id eſt, novæ prophetiæ ab omni mundo inſaniam reprobari, miſi vobis Apollinaris beatiſſimi, qui fuit in Hierapoli Aſiæ Epiſcopus, litteras.* z) Ad Domninum quoque, a) qui perſecutionis tempore ad Judæos declinaverat, volumen compoſuit; & alium de Evangelio, quod ſub nomine Petri fertur, librum b) ad Rhoſenſem c) Ciliciæ Eccleſiam, quæ in hæreſim ejus lectione diverterat. Leguntur & ſparſim ejus breves Epiſtolæ, d) auctoris ſui ἀσκήσει & vitæ congruentes.

*Euſeb. l. 9. c.* ὅπως ᾖ καὶ τῶν τότε ἤδη ἐπὶ τῆς ψευδοῦς ταύτης τοῦ λεγομένης νέας προφητείας ἐβδελύκτην ἡ ἐνέργεια πᾶσιν ἐν κόσμῳ ἀνθρώποις, γράφομεν ὑμῖν καὶ Κλαυδίου Ἀπολιναρίου τοῦ μακαριωτάτου γενομένου ἐν Ἱεραπόλει τῆς Ἀσίας Ἐπισκόπου γράμματα.

χίων Ἐκκλησίας Ἐπίσκοπον, ἔγραφεν Ἐπιστολὴν πρὸς Καρῖνον καὶ Πόντιον, περὶ τῆς αἱρέσεως Μοντανοῦ τοῦτο προθέτες. Ἵνα δὲ γνῶτε τὴν βλάσφημον τοῦτο τὸ δόγμα τοῦτο, τὴν καινὴν λέγω προφητείαν, καὶ τὴν ἐν ἄλλῳ τῷ κόσμῳ μανίαν διαδοκιμασίαν ὑπάρχειν, ἔπεμψα ὑμῖν Ἀπολιναρίου τοῦ μακαριωτάτου, ὃς γέγονεν Ἱεραπόλιτης Ἀσίας Ἐπίσκοπος, γράμματα· καὶ πρὸς Δόμνον δὲ τὸν τῷ καιρῷ τοῦ διωγμοῦ πρὸς τοὺς Ἰουδαίους καταπεφευγότα συμπαθῆ τυγχάνοντα, καὶ ἄλλο περὶ τοῦ Εὐαγγελίου, ὅπερ ὑπ' ὀνόματι Πέτρου φέρεται, καὶ πρὸς τὸν ἐν Ῥώσῳ τῶν Κιλίκων Ἐκκλησίαν βιβλον, ἣ τοὺς εἰς τὴν αἵρεσιν αὐτοῦ ἐξεκρέψη, καὶ τινας εἰς ἀναγνῶσιν τῆς τοῦτο αἱρέσεως μετήγαγεν. Ἀναγινώσκοντα δὲ καὶ σπουδὴν βεβαίαν αὐτοῦ Ἐπιστολαῖς τῇ ἀσκήσει, καὶ τῷ βίῳ αὐτοῦ συνάδοντα.

a) Πρὸς Δομνῖνον ἐκκατεπωκότα τινὰ καὶ τοῦτο τοῦ διωγμοῦ καιρὸν ἀπὸ τῆς εἰς χριστὸν πίστεως ἐπὶ τὴν Ἰουδαϊκὴν ἐθελοθρησκείαν. Euſeb. VI. 12. Honorius, *ad Domnionem.*

b) Ἕτερός τε συντάγμα οὐκ ὀλίγον αὖ περὶ τοῦ λεγομένου κατὰ Πέτρον Εὐαγγελίου, ὃν πεποίηται ἀπολέγων τὰ ψευδῶς ἐν αὐτῷ ἐρημένα, ἅμα τινας ἐν τῇ κατὰ Ῥωσὸν παροικίᾳ, σοφάσεως τῆς ἐρημένης γραφῆς εἰς ὑποδοχὰς διδασκαλίας ἀποκλίναντας. id. De Evangelio ſub Petri nomine jactato dixi in Codice Apocrypho Novi Teſt. p. 374. ſeq.

c) Rhoſus opidum Ῥῶς, Ῥῶσος vel Ῥωσὸς inter Iſſum Ciliciæ & Seleuciam Syriæ Antiochenæ cujus Epiſcopus Serapio. Vide quæ ad Stephanum Byz. & Plinium V. 22. viri docti, & Valeſius ad Euſeb. p. 115.

d) Καὶ ἄλλαι πρὸς ἑτέρους ἐπιστολαί. Euſeb. VI. 12. De alio Serapione Thmuitano, infra cap. 99.

## ERASMI SCHOLIA.

Græci Sarapion ſcribunt, aſtibulantibus & vetuſtiſſimis Latinorum exemplaribus.

*Ad Domnum.*) Nonnulli ſcriptum habebant Dominum. In vetuſtiſſimis lego Domnum, diſſyllabum, ſuffragante Sophronio.

*Autoris ſui Aſceſi.*) Sic enim in plerisque legitur. Cæterum ex Sophronio legendum, ἀσκήσει, hoc eſt, ſtudio ſive exercitio. Perperam autem adjecerat quiſpiam interpretamentum, id eſt, intelligentiæ.

## HENRICI GRAVII.

*Sarapion.*) Euſebius lib. v. cap. xix.

*Antiochiæ Epiſcopus ordinatus.*) Octavus videlicet. De libris ipſius lib. 6. Euſebius cap. x. Socrates in hiſtor. Eccleſiaſt. lib. 5. c. 7.

## AUBERTI MIRÆI SCHOLIA.

*S. SERAPIONIS* Epiſcopi Antiocheni ( qui ſub medium ſecundi ſæculi vixit ) ſcripta præter Hieronymum, Euſebius l. 6. hiſt. cap. 10. enumerat. Ex his duo tantum reſtant fragmenta; unum e libro *de Evangelio Petri*, alterum ex *Epiſtola ad Pontium & Caricum*: quæ ex Euſebio depromta Halloſius tom. 2. recitat. De eodem Serapione agit & Nicephorus Caliſtus lib. 4. c. 20. & 27.

*De Evangelio.*) Falſi Evangelii, ſub nomine Petri Apoſtoli, poſt Serapionem non pauci meminerunt; ut Origenes in cap. 23. Matthæi, Euſebius l. 5. hiſt. c. 3. & 19. Gelaſius diſt. 15. cap. Sancta Romana Eccleſia, & alii.

ERNESTI

## ERNESTI SALOMONIS CYPRIANI.

*Ad Caricum.* Ita reſtitui ex Euſebii libro VI. capite XII. Antea legebatur in Eraſmo, ut in codice bibliothecæ Guelpherbytanæ: *Ad Carinum.*

*Et ad Dominum.* Dici non poteſt, quam conſtans ſit hæc codicum lectio, manu ſcriptorum æque ac impreſſorum. Unde eandem retinuit Miræus, quod miror. Legendum enim: *ad Domninum*, cum apud Euſebium ſit: Δομνῖνον.

# CAPUT XLII.

APOLLONIUS, d) Romanæ urbis Senator, e) ſub Commodo Principe a ſervo Severo f) proditus, quod Chriſtianus eſſet, impetrato ut rationem fidei ſuæ redderet, inſigne volumen compoſuit, g) quod in Senatu legit; & nihilominus ſententia Senatus, pro Chriſto capite truncatus eſt; veteri apud eos obtinente lege, h) abſque negatione non dimitti Chriſtianos, qui ſemel ad eorum judicium pertracti eſſent.

Ἀπολλώνιος Ῥώμης συγκλητικὸς ἐπὶ Κομόδου τοῦ βασιλέως καὶ ὑπὸ τοῦ ἰδίου καὶ Σεβήρου πεπροδοθεὶς Χριστιανὸς εἶναι, ἀπαγείς τε τῆς οἰκείας πίστεως δοῦναι λόγον, μέγα τεῦχος συνέταξεν, ὅπερ ἐν τῇ συγκλήτῳ ἀνέγνω, καὶ ὅτως ἔδει ἦπλον ἀποφάσει τὴν σύγκλητον, ὥστε τοῦ Χριστοῦ ἀπετμήθη, παλαιὰς παρ' αὐτοῖς κατεχούσης συνηθείας, δίχα ἀρνήσεως μὴ ἀφεθῆναι τοὺς Χριστιανούς, τοὺς ἅπαξ εἰς τὴν αὐτῶν ἀκρόασιν ἐλκυσθέντας.

d) Male *Apollinarius* in edit. Helmſt. A. 1612. 4.

e) Euſeb. V. 21. ἐπὶ γοῦν τῆς Ῥωμαίων πόλεως Ἀπολλώνιον ἄνδρα τὸ τότε πίστων, ἐπὶ παιδείᾳ τε καὶ φιλοσοφίᾳ βεβοημένον εἰς δικαστήριον ἄγει. Senatorem fuiſſe ſcribit Hieronymus non hoc tantum loco ſed & Epiſt. 84. ad Magnum, licet apud Euſebium hodie nihil tale legitur. Nicephorus IV. 26. hunc Apollonium Martyrem eundem putat cum Apollonio qui contra Montaniſtas ſcripſit, de quo ſupra, cap. 40.

f) Nomen ſervi, & Senatoriam Apollonii dignitatem Hieronymus potuit haurire ex Actis martyrii Apollonii, quæ Euſebius operi ſuo de Martyribus inſeruiſſe ſe teſtatur. Illud Euſebii opus Syriace verſum ajunt nuper perlatum Romam ex Oriente, quod ſi genuinum Euſebii, cupide evolvent Chriſtianæ priſcæ pietatis amatores. Cæterum quod Euſebius V. 21. ait a Dæmone excitatum Apollonio accuſatorem ἕνα γέ τινα τῶν εἰς ταῦτα ὑπηρετῶν ΑΥΤΟΥ διακόνων, Valeſius de ſervo dæmonis interpretatur, Hieronymus rectius de ſervo Apollonii videtur accepiſſe. Rufinus plane prætermiſit.

g) Euſebius ait λογιωτάτῃ ἀπολογίᾳ fidem ſuam coram Senatu Apollonium defenſitaſſe, quam & ipſe Actis Martyrum integram inſeruerit. Πᾶσαν τε τὴν πρὸς τὴν Σύγκλητον ἀπολογίαν ὅτῳ διαγωνάμενον φίλον, ἐκ τῆς τῶν ἀρχαίων μαρτυρίων συναχθείσης ἡμῖν ἀναγεγράφῃς εἰσεπῃ. Apud Rufinum in edit. Mantuana additur: *Apollonii Martyris defenſionem fidei apud Græcos in paſſionis Hiſtoria cognovi ſatis eleganter concionaſſe de ſuperſtitioſa pravitate hominum.*

h) Euſeb. Κεφαλικῇ κολάσει ὡς ἀπὸ δόγματος Συγκλήτου τελευτᾶν, μὴ δ' ἄλλως ἀφεῖσθαι τοὺς ἅπαξ εἰς δικαστήριον παρελθόντας καὶ μηδαμῶς τῆς προθέσεως μεταβαλλομένους, ἀρχαῖος παρ' αὐτοῖς νόμος κεκράτηκότος. Confer quæ Viri docti ad hæc Plinii lib. X. Epiſt. 97. *Interrogavi ipſos an eſſent Chriſtiani; confitentes iterum ac tertio interrogavi, ſupplicium minatus. Perſeverantes duci juſſi.*

## ERASMI SCHOLION.

*Sub Commodo & Severo Principe proditus.*) Partim ex vetuſtiſſimis codicibus, partim ex Sophronio liquet ita legendum eſſe. Apollonius Romanæ urbis Senator, ſub Commodo Principe a ſervo proditus, ſub Severo, quod Chriſtianus eſſet, impetrato ut rationem fidei ſuæ redderet, &c.

## HENRICI GRAVII.

*Apollonius Romanæ urbis Senator.*) Ipſe Hier. ad *Magnum*: Hippolytus quoque & Apollonius Romanæ urbis Senatores, (*lege* Senator) propria opuſcula condiderunt. *Vide Euſeb. lib. 5. cap. 21. & in Chronicis.*

## AUBERTI MIRÆI.

De hoc S. Apollonio, in Martyrologii Romani, veteris & novi, Faſtos 18. Aprilis relato, & Euſebius Hiſt. Eccleſ. l. 5. c. 21. itemque in Chronico agit.

## ERNESTI SALOMONIS CYPRIANI.

Antonius Pagi *diſſ. Hypat. p. 117.* negat, hunc inter Eccleſiaſticos ſcriptores debere annumerari. Sed conſtat, eum orationem pro fide chriſtiana habuiſſe in Senatu, quæ dein-

deinceps in manus Christianorum pervenit, sive ipsemet eam scripto consignaverit, sive a notariis sit excepta. *Euseb. L. V. c. 21.* Quod si notariorum ope oratio publicata est, nil obstat, quo minus Apollonium Ecclesiasticis scriptoribus accenseamus. Nam & Didymum, qui juxta quosdam literarum elementa ignoravit, & omnes patres, quorum pleraque opera eorum manibus non conscripta, sed notariis dictata sunt, huc referimus.

*Romanæ urbis senator.* Hoc non extat in Eusebio.

*A servo Severo.* Difficilis locus, cui medelam non affert Valesius. In Eusebio nulla fit Severi mentio, sed is, qui Apollonium accusavit, servus diaboli dicitur. Itaque rem ita expediendam opinor, ut servemus lectionem codicis Guelpherbytani: *Sub Commodo principe a Severo proditus.* Scilicet proditoris nomen, ab Eusebio omissum, adjecit Hieronymus. In margine autem nonnemo, qui Eusebium cum Hieronymo contulit, adscripsisse videtur: *Servo dæmonis*, quod est apud Eusebium. Posteriori voce deinceps neglecta, aut intricatius scripta, ut legi non posset, prior vox à sciolo textui inserta est, resultavitque: *Sub Commodo principe a servo Severo proditus.*

*Veteri apud eos obtinente lege.* Lex est Trajani in Epistola ad Plinium: *L. X. ep. 96. Christiani conquirendi non sunt: si deferantur & arguantur, puniendi sunt, ita tamen, ut qui negaverit se Christianum esse, idque reipsa manifestum fecerit, id est supplicando diis nostris, veniam ex pœnitentia impetret.* De legis hujus iniquitate graviter conquestus est Tertullianus sub primordium apologetici.

# CAPUT XLIII

THEOPHILUS Cæsareæ Palæstinæ (quæ olim Turris Stratonis i) vocabatur) Episcopus, sub Severo Principe, adversum eos, qui decimaquarta luna cum Judæis Pascha faciebant, cum cæteris Episcopis synodicam k) valde utilem composuit Epistolam.

Θεόφιλος Καισαρείας Παλαιστίνης, ἥτις πρώην πύργος Στράτωνος ἐκαλεῖτο, Ἐπίσκοπος, ὅτι Σεβήρου τῆς βασιλείας, καὶ τῶν ἀπιτελούντων τὸ πάσχα μετὰ τῶν Ἰουδαίων τῇ τεσσαρεσκαιδεκάτῃ τῆς σελήνης, συνοδικὴν ἐπιστολὴν πάνυ θαυμασὴν μετ' ἄλλων συνέταξεν.

i) Στράτωνος πύργος Josepho Antiqv. XIII. 9. *Cæsarea* postea dicta ab Herode magno in honorem Augusti Cæsaris. id. XV. 11. Consule Palæstinam eruditissimi & magna litterarum jactura nuper defuncti Relandi p. 671.

k) Eusebius V. 25. refert Episcopos Palæstinæ Narcissum quem Hierosolymæ & Theophilum quem Cæsareæ Antistitem esse c. 22. dixerat, celebrasse Synodum cum Cassio Tyri & Claro Ptolemaidis Episcopo, (factum hoc circa A. C. 198.) atque de Paschate uniformiter per Ecclesias celebrando Epistolam scripsisse ad omnes mittendam Ecclesias, ex qua clausulam apponit. Confer libellum Synodicum Pappi cap. XI. & Baluzii Concilia Tom. 1. p. 13. seq. Idem Eusebius V. 23. Φέρεται δ' ἐπὶ τῶν τῆς κατὰ Παλαιστίνην τηνικάδε συγκεκροτημένων γεγραφὴ ὧν πρὸ πάντων Θεόφιλος τῆς ἐν Καισαρείᾳ παροικίας Ἐπίσκοπος καὶ Νάρκισσος τῆς ἐν Ἱεροσολύμοις.

## ERASMI SCHOLION.

Hoc quoque restabat, ut de die Paschæ quæreretur occasio dissidii. Hæ sunt quæstiones, ex quibus Paulus negat ullum fructum gigni, nisi contentionem & impietatem. De hujusmodi nugis digladiamur, De contingentibus, De conceptione beatæ virginis, De die Paschæ, De bellis insanissimis, quibus jam tot annis sacra profanaque omnia miscentur, silent Theologi, tacent concionatores. Atque hic erat effusissimus campus, omnes intendendi nervos. Hinc pestis Christianismi, & malorum omnium Oceanus, fons tyrannidis barbaricæ, qua durius prope premuntur Christiani, quam ulli Turcæ.

## NOTÆ HENRICI GRAVII.

*Theophilus.* Euseb. lib. 5. cap. 23.

*Synodicam & valde utilem composuit epistolam.)* Ex hac nonnulla citat Beda lib. de natura rerum: cap. 47.

## AUBERTI MIRÆI.

*S. Theophilus*, Cæsariensis Episcopus, ætate suppar fuit S. Theophilo Antiocheno, supra c. 26. laudato. Fallitur autem Anastasius Bibliothecarius in Vitis Pontificum, ubi de Victore agit, cum pro Theophilo Cæsariensi Theophilum Alexandrinum (qui duobus fere sæculis Victore posterior fuit, & a Gennadio Massiliensi in Catalogo c. 33. memoratur) nominat. Theophili porro Cæsariensis scripta & Eusebius l. 5. hist. cap. 21. & 26. enumerat.

## ERNESTI SALOMONIS CYPRIANI.

*Synodicam epistolam.* An Theophilus Epistolæ autor sit, incertum est. Illi tamen rectius, quam cuiquam ex aliis, qui synodo interfuerunt, tribuitur, cum Cæsariensis Episco-

Digitized by Google

Episcopus, tanquam Palæstinæ metropolitanus, alios omnes in Palæstina, ac ipsum quoque Hierosolymorum Episcopum autoritate superaret, & primum locum in synodis obtineret.

# CAPUT XLIV.

BACCHYLUS, Corinthi Episcopus, sub eodem Severo principe clarus habitus, de Pascha l) ex omnium, qui in Achaja erant, Episcoporum persona, m) elegantem librum scripsit.

Βακχύλος Κορίνθου Ἐπίσκοπος, ὁμοίως Σεβήρου βασιλεύοντος λαμπρὸς ὑπάρχων, περὶ τοῦ πάσχα ἐκ προσώπου πάντων τῶν ἐν Ἀχαΐᾳ Ἐπισκόπων θαυμασὴν συνέταξε βίβλον.

l) Bacchyli Corinthiorum in Achaja Episcopi cum Polycrate Ephesino meminit Eusebius lib. V. c. 22. & Epistolam ejus inter alias aliorum de Paschate laudat cap. 23. Καὶ ἰδίως Βακχύλου τῆς Κορινθίων ἐκκλησίας Ἐπισκόπου. Videndum num diversum sit Βακχυλίδου nomen quod occurrit lib. IV. c. 23.

m) Hoc collegit potius verisimiliter, quam ab Eusebio scriptum reperit Hieronymus.

ERNESTI SALOM. CYPRIANI.

*Elegantem librum.* Rectius elegantem Epistolam vocasset, quum fuerit epistola synodica. Equidem Valesius *ad l. V. c. 23. Vales. adh. l.* captat vocem, ἰδίως, cum in Eusebio extet, Bacchylum *seorsim* scripsisse, quod interpretatur, proprio nomine, non ex synodi sententia. Sed Hieronymus hoc diserte negat, dicens: *Ex omnium, qui in Achaja erant, Episcoporum persona.*

# CAPUT XLV.

POLYCRATES Ephesiorum n) Episcopus, cum cæteris Episcopis Asiæ, qui juxta quamdam veterem consvetudinem cum Judæis decimaquarta luna Pascha celebrabant, scripsit adversus Victorem, o) Episcopum Romanum, Epistolam Synodicam, in qua docet se Apostoli Joannis, & veterum auctoritatem sequi: de qua hæc pauca excerpsimus: *Nos igitur inviolabilem celebramus diem, neque addentes aliquid, neque dementes. Etenim in Asia elementa maxima* p) *dormierunt, quæ resurgent in die Domini, quando ven-*

Πολυκράτης Ἐφέσου Ἐπίσκοπος, μετὰ τῶν λοιπῶν Ἀσίας Ἐπισκόπων, τῶν ἐπιτελούντων τὴν ἑορτὴν τοῦ πάσχα μετὰ Ἰουδαίων τῇ τεσσαρεσκαιδεκάτῃ τῆς σελήνης, κατὰ Βίκτωρος Ἐπισκόπου Ῥώμης Ἐπιστολὴν συνοδικὴν ἐξέδωκε, διδάσκων ὀφείλειν Ἰωάννου τοῦ Ἀποστόλου, καὶ τῇ παλαιᾷ ἐξακολουθεῖν αὐθεντίᾳ, ἀφ' ἧς ὀλίγα διηγήσομαι. Ἡμεῖς τοίνυν ἀμίαντον φυλάττομεν τὴν ἑορτὴν, μηδὲν προσιθέντες μηδὲ ὑφαιροῦντες. Καὶ γὰρ ἐν τῇ Ἀσίᾳ μεγάλα στοιχεῖα ἐκοιμήθη, ἅπερ ἀναστήσεται ἐν τῇ ἡμέρᾳ τοῦ Κυρίου, ὅτι ἂν ἔλθῃ ἐν τῶν





ἡμερα-

n) Ephesus Asiæ metropolis, itaque Polycrates primus Episcoporum Asiæ. Confer Beveregii Codicem Canonum vindicatum p. 220.

o) De Victoris sententia ac rigore supra cap. 34.

p) Codex Sigebergensis: *Luminaria maxima*, quod est interpretamentum vocis *Elementa*, quod pro Græco στοιχεῖα Hieronymus posuerat, Solem & Lunam per illa intelligens, perinde ut Epistola 150. ad Hedibiam quæst. 15. ubi ait Ethnicos ferias hebdomadæ *idolorum & elementorum nominibus* appellare. Idolorum Martis, Mercurii, Jovis, Veneris: Et Elementorum Solis ac Lunæ, ut recte Menagius ad Laertium p. 68. Nam & Galat. IV 3. & Colossi II. 8. στοιχεῖα τοῦ κόσμου Solem ac Lunam interpretantur Chrysostomus Theodoritus & Theophylactus. Epiphanius hæresi VII. ἡλίου καὶ σελήνην καὶ τὰ ἄλλα ἄστρα καὶ κατ' οὐρανὸν στοιχεῖα. & hæresi XVI. εἰς ἀριθμὸν στοιχείων ἃ ζῴδια καλοῦσιν. Ut δώδεκα στοιχεῖα apud Laertium VI. 102. Diodorus Siculus apud Eusebium I. præparat. c. 9. p. 33. Ἥλιον καὶ σελήνην καὶ τοὺς λοιποὺς πλάνητας ἀστέρας καὶ τὰ στοιχεῖα. Scholiastes Arati vers. 783. ἄτοπον γὰρ τοῖς στοιχείοις (de Luna ibi sermo) διδόναι πάθη. Ut autem astra recte dicuntur στοιχεῖα, ἀπὸ τοῦ στοιχεῖν, quia ordinatas periodos decurrunt, sic minus commode vocari videntur *elementa*, nisi dixeris ita mundum constare orbibus cœlestibus, ut litteris vocabula & orationem. Sive ut Valesius p. 54. ad Euseb. ideo sic dicta à Gentilibus, quod principia vitæ hominum ac fortunæ in iis posita esse existimarent. Unde strologi apotelesmatici dicti στοιχειωματικοί. Salmas. p. 578. de annis Climactericis. In testamento supposititio Salomonis apud Gaulminum in notis ad Psellum p. 13. dæmones: ἡμεῖς ἐσμὲν τὰ λεγόμενα στοιχεῖα οἱ κοσμοκράτορες τοῦ σκότους τούτου. Apud Eusebium Valesius quoque Rufinum secutus utroque loco μεγάλα στοιχεῖα vertit *magna quædam lumina.*

ἱερέων, καὶ ἀναστήσει πάντας τοὺς ἁγίους. Φίλιππον τὸν τῶν δώδεκα Ἀποστόλων ὃς κεκοίμηται ἐν Ἱεραπόλει, καὶ δύο θυγατέρας αὐτοῦ γεγηρακυίας παρθένους. Καὶ ἡ ἑτέρα αὐτοῦ θυγάτηρ ἐν ἁγίῳ πνεύματι πολιτευσαμένη, ἡ ἐν Ἐφέσῳ ἀναπέπαυται. Ἐπὶ ᾧ καὶ ὁ Ἰωάννης ὁ ἐπὶ τὸ στῆθος τοῦ Κυρίου ἀναπεσών, ὃς ἐγενήθη ἱερεὺς τὸ πέταλον πεφορηκώς, καὶ μάρτυς καὶ διδάσκαλος. ὃς ἐν Ἐφέσῳ κεκοίμηται. ἐπὶ ᾧ καὶ Πολύκαρπος ὁ ἐν Σμύρνῃ καὶ ἐπίσκοπος καὶ μάρτυς. Καὶ Θεμίσων καὶ ἐπίσκοπος καὶ μάρτυς δύο Εὐμένειαι, ὃς ἐν Σμύρνῃ κεκοίμηται. Τί δεῖ λέγειν Σαγαρίου ἐπίσκοπον καὶ μάρτυρα, ὃς ἐν Λαοδικείᾳ κεκοίμηται. ἐπὶ ᾧ καὶ Παπειρίου τὸ μακαρίου, καὶ Μελίτωνα τὸν εὐνοῦχον, τὸν ἐν ἁγίῳ πνεύματι πάντα πολιτευσάμενον· ὃς κεῖται ἐν Σάρδεσι, προσμένων τὴν ἀπὸ τῶν νεκρῶν ἀνάστασιν. Οὗτοι πάντες ἐτήρησαν τὴν ἡμέραν τοῦ τεσσαρεσκαιδεκάτης τοῦ Πάσχα κατὰ τὸ Εὐαγγέλιον, μηδὲν παρεκβαίνοντες, ἀλλὰ κατὰ τὸν κανόνα τῆς πίστεως ἀκολουθοῦντες. Ἐπὶ ᾧ κἀγὼ ὁ μικρότερος πάντων ὑμῶν Πολυκράτης κατὰ παράδοσιν τῶν συγγενῶν μου, οὓς καὶ παρηκολούθησά τισιν αὐτῶν, ἑπτὰ μὲν ἦσαν συγγενεῖς μου Ἐπίσκοποι, ἐγὼ δὲ ὄγδοος. Καὶ πάντοτε τὴν ἡμέραν ἤγαγον οἱ συγγενεῖς μου ὅταν ὁ λαὸς ἤρνουν τὴν ζύμην. Ἐγὼ οὖν ἀδελφοί, ἑξήκοντα πέντε ἔτη ἔχων ἐν Κυρίῳ, καὶ συμβεβληκὼς τοῖς ἀπὸ τῆς οἰκουμένης ἀδελφοῖς, καὶ πᾶσαν ἀ-

turus est de cœlis in majestate sua, & suscitaturus q) omnes Sanctos, Philippum loquor de duodecim Apostolis, qui dormivit Hierapoli, & duas filias ejus, quæ virgines senuerunt: & aliam ejus filiam, quæ Spiritu sancto plena in Epheso accubuit. Sed & Joannes, qui super pectus Domini recubuit, & pontifex ejus r) auream laminam in fronte portans, martyr & doctor in Epheso dormivit: & Polycarpus episcopus & martyr Smyrnæ cubat. Thraseas quoque episcopus & martyr de Eumenia in eadem Smyrna requiescit. Quid necesse est Sagaris episcopi & martyris recordari, qui in Laodicea seporatur; & Papirii beati, & Melitonis in sancto Spiritu eunuchi, s) qui semper Domino serviens, positus est in Sardis, & expectat in adventu ejus resurrectionem? Hi omnes observaverunt Pascha diem decima quarta lunæ, ab evangelica traditione in nullam partem declinantes, & ecclesiasticum sequentes canonem. Ego quoque minimus omnium vestrum Polycrates, secundum doctrinam propinquorum meorum, quos & secutus sum (septem siquidem fuerunt propinqui mei t) episcopi, & ego octavus) semper Pascha celebravi, quando populus Judæorum azyma faciebat. Itaque, fratres, sexaginta quinque annos ætatis meæ natus in Domino, & a multis ex toto orbe fratribus eruditus, peragrata omni Scriptura, non formidabo eos, qui nobis minantur. Dixerunt enim majores mei: u)

ἱερέων ἐν τῇ οἰκείᾳ δόξῃ, ἐγείρων πάντας τοὺς ἁγίους, Φίλιππον λέγω ἐκ τῶν δώδεκα Ἀποστόλων, ὃς κοιμήθη ἐν Ἱεραπόλει, καὶ τὰς δύο θυγατέρας. αἱ τινες παρθένοι ἐγήρασαν, καὶ ἑτέρα αὐτοῦ θυγάτηρ, ἡ τὸ ἐν ἁγίῳ πνεύματι πεπληρωμένη, ἐν Ἐφέσῳ, ἐτελειώθη. Καὶ Ἰωάννης, ὃς ἐπὶ τὸ στῆθος τοῦ Κυρίου ἀνεκλίθη, καὶ ἱερεὺς αὐτοῦ γέγονε χρυσοῦν πέταλον ἐν τῷ μετώπῳ βαστάζων, μάρτυς καὶ διδάσκαλος ἐν τῇ Ἐφέσῳ κοιμήθη, καὶ Πολύκαρπος Ἐπίσκοπος καὶ μάρτυς ἐν τῇ Σμύρνῃ κατάκειται, καὶ Θεμίσων Ἐπίσκοπος καὶ μάρτυς δύο Εὐμένειαι ἐν τῇ αὐτῇ Σμύρνῃ ἀνάπαυσιν. Οὐκ ἔστιν ἀνάγκη Σαγάριος Ἐπισκόπου καὶ μάρτυρος μεμνῆσθαι, τοῦ ἐν Λαοδικείᾳ ἀναπαυσαμένου, καὶ Παπυρίου τοῦ μακαριωτάτου, καὶ Μελίτωνος ἐν τῷ ἁγίῳ πνεύματι εὐνούχου, ὅστις ἀεὶ τῷ Κυρίῳ λατρεύων, ἐν Σάρδεσι κατετέθη, καὶ προσμένει ἐν τῇ αὐτοῦ ἐλεύσει τὴν ἀνάστασιν. Οὗτοι πάντες παρεφύλαξαν τὴν ἡμέραν τοῦ πάσχα, τῇ τεσσαρεσκαιδεκάτῃ τῆς σελήνης, ἀπὸ τῆς Εὐαγγελικῆς παραδόσεως εἰς οὐδὲν μέρος ἀποτρεπόμενοι, καὶ Ἐκκλησιαστικῷ κανόνι ἑπόμενοι. Κἀγὼ ὁ ἐλάχιστος πάντων ὑμῶν Πολυκράτης, κατὰ τὴν διδαχὴν τῶν πλησίον μου, οἷς καὶ ἐξηκολούθησα, καὶ γὰρ ἑπτὰ ἐγένοντο συγγενεῖς μου Ἐπίσκοποι, κἀγὼ ὄγδοος, ἀεὶ τὸ πάσχα ἐτέλεσα, ὅτε ὁ τῶν Ἰουδαίων λαὸς τὰ ἄζυμα ἐποιεῖτο. Τοιγαροῦν ἀδελφοί, ἑξήκοντα πέντε ἔτη ἐν Κυρίῳ, καὶ γνοὺς πολλῶν ἐκ πάσης τῆς οἰκουμένης ἀδελφῶν παιδευθείς, ἐντυχὼν πάσῃ γραφῇ, οὐ δειλιάσω τὰς ἀπειλουμένας ἡμῖν. Ἔφησαν γὰρ οἱ προγεγηρακότες μου, πειθαρχεῖν μᾶλλον θεῷ δεῖ ἢ ἀνθρώποις. Ταῦτα λέγω τοῦτο τέθεικα, ἵνα τὴν τοῦ ἀνδρὸς αὐθεντίαν ἐξ ἐλαχίστου συντέγματος ἐπιδείξω. Ἤνθησεν ἐν ταῖς χρόνοις Σεβήρου τοῦ βασιλέως, ὑπηνίκα καὶ Νάρκισσος ἐν Ἱεροσολύμοις.

γίνων

q) Perperam ἀναζητήσει apud Euseb. III. 31. sed recte ἀναστήσει V. 24.

r) Sacerdos CHristi, quod ipsi instar aureæ Pontificatus infulæ.

s) Rufinus: *Melitonem propter regnum Dei eunuchum, & Spiritu S. repletum.* Hieronymus verba τὸν εὐνοῦχον τὸν ἐν ἁγίῳ πνεύματι cum superioribus conjunxit, quæ ad illa potius pertinent quæ sequuntur. Rufinus addidit verba: *propter regnum Dei.* Hic est Melito quem a plerisque Prophetam putari dixerat noster supra cap. 24. De Thraseâ, Sagari & Papirio Valesius ad Eusebii V. 24.

t) Rufin. *septem ex parentibus meis.* Ubi *parentes* pro cognatis posuit (non pro genitoribus) ut Brutus *parens Tarquinii* Eutropio lib. 1. cap. 7. & *Getæ Gepidæque parentes* Jornandi c. 17. Plura scriptorum loca notarunt Viri docti ad scriptores Hist. Augustæ & Menagius Originibus Gallicis in *parent.*

u) Puto Hieronymum scripsisse *majores me*, οἱ ἐμοῦ μείζονες Licet omnes Codices & Rufinus quoque, *mei.* Dictum Apostolicum quod respicit Polycrates, Actor. IV. 19. V. 29.

γίαν χαρὴν διεληλυθὼς, ἃ πέφυκεν ὅτι τοῖς καταπλησσομένοις. Οἱ δὲ ἐμοῦ μείζονες ἱερήσατο, πειθαρχεῖν δεῖ Θεῷ μᾶλλον ἢ ἀνθρώποις.

*Obedire Deo magis oportet, quam hominibus.* Hæc propterea posui, ut ingenium & auctoritatem viri ex parvo opusculo demonstrarem. Floruit temporibus Severi Principis, eadem ætate qua Narcissus x)Hierosolymæ.

x) Hujus mentio fuit supra cap. 38.

## MARIANI VICTORII.

*et Pontifex ejus fuit.* Sic Sophronius, καὶ ἱερεὺς αὐτοῦ γέγονε. Antea tamen vox, fuit, deerat.

## AUBERTI MIRÆI SCHOLION.

*De Bacchylo* Corinthiorum, & *Polycrate* Ephesiorum, Episcopis Eusebius lib. 5. cap. 22. 24. & 25. consuli poterit. Polycrates certe Victori Pontifici, supra cap. 34. memorato, pro Quartadecimanis vehementer obstitit.

*S. Narcissus.*) Hierosolymorum Episcopus in Martyrologium Romanum, vetus & novum, relatus, ab Eusebio in Chron. & Hist. Eccles. l. 4. c. 19. l. 5. c. 12. l. 6. c. 8. & 9. item a Nicephoro l. 5. c. 9. & 10. ab Epiphanio hæresi 66. aliisque laudatur. Errant qui illum cum Narcisso Gerundensi Episcopo confundunt.

## ERNESTI SALOMONIS CYPRIANI.

*elementa maxima.* Codex Guelpherbytanus habet: *Luminaria maxima.* Sed prior lectio retinenda est, quum in Eusebio sit: *L. V. c. 24. μεγάλα φαγχεῖα.*

*Pontifex ejus.* Vox, *ejus*, non est apud Eusebium, heic vero recte adiicitur, ne quis Joannem faciat Judæorum pontificem.

*Auream laminam in fronte portans.* Eusebius laminam nec auream vocat, nec in fronte collocat. Τὸ πέταλον περιφορικῶς, inquit. Sunt tamen, (*vide le Moyne l. c. p. 21.*) qui πέταλον bracteam auream, seu, folium aureum dicunt, quod Suidas non agnoscit. Πέταλον, ait, πίλημα, ἐξ ἐρίου πιληθὲν, pileus foliorum instar expansus & ex lana condensata factus. Vocem, πετάλους, exponit Φύλλους, *foliis*, sive aurea sint, sive alterius generis. Etsi vero Polycrates laminam non dicat auream; recte tamen id additum est ab Hieronymo. Nam Judæorum pontifices, ad quos respicitur hoc loco, tiaram in capite gestabant, καὶ χρυσῆν ἐπ' αὐτῆς ἔλασμα, & in ea auream laminam, cui nomen Dei inscriptum erat, ut est apud Josephum. *XI. antiq. c. 8.* Quæritur autem, an Joannes hujusmodi laminam gestarit, & an hic sit sensus verborum Polycratis. *Valesius ad l. c. eusebii & Petavius ad epiph. hær. 70.* affirmant; qua sententia haud scio an ineptior excogitari queat. Primo enim Judæi Joannem illico trucidassent, tanquam summi pontificis jura involantem, non minus, ac si corona habituque regio incessisset. Gentilibus autem ludibrium risumque debuisset, quibus sordebant ejusmodi Judæorum ritus & scrupulosior vestitus ratio. Christianis vero scandalum præbuisset, quibus exterior cultus & vestimentorum apparatus curæ cordique haud erat, præcipue talis, quem ἀστασιάστως Christianorum hostes, pontifices Judæorum, adhiberent; & qui a Christiana simplicitate alienissimus esset. His rationibus inductus Stephanus le Moyne statuit, quæ de aurea lamina Joannis habentur in Polycratis epistola, vel supposititia esse, vel Polycratem nobis fabulam narrasse. Sed ego hæc eo modo intelligenda opinor, quo dicimus hodieque, alicui fasces submittere, id est, morem alicui gerere. Eadem ratione dicitur Joannes auream laminam summi pontificis gestasse, tanquam insigne supremi sacerdotii, non quod revera ita ornatus fuerit, sed quod eam potestatem habuerit, quam aurea lumina indicabat apud Judæos. Itaque hic sensus est, Polycratem non posse alia, quam quartadecima luna celebrare Pascha, quod ipsemet Joannes, qui auream laminam gestarit inter Christianos, id est, qui longe maxima autoritate in Christi Ecclesia enituerit, eo die solitus sit celebrare. Nam summæ potestatis Ecclesiasticæ insigne erat lamina illa aurea.

*De eumenia.* Eusebius: *eumenia episcopus.*

*Papirii.* Erasmus legit: Papyrii. Sed Eusebius παπιρίου habet.

*et Melitonis in Spiritu sancto eunuchi.* Rectius juxta Eusebium: *et Melitonem eunuchum, in Spiritu sancto cuncta peragentem.*

*Propinqui mei.* Sensus non est, septem tantum fuisse Polycratis antecessores; sed septem fuisse ex episcopis, qui Polycrati propinqua cognatione juncti essent. Συγγενεῖς est apud Eusebium.

# CAPUT XLVI.

HERACLITUS y) ſub Commodi Severique imperio in Apoſtolum z) Commentarios compoſuit.

Ηράκλιτ@· ὅτι Κομόδῳ καὶ Σεβήρῳ βασιλεύσασι τὸν Ἀπόστολον ὑπεμνηματίσατο.

y) Heraclitum ſcripſi pro Heraclio quod habent cum Rufino & Græco Hieronymi interprete pauci Codices ut Quartinienſis teſte Suffrido Petri, cæteri enim Heraclitum, quomodo apud Hieronymum olim legerunt Freculfus & Honorius Auguſtodunenſis, & habent Græci Codices Euſebii V. 27. & Nicephori IV. 35.

z) Εἰς Ἀπόστολον, in Pauli Apoſtoli Epiſtolas. Hoſce commentarios perditos verisimile eſt diu jam ante collectores Catenarum Græcarum, in quibus nusquam illius Heraclitι mentio.

## ERASMI SCHOLION.

Heraclius absque -t- legimus, tum apud Græcos, tum in pervetuſtis Latinorum Codicibus.

## ERNESTI SALOMONIS CYPRIANI.

Euſebio *L. V. c.* 26. Heraclitus, audit, non Heraclius. Præter hunc alibi multos Heraclios, aut Heraclitos laudat Hieronymus, veluti Heraclitum σκοτεινὸν, Heraclium diaconum, Heraclium tyrannum.

# CAPUT XLVII.

MAXIMUS, a) ſub iisdem Principibus famoſam quæſtionem inſigni volumine ventilabit, unde malum, & quod materia a Deo facta ſit. b)

Μάξιμ@· ὅτι τῶν αὐτῶν βασιλέων θαυμασὸν ζήτημα ἐν ἱστορίᾳ τεύχει συνέταξε, τοῦτ' ἔστιν, πόθεν τὸ κακὸν, καὶ ὅτι οὐκ ἐκ Θεοῦ ἡ ὕλη ἐδόθη.

a) Pro Maximo Rufinus & Honorius *Maximinum* vocat, quo nomine fuit illa ætate Epiſcopus Antiochenus memoratus Euſebio IV. 24. & V. 19. Sed fuit etiam Maximus Epiſc. Hieroſolymitanus. id V. 12.

b) περὶ ἐκ πολυθρυλήτου παρὰ τοῖς αἱρετιστικοῖς ζητήματος ἐκ πόθεν ἡ κακία καὶ περὶ ἐκ γενητὴν ὑποκεῖσθαι τὴν ὕλην. Euſeb. V. 27. & Niceph. IV. 35. Per αἱρετιστικοὺς Valentinianos intellige & Marcionitas.

## SCHOLION AUBERTI MIRÆI.

Euſebius libro VI. capite XXI. præparationis: *Maximus, profeſſor Chriſtianæ religionis non obſcurus, librum quoque ſingularem ac proprium de materia ſcripſit.* Capite ſequenti habetur luculentiſſimum ex libro de materia fragmentum. Ille liber Euſebio vocatur λόγ@· ὁ περὶ τῆς ὕλης.

# CAPUT XLVIII.

CANDIDUS, regnantibus ſupra ſcriptis, c) in Hexaëmeron d) pulcherrimos tractatus edidit.

Κάνδιδ@· βασιλευόντων τῶν προγεγραμμένων, εἰς τὴν ἑξαήμερον ὡραίους συνέταξεν ὁμιλίας.

c) Commodo ac Severo. ſupra c. 46.

d) Τὰ Κανδίδου εἰς τὴν ἑξαήμερον memorat Euſebius V. 27. Primum fuiſſe Candidum qui in Hexaëmeron, ut primum Heraclitum qui in Epiſtolas Pauli ſcripſerit, affirmat Nicephorus IV. 35. Sed ante Candidum idem fecerant e Judæis Philo, e Chriſtianis Juſtinus Martyr. Idem Nicephorus plura alia elaboraſſe Candidum & πλείστα πονήσασθαι celebrat.

## NOTA HENRICI GRAVII.

*Candidus.*) Euſebius in Chronicis: anno 3. Severi. *Candidus Chriſtianorum diſputator acutiſſimus notus efficitur.* In Apolog. adverſus Rufinum lib. 2. *Unde & Candido Valentiniani dogmatis ſectatori calumniandi ſe occaſionem dederit, qui diabolum ſalvandæ dixerit eſſe naturæ.* Paulo poſt: *Habetur dialogus apud Græcos Origenis & Candidi, Valentiniana hæreſeos defenſoris &c.*

## ERNESTI SALOMONIS CYPRIANI.

*Pulcherrimos tractatus.* Quia Hieronymus hiſce capitibus in recenſendis ſcriptoribus ordinem ſervat, quem apud Euſebium licet invenire; venio in ſuſpicionem, illi non

Digitized by Google

non viſos eſſe Candidi commentarios, hancque laudem ab eo ex ingenio additam eſſe. Nam in Euſebio nulla ſimili laude mactantur.

# CAPUT XLIX.

APPION, ſub Severo Principe, ſimiliter in Hexaëmeron e) tractatus fecit.

Ἀπίων ὁπὶ Σεβήρε ϗ βασιλέως, ὁμοίως εἰς τὴν ἑξαήμερον ὁμιλίας συνεγράψατο.

e) Euſebius poſt Candidi in Hexaëmeron laudatos commentarios: Καὶ Ἀπίων⟨ο⟩ εἰς τὴν αὐτὴν ὑποθεσιν. Rufin. *Sed & Candidus qui in Hexaëmeron, ideſt de principio Geneſis ſcribit; Appius quoque de eisdem ſimiliter commentatur.* Niceph. ὡσαύτως δὲ καὶ Ἀπίων ὁπὶ τῇ αὐτῇ πραγματείᾳ μάλα ἰαμβίσασιν. *Appium* vitioſe vocant etiam Honorii Codices.

## ERNESTI SALOMONIS CYPRIANI Annotatio.

*Similiter in Hexaemeron.* Euſebius: εἰς τὴν αὐτὴν ὑπόθεσιν. Sophronius perperam vocat ὁμιλίας, quæ Euſebius ὑπομνήματα, Hieronymus vero *tractatus* appellat.

# CAPUT L.

SEXTUS, f) ſub Imperatore Severo, librum de reſurrectione ſcripſit.

Σέξτ⟨ο⟩ ὁπὶ Σεβήρε ϗ βασιλέως, βίβλον περὶ τῆς ἀναστάσεως συνεγράψατο.

f) Σέξτος περὶ ἀναστάσεως Euſeb. V. 27. incertum idemne Σέξτ⟨ο⟩ ὁ ἐκκλησιαστικὸς φιλόσοφ⟨ο⟩ quem laudat S. Maximus ad Dionyſium de Myſtica Theologica c. 5. T. 2. p. 55.

## ERNESTI SALOM. CYPRIANI Annotatio.

*Librum de reſurrectione.* Unicuſne, an uno plures libri fuerint, non licet ex Euſebio addiſcere, quem tamen κατὰ πόδα Hieronymus ſequitur.

# CAPUT LI.

ARABIANUS. g) ſub eodem Principe, edidit quædam opuſcula ad Chriſtianum dogma pertinentia.

Ἀραβιανὸς ὁπὶ τῷ αὐτῷ βασιλέως, ἐξέδωκέ τινα συντάγματα τῶν Χριστιανῶν δόγματι προσηκοντα.

g) Male editiones & Græcus interpres *Brabianus*, quia non modo apud Euſebium eſt: καὶ ἄλλη ὑπόθεσις Ἀραβιανῦ. Sed ita etiam Rufinus, Nicephorus, & Suffrido Petri ac Miræo notante Honorius cap. 52. & libri MSS. eum vocant *Arabianum*. Scripta ipſius nulla videtur Hieronymus ipſe evoluiſſe, ſed notitiam hanc qualemcunque tantum ex Euſebio, ut ſuperiorum pleraque transtuliſſe.

## ERASMI SCHOLION.

Hunc Sophronius Brabianum vocat, ſed refragantibus noſtris exemplaribus.

## ERNESTI SALOMONIS CYPRIANI.

Retinui hanc lectionem Sophronii & Eraſmi. Euſebius & Codex noſter habent: Arabianus. Liquet autem, Hieronymum Arabiani opuſcula oculis haut uſurpaſſe, quia eorum argumentum admodum generatim indicat.

*Edidit opuſcula ad Chriſtianum dogma pertinentia.* Scilicet Euſebius argumentum opuſculorum non definiverat, ex quo ſolo plerisque his captibus ſapit Hieronymus.

*Quædam opuſcula.* Probabile eſt, nod niſi unicum librum fuiſſe. Nam Euſebius inquit: ἄλλη τις ὑπόθεσις Ἀραβιανῦ.

# CAPUT LII.

JUDAS de ſeptuaginta apud Danielem hebdomadibus h) pleniſſime diſputavit, & Chronographiam ſuperiorum temporum i)

Ἰούδας περὶ τῶν ἑβδομήκοντα ἑβδομάδων τῶν κ᾽ Δανιὴλ ἀκριβῶς ἐξηγήσατο, καὶ χρονογραφίαν τῶν ἀνωτέρω χρόνων, ὡς ⟨ϗ⟩ δεκάτῃ συν-



h) Euſebius VI. 7. ἐν τούτῳ δὲ Ἰούδας συγγραφέων ἐπ⟨ο⟩ιεῖς τὰς περὶ τῶ Δανιὴλ ἑβδομήκοντα ἑβδομάδας συγγεγράφως διαλαχθεὶς &c.

i) Superiora tempora noti intelligere de temporibus LXX. hebdomades antecedentibus, ſed eas ſubſecutis. Rufinus verba Euſebii, εἰς τὸ δέκατον τῆς Σεβήρε βασιλείας ἐτη-

usque ad decimum Severi produxit annum. In qua erroris arguitur, quod adventum Antichristi circa sua tempora futurum esse dixerit: sed hoc ideo, quia magnitudo persecutionum k) præsentem mundi minabatur occasum.

αὐτῷ Σεβήρῳ τὴν βασιλείαν ἐνέπιξεν, ἐν ᾗ καταγινώσκεται τὴν τοῦ Ἀντιχρίστου φανεσίαν, ὡς τὰς ἰδίας καιρὰς φήσας πλησιάζειν. τὸ γὰρ μέγεθος ἧς τότε διωγμοῦ, ὡσανεὶ παροῦσαν ἐμήνυε τῆς οἰκουμένης ἀπώλειαν.

*ὅτι τὴν χρονογραφίαν* expressit sic: *qui & ipse decimum Severum Imperatoris annum regni commemorat.* Annus X Severi respondet Anno CHristi 202. In MS. Sigebergensi *Severi Pertinacis*, ut infra c. 54.

k) Euseb ὃς καὶ τὴν θρυλλουμένην τοῦ Ἀντιχρίστου παρουσίαν ἤδη τότε πλησιάζειν ἔφη. Οὕτω σφοδρῶς ἡ τοῦ καθ' ἡμᾶς τότε διωγμοῦ κίνησις τὰς τῶν πολλῶν ἀναπεφάχει διανοίας. Quod persecutionibus tribuit Eusebius, male Judæ scriptori impingitur apud Rufin. *Is etiam divulgatam Anti-Christi præsentiam jam jamque æstimans immineret ex persecutionum nimietate, multorum ex nostris fidelium animos perturbavit.*

## AUBERTI MIRÆI SCHOLIA.

*JUDAS.* Theologus & Historicus de LXX. apud Danielem hebdomadibus fuse disseruit, & Chronographiam superiorum temporum usque ad decimum Alexandri Severi Imp. annum (hoc est, Christi 202. vulgarem) perduxit: ut præter Hieronymum Eusebius l. 6. hist. c. 6. Nicephorus l. 1. c. 34. & Honorius c. 53. tradunt.

## ERNESTI SALOM. CYPRIANI.

*Ad decimum Severi annum.* Codex Guelpherbytanus: *Ad decimum Severi Pertinacis annum.*

# CAPUT LIII.

TERTULLIANUS presbyter, nunc demum primus post Victorem & Apollonium l) Latinorum ponitur, provinciæ Africæ, civitatis Carthaginiensis, patre Centurione proconsulari. m) Hic acris & vehementis ingenii, sub Severo Principe & Antonino Caracalla maxime floruit, multaque scripsit volumina: n) quæ quia nota sunt pluribus, prætermittimus. Vidi ego quemdam Paulum Concordiæ, quod oppidum Italiæ est, o) senem, qui se beati Cypriani, jam grandis ætatis, notarium, cum ipse admodum esset adolescens, Romæ vidisse diceret;

Τερτυλλιανὸς πρεσβύτερος, νῦν πρῶτος μετὰ Βίκτωρα καὶ Ἀπολλώνιον ψηφίζεται τοὺς Ῥωμαϊκούς, ἐκ τῆς Καρχηδόνος τῆς Ἀφρικῆς ὁρμώμενος, παρὸς κεντυρίωνος ἀνθυπατικοῦ. Οὗτος δεινὸς καὶ σφόδρα εὐφυὴς ὑπὸ Σεβήρου καὶ Ἀντωνίνου τοῦ ἐπικλην Καρακάλλα, ἤνθησε, πολλὰ συνταξάμενος πύκνα, ἅτινα διὰ τὸ πολλοῖς εἶναι ἐγνωσμένα παραλιμπάνομεν. Συνέτυχον ἐγὼ Παύλῳ ἀπὸ Κονκορδίας τῆς Ἰταλίας γέροντι, ὃς τοῦ μακαρίτου Κυπριανοῦ νοταρίου, λοιπὸν πρεσβύτην ἐλέγετο, ἔτι νέος ὢν ἐν Καρχηδόνι καὶ ἀκηκοέναι παρ' αὐτοῦ ὡς ἐν μιᾷ τῶν ἱερῶν ἡμερῶν διεπλέοντος Κυπριανοῦ ἀναγνω-

l) De Victore c. 34. de Apollonio Senatore Rom. cap. 42.

m) Eusebius Chron. Vide infra, notas H. Gravii. Africæ Proconsularis Provinciæ caput, ut notissimum est, Carthago Tertulliani patria, ubi parens ejus ut Centurio sub Proconsule stipendia meruit.

n) Præter scripta Tertulliani, quæ exstant, fuere liber *de anima Iummissione*, alius *de superstitione sæculi* & alius *de carne & anima*, quorum titulos in antiquissimo Codice Agobardino Rigaltius reperit: Tum liber *de spectaculis*, cujus meminit Hieronymus, supra, c. 18. & *de S. Trinitate opus* cujus epitomen esse Novatiani librum ejusdem argumenti affirmat c. 70. & *libri VII. de ecstasi*, de quibus inferius, hoc ipso capite. *De vestibus Aaronis*, nec non *de animalibus mundis & immundis*, & *de circumcisione* sed & *de virginitate*, quorum opusculorum variis Epistolarum suarum locis meminit idem Hieronymus. Et *contra Apellicianos*, Vincentius Lerin. c. 24. Commonitorii. Et *de paradiso* Tertull. c. 55. de anima: *Habes etiam de paradiso a nobis libellum*, *quo constituimus omnem animam apud inferos sequestrari in diem Domini.* Denique ut idem ipse testis, Græca opuscula, *de spectaculis*, *de baptismo*, *de velandis virginibus* & *de corona militis.* Diversum esse ab hoc Tertulliano JCtum cujus quædam in Digestis habemus, assentior Grotio ad Tit. III. 13. Licet & nostrum τοὺς Ῥωμαίων νόμους ἡκριβωκότα vocat Eusebius II. 2. Hist. & scripta ejus translationibus ex jure sumtis confertissimos notavit Cujacius VII. 2. Observatt. Alius etiam Tertullianus Episcopus Bononiensis de quo in Actis Sanctor. T. 3. April. pag. 494. Alius item de quo T. I. Junii p. 630.

o) MS. Gemblac. *Concordiæ*, *opido Italiæ.* Ad hunc Paulum Concordiensem Epistola Hieronymi XXI. &c.

Digitized by Google

referreque ſibi ſolitum. numquam Cyprianum p) absque Tertulliani lectione unum diem præteriſſe: ac ſibi crebro dicere, *Da magiſtrum*; Tertullianum videlicet ſignificans. Hic cum usque ad mediam ætatem presbyter Eccleſiæ permanſiſſet, invidia poſtea q) & contumeliis clericorum Romanæ Eccleſiæ, ad Montani dogma delapſus, in multis libris novæ Prophetiæ meminit: ſpecialiter autem adverſum Eccleſiam texuit volumina, r) de pudicitia, de perſecutione, de jejuniis, de monogamia, de ecſtaſi libros ſex, & ſeptimum, quem adverſum Apollonium compoſuit. Ferturque vixiſſe usque ad decrepitam ætatem, & multa, quæ non exſtant, s) opuſcula condidiſſe.

γνωσμάτων Τερτυλλιανῦ χωρὶς, συνεχῶς λέγοντος τῦ αὐτῦ Κυπριανῦ, διδάσκαλον, Τερτυλλιανὸν ἐλεγότι μηνύων. Οὗτος μὲχρι μέσης ἡλικίας πρεσβύτερος τῆς ἐν Ῥώμῃ ἐκκλησίας γέγονεν, ὕστερον δὲ φθόνῳ καὶ προσπλακισμοῖς τῶν Κληρικῶν τῆς ἐν Ῥώμῃ ἐκκλησίας, εἰς τὸ Μοντανῦ δόγμα ὀλισθήσας, πολλὰς συνέταξε βίβλους, καινῆς προφητείας μέμνηται, καὶ ἰδικῶς κατὰ τῆς ἐκκλησίας συνεγράψατο, ὑδὲν δὲ ἧττον περὶ σωφροσύνης, περὶ διωγμῦ περὶ νηστείας, περὶ μονογαμίας, περὶ ἐκστάσεως λόγους ἕξ, καὶ ἕβδομον κατὰ Ἀπολλωνίου, καὶ ἕτερα πάμπολλα, ζήσας ἕως γήρως ἐχράτει.

p) Mirum ne ſemel quidem Tertullianum citari in Cypriani ſcriptis quæ exſtant, licet Hieronymus Epiſtola 65. etiam teſtetur Cypriani ſcriptis probari, quod Tertulliano Magiſtro uſus fuerit. Pro *da magiſtrum*, Codex Gembl. tantum habet *magiſtrum*, quod Suffrido Petri videtur ἐμφατικώτερον, ego librarii oſcitantis omiſſione voculam *da* abeſſe non dubito.

q) Circa annum CHriſti 205. natus annos plus minus XL. Per clericos Romanæ Eccleſiæ Zephyrinum Papam potiſſimum tangere Hieronymus videtur, licet quademum cauſſa offenſus ab eo usque adeo fuerit Tertullianus, non certo conſtat. Vide Baronium ad A. C. 201. §. 10. & Tillemontium T. 3. memor. H. E. pag. 215. 664. ſeq. Marcianæus edidit: *Hic usque - - - permanſit, invidia poſtea* &c.

r) Liber Tertulliani *de pudicitia*, *de fuga in perſecutione*, *de jejuniis*, & *monogamia* exſtant, ſed perierunt libri ſeptem de ecſtaſi, quorum & ſupra c. 24. & 40. Hieronymus meminit. Ex his ut ſeptimus proprie adverſus *Apollonium* (de quo c. 40. dictum eſt) ita priores ſex videntur fuiſſe ſcripti adverſus Soterem Epiſcopum Romæ. Auctor prædeſtinati hæreſi 26. *Scripſit contra eos* (Montaniſtas) *librum Sanctus Soter Papa urbis, & Apollonius Epheſiorum antiſtes. Contra quos ſcripſit Tertullianus presbyter Carthaginienſis. Qui cum omnia bene & prime & incomparabiliter ſcripſerit, in hoc ſolum ſe reprehenſibilem fecit, quod Montanum defendit, agens contra Soterem ſupra dictum Urbis Papam.* Novam operum Tertulliani editionem poſt Beati Rhenani, Cerdæ, Pamelii, Rigaltii & Priorii curas in Gallia hodie parat Malinganus, Ord. Benedictini Monachus: Et in Italia exſpectare jubent viri docti ex emendatione Gaſp. Scioppii cum notis Guidonis Pancirolli.

s) Sic Hieronymus Epiſt. 128. extrema: *Fertur in indice Septimii Tertulliani liber de Aaron veſtibus, qui interim usque ad hunc diem a me non eſt repertus.*

## ERASMI SCHOLION.

Ut favit Hieronymus ingenio Tertulliani, quem propemodum excuſat in Montani factionem prolapſum, culpam rejiciens in invidentiam & contumelias clericorum. Itidem & Arius irritatus, tantos rerum motus excivit, nec Origenes invidia caruit, & vix ſubſtitit Hieronymus.

## MARIANI VICTORII.

*Vidi ego quendam Paulum Concordiæ, quod opidum Italiæ eſt, ſenem.* Vitam Pauli eremitæ, hoc eſt Paulo ſeni Paulum ſeniorem huic Hieronymus miſit. Epiſtola exſtat in primo tomo.

## NOTÆ HENRICI GRAVII.

*Nunc demum primus poſt Victorem & Apollonium Latinorum ponitur.*) Sentit, opinor, Apollonium Senatorem. Hieron. ad Magnum: *Veniam ad Latinos: quid Tertulliano eruditius? quid acutius? Apologeticus ejus & contra Gentes libri cunctam ſeculi obtinent diſciplinam.*

*Patre Centurione Proconſulari.*) Euſeb. in Chronicis, Anno 16. Severi: *Tertullianus Apher Centurionis Proconſularis filius omnium Eccleſiarum ſermone celebratur.*

*Et Antonino Caracalla maxime floruit.*) Ita legendum.

*Nunquam Cyprianum absque Tertulliani lectione.*) Hieron. in Epiſt. *Schedulæ*, *Beatus Cyprianus Tertulliano Magiſtro utitur, ut ejus ſcripta probant.* Vide Epiſt. ad Paulinum.

*In Montani dogma delapſus.*) Vide Auguſt. c. 66. de hæreſibus. *Tertullianiſtæ.* Et Vincentium Lirinenſem in lib. contra prophanas novationes. Hieronymus in Helvidium. *Et de Tertulliano quidem nihil amplius dico, quam Eccleſiæ hominem non fuiſſe.* Citat quædam

dam ex lib. contra Judæos in Dan. cap. IX. Hilarius Canone V. in Matth. *Quamquam & Tertullianus volumen huic aptissimum scripserit, sed consequens error hominis detraxit scriptis probabilibus autoritatem.* Ambrosius super illud 1. Cor. 13. *Etsi noverim mysteria omnia. Tertullianus & Novatianus non parva scientia fuerunt, sed quia per zelum, charitatis fœdera perdiderunt, in Schisma versi ad perditionem sui hæreses creaverunt.* Meminit rursus Tertulliani ad Romanos cap. V.

*De Monogamia.*) B. Hieron. Commentario in Tit. 1. *scripsit & Tertullianus de monogamia librum hæreticum, quem Apostolo contraire, nemo qui Apostolum legerit, ignorabit.*

*De ecstasi libros 6.*) De iis supra in Melitone & Apollonio. Citat ex Apologetico Eusebius lib. 2. cap. 2. & 25.

## AUBERTI MIRÆI SCHOLIA.

*TERTULLIANUS*, primum zelose catholicus seu orthodoxus, postea sub annum Christi 215. in Montani hæresim lapsus, libros aliquot erroribus plenos scripsit: de quibus brevem Bellarmini censuram in Catalogo reperies. Opera ejus, quæ exstant, cum Notis Iac. Pamelii, Latini Latinii & Joh. Mercerii Parisiis 1608. sunt edita. Post istos & Jo. Ludovicus Creda, S. I. Theologus, scripsit commentarium perpetuum in Tertullianum, 1624. & 1630. eadem in urbe excusum.

*Paulum Concordiæ.*) S. Pauli Eremitæ vitam huic Paulo seni, Concordiæ in Italia agenti, misit Hieronymus: exstatque tom. I. operum Hieronymi.

*Ad Montani dogma.*) Augustinum in libro De hæresibus, ad Quod vult Deum hæresi 86. Vincentium Lerinensem in libro adversus hæreses c. 24. & alios consule.

## ERNESTI SALOMONIS CYPRIANI.

*Hic cum usque ad mediam ætatem presbyter Ecclesiæ permansisset.* Codex Guelpherbytanus: *Hic usque ad mediam ætatem presbyter fuit Ecclesiæ Africæ.*

*Adversum ecclesiam texuit volumina de pudicitia, de jejuniis.* Modernorum pontificiorum jejunia tam similia sunt jejuniis, quæ Tertullianus & Montanistæ efflagitarunt, ut Martinus Peresius, pontificiæ sectæ Episcopus, dixerit, Tertullianum contra Psychicorum errorem scripsisse, eosque efficaciter convicisse. Scilicet bonus vir ob maximam illam, quam dixi, convenientiam jejuniorum Pontificiorum & Montanistarum putabat, Psychicos a Tertulliano impugnatos, hæreticos; Tertullianum vero & Montanistas Catholicos fuisse, adeoque librum de jejunio non adversum Ecclesiam, sed pro illa scriptum esse. Peresii verba affert Joannes Dallæus libro II. de jejuniis capite III.

# CAPUT LIV.

ORIGENES, qui & Adamantius, t) decimo Severi Pertinacis u) anno adversum Christianos persecutione commota, a Leonide Patre, x) Christi martyrio coronato, cum sex fratribus & matre vidua, pauper relinquitur, annos natus circiter decem & septem. y) Rem enim familiarem ob confessionem Christi fiscus occupaverat. z) Hic

Ὠριγένης, ὁ καὶ Ἀδαμάντιος, δεκάτῳ ἐνιαυτῷ Σεβήρου τοῦ Περτίνακος καὶ τῶν Χριστιανῶν διωγμὸν κινηθέντος, τοῦ μὲν Λεωνίδου πατρὸς, τοῦ καὶ μαρτυρήσαντος, μὴ ἐξ ἀδελφῶν καὶ μητρὸς χήρας πένης καταλειφθῆ, ἐτῶν ὢν ἑπτακαίδεκα. Τούτων γὰρ ἡ οὐσία δι' ὃ εἶναι Χριστιανῶν ἐδημοσιώθη. Ὅς τις ἐν Ἀλεξανδρείᾳ διασκοπιωθῆναι τὴν ἐκκλησίαν ὀκτωκαί-

t) Euseb. VI. 14. ὁ γέ τις Ἀδαμάντιος, καὶ τοῦτο δὲ ἦν τῷ Ὠριγένει ὄνομα. Unde nolim assentiri Epiphanio, qui ex vanitate sibi imposuisse hoc nomen Origenem scribit, ἀπὸ μανίας ἑαυτῷ Παθύμιον ὄνομα Ἀδαμάντιον. hæresi LXIV. 73. MS. Cluniacense: *Origenes qui & Adamantius presbyter.* Male. Neque enim tunc presbyter erat, cum a Patre Leonide relinqueretur.

u) Septimius *Severus* in honorem Imperatoris Publii Helvii Pertinacis cognomen & ipse *Pertinacis* assumsit, ut testatur Capitolinus in Pertinace c. 15. & in Severo c. 7. Annus Severi decimus respondet Anno CHristi 202.

x) Duo Codices Vaticani quos inspexit Marcianæus, legunt: *a Leonide Episcopo patre.* Sed *Episcopi* vocabulum recte ab aliis Codicibus exulat. Eusebius VI. 1. loquens de Martyribus qui in Severi persecutione mortem pro CHristo fortiter oppetiere, ἐν οἷς, inquit, ὁ λεγόμενος Ὠριγένους πατὴρ τὴν κεφαλὴν ἀποτμηθεὶς νέον καμιδῇ καταλέλοιπε τὸν παῖδα. Vide Acta Sanctor. XXII. April.

y) Eusebius VI. 2. pag. 203. de Origene: ἔρημος ἅμα μητρὶ καὶ βραχυτέροις ἀδελφοῖς ἓξ ἀριθμὸν ἐξ, ἑπταεπιδέκατον ἔτος πλήρες ἄγων εἷς καταλέλειπται. Natus itaque Origenes A. C. 185.

z) Τῆς γε μὴν τοῦ πατρὸς οὐσίας τοῖς βασιλικοῖς ταμείοις ἁλισκομένης ἐν πρώτοις τὸν καὶ βίον ἔσεσθαι συν τοῖς προσήκουσι κατασῴζει &c. id.

Digitized by Google

Alexandriæ diſperſa Eccleſia, decimo octavo ætatis ſuæ anno, a) κατηχήσεων opus aggreſſus, poſtea a Demetrio, b) ejus urbis Epiſcopo, in locum Clementis c) presbyteri confirmatus, per multos annos floruit: & cum jam mediæ eſſet ætatis, d) & propter Eccleſias Achaiæ, e) quæ pluribus hæreſibus vexabantur, ſub teſtimonio Eccleſiaſticæ epiſtolæ f) Athenas per Palæſtinam pergeret, a Theoctiſto & Alexandro, Cæſareæ & Hieroſolymorum Epiſcopis, presbyter ordinatus, Demetrii offendit animum; g) qui tanta in eum debacchatus eſt inſania, ut per totum mundum ſuper nomine ejus ſcriberet. Conſtat eum, antequam Cæſaream migraret, fuiſſe Romæ h) ſub Zephyrino Epiſcopo, & ſtatim Alexandriam reverſum, Heraclan presbyterum, i) qui ſub habitu Philoſophi perſeverabat, adjutorem ſibi feciſſe κατηχήσεως, qui quidem & poſt Demetrium Alexandrinam tenuit Eccleſiam.

Quantæ autem gloriæ fuerit, hinc appareret, quod Firmilianus k) Cæſareæ Epiſcopus, cum omni Cappadocia eum invitavit, & diu tenuit: & poſtea ſub occaſione ſancto-

τεσσαράκοντα ἐτῶν τὴν ἡλικίαν ἄγων, κατηχήσεων ὑπεστήμην παρειληφὼς, μετ' οὐ πολὺ τοῦ τῆς Δημητρίου τῆς αὐτῆς πόλεως ἐπισκόπου, εἰς τόπον Κλήμεντος πρεσβυτέρου καταστάθεις, ἐπὶ ἔτη πολλὰ διέτριψα, μεσήλιξ τε ἤδη ὢν, διὰ τὰς ἐν τῇ Ἀχαΐᾳ ἐκκλησίας, αἵπερ παρὰ πολλῶν αἱρέσεων ἐσκύλοντο, ὑπὸ μαρτυρίου ἐκκλησιαστικῆς ἐπιστολῆς αἵπερ διὰ Παλαιστίνης εἰς Ἀθήνας, τοῦ τε Θεοκτίστου καὶ Ἀλεξάνδρου Καισαρείας καὶ Ἱεροσολύμων ἐπισκόπων, πρεσβυτέρου χειροτονηθεὶς, δημηγορίαν προσέχρησεν, ὅς τις τοιαύτη κατ' αὐτὸν ἐχρήσατο ἀνοίᾳ, ὡς τι ἐπ' ὀνόματι αὐτοῦ εἰς πᾶσαν τὴν οἰκουμένην γράψαι. Πρὸ τοῦ δὲ μεταλθεῖν εἰς Καισάρειαν, τὴν Ῥώμην κατιλῆφεν ὑπὸ Ζεφυρίνου ἐπισκόπου, εὐθύς τε εἰς Ἀλεξάνδρειαν ἀναζεύξας, Ἡράκλαν τὸν πρεσβύτερον τὸν ἐν σχήματι φιλοσόφου διατρίβοντα, βοηθὸν συνελάβετο κατηχήσεως, ὅς τις καὶ μετὰ Δημήτριον τὸν Ἀλεξανδρέων διεδέξατο ἐκκλησίαν. Ὅσης δὲ δόξης ἐχρήσατο, καὶ τοῦτο δηλοῦσι. Φιρμιλλιανὸς ὁ Καισαρείας, ἐπίσκοπος μὲν πάσης τῆς Καππαδοκίας καὶ προεστηκὼς αὐτῶν, καὶ ὑπὸ πολὺ κατέχει, καὶ ὕστερον προφάσει τῶν ἁγίων τόπων εἰς Παλαιστίνην ἐλθὼν, ἐν τῇ Καισαρίων



a) Euſeb. VI. 3. Ἔτος δ' ἦγεν ἐκκαιδέκατον, καθ' ὃ τὴν τῆς κατηχήσεως προέστη διδασκαλίου.

b) Id. p. 205. αὐτοῦ μόνου (legerim μόνου) τῆς τοῦ κατηχεῖν διατριβῆς ὑπὸ Δημητρίου τοῦ τῆς ἐκκλησίας προεστῶτος ὑπεστερημένης.

c) Clementis Alexandrini de quo ſupra, c. 38. quem ipſe præceptorem habuerat Origenes, teſte Euſebio VI. 6.

d) Sic ſupra c. 53. de Tertulliano. *Hic cum usque ad mediam ætatem presbyter Eccleſiæ permanſiſſet.* Intelligit autem per mediam ætatem hoc loco annum Origenis 43. CHriſti 228.

e) Euſebius VI 21. Ἐπεγίνοντο χρεῖαι ἐκκλησιαστικῶν ἕνεκα πραγμάτων ὑπὸ τὴν Ἑλλάδα στελλόμενον τὴν διὰ Παλαιστίνης πρεσβυτέριον χειροθεσίαν ἐν καισαρείᾳ πρὸς τοῦδε τοῦ προεστῶτος ἀναλαμβάνει.

f) Epiſtolam formatam intellige, quam Demetrius Epiſcopus teſtimonii loco ipſi abeunti impertierat. Itaque fallitur Photius, qui Origenem iter ſuſcepiſſe ſcribit χωρὶς τῆς οἰκείας γνώμης ὑπισχόντα, Cod. 118. hoc enim ſi fuiſſet, ab Epiſcopis Alexandro Hieroſol. & Theoctiſto Cæſarienſi non fuiſſet tam benigne exceptus, quorum Epiſtolas ad Demetrium pro Origene memorat Euſebius VI. 19. & Origenem tanquam Magiſtrum ab iis auſcultatum refert c. 27.

g) Hanc rem fuſius expoſuerat Euſebius libro ſecundo Apologiæ pro Origene, ut ipſe teſtatur VI. 23. Sed illius Apologiæ tantum primus liber ex Rufini verſione ad nos pervenit. Cæterum Epiſtolas, Origenis proſcindendi cauſa ad omnes toto orbe terrarum Epiſcopos πᾶς ἀνὰ τὴν οἰκουμένην Ἐπισκόπους a Demetrio ſcriptas memorat VI. 8.

h) Euſeb. VI. 14. Ὀγίδοῃ Ἀδαμάντῳ Ζεφυρίνου τοῦδε τοὺς χρόνους τῆς Ῥωμαίων ἐκκλησίας ἡγεμόνα ὑπομίμνοντα τῇ Ῥώμῃ καὶ αὐτὸς τοῦ χάριν, λέγων ἐξάμβωνα τὴν ἀρχαιοτάτην Ῥωμαίων ἐκκλησίαν ἰδεῖν, ἔνθα μὲ πολὺ διατρίψας ἐπάνισθι εἰς τὴν Ἀλεξάνδρειαν. Videtur hoc factum circa A. C. 212. ætatis Origenis 27.

i) Euſeb. VI. 15. Τὸν Ἡράκλαν τῶν γνωρίμων ποτέ φασιν ἐν τοῖς θείοις αὐτοῦ διδασκάλου, καὶ ἄλλως ὄντα λογιώτατον ἄνδρα καὶ φιλοσοφίας οὐκ ἄμοιρον, κοινωνὸν καθίσαι τῆς κατηχήσεως. Eundem Heraclam φιλοσόφου ἀναλαβόντα σχῆμα laudat Origenes apud Euſeb. VI. 19. p. 221. Succeſſorem deinde in Scholæ Catecheticæ Præfectura Heraclas habuit Dionyſium A. 231. quo ipſe Demetrio in Epiſcopatu Alexandrino ſucceſſit. Vide Euſeb. VI. 26. & 29. Heraclas & Dionyſius ambo Origenis fuere diſcipuli.

k) Sigebergenſis Codex vitioſe, *Firmianus.* De Firmiliano Cæſareenſi Cappadociæ Epiſcopo Euſebius VI. 27. Τοσαύτην εἰσάγων περὶ τὸν Ὠριγένην σπουδὴν, ὡς ποτὲ μὲν αὐτὸν ἀμφὶ τὰ κατ' αὐτὸν κλίματα εἰς τὴν τῶν ἐκκλησιῶν ὠφέλειαν ἐκκαλεῖσθαι, τοτὲ δ' ὡς αὐτοῦ ὑπὲρ τὴν Ἰουδαίων γέλωτα, καὶ πῶς αὐτῷ συνδιατρίβειν χρόνους τῆς εἰς τὰ θεῖα βελτιώσεως ἕνεκα.

rum locorum Palæſtinam veniens, diu Cæſareæ l) in ſanctis Scripturis ab eo eruditus eſt. Sed & illud, quod ad Mamæam, m) matrem Alexandri Imperatoris, religioſam fœminam, rogatus venit Antiochiam & ſummo honore habitus eſt: quodque ad Philippum Imperatorem, n) qui primus de Regibus Romanis Chriſtianus fuit, o) & ad matrem p) ejus litteras fecit, quæ usque hodie exſtant. Quis ignorat & quod tantum in Scripturis divinis habuerit ſtudii, ut etiam Hebræam q) linguam, contra ætatis r) gentisque ſuæ naturam, ediſceret: & exceptis ſeptuaginta Interpretibus, alias quoque editiones s) in unum congregaret volumen: Aquilæ ſcilicet Pontici proſelyti, & Theodotionis Hebionei, & Symmachi ejusdem dogmatis, qui in Evangelium quoque κατὰ Ματθαῖον t) ſcripſit commentarios, de quo & ſuum dogma confirmare conatur. Præterea quintam & ſextam & ſeptimam editionē, quas etiam nos de ejus Bibliotheca u) habemus, miro labo

σαρίων παρ' αὐτῷ τὰς θείας ἐπαιδεύθη γραφάς. Κἀκεῖνο ἢ ἀδὴς ἀγνοεῖ, ὅτι πρὸς Μαμαίαν τὴν μητέρα Ἀλεξάνδρου τοῦ βασιλέως εὐλαβεστάτην γυναῖκα προσκληθεὶς, ἦλθεν εἰς Ἀντιόχειαν, καὶ ἐν μεγίστῃ γέγονε τιμῇ, καὶ πρὸς Φίλιππον τὸν βασιλέα τὸν πρῶτον ἐκ τῶν Ῥωμαίων βασιλέων Χριστιανὸν γενόμενον, καὶ πρὸς τὴν τούτου μητέρα γράμματα ἀπέσταλκεν, ἄχρι τοῦ παρόντος τυγχάνοντα. καὶ ὅτι τοσαύτην εἶχε σπουδὴν περὶ τὰς θείας γραφὰς, ὡς καὶ τὴν Ἑβραϊκὴν ἀκριβῶς ἐκμεμαθηκέναι τῇ πατρίδι, καὶ τῇ ἀκριβείᾳ φθάσαι ἐκμαθεῖν. Καὶ δίχα τῶν ἑβδομήκοντα ἑρμηνευτῶν, ἄλλας ἐκδόσεις εἰς ἓν συναγαγεῖν, Ἀκύλα λέγω, Ποντικοῦ προσηλύτου καὶ Θεοδοτίωνος Ἑβιωναίου, καὶ Συμμάχου τοῦ αὐτοῦ δόγματος, ὃς τὸ κατὰ Ματθαῖον Εὐαγγέλιον ὑπεμνημάτισε, δι' ὧν καὶ τὸ ἴδιον δόγμα βεβαιῶσαι σπουδάζει. Ὁμοίως δὲ πέμπτην καὶ ἕκτην καὶ ἑβδόμην τὰς ἐκδόσεις, ἃς καὶ ἡμεῖς ἐκ τῆς αὐτοῦ βιβλιοθήκης ἔχομεν, πολλῷ πόνῳ εὑρὼν, μὴ ἐπέρων ἐκδόσεων ὑπήσατο. Καὶ ἐπειδὴ τὸν ἔλεγχον τῶν αὐτῶν

1) Cæſareæ Paleſtinæ, ubi Origenes per aliquod tempus verſatus eſt apud Theoctiſtum Epiſcopum A. C. 228. vel 229.

m) Euſebius VI. 21. Τῷ δὲ Αὐτοκράτορος μήτηρ Μαμαία τύχοντα γυνὴ θεοσεβεστάτη ἐν καὶ πᾶσι γεγονυῖα καὶ εὐλαβὴς τὸ τρόπον, τῆς ὡς ἐπὶ γυναικὸς παντοχόσε βοωμένης φήμης -- ἐπ' Ἀντιοχείας δῆτα διατρίβουσα, μὴ σπατωπικῆς δορυφορίας αὐτὴν ἀναπαλύπτῃ, παρὰ ἣ χρόνον διατρίψας &c. Factum hoc A. 218. ætatis Orig. 33.

n) Euſeb. VI. 36. Φέρεται δὲ αὐτοῦ καὶ πρὸς αὐτὸν βασιλέα Φιλίππου Ἐπιστολή. Vincentius Lerinenſis p. 302. Commonitorii: *Sed & ejusdem* (Origenis) *Epistolæ testimonium perhibent, quas ad Philippum Imperatorem, qui primus Christianorum Principum Christianus fuit, Christiani magisterii auctoritate conscripsit.* Epiſtolas ait, quod de unica Epiſtola intelligendum.

o) Ad Chriſtianos acceſſiſſe Philippum Imp. multi & inſignes ſcriptores veteres ac recentes tradunt cum Euſebio VI. 34. τῶν κατ' ἐκεῖνο λόγος Χριστιανὸν ὄντα &c. Et in Chron. ad A. 246. *Philippus primus omnium ex Romanis Imperatoribus Christianus fuit.* Operæ pretium eſt videre quibus hanc ſententiam argumentis oppugnet Frid. Spanhemius in diſſ. de traditis antiquis converſionibus Lucii Britonum Regis, Juliæ Mammææ Auguſtæ & Philippi Imp. Patris & Filii, T. 2. Opp. p. 405. ſeq. Non falſo tamen id ſcriptum ab Euſebio libenter mihi perſuadeo.

p) Non ad matrem Philippi Senioris Imp. Sed ad Otaciliam Severam ejus conjugem quæ junioris Philippi mater fuit, Epiſtola Origenis memoratur ab Euſebio VI. 36. Φέρεται αὐτοῦ καὶ πρὸς αὐτὴν βασιλέα Φιλίππου ἐπιστολὴ, καὶ ἄλλη πρὸς τὴν τούτου μητέρα μετὴν Σεβῆραν.

q) Euſebius VI. 16. Τοσαύτη εἰσήγετο τῷ Ὠριγένει τῶν θείων λόγων ἀκριβείᾳ ἐξέπεσις, ὡς καὶ τὴν Ἑβραΐδα γλῶτταν ἐκμαθεῖν. Vide ſi placet quæ de Hebraicis Origenis ſtudiis annotavi lib. V. Bibl. Græcæ p. 214.

r) Contra mores illorum temporum & conſuetudinem Chriſtianorum in Ægypto.

s) De Origenis induſtria qua LXX. Interpretum verſionem recenſuit & cum Hebraico texto & aliis verſionibus Græcis conjunctam digeſſit, diligentiſſime nuper diſſeruerunt triumviri doctiſſimi, *Humfredus Hody* in elaboratiſſimo opere de Bibliorum textibus originalibus, verſionibus Græcis & Latina Vulgata, Oxon. 1705. fol. *Jo. Erneſtus Grabe* in Epiſtola ad Jo. Millium ibid. 4. & in diſſertatione *de vitiis LXX. Interpretum verſioni ante B. Origenis ævum illatis & remediis ab ipſo in Hexaplari ejusdem verſionis editione adhibitis.* Oxon. 1710 4. & *Bernardus de Montfaucon*, in prolegomenis ad fragmenta ex Hexaplis longe diligentius poſt Jo. Druſium collecta & illuſtrata Pariſ. 1713. fol. 2. Volum.

t) Euſeb. VI. 17. καὶ ὑπομνήματα δὲ τοῦ Συμμάχου ἐστὶ τῶν Φέρεται, ἐν οἷς δοκεῖ πρὸς τὸ κατὰ Ματθαῖον δοκιμώτερον Εὐαγγέλιον τὴν (τῶν Ἑβιωναίων) αἵρεσιν κρατύνειν. De Aquila, Symmacho & Theodotione, cæterisque verſionibus Græcis accurate iidem quos jam laudavi Hodyus & Montfauconus. Vide etiam, ſi tanti, quæ de illis notavi lib. 3. Bibl. Græcæ cap. 12.

u) In Cæſareenſi 8. Pamphili Bibl. aſſervatas.

re reperit, & cum cæteris editionibus comparavit. *

Et quia indicem operum ejus x) in voluminibus Epistolarum, quas ad Paulam scripsimus, in quadam Epistola contra Varronis y) opera conferens posui, nunc omitto: illud de immortali ejus ingenio non tacens, quod Dialecticam quoque & Geometriam, & Arithmeticam, Musicam, Grammaticam & Rhetoricam, omniumque Philosophorum sectas ita didicit, ut studiosos quoque secularium litterarum sectatores haberet, z) & interpretaretur eis quotidie, concursusque ad eum miri fierent: quos ille propterea recipiebat, ut sub occasione sæcularis litteraturæ in fide Christi eos institueret. De crudelitate autem persecutionis, quæ adversum Christianos sub Decio consurrexit, eo quod in religionem Philippi a) desæviret, quem & interfecit, b) superfluum est dicere: cum etiam Fabianus, c) Romanæ Ecclesiæ Episcopus, in ipsa occubuerit, & Alexander Babylasque, d) Hierosolymorum & Antiochenæ Ecclesiæ Pontifices, in carcere pro confessione Christi dormierint. Et super Origenis statu si quis scire velit, quid actum sit, primũ quidem de Epistolis ejus, e) quæ post persecutionem ad diversos missæ sunt: deinde de sexto Eusebii Cæsariensis Ecclesiasticæ historiæ libro, & pro eodem Origene in sex voluminibus, f) poterit liquido cognoscere.** Vi-

τὰ συντάγματα ἐν τῇ τύχῃ τῶν Ἐπιστολῶν τῶν πρὸς Παύλαν παρ' ἡμῶν γεγραφωσῶν, ἐν μιᾷ Ἐπιστολῇ συγκείμενα τοῖς βαρρωνιανοῖς ἔργοις τίθεικα, νῦν παραλιμπάνω, ἐπαινῶ δὲ τῆς αὐτοῦ ἀθανάτου εὐφυΐας μὴ σιωπῶν, ὅπερ διαλεκτικὴν, καὶ γεωμετρικὴν, ἀριθμητικὴν, μουσικὴν, γραμματικὴν, καὶ ῥητορικὴν, καὶ πάντων τῶν φιλοσόφων τὰ δόγματα, ἅτινες ἐξήμαθεν, ὡς τε συνωδοὺς τοῖς κοσμικῶν γραμμάτων ἀκροαταῖς ἰσχνείαν, καὶ ἐξηγεῖσθαι αὐτοῖς ἐκάστοτε, συνδρομάς τε πρὸς αὐτὸν πολλὰς γίνεσθαι, ἃς λαβὼν τότε εἰσῆκτο, ἐφ' ᾧτε προφάσει τῆς διδασκαλίας, εἰς τὴν τοῦ Χριστοῦ πίστιν ἀγαγεῖν πάντας. Περὶ δὲ τῆς ὠμότητος τοῦ διωγμοῦ, τοῦ κατὰ τῶν Χριστιανῶν, ὅτι δεινῶς κινηθέντος, ἐλύσσα δὲ εἰς τὴν Φιλίππου εὐλάβειαν, ὃν καὶ ἀπέκτεινεν, εἰπεῖν ἠγοῦμαι περισσὸν, ἐν αὐτῷ δὲ τῷ διωγμῷ, καὶ Φαβιανὸς ὁ Ῥώμης Ἐπίσκοπος ἐτελεύτησεν, καὶ Ἀλέξανδρος καὶ Βαβύλας Ἱεροσολύμων καὶ Ἀντιοχείας Ἐπίσκοποι, ἐν τῇ Φυλακῇ ὁμολογηταὶ ἐκοιμήθησαν. Εἴ τις δὲ περὶ Ὠριγένους μαθεῖν ἐθελήσῃ, πρῶτον μὲν ἐκ τῶν Ἐπιστολῶν αὐτοῦ, τῶν μετὰ τὸν διωγμὸν πρὸς διαφόρους διαπεμφθεισῶν, ἔπειτα ἢ καὶ ἀπὸ τοῦ ἕκτου λόγου τῆς Εὐσεβίου Καισαρείας Ἐπισκόπου ἱστορίας, ἢ ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ Ὠριγένους βιβλίων ἓξ πολλαχοῦ μαθεῖν δυνήσεται. Ἔζησεν ἕως Γάλλου καὶ Βολουσιανοῦ, τοῦτ' ἔστιν, ἐνιαυτὸν καὶ ἑξῆς τῆς ἡλικίας αὐτοῦ ἔτους, καὶ ἐκοιμήθη ἐν Τύρῳ, ἐν ᾗ καὶ ἐτάφη.



* MSS. quæ Marcianæus inspexit, *copulavit*.

x) Etiam Eusebius VI. 32. testatur se accuratum indicem operum Origenis texuisse in vita S. Pamphili Martyris, sed nec illa vita in qua hic index legatur exstat, & Epistola ad quam hoc loco nos ablegat Hieronymus, similiter excepta particula quam nobis servavit Rufinus, intercidit. *Cæterarum quoque*, inquit Marcianæus, *volumina Epistolarum invidit posteris humilitas ac modestia S. Paulæ, quæ noluit nomen suum celebrari ex Epistolis Hieronymi.*

y) Notum est Varronem inter πολυγραφωτάτους Romanorum fuisse, cujus licet non modo scripta pleraque omnia sed etiam tituli ipsi librorum multi interciderint, tamen bene longum illorum catalogum videbit qui voluerit lib. 1. Bibl. Latinæ c. 8.

z) Hæc Hieronymus ex Eusebii VI. 19. p. 221.

a) Eusebius VI. 39. Δίκαιον δὴ καὶ πρὸς Φιλίππου ἔχθος ὕστερα διωγμὸν κατὰ τῶν Ἐκκλησιῶν ἐγεῖραι. Hinc Philippum si non palam Christianum, certe Christianis admodum faventem fuisse, non video qui possit negari.

b) Philippus Imp. in expeditione contra Decium suscepta victus, a militibus occisus est A. C. 249. ut narrant Zosimus, Eutropius, Aurelius Victor, Zonaras & alii.

c) Μαρτυρίῳ τελευτήσαντα Fabianum in persecutione Decii, scribit Eusebius VI. 39. Vide Martyrologia & Acta Sanctor. 20. Januar. & de Babyla 24. Jan. de Alexandro 18. Martii.

d) Eusebius VI. 39. Τῷ δὲ Ἀλεξάνδρῳ τῷ τῆς Ἱεροσολύμων Ἐκκλησίας Ἐπισκόπῳ συμμαρτυρίας ἐν Ἀντιοχείᾳ τοῦ Βαβύλα μετὰ τὴν ὁμολογίαν ἐν δεσμωτηρίῳ μεταλλάξαντος.

e) Epistolæ Origenis, intercidérunt. Cæterum inter recentiores tam multos qui de Origenis vita tradidere, accuratæ industriæ palmam facile ferunt illustris Huetius in Origenianis, & Tillemontius T. 3. memoriarum sive commentariorum Hist. Ecclesiasticæ. Novam ac præclaram operum Origenis editionem brevi exspectamus vulgandam Parisiis a *Carolo de la Rue*, Congregationis S. Mauri, cui tam multos viros insignes debet Ecclesia & literatus orbis, socio dignissimo.

f) Intellige Apologiam pro Origene, quam sex libris cum S. Pamphilo Martyre Eusebius elaboravit, & cujus vix primus liber ex Rufini interpretatione tulit ætatem, & excerpta quædam apud Photium Cod. 118.

** Post hæc verba insulsum hominis furiosi Scholion reperit Marcianæus in Codice MS. Ambrosianæ Bibl. n. 181. & Vaticano 348. & 349. *Hæc tam Origenis & falsa est,*

xit usque ad Gallum g) & Voluſianum, id eſt, usque ad lxix. ætatis ſuæ annum, & mortuus eſt Tyri h) in qua urbe & ſepultus eſt.

*Ja eſt, & deceptio plurimorum, qui in amorem ejus provocantur: cum conſtet eum ſuper omnes hæreticos venenato ore inauditas & intolerabiles blaſphemias ſpiritu Diabolico in Dominum noſtrum JEſum CHriſtum locutum fuiſſe: quique a Sanctis Patribus, Epiſcopis & Monachis anathematizatus, etiam bonâ ipſius minime legi debere.*

g) Euſeb. VII. 1. cum dixiſſet Gallum Decio ſucceſſiſſe, quod A. C 253. factum eſt, ſubjungit: Ὠριγένης ἐν τούτῳ ἑνὸς δέοντα τῆς ζωῆς ἑβδομήκοντα διαπλήσας ἔτη τελευτᾷ.

h) Idem tradit Photius Cod. 118. Et Origenis tumulum Tyri commemorant etiam alii juniores ſcriptores ut Albertus Stadenſis p. 187. Chron.

## ERASMI SCHOLIA.

Κατηχήσεων.) Catecheſeon, unde Catechumeni.

*Theoctiſto.*) Quod ſonat à Deo condito, ſive poſſeſſo.

*Pro nomine ejus.*) Vetuſtiſſimi ſcriptum habebant, ſuper nomen ejus. Legendum opinor, ſub nomine ejus. Sophronius vertit, ὑπὸ ὀνόματι αὐτοῦ.

*Firmianus.*) Firmilianus dicitur Sophronio, & in exemplari Maguntiæ primum excuſo.

*In Sanctis Scripturis verſatus eſt.*) In vetuſtiſſimo quodam exemplari ſcriptum erat, Eruditus eſt, conſentiente Sophronio, qui vertit, ἐπαιδεύθη.

*Et cum cæteris editionibus comparavit.*) Comparavit dixit, pro contulit. Id verbi parum videtur intellexiſſe Sophronius, qui tranſtulerit, ὠνήσατο, id eſt, emit: quam Hieronymus Ruffini taxavit acyrologiam, quod comparare pro mercari poſuerit.

*Et quia indicem operum ejus.*) Hæc Epiſtola prorſus intercidit una cum indice, quæ noſtro bono periit. Nam ſi ſupereſſet magis etiam diſcruciaremur, ejus viri tot egregia periſſe monumenta. Nunc extant perpauca, tametſi nuper quidam multa congeſſit in nomen Origenicum, prorſus indigna, non dicam Origene, ſed prorſus homine mediocriter erudito, ac pene nihil novimus Origenis, niſi quod in quibusdam erravit.

*Cum etiam Fabianus.*) Sophronius legit Flavianus. In uno vetuſtiſſimo codice reperi Flavianus.

## MARIANI VICTORII.

*Adjutorem ſibi feciſſe κατηχήσεως.* Hoc eſt, inſtitutionis, qua tirunculi in fide inſtruuntur. Reſeſt hodie omiſſa, cum tamen maxime in Eccleſia neceſſaria ſit.

*Heraclan presbyterum iterum, qui ſub habitu philoſophi perſeverabat.* Vocem, Iterum, delevimus, uti ſuperfluam & a Sophronio etiam prætermiſſam.

*Sed & illud nemo ignorat.* ἀδὲς ἀγνοεῖ, habet Sophronius, & ita in emendatis Codicibus invenitur: apud tranſalpinos tamen typographos deerat, Nemo ignorat.

*Philippum imperatorem, qui primus de Regibus Romanis Chriſtianus fuit.* Hoc ipſum aſſerit in hiſtoria etiam Euſebius, addens, quod vitam ſceleribus contaminatam, infamatamque, publica eluerit mundaveritque pœnitentia, ſicque ſacris myſteriis participaverit.

*Aquilæ Pontici proſelyti.* Hic ex gentibus in Judaiſmum adſcitus eſt. Quidam eundem cum Onkelos, Chaldæa translatione apud Hebræos celebri, eſſe ajunt. Judæi, e genere Titi imperatoris fuiſſe, falſo, ut eorum moris eſt, comminiſcuntur, quippe cum Ponticus, non Italus, fuerit Aquila.

*Poterit liquido cognoſcere.* δυνήσεται. Ante tamen legebatur, poſſit.

## HENRICI GRAVII.

*Origenes.*) B. Hieron. in Chronicis: *Origenes anno 6. Commodi apud Alexandriam naſcitur.*

*Adverſum Chriſtianos perſecutione commota.*) Vide in Chronicis & lib. 6. Eccleſ. hiſtor. ſtatim ab initio.

*A Leonide patre, Chriſti martyrio coronato.*) De eo Origenes ipſe homil. 4. in Leviticum: *Nihil mihi conducit Martyr pater, ſi non bene vixero, & ornavero generis mei nobilitatem, hoc eſt, teſtimonium ejus, & confeſſionem, qua illuſtratus eſt in Chriſto.* Hieronym. in Epiſt. *Schedulæ. Magnus vir ab infantia, & vere martyris filius.*

*Fiſcus occupaverat.*) Euſeb. cap. 3. ſimilis locutio in Mich. 2. *Si ſubſtantiam fiſcus invaſerit.*

*In locum Clementis presbyteri confirmatus.*) Itidem Hieron. in epiſt. *Schedulæ: Alexandriæ Eccleſiaſticam Scholam tenuit, ſuccedens eruditiſſimo viro Clementi presbytero.*

*Fuiſſe Romæ ſub Zephyrino Epiſcopo.*) Euſeb. cap. XIV.

*Heraclan presbyterum.*) Euſeb. cap. XV.

*Quod ad Mamæam matrem Alexandri Imperatoris.*) Cap. XXI. Euſeb.

*Et ad matrem ejus litteras fecit.*) γαμετὴν, id est, uxorem. Apud Euseb. c. 36.

*Alias quoque editiones in unum congregaret volumen.*) Vide Euseb. c. 16. & 17. & Hieronymum in Tit. 3. caput.

*Et Symmachi ejusdem dogmatis.*) Euseb. ubi supra.

*Et quia indicem operum ejus in voluminibus epistolarum, quas ad Paulam scripsimus in quadam Epistola.*) Hæc Epistola temporum malignitate intercidit: Habes autem bonam illius partem in invectiva Rufini ad Apronianum: *Libellum*, inquit, *quendam scribens, comprehendere quasi indiculo quodam voluit, quanta apud Latinos Varro scripserit, & quanta apud nostros Origenes in Græcis, in quo ita ait M. Terentium Varronem miratur antiquitas*, &c. Mox de Origene: *Vultis nosse, quanta ingenii sui reliquerit monimenta? Sequens titulus ostendit. Scripsit in Genes. lib. 13. mysticarum homiliarum libros duos, in Exodum excerpta. in Leviticum excerpta.* Et post multa. *Item*, inquit, *monobiblia, περὶ ἀρχῶν libros 4. de resurrectione libros duos, & alios de resurrectione dialogos duos* &c. Vide Euseb cap. 2 . & 32.

*Contra Varronis opera conferens posui.*) De operibus Varronis vide Augustinum de civitate Dei lib. 6. c. 2. & 3. Vide etiam Gellium cap. 10. & Plinium lib. 35. cap. 2.

*Illud de immortali ejus Ingenio non tacens.*) Hieronym. Comment. In Tit. 3. caput. *Hæc immortale illud ingenium suo nobis labore donavit.* Ad Magnum: *Origenes X. scripsit Stromatias, Christianorum & Philosophorum inter se sententias comparans, & omnia nostræ religionis dogmata de Platone & Aristotele, Numenio, Cornutoque confirmans.* Hieron. In Dan. 9. citat ex decimo.

## AUBERTI MIRÆI SCHOLIA.

*Origenes.*) Alexandrinus, Ægyptius, Leonidis martyris filius, Clementis Alexandrini discipulus, dictus est Adamantius (ob infatigabilem in scribendo legendoque laborem) ab invicibili adamantis vi. Ambrosio Alexandrino, infra ab Hieronymo c. 56. memorando, codices, notarios ac sumptus suppeditante scripsit ad sena librorum millia; ut Epiphanius hæres. 64. tradit: sed plurima perierunt. Quæ supersunt, in duos tomos distributa, Parisiis 1604. & alibi sæpius sunt excusa. Exstant præterea seorsim libri ejus *contra Celsum*, a Davide Hœschelio Græco Latine, Augustæ Vindelicorum, in 4. editi Plurima item fragmenta citantur in Catena Græcorum Patrum in S. Lucam, quam Balthasar Corderius, Soc. JEsu Doctor Theologus, Latine reddidit, & typis Plantinianis 1628 publicavit. His annumerantur a quibusdam *Tetrapla, Hexapla, & Octapla*, Origenis labore contexta. *Tetrapla* sunt quatuor editiones Testamenti veteris, LXX. Interpretum, Aquilæ, Symmachi & Theodotionis. *Hexapla* sunt quatuor illæ editiones, adjunctis duabus Hebraicis, altera litteris Hebraicis, altera litteris Græcis. *Octapla* sunt editiones sex supra dictæ, adjunctis duabus, sine nomine auctoris, quinta & sexta Additque ipse Origenes septimam editionem, ex versione LXX. Interpretum emendata, & cum Theodotionis versione collata, additis asteriscis & obeliscis. De his editionibus Epiphanius lib. de ponderibus & mensuris, ejusque commentator Petavius, consuli poterunt.

Quamvis autem doctissimus fuerit Origines, deceptus tamen Platonis Philosophia in multos errores incidit; ut S. Basilius lib de Spiritu sancto cap. 30 Epiphanius hæres. 34. Hieronymus, Augustinus, & alii veteres tradunt. Extat elegans epistola Hieronymi ad Avitum, de cavendis Origenis περὶ ἀρχῶν erroribus. In Synodo V. generali, collatione 8. canone 11. eidem Origeni ac scriptis ejus dictum est anathema. Hæc notanda Bellarmino in Catalogo monuit, propter eos qui Origenem defendere vel excusare conantur Quales olim fuerunt, *Eusebius* l. 6. Hist. Eccles. & in Apologia pro Origene, quam nomine Pamphili martyris edidit; & *Ruffinus*, qui similiter Apologiam pro Origene scripsit; qualis item nostra patrumque memoria *Joannes Picus & Gilbertus Genebrardus* exiterunt. Quæ porro vera sint Origenis opera; quæ dubia vel suppositicia, post alios Bellarminus libro citato explicat. Cæterum anno Commodi Imp. sexto (Christi 185.) circiter natus est Origenes; Severi anno decimo (Christi 202.) agebat ætatis 17. annum, quando Leonides, ejus pater martyrium fecit: ut præter Hieronymum Eusebius l. 6. hist. c 3. & in Chronico narrat. Septimam persecutionem Decio anno circiter 250. movente, ne infanda pateretur, thus idolis immolavit & Tyrum inde secedens, anno post quinto, ætatis 69. obiit Tyri: ut ex Eusebio l. 7. hist. cap. . & Hieronymo epist. 55. colligitur.

*Aquila.*) Semi-Judæus ac semi-Christianus, (quem ad ævum Hadriani Imp. Epiphanius lib. de mensur. & pond. refert.) & Symmachus (qui sub M. Aurelio vixit) Bibliorum interpretes, numerantur inter hæreticos. Ab his non longe abfuit Theodotio: ut Petavius in Animad. ad Epiph. p. 399. notavit.

*In religionem Philippi.*) M. Julium Philippum Imp. a S. Pontio (infra cap. 68. laudando) de sacris Christianis edoctum fuisse, occasione anni V. millesimi, cum in capitolio sacrificare Jovi vellet, sunt qui scribunt. Philippo uxor fuit Marcia Otacilla Severa, ex qua Philippum filium Imperii consortem procreavit. Ab Otacilla filium Philippum

præceptis similiter Christianis informatum fuisse, iidem narrant. Baronium tom. 1. Annalium, & in Notis ad Rom. Martyrologium 14. Maji consule.

## ERNESTI SALOMONIS CYPRIANI.

*Postea a Demetrio in locum Clementis presbyteri confirmatus.* Ex vita Origenis intelligitur, errare illos, qui Alexandrinos presbyteros Chorepiscopos, Episcoporum dignitate præditos, faciunt: quorum sententiam breviter, sed docte refutat Joannes Garnerius dissertatione II. ad librum diurnum Romanorum pontificum *p.* 158.

*Heraclam presbyterum, qui sub habitu philosophi perseverabat.* Heraclam presbyterum antea κοινῇ ἐσθῆτι, vulgari veste, deinceps vero Philosophi habitu incessisse, & Eusebius libro VI. capite XIX. tradit. Unde constat liquido, clericorum habitum a cæterorum hominum vestitu diversum non fuisse: quod hodie fatentur pontificii doctiores, Octavius Ferrarius parte secunda de re vestiaria libro IV. capite XIIX. Stephanus Baluzius in notis ad Galliæ Narbonensis concilia, *p.* 26. & Paulus Aringhius libro VI. Romæ subterraneæ capite XXIIX. Auctis vero, quæ ad cultum externum in Ecclesia pertinebant, prudenti consilio factum est, ut Clerici peculiari habitu incederent. Neque tamen ubique aut semper hoc obtinuit, quum anno MCCXIV. Concilium Monspeliense coactum sit hanc legem condere: *Quoniam propter incompositum habitum quorundam clericorum regularium & secularium iam adeo laici scandalizantur, quorum frequenter nobis sunt oblatæ querelæ, quod non solum viros Ecclesiasticos hinc contemnunt, verum & ipsos & Ecclesias aggravant & molestant, non credentes hujusmodi clericis magis deferendum quam laicis, qui non solum a laicis in habitu & alia conversatione non discrepant, verum & in his & in aliis se magis exhibent dissolutos, nos volentes prædictorum utilitatibus tam spiritualiter, quam corporaliter providere; in Synodo præsenti statuimus, ut quilibet Archi-Episcopus vel Episcopus talaribus vestimentis & camisia linea super alios pannos extra domum suam, si pedes vacat, semper utatur, & idem observet in domo, cum curiam publice cum extraneis tenet. Chlamydem quoque talarem habeat super scapulas consutam more Romano.*

*Firmilianus.* Corrupta lectio codicis Guelpherbytani: *Firmianus.*

# CAPUT LV.

AMMONIUS, vir disertus & valde eruditus in philosophia, i) eodem tempore Alexandriæ clarus habitus est: qui inter multa ingenii sui & præclara monumenta etiam de consonantia Moysi & JEsu k) elegans opus composuit, & Evangelicos Canones l) excogitavit, quos postea secutus est Eusebius Cæsariensis. Hunc falso accusat Porphyrius, m) quod ex Christiano ethnicus fuerit, cum constet eum usque ad extremam vitam Christianum perseveravisse. n)

Ἀμμώνιος ὁ ἐλλογιμώτατος καὶ φιλοσοφίας πεπαιδευμένος, ἐν τοῖς αὐτοῖς χρόνοις ἐν Ἀλεξανδρείᾳ λαμπρὸς φανείς, μετὰ τῶν συντεθέντων παρ' αὐτοῦ θεοφανῶν λόγων, καὶ περὶ τῆς συμφωνίας Μωϋσέως καὶ Ἰησοῦ βίβλον θαυμαστὴν συνέθηκε, καὶ εὐαγγελικοὺς κανόνας ἐφεῦρεν, οἷς μὴ πάνυ ἐξηκολούθησεν Εὐσέβιος ὁ Καισαρεύς. Τοῦτα πλαγίως κατηγορεῖ ὁ Πορφύριος, φάσκων δοτὸν Χριστιανῶν ἑλληνικὸν γεγονέναι, ὃς γε ἄχρι τῆς πλείστης Χριστιανὸς διέμεινεν.

i) Ammonium hunc πλείστην ὁπόσην ἐν φιλοσοφίᾳ ἴσχυκέναι tradit & τὸν λόγον ἐμπειρίαν ipsi tribuit Porphyrius apud Euseb. VI. 19.

k) Eusebius p. 221. cum dixisset Ammonium δι' ὧν κατέλιπε συγγραμμάτων ὧδε πως τοῖς πλείοσιν εὐδοκιμῆσαι, subjungit: ὥσπερ ἂν καὶ ὁ ὑπογεγραμμένος περὶ τῆς Μωϋσέως καὶ Ἰησοῦ συμφωνίας, καὶ ὅσοι ἄλλοι ὧδε τοῖς φιλοκάλοις ἤρεσαν. Hic liber intercidit.

l) Ammonio huic tribuitur ab eruditis Harmonia Evangeliorum quæ sæpius Latine prodiit ex versione Ottomari Luscinii, post primam editionem Augustæ Vindelic. 1523. Illam vero quam sub Tatiani nomine perperam venditavit Victor Capuanus, ideo idem negat se Ammonio tribuere potuisse, *quod Ammonius Matthæi fertur relationi, Evangelistarum reliquorum relationum discretos annexuisse sermones, hic vero Sancti Lucæ principia assumta.* Eodem in loco canonum numeros mirabili studio per Ammonium repertos & decem classibus sagaciter digestos Victor celebrat, qui ex Eusebii recensione plurimis Evangeliorum Codicibus præfixi leguntur, Græce & Latine sæpius editi.

m) Porphyrium mendacii eo nomine arguit Eusebius VI. 19. quod libro tertio adversus Christianos Ammonium, quem Χριστιανὸν ἐκ Χριστιανῶν ἀναπεφάνθαι non diffitetur, eundem tradidit ἐκ βίου τῆς κατὰ τὴν θεοσέβειαν ἐπὶ τὸν ἑλληνικὸν τρόπον ἐκστῆναι. Rufin. *a Christianis ad errores paganorum delapsum.*

n) Τῷ π Ἀμμωνίῳ τὸ τῆς ἐνθέου φιλοσοφίας ἀκέραιον καὶ ἀδιάπλαστον καὶ μέχρις ἴσχατης τοῦ βίου διέμεινε τελευτῆς. Euseb. ibid. ubi per ἔνθεον φιλοσοφίαν, Christi doctrinam intelligit. Rufinus: *fidem Christi inter Philosophica studia.* Nicephorus V. 13. Ἀμμωνίῳ δ' ἔσης τὸ ζῆν ἑκάστῳ παρῆν, ἀδιαπλάστως ἡ κατὰ Χριστὸν ἐτηρήθη πίστις.

## AUBERTI MIRÆI.

*Ammonius.*) Alexandrinus, Origenis in Philoſophia præceptor, falſo a Porphyrio accuſatus, quaſi ad paganiſmum rediiſſet; inventor fuit Evangelicorum Canonum, ut Euſebius & Hieronymus teſtantur. In Bibliotheca veterum Patrum, ipſi attribuitur Harmonia quatuor Evangeliorum, Interprete Orthomaro Luſcinio. In eadem Bibliotheca exſtat alia Harmonia, Tatiano Alexandrino inſcripta. Ejus tamen interpres Victor Epiſcopus Capuanus, in præfatione, dubitat, ſitne Tatiani an Ammonii, & rem in dubio relinquit: etſi magis arbitretur Tatiani hunc laborem eſſe: verum recentiores plerique Ammonio tribuunt. Sic fere Joannes Molanus, Doctor Theologus Lovanienſis in ſua Bibliotheca ſacra, quæ apud me exſtat manuſcripta, typis hactenus non edita. Baronium ad annum 174 & Bellarminum in Catalogo conſule. Ammonii porro diſcipulus fuit Plotinus Lycopolitanus: teſte Porphyrio in illius vita.

## ERNESTI SALOMONIS CYPRIANI.

*Hunc falſo accuſat Porphyrius.* Porphyrius libro III. contra Chriſtianos *apud Euſeb. L. VI. c. 19. Ammonius cum Chriſtianos inter parentes Chriſtianus educatus fuiſſet, ſimul atque per ætatem ſapere potuit, ſtatim ad vivendi rationem legibus conſentientem deſcivit.* Miror autem, cur Ammonium poſtponat Origeni, quem tamen Ammonii diſcipulum fuiſſe ex Porphyrio conſtat.

# CAPUT LVI.

AMBROSIUS o) primum Marcionites, p) deinde ab Origene correctus, Eccleſiæ diaconus, & confeſſionis q) Dominicæ gloria inſignis fuit, r) cui & Protocteto presbytero liber Origenis de Martyrio ſcribitur. Hujus induſtria, & ſumptu & inſtantia s) ad hunc infinita Origenes dictavit volumina. t) Sed & ipſe, quippe ut vir nobilis, u) non inelegantis ingenii fuit: ſicut ejus ad Origenem Epiſtolæ x) indicio ſunt. Obiit ante mortem Ori-

Ἀμβρόσιος πρῶτον Μαρκιωνιστὴς, ὕστερον παρὰ Ὠριγένους διορθωθεὶς, ἐκκλησιαστικὸς διάκονος, καὶ θείας ἐξομολογήσεως, δόκιμος ἐγένετο, τούτῳ ὁμοῦ τῷ Θεοκτίστῳ πρεσβυτέρῳ βίβλος Ὠριγένους περὶ μαρτυρίου γράφεται. Τῇ αὐτοῦ τούτου καὶ ἀναλώμασι καὶ ἐπείξει, πρὸς τοῦτον πάμπολλα Ὠριγένης ἐπέστειλε συντάγματα. Ἀλλὰ καὶ αἱ πρὸς αὐτὸν ἐπιστολαὶ ἐσώθησαν, ὧν, ἐκ ἀκριβοῦς ἐν τῇ εὐφυΐᾳ ἦν, καθὰ αἱ πρὸς Ὠριγένην τοῦτο δηλοῦσιν Ἐπιστολαί. Ἐπλούτησε



o) Alius Ambroſius Alexandrinus junior, Didymi auditor, de quo infra c. 126.

p) Ambroſium Valentini addictum ſectæ, τὴν τῆς Οὐαλεντίνου φρενοπλανῆ αἵρεσιν, πρὸς τῆς τοῦ Ὠριγένους πρεσβευομένης ἀληθείας ἐλεγχθέντα καὶ ὡς ἂν τοῦ φωτὸς καταυγασθέντα τὴν διάνοιαν, refert Euſebius VI. 18. Nempe Valentinus *Marcionis auctor* ſive Magiſter ut Gennadio c. 25. de S. E. dicitur. Epiphanius LXIV. 3. de Origene: Ἀμβροσίῳ τινὶ συντυχὼν τῶν διαφανῶν ἐν αὐλαῖς βασιλικαῖς. Τινὲς δὲ τοῦτον τὸν Ἀμβρόσιον ἔφασαν οἱ μὲν Μαρκιωνιστὴν, οἱ δὲ Σαβελλιανόν.

q) De Diaconatu Ambroſii ſilet Euſebius: ſed in Martyrologiis traditur fuiſſe Diaconus Alexandrinus. Vide Acta Sanctor. 17. Martii. Tillemontium T. 3. memor.

r) In perſecutione Sub Julio Maximino (A. C. 236.) Ambroſium & Protoctetum Presbyterum Cæſarienſem διαπρέψαι ἐν ὁμολογίᾳ refert Euſebius VI. 28. ubi obſervat Origenem iisdem ſuam ad Martyrium exhortationem dedicaſſe, quæ etiamnum exſtat, notis Jo. Rodolphi Wetſtenii illuſtrata. Baſil. 1674. 4. Euſebii verba ſunt: Τόν τε Ὠριγένης τὸν περὶ μαρτυρίου συντάξας, Ἀμβροσίῳ καὶ Πρωτοκτήτῳ πρεσβυτέρῳ τῆς ἐν Καισαρείᾳ παροικίας ἀναθεὶς τὸ σύγγραμμα. In libro ipſo nominatim eosdem alloquitur Origenes: Ἀμβρόσιε θεοπρεπέστατε, Πρωτόκτητε εὐσεβέστατε. Hinc conſtat vitioſe editum fuiſſe in Hieronymiani libri editionibus etiam noviſſima Marcianæi, *cui pro Theoctiſto presbytero*, cum legendum ſit, *cui & Protocteto presbytero.*

s) Hinc Ambroſius iſte Origenis ἐργοδιώκτης. Vide quæ infra, ad cap. 61.

t) Ex illis etiam quæ exſtant, non pauca Origenis Ambroſio dedicantur, ut præter exhortationem ad martyrium, libri contra Celſum, & in Johannem commentarii, ubi p. 3. ita eum alloquitur Origenes: Ἀμβρόσιε ἀληθῶς θεῖε ἄνθρωπε, καὶ ἐν Χριστῷ ἄνθρωπε, καὶ αὐτόθεν ἐναγὴς πνευματικὸς, καὶ ἔτι ἄνθρωπος.

u) Epiphanius LXIV. 3. ait Ambroſium fuiſſe τῶν διαφανῶν ἐν αὐλαῖς βασιλικαῖς. Non mediocres ejus opes celebrat Origenes, τοσαύτην κτῆσιν propter Chriſtum neglexiſſe teſtatus p. 877. exhortat. ad martyrium.

x) Ambroſii Epiſtolæ ad Origenem interciderunt, quemadmodum & paucis exceptis Epiſtolæ Origenis, quarum centum amplius congeſſerat, & ne iterum diſſiparentur in libros digeſſerat Euſebius quem vide VI. 36.

genis, y) & in hoc a plerisque reprehenditur, z) quod vir locuples amici sui senis & pauperis moriens non recordatus sit.

ὃ πρὸ Ὠριγένους, καὶ ἐν τούτῳ ὑπὸ πολλῶν κατεγινώσκεται, ὅτι περὶ πλούσιον ὢν, καὶ οἰκεῖον φίλον γέροντα καὶ πένητα πλούτου οὐκ ἐμνήσθη.

y) Origenes obiit A. C. 253. neque Ambrosius biennio citius, ut videtur vel triennio. Certe adhuc erat superstes cum libros contra Celsum ei inscriberet Origenes A. 247.

z) Tillemontius T. 3. memor. p. 273. suspicatur Ambrosium nullam aliam ob causam Origeni aliquid ex opibus suis legare supersedisse, quam quod pecunias ab eo prorsus contemni, paupertatem amari pulchre nosset.

## MARIANI VICTORII.

*Hujus industria & sumptu, & instantia ad hunc infinita Origenes dictavit volumina.* Delendæ mihi esse prorsus videntur hæ duæ voculæ, ad hunc, verum quia Sophronius eas habet, & nos nullam hac in re exemplarium opem habuimus, manum a litura abstinuimus.

## NOTÆ HENRICI GRAVII.

*Ambrosius.*) Vide Eusebium cap. 18. & 22, Meminit hujus supra ad Marcellam in Epistola; *Ambrosius.*

*Ad hunc infinita Origenes dictavit volumina.*) Horum extant 8. contra Celsum.

## AUBERTI MIRÆI.

*Ambrosius.*) Alexandrinæ Ecclesiæ diaconus, vir nobilis, dives & eruditus, est is, quem hoc libro infra cap. 61, S. Hieronymus tradit suo sumptu notarios ac librarios Origeni præbuisse. Quod & Eusebius hist. 6. narrat. Photius sua in Bibliotheca cod. 121. eam laudem S. Hippolyto Episcopo Portuensi tribuit. Ambrosius itaque id fecit æmulatione S. Hippolyti: ut infra cap. 61 Hieronymus narrat.

## ERNESTI SALOM. CYPRIANI.

*Quippe ut vir nobilis.* Rectius codex Guelpherbytanus: *Quippe vir nobilis.*

# CAPUT LVII

TRYPHON a) Origenis auditor, ad quem nonnullæ ejus exstant Epistolæ, in Scripturis eruditissimus fuit. Quod quidem & multa ejus sparsim ostendunt opuscula: sed præcipue liber, quem composuit de vacca rufa in Deuteronomio, b) & de Dichotomematibus, c) quæ cum columba & turture Abraham ponuntur in Genesi.

Τρύφων Ὠριγένους ἀκροατής, πρὸς ὃν πολλαὶ εἰσιν Ἐπιστολαὶ, ἐν ταῖς θείαις γραφαῖς πεπαιδευμένος, καθὰ αὐτοσχέδην δείκνυσι συντάγματα, καὶ ἐξαιρέτως ἡ βίβλος, περὶ Ἐκθηλείας τῆς ἐν τῷ Δευτερονομίῳ, καὶ περὶ τῶν Διχοτομουμένων, ἃ τινα μετὰ τῆς περιστερᾶς καὶ τρυγόνος τοῦ Ἀβραὰμ ἐν τῇ Γενέσει ἀναγινώσκομεν.

a) Hujus Tryphonis Eusebius nec inter discipulos Origenis, nec alibi meminit. Nihil etiam ex ejus ad nos pervenit scriptis. Atque ἐυχὴ τοῦ ἁγίου Τρύφωνος quæ MSta fuit apud V. C. Tho. Galeum, alium Tryphonem ut videtur auctorem habet. Perinde ut hæc Tryphonis adjuratio adversus infecta: ὁρκίζω ὑμᾶς κατὰ τοῦ μεγάλου ὀνόματος τοῦ ἐπὶ τῆς πίστεως ἐσταυρωμένου, ἢ μὴ βασανίσητε ἀλλὰ διαμαχέσησθε ὡσεὶ χηρὸς λιτὸ πρόσωπον πυρός &c. Fuere & Tryphones martyres, ut unus præter cæteros celebris, passus sub Decio, cujus colunt memoriam Græci 1. Febr. & Latini 10. Nov. Alium etiam ab Hieronymi Tryphone opinor esse Diodorum Tryphonem qui contra Manetem scripsit teste Epiphanio & Photio, & ad quem suos eidem Maneti oppositos libros misit Archelaus. Longe autem a vero, quin & a verisimilitudine omni repulsa suspicio illius, qui ante aliquot annos integris scriptis hanc in rem editis dialogum cum Tryphone Ephesio Judæo, S. Justino Martyri eripere, & Tryphoni Origenis discipulo tribuere instituit, de quo supra ad c. 23.

b) Imo Numeror. XIX. ad quod caput illustrandum præter interpretes & scriptores de Judæorum sacrificiis videndus *D. Joh. Benedictus Carpzovius* ὁ μακαρίτης, in dissertationibus duabus de vacca rufa: exegetica altera altera dogmatica Lipsiæ 1668. 1678. 4. *Daniel Lundius* de juvenca rufa Upsaliæ 1706. 8, Et qui Mosis Maimonidis tractatum de vacca rufa, latine vertit & uberrimis annotationibus illustravit *Andreas Christophorus Zellerus*, Maulbronnensis, Amst. 1711. 8.

c) Genes. XV. 11. cui loco lucem affert S. Cyrillus X. contra Julian. p. 359. cui e recentioribus jungendi Sam. Bochartus T. 1. Hierozoici lib. 2. c. 33. Tho. Gatakerus Adversar. Miscell. cap. 42. & Joachimus Kuhnius pentade II. quæst. 2.

ERAS-

## ERASMI SCHOLION.

*Et de dichotomematibus.)* Sic enim reſtituimus Græcam vocem ex Græcis Commentariis. Eſt autem *διχοτόμημα* ſectio in duas partes. Sophronius legit, *περὶ τῶν διχοτομούντων*, id eſt, de diſſecantibus .De vacca ruffa integræ ætatis fit mentio etiam Numeri decimo nono, de dichotomematibus Geneſeos decimo ſeptimo.

## MARIANI VICTORII.

*Et de dichotomematibus, περὶ τῶν διχοτομούντων*, habet Sophronius. Eſt autem *διχοτόμημα* ſectio in duas partes. In has autem Abraham victimas ſecuit. Hiſtoria ex Geneſi notiſſima eſt. Cæterum de vacca rufa hiſtoria in Numeris continetur. Olim tamen legeatur: Et de vacca rufa in Deuteronomio.

## AUBERTI MIRÆI SCHOLIA.

*Dichotomema.)* Id iſt, ſectio in duas partes. In has autem Abrahamus victimas ſecuit. Hiſtoria ex Geneſeos cap. 15. notiſſima eſt. De vacca rufa habetur Numerorum cap. 19.

## ERNESTI SALOMONIS CYPRIANI.

*Et de dichotomematibus.* Vocem Græcam expoſiturus nonnemo in margine ſcripſerat: *Et de diviſionibus.* Hoc in textum Guelpherbytani Codicis irrepſit, ubi legitur: *Et de Dichotomematibus, & de Diviſionibus.*

*Abraham.* *Ab Abraham* habet Codex.

# CAPUT LVIII.

MINUCIUS FELIX, Romæ inſignis cauſidicus, d) ſcripſit Dialogum Chriſtiani & Ethnici * diſputantium, qui Octavius e) inſcribitur. Sed & alius ſub nomine ejus fertur de Fato, vel contra Mathematicos: f) qui cum ſit & ipſe diſerti hominis, non mihi videtur cum ſuperioris libri ſtilo convenire. Meminit hujus Minucii & Lactantius g) in libris ſuis.

*Μινύκιος Φῆλιξ, ἐν Ῥώμῃ θαύσημος δικηγόρος ὤν, συνέγραψε διάλογον Χριστιανῶ καὶ ἐθνικῶ, ὃν ἐπιγράψων Octavium, καὶ ἕτερος ὁ λόγος ἐξ ὀνόματος αὐτὸ φέρεται, περὶ μοίρας, ἤτοι κατὰ τῶν μαθηματικῶν, ὅς τις λόγος εἰ καὶ ἐλλόγιμα ἀνδρὸς φαίνεται, ἐμοὶ γ' οὖν οὐ δοκεῖ συνάδειν τῷ χαρακτῆρι τῶν προειρημένων λόγων. Μέμνηται τούτου δὲ Μινυκίου καὶ Λακτάντιος ἐν τοῖς ἰδίοις συγγράμμασιν.*

d) Minucius ipſe c. 1. judiciarias curas ſuas memorat, vindemialibus feriis relaxatas.

* MS. Sigeberg. *Hæretici.* Vitioſe.

e) Octavium primus Minutio auctori reſtituit Franciſcus Balduinus, & Morillonus apud Hadrianum Junium lib. 3. animadverſor. cap. 1. cum in prima editione Romana ad Vaticani Codicis fidem procurata & in aliis proxime inſecutis pro octavo Arnobii perperam venditaretur. Certatim in illuſtrando cultiſſimo libello & emendando elaborarunt poſt Fauſtum Sabæum Brixianum Rom. 1543. Sigismundumque Gelenium Baſil. 1546. Franciſcus Balduinus Heidelberg. 1560. 8. Frf. 1610. 8. Fulvius Urſinus Rom. 1583. 4. Jo. Wowerius Hamb. 1603. 8. Deſiderius Heraldus Pariſ. 1605. 8. 1613. 4. Geverh. Elmenhorſtius Hamb. 1603. 8. & 1612. fol. Nic. Rigaltius Pariſ. 1643. 4. & ad S. Cypriani calcem 1666. fol. Jac. Ouzelius Lugd. Batav. 1652. 4. & 1672. 4. Chriſtoph. Cellarius, Halæ Saxæ 1699. 9. Jo. Davies, Cantabrig. 1707. 8. & Lond. 1711. 8. & Jac. Gronovius Lugd. Bat. 1709. 8. Gallice vertit Ablancurtius Pariſ. 1662. 12. Belgice M. Gargon, Vliſſingæ 1712. 8. Prodiit & Anglice Lond. 1682. Denique Joh. Meurſii Hypocriticus Minutianus cum Critico ipſius Arnobiano lucem vidit Lugd. Bat. 1598. 8.

f) Hic liber, cujus etiam in Epiſtola ad Magnum facit mentionem Hieronymus, hodie non exſtat.

g) Vide infra notas Henrici Gravii. Porro quod ad ætatem Minucii Felicis attinet, licet Frontonem Cirtenſem, cujus orationem adverſus Chriſtianos refert ac confutat, illo a Cornelio Frontone, qui M. Aurelium Antoninum Imp. docuit, diverſum eſſe mihi perſuadeo, & incertas itidem eſſe puto conjecturas virorum Doctorum, qui Cæcilium Natalem Minucii, vel unum ex procuratoribus jam dicti Antonini, vel eundem eſſe ſuſpicantur cum Natali cujus meminit Euſebius V. 28. tamen ſcriptorem hunc a temporibus Antonini, Commodi ac Severi non longe abfuiſſe omnes conſentiunt.

ὑρανῶν, ϗ ἀναστήσει πάντας τοὺς ἁγίους. Φίλιππον τ̄ τ̄ δώδεκα Ἀποστόλων ὃς κεκοίμηται ἐν Ἱεραπόλει, ϗ δύο θυγατέρας αὐτοῦ γεγηρακυίας παρθένους. Καὶ ἡ ἑτέρα αὐτοῦ θυγάτηρ ἐν ἁγίῳ πνεύματι πολιτευσαμένη, ἡ ἐν Ἐφέσῳ ἀναπαύεται. Ἐπὶ ᾧ ϗ ὁ Ἰωάννης ὁ ἐπὶ τὸ στῆθος τοῦ Κυρίου ἀναπεσών, ὃς ἐγενήθη ἱερεὺς τὸ πέταλον φορήσας, ϗ μάρτυς ϗ διδάσκαλος. ὑπὸ ἐν Ἐφέσῳ κεκοίμηται. ἐπὶ ᾧ ϗ Πολύκαρπος ὁ ἐν Σμύρνῃ ϗ Ἐπίσκοπος ϗ μάρτυς. Καὶ Θρασέας ϗ Ἐπίσκοπος ϗ μάρτυς ἀπὸ Εὐμενείας, ὃς ἐν Σμύρνῃ κεκοίμηται. Τί ᾗ δεῖ λέγειν Σαγαρέως Ἐπίσκοπον ϗ μάρτυρα, ὃς ἐν Λαοδικείᾳ κεκοίμηται. ἐπὶ ᾧ ϗ Παπείριον τ̄ μακάριον, ϗ Μελίτωνα τ̄ εὐνοῦχον, τὸν ἐν ἁγίῳ πνεύματι πᾶσαν πολιτευσάμενον· ὃς κεῖται ἐν Σάρδεσι προσδεχόμενον τὴν ἀπὸ τ̄ νεκρῶν ἀνάστασιν. Οὗτοι πάντες ἐτήρησαν τὴν ἡμέραν τῆς τεσσαρεσκαιδεκάτης τοῦ Πάσχα κατὰ τὸ Εὐαγγέλιον, μηδὲν παρεκβαίνοντες, ἀλλὰ κατὰ τὸν κανόνα τῆς πίστεως ἀκολουθοῦντες. Ἔτι ᾗ κἀγὼ ὁ μικρότερος πάντων ὑμῶν Πολυκράτης κατὰ παράδοσιν τῶν συγγενῶν μου, οἷς ϗ παρηκολούθησά τισιν αὐτῶν, ἑπτὰ μὲν ἦσαν συγγενεῖς μου Ἐπίσκοποι, ἐγὼ ᾗ ὄγδοος· ϗ πάντοτε τὴν ἡμέραν ἤγαγον οἱ συγγενεῖς μου ὅταν ὁ λαὸς ἤρνε τὴν ζύμην. Ἐγὼ οὖν ἀδελφοί, ἑξήκοντα πέντε ἔτη ἔχων ἐν Κυρίῳ, ϗ συμβεβληκὼς τοῖς ἀπὸ τῆς οἰκουμένης ἀδελφοῖς, ϗ πᾶσαν ἁγίαν

turus est de cœlis in majestate sua, & suscitaturus q) omnes Sanctos, Philippum loquor de duodecim Apostolis, qui dormivit Hierapoli, & duas filias ejus, quæ virgines senuerunt: & aliam ejus filiam, quæ Spiritu sancto plena in Epheso occubuit. Sed & Joannes, qui super pectus Domini recubuit, & pontifex ejus r) auream laminam in fronte portans, martyr & doctor in Epheso dormivit: & Polycarpus episcopus & martyr Smyrnæ cubat. Thraseas quoque episcopus & martyr de Eumenia in eadem Smyrna requiescit. Quid necesse est Sagaris episcopi & martyris recordari, qui in Laodicea seporatur; & Papirii beati, & Melitonis in sancto Spiritu eunuchi, s) qui semper Domino serviens, positus est in Sardis, & expectat in adventu ejus resurrectionem? Hi omnes observaverunt Pascha diem decima quarta lunæ, abevangelica traditione in nullam partem declinantes, & ecclesiasticum sequentes canonem. Ego quoque minimus omnium vestrum Polycrates, secundum doctrinam propinquorum meorum, quos & secutus sum (septem siquidem fuerunt propinqui mei t) episcopi, & ego octavus) semper Pascha celebravi, quando populus Judæorum azyma faciebat. Itaque, fratres, sexaginta quinque annos ætatis meæ natus in Domino, & a multis ex toto orbe fratribus eruditus, peregrata omni Scriptura, non formidabo eos, qui nobis minantur. Dixerunt enim majores mei: u)

ὑρανῶν ἐν τῇ δεξιᾷ δόξῃ, ἐγείρων πάντας τοὺς ἁγίους, φίλιππον λέγω ἐκ τῶν δώδεκα Ἀποστόλων, ὃς κοιμήθη ἐν Ἱεραπόλει, ϗ τὰς δύο θυγατέρας, αἱ πῶς παρθένοι ἐγήρασαν, ϗ ἑτέραν αὐτοῦ θυγατέρα, ἡ πῶς ἐν ἁγίῳ πνεύματι πεπληρωμένη, ἐν Ἐφέσῳ, ἐτελειώθη. Καὶ Ἰωάννης, ὃς ἐπὶ τὸ στῆθος τοῦ Κυρίου ἀνεκλίθη, ϗ ἱερεὺς αὐτοῦ γέγονε χρυσοῦν πέταλον ἐν τῷ μετώπῳ βαστάζων, μάρτυς ϗ διδάσκαλος ἐν τῇ Ἐφέσῳ κεκοίμηθη, ϗ Πολύκαρπος Ἐπίσκοπος ϗ μάρτυς ἐν τῇ Σμύρνῃ κατάκειται, ϗ Θρασέας Ἐπίσκοπος ϗ μάρτυς ἀπὸ Εὐμενείας ἐν τῇ αὐτῇ Σμύρνῃ ἀνέπαυσε. Οὐκ ἔστιν ἀνάγκη Σαγάρεως Ἐπισκόπου ϗ μάρτυρος μεμνῆσθαι, τοῦ ἐν Λαοδικείᾳ ἀναπαυσαμένου, ϗ Παπυρίου τοῦ μακαρίου τοῦ, ϗ Μελίτωνος ἐν τῷ ἁγίῳ πνεύματι εὐνούχου, ὅστις ἀεὶ τῷ Κυρίῳ λατρεύων, ἐν Σάρδεσι κατετέθη, ϗ προσμένει ἐν τῇ αὐτοῦ ἐλευσῇ τὴν ἀνάστασιν. Οὗτοι πάντες παρεφύλαξαν τὴν ἡμέραν τοῦ πάσχα, τῇ τεσσαρεσκαιδεκάτῃ τῆς σελήνης, κατὰ τὴν Εὐαγγελικὴν παράδοσιν εἰς οὐδέν μέρος παρεκβαίνοντες, ϗ Ἐκκλησιαστικῷ κανόνι ἑπόμενοι. Κἀγὼ ᾗ ἐλαχίστος πάντων ὑμῶν Πολυκράτης, κατὰ τὴν διδαχὴν τῶν πλησίον μου, οἷς ϗ ἠκολούθησα, ϗ γὰρ ἑπτὰ ἐγένοντο συγγενεῖς μου Ἐπίσκοποι, κἀγὼ ὄγδοος, ἀεὶ τὸ πάσχα ἐτέλεσα, ὅτε ὁ τῶν Ἰουδαίων λαὸς τὰ ἄζυμα ἐποιεῖτο. Τοιγαροῦν ἀδελφοί, ἑξήκοντα πέντε ἔτη ἄγων ἐν Κυρίῳ, ϗ συμβεβληκὼς πολλοῖς ἐκ πάσης τῆς οἰκουμένης ἀδελφοῖς παιδευθείς, ἐντυχὼν πάσῃ γραφῇ, οὐ δειλιάσω τοὺς ἀπειλουμένους ἡμῖν. Ἔφησαν γὰρ οἱ προηγησάμενοί μου, πειθαρχεῖν μᾶλλον θεῷ δεῖ ἢ ἀνθρώποις. Ταῦτα οὖν τοῦτο τίθεμαι, ἵνα τὴν τοῦ ἀνδρὸς αὐθεντίαν ἐξ ἐλαχίστου συντάγματος ἐπιδείξω. Ἤνθησεν ἐν τοῖς χρόνοις Σεβήρου τοῦ βασιλέως, ὑπηρέτης ϗ Νάρκισσος ἐν Ἱεροσολύμοις.

γίαν

q) Perperam ἀναζητήσει apud Euseb. III. 31. sed recte ἀναστήσει V. 24.

r) Sacerdos CHristi, quod ipsi instar aureæ Pontificatus infulæ.

s) Rufinus: *Melitonem propter regnum Dei eunuchum, & Spiritu S. repletum.* Hieronymus verba τ̄ εὐνοῦχον τ̄ ἐν ἁγίῳ πνεύματι cum superioribus conjunxit, quæ ad illa potius pertinent quæ sequuntur. Rufinus addidit verba: *propter regnum Dei.* Hic est Melito quem a plerisque Prophetam putari dixerat noster supra cap. 24. De Thrasea, Sagari & Papirio Valesius ad Eusebii V. 24.

t) Rufin. *septem ex parentibus meis.* Ubi *parentes* pro cognatis posuit (non pro genitoribus) ut Brutus *parens Tarquinii* Eutropio lib. 1. cap. 7. & *Getæ Gepidæque parentes* Jornandi c. 17. Plura scriptorum loca notarunt Viri docti ad scriptores Hist. Augusta & Menagius Originibus Gallicis in *parens.*

u) Puto Hieronymum scripsisse *majores me*, οἱ ἐμοῦ μείζονες Licet omnes Codices & Rufinus quoque, *mei.* Dictum Apostolicum quod respicit Polycrates, Actor. IV. 19. V. 29.

γίαν γραφὴν διεληλυθὼς, ἃ πέφυκεν δεῖ τοῖς καταπλησσομένοις. Οἱ δὲ ἐμοῦ μείζονες εἰρήκασι, πειθαρχεῖν δεῖ θεῷ μᾶλλον ἢ ἀνθρώποις.

*Obedire Deo magis oportet, quam hominibus.* Hæc propterea posui, ut ingenium & auctoritatem viri ex parvo opusculo demonstrarem. Floruit temporibus Severi Principis, eadem ætate qua Narcissus x)Hierosolymæ.

x) Hujus mentio fuit supra cap. 38.

## MARIANI VICTORII.

*et Pontifex ejus fuit.* Sic Sophronius, καὶ ἱερεὺς αὐτοῦ γέγονε. Antea tamen vox, fuit, deerat.

## AUBERTI MIRÆI SCHOLION.

*De Bacchylo* Corinthiorum, & *Polycrate* Ephesiorum, Episcopis Eusebius lib. 5. cap. 22. 24. & 25. consuli poterit. Polycrates certe Victori Pontifici, supra cap. 34. memorato, pro Quartadecimanis vehementer obstitit.

*S. Narcissus.*) Hierosolymorum Episcopus in Martyrologium Romanum, vetus & novum, relatus, ab Eusebio in Chron. & Hist. Eccles. l. 4. c. 19. l. 5. c. 12. l. 6. c. 8. & 9. item a Nicephoro l. 5. c. 9. & 10. ab Epiphanio hæresi 66. aliisque laudatur. Errant qui illum cum Narcisso Gerundensi Episcopo confundunt.

## ERNESTI SALOMONIS CYPRIANI.

*Elementa maxima.* Codex Guelpherbytanus habet: *Luminaria maxima.* Sed prior lectio retinenda est, quum in Eusebio sit: *L. V. c. 24. μεγάλα φαγῆνα.*

*Pontifex ejus.* Vox, *ejus*, non est apud Eusebium, heic vero recte adiicitur, ne quis Joannem faciat Judæorum pontificem.

*Auream laminam in fronte portans.* Eusebius laminam nec auream vocat, nec in fronte collocat. Τὸ πέταλον πεφορηκὼς, inquit. Sunt tamen, (*vide le Moyne l. c. p. 21.*) qui πέταλον bracteam auream, seu, folium aureum dicunt, quod Suidas non agnoscit. Πέταλον, ait, πίλημα, ἐξ ἐρίου πιληθὲν, pileus foliorum instar expansus & ex lana condensata factus. Vocem, πετάλοις, exponit Φύλλοις, *foliis*, sive aurea sint, sive alterius generis. Etsi vero Polycrates laminam non dicat auream; recte tamen id additum est ab Hieronymo. Nam Judæorum pontifices, ad quos respicitur hoc loco, tiaram in capite gestabant, καὶ χρυσῆν ἐπ' αὐτῆς ἔλασμα, & in ea auream laminam, cui nomen Dei inscriptum erat, ut est apud Josephum. *XI. antiq. c. 8.* Quæritur autem, an Joannes hujusmodi laminam gestarit, & an hic sit sensus verborum Polycratis. *Valesius ad l. c. Eusebii & Petavius ad epiph. hær. 70.* affirmant; qua sententia haud scio an ineptior excogitari queat. Primo enim Judæi Joannem illico trucidassent, tanquam summi pontificis jura involantem, non minus, ac si corona habituque regio incessisset. Gentilibus autem ludibrium risumque debuisset, quibus sordebant ejusmodi Judæorum ritus & scrupulosior vestitus ratio. Christianis vero scandalum præbuisset, quibus exterior cultus & vestimentorum apparatus curæ cordique haud erat, præcipue talis, quem ἀσκανδάλοις Christianorum hostes, pontifices Judæorum, adhiberent; & qui a Christiana simplicitate alienissimus esset. His rationibus inductus Stephanus le Moyne statuit, quæ de aurea lamina Joannis habentur in Polycratis epistola, vel suppositia esse, vel Polycratem nobis fabulam narrasse. Sed ego hæc eo modo intelligenda opinor, quo dicimus hodieque, alicui fasces submittere, id est, morem alicui gerere. Eadem ratione dicitur Joannes auream laminam summi pontificis gestasse, tanquam insigne supremi sacerdotii, non quod revera ita ornatus fuerit, sed quod eam potestatem habuerit, quam aurea lumina indicabat apud Judæos. Itaque hic sensus est, Polycratem non posse alia, quam quartadecima luna celebrare Pascha, quod ipsemet Joannes, qui auream laminam gestarit inter Christianos, id est, qui longe maxima autoritate in Christi Ecclesia enituerit, eo die solitus sit celebrare. Nam summæ potestatis Ecclesiasticæ insigne erat lamina illa aurea.

*De eumenia.* Eusebius: *eumenia episcopus.*

*Papirii.* Erasmus legit: Papyrii. Sed Eusebius παπείου habet.

*et Melitonis in Spiritu sancto eunuchi.* Rectius juxta Eusebium: *et Melitonem eunuchum, in Spiritu sancto cuncta peragentem.*

*Propinqui mei.* Sensus non est, septem tantum fuisse Polycratis antecessores; sed septem fuisse ex episcopis, qui Polycrati propinqua cognatione juncti essent. Συγγενεῖς est apud Eusebium.

# CAPUT XLVI.

HERACLITUS y) ſub Commodi Severique imperio in Apoſtolum z) Commentarios compoſuit.

Ηεράκλειος ἐπὶ Κομόδου καὶ Σεβήρου βασιλέως τὸ Ἀπόστολον ὑπεμνημάτισεν.

y) Heraclitum ſcripſi pro Heraclio quod habent cum Rufino & Græco Hieronymi interprete pauci Codices ut Quartinienſis teſte Suffrido Petri, cæteri enim Heraclitum, quomodo apud Hieronymum olim legerunt Freculfus & Honorius Auguſtodunenſis, & habent Græci Codices Euſebii V. 27. & Nicephori IV. 35.

z) Εἰς Ἀπόστολον, in Pauli Apoſtoli Epiſtolas. Hoſce commentarios perditos veriſimile eſt diu jam ante collectores Catenarum Græcarum, in quibus nusquam illius Heraclitι mentio.

## ERASMI SCHOLION.

Heraclius absque t legimus, tum apud Græcos, tum in pervetuſtis Latinorum Codicibus.

## ERNESTI SALOMONIS CYPRIANI.

Euſebio *L. V. c.* 26. Heraclitus, audit, non Hetaclius. Præter hunc alibi multos Heraclios, aut Heraclitos laudat Hieronymus, veluti Heraclitum σκοτεινὸν, Heraclium diaconum, Heraclium tyrannum.

# CAPUT XLVII.

MAXIMUS, a) ſub iisdem Principibus famoſam quæſtionem inſigni volumine ventilabit, unde malum, & quod materia a Deo facta ſit. b)

Μάξιμος ἐπὶ τῶν αὐτῶν βασιλέων θαυμαστὸν ζήτημα ἐν ὀλιγοστόμῳ τεύχει συνέταξε, τοῦτ' ἔστιν, πόθεν τὸ κακὸν, καὶ ὅτι οὐκ ἐκ θεοῦ ἡ ὕλη ἐδόθη.

a) Pro Maximo Rufinus & Honorius *Maximinum* vocat, quo nomine fuit illa ætate Epiſcopus Antiochenus memoratus Euſebio IV. 24. & V. 19. Sed fuit etiam Maximus Epiſc. Hieroſolymitanus id V. 12.

b) περὶ ἧς πολυθρυλήτου παρὰ τοῖς αἱρετιώταις ζητήματος ἐκ πόθεν ἡ κακία καὶ περὶ ἧς γενητὴν κατάρχειν τὴν ὕλην. Euſeb. V. 27. & Niceph. IV. 35. Per αἱρετιώτας Valentinianos intellige & Marcionitas.

## SCHOLION AUBERTI MIRÆI.

Euſebius libro VI. capite XXI. præparationis: *Maximus, profeſſor Chriſtianæ religionis non obſcurus, librum quoque ſingularem ac proprium de materia ſcripſit.* Capite ſequenti habetur luculentiſſimum ex libro de materia fragmentum. Ille liber Euſebio vocatur λόγος ὁ περὶ τῆς ὕλης.

# CAPUT XLVIII.

CANDIDUS, regnantibus ſupra ſcriptis, c) in Hexaëmeron d) pulcherrimos tractatus edidit.

Κάνδιδος βασιλευόντων τῶν προγεγραμμένων, εἰς τὴν ἑξαήμερον ὡραίους συνέταξεν ὁμιλίας.

c) Commodo at Severo. ſupra c. 46.

d) Τὰ Κανδίδου εἰς τὴν ἑξαήμερον memorat Euſebius V. 27. Primum fuiſſe Candidum qui in Hexaëmeron, ut primum Heraclitum qui in Epiſtolas Pauli ſcripſerit, affirmat Nicephorus IV. 35. Sed ante Candidum idem fecerant e Judæis Philo, e Chriſtianis Juſtinus Martyr. Idem Nicephorus plura alia elaboraſſe Candidum & πλείστα πονήσαντα celebrat.

## NOTA HENRICI GRAVII.

*Candidus.*) Euſebius in Chronicis: anno 3. Severi. *Candidus Chriſtianorum diſputator acutiſſimus notus efficitur.* In Apolog. adverſus Rufinum lib. 2. *Unde & Candido Valentiniani dogmatis ſectatori calumniandi ſe occaſionem dederit, qui diabolum ſalvandæ dixerit eſſe naturæ.* Paulo poſt: *Habetur dialogus apud Græcos Origenis & Candidi, Valentinianæ hæreſeos defenſoris* &c.

## ERNESTI SALOMONIS CYPRIANI.

*Pulcherrimos tractatus.* Quia Hieronymus hiſce capitibus in recenſendis ſcriptoribus ordinem ſervat, quem apud Euſebium licet invenire; venio in ſuſpicionem, illi non

Digitized by G

non viſos eſſe Candidi commentarios, hancque laudem ab eo ex ingenio additam eſſe. Nam in Euſebio nulla ſimili laude mactantur.

# CAPUT XLIX.

APPION, ſub Severo Principe, ſimiliter in Hexaëmeron e) tractatus fecit.

Ἀπίων ὁπὶ Σεβήρε Ϛ βασιλέως, ὁμοίως εἰς τὴν ἑξαήμερον ὁμιλίας συνεγράψατο.

e) Euſebius poſt Candidi in Hexaëmeron laudatos commentarios: Καὶ Ἀπίων⟨ος⟩ εἰς τὴν αὐτὴν ὑποθεσιν. Rufin. *Sed & Candidus qui in Hexaëmeron, ideſt de principio Geneſis ſcribit; Appius quoque de eisdem ſimiliter commentatur.* Niceph. ὡσαύτως δὲ καὶ Ἀπίων ὁπὶ τῇ αὐτῇ πραγματείᾳ μάλα ἱστόρησεν. *Appium* vitioſe vocant etiam Honorii Codices.

## ERNESTI SALOMONIS CYPRIANI Annotatio.

*Similiter in Hexaemeron.* Euſebius: εἰς τὴν αὐτὴν ὑπόθεσιν. Sophronius perperam vocat ὁμιλίας, quæ Euſebius ὑπομνήματα, Hieronymus vero *tractatus* appellat.

# CAPUT L.

SEXTUS, f) ſub Imperatore Severo, librum de reſurrectione ſcripſit.

Σέξτ⟨ος⟩ ὁπὶ Σεβήρε Ϛ βασιλέως, βίβλον περὶ τῆς ἀναστάσεως συνεγράψατο.

f) Σέξτε περὶ ἀναστάσεως Euſeb. V. 27. incertum idemne Σέξτ⟨ος⟩ ὁ ἐκκλησιαστικὸς φιλόσοφ⟨ος⟩ quem laudat S. Maximus ad Dionyſium de Myſtica Theologica c. 5. T. 2. p. 55.

## ERNESTI SALOM. CYPRIANI Annotatio.

*Librum de reſurrectione.* Unicuſne, an uno plures libri fuerint, non licet ex Euſebio addiſcere, quem tamen κατὰ πόδα Hieronymus ſequitur.

# CAPUT LI.

ARABIANUS. g) ſub eodem Principe, edidit quædam opuſcula ad Chriſtianum dogma pertinentia.

Ἀραβιανὸς ὁπὶ τῦ αὐτῦ βασιλέως, ἐξέδωκέ τινα συντάγματα τῶν Χριστιανῶν δόγματι πρόσηκοντα.

g) Male editiones & Græcus interpres *Brabianus*, quia non modo apud Euſebium eſt: καὶ ἄλλη ὑπόθεσις Ἀραβιανῦ, Sed ita etiam Rufinus, Nicephorus, & Suffrido Petri ac Miræo notante Honorius cap. 52. & libri MSS. eum vocant *Arabianum*. Scripta ipſius nulla videtur Hieronymus ipſe evoluiſſe, ſed notitiam hanc qualemcunque tantum ex Euſebio, ut ſuperiorum pleraque transtuliſſe.

## ERASMI SCHOLION.

Hunc Sophronius Brabianum vocat, ſed refragantibus noſtris exemplaribus.

## ERNESTI SALOMONIS CYPRIANI.

Retinui hanc lectionem Sophronii & Eraſmi. Euſebius & Codex noſter habent: Arabianus. Liquet autem, Hieronymum Arabiani opuſcula oculis haut uſurpaſſe, quia eorum argumentum admodum generatim indicat.

*Edidit opuſcula ad Chriſtianum dogma pertinentia.* Scilicet Euſebius argumentum opuſculorum non definiverat, ex quo ſolo plerisque his captibus ſapit Hieronymus.

*Quædam opuſcula.* Probabile eſt, nod niſi unicum librum fuiſſe. Nam Euſebius inquit: ἄλλη τις ὑπόθεσις ἀραβιανῦ.

# CAPUT LII.

JUDAS de ſeptuaginta apud Danielem hebdomadibus h) pleniſſime diſputavit, & Chronograpiam ſuperiorum temporum i)

Ἰούδας περὶ τῶν ἑβδομήκοντα ἑβδομάδων τῶν κῆ Δανιὴλ ἀκριβῶς ἐξηγήσατο, καὶ χρονογραφίαν τῶν ἀνωτέρω χρόνων, ἕως ⟨τοῦ⟩ δεκάτε ενι-



h) Euſebius VI. 7. ἐν τούτῳ δὲ Ἰούδας συγγραφέων ἐπιφ⟨ανὴς⟩ ἐστὶ τὰς περὶ τῷ Δανιὴλ ἑβδομήκοντα ἑβδομάδας ἐγγράφως διαλαχθεὶς &c.

i) Superiora tempora noti intelligere de temporibus LXX. hebdomades antecedentibus, ſed eas ſubſecutis. Rufinus verba Euſebii, εἰς τὸ δέκατον τῆς Σεβήρε βασιλείας ἔτος

usque ad decimum Severi produxit annum. In qua erroris arguitur, quod adventum Antichristi circa sua tempora futurum esse dixerit: sed hoc ideo, quia magnitudo persecutionum k) præsentem mundi minabatur occasum.

αὐτῷ Σεβήρῳ τῷ βασιλέως συνέταξεν, ἐν ᾗ καὶ παγιώσασθαι τὴν τοῦ Ἀντιχρίστου ὑπόνοιαν, ὡς ἐπὶ τοὺς ἰδίους καιροὺς φήσας πλησιάζειν. τὸ γὰρ μέγεθος τῶν τότε διωγμῶν, ὡσανεὶ παρεῖσαν ἐμφύειν τῆς οἰκουμένης ἀπώλειαν.

*ὅτι τὴν χρονογραφίαν* expressit sic: *qui & ipse decimum Severum Imperatoris annum regni commemorat.* Annus X Severi respondet Anno CHristi 202. In MS. Sigebergensi *Severi Pertinacis*, ut infra c. 54.

k) Euseb *ὃς καὶ τὴν θρυλλουμένην τοῦ Ἀντιχρίστου παρουσίαν ἤδη τότε πλησιάζειν ᾤετο. οὕτω σφοδρῶς ἡ καθ' ἡμῶν τότε διωγμῶν κίνησις τὰς τῶν πολλῶν ἀνεπτερώκει διανοίας.* Quod persecutionibus tribuit Eusebius, male Judæ scriptori impingitur apud Rufin. *Is etiam divulgatam Anti-Christi præsentiam jam jamque æstimans immunere ex persecutionum nimietate, multorum ex nostris fidelium animos perturbavit.*

## AUBERTI MIRÆI SCHOLIA.

*JUDAS.* Theologus & Historicus de LXX. apud Danielem hebdomadibus fuse disseruit, & Chronographiam superiorum temporum usque ad decimum Alexandri Severi Imp. annum (hoc est, Christi 202. vulgarem) perduxit: ut præter Hieronymum Eusebius l. 6. hist. c. 6. Nicephorus l. 1. c. 34. & Honorius c. 53. tradunt.

## ERNESTI SALOM. CYPRIANI.

*Ad decimum Severi annum.* Codex Guelpherbytanus: *Ad decimum Severi Pertinacis annum.*

# CAPUT LIII.

TERTULLIANUS presbyter, nunc demum primus post Victorem & Apollonium l) Latinorum ponitur, provinciæ Africæ, civitatis Carthaginiensis, patre Centurione proconsulari. m) Hic acris & vehementis ingenii, sub Severo Principe & Antonino Caracalla maxime floruit, multaque scripsit volumina: n) quæ quia nota sunt pluribus, prætermittimus. Vidi ego quemdam Paulum Concordiæ, quod oppidum Italiæ est, o) senem, qui se beati Cypriani, jam grandis ætatis, notarium, cum ipse admodum esset adolescens, Romæ vidisse diceret;

Τερτυλλιανὸς πρεσβύτερος, νῦν πρῶτος μετὰ Βίκτορα καὶ Ἀπολλώνιον ψηφίζεται τοὺς Ῥωμαϊκούς, ἐκ τῆς Καρχηδόνος τῆς Ἀφρικῆς ὁρμώμενος, παιδὸς κεντυρίωνος ἀνθυπατιανοῦ. Οὗτος δεινὸς καὶ σφόδρα ἐυφυὴς ὑπὸ Σεβήρου καὶ Ἀντωνίνου τοῦ ἐπίκλην Καρακάλλα, ἤνθησε, πολλὰ συνταξάμενος τύχῃ, ἅτινα διὰ τὸ πολλοῖς εἶναι ἐγνωσμένα παραλιμπάνομεν. Συνέτυχον ἐγὼ Παύλῳ ἀπὸ Κονκορδίας τῆς Ἰταλίας γέροντι, ὅς τις τοῦ μακαρίτου Κυπριανοῦ νοταρίου, λοιπὸν πρεσβύτην ἐλέγετο, ὅτι νέος ὢν ἐσχολάκει ἐν τῇ Ῥώμῃ καὶ ἀκηκόει παρ' αὐτοῦ ὡς ἀεὶ μίαν ἡδὸν ἡμέραν διηλέγετο Κυπριανὸς ἀναγνω-

l) De Victore c. 34. de Apollonio Senatore Rom. cap. 42.

m) Eusebius Chron. Vide infra, notas H. Gravii. Africæ Proconsularis Provinciæ caput, ut notissimum est, Carthago Tertulliani patria, ubi parens ejus ut Centurio sub Proconsule stipendia meruit.

n) Præter scripta Tertulliani, quæ exstant, fuere liber *de animæ (em)missione*, alius *de superstitione sæculi* & alius *de carne & anima*, quorum titulos in antiquissimo Codice Agobardino Rigaltius reperit: Tum liber *de spectaculis*, cujus meminit Hieronymus, supra, c. 18. & *de S. Trinitate opus* cujus epitomen esse Novatiani librum ejusdem argumenti affirmat c. 70. & *libri VII. de ecstasi*, de quibus inferius, hoc ipso capite. *De vestibus Aaronis*, nec non *de animalibus mundis & immundis*, & *de circumcisione* sed & *de virginitate*, quorum opusculorum variis Epistolarum suarum locis meminit idem Hieronymus. Et *contra Apellicianos*, Vincentius Lerin. c. 24. Commonitorii. Et *de paradiso* Tertull. c. 55. de anima: *Habes etiam de paradiso a nobis libellum, quo constituimus omnem animam apud inferos sequestrari in diem Domini.* Denique ut idem ipse testis, Græca opuscula, *de spectaculis*, *de baptismo*, *de velandis virginibus* & *de corona militis*. Diversum esse ab hoc Tertulliano JCtum cujus quædam in Digestis habemus, assentior Grotio ad Tit. III. 13. Licet & nostrum τοὺς Ῥωμαίων νόμους ἡκριβωκότα vocat Eusebius II. 2. Hist. & scripta ejus translationibus ex jure sumtis confertissimos notavit Cujacius VII. 2. Observatt. Alius etiam Tertullianus Episcopus Bononiensis de quo in Actis Sanctor. T. 3. April. pag. 494. Alius item de quo T. I. Junii p. 630.

o) MS. Gemblac. *Concordiæ*, *opido Italiæ*. Ad hunc Paulum Concordiensem Epistola Hieronymi XXI. &c.

referreque ſibi ſolitum. numquam Cyprianum p) absque Tertulliani lectione unum diem præteriſſe: ac ſibi crebro dicere, *Da magiſtrum*; Tertullianum videlicet ſignificans. Hic cum usque ad mediam ætatem presbyter Eccleſiæ permanſiſſet, invidia poſtea q) & contumeliis clericorum Romanæ Eccleſiæ, ad Montani dogma delapſus, in multis libris novæ Prophetiæ meminit: ſpecialiter autem adverſum Eccleſiam texuit volumina, r) de pudicitia, de perſecutione, de jejuniis, de monogamia, de ecſtaſi libros ſex, & ſeptimum, quem adverſum Apollonium compoſuit. Ferturque vixiſſe usque ad decrepitam ætatem, & multa, quæ non exſtant, s) opuſcula condidiſſe.

γνωσμάτων Τερτυλλιανῦ χωρὶς, συνεχῶς λέγοντος τῦ αὐτῦ Κυπριανῦ, διδάσκαλον, Τερτυλλιανὸν δηλονότι μηνύων. Οὗτος ἄχρι μέσης ἡλικίας πρεσβύτερος τῆς ἡμετέρας ἐκκλησίας γέγονεν, ὕστερον δὲ φθόνῳ καὶ προπηλακισμοῖς τῶν Κληρικῶν τῆς ἐν Ῥώμῃ ἐκκλησίας, εἰς τὸ Μοντανῦ δόγμα ὀλισθήσας, πολλὰς συνέταξε βίβλους, καινῆς προφητείας μέμνηται, καὶ ἰδικῶς κατὰ τῆς ἐκκλησίας συνεγράψατο, οὐδὲν δὲ ἧττον περὶ σωφροσύνης, περὶ διωγμῦ περὶ νηστείας, περὶ μονογαμίας, περὶ ἐκστάσεως λόγους ἓξ, καὶ ἕβδομον κατὰ Ἀπολλωνίου, καὶ ἕτερα πάμπολλα, ζήσας ἕως γήρως ἐσχάτου.

p) Mirum ne ſemel quidem Tertullianum citari in Cypriani ſcriptis quæ exſtant, licet Hieronymus Epiſtola 65. etiam teſtetur Cypriani ſcriptis probari, quod Tertulliano Magiſtro uſus fuerit. Pro *da magiſtrum*, Codex Gembl. tantum habet *magiſtrum*, quod Suffrido Petri videtur ἐμφατικώτερον, ego librarii oſcitantis omiſſione voculam *da* abeſſe non dubito.

q) Circa annum CHriſti 205. natus annos plus minus XL. Per clericos Romanæ Eccleſiæ Zephyrinum Papam potiſſimum tangere Hieronymus videtur, licet quademum cauſſa offenſus ab eo usque adeo fuerit Tertullianus, non certo conſtat. Vide Baronium ad A. C. 201. §. 10. & Tillemontium T. 3. memor. H. E. pag. 215. 664. ſeq. Marcianæus edidit: *Hic usque - - - permanſit, invidia poſtea* &c.

r) Liber Tertulliani *de pudicitia*, *de fuga in perſecutione*, *de jejuniis*, & *monogamia* exſtant, ſed perierunt libri ſeptem de ecſtaſi, quorum & ſupra c. 14. & 40. Hieronymus meminit. Ex his ut ſeptimus proprie adverſus *Apollonium* (de quo c. 40. dictum eſt) ita priores ſex videntur fuiſſe ſcripti adverſus Soterem Epiſcopum Romæ. Auctor prædeſtinati hæreſi 26. *Scripſit contra eos* (Montaniſtas) *librum Sanctus Soter Papa urbis, & Apollonius Epheſiorum antiſtes. Contra quos ſcripſit Tertullianus presbyter Carthaginienſis. Qui cum omnia bene & prime & incomparabiliter ſcripſerit, in hoc ſolum ſe reprehenſibilem fecit, quod Montanum defendit, agens contra Soterem ſupra dictum Urbis Papam.* Novam operum Tertulliani editionem poſt Beati Rhenani, Cerdæ, Pamelii, Rigaltii & Priorii curas in Gallia hodie parat Malinganus, Ord. Benedictini Monachus: Et in Italia exſpectare jubent viri docti ex emendatione Gaſp. Scioppii cum notis Guidonis Pancirolli.

s) Sic Hieronymus Epiſt. 128. extrema: *Fertur in indice Septimii Tertulliani liber de Aaron veſtibus, qui interim usque ad hunc diem a me non eſt repertus.*

## ERASMI SCHOLION.

Ut favit Hieronymus ingenio Tertulliani, quem propemodum excuſat in Montani factionem prolapſum, culpam rejiciens in invidentiam & contumelias clericorum. Itidem & Arius irritatus, tantos rerum motus excivit, nec Origenes invidia caruit, & vix ſubſtitit Hieronymus.

## MARIANI VICTORII.

*Vidi ego quendam Paulum Concordiæ, quod opidum Italiæ eſt, ſenem.* Vitam Pauli eremitæ, hoc eſt Paulo ſeni Paulum ſeniorem huic Hieronymus miſit. Epiſtola exſtat in primo tomo.

## NOTÆ HENRICI GRAVII.

*Nunc demum primus poſt Victorem & Apollonium Latinorum ponitur.*) Sentit, opinor, Apollonium Senatorem. Hieron. ad Magnum: *Veniam ad Latinos: quid Tertulliano eruditius? quid acutius? Apologeticus ejus & contra Gentes libri cunctam ſeculi obtinent diſciplinam.*

*Patre Centurione Proconſulari.*) Euſeb. in Chronicis, Anno 16. Severi: *Tertullianus Apher Centurionis Proconſularis filius omnium Eccleſiarum ſermone celebratur.*

*Et Antonino Caracalla maxime floruit.*) Ita legendum.

*Nunquam Cyprianum absque Tertulliani lectione.*) Hieron. in Epiſt. *Schedulæ. Beatus Cyprianus Tertulliano Magiſtro utitur, ut ejus ſcripta probant.* Vide Epiſt. ad Paulinum.

*In Montani dogma delapſus.*) Vide Auguſt. c. 66. de hæreſibus. *Tertullianiſtæ.* Et Vincentium Lirinenſem in lib. contra prophanas novationes. Hieronymus in Helvidium. *Et de Tertulliano quidem nihil amplius dico, quam Eccleſiæ hominem non fuiſſe.* Citat quædam

dam ex lib. contra Judæos in Dan. cap. IX. Hilarius Canone V. in Matth. *Quamquam & Tertullianus volumen huic aptissimum scripserit, sed consequens error hominis detraxit scriptis probabilibus authoritatem.* Ambrosius super illud 1. Cor. 13. *Etsi noverim mysteria omnia. Tertullianus & Novatianus non parvæ scientiæ fuerunt, sed quia per zelum, charitatis fœdera perdiderunt, in Schisma versi ad perditionem sui hæreses creaverunt.* Meminit rursus Tertulliani ad Romanos cap. V.

*De Monogamia.*) B. Hieron. Commentario in Tit. 1. *scripsit & Tertullianus de monogamia librum hæreticum, quem Apostolo contraire, nemo qui Apostolum legerit, ignorabit.*

*De ecstasi libros 6.*) De iis supra in Melitone & Apollonio. Citat ex Apologetico Eusebius lib. 2. cap. 2. & 25.

## AUBERTI MIRÆI SCHOLIA.

*TERTULLIANUS*, primum zelosæ catholicus seu orthodoxus, postea sub annum Christi 215. in Montani hæresim lapsus, libros aliquot erroribus plenos scripsit: de quibus brevem Bellarmini censuram in Catalogo reperies. Opera ejus, quæ exstant, cum Notis Iac. Pamelii, Latini Latinii & Joh. Mercerii Parisiis 1608. sunt edita. Post istos & Jo. Ludovicus Creda, S. I. Theologus, scripsit commentarium perpetuum in Tertullianum, 1624. & 1630. eadem in urbe excusum.

*Paulum Concordiæ.*) S. Pauli Eremitæ vitam huic Paulo seni, Concordiæ in Italia agenti, misit Hieronymus: exstatque tom. I. operum Hieronymi.

*Ad Montani dogma.*) Augustinum in libro De hæresibus, ad Quod vult Deum hæresi 86. Vincentium Lerinensem in libro adversus hæreses c. 24. & alios consule.

## ERNESTI SALOMONIS CYPRIANI.

*Hic cum usque ad mediam ætatem presbyter Ecclesiæ permansisset.* Codex Guelpherbytanus: *Hic usque ad mediam ætatem presbyter fuit Ecclesiæ Africæ.*

*Adversum ecclesiam texuit volumina de pudicitia, de jejuniis.* Modernorum pontificiorum jejunia tam similia sunt jejuniis, quæ Tertullianus & Montanistæ efflagitarunt, ut Martinus Peresius, pontificiæ sectæ Episcopus, dixerit, Tertullianum contra Psychicorum errorem scripsisse, eosque efficaciter convicisse. Scilicet bonus vir ob maximam illam, quam dixi, convenientiam jejuniorum Pontificiorum & Montanistarum putabat, Psychicos a Tertulliano impugnatos, hæreticos; Tertullianum vero & Montanistas Catholicos fuisse, adeoque librum de jejunio non adversum Ecclesiam, sed pro illa scriptum esse. Peresii verba affert Joannes Dallæus libro II. de jejuniis capite III.

# CAPUT LIV.

ORIGENES, qui & Adamantius, t) decimo Severi Pertinacis u) anno adversum Christianos persecutione commota, a Leonide Patre, x) Christi martyrio coronato, cum sex fratribus & matre vidua, pauper relinquitur, annos natus circiter decem & septem. y) Rem enim familiarem ob confessionem Christi fiscus occupaverat. z) Hic

Ὠριγένης, ὁ καὶ Ἀδαμάντιος, δεκάτῳ ἐνιαυτῷ Σεβήρου τοῦ Περτίνακος καὶ τῶν Χριστιανῶν διωγμὸν κινηθέντος, τοῦ μὲν Λεωνίδου πατρὸς, τοῦ καὶ μαρτυρήσαντος, μετ' ἐξ ἀδελφῶν καὶ μητρὸς χήρας πένης καταλειφθῆ, ἐτῶν οὔπω ἑπτακαίδεκα. Τούτων δὲ ἡ οὐσία διὰ τὸ εἶναι Χριστιανῶν ἐδημοσιώθη. Ὅς τις ἐν Ἀλεξανδρείᾳ διασκορπισθεῖσαν τὴν Ἐκκλησίαν ἐκ-

τωκαί-

t) Euseb. VI. 14. Ὁ γέ τις Ἀδαμάντιος, καὶ τοῦτο δὲ ἦν τῷ Ὠριγένει ὄνομα. Unde nolim assentiri Epiphanio, qui ex vanitate sibi imposuisse hoc nomen Origenem scribit, ἀπὸ μανίας ἑαυτῷ διπλοῦν ὄνομα Ἀδαμάντιον. hæresi LXIV. 73. MS. Cluniacense: *Origenes qui & Adamantius presbyter.* Male. Neque enim tunc presbyter erat, cum a Patre Leonide relinqueretur.

u) Septimius *Severus* in honorem Imperatoris Publii Helvii Pertinacis cognomen & ipse *Pertinacis* assumsit, ut testatur Capitolinus in Pertinace c. 15. & in Severo c. 7. Annus Severi decimus respondet Anno CHristi 202.

x) Duo Codices Vaticani quos inspexit Marcianæus, legunt: *a Leonide Episcopo patre.* Sed *Episcopi* vocabulum recte ab aliis Codicibus exulat. Eusebius VI. 1. loquens de Martyribus qui in Severi persecutione mortem pro CHristo fortiter oppetiere, ἐν οἷς, inquit, ὁ Λεωνίδης ὁ λεγόμενος Ὠριγένους πατὴρ τὴν κεφαλὴν ἀποτμηθεὶς νέῳ κομιδῇ καταλέλοιπε τὸν παῖδα. Vide Acta Sanctor. XXII. April.

y) Eusebius VI. 2. pag. 203. de Origene: ἔρημος ἅμα μητρὶ καὶ βραχυτέροις ἀδελφοῖς τὸν ἀριθμὸν ἓξ, ἑπταεπιδέκατον ἐνιαυτὸν ὑπάρχων ἔλιπε κατάλειπτος. Natus itaque Origenes A. C. 185.

z) Τῆς γε μὴν τοῦ πατρὸς οὐσίας τῆς βασιλικῆς τιμώμενος ἀναληφθείσης ἐν ταμείοις τοῦ καίσαρος καὶ τῆς περιουσίας κατασχεθείσης &c. id.

Alexandriæ diſperſa Eccleſia, decimo octavo ætatis ſuæ anno, a) κατηχήσεων opus aggreſſus, poſtea a Demetrio, b) ejus urbis Epiſcopo, in locum Clementis c) presbyteri confirmatus, per multos annos floruit: & cum jam mediæ eſſet ætatis, d) & propter Eccleſias Achaiæ, e) quæ pluribus hæreſibus vexabantur, ſub teſtimonio Eccleſiaſticæ epiſtolæ f) Athenas per Palæſtinam pergeret, a Theoctiſto & Alexandro, Cæſareæ & Hieroſolymorum Epiſcopis, presbyter ordinatus, Demetrii offendit animum; g) qui tanta in eum debacchatus eſt inſania, ut per totum mundum ſuper nomine ejus ſcriberet. Conſtat eum, antequam Cæſaream migraret, fuiſſe Romæ h) ſub Zephyrino Epiſcopo, & ſtatim Alexandriam reverſum, Heraclan presbyterum, i) qui ſub habitu Philoſophi perſeverabat, adjutorem ſibi feciſſe κατηχήσεως, qui quidem & poſt Demetrium Alexandrinam tenuit Eccleſiam.

Quantæ autem gloriæ fuerit, hinc appareat, quod Firmilianus k) Cæſareæ Epiſcopus, cum omni Cappadocia eum invitavit, & diu tenuit; & poſtea ſub occaſione ſanctotωκαίδεκα ἐτῶν τὴν ἡλικίαν ἄγων, κατηχήσεων ἐπισήμην παρειληφὼς, μετ' ὀλὺ ὡδὲ Δημητρίου τῆς αὐτῆς πόλεως Ἐπισκόπου, εἰς τόπον Κλήμεν]ος πρεσβυτέρου κατασταθεὶς, ἐπὶ ἔτη πολλὰ διέτριψε, μεσηλίξ τε ἤδη ὤν, διὰ τὰς ἐν τῇ Ἀχαΐα Ἐκκλησίας, αἵτινες παρὰ πολλῶν αἱρέσεων ἐσκύλοντο, ἐπὶ μαρτυρίᾳ Ἐκκλησιαστικῆς Ἐπιστολῆς ἀπιὼν διὰ Παλαιστίνης εἰς Ἀθήνας, ὡδὲ Θεοκτίστου καὶ Ἀλεξάνδρου Καισαρείας καὶ Ἱεροσολύμων Ἐπισκόπων, πρεσβύτερος χειροτονηθεὶς, Δημητρίῳ προσέκρουσεν, ὃς τις τοιαύτη κατ' αὐτὸν ἐχρήσατο ἀνοίᾳ, ὡς τι ἐπ' ὀνόματι αὐτοῦ εἰς πᾶσαν τὴν οἰκουμένην γράψαι. Πρὸ τοῦ δὲ μεταβῆναι εἰς Καισάρειαν, τὴν Ῥώμην κατειληφὼς ἐπὶ Ζεφυρίνου Ἐπισκόπου, εὐθύς τε εἰς Ἀλεξάνδρειαν ἀναζεύξας, Ἡρακλᾶν τὸν πρεσβύτερον τὸν ἐν σχήματι φιλοσόφου διατελοῦντα, βοηθὸν συνελάβετο κατηχήσεως, ὃς τις καὶ μετὰ Δημήτριον τὴν Ἀλεξανδρέων ἐκυβέρνησεν Ἐκκλησίαν. Ὅσης δὲ δόξης ἐχύρετο, ἐκ τούτου δηλοῦται. Φιρμιλλιανὸς γὰρ Καισαρείας Ἐπίσκοπος μετὰ πάσης τῆς Καππαδοκίας καὶ προεπέμψεν αὐτὸν, καὶ ἐπὶ πολὺ κατέσχε, καὶ ὕστερον προφάσει τῶν ἁγίων τόπων εἰς Παλαιστίνην ἐλθὼν, ἐν τῇ Καισαρέων



a) Euſeb. VI. 3. Ἦ]ε δ' ἤγεν ἐκκαιδέκατον, καθ' ὃ τοῦ τῆς κατηχήσεως προέστη διδασκαλείου.

b) Id. p. 205. αὐτῷ μόνῳ (legerim μόνον) τῆς τοῦ κατηχεῖν διατριβῆς ὑπὸ Δημητρίου τοῦ τῆς ἐκκλησίας προεστῶ]ος ἐπιτραμμένης.

c) Clementis Alexandrini de quo ſupra, c. 38. quem ipſe præceptorem habuerat Origenes, teſte Euſebio VI. 6.

d) Sic ſupra c. 53. de Tertulliano. *Hic cum usque ad mediam ætatem presbyter Eccleſiæ permanſiſſet.* Intelligit autem per mediam ætatem hoc loco annum Origenis 43. CHriſti 228.

e) Euſebius VI. 21. Ἐπειγόσης χρείας ἐκκλησιαστικῶν ἕνεκα πραγμάτων ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα στειλάμε]ον τὴν διὰ παλαιστίνης πρεσβυτερίου χειροθεσίαν ἐν καισαρείᾳ παρὰ τῶν τῇδε ἐπισκόπων ἀναλαμβάνει.

f) Epiſtolam formatam intellige, quam Demetrius Epiſcopus teſtimonii loco ipſi abeunti impertierat. Itaque fallitur Photius, qui Origenem iter ſuſcepiſſe ſcribit χωρὶς τοῦ οἰκείου γνώμης ἐπισκόπου, Cod. 118. hoc enim ſi fuiſſet, ab Epiſcopis Alexandro Hieroſol. & Theoctiſto Cæſarienſi non fuiſſet tam benigne exceptus, quorum Epiſtolas ad Demetrium pro Origene memorat Euſebius VI. 19. & Origenem tanquam Magiſtrum ab iis auſcultatum refert c. 27.

g) Hanc rem fuſius expoſuerat Euſebius libro ſecundo Apologiæ pro Origene, ut ipſe teſtatur VI. 23. Sed illius Apologiæ tantum primus liber ex Rufini verſione ad nos pervenit. Cæterum Epiſtolas, Origenis proſcindendi cauſa ad omnes toto orbe terrarum Epiſcopos τὰς ἀνὰ τὴν οἰκουμένην Ἐπισκόποις a Demetrio ſcriptas memorat VI. 8.

h) Euſeb. VI. 14. Ὀγίδεται Ἀδαμάντ]ος Ζεφυρίνου κ] τούσδε τοὺς χρόνους τῆς Ῥωμαίων ἐκκλησίας ἡγεμόνα ἐπισήμην τῇ Ῥώμῃ καὶ αὐτὸς τῶν γράφει, λέγων εὐθέμε]ον τὴν ἀρχαιοτάτην Ῥωμαίων ἐκκλησίαν ἰδεῖν, ἐνθα δὲ πολὺ διατρίψας ἐπανεισιν εἰς τὴν Ἀλεξάνδρειαν. Videtur hoc factum circa A. C. 212. ætatis Origenis 27.

i) Euſeb. VI. 15. Τὸν Ἡρακλᾶν τ' γνωρίμων προκρίνας ἔν τε τοῖς θείοις ἀνδράσιν, καὶ ἄλλως ὄντα λογιώτατον ἄνδρα καὶ φιλοσοφίας οὐκ ἄμοιρον, κοινωνὸν καθίστη τῆς κατηχήσεως. Eundem Heraclam φιλοσόφου ἀναλαβόντα σχῆμα laudat Origenes apud Euſeb. VI. 19. p. 221. Succeſſorem deinde in Scholæ Catecheticæ Præfectura Heraclas habuit Dionyſium A. 231. quo ipſe Demetrio in Epiſcopatu Alexandrino ſucceſſit. Vide Euſeb. VI. 26. & 29. Heraclas & Dionyſius ambo Origenis fuere diſcipuli.

k) Sigebergenſis Codex vitioſe, *Firmianus.* De Firmiliano Cæſareenſi Cappadociæ Epiſcopo Euſebius VI. 27. Τοσαύτην εἰσάγων περὶ τ' Ὠριγένην ἀποδοὴν, ὡς τοτὲ μὲν αὐτὸν ἀμφὶ τὰ κατ' αὐτὸν κλίματα εἰς τὴν τ' ἐκκλησιῶν ὠφέλειαν ἐκκαλεῖσθαι, τοτὲ δ' ὡς αὐτὸν ἐπὶ τὴν Ἰουδαίαν στέλλεσθαι, καὶ πηνικαῦτα συνδιατρίβειν χρόνους τῆς εἰς τὰ θεῖα βελτιώσεως ἕνεκα.

re reperit, & cum cæteris editionibus comparavit. *

Et quia indicem operum ejus x)in voluminibus Epistolarum, quas ad Paulam scripsimus, in quadam Epistola contra Varronis y) opera conterens posui, nunc omitto: illud de immortali ejus ingenio non tacens, quod Dialecticam quoque & Geometriam, & Arithmeticam, Musicam, Grammaticam & Rhetoricam, omniumque Philosophorum sectas ita didicit, ut studiosos quoque secularium litterarum sectatores haberet, z) & interpretaretur eis quotidie, concursusque ad eum miri fierent: quos ille propterea recipiebat, ut sub occasione secularis litteraturæ in fide Christi eos institueret. De crudelitate autem persecutionis, quæ adversum Christianos sub Decio consurrexit, eo quod in religionem Philippi a) defæviret, quem & interfecit, b) superfluum est dicere: cum etiam Fabianus, c) Romanæ Ecclesiæ Episcopus, in ipsa occubuerit, & Alexander Babylasque, d) Hierosolymorum & Antiochenæ Ecclesiæ Pontifices, in carcere pro confessione Christi dormierint. Et super Origenis statu si quis scire velit, quid actum sit, primũ quidem de Epistolis ejus, e) quæ post persecutionem ad diversos missæ sunt: deinde de sexto Eusebii Cæsariensis Ecclesiasticæ historiæ libro, & pro eodem Origene in sex voluminibus, f) poterit liquido cognoscere.** Vi-

τὴ συντεγμάτων ἐν τῷ τύχῃ τῶν Ἐπιστολῶν τῶν πρὸς Παύλαν παρ' ἡμῶν γεγραφισῶν, ἐν μιᾷ Ἐπιστολῇ συγκειμένων πρὸς Βάρρωνα ἔργοις τίθεικα, νῦν παραλιμπάνω, σκοπὸν τῆς αὐτῆ ἀθανάτε ἰυφυίας μὴ σιωπῶν, ὅτι τε διαλικτικὴν, καὶ γεωμετρικὴν, ἀριθμητικὴν, μυσικὴν, γραμματικὴν, καὶ ῥητορικὴν, καὶ πάντων τῶν φιλοσόφων τὰ δόγματα, ὅτως ἐξέμαθεν, ὡς τε παραδασκὰς τ κοσμικῶν γραμμάτων ἀκροατὰς ἰσχυκέναι, καὶ ἐξηγεῖσθαι αὐτοῖς ἑκάσοτε, συνδρομάς τε πρὸς αὐτὸν πολλὰς γίνεσθαι, ἃς ἀφὶ ἧτε ἰδίκετο, ἐφ' ᾧτε προφάσει τῆς διδασκαλίας, εἰς τὴν τῆ Χρισῆ πίσιν ἀνάγειν πάντας. Περὶ δὲ τῆς ὠμότητος τῆ διωγμῆ, τῆ κτ' τῶν Χρισιανῶν, ὅτι δεκίε κινηθεὶς, ἐλύσατο δὲ εἰς τὴν Φιλίππε ἐυλάβειαν, ὃν καὶ ἀπέκτεινεν, εἰπεῖν ἡγοῦμαι περισσὸν, ἐν αὐτῷ δὲ τῷ διωγμῷ, καὶ Φαβιανὸς ὁ Ῥώμης Ἐπίσκοπος τετελεύτησεν, καὶ Ἀλέξανδρος καὶ Βαβύλας Ἱεροσολύμων καὶ Ἀντιοχείας Ἐπίσκοποι, ἐν τῇ Φυλακῇ ὁμολογητὰ κοιμηθησαν. Εἰ τις δὲ περὶ Ὠριγένες μαθεῖν ἐθελήσῃ, πρῶτον μὲν ἐκ τῶν Ἐπιστολῶν αὐτὲ, τῶν μετ' τὸν διωγμὸν πρὸς διαφόρες ἀποτεθεισῶν, ἔπειτα δὲ καὶ ἀπὸ τῆ ἕκτη λόγε τῆς Εὐσεβίε Καισαρείας Ἐκκλησιασικῆς ἱσορίας, ἢ ὑπὲρ τῆ αὐτὲ Ὠριγένες βιβλίων ἐξ πλατυγῶς μαθεῖν δυνήσεται. Ἔζησεν ἕως Γάλλε καὶ Βολυσιανῆ, τετ' ἔσιν, ἕως ἐνιαυτὲ καὶ ἐξαμηνε τῆς ἡλικίας αὐτῆ ἔτες, καὶ ἐκοιμήθη ἐν Τύρῳ, ἐν ᾗ καὶ ἐτάφη.

kk xii

* MSS. quæ Marcianæus inspexit, *copulavit.*

x) Etiam Eusebius VI. 32. testatur se accuratum indicem operum Origenis texuisse in vita S. Pamphili Martyris, sed nec illa vita in qua hic index legatur exstat, & Epistola ad quam hoc loco nos ablegat Hieronymus, similiter excepta particula quam nobis servavit Rufinus, intercidit. *Cæterarum quoque*, inquit Marcianæus, *volumina Epistolarum invidit posteris humilitas ac modestia S. Paulæ, quæ noluit nomen suum celebrari ex Epistolis Hieronymi.*

y) Notum est Varronem inter πολυγραφωτάτες Romanorum fuisse, cujus licet non modo scripta pleraque omnia sed etiam tituli ipsi librorum multi interciderint, tamen bene longum illorum catalogum videbit qui voluerit lib. 1. Bibl. Latinæ c. 8.

z) Hæc Hieronymus ex Eusebii VI. 19. p. 221.

a) Eusebius VI. 39. Δίκιος δὴ ὁ πρὸς Φιλίππου ἔχθρας ἕνεκα διωγμὸν κτ' τῶν Ἐκκλησιῶν ἐγείρει. Hinc Philippum si non palam Christianum, certe Christianis admodum faventem fuisse, non video qui possit negari.

b) Philippus Imp. in expeditione contra Decium susceptа victus, a militibus occisus est A. C. 249. ut narrant Zosimus, Eutropius, Aurelius Victor, Zonaras & alii.

c) Μαρτυρίῳ τελειωθέντα Fabianum in persecutione Decii, scribit Eusebius VI. 39. Vide Martyrologia & Acta Sanctor. 20. Januar. & de Babyla 24. Jan. de Alexandro 18. Martii.

d) Eusebius VI. 39. Τῷ δὲ Ἀλεξάνδρῳ τῷ τῆς Ἱεροσολύμων Ἐκκλησίας Ἐπισκόπῳ τὸ δεσμωτηρίου ἐν Ἀντιοχείᾳ κτ' Βαβύλα μετ' τὴν ὁμολογίαν ἐν δεσμωτηρίῳ μεταλλάξαντος.

e) Epistolæ Origenis, intercidерunt. Cæterum inter recentiores tam multos qui de Origenis vita tradidere, accuratæ industriæ palmam facile ferunt illustris Huetius in Origenianis, & Tillemontius T. 3. memoriarum sive commentariorum Hist. Ecclesiasticæ. Novam ac præclaram operum Origenis editionem brevi exspectamus vulgandam Parisiis a *Carolo de la Rue*, Congregationis S. Mauri, cui tam multos viros insignes debet Ecclesia & literatus orbis, socio dignissimo.

f) Intellige Apologiam pro Origene, quam sex libris cum S. Pamphilo Martyre Eusebius elaboravit, & cujus vix primus liber ex Rufini interpretatione tulit ætatem, & excerpta quædam apud Photium Cod. 118.

** Post hæc verba insulsum hominis furiosi Scholion reperit Marcianæus in Codice MS. Ambrosianæ Bibl. n. 281. & Vaticano 348. & 349. *Hæc tam Origenis & fal-*

*sa est,*

xit usque ad Gallum g) & Voluſianum, id eſt, usque ad lxix. ætatis ſuæ annum, & mortuus eſt Tyri h) in qua urbe & ſepultus eſt.

*ſa eſt, & deceptio plurimorum, qui in amorem ejus provocantur: cum conſtet eum ſuper omnes hæreticos venenato ore inauditas & intolerabiles blaſphemias ſpiritu Diabolico in Dominum noſtrum JEſum CHriſtum locutum ſuiſſe: quique a Sanctis Patribus, Epiſcopis & Monachis anathematizatus, etiam bonâ ipſius minime legi debere.*

g) Euſeb. VII. 1. cum dixiſſet Gallum Decio ſucceſſiſſe, quod A. C. 253. factum eſt, ſubjungit: Ὠριγένης ἐν τούτῳ ἐνὸς δέοντι τῆς ζωῆς ἑβδομήκοντα διανύσας ἔτη τελευτᾷ.

h) Idem tradit Photius Cod. 118. Et Origenis tumulum Tyri commemorant etiam alii juniores ſcriptores ut Albertus Stadenſis p. 187. Chron.

## ERASMI SCHOLIA.

Κατηχήσεων.) Catecheſeon, unde Catechumeni.

*Theoctiſto.*) Quod ſonat à Deo condito, ſive poſſeſſo.

*Pro nomine ejus.*) Vetuſtiſſimi ſcriptum habebant, ſuper nomen ejus. Legendum opinor, ſub nomine ejus. Sophronius vertit, ἐπὶ ὀνόματι αὐτοῦ.

*Firmianus.*) Firmilianus dicitur Sophronio, & in exemplari Maguntiæ primum excuſo.

*In Sanctis Scripturis verſatus eſt.*) In vetuſtiſſimo quodam exemplari ſcriptum erat, Eruditus eſt, conſentiente Sophronio, qui vertit, ἐπαιδεύθη.

*Et cum cæteris editionibus comparavit.*) Comparavit dixit, pro contulit. Id verbi parum videtur intellexiſſe Sophronius, qui tranſtulerit, ὠνήσατο, id eſt, emit: quam Hieronymus Ruffini taxavit acyrologiam, quod comparare pro mercari poſuerit.

*Et quis indicem operum ejus.*) Hæc Epiſtola prorſus intercidit una cum indice, quæ noſtro bono periit. Nam ſi ſupereſſet magis etiam diſcruciaremur, ejus viri tot egregia periiſſe monumenta. Nunc extant perpauca, tametſi nuper quidam multa congeſſit in nomen Origenicum, prorſus indigna, non dicam Origene, ſed prorſus homine mediocriter erudito, ac pene nihil novimus Origenis, niſi quod in quibusdam erravit.

*Cum etiam Fabianus.*) Sophronius legit Flavianus. In uno vetuſtiſſimo codice reperi Flavianus.

## MARIANI VICTORII.

*Adjutorem ſibi feciſſe κατηχήσεως.* Hoc eſt, inſtitutionis, qua tirunculi in fide inſtruuntur. Reſeſt hodie omiſſa, cum tamen maxime in Eccleſia neceſſaria ſit.

*Heraclan presbyterum iterum, qui ſub habitu philoſophi perſeverabat.* Vocem, Iterum, delevimus, uti ſuperfluam & a Sophronio etiam prætermiſſam.

*Sed & illud nemo ignorat.* ἀδὲς ἀγνοεῖ, habet Sophronius, & ita in emendatis Codicibus invenitur: apud tranſalpinos tamen typographos deerat, Nemo ignorat.

*Philippum imperatorem, qui primus de Regibus Romanis Chriſtianus fuit.* Hoc ipſum aſſerit in hiſtoria etiam Euſebius, addens, quod vitam ſceleribus contaminatam, infamatamque, publica eluerit mundaveritque pœnitentia, ſicque ſacris myſteriis participaverit.

*Aquilæ Pontici proſelyti.* Hic ex gentibus in Judaiſmum adſcitus eſt. Quidam eundem cum Onkelos, Chaldæa tranſlatione apud Hebræos celebri, eſſe ajunt. Judæi, e genere Titi imperatoris fuiſſe, falſo, ut eorum moris eſt, comminiſcuntur, quippe cum Ponticus, non Italus, fuerit Aquila.

*Poterit liquido cognoſcere.* δυνήσεται. Ante tamen legebatur, poſſit.

## HENRICI GRAVII.

*Origenes.*) B. Hieron. in Chronicis: *Origenes anno 6. Commodi apud Alexandriam naſcitur.*

*Adverſum Chriſtianos perſecutione commota.*) Vide in Chronicis & lib. 6. Eccleſ. hiſtor. ſtatim ab initio.

*A Leonide patre, Chriſti martyrio coronato.*) De eo Origenes ipſe homil. 4. in Leviticum: *Nihil mihi conducit Martyr pater, ſi non bene vixero, & ornavero generis mei nobilitatem, hoc eſt, teſtimonium ejus, & confeſſionem, qua illuſtratus eſt in Chriſto.* Hieronym. in Epiſt. *Schedula. Magnus vir ab infantia, & vere martyris filius.*

*Fiſcus occupaverat.*) Euſeb. cap. 3. ſimilis locutio in Mich. 2. *Si ſubſtantiam fiſcus invaſerit.*

*In locum Clementis presbyteri confirmatus.*) Itidem Hieron. in epiſt. *Schedula*: *Alexandriæ Eccleſiaſticam Scholam tenuit, ſuccedens eruditiſſimo viro Clementi presbytero.*

*Fuiſſe Romæ ſub Zephyrino Epiſcopo.*) Euſeb. cap. XIV.

*Heraclan presbyterum.*) Euſeb. cap. XV.

*Quod ad Mamæam matrem Alexandri Imperatoris.*) Cap. XXI. Euſeb.

Digitized by Google

*Et ad matrem ejus litteras fecit.*) γαμετὴν, id est, uxorem. Apud Euseb. c. 36.

*Alias quoque editiones in unum congregaret volumen.*) Vide Euseb. c. 16. & 17. & Hieronymum in Tit. 3. caput.

*Et Symmachi ejusdem dogmatis.*) Euseb. ubi supra.

*Et quia indicem operum ejus in voluminibus epistolarum, quas ad Paulam scripsimus in quadam Epistola.*) Hæc Epistola temporum malignitate intercidit: Habes autem bonam illius partem in invectiva Rufini ad Apronianum: *Libellum*, inquit, *quendam scribens, comprehendere quasi indiculo quodam voluit, quanta apud Latinos Varro scripserit, & quanta apud nostros Origenes in Græcis, in quo ita ait M. Terentium Varronem miratur antiquitas*, &c. Mox de Origene: *Vultis nosse, quanta ingenii sui reliquerit monimenta? Sequens titulus ostendit. Scripsit in Genes. lib.* 13. *mysticarum homiliarum libros duos, in Exodum excerpta. in Leviticum excerpta.* Et post multa. *Item*, inquit, *monobiblia, περὶ ἀρχῶν libros 4. de resurrectione libros duos, & alios de resurrectione dialogos duos* &c. Vide Euseb cap. 21. & 32.

*Contra Varronis opera conferens posui.*) De operibus Varronis vide Augustinum de civitate Dei lib. 6. c. 2. & 3. Vide etiam Gellium cap. 10. & Plinium lib. 35. cap. 2.

*Illud de immortali ejus Ingenio non tacens.*) Hieronym. Comment. In Tit. 3. caput. *Hæc immortale illud ingenium suo nobis labore donavit.* Ad Magnum: *Origenes X. scripsit Stromatias, Christianorum & Philosophorum inter se sententias comparans, & omnia nostræ religionis dogmata de Platone & Aristotele, Numenio, Cornutoque confirmans.* Hieron. In Dan. 9. citat ex decimo.

## AUBERTI MIRÆI SCHOLIA.

*Origenes.*) Alexandrinus, Ægyptius, Leonidis martyris filius, Clementis Alexandrini discipulus, dictus est Adamantius (ob infatigabilem in scribendo legendoque laborem) ab invicibili adamantis vi. Ambrosio Alexandrino, infra ab Hieronymo c. 56. memorando, codices, notarios ac sumptus suppeditante scripsit ad sena librorum millia; ut Epiphanius hæres. 64. tradit: sed plurima perierunt. Quæ supersunt, in duos tomos distributa, Parisiis 1604. & alibi sæpius sunt excusa. Exstant præterea seorsim libri ejus *contra Celsum*, a Davide Hœschelio Græco Latine, Augustæ Vindelicorum, in 4. editi Plurima item fragmenta citantur in Catena Græcorum Patrum in S. Lucam, quam Balthasar Corderius, Soc. JEsu Doctor Theologus, Latine reddidit, & typis Plantinianis 1628 publicavit. His annumerantur a quibusdam *Tetrapla, Hexapla, & Octapla*, Origenis labore contexta. *Tetrapla* sunt quatuor editiones Testamenti veteris, LXX. Interpretum, Aquilæ, Symmachi & Theodotionis. *Hexapla* sunt quatuor illæ editiones, adjunctis duabus Hebraicis, altera litteris Hebraicis, altera litteris Græcis. *Octapla* sunt editiones sex supra dictæ, adjunctis duabus, sine nomine auctoris, quinta & sexta Additque ipse Origenes septimam editionem, ex versione LXX. Interpretum emendata, & cum Theodotionis versione collata, additis asteriscis & obeliscis. De his editionibus Epiphanius lib. de ponderibus & mensuris, ejusque commentator Petavius, consuli poterunt.

Quamvis autem doctissimus fuerit Origines, deceptus tamen Platonis Philosophia in multos errores incidit; ut S. Basilius lib de Spiritu sancto cap. 30 Epiphanius hæres. 34. Hieronymus, Augustinus, & alii veteres tradunt. Exstat elegans epistola Hieronymi ad Avitum, de cavendis Origenis περὶ ἀρχῶν erroribus. In Synodo V. generali, collatione 8. canone 11. eidem Origeni ac scriptis ejus dictum est anathema. Hæc notanda Bellarminus in Catalogo monuit, propter eos qui Origenem defendere vel excusare conantur Quales olim fuerunt, *Eusebius* l. 6. Hist. Eccles. & in Apologia pro Origene, quam nomine Pamphili martyris edidit; & *Ruffinus*, qui similiter Apologiam pro Origene scripsit; qualis item nostra patrumque memoria *Joannes Picus & Gilbertus Genebrardus* exstiterunt. Quæ porro vera sint Origenis opera; quæ dubia vel suppositicia, post alios Bellarminus libro citato explicat. Cæterum anno Commodi Imp. sexto (Christi 185.) circiter natus est Origenes; Severi anno decimo (Christi 202.) agebat ætatis 17. annum, quando Leonides, ejus pater martyrium fecit: ut præter Hieronymum Eusebius l. 6. hist. c 3. & in Chronico narrat. Septimam persecutionem Decio anno circiter 250. movente, ne infanda pateretur, thus idolis immolavit & Tyrum inde secedens, anno post quinto, ætatis 69. obiit Tyri: ut ex Eusebio l. 7. hist. cap. 1. & Hieronymo epist. 55. colligitur.

*Aquila.*) Semi-Judæus ac semi-Christianus, (quem ad ævum Hadriani Imp. Epiphanius lib. de mensur. & pond. refert.) & Symmachus (qui sub M. Aurelio vixit) Bibliorum interpretes, numerantur inter hæreticos. Ab his non longe abfuit Theodotio: ut Petavius in Animad. ad Epiph. p. 399. notavit.

*In religionem Philippi.*) M. Julium Philippum Imp. a S. Pontio (infra cap. 68. laudando) de sacris Christianis edoctum fuisse, occasione anni V. millesimi, cum in capitolio sacrificare Jovi vellet, sunt qui scribunt. Philippo uxor fuit Marcia Otacilla Severa, ex qua Philippum filium Imperii consortem procreavit. Ab Otacilla filium Philippum

præceptis similiter Christianis informatum fuisse, iidem narrant. Baronium tom. 1. Annalium, & in Notis ad Rom. Martyrologium 14. Maji consule.

## ERNESTI SALOMONIS CYPRIANI.

*Postea a Demetrio in locum Clementis presbyteri confirmatus.* Ex vita Origenis intelligitur, errare illos, qui Alexandrinos presbyteros Chorepiscopos, Episcoporum dignitate præditos, faciunt: quorum sententiam breviter, sed docte refutat Joannes Garnerius dissertatione II. ad librum diurnum Romanorum pontificum *p.* 158.

*Heraclam presbyterum, qui sub habitu philosophi perseverabat.* Heraclam presbyterum antea κοινῇ ἐσθῆτι, vulgari veste, deinceps vero Philosophi habitu incessisse, & Eusebius libro VI. capite XIX. tradit. Unde constat liquido, clericorum habitum a cæterorum hominum vestitu diversum non fuisse: quod hodie fatentur pontificii doctiores, Octavius Ferrarius parte secunda de re vestiaria libro IV. capite XIIX. Stephanus Baluzius in notis ad Galliæ Narbonensis concilia, *p.* 26. & Paulus Aringhius libro VI. Romæ subterraneæ capite XXIIX. Auctis vero, quæ ad cultum externum in Ecclesia pertinebant, prudenti consilio factum est, ut Clerici peculiari habitu incederent. Neque tamen ubique aut semper hoc obtinuit, quum anno MCCXIV. Concilium Monspeliense coactum sit hanc legem condere: *Quoniam propter incompositum habitum quorundam clericorum regularium & secularium tam adeo laici scandalizantur, quorum frequenter nobis sunt oblatæ querelæ, quod non solum viros Ecclesiasticos hinc contemnunt, verum & ipsos & Ecclesias aggravant & molestant, non credentes hujusmodi clericis magis deferendum quam laicis, qui non solum a laicis in habitu & alia conversatione non discrepant, verum & in his & in aliis se magis exhibent dissolutos, nos volentes prædictorum utilitatibus tam spiritualiter, quam corporaliter providere; in Synodo præsenti statuimus, ut quilibet Archi-Episcopus vel Episcopus talaribus vestimentis & camisia linea super alios pannos extra domum suam, si pedes vacat, semper utatur, & idem observet in domo, cum curiam publice cum extraneis tenet. Chlamydem quoque talarem habeat super scapulas consutam more Romano.*

*Firmilianus.* Corrupta lectio codicis Guelpherbytani: *Firmianus.*

# CAPUT LV.

AMMONIUS, vir disertus & valde eruditus in philosophia, i) eodem tempore Alexandriæ clarus habitus est: qui inter multa ingenii sui & præclara monumenta etiam de consonantia Moysi & JEsu k) elegans opus composuit, & Evangelicos Canones l) excogitavit, quos postea secutus est Eusebius Cæsariensis. Hunc falso accusat Porphyrius, m) quod ex Christiano ethnicus fuerit, cum constet eum usque ad extremam vitam Christianum perseveravisse. n)

Ἀμμώνιος ὁ ἐλλογιμώτατος καὶ φιλοσοφίας πεπαιδευμένος, ἐν τοῖς αὐτοῖς χρόνοις ἐν Ἀλεξανδρείᾳ λαμπρὸς φανείς, μεταξὺ τῶν συντεθέντων παρ' αὐτοῦ πολυφανῶν λόγων, καὶ περὶ τῆς συμφωνίας Μωϋσέως καὶ Ἰησοῦ βίβλον θαυμασὴν συνέθηκε, καὶ εὐαγγελικοὺς κανόνας εὗρεν, οἷς μετ' αὐτὸν ἐξηκολούθησεν Εὐσέβιος ὁ Καισαρεύς. Τοῦτον πλαστῶς κατηγορεῖ ὁ Πορφύριος, Ἕλληνα ἐκ Χριστιανῶν ἐθνικὸν γεγενῆσθαι, ὡς τῆς ἄκρας τῆς πλευταίας Χριστιανὸς διεπλέσω.

i) Ammonium hunc πλείστην ἱστορίαν ἐν φιλοσοφίᾳ ἰσχηκότα tradit & τὸν λόγον ἰμπειρίαν ipsi tribuit Porphyrius apud Euseb. VI. 19.

k) Eusebius p. 221. cum dixisset Ammonium δι' ὧν κατέλιπε συγγραμμάτων ὠφελῆσαι τοὺς πλείστους εὐδοκιμῆσαι, subjungit: ὥστε ἔν γε καὶ ὁ διηγεγραμμένος περὶ τῆς Μωϋσέως καὶ Ἰησοῦ συμφωνίας, καὶ ὅσοι ἄλλοι ὠφελῆσαι τοὺς φιλοκάλους μέμνηται. Hic liber intercidit.

l) Ammonio huic tribuitur ab eruditis Harmonia Evangeliorum quæ sæpius Latine prodiit ex versione Ottomari Luscinii, post primam editionem Augustæ Vindelic. 1523. Illam vero quam sub Tatiani nomine perperam venditavit Victor Capuanus, ideo idem negat se Ammonio tribuere potuisse, *quod Ammonius Matthei fertur relationi, Evangelistarum reliquorum relationum discretos annexuisse sermones, hic vero Sancti Lucæ principia assumat.* Eodem in loco canonum numeros mirabili studio per Ammonium repertos & decem classibus sagaciter digestos Victor celebrat, qui ex Eusebii recensione plurimis Evangeliorum Codicibus præfixi leguntur, Græce & Latine sæpius editi.

m) Porphyrium mendacii eo nomine arguit Eusebius VI. 19. quod libro tertio adversus Christianos Ammonium, quem Χριστιανὸν ἐκ Χριστιανῶν ἀναπεφάντα non diffitetur, eundem tradidit ἐκ βίου τοῦ κατ' τὴν θεοσέβειαν ἐπὶ τὸν ἐθνικὸν τρόπον ἐκπεπτωκότα Rufin. *a Christianis ad errores paganorum delapsum.*

n) Τῷ τε Ἀμμωνίῳ τὰ τῆς ἐνθέου φιλοσοφίας ἀκέραια καὶ ἀδιάπλαστα καὶ μέχρι ἰσχάτης τοῦ βίου διέμεινε τελευτῆς. Euseb. ibid. ubi per ἔνθεον φιλοσοφίαν, Christi doctrinam intelligit. Rufinus: *fidem Christi inter Philosophica studia.* Nicephorus V. 13. Ἀμμωνίῳ δ' ἕως τὸ ζῆν ἐπὶ πολὺ παρῆν, ἀδιαπλάστως ἡ κατὰ Χριστὸν ἐπιρρέουσα πίστις.

Digitized by Google

## AUBERTI MIRÆI.

*Ammonius.*) Alexandrinus, Origenis in Philoſophia præceptor, falſo a Porphyrio accuſatus, quaſi ad paganiſmum rediiſſet; inventor fuit Evangelicorum Canonum, ut Euſebius & Hieronymus teſtantur. In Bibliotheca veterum Patrum, ipſi attribuitur Harmonia quatuor Evangeliorum, Interprete Orthomaro Luſcinio. In eadem Bibliotheca exſtat alia Harmonia, Tatiano Alexandrino inſcripta. Ejus tamen interpres Victor Epiſcopus Capuanus, in præfatione, dubitat, ſitne Tatiani an Ammonii, & rem in dubio relinquit: etſi magis arbitretur Tatiani hunc laborem eſſe: verum recentiores plerique Ammonio tribuunt. Sic fere Joannes Molanus, Doctor Theologus Lovanienſis in ſua Bibliotheca ſacra, quæ apud me exſtat manuſcripta, typis hactenus non edita. Baronium ad annum 174 & Bellarminum in Catalogo conſule. Ammonii porro diſcipulus fuit Plotinus Lycopolitanus: teſte Porphyrio in illius vita.

## ERNESTI SALOMONIS CYPRIANI.

*Hunc falſo accuſat Porphyrius.* Porphyrius libro III. contra Chriſtianos *apud Euſeb. L. VI. c. 19. Ammonius cum Chriſtianos inter parentes Chriſtianus educatus fuiſſet, ſimul atque per ætatem ſapere potuit, ſtatim ad vivendi rationem legibus conſentientem deſcivit.* Miror autem, cur Ammonium poſtponat Origeni, quem tamen Ammonii diſcipulum fuiſſe ex Porphyrio conſtat.

# CAPUT LVI.

AMBROSIUS o) primum Marcionites, p) deinde ab Origene correctus, Eccleſiæ diaconus, & confeſſionis q) Dominicæ gloria inſignis fuit, r) cui & Protocteto presbytero liber Origenis de Martyrio ſcribitur. Hujus induſtria, & ſumptu & inſtantia s) ad hunc infinita Origenes dictavit volumina. t) Sed & ipſe, quippe ut vir nobilis, u) non inelegantis ingenii fuit: ſicut ejus ad Origenem Epiſtolæ x) indicio ſunt. Obiit ante mortem Ori-

Ἀμβρόσιος πρῶτον Μαρκιωνιστὴς, ὕστερον περὶ Ὠριγένους διορθωθεὶς, ἐκκλησίας διάκονος, καὶ θείας ἐξομολογήσεως, ἄθλημα ἐγένετο, τούτῳ ὑπὲρ θεοκτίστου πρεσβυτέρου βίβλος Ὠριγένους περὶ μαρτυρίου γράφεται. Τῇ αὐτοῦ τούτου καὶ ἀναλώμασι καὶ ἐπείξει, πρὸς τοῦτον πάμπολλα Ὠριγένης ἐπίσταλε συντάγματα. Ἀλλὰ καὶ αὐτὸς αὐτὸν ἐνῆκεν ὁ Ἀμβρόσιος ὢν, οὐκ ἄπειρος ἐν τῇ ἐυφυΐᾳ ἐγένετο, καθὰ αἱ πρὸς Ὠριγένην τοῦτον δηλοῦσιν Ἐπιστολαί. Ἐπλούτησε



o) Alius Ambroſius Alexandrinus junior, Didymi auditor, de quo infra c. 126.

p) Ambroſium Valentini addictum ſectæ, *τὸ τῆς Οὐαλεντίνου φρονοῦντα αἱρέσεως, πρὸς τῆς τοῦ Ὠριγένους πρεσβευομένης ἀληθείας ἐλεγχθέντα καὶ ὡς ἂν τοῦ φανοῦ καταυγασθέντα τὴν διάνοιαν*, refert Euſebius VI. 18. Nempe Valentinus *Marcionis auctor* ſive Magiſter ut Gennadio c. 25. de S. E. dicitur. Epiphanius LXIV. 3. de Origene: *Ἀμβροσίῳ τινὶ συντυχὼν τ̃ διαφανῶν ἐν αὐλαῖς βασιλικαῖς. Τινὲς μ̀ν τοῦτον τ̃ Ἀμβρόσιον εἶφασαν οἱ μὲν Μαρκιωνιστὴν, οἱ δ̀ Σαβελλιανόν.*

q) De Diaconatu Ambroſii ſilet Euſebius: ſed in Martyrologiis traditur fuiſſe Diaconus Alexandrinus. Vide Acta Sanctor. 17. Martii. Tillemontium T. 3. memor.

r) In perſecutione Sub Julio Maximino (A. C. 236.) Ambroſium & Protoctetum Presbyterum Cæſarienſem *διαπείσαι ἐν ὁμολογίᾳ* refert Euſebius VI. 28. ubi obſervat Origenem iisdem ſuam ad Martyrium exhortationem dedicaſſe, quæ etiamnum exſtat, notis Jo. Rodolphi Wetſtenii illuſtrata. Baſil. 1674. 4. Euſebii verba ſunt: *Τόν γ̀ Ὠριγένην τ̃ περὶ μαρτυρίου συντάξαι, Ἀμβροσίῳ καὶ Πρωτοκτήτῳ πρεσβυτέρῳ τῆς ἐν Καισαρείᾳ παροικίας ἀναθεὶς τὸ σύγγραμμα.* In libro ipſo nominatim eosdem alloquitur Origenes: *Ἀμβρόσιε θεοπεπέστατε, Πρωτόκτητε ἰνσεβέστατε.* Hinc conſtat vitioſe editum fuiſſe in Hieronymiani libri editionibus etiam noviſſima Marcianæi, *cui pro Theoctiſto presbytero*, cum legendum ſit, *cui & Protocteto presbytero.*

s) Hinc Ambroſius iſte Origenis *ἐργοδιώκτης*. Vide quæ infra, ad cap. 61.

t) Ex illis etiam quæ exſtant, non pauca Origenis Ambroſio dedicantur, ut præter exhortationem ad martyrium, libri contra Celſum, & in Johannem commentarii, ubi p. 3. ita eum alloquitur Origenes: *Ἀμβρόσιε ἀληθῶς θεῖε ἄνθρωπε, καὶ ἐν Χριστῷ ἄνθρωπε, καὶ αὐτοῦδων εἶναι πνευματικὸς, οὐκ ἔτι ἀνθρωπ̃ος.*

u) Epiphanius LXIV. 3. ait Ambroſium fuiſſe *τ̃ διαφανῶν ἐν αὐλαῖς βασιλικαῖς.* Non mediocres ejus opes celebrat Origenes, *πολύτιμον κτῆσιν* propter Chriſtum neglexiſſe teſtatus p. 877. exhortat. ad martyrium.

x) Ambroſii Epiſtolæ ad Origenem interciderunt, quemadmodum & paucis exceptis Epiſtolæ Origenis, quarum centum amplius congeſſerat, & ne iterum diſſiparentur in libros digeſſerat Euſebius quem vide VI. 36.

genis, y) & in hoc a plerisque reprehenditur, z) quod vir locuples amici sui senis & pauperis moriens non recordatus sit.

ὑπὲρ Ὠριγένους, καὶ ἐν τούτῳ παρὰ πολλῶν καταγινώσκεται, ὅτι πλούσιος ὢν, καὶ οἰκείου φίλου γέροντος καὶ πένητος πλουτῶν οὐκ ἐμνήσθη.

y) Origenes obiit A. C. 253. neque Ambrosius biennio citius, ut videtur vel triennio. Certe adhuc erat superstes cum libros contra Celsum ei inscriberet Origenes A. 247.

z) Tillemontius T. 3. memor. p. 273. suspicatur Ambrosium nullam aliam ob causam Origeni aliquid ex opibus suis legare supersedisse, quam quod pecunias ab eo prorsus contemni, paupertatem amari pulchre nosset.

## MARIANI VICTORII.

*Hujus industria & sumptu, & instantia ad hunc infinita Origenes dictavit volumina.* Delendæ mihi esse prorsus videntur hæ duæ voculæ, ad hunc, verum quia Sophronius eas habet, & nos nullam hac in re exemplarium opem habuimus, manum a litura abstinuimus.

## NOTÆ HENRICI GRAVII.

*Ambrosius.*) Vide Eusebium cap. 18. & 22, Meminit hujus supra ad Marcellam in Epistola; *Ambrosius.*

*Ad hunc infinita Origenes dictavit volumina.*) Horum extant 8. contra Celsum.

## AUBERTI MIRÆI.

*Ambrosius.*) Alexandrinæ Ecclesiæ diaconus, vir nobilis, dives & eruditus, est is, quem hoc libro infra cap. 61, S. Hieronymus tradit suo sumptu notarios ac librarios Origeni præbuisse. Quod & Eusebius hist. 6. narrat. Photius sua in Bibliotheca cod. 121, eam laudem S. Hippolyto Episcopo Portuensi tribuit. Ambrosius itaque id fecit æmulatione S. Hippolyti: ut infra cap. 61 Hieronymus narrat.

## ERNESTI SALOM. CYPRIANI.

*Quippe ut vir nobilis.* Rectius codex Guelpherbytanus: *Quippe vir nobilis.*

# CAPUT LVII

TRYPHON a) Origenis auditor, ad quem nonnullæ ejus exstant Epistolæ, in Scripturis eruditissimus fuit. Quod quidem & multa ejus sparsim ostendunt opuscula: sed præcipue liber, quem compositit de vacca rufa in Deuteronomio, b) & de Dichotomematibus, c) quæ cum columba & turture Abraham ponuntur in Genesi.

Τρύφων Ὠριγένους ἀκροατὴς, πρὸς ὃν πολλαὶ εἰσιν Ἐπιστολαὶ, ἐν ταῖς θείαις γραφαῖς πεπαιδευμένος, καθὰ αἱ πρὸ αὐτοῦ δείκνυσι συντάγματα, καὶ ἐξαιρέτως ἡ βίβλος, περὶ ἐκθλίψεως τῆς ἐν τῷ Δευτερονομίῳ, καὶ περὶ τῶν διχοτομουμένων, ἃ πρὸς μὲν τῆς περιστερᾶς καὶ τρυγόνος τῷ Ἀβραὰμ ἐν τῇ Γενέσει ἀναγινώσκομεν.

a) Hujus Tryphonis Eusebius nec inter discipulos Origenis, nec alibi meminit. Nihil etiam ex ejus ad nos pervenit scriptis. Atque ἐυχὴ τοῦ ἁγίου Τρύφωνος quæ MSta fuit apud V. C. Tho. Galeum, alium Tryphonem ut videtur auctorem habet. Perinde ut hæc Tryphonis adjuratio adversus infecta: ὁρκίζω ὑμᾶς κατὰ τοῦ μεγάλου ἐνόματος τοῦ ὄντος τῆς πίστεως ἀπογεγραμμένου, καὶ μὴ βασανίσητε ἀλλὰ διαρπαγήσεται ὡσεὶ χόρτος δόντα πεσοῦνται πυρός &c. Fuere & Tryphones martyres, ut unus præter cæteros celebris, passus sub Decio, cujus colunt memoriam Græci 1. Febr. & Latini 10. Nov. Alium etiam ab Hieronymi Tryphone opinor esse Diodorum Tryphonem qui contra Manetem scripsit teste Epiphanio & Photio, & ad quem suos eidem Maneti oppositos libros misit Archelaus. Longe autem a vero, quin & a verisimilitudine omni repulsa suspicio illius, qui ante aliquot annos integris scriptis hanc in rem editis dialogum cum Tryphone Ephesio Judæo, S. Justino Martyri eripere, & Tryphoni Origenis discipulo tribuere instituit, de quo supra ad c. 23.

b) Imo Numeror. XIX. ad quod caput illustrandum præter interpretes & scriptores de Judæorum sacrificiis videndus *D. Joh. Benedictus Carpzovius* ὁ μακαρίτης, in dissertationibus duabus de vacca rufa: exegetica altera altera dogmatica Lipsiæ 1668. 1678. 4. *Daniel Lundius* de juvenca rufa Upsaliæ 1706. 8, Et qui Mosis Maimonidis tractatum de vacca rufa, latine vertit & uberrimis annotationibus illustravit *Andreas Christophorus Zellerus*, Maulbronnensis, Amst. 1711. 8.

c) Genes. XV. 11. cui loco lucem affert S. Cyrillus X. contra Julian. p. 359. cui e recentioribus jungendi Sam. Bochartus T. 1. Hierozoici lib. 1. c. 33. Tho. Gatakerus Adversar. Miscell. cap. 42. & Joachimus Kuhnius pentade II. quæst. 2.

ERAS-

## ERASMI SCHOLION.

*Et de dichotomematibus.)* Sic enim reſtituimus Græcam vocem ex Græcis Commentariis. Eſt autem διχοτόμημα ſectio in duas partes. Sophronius legit, περὶ τῶν διχοτομούντων, id eſt, de diſſecantibus .De vacca ruffa integræ ætatis fit mentio etiam Numeri decimo nono, de dichotomematibus Geneſeos decimo ſeptimo.

## MARIANI VICTORII.

*Et de dichotomematibus.* περὶ τῶν διχοτομούντων, habet Sophronius. Eſt autem διχοτόμημα ſectio in duas partes. In has autem Abraham victimas ſecuit. Hiſtoria ex Geneſi notiſſima eſt. Cæterum de vacca rufa hiſtoria in Numeris continetur. Olim tamen lebgeatur: Et de vacca rufa in Deuteronomio.

## AUBERTI MIRÆI SCHOLIA.

*Dichotomema.*) Id iſt, ſectio in duas partes. In has autem Abrahamus victimas ſecuit. Hiſtoria ex Geneſeos cap. 15. notiſſima eſt. De vacca rufa habetur Numerorum cap. 19.

## ERNESTI SALOMONIS CYPRIANI.

*Et de dichotomematibus.* Vocem Græcam expoſiturus nonnemo in margine ſcripſerat: *Et de diviſionibus.* Hoc in textum Guelpherbytani Codicis irrepſit, ubi legitur: *Et de Dichotomematibus, & de Diviſionibus.*

*Abraham.* *Ab Abraham* habet Codex.

# CAPUT LVIII.

MINUCIUS FELIX, Romæ inſignis cauſidicus, d) ſcripſit Dialogum Chriſtiani & Ethnici * diſputantium, qui Octavius e) inſcribitur. Sed & alius ſub nomine ejus fertur de Fato, vel contra Mathematicos: f) qui cum ſit & ipſe diſerti hominis, non mihi videtur cum ſuperioris libri ſtilo convenire. Meminit hujus Minucii & Lactantius g) in libris ſuis.

Μινύκιος Φῆλιξ, ἐν Ῥώμῃ δόκιμος δικολόγος ἦν, συνέγραψε διάλογον Χριστιανὸν καὶ ἐθνικὸν, ὃν ἐπιγράφουσιν Ὀκτάβιον, καὶ ἕτερος ὁ λόγος ἐξ ὀνόματος αὐτοῦ φέρεται, περὶ μοίρας, ἤτοι κατὰ τῶν μαθηματικῶν, ὃς τις λόγος εἰ καὶ εὐλογίμως ἀνδρὸς φαίνεται, ἐμοὶ δὲ δοκεῖ συνᾴδειν τῷ χαρακτῆρι τῆς προειρημένης λόγου. Μέμνηται τούτου δὲ Μινυκίου καὶ Λακτάντιος ἐν τοῖς ἰδίοις συγγράμμασιν.

d) Minucius ipſe c. 2. judiciarias curas ſuas memorat, vindemialibus feriis relaxatas.

* MS. Sigeberg. *Hæretici.* Vitioſe.

e) Octavium primus Minutio auctori reſtituit Franciſcus Balduinus, & Morillonus apud Hadrianum Junium lib. 3. animadverſor. cap. 1. cum in prima editione Romana ad Vaticani Codicis fidem procurata & in aliis proxime inſecutis pro octavo Arnobii perperam venditaretur. Certatim in illuſtrando cultiſſimo libello & emendando elaborarunt poſt Fauſtum Sabæum Brixianum Rom. 1543. Sigismundumque Gelenium Baſil. 1546. Franciſcus Balduinus Heidelberg. 1560. 8. Frf. 1610. 8. Fulvius Urſinus Rom. 1583. 4. Jo. Wowerius Hamb. 1603. 8. Deſiderius Heraldus Pariſ. 1605. 8. 1613. 4. Geverh. Elmenhorſtius Hamb. 1603. 8. & 1612. fol. Nic. Rigaltius Pariſ. 1643. 4. & ad S. Cypriani calcem 1666. fol. Jac. Ouzelius Lugd. Batav. 1652. 4. & 1672. 4. Chriſtoph. Cellarius, Halæ Saxæ 1699. 9. Jo. Davies, Cantabrig. 1707. 8. & Lond. 1711. 8. & Jac. Gronovius Lugd. Bat. 1709. 8. Gallice vertit Ablancurtius Pariſ. 1662. 12. Belgice M. Gargon, Vliſſingæ 1712. 8. Prodiit & Anglice Lond. 1682. Denique Joh. Meurſii Hypocriticus Minutianus cum Critico ipſius Arnobiano lucem vidit Lugd. Bat. 1598. 8.

f) Hic liber, cujus etiam in Epiſtola ad Magnum facit mentionem Hieronymus, hodie non exſtat.

g) Vide infra notas Henrici Gravii. Porro quod ad ætatem Minucii Felicis attinet, licet Frontonem Cirtenſem, cujus orationem adverſus Chriſtianos refert ac confutat, illo a Cornelio Frontone, qui M. Aurelium Antoninum Imp. docuit, diverſum eſſe mihi perſuadeo, & incertas itidem eſſe puto conjecturas virorum Doctorum, qui Cæcilium Natalem Minucii, vel unum ex procuratoribus jam dicti Antonini, vel eundem eſſe ſuſpicantur cum Natali cujus meminit Euſebius V. 28. tamen ſcriptorem hunc a temporibus Antonini, Commodi ac Severi non longe abfuiſſe omnes conſentiunt.

Epiſtolas quoque Pauli, tredecim tantum i) enumerans, decimam quartam quæ fertur ad Hebræos, dicit non ejus eſſe: ſed & apud Romanos k) usque hodie quaſi Pauli Apoſtoli non habetur.

τὴν δὲ πρὸς Ἑβραίους, λέγει μὴ εἶναι αὐτοῦ, ἀλλὰ καὶ παρὰ τοῖς Ῥωμαίοις ἄχρι τοῦ παρόντος Παύλου Ἀποστόλου νομίζεσθαι μὴ ἔναγχος.

rum non modo defenſionem ſed & σύνταξιν maxime & compoſitionem illis Cajus vitio vertit jure merito.

i) Euſeb. ibid. τῶν τοῦ ἱεροῦ Ἀποστόλου δεκατεσσάρων μόνον Ἐπιστολῶν μνημονεύει τὴν πρὸς Ἑβραίους μὴ συναριθμήσας τοῖς λοιπαῖς. Ex hoc loco Rich. Simon lib. 1. Hiſt. Criticæ Novi Teſt. p. 175. colligebat Cajum primum fuiſſe qui hanc Epiſtolam Paulo eripuerit, niſi quod Tertullianus maluit eam ad Barnabam quam ad Paulum referre.

k) *Apud Romanos quosdam* debebat dicere ex Euſebio. καὶ καθ' ὃν ἐγὼ εὗρον παρὰ Ῥωμαίων τισὶν οὐ νομίζεται τοῦ Ἀποστόλου τυγχάνειν.

## ERASMI SCHOLIA.

*Adverſus Proculum.*) Sophronius legit Patroclum.

*Sed usque hodie.*) Vides ætate Hieronymi Epiſtolam ad Hebræos nondum fuiſſe receptam nomine Pauli.

## MARIANI VICTORII NOTÆ.

*Quæ fertur ad Hebræos.* Scribens ad Paulinum Hieronymus, inter Pauli Epiſtolas eam, quæ eſt ad Hebræos, a plerisque aſſerit non connumerari: ipſe ſuperius cum Clementis ſtylo maxime convenire prodit. Barnabæ ab aliis adſcribi, vel Lucæ, alibi ait. Hæc autem omnia refert, aliorum potius recitans opiniones, quam ſuam ſtatuens: Ipſe enim Pauli eam eſſe tam ſupra in Paulo, quam alibi aſſeveranter teſtatur, aſſerens ſtyli diſſonantiam ex linguæ prodiiſſe diverſitate, Paulique nomen propterea omiſſum, quod invi-ſum eſſet Judæis: & ſcribens ad Dardanum, eam non ſolum a ſe & ab Orientis Eccleſiis, ſed ab omnibus Græci ſermonis ſcriptoribus, pro Pauli Epiſtola recipi, dilucide aſſeverat. Quam Epiſtolam omnino vide. Eſt autem circa principium tertii tomi.

## NOTÆ HENRICI GRAVII.

*Cajus ſub Zepherino.*) Euſeb. c. 16. & lib. 2. c. 25. & lib. 3. c. 31.

*Quæ fertur ad Hebræos dicit non ejus eſſe.*) Supra in Paulo Hieron.

## AUBERTI MIRÆI.

*Ad Hebræos.*) Vide quæ nos ſupra cap. 5. diximus, & quæ Marianus Victorius ad hunc locum, Baronius ad annum 69. & Bellarminus tom. 1. Controverſ. l. 1. c. 17. Berylli Arabis, Boſtrenſis Epiſcopi meminit & Trithemius lib. de Scriptor. Eccleſ.

## ERNESTI SALOMONIS CYPRIANI.

*Sub Zephyrino.* Euſebius ἐπὶ Ζεφυρίνου. Multi recentiorum heic lapſi ſunt, ac Euſebii verba expoſuerunt: *Poſt Zephyrinum.* De Gaio prolixe agit le Moyne not. ad Varia ſacra p. 938. ſeqq.

*Diſputationem adverſus Proclum.* Pamelius in vita Tertulliani p. 24. hanc anno CCXIII. editam putat. Quod ad nomina attinet, non eſt ſcribendum cum Valeſio *Cajus*, ſed *Gajus* ut Euſebius, Hieronymus, Photiusque habent. Porro ſcribendum: *Adverſus Proclum*, non *Proculum.* Euſebius & Photius: πρὸς Πρόκλον. Latini tamen Proculum, & autor capitis LII. de præſcriptione Proclum vocat.

*Sed & apud Romanos.* Ab omnibus Romanis Epiſtolam ad Hebræos Paulo abjudicatam eſſe, non dicit illo in loco Euſebius, *L. VI. c.* 20. quem heic Hieronymus interpretatur. παρὰ Ῥωμαίων τισὶν, inquit, id eſt, *a quibusdam Romanis.*

# CAPUT LX.

BERYLLUS, Arabiæ Boſtrenus Epiſcopus l) cum aliquanto tempore glorioſe re-

Βήρυλλος Ἀραβίας τῆς Βοστρηνῶν Ἐπίσκοπος, ὅτι τινα χρόνον ἐνδόξως κυβερνήσας τὴν ἐκκλησίαν

m m

l) Euſebius VI. 20. de Beryllo: Ἐπίσκοπος ἦν τῆς κατὰ τὴν Βόστραν Ἀραβίων. & 33. Βοστρῶν τῆς Ἀραβίας Ἐπίσκοπος. Et in Chron. ad Annum ſextum Alex. Severi: *Beryllus Epiſcopus Arabiæ Boſtrenus clarus habetur.* Philadelphiæ in Arabia Epiſcopum vocat Socrates III. 7. Boſtram, Geraſam, Philadelphiam, Arabiæ civitates jungit Ammianus Marcellinus lib. XIV. 8. Cæterum Boſtra metropolis. Vide Ezech. Spanhem. T. 1. de præſtantia numiſmatum p. 612.

xisset Ecclesiam, ad extremum lapsus in hæresim, m) quæ Christum ante incarnationem negat, ab Origene correctus, n) scripsit varia opuscula: o) & maxime Epistolas, in quibus Origeni gratias agit: sed & Origenis ad eum litteræ sunt. Exstat dialogus p) Origenis & Berylli, in quo hæreseos coarguitur. Claruit autem sub Alexandro, Mammææ filio, & Maximino & Gordiano, qui ei in imperium successerunt.

σίαν, πλευταῖον εἰς τὴν λεγομένην τῶν χιλιῶν αἵρεσιν. ὀλισθήσας, ὡς καὶ Ωριγένης ἀπεφήνατο, συνέγραψε ποικίλα πράγματα, καὶ μάλιστα ἐπιστολὰς ἐν αἷς τῷ Ωριγένει εὐχαριστεῖ· ἀλλὰ καὶ Ωριγένης πρὸς αὐτὸν εἰσὶν ἐπιστολαί. Ἔστι διάλογος Ωριγένους καὶ Βηρύλλου, ἐν ᾧ αἱρέσεως εὐθύνεται. Διήκουσε δὲ ὁ μὲν Ἀλεξάνδρου τοῦ Μαμαίας υἱοῦ καὶ Μαξιμίνου καὶ Γορδιανοῦ τῶν διαδεξαμένων τὴν ἐκείνου βασιλείαν.

m) Τὸν ἐκκλησιαστικὸν παρεκτρέπεται κανόνα, ξένα τινὰ τῆς πίστεως παρεισφέρων ἐπινοήματα. Τὸν Σωτῆρα καὶ Κύριον ἡμῶν λέγειν πολιτῶν μὴ προϋφεστάναι κατ' ἰδίαν οὐσίας περιγραφήν (in propria essentiæ circumscriptione, velut distinctam a Patre personam) πρὸ τῆς εἰς ἀνθρώπους ἐπιδημίας, μηδὲ μὴν θεότητα ἰδίαν ἔχειν, ἀλλ' ἐμπολιτευομένην αὐτῷ μόνην τὴν πατρικήν. Euseb. VI. 36.

n) Origenes Beryllum εὐθύνας μὴ ὀρθοδοξοῦντα, λογισμῷ τινὶ πείσας καὶ ἀποδείξει ἀναλαβὼν αὐτὸν τῇ περὶ τὸ δόγματος ἐφέσει ἀληθείᾳ, ὅτι τὴν περὶ αὐτὸν ὑγιῆ δόξαν ἀποκαθίστησι. id.

o) Τὴν ἐπιστολαῖς καὶ συγγράμμασι διαφόροις φιλοκαλίαν καταλέλοιπεν. Euseb. VI. 20. Scriptorum illa ætate præcipuum vocat Rulin.

p) Euseb. VI. 33. Καὶ φέρεταί γε αὐτοῦ τοῦ Ὠριγένους καὶ τῆς δι' αὐτὸν γενομένης συνόδου, ὁμοῦ τοὺς Ὠριγένους πρὸς αὐτὸν ζητήσεις καὶ τοὺς λεχθέντας ὅτι τῆς αὐτοῦ παρουσίας διαλέξεις ἕκαστά τε τόπου πεπραγμένων περιέχοντα. Synodi ejusdem meminit Socrates III. 7. ἀλλὰ καὶ ἡ ἐπὶ Βήρυλλον τὸν Φιλαδελφίας τῆς ἐν Ἀραβίᾳ ἐπίσκοπον γενομένη σύνοδος γέγραπται Βηρύλλῳ τὰ αὐτὰ παρεῖδωκεν. Indiculus hæresium qui fertur Hieronymi nomine: *Photino Berylius Arabiæ Episcopus fuit quondam in perversitate similis, eo quod CHristum ante incarnationem negabat: sed postea ab Origene correctus est: nam extant ejus Epistolæ ad Origenem factæ, in quibus se congratulatur ab eo fuisse correptum.* Vide & Synodicon editum a D. Jo. Pappo cap. 17. Hodie nihil illorum scriptorum sive Berylli sive Origenis Beryllum spectantium superest.

## ERNESTI SALOMONIS CYPRIANI Annotatio.

*Quæ Christum ante incarnationem negat.* Malim de Berylli sententia ex Eusebio judicare, qui acta Synodi contra Beryllum coactæ legit, quam ex hoc loco Hieronymi. Non dixit Beryllus, Christum ante incarnationem haud fuisse; sed hoc asseruit, illum non fuisse propriam & a patre distinctam personam, τὸν σωτῆρα μὴ προϋφεστάναι κατ' ἰδίαν οὐσίας περιγραφήν, πρὸ τῆς εἰς ἀνθρώπους ἐπιδημίας, ut Eusebius effert libri VI. capite XXXIII. Cæterum Codex Guelpherbytanus post voces: *ante incarnationem*, recte inserit vocem *fuisse*.

# CAPUT LXI.

HIPPOLYTUS cujusdam Ecclesiæ q) Episcopus (nomen quippe urbis scire non potui) rationem Paschæ r) temporumque Canones scripsit, usque ad primum annum Alexandri Imperatoris & sedecim annorum circulum, quem Græci ἐκκαιδεκαετηρίδα vocant, reperit: & Eusebio, s) qui super eodem

Ἱππόλυτος οὐκ οἶδα ποίας ἐκκλησίας Ἐπίσκοπος, ἢ τίνος πόλεως τὴν προσηγορίαν μαθεῖν οὐκ ἠδυνήθην, συνέγραψε λόγον τοῦ πάσχα, καὶ τοὺς χρόνους κανόνας ἕως πρώτου ἐνιαυτοῦ Ἀλεξάνδρου τοῦ βασιλέως, δεκαεξ λέγω δὴ ἐνιαυτῶν κύκλον, ὃν δὴ λεγόμενοι Γραικοὶ, ἐκκαιδεκαετηρίδα

q) Eusebius VI. 20. post Beryllum commemoratum: ὡσαύτως δὲ καὶ Ἱππόλυτος ἑτέρας τινὸς καὶ αὐτὸς παροικίας ἐκκλησίας. Varias veterum & recentium de loco Episcopatus Hippolyti, quem Eusebius & Hieronymus ignorarunt, hariolationes præmisi Opusculis sancti martyris; quæ collecta junctim edidi Hamburg. 1716. & 1718. duobus parvis tomis in fol.

r) Euseb. VI. 22. Τότε δὴ καὶ Ἱππόλυτος συντάξεων μὲν πολέως ἄλλων ὑπομνημάτων καὶ τὸ περὶ τοῦ πάσχα πεποίηται σύγγραμμα, ἐν ᾧ τὴν τῶν χρόνων ἀναγραφὴν ἐκθέμενος, καί τινα κανόνα ἐκκαιδεκαετηρίδος περὶ τοῦ πάσχα προθεὶς ὅτι τὸ πρῶτον ἔτος αὐτοκράτορος Ἀλεξάνδρου τοὺς χρόνους περιγράφει. Alia veterum de hoc opere testimonia habes in T. 1. Opp. Hippolyti p. 42. Canoni Paschali Hippolyteo subjuncta.

s) Eusebii liber de festo Paschali μυστικὴν ἀνακάλυψιν τῆς ἑορτῆς λόγου & rationes Cycli undeviginti annorum complexus intercidit, de quo vide ipsum Eusebium IV. 34. & 35. de vita Constantini. Meminit & Gennadius de S. E. cap. 88. Isidorus Hispal. VI. 17. Orig. *Paschalem Cyclum Hippolytus Episcopus temporibus Alexandri Imperatoris*

PaſchaCanonem,decem & novem annorum circulum, id eſt, ἐννεακαιδεκαετηρίδα compoſuit, occaſionem dedit. Scripſit nonnullos in Scripturas commentarios, e quibus hos repperi: in ἑξαήμερον, & in Exodum,t) in Canticum Canticorum, u) in Geneſin, & in Zachariam: x) De Pſalmis, y) & in Eſaiam, z) de Daniele, a) de Apocalypſi, b) de Proverbiis,deEccleſiaſte,c) de Saul & Pythoniſſa, d) deAntichriſto, e) de Reſurrectione,f) contra Marcionem, g) de Paſcha, h) adverſum omnes hæreſes, i) & περὶ ὁμιλίαν de laude Domini Salvatoris : k) in qua, præſente Origene, ſe loqui in Eccleſia ſignificat. l) In hujus æmulationem Ambroſius, quem de

εἶδα καλοῦσιν, Εὐσεβίῳ τῷ περὶ αὐτοῦ τὸ πάσχα ἐννεακαιδεκαετηρίδα συντάξαντι πρόφασιν παρεσχηκώς. Ἔγραψεν εἰς τὰς θείας γραφὰς ὑπομνήματα, ἀφ' ὧν τάδε ἔυρον, εἰς τὴν ἑξαήμερον, εἰς τὴν ἔξοδον, εἰς τὰ ἄσματα τῶν ἀσμάτων, εἰς τὴν γενεσιν, εἰς Ζαχαρίαν, περὶ ψαλμῶν, εἰς Ησαίαν, περὶ Δανιὴλ, περὶ Ἀποκαλύψεως, περὶ Παροιμιῶν, περὶ Ἐκκλησιαστοῦ, περὶ Σαοὺλ καὶ Πύθωνος, περὶ τοῦ Ἀντιχρίστου, περὶ ἀναστάσεως, κατὰ Μαρκίωνος, περὶ τοῦ πάσχα, κατὰ πασῶν τῶν αἱρέσεων, προσομιλιῶν, περὶ τῶν ἐπαίνων τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἐν οἷς παρόντος Ὠριγένους ἑαυτὸν ὡμιληκέναι κατὰ μίμησιν αὐτοῦ ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ δηλοῖ. Ἀμβρόσιος, ἐν τινα δὲ τῆς πλάνης Μαρκίωνος



*ris primus conſcripſit. Poſt quem probatiſſimi autores, Euſebius Cæſarienſis, Theophilus Alexandrinus, Proſper quoque natione Aquitanus atque Victorinus amplificatis ejusdem feſtivitatis rationibus, multiplices circulos ediderunt.* Quoniam vero S. Hippolyti Cyclus ſedecim tantum annorum fuit, hinc Beda de temporum ratione c. 42. *Decemnovennalis circuli ordinem primus Euſebius Cæſareæ Paleſtinæ Epiſcopus ob quartas decimas lunas feſti Paſchalis ipſumque diem Paſcha inveniendum compoſuit, eo quod luna &c.*

t) Euſebius VI. 22. poſt Hippolyti εἰς τὴν ἑξαήμερον non ejus commentarium in Exodum ſed εἰς τὰ μετὰ τὴν ἑξαήμερον commemorat: Rufin. *in Hexaëmeron & ea quæ poſt Hexaëmeron ſcripta ſunt.* Sed Hieronymus peculiariter etiam deinde meminit commentarii in Geneſin, & quoniam plura Hieronymus ſcripta refert quæ ſe ait reperiſſe,& de quibus Euſebius ſilet, Hieronymi fidem hac in parte ſollicitare non eſt adeo in promtu. Fragmenta ex Commentariis in Hexaemeron T. 2. Opp. Hippolyti p. 22. ſeq. & 33. ſeq.

u) Εἰς τὸ ἄσμα. Euſeb. Syncellus: εἰς τὰ ἄσματα. Nicephorus: εἰς τὸ ἆσμα τῶν ἀσμάτων. Fragmentum ſervavit S. Anaſtaſius Sinaita quæſt. 41.

x) Hieron. præf. in Zachariam. *Hippolytus quoque edidit commentarios.* Nicephorus IV. 31. εἰς Ζαχαρίαν.

y) Mentio Commentariorum in Pſalmos in laterculo marmoreo qui Canoni Paſchali Hippolyteo adjunctus legitur. Fragmenta ex iisdem dedi T. 1. Operum Hippol. p. 269. ſeq.

z) Vide T. 1. p. 271. & T. 2. p. 31. a) T. 1. p. 271. ſeq. & T. 2. p. 32.

b) T. 1. p. 81. & 280. c) T. 1. p. 269. ſeq. & 282.

d) Εἰς τὴν ἐγγαστρίμυθον. Vide T. 1. p. 81.

e) Hic liber de Antichriſto integer exſtat in lucem prolatus ab inſigni viro Marquardo Gudio : quem præter Photium Cod. 202. legerunt auctor Catenæin Jerem. XVII. 11 Andreas Cæſarienſis ad Apocalypſin, aliique ut ad illum librum notavi.

f) περὶ ἀναστάσεως καὶ ἀφθαρσίας. Mentio in laterculo Hippolyti marmoreo & apud Anaſtaſium Sinaitam qui fragmentum exinde affert in Hodego p. 356.

g) Euſeb. VI. 22. πρὸς Μαρκίωνα. Nicephorus IV. 31. ἀντιῤῥητικὸν πρὸς Μαρκίωνα appellat. Etiam a Theodoreto lib. 1. de hæreticis fabulis Hippolytus laudatur inter eos qui Marcionem ἄθεα καὶ σοφίσματα confutarunt. Syncellus pag. 358. ait ſcripſiſſe πρὸς Μαρκίωνα καὶ τὰς λοιπὰς αἱρέσεις.

h) Euſebius diverſum a Canone Paſchali opus commemorat Hippolyti περὶ τοῦ πάσχα, quod Rufinus in ſua verſione, velut idem eſſe ratus, omiſit. Sed rectius Hieronymus, Nicephorus & alii junicres Euſebii fidem ſecuti. Fragmentum ex libro Hippolyti de Paſchate ſervatum in Chronico Paſchali p. 6. & aliud in Concilio Lateranenſi A. C. 649. habito T. VI. edit. Labbei p. 287.

i) Πρὸς ἁπάσας αἱρέσεις Euſeb. Vide Photium Cod. 121. & Hippolyti Opera T. 1. p. 223. ſeq.

k) Ita legendum pro eo quod habent editt. πρὸς ὁμιλιῶν vel περὶ ὁμιλιῶν. Cæterum ex ſcriptis Hippolyti Euſebio VI. 22. memoratis ab Hieronymo omittitur quæ in Ezechielis capita quædam ille ſcripſerat, εἰς μέρη τοῦ Ἰεζεκιὴλ. Vide T. 1. Hippolyti pag. 271.

l) Perperam editiones nonnullæ cum ſuperioribus connectunt verba *in hujus æmulationem.* Quod ſecutus etiam Græcus interpres vertit: ἑαυτὸν ὁμιληκέναι κατὰ μίμησιν αὐτοῦ ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ δηλοῖ. Cæterum ſolius Hieronymi teſtimonio novimus, S. Hippolyti exemplo accenſum Ambroſium Alex. Origeni impulſorem fuiſſe ad tam multa illu-

Marcionis m) hæreſi ad veram fidem correctum diximus, cohortatus eſt Origenem, in ſcripturas Commentarios ſcribere, præbens ei ſeptem & eo amplius notarios, n) eorumque expenſas, & librariorum parem numerum: quodque his majus eſt, incredibili ſtudio quotidie ab eo opus exigens. Unde in quadam Epiſtola ἐργοδιώκτην eum Origenes vocat.

εἰς τὴν ἀληθινὴν πίστιν ἐπιστρέψαι προέμενος, προετρέψατο Ὠριγένη τὰς θείας ἀπομνηματεῦσαι γραφὰς, παρεσχημένος αὐτῷ ἐπὶ πλείους τοπογράφους, καὶ τοὺς τούτων δαπάνους, καὶ ταχυγράφους τὸν ἴσον ἀριθμὸν, καὶ ὅπερ ἐκείνοις μεῖζον, ἀνυπόπτως αὐτῷ ἐκάστοτε ἔργον παρ' αὐτοῦ ἀσκεῖσθαι, διὸ καὶ μιᾷ Ἐπιστολῇ, ἐργοδιώκτην αὐτὸν Ὠριγένης καλεῖ.

illuſtrandis ſacris litteris commentanda & elucubranda. Nam apud Euſebium ἐξ ἐκείνου poteſt commode intelligi de tempore, quod de exemplo Hieronymus intellexit. m) Supra, cap. 56.

n) Euſeb. VI. 23. poſt commemorata S. Hippolyti ſcripta: ἐξ ἐκείνου δὴ καὶ Ὠριγένει τὸ πρὸς τὰς θείας γραφὰς ὑπομνημάτων ἐγίνετο ἀρχὴ, Ἀμβροσίου εἰς τὰ μάλιστα παροτρύναντος αὐτὸν μυρίαις ὅσαις ἐν σπουδαῖς, ἃ τοῖς ἀφ' ἑαυτοῦ λόγοις καὶ συγγράμμασιν αὐτὸς μόνος ἀλλὰ καὶ ἀφθονωτάτοις τῶν θηκῶν χορηγίας. Ταχυγράφοι δ' αὖτῷ πλείους ἢ ἑπτὰ παρῆσαν ἀναγορεύοντι χεῖρας ὑπαγομένοις ἀλλήλαις ἀμείβοντες. βιβλιογράφοι τε οὐκ ἧττον ἅμα καὶ κόραις ἐπὶ τὸ καλλιγραφεῖν ἠσκημένοις &c. Confer Cedrenum p. 253. & ex eo Suidam in Ὠριγένης, ubi affert verba ex Origenis Epiſtola, qua teſtatur ab Ambroſio tantum ſibi imponi quotidie laboris ut vix cibi aut quietis capiendæ relinquatur ſpatium. Hieron. Epiſt. 18. ad Marcellam: *Ambroſius quæ chartas, ſumtus, notarios miniſtrante tam innumerabiles libros vere Adamantius & Chalcenterus noſter explicavit, in quadam epiſtola quam ad eundem de Athenis ſcripſerat, refert nunquam ſe cibum Origene præſente ſine lectione ſumpſiſſe, nunquam iniiſſe ſomnem, niſi unus e fratribus litteris ſacris perſonaret. Hoc diebus egiſſe & noctibus ut & lectio orationem exciperet, & oratio lectionem. Quid nos ventris animalia tale unquam fecimus?*

## ERASMI SCHOLIA.

*Temporum canonumque ſcripſit.*) Exemplarium inter ſe pugna declarat, ſcripturam non carere mendo. Ex Græcis ita reſtituimus, & nonnullis veterum codicum veſtigiis. Rationem Paſchæ, temporumque canones ſcripſit.

*Circulum, quem Græci* ἐξαεικαιδεκαετηρίδα.) Nam eam vocem partim ex Sophronio repoſuimus, partim ex veſtigiis manifeſtiſſimis vetuſtiſſimi codicis, conſentiente editione Maguntinenſi. Eſt autem Græca vox compoſita a ſedecim & anno.

*Novem & decem annorum circulum* ἐννεακαιδεκαετηρίδα.) Conſentiunt & hic vetuſti codices cum Sophronio.

*In hexameron*) Hexaemeron legendum quinque ſyllabis, ἑξαήμερον.

*De Apocalypſi.*) Vidimus Baſileæ commentariolos quosdam in Apocalypſim, Hippolyti titulo, ſed jejunos, & citantes Hippolytum neſcio quem. Citatur autem Hippolytus Epiſcopus Romanus in Græcis commentariis.

*Et ſimilia.*) Hic titulus erat depravatus. Sophronius habet περὶς ὁμιλιῶν, id eſt, de colloquiis, & propemodum reſpondebant veſtigia vetuſtiſſimi exemplaris.

*In hujus æmulationem.*) Sophronius æmulationem ad ſuperiora refert, ad hunc modum: In quibus præſente Origene ſe locutum fuiſſe ad imitationem illius in Eccleſia declarat. Deinde ſequitur, veluti novæ periodi caput, Ambroſius quem, &c.

*Unde in quadam Epiſtola* ἐργοδιώκτην.) Sic legit Sophronius, & conſentiunt exemplaria Latinorum emendatiora, ἔργον opus, διώκειν impellere, quod inſtigaret & urgeret ad opus. In Epitaphio Nepotiani nonnulli codices habebant διώκτην. Cæterum ex hoc loco nihil addubitem, illic quoque ſcriptum fuiſſe ἐργοδιώκτην, velut hoc Hieronymo fuiſſet Nepotianus, quod Ambroſius Origeni.

## MARIANI VICTORII.

*Hippolytus cujuſdam Eccleſiæ Epiſcopus: nomen quippe urbis ſcire non potui.* Portuenſis Epiſcopus fuit Hippolytus, ejusque marmorea ſtatua una cum Paſchali circulo, ſex & decem annorum inſculpto, ætate noſtra inventa fuit, & in Bibliotheca Vaticana a Marcello Cervino Cardinali, qui poſtea in Pontificem maximum * aſſumptus eſt, viro ſanctiſſimo pariter & eruditiſſimo, & literarum omnium diligentiſſimo vindice, repoſita.

*Sexdecim annorum circulum.* Paſchatis inveniendi per æquinoctium vernale ratione nondum excogitata, ſatisfieri Eccleſiæ a multis olim putabatur, ne ſemper hac de re conſuleretur Ægyptus; ſi vel per ſexdecim, vel per decem & novem futuros annos illud ſtatueretur. Laborarunt etiam in hac re Theophilus Alexandrinus, & ex Latinis Beda Brittannus. Nunc mutato anni ſtatu canonibusque ex regula Nicæni Concilii erutis, interdum

* Marcellus II, A. 1556.

Digitized by Google

dum non congruentibus, vel componendi anni, vel mutandorum canonum actio aliqua ineunda esset.

*Notarios.* Notarios vocat, qui dictantis verba veloci manu ac per notas interdum prosequentes scribebant. Librarios autem, qui ita descripta accuratius postea libris commendabant.

*Incredibili studio* ἀνυπόιστῳ σπουδῇ. intolerabili studio legit Sophronius. Verum latina exemplaria inter se universa conveniunt.

Ἐργοδιώκτην. Operis impulsorem, instigatoremque. Utitur hac eadem voce Hieronymus in Epitaphio Nepotiani. ἔργον opus, διώκειν impellere.

## NOTÆ HENRICI GRAVII.

*Hippolytus.*) Meminit hujus Hieron. ad Lucinum Bæticum : *Scripsit quidem & Hippolytus vir disertissimus* &c. & in IX. cap. Daniel & ad Magnum : & Eusebius c. 21. & 22. Gelasius Episcopus Romanus in lib. de duabus naturis.

*Et in Zachariam.*) Vide Præfat. in Zachar.

## AUBERTI MIRÆI SCHOLIA.

*S. Hippolytus.*) Martyr, Clementis Alexandrini discipulus, fuit, Episcopus Portus Romani. Ejus opera, præter Hieronymum, Eusebius Hist. Eccles. l. 6. c. 16. Theodoretus, Honorius cap. 62. Baronius in gestis anni 219. & in notis ad Martyrol. Romanum, aliique enumerant. Inter alia scripsit Canonem Paschalem, cujus nihil præter nomen supererat : cum ecce anno 1551. ex agro Verano, non procul ab æde S. Laurentii ad urbem, effossa prodiit antiqua e marmore statua, solio insidens, Græcis utrimque litteris inscripta. Litteræ in binis Cathedræ laterculis Cyclos Paschales annorum XVI. exhibebant; Quartarumdecimarum dextro, Dominicarum Paschalium siniſtro, utrosque 112. annis universim comprehensos: qua annorum periodo Ferias easdem in orbem redire credidit Hippolytus. Tam illustre ac rarum primitivæ Ecclesiæ monumentum Marcello Cervino, tunc S. R. E. Cardinali, postea ejusdem nominis Papæ II. dignissimum visum est, quod Romam inde deferretur, & in Vaticana Bibliotheca conderetur. Edidit deinde Græce, ut erat, cum antiquis suis inscriptionibus Janus Gruterus; Josephus Scaliger etiam notis illustravit. Ægidius Bucherius, amicus noster, latine fideliter redditum erudito Commentario explicavit, typisque Plantinianis, cum Victorii Aquitani Canone Paschali, 1633. publicavit.

Extat præterea S. Hippolyti Homilia de Christo & Antichristo Græce & Latine; item oratio de consummatione mundi, Homiliæ de Deo trino & uno, & de incarnatione contra hæresim Noëti, interprete Gerardo Vossio, Decano Tungrensi, tom 3. Bibliothecæ patrum. Libellum contra hæreses, & Interpretationem Danielis Photius cod. 121 & 202. memorat. Possevinus in Apparatu suo meminit Demonstrationis contra Judæos.

*Notarios*) vocat, qui dictantis verba veloci manu excipiebant, & per notas interdum scribebant; Librarios autem, qui sic descripta accuratius postea libris commendabant.

Ἐργοδιώκτην) id est, operis impulsorem & instigatorem.

## ERNESTI SALOMONIS CYPRIANI.

*Rationem paschæ, temporumque canones scripsit.* Hippolyti canon Paschalis eo, quo Miræus dixit, anno inventus est in statua marmorea Hippolyti; quæ Romæ eruta, ac in vestibulo Bibliothecæ collocata est, ut post alios Joannes Bona libro II. capite VI. rerum liturgicarum refert. In hujus monumenti, vetustissimi sane, dextro laterculo designati sunt Hippolyti libri, de quibus ad laterculi ductum Clarissimus Cave T. 1. hist. lit. p. 50. & Stephanus le Moyne *T. II. var. sacr. p.* 930. *seqq.* exponunt.

# CAPUT LXII.

ALEXANDER, Episcopus Cappadociæ, quum desiderio sanctorum locorum o) Hierosolymam pergeret, & Narcissus Episcopus ejusdem urbis jam senex p) regeret Ecclesiam; & Narcisso q)

Ἀλέξανδρος Ἐπίσκοπος Καππαδοκίας, πόθῳ τῶν ἁγίων τόπων ὁπλισάμενος τὴν Ἱεροσολύμων, τὴν Ἐπισκοπὴν Ναρκίσσου τῆς αὐτῆς πόλεως ἤδη γεγηρακότος, καὶ τὴν ἐκκλησίαν



o) Euseb. VI. 11. ἐκ τῆς τ Καππαδόκων γῆς ἔνθα τὸ πρῶτον τῆς ἐπισκοπῆς ἦξιτο, τὴν πορείαν ἐπὶ τὰ Ἱεροσόλυμα εὐχῆς χ τ τόπων ἱστορίας ἕνεκεν ποιούμενον.

p) Centum amplius annorum senio fessus, nec valens amplius λειτουργῆσαι ἀλλὰ λειτουργὸν γῆρας, ut verbis utar Eusebii.

q) Itaque de Narcisso intellexit Hieronymus, quod legitur apud Euseb. κατ' ἀποκάλυψιν τινὰ περ αὐτῷ δι' ὀνείρατος φανῆναι, quod possis etiam de Alexandro accipere: nam utrius-

& multis clericorum ejus revelatum eſt, r) altera die mane intrare Epiſcopum, qui adjutor ſacerdotalis Cathedræ eſſe deberet. Itaque re ita completa, ut prædicta fuerat, cunctis in Palæſtina Epiſcopis s) in unum congregatis, adnitente quoque ipſo vel maxime Narciſſo, t) Hieroſolymitanæ Eccleſiæ cum eo gubernaculum ſuſcepit. Hic in fine cujusdam Epiſtolæ, quam ſcribit ad Antinoitas u) ſuper pace Eccleſiæ ait: *Salutat vos Narciſſus, qui ante me hic tenuit Epiſcopalem locum, & nunc mecum eundem orationibus regit, annos natus circiter centum ſedecim, & vos mecum precatur ut unum idemque ſapiatis.* Scripſit & aliam ad Antiochenſes, x) per Clementem presbyterum Alexandriæ, de quo ſupra y) diximus: nec non ad Origenem, z) & pro Origene contra Demetrium; a) eo quod juxta teſtimonium b) Demetrii eum presbyterum conſtituerit. Sed & aliæ ejus ad diverſos feruntur Epiſtolæ. c) Septima autem perſecutione ſub Decio, d) quo tempore Babylas e) Antiochiæ paſſus eſt, ductus Cæſaream, & clauſus in carcere, ob confeſſionem Chriſti, martyrio coronatur.

*Apud Euſeb. VI. 11.* ἀσπάζεται ὑμᾶς Νάρκισσος ὁ πρὸ ἐμοῦ διέπων τὸν τόπον τῆς ἐπισκοπῆς τὸν ἐνθάδε, καὶ νῦν συνεξεταζόμενός μοι διὰ τῶν εὐχῶν, ἑκατὸν δεκαεξ ἔτη ἡνυκώς, παρακαλῶν ὑμᾶς ὁμοίως ἐμοὶ ὁμοφρονῆσαι.

*στίαν κυβερνᾶντος, αὐτῷ τε τῷ Νάρκίσσῳ καὶ πολλοῖς κλήρικοῖς αὐτὸ ἀνακαλύφθη μέλλειν τῇ ἑξῆς ἑωθεν εἰσιέναι Ἐπίσκοπον τὸν ὀφείλοντα βοηθὸν γενέσθαι τῆς ἱερατικῆς καθέδρας. Τὸ πράγματος τοίνυν καθὼς προεμηνύθη πληρωθέντος, πάντων τῶν ἐν Παλαιστίνῃ Ἐπισκόπων ὅτι τὸ αὐτὸ συναχθέντων, συνεπινεύοντος αὐτοῖς Νάρκίσσου, τὴν κυβέρνησιν τῆς ἐν Ἱεροσολύμοις ἐκκλησίας σὺν αὐτῷ ἀνεδέξατο. Οὕτως ἐν τῷ τέλει μιᾶς ὑπιστολῆς γραφείσης παρ' αὐτοῦ πρὸς Ἀντινοίτας, περὶ τῆς ἐκκλησιαστικῆς εἰρήνης, ἔφη· Ἀσπάζεται ὑμᾶς Νάρκισσος, ὃς πρὸ ἐμοῦ εἶχετο τῆς ἐνταῦθα Ἐπισκοπῆς, καὶ νῦν τὸν αὐτὸν ἰθύνων μετ' ἐμοῦ εὐχόμενος ἐπέχει, ἑκατὸν ἄγων ἑκατοστοεξκαιδέκατον, δεόμενος ὑμῶν ἅμα ἐμοὶ, ἵνα τὸ αὐτὸ καὶ ἓν φρονήσητε. Ἔγραψε καὶ ἄλλην πρὸς Ἀντιοχεῖς διὰ Κλήμεντος πρεσβυτέρου Ἀλεξανδρείας, περὶ ὧν προεῖπον, ἃ μὴν ἀλλὰ καὶ πρὸς Ὠριγένην καὶ ὑπὲρ Ὠριγένους κατὰ Δημητρίου, καὶ ὅτι προεμαρτυρήντος Δημητρίου πρεσβύτερον αὐτὸν ἐχειροτόνησε. Καὶ ἄλλαι δὲ αὐτοῦ πρὸς διαφόρους φέρονται ἐπιστολαί. Τῷ δὲ ἑβδόμῳ διωγμῷ ὅτε Δεκίου ἠνίκα καὶ Βαβύλας ἐν Ἀντιοχείᾳ ἔπαθεν ἀχθεὶς Καισάρειαν, καὶ εἰς φυλακὴν ἐγκλεισθεὶς, διὰ τὴν τοῦ Χριστοῦ ἐξομολόγησιν ἐμαρτύρησεν.

utriusque mentio præceſſit. Sed fateor probabiliorem mihi videri Hieronymi interpretationem.

r) Καθ' ἑτέραν ἀποκάλυψιν καὶ αὐτοῖς (τοῖς τῇδε ἀδελφοῖς) νύκτωρ ὀφθεῖσαν μίαν τε φωνὴν σαφεστάτην τοῖς μάλιστα αὐτῶν σπουδαίοις χρήσασαν, ὡς εἰσελθόντας ἔξω πυλῶν τὸν ἐκ θεοῦ προχειρισμένον αὐτοῖς Ἐπίσκοπον ὑποδέξασθαι. id.

s) Τόπου δὲ πραξάντος μὴ κοινῆς τῶν Ἐπισκόπων, οἳ τὰς περὶξ διέπουν ἐκκλησίας, γνώμης ἐπάναγκες αὐτὸν ὑφημένου βιάζεται. id.

t) Hoc non diſertis verbis tradit, ſed utique intelligendum innuit Euſebius. Adjunctus Narciſſo Alexander in Epiſcopatu Hieroſolymitano A. C. 212. Confer Tillemontium T. 3. memor. p. 417.

u) Ἐν ἰδίαις Ἐπιστολαῖς ταῖς πρὸς Ἀντινοείτας. Ubi Ἐπίστολὰς dicit de unica Epiſtola, ut Vincentius Lirinenſis in loco quem ſupra p. 114. annotavi & Euſebius de Epiſtola Cornelii Rom. ad Fabium ἦλθον εἰς ἡμᾶς ὑπιστολαὶ Κορνηλίου VI. 43.

x) Ex hac Alexandri Epiſtola in carcere ſcripta locum affert Euſebius VI. 11. Ἀλέξανδρος δοῦλος καὶ δέσμιος Ἰησοῦ Χριστοῦ τῇ μακαρίᾳ Ἀντιοχέων ἐκκλησίᾳ ἐν Χριστῷ χαίρειν. y) Supra, cap. 38.

z) Ex Epiſtola Alexandri ad Origenem locus apud Euſeb. VI. 14.

a) Hanc Epiſtolam ad Demetrium Alexandri Hieroſol. & Theoctiſti Cæſarienſis Palæſtinæ Epiſcopi nomine ſcriptam tradit idem Euſebius VI. 19. ubi nonnulla ex eadem adducit Δημητρίῳ γράφοντες Ἀλέξανδρος ὁ Ἱεροσολύμων Ἐπίσκοπος καὶ Θεόκτιστος ὁ Καισαρείας, ὧδέ πως ἀπολογούμενοι.

b) Proficiſcenti Alexandria Origeni *teſtimonium Eccleſiaſtica Epiſtole* dederat Demetrius, quod probantes Epiſcopi jam memorati, atque Origenis virtutem & doctrinam admirantes illum deinde presbyterum in Palæſtina ordinavere, ut dictum ſupra c. 54.

c) De his nihil apud Euſebium.

d) Circa A. C. 251. Λιπαρῶ γήρει καὶ σεμνῇ πολιᾷ καπνεμένος, anno Epiſcopatus Hieroſolymitani 39. Vide Euſebium VI. 39. & 46.

e) Euſebius VI. 39. Τῷ δ' Ἀλεξάνδρῳ ὑφαπλησίως ἐν Ἀντιοχείᾳ τὸ Βαβύλα μὴ τὴν ὁμολογίαν ἐν δεσμωτηρίῳ μεταλλάξαντος. Hieronymus ſupra cap. 54. *& Alexander Babylasque Hieroſolymorum & Antiochenæ Eccleſiæ Fontifices in carcere pro confeſſione CHriſti dormierint.* Mirum eſt ab Hieronymo non celebrari Bibliothecam in Ælia urbe, ab hoc Alexandro inſtructam, ex qua plurimum profeciſſe ſe ad Hiſtoriam ſuam componendam prædicat Euſebius VI. 20.

ERAS-

## ERASMI SCHOLIA.

*Aronitas.*) Antinoitas legendum, ex vetuſtis exemplaribus & ex Sophronio. Notat eos, qui vita defunctis divinos honores exhibebant. Hiſtoria Eccleſiaſtica lib. 4. docet, hos dictos ab Antinoo, quem Cæſar Adrianus adamavit, & oppido ex hujus nomine condito, pro Deo coli juſſit.

## MARIANI VICTORII.

*Et nunc mecum eundem orationibus regit.* Coadjutorem aliquem aſſumi poſſe Epiſcopum, ex hoc Hieronymi teſtimonio liquido conſtat: verum id tunc fieri ſolummodo poteſt, cum vel ſenio vel morbo aliquo, ab Epiſcopali munere peragendo prior impeditur Epiſcopus. Ex his enim cauſis Valerius Auguſtinum, & alter Valerius Cæſarauguſtanus, qui blæſa erat lingua, Vincentium, Oſchæ in Hiſpania natum, & Narciſſus Alexandrum hunc ſibi coadjutores accepere, ſimiliter & alii alios.

## HENRICI GRAVII.

*Alexander Epiſcopus Cappadociæ.)* Euſeb. cap. VIII. X. XI.
*Eo quod juxta teſtimonium Demetrii.)* Lego: *contra.*
*Duêtus Cæſariam.)* Cap. 9. lib. 6. Euſebius.

## AUBERTI MIRÆI SCHOLION.

Hujus *S. Alexandri* Epiſcopi & martyris memoriam celebrant, 18. Martii, Martyrologium Romanum, vetus ac novum, Beda, Uſuardus & Ado; Græci autem in Menologio 15. Maji. Res ejus geſtas Euſebius hiſt. l. 6. c. 7. 8. & 32. itemque Nicephorus l. 5. c. 9. & 10 proſequuntur.

## ERNESTI SALOMONIS CYPRIANI.

*Cum deſiderio ſanctorum locorum.* Negare non poſſum, veteres Chriſtianos frequenter peregre abiiſſe ad videnda loca, quæ Chriſtus olim præſentia ſua, ante paſſionem, illuſtraverat. Hieronymus Epiſtola ad Deſiderium: *T. IV. Er. f. 89. Adoraſſe, ubi ſteterunt pedes domini, pars fidei eſt, & quaſi recentia nativitatis & crucis ac paſſionis vidiſſe veſtigia.* Verum illæ peregrinationes mature ſuperſtitionibus pollutæ ſunt, quas ipſe Hieronymus æquo loco habet in Epiſtola ad Paulinum de inſtitutione monachi: *T. I. f. 46. Eraſm. Et de Hieroſolymis, & de Britannia æqualiter patet aula cœleſtis. Antonius & cuncta Ægypti & Meſopotamiæ, Ponti, Cappadociæ & Armeniæ examina monachorum non videre Hieroſolymam, & patet illis abſque hac urbe, paradiſi janua. Beatus Hilarion cum Paleſtinus eſſet, & in Paleſtina viveret, uno tantum die vidit Hieroſolymam, ut nec contemnere loca ſancta propter vicinitatem, nec rurſus Dominum loco claudere videretur.* Præſtat ſane, Religionis cauſa ſuſceptis peregrinationibus aut modum ponere, aut eas tollere non ſolum ob alias rationes, de quibus Theologi agunt; ſed & propter improbos mores, queis maximam religioſorum viatorum partem hodienum adſveſcere non diffitetur Laurentius a Villavicentio libro II. capite VII. de Oeconomia ſacra circa pauperum curam.

*Annitente.* Minus dicit Codex Guelpherbytanus: *annuente.* Sed poſterior lectio melior eſt, quum Narciſſus nusquam magnopere laboraſſe legatur, ut Alexandrum adjutorem haberet.

*Et pro Origene contra Demetrium; eo quod juxta teſtimonium Demetrii eum presbyterum conſtituerit,* Dixiſſet rectius: *Pro Origene ad Demetrium*, ſeu, *Demetrio*, ut habet Euſebius. Quod ad rem ipſam ſpectat, Origenes Alexandria diſcedens, atque in Palæſtinam delatus, nondum erat presbyter, ſed laicus, commendatus tamen ob doctrinam & morum elegantiam a Demetrio, Alexandrino Epiſcopo. Itaque petunt ab eo Palæſtinæ Epiſcopi, τὰς θείας ἑρμηνεύειν γραφὰς ἐπὶ τῷ κοινῷ τῆς ἐκκλησίας, ut Sacrum Scripturam publice in Eccleſia interpretaretur. Id cum feciſſet; Demetrius, Alexandriæ Epiſcopus, literas dedit ad Epiſcopos Palæſtinæ, in quibus conqueſtus eſt, quod contra Eccleſiæ morem, præſentibus Epiſcopis, concionandi copiam fecerint Origeni laico. Huic Alexander noſter, & Theoctiſtus, Cæſarienſis Epiſcopus reſpondent in Epiſtola, cujus fragmentum Euſebius exhibet libro VI capite XIX. quamque Hieronymus contra Demetrium ſcriptam dicit. Etſi vero Origenes, cum in Palæſtina doceret, non amplius eſſet laicus, videlicet ab Alexandro Theoctiſtoque presbyter ordinatus; fallitur tamen magnopere Valeſius ad *Euſeb.* pag. 199. dum Catechetas in Eccleſia docuiſſe negat, ac in privatis auditoriis, baptiſteriisque Catecheſes habitas fuiſſe contendit. In Alexandrina Eccleſia Catechumenos privato auditorio inſtitutos eſſe, & Catechetas Catecheſes non habuiſſe coram populo, fateor, idque recte colligitur ex Demetrii Epiſtola. Verum aliis in locis alia quoque ejus rei fuit ratio. Nam cum Demetrius objeciſſet, Catechetis, quod laici ſint, non licere publice in Eccleſia & coram Epiſcopis docere; reſpondebant Alexander noſter & Theoctiſtus: *A veritate longiſſi-*

*me aberrasti. Nam si cubi reperiuntur, qui fratribus prodesse possint, eos sancti Episcopi ultro adhortantur τῷ λαῷ προσομιλῶν, ut ad populum conciones habeant. Euseb. L. IV. c. 19.*

# CAPUT LXIII.

JULIUS AFRICANUS, cujus quinque de temporibus f) extant volumina, sub Imperatore M. Aurelio Antonino, qui Macrino successerat, g) legationem pro instauratione urbis Emmaus suscepit, quæ postea Nicopolis appellata est.) Hujus est Epistola i) ad Origenem super quæstione Susannæ: eo quod dicat in Hebræo hanc fabulam k) non haberi, nec convenire cum Hebraica Etymologia δοὺ τὴ σχίνα σχίσαι, ϗ δοὺ τὴ πρίνα πρίσαι, l) contra quem doctam Epistolam scribit Origenes. Exstat ejus ad Aristidem altera Episto-

Ἰούλιος Ἀφρικανὸς, ὁ πόσι πρὸς χρίσιν τυγχάνει λόγοι, ὅτι Μάρκῳ Αὐρηλίῳ Ἀντωνίνῳ διαδεξαμένῳ Μακρῖνον, πρεσβείαν ἀνεδέξατο περὶ ἀναστάσεως Ἐμμαοῦς τῆς πόλεως τῆς μετονομασθείσης Νικοπόλεως. Ἔστι καὶ Ἐπιστολὴ πρὸς Ὠριγένην, φέρουσα τῆς ϗ Σωσάννας ζητήσεως· λέγει δὲ ἐν τῷ Ἑβραϊκῷ τοῦτον μὴ εἶναι τὸν μῦθον, μηδὲ συνᾴδειν τῇ Ἑβραϊκῇ ἐτυμολογίᾳ, δοὺ τὸ πρίνα πρίσαι, ϗ δοὺ τὸ σχίνα σχίσαι, πρὸς ὃν διδοκιμασμένην Ἐπιστολὴν γράφει Ὠριγένης. Ἔστιν αὐτῷ καὶ πρὸς Ἀριστείδην ἄλλη Ἐπιστολὴ, ἐν ᾗ περὶ τῆς διαφωνίας τῆς δοκου-

f) Nobile opus Julii Africani ac præcipuum Chronographiæ, sive ut Photio Cod. 34. ἱστορικὸν, quo res ab orbe condito ad A. C. 221. perlecutus fuit libris quinque. Eusebius VI. 31. Τῷ δ' αὐτῷ Ἀφρικανῷ καὶ ἄλλα τῶν ἀριθμὸν πόνῳ χρονογραφιῶν ἐπ' ἀκριβὲς πεπονημένα ἦλθεν εἰς ἡμᾶς ἀπόδειγματα. Ex hoc opere, quod jam pridem intercidit, constat Eusebium in Chronico suo & alios post eum temporum scriptores mire profeciſſe. Locum ex libro tertio affert Eusebius III. 10. præparat. & ex libro quinto VIII. 1. *Ex quinto temporum volumine*, Hieronymus in IX. Daniel.

g) Imperator hic Helagabali nomine notior, qui imperio præfuit ab A. 218. ad 221.

h) Cassiodorus ad A. C. 222. *His Coss.* (Alexandro & Augusto) *in Palæstina Nicopolis quæ prius Emmaus vocabatur, urbs condita est.* Chronicon Paschale: Παλαιστίνης Νικόπολις ἡ πρότερον Ἐμμαοῦς ἐκτίσθη πόλις περισβεύσαντος αὐτῆς καὶ πρεσβεύσαντος Ἰουλίου Ἀφρικανοῦ ϗ τὰ χρονικὰ συγγεγραφότος. Anastasius Bibliothecarius: *Emmaus Palæstinæ castellum de quo in sacris legitur Evangeliis, Alexandro* (Severo qui postea Imperator) *Nicopolis est honorari decreta, legatione fungente Africano qui historias in quinque libris descripsit.* Eandem esse Nicopolin cum Emmaunte cujus Luc. XXIV. 13. mentio, non dubitavit etiam Hieronymus libro de locis Hebraicis & in Paulæ Epitaphio. Sed Emmauntem vicum cujus meminit Lucas, sexaginta stadiis tantum Hierosolymis abfuisse, Emmauntem vero civitatem quæ & Nicopolis, stadiis centum & septuaginta sex, adeoque ab illo longe diversam observat desideratissimus Relandus in Palæstina pag. 427. 758.

i) Euseb. VI. 31. Ἐπιστολὴ τούτῳ Ὠριγένους χριφοῦσα φέρεται, διαπορῶντος εἰς ἀν νοῦν καὶ πεπλασμένης ὕστερ τῆς ἐν τῷ Δανιὴλ τῆς Σωσάννας ἱστορίας, πρὸς ἣν Ὠριγένης ἀντιγράφει πλείστα. Hæc Epistola, cujus etiam apud Photium Cod. 34. Nicephorum V. 21. & Svidam in Ἀφρικανὸς & Σωσάννα est mentio, etiamnum exstat una cum Origenis responsione vulgata Græce & Latine atque eruditis illustrata notis a præclaro viro Jo. Rudolfo Wetstenio. Basil. 1694. 4. Africani Epistolam cum initio responsoriæ Origenis Græce primus publicaverat David Hœschelius ad calcem Hadriani Isagoges in sacras litteras, Augustæ Vindel. 1602. 4.

k) Χαρὰν μὲν σύγγραμμα, πιθανὸν ἢ καὶ πεπλασμένον vocat illam πίστιν Africanus, rectius utique quam Porphyrius qui ideo totum Danielis librum putabat *Græci sermonis esse commentum, quia in Susanna fabula contineatur dicente Daniele ad presbyteros* δοὺ τὴ σχίνα σχίσαι, καὶ δοὺ τὴ πίνα πρίσαι, ut notat Hieron. præf. in Daniel. Cæterum ex fabulæ vocabulo non licet concludere narrationem ipsam pro falsa ideo habitam ab Hieronymo, quoniam eodem interdum etiam de verissimis rebus testatissimisque utitur, ut in Epist. ad Philem. p. 448. *Longum est diversa Judicum gesta percurrere & totam Samsonis fabulam ad veri Solis, hoc quippe nomen ejus sonat, trahere sacramentum.*

l) Ἐν μὲν οὖν ἑλληνικαῖς φωναῖς τὸ πιαῖνα συμφωνεῖν συμβαίνει, οὐδὲ τὴν πρίνον πρίσαι καὶ σχίσαι οὐδὲ τὴν σχῖνον, ἐν ᾗ τῇ ἑβραΐδι τὸ παντὶ διέστηκεν. Africanus respiciens ad illa quæ leguntur in narratione de Susanna, ubi Daniel ad eum qui dixerat se fœminam reperisse ὑπὸ σχῖνον, ait: ἤδη γὰρ ἄγγελος Θεοῦ σχίσαι σε μέσον. Et alteri qui ὑπὸ πρῖνον, comminatur his verbis: μένει γὰρ ὁ ἄγγελος τοῦ Θεοῦ τὴν ῥομφαίαν ἔχων πρῖσαι σε μέσον ὅπως ἐξολοθρεύσῃ ὑμᾶς. Pro *schino* latini quidam Codices habent *cino*, quam falsam lectionem defensurus Jacobus Constantius Fanensis in hecatoste contendit cinum lauri genus esse, quod explodit Antonius Nebrissensis capite XI. quinqua-

la, in qua ſuper διαφωνίᾳ, quæ videtur eſſe in genealogia m) Salvatoris apud Matthæum & Lucam, pleniſſime diſputat.

δοκούσης εἶναι ἐν τῇ γενεαλογίᾳ τοῦ Σωτῆρος παρὰ Ματθαίῳ καὶ Λουκᾷ, ἐκτίθεται διαλεγόμενος.

quinquagenæ. Eſt autem ſchinus, lentiſcus arbor maſtichifera de qua Bodæus a Stapel ad Theophraſtum p. 231. & Matthiolus atque Bacchinus ad Dioſcoridem lib. 1. cap. 75. Joh. Henricus Urſinus in continuatione arboreti Biblici lib. 3. cap. 10. πρῖνον ilicem eſſe conſtat.

m) Euſebius VI. 31. Καὶ ἑτέρᾳ δ' τοῦ αὐτοῦ Ἀφρικανοῦ φέρεται ἐπιστολὴ πρὸς Ἀριστείδην περὶ τῆς νομιζομένης διαφωνίας τοῦ παρὰ Ματθαίῳ τε καὶ Λουκᾷ τοῦ Χριστοῦ γενεαλογιῶν. Meminit & Photius Cod. 33. & Auguſtinus II. 7. retractationum Africanum laudans, & Zacharias Chryſopolitanus T. 19. Bibl. Patrum edit. Lugd. p. 751. *Africanum de conſonantia Evangeliſtarum.* Partem hujus Epiſtolæ ſervavit Euſebius lib. 1. Hiſt. c. 7. & ex eo Nicephorus lib. 1. c. 11. ſeq. Ariſtidem ad quem Africanus ſcripſit diverſum intellige ab Ariſtide de quo ſupra c. 20. longeque juniorem.

## ERASMI SCHOLIA.

*Hanc fabulam.* Ea nunc in templis publice legitur. Tametſi poteſt hoc dictum ad Julii perſonam torqueri, qui ſic in Epiſtola ſcripſerit. At Hieronymus in præfatione Danielis ſentit eadem.

*Nec convenire cum Hebraica veritate.*) Ita fere ſcriptum erat in omnibus vulgatis exemplaribus, ſed mendoſe. Id quod deprehendere licet cum ex veſtigiis codicum vetuſtiſſimorum, tum vero palam ex Sophronii translatione. Nam pro veritate legendum etymologia, ſiquidem ex etymologia, quæ cum reſpondeat in Græcis vocibus, non item reſpondet in lingua Chaldaica, nec Hebraica, convincitur is liber a Græco quopiam conſcriptus.

*Apo tu.*) Græca ſic habent: ἀπὸ τοῦ σχίνου σχίσαι, καὶ ἀπὸ τοῦ πρίνου πρῖσαι, id eſt, a lentiſco ſcindere, & ab ilice ſecare. Qua de re pluſculum diximus in præfationem Hieronymi præfixam Danieli Prophetæ.

*Contra quem doctam Epiſtolam.*) Doctrinam laudat, quod non accedat ſententiæ quo rem mitiget.

*Super diaphonia.*) διαφωνία, id eſt, diſcordia, ſive diſſonantia. Hac de re nonnihil attigimus in Annotationibus, quas adjecimus novo inſtrumento recognito.

## MARIANI VICTORII.

Ἀπὸ τοῦ σχίνου σχίσαι, καὶ ἀπὸ τοῦ πρίνου πρῖσαι. Daniel dum Suſannæ patrocinium ſumens, ſenes judices ſeparatim interrogat, ubinam Suſannam cum juvene lenone concubuiſſe viderint, cum unum ſub σχίνῳ, id eſt lentiſco, alterum vero ſub πρίνῳ, hoc eſt, ilice ſe illam vidiſſe audivit, alludens ad utramque hanc vocem, & Græcam interponens etymologiam, dividet, inquit, primo, quod eſt σχίσαι, & alteri, ſecabit, quod eſt πρῖσαι, te Deus &c. ac ſi latine alicui, qui illam ſe vidiſſe dixiſſet, ſub ilice, illico te perdet Deus, vel ſi ſub malo, malo te afficiet Deus, intuliſſet.

## HENRICI GRAVII.

*Julius Africanus, cujus V. de temporibus extant volumina.*) Hieron. ad Magnum: *Extant & Julii Africani libri, qui temporum ſcripſit hiſtorias* (*alias: hiſtoriam.*) In 1. cap. Matth. appellatur *temporum ſcriptor.* cap. 31. dicit Euſeb. V. libros χρονογραφικῶν, & lib. X. præparat. Evangel. citat e tertio libro.

*Legationem pro inſtauratione urbis Emmaus ſuſcepit.*) In Chronicis: *anno 4. M. Aurelii Antonini: in Paleſtina Nicopolis, quæ prius Emmaus vocabatur, urbs condita eſt, legationis induſtriam pro ea ſuſcipiente Julio Aphricano ſcriptore temporum.*

*Hujus eſt Epiſtola ad Origenem ſuper quæſtione Suſannæ.*) In præfat. Dan. *quod Origeni quoque Africanus oppoſuit* &c. extat ejus ad Ariſtidem altera Epiſtola: in qua ſuper Diaphonia, & citat ex ea nonnulla Euſeb. vide lib. 1. cap. 6. & 7.

## AUBERTI MIRÆI SCHOLIA.

*JULIUS Africanus.*) Scriptor nobilis, ex Chriſtianis primus Chronicon ſcripſit: quod ab orbe condito usque ad Gratum & Seleucum Conſules (hoc eſt, usque ad vulgarem 221. Chriſti annum) ſe perduxiſſe ſcribit. Ex eo integras etiam paginas in ſuum Chronicon Euſebius tranſtulit, quas primus Græce Joſ. Scaliger publicavit, ideoque Euſebii Chronicon is vocat Africani Chronicon recoctum. Chronici hujus, ut & aliorum Africani operum, quæ Hieronymus hic recenſet, Photius quoque in Bibliotheca cod. 34. meminit: additque eundem Africanum libros Ceſtorum ſcripſiſſe. Cum Photio Euſebius l. 6. hiſt. c. 23. conſentit: ubi & inter alia Africani ſcripta recenſet Epiſtolam de genealogia Chriſti



d by Google

quam & Auguſtinus lib. 2. Retract. cap. 7. citat. Ceſtorum porro libros novem ab Africano ſcriptos fuiſſe, idem Euſebius lib. 1. Chronicorum tradit; Photius autem quatuordecim. Ceſtorum porro nomen vel a Deæ illius fabuloſæ baltheo, vel a pugilum armis ſumptum videtur. Quo titulo & *Celſus*, in quem ſtili acumen Origenes ſtrinxit, ſua ſcripta donavit.

*Ἀπὸ τῆ σχίνε σχίσω.*) Daniel cap. 13. dum Suſannæ patrocinium ſumens, ſenes judices ſeparatim interrogat, ubinam Suſannam cum juvene lenone concubuiſſe viderint: cum unus ſub *σχίνῳ*, id eſt, lentiſco; alter vero ſub *πρίνῳ*, hoc eſt, ilice, ſe illam vidiſſe dixiſſet; alludens ad utramque hanc vocem, & Græcam interponens etymologiam; Dividet, inquit primo, quod eſt *σχίσει*; & alteri, Secabit, quod eſt *πρίσει*, te Deus, &c. Ac ſi Latine alicui, qui illam ſe vidiſſe dixiſſet ſub ilice, Ilico te perdet Deus, vel ſi ſub malo, Malo te afficiet Deus, intuliſſet. Ita Marianus Victorius in Scholiis hoc loco. Cæterum Africani Epiſtola ad Origenem de hiſtoria Suſannæ, cum reſponſo Origenis, exſtat inter opera Origenis, Lutetiæ edita. (Latine ex verſione Gentiani Herveti.)

## ERNESTI SALOMONIS CYPRIANI.

*Legationem pro inſtauratione urbis Emmaus ſuſcepit, quæ poſtea Nicopolis appellata eſt.* Non demum poſt hanc legationem dicta eſt Nicopolis, ſed ſtatim ab urbis deſolatione. Sozomenus: *L. V. c. 21. Urbs eſt in Paleſtina, Nicopolis hodie dicta. Hanc cum adhuc vicus eſſet, ſacer Evangeliorum liber commemorat, & Emmaunten vocat. Poſt excidium autem Hieroſolymorum, & poſt victoriam a Judæis relatam, Romani eam Nicopolim nominarunt, ex belli eventu nomen loco imponentes.*

# CAPUT LXIV.

GEMINUS, n) Antiochenæ Eccleſiæ presbyter, pauca ingenii ſui monumenta o) compoſuit, florens ſub Alexandro Principe, & Epiſcopo urbis ſuæ Zebenno p) eo vel maxime tempore, quo Heraclas q) Alexandrinæ Eccleſiæ Pontifex ordinatus eſt.

*Γεμῖνος τῆς καθ' Ἀντιόχειαν ἐκκλησίας πρεσβύτερος, ὀλίγα τῆς ἰδίας συνέταξεν, ἀνθήσας ἐπὶ Ἀλεξάνδρου τῆ βασιλέως, καὶ ἐπὶ Ζεβέννε ἐπισκόπε τῆς ἰδίας πόλεως, ἐν ὅτῳ μάλιστα τῷ καιρῷ, ἐν ᾧ Ἡρακλᾶς τῆς Ἀλεξανδρέων ἐκκλησίας προεβέτο καθέδρας.*

n) In Sangermanenſi Codice, quem Marcianæus inſpexit, Geminus poſt Theodorum, ut ſupra Gajus ante Minutium Felicem ponitur. Sed in indice qui libro præmiſſus eſt, ordo ſervatur vulgatus, unde librarii hallucinatione capita tranſpoſita eſſe apparet, neque res tanti, cum æquales eſſe ætate illos ſcriptores innuat Hieronymus.

o) Nulla usquam Euſebius, nulla Hieronymus nec alius quisquam veterum quod ſciam commemorat ſcripta hujus Gemini, quem Codex Gemblac. *Eminum*, Euſebii Chron. *Geminianum* appellat.

p) Aliis Zebennius, *Ζεβέννιος* Euſebio qui VI. 23. eum ſucceſſiſſe Phileto, & 29. ſucceſſorem nactum Babylam teſtatur. Alexander Severus imperitavit ab A. C. 222. ad 235.

q) Heraclas qui Demetrio in Epiſcopatu Alexandrino ſucceſſit. Euſeb. VI. 29.

## NOTA HENRICI GRAVII.

*Geminus*) Euſebio in Chronicis dicitur *Geminianus*: anno 6. Alexandri Mamææ *Geminianus presbyter Antiochenus, & Hippolytus & Beryllus Epiſcopus Arabiæ Boſtrenus, clari ſcriptores habentur.*

*Et Epiſcopo urbis ſuæ Zebenno.*) Euſebio *Zebinus* dicitur.

## AUBERTI MIRÆI.

Alexandro Severo imperante *Geminus* (al. Geminianus) Presbyter Antiochenus, & *Hippolytus*, & *Beryllus* Epiſcopus Arabiæ Boſtrenus, clari ſcriptores habentur. *Origenes* Alexandriæ clarus habetur. Sic Euſebius in Chronico.

## ERNESTI SALOM. CYPRIANI Annotatio.

Geminianum vocat Euſebius in Chronico ad annum CCXXVIII.

# CAPUT LXV.

THEODORUS, r) qui poſtea Gregorius appellatus eſt, Neocæſareæ Ponti Epiſcopus,

Θεόδωρος, ὃς ὕστερον ἐκλήθη Γρηγόριος, Νεοκαισαρείας ἐπίσκοπος, τίς ὁρμὴ, λέγω τὴν

r) Euſebius VI. 30. concurſum plurimorum ad Origenem audiendum Cæſaream factum referens, *ὧν ὀπτέον μάλιστα ἐγνωμεν Θεόδωρον, ὃς ἦν αὐτὸς ἐτος ὁ καθ' ἡμᾶς ἐπι-*

Digitized by Google

admodum adoleſcens, ob ſtudia Græcarum & Latinarum litterarum, de Cappadocia Berytum, s) & inde Cæſaream Palæſtinæ tranſiit, juncto ſibi fratre Athenodoro. t) Quorum cum egregiam indolem vidiſſet Origenes, hortatus eſt eos ad Philoſophiam, u) in qua paulatim Chriſti fidem ſubintroducens, ſui quoque ſectatores reddidit. Quinquennio x) itaque eruditi ab eo remittuntur ad matrem, y) e quibus Theodorus proficiſcens, *παναγυρικὸν εὐχαριστίας* z) ſcripſit Origeni: & convocata grandi frequentia, ipſo quoque Origene præſente, recitavit, qui usque hodie exſtat. Scripſit & *μετάφρασιν* in Eccleſiaſten a) brevem quidem, ſed valde utilem. Et aliæ hujus vulgo feruntur Epiſtolæ, b) ſed præcipue ſigna atque miracula, c) quæ jam Epiſcopus cum multa Eccleſiarum gloria perpetravit.

*τὴν παίδευσιν Ἑλληνικῶν τε καὶ Ῥωμαϊκῶν γραμμάτων, δεῦρο τῆς Καππαδοκίας εἰς Βηρυτὸν, κἀκεῖθεν εἰς Καισάρειαν τῆς Παλαιστίνης διέβη, ἅμα Ἀθηνοδώρῳ ἀδελφῷ, ὧν πίνων τὴν ἐξαίρετον εὐφυΐαν ἐωρακὼς Ὠριγένης, τούτους εἰς Φιλοσοφίαν παρεσκεύασε, καὶ κατ' μέρος εἰς τὴν τῶν Χριστιανῶν πίστιν εἰσάγων, Ζηλωτὰς ἰδίους κατέστησεν. Ἐπί τινι τοίνυν παρ' αὐτῷ παιδευθέντι ἔτη, πρὸς τὴν μητέρα ἀποστέλλουσιν, ἀφ' ὧν ὁ Θεόδωρος ἀποδημῶν, παναγυρικὸν εὐχαριστίας τῷ Ὠριγένει ἐγκαψε, καὶ συγκαλεσάμενος πάντας τοὺς ἀπὸ χωρίας, αὐτῷ τε τῷ Ὠριγένει παρόντος, τοῦτον ἀνέγνω τὸν λόγον, ὃς τις ἄχει τὸ παρόντος ὑπάρχει. Ἔγκαψε δὲ καὶ ἐκφρασιν εἰς Ἐκκλησιαστὴν, ἐλάχιστον μὲν, πάνυ δὲ θαυμαστὸν λόγον, καὶ ἄλλας πολλὰς Ἐπιστολὰς, ποιήσας σημεῖά τε καὶ θαύματα, ἡνίκα Ἐπίσκοπος ἐπέτυχανεν.*

*Ἐπισκόπων διαβόητος Γρηγόριος, τὸν τε αὐτοῦ ἀδελφὸν Ἀθηνόδωρον.* Suidas: *Γρηγόριος ὁ καὶ Θεόδωρος.* Ab hoc Theodoro diſtinctum Theodorum Palæſtinæ Epiſcopum Origenis diſcipulum comminiſcitur Nicephorus V. c.

s) Idem de Gregorio Socrates IV. 27. *ἐν τῇ Βηρύτῳ νόμους ἐμάνθανε.* Sed Gregorius ipſe in Euchariſtico ad Origenem pag. 186. ſeq. teſtis locuples eſt Berytum, quo Legum Rom. diſcendarum cauſſa tendebat, præteriiſſe ſe Origenis gratia, & Cæſaream advolaſſe. De Beryto Phoeniciæ urbe, celebri olim Juriſconſultorum Academia, eruditum nuper librum in lucem edidit Jacobus Haſæus Doctor Bremenſis Gymnaſii præclariſſimus, qui de Gregorio noſtro videndus eſt capite V. atque inprimis IX.

t) Athenodorum hunc itidem poſtea Epiſcopatu in Ponti regione functum teſtatur Euſebius VI. 3. VII. 14. & 28.

u) Euſebius VI. 30. *ὃς ἀμφὶ τὰ Ἑλλήνων καὶ Ῥωμαίων μαθήματα δεινῶς ἐστημένος φιλοσοφίας αὐτοῖς ἐνθεὶς ἔρωτα τῆς πατρίου παιδοῦς τὴν θείαν ἄσκησιν ἀντικαταλλάξασθαι πεῖσαι.*

x) *Πέντε ἢ ἄλλους ἔτεσιν αὐτῷ συγγενόμενοι.* id. Huic videtur adverſari quod Gregorius in Euchariſtico ad Origenem ſtatim ſub initium profitetur ab octavo jam anno neminem ſe dicentem auſcultaſſe, niſi quem celebrare ingreditur Origenem.

y) Marcianæus ex Codd. quibusdam edidit *ad patrem*, ſuſpicatus veram lectionem eſſe quam Martinus Lipſius etiam & Gravius ex Suida revocatam probavit *ad patriam*. Sane patrem jam decimo quarto ætatis amiſerat Gregorius, ſut ipſe teſtatur in Euchariſtico ad Origenem p. 183.

z) Hic Panegyricus circa A. 239. Cæſareæ Palæſtinæ dictus adhuc exſtat, qui circa idem fere tempus Græce & Latine editus Moguntiæ 1604. 4. cum verſione Jac. Sirmondi inter alia Gregorii ſcripta edita a Gerhardo Voſſio Tungrenſi: Et Auguſtæ Vindel. cum verſione Laur. Rhodomanni & Is. Caſauboni atque editoris Davidis Hoeſchelii notis ad calcem librorum Origenis contra Celſum, 1605. 4.

a) Hæc quoque Paraphraſis Eccleſiaſtæ ætatem tulit, edita tum alibi ſæpius tum in meliore operum Gregorii Thaumaturgi editione Græco-Latina quæ Frontone Ducæo curante prodiit Pariſ. 1621. fol. Meminit hujus Metaphraſeos Hieronymus etiam in c. 4. Eccleſiaſtæ, & Rufinus VII. 25. Hiſt. Eccleſ. ubi inter alia de Gregorio inſerta quæ in Euſebio incaſſum quæras, *in Eccleſiaſtem Metaphraſin magnificentiſſime ſcripſit.*

b) Ex Epiſtolis Gregorii, quarum etiam Suidas & Freculfus atque Honorius ex Hieronymo faciunt mentionem, unica hodie exſtat inter Canonicas Patrum Epiſtolas ſæpe vulgata & in Conciliorum Tomis T. 1. edit. Labbei p. 837. ad *Πάταν* ſive Epiſcopum quendam Ponti data circa A. 258. In quibusdam editionibus Catalogi Hieronymiani ut illa Suffridi Petri & illa Miræi & apud Baronium ad A. C. 266: num. 20. poſt Epiſtolas hoc loco memoratur *& de fide*: Sed quam plurimi codices cum Freculfo & Græco interprete illa verba ignorant. Apud Honorium eſt: *& alias de fide Epiſtolas.* De expoſitione illa fidei quam Græce Nyſſenus, Latine Rufinus refert, abunde dictum lib. V. Bibl. Græcæ p. 249.

c) Hæc miracula a quibus Thaumaturgi nomen tulit quam plurima cum commemoret Gregorius Nyſſenus in laudatione Gregorii Neocæſarienſis, tamen T. 2. p. 1009. plura quod incredibilia poſſint videri omittere ſe eſt teſtatus. Diem obiit ſupremum Gregorius Thaumaturgus non ante A. 270. ſive annum primum Aureliani.

do Romana, Italica, Africana: & aliam de Novatiano, g) & de his qui lapsi sunt; tertiam de gestis Synodi; h) quartam ad eundem Fabium valde prolixam, i) & Novatianæ hæreseos causas & anathema continentem. Rexit Ecclesiam annis duobus k) sub Gallo & Volusiano; cui ob Christum martyrio coronato successit Lucius.

Ἀφρικῆς, καὶ ἑτέραν περὶ Νοβατιανοῦ, καὶ τῶν ἐληλεγμένων, τρίτην περὶ τῶν ἐν τῇ συνόδῳ πραχθέντων, τετάρτην πρὸς τὸν αὐτὸν Φλαβιανὸν, πάνυ μεγάλην, καὶ τὰς αἰτίας τῆς Νοβατιανοῦ αἱρέσεως, καὶ ἀναθέματα περιέχουσαν. Ἐκυβέρνησε τὴν ἐκκλησίαν ἔτη δύο, Γάλλου καὶ Βολουσιανοῦ βασιλευόντων, ὧν τινα μετὰ τὸ μαρτύριον τοῦ Χριστοῦ διαδέξεται Λούκιος.

g) Hæc altera Epistola Cornelii ab Eusebio non diserte commemoratur, sed illius loco Epistola Cypriani & Episcoporum Africæ, Ῥωμαϊκῇ φωνῇ Κυπριανοῦ καὶ τῶν μετ' αὐτὸν ἐπ' τὴν Ἀφρικὴν ἐπισκόπων. Pro *Novatiano* Novati nomen habent Codices Eusebii, Rufini, Nicephori. Etsi Hieronymum plerisque in locis ubi Novatus hodie exstat Novatianum legisse haud dubitat Guil. Beveregius notis ad Synodicon magnum pag. 70.

h) Euseb. ἄλλη τις Ἐπιστολὴ συνῆπτο Κορνηλίου περὶ τοῦ κατ' τὴν Σύνοδον αἱρεσιάντων. Synodum intellige Romanam mense Octobri A. 251. in causa Novatiani habitam, cujus meminit S. Cyprianus Epist. 55. ad Antonianum p. 103.

i) Ex hac Epistola Cornelii prolixa fragmenta Eusebius nobis VI. 43. conservavit, qui eum laudat his verbis: καὶ πάλιν ἑτέρα Ἐπιστολὴ περὶ τοῦ κατ' Νόβατον πραχθέντων. Iterum Novatum vides pro Novatiano.

k) Non sane integris, ut ex iis quæ initio hujus capitis dicta, apparet, licet Eusebius VII. 2. ubi Lucii etiam successoris meminit, ait Cornelium ad tres annos Romæ Episcopatum tenuisse, illud tempus qvo sedes a Fabiani martyrio vacavit, Cornelio ut videtur attribuens. Κατὰ δὴ τὴν Ῥωμαίων πόλιν Κορνηλίῳ ἔτεσιν ἀμφὶ τὰ τρία τὴν Ἐπισκοπὴν διανύσαντος Λούκιος κατέστη διάδοχος. Ita & alii veteres. Vide Schelstrateni Antiquitat. Ecclesiast. p. 196. seq. & 429.

## ERASMI SCHOLION.

*Scripsit Epistolam ad Fabium.*) Sophronius legit Flavianum, & in vetustissimo codice, quem in hunc usum exhibuit Bibliotheca divorum Petri & Pauli, oppidi Wissenburgensis, (si quis volet experimentum fidei nostræ capere,) scriptum erat Favianum.

## MARIANI VICTORII NOTÆ.

*Scripsit Epistolam ad Flavianum.* Quinam, quantusque vir fuerit Flavianus, quotve persecutionum procellis exagitatus, ex Chalcedonensi Concilio, & Ephesino altero notissima historia est.

## NOTÆ HENRICI GRAVII.

*Cornelius Romanæ urbis Episcopus.*) Vide Eusebium.

*Ad quem VIII. Cypriani exstant Epistolæ.*) In Chronicis VII. dicit Eusebius. Vide Jac. Pamelii edit.

*Scripsit epistolam ad Flavianum.*) Lege: *Fabium*, fuit 13. Antiochiæ Episc. Vide Euseb. c. 43. & Socrat. in hist. Eccles. lib. 4. c. 28.

## AUBERTI MIRÆI.

Sub annum 250. Decio septimam persecutionem commovente, Fabianus Papa 20 Januarii cæsus est, Anno Decii postremo, cum Romana sedes anno amplius vacasset, *Cornelius* est subrogatus. Contra quem *Novatianus*, a paucis suæ partis electus, schisma conflavit. Cui se *Novatus* Episcopus, ex Africa veniens, adjunxit. Cornelius porro, post annos duos ac menses totidem, Romæ passus est, eique Lucius est suffectus. Cæterum S. Cornelii Epistola ad Flavianum, non tamen integra, apud Eusebium hist. l. 6. c. 35. exstat; alia ad Lupicinum tom. 1, Bibliothecæ veterum Patrum legitur; ut & aliæ duæ leguntur inter Epistolas S. Cypriani.

*Ad Flavianum.*) Quis & quantus vir fuerit Flavianus, quotque persecutionum procellis exagitatus fuerit, ex Chalcedonensi & Ephesino conciliis constat.

## ERNESTI SALOM. CYPRIANI.

*Ad Flavianum.* Ita Sophronius & Erasmi codices. Guelpherbytanus habet ut Victorii Vuissenburgensis: *Fabianum*, nisi quod Vuissenburgensis una litera distat, ac *Favianum*, exhibet. Legendum vero: *Ad Fabium.* Fabius enim successit Babylæ, Antiochensi Episcopo, datæqve ad eum literæ Cornelii. Retinui Flavianum, quod constans Codicum harmonia doceat, errorem esse Hieronymi. Vide *Eus. L. V. c. 39. 43.*

# CAPUT LXVII.

CYPRIANUS Afer, primum glorioſe Rhetoricam l) docuit, exinde ſuadente presbytero Cæcilio, a quo & cognomentum m) ſortitus eſt, Chriſtianus factus, omnem ſubſtantiam ſuam pauperibus erogavit, n) ac poſt non multum temporis electus in presbyterum, etiam Epiſcopus o) Carthaginienſis conſtitutus eſt. Hujus ingenii ſuperfluum eſt indicem p) texere, cum ſole clariora ſint ejus opera. Paſſus eſt ſub Valeriano & Galieno Principibus, perſecutione octava, eodem die quo Romæ Cornelius, ſed non eodem anno.

Κυπριανὸς Ἀφρός, πρῶτον ἐνδόξως τὴν ῥητορικὴν διδάξας, πεισθεὶς ὑπὸ Κεκιλίου πρεσβυτέρου, ἀφ' οὗ καὶ τὴν ἐπωνυμίαν ἐκληρώσατο, Χριστιανὸς γεγόμενος, πᾶσαν αὐτοῦ τὴν οὐσίαν τοῖς πένησι διέδωκε, καὶ μετ' οὐ πολὺ καταπεμφθεὶς εἰς πρεσβύτερον καὶ Ἐπίσκοπος ἐγένετο Καρθαγένης. Τούτου τὸν τῆς εὐφυΐας κατάλογον ὑφαίνειν, περιττὸν ἡγοῦμαι, ἀφ' ὧν τὸ λαμπρότερον εἶναι τῷ ἡλίῳ τὰ τούτου συντάγματα. Ἔπαθεν ὁπὸ Βαλεριανοῦ καὶ Γαλλιήνου βασιλέων, διαγωγῇ ὀγδόῃ ἐν αὐτῇ τῇ ἡμέρᾳ, ἐν ᾗ ἐν τῇ Ῥώμῃ Κορνήλιος, ἀλλ' οὐκ ἐν τῷ αὐτῷ ἑαυτῷ.

l) Non Rhetoricam adeo in ſcholis docuiſſe, quam in foro exercuiſſe Cyprianus videtur. Confer quæ ipſe de ſe Cyprianus libro ad Donatum, non longe ab initio.

m) Quemadmodum liberti olim a Dominis manumittentibus ſolebant cognomentum adſciſcere, ſic Cyprianus a Cæcilio presbytero Carthaginienſi vindicatus ex Ethnicismo in lucem ac libertatem Chriſtianam, Cæcilius cognominari gaudebat. De Cæcilio illo vide Acta Sanctor. 3. Junii T. 1. pag. 270. Ad Chriſtianos acceſſiſſe S. Cyprianus videtur A. C. 246. ut in Annalibus Cyprianicis colligit Joannes Pearſonius.

n) De hoc plura Pontius in S. Cypriani vita.

o) Utrumque non diu poſt, factum idem Pontius innuit: *Ad probationem operum ſolum hoc arbitror ſatis eſſe, quod judicio DEI & plebis favore ad officium Sacerdotii* (Presbyteri) *& Epiſcopatus gradum adhuc neophytus, & ut putabatur novellus electus eſt.* Cæterum Pearſonius Presbyterum factum conjicit anno exeunte 247. Epiſcopum A. 248.

p) *Indicem ingenii* pro indice ſcriptorum ſive monumentorum ingenii poni ab Hieronymo eſt perſpicuum. Mihi vero poſt Guil. Caveum aliosque qui de ſcriptis Sancti Martyris fuſe ac diligenter tractarunt, nihil aliud hoc loco reliquum eſt commemorare, quam poſt curas in caſtigandis atque illuſtrandis Cypriani ſcriptis collocatas ab Eraſmo, a Paulo Manutio, Latino Latinio, Jac. Pamelio, Nic. Rigaltio, Philippo Priorio & noviſſime a Joanne Fello Oxonienſi Epiſcopo, novam operum S. Martyris editionem jam exſpectari ab accuratiſſimæ eruditionis ſene & de Eccleſiaſtica antiquitate meritiſſimo Stephano Baluzio, qui triginta amplius Codices MSS. eum in uſum contuliſſe ſe eſt profeſſus. Præclara Joannis Felli editio vulgata Oxoniæ A. 1682. Jo. Pearſonii Annales Cyprianicos præfixos habet, eidem ſeparatim deinde H. Dodwelli diſſertationes Cyprianicæ acceſſerunt, in repetitis editionibus Brem. 1690. & Amſtelod. 1699. etiam ſubjunctæ. Cæterum non obſtante Cypriani de rebaptizandis hæreticis ſententia per Eccleſiam rejecta, nihilominus pro Sancto ſemper habitum probat Jo. Launojus lib. VIII. Epiſt. 15.

q) A. C. 258. 14. Sept. ad decretum Pro Cos. *Thaſcium Cyprianum gladio animadverti placet.*

r) Cornelius Centumcellis Hetruriæ in exilio obierat 14. Sept. A. 252. ut ad cap. 66. jam notare me memini.

## MARIANI VICTORII.

*Cum ſole clariora ſint ejus opera.* Impreſſa ſunt hæc Romæ emendatiſſima anno præterito, 1563. Aldinis typis, e vetuſtiſſimis codicibus, quorum unus nongentorum fere annorum Veronenſis erat Eccleſiæ.

## NOTÆ HENRICI GRAVII.

*Cyprianus Afer.*) Ipſe Hieronym. Epiſt. ad Magnum: *Cyprianus quod idola Dii non ſint, qua brevitate, qua hiſtoriarum omnium ſcientia, quorum verborum & ſenſuum ſplendore perſtrinxit?* Euſeb. in Chron. *Anno 3. Valeriani & Gallieni, Cyprianus primum Rhetor, deinde presbyter, ad extremum Carthaginenſis epiſcopus, martyrio coronatur:* & in hiſt. Eccleſ. lib. 6. cap. 43. Hieronymus ſupra ad Paulinum & in LX. Eſa. *Vir ſanctus, & eloquentiſſimus martyr Cyprianus, & noſtri temporis confeſſor Hilarius nonne tibi videntur excelſa quondam in ſeculo arbores, adificaſſe Eccleſiam Dei?* & in cap. 3. Jonæ: *Proponamus nobis beatum Cyprianum, qui prius idololatria aſſertor fuit, & in tantam gloriam venit eloquentiæ, ut Oratoriam quoque doceret Carthagini, ad pœnitentiam converſum in tantam veniſſe virtutem, ut Chriſtum publice prædicaret, ac pro illo cervicem gladio flecteret.* Vide Lactantium lib. V. in principio, & cap. 4. Hilarius in 6. c. Matth. *De ovationis autem Sacramenti neceſſitate nos commendandi Cyprianus vir ſanctæ memoriæ liberavit* &c.

Hujus

*Hujus ingenii superfluum est indicem texere.*) Ipse Hieron. in Epist. *Sedulio*, *Quos nunc pratereo, ne videar operum ejus indicem texere.*

*Cum sole clariora sint ejus opera.*) Cic. lib. 1 de finib. *Quapropter, si ea quæ dixi sole ipso illustriora & clariora sunt.* Pro Milone: *Cederem tempori Judices, sed si illius insidiæ clariores hac luce fuerint.* & 1. Tuscul. Quæst. *Qui etiam satis vixerit id quod est clarius.*

## AUBERTI MIRÆI.

*S. Cæcilius Cyprianus.*) Carthaginiensis in Africa Episcopus, Philippo Augusto III. & ejus filio Cæsare II. Consulibus (hoc est, anno Christi 248.) creatus est. Nam scribit in Epist. 55. post quatuor annos, quam sedere cœpit, in Africa ortum esse Schisma Felicissimi, sub ipsum pontificatus Cornelii exordium: quod anno Christi 251. congruit. Idem Cyprianus Valeriano IV. & Gallieno III. Consulibus (id est, Christi anno 257.) in exilium pulsus, sequenti anno 258. martyrium fecit: ut ex Actis passionis ejusdem datur intelligi. Cypriani opera Jacobus Pamelius recensuit, scholiisque illustravit, Antverpiæ 1568. & 1589. item Parisiis 1574. & 1616. edita.

## ERNESTI SALOMONIS CYPRIANI.

In veterum Ecclesiasticis monumentis laudantur circiter XXVI. Cypriani, sed omnes reliqui infra hujus constantiam, eruditionem meritaque subsistunt. Ejus memoriam recolebat Carthaginiensis Ecclesia XVIII. Kal. Octobr. ut discimus ex illius Ecclesiæ calendario, quod Mabillonius primus in lucem produxit tomo III. analectorum. *p.* 398 *seqq.* Nec Carthaginensis solum, sed omnes Africanæ Ecclesiæ Calendario illo usæ sunt ante annos propemodum mille & ducentos. Conveniebant autem noctu fideles, atque præeuntibus clericis intelligendæ scripturæ sacræ operam suam addicebant. Augustinus *Epist. CXX.* ad Honoratum: *Hunc psalmum LXXII. nocte, qua illucescebat solennitas beatissimi Cypriani, per ministerium nostrum expositum, lege, & diligenter adverte.* Cæterum hujus Cypriani olim tanta fuit veneratio, ut in laude poneretur, habereturque jucundum, ad ejus sepulchrum preces fudisse. Postumianus apud Sulpitium Severum dialogo primo: *Libuit animo adire Carthaginem, loca visitare sanctorum, & præcipue ad sepulchrum Cypriani martyris adorare.* Sepulchri hujus pretio abusus est Augustinus ad fallendam matrem, antequam veram religionem amplecteretur. Cum enim renitente Monica Carthagine Romam discessurus esset; rogabat matrem, fugientem filium usque ad mare sequentem, ut prope Cypriani sepulchrum ea nocte maneret, donec reverteretur: se enim non abiturum, sed discedentem amicum paululum comitaturum. Atque hoc a matre facilius obtinuit ob amorem, quo in Cypriani sepulchrum ferebatur. Ita inquit Augustinus *L. V. Confess. c. 8. Planxit, & usque ad mare secuta est, sed fefelli eam & finxi, me amicum nolle deserere, donec vento facto navigaret. Vix persuasi, ut in loco, qui proximus nostræ navi erat, memoria beati Cypriani, maneret ea nocte. Sed in ea nocte clanculo ego profectus sum: illa autem remansit orando & flendo.* Pertinet quoque ad honores, quos Cypriano Africani detulerunt, templum, de quo Procopius apud Evagrium *L. IV. hist. Eccles. c. 16.* ita scribit: *Cyprianum virum sanctissimum Carthaginenses universi præcipuo honore venerantur; constructaque in ejus honorem magnificentissima Ecclesia extra urbem ad littus maris, tum in reliquis eum religiose colunt, tum festum diem quotannis agunt, quem Cypriana appellant. Atque hinc nautæ tempestatem quandam, eodem nomine, quo diem festum, vocare soliti sunt, propterea quod ea tempestas eo potissimum tempore ingruere consuevit, quo Afri festum illum diem perpetuo celebrare solent.* In occidentali Ecclesia itidem multa ædificia cœnobitarum in Cypriani honorem extructa sunt: de quibus dicam in diatriba de Cypriani veteris Ecclesiæ. Acta passionis Maximiliani, quæ Mabillon parte IV. analectorum exhibet, affirmant, Cyprianum Carthagine sub monticulo secus planum (platanum) terræ mandatum esse: quod quid sit, aliis divinandum relinquo. Cæterum hujus martyris non solum apud orthodoxos, sed etiam apud hæreticos illibata fuit existimatio: unde Pelagius in libro testimoniorum cum debito honore eum commemoravit, ut Augustinus docet libro IV. ad Bonifacium.

*Hujus ingenii superfluum est indicem texere, cum sole clariora sint ejus opera.* Horum verborum non is est sensus, quem volunt, qui de perspicuo dicendi genere interpretantur; sed hoc vult Hieronymus, Cypriani opera omnium manibus teri, nec adeo ab ipso sigillatim recensenda esse. Et fuit sane frequens lectio librorum Cypriani, quos nemo non commendabat inter orthodoxos. Augustinus libro de gratia & libero arbitrio: *Commoneo & multum exhortor, ut beati Cypriani librum, quem scripsit de oratione dominica, diligenter legatis, & quantum nos Dominus adjuverit, intelligatis, memoriaque mandetis.* Hieronymus ad Lætam *T. I. f.* 27. de filia: *Cypriani opuscula semper in manu teneat.* Ad Eustochium de custodia virginitatis: *Ibid. f.* 65. *Legas de virginitate beati Cypriani volumen egregium.* Neque tamen inficias eo, Hieronymum Cypriano peritiam tribuisse, animi sensa plane exponendi. Ita enim ait ad Paulinum de institutione monachi: *Ibid. f.* 47. *Beatus Cyprianus instar fontis purissimi dulcis incedit & placidus.* Si nosse velis, cur in scripturam nullos ediderit commentarios,

fuſtinens, egregium volumen vitæ & paſſionis Cypriani t) reliquit.

μόνας ἐξαίρετον ψυχῆς βίου τε καὶ πάθους τοῦ αὐτοῦ Κυπριανοῦ καταλέλοιπεν.

t) Pontii Diaconi ſcriptum de vita & paſſione S. Cypriani, Rhetoricæ potius dictionis gratiam, quam narrationis Hiſtoricæ diligentiam præferre notat Rigaltius ad Cypr. Epiſt. 83. (edit. Ox. 81.) Illud non tantum S. Martyris operibus præmittitur, ſed etiam exſtat in Actis ſelectis Martyrum præclari Viri Theodorici Ruinarti, quæ poſt Pariſienſem editionem 1690. 4. ante paucos annos nitide auctioraque recuſa ſunt Amſtelodami ab Henrico Wetſtenio 1713. fol. De Pontio ipſo non ſatis certæ fidei feruntur Acta a Valerio ut ajunt conſignata Diacono ejus contubernali apud Baluzium T. 2. Miſcell. p. 124. Confer Acta Sanctor. ad VIII. Martii T. 1. p. 750. ſeq. Ex illis Actis hauſit Trithemius quando ſcripſit Pontium melliflua ſua prædicatione & induſtria duos Philippos Imperatores ad CHriſtum convertiſſe. Vide Baluzii Miſc. Tom. 2. pag. 130. ſeq.

## HENRICI GRAVII.

*Egregium volumen vitæ & paſſionis Cypriani reliquit.*) Hujus duntaxat fragmentum a Jac. Pamelio editum extat. Scripſerunt quoque vitam & paſſionem ejus Gregorius Nazianzenus & Prudentius carmine Archilochio, niti is alius eſt, ut docti exiſtimant.

## AUBERTI MIRÆI SCHOLION.

*S. Pontius.* Carthaginienſis diaconus, de S. Cypriani martyrio inſignem librum ſcripſit, a Pamelio inter Prolegomena Cyprianæa editum. Nomen ejus Martyrologio Rom. 8. Martii eſt adſcriptum: eſtque alius a S. Pontio martyre Gallicano, in idem Martyrologium 14. Maji relato, & ſupra in Scholiis ad cap. 54. laudato.

## ERNESTI SALOMONIS CYPRIANI.

Vita Cypriani a Pontio edita interpolata eſt. Dalmatica Cyprianum induit, quæ eſt veſtis Epiſcoporum ſequioris ævi, quod librariis minus dictum videretur, tantum Epiſcopum, ſanctumque martyrem tunica vulgari indutum fuiſſe. At vero non fuiſſent gentiles ſolliciti de Epiſcopis detegendis, ſi potuiſſent ex habitu dignoſci. Præterea Cyprianum terræ mandatum dicit *cum cereis & ſcotacibus*, quæ eſt locutio ad recentes mores comparata. Scilicet candelæ adhibendæ erant, ne in tenebris terræ mandaretur martyr, atque gentiles ignorarent, quem honorem ejus corpori Chriſtiani ſtatuerent.

# CAPUT LXIX.

DIONYSIUS, Alexandrinæ urbis Epiſcopus, u) ſub Heracla ſcholam κατηχήσεων x) presbyter tenuit, & Origenis valde inſignis y) auditor fuit. Hic in Cypriani & Africanæ ſynodi z) dogma conſentiens, de hæreticis rebaptizandis, ad diverſos plurimas miſit Epiſtolas, quæ usque hodie exſtant: & ad Fabium a) Antiochenæ urbis Epiſcopum ſcripſit de pœnitentia, b) & ad Roma-

Διονύσιος Ἀλεξανδρείας Ἐπίσκοπος, ἐπὶ Ἡρακλᾶ, σχολὴν κατηχήσεων πρεσβυτέρων κατέσχε καὶ Ὠριγένους γνήσιος βοηθὸς ἐγένετο. Οὗτος εἰς τὸ δόγμα τῶν Κυπριανῶν, καὶ τῆς Ἀφρικῆς συνόδου συναινῶν, περὶ αἱρετικῶν ἀναβαπτιζομένων πολλὰς πρὸς διαφόρους ἀπέστειλεν Ἐπιστολὰς, τὰς καὶ ἔχει τὰ παρόντος τυγχανούσας,

qq

u) Heraclæ ſucceſſor A. 248. Philippi tertio. Euſeb. VI. 35. Τέλος ἦν τούτῳ ἔτους ἦν καθ' ὃ μεταλλάξαντος Ἡρακλᾶ τὸν βίον ἐπὶ ἐκπαίδευσι τῆς πρεσβυτέρου τῶν κατ' Ἀλεξάνδρειαν ἐκκλησιῶν τὴν ἐπισκοπὴν Διονύσιος ὑπολαμβάνει.

x) Euſebius VI. 18. cum dixiſſet Heraclam ex Catecheta factum Epiſcopum Alexandrinum in locum Demetrii, ſubjungit: Τῆς δὲ τοῦ αὐτοῦ κατηχήσεως τὴν λαμπρὸν ἀναδέχεται Διονύσιος, ὃς καὶ ἔτους τῷ Ὠριγένους γνησίῳ φοιτητῶν. Factum hoc circa A. C. 231.

y) Sangermanenſis Codex, *valde inſigniſſimus auditor.* Alii: *vel inſigniſſimus auditor fuit.* hoc eſt omnium Origenis diſcipulorum præclariſſimus, utpote qui copia librorum editorum Magiſtri ſecutus eſt exemplum. Fruſtra itaque Marianus *adjutorem* voluit reponere pro *auditore.* Hæc Jo. Marcianæus.

z) Habitæ Carthagine A. 255. præſidente Cypriano. Vide Pearſonii annales Cyprianicos ad illum annum.

a) Codices plerique ita recte, ut ſupra c. 66. *Fabium*, pro quo vitioſe alii *Flavianum.* Ex Dionyſii Epiſtola ad Fabium Antiochenum prolixa fragmenta ſervavit Euſebius VI. 41. 42. 44.

b) Ex Euſebio conſtat non ſolum illud Epiſtolæ illius argumentum fuiſſe, licet in eadem πολλὰ περὶ μετανοίας διαλαβὼν notat VI. 44.

nos per Hippolytum alteram: c) ad Xyſtum, qui Stephano ſucceſſerat, duas Epiſtolas: d) & ad Philemonem e) & ad Dionyſium, Romanæ Eccleſiæ presbyteros, duas Epiſtolas: & ad eundem Dionyſium, poſtea Romæ Epiſcopum, & ad Novatianum f) cauſantem, quod invitus Romæ Epiſcopus ordinatus eſſet: cujus Epiſtolæ hoc exordi-

*Δρμα Euſeb. VI. 45. Διονύσιος Νοβατιανῷ τῷ ἀδελφῷ χαίρειν. Εἰ ἄκων εἰς φῆς ἦλθης, δείξεις ἐὰν ἀναχωρήσῃς ἑκών. ἑδει μὲν γὰρ καὶ πᾶν ὁτιοῦν παθεῖν ἢ τὸ μὴ διακόψαι τὴν ἐκκλησίαν τοῦ Θεοῦ. Καὶ ἦν μὲν ἀδοξοπόει τῆς ἕνεκεν οὐ μὴ εἰδωλολατρεῦσαι γενομένης ἡ ἕνεκεν τοῦ μὴ σχίσαι μαρτυρία, κατ' ἐμὲ ἂν μείζων. Ἐκεῖ μὲν γὰρ ὑπὲρ μιᾶς τις τῆς ἑαυτοῦ ψυχῆς, ἐντεῦθα δ' ὑπὲρ ὅλης τῆς ἐκκλησίας μαρτυρεῖ. Καὶ νῦν δ' εἰ πείσαις ἢ βιάσαιο τοὺς ἀδελφοὺς εἰς ὁμόνοιαν ἐλθεῖν, μεῖζον ἔργον σοι τοῦ σφάλματος τὸ κατόρθωμα, καὶ τὸ μὲν οὐ λογισθήσεται, τὸ δ' ἐπαινεθήσεται. Εἰ δὲ ἀπειθούντων ἀδυνατοίης, σώζων σώζοις τὴν σεαυτοῦ ψυχήν.*

nem est: *Dionyſius* g) *Novatiano fratri ſalutem. Si invitus, h) ut dicis, ordinatus es, probabis, cum volens feceſſeris.* (*Nam* i) *oportuit quidvis etiam hac gratia perpeti, ne diſcinderetur Eccleſia* DEI. *Neque minus præclarum ex hoc contigiſſet teſtimonium, quod noluiſſes diſſidium inducere* k) *quam proficiſci ſolet ex eo, ſi quis recuſet ſimulacris immolare: atque adeo præclarius etiam, mea quidem ſententia, ſiquidem illic uni propriæque conſulitur animæ, hic totius Eccleſiæ negotium agitur. Tametſi nunc quoque ſi perſuaſeris, ſi compuleris fratres in concordiam redire, plus egeris officio, quam peccaris errato. Atque hoc quidem haud imputabitur, illud vero laudibus feretur. Ceterum ſi non obtemperantibus illis minus aſſequeris quod vis, tamen fac modis omnibus ut tuam ipſius ſerves animam.*) Eſt

*νύσας, καὶ πρὸς Φλαβιανὸν ὃ Ἀντιοχείας Ἐπίσκοπον γεγράφει περὶ μετανοίας, καὶ πρὸς Ῥωμαίους ἄλλη ἐπιστολὴν ἑτέραν, καὶ πρὸς Ξύστον διαδεξάμενον Στέφανον Ἐπιστολὰς δύο, πρὸς Φιλήμονα καὶ Διονύσιον τῆς ἐν Ῥώμῃ ἐκκλησίας πρεσβυτέρους Ἐπιστολὰς δύο, καὶ πρὸς τὸν αὐτὸν Διονύσιον ὕστερον Ῥώμης Ἐπίσκοπον, καὶ πρὸς Νωβατιανὸν αἱτιώμενον, ὡς ἄκων ἐν τῇ Ῥώμῃ ἐχειροτονήθη Ἐπίσκοπος, ἧς τὸν Ἐπιστολῆς τὸ πρόοιμιον ἔχει οὕτως· Διονύσιος Ἀλεξανδρείας Νοβατιανῷ. Εἰ ἄκων εἰς φῆς ἦχθης, δείξῃς ἀναχωρήσας ἑκών. Ἔδει μὲν γὰρ καὶ πᾶν ὁτιοῦν παθεῖν, ἢ τὸ μὴ διακόψαι τὴν ἐκκλησίαν τοῦ Θεοῦ, καὶ ἦν μὲν ἀδοξοπόει τοῦ ἕνεκεν μὴ εἰδωλολατρῆσαι γινομένης, ἢ ἕνεκεν τοῦ μὴ σχίσαι μαρτυρία, κατ' ἐμὲ ἂν καὶ μείζων. Ἐκεῖ μὲν γὰρ μιᾶς τοῦ ἑαυτοῦ ψυχῆς, ἐντεῦθα δ' ὑπὲρ ὅλης τῆς ἐκκλησίας, καὶ νῦν δ' εἰ πείσαις, καὶ εἰ βιάσαις τοὺς ἀδελφοὺς εἰς ὁμόνοιαν ἐλθεῖν, μεῖζον ἔργον σοι, τοῦ σφάλματος τὸ κατόρθωμα. Καὶ τὸ μὲν, οὐ λογισθήσεται, τὸ δ' ἐπαινεθήσεται. Εἰ δ' ἀπειθούντων ἀδυνατοίης, σώζων σώζοις τὴν ἑαυτοῦ ψυχήν. Ἔστι αὐτοῦ πρὸς Διονύσιον καὶ Δίδυμον ἄλλη Ἐπιστολὴ, καὶ ἑορτικὴ περὶ τοῦ πάσχα πολλὰ, λόγων κεφάλαια ἔχουσα, καὶ πρὸς τὴν Ἀλεξανδρέων ἐκκλησίαν περὶ ἐξορίας, καὶ πρὸς Γερμανὸν Αἰγύπτου Ἐπίσκοπον, καὶ ἄλλη περὶ διηγήσεως καὶ Σαββάτου, καὶ περὶ γυμνασίου, καὶ πρὸς Ἑρμάμμωνα, καὶ ἄλλη περὶ διαγωγῆς Δεκίου, καὶ δύο λόγοι πρὸς Νέπωτα Ἐπισκοπήσαντα τῇ συγχεαψαμένῃ, χιλίων ἐναυτῶν σωματι-*

κὴν

c) Euſeb. VI. 46. *Καὶ ἑτέρα τις Ἐπιστολὴ τῆς ἐν Ῥώμῃ τοῦ Διονυσίου Φέρεται Διδυμικὴ Διὰ Ἱππολύτου.*

d) Xyſtus Stephano ſucceſſit in Epiſcopatu Rom. A. 257. Ad hunc Xyſtum Epiſtolas tres Dionyſii Euſebius commemorat, ex prima affert nonnulla VII. 5. & 6. ex ſecunda VII. 9. tertiam ad Xyſtum & Eccleſiam urbis Romæ tantum commemorat eodem loco.

e) Ex Epiſtola ad Philemonem presbyterum Rom. affert aliqua Euſebius VII. 7. & ex Epiſtola ad Dionyſium qui A. 259. factus Epiſcopus Romanus eſt, VII. 8. De hac ad Dionyſium Epiſtola vide etiam quæ Athanaſius in ſcripto de ſententia Dionyſii & de ſynodis T. I. p. 918. Euthymius in panoplia &c.

f) Euſebii & Rufini editiones *Νοβάτῳ Novato* VI. 45. ſed Novatiano utique fuit illi nomen, non Novato qui Epiſcopum Romanum ſe contra Cornelium ordinari paſſus eſt Anno 251. quo has ad eum litteras Dionyſius Alex. exaravit. Et *Νωβατιανῷ* apud Euſebium legit Syncellus p. 374. atque Nicephorus VI. 4. licet Latina Nicephori verſio habet Novatum.

g) Nonnulli hoc loco addunt *Alexandrinus epiſcopus*. Sed aplerisque MSS. hæc recte abſunt.

h) In quibusdam editt. ut illa Suffridi Petri: *Nolens ne ad ſacerdotium ſueris inductus, ita demum oſtendes ſi volens ceſſeris.* Ex Erasmo.

i) Quæ ſequuntur, verba Epiſtolæ in plerisque Codicibus librariorum ut opinor ignavia deliderantur. Itaque & omiſſa ſunt in pluribus editt. ut Cypriani, & Marcianæi. Sed quoniam Græcus interpres illa habet, non ſuis tamen ſed iisdem quæ apud Euſebium verbis, hinc ſuſpicatus ab Hieronymo ipſo eſſe addita, itaque omittere illa nolui, ſed uncinis incluſi.

k) Ita ſatis perſpicue expreſſit verba *Ἕνεκεν σχίσαι*, quæ habet etiam Nicephorus & Syncellus, legitque Rufinus, *ne ſcindatur eccleſia.* Itaque nolim aſſentiri viro doctiſſimo, qui in Annalibus Cyprianicis p. 31. pro *σχίσαι* legendum putat *ζῆσαι*. Verius eſt apud Euſebium verba quædam excidiſſe, ex Nicephoro ita ut feci ſupplenda, quoniam librarius illud *ἕνεκεν* bis repetitum ſemel oſcitans cum proximo commate prætermiſit.

ejus ad Dionyſium l) & ad Didymum altera Epiſtola, & ἑορτασικὴν de paſcha plurimæ, declamatorio ſermone m) conſcriptæ, & ad Alexandrinam Eccleſiam de exilio: n) & ad Hieracam o) in Ægypto Epiſcopum: & alia de Mortalitate, p) & de Sabbatho, & περὶ γυμνασίου, q) & ad Hermammonem, & alia r) de perſecutione Decii: & duo libri s) adverſum Nepotem Epiſcopum, qui mille annorum corporale regnum ſuis ſcriptis aſſeverat: in quibus & de Apocalypſi Joannis diligentiſſime diſputat: t) & adverſum Sabellium, & ad u) Ammonem Beronices Epiſcopum, & ad Teleſphorum, & ad Euphranorem, x) & quatuor libri ad Dionyſium Romanæ urbis Epiſcopum, y) & ad Laodicenſes z) de pœnitentia: item ad Cononem a) de pœnitentia, & ad Origenem b) de

καὶ βασίλειαν, ἐν οἷς περὶ τῆς Ἰωάννου ἀποκαλύψεως ἀκριβέστατα διήλεγξεν. Καὶ πρὸς Σαβέλλιον, καὶ πρὸς Ἄμμωνα Βερενίκης Ἐπίσκοπον, καὶ πρὸς Τελεσφόρον καὶ Εὐφράνορα, καὶ τέσσαρες λόγοι πρὸς Διονύσιον Ῥώμης Ἐπίσκοπον, καὶ πρὸς Λαοδικεῖς περὶ μετανοίας, ὁμοίως πρὸς Κόνωνα περὶ μετανοίας, πρὸς Ὠριγένην περὶ μαρτυρίου, πρὸς Ἀρμενίους περὶ μετανοίας, καὶ κανόνας ἁμαρτιῶν, περὶ Φύσεως πρὸς Τιμόθεον, περὶ πειρασμῶν πρὸς Εὐφράνορα, καὶ πρὸς Βασιλείδην πολλὰς Ἐπιστολάς, ἀφ' ὧν ἐν τῇ μιᾷ λέγει, ὡς ἤρξατο καὶ εἰς τὴν ἐκκλησιαστὴν συντάξεως ὑπομνήματα, καὶ καὶ Παύλῳ τῷ Σαμοσατεῖ πρὸ ὀλίγων ἡμερῶν τῆς αὐτοῦ πλευτῆς, ἀπόσημον αὐ-



l) Videtur legendum *ad Domitium & Didymum* ex Euſebii VII. 20. & Nicephori VI. 18.

m) Euſeb. VI. 20. Ἔτι καὶ πρὸς Φερμιλιανὸν ἑορτασικὰς τὸ πανικάυτα συντάξει, πανηγυρικωτέρας ἐν αὐτοῖς περὶ τῆς τοῦ πάσχα ἑορτῆς ἀναγκαίων λόγους. Tales ibi memorat ad Flavium (Nicephoro Flavianum) ad Domitium & Didymum, ad compresbyteros Alexandrinos &c. fragmenta ex illis ibid. usque ad c. 22.

n) De exilio, hoc eſt velut ab exule ſcripta. Euſebius VI. 21. αὖθις ἐν τῇ τοῦ πάσχα ἑορτῇ ὡσπερεί τις παρεφόριον ἐξ αὐτῆς Ἀλεξανδρείας λόγου γεγραμμένου αὐτοῖς (τοῖς κατ' Ἀλεξάνδρειαν συμπρεσβυτέροις) ὡμίλει.

o) Ex Euſebio *Hieracam* repoſui pro *Heracla* tanto confidentius, quod Heraclas jam ante multos annos obierat, cum Epiſtolas illas Dionyſius ſcripſit. Καὶ Ἱέρακι δὲ μετὰ ταῦτα τὰ κατ' Αἴγυπτον διασκόπῳ ἑτέραν ἑορτασικὴν διατολὴν γεγράφων &c.

p) Λοιμικὴν τὸν πόλεμον διαλαβόσης νόσου. Euſeb. VII. 22. De illa peſtilentia quæ in Annum 252. incidit, meminit etiam S. Cyprianus libro de mortalitate.

q) Φέρεται δέ τις αὐτοῦ καὶ περὶ σαββάτου, καὶ ἄλλη περὶ γυμνασίου. Euſeb. VII. 22. p. 269.

r) Ex Euſebio videtur legendum *& ad Hermammonem alia de perſecutione Decii.* Euſebii verba: Ἑρμάμμωνι δὲ πάλιν καὶ τοῖς κατ' Αἴγυπτον ἀδελφοῖς διὰ διατολῆς ὁμιλῶν πολλά τε ἄλλα περὶ τῆς Δεκίου καὶ τῶν μετ' αὐτὸν ἐκπεσόντων κατηγορίας &c. Vides in illa ipſa ad Hermammonem Epiſtola de Decii perſecutione a Dionyſio tractatum. Ex fragmento quod ex ea VII. 23. affert Euſebius, conſtat ſcriptam A. C. 262.

s) Hæc ſunt τὰ περὶ ἐπαγγελιῶν δύο συγγράμματα a Dionyſio oppoſita Nepoti Epiſcopo Ægyptio: quem Chiliaſtici licet regni aſſertorem tamen fratris nomine compellat. Euſebium conſule VII. 24.

t) Dionyſius apud Euſebium VII. 25. Vide & III. 28.

u) Euſebius iterum ſuadet hæc conjungenda eſſe: *adverſum Sabellium ad Ammonem.* Ita enim ille VII. 26. Διὰ πάντως δὲ Διονυσίου φέροντος καὶ ἄλλας πολλὰς διατολάς, ὥσπερ αἱ πρὸς Σαβέλλιον πρὸς Ἄμμωνα τῆς τῶν Βερενίκην ἐκκλησίας διάκονον. Plures fuere civitates olim Berenices nomine, ita ut cujus ex illis ſex vel ſeptem fuerit Epiſcopus Ammon iſte, non ſit in promtu dicere. Neque multum refert. Suſpicor tamen illam in Pentapolitano Africæ tractu intelligi.

x) al. *ad Euphran.* Euſebius: Καὶ ἡ πρὸς Τελεσφόρου καὶ ἡ πρὸς Εὐφράνορα καὶ πάλιν Ἄμμωνα τὸν Ἔπαφον. Hæc poſtrema duo nomina Hieronymus prætermiſit. Euphranoris nomen recurrit infra, nota f.

y) Etiam hos quatuor libros ἐλέγχου καὶ ἀπολογίας Sabellio oppoſitos fuiſſe ex Euſebio, Athanaſio & contra Rufin. Hieronymo conſtat. Ecce Euſebii verba: συντάξει δὲ περὶ τῆς αὐτῆς ὑποθέσεως καὶ ἄλλα τέσσαρα συγγράμματα, ἃ τῷ τῶν Ῥώμην ὁμωνύμῳ (*cognomini* non *gentili* ut Valeſ.) Διονυσίῳ πρόσφωνεῖ. Præceſſerant autem Epiſtolæ adverſus Sabellium.

z) Euſeb. VI. 46. Καὶ τοῖς τῶν Λαοδικέων ἀδελφοῖς οἷς περέστειλε θηλυμόρφης διατολῆς, καὶ τοῖς τῶν Ἀρμενίων ὡσαύτως περὶ μετανοίας διέστειλε.

a) Conon hic Epiſcopus Ægypti Hermopolitanus. Euſeb. καὶ πρὸς Κόνωνα (male κόλλωνα apud Syncellum p. 375.) τῆς Ἑρμουπολιτῶν παροικίας διάκονον ὄντα, ἰδίᾳ τις περὶ μετανοίας αὐτοῦ φέρεται γράφη. Vitioſe quidam Codices: *& Canonem de Pœnitentia.*

b) Ἔστι καὶ ἡ περὶ μαρτυρίου πρὸς τὸν Ὠριγένην γραφεῖσα. id. Etiam Stephanus Gobarus apud Photium Cod. 232. memorat Dionyſium Alex. & ad ſpirantem adhuc ſcripſiſſe Origenem, & defunctum poſt fata laudaſſe.

martyrio; ad Armenios de pœnitentia c) & de ordine delictorum, d) de natura ad Timotheum, e) de tentationibus ad Euphranorem. f) Ad Basilidem g) quoque multæ Epistolæ: in quarum una se asserit, etiam in Ecclesiasten cœpisse scribere commentarios. Sed & adversus Paulum Samosatenum, h) ante paucos dies quam moreretur, insignis ejus fertur Epistola. Moritur duodecimo Galieni anno. i)

τῆς φίρεπι διπτολή. Τελευτᾷ τῷ δωδεκάτῳ ἔτει Γαλιηνῦ βασιλέως.

c) Καὶ πῖς κῦ Ἀρμενίαν ὡσάυτως πρὶ μετανοίας διπτίλλει, ὧν ἐπισκόπευε Μερυζάνης. Euseb. VI. 46.

d) De ordine delictorum sive πίξεως ἀδιπλωμάτων tractavit Dionysius in alia ad Ægyptios Epistola. Idem Eusebius initio ejusdem capitis 46. γεγράφει ὃ καὶ πρὸς τὺς κατ' Αἴγυπτον διπτολὴν πρὶ μετανοίας, ἐν ᾗ καὶ δόξαντα αὐτῷ πρὶ τ συντεθειμένων ἀδιπθέτως, πίξεως ἀδιπλωμάτων διαγράψας.

e) Inter πολυειδῆς Dionysii λόγως ἐν διπτολῆς χαρακτῆρι, sive per modum Epistolæ scriptos Eusebius VII. 26. primo loco refert libros ad Timotheum filium de Natura — ὡς ὁ πρὶ φύσεως Τιμοθέῳ τῷ παιδὶ πρσφωνήσει. Valesius παῖδα vertit puerum, sed Timotheum hunc filium Dionysii fuisse colligas ex VI. 40. Ex libris illis fragmenta servavit Eusebius XIV. 23—27. præparat. Evangelicæ.

f) Καὶ ὁ πρὸς πιρασμῶν, ὃν καὶ αὐτὸν Εὐφράνορι ἀναπθεικεν. id. Ad eundem Euphranorem jam supra Epistolam commemoravit.

g) Basilides hic Episcopus Pentapolitanus in Cyrenaica Africæ regione. Euseb. VII. 26. Διὰ τύτου καὶ Βασιλείδη τῶν κτ' πεντάπολιν παροικιῶν διπισκόπῳ γεγράφαν φησὶ ἑαυτὸν εἰς τὴν ἀρχὴν ἐξήγησιν πιποιῆσθαι τῆ ἐκκλησιαςῆ. Διαφόρως δ' ἡμῖν καὶ πρὸς τύτον κατελέλοιπεν διπτολας. Extat etiam Dionysii Alex. Epistola ad hunc Basilidem inter Canonicas Patrum Epistolas, Scholiis Jo. Zonaræ & Theodori Balsamonis illustratas. Commentarium in Ecclesiastæ initium allegat Procopius Gazæus in Genes. 3. p. 76.

h) Epistola hæc fuit directa non ad Paulum ipsum, sed ad Antiochenos, ut testantur Episcopi ad Synodum A. 270. congregati in qua Paulus iste condemnatus est. Apud Euseb. VII. 30. Ὁ μὲν Διονύσι. ὁ μακαρίτης ἐπίσειλεν εἰς τὴν Ἀντιόχειαν, τὸν ἡγεμόνα τῆς πλάνης ὑδὲ πιστρήσεως ἀξιώσας. De eadem Epistola puto loqui Theodoretum lib. 2. de hæreticis fab. cap. cap. 8. licet ait Paulum a Dionysio per literas admonitum. Καὶ Διονύσιος μὲν ὁ τῆς Ἀλεξανδρείας διπισκόπος αὐτὸς διδάσκαλος γενόμενος, ἀνεβάλετο μὲν τὴν ἐκδημίαν διὰ τὴν τῦ γήρως ἀσθένειαν, διὰ δ' γραμμάτων ἐπεύξω παρῆνεσε τὸ πρσῆκον, καὶ τὺς συνελθόντας διπισκόπους εἰς τὴν ὑπὲρ τῆς εὐσεβείας παρεθηξε ζῆλον. De Epistola Dionysii ad Paulum quam edidit Turrianus & de aliis illius scriptis nolo repetere quæ dixi lib. V. Bibl. Græcæ p. 263. seq.

i) Anno CHristi 265.

## ERASMI SCHOLIA.

*Sub Heracla κατηχήσεων.)* id est, initiationum sive institutionum.

*Scholam presbyter tenuit.)* Sophronius pro presbyter legit presbyterii, ut intelligas institutionem ad presbyteros pertinere.

*Origenis vel insignissimus.)* Vetustus Codex habebat, valde insignissimus, sed mendose. Sophronius tantum legit, insignis, ita scriptum apparet ab Hieronymo.

*Ad Sixtum.)* Ad Xistum habetur, tum in vetustissimo codice, tum apud Sophronium Græcum.

*Dionysius Novatiano.)* Certum est Hieronymum exordium Epistolæ duntaxat posuisse. Sophronius totam retulit in hanc sententiam, nam sensum reddemus potius quam verba. Dionysius Alexandrinus Episcopus Novato. Nolens ne ad sacerdotium fueris inductus, ita demum ostendes, si volens cesseris. Nam oportuit quidvis etiam hac gratia perpeti, ne discinderetur Ecclesia Dei. Neque minus præclarum ex hoc contigisset testimonium, quod noluisses dissidium inducere, quam proficisci solet ex eo, si quis recuset simu lacris immolare: atque adeo præclarius etiam, mea quidem sententia. Siquidem illic uni propriæque consulitur animæ, hic totius Ecclesiæ negotium agitur. Tametsi nunc quoque si persuaseris, si compuleris fratres in concordiam redire, plus egeris officio, quam peccaris errato. Atque hoc quidem haud imputabitur, illud vero laudibus feretur. Cæterum si non obtemperantibus illis minus assequeris quod vis, tamen fac modis omnibus, ut tuam ipsius serves animam.

*Et heortastica.)* ἑρτασικὰ, id est, festivales, ut ita loquar, nempe de festis diebus.

*Et ad Heraclam.)* Vetustissimus Codex habebat, Hieraclam. Sophronius legit, ἱέρακα, Hieracem.

Et πρὸς γυμνασίαν.) Id est, de exercitatione. Sic enim restituimus Græcas voces, partim ex vestigiis veterum Codicum, partim ex Sophronio.

*Ad Hermammonem.)* ἑρμάμμωνα, Hermammonem legit Sophronius.

&

*Et ad Dammonem.*) Ad Ammonem legendum, ſuffragantibus & Latinis vetuſtis.

*Ad Teleſphorum.*) In nonnullis erat Deliſporum. Sophronius legit Telephorum.

*Ad Canonem.*) In nonnullis erat, Canon. Ex Sophronio legendum eſt, ad Cononem.

*Quod Græce dicitur Cheron.*) Sic ferme eſt in vulgaribus codicibus. Cæterum ex Sophronio legendum eſt, καθαρὸν, id eſt, purum, quod non videretur admittere peccatum in Eccleſiam.

## MARIANI VICTORII NOTÆ.

Κατηχήσεων. Inſtitutionum, ſeu initiationum fidei: hinc Catechumenorum nomen.

*Et Origenis valde inſignis adjutor fuit.* Auditor, antea perperam legebatur. Adjutor enim habent incorrupta exemplaria Mediceum; & Feſulanum: & Sophronius Συνὸς ſimiliter legit. Senſus eſt, Dionyſium Origenem in inſtruendis Catechumenis adjuviſſe, ſub Heracla, qui & ipſe Origenis adjutor hac in re fuit. Quapropter ſupra in Origene ſcribitur, quod reverſus Alexandriam Origenes, Heraclam presbyterum, qui ſub habitu Philoſophi perſeverabat; adjutorem ſibi κατηχήσεως fecerit. Tam igitur Heraclas, quam ſub eo Dionyſius Origenem in Catechiſmo juverunt.

Ἑορταστικὰς. Id eſt, de diebus feſtis conſcriptæ Epiſtolæ.

*Ad Heraclam.* Hic eſt idem de quo nunc dicebamus Epiſcopus, qui poſt Demetrium Alexandrinam rexit Eccleſiam, ut ſupra in Origene ſcribit Hieronymus, ſicut poſt Heraclam ipſe Dionyſius. Sophronius Hieracem legit, & interpres Hieraclam: verum utraque lectio vitiata eſt.

περὶ γυμνασίου. De gymnaſio, ſeu exercitatione.

*Ad Armenios de pœnitentia, & de ordine delictorum.* Cum nec is liber, neque illi quos Theodorus,* Beda, aliique pœnitentiales ediderunt, extent libri, nos ſimilem ex veteribus collectum, adverſus hæreſim noſtri temporis eo, quo potuimus, ingenio compoſuimus, & ſacramento confeſſionis adjunctum edidimus.

* Theodori Cantuarienſis Pœnitentiale editum a Jacobo Petito, Pariſ. 1679. 4.

## NOTÆ HENRICI GRAVII.

*Dionyſius Alexandrinæ urbis Epiſcopus.*) Meminit epiſt. ad Magnum Hieron. in Chron. Euſebii anno V. Philippi Imp. *Alexandrinam Eccleſiam* 13. *Epiſcopus tenuit Dionyſius annis* 17. & libr. 6. Eccleſ. hiſt. c. 35. 40. & 41.

*Scholam κατηχήσεων.*) *Euſeb.* κατηχήσεως διατριβὴν.

*Et Origenis valde inſignis auditor fuit.*) Alias: *vel inſigniſſimus.*

*Hic in Cypriani & Aphricanæ Synodi dogma conſentiens.*) Extat inter S. Cypriani opera hæc ſynodus Africana.

*Et ad Flavianum.*) Euſeb. cap. 44. legit *Fabium.*

*Et ad Novatianum.*) Lege: *Novatum.* Euſeb. cap. 45.

*Et duo libri adverſum Nepotem Epiſcopum.* cap. 23. & deinceps.

*Eſt ejus ad Dionyſium & ad Didymum altera epiſtola.*) Ex Euſebio legendum *ad Domitium & Didymum.*

*Et adverſum Sabellium.*) 4. videlicet libros, pro quibus Athanaſio ſcripſit Apologeticum, ſi Rufino credimus. Vide Epiſt. S. Baſilii cujus initium ἐπιστὰς *ad Maximum Philoſophum.*

*Et ad Telephorum, & ad Euſtaν.*) Euſeb. habet cap. 26. lib. 7. *Teleſphorum, & Euphratem.*

## SCHOLION AUBERTI MIRÆI.

*& Dionyſius.* Alexandrinus Epiſcopus, ab anno vulgari Chriſti circiter ducenteſimo quadrageſimo ſeptimo ad ducenteſimum ſexageſimum quartum, ſedem Alexandrinam obtinuit. Euſebius lib. 7. hiſt. cap. 28. & hic Hieronymus dicunt ipſum anno duodecimo Gallieni (hoc eſt: Chriſti 266.) obiiſſe. Scripſit varias Epiſtolas, quarum multa & ampla fragmenta apud Euſebium lib. 6. & 7. hiſt. leguntur. Alia item fragmenta apud Athanaſium exſtant. Epiſtolæ ejusdem contra Paulum Samoſatenum, & ad Baſilidem, habentur tom. 3. Bibliothecæ Patrum. Peltanus illius Epiſtolam De Dominica reſurrectione & Paſchalis jejunii termino, 1580. Ingolſtadii, cum Victore Antiocheno, edidit. Canonicas ejusdem Epiſtolas ex Græco Latinas Gentianus Hervetus reddidit. Fuit autem Dionyſius, cum Cypriano Charthaginienſi, in eadem opinione erronea de iterando baptiſmo hæreticorum. Sed iis Apoſtolica auctoritate Stephanus Papa reſtitit.

*Adverſus Paulum Samoſatenum.*) Antiochenum Epiſcopum. Is Filii divinitatem oppugnavit; æmulatus *Sabellium*, qui Ptolemaide in Lybia nefarium adverſus ſanctiſſimam Trinitatem dogma paulo ante vulgaverat. Contra utrumque hæreſiarcham ſcripſit Dionyſius Alexandrinus. At vero contra Sabellium laboraps, quibusdam viſus eſt Arianis

arma ſubminiſtraſſe. Quod Baronius in Notis ad Martyrol. Romanum 17. Nov. purgat & excuſat.

## ERNESTI SALOMONIS CYPRIANI.

*Ad Flavianum.* Legendum: *Ad Fabium*, ex Euſebii libro VI. capite XLIV. Codex Guelpherbytanus rurſus *Fabianum* vocat.

*De pœnitentia.* Omnium, quos de pœnitentia ſcripſit, libellorum unum fuit idemque argumentum. *Suam de lapſis ſententiam exponit*, ait Euſebius, *& criminum gradus diſtinguit.*

*Ad Novatianum cauſantem.* Recte hoc loco ab Euſebio recedit, qui Epiſtolam ad Novatum ſcriptam dicit libro VI. capite XLV. Nam Novatianus Romæ contra Cornelium Epiſcopus a ſchiſmaticis electus eſt, ut ex Cypriani XLV. Epiſtola liquet, non vero Novatus. Unde & noſter Dionyſius *Novatianum* vocat apud Euſebium libro VII. capite VIII.

*Cujus Epiſtola exordium eſt.* Miræus ex capitæ XLV. libri VI. hiſtoriæ Euſebianæ totam Epiſtolam huic capiti inſeruit. Inepte ac præter Hieronymi mentem, qui diſerte ait, ſe non niſi exordium Epiſtolæ recitare.

*Ad Heraclam.* Legendum: *Ad Hieracem*, ex libro VII. capite XXI. Euſebii.

*Ad Canonem.* Euſebius habet: *Ad Canonem.* Guelpherbytanus codex: *Item Canonem de pœnitentia.* Optimæ lectionis reliquiæ. Nam canonem publicavit de paſchate, ut Euſebius tradit libro VII. capite XX. Hunc cum librarius ab Hieronymo omiſſum exiſtimaret, & tamen canonis mentionem fieri deprehenderet; canonem de pœnitentia poſuit, ne Dionyſius nullum canonem edidiſſe videatur.

*Moritur XII. Gallieni anno*) *XII. Gallieni & Valeriani anno*, habet Codex Guelpherbytanus.

# CAPUT LXX.

NOVATIANUS a) Romanæ urbis presbyter, adverſus Cornelium Cathedram ſacerdotelem conatus invadere, b) Novatianorum, quod Græce dicitur Καθάρων dogma c) conſtituit, nolens apoſtatas ſuſpicere pœnitentes. Hujus d) auctor Novatus, Cypriani presbyter, fuit. Scripſit autem e) de Paſcha, de Sabbatho, de Circumciſione, f) de

Νωβατιανὸς τῆς ἐν Ῥώμῃ ἐκκλησίας πρεσβύτερος, κατὰ Κορνηλίου τοῦ θρόνου τῆς ἐπισκοπῆς ἐπιχειρήσας, τὸ Νωβατιανῶν, ὅπερ Ἑλληνικῇ διαλέκτῳ καθαρῶν λέγουσι συνεστήσατο δόγμα, μὴ βουλόμενος τοὺς δοκοῦντας δέχεσθαι μετανοοῦντας Τούτου διδάσκαλος ἦν ὁ ἀρχηγὸς Νώβατος, Κυπριανῷ πρεσβύτερος γέγονε. Καὶ συνεγράψατο περὶ τοῦ πάσχα, πε-

a) Græce hoc nomen exprimi video Νοβατιανὸς, Ναβατιανὸς, Νωβατιανός, Ναβατιανός.

b) Factum hoc A. 251. quo Synodus Romana adverſus Novatianum ac Novatum celebrata. Vide Joh. Pearſonii Annales Cyprianicos ad illum annum, Tillemontium T. III. & V. memor. &c.

c) Ita legi in Codice Bibl. Ambroſianæ teſtatur Marcianæus: & hanc genuinam lectionem eſſe puto, licet alii Codices habeant *καθαρὸν dogma.* Notum eſt Novatianos quia communicare cum lapſis nollent, velut a puritate cœtus ſui invidioſum ſibi Catharorum nomen impoſuiſſe. Auguſtinus c. 38. de hæreſ. *Cathari qui ſe ipſos iſto nomine quaſi propter munditiem ſuperbiſſime atque odioſiſſime nominant.* Canon VIII. Nicæn. περὶ τῶν ὀνομαζόντων ἑαυτοὺς κατὰ καθαρούς. Ubi de Novatianis eſſe ſermonem notant Zonaras & Balſamo. Confer Epiphanium hæreſi 59. Hinc eſt quod Nazianzenus Orat. XIV. p. 221. ἀκάθαρτον καθαρότητα perſtringit Novati.

d) Dogmatis Novatiani de non recipiendis lapſis, bigamisque auctor Novatus Carthag. presbyter: uti Schismatis adverſus Cornelium Novatianus, presbyter Romanus. Sed ut Schiſma conatus fovere Novatus, ita dogmati propugnando Novatianus non defuit. De dogmate videndus Eulogius apud Photium Cod. 182. & 208. E recentioribus Gabriel Albaſpinæus libro ſecundo Obſervationum Eccleſ. Beveregius ad Synodicum Magnum p. 66. &c.

e) Novatiani deinceps, non Novati ſcripta perſequitur Hieronymus, ſed quæ pleraque omnia excepto libro de SS. Trinitate & altero de cibis Judaicis videntur intercidiſſe. Trithemius neſcio quo lapſu memoriæ ſcripta Novatiani de SS. Trinitate, de circumciſione, de Attalo, de Paſcha, & de Sabbato retulit ad Julium Africanum. Epiſtolas Novatiani mitti ſibi deſiderat Hieron. Epiſt. 10. a Paulo ſene Concordienſi, *ut dum Schismatici hominis venenum cognoſcimus, libentius S. Martyris Cypriani bibamus antidotum.*

f) Librum Novatiani de circumciſione memorat etiam Hieronymi Epiſt. 124. & 125. Nec defuere qui ſuſpicarentur libellum *de vera Circumciſione*, qui ſæpe prodiit inter Hieronymi opera, Novatianum auctorem habere, quanquam in illo mentio Manichæorum non modo, ſed & ſectæ Arii.

Sacerdote, de Oratione, de Cibis Judaicis, g) de Instantia, de Attalo h) multaque alia, & de Trinitate i) grande volumen; quasi primum operis Tertulliani k) faciens: quod plerique nescientes, Cypriani existimant.

ἐν Σαββάτῳ, περὶ περιτομῆς, περὶ ἱερείας, περὶ ἰυχῆς, περὶ βρωμάτων Ἰουδαϊκῶν, περὶ τ ἑστώτων, περὶ Ἀτάλε, καὶ ἕτερα πολλὰ, καὶ περὶ τῆς Τελειάδος μέγα πῦχος, ὥστε ὑπὸ πολλῶν τῶ Τερτυλλιανῶ συγγράμματος ποιῶν, ἕτερ πολλοὶ ἀγνοοῦντες νομίζουσιν εἶναι Κυπριανῶ.

g) Ad calcem operum Tertulliani in Jac. Pamelii editione exstat Epistola Novatiani de cibis Judaicis, in cujus exordio etiam illorum quæ de circumcisione & Sabbato scripserat facit mentionem: *Quam vero sint perversi Judæi, & ab intellectu suæ Legis alieni, duabus Epistolis superioribus ut arbitror plene ostendi, in quibus probatum est prorsus ignorare illos quæ sit vera circumcisio & quid verum Sabbatum, quorum adhuc magis ac magis cæcitas revincitur in hac Epistola, in qua aliquid de cibis illorum breviter disseritur.*

h) Fortasse de S. Attalo Pergameno, qui sub Marco Antonino Martyrium subiit, & cujus memoria inter alios Martyres Lugdunenses celebratur 2. Jun. Vide de illo Attalo Lugdunensium Epistolam apud Eusebium V. 1.

i) Hic videtur esse liber ille jam sub Tertulliani jam sub Novatiani nomine cum Tertulliani scriptis sæpius vulgatus, & nova editione nuper velut eximium Antiquitatis monumentum Anglis commendatus a Wilhelmo Whistono, Arianismi confessore, Lond. 1709. 8. Cæterum Novatianum Catholici de CHristo dogmatis assertorem fuisse ex hoc ipso libro probant Stephanus le Moyne notis ad Varia sacra p. 229. seq. Georgius Calixtus § 50. de Mysterio SS. Trin. e Veteri Test. Gregorius Bullus in defensione fidei Nicænæ p. 125. Samuel Gardinerus in Hyppotyposi doctrinæ Patrum ante Nicænor. de SS. Trinitate p. 105. seq. Natalis Alex. diss. IX. Sec. 2. Artic. 4, & Petavius de DEO p. 82. lib. 1. c. 11. §. 10. qui tamen lib. 1. de Trinitate c. V. §. 1, non diffitetur parum accurate de Mysterio illo locutum auctorem illius libri, quem Novatianum esse ibi p. 81. & de Angelis p. 91. negat, eo præcipue argumento ductus, quod c. 13. hæreseos Sabellianæ (circa A. C. 255. exortæ) meminit. Sed ex hoc tantum sequitur, post Schisma librum hunc a Novatiano fuisse compositum, in quo trajectiones capitum observavit post Henr. Valesium Cotelerius, quem vide T. 3. monument. p. 634. A sectatoribus Novatiani jactabantur ἀπομνήματα de Martyrio sive Confessione Novatiani sub Decio & Valeriano, quæ fallitatis arguit Eulogius apud Photium Cod. 182. Confer notas Episcopi Oxon. Joannis Felli ad Cypriani Epistolam LXI.

k) Tertulliani liber, cujus compendium sit istud Novatiani scriptum, hodie non exstat. Illius meminit etiam Rufinus de adulteratione libror. Origenis, & Tertulliani librum de Trinitate *reprehensibiliter, quantum ad veritatem fidei nostræ pertinet, scriptum* a Macedonianis Constantinopoli in uno corpore cum S. Cypriani Epistolis publicatum queritur. Sed Hieronymum si audimus lib. 2. in Rufin. nec Tertulliani liber ille fuit, nec Cypriano a Macedonianis fuit tributus, sed Novatiani inscriptus titulo, *& auctoris*, inquit, *eloquium Styli proprietas demonstrat.*

## MARIANI VICTORII.

*Quod græce dicitur καθαρὸν.* Hoc est, purum, mundum & maculis carens. Catharos enim propterea se vocabant, quod post baptismum non peccassent: post illum enim pœnitentes non suscipiebant.

## HENRICI GRAVII.

Novatianus Romanæ urbis presbyter. In Chronicis: anno 1. Galli & Volusiani: *Novatus presbyter Cypriani veniens Romam Novatianum & cæteros confessores sibi sociat, eo quod Cornelius Apostatas pœnitentes recepisset.* Et lib. 6. c. 43. & deinceps. Et Socratem in hist. Eccles. lib. 4. cap. 28.

*Nolens Apostatas suscipere pœnitentes.*) Hieronymum vide in Esa c. 23. & in Osee 14 & in Johel. 2. Item in Galat. 4. Ambrosius lib. de pœnitentia. *Cæterum Episcopatu amissi dolore succensus Novatianus schisma composuit.*

Quod plerique nescientes Cypriani existimant.) Sic Hier. lib. 2. Apologiæ in Rufinum: *Transit ad inclytum Martyrem Cyprianum, & dicit Tertulliani librum, cui titulus est de Trinitate, sub nomine ejus Constantinopoli, a Macedonia partis hæreticis lectitari. In quo crimine mentitur duo: Nam nec Tertulliani liber est, nec Cypriani dicitur, sed Novatiani, cujus & inscribitur titulo, & authoris eloquium stili proprietas demonstrat.* Extat hodie sed Tertulliani titulo inter opera ipsius.

## AUBERTI MIRÆI SCHOLION.

Fabiano Papa defuncto, anno 251. cum suffectus esset Cornelius, ægre id ferens *Novatianus*, qui a paucissimis suæ partis hominibus electus fuerat, schisma contra Corne-

lium conflavit. Novatiano ſeſe adjunxit *Novatus* Epiſcopus, ex Africa veniens: quem plerique cum Novatiano promiſcue habent. De his rebus plura qui volet, Cyprianum Epiſt. 55. & Epiphanium hæreſ. 59. legat. Vide ſupra in Cornelio Romano.

## ERNESTI SALOMONIS CYPRIANI.

*Quaſi Πιττομὴν operis Tertulliani facient.* Difficilis locus, cui medicas manus poſt Pamelium nemo, quod ſciam, admovit. Cum enim Tertullianus præter librum adverſus Praxeam nullibi legatur alium de Trinitate edidiſſe: & vero Novatiani de Trinitate liber multo prolixior ſit libro Tertulliani contra Praxeam; merito quæritur, qua ratione Novatiani liber dici poſſit libri Tertullianei Epitome. Doctiſſimus Pamelius *ad Tertull. p.* 653. legendum putat: *Quaſi Πίτταων*, ut ſenſus ſit Novatiani librum eſſe quandam quaſi dilatationem libri adverſus Praxean. Verum non ſatis certus de hac lectione putat, legi poſſe: *Quaſi μίμησιν*; quod Tertullianum imitetur Novatianus. Sed quia Codicum manu exaratorum fide deſtituitur, conſultius ei viſum eſt, ex ſolo hoc loco affirmare, Tertullianum peculiarem, ab illo adverſus Praxean diſtinctum de Trinitate librum vulgaſſe, quem inter opera ejus deperdita refert. Mihi prior conjectura arrideret, ſi vel pauci codices aſſentirentur. Illis autem deficientibus retinenda eſt lectio, quam Codices ad unum omnes ſervant: *Quaſi Πιττομὴν.* Præterea ita quoque exiſtimandum eſt, Hieronymum nunquam a Tertulliano peculiarem de Trinitate librum editum credidiſſe, quia ejus rei non meminit, ubi omnino videbatur neceſſarium. Libro II. Apologiæ adverſus Ruffinum ait de adverſario ſuo: *Trahit ad inclytum martyrem Cyprianum, & dicit Tertulliani librum, cui titulus eſt de Trinitate, ſub nomine ejus Conſtantinopoli a Macedoniana partis hæreticis lectitari. In quo crimine mentitur duo. Nam nec Tertulliani liber eſt, nec Cypriani dicitur, ſed Novatiani, cujus & inſcribitur titulo.* Si Hieronymo quidam Tertulliani de Trinitate liber cognitus fuiſſet, debuiſſet ſane diſtinctius reſpondere, Tertullianum ſcripſiſſe quidem de Trinitate, ſed ejus librum non lectitari ab hæreticis. Neque enim negare potuit Hieronymus, librum de Trinitate, ab hæreticis lectum, Tertulliani eſſe, ſi Tertullianus de Trinitate peculiarem librum edidit, cum in Palæſtina viveret, nec videret Codices Conſtantinopolitanos. Quod vero ad loci noſtri ſenſum attinet, certum omnino eſt, Novatiani librum non poſſe libri adverſus Praxean dici *Πιττομήν*. Unde dicendum puto, Hieronymum per *opus Tertulliani* voluiſſe *opera*, ſeu, libros Tertulliani omnes intelligere, ut ſenſus ſit, Novatianum ea, quæ in libris ſuis prolixe quidem, ſed ſparſim de Trinitate tradat Tertullianus, congeſſiſſe, atque in Epitomen redegiſſe peculiari illo de Trinitate libro. Conſtat enim, Novatianum Tertulliani res ipſas & formulas loquendi ita imitatum eſſe, ut propter verborum ſenſusque convenientiam Novatiani liber Tertullianum autorem habere crederetur. Ac ne quis loquendi formulam inſuetam cauſetur, notandum eſt, Hieronymum & alibi omnes alicujus viri libros, junctim ſumptos, autoris *opus* vocare, ut dicemus ad caput LXXIX.

# CAPUT LXXI.

MALCHION diſertiſſimus Antiochenæ Eccleſiæ presbyter, quippe qui in eadem urbe Rhetoricam florentiſſime docuerat, l) adverſum Paulum Samoſatenum, qui Antiochenæ Eccleſiæ Epiſcopus dogma Artemonis inſtaurarat, m) excipientibus notariis diſpu-

*Μαλχίων ἐλλογιμώτατος τῆς ἐν Ἀντιοχείᾳ ἐκκλησίας προεστὼς, καὶ ἐν τῇ αὐτῇ πόλει τὴν ῥητορικὴν ἐπισήμως διδάξας, κατὰ Παύλου τοῦ Σαμοσατέως, τοῦ ἐν τῇ Ἀντιοχέων ἐκκλησίᾳ τὸ δόγμα Ἀρτέμωνος ἀνανεώσαντος, ἐκλαμβανόντων νοταρίων διελέχθη, ὅς τις διάλογος.*

l) Euſebius VII. 29. *μάλιστα δ' αὐτὸν (Παῦλον τὸν ἐκ Σαμοσάτων) ἐνθύμως ἐπιστρεφόμενον διήλεγξε Μαλχίων, ἀνὴρ τἄ τε ἄλλα λόγιος, καὶ σοφιστὴς τὸ ἐπ' Ἀντιοχείας ἑλληνικῶν παιδευτηρίων διατριβῆς ἀφορμώς. ἃ μὴν ἀλλὰ καὶ δι' ὑπερβάλλουσαν τῆς εἰς λόγους πίστεως γνησιότητα, πρεσβυτερίου τῆς αὐτόθι παροικίας ἠξιωμένος.*

m) Euſebius V. 28. memorat *ἀνάθεμα* vetuſti ſcriptoris *κατὰ τῆς Ἀρτέμωνος αἱρέσεως πεπονημένον ἣν ἄνθις ὁ ἐκ Σαμοσάτων Παῦλος καθ' ἡμᾶς ἀνανεώσασθαι πεπείρασται.* Epiſcopi Antiocheni apud eundem VII. 30. pag. 282. de Paulo Samoſ. *τῷ ἢ Ἀρτέμα ἐστὶ θεομαλλάτω, καὶ οἱ τὰ Ἀρτεμᾶ φρονοῦντες τούτῳ κοινωνήσωσιν.* Facundus III. 2. *Manifeſtum eſt quod Samoſatenus Paulus Epiſcopus quidem fuit Antiochenæ Eccleſiæ Domini DEI, Theodoti autem & Artemonis errore ægrotans, qui purum hominem dixerunt eſſe Dominum JEſum CHriſtum.* Sic Artemonem ſive Arteman, Paulum Samoſatenum & Photinum velut in hæreſi eadem conſpirantes jungit Felix III. Papa in Epiſtola ad Petrum Fullonem. Artemonis hæreſin oppugnavit ſæculi ſecundi ad finem vergentis ſcriptor vetus de quo Euſebius V. 28. & Cajus apud Photium Cod. 48. Pauli Samoſateni hæreſis damnata in Concilio Antiocheno A. 270. Is Epiſcopus Antiochiæ factus erat poſt Demetrianum A. 260.

tavit: n) qui dialogus usque hodie exstat. Sed & alia grandis Epistola, o) ex persona Synodi, ab eo scripta ad Dionysium & Maximum, Romanæ & Alexandrinæ Ecclesiæ Episcopos dirigitur. Floruit sub Claudio & Aureliano. p)

λογ@· ἄχει τῆς δεύρο ὑπαρχει, καὶ ἄλλη ἐπιστολὴ ὑπ᾽ αὐτοῦ τῆς συνόδου πρὸ αὐτῶν γεγραφῶσα, πρὸς Διονύσιον καὶ Μάξιμον Ῥώμης καὶ Ἀλεξανδρείας ἐπισκόπους, πέμπεται. Ἤνθησεν ἐπὶ Κλαυδίου καὶ Αὐρηλιανοῦ.

n) Eusebius VII. 29. de Malchione: ὅυτ@· γέ τι ἀπεσημειωμένων παχυγεάφων ζήτησιν πρὸς αὐτὸν (Παῦλον) ἐνεστήσω@· ἦν καὶ εἰς δεῦρο φερομένην ἴσμεν, μέν@· ἰσχυσε τῶν ἄλλων, κρυψίνους ὄντα καὶ ἀπατηλὸν φωράσαι τὸν ἄνθρωπον. Ex hoc Dialogo Malchionis fragmenta quædam brevia servavit Leontius Byz. libro tertio contra Nestor. Vide Steph. Bàluzii Concilia p. 21. seq.

o) Hanc Epistolam a Malchione scriptam esse non ait Eusebius VII. 30. ubi magnam illius partem adducit, sed modo Malchionem nominat inter Episcopos, Presbyteros & Diaconos quorum nomine Epistola ad Dionysium Rom. & Maximum Alex. missa fuit. Ex eadem ut videtur Epistola locum profert Leontius laudato libro.

p) Claudius Imperio præfuit ab A. 268. ad 270. Aurelianus ab A. 270. ad 275.

## NOTÆ HENRICI GRAVII.

*Malchion disertissimus Antiochenæ Ecclesiæ presbyter.*) Hujus & sequentium presbyterorum meminit Hieron. epist. ad Magnum his verbis. *Nec non presbyterorum Pamphili, Pierii, Luciani, Malchionis*, Eusebius in Chronicis & lib. 7. Eccles. histor. c. 29.

## AUBERTI MIRÆI SCHOLIA.

Malchionis hujus & Trithemius lib. de Scriptor. Eccles. meminit.

## ERNESTI SALOMONIS CYPRIANI.

*Dogma Artemonis.* Patres in Concilio *Artemam* vocant apud Eusebium libro VII capite XXX. Sed Eusebius libro V. capite XXIIX. *Artemonem.*

*Sed & alia grandis Epistola.* Extat libro VII. Eusebii capite XXX.

# CAPUT LXXII.

ARCHELAUS Episcopus Mesopotamiæ, librum disputationis suæ, q) quam habuit ad-

Ἀρχέλα@· ἐπίσκοπ@· Μεσοποταμίας, λόγον ὑπεύθυν@· διαλέξεως, πρὸς Μανιχαῖον, ὀνόματι Περσίδ@·



q) Archelaus Carrharum celebris in Mesopotamia Urbis Episcopus, in eadem Urbe atque deinde in Diodoride vico circa A. C. 278. cum Probus Romano imperio præesset, disputationem habuit cum Manete sive Manichæo, qui exinde a Regis Persarum ex cujus vinculis se proripuerat, militibus comprehensus, non quidem propter hæresin, sed quod filii Regis morbo mederi cum recepisset, mortem ejus acceleraße, est visus, crudeli supplicio affectus & vivus excoriatus fuit, de quo Epiphanius LXVI. 12. Acta illius Disputationis Archelaus ipse consignaverat Syro sermone, quæ translata in Græcum Hieronymi ætate ferebantur, lectaque videntur Epiphanio, Cyrillo Hierosol. aliisque. Græcæ versionis auctorem credibile est fuisse Hegemonium, τὸν τῆς Ἀρχελάου πρὸς τὸν Μανιχαῖον ἀπολογίας γεγράφοτα, teste Heracliano Chalcidensi Episcopo apud Photium Cod. LXXXV. Nisi dicere malimus hunc in Epitomen redegisse Archelai acta, atque illius modo Epitomes Latinam veterem versionem ad nos perveniße, quod exinde colligit eruditissimus Vir Laurentius Alex. Zaccagnius, quoniam in hac non leguntur quæ ex Archelai disceptatione cum Manete profert Cyrillus Hierosol. Catechesi VI. & quod p. 68. & 100. edit. Zaccagnii, auctor horum Actorum ab Archelao se distinguit ac diversum innuit. Porro duos libros contra Manetem h. e. Acta disputationis in duas partes tributa Archelaum misisse ad Tryphonem Diodoridis (qui in agro Carrhenti vicus erat) presbyterum testatur Epiphanius LXVI. 11. Hinc Latina versio antiqua actorum Archelai presbyterum illum vocant non Tryphonem sed Diodorum. Insigne fragmentum Actorum disputationis cum integra Archelai ad Diodorum Epistola ex veteri versione Latina edidit *Henr. Valesius* notis ad Socratem pag. 197 -- 203. ex Codice MS. monasterii Bobiensis qui nunc est Mediolani in Bibl. Ambrosiana. Communicaverat hoc cum Valesio *Emericus Bigotius*, qui sub extremum præfationis ad Palladium de vita Chrysostomi testatur se comparando Græca Epiphanii quæ hæresi LXVI. 25 -- 31. ex Archelao retulit, nonnullos locos in Græco correxisse, plures in Latina versione, voluisseque Græce & Latine edere, ut ex collatione appareret quanti faciendæ sint antiquæ versiones, & quantum utilitatis ex illis redundet, sed postea duxisse satius relinquere ea his qui novam Epiphanii vel Socratis editionem aggressuri essent. Interim egregie hanc

Spar-

versum Manichæum, exeuntem de Perside, Syro sermone composuit; qui translatus in Græcum habetur a multis. Claruit sub Imperatore Probo, qui Aureliano & Tacito successerat.

σίδος ἐξελθόντος, τῇ τῶν Σύρων διαλέκτῳ συνέθηκεν, ὃς μεταφρασθεὶς εἰς Ἑλληνικὸν, ἔστι παρὰ πολλοῖς. Διεδέξατο βασιλεύοντος Πρόβου τοῦ διαδεξαμένου Αὐρηλιανὸν καὶ Τάκιτον.

Spartam ornavit laudatus Vir] *Laurentius Alexander Zaccagnius* præfectus cum viveret dignissimus Bibliothecæ Vaticanæ (A. 1712. 12. Jan. non sine jactura gravi harum litterarum extinctus) qui Romæ A. 1698. 4. in collectaneis monumentorum veterum Ecclesiæ Græcæ & Latinæ primo statim loco p. 1 — 102. non modo Acta Archelai cum Manete longe integriora Latine e Cod. MS. Casinensi, ad Bobiensem & Casanatensem subinde emendata, sed etiam Græca ex Ephiphanio suis locis atque eruditas notas suas addidit, locaque Veterum atque præfationem doctam præfixit. Ex Zaccagnii editione recudi curavi hæc Acta in spicilegio Patrum tertii Seculi quod tomo posteriori opusculorum S. Hippolyti subjeci, hoc ipso anno Hamburgi 1718. fol. Quanquam vero longe, ut dixi integriora hæc Acta sunt quam Valesius ediderat, tamen & ipsa in fine mutila, & vel librarii vel epitomatoris fastidio subinde decurtata esse videntur.

## NOTA HENRICI GRAVII.

*Adversum Manichæum.*) De Mane & Manichæis apud Eusebium libr. 7. cap. 31. & in Chronicis anno 2. Probi, *insana Manichæorum hæresis in commune humani generis malum exorta.* & apud Socratem lib. 1. Eccles. histor. c. 22. & Epiphanium.

## AUBERTI MIRÆI.

*S. ARCHELAUS* Cascaræ in Mesopotamia Episcopus, sanctitate & eruditione florens, Manetis hæresiarchæ furori strenue ac primus se objecit; Probi Imperatoris anno secundo, Christi 277. quo Manichæorum hæresis erupit, juxta Eusebium in Chronico. De S. Archelao pluribus agit S. Cyrillus Hierosolymitanus in Catechesi 6. & Epiphanius hæres. 66. & lib. de mensuris & ponderibus.

## ERNESTI SALOMONIS CYPRIANI.

*Adversum Manichæum. Mανὴς* audit Eusebio libro VII. capite XXXI. At Socrates libri I. capite XXII. *μάνην* & *μανιχαῖον* vocat. Archelaus fuit Cascharorum in Mesopotamia Episcopus, cujus disputatio lecta est Socrati. Disputationi præmissa fuit de apparatu ad disputationem historia, quam primus edidit Valesius, ac notis suis ad Socratem subjecit. Ipsa vero disputatio desideratur. Præter disputationem habetur ejusdem Archelai ad Diodorum presbyterum Epistola contra Manichæum, quam ibidem, sed Latine, exhibuit Valesius.

# CAPUT LXXIII.

ANATOLIUS Alexandrinus, r) Laodiceæ Syriæ Episcopus, suc Probo & Caro Imperatoribus floruit, miræ doctrinæ vir fuit in Arithmetica, Geometria, Astronomia, Grammatica, Rhetorica, Dialectica. s) Cujus ingenii magnitudinem de volumine, quod super Pascha t) composuit, & decem libris de

Ἀνατόλιος Ἀλεξανδρεὺς, Λαοδικείας τῆς Συρίας ἐπίσκοπος, ὅτε Πρόβου καὶ Κάρου βασιλέων ἤνθησεν θαυμαστῆς παιδεύσεως αἴτιος ἐν τῇ Ἀριθμητικῇ, Γεωμετρικῇ, Ἀστρονομικῇ, Γραμματικῇ, Ῥητορικῇ, Διαλεκτικῇ. Οὗτος τὸ μὲν εὐφυΐας τὸ μέγεθος δῆλον τῇ πόλει τῇ περὶ τοῦ πάσχα συντεθειμένῃ, καὶ δέκα λόγοις

r) Eusebio Alexandrino Anatolium in Episcopatu Ecclesiæ Laodicenæ successisse testatur Eusebius VII. 32. *Ἀνατόλιος αὖτῳ διάδοχος, ἀγαθὸς φασιν ἀγαθῷ, καθίστατο, γένος μὲν καὶ αὐτὸς Ἀλεξανδρεύς.* Eusebius ille obiit A. 270. quo Synodus Antiochena habita adversus Paulum Samosatenum. Vide Euseb. pag. 288. Probus imperium gessit ab A. 276. ad 282. Carus ad 283.

s) *Λέγων δ' ἔνιχα καὶ παιδείας τῆς Ἑλλήνων φιλοσοφίας τι τὸ πρῶτον τῶν μαλίστα καθ' ἡμᾶς δοκιμωτάτων ἀπεπειράτο· ἀπὸ Ἀριθμητικῆς καὶ Γεωμετρίας, Ἀστρονομίας τε καὶ τῆς ἄλλης Διαλεκτικῆς, ἔτι τε Φυσικῆς θεωρίας, Ῥητορικῶν τε αὖ μαθημάτων ἐλλαχὼς εἰς ἄκρον.* id. pag. 284. seq.

t) Idem Eusebius p. 286. cum dixisset non adeo multa scripsisse Anatolium, ea tamen ex quibus satis appareat ejus eruditio *ἡμῖν τὰ, τε λόγιον καὶ πολυμαθές.* Deinde locum profert *ἐκ τῶν περὶ τοῦ πάσχα Ἀνατολίου κανόνων.* Antiquam versionem Latinam Canonis Paschalis Anatolii primus edidit & commentario illustravit Ægidius Bucherius ad calcem Victorii Aquitani, Antwerp. 1634. fol. p. 439 — 449.

gitized by Google

Arithmeticæ u) institutionibus, intelligere possumus. γων τῆς ἀριθμητικῆς συντάξεως, νοεῖν δυνησόμεθα.

u) Eusebius p. 217. Καὶ ἀριθμητικὰς ἃ καταλέλοιπεν ὁ αὐτὸς ἐν ὅλοις δέκα συγγράμμασιν εἰσαγωγάς. Fragmenta ex hoc Anatolii opere supersunt in Theologumenis Arithmeticæ, Græce editis Paris. 1543. 4.

## MARIANI VICTORII.

*Et ex decem libris Arithmetica institutionis intelligere possumus.* Sic emendata exemplaria, sic etiam Sophronius habet. Antea tamen legebatur; & decem libris de Arithmeticæ institutionibus intelligere possumus.

## NOTÆ HENRICI GRAVII.

*Anatolius Alexandrinus.*) Eusebius lib. 7. c. 32. & in Chronicis: anno 1. Probi: *Anatolius Laodicenus Episcopus, Philosophorum disciplinis eruditus plurimo sermone celebratur.*

*Laodiceæ Syriæ Episcopus.*) Sic Hieronym. ad Magnum: *Anatolii quoque Laodicenæ Ecclesiæ Sacerdotis.*

*De eo volumine quod super Pascha composuit.*) Ex eo Eusebius citat nonnulla & Beda de natura rerum lib. 1. c. 14. & 35. & in Epistola ad Vichredam presbyterum.

## AUBERTI MIRÆI.

*S. Anatolii* Canonem Paschalem Ægidius Bucherius ex veteri Codice MS. primus, cum Victorii Aquitani Canone, typis Plantinianis 1633. edidit, & erudito commentario illustravit. Floruit Probi Imp. anno secundo (qui est 277. vulgaris Christi epochæ) ut Eusebius in Chronico tradit. Idem lib. 7. Hist. Eccles. cap. 26. Anatolium multis laudibus extollit; ut & Nicephorus lib. 6. cap. 36. Hieronymus in Epistola 84. ad Magnum Oratorem, Beda variis locis, & alii.

## ERNESTI SALOMONIS CYPRIANI.

*Dialectica.* Physicam addit Eusebius libro VII. capite XXXII.

*De volumine, quod super pascha composuit.* Liber, aut potius, libri dicti sunt *canones de Pascha.*

*De Arithmetica institutionibus.* Ἀριθμητικὰς εἰσαγωγὰς vocat Eusebius, additque, non admodum multa ingenii sui monumenta reliquisse Anatolium. Unde oscitanter quidem Eusebii locum in illo capite vertit Valesius, dum Anatolium præter libros de Pascha & arithmetica multos alios libros edidisse ait, cum tamen id paulo ante diserte neget, in posteriore autem loco non affirmet Eusebius. Καταλέλοιπε καὶ ἄλλα δόγματα τῆς θείας τῶν ἱερῶν γραφῶν παιδείας τε αὐτοῦ καὶ πολυπραγμοσύνης. Hoc vertit Valesius: *Multa quoque alia sua in sacris literis diligentia atque doctrina monumenta nobis reliquit.*

# CAPUT LXXIV.

VICTORINUS, Petavionensis x) Episcopus, non æque Latine ut Græce noverat. Unde opera ejus grandia tensibus, viliora videntur compositione verborum. Sunt autem hæc: Commentarii in Genesim, in Exodum, in Leviticum, in Esaiam, in Hezechiel, in Abacuc, y) in Ecclesiasten, in Cantica Canticorum, in Apocalypsim Joannis,

Βικτωρῖνος Πιταβίωνος ἐπίσκοπος, οὐκ ὁμοίως Ῥωμαϊστὶ, ὡς Ἑλληνιστὶ πέπαικε, διὸ τὰ ἔργα αὐτοῦ πάνυ μεγάλα ὄντα τοῖς νοήμασιν, δοκεῖ εἶναι ἰσπλῆ διὰ τὴν τῶν λόγων σύνθεσιν. Ἔστι δὲ τούτου ὑπομνήματα εἰς τὴν Γένεσιν, εἰς τὴν Ἔξοδον, εἰς Λευϊτικὸν, εἰς Ἡσαΐαν, εἰς Ἰεζεκιὴλ, εἰς Ἀβακοὺμ, εἰς Ἐκκλησιαστὴν, εἰς ᾆσμα τῶν ᾀσμάτων, εἰς ἀποκάλυψιν Ἰωάννου, καὶ πασῶν



x) Victorinum hunc, quem in Diocletiani persecutione subiisse Martyrium traditur in Martyrologio Rom. 2. Nov. non Pictaviensem in Aquitania secunda, sed Petavionensem seu Petabionensem in superiore Pannonia fuisse Episcopum, atque ita constanter legi in Codicibus MSS. & longe plurimis editionibus Hieronymi tum hoc loco tum supra cap. 18. tum Epistola contra Vigilantium & libro contra Helvidium & in Ezech. XXXVI. demonstravit Jo. Launojus in diss. de Victorino Paris. 1653. 8.

y) Ex hisce Victorini commentariis vix quicquam hodie ætatem tulit præter δοναρασμάτων *de fabrica Mundi* quod ex ejus Commentariis in Genesin videtur repetitum esse & ex MS. Codice Lambethano vulgavit præstantissimus Vir Guil. Cave. Certe commentarius *in Apocalypsim* qui sub Victorini fertur nomine, oppugnat Chiliasmum, quem a Victorino propugnatum diserte Hieronymus supra cap. 18. testatur. Fieri tamen potest ut partim Victorini sit, partim alterius, nempe interpolatoris, judice Launojo p. 50. qui notat jure merito etiam dubitari num Hieronymum auctorem habeat quæ Commentario illi præfigitur ad Anatolium Præfatio.

adverſum omnes hæreſes, 2) & multa alia. Ad extremum martyrio coronatus eſt. a)

τῶν αἱρέσεων, καὶ ἕτερα πάμπολλα. Ἐπὶ τελευταίων μαρτυρήσας ἐτέφθη.

2) Hoc opus reſpicit S. Optatus Victorinum laudans lib. 1. *Marcion, Praxeas, Sabellius, Valentinus & cæteri temporibus ſuis a Victorino Petavionenſi, a Zephyrino Urbico, & Tertulliano Carthaginienſi usque ad Cataphrygas, & ab aliis aſſertoribus Eccleſiæ Catholicæ ſuperati ſunt.*

a) Ergo A. 392. cum hæc S. Hieronymus ſcriberet, Victorinus martyrium jam ſubierat.

## ERASMI SCHOLION.

*Viliora videntur.*) Vides lector eloquentia commendari præclaras ſententias, & obſcurari ſermonis vitiis.

## MARIANI VICTORII.

*Victorinus, Pictavienſis epiſcopus.* Olim, Pitabionenſis. Pictavienſis in libro contra Helvidium nuncupatur: & ita habet major exemplarium pars. Alibi in Hieronymo Pictavionenſis legitur, in Epiſtola ſc. quæ eſt contra Vigilantium.

## NOTÆ HENRICI GRAVII.

*Unde opera ejus grandia ſenſibus, viliora videntur compoſitione verborum.*) Hieron. Epiſt. ad Magnum: *Victorino Martyri in libris ſuis licet deſit eruditio, tamen non deeſt eruditionis voluntas.* In Epiſt. *Schedulæ: nec diſertiores ſumus Hilario, nec fideliores Victorino.*

*Et Pammachio.*) Epiſt. *& veſtris: Et martyrem Victorinum, qui ſimplicitatem ſententiæ in eo probat, dum nulli molitur inſidias.* Meminit hujus & ad Vigilantium in Epiſtola *Juſtum*: & alibi.

*In Eſaiam.*) Hieron. in præfatione in Eſaiam ad Euſtochium. *Martyr Victorinus, qui cum Apoſtolo dicere poterat: etſi imperitus ſermone, non tamen ſcientia: ſcripſit in Eſaiam juxta editiones 4. usque ad viſionem quadrupedum in deſerto.*

*In Apocalypſim Joannis.*) Hujus Hieronymus dicitur interpres, hodieque extat.

## AUBERTI MIRÆI.

*S. Victorinus.*) Epiſcopus Pictavienſis (ut diſerte ab Hieronymo in libro contra Heluidium nuncupatur) coronatus eſt martyrio ſub annum Chriſti 303. Diocletiano imperante. Exſtat nomine Victorini commentarius in Apocalypſim: ſed Bellarminus in Catalogo merito dubitat, an is ſit Victorini opus. Scribit enim Hieronymus in Epiſtola commentario Victorini in Apocalypſim præfixa, Victorinum in iſto ſuo commentario ſecutum eſſe errorem Chiliaſtarum aut Millenariorum: quod etiam ſcripſit ſupra cap. 18. ubi de Papia agit. Qua quidem de cauſa & Gelaſius I. Papa Victorini opera inter apocrypha numeravit. At Commentarius, qui Victorini nomine nunc circumfertur, non ſolum iſto errore caret, ſed contra hunc errorem etiam pugnat. Millenariorum porro ſententia, usque ad tempora Damaſi Papæ, absque jactura fidei, vel communionis diviſione, libere ferebatur, nec crimini data eſt Papiæ, Juſtino martyri, vel aliis, quo minus inter ſanctos & Eccleſiaſticos viros adſcriberentur. At vero, ea damnata ſententia, etiam illi faventes ſcriptiones jure proſcriptæ videntur: ut Baronius in Notis ad Roman. Martyrol. 2. Nov. loquitur.

## ERNESTI SALOM. CYPRIANI Annotatio.

*Pitabionenſis.* Ita recte legunt Eraſmi Codices, quamvis plusculi *Pictavienſem* faciant Epiſcopum. Scilicet Joannes Fillæus cantor & officialis Pictavienſis, circa annum CIↃ IↃCXXIII. Calendario Victorinum Epiſcopum & martyrem Pictavienſem inſeruit, quod Joannes Belus, regius in Galliis advocatus, Pictavienſium Epiſcoporum ſeriem contexens Victorinum noſtrum primo loco collocaſſet. Hoc avide arreptum eſt a Pictavienſi Epiſcopo, qui Victorini noſtri natalem duplicis feſti ritu voluit celebrari, & Pictonicas litanias compoſuit, in quibus Victorinus martyr & Pictavorum Epiſcopus invocandus proponitur. Verum fefellit bonos viros librariorum incuria, qui cum in Optato Milevitano, Hieronymo aliisque nonnullis cernerent, Victorinum Petavionenſem, vel, Pitabionenſem vocari, nec ſcirent tamen urbem, a qua ita vocari poſſet; Pictavienſem appellarunt, quaſi is Pictavienſis in Aquitania II. Epiſcopus fuerit, quum eſſet Petabionenſis in Pannonia ſuperiori. Itaque vir cordatus & de Eccleſiaſtica hiſtoria præclare meritus, Joannes de Launoy, Theologus Pariſienſis, hanc fabulam confutandam exiſtimavit edita de Victorino Epiſcopo & martyre diſputatione, Pariſiis CIↃ IↃCLIII. Quæ is produxit argumenta, ſingula huc non ſpectant, cum nobis de hoc loco ſermo tantum ſuſceptus ſit. Scripſiſſe autem heic Hieronymum: *Pitabionenſis*, non, *Pictavienſis*, confirmat Launojus editione Romana anni MCDLXIIX. & MCDLXX. Moguntinenſi ejusdem anni MCDLXX. Baſilienſi anni MDXVI. MDXXIV. MDXXVI. MDLIII. MDLXV. & Lugdunenſi, quæ anno MDXXX. prodiit. Probat porro ex manuſcriptis Codicibus multis, uno monaſterii ſancti Germa-

ni,

ni, ſecundo ſancti Victoris, tertio Bibliothecæ regiæ, quarto Puteanæ, quinto monaſterii Mariæ de Longoponte, ſexto monaſterii Mariæ de Valle, & denique duobus Bibliothecæ Thuanæ. Victorius & Miræus *Pictavienſis* habent, quod merito rejicitur, quandoquidem doctiores omnes, argumentorum pondere moti, in Launoii ſententiam concedunt, exiſtimantes, Hieronymum nunquam cogitaſſe de Victorino quodam Pictavienſi.

*In Apocalypſin.* Hanc Chiliaſtarum more interpretatus eſt, quum fuerit Chiliaſta, qui crebris ſuis expoſitionibus Judaicas fabulas inſtillaret, ut loquitur de eo Hieronymus in Ezechielis caput XXXVI.

# CAPUT LXXV.

PAMPHILUS presbyter, Euſebii Cæſarienſis Epiſcopi neceſſarius, b) tanto Bibliothecæ divinæ amore flagravit, c) ut maximam partem Origenis voluminum ſua manu deſcripſerit, d) quæ usque hodie in Cæſarienſi Bibliotheca habentur. Sed & in duodecim Prophetas viginti quinque ἐξηγήσεων Origenis volumina, e) manu ejus exarata repperi, quæ tanto amplector & ſervo gaudio, ut Græci opes habere me credam. Si enim lætitia eſt, unam Epiſtolam habere martyris, quanto magis tot millia verſuum, quæ mihi videtur ſui ſanguinis ſignaſſe veſtigiis. f) Scripſit, g) antequam Euſebius Cæſarienſis ſcriberet, Apologeticum pro Origene, & paſſus eſt Cæſareæ Palæſtinæ ſub perſecutione Maximini. h)

Παμφίλος πρεσβύτερος, Εὐσεβίου Καισαρείας ἐπισκόπου ἀναγκαῖος φίλος, ὕτω κατεσχέθη φίλτρῳ τῆς θείας βιβλιοθήκης, ὡς πολὺν μέγιστον μέρος τῶν Ὠριγένους συνταγμάτων ἰδίᾳ χειρὶ καταγεγράψαι, ἅπερ ἄχρι τοῦ παρόντος ἐν τῇ Καισαρείας βιβλιοθήκῃ τυγχάνει, καὶ εἰς τοὺς δώδεκα Προφήτας πέντε καὶ εἴκοσιν ἐξηγήσεων Ὠριγένους τεύχη, τῇ χειρὶ αὐτοῦ εὗρον γεγραμμένα ἅτινα πολλῇ περιπλοκῇ καὶ φυλάττω χαρᾷ, ὡς τὸν κρείσσονα πλοῦτον ἔχειν με πιστεύων. Εἰ δὲ μεγίστης ἐστὶ χαρμοσύνης μίαν ἐπιστολὴν μάρτυρος ἔχειν, πόσῳ μᾶλλον πολλὰς χιλιάδας στίχων, δι' ὧν ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, τὸ ἴχνη τοῦ οἰκείου καταλέλοιπε παθους; Ἔγραψε δὲ πρὸ τοῦ Εὐσέβιον συγγράψαι ἀπολογητικὸν ὑπὲρ Ὠριγένους, καὶ ἔπαθεν ἐν Καισαρείᾳ τῆς Παλαιστίνης ἐν τῷ Μαξιμίνου διωγμῷ.

b) Ab hoc amico ſuo Εὐσέβιος ὁ Παμφίλου. Vide infra c. 81.

c) De ſtudio S. Pamphili Martyris in Bibliotheca Cæſareæ inſtruenda confer ſi placet quæ ad cap. 81. & 113. Sed Bibliotheca divina eſt Scriptura Sacra, ut c. 81.

d) Non Origenis tantum ſed & aliorum quoque inſignium ſcriptorum monumenta, libros præcipue ſacros manu ſua vel deſcripſit vel emendavit S. Pamphilus. In Bibl. Coisliniana etiamnum exſtat apographum Codicis Epiſtolarum S. Pauli ex Codice Bibl. Cæſarienſis ſcriptarum manu S. Pamphili. Vide Catalogum MSS. concinnatum a Clariſſ. Montfaucono p. 261.

e) Hi tomi XXV. in XII. Prophetas quos reperiſſe ſe etiam teſtatur Euſebius VI. 36. Hiſt. hodie inter Origenis opera non habentur.

f) Ita Codex Gemblacenſis, quæ lectio mihi magis arridet quam altera: *per quæ mihi videtur ſui ſanguinis ſignaſſe veſtigia.*

g) Poſtea Origeni infenſior hoc retractavit Hieronymus, & a Rufino deceptum ſe conqueſtus, Apologetici Origenis ſcriptorem Pamphilum eſſe pernegavit. Epiſt. 61. & utroque libro contra Rufin. Sed in prioribus quinque Apologiæ pro Origene libris utique non ſolum Euſebium ſed una cum Pamphilo (ut Socrates III. 7. tradit) elaboraſſe, ſextum autem poſt Pamphili demum martyrium ſubjunxiſſe, Photio Cod. 118. aſſentior. Exſtat illius Apologetici liber tantum primus ex Rufini verſione ſæpius editus & inter Origenis & inter Hieronymi opera. Ex cæteris pauca apud Photium fragmenta. Vide quæ de Pamphilo Tillemontius T. V. p. 421. 750. ſeq. T. XII. p. 205. ſeq & T. VII. p. 40.

h) Factum hoc A. 309. 15. Febr. ut fuſius narravit Euſebius libro tertio de vita S. Pamphili ex quo apoſpaſmation ex Codice Mediceo protulit Papebrochius in Actis Sanctor. T. 1. Junii pag. 64. ſeq. quod nuper Græce & Lat. recudendum dedi in ſpicilegio Patrum tertii ſæculi, una cum Pamphili Martyris argumentis Capitum libri Actorum Apoſtolicorum, in tomo II. Opuſculorum S. Hippolyti Hamb. 1718. fol. Vitam Pamphili ſcripſiſſe ſe peculiari opera teſtatur Euſebius VII. 32. p. 288. ſeq. ubi virum illum θαυμασιώτατον appellat.

## ERASMI SCHOLIA.

*Viginti quinque.*) Quidam ex conjectura aſſcripſerant, ζητήσεων, id eſt, quæſtionum, cum in vetuſtiſſimis exemplaribus, & item in prima editione Maguntinenſi, literis incorruptis habeatur, ἐξηγήσεων, id eſt, enarrationum, ſuffragante & Sophronio.

*Ut Græſi opes.*) Nunc ſanctorum ſtrophiola, & calceos oſtentamus, idque magis ad quæſtum, quam ad pietatem, tot libros a martyribus conſcriptos paſſi ſumus intercidere, cum nullæ ſint ſacratiores reliquiæ.

## MARIANI VICTORII.

*Viginti quinque ἐξηγήσεων.* Id eſt, expoſitionum, enarrationum.

*Quanto magis tot millia verſuum, per quæ mihi videtur ſui ſanguinis ſignaſſe veſtigia.* Aliter, quæ mihi videtur ſui ſanguinis ſignaſſe veſtigiis. Sophronius autem; per quæ ut mihi videtur ſuæ paſſionis reliquit veſtigia.

*Apologeticum pro Origene.*. Se a Rufino deceptum hoc ſcripſiſſe, in ſecundo Apologiæ contra eum libro teſtatur. Primum enim Euſebii pro Origene volumen Pamphilo a Rufino adſcriptum fuerat.

## HENRICI GRAVII.

*Euſebii Epiſcopi Cæſarienſis neceſſarius.*) Ipſe vitam Pamphili tribus ferme voluminibus exaravit, ut ſcribit Hieronymus Marcellæ in Epiſt. cujus initium: *Beatus*: & lib. 1. Apologiæ in Rufinum & Euſebius lib. 6. cap. 32.

*Scripſit antequam Euſebius ſcriberet, Apologeticum pro Origene.*) Sic aliquando Hieronymo perſuaſum: retractat autem in Epiſtola: *Schedula.* & 1. lib. Apologiæ in Rufinum: *Quia ex ſententia Euſebii diſcimus Pamphilum proprii operis omnino nihil ſcripſiſſe, exceptis Epiſtolis, quas ad amicos forte mittebat, in tantum ſe humilitate dejecerat. Veterum autem tractatus ſcriptorum legebat ſtudioſiſſime, & in eorum meditatione jugiter verſabatur.* Et lib. 2. *inter cæteros tractatus poſui & hunc librum a Pamphilo editum, ita putavi eſſe, ut ate & tuis diſcipulis fuerat divulgatum.* Idem in Epiſtola: *Lectis literis.* Meminit autem Apologiæ & Socrates in hiſtor. Eccleſiaſt. lib. 3. cap. 7.

*Paſſus eſt Cæſaræ Palæſtinæ ſub perſecutione Maximini.*) Euſeb. li. 8. Eccleſ. hiſtor.

## AUBERTI MIRÆI.

*S. Pamphilus.*) Cæſarienſis presbyter & martyr, Euſebio Cæſarienſi Epiſcopo & Hiſtoriographo contubernalis ac perfamiliaris (a quo & cognomentum hic accepit) tabulis Martyrologii Romani, veteris & novi, 1. Junii, & Græcorum Menologio Nonis Novembris adſcriptus legitur. De ejus laudibus Hieronymus Epiſt. 65. ad Pammachium, contra Ruffinum, Epiſt. 84. ad Magnum Oratorem, & epiſt. 191. ad Marcellam, deque ejusdem Bibliotheca variis locis multa narrat: ut Euſebius hiſt. l. 8. c. 17. & alii.

## ERNESTI SALOMONIS CYPRIANI.

*Scripſit apologeticum pro Origene.* Quia Gravio notatum eſt, Hieronymum ipſummet fateri, quod apologiam hanc, ab Euſebio adornatam, Pamphilo adſcribens erraverit; nolo hæc fuſius perſequi. Nam haud ſcio, an quiſquam ignoret, poſt decem annos ab illo tempore, quo Catalogum edidit Hieronymus, lites de hac apologia exortas eſſe inter Hieronymum & Ruffinum, cum Hieronymus affirmaret, apologiam Pamphilo ab Euſebio ſuppoſitam eſſe. Nec dubium eſſe poteſt legentibus Hieronymi adverſus Ruffinum Apologiam, quin Euſebius fraudem illam commiſerit, ac Pamphilum, graviſſimum in orbe Chriſtino martyrem, Apologiam in carcere pro Origene elaboraſſe dixerit, ut liberius ſerperent dogmata Origenis. Nihilominus Petrus Halloix libro IV. Origenis defenſi, quæſtione I. non eſt veritus aſſeverare, Apologiam vere Pamphili nomen præferre, ſumma imis meſcens, ut hoc obtineat. Doctiſſime autem refutatus eſt ab Henrico de Noris, qui Eccleſiæ Romanæ hodie præſtantiſſimus Cardinalis eſt, capite XIII. diſſertationis hiſtoricæ de Synodo V.

# CAPUT LXXVI.

PIERIUS, Alexandrinæ Eccleſiæ presbyter, i) ſub Caro & Diocletiano Principibus, eo tempore quo eam Eccleſiam Theonas Epiſcopus regebat, k) florentiſſime docuit populos, l) & in tantam ſermonis diverſorum-

Πιέριος τῆς κατ' Ἀλεξάνδρειαν ἐκκλησίας πρεσβύτερος, ἐπὶ Κάρου καὶ Διοκλητιανοῦ βασιλέων, ἐν οἷσπερ τὸν καιρὸν, ἐν ᾧ τὴν αὐτὴν ἐκκλησίαν Θεωνᾶς ἐπίσκοπος ἐκυβέρνα, ἀνθηρῶς τὸν λαὸν ἐδίδαξε, καὶ εἰς πλεῖστον τῶν τε λόγων

i) Euſebius VII. 32. p. 289. ἐν ᾗ τοῖς μάλιστα καθ' ἡμᾶς ἀναστράφεις γενομένης ἔσῳθη τῶν μᾶλλον ἐν Ἀλεξανδρείᾳ πρεσβυτέρων Πιέριος.

k) Carus præfuit Imperio A. 282. 283. Diocletianus ab A. 284. ad 305. Theonas qui A. 265. Dionyſio in Epiſcopatu Alexandrino ſucceſſit, defunctus eſt A. 300.

l) Euſebius de Pierio: Ταῖς μὲν τὰ θεῖα θεωρίαις καὶ ἐξηγήσεσι, καὶ ταῖς ἐπὶ τῷ λόγῳ τῆς ἐκκλησίας διαλέξεσι διατρυφῶν ἐξησκημένῳ. Poſt Dionyſium Scholæ Catecheticæ Alexan-

Digitized by Google

que tractatuum, m) qui usque hodie exstant, venit elegantiam, ut Origenes junior vocaretur. Constat hunc miræ ἀσκήσεως, & appetitorem voluntariæ pauperatis, n) scientissimumque Dialecticæ & Rhetoricæ artis, & post persecutionem omne vitæ suæ tempus Romæ fuisse versatum. Hujus est longissimus tractatus de propheta Osee, o) quem in vigilia Paschæ habitum, ipse sermo demonstrat.

λόγων καὶ διαφόρων ὁμιλιῶν, τῶν ἄχρι τήμερον τυγχανόντων, ἦλθεν εὐφυΐαν ὡς τὰ αὐτὰ νέον κληθῆναι Ὠριγένην. Ὡμολόγηται δὲ τὸν τῆς τε ἀσκήσεως καὶ ἐκτόπου πλουτείας γενέσθαι ἔρωτα, ἔμπειρον ὄντα διαλεκτικῆς καὶ ῥητορικῆς ἐπιστήμης, καὶ ἐπὶ τέλει τῶν διωγμῶν, σχεδὸν τὸν βίον ἐν τῇ Ῥώμῃ διατετελεκέναι. Ἔστι τούτου μακροτάτη ὁμιλία εἰς τὸν Ὡσηὲ Προφήτην, ἣν ἔνια τῇ παννυχίδι τῇ πάσχα ἁρμόζειν πρὸς τὴν ἀνάγνωσιν, αὐτὸς ὁ λόγος δηλοῖ.

Alexandrinæ præfectum fuisse Pierium tradit Philippus Sidetes in fragmento quod ad calcem diss. in Irenæum publicavit H. Dodwellus. Et Photius Cod. 119. Παρέδωκε δὲ τοῦ μάρτυρος ὑφηγητὴν φασὶ τῶν ἐκκλησιαστικῶν γενέσθαι μαθημάτων, καὶ κατ' Ἀλεξάνδρειαν ἡγήσασθαι παιδευτηρίου.

m) Ex his fuere duodecim libri Pierii de quibus Photius Cod. 119. Palladius in Lausiaca c. 12. narrat Ammonium plura potuisse memoriter recitare ex scriptis Origenis, Didymi, Stephani ac Pierii.

n) Euseb. ἀλλ' ὁ μὲν ἄχρις ἀκτήμονι βίῳ καὶ μαθήμασι φιλοσόφοις δεδοκίμασται.

o) De hoc vide notas H. Gravii. Jam diu autem est cum & ista in Hoseam & cæteræ lucubrationes Pierii omnes interciderunt.

## ERASMI SCHOLIA.

*Miræ ἀσκήσεως.)* Id est, studii, sive exercitationis.

*In vigilia paschæ.)* In pervigilio legendum, tum ex vetustissimis exemplaribus, tum ex interpretatione Sophronii, qui vertit παννυχίδι.

## MARIANI VICTORII NOTÆ.

*Constat hunc miræ ἀσκήσεως.* Excercitationis.

*De Prophetâ Osee, quem in pervigilio Paschæ habitum ipse sermo demonstrat.* Aliter: De Prophetia Osee, quem in vigilia Paschæ, &c. Sophronius cum vulgata, quam nos etiam sequimur, editione consentit.

## HENRICI GRAVII.

*Pierius Alexandrinæ Ecclesiæ presbyter.)* In Chronicis: *anno 6. Probi Alexandrinæ ecclesiæ XI. episcopus præfuit Theonas*, V. lib. 7. c. ultimo.

*Quem in vigilia Paschæ.)* Ita habent vetusti Codices, & ita scribit S. Hieronymus in præfat. Osee. *Pierii legi tractatum longissimum, quem in exordio hujus prophetæ die vigiliarum Dominicæ passionis extemporali & diserto sermone profudit.* In Epist. *Multa:* contra Vigilantium: *& in vigiliis Paschæ tale quid fieri plerumque convincitur.* In Matth. 25. *Traditio Judæorum est, Christum media nocte venturum, unde veor & traditionem Apostolicam permansisse, ut in die vigiliarum Paschæ ante noctis dimidium populos dimittere non liceat expectantes adventum Christi, & post quam illud tempus transierit, securitate præsumpta festum cunctis agentibus diem.* Adamantii autem & Pierii exemplaria citat Hieron. in Matth. c. 24.

## AUBERTI MIRÆI SCHOLIA.

*Hujus S. Pierii* in Martyrologio novo Romano 4. Novembris fit mentio: in veteri vocatur Hierius.

## ERNESTI SALOMONIS CYPRIANI.

*Diversorumque tractatuum.* In his fuit amplissimus commentarius in I. ad Corinthios epistolam, e quo Hieronymus ad Pauli verba: *volo autem omnes esse sicut me ipsum*, hoc fragmentum recitat: ταῦτα λέγων ὁ Παῦλος ἀντικρὺς ἀγαμίαν κηρύσσει. *Ep. ad Pamm. pro lib. suis.*

# CAPUT LXXVII.

LUCIANUS, vir disertissimus, p) Antiochenæ Ecclesiæ presbyter,* tantum in Scripturarum studio laboravit, ut usque nunc

Λουκιανὸς ἀνὴρ ἀλλαγιμώτατος, τῆς καθ' Ἀντιόχειαν ἐκκλησίας πρεσβύτερος γενόμενος ἐν τῇ ἀσκήσει τῶν γραφῶν κέκμηκεν, ὡς τι ἄχρι τοῦ



p) Eusebius ubi hujus Luciani Apologiam pro fide, præsente ipso Imperatore dictam Nicomediæ, memorat VIII. 13. Lucianum vocat τὸν πάντα βίον ἄριστον & IX. 6. βίῳ τε ἐγκρατεῖ, καὶ πᾶσι ἱεροῖς μαθήμασι συγκεκροτημένον. Sozomenus III. 5. τά τε ἄλλα εὐδοκιμώτατον, καὶ τὰς ἱερὰς γραφὰς εἰς ἄκρον ἠσκηκότα. Illam Luciani Apologiam Latine refert Rufinus ex Actis fortasse Martyrii ejus excerptam.

* Episcopum Nicomediensem vocat Honorius, quod vetustiores ignorant.

quædam exemplaria Scripturarum Lucianea q) nuncupentur. Feruntur ejus de Fide libelli, r) & breves ad nonnullos Epistolæ. s) Passus est Nicomediæ t) ob confessionem Christi, sub persecutione Maximini, sepultusque Helenopoli Bithyniæ.

τῶ παρόντ☉ πνὰ τῶν ἀντιγεάφων κληθῆναι Λυκιάνεια. Φέρονται αὐτοῦ πεὶ πίστεως λόγοι, κὴ βεκχύταται πρός τινας Ἐπιστολαί. Ἀπέθανεν ἐν Νικομηδείᾳ ὑπὲρ τῆς Χριστῦ ἐξομολογήσεως, ἐν τῷ διωγμῷ Μαξιμίνου, κὴ ἐτάφη ἐν Ἑλενοπόλει τῆς Βιθυνίας.

q) De studio Luciani in emendanda LXX. Interpretum versione Simeon metaphrastes & ex eo Suidas in Λυκιανὸς & νοθεύειν. οὕτ☉ τὰς ἱερὰς βίβλους ἰδὼν πολὺ τὸ νόθον ἐκδεξαμένας τῦ τε χρόνῦ λυμηναμένῦ πολλὰ τ' ἐν αὐταῖς κὴ τῆς συνεχοῦς ἀφ' ἑτέρων εἰς ἕτερα μεταθέσεως, καί μιντοι καὶ τινων ἀνθρώπων πονηροτάτων ὑπὸ τῦ Ἑλληνισμῦ πεοσηκέσαν, παρεσπείρατ' ἐν αὐταῖς νῦν πεφερομένοις κὴ πολὺ τὸ ψεῦδηλον ἐν αὐτοῖς ἀπεφαίνετον, αὐτὸς ἀπάσας ἀναλαβὼν ἐκ τῆς ἑβραϊδ☉ ἀνενεώσατο γλώττης, ἣν κὴ αὐτὴν ἠκριβωκὼς εἰς τὰ μάλιστα ἦν πόνον τῇ ἐπανορθώσει πλεῖστον ἐπιτετηκάμεν☉. Per totam Asiam minorem a Constantinopoli usque ad Antiochiam Luciani Martyris exemplaribus usos olim Christianos, testatur Hieronymus præf. in Paralipom. & lib. 2. in Rufin. Librum Jobi in Codice MS. Alexandrino, quem servant Angli, ex Luciani recensione etiamnum superesse contendit Jo. Ernestus Grabe prolegom. ad Tomum III. edit. LXX. Interpretum cap. 1. §. 7. seq.

r) Brevis ἐκθεσις fidei apud Athanasium de Synodis T. 1. p. 891. Socratem II. 10. & zom. III. 5. Confer Schelstratenum ad Concil. Antiochen. p. 111. seq.

s) Ex Epistola Luciani ad Antiochenses hæc verba affert auctor Chronici Alex. pag. 648. ἀπαζεται ὑμᾶς χόρ☉ ἁπᾶς ὁμῦ μαρτύρων. συναγγελίζομαι ὑμᾶς ὡς ἄνθρωπ☉ ὁ πάντας τῷ τῦ μαρτυρίου δρόμῳ ἐπλεονώθη.

t) A. 311. Vide Combefisium ad S. Maximi opera T. 2. p. 718. Acta Sanctor. 7. Januar. p. 357. seq. Tillemontium T. IV. memor. &c.

## ERASMI SCHOLIA.

*Luciana nuncupentur.*) Lucianea legendum, λυκιάνεια.

*Sub persecutione Maximi.*) Maximini legendum ex Sophronio, & vetustissimo codice Latino.

## NOTÆ HENRICI GRAVII.

*Lucianus.*) Eusebius lib. 8. cap. 13. & lib. 9. cap. 6.

*Ut usque nunc quædam exemplaria scripturarum Luciana nuncupentur.*) Hieron. in præfat. Paralipom. *Si LXX. Constantinopolis usque Antiochiam Luciani Martyris exemplaria probat.* Meminit in Epist. *Christiani*: ad Pammach.

*Passus est Nicomediæ.*) Eusebius lib. 9. cap. 6.

*Sepultusque Helenopoli Bithyniæ.*) Hieronymus in Chronicis: *Drepanam Bithyniæ civitatem in honorem Martyris Luciani ibi conditi Constantinus instaurans ex vocabulo matris suæ Helenopolim apellavit. anno 21. Constantini.*

## AUBERTI MIRÆI SCHOLIA.

*S. Lucianus.*) Antiochenus presbyter & martyr Nicomediensis, in Rom. Martyrologio, veteri & novo 7. Januarii celebratur. Eusebius hist. lib. 9. c. 5. & hic Hieronymus dicunt, ipsum sub Maximino passum fuisse: cui, utpote illius ætatis scriptori, potius credendum existimo, quam Suidæ aut Metaphrastæ, qui ad Maximiani tempora martyrium ejus referunt. Illius nomine nuncupata est versio Scripturæ sacræ, quam Græci Communem seu Vulgatam dixerunt, eaque Orientalis, inter Constantinopolim & Antiochiam habitantes, sunt usi. Baronius, in Notis ad Martyrol. Rom. 7. Januarii, reliqua dicet. Alius ab isto fuit *Lucianus* Hierosolymitanus presbyter, a Gennadio cap. 46. laudandus.

## ERNESTI SALOMONIS CYPRIANI Annotatio.

*Antiochena Ecclesia presbyter.* Post has voces addit Guelpherbytanus Codex: *Postmodum Nicomediæ pro Episcopo.* Sequitur deinde, ut retinuimus: *Tantum in scripturarum studio laboravit.* Sed falsum est, Lucianum Nicomediæ ornandis scripturæ editionibus operam navasse. Hoc dicunt veteres, eum Nicomediam delatum, præsente imperatore, Apologeticam habuisse orationem, quam martyrium secutum sit. *Vide Eus. L. VIII. c. 13.*

*Ut usque nunc quædam exemplaria scripturarum Lucianea nuncupentur.* Labor viri, in quo positus fuerit, Suidas *in voc. Lucianus*, docet: *Cum animadvertisset sacros libros multa adulterina recepisse, quod ipsum tempus in ipsis multa depravasset, & propter continuam ab aliis ad alia translationem; Quin etiam cum improbissimi quidam homines multa adulterina in eos introduxissent, ipse omnes assumtos ex Hebraica lingua restituit in integrum.*

Sub

*Sub perſecutione Maximini.* Codex noſter, Suidas & Baronius eum ſub Maximiano paſſum volunt. Sed Euſebius libro IX. capite VI. & Hieronymus hoc loco *Maximinum* ponunt, quorum potior ratio habenda eſt.

# CAPUT LXXVIII.

PHILEAS de urbe Ægypti, quæ vocatur Thumis, u) nobili genere, & non parvis opibus, ſuſcepto Epiſcopatu, elegantiſſimum librum de Martyrum laude x) compoſuit: & diſputatione actorum habita adverſum Judicem, qui eum ſacrificare cogebat, pro Chriſto capite truncatur; eodem in Ægypto perſecutionis auctore, y) quo Lucianus Nicomediæ.

Φιλέας ὁ ἀπὸ πόλεως Θμούεως τῆς Αἰγύπτου, ἀφ' ἐαυτῆς τῷ γένει, καὶ ἀ μικρᾶς οὐσίας, ἐπισκοπὴν δεξάμενος, εὐφυέστατον λόγον περὶ τῶν ἐπαίνων τῶν μαρτύρων συνεγράψατο, καὶ διάλογον τῆς γενομένης πρὸς αὐτὸν ἀπὸ τοῦ ἄρχοντος καταναγκάζοντος αὐτὸν ἀπὸ τοῦ θύειν. οὗτος ὕστερον τοῦ χρόνου ἀποτμηθεὶς, διωγμοῦ ἐν τῇ Αἰγύπτῳ ὄντος, κακούργου ἀνθεστῶτος καὶ ἀπὸ Λουκιανοῦ ἐν Νικομηδείᾳ.

u) Hodie Damiata. vide Jac. Golium ad Alfraganum p. 292. Ejusdem urbis mentio infra c. 99.

x) Euſeb. VIII. 9. Φιλέας τε τῆς Θμοϊτῶν ἐκκλησίας Ἐπίσκοπος, ἀμφὶ πρεσβείας ἀνὴρ ταῖς κατὰ τὴν πατρίδα πολιτείας τε καὶ λειτουργίαις ἔν τε τοῖς κατὰ φιλοσοφίαν λόγοις.

y) Hæc eſt Epiſtola Phileæ ad Thmuitas ex qua amplum & inſigne fragmentum ſervavit Euſebius VIII. 10.

y) Maximino A. 311. Confer Acta Sanctor. 4. Febr. T. I. p. 459. ſeq.

## ERASMI SCHOLION.

*Ægypti quæ vocatur.*) Nomen urbis, quoniam varie depravatum erat in Exemplaribus, dicitur Thmuis, Θμοῦις, cujus meminit & alibi ſæpe Hieronymus & Stephanus.

## ERNESTI SALOM. CYPRIANI.

*Phileas, de urbe Ægypti, quæ vocatur Thmuis.* Noſter Codex: *Quæ vocatur Thebais.* Hinc incertum puto, an Thmuitana urbe natus ſit. Certum eſt, Thmuitarum Eccleſiæ Epiſcopum fuiſſe, ex Euſebii libro VIII. capite IX. Porro Valeſius putat, Phileam extra dubium in Thebaide paſſum eſſe; quod ſi verum eſt, Guelpherbitani Codicis lectio omnibus præferenda erit. Nam Euſebius ait, Phileam ac martyrii ſocios ab innumeris cognatis atque amicis rogatos eſſe, haberent rationem uxorum ac liberorum, conſervarent vitam, nec ſe perditum irent. At vero non apparet, qua ratione innumeris cognatis atque amicis licuerit cum Philea Thebaidem proficiſci ſine periculo mortis. Si igitur in Thebaide, ubi patiebatur, ab innumeris amicis monitus eſt, plane conſequitur, eum illam urbem patriam habuiſſe, & in illa innumeros amicos congnatoſue.

*Elegantiſſimum librum de martyrum laude compoſuit.* Egregium fragmentum Epiſtolæ, quam Phileas moriturus ad Thmuitas dedit, Euſebius exhibet, in quo cum prolixe martyrum conſtantiam extollat, probabile eſt, illam Epiſtolam his verbis ab Hieronymo indigitari.

*Diſputatione actorum habita.* Diſputationem habuit adverſus Culcianum, Thebaidis præſidem, ac conſiſtit in judicis quæſtione ac reſponſione Phileæ. Acta martyrii, quibus diſputatio, quam dicit Hieronymus, inſerta eſt, prodierunt Antverpiæ, ſed interpolata. Valeſius genuinorum actorum hoc principium dicit: *Impoſito ergo Philea ſuper ambonem, Culcianus præſes dixit.*

# CAPUT LXXIX.

ARNOBIUS ſub Diocletiano Principe Siccæ apud Africam z) florentiſſimæ Rhetoricam docuit; *ſcripſitque adverſum Gentes, a) quæ vulgo extant, volumina.

Ἀρνόβιος ἐπὶ Διοκλητιανοῦ ἐν Σίκκῃ τῇ πόλει τῆς Ἀφρικῆς, ἀνθηρῶς τὴν ῥητορικὴν ἐδίδαξε, καὶ συνεγράψατο τῶν ἐθνῶν τεύχη, ἅπερ τυγχάνει ὄντα καὶ πολλοῖς.

z) Sicca Veneria Numidiæ ſive Africæ Proconſularis civitas Plinio, Ptolemæo, Antonino itinerarii ſcriptori & aliis memorata, patria Cælii Aureliani, Methodici cujus ſcripta Medicorum manibus teruntur. In hac Epiſcopus Siccenſis Fortunatianus memoratur in geſtis collat. Carthag. cap. 139. Cum Sicca cave confundas Siceſiam in Mauritania Cæſarienſi, ubi Martinus Epiſcopus Siceſitanus, in iisdem geſtis cap. 197.

* Adhuc Ethnicus. Hieron. Chronic. ad A. 325. Vide infra in H. Gravii notis.

a) Arnobii (quem Eccleſiaſticorum ſcriptorum Varronem vocat Voſſius lib. I. de Analogia cap. 9.) libri VII. contra gentes primum editi ſunt a *Franciſco Sabæo* Brixiano,

Rom. 1543. Deinde ut alias editiones quæ nihil habent peculiare præteream, cum caſtigationibus *Sigismundi Gelenii* viderunt lucem Baſil. 1560. 8. & cum *Theodori Canteri* notis Antwerp. apud Plantin 1582. 8. Hinc ex *Fulvii Urſini* recenſione Rom. 1583. 4. Cum electis *Godeſcalci Stewechii* Heusdani, Antwerp. 1604. 8. & cum iisdem electis & *Leandri de Sancto Martino* ſummariis, Duaci 1634. 8. Cum *Deſiderii Heraldi* animadverſionibus Pariſ. 1605. 8. Et cum obſervationibus *Geverhardi Elmenhorſtii*. Hamb. 1610. fol. Hinc memoranda venit editio Lugd. Bat. 1651. 4. apud Joannem Maire, recenſita a Viro celeberrimo hoc eſt a *Claudio Salmaſio* cujus commentarius etiam debebat accedere, niſi fato illius A. 1652. intercedente hæc ſpes evaniſſet. Interim ſubjectæ notæ Theodori Canteri quibus præcipue è Clementis Alex. protreptico quem paſſim ſequitur Arnobius, præclara illi ſcriptori lux affertur, tum Stewechii, Elmenhorſtii & Heraldi. Editionem Pariſienſem A. 1666. fol. cum *Philippi Priorii* & ſelectis aliorum obſervationibus recuderunt Lugdunenſes Tomo tertio Bibliothecæ Patrum A. 1677. Criticus Arnobianus *Jo. Meurſii* prodiit Lugd. Bat. 1699. 8. De *Petri Scriverii* Anticritico Bailletus T. 2. de Satyris Antilogicis p. 299. De *Joh. Iſaaci Pontani* animadverſionibus Boxhornius in Epiſt. pag. 37. *Julii Cæſaris Bulengeri* Eclogæ ad librum primum Arnobii, Toloſ. 1612. 8. *Latini Latinii* caſtigationes ad quædam Arnobii loca, p. 98. Bibl. ſacro profan. Tempus quo ſcripſit Arnobius his verbis innuit ipſe lib. 2. p. 94. *Ætatis urbs Roma cujus eſſe in Annalibus indicitur? Annos ducit quinquaginta & mille, aut non multum ab his minus.* Annus U. C. 1050. reſpondet Anno CHriſti 298.

## NOTÆ HENRICI GRAVII.

*Arnobius.*) Hieronymus in Chronicis: Anno XX. Conſtantini *Arnobius in Africa Rhetor clarus habetur, qui cum in civitate Sicca ad declamandum juvenes erudiret, & adhuc Ethnicus ad credulitatem ſomniis compelleretur, neque ab Epiſcopis impetraret fidem, quam ſemper impugnaverat, elucubravit adverſus priſtinam religionem luculentiſſimos libros, & tandem velut quibusdam obſidibus pietatis fœdus impetravit.*

## AUBERTI MIRÆI.

*ARNOBRIS*, Siccæ in Africa ſumma cum laude Rhetoricam docuit, & ex gentili factus Chriſtianus, libros VII. adverſus Gentiles ſive Ethnicos ſcripſit: quos cum Notis Theodori Canteri Plantin. 3, & cum Notis Godeſcalci Stevvechii Trogneſius 1604. Antverpiæ excuderunt. Scripſit anno urbis conditæ 1050. ut ex libro 2. datur intelligi: qui annus, ex Varronis calculo, in Chriſti 297. annum incidit. Commentarii in Pſalmos a Trithemio & Eraſmo non recte huic Arnobio attribuuntur; ſunt tamen alicujus *Arnobii* junioris, ſed Pelagianismum ſapientis: ut Bartholomæus Petrus Lintrenſis, Doctor Th. Duacenſis, notavit. De ſenioris Arnobii ſcriptis cenſuram dat Hieronymus in Epiſtolis ad Paulinum & Tranquillinum, & initio ſui Chronici. *Conflictus Arnobii & Serapionis* de Deo trino & uno, deque duabus in Chriſto naturis in uno ſuppoſito, a Fevardentio primum 1596. eſt editus, cum operibus Irenæi.

## ERNESTI SALOM. CYPRIANI Annotatio.

*Sicca.* Planc vocem omittit codex noſter.

*Volumina.* Noſter Codex: *duo volumina.* De Arnobio Hieronymus ad Paulinum de monachi inſtitutione ſic judicat: *Arnobius inæqualis & nimius, & absque operis ſui partitione confuſus.*

# CAPUT LXXX.

FIRMIANUS, b) qui & LACTANTIUS, Arnobii diſcipulus, ſub Diocletiano Principe accitus cum Flavio Grammatico, c) cujus de

Φιρμιανὸς, ὁ καὶ Λακτάντιος, Ἀρνοβίου μαθητὴς ὅτι Διοκλητιανοῦ βασιλέως μεταπεμπτὸς μετὰ Φλαβίου Γραμματικοῦ, ὃς πρὸς ἰατρικὸν

b) Firmianum inter clariſſimos facundia celebrat Eucherius Epiſtola ad Valerianum. Idem intelligitur a Marco Antimacho præfat. in Sibyllina Oracula: *Φιρμιανὸς πάνυ ἐκ ἀθάμβους φιλόσοφος καὶ ἑρμεὺς ὁ πολυχθόντιος χαριτωλίου ῥώμης, ὃς τὸ ἀμώνιον ἡμῶν φῶς τῷ χρισῷ βλέψας ἐν ἰδίοις πονήμασι.* Firmiani nomen proprium & undecumque potius quam a patria tractum, quæ Sicca Africæ potius Lactantio quam Firmium agri Piceni in Italia opidum, vel Formæ Campaniæ fuiſſe videtur, licet in ſermonibus Bernardini de Buſtis nominatur Lucius Cæcilius Firmanus, teſte Bernardo Moneto T. 4. Menagianor. p. 85.

c) Diocletiani ſingulare ſtudium fuit in ornanda Nicomedia, quam urbi Romæ coæquare voluiſſe teſtatur Lactantius de mortibus perſecutorum c. 7. itaque & viros doctos

Medicinalibus verſu compoſiti extant libri, Nicomediæ Rhetoricam docuit, & penuria diſcipulorum, ob Græcam videlicet civitatem, ad ſcribendum ſe contulit. Habemus ejus Sympoſium, d) quod adoleſcentulus ſcripſit, ὁδοιπορικὸν de Africa usque Nicomediam, hexametris ſcriptum verſibus, & alium librum qui inſcribitur Grammaticus, & pulcherrimum de ira DEI, e) & Inſtitutionum divinarum adverſum gentes libros ſeptem: & ἐπιτομὴν ejusdem operis in libro uno acephalo, e) & ad Aſclepiadem f) libros duos: De perſecutione librum unum: g) ad Probum

κῶν εἰσὶ δὲ ἐπῶν συγγραφαὶ, ἐν Νικομηδείᾳ τὴν ῥητορικὴν ἐδίδαξε, καὶ τῇ πενίᾳ τῶν μαθητῶν, μᾶλλον δὲ Ἑλληνικὴν πόλιν, εἰς συγγράμματα ἑαυτὸν μεθῆκεν. Ἔχομεν τούτου σύμπόσιον, ὅπερ νέος ἐν τῇ Ἀφρικῇ συνέταξε· καὶ ὁδοιπορικὸν ἀπὸ τῆς Ἀφρικῆς ἕως Νικομηδείας δι' ἑξαμέτρων συντιθεὶς, καὶ ἄλλην βίβλον, ἥ τις ἐπιγράφεται Γραμματικὸς, καὶ ὠφέλιον περὶ ὀργῆς θεοῦ, καὶ θείων εἰσαγωγῶν κατὰ τῶν ἐθνῶν λόγους ἑπτά, καὶ ἐπιτομὴν ἐξ αὐτῶν ἀπαράσματος ἀκέφαλον, καὶ πρὸς Ἀσκληπιάδην λόγους δύο, περὶ διωγμοῦ λόγον ἕνα, πρὸς Πρόβον Ἐπιστολῶν λόγους τέσσαρας, πρὸς τὸν αὐτὸν περὶ



gos eo vocavit, & in his cum Lactantio hunc Flavium Grammaticum cujus ſcripta interciderunt, niſi quis eundem eſſe exiſtimet cum Flavio Capro, cujus nonnulla leguntur in Grammaticis Eliæ Putſchii. Nam Tiraquello vereor ut lectores aſſentiantur, qui libro de Nobilitate c. 31. p. 294. hunc Flavium confundit cum Rhemnio Fannio cujus carmen de menſuris & ponderibus exſtat, aitque in quibusdam codicibus eum Flavium cognominari Grammaticum, qui de medicinalibus eleganti carmine ad Lactantium Firmianum ſcripſerit teſte Hieronymo. Sane ad Lactantium ſcripſiſſe, nusquam Hieronymus teſtatur, licet hujus Flavii iterum meminit lib. 2. in Jovinianum & licet Fannii nomen pro Flavii repræſentet Servatius Gallæus in loco Hieronymi ex hoc libro de Script. Eccleſ. præfixo præclaræ ſuæ operum Lactantii editioni.

d) Sympoſium hoc una cum hodœporico & Grammatico intercidit, licet hodœporicon pro edito videtur habuiſſe Jac. Gaddius de ſcriptoribus non Eccleſiaſticis T. 1. pag. 181.

e) Liber de ira & ſeptem libri inſtitutionum ſæpiſſime inter Lactantii opera editi ſunt una cum hac epitome ἀκεφάλῳ, ita ut eam legerat Hieronymus, incipiente ab his verbis: *nam ſi juſtitia eſt veri DEI cultus*, ubi incipit Lactantius breviter perſequi ea quæ in Inſtitutionum opere a lib. V. cap. 16. ſeq. tradiderat. Sed vir eruditiſſimus Chriſtophorus Matthæus Pfaffius in Bibliothecæ Regiæ Taurinenſis Codice antiquiſſimo, epitomen illam Pentadio fratri a Lactantio dicatam reperit integram & prioribus LV. capitibus auctiorem, eamque Pariſiis A. 1712. 8. publicavit. Prima capita ex eodem Codice deſcripta dedit illuſtris Scipio Maffeus in Epiſtola ad Apoſtolum Zenum virum præclariſſimum, quæ inſerta Diario Veneto (Giornale d'Italia) T. VI. p. 458. & Londinenſi (Memoirs of literature) T. 2. p. 339.

f) Hic eſt Aſclepiades de quo Lactantius VII. 4. *Optime igitur Aſclepiades noſter de Providentia ſummi DEI diſſerens in eo libro quem ſcripſit ad me.* Sed & Lactantii ad Aſclepiadem & Aſclepiadis ad Lactantium ſcripta nusquam hodie exſtant.

g) Hunc ipſum eſſe librum quem de mortibus perſecutorum ad Donatum confeſſorem primus e Codice Colbertino Stephanus Baluzius T. 2. Miſc. Pariſ. A. 1679. in lucem protulit & doctiſſimis notis illuſtravit, nemini eruditorum dubium viſum eſt antequam præclarus vir Nicolaus le Nourry videns auctorem in Codice illo non Firmianum Lactantium ſed Lucium Cecilium appellari, in nova quam Pariſ. 1710. 8. paravit hujus libri editione & in Tomo ſecundo Apparatus ad Bibliothecam Patrum Pariſ. 1715. diſſ. ultima, ſumma vi contendit probare, ſcriptorem a Lactantio plane diverſum illique ætate ſupparem L. Cecilium nomine, non Lactantium, qui nunquam L. Cecilii nomen geſſerit, librum illum elucubraſſe. Sed cum omnia mire in Lactantium unum conveniant, ætas, locus Nicomedia, Donatus cui liber dicatus eſt & quem iisdem verbis cap. 22. de ira DEI affatur, *Donate chariſſime*, ſtylus denique & argumentum: cum argumenta Nourrii perquam ſint levia, ut ab auctore diſſertationis Diario Hagenſi (Journal literaire) T. VII. p. 1. ſeq. inſertæ fuit demonſtratum, & lector etiam poſt conſiderata ea quæ in Ephemeridibus literariis Pariſienſibus (Journal des Savans) A. 1716. p. 698. ſeq. ad illam reſpondentur, mecum habitur: cum denique Lactantium & in ſermonibus Bernardini de Buſtis, quos paullo ante memorabam, & in Codice Colbertino DVII. & in Codice Taurinenſi libri de Opificio DEI, quem inſpexit celeberrimus Pfaffius, Lucium Cœlium Lactantium Firmianum appellari, non poſſit negari: librum hunc ſine cauſa Lactantio eripi, & novum ſcriptorem omni antiquitati incognitum Lucium Cecilium effingi, mihi perſuadeo. Poſt Baluzium ediderunt librum illū Angli cum Actis Perpetuæ & Felicitatis, brevib9 illuſtratū Scholiis Oxon. 1680, 12 Hinc Jo. Columb9 cum eruditis notis, Aboæ

1684.

Epiſtolarum libros quatuor: h) ad Severum i) Epiſtolarum libros duos: ad Demetrianum, auditorem ſuum, Epiſtolarum libros duos: ad eundem de opificio Dei, k) vel formatione hominis, librum unum. Hic extrema ſenectute magiſter Cæſaris Criſpi, l) filii Conſtantini, in Gallia fuit, qui poſtea a patre interfectus eſt.

δημιουργίας θεῦ λόγου ἴνα. Οὗτος ἐν τῇ ἐσχάτῃ γήρᾳ διδάσκαλος καίσαρος Κρίσπου, τοῦ υἱοῦ. Κωνσταντίνου ἐν Γαλλίαις, ὃς ὕστερον ὑπ' αὐτοῦ τοῦ πατρὸς ἀνῃρέθη.

1684. 8. Thomas inde Sparck, in ſua Lactantii editione Cantabrig. 1685. E. Nicolai Toinardi notæ prodierunt Pariſ. 1690. 12. Easdem exhibet qui librum illum cum animadverſionibus Baluzii, Gisb. Cuperi, Columbi, Sparkii, Toinardii, Jo. Georg. Grævii, Thomæ Gale, Eliæ Boherelli, Petri Allixii, Pauli Colomeſii & ſuis, nitide vulgavit Paulus Bauldri, Traject. ad Rhen. 1693 8. Etiam Gallice vertit Malacrucius (Maucroix) Canonicus Rhemenſis Pariſ. 1680. 12. & Gilbertus Burnetus Lond. 1686. ex qua verſione nova Gallica vidit lucem Ultrajecti 1687. 12. Comirii obſervationes video memorari in Memoriis literariis Trevoltinis Anni 1705. menſe Majo, p. 382. & Gisberti Cuperi editis altero tanto auctiores in Jo. Maſſoni Hiſtoria Critica Reip. literariæ T. IV. p. 307. Notas illuſtris Viri Gerhardi von Maſtricht & Clariſſ. Miegii audio transmiſſas ad Joannem Ludolphum Bunemannum, eruditum Rectorem Gymnaſii Mindenſis, a quo novam emendatam & inſigniter illuſtratam Lactantii editionem exſpectamus.

h) Hieronymus præf. Libri II. in Epiſt. ad Galatas: *Lactantii noſtri quæ in tertio ad Probum volumine de hac gente opinatus ſit, verba ponemus. Galli, inquit, antiquitus a candore corporis Galatæ nuncupabantur, & Sibylla ſic eos appellat, quod ſignificare voluit Poeta* (VIII. Æneid. 660.) *quum ait*: tum lactea colla auro innectuntur, *quum poſſet dicere candida.*

i) infra c. CXI. *Aquilius Severus in Hiſpania, de genere illius Severi, ad quem Lactantii duo epiſtolarum ſcribuntur libri.* Incertum hi ne, an duo ad Demetrianum, de quibus Hadrianus Junius in ſua Batavia p. 311. cujus locum etiam attulit Colomeſius in paralipomenis de S. E. *In egmondano cœnobio longe vetuſtiſſimo, Benedictini generis monachis, ubi Bibliotheca celebris omnis generis ſcriptis Codicibus & præſertim membranaceis, quos diligenter magna enim cura cum Prieres alii, tum Gerardus ex Poelgeeſtana ſtirpe Abbas undecumque conquiſierunt, raros auctores oſtendit, e quibus dolet mihi interiiſſe intra quindecim proximos annos* (Junii Batavia lucem vidit A. 1588.) *magno literariæ Reip. detrimento Lactantii Firmiani epiſtolarum libros duos, quorum meminit nominatim D. Hieronymus: quos dum ad me cogitat editioni deſtinandos, mittere Antonius Hovæus illic religioni operatus, vir doctus, qui poſtea Abbam Abſternacenſem proſpera fama egit, reperit a bibliotapho quopiam librorum plagiario ſublatos, atque ita diſperiit ille theſaurus, ab haredibus ſacrifici, in quem cadebat ſuſpicio, in cucullos & piperis involucra conciſus.* Quales fuerint Lactantii Epiſtolæ, his verbis docet Damaſus Epiſt. 1. ad Hieron. *Fateor quippe tibi eos quos mihi jam pridem Lactantii dederas libros, ideo non libenter lego, quia & plurima Epiſtola ejus usque ad mille ſpatia verſuum tenduntur, & raro de noſtro dogmate diſputant, quo fit ut & legenti faſtidium generet longitudo, & ſi qua brevia ſunt, Scholaſticis magis ſint apta, quam nobis: de metris & regionum ſitu & Philoſophis diſputantia.*

k) Hic inſignis liber exſtat, & ſeparatim cum Scholiis Eraſmi prodiit Colon. 1529. 8. & cum animadverſionibus Medicis Jodoci Willichii, & libro Hippocratis de ſemine, Francof. ad Viadrum & Argentorat. 1542. 8. Editionibus operum Lactantii, de quibus in Bibl. Latina, nuper acceſſit adornata Lipſiæ a C. V. Jo. Georgio Walchio 1715. 8. Jo. Auguſti Krebſii diſſertatio lectu digna de ſtylo Lactantii, Halæ Sax. A. 1706.

l) Criſpus a Conſtantino interfectus A. C. 326. Vide Tillemontium Tomo quarto Hiſtoriæ Imperator. & de Lactantio Tomo VI. memor. Ex Hieronymi Chron. colligas Criſpum inſtitutioni Lactantium commiſſum A. 317.

## ERASMI SCHOLIA.

*Ob Græcam videlicet urbem.*) Ita Juvenalis: Non poſſum ferre Quirites Græcam urbem, quod turba Græculorum illic profiteretur artes ſuas.

*Sympoſion.*) συμπόσιον, id eſt, convivium.

*Hodæporicon.*) ὁδοιπορικόν, quod Latine dicere poſſis, itinerarium.

*Et Συντομήν.*) Id eſt, compendium.

*In libro uno acephalo.*) ἀκεφάλῳ, id eſt, ſine capite, quod initium detruncatum eſſet.

MARIA,

## MARIANI VICTORII.

*Habemus ejus ſympoſium, quod adoleſcentulus ſcripſit Africæ, & ὁδοιπορικὸν de Africa usque ad Nicomediam, hexametris ſcriptum verſibus.* Africæ, & olim deerat: nos ex Sophronio & veteſtis exemplaribus reſtituimus. ὁδοιπορικόν autem, latine itinerarium dicere poſſumus.

## NOTÆ HENRICI GRAVII.

*Firmianus, qui & Lactantius, Arnobii diſcipulus.*) Hieron. epiſt. ad Magnum: *Septem libros adverſus Gentes Arnobius edidit, totidemque diſcipulus ejus Lactantius, qui* de ira *quoque* & de opificio Dei *duo volumina condidit, quos ſi legere volueris, dialogorum Ciceronis in eis ſuperfluum reperies.*

*Sub Diocletiano principe accitus cum Flavio Grammatico, cujus de Medicinalibus verſu compoſiti extant libri.*) Hieron. lib. 2. in Jovinianum: *Marcellum Siaetem & noſtrum Flavium hexametris verſibus diſſerentes.*

*Nicomediæ Rhetoricam docuit.*) Lib. 5. de Juſtitia cap. 2. Lactantius de ſe ipſo: *Ego cum in Bithynia litteras Oratorias accitus docerem &c.*

*Ob græcam videlicet civitatem.*) Juvenal. Sat. 3. *Non poſſum ferre Quirites Græcam urbem.*

*Et pulcherrimum de ira Dei.*) B. ipſe Hieron. Comm. in Epheſ. c. 4. *Firmianus noſter librum* de ira Dei, *docto pariter & eloquenti ſermone conſcripſit.*

*Et inſtitutionum divinarum adverſum Gentes lib. 7.*) Hieron. in X. cap. Eccleſ. *Firmianus quoque noſter in præclaro Inſtitutionum ſuarum opere V. litteræ meminit, & de dextris ac ſiniſtris, hoc eſt, de virtutibus ac vitiis plenissime diſputavit.*

*Et ad Aſclepiadem libros 2.*) Scripſit Aſclepiades ipſe ad Lactantium de Providentia ſummi Dei librum, ex quo nonnulla citat lib. 7. Divinarum Inſtit. c. 4.

*Ad Demetrianum auditorem ſuum lib. 2.*) Meminit hujus Lactantius lib. 2. cap. 11. Vide de eo Hieronymum in Epiſt. *Damaſi Dormientem te.* & ad Gal. 4. *Multi per imperitiam ſcripturarum, quod & Firmianus in 8. ad Demetrianum libro facit, aſſerit Spiritum Sanctum, ſæpe Patrem, ſæpe Filium nominari.*

*Hic extrema ſenectute magiſter Cæſaris Criſpi.*) Hier. in Chronicis: anno IX. Conſtantini. *Criſpum Lactantius latinis litteris erudit, vir omnium ſuo tempore eloquentiſſimus, ſed adeo in hac vita pauper, ut plerumque etiam neceſſariis indiguerit, nedum deliciis.*

## AUBERTI MIRÆI SCHOLIA.

*De Lactantio* ſcriptore elegantiſſimo judicium ſuum dat Hieronymus in Epiſtola ad Paulinum. De eodem Euſebius ſub finem Chronici narrat, ipſum adeo pauperem fuiſſe, ut plerumque etiam neceſſariis indiguerit. Lactantii porro opera, quæ exſtant, a Michaele Tomaſio illuſtrata, Plantinus 1570. excudit.

*Hodœporicon*) ſive Itinerarium Lactantii, ab Africa Nicomediam usque, periit. Ejus loco tribuuntur Lactantio poëmatia nonnulla, quæ partim ſunt Venantii Fortunati, partim incerti auctoris. Phœnix vero nec hominis eſt Chriſtiani: niſi quis Lactantium, cum adhuc ethnicus eſſet, ſcripſiſſe ſuſpicetur.

Haut abs re fuerit hic ſubnectere brevem *Thomaſi* cenſuram, quam ſuæ editioni Lactantianæ præfixit: Sicut (inquit) negari non poteſt, errores aliquot in Lactantio inveniri, ita conſtanter affirmo, multos fraude ac dolo hæreticorum in eo eſſe ſuppoſitos, aut aliunde affixos, ac quaſi coagmentatos. Quis enim veterum umquam Lactantium tanquam Manichæum damnavit? At origo & fons iſtius hæreſeos, non in uno, ſed pluribus in locis, ita adjectus erat, ut non Manichæus, ſed Lactantius ipſe illius erroris auctor fuiſſe videretur. Quæ nos loca, multis collatis antiquiſſimis codicibus, ita emendavimus, ut vix ulla amplius ſuſpicio illius erroris in univerſis libris ſuperſit. De divinitate etiam Filii videtur aliquot in locis obſcurius, quam decebat, eſſe locutus; ſed cum alibi clare de ea loquatur, neceſſario illa obſcuriora, ex his quæ aptiora ſunt, intelligi debent, atque explicari. Nam quod aliqui hunc auctorem tanquam Arii ſectatorem accuſant, ferendum nullo modo eſt; cum ipſe ante Arium vixerit & ſcripſerit. Verum cum Eccleſia non uno momento cœperit & adoleverit, ſed naturæ humanæ imitatione quamdam quoque pueritiam habuerit; evenit huic aliisque Scriptoribus, qui in prima illa ætate Eccleſiæ vixerunt, quod natura ipſa rerum ferebat, ut non omnia plana explicataque haberent, & in multis, quamvis contra Philoſophos graviter docteque ſcriberent, eorum tamen errores ac ſomnia quædam ſectarentur. Quod quidem non de Lactantio ſolum, ſed de aliis multis antiquis ſcriptoribus Hieronymus ſapientiſſime annotavit.

## ERNESTI SALOMONIS CYPRIANI.

*Adoleſcentulus ſcripſit.* Probabile eſt, ab Hieronymi manu profectum eſſe, quod habet noſter Codex: *Quod adoleſcentulus ſcripſit in ſcholis Africæ.*

*Ad Demetrianum.* *Ad Demetrium*, habet noſter codex. Opus Lactantii de religione in præſtantiſſimo codice membraneo, ex Budenſi Bibliotheca, extat in Veſontionenſi civitate, & quidem in Bibliotheca Joannis Baptiſtæ Boiſoti, abbatis monaſterii, quod ſancto Vicentino conſecratum eſt.

# CAPUT LXXXI.

EUSEBIUS, Cæſareæ Palæſtinæ Epiſcopus, m) in Scripturis divinis ſtudioſiſſimus, & bibliothecæ divinæ, n) cum Pamphilo martyre, diligentiſſimus perveſtigator, edidit infinita volumina. o) De quibus hæc ſunt: εὐαγγελικῆς ἀποδείξεως libri viginti: εὐαγγελικῆς προπαρασκευῆς libri quindecim; θεοφανείας libri quinque: q) Eccleſiaſticæ hiſtoriæ libri decem; r) Chronicorum Canonum omnimoda hiſtoria, s) & eorum ἐπιτομή: t) & de Evangeliorum diaphonia: u) in Eſaiam libri decem; w) & contra Porphyrium, x) qui eodem tempore ſcribebat in Sicilia, ut quidam putant, libri triginta; de quibus ad me viginti tantum pervenerunt; τοπικῶν, liber u-

Εὐσέβιος Καισαρείας Παλαιστίνης Ἐπίσκοπος, ἐν ταῖς θείαις γραφαῖς σπουδαῖος, καὶ τῆς θείας βιβλιοθήκης ἅμα Παμφίλῳ τῷ μάρτυρι, φιλοπονώτατος ἀνιχνευτής, ἐξέδωκε πολλὰ πλῆθος, ὧν εἰσι τάδε. Εὐαγγελικῆς ἀποδείξεως λόγοι εἴκοσι. Εὐαγγελικῆς προπαρασκευῆς λόγοι δέκα καὶ πέντε, θεοφανείας λόγοι πέντε. Ἐκκλησιαστικῆς ἱστορίας λόγοι δέκα. χρονικῶν κανόνων πανταδαπῆς ἱστορία, καὶ τούτων ἐπιτομή. Περὶ τῆς Εὐαγγελίων διαφωνίας, εἰς Ἡσαΐαν λόγοι δέκα, καὶ Πορφυρίου τοῦ τότε συγγραφοντος ἐν Σικελίᾳ, ὡς τινες οἴονται λόγοι τριάκοντα, ἀφ' ὧν εἰς ἐμὲ λόγοι εἴκοσι μόνον παρεληλύθασι. Τοπικῶν λόγος εἷς. Ἀπολογίας ὑπὲρ Ὠριγένους λόγοι ἕξ, πρὸς τοῦ βίου Παμφίλου λόγοι τρεῖς, πρὸς μαρτύρων ἕτε-

m) Euſebius Cæſareæ Palæſtinæ, quæ prius turris Stratonis vocabatur (ſupra c. 43.) Epiſcopus ſucceſſit Agapio A. C. 315. & defunctus A. 339. vel 340. ſucceſſorem habuit Acacium de quo infra, c. 98. Caput hoc totum de Euſebio Suidas ex Græco Hieronymi interprete in Lexicon ſuum transtulit.

n) Per Bibliothecam Divinam τὰς θείας γραφάς, ut recte Græcus Interpres, ſive ſacras litteras intelligi jam notavi ad c. 75. ubi de Pamphilo, & pluribus noſtri ſcriptoris locis probat Marcianæus prolegomeno primo ad Opera Hieronymi, quorum tomum primum etiam, qui verſionem Hieronymianam Veteris & Novi Teſtamenti complectitur, Bibliothecam Divinam inſcripſit.

o) Hujus Demonſtrationis libri priores decem exſtant, ſed primus ἀνέφαλος, decimus ab extema parte truncus: poſteriores decem interciderunt. Libros viginti memorat etiam Photius Cod. 10.

p) Hi libri omnes quindecim Theodoto Epiſcopo Laodiceno inſcripti tulere ætatem, illuſtrati a Franciſco Vigero S. I. Pariſ. 1628. quæ editio recuſa Lipſiæ 1688. fol.

q) Hoc opus Euſebii neſcio an cuiquam veterum præter Hieron. memoratum, hodie nusquam exſtat.

r) Hoc eſt opus illud præclarum a Rufino olim verſum Latine & auctum duobus libris & doctiſſime illuſtratum parentum noſtrorum ætate ab Henrico Valeſio.

s) Chronicon Euſebii Græcum, exceptis iis quæ apud Syncellum & alios, qui poſt Euſebium ſcripſere, Chronologos Græcos exſtant, intercidit, Latina verſio Hieronymi exſtat magno Arnoldi Pontani ſtudio ex MSS. XXVIII. & editionibus octo recenſita, & eruditiſſimis deinde Joſephi Scaligeri notis illuſtrata. Princeps editio Mediolanen. circa A. C. 1475. (numerus enim Anni annotatus non eſt) lucem vidit curante Bonino Mombritio, qui Proſperi, & ab A 448. ad 1449. Matthæi Palmerii Chronicon ſubjunxit. De aliis tum Chronici tum aliorum ſcriptorum Euſebii editionibus uberius dixi T. VI. Bibliothecæ Græcæ. De Euſebio ipſo Tillemontius T. VI. & maxime T. VII. memor.

t) Hæc epitome non extat, quod ſciam. Licet ad calcem Joannis Zonaræ Cangius pag. 312 – 319. Græce & Latine vulgavit ἐπιτομὴν χρόνων ab Adam, continuatam usque ad Alexium Comnenum, in cujus titulo legitur: ταῦτα ἱστορεῖ ὁ Καισαρεὺς Εὐσέβιος ὁ Παμφίλου ἐν τῷ λόγῳ ὃς ἐπιλήθη βασιλικός.

u) In Sicilia inventos libros Euſebii tres de diaphonia Evangeliorum ſcripſit Latinus Latinius T. 2. Epiſt. p. 116. Sed nemo fuit hactenus qui illos publico bono proferret, exceptis quæ hinc inde leguntur fragmentis, de quibus dixi Volumine VI. Bibl. Græcæ pag. 99.

w) Sic etiam Suidæ Codices, & Honorii ac Freculfi: non libri quindecim, ut Hieron. præf. in Eſaiam. Horum Commentariorum magnam partem e Codice Perroniano & Catenis MSS. reſtituit Vir maximis in rem litterariam & Eccleſiaſticam meritis Bernardus de Montfaucon in nova Collectione Patrum Tomo poſteriore Pariſ. 1706. fol. ſed diviſio in libros & commentarius in totum cap. 61. deſideratur.

nus; y) Ἀπολογίας pro Origene libri ſex; z) de vita Pamphili libri tres: de Martyribus alia opuſcula: a) & in centum quinquaginta Pſalmos b) eruditiſſimi commentarii, & multa alia. Floruit maxime ſub Conſtantino Imperatore & Conſtantio, & ob amicitiam Pamphili martyris, ab eo cognomentum c) ſortitus eſt.

εἰ συγγράμματα, καὶ ἐπὶ τῆς ἑκατὸν καὶ πεντηκοντα ψαλμῶν διδασκαλικὰ ὑπομνήματα, καὶ ἕτερα πολλά. Ἤνθησε μάλιστα ἐπὶ Κωνσταντίνου τοῦ βασιλέως καὶ Κωνσταντίου, καὶ διὰ τὴν φιλίαν τὴν πρὸς Πάμφιλον τὸν μάρτυρα, τῇ ἐπωνυμίᾳ αὐτοῦ ἐκλήθη.

x) Opus hoc Euſebii Romæ adhuc ſervari nimis temere multi credunt, inquit Holſtenius de Porphyrii ſcriptis p. 63. quemadmodum & quæ Methodium atque Apollinarem contra Porphyrium ſcripſiſſe ait noſter c. 83. & 104. jam pridem deſiderantur.

y) Hic eſt liber de locis Hebraicis, quem vertit Hieronymus, & quem Græce & Latine plus ſimplici vice editum nova luce perfuderunt doctiſſimi viri Jo. Rehnferdus & in Palæſtina ſua Hadr. Relandus.

z) Vide quæ de hoc opere, cujus ſolus primus liber Latine ex Rufini verſione exſtat nec non de vita Pamphili ſupra ad c. 75.

a) Duobus librorum decadibus opus Euſebii de Martyribus conſtitiſſe præter Uſuardum in prologo Martyrologii, teſtantur Acta S. Sylveſtri apud Lambecium VIII. pag. 121. καὶ γὰρ ἐν ἐνιοις λόγοις τυπῶν ἐν δύο δεκάσι, σχεδὸν τῶν ἐν πάσαις ἐπαρχίαις μαρτύρων, ὁσιοπόντων, ὁμολογητῶν καὶ ἁγίων γυναικῶν καὶ παρθένων παρεσκεύασε τὸν πάνθ' ἥρισεν. Sed in Actis ejusdem Sylveſtri qualia Pariſ. 1659. 8. edidit Combefiſius, undecim tantum libri memorantur. Ἐνέθηκαν γὰρ ἔνδεκα λόγοις τὸ παθήματα σχεδὸν τῶν ἐν πάσαις ἐπαρχίαις ἀθλησάντων μαρτύρων καὶ ὁσιοπόντων καὶ ὁμολογητῶν. Johannes de Hamburgo Carthuſienſis prope Pragam, Epiſtola A. 1404. ſcripta ad Henricum Olemannum, Canonicum Northunenſem & ab. Dorſneo in parallelis Monaſtico Academicis edita laudat Euſebium *in libro de quinque millibus coronatorum* (martyrio.) A. 1716. in ventus eſt in Syria, Romamque allatus Codex A. 473. Syriace ſcriptus & Euſebii Hiſtoriam Martyrum Occidentis, ut ajunt continens, quem auſpiciis Pontificis Max. Clementis XI. Latine vertendum lucique donandum libenter evolvent Antiquitatis Eccleſiaſticæ ſtudioſi, licet ſi Græce alicubi occurreret Euſebiana Martyrum ἀναγεγραφή non dulcius modo ſed & ſecurius ex ipſo fonte hauriretur. Liber de Martyribus Palæſtinæ ſæpe cum libris Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ Græce ac Latine prodiit.

b) Hoc quoque opus Euſebii laudato mihi ſupra, & nunquam laudando ſatis Montfaucono, majorem partem ſtudioſi debent, is enim Commentarios in CXVIII. Pſalmos ex tribus Codicibus MSS. recenſitos & Latina verſione donatos utraque lingua vulgavit Tomo priore novæ collectionis Patrum Pariſ. 1706. fol. De Latina verſione ſed pridem deperdita Euſebii Vercellenſis meminit Hieronymus infra c. 96.

c) In Jure Græco Romano p. 295. Εὐσέβιος ὁ Παμφίλου minus bene ab interprete redditur *Euſebius Pamphilides*, neque enim ut filius Pamphili ſed ut amicus ita dicitur, itaque rectius *Pamphilium* dixeris, ſicut Junium ab amicitia Gracchi Gracchanum dictum teſtatur Plinius XXIII. 11.

## ERASMI SCHOLIA.

*Evangelicæ δεικτικῆς.*) Id eſt, Evangelicæ demonſtrationis.

*Et Evangelicæ προπαρασκευῆς.*) Id eſt, præparationis. Sic enim reſtituimus ſcripturam ex Sophronio, conſentiente vetuſtiſſimo exemplari.

*Theophanias.*) θεοφανείας, id eſt, apparitionis divinæ.

*Et Chronicorum canonum.*) χρονικῶν κανόνων, id eſt, regularum de temporibus.

*De evangeliorum διαφωνίαις.*) Id eſt, diſſonantia.

Τοπικῶν.) Id eſt, de locis.

*Apologia pro Origene.*) Id eſt, defenſio.

## MARIANI VICTORII.

Εὐαγγελικῆς δεικτικῆς. Evangelicæ demonſtrationis. εὐαγγελικῆς προπαρασκευῆς. Evangelicæ præparationis. θεοφανείας. Divinæ apparitionis.

*Omnimoda hiſtoria, & eorum ἐπιτομή.* Olim, omnimodam hiſtoriam, & ἐπιτομήν. Sophronius legit: Χρονικῶν κανόνων παντοδαπῆς ἱστορίας, καὶ τούτων ἐπιτομή. Chronicorum canonum omnimodæ hiſtoriæ, & eorum epitome.

Τοπικῶν liber unus. τοπικῶν λόγος εἷς, eſt apud Sophronium. Olim tamen legebatur, Librum unum.

*Pro Origene libri ſex.* λόγους ἓξ, habet Sophronius, olim tamen erat, libros ſex: ſicut ſtatim, Libros tres, pro libri tres, falſo caſibus commutatis.

*Eruditissimi commentarii.* Olim, eruditissimos commentarios, sed falso. Omnia hæc ex vetustissimis exemplaribus, & ex ipso Sophronio restituimus.

## NOTÆ HENRICI GRAVII.

*Bibliotheca divina cum Pamphilo martyre diligentissimus pervestigator.*) Hieronymo in Chronicis dicitur *Pamphili Martyris contubernalis. Tantam enim*, (ut scribit in Epistola: *Schedula*) *inter se habuere concordiam, ut unius animæ homines putes, & ab uno alter nomen acceperit.* Meminit hujus & sequentium aliquot ad Magnum his verbis: *Eusebii Cæsariensis Episcopi, & Eustathii Antiocheni, & Athanasii Alexandrini, Eusebii quoque Emiseni, Triphylli Cyprii, & Asterii Scythopolitæ, & Serapionis Confessoris, Titi quoque Bostrensis episcopi, Cappadocumque Basilii, Gregorii, Amphilochii, qui omnes in tantum Philosopherum doctrinis atque sententiis suos referciunt libros, ut nescias, quid in illis primum admirari debeas, eruditionem seculi, ac scientiam scripturarum.*

*Chronicorum canonum omnimodam historiam.*) Hanc interpretari dignatus est Hieronymus, & meminit in Dan. cap. IX. Infra de suis operibus scribens appellat *Chronicon omnimodæ historiæ*, in quo tamen opere vertendo dicit in præfatione *se & interpretis & scriptoris officio usum* &c.

*ut de evangeliorum diaphonia.*) Meminit hujus in Matth. cap. 1.

*In Esaiam lib. X.*) Vide in præfat. Esa. & in 18. caput.

*ut contra Porphyrium, qui eodem tempore scribebat in Sicilia.*) Hieronymus in 24. Matth. *Multa Porphyrius tertio decimo operis sui volumine contra nos blasphemavit, cui Eusebius Cæsariensis episcopus tribus respondet voluminibus X. XIX. & XX. Apollinaris quoque scripsit plenissime.* Idem habet in Epistola: *Quod adte*, ad Pammachium, & in præfat. Commentar. Dan. & in præfat. Dan.

## AUBERTI MIRÆI.

*Eusebius Pamphili* est dictus, ob amicitiam singularem, quam cum S. Pamphilo martyre, supra cap. 75. laudato habuit. Sub Constantino Magno, ejusque filio Constantio vixit, Cæsareæ in Palæstina Episcopus, & anno 340. decessit. Scripsit Chronica a mundi fabrica usque ad Constantini Magni Vicennalia, hoc est vulgarem Christi 326. annum. Horum priorem partem ipse Eusebius *Historiam omnimodam* vocat; alteram *Chronicos Canones*. Georgius Syncellus *Chronicon*, ac frequentius *Canones* appellat. Opere hoc propositum Eusebio fuit monstrare, Mosaicas origines cum initiis omnium dynastiarum, regnorum ac rerumpublicarum, tum natalibus fabulosorum Deorum longe esse antiquiores. Atque ut hoc opere vetustatem doctrinæ Mosaicæ, ita ejusdem ac Christianæ religionis veritatem adversus Philosophos suis *de Præparatione Evangelica* Commentariis tuetur. Idem quoque scripsit viginti libros *Demonstrationis evangelicæ*: quot olim fuisse testantur Hieronymus hoc loco, & Photius in Bibliotheca: sed hodie tantum supersunt decem. Arianum fuisse, satis ex istis libris patet: ut & Billius lib. 2. Observationum sacrarum cap. 27. docet. Porro ex libris quindecim *Præparationis evangelicæ* plene intelligi datur, Eusebium omnes reseraſſe arcas librarias Philosophorum, Historicorum, Theologorum, non Græcorum modo, sed etiam Ægyptiorum ac Phœnicum. Hos XV. libros *Franciscus Vigerus* Rotomagensis, Soc. Jesu Theologus, ex Mss. Græcis Latine vertit, & Notis a se illustratos Lutetiæ 1628. publicavit. Condidit præterea Eusebius *Historiam ecclesiasticam* libris decem: in quibus initium capit a nato Christo, & per Tyrannorum tempora accurate progressus usque ad Constantinum Magnum, ea, quæ sub eo gesta sunt, diligentissime tractat. Mentionem eorum & Photius cod. 27. facit. Edidit insuper librum *de Martyribus*: ut ex Historiæ Eccles. l. 4. c. 14. & lib. 5. c. 1. 4. & 20. constat. Meminit istius Operis quoque Hieronymus hoc loco, & Gregorius Magnus l. 7. Ep. 29. ad Eulogium. Insuper de vita Pamphili scripsit tres libros; & alia multa, quorum titulos Hieronymus hoc capite recitat. Mirum vero, præteriri ab illo libros quatuor *de vita Constantini*, qui hodieque exstant, & pro Eusebianis a Photio cod. 127. quoque agnoscuntur. Similiter nec mentionem facit Hieronymus Orationis Eusebianæ, quæ inscribitur *Oratio de Constantino Imp. habita anno Imperii ejus tricesimo.* At ejus ipse Eusebius lib. 1. de vita Constantini c. 1. & lib. 4. cap. 47. meminit. Historiam porro Ecclesiasticam Eusebii *Socrates, Hermias Sozomenus, Theodoretus*, & alii Græci excipiunt, suis infra locis a nobis commemorandi.

## ERNESTI SALOMONIS CYPRIANI.

*Chronicorum canonum omnimoda historia.* Paulinus in Epistola ad Alypium, quæ inter Augustini Epistolas XXXV. est, vocat *historiam de cunctis temporibus. Provide*, inquit, *illam Eusebii venerabilis Episcopi Constantinopolitani, de cunctis temporibus historiam. Sed in hoc fuit obtemperandi mora, quod quia ipse non haberem hunc codicem, Romæ reperi apud parentem, Domnionem.* Neque enim loqui de alia quadam historia existimari debet, quod Eusebium Constantinopolitanum Episcopum appellat, qui error facilis est indocti hominis.

*Et Bibliotheca divinâ, cum Pamphilo martyre, diligentissimus perveſtigator.* Clarorum virorum Eccleſiaſtica monumenta conſervari debere, mature judicatum eſt. Neſcio tamen, an quiſquam ante Alexandrum, Hieroſolymorum Epiſcopum, id magno labore tentaverit. De hoc Euſebius VI.20. : *Eadem tempeſtate multi Eccleſiaſtici viri doctrina excellentes florebant : quorum Epiſtolas, quas ad ſe viciſſim ſcripſerunt, hactenus aſſervatas facile eſt reperire. Extant enim noſtra quoque ætate in Bibliotheca Æliæ urbis, ab Alexandro, Eccleſiæ illius Epiſcopo, conſtructa. Ex qua nos uberrimam materiam ad argumenti hujus tractationem in unum collegimus.* Exemplo hujus excitati Pamphilus & Euſebius noſter longe inſtructiorem bibliothecam pararunt Cæſareæ, ita tamen, ut in opere illo, Pamphili potiores eſſent partes. Hieronymus in expoſitione pſalmi CXXVI. ad Marcellam : *Beatus Pamphilus martyr, cum Demetrium Phalereum & Piſiſtratum in ſacra Bibliotheca ſtudio vellet æquare, imagines que ingeniorum, quæ vera & æterna monumenta, toto orbe perquireret, tunc vel maxime Origenis libros impenſius proſecutus, Cæſarienſi Bibliothecæ dedicavit : quam ex parte corruptam Acacius dehinc & Euzoius, ejusdem Eccleſiæ ſacerdotes, in membranis inſtaurare conati ſunt.*

*De vita Pamphili libri tres.* Hieronymus in illa, quam modo laudavimus ad Marcellam Epiſtola inquit : *Pamphilus, cujus vitam Euſebius Cæſarienſis Epiſcopus tribus ferme voluminibus explicavit.* Quia in poſteriori loco vox, *ferme*, omnium codicum eſt, ut aliunde irrepſiſſe dici nequeat, ex horum locorum collatione duo conſequuntur, primo, volumen & librum Hieronymi ævo non fuiſſe voces ſynonymas, ut nec apud Hebræos ספר & מגלה fuerunt; deinde voluminis folia certa fuiſſe & numero definita, quum liber, ut & hodie, tot folia haberet, quot eum habere volunt ſcribæ. Si enim volumen Hieronymo tantundem fuiſſet, ac liber, non potuiſſet dicere, Euſebium tribus *ferme* voluminibus expoſuiſſe de vita Pamphili, quum Euſebius, Hieronymus, Suidas, cæterique omnes tradant, id factum eſſe tribus integris libris. Itaque volumen certus fuit ac modicus foliorum membranæ numerus. Cæterum notandum eſt, Suidam totum hoc caput ex Hieronymi Sophroniana verſione tranſcripſiſſe.

# CAPUT LXXXII.

RHETICIUS d) Æduorum, id eſt, Auguſtodunenſis Epiſcopus, ſub Conſtantino celeberrimæ famæ habitus eſt in Galliis. Leguntur ejus Commentarii in Cantica Canticorum : e) & aliud grande volumen adverſus Novatianum : nec præter hæc quicquam ejus operum reperi.

Ῥητίκιος Ἰδυάων, τουτέστιν, Αὐγυστοδίων Ἐπίσκοπος, ὃν ὑπὸ Κωνσταντίνου δοκιμήσεως χάριτος ἐθαύμασεν ἐν τῇ Γαλλίᾳ. Ἀναγινώσκονται τούτου ὑπομνήματα εἰς ᾄσματα τῶν ᾀσμάτων, καὶ μέγα τεῦχος πρὸς Νωβατιανούς, ἀλλὰ καὶ ἕτερον πλὴν τούτων, ἐν τῶν αὐτοῦ εὑρεῖν συγγραμμάτων.

d) De hoc Reticio Epiſcopo Æduenſi, ſive Auguſtoduni Eduorum, (hodie Autun) conſules Sammarthanos fratres, T. 1. Galliæ Chriſtianæ p. 28. & Tillemontium T. VI. memor. p. 17. ſeq. Interfuit Concilio primo Arelatenſi A. 314. habito in cauſa Donatiſtarum Voluſiano & Anniano. CoSS.

e) Hieronymus Epiſt. 135. ad Marcellam : *Nuper cum Rheticii Auguſtodunenſis Epiſcopi, qui quondam a Conſtantinopolitano Imperatore ſub Sylveſtro Epiſcopo ob cauſam Montenſium miſſus eſt Romam*, (Datus a Conſtantino Imp. in cognoſcenda cauſa Donatiſtarum judex una cum Materno ac Marino. Vide Conſtantini Imp. Epiſtolam ad Miltiadem Romanum & Marcum ſive Meroclem Mediolanenſem apud Euſeb. X. 5. p. 391.) *Commentarios in Canticum Canticorum perlegiſſem - - - - innumerabilia ſunt quæ in illius mihi commentariis ſordere viſa ſunt. Eſt quidem ſermo compoſitus & Gallicano cothurno fluens, ſed quid ad interpretem, cujus profeſſio eſt non quo ipſe diſertus appareat, ſed quo eum qui lecturus eſt ſic faciat intelligere, quomodo ipſe intellexit qui ſcripſit.* Sirmondus ad Concilium Arelatenſe annotavit ex commentariis Reticii in Cantica illuſtrem eſſe locum apud Beringerum Scholaſticum in Apologetico. Cæterum & illi commentarii & alter quem memorat Hieronymus adverſus Novatianos liber Reticii intercidit.

## ERASMI SCHOLIA.

*In Canticum.*) Hunc improbat in quarto Tomo, exponens quid ſit aurum Ophaz.

## HENRICI GRAVII.

*Sub Conſtantino celeberrimæ famæ habitus & in Galliis.*) Fuit enim a Conſtantino Imp. ſub Sylveſtro Epiſcopo ob cauſam Montenſium miſſus Romam, ut ſcribit in Epiſt. *Nuper* ad Marcellam. Auguſtinus lib. 1. contra Julianum Pelagianum. *Rheticium ab Auguſtodunensi Epiſcopum magnæ fuiſſe authoritatis in Eccleſia tempore epiſcopatus ſui, geſta illa Eccleſiaſtica nobis indicant, quando in Urbe Romana, Miltiade Apoſtolicæ ſedis Epiſcopo præſidente, cum aliis judex interfuit, Donatumque damnavit* &c. Eundem vide cap. V. contra Epiſtolam Parmeniani. Interfuit ſecundo concilio Arelatenſi.

*Leguntur ejus Commentarii in Canticum Canticorum.*) Hieronym. ſupra ad Florentium.

## AUBERTI MIRÆI SCHOLIA.

*S. Reticius.*) Auguſtodunenſis in Gallia Epiſcopus, Conſtantini Imp. ævo datus eſt judex Donatiſtis. Arelatenſi conc. 314. interfuit, & colitur ut Sanctus.

## ERNESTI SALOMONIS CYPRIANI.

Conſtantinus M. nomen hoc effert ῥετέκιον, Rhetecius, in Epiſtola ad Miltiadem, Epiſcopum Romanum, & Marcum. Eraſmus legit Rhæticius. Sed hoc leve eſt; de viri vita exponamus. Recte ait Hieronymus, fuiſſe eum celeberrimæ famæ. Nam Conſtantino M. idoneus videbatur ad res Eccleſiæ laudabiliter gerendas, & lites prudenter componendas. *Euſeb. X, 5.* Hinc cum judicium ferendum eſſet de Cæciliani Donatique controverſia; juſſus eſt Romam abire, ut juxta cum Miltiade, Marco, Materno, Marino atque aliis de illa cauſa cognoſceret. Tum Reticius & collegæ ſententiam tulerunt in Donatum: ſequenti vero anno Arelatenſi ſynodo eundem interfuiſſe, non puto recte traditum a Clariſſimo Cavio. * Primo enim Donatiſtæ Reticii judicio ſtare nolebant, ſed eum rejiciebant: ut Conſtantinus M. diſerte docet in literis ad Chreſtum, Syracuſanorum Epiſcopum, quibus hunc ad Arelatenſem ſynodum evocat. Ibi de Donatiſtis ait: *Prolatæ ſententiæ acquieſcere nolentes aſſerunt, paucos admodum Epiſcopos ſententiam tuliſſe, qui nec omnibus, quæ prius oportebat, diligenter excuſſis, ad depromendum judicium properantes acceſſiſſent.* Dum igitur rejiciunt Romanam ſynodum, & Arelatenſem ſibi faventem cupiunt; Romanos judices denuo admiſiſſe haut quaquam exiſtimandi ſunt. Nec Conſtantinus ipſis judices obtruſiſſe legitur. Deinde Auguſtinus Epiſt. 162. diſerte docet, Conſtantinum conceſſiſſe Donatiſtis aliud judicium, *aliorum Epiſcoporum*, non quod neceſſe eſſet, ſed quod cederet eorum, ceu loquitur, perverſitatibus. Idem confirmat Epiſtola CLXV. & CLXVI. De fama quam Reticio Hieronymus tribuit, hæc habet Auguſtinus primo contra Julianum: *Reticium ab Auguſtoduno Epiſcopum, magnæ fuiſſe autoritatis in Eccleſia tempore Epiſcopatus ſui, geſta illa Eccleſiaſtica nobis indicant, quando in urbe Romana cum aliis judex interfuit, Donatumque damnavit.* An ſanctus fuerit, ignoro; Auguſtinus ſanctum Reticium vocat, quod auide arreptum eſt a pontificiis. *Colitur ut ſanctus*, inquit Miræus in ſcholio. Secundo contra Julianum Auguſtinus Reticium annumerat inter ſanctos ac beatos, & in divinorum eloquiorum pertractatione clariſſimos ſacerdotes. Libri ejus non extant: nec occurrunt multa fragmenta. Ego non niſi unicum reperire poſſum, quod mihi ex libro adverſus Novatianum deſumtum videtur. Id extat libro primo Auguſtini contra Julianum, & hujusmodi eſt: *Hanc igitur eſſe principalem in eccleſia indulgentiam, neminem præterit, in qua antiqui criminis omne pondus exponimus, & ignorantiæ noſtræ facinora priſca delemus, ubi & veterem hominem cum ingenitis ſceleribus exuimus.* Heic de baptiſmo agi, ac peccatum originis, ſeu ingenita ſcelera innui, recte monet Auguſtinus contra Pelagianos. Etſi vero libri hodie deſiderentur; olim tamen auide deſcripti ſunt. Hieronymus Florentium rogat, ut Commentaria in canticum a Ruffino obtineat deſcribenda, quibus obtentis eorum copiam itidem aliis fecit; Marcellæ autem facere noluit, addita ratione, non omnes iisdem veſci debere cibis. Ad genium Reticii cognoſcendum illud facere exiſtimo, quod etſi Hieronymus deſiderio commentariorum in canticum olim magnopere flagraſſet, de iisdem tamen, quum legiſſet, ita judicarit: *Vehementer miratus ſum, virum eloquentem præter ineptias ſenſuum cæterorum, Tharſis urbem, putaſſe Tarſum, in qua Paulus Apoſtolus natus eſt: & aurum Ophaz Petrum ſignificare: quia Cephas in Evangelio idem Petrus ſit appellatus. Innumerabilia ſunt, quæ in illius mihi commentariis ſordere viſa ſunt. Eſt quidem ſermo compoſitus, & Gallicano cothurno fluens.* Plura de Reticio, quæ quidem certa ſint, vix quisquam afferet. Imo quædam plane falſa ſunt. Sane quod Hieronymus in Epiſtola quadam ad Marcellam ait, Reticium a Conſtantinopolitano imperatore ſub Sylveſtro Epiſcopo, ob cauſam Montenſium, ſeu, Donatiſtarum Romam miſſum fuiſſe; deceptio eſt memoriæ. Donatiſtarum cauſa nunquam Romæ ſub Sylveſtro agitata eſt imperatoris nomine, conſtatque ex publicis documentis, iter illud ſub Miltiade ſuſceptum. Ad viri mortem quod ſpectat, refert Claudius Robertus, presbyter Lingonenſis, in Gallia Chriſtiana, *edit. Pariſ. 1626. fol. 197.* eum fuiſſe tertium Aeduenſem Epiſcopum, & anno CCCXXXVII. in polyandrio ſepultum.

* Imo recte. Vide ſubſcriptiones Epiſcoporum Concilii Arelat. T. I. Labbei p. 1430.

# CAPUT LXXXIII.

METHODIUS Olympi Lyciæ, f) & poſtea Tyri g) Epiſcopus, nitidi compoſitique h) ſer- Μεθόδιος Ὀλύμπου Λυκίας, καὶ μετὰ ταῦτα Τύρου Ἐπίσκοπος λαμπρὸς καὶ συγκειμένης λόγου,

f) Apud Suidam qui hoc caput e Græco Hieronymi interprete deſcripſit, additur: ἦτοι Πατρῶν. Πάτρα urbem Lyciæ, de qua Stephanus Byz. & alii Geographi. In illa Epiſco-

monis, adverſum Porphyrium confecit libros i) & Sympoſium decem virginum, k) de reſurrectione opus egregium contra Origenem, l) & adverſus eundem de Pythoniſſa, m) & de Autexuſio. n) In Geneſim quoque o) & in Cantica Canticorum commentarios: Et multa alia, p) quæ vulgo lectitantur. Et ad extremum noviſſimæ perſecutionis, q) ſive, ut alii affirmant, ſub Decio & Valeriano in Chalcide Græciæ, martyrio r) coronatus eſt.

γυ, καὶ Πορφυρίου συνέπεσε τύχη, καὶ συμπόσιον δέκα παρθένων, περὶ ἀναστάσεως λόγον ἄριστον, καὶ Ὠριγένους, καὶ τῶν αὐτοῦ περὶ Πυθωνίσσης, καὶ περὶ Αὐτεξουσίου, εἰς τὴν γένεσίν τε, καὶ εἰς τὰ ᾄσματα τῶν ᾀσμάτων ὑπομνήματα, καὶ ἕτερα πολλὰ χρῆναι ἀναγινωσκόμενα. ὃς περὶ τὰ τελευταῖα τοῦ διωγμοῦ, ἢ καθώς τινες διαβεβαίωνται, ἐπὶ Δεκίου καὶ Βαλεριανοῦ, ἐν Χαλκίδι τῆς Ἀχαΐας μαρτυρίου ἐστεφανώθη.

Epiſcopum fuiſſe Methodium, Leontius quoque lib. de ſectis, Jo. Damaſcenus Orat. 3. de imaginibus, Photius & Codices MSS. Convivii Virgium & aliorum Methodii ſcriptorum teſtantur. Olympi itidem in Lycia Epiſcopum vocat S. Maximus ad Dionyſium de Eccleſiaſt. Hierarchia c. 7. T. 1. p. 422.

g) Tyri in Phœnicia Epiſcopum a Methodio Patarenſi male diſtingui a Baronio ad Martyrolog. Roman. 14. Junii, jam notavit Leo Allatius in diatriba de Methodiis, quam in ſpicilegio Patrum tertii ſæculi hoc anno prælis iterum excuſam dedi in tomo ſecundo opuſculorum S. Hippolyti Martyris.

h) Elegantis atque elaborati. Sic infra c. 123. *tumenti compoſitoque ſermone.* Et Epiſt. 13 c. de Reticio: *Eſt quidem ſermo compoſitus & Gallicano cothurno fluens.*

i) Methodii opus contra Porphyrium, quod pridem intercidit, ad decem millia proceſſiſſe verſuum, teſtatur Hieronymus Epiſtola 84. ad Magnum Oratorem. Apud Freculfum puto legendum eſſe: *adverſus Porphyrium confecit librum, commaticum & ſympoſium decem Virginum.* Sic paullo ante de Lactantio: *habemus ejus commaticum ſympoſium*, ubi ſimiliter vitioſe excuſum eſt *habemus ejus commatum ſympoſium.* Ut hoc loco in Methodio, *commiatum.* Eſt autem commaticum quod per commata, ut in dialogis fit, ſermonem altero excipiente interjungit; Sic Hieronymus infra c. 131. *in morem dialogorum breves, commaticosque tractatus.*

k) Hoc ætatem tulit, nactum tres eruditos interpretes, Allatium, Poſſinum, Combefiſium. Notæ editioni Poſſini ſubjunctæ auctorem habent Henricum Valeſium virum ſummum. Sirletus Cardinalis pridem A. 1562. meditatus fuit editionem ſcriptorum Methodii, ac ſingillatim Convivii Virginum, ut didici ex Latini Latinii Epiſtolis T. 2. p. 102. 113.

l) Hæc ita conjungenda ſunt, neque pro duobus diverſis ſcriptis habenda de reſurrectione & contra Origenem, quoniam de reſurrectione opus Methodius Origeni oppoſuit, ut conſtat ex fragmentis quæ ampla ſatis ex illo conſervarunt Epiphanius hæreſi LXIV. Photius Cod. 234. Jo. Damaſcenus in parallelis ſacris p. 310. ſeq. & Orat. 3. de imaginibus. Vide etiam Euſtathium Antiochenum de engaſtrimytho p. 394.

m) Hoc ſcriptum periit, cum ætatem tulerint quæ de engaſtrimytho ſcripſere Origenes & quem modo memorabam Euſtathius.

n) *Περὶ αὐτεξουσίου καὶ περὶ τοῦ κακοῦ* Hoc Methodii ſcriptum edere qui eſt pollicitus Allatius p. 340. de Methodiis & ad Euſtathium Antioch. pag. 45. ſeq. neſcio integrum ne habuerit, an tantum vulgare voluerit excerpta quæ ex MS. Sirmondi, ex Meurſii Variis divinis p. 91. & ex Photii Cod. 236. dedit Combefiſius.

o) Ex Commentariis in Geneſin, ſive ut a Leontio vocantur *ἐκ τῶν εἰς τὴν Γένεσιν ὑπομνημάτων* præter pauciſſima fragmenta nihil ætatem tulit, quemadmodum nec ex ejus Commentariis in Canticum.

p) De illis dixi lib. V. Bibl. Græcæ p. 256. poſt Allatium in diatriba de Methodiis. Et Tillemontium T. V. memor.

q) Circa A. 303. Hæc ſententia verior eſt altera quam poſteriore loco commemorat Hieronymus. Quomodo enim potuit Porphyrii poſt A. 268. adverſus Chriſtianos ſcripta refellere Methodius, ſi jam ſub Decio & Valeriano A. 254. martyrium obierat? Vide Allatium diatriba de Methodiis capite 7. edit. a me nuper curatæ.

r) Addit Hieronymus *Græciæ*, quia fuere etiam civitates hoc nomine in Syria, Scythiaque. Sed & in Græcia plures fuere hoc nomine, ut notum vel ex Stephano Byz. Memoriam martyrii Methodii celebrant Latinorum Martyrologia 18. Sept. Græcorum Menæa atque Menologia 20. Jun.

## ERASMI SCHOLIA.

*et de autexuſio.*) Sic ex Sophronio legendum, qui vertit, περὶ αὐτεξουσίου, Id eſt, de eo qui eſt ſui juris, ſive de libero arbitrio.

*In Chalcide Græciæ.*) Quod plures ſint ejusdem nominis. Sophronius pro Græciæ vertit, τῆς ἀντεξουσίας, Id eſt, Orientis, ſive quæ eſt in Oriente.

## MARIANI VICTORII.

*De Pythoniſſa, & de αὐτεξουσίᾳ.* De eo qui ſuæ poteſtatis, ſeu liberi arbitrii eſt. Hunc usque ad decem millia verſuum contra Porphyrium ſcripſiſſe, alibi meminit.

## HENRICI GRAVII.

*Adverſum Porphyrium confecit libros.*) In his usque ad X. millia procedit verſuum. ut habes in Epiſt. Hieron. ad Magnum.

*De reſurrectione opus egregium contra Origenem.*) Ex hoc multa profert Epiphanius in Origenianis. Socrates in hiſtor. Eccleſiaſt. citat eum in Zenone lib. 6. c. 13.

## AUBERTI MIRÆI SCHOLION.

*S. Methodius*, Tyri Epiſcopus ſub Diocletiano, aut ſub Decio & Valeriano (ut quosdam affirmare Hieronymus hic refert) martyrium fecit. Sed prior ſententia magis placet: quia & contra Porphyrium, & contra Origenem ſcripſit: quorum ille ad Diocletianum usque pervenit; hic, Valeriano & Gallieno imperantibus, anno ætatis undeſeptuageſimo deceſſit. Hujus Methodii fragmenta ex libro de Reſurrectione adverſus Origenem, apud Epiphanium hæreſ. 64. & alia non pauca apud Photium in Bibliotheca exſtant. Circumfertur & libellus Revelationum ſub ejus nomine, ſed putatur ſuppoſititius. Alius ab iſto fuit *S. Methodius CP. Patriarcha*, cujus Canones pœnitentiales Baronius tom. IX. Annalium ſub annum 842. publicavit.

## ERNESTI SALOM. CYPRIANI.

Hujus nullam mentionem fecit Euſebius, cujus ſilentii Valeſius *Not. in L. VI. c. 33.* hanc cauſam eſſe putat, quod Methodius Origenem editis libris impugnaverit; alioqui Euſebium, cum omnes eccleſiaſticos ſcriptores in hiſtoria accurate commemoraverit, hunc prætermiſſurum non fuiſſe. At nollem Euſebium hac ſuſpicione oneratum, quæ valde jejuna eſt. Si ita colligere licet, quis erit innocens? Et quæſo, quam falſum eſt, Euſebium omnes Eccleſiaſticos ſcriptores, qui ante eum, vel ipſius ætate floruerunt, commemoraſſe. Ut multos præteream, num Athenagoram commemoravit?

*Olympi Lyciæ.* Totum hoc caput ex Sophronii translatione deſcripſit Suidas in voce Μεθόδιος, unde nobis iterum conſtat, Sophronii verſionem genuinam eſſe, nec fictam ab Eraſmo, ut ſentit Iſaacus Voſſius.

*Adverſus Porphyrium confecit libros.* Non omnes Porphyrii ſophiſticationes impugnavit, ſed plerasque, ut opinor. Hinc Hieronymus proœmio in librum primum Danielis Porphyrium *ex parte* a Methodio confutatum tradit. Philoſtorgius libro IIX. *c.* 14. judicat, Apollinarem in libris contra Porphyrium hos Methodii libros argumentorum vi ſuperaſſe.

*Contra Origenem.* Socrates *L. IV. c.* 13. ait, Methodium libris contra Origenem famam acupari conatum eſſe, quum virtute inclareſcere haut potuerit, eumque maledicum vocat. Addit, Methodium, quum in libris ſuis diu multumque inſectatus eſſet Origenem, poſtea in dialogo, quem Xenonem vocaverit, miris laudibus eundem extuliſſe, ac ceciniſſe palinodiam. Non nego Origenem a Methodio laudatum, quum & Hieronymus illum magna admiratione proſequatur. Verum hoc non obſtat, quo minus improbaret errores Origenis, etiam tum, quum ab eruditione laudaret, perinde ut Hieronymus. At illud falſum prorſus eſt, Methodium palinodiam ceciniſſe. Laudavit, antequam impugnaret, non poſtquam impugnaſſet. Hoc rectius noverit Methodii æqualis, Origenisque defenſor, Euſebius. Ille vero diſerte libro VI. περὶ ἀπολογίας Origenis Methodio obiicit: *Apud Hieron. T. III. f. 91. Quomodo auſus eſt Methodius nunc contra Origenem ſcribere, qui hæc & hæc de Origenis locutus eſt dogmatibus.* Non eſt, ut quis dicat, Methodium poſt editam ab Euſebio Apologiam denuo laudaſſe Origenem. Primo enim hujus rei nullum afferri poteſt indicium, deinde opinor Methodium ne quidem ſuperſtitem fuiſſe, quum prodiret Euſebiana Apogia. Nam Pamphilus martyr anno CCCIX. paſſus eſt; Methodius martyr circa annum CCCIII. Conſtat autem omnibusque notum eſt, Euſebium ſextum librum pro Origene poſt Pamphili mortem demum elaboraſſe. Patet igitur Methodio a Socrate injuriam factam.

CAP.

# CAPUT LXXXIV.

JUVENCUS, s) nobilisſimi generis, Hiſpanus, prebyter, t) quatuor Evangelia hexametris verſibus pene ad verbum transferens, quatuor libros u) compoſuit, & nonnulla eodem metro ad Sacramentorum ordinem pertinentia. x) Floruit ſub Conſtantino Principe. y)

Ἰούβεγκος ἐξ ἐπιφανῶν γένους, Ἱσπανὸς, πρεσβύτερος, τῶν τεσσάρων εὐαγγελίων δι' ἑξαμέτρων στίχων καὶ πόδας ἴσους τεσσάρας συντάξας βίβλους, καί τινα τῷ αὐτῷ μέτρῳ εἰς μυστικὴν ἀναφορὰν τάξιν. Ἤνθησεν ἐπὶ Κωνσταντίνου βασιλέως.

s) Integrum nomen C. Vettius Aquilinus Juvencus, ut ex MSS. Codicibus multi poſt Juretum in notis ad Symmachum p. 273. annotarunt.

t) *Sanctæ autem Rom. Eccleſiæ Cardinalem fuiſſe, undenam didicere Bergomenſis, Marineus Siculus, Eiſengreninusque?* ita Nic. Antonius lib. 2. Bibl. Vet. Hiſpanæ c. 4.

u) Non ſingulos libros ſingulis impendit Evangeliſtis, ſed Hiſtoriam Evangeliam quatuor libris digeſſit, Matthæum præ cæteris ducem ſecutus, non ſolum tamen, ſed ita ut ex cæteris eum Evangeliſtis ſubinde ſuppleat, quemadmodum initio ſtatim e Luca: nec pauca etiam prætereat. Editionem meliorem hujus Metaphraſeos debemus Doctori Altdorfinæ Academiæ meritiſſimo, *Magno Danieli Omeiſio τῷ μακαρίτῃ*, qui paullo ante obitum eam ad MSS. Codd. & veteres editt. recenſuit, & cum notis tum ſuis tum doctiſſ. Viri Georgii Matthiæ Kœnigii aliorumque ad prælum paravit. Itaque poſt ipſum A. 1708. 22. Nov. extinctum, luci data eſt curante præclaro viro Erhardo Reuſch. Francof. 1710. 8. qui & teſtimonia de Juvenco, & editionum Codicumque MSS. Juvenci notitiam præmiſit. Non video tamen ab eo annotatum, primam Juvenci editionem (eſt autem illa Pariſienſis A. 1499. fol.) deberi Jacobo Fabro, qui ejus rei meminit in præf. ad Aldhelmum de virginitate, editum Daventriæ A. 1512. 4° *Conſiderans ego fructum illum qui emerſit ex editione illa divi Juvenci, quem ego ante multos annos primus omnium publicavi* &c.

x) Hæc nusquam hodie exſtant.

y) Juvencus ipſe extremo libri IV.

*Hæc mihi pax CHriſti tribuit, pax hæc mihi ſæcli,*
*Quum foret inaulgens terræ regnator apertæ*
*Conſtantinus, adeſt cui gratia digna merenti.*

## NOTÆ HENRICI GRAVII.

*Juvencus*) Hieron. ad Magnum: *Juvencus presbyter ſub Conſtantino hiſtoriam Domini Salvatoris verſibus explicavit, nec pertimuit Evangelii majeſtatem ſub metri leges mittere.* Idem in Chronicis. & in cap. 2. Matth. *Pulcherrime munerum ſacramenta Juvencus presbyter uno verſiculo comprehendit dicens:*

*Aurum, thus, myrrham, Regique Hominique Deoque*
*Dona ferunt.—*

## AUBERTI MIRÆI.

*Juvenci* libros S. Hieronymus etiam laudat in epiſt. ad Magnum, & in commentario ad cap. 7. Matthæi: exſtantque in Bibliotheca veterum Patrum & alibi. Scripſit autem Conſtantini Magni ævo.

## ERNESTI SALOMONIS CYPRIANI.

*Sub Conſtantio.* Hæc lectio, quam ſervavit Miræus, depravata eſt, legendumque: *Sub Conſtantino.* Ita ex probatæ fidei codicibus Eraſmus, cui adde Hieronymum Epiſtola ad Magnum. Reſtitui ergo Conſtantinum.

# CAPUT LXXXV.

EUSTATHIUS, genere Pamphylius, Sidetes, z) primum Beroeæ Syriæ, a) deinde

Εὐστάθιος τῷ γένει Παμφύλιος, Σιδήτης, πρῶτον μὲν τῆς ἐν Βεροίᾳ τῆς Συρίας, εἶτα



z) Side celebris civitas Pamphyliæ, de qua viri docti ad Stephanum Byz. Ex eadem fuere Marcellus Sidetes cujus carmen Græcum de piſcibus habemus, & Tribonianus Sidetes de quo Suidas. Pro *Sidete* in quibusdam Hieronymi editt. *Sidites*, ut in Græco interprete atque apud Arrianum lib. 1. de expedit. Alexandri Σιδήτης.

a) Tanquam Epiſcopus Berrhoënſis Euſtathius interfuit Synodo Nicænæ. Et ab eadem Epiſcopus Antiochenus in locum Paulini conſtitutus eſt A. 325. Vide quæ Tillemontius T. VII. memor.

Antiochiæ rexit Eccleſiam: & adverſum Arianorum dogma componens multa b) ſub Conſtantino Principe pulſus eſt in exilium c) Trajanopolim Thraciarum, ubi usque hodie conditus eſt. d) Exſtant ejus volumina de Anima, e) de Engaſtrimytho adverſum Origenem, f) & infinitæ Epiſtolæ, g) quas enumerare longum eſt.

τὴν Ἀντιόχειαν ἐκυβέρνησεν ἐκκλησίαν, κ) ἔ δόγματ@ τῶν Ἀρειανῶν πολλὰ συντίθεις, ὑπὸ Κωνσταντίν βασιλέως ἐξωσθεὶς ἐν Τραϊανουπόλει τῆς Θρᾴκης, ἐν ᾗ καὶ ἐτάφη. Εἰσὶ τούτου συγγράμματα περὶ ψυχῆς, περὶ Ἐγγαστριμύθου κ) Ὠριγένους, καὶ ἄλλαι πολλαὶ ἐπιστολαί, ἃς ἀπαριθμεῖσθαι περιττόν.

b) Fragmenta quædam ex octo libris Euſtathii contra Arianos collegi T. VIII. Bibl. Græcæ p. 170. ſeq. c) A. 328.

d) Chryſoſtomus Orat. in Euſtathium, T. 1. p. 571. ὡς τὸ σῶμα@ αὐτοῦ πφύγ@ ἐν Θρᾴκῃ. Et τὸν μὲν πόφον ἐναγῆ ἐν ξένῳ τῷ βαρβαρικῷ χωρίῳ. Videtur obiiſſe Euſtathius circa A. 360. paullo antequam Meletius ſedi Antiochenæ præficeretur.

e) Ex Euſtathii λόγῳ περὶ ψυχῆς nonnulla afferunt S. Maximus Confeſſor T. 2. Opp. p. 152. Jo. Damaſcenus p. 752. parallel. ſacr. & Euſtratius Conſtantinopolitanus presbyter contra Pſychopannychitas c. 19.

f) Hoc ſcriptum adhuc exſtat editum & illuſtratum a Leone Allatio ad calcem commentarii Euſtathio tributi in Hexaëmeron. Lugd. 1629. 4. Dicavit illud Euſtathius Eutropio quem κρίσεων ἀνδρῶν & διαπεπείρατον τῆς ὀρθοδοξίας ἱεροκήρυκα appellat.

g) Ex his nulla, quantum memini ætatem tulit. Cæterum ſub Euſtathii Antiocheni nomine Liturgiam e Syriaco Latine verſam nuper admodum edidit eruditiſſimus Vir Euſebius Renaudotus T. 2. Collectionis Liturgiarum Orientalium pag. 235. Pariſ. 1716. 4.

## ERASMI SCHOLION.

*Genere Pamphylius.* Nam ita legendum, non ſolum ex Sophronio, verum etiam ex vetuſtiſſimorum codicum veſtigiis. Nam Side Pamphyliæ oppidum eſt.

*Primum Berææ Syriæ.)* Sic enim legendum teſtantur & Sophronius, & pervetuſti codices noſtri.

*Thraciarum.)* Dixit, ut nos Galliarum, pro Thraciæ.

*De engaſtrimytho.)* Ex Sophronio legendum, περὶ ἐγγαστριμύθου, de ventriloquo.

## MARIANI VICTORII.

*De Engaſtrimytho.* Περὶ ἐγγαστριμύθου, habet etiam Sophronius, id eſt, de ventricoſo, ſermone: vel verius, de eo cujusmodi erat Pythoniſſa, qui ex ventre, Dæmone ibi manente, reſponſum dabat.

## NOTÆ HENRICI GRAVII.

*Deinde Antiochiæ rexit Eccleſiam.)* Vide Theodoritum in Eccleſ. hiſt. lib. 1. cap 7. & Sozomenum lib. 1. cap. 2.

*Sub Conſtantio Principe pulſus eſt in exilium.)* Vide Socratem in hiſtor. Eccleſiaſt. lib. 4. c. 15.

## AUBERTI MIRÆI SCHOLION.

*S. Euſtathius* Antiochenus anno 325. concilio Niceno interfuit, & anno 340. ab Arianis pulſus eſt in exilium. Primus Antiochenæ Eccleſiæ Epiſcopus contra Arium clariſſima tuba bellicum cecinit: ut Hieronymus epiſt. 126. ad Evagrium loquitur. Martyrologio Rom. 16. Julii adſcriptus legitur: quo loco, ut & in Annalibus, plura de eo habet Baronius.

## ERNESTI SALOMONIS CYPRIANI.

Ab Euſtathio Antiochiæ Euſtathiani dicebantur clerici ac laici, qui Euſtathio, orthodoxo doctore, in exilium pulſo, ab ejus ſucceſſoribus, Ariana labe infectis, faciebant ſeceſſionem, ac ſeorſim ſacra peragebant annis LXXXV. *Vid. Theodoritus L. 1. c.* 22. Quod ad Euſtathium attinet, is ſane de fide Catholica præclare meritus eſt, ac primus Arianorum tulit atroces injurias. Hinc Theodorito audit veritatis defenſor, magnus Euſtathius; Sozomeno autem *L. II. c.* 19. vir tum eloquentiæ cauſa merito admirandus, cujus libri & ob gravitatem ſententiarum verborumque elegantiam, & propter venuſtatem in rebus explicandis magnopere probentur.

*Adverſus Arianorum dogma componens* Cum libris ſuis impugnaret Arianos, Euſebius Nicomedienſis, mirus fraudum ſtruendarum artifex, & Theognius, Nicænus Epiſcopus, juxta cum Euſebio Cæſarienſi, Patrophilo, Aetio, Theodoto aliisque Arianis, ſynodo Antiochiæ coacto, ubi tum Euſtathius regebat Eccleſiam, bonum virum adulterii poſtulant

ſtulant atque condemnant. Nam conductam pretio mulierem in concilium Epiſcoporum introducebant, quæ infantem uberibus admotum oſtenderet, illumque Euſtathio parente natum juramento confirmaret. (*Theodoritus L. I. c.* c. 21.) Nec impune tulit impoſturam mulier. Cum enim ancipiti morbo deinceps vexaretur; faſſa eſt, ſe pretio allectam id facinoris perpetraſſe; nec tamen omnino periuram eſſe: quum infans patrem Euſtathium habeat, non Epiſcopum, ſed fabrum quendam ærarium. Secunda latæ ſententiæ cauſa erat calumnia, qua Cyrus, Beroeæ urbis Epiſcopus, ſanctum præſulem maculabat, videlicet, Euſtathium facere cum Sabellio. *vid. L. I. c.* 24. Notandum vero hoc loco eſt, Socratem dubitare, num Cyrus Euſtathium hoc nomine unquam accuſaverit. Quicquid ſit, depoſitus eſt Euſtathius, resque mox ad Imperatorem Conſtantinum M. delata, qui literis ad Antiochenos datis turbas, quas concitaverat populus ob injuriam Euſtathio illatam, ſedare contendit, atque eam factionem, quæ Euſebium Cæſarienſem ſibi Epiſcopum dari volebat, adhortatur, ut ſeligant alium. Epiſtola extat apud Euſebium tertio de vita Conſtantini capite LIX.

*Sub Conſtantio principe pulſus eſt in exilium.* Ita Eraſmus, Miræus aliique. Sed heic omnia turbarunt veteres; nec recentioribus ſatis conſtat, qua ratione Euſtathii res geſtæ cohæreant. Falſum eſt, Euſtathium a Conſtantio ſede motum pulſumque in exilium. Nam Theodoritus *L. II. c.* 31. tradit, Meletium ſede Antiochena trigeſimo poſt Euſtathii abdicationem anno excidiſſe. Jam vero omnes fatentur, Meletium anno CCCLX. pulſum fuiſſe. Itaque Euſtathius anno circiter CCCXXX. motus eſt a Conſtantino. Deinde Philoſtorgius *L. III. c.* 7. ſatis clare indicat, Concilium Antiochenum, a quo munere privatus eſt Euſtathius, coactum eſſe tempore Conſtantini, non longe ab Euſebii Nicomedienſis revocatione. *Conf. Socrates L. I. c.* 24. Tertio dubitationi locus eſſe non poteſt, quia Euſebius III. de vita Conſtantini capite LIX. ipſemet prodit memoriæ, tumultum Antiochenum eveniſſe Conſtantini ævo, cujus ad Antiochenos literas affert, ſubjiciens & illas, quibus Euſebium laudaverat Conſtantinus, quod illo tumultu oblatam Antiocheni præſulis dignitatem haud ſuſceperit. Itaque merito reſtituimus Conſtantinum M. Nec primus hoc facio, cum & antiqua Lugdunenſis editio Conſtantii loco habeat Conſtantinum. Cavius noſtram lectionem & in Sophronio deprehendi ait; ſed quia ex codicibus MSSCC. Sophronium nemo edidit, præter Eraſmum, antiquiſſimo exemplo uſum; merito quis dubitet, an id ſub Conſtantino factum dicat Sophronius, quum Eraſmi Sophronius diſerte habeat: ὅτι κωνσταντίου.

*Trajanopolim Thraciarum, ubi usque hodie conditus eſt.* Ex hoc loco erroris arguendi ſunt Sozomenus VI. 13. IV. 15. & Socrates, qui tradunt, Euſtathium noſtrum a Valente denuo relegatum eſſe, quod Evagrium, orthodoxum Epiſcopum, adverſus Demophilum, Arianorum præſulem, ordinaſſet Conſtantinopolitanis. Si enim in exilio mortuus conditusque fuit in Trajanopolitana urbe; non potuit a Joviano revocari, multo minus a Valente pelli in exilium.

*Trajanopolim.* Valeſius, Victoris Tunuenſis autoritate niſus, Euſtathium non Trajanopoli, ſed Philippis conditum tradit. Imo Theodorus Lector libro II. nugatur, Euſtathium Philippis & exilium transegiſſe, & conditum eſſe, indeque Calendionem, ſucceſſorem ejus, cum id ab imperatore Zenone impetraſſet, Euſtathii reliquias Antiochiam detuliſſe. Sed nulla mihi probabilis ratio ſuccurrit, cur hos reliquiarum patronos Hieronymo debeam præferre.

*Ejus volumina.* Hieronymus Euſtathium illis annumerat, qui libros ſuos philoſophorum ſententiis ita refarciunt, ut neſcias, quid in illis primum admirari debeas, eruditionem ſeculi, an ſcientiam ſcripturarum. *Epiſt. 84. ad Magnum.*

*Adverſum Origenem.* Ob hanc cauſam Socrates ſanctum præſulem vocat maledicum, hominem vilem, obſcurum, qui ſuopte ingenio inclareſcere non potuerit.

# CAPUT LXXXVI.

MARCELLUS, Ancyranus Epiſcopus, h) ſub Conſtantino & Conſtantio Principibus floruit, multaque diverſarum ἐκθέσεων i) ſcripſit volumina, & maxime adverſum Aria-

Μάρκελλος Ἀγκυρανὸς ἐπίσκοπος, ἐπὶ Κωνσταντίου καὶ Κώνσταντος ἤνθησε, πολλὰ διαφόρων ἐκθέσεων γράψας τεύχη, καὶ μάλιστα κατὰ τῶν Ἀρειανῶν. φέρεται κατ' αὐτοῦ λόγος



h) Ancyræ, Galatiæ Metropoli Epiſcopatum geſſit Marcellus jam Concilii Nicæni tempore, cui A. 325. interfuit, imo Ancyrani tempore Concilii, cui præfuit A. 315. Vide Concilia Labbei T. I. p. 1475. & 1480. Idem in Sabellianiſmi ſuſpicionem in Synodo Conſtantinopol. depoſitus A. 336. ſed in Sardicenſi A. 347. reſtitutus, demum obiit circa A. 373. biennio antequam adverſus hæreſes ſcriberet S. Epiphanius. Vide Tillemontium T. VII. memor. p. 503. ſeq.

i) Qualia fuerint hæc varii argumenti ſcripta a Marcello compoſita, nec Hieronymus nec alii veteres nos diſtinctius docent.

nos. k) Feruntur contra hunc Asterii l) & Apollinarii libri, Sabellianæ eum hæresis arguentes: sed & Hilarius, m) in septimo adversum Arianos libro, nominis ejus, quasi hæretici meminit. Porro ille defendit, se non esse dogmatis, cujus accusatur, sed communione Julii n) & Athanasii, Romanæ & Alexandrinæ urbis Pontificum, se esse munitum.

εἰμὶ καὶ Ἀπολιναρίου λόγοι Σαβελλιανῆς τῆσδε αἱρέσεως εὐθύνοντες, καὶ Ἱλάριος ὁ ἐν τῷ ἑβδόμῳ κατὰ τῶν Ἀρειανῶν λόγῳ, οὗ δὴ αἱρετικῆς μέμνηται, ἀλλ' ἑαυτὸν ἀπολογεῖται, μὴ εἶναί τι κατηγορεῖται δόγματος, τῇ κοινωνίᾳ ἀμφοτέρων Ἰουλίου καὶ Ἀθανασίου Ῥώμης καὶ Ἀλεξανδρείας ἐπισκόπων.

k) Imprimis celebre Marcelli σύγγραμμα prolixum, decies mille prope στίχων *de subjectione Domine CHristi*, adversus Asterium Cappadocem, Eusebium Nicomediensem, Paulinum Tyri ac deinde Antiochiæ Episcopum, Origenem, Narcissum Neroniadis Episcopum & Eusebium Cæsariensem, e quo opere fragmenta apud Eusebium libris contra Marcellum. Vide Socratem lib. 1 cap. 36. Sozom. II. 33. & Hilarium fragment. p. 28. qui notat subjectionem Christi ita adversus Arianos negasse Marcellum, ut eundem esse cum Patre, videretur contendere.

l) Præter Asterium & Apollinarem scripsit adversus Marcellum etiam Basilius Ancyranus, de quo Hieron. infra c. 89. & Acacius Cæsareensis teste Epiphanio hæres. LXXII. p. 838. & Eusebius cujus libri duo contra Marcellum, & libri tres Theologiæ Ecclesiasticæ eidem Marcello oppositi exstant, cæteris Marcelli adversariorum scriptis deperditis. De Asterio infra c. 94. De Apollinari c. 104.

m) In libro VII. Hilarii contra Arianos non nominatur Marcellus, sed H. Gravius in notis ad h. l. & Dionys. Petavius qui de hæresi illi imputata accurate disserit lib. 1. de SS. Trinitate c. 13. putat ad eum respicere hæc verba Hilarii: *Impie multos ad unicum DEI professionem Galatia nutrivit.* In libro Hilarii ad Constantium jungitur Marcellus hæreticis Photino & Sabellio his verbis: *Hinc Marcellus verbum DEI cum legit, nescit: hinc Photinus hominem JEsum cum loquitur ignorat: hinc & Sabellius, dum* quod ego & Pater unum sumus; *non intelligit, sine DEO Patre & sine DEO Filio est.*

n) Epistolam Marcelli de fide qua se Julio Episcopo Romano purgavit & ab eo A. 341. in communionem receptus est, exhibet Epiphanius hæresi LXXII. p. 834 — 836. Ab Athanasio ad Julii & Synodi Sardicensis judicium provocante laudatur Marcellus in Epist. ad Solitarios T. 1. p. 919. seq.

## ERASMI SCHOLIA.

*Sub Constantino & Constantio.*) Sub Constantio & Constante, ex Sophronio.

*Diversarum hypotheseon.*) Id est, materiarum, sive argumentorum.

## MARIANI VICTORII.

*Sub Constantio & Constante.* Sophronius etiam ita legit. Antea tamen, sub Constante, & Constantino, legebatur.

*Diversarum ὑποθέσεων.* Materiarum, seu argumentorum.

## NOTÆ HENRICI GRAVII.

*Marcellus Ancyranus Episcopus.*) De eo Sozomenus lib. 2. c. 33.

*Multaque diversarum hypotheseon scripsit volumina.* Infra in Evagrio: *Diversarum hypotheseon tractatus mihi legit.* & in Lucio: *Pauca variarum hypotheseon libelli.* Item in Nahum c. 1. *Unaquaque sententia diversos habet inter se sensus. & separatas materias, propriasque ὑποθέσεις.* In Hag. 1. *Multiplices variarum hypotheseon, diversosque tractatus.*

*Feruntur contra hunc Asterii, & Apollinaris libri.*) De Asterio lege Sozomenum loco citato.

*Sed & Hilarius in VII. adversum Arianos libro.*) Post principium lib. 7. suppresso nomine meminit hæreseos ipsius. In libro autem ad Constantium Augustum, cujus initium: *Non sum nescius*: sic ait: *Hinc, id est, secundum scripturas Marcellus verbum Dei cum legit, nescit.*

*Porro ille defendit se.*) Vide Epiphanium in Marcellianis.

## AUBERTI MIRÆI.

*Marcellum* hunc Ancyranum Episcopum & Trithemius memorat lib. de Script. Eccles.

## ERNESTI SALOM. CYPRIANI Annotatio.

*Maxime adversum Arianos.* In libris contra Asterium, Arianæ sectæ rhetorem, incaute dixit, Christum esse nudum hominem, eamque ob rem accusatus effugia quæsivit, modo se librum combusturum promittens, modo asserens, librum non recte intellectum esse, ut est apud Socratem libro I. capite XXXVI. & libro II. capite XX. Docet Socrates, Marcellum

cellum ἐν ὅλοις τρισὶ βιβλίοις, tribus integris libris confutatum esse ab Eusebio Cæsariensi; sed sciendum, præter tres illos adhuc duos alios libros κατὰ μαρκέλλου, contra Marcellum ab Eusebio editos, qui hodie extant.

# CAPUT LXXXVII.

ATHANASIUS Alexandrinæ urbis Episcopus, o) multas Arianorum perpessus insidias, ad Constantem Galliarum Principem fugit: p) unde reversus cum litteris, & rursum post mortem ejus fugatus, q) usque ad Joviani imperium latuit; a quo recepta Ecclesia, sub Valente moritur. r) Feruntur ejus adversum Gentes duo libri, s) & contra Valentem & Ursatium unus, t) & de Virginitate, u) & de persecutionibus Arianorum plurimi, x) & de Psalmorum titulis, y) & historia Antonii z) monachi vitam continens: & ἑορτασικὴ epistolæ, a) & multa alia, quæ enumerare longum est.

Ἀθανάσιος Ἀλεξανδρείας Ἐπίσκοπος, πολλὰς ὑφὸ τῶν Ἀρειανῶν ἐπιβουλὰς, πρὸς Κώνσταντα τὸν Γαλλιῶν βασιλέα προσέφυγε, ὅθεν ἀναζεύξας μὲ γράμματων, καὶ αὖθις μὲ τὴν αὐτὸ πλευτὴν διωχθεὶς, ἕως τὸ βασιλέως Ἰοβιανῦ διέλαβε, καὶ ἀναλαβὼν τὴν ἐκκλησίων, ὅπὶ Οὐάλεντος πλευτᾷ. φέρεται αὐτὸ κατὰ τῶν ἐθνῶν λόγοι δύο, κατὰ Οὐάλεντος καὶ Οὐρσακίου ἕνς, περὶ παρθενίας, περὶ διωγμῶν Ἀρειανῶν πλῆθοι, περὶ ὑπογραφῆς ψαλμῶν, καὶ ἱστορία Ἀντωνίου ἀναχωρήτου τὸν βίον περιέχουσα, καὶ ἑορτασικὴ Ἐπιστολὴ, καὶ πλῆθος ἄλλα τινὰ, ἅπερ ἀπαριθμεῖσθαι ὀκνῶ.

o) Athanasius successit Alexandro Episcopo Alex. defuncto A. 326. sive 17. April. ut doctissimo Montfaucono visum, sive sub initium anni, ita ut jam 18. Januar. ordinatus sit ejus successor Athanasius, ut contendit Jo. Baptista Sollerius in tractat. historico Chronolog. de Patriarchis Alex. T. V. Act. Sanctor. Junii.

p) De Athanasio ad Constantem confugiente & Constantis Epistola pro Athanasio (data A. 349.) ad fratrem Constantium vide Theodoritum lib. 2. Hist. Eccles. cap. 4. Rufinum lib. 1. c. 19. q) Ab A. 350. ad 363.

r) A. 373. 2. Maj. Vide T. V. Bibl. Græcæ p. 297.

s) Hi sunt quorum posterior in editionibus inscribitur de incarnatione, quem Syriace A. 564. versum ex Syria A. 1716. Romam attulit Josephus Asseman Maronita.

t) Hic liber contra Ursacium Murciæ in Pannonia & Valentem Singidonis in Moesia Episcopos Athanasii inimicos ac delatores hodie desideratur.

u) Exstat hodie liber sub Athanasii nomine de Virginitate & ἀσκήσει, sed qui inter dubia scripta reponitur in tomo tertio editionis luculentæ operum Athanasii quam præstantissimis viris Antonio Pouget ac Bernhardo de Montfaucon debemus, Paris. 1698. fol.

x) Inter scripta Athanasii quæ exstant huc pertinet plures Apologiæ & Epistolæ quæ Tomo primo jam laudatæ editionis parte priore & posteriore leguntur.

y) Exstat quidem hodie Epistola Athanasii ad Marcellinum, præfixa interpretationi Psalmorum, & a Balth. Corderio ante Catenam in Psalmos, & emendatius nuper a V. C. Jo. Ernesto Grabe ex Codice Alexandrino in sua LXX. Interpretem editione Tomo III. vulgata. Sed nihil in illa de titulis Psalmorum, neque in ea exstat locus qui allegatur in Concilio Nicæno II. Actione VI. p. 540. Vide Casimiri Oudini triadem dissertationum Lugd. Bat. 1717. 8. pag. 32. 45. 57. seq.

z) De hoc Antonio infra c. 88. Hieronymus, neque solo hoc exemplo constat eum non accuratum temporis ordinem hoc in Catalogo observasse. Vita Antonii ab Athanasio scripta extat, extat & Latina Evagrii Presbyteri Antiocheni versio de qua c. 125. Græce primus vulgavit addita versione sua & notis David Hœschelius, Augustæ Vindel. 1611. 4. Codicem Hœscheliano locupletiorem emendatioremque sibi in promtu esse testatus est Franciscus Combefilius in Bibl. Concionatoria. De Codice Cæsareo vide Lambecium T. V. p. 297. De Seguierianis laudatum Montfauconum in Bibl. Coisliniana p. 304. 365.

a) Hæ Epistolæ Paschales quas ab Alexandrino Episcopo quotannis mitti olim usus obtinuit, hodie desiderantur. De illo more dictum ad cap. 118.

## ERASMI SCHOLIA.

*Usque ad Joviniani.*) Joviani legit Sophronius, suffragante vetustissimo exemplari. *ἑορτασικαί.*) Id est, de festis diebus.

## MARIANI VICTORII NOTÆ.

*Ἑορτασικὴ epistola.* De festis diebus scilicet conscriptæ.

*Contra Valentem & Ursacium.* Arianæ sectæ hi fuerunt, & Ariminensis synodi patres, se Catholicos simulantes, deceperunt. Lege eundem Hieronymum adversus Luciferianos.

## NOTÆ HENRICI GRAVII.

*Athanaſius Alexandrinæ urbis Epiſcopus.*) Hieronymus in Chronicis: an. 14. Conſtantini: *Alexandrinæ Eccleſiæ 36. ordinatur Epiſcopus Athanaſius, qui ab Arianis perſecutus ad Conſtantinum refugit.* Ibidem, anno 6. filiorum Conſtantini: *Maximus Trevirorum Epiſcopus clarus habetur, a quo Athanaſius Alexandriæ Epiſcopus, cum a Conſtantio quæreretur ad pœnam, honorifice ſuſceptus eſt.* An 8. *Athanaſius ad Conſtantis litteras Alexandriam regreditur.* Vide Rufin. lib. X. Eccleſ. hiſtor. & in principio XI.

*Sub Valente moritur.*) Gratiano 1. & Probo Coſſ. Socrates Eccleſ. hiſtor. li. 4. c. 10.

## AUBERTI MIRÆI SCHOLIA.

*S. Athanaſium.* anno 373. adhuc ſuperſtitem fuiſſe, conſtat ex Proterii Patriarchæ Alexandrini ad Leonem I. Papam Epiſtola, a Bucherio edita, infra in notis ad caput 10. Iſidori memoranda. Errat itaque Socrates, qui lib. 4. c. 29. tradit, Gratiano II. & Probo Conſulibus, ho eſt, Chriſti anno 371. ipſum obiiſſe. Athanaſii opera, tomis IV. comprehenſa, ſunt in omnium manibus: ex iis quæ genuina ſint, Bellarminus in Catalogo, & Baronius in Annalibus explicant. Mentio Athanaſii in Martyrolog. 2. Maji.

## ERNESTI SALOMONIS CYPRIANI.

*De virginitate.* Cum Romæ nulla adhuc nobilium fœminarum noſſet propoſitum monachorum, nec auderet ignominioſum ac vile nomen aſſumere; ab Athanaſio, qui Arianorum perſecutiones declinans Romam confugerat, illam vivendi rationem primum didicerunt fœminæ virgineſque Romanæ, ut Hieronymus autor eſt in Epitaphio Marcellæ ad Principiam. Hinc virginibus Athanaſii libellos magnopere commendat. In Epiſtola ad Lætam de filiæ inſtitutione ait: *Athanaſii Epiſtolas inoffenſo decurrat pede.*

*ET ἐορτασμῶν epiſtola.* Fuerunt Epiſtolæ paſchales, quas patres olim ab Alexandrinæ Eccleſiæ Epiſcopis ſcriptas voluerunt, quod Ægyptii ſemper magnam curam in ſiderum cognitione ponerent, adeoque accuratius, quam reliqui, inveſtigare poſſent, quo die ſingulis annis paſcha celebrandum eſſet. Hujusmodi Epiſtolam Alexandrinus Epiſcopus non modo ad reliquas Ægypti Eccleſias, ut Valeſius *ad Euſ. VII. 20.* ſentit; ſed & ad ipſos Romanos Epiſc. mittebat, ut ubique eſſet conſentiens paſchæ celebratio, ceu Leo Magnus Epiſtola LXIV. diſerte confitetur. Imo Alexandrinis ita proprium erat has Epiſtolas exarandi munus, ut Romanis epiſcopis illi rei immiſcere ſe hautquaquam liceret, ſed neceſſum haberent, imperatores, ſi quid oſcitanter fieret ab Alexandrinis, rogare, ut Ægyptios admonerent, ne in paſchæ die inveſtigando peccetur. Id fecit Leo Epiſtola LXV. ad Eudociam, qua eam obteſtatur, ut imperatori Conſilium de monendis Ægyptiis ſuggerat.

# CAPUT LXXXVIII.

ANTONIUS monachus, b) cujus vitam Athanaſius, Alexandrinæ urbis Epiſcopus, inſigni volumine proſecutus eſt, miſit Ægyptiace ad diverſa monaſteria Apoſtolici ſenſus ſermonisque Epiſtolas ſeptem, c) quæ in Græcam linguam translatæ ſunt: quarum præcipua eſt ad Arſenoitas. Floruit ſub Conſtantino & filiis ejus regnantibus. (Vixit annos centum quinque. *)

Ἀντώνιος μοναχὸς, ὃς τὸν βίον Ἀθανάσιος Ἀλεξανδρείας Ἐπίσκοπος ἀξιόλογῳ πύκνῳ διεξῆλθεν, ἔστειλε πρὸς ἀδελφοὺς τῆς Αἰγύπτου μοναστήρια, Ἀποστολικὸν χαρακτῆρος καὶ λόγους Ἐπιστολὰς ἑπτὰ εἰς ἑλληνικὴν διάλεκτον μεταφρασθείσας ὧν ἐξαίρετός ἐστι πρὸς τοὺς Ἀρσινοΐτας. Ἤνθησεν ἐπὶ Κωνσταντίνου καὶ τῶν τούτου παίδων βασιλευόντων.

b) Defunctus in Thebaide Ægypti A. 367. ætatis 105. De vita ab Athanaſio ſcripta & ab Evagrio Antiocheno Latine verſa dictum cap. 87. & 125. De Antonio ipſo & ejus ſcriptis T. VIII. Bibl. Græcæ p. 344. ſeq.

c) Epiſtolæ illæ ſeptem adhuc exſtant e Græco verſæ a Valerio Saraſio ſæpiusque editæ in Patrum Bibliothecis. Etiam Lingua Coptica ſive Ægyptia adhuc ſupereſſe in Monaſteriis Thebaidis, ex Abulbircato refert V. C. Euſebius Renaudotus præf. ad T. 1. Liturgiarum Oriental. p. CXIX.

* Hæc verba deſunt in plerisque Codd. MSS.

## ERASMI SCHOLIA.

*Ad Arſenatas.*) Arſinoitas legendum. Eſt enim Arſinoe Libyæ civitas.

## MARIANI VICTORII NOTÆ.

*Floruit ſub Conſtantino, & filiis ejus regnantibus.* Vox, Sub, alicubi deeſt. Verum Sophronium & vulgatam editionem ſecuti, nos eam reliquimus. Sequitur deinde: Vixit annos centum quinque. Quæ verba etſi tam apud Sophronium, quam apud codices multos deerant, nos tamen cum hiſtoriæ cognitionis cauſa, tum quia in vulgata illa editione repe-

HEN-

## HENRICI GRAVII.

*Antonius Monachus.*) Euſeb. in Chronicis: *Anno Domini 253. Imperante Decio, Antonius Monachus in Ægypto naſcitur.*

*Cujus vitam Athanaſius.*) Vide Rufinum in Eccleſ. hiſtor. lib. X. c. 8. & Chryſoſt. hom. V. in Matth.

*Floruit ſub Conſtantino & filiis ejus regnantibus.*) In Chronicis Hieronymus: *Anno XXX. Conſtantini, Conſtantinus cum liberis ſuis honorificas ad Antonium Monachum litteras mittit.*

*Vixit annos CV.*) In Chronicis; *Anno 21. filiorum Conſtantini, hoc eſt, anno Domini 361. Antonius Monachus CV. ætatis anno in eremo moritur.* De eo lege Auguſtinum lib. VIII. Confeſſ. cap. 6.

## SCHOLION AUBERTI MIRÆI.

*S. Antonius.*) Anno Chriſti 250. ſub Decio natus, ætatis 105. ad Dominum migravit, Conſtantii anno 19. hoc eſt Chriſti 356. menſe Januario. Ejus Epiſtolæ, hic ab Hieronymo laudatæ, in Bibliotheca Patrum exſtant. Libri duo Sermonum; qui in eadem Bibliotheca habentur, & S. Antonio perperam a Trithemio adſcribuntur, ſunt auctoris longe poſterioris ætate; utpote citantis Baſilium, Gregorium Nyſſenum, Chryſoſtomum, Nilum, Photium, & alios. Mentio S. Antonii in Martyrolog. Rom. 17. Januar.

## ERNESTI SALOMONIS CYPRIANI.

*Ad diverſa monaſteria epiſtolas ſeptem.* Imo plures. Scripſit enim ad Conſtantinum Magnum, Conſtantem atque Conſtantium, quarum Epiſtolarum argumentum exhibet Athanaſius in vita Antonii. *T. II. Opp. p. 478.*

# CAPUT LXXXIX.

BASILIUS Ancyranus Epiſcopus artis Medicinæ d) ſcripſit contra Marcellum, e) & de Virginitate librum, & nonnulla alia: & ſub Rege Conſtantio, f) Macedonianæ partis, g) cum Euſtathio Sebaſteno, princeps fuit.

Βασίλειος Ἀγκυρανὸς Ἐπίσκοπος, (ἰατρὸς τὴν τέχνην) ἔγραψε κατὰ Μαρκέλλου, καὶ περὶ παρθενίας λόγον, καὶ ἄλλα ὀλίγα ἄλλα, καὶ βασιλεύοντος Κωνσταντίου, Μακεδονιακῆς θρησκείας ἅμα Εὐσταθίῳ Σεβαστηνῷ ἤρξεν.

d) In editione Johannis a Fuchte & in vulgatis Græcæ verſionis tantum legitur: *Baſilius Ancyranus epiſcopus ſcripſit* &c. Sed in aliis atque apud Marcianæum eſt: *Baſilius Ancyranus epiſcopus, artis Medicinæ*, ſive ut Codex viridis Vallis quem Suffridus Petri inſpexit, & Martinus Lipſius, *artis Medicæ*. Marcianæi Lectioni ſuffragatur non Honorius modo & Freculfus, ſed etiam Suidas qui Græcum Hieronymi interpretem exſcripſit: Βασίλειος Ἀγκυρανὸς, Ἐπίσκοπος τῆς αὐτῆς πόλεως, ἰατρὸς τὴν τέχνην. Suffridus vero Petri in Gemblacenſi & Sigebergenſi codice reperit: *Baſilius Ancyranus, epiſcopus arcis Mechenæ*. Illamque lectionem avide amplexum ſecutus eſt Miræus: perperam omnino, cum Baſilium conſtet fuiſſe in Epiſcopatu Ancyrano ſucceſſorem datum Marcello A. 336. & depoſitum A. 360. neque potuiſſe libello ſupplice A. 363. apud Jovinianum Imperatorem oblato impetrare ut reſtitueretur. Vide Socratem III. 25. & quæ T. VIII. Bibl. Græcæ p. 347. ſeq. ubi notavi verba *artis Medicinæ* ita jungi Epiſcopo, ut infra c. 90. *Hiſtoricæ intelligentiæ*. Atque Epiſcopos artis Medicæ peritos complures in veteri ac recenti memoria claros referunt Andreas Tiraquellus libro de nobilitate p. 291. ſeq. Theophilus Raynaudus T. VIII. Opp. p. 569. 587. Abraham Bzovius in Nomenclatore Sanctorum profeſſione Medicorum Colon. 1623. 12. & Chriſtianus Benedictus Carpzovius in diſſ. de Medicis ab Eccleſia pro Sanctis habitis. Lipſ. 1709. 4.

e) Contra Marcellum Ancyranum deceſſorem ſuum de quo ſupra c. 86. Sed & illud ſcriptum & alterum de Virginitate intercidit. Profeſſionem ejus fidei exhibet Epiphanius hæreſi LXXIII. p. 859. f) Male editt. quædam *Conſtantino*.

g) Suidas in Εὐστάθιος. Hic eſt Euſtathius Sebaſtiæ in Armenia Epiſcopus cujus ſectatores dicti Euſtathiani apud Anaſtaſium Sinaitam & Damaſcenum, non confundendi cum Euſtathianis Euſtathio Antiocheno præter fas depoſito adhærentibus. Vide T. VIII. Bibl. Græcæ p. 190. ſeq.

## MARIANI VICTORII.

*Scripſit contra Marcellum, & de virginitate librum.* καὶ περὶ παρθενίας λόγον. Et, conjunctionem, ex Græco, latinisque codicibus reſtituimus. Deerat enim antea.

## NOTÆ HENRICI GRAVII.

*Baſilius Ancyranus epiſcopus.*) Vide Socratem in hiſtor. Eccleſ. lib. 1. c. 36. & litteras Sardicenſis Concilii apud Theodoritum lib. 2. cap. 8. item Socratem lib. 2. cap. 6. & Sozomenum lib. V. cap. 1.

## AUBERTI MIRÆI SCHOLION.

*Baſilius.*) Iſte Ancyranus, Epiſcopus arcis Mecheæ (fortaſſis Mechæ in Arabia: qua in urbe pſeudopropheta Mahometus eſt conditus) profeſſione Arianus, una cum aliis Arianis Joviano Imp. libellum obtulit: ut Sozomenus l. 6. c. 4. narrat. Ab iſto Epiſcopo prorſus alius fuit (etſi eodem tempore vixerit) *S. Baſilius* presbyter & martyr Ancyranus, faſtis Rom. Martyrologii 22. Martii adſcriptus: quo loco & Baronium lege.

## ERNESTI SALOM. CYPRIANI.

*Artis medicinæ.* Ita Codices Eraſmi, Victorii & Guelpherbytanus. Miræus vero: *Arcis Mecheæ.* Quia nemo tradit, Baſilium arcis Mecheæ Epiſcopum fuiſſe, nec quæ fuerit illa arx, a quoquam ſatis expoſitum video; retinui priorem lectionem, cui tamen tantum non tribuo, ut aliam reſpuendam exiſtimem, ſi quæ ex probatis codicibus proferatur.

*Scripſit.* Præter libros Baſilii, quorum harum rerum ſcriptores meminerunt, non eſt prætermittenda ejus diſputatio cum Photino, quam a notariis exceptam tradit Socrates libro II. capite XXX.

# CAPUT XC.

THEODORUS, Heracliæ Thraciarum Epiſcopus, g) elegantis apertique ſermonis, & magis hiſtoricæ intelligentiæ, edidit ſub Conſtantio Principe commentarios in Matthæum & in Joannem, & in Apoſtolum, & in Pſalterium. h)

Θεόδωρος. Ἡρακλείας τῆς Θρᾳκῶν Ἐπίσκοπος, εὐφυὴς καὶ ἀφελῆ λόγῳ καὶ ἱστορικῆς διανοίας, ἐξέδωκεν ὑπὲρ Κωνσταντίου βασιλέως ὑπομνήματα εἰς Ματθαῖον & Ἰωάννην, & εἰς τὸν Ἀπόστολον, καὶ εἰς τὸ Ψαλτήριον.

g) Hic Synodo Antiochenæ A. 341. interfuit, de quo Schelſtratenus ad illam Synodum p. 75. Depoſitum deinde in Synodo Sardicenſi A. 347. credibile eſt diem obiiſſe circa A. 355. Vide Tillemont. T. VI. p. 794.

h) Commentarius in Pſalmos integer a Balth. Corderio editus cum Patrum Græcorum in eosdem Catenis, Antw. 1643 fol. Græce & Latine. Ex Commentariis cæteris non niſi fragmenta apud varios Catenarum editarum inditarumque ſcriptores leguntur.

## ERASMI SCHOLIA.

*Et magis hiſtoricæ intelligentiæ.*) Magis, non addit Sophronius, nec video quid ad ſenſum faciat. Senſit autem illum ſimpliciter, & ad literam, ut vocant, interpretatum Scripturam divinam.

## MARIANI VICTORII.

*Et magis hiſtoricæ intelligentiæ.* Vox, magis, abundare hic videtur, nec illa a Sophronio additur: verum, quia conſentientia latina exemplaria omnia fere eam habent, propterea non amovimus.

## HENRICI GRAVII.

*Theodorus Heracliæ Thraciarum Epiſcopus.*) Hieron. in Epiſt. *Ipſe. Theodorus Heracleotes, quæ urbs olim Perinthus vocabatur, in commentariis Apoſtoli* &c. Idem apud Theodoritum lib. 1. cap. 28. & lib. 2. c. 3.

## AUBERTI MIRÆI.

*Theodori*) Heraclienſis Epiſcopi meminit & Trithemius.

## ERNESTI SALOMONIS CYPRIANI Annotatio.

*Heraclia.* Puto utrumque recte ſcribi, *Heraclea* & *Heraclia*, cum Socrates libro II. capite XII. Theodorum ἡρακλείας Epiſcopum; Theodoritus vero libro II. capite III. eundem ἡρακλεώτην appellet.

*In Matthæum & in Joannem.* Theodoritus videtur ei in quatuor Evangelia Commentarios tribuere. Τῶν θείων εὐαγγελίων τὴν ἑρμηνείαν συγγέγραφε, inquit.

# CAPUT XCI.

EUSEBIUS Emeſenus i) Epiſcopus, elegantis & Rhetorici ingenii, innumerabiles, & qui ad plauſum populi pertinent, confecit libros, magisque hiſtoriam ſecutus, ab his qui declamare volunt, ſtudioſiſſime legitur: k) quibus vel præcipui ſunt adverſum Ju-

Εὐσέβιος. Ἐμεσηνὸς, εὐφυὴς & ῥητορικῶς, ἀναρίθμητους καὶ εἰς πρόσωπον τὸ λαὸ συντεινοντας ἐποιήσατο λόγους, & μᾶλλον ἀκριβοῦς ἱστορίας, ὡς τις αὐτοδιδάκτου ἀναγινώσκεται παρὰ τῶν πρόσω χαιρόντων, ἀφ' ὧν ἐστιν ἐξαίρετοι λόγοι δέκα, κατὰ τῶν Ἰουδαίων & ἄλλων, & Νεοβαπτιστῶν,

i) Ἔμισα, Ἔμεσα, Ἔμσα, tribus enim his modis, ſcriptum nomen reperitur, præclara & ampla civitas Phœniciæ. Ab Ἔμισα Ἐμεσηνός. Ab Ἔμεσα Ἐμεσαῖος.

k) Johannem Chryſoſtomum Euſebii Emeſeni ſectatorem fuiſſe notat Hieronymus infra cap. 129.

Digitized by Google

dæos l) & Gentes, & Novatianos, & ad Galatas libri decem, & in Evangelia homiliæ breves, ſed plurimæ. Floruit temporibus Conſtantii Imperatoris, ſub quo & mortuus, m) Antiochiæ ſepultus eſt.

καὶ πρὸς Γαλάτας ἓις, εἰς Εὐαγγέλια ὁμιλίαι βραχύταται μὲν, πολλαὶ δέ. Ἤνθησεν ὅτι Κωνσταντίου βασιλέως, καὶ τελευτήσας ἐν Ἀντιοχείᾳ ἐτάφη.

l) Euſebii Emeſeni κατασυλλογισμὸν πρὸς τοὺς Ἰουδαίους Ms. exſtare in Bibl. Vindobonenſi teſtatur Lambecius IV. p. 184. Cætera ſcripta ipſius Hieronymo memorata interciderunt omnia. Similiter contra Judæos, contra Gentes, & Hæreticos ſtylum ſtrinxit etiam Diodorus, quem Euſebii Emeſeni imitatorem fuiſſe teſtatur Hieron. c. 119.

m) Defunctus A. 360. Confer Tillemontium T. VI. memor. & Bibliothecam meam Græcam T. VI. p. 106. ſeq.

## MARIANI VICTORII.

*Euſebius, Emeſenus Epiſcopus.* Epiſcopus, nec Sophronius habet, nec Mediceum, Feſulanumque manuſcripta exemplaria: nos tamen, vulgatam ſecuti editionem, reliquimus: quia, ubi contrarium clare non conſtat, nihil omnino e vulgatis codicibus immutamus, aut delemus.

## NOTÆ HENRICI GRAVII.

*euſebius emiſenus epiſcopus.*) Hieronymus in Chronicis anno X. Conſtantii. *Euſebius emiſenus Arianæ ſigniſer factionis, multa & varia conſcribit.* Vide Socratem lib. 2. c. 9. & Sozomenum lib. 3. c. 6.

*Innumerabiles, & qui ad plauſum populi pertinent, confecit libros.*) Hieron. infra in Epiſt. *Prius* ad Cyprian. *Non compoſita oratione verborum, plauſuque populari, qui ſolet imperitorum aures decipere atque palpare* &c. In præfat. Eſa. *Quorum aures faſtidioſæ ſunt, & ad intelligendas ſcripturas ſanctas nauſeant, plauſuque tantum eloquentiæ delectantur.*

In Ezech. 18. *Placentque ſibi in plauſu populi torquente eos conſcientia.* & in 22. *Plauſusque commovent, & vociferantur, & jactant manus.* Item in Matth. XII. *Cum hæc intelligentia plauſum quendam, & colorem doctrinæ præferat, neſcio, an habeat veritatem.* Similia habes in Eccleſiaſtis cap. X. & in præfat. lib. 3. Galat.

## AUBERTI MIRÆI SCHOLIA.

*Theodoretus* Scriptores, qui adverſus Manichæorum ſectam commentarios ediderunt, recenſet iſtos, *Titum Boſtrenum* Epiſcopum, *Diodorum Tarſenſem*, *Georgium Laodicenum* Arianum, *Euſebium Phœnicem*, hoc eſt, *Emeſenum.* Quod ab Euſebium Cæſarienſem attinet, Socrates lib. 1. c. 17. ſcribit, jejune admodum in Eccleſiaſtica Hiſtoria Manichæorum ab illo mentionem eſſe factam. Qua de cauſa totam ejus Hiſtoriam ex Archelai, ſupra cap. 72. laudati, ſcriptis uberius exponit. Quare præcipuo aliquo libro hæreſim iſtam oppugnaſſe videtur Euſebius Emeſenus. Vixit autem ſub Conſtantio, Conſtantini Magni filio. Homiliæ in Evangelia totius anni, & aliæ Homiliæ quinquaginta, variorum argumentorum, falſo ſunt editæ nomine Euſebii Emeſeni: ut Bellarminus in Catalogo recte docet; ubi & diſſerit de iſtarum Homiliarum auctoribus.

## ERNESTI SALOMONIS CYPRIANI.

*Et ad Galatas libri decem.* Guelpherbytani codicis lectio aliis omnibus præferenda: *Et in Epiſtolam ad Galatas ὑποθέσεων libri decem.* Male Sophronius: πρὸς Γαλάτας ἓις.

# CAPUT XCII.

TRIPHYLLIUS, Cypri Ledrenſis, ſive Leucotheon n) Epiſcopus, eloquentiſſimus ſuæ ætatis, & ſub Rege Conſtantio celeberrimus fuit. Legi ejus in Cantica Canticorū o) commentarios. Et multa alia compoſuiſſe fertur, quæ in noſtras manus minime pervenerunt.

Τριφύλλιος Κύπρου Λήδρων, ἤτοι Λευτεῶνος Ἐπίσκοπος, εὐφραδὴς ὑπὲρ Κωνσταντίου ὁπόσημος. Ἀνέγνων τούτου εἰς ᾄσματα ᾀσμάτων ὑπομνήματα, ὅς τις πολλὰ λέγεται συγγεγραφέναι, ἃ πάντα εἰς τὰς ἡμετέρας χεῖρας οὐ περιῆλθεν.

n) *Fucum hoc loco ut in aliis bene multis fecit Eraſmus & Mariano falſus Sophronius, interpres Gracus, qui verbum* Λευτεῶνος *poſuit pro* Leucotheon *genuino nomine, retento in cunctis Exemplaribus MSS. Eſt autem Ledrenſis urbs, quæ &* Leucotheon; *urbs Archiepiſcopalis & Metropolis Cypri Inſula in ora Boreali, quæ* Leucotheon & Leucoſia *Græcis dicitur*, Nicoſia *vero Sophiano & aliis. Ad originem itaque Latinam Hieronymi revertentes, falſum ſapiſſime ac depravatum in Græco Sophronio contextum emendamus ex Codicibus manuſcriptis, quorum fides atque auctoritati adhærentes, imperitorum hujus temporis judicium contemnimus & eorum calumnias aure ſurda tranſimus.* Hæc Jo. Marcianæus. Τριφύλλιον Λεδρῶν Ἐπίσκοπον memorat Sozomenus lib. 1. c. XI. & ex eo Nicephorus VIII. 42. *Ledrenſem* Epiſcopum vocat Hiſtoria Tripartita lib. 1. c. 10. Hic eſt Triphyllius qui inter Cypri Epiſcopos ſubſcripſit Synodo Sardicenſi A. C. 347. T. 2. Labbei p. 679. Apud Freculfum *Cypriledenſis ſive Leocotheon*, pro *Cypri, Ledrenſis ſive Leucotheon*. T. 2. Chronic. lib. 4. c. 8. Λευτεῶνος habent etiam Honorii Codices, quam lectionem ſequuntur Jo. Meurſius lib. 1. de Cypro c. 1. & Chriſtophorus Cellarius in notitia Orbis Antiqui T. 2. p. 279.

o) Et hi in Cantica commentaria, & alia Triphyllii ſcripta interciderunt, etiam quæ de Magiſtri ſui Spyridionis miraculis miſſa ab eo in literas narrat Suidas in Τριφύλλιος.

## ERASMI SCHOLIA.

*Cypri Ledrenſis, ſive Leuteonis.*) Sic enim legit Sophronius.

## NOTÆ HENRICI GRAVII.

*Triphillius Ledrenſis.*) Vide Sozomenum lib. 1. Eccleſ. Hiſtor. cap. 11.

## AUBERTI MIRÆI SCHOLION.

*Triphyllius* ſeu Triphylius memoratur & a Trithemio.

## ERNESTI SALOMONIS CYPRIANI.

*Αὐτεῶν*. Hanc vocem ex Sophronio reſtituit Eraſmus. Opinor, Hieronymum ſcripſiſſe: *ſive λεδρῶν*, ut & libro 1. capite XI. Sozomeni. *Eloquentiſſimus ſuæ ætatis.* Sed vanus ſimul, & ex illis concionatoribus, qui ſe potius, quam Chriſtum prædicant. Cum enim præſentibus Cypri Epiſcopis concio ipſi ad populum habenda, proferendaque eſſent verba Salvatoris: *Tolle κράβαττον tuum & ambula*; ipſi vox, *grabbatum*, non ſatis Græca aut congrua viſa eſt, ſubſtituit ergo vocem *σκίμποδα*. Hujus rei iniquitate motus Spyridion, vir venerabilis, publice eum coarguit: *Num tu præſantior es eo, qui grabbatum dixit, ut te pudeat ejus verbis uti.* Vide Sozom. lib. I. cap. XI. *Et multa alia.* In his liber de miraculis Spyridionis, qui Suidæ ævo jam deſideratus videtur.

# CAPUT XCIII.

DONATUS, a quo Donatiani per Africam ſub Conſtantino Conſtantinoque p) Principibus pullulaverunt, aſſerens, a noſtris Scripturas in perſecutione Ethnicis traditas, totam pene Africam & maxime Numidiam, ſua perſuaſione decepit. Exſtant ejus multa ad ſuam hæreſim pertinentia opuſcula, q) & de Spiritu ſancto liber, Ariano dogmati r) congruens.

Δωνᾶτος, ἀφ' οὗ οἱ Δωνατισταὶ ἐν τῇ Ἀφρικῇ, ἐπὶ Κωνσταντίου τοῦ βασιλέως, φάσκων παρὰ ἡμετέρων τὰς θείας γραφὰς ἐν τῷ διωγμῷ τοῖς ἐθνικοῖς παραδεδόσθαι, πᾶσαν τὴν Ἀφρικὴν, καὶ μάλιστα τὴν Νομιδίαν τῇ πειθοῖ ἠπάτησεν. Εἰσὶ τούτου πολλὰ, τῇ αὐτοῦ αἱρέσει ἀνήκοντα καὶ περὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος λόγος, τῷ Ἀρειανῶν δόγματι ἁρμόζων.

p) Ita legendum cum Freculfo & cum Codice Gemblacenſi, ac Sigebergenſi, quos Suffridus Petri inſpexit. Minus bene aliæ edit. *ſub Conſtante & Conſtantio*, vel ut Marcianæus, *ſub Conſtante & Conſtantino*. Apud Honorium tantum *ſub Conſtantio*. Nam ſchiſmatis Donatiſtarum origines repetendæ ab temporibus perſecutionem Dioceſetiani & Maximiani per Africam graſſantem A. C. 303. & 304. non longe poſt excipientibus. Illa certe eſt in qua traditores ſacrorum Codicum Catholicos Cæciliani Epiſc. Carth. ordinatores Donatus & aſſeclæ ejus criminabantur. Deinde a factione Donati Majorinus & poſt Majorinum Donatus alter Epiſcopus Carthaginienſis ordinatus eſt regnante adhuc Conſtantio, & de cauſa Donatiſtarum Conſtantini auſpiciis cognitum. Vide Hiſtoriam ſchiſmatis Donatiſtarum ab H. Valeſio poſt notas ad Euſebium, & a B. Doctore meo Thoma Ittigio traditam ad calcem appendicis de Hæreſiarchis Apoſtolicæ ætatis: Tillemontium T. VI. memor. & quæ ad Optatum vir doctiſſimus & Auguſtinum T. IX. edit. novæ.

q) Scripta Donati, perinde ut Donatiſtarum Centurii, Creſconii, Gaudentii, Macrobii, Parmeniani, Petiliani, Tychonii (regulis ejus de Scripturæ intelligentia exceptis) & Vitellii, hodie nusquam exſtant.

r) Auguſtinus hæreſi 69. *Exſtant ſcripta ejus* (Donati) *ubi apparet eum etiam non Catholicam de Trinitate habuiſſe ſententiam, ſed quamvis ejusdem ſubſtantiæ, minorem tamen Patre Filium, & minorem Filio patuiſſe Spiritum Sanctum. Verum in hunc quem de Trinitate habuit, errorem, Donatiſtarum multitudo intenta non fuit, nec facile in eis quisquam qui hoc illum ſenſiſſe noverit invenitur.* Anſelmus Havelbergenſis duodecimi ſeculi, apud Dacherium T. XIII. ſpicileg. p. 106. *Fuit Donatus Filium Patre, Spiritum S. utroque minorem ſuperba contentione docens.*

## MARIANI VICTORII.

*Sub Conſtante, Conſtantinoque principibus.* Conſtantioque; deeſt apud Sophronium; nos ex manuſcriptis quibusdam exemplaribus reſtituimus.

## HENRICI GRAVII.

*Donatus, a quo Donatiani per Africam.*) Hieron. in Chronicis: *anno 22. Conſtantini Donatus agnoſcitur, a quo per Africam Donatiani.*

*Sub Conſtante Conſtantinoque Principibus.*) Lege *Conſtantioque*. Ao. enim xx. Conſtantii. Donatus, a quo Donatianos in Africa dici memoravimus, Carthagine pellitur. Quidam ſectatores ejus etiam *Montenſes* vocantur eo quod Eccleſiam Romæ primum in monte habere cœperint. Vide Auguſtin cap. LXIX. de hæreſibus, *Donatiani* vel *Donatiſtæ*, & ut ſupra in Rhetitio.

## AUBERTI MIRÆI.

*Donatiſtarum* ſchiſmatis auctor fuit Donatus a Caſis nigris; a quo Majorinus eſt ordinatus: Etſi ab altero Donato, qui Majorino ſuffectus eſt, hic appellari poſtea maluerunt. Optatum Milevitanum, Auguſtinum lib. 3. Confeſſ. & alios veteres conſulat, plura qui volet.

# CAPUT XCIV.

ASTERIUS, s) Arianæ Philoſophus factionis, ſcripſit regnante Conſtantio, in epiſtolam ad Romanos & in Evangelia, & Pſalmos t) commentarios, & multa alia, u) quæ a ſuæ partis hominibus ſtudioſiſſime leguntur.

Ἀστέριος Ἀρειανικὸς φιλόσοφος αἱρέσεως, ἔγραψε βασιλεύοντος Κωνσταντίου, εἰς τὴν ἐπιστολὴν τὴν πρὸς Ῥωμαίους, καὶ εἰς Εὐαγγέλια, καὶ ψαλμοὺς ὑπομνήματα, καὶ ἕτερα πολλὰ, ἅπερα πρὸς τῶν τῆς αὐτῆς αἱρέσεως οἰκειοτέρων ἀναγινώσκεται.

s) Hic eſt Aſterius Arianus Cappadox, Luciani Martyris diſcipulus, a quo etiam reductus ad pœnitentiam eſt, cum in perſecutione Diocletiani & Maximini idolis ſacrificaſſet: ab Aſterio Ariano, Cyrenſi Epiſcopo, & ab ſcriptore Catholico Aſterio Amaſeno aliisque hujus nominis diſtinguendus, quorum ad XXIII. expoſui T. VIII. Bibl. Græcæ p. 612. ſeq.

t) Commentaria hujus Aſterii perierunt, quemadmodum & Aſterii Scythopolitæ quem in univerſos Pſalmos ſcripſiſſe teſtatur Hieron. Epiſt. 74. ad Auguſtin. Exſtant tamen Aſterii Amaſeni in Pſalmos IV. V. VI. VII. Homiliæ.

u) Ex his Hieronymus ſupra c. 86. memoravit libium contra Marcellum Ancyranum.

NOTÆ

## HENRICI GRAVII SCHOLIA.

*Aſterius Arianæ factionis Philoſophus.*) Vide Socratem lib. 1. c. 36. & Sozomenum lib. 2. c. 33.

## AUBERTI MIRÆI.

*Aſterios* duos fuiſſe comperio: unum Arianæ ſectæ, hic ab Hieronymo, & a Socrate lib. 1. Hiſt. Eccleſiaſt. itemque a Sozomeno lib. 2. c. 33. memoratum: alterum Amaſeæ Epiſcopum, cujus politiſſimæ exſtant Homiliæ, circa annum 400. ſcriptæ, & ex Græco Latinæ a Philippo Rubenio (Petri Pauli, pictorum noſtro ævo principis, fratre, noſtroque olim Lovanii ſub Lipſio ſtudiorum ſocio) redditæ, & typis Plantinianis evulgatæ. Juliano Apoſtatæ ſynchronum, aut ejus ætati ſupparem fuiſſe, ex Homilia 3. liquido conſtat. Apud Metaphraſtem exſtat ejusdem Oratio in B. Phocam, & in Martyres Homilia. Apud Photium in Bibliotheca leguntur Excerpta decem Homiliarum, itemque apud auctorem Catenæ Græcorum Patrum in Lucam.

## ERNESTI SALOMONIS CYPRIANI.

*Scripſit.* Sozomenus libro II. capite XXXIII. tantum ait, περὶ τῶν δόγματος λόγους συγγεγράφωσ, quod Valeſius reddit: *libros de fide ſcripſit.* Non eſt ſenſus, eum de fide, qua alicui rei aſſentimur, ſed de doctrina & rebus ad fidem Chriſtianam pertinentibus ſcripſiſſe.

# CAPUT XCV.

LUCIFER, Caralitanus Epiſcopus, cum Pancratio & Hilario Romanæ Eccleſiæ clericis, ad Conſtantium Imperatorem a Liberio Epiſcopo, pro fide legatus miſſus, u) cum nollet ſub nomine Athanaſii Nicænam damnare fidem, in Palæſtinam relegatus, miræ conſtantiæ & præparati animi ad matyrium, contra Conſtantium Imp. ſcripſit librum x) eique legendum miſit: ac non multo poſt, ſub Juliano Principe, reverſus Caralis, Valentiniano regnante obiit. y)

Λευκίφερ Καραλιτανὸς Ἐπίσκοπος, σὺν τῷ Παγκρατίῳ καὶ Ἱλαρίῳ τῆς Ἐκκλησίας Ῥώμης Κληρικοῖς, πρὸς Κωνστάντιον βασιλέα ὑπὲρ Λιβερίου Ἐπισκόπου, ἐπὶ τῇ πίστεως εἰς πρέσβειαν σταλείς· μὴ βουλόμενος ἐπ' ὀνόματι Ἀθανασίου τὴν Νικηνὴν σύνοδον καταλῦσαι, εἰς Παλαιστίνην ἐξορισθείς, θαυμαστῆς ἐγκρατείας καὶ εὐσεβεστάτῳ λογισμῷ εἰς μαρτύριον, συνέπεσε λόγον τῷ Κωνστάντιος, τὸν τε αὐτῷ ἀπέστειλεν ἀναγνωσθησόμενον καὶ μετὰ τὸν πολὺν βασιλεύσαντος Ἰουλιανοῦ, εἰς τὴν Καραλιτανῶν ἀνάζευξας, ἐπὶ Βαλεντινιανοῦ βασιλέως ἐτελεύτησεν.

u) Lucifer qui Carali metropoli Sardiniæ Epiſcopum agebat, ablegari ſe una cum Pancratio presbytero & Hilario Diacono paſſus eſt a Liberio Epiſcopo Rom. A. 355. ad Conſtantium Imp. pro impetranda Synodo, in qua Mediolani congregata cum Lucifer contra Arianos Athanaſii cauſam ſumma conſtantia propugnaſſet, ab Imperatore ad Germaniciam Syriæ deinde A. 358. Elevtheropolin Palæſtinæ, denique Thebaidem eſt relegatus, ubi fuit cum obiret Conſtantius A. 361. Vide libellum precum Fauſtini & Marcellini, atque è recentioribus Tillemontium T. VII. memor. p. 515.

x) Hic liber, ſive libri duo potius pro S. Athanaſio ad Conſtantium à Luciſero miſſi Latine etiamnum exſtant, licet Græca eorum verſio, quam Athanaſius olim compoſuit, deſideratur. Exſtant & alia Luciferi ſcripta, à Jo. Tilio edita Pariſ. 1568. 8. quæ operæ pretium eſſet ab aliquo viro docto accuratione ſtudio edi atque expoliri. Operæ pretium etiam inquirere quorſum pervenerint Coteleri ſchedæ qui in illo ſcriptore emendando plurimum laboris impendiſſe ſe teſtatur notis ad Conſtitutiones Apoſtolicas lib. 2. c. 57. Confer T. VIII. Bibl. Græcæ p. 402. ſeq. y) A. C. 371.

## ERASMI SCHOLION.

*Caralitanus.*) Sophronius legit, καρακαλήτης, id eſt, Caracalitanus, ſed diſſentientibus Latinis codicibus omnibus, & Stephanus de nominibus urbium meminit Calariæ quæ ſit Aphricæ civitas. Sed hunc Luciferum fuiſſe Epiſcopum Caralis, quæ eſt metropolis Sardiniæ, perſpicuum eſt ex Tripartitæ hiſtoriæ libro ſexto cap. XIX. & XXIII.

## MARIANI VICTORII.

*Lucifer Caralitanus.* Sic habent omnia ferme manuſcripta exemplaria, præſertim Mediceum, Feſulanumque. Sophronius tamen, Caracalitanus, legit. Eſt autem Caralis Sardiniæ urbs. Meminit Luciferi Hilarius in primo libro ad Conſtantium Imperatorem, & idem Hieronymus in appendice ad Chronicon Euſebii, & Platina in Liberio. Eum in exilium miſſum, quod Nicænam fidem damnare noluerit, reverſumque una cum Euſebio Vercellenſi poſt reſtitutum Athanaſium, proditur. Auguſtinus Luciferianum Caralitanum ipſe etiam nominat & inter hæreticos numerat. Hujus hiſtoriam late ſcribunt Marcellinus & Fauſtinus in libro de ſchismate Urſini, qui liber Romæ in Bibliotheca Vaticana exſtat, ſed nondum impreſſus. * Fuit autem Lucifer exceptis iis in quibus a D. Hieronymo arguitur, Catholicus & Nicænæ Synodi propugnator: nos de eo ad lib. Hieronymi contra Luciferianos plura diximus.

* Edidit Sirmondus Pariſ. 1650. 8.

## NOTÆ HENRICI GRAVII.

*Lucifer Caralitanus.*) Ita legendum, non *Calaritanus*, ut hodie.

*In Palaſtinam relegatus.*) In Chronicis anno XX. Conſtantii, *Euſebius Vercellenſis Epiſcopus, & Lucifer ac Dionyſius, Caralitanæ ac Mediolanenſis Eccleſiæ Epiſcopi, Pancratius quoque Romanus presbyter, & Hilarius Diaconus, diſtantibus inter ſe ab Arianis & Conſtantio damnantur exiliis.* Vide Hieron. in dialogo contra Luciferianos.

## AUBERTI MIRÆI SCHOLION.

*LUCIFERI* Calaritani in Sardinia Epiſcopi opera Pariſiis 1568. ſunt edita, ſtudio Joan. Tilii

*Leguntur ejus Commentarii in Canticum Canticorum.*) Hieronym. ſupra ad Florentium.

## AUBERTI MIRÆI SCHOLIA.

*S. Reticius.*) Auguſtodunenſis in Gallia Epiſcopus, Conſtantini Imp. ævo datus eſt judex Donatiſtis. Arelatenſi conc. 314. interfuit, & colitur ut Sanctus.

## ERNESTI SALOMONIS CYPRIANI.

Conſtantinus M. nomen hoc effert Ῥητίκιος, Rhetecius, in Epiſtola ad Miltiadem, Epiſcopum Romanum, & Marcum. Eraſmus legit Rhæticius. Sed hoc leve eſt; de viri vita exponamus. Recte ait Hieronymus, fuiſſe eum celeberrimæ famæ. Nam Conſtantino M. idoneus videbatur ad res Eccleſiæ laudabiliter gerendas, & lites prudenter componendas. *Euſeb. X, 5.* Hinc cum judicium ferendum eſſet de Cæciliani Donatique controverſia; juſſus eſt Romam abire, ut juxta cum Miltiade, Marco, Materno, Marino atque aliis de illa cauſa cognoſceret. Tum Reticius & collegæ ſententiam tulerunt in Donatum: ſequenti vero anno Arelatenſi ſynodo eundem interfuiſſe, non puto recte traditum a Clariſſimo Cavio. * Primo enim Donatiſtæ Reticii judicio ſtare nolebant, ſed eum rejiciebant: ut Conſtantinus M. diſerte docet in literis ad Chreſtum, Syracuſanorum Epiſcopum, quibus hunc ad Arelatenſem ſynodum evocat. Ibi de Donatiſtis ait: *Frolatæ ſententiæ acquieſcere nolentes aſſerunt, paucos admodum Epiſcopos ſententiam tuliſſe, qui nec omnibus, quæ prius oportebat, diligenter excuſſis, ad depromendum judicium properantes acceſſiſſent.* Dum igitur rejiciunt Romanam ſynodum, & Arelatenſem ſibi faventem cupiunt; Romanos judices denuo admiſiſſe haut quaquam exiſtimandi ſunt. Nec Conſtantinus ipſis judices obtruſiſſe legitur. Deinde Auguſtinus Epiſt. 162. diſerte docet, Conſtantinum conceſſiſſe Donatiſtis aliud judicium, *aliorum Epiſcoporum*, non quod neceſſe eſſet, ſed quod cederet eorum, ceu loquitur, perverſitatibus. Idem confirmat Epiſtola CLXV. & CLXVI. De fama quam Reticio Hieronymus tribuit, hæc habet Auguſtinus primo contra Julianum: *Reticium, ab Auguſtoduno Epiſcopum, magnæ fuiſſe auctoritatis in Eccleſia tempore Epiſcopatus ſui, geſta illa Eccleſiaſtica nobis indicant, quando in urbe Romana cum aliis judex interfuit, Donatumque damnavit.* An ſanctus fuerit, ignoro; Auguſtinus ſanctum Reticium vocat, quod auide arreptum eſt a pontificiis. *Colitur ut ſanctus*, inquit Miræus in ſcholio. Secundo contra Julianum Auguſtinus Reticium annumerat inter ſanctos ac beatos, & in divinorum eloquiorum pertractatione clariſſimos ſacerdotes. Libri ejus non extant: nec occurrunt multa fragmenta. Ego non niſi unicum reperire poſſum, quod mihi ex libro adverſus Novatianum deſumtum videtur. Id extat libro primo Auguſtini contra Julianum, & hujusmodi eſt: *Hanc igitur eſſe principalem in eccleſia indulgentiam, neminem præterit, in qua antiqui criminis omne pondus exponimus, & ignorantiæ noſtræ facinora priſca delemus, ubi & veterem hominem cum ingenitis ſceleribus exuimus.* Heic de baptiſmo agi, ac peccatum originis, ſeu ingenita ſcelera innui, recte monet Auguſtinus contra Pelagianos. Etſi vero libri hodie deſiderentur; olim tamen auide deſcripti ſunt. Hieronymus Florentium rogat, ut Commentaria in canticum a Ruffino obtineat deſcribenda, quibus obtentis eorum copiam itidem aliis fecit; Marcellæ autem facere noluit, addita ratione, non omnes iisdem veſci debere cibis. Ad genium Reticii cognoſcendum illud facere exiſtimo, quod etſi Hieronymus deſiderio commentariorum in canticum olim magnopere flagraſſet, de iisdem tamen, quum legiſſet, ita judicarit: *Vehementer miratus ſum, virum eloquentem præter ineptias ſenſuum cæterorum, Tharſis urbem, putaſſe Tarſum, in qua Paulus Apoſtolus natus eſt: & aurum Ophaz Petrum ſignificare: quia Cephas in Evangelio idem Petrus ſit appellatus. Innumerabilia ſunt, quæ in illius mihi commentariis ſordere viſa ſunt. Eſt quidem ſermo compoſitus, & Gallicano cothurno fluens.* Plura de Reticio, quæ quidem certa ſint, vix quisquam afferet. Imo quædam plane falſa ſunt. Sane quod Hieronymus in Epiſtola quadam ad Marcellam ait, Reticium a Conſtantinopolitano imperatore ſub Sylveſtro Epiſcopo, ob cauſam Montenſium, ſeu, Donatiſtarum Romam miſſum fuiſſe; deceptio eſt memoriæ. Donatiſtarum cauſa nunquam Romæ ſub Sylveſtro agitata eſt imperatoris nomine, conſtatque ex publicis documentis, iter illud ſub Miltiade ſuſceptum. Ad viri mortem quod ſpectat, refert Claudius Robertus, presbyter Lingonenſis, in Gallia Chriſtiana, *edit. Pariſ.* 1626. *fol.* 197. eum fuiſſe tertium Aeduenſem Epiſcopum, & anno CCCXXXVII. in polyandrio ſepultum.

* Imo recte. Vide ſubſcriptiones Epiſcoporum Concilii Arelat. T. I. Labbei p. 1430.

# CAPUT LXXXIII.

METHODIUS Olympi Lyciæ, f) & poſtea Tyri g) Epiſcopus, nitidi compoſitique h) ſer-

Μεθόδιος Ὀλύμπου Λυκίας, καὶ μετ' ταῦτα Τύρου ἐπίσκοπος λαμπρῶ καὶ συγκειμένῳ λόγῳ.

f) Apud Suidam qui hoc caput e Græco Hieronymi interprete deſcripſit, additur: ἦτοι Πατάρων. Πάταρα urbem Lyciæ, de qua Stephanus Byz. & alii Geographi. In illa Epiſco-

monis, adverſum Porphyrium confecit libros i) & Sympoſium decem virginum, k) de reſurrectione opus egregium contra Origenem, l) & adverſus eundem de Pythoniſſa, m) & de Autexuſio. n) In Geneſim quoque o) & in Canticа Canticorum commentarios: Et multa alia, p) quæ vulgo lectitantur. Et ad extremum noviſſimæ perſecutionis, q) ſive, ut alii affirmant, ſub Decio & Valeriano in Ghalcide Græciæ, martyrio r) coronatus eſt.

γε, καὶ Πορφυρίῳ συνέπεξε τύχῃ, καὶ συμποσίον δέκα παρθένων, περὶ ἀναστάσεως λόγον ἄριστον, καὶ Ὠριγένους, καὶ τὸ αὐτὸ περὶ Πυθωνίσσης, καὶ περὶ Αὐτεξουσίου, εἰς τὴν γένεσίν τε, καὶ εἰς τὰ ᾄσματα τῶν ᾀσμάτων ὑπομνήματα, καὶ ἕτερα πολλὰ χύδην ἀναγινωσκόμενα. ὃς περὶ τὰ τελευταῖα τῆς διωγμοῦ, ἢ καθώς τινες διαβεβαιοῦνται, ὑπὸ Δεκίου καὶ Βαλεριανοῦ, ἐν Χαλκίδι τῆς Ἑλλάδος μαρτυρήσας ἐστεφανώθη.

Epiſcopum fuiſſe Methodium, Leontius quoque lib. de ſectis, Jo. Damaſcenus Orat. 3. de imaginibus, Photius & Codices MSS. Convivii Virgium & aliorum Methodii ſcriptorum teſtantur. Olympi itidem in Lycia Epiſcopum vocat S. Maximus ad Dionyſium de Eccleſiaſt. Hierarchia c. 7. T. 1. p. 422.

g) Tyri in Phœnicia Epiſcopum a Methodio Patarenſi male diſtingui a Baronio ad Martyrolog. Roman. 14. Junii, jam notavit Leo Allatius in diatriba de Methodiis, quam in ſpicilegio Patrum tertii ſæculi hoc anno prælis iterum excuſam dedi in tomo ſecundo opuſculorum S. Hippolyti Martyris.

h) Elegantis atque elaborati. Sic infra c. 123. *tumenti compoſitoque ſermone.* Et Epiſt. 13 c. de Reticio: *Eſt quidem ſermo compoſitus & Gallicano cothurno fluens.*

i) Methodii opus contra Porphyrium, quod pridem intercidit, ad decem millia proceſſiſſe verſuum, teſtatur Hieronymus Epiſtola 84. ad Magnum Oratorem. Apud Freculfum puto legendum eſſe: *adverſus Porphyrium confecit librum, commaticum & ſympoſium decem Virginum.* Sic paullo ante de Lactantio: *habemus ejus commaticum ſympoſium*, ubi ſimiliter vitioſe excuſum eſt *habemus ejus commatum ſympoſium.* Ut hoc loco in Methodio, *commiatum.* Eſt autem commaticum quod per commata, ut in dialogis fit, ſermonem altero excipiente interjungit: Sic Hieronymus infra c. 131. *in morem dialogorum breves, commaticosque tractatus.*

k) Hoc ætatem tulit, nactum tres eruditos interpretes, Allatium, Poſſinum, Combefiſium. Notæ editioni Poſſini ſubjunctæ auctorem habent Henricum Valeſium virum ſummum. Sirletus Cardinalis pridem A. 1562. meditatus fuit editionem ſcriptorum Methodii, ac ſingillatim Convivii Virginum, ut didici ex Latini Latinii Epiſtolis T. 2. p. 102. 113.

l) Hæc ita conjungenda ſunt, neque pro duobus diverſis ſcriptis habenda de reſurrectione & contra Origenem, quoniam de reſurrectione opus Methodius Origeni oppoſuit, ut conſtat ex fragmentis quæ ampla ſatis ex illo conſervarunt Epiphanius hæreſi LXIV. Photius Cod. 234. Jo. Damaſcenus in parallelis ſacris p. 310. ſeq. & Orat. 3. de imaginibus. Vide etiam Euſtathium Antiochenum de engaſtrimytho p. 194.

m) Hoc ſcriptum periit, cum ætatem tulerint quæ de engaſtrimytho ſcripſere Origenes & quem modo memorabam Euſtathius.

n) *Περὶ αὐτεξουσίου καὶ πρὸς τὰ κατὰ* Hoc Methodii ſcriptum edere qui eſt pollicitus Allatius p. 340. de Methodiis & ad Euſtathium Antioch. pag. 45. ſeq. neſcio integrum ne habuerit, an tantum vulgare voluerit excerpta quæ ex MS. Sirmondi, ex Meurſii Variis divinis p. 91. & ex Photii Cod. 236. dedit Combefiſius.

o) Ex Commentariis in Geneſin, ſive ut a Leontio vocantur *ἐκ τῶν εἰς τὴν Γένεσιν ἐξηγητικῶν* præter pauciſſima fragmenta nihil ætatem tulit, quemadmodum nec ex ejus Commentariis in Canticum.

p) De illis dixi lib. V. Bibl. Græcæ p. 256. poſt Allatium in diatriba de Methodiis. Et Tillemontium T. V. memor.

q) Circa A. 303. Hæc ſententia verior eſt altera quam poſteriore loco commemorat Hieronymus. Quomodo enim potuit Porphyrii poſt A. 268. adverſus Chriſtianos ſcripta refellere Methodius, ſi jam ſub Decio & Valeriano A. 254. martyrium obierat? Vide Allatium diatriba de Methodiis capite 7. edit. a me nuper curatæ.

r) Addit Hieronymus *Græciæ*, quia fuere etiam civitates hoc nomine in Syria, Scythiaque. Sed & in Græcia plures fuere hoc nomine, ut notum vel ex Stephano Byz. Memoriam martyrii Methodii celebrant Latinorum Martyrologia 18. Sept. Græcorum Menæa atque Menologia 20. Jun.

## ERASMI SCHOLIA.

*et de autexuſio.*) Sic ex Sophronio legendum, qui vertit, *περὶ αὐτεξουσίου*, Id eſt, de eo qui eſt ſui juris, ſive de libero arbitrio.

*In Chalcide Græciæ.*) Quod plures ſint ejusdem nominis. Sophronius pro Græciæ vertit, τῆς ἀντεξουσίου. Id eſt, Orientis, ſive quæ eſt in Oriente.

## MARIANI VICTORII.

*De Pythoniſſa, & de* αὐτεξουσίου. De eo qui ſuæ poteſtatis, ſeu liberi arbitrii eſt. Hunc usque ad decem millia verſuum contra Porphyrium ſcripſiſſe, alibi meminit.

## HENRICI GRAVII.

*Adverſum Porphyrium confecit libros.*) In his usque ad X. millia procedit verſuum. ut habes in Epiſt. Hieron. ad Magnum.

*De reſurrectione opus egregium contra Origenem.*) Ex hoc multa profert Epiphanius in Origenianis. Socrates in hiſtor. Eccleſiaſt. citat eum in Zenone lib. 6. c. 13.

## AUBERTI MIRÆI SCHOLION.

*S. Methodius*, Tyri Epiſcopus ſub Diocletiano, aut ſub Decio & Valeriano (ut quosdam affirmare Hieronymus hic refert) martyrium fecit. Sed prior ſententia magis placet: quia & contra Porphyrium, & contra Origenem ſcripſit: quorum ille ad Diocletianum usque pervenit; hic, Valeriano & Gallieno imperantibus, anno ætatis undeſeptuageſimo deceſſit. Hujus Methodii fragmenta ex libro de Reſurrectione adverſus Origenem, apud Epiphanium hæreſ. 64. & alia non pauca apud Photium in Bibliotheca exſtant. Circumfertur & libellus Revelationum ſub ejus nomine, ſed putatur ſuppoſititius. Alius ab iſto fuit *S. Methodius CP. Patriarcha*, cujus Canones pœnitentiales Baronius tom. IX. Annalium ſub annum 842. publicavit.

## ERNESTI SALOM. CYPRIANI.

Hujus nullam mentionem fecit Euſebius, cujus ſilentii Valeſius *Not. in L. VI. c. 33.* hanc cauſam eſſe putat, quod Methodius Origenem editis libris impugnaverit; alioqui Euſebium, cum omnes eccleſiaſticos ſcriptores in hiſtoria accurate commemoraverit, hunc prætermiſſurum non fuiſſe. At nollem Euſebium hac ſuſpicione oneratum, quæ valde jejuna eſt. Si ita colligere licet, quis erit innocens? Et quæſo, quam falſum eſt, Euſebium omnes Eccleſiaſticos ſcriptores, qui ante eum, vel ipſius ætate floruerunt, commemoraſſe. Ut multos præteream, num Athenagoram commemoravit?

*Olympi Lyciæ.* Totum hoc caput ex Sophronii translatione deſcripſit Suidas in voce Μεθόδιος, unde nobis iterum conſtat, Sophronii verſionem genuinam eſſe, nec fictam ab Eraſmo, ut ſentit Iſaacus Voſſius.

*Adverſus Porphyrium confecit libros.* Non omnes Porphyrii ſophiſticationes impugnavit, ſed plerasque, ut opinor. Hinc Hieronymus proœmio in librum primum Danielis Porphyrium *ex parte* a Methodio confutatum tradit. Philoſtorgius libro IIX. *c.* 14. judicat, Apollinarem in libris contra Porphyrium hos Methodii libros argumentorum vi ſuperaſſe.

*Contra Origenem.* Socrates *L. IV. c.* 13. ait, Methodium libris contra Origenem famam acupari conatum eſſe, quum virtute inclareſcere haut potuerit, eumque maledicum vocat. Addit, Methodium, quum in libris ſuis diu multumque inſectatus eſſet Origenem, poſtea in dialogo, quem Xenonem vocaverit, miris laudibus eundem extuliſſe, ac ceciniſſe palinodiam. Non nego Origenem a Methodio laudatum, quum & Hieronymus illum magna admiratione proſequatur. Verum hoc non obſtat, quo minus improbaret errores Origenis, etiam tum, quum ab eruditione laudaret, perinde ut Hieronymus. At illud falſum prorſus eſt, Methodium palinodiam ceciniſſe. Laudavit, antequam impugnaret, non poſtquam impugnaſſet. Hoc rectius noverit Methodii æqualis, Origenisque defenſor, Euſebius. Ille vero diſerte libro VI. περὶ παλιῳδίας Origenis Methodio obiicit: *Apud Hieron. T. III. f. 91. Quomodo auſus eſt Methodius nunc contra Origenem ſcribere, qui hæc & hæc de Origenis locutus eſt dogmatibus.* Non eſt, ut quis dicat, Methodium poſt editam ab Euſebio Apologiam denuo laudaſſe Origenem. Primo enim hujus rei nullum afferri poteſt indicium, deinde opinor Methodium ne quidem ſuperſtitem fuiſſe, quum prodiret Euſebiana Apogia. Nam Pamphilus martyr anno CCCIX. paſſus eſt; Methodius martyr circa annum CCCIII. Conſtat autem omnibusque notum eſt, Euſebium ſextum librum pro Origene poſt Pamphili mortem demum elaboraſſe. Patet igitur, Methodio a Socrate injuriam factam.

CAP.

# CAPUT LXXXIV.

JUVENCUS, s) nobilisſimi generis, Hiſpanus, prebyter, t) quatuor Evangelia hexametris verſibus pene ad verbum transferens, quatuor libros u) compoſuit, & nonnulla eodem metro ad Sacramentorum ordinem pertinentia. x) Floruit ſub Conſtantino Principe. y)

Ἰούγκος εὐφανὴς γένος, ἱερεὺς, πρεσβύτερος, τῶν τεσσάρων εὐαγγελίων δι' ἑξαμέτρων στίχων καὶ πόδας τεσσαρας συντάξε βίβλους, καί τινα τῷ αὐτῷ μέτρῳ εἰς μυστικὴν διακονίαν τάξιν. Ἤνθησεν ἐπὶ Κωνσταντίνου βασιλέως.

s) Integrum nomen C. Vettius Aquilinus Juvencus, ut ex MSS. Codicibus multi poſt Juretum in notis ad Symmachum p. 273. annotarunt.

t) *Sanctæ autem Rom. Eccleſiæ Cardinalem fuiſſe, undenam didicere Bergomenſis, Marinæus Siculus, Eiſengreniusque?* ita Nic. Antonius lib. 2. Bibl. Vet. Hiſpanæ c. 4.

u) Non ſingulos libros ſingulis impendit Evangeliſtis, ſed Hiſtoriam Evangeliam quatuor libris digeſſit, Matthæum præ cæteris ducem ſecutus, non ſolum tamen, ſed ita ut ex cæteris eum Evangeliſtis ſubinde ſuppleat, quemadmodum initio ſtatim e Luca: nec pauca etiam prætereat. Editionem meliorem hujus Metaphraſeos debemus Doctori Altdorfinæ Academiæ meritiſſimo, *Magno Danieli Omeiſio τῷ μακαρίτῃ*, qui paullo ante obitum eam ad MSS. Codd. & veteres edit. recenſuit, & cum notis tum ſuis tum doctiſſ. Viri Georgii Matthiæ Kœnigii aliorumque ad præluni paravit. Itaque poſt ipſum A. 1708. 22. Nov. extinctum, luci data eſt curante præclaro viro Erhardo Reuſch. Francof. 1710. 8. qui & teſtimonia de Juvenco, & editionum Codicumque MSS. Juvenci notitiam præmiſit. Non video tamen ab eo annotatum, primam Juvenci editionem (eſt autem illa Pariſienſis A. 1499. fol.) deberi Jacobo Fabro, qui ejus rei meminit in præf. ad Aldhelmum de virginitate, editum Daventriæ A. 1512. 4° *Conſiderans ego fructum illum qui emerſit ex editione illa divi Juvenci, quem ego ante multos annos primus omnium publicavi* &c.

x) Hæc nusquam hodie exſtant.

y) Juvencus ipſe extremo libri IV.

*Hæc mihi pax CHriſti tribuit, pax hæc mihi ſæcli,*
*Quum foret inaulgens terræ regnator apertæ*
*Conſtantinus, adeſt cui gratia digna merenti.*

## NOTÆ HENRICI GRAVII.

*Juvencus*) Hieron. ad Magnum: *Juvencus presbyter ſub Conſtantino hiſtoriam Domini Salvatoris verſibus explicavit, nec pertimuit Evangelii majeſtatem ſub metri leges mittere.* Idem in Chronicis. & in cap. 2. Matth. *Pulcherrime munerum ſacramenta Juvencus presbyter uno verſiculo comprehendit dicens:*

*Aurum, thus, myrrham, Regique Hominique Deoque*
*Dona ferunt.—*

## AUBERTI MIRÆI.

*Juvenci* libros S. Hieronymus etiam laudat in epiſt. ad Magnum, & in commentario ad cap. 7. Matthæi: exſtantque in Bibliotheca veterum Patrum & alibi. Scripſit autem Conſtantini Magni ævo.

## ERNESTI SALOMONIS CYPRIANI.

*Sub Conſtantio.* Hæc lectio, quam ſervavit Miræus, depravata eſt, legendumque: *Sub Conſtantino.* Ita ex probatæ fidei codicibus Eraſmus, cui adde Hieronymum Epiſtola ad Magnum. Reſtitui ergo Conſtantinum.

# CAPUT LXXXV.

EUSTATHIUS, genere Pamphylius, Sidetes, z) primum Beroeæ Syriæ, a) deinde Εὐστάθιος τῷ γένει Παμφύλιος, Σιδήτης, πρῶτον μὲν τῆς ἐν Βεροίᾳ τῆς Συρίας, ἔπειτα



z) Side celebris civitas Pamphyliæ, de qua viri docti ad Stephanum Byz. Ex eadem fuere Marcellus Sidetes cujus carmen Græcum de piſcibus habemus, & Tribonianus Sidetes de quo Suidas. Pro *Sidete* in quibusdam Hieronymi editt. *Sidites*, ut in Græco interprete atque apud Arrianum lib. 1. de expedit. Alexandri Σιδήτης.

a) Tanquam Epiſcopus Berrhoënſis Euſtathius interfuit Synodo Nicænæ. Et ab eadem Epiſcopus Antiochenus in locum Paulini conſtitutus eſt A. 325. Vide quæ Tillemontius T. VII. memor.

Antiochiæ rexit Ecclesiam: & adversum Arianorum dogma componens multa b) sub Constantino Principe pulsus est in exilium c) Trajanopolim Thraciarum, ubi usque hodie conditus est. d) Exstant ejus volumina de Anima, e) de Engastrimytho adversum Origenem, f) & infinitæ Epistolæ, g) quas enumerare longum est.

τὴν Ἀντιόχειαν ἐκκλησίαν, κατ' ὀρθόδοξον δόγματος τῶν Ἀρειανῶν πολλὰ συντάξας, ὑπὸ Κωνσταντίου βασιλέως ἐξωρίσθη εἰς Τραϊανούπολιν τῆς Θρᾴκης, ἔνθα καὶ ἔθαψε. Εἰσὶ τούτου συγγράμματα περὶ ψυχῆς, περὶ Ἐγγαστριμύθου κατ' Ὠριγένους, καὶ ἄλλαι πολλαὶ ἐπιστολαί, ἃς ἀπαριθμεῖσθαι περιττόν.

b) Fragmenta quædam ex octo libris Eustathii contra Arianos collegi T. VIII. Bibl. Græcæ p. 170. seq. c) A. 328.

d) Chrysostomus Orat. in Eustathium, T. 1. p. 571. εἰς τὸ σῶμα αὐτοῦ πλάνου ἐν Θρᾴκῃ. Et τὸν μὲν πάθος εἶναι ἐν ἑκάστῳ τῷ βαρβαρικῷ χωρίῳ. Videtur obiisse Eustathius circa A. 360. paullo antequam Meletius sedi Antiochenæ præficeretur.

e) Ex Eustathii λόγῳ περὶ ψυχῆς nonnulla afferunt S. Maximus Confessor T. 2. Opp. p. 152. Jo. Damascenus p. 752. parallel. sacr. & Eustratius Constantinopolitanus presbyter contra Psychopannychitas c. 19.

f) Hoc scriptum adhuc exstat editum & illustratum a Leone Allatio ad calcem commentarii Eustathio tributi in Hexaëmeron. Lugd. 1629. 4. Dicavit illud Eustathius Eutropio quem χαρίεσσαν ἀνδρῶν & διηκριβωκότα τῆς ὀρθοδοξίας ἑρμηνέα appellat.

g) Ex his nulla, quantum memini ætatem tulit. Cæterum sub Eustathii Antiocheni nomine Liturgiam eSyriaco Latine versam nuper admodum edidit eruditissimus Vir Eusebius Renaudotus T. 2. Collectionis Liturgiarum Orientalium pag. 235. Paris. 1716. 4.

## ERASMI SCHOLION.

*Genere Pamphylius.* Nam ita legendum, non solum ex Sophronio, verum etiam ex vetustissimorum codicum vestigiis. Nam Side Pamphyliæ oppidum est.

*Primum Berææ Syriæ.)* Sic enim legendum testantur & Sophronius, & pervetusti codices nostri.

*Thraciarum.)* Dixit, ut nos Galliarum, pro Thraciæ.

*De engastrimytho.)* Ex Sophronio legendum, περὶ ἐγγαστριμύθου, de ventriloquo.

## MARIANI VICTORII.

*De Engastrimytho.* Περὶ ἐγγαστριμύθου, habet etiam Sophronius, id est, de ventricoso, sermone: vel verius, de eo cujusmodi erat Pythonissa, qui ex ventre, Dæmone ibi manente, responsum dabat.

## NOTÆ HENRICI GRAVII.

*Deinde Antiochiæ rexit Ecclesiam.)* Vide Theodoritum in Eccles. hist. lib. 1. cap 7. & Sozomenum lib. 1. cap. 2.

*Sub Constantio Principe pulsus est in exilium.)* Vide Socratem in histor. Ecclesiast. lib. 4. c. 15.

## AUBERTI MIRÆI SCHOLION.

*S. Eustathius* Antiochenus anno 325. concilio Niceno interfuit, & anno 340. ab Arianis pulsus est in exilium. Primus Antiochenæ Ecclesiæ Episcopus contra Arium clarissima tuba bellicum cecinit: ut Hieronymus epist. 126. ad Evagrium loquitur. Martyrologio Rom. 16. Julii adscriptus legitur: quo loco, ut & in Annalibus, plura de eo habet Baronius.

## ERNESTI SALOMONIS CYPRIANI.

Ab Eustathio Antiochiæ Eustathiani dicebantur clerici ac laici, qui Eustathio, orthodoxo doctore, in exilium pulso, ab ejus successoribus, Ariana labe infectis, faciebant secessionem, ac seorsim sacra peragebant annis LXXXV. *Vid. Theodoritus L. 1. c. 22.* Quod ad Eustathium attinet, is sane de fide Catholica præclare meritus est, ac primus Arianorum tulit atroces injurias. Hinc Theodorito audit veritatis defensor, magnus Eustathius; Sozomeno autem *L. II. c.* 19. vir tum eloquentiæ causa merito admirandus, cujus libri & ob gravitatem sententiarum verborumque elegantiam, & propter venustatem in rebus explicandis magnopere probentur.

*Adversus Arianorum dogma componens* Cum libris suis impugnaret Arianos, Eusebius Nicomediensis, mirus fraudum struendarum artifex, & Theogonius, Nicænus Episcopus, juxta cum Eusebio Cæsariensi, Patrophilo, Aetio, Theodoto aliisque Arianis, synodo Antiochiæ coacto, ubi tum Eustathius regebat Ecclesiam, bonum virum adulterii postulant

Digitized by Google

ſtulant atque condemnant. Nam conductam pretio mulierem in concilium Epiſcoporum introducebant, quæ infantem uberibus admotum oſtenderet, illumque Euſtathio parente natum juramento confirmaret. (*Theodoritus L. I. c.* c. 21.) Nec impune tulit impoſturam mulier. Cum enim ancipiti morbo deinceps vexaretur; faſſa eſt, ſe pretio allectam id facinoris perpetraſſe; nec tamen omnino periuram eſſe: quum infans patrem Euſtathium habeat, non Epiſcopum, ſed fabrum quendam ærarium. Secunda latæ ſententiæ cauſa erat calumnia, qua Cyrus, Beroeæ urbis Epiſcopus, ſanctum præſulem maculabat, videlicet, Euſtathium facere cum Sabellio. *vid. L. I. c.* 24. Notandum vero hoc loco eſt, Socratem dubitare, num Cyrus Euſtathium hoc nomine unquam accuſaverit. Quicquid ſit, depoſitus eſt Euſtathius, resque mox ad Imperatorem Conſtantinum M. delata, qui literis ad Antiochenos datis turbas, quas concitaverat populus ob injuriam Euſtathio illatam, ſedare contendit, atque eam factionem, quæ Euſebium Cæſarienſem ſibi Epiſcopum dari volebat, adhortatur, ut ſeligant alium. Epiſtola extat apud Euſebium tertio de vita Conſtantini capite LIX.

*Sub Conſtantio principe pulſus eſt in exilium.* Ita Eraſmus, Miræus aliique. Sed heic omnia turbarunt veteres; nec recentioribus ſatis conſtat, qua ratione Euſtathii res geſtæ cohæreant. Falſum eſt, Euſtathium a Conſtantio ſede motum pulſumque in exilium. Nam Theodoritus *L. II. c.* 31. tradit, Meletium ſede Antiochena trigeſimo poſt Euſtathii abdicationem anno excidiſſe. Jam vero omnes fatentur, Meletium anno CCCLX. pulſum fuiſſe. Itaque Euſtathius anno circiter CCCXXX. motus eſt a Conſtantino. Deinde Philoſtorgius *L. III. c.* 7. ſatis clare indicat, Concilium Antiochenum, a quo munere privatus eſt Euſtathius, coactum eſſe tempore Conſtantini, non longe ab Euſebii Nicomedienſis revocatione. *Conf. Socrates L. I. c.* 24. Tertio dubitationi locus eſſe non poteſt, quia Euſebius III. de vita Conſtantini capite LIX. ipſemet prodit memoriæ, tumultum Antiochenum eveniſſe Conſtantini ævo, cujus ad Antiochenos literas affert, ſubjiciens & illas, quibus Euſebium laudaverat Conſtantinus, quod illo tumultu oblatam Antiocheni præſulis dignitatem haud ſuſceperit. Itaque merito reſtituimus Conſtantinum M. Nec primus hoc facio, cum & antiqua Lugdunenſis editio Conſtantii loco habeat Conſtantinum. Cavius noſtram lectionem & in Sophronio deprehendi ait; ſed quia ex codicibus MSSCC. Sophronium nemo edidit, præter Eraſmum, antiquiſſimo exemplo uſum; merito quis dubitet, an id ſub Conſtantino factum dicat Sophronius, quum Eraſmi Sophronius diſerte habeat: Ἐπὶ Κωνσταντίου.

*Trajanopolim Thraciarum, ubi usque hodie conditus eſt.* Ex hoc loco erroris arguendi ſunt Sozomenus VI. 13. IV. 15. & Socrates, qui tradunt, Euſtathium noſtrum a Valente denuo relegatum eſſe, quod Evagrium, orthodoxum Epiſcopum, adverſus Demophilum, Arianorum præſulem, ordinaſſet Conſtantinopolitanis. Si enim in exilio mortuus conditusque fuit in Trajanopolitana urbe; non potuit a Joviano revocari, multo minus a Valente pelli in exilium.

*Trajanopolim.* Valeſius, Victoris Tunuenſis autoritate niſus, Euſtathium non Trajanopoli, ſed Philippis conditum tradit. Imo Theodorus Lector libro II. nugatur, Euſtathium Philippis & exilium transegiſſe, & conditum eſſe, indeque Calendionem, ſucceſſorem ejus, cum id ab imperatore Zenone impetraſſet, Euſtathii reliquias Antiochiam detuliſſe. Sed nulla mihi probabilis ratio ſuccurrit, cur hos reliquiarum patronos Hieronymo debeam præferre.

*Ejus volumina.* Hieronymus Euſtathium illis annumerat, qui libros ſuos philoſophorum ſententiis ita refarciunt, ut neſcias, quid in illis primum admirari debeas, eruditionem ſeculi, an ſcientiam ſcripturarum. *Epiſt.* 84. *ad Magnum.*

*Adverſum Origenem.* Ob hanc cauſam Socrates ſanctum præſulem vocat maledicum, hominem vilem, obſcurum, qui ſuopte ingenio inclareſcere non potuerit.

# CAPUT LXXXVI.

MARCELLUS, Ancyranus Epiſcopus, h) ſub Conſtantino & Conſtantio Principibus floruit, multaque diverſarum ſcriptit volumina, & maxime adverſum Aria-

Μάρκελλος Ἀγκυρανὸς Ἐπίσκοπος, ἐπὶ Κωνσταντίου καὶ Κώνσταντος ἤνθησε, πολλὰ διαφόρων συνθέσεων γράψας τεύχη, καὶ μάλιστα κατὰ τῶν Ἀρειανῶν. φέρονται κατ' αὐτοῦ Ἀπο-



h) Ancyræ, Galatiæ Metropoli Epiſcopatum geſſit Marcellus jam Concilii Nicæni tempore, cui A. 325. interfuit, imo Ancyrani tempore Concilii, cui præfuit A. 315. Vide Concilia Labbei T. I. p. 1475. & 1480. Idem in Sabellianiſmi ſuſpicionem in Synodo Conſtantinopol. depoſitus A. 336. ſed in Sardicenſi A. 347. reſtitutus, demum obiit circa A. 373. biennio antequam adverſus hæreſes ſcriberet S. Epiphanius. Vide Tillemontium T. VII. memor. p. 503. ſeq.

i) Qualia fuerint hæc varii argumenti ſcripta a Marcello compoſita, nec Hieronymus nec alii veteres nos diſtinctius docent.

cellum ἐν ὅλοις τρισὶ βιβλίοις, tribus integris libris confutatum esse ab Eusebio Cæsariensi; sed sciendum, præter tres illos adhuc duos alios libros κατὰ μαρκέλλου, contra Marcellum ab Eusebio editos, qui hodie extant.

# CAPUT LXXXVII.

ATHANASIUS Alexandrinæ urbis Episcopus, o) multas Arianorum perpessus insidias, ad Constantem Galliarum Principem fugit: p) unde reversus cum litteris, & rursum post mortem ejus fugatus, q) usque ad Joviani imperium latuit; a quo recepta Ecclesia, sub Valente moritur. r) Feruntur ejus adversum Gentes duo libri, s) & contra Valentem & Ursatium unus, t) & de Virginitate, u) & de persecutionibus Arianorum plurimi, x) & de Psalmorum titulis, y) & historia Antonii z) monachi vitam continens: & ἑορτασικὰς epistolæ, a) & multa alia, quæ enumerare longum est.

Ἀθανάσιος Ἀλεξανδρείας ἐπίσκοπος, πολλὰς ἔφυγε τῶν Ἀρειανῶν ἐπιβουλάς, πρὸς Κώνσταντα τὸν Γαλλιῶν βασιλέα πρόσφυγε, ὅθεν ἀναζεύξας μετὰ γραμμάτων, καὶ αὖθις μετὰ τὴν αὐτοῦ πλευτὴν διωχθείς, ἕως τὴν βασιλείαν Ἰοβιανὸς διέλαβε, καὶ ἀναλαβὼν τὴν ἐκκλησίαν, ὕστερον Οὐάλεντος πλευτᾷ. Φέρονται αὐτοῦ κατὰ τῶν ἐθνῶν λόγοι δύο, καὶ Οὐάλεντος καὶ Οὐρσακίου ἕνας, περὶ παρθενίας, περὶ διαγμῶν Ἀρειανῶν πολλοῖς, περὶ ὑπογραφῆς ψαλμῶν, καὶ ἱστορία Ἀντωνίου ἀναχωρήτου τὸν βίον περιέχουσα, καὶ ἑορτασικὴ ἐπιστολή, καὶ πλεῖστα ἄλλα τινὰ, ἅπερ ἀπαριθμεῖσθαι ὄκνος.

o) Athanasius successit Alexandro Episcopo Alex. defuncto A. 326. sive 17. April. ut doctissimo Montfaucono visum, sive sub initium anni, ita ut jam 18. Januar. ordinatus sit ejus successor Athanasius, ut contendit Jo. Baptista Sollerius in tractat. historico Chronolog. de Patriarchis Alex. T. V. Act. Sanctor. Junii.

p) De Athanasio ad Constantem confugiente & Constantis Epistola pro Athanasio (data A. 349.) ad fratrem Constantium vide Theodoritum lib. 2. Hist. Eccles. cap. 4. Rufinum lib. 1. c. 19. q) Ab A. 350. ad 363.

r) A. 373. 2. Maj. Vide T. V. Bibl. Græcæ p. 297.

s) Hi sunt quorum posterior in editionibus inscribitur de incarnatione, quem Syriace A. 564. versum ex Syria A. 1716. Romam attulit Josephus Asseman Maronita.

t) Hic liber contra Ursacium Murciæ in Pannonia & Valentem Singidonis in Moesia Episcopos Athanasii inimicos ac delatores hodie desideratur.

u) Exstat hodie liber sub Athanasii nomine de Virginitate & ἀσκήσει, sed qui inter dubia scripta reponitur in tomo tertio editionis luculentæ operum Athanasii quam præstantissimis viris Antonio Pouget ac Bernhardo de Montfaucon debemus, Paris. 1698. fol.

x) Inter scripta Athanasii quæ exstant huc pertinet plures Apologiæ & Epistolæ quæ Tomo primo jam laudatæ editionis parte priore & posteriore leguntur.

y) Exstat quidem hodie Epistola Athanasii ad Marcellinum, præfixa interpretationi Psalmorum, & a Balth. Corderio ante Catenam in Psalmos, & emendatius nuper à V. C. Jo. Ernesto Grabe ex Codice Alexandrino in sua LXX. Interpretem editione Tomo III. vulgata. Sed nihil in illa de titulis Psalmorum, neque in ea exstat locus qui allegatur in Concilio Nicæno II. Actione VI. p. 540. Vide Casimiri Oudini triadem dissertationum Lugd. Bat. 1717. 8. pag. 32. 45. 57. seq.

z) De hoc Antonio infra c. 88. Hieronymus, neque solo hoc exemplo constat eum non accuratum temporis ordinem hoc in Catalogo observasse. Vita Antonii ab Athanasio scripta extat, extat & Latina Evagrii Presbyteri Antiocheni versio de qua c. 125. Græce primus vulgavit addita versione sua & notis David Hœschelius, Augustæ Vindel. 1611. 4. Codicem Hœscheliano locupletiorem emendatioremque sibi in promtu esse testatus est Franciscus Combefilius in Bibl. Concionatoria. De Codice Cæsareo vide Lambecium T. V. p. 297. De Seguierianis laudatum Montfauconum in Bibl. Coisliniana p. 304. 365.

a) Hæ Epistolæ Paschales quas ab Alexandrino Episcopo quotannis mitti olim usus obtinuit, hodie desiderantur. De illo more dictum ad cap. 118.

## ERASMI SCHOLIA.

*Usque ad Joviniani.*) Joviani legit Sophronius, suffragante vetustissimo exemplari. *ἑορτασικαί.*) Id est, de festis diebus.

## MARIANI VICTORII NOTÆ.

*Ἑορτασικὴ epistola.* De festis diebus scilicet conscriptæ.

*Contra Valentem & Ursacium.* Arianæ sectæ hi fuerunt, & Ariminensis synodi patres, se Catholicos simulantes, deceperunt. Lege eundem Hieronymum adversus Luciferianos.

## NOTÆ HENRICI GRAVII.

*Athanaſius Alexandrinæ urbis Epiſcopus.*) Hieronymus in Chronicis: an. 14. Conſtantini: *Alexandrina Eccleſiæ 36. ordinatur Epiſcopus Athanaſius, qui ab Arianis perſecutus ad Conſtantinum refugit.* Ibidem, anno 6. filiorum Conſtantini: *Maximus Trevirorum Epiſcopus clarus habetur, a quo Athanaſius Alexandriæ Epiſcopus, cum a Conſtantio quæreretur ad pœnam, honorifice ſuſceptus eſt.* An 8. *Athanaſius ad Conſtantis litteras Alexandriam regreditur.* Vide Rufin. lib. X. Eccleſ. hiſtor. & in principio XI.

*Sub Valente moritur.*) Gratiano 2. & Probo Coſſ. Socrates Eccleſ. hiſtor. li. 4. c. 20.

## AUBERTI MIRÆI SCHOLIA.

*S. Athanaſium.* anno 373. adhuc ſuperſtitem fuiſſe, conſtat ex Proterii Patriarchæ Alexandrini ad Leonem I. Papam Epiſtola, a Bucherio edita, infra in notis ad caput 10. Iſidori memoranda. Errat itaque Socrates, qui lib. 4. c. 29. tradit, Gratiano II. & Probo Conſulibus, hoc eſt, Chriſti anno 371. ipſum obiiſſe. Athanaſii opera, tomis IV. comprehenſa, ſunt in omnium manibus: ex iis quæ genuina ſint, Bellarminus in Catalogo, & Baronius in Annalibus explicant. Mentio Athanaſii in Martyrolog. 2. Maji.

## ERNESTI SALOMONIS CYPRIANI.

*De virginitate.* Cum Romæ nulla adhuc nobilium fœminarum noſſet propoſitum monachorum, nec auderet ignominioſum ac vile nomen aſſumere; ab Athanaſio, qui Arianorum perſecutiones declinans Romam confugerat, illam vivendi rationem primum didicerunt fœminæ virgineſque Romanæ, ut Hieronymus autor eſt in Epitaphio Marcellæ ad Principiam. Hinc virginibus Athanaſii libellos magnopere commendat. In Epiſtola ad Lætam de filiæ inſtitutione ait: *Athanaſii Epiſtolas inoffenſo decurrat pede.*

*Et ἑορτασικὰς epiſtolas.* Fuerunt Epiſtolæ paſchales, quas patres olim ab Alexandrinæ Eccleſiæ Epiſcopis ſcriptas voluerunt, quod Ægyptii ſemper magnam curam in ſiderum cognitione ponerent, adeoque accuratius, quam reliqui, inveſtigare poſſent, quo die ſingulis annis paſcha celebrandum eſſet. Hujusmodi Epiſtolam Alexandrinus Epiſcopus non modo ad reliquas Ægypti Eccleſias, ut Valeſius *ad Euſ. VII. 20.* ſentit; ſed & ad ipſos Romanos Epiſc. mittebat, ut ubique eſſet conſentiens paſchæ celebratio, ceu Leo Magnus Epiſtola LXIV. diſerte confitetur. Imo Alexandrinis ita proprium erat has Epiſtolas exarandi munus, ut Romanis epiſcopis illi rei immiſcere ſe hautquaquam liceret, ſed neceſſum haberent, imperatores, ſi quid oſcitanter fieret ab Alexandrinis, rogare, ut Ægyptios admonerent, ne in paſchæ die inveſtigando peccetur. Id fecit Leo Epiſtola LXV. ad Eudociam, qua eam obteſtatur, ut imperatori Conſilium de monendis Ægyptiis ſuggerat.

# CAPUT LXXXVIII.

ANTONIUS monachus, b) cujus vitam Athanaſius, Alexandrinæ urbis Epiſcopus, inſigni volumine proſecutus eſt, miſit Ægyptiace ad diverſa monaſteria Apoſtolici ſenſus ſermonisque Epiſtolas ſeptem, c) quæ in Græcam linguam translatæ ſunt: quarum præcipua eſt ad Arſenoitas. Floruit ſub Conſtantino & filiis ejus regnantibus. (Vixit annos centum quinque. *)

Ἀντώνιος μοναχὸς, ὃ τὸν βίον Ἀθανάσιος ὁ Ἀλεξανδρείας ἐπίσκοπος ἐπισήμῳ πύκτει διεξῆλθεν, ἔστειλε πρὸς ἀφορμὰς τῶν Αἰγύπτου μοναστηρίων, ἀποστολικὰς χαρακτῆρος καὶ λόγους ἐπιστολὰς ἑπτὰ εἰς ἑλληνικὴν διάλεκτον μεταφρασθείσας ὧν ἐξαίρετός ἐστι πρὸς τοὺς Ἀρσινοΐτας. Ἤνθησεν ἐπὶ Κωνσταντίνου καὶ τῶν τούτου παίδων βασιλεύσαντων.

b) Defunctus in Thebaide Ægypti A. 357. ætatis 105. De vita ab Athanaſio ſcripta & ab Evagrio Antiocheno Latine verſa dictum cap. 87. & 125. De Antonio ipſo & ejus ſcriptis T. VIII. Bibl. Græcæ p. 344. ſeq.

c) Epiſtolæ illæ ſeptem adhuc exſtant e Græco verſæ a Valerio Saraſio ſæpiusque editæ in Patrum Bibliothecis. Etiam Lingua Coptica ſive Ægyptia adhuc ſupereſſe in Monaſteriis Thebaidis, ex Abulbircato refert V. C. Euſebius Renaudotus præf. ad T. 1. Liturgiarum Oriental. p. CXIX.

* Hæc verba deſunt in plerisque Codd. MSS.

## ERASMI SCHOLIA.

*Ad Arſenoitas.*) Arſinoitas legendum. Eſt enim Arſinoe Libyæ civitas.

## MARIANI VICTORII NOTÆ.

*Floruit ſub Conſtantino, & filiis ejus regnantibus.* Vox, Sub, alicubi deeſt. Verum Sophronium & vulgatam editionem ſecuti, nos eam reliquimus. Sequitur deinde: Vixit annos centum quinque. Quæ verba etſi tam apud Sophronium, quam apud codices multos deerant, nos tamen cum hiſtoriæ cognitionis cauſa, tum quia in vulgata illa editione reperiebantur, minime delevimus.

HEN-

## HENRICI GRAVII.

*Antonius Monachus.*) Euſeb. in Chronicis: *Anno Domini 253. Imperante Decio, Antonius Monachus in Ægypto naſcitur.*

*Cujus vitam Athanaſius.*) Vide Rufinum in Eccleſ. hiſtor. lib. X. c. 8. & Chryſoſt. hom. v. in Matth.

*Floruit ſub Conſtantino & filiis ejus regnantibus.*) In Chronicis Hieronymus: *Anno XXX. Conſtantini, Conſtantinus cum liberis ſuis honorificas ad Antonium Monachum litteras mittit.*

*Vixit annos CV.*) In Chronicis; *Anno 21. filiorum Conſtantini, hoc eſt, anno Domini 361. Antonius Monachus CV. ætatis anno in eremo moritur.* De eo lege Auguſtinum lib. VIII. Confeſſ. cap. 6.

## SCHOLION AUBERTI MIRÆI.

*S. Antonius.*) Anno Chriſti 250. ſub Decio natus, ætatis 105. ad Dominum migravit, Conſtantii anno 19. hoc eſt Chriſti 356. menſe Januario. Ejus Epiſtolæ, hic ab Hieronymo laudatæ, in Bibliotheca Patrum exſtant. Libri duo Sermonum; qui in eadem Bibliotheca habentur, & S. Antonio perperam a Trithemio adſcribuntur, ſunt auctoris longe poſterioris ætate; utpote citantis Baſilium, Gregorium Nyſſenum, Chryſoſtomum, Nilum, Photium, & alios. Mentio S. Antonii in Martyrolog. Rom. 17. Januar.

## ERNESTI SALOMONIS CYPRIANI.

*Ad diverſa monaſteria epiſtolas ſeptem.* Imo plures. Scripſit enim ad Conſtantinum Magnum, Conſtantem atque Conſtantium, quarum Epiſtolarum argumentum exhibet Athanaſius in vita Antonii. *T. II. Opp. p. 478.*

# CAPUT LXXXIX.

BASILIUS Ancyranus Epiſcopus artis Medicinæ d) ſcripſit contra Marcellum, e) & de Virginitate librum, & nonnulla alia: & ſub Rege Conſtantio, f) Macedonianæ partis, g) cum Euſtathio Sebaſteno, princeps fuit.

Βασίλειος Ἀγκυρανὸς Ἐπίσκοπος, ἰατρὸς τὴν τέχνην) ἔγραψε κατὰ Μαρκέλλου, καὶ περὶ παρθενίας λόγον, καὶ ἄλλα ὀλίγα, καὶ βασιλεύοντος Κωνσταντίου, Μακεδονιακῆς θρησκείας ἅμα Εὐσταθίῳ Σεβαστηνῷ ἤρξεν.

d) In editione Johannis a Fuchte & in vulgatis Græcæ verſionis tantum legitur: *Baſilius Ancyranus epiſcopus ſcripſit* &c. Sed in aliis atque apud Marcianæum eſt: *Baſilius Ancyranus epiſcopus, artis Medicinæ*, ſive ut Codex viridis Vallis quem Suffridus Petri inſpexit, & Martinus Lipſius, *artis Medicæ*. Marcianæi Lectioni ſuffragatur non Honorius modo & Freculfus, ſed etiam Suidas qui Græcum Hieronymi interpretem exſcripſit: Βασίλειος Ἀγκυρανὸς, Ἐπίσκοπος τῆς αὐτῆς πόλεως, ἰατρὸς τὴν τέχνην. Suffridus vero Petri in Gemblacenſi & Sigebergenſi codice reperit: *Baſilius Ancyramus, epiſcopus arcis Mechæ.* Illamque lectionem avide amplexum ſecutus eſt Miræus: perperam omnino, cum Baſilium conſtet fuiſſe in Epiſcopatu Ancyrano ſucceſſorem datum Marcello A. 336. & depoſitum A. 360. neque potuiſſe libello ſupplice A. 363. apud Jovinianum Imperatorem oblato impetrare ut reſtitueretur. Vide Socratem III. 25. & quæ T. VIII. Bibl. Græcæ p. 347. ſeq. ubi notavi verba *artis Medicinæ* ita jungi Epiſcopo, ut infra c. 90. *Hiſtoricæ intelligentiæ.* Atque Epiſcopos artis Medicæ peritos complures in veteri ac recenti memoria claros referunt Andreas Tiraquellus libro de nobilitate p. 292. ſeq. Theophilus Raynaudus T. VIII. Opp. p. 569. 587. Abraham Bzovius in Nomenclatore Sanctorum profeſſione Medicorum Colon. 1623. 12. & Chriſtianus Benedictus Carpzovius in diſſ. de Medicis ab Eccleſia pro Sanctis habitis. Lipſ. 1709. 4.

e) Contra Marcellum Ancyranum deceſſorem ſuum de quo ſupra c. 86. Sed & illud ſcriptum & alterum de Virginitate intercidit. Profeſſionem ejus fidei exhibet Epiphanius hæreſi LXXIII. p. 859. f) Male editt. quædam *Conſtantino.*

g) Suidas in Εὐσάθιος. Hic eſt Euſtathius Sebaſtiæ in Armenia Epiſcopus cujus ſectatores dicti Euſtathiani apud Anaſtaſium Sinaitam & Damaſcenum, non confundendi cum Euſtathianis Euſtathio Antiocheno præter fas depoſito adhærentibus. Vide T. VIII. Bibl. Græcæ p. 190. ſeq.

## MARIANI VICTORII.

*Scripſit contra Marcellum, & de virginitate librum.* καὶ περὶ παρθενίας λόγον. Et, conjunctionem, ex Græco, latinisque codicibus reſtituimus. Deerat enim antea.

## NOTÆ HENRICI GRAVII.

*Baſilius Ancyranus epiſcopus.*) Vide Socratem in hiſtor. Eccleſ. lib. 1. c. 36. & litteras Sardicenſis Concilii apud Theodoritum lib. 2. cap. 8. item Socratem lib. 2. cap. 6. & Sozomenum lib. V. cap. 1.

## AUBERTI MIRÆI SCHOLION.

*Basilius.*) Iste Ancyranus, Episcopus arcis Mecheæ (fortassis Mechæ in Arabia: qua in urbe pseudopropheta Mahometus est conditus) professione Arianus, una cum aliis Arianis Joviano Imp. libellum obtulit: ut Sozomenus l. 6. c. 4. narrat. Ab isto Episcopo prorsus alius fuit (etsi eodem tempore vixerit) *S. Basilius* presbyter & martyr Ancyranus, fastis Rom. Martyrologii 22. Martii adscriptus: quo loco & Baronium lege.

## ERNESTI SALOM. CYPRIANI.

*Artis medicinæ.* Ita Codices Erasmi, Victorii & Guelpherbytanus. Miræus vero: *Arcis Mesbeæ.* Quia nemo tradit, Basilium arcis Mecheæ Episcopum fuisse, nec quæ fuerit illa arx, a quoquam satis expositum video; retinui priorem lectionem, cui tamen tantum non tribuo, ut aliam respuendam existimem, si quæ ex probatis codicibus proferatur.

*Scripsit.* Præter libros Basilii, quorum harum rerum scriptores meminerunt, non est prætermittenda ejus disputatio cum Photino, quam a notariis exceptam tradit Socrates libro II. capite XXX.

# CAPUT XC.

THEODORUS, Heraclæ Thraciarum Episcopus, g) elegantis apertique sermonis, & magis historicæ intelligentiæ, edidit sub Constantio Principe commentarios in Matthæum & in Joannem, & in Apostolum, & in Psalterium. h)

Θεόδωρος Ἡρακλείας τῆς Θρᾳκῶν Ἐπίσκοπος, ἰσχνὸς καὶ ἀφελὴς λόγῳ καὶ ἱστορικῆς διανοίας, ἐξέδωκεν ὑπὲ Κωνσταντίου βασιλέως ὑπομνήματα εἰς Ματθαῖον & Ἰωάννην, & εἰς τὸν Ἀπόστολον, καὶ εἰς τὸ Ψαλτήριον.

g) Hic Synodo Antiochenæ A. 341. interfuit, de quo Schelstratenus ad illam Synodum p. 75. Depositum deinde in Synodo Sardicensi A. 347. credibile est diem obiisse circa A. 355. Vide Tillemont. T. VI. p. 794.

h) Commentarius in Psalmos integer a Balth. Corderio editus cum Patrum Græcorum in eosdem Catena, Antw. 1643 fol. Græce & Latine. Ex Commentariis cæteris non nisi fragmenta apud varios Catenarum editarum inedita rumque scriptores leguntur.

## ERASMI SCHOLIA.

*Et magis historicæ intelligentiæ.*) Magis, non addit Sophronius, nec video quid ad sensum faciat. Sensit autem illum simpliciter, & ad literam, ut vocant, interpretatum Scripturam divinam.

## MARIANI VICTORII.

*Et magis historicæ intelligentiæ.* Vox, magis, abundare hic videtur, nec illa a Sophronio additur: verum, quia consentientia latina exemplaria omnia fere eam habent, propterea non amovimus.

## HENRICI GRAVII.

*Theodorus Heraclæ Thraciarum Episcopus.*) Hieron. in Epist. *In ipso. Theodorus Heracleotes, quæ urbs olim Perinthus vocabatur, in commentariis Apostoli* &c. Idem apud Theodoritum lib. 1. cap. 28. & lib. 2. c. 3.

## AUBERTI MIRÆI.

*Theodori*) Heraclensis Episcopi meminit & Trithemius.

## ERNESTI SALOMONIS CYPRIANI Annotatio.

*Heraclæ.* Puto utrumque recte scribi, *Heracleæ* & *Heraclæ*, cum Socrates libro II. capite XII. Theodorum ἡρακλείας Episcopum; Theodoritus vero libro II. capite III. eundem ἡρακλειώτην appellet.

*In Matthæum & in Joannem.* Theodoritus videtur ei in quatuor Evangelia Commentarios tribuere. Τῶν θείων εὐαγγελίων τὴν ἑρμηνείαν συγγέγραφε, inquit.

# CAPUT XCI.

EUSEBIUS Emesenus i) Episcopus, elegantis & Rhetorici ingenii, innumerabiles, & qui ad plausum populi pertinent, confecit libros, magisque historiam secutus, ab his qui declamare volunt, studiosissime legitur: k) e quibus vel præcipui sunt adversum Ju-

Εὐσέβιος Ἐμεσηνὸς, ἰσχνὸς & ῥητορικὸς, ἀναρίθμητος καὶ εἰς κρότον τὸν λαὸν συντείνοντας ἐπεποίηται λόγους, & μᾶλλον ἀκολουθῶν ἱστορίᾳ, ὃς τῆς αὐτοσχεδίου ἀναγινώσκεται παρὰ τῶν κροτεῖν χαιρόντων, ἀφ' ὧν εἰσὶν ἐξαίρετοι λόγοι δέκα, κατὰ τῶν Ἰουδαίων & ἐθνῶν, & Νοβατιανῶν, &

i) Ἔμεσα, Ἔμεσα, Ἔμισα, tribus enim his modis, scriptum nomen reperitur, præclara & ampla civitas Phœniciæ. Ab Ἔμεσα Ἐμεσηνός. Ab Ἔμισα Ἐμισαῖος.

k) Johannem Chrysostomum Eusebii Emeseni sectatorem fuisse notat Hieronymus infra cap. 129.

dæos l) & Gentes, & Novatianos, & ad Galatas libri decem, & in Evangelia homiliæ breves, sed plurimæ. Floruit temporibus Constantii Imperatoris, sub quo & mortuus, m) Antiochiæ sepultus est.

ἐ πρὸς Γαλάτας ἴς, εἰς Εὐαγγέλια ὁμιλίαι βραχύτατοι μέν. πολλαὶ δέ. Ἤνθησεν ἐπὶ Κωνσταντίου βασιλέως, καὶ πλευτήσας ἐν Ἀντιοχείᾳ ἐτάφη.

l) Eusebii Emeseni κατασυλλογισμὸν πρὸς τοὺς Ἰουδαίους Ms. extare in Bibl. Vindobonensi testatur Lambecius IV. p. 184. Cætera scripta ipsius Hieronymo memorata interciderunt omnia. Similiter contra Judæos, contra Gentes, & Hæreticos stylum strinxit etiam Diodorus, quem Eusebii Emeseni imitatorem fuisse testatur Hieron. c. 119.

m) Defunctus A. 360. Confer Tillemontium T. VI. memor. & Bibliothecam meam Græcam T. VI. p. 106. seq.

## MARIANI VICTORII.

*Eusebius, Emesenus Episcopus*, Episcopus, nec Sophronius habet, nec Mediceum, Fesulanumque manuscripta exemplaria: nos tamen, vulgatam secuti editionem, reliquimus: quia, ubi contrarium clare non constat, nihil omnino e vulgatis codicibus immutamus, aut delemus.

## NOTÆ HENRICI GRAVII.

*eusebius emisenus episcopus.*) Hieronymus in Chronicis anno X. Constantii. *eusebius emisenus Ariana signifer factionis, multa & varia conscribit.* Vide Socratem lib. 2. c. 9. & Sozomenum lib. 2. c. 6.

*Innumerabiles, & qui ad plausum populi pertinent, confecit libros.*) Hieron. infra in Epist. *Prius* ad Cyprian. *Non compositæ orationi verborum, plausuque populari, qui solet imperitorum aures decipere atque palpare* &c. In præfat. Esa. *Quorum aures fastidiosæ sunt, & ad intelligendas scripturas sanctas nauseant, plausuque tantum eloquentiæ delectantur.*

In Ezech. 18. *Placentque sibi in plausu populi torquente eos conscientia.* & in 22. *Plaususque commovent, & vociferantur, & jactant manus.* Item in Matth. XII. *Cum hac intelligentia plausum quendam, & colorem doctrinæ præferat, nescio, an habeat veritatem.* Similia habes in Ecclesiastis cap. X. & in præfat. lib. 3. Galat.

## AUBERTI MIRÆI SCHOLIA.

*Theodoretus* Scriptores, qui adversus Manichæorum sectam commentarios ediderunt, recensetistos, *Titum Bostrenum* Episcopum, *Diodorum Tarsensem*, *Georgium Laodicenum* Arianum, *Eusebium Phœnicem*, hoc est, *emesenum*. Quod ab Eusebium Cæsariensem attinet, Socrates lib. 1. c. 17. scribit, jejune admodum in Ecclesiastica Historia Manichæorum ab illo mentionem esse factam. Qua de causa totam ejus Historiam ex Archelai, supra cap. 72. laudati, scriptis uberius exponit. Quare præcipuo aliquo libro hæresim istam oppugnasse videtur Eusebius Emesenus. Vixit autem sub Constantio, Constantini Magni filio. Homiliæ in Evangelia totius anni, & aliæ Homiliæ quinquaginta, variorum argumentorum, falso sunt editæ nomine Eusebii Emeseni: ut Bellarminus in Catalogo recte docet; ubi & differit de istarum Homiliarum auctoribus.

## ERNESTI SALOMONIS CYPRIANI.

*Et ad Galatas libri decem.* Guelpherbytani codicis lectio aliis omnibus præferenda: *Et in Epistolam ad Galatas* Ἐξηγήσεων *libri decem.* Male Sophronius: πρὸς Γαλάτας ἴς.

# CAPUT XCII.

TRIPHYLLIUS, Cypri Ledrensis, sive Leucotheon n) Episcopus, eloquentissimus suæ ætatis, & sub Rege Constantio celeberrimus fuit. Legi ejus in Cantica Canticorū o) commentarios. Et multa alia composuisse fertur, quæ in nostras manus minime pervenerunt.

Τριφύλλιος Κύπρου Λήδρων, ἤτοι Λευκεώνος Ἐπίσκοπος, εὐφραδὴς ἐπὶ Κωνσταντίου διατρίψας. Ἀνέγνων τοῦτο εἰς ἄσματα ἀσμάτων ὑπομνήματα, ὅς τις πολλὰ λέγεται συγγεγραφέναι, ἃ πω εἰς τὰς ἡμετέρας χεῖρας οὐ περιῆλθεν.

n) *Fucum hoc loco ut in aliis bene multis fecit Erasmo & Mariano falsus Sophronius, interpres Græcus, qui verbum* Λευκεώνος *posuit pro* Leucotheon *genuino nomine, retento in cunctis Exemplaribus MSS. Est autem Ledrensis urbs, quæ & Leucotheon; urbs Archiepiscopalis & Metropolis Cypri Insulæ in ora Boreali, quæ Leucotheon & Leucosia Græcis dicitur, Nicosia vero Sophiano & aliis. Ad originem itaque Latinam Hieronymi revertentes, falsum sæpissime ac depravatum in Græco Sophronio contextum emendamus ex Codicibus manuscriptis, quorum fides atque auctoritati adhærentes, imperitorum hujus temporis judicium contemnimus & eorum calumnias aure surda transimus.* Hæc Jo. Marcianæus. Τριφύλλιον Λεδρῶν Ἐπίσκοπον memorat Sozomenus lib. 1. c. XI. & ex eo Nicephorus VIII. 42. *Ledrensem* Episcopum vocat Historia Tripartita lib. 1. c. 10. Hic est Triphyllius qui inter Cypri Episcopos subscripsit Synodo Sardicensi A. C. 347. T. 2. Labbei p. 679. Apud Freculfum *Cypriledensis sive Leocatheon*, pro *Cypri, Ledrensis sive Leucotheon*. T. 2. Chronic. lib. 4. c. 8. Λευκεώνος habent etiam Honorii Codices, quam lectionem sequuntur Jo. Meursius lib. 1. de Cypro c. 1, & Christophorus Cellarius in notitia Orbis Antiqui T. 2. p. 279.

o) Et hi in Cantica commentarii, & alia Triphyllii scripta interciderunt, etiam quæ de Magistri sui Spyridionis miraculis missa ab eo in literas narrat Suidas in Τριφύλλιος.

## ERASMI SCHOLIA.

*Cypri Ledrensis, sive Leucotheonis.*) Sic enim legit Sophronius.

## NOTÆ HENRICI GRAVII.

*Triphillius Ledrensis.*) Vide Sozomenum lib. 1. Eccles. Histor. cap. 11.

## AUBERTI MIRÆI SCHOLION.

*Triphyllius* ſeu Triphylius memoratur & a Trithemio.

## ERNESTI SALOMONIS CYPRIANI.

*Λευτεῶν*. Hanc vocem ex Sophronio reſtituit Eraſmus. Opinor, Hieronymum ſcripſiſſe: *ſive λεδρῶν*, ut & libro 1. capite XI. Sozomeni. *Eloquentiſſimus ſuæ ætatis.* Sed vanus ſimul, & exillis concionatoribus, qui ſe potius, quam Chriſtum prædicant. Cum enim præſentibus Cypri Epiſcopis concio ipſi ad populum habenda, proferendaque eſſent verba Salvatoris: *Tolle κράβαττον tuum & ambula*; ipſi vox, *grabbatum*, non ſatis Græca aut congrua viſa eſt, ſubſtituit ergo vocem *σκίμποδα*. Hujus rei iniquitate motus Spyridion, vir venerabilis, publice eum coarguit: *Num tu præſantior es eo, qui grabbatum dixit, ut te pudeat ejus verbis uti.* Vide Sozom. lib. I. cap. XI. *Et multa alia.* In his liber de miraculis Spyridionis, qui Suidæ ævo jam deſideratus videtur.

# CAPUT XCIII.

DONATUS, a quo Donatiani per Africam ſub Conſtantino Conſtantinoque p) Principibus pullulaverunt, aſſerens, a noſtris Scripturas in perſecutione Ethnicis traditas, totam pene Africam & maxime Numidiam, ſua perſuaſione decepit. Exſtant ejus multa ad ſuam hæreſim pertinentia opuſcula, q) & de Spiritu ſancto liber, Ariano dogmati r) congruens.

Δονάτ῾ος, ἀφ᾽ οὗ οἱ Δωνατιϛαὶ ἐν τῇ Ἀφρικῇ, ἐπὶ Κωνϛαντίου τοῦ βασιλέως, φάσκων παρὰ ἡμετέρων τὰς θείας γραφὰς ἐν τῷ διωγμῷ τοῖς ἐθνικοῖς παραδεδόσθαι, πᾶσαν τὴν Ἀφρικὴν, καὶ μάλιϛα τὴν Νομιδίαν τῇ πειθοῖ ἠπάτησεν. Εἰσὶ τούτου πολλὰ, τῇ αὐτῇ αἱρέσει ἀνηκοντα καὶ περὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματ῾ος λόγ῾ος, τῷ Ἀρειανῶν δόγματι ἁρμόζων.

p) Ita legendum cum Freculfo & cum Codice Gemblacenſi, ac Sigebergenſi, quos Suffridus Petri inſpexit. Minus bene aliæ edit. *ſub Conſtante & Conſtantio*, vel ut Marcianæus, *ſub Conſtante & Conſtantino*. Apud Honorium tantum *ſub Conſtantio*. Nam ſchiſmatis Donatiſtarum origines repetendæ ab temporibus perſecutionem Dioceſiani & Maximiani per Africam graſſantem A. C. 303. & 304. non longe poſt excipientibus. Illa certe eſt in qua traditores ſacrorum Codicum Catholicos Cæciliani Epiſc. Carth. ordinatores Donatus & ſectatores ejus criminabantur. Deinde a factione Donati Majorinus & poſt Majorinum Donatus alter Epiſcopus Carthaginienſis ordinatus eſt regnante adhuc Conſtantino, & de cauſa Donatiſtarum Conſtantini auſpiciis cognitum. Vide Hiſtoriam ſchiſmatis Donatiſtarum ab H. Valeſio poſt notas ad Euſebium, & a B. Doctore meo Thoma Ittigio traditam ad calcem appendicis de Hæreſiarchis Apoſtolicæ ætatis: Tillemontium T. VI. memor. & quæ ad Optatum viridoſti, & Auguſtinum T. IX. edit. novæ.

q) Scripta Donati, perinde ut Donatiſtarum Centurii, Creſconii, Gaudentii, Macrobii, Parmeniani, Petiliani, Tychonii (regàlis ejus de Scripturæ intelligentia exceptis) & Vitellii, hodie nusquam exſtant.

r) Auguſtinus hæreſi 69. *Exſtant ſcripta ejus* (Donati) *ubi apparet eum etiam non Catholicam de Trinitate habuiſſe ſententiam, ſed quamvis ejusdem ſubſtantiæ, minorem tamen Patre Filium, & minorem Filio putaſſe Spiritum Sanctum. Verum in hanc quem de Trinitate habuit, errorem, Donatiſtarum multitudo intenta non fuit, nec facilè in eis quisquam qui hoc illum ſenſiſſe noverit invenitur.* Anſelmus Havelbergenſis duodecimi ſeculi scriptor, apud Dacherium T. XIII. ſpicileg. p. 106. *Fuit Donatus Filium Patre, Spiritum S. utroque minorem ſuperba contentione docens.*

## MARIANI VICTORII.

*Sub Conſtante, Conſtantinoque principibus.* Conſtantioque; deeſt apud Sophronium; nos ex manuſcriptis quibusdam exemplaribus reſtituimus.

## HENRICI GRAVII.

*Donatus, a quo Donatiani per Africam.*) Hieron. in Chronicis: *anno 22. Conſtantini Donatus agnoſcitur, a quo per Africam Donatiani.*

*Sub Conſtante Conſtantinoque Principibus.*) Lege *Conſtantioque*. Ao. enim XX. Conſtantii. Donatus, a quo Donatianos in Africa dici memoravimus, Carthagine pellitur. Quidam ſectatores ejus etiam *Montenſes* vocantur eo quod Eccleſiam Romæ primum in monte habere cœperint. Vide Auguſtin cap. LXIX. de hæreſibus, *Donatiani* vel *Donatiſtæ*, & ut ſupra in Rhetitid.

## AUBERTI MIRÆI.

*Donatiſtarum* ſchiſmatis auctor fuit Donatus a Caſis nigris; a quo Majorinus eſt ordinatus: Etſi ab altero Donato, qui Majorino ſuffectus eſt, ſic appellari poſtea maluerunt. Optatum Milevitanum, Auguſtinum lib. 3. Confeſſ. & alios veteres conſulat, plura qui volet.

# CAPUT XCIV.

ASTERIUS, s) Arianæ Philoſophus factionis, ſcripſit regnante Conſtantio, in epiſtolam ad Romanos & in Evangelia, & Pſalmos t) commentarios, & multa alia, u) quæ a ſuæ partis hominibus ſtudioſiſſime leguntur.

Ἀστέρι῾ος Ἀρειανικὸς φιλόσοφ῾ος αἱρέσεως, ἔγραψε βασιλεύοντ῾ος Κωνϛαντίου, εἰς τὴν Ἐπιϛολὴν τὴν πρὸς Ῥωμαίους, καὶ εἰς Εὐαγγέλια, καὶ ψαλμοὺς ὑπομνήματα, καὶ ἕτερα πολλὰ, ἅπερα πάντα ἐκ τῆς αὐτῆς αἱρέσεως ἀναγινώσκεται-

s) Hic eſt Aſterius Arianus Cappadox, Luciani Martyris diſcipulus, a quo etiam reductus ad pœnitentiam eſt, cum in perſecutione Diocletiani & Maximini idolis ſacrificaſſet: ab Aſterio Arieno, Cyrenſi Epiſcopo, & ab ſcriptore Catholico Aſterio Amaſeno aliisque hujus nominis diſtinguendus, quorum ad XXIII. expoſui T. VIII. Bibl. Græcæ p. 612. ſeq.

t) Commentaria hujus Aſterii perierunt, quemadmodum & Aſterii Scythopolitæ quem in univerſos Pſalmos ſcripſiſſe teſtatur Hieron. Epiſt. 74. ad Auguſtin. Exſtant tamen Aſterii Amaſeni in Pſalmos IV. V. VI. VII. Homiliæ.

u) Ex his Hieronymus ſupra c. 86. memoravit librum contra Marcellum Ancyranum.

NOTÆ

## HENRICI GRAVII SCHOLIA.

*Asterius Arianæ factionis Philosophus.*) Vide Socratem lib. 1. c. 36. & Sozomenum lib. 2. c. 33.

## AUBERTI MIRÆI.

*Asterios* duos fuisse comperio: unum Arianæ sectæ, hic ab Hieronymo, & a Socrate lib. 1. Hist. Ecclesiast. itemque a Sozomeno lib. 2. c. 33. memoratum: alterum Amasææ Episcopum, cujus politissimæ exstant Homiliæ, circa annum 400. scriptæ, & ex Græco Latinæ a Philippo Rubenio (Petri Pauli, pictorum nostro ævo principis, fratre, nostroque olim Lovanii sub Lipsio studiorum socio) redditæ, & typis Plantinianis evulgatæ. Juliano Apostatæ synchronum, aut ejus ætati supparem fuisse, ex Homilia 3. liquido constat. Apud Metaphrastem exstat ejusdem Oratio in B. Phocam, & in Martyres Homilia. Apud Photium in Bibliotheca leguntur Excerpta decem Homiliarum, itemque apud auctorem Catenæ Græcorum Patrum in Lucam.

## ERNESTI SALOMONIS CYPRIANI.

*Scripsit.* Sozomenus libro II. capite XXXIII. tantum ait, περὶ τῶν δόγματος λόγους συγγεγράφων, quod Valesius reddit: *libros de fide scripsit.* Non est sensus, eum de fide, qua alicui rei assentimur, sed de doctrina & rebus ad fidem Christianam pertinentibus scripsisse.

# CAPUT XCV.

LUCIFER, Caralitanus Episcopus, cum Pancratio & Hilario Romanæ Ecclesiæ clericis, ad Constantium Imperatorem a Liberio Episcopo, pro fide legatus missus, u) cum nollet sub nomine Athanasii Nicænam damnare fidem, in Palæstinam relegatus, miræ constantiæ & præparati animi ad matyrium, contra Constantium Imp. scripsit librum x) eique legendum misit: ac non multo post, sub Juliano Principe, reversus Caralis, Valentiniano regnante obiit. y)

Λουκίφερ Καραλιτάνων Ἐπίσκοπος, ἅμα Παγκρατίῳ καὶ Ἱλαρίῳ τῆς Ἐκκλησίας Ῥώμης Κληρικοῖς, πρὸς Κωνστάντιον βασιλέα ὑπὲρ Λιβερίου Ἐπισκόπου, ὑπὲρ τῆς πίστεως εἰς πρεσβείαν σταλείς· μὴ βουλόμενος ἐπ' ὀνόματι Ἀθανασίου τὴν Νικαίνην σύνοδον καταλῦσαι, εἰς Παλαιστίνην ἐξορισθείς, θαυμαστῆς ἐγκρατείας καὶ ἐνσπείστου μέσης λογισμοῦ εἰς μαρτύριον, συνέπεσε λόγον πρὸς Κωνστάντιον, τὸν αὐτῷ ἀπέστειλεν ἀναγνωσθησόμενον καὶ μετ' ὀλίγου βασιλεύοντος Ἰουλιανοῦ, εἰς τὴν Καραλίνων ἀνεζεύξας, ὅπου Βαλεντινιανοῦ βασιλέως ἐπολίτησεν.

u) Lucifer qui Carali metropoli Sardiniæ Episcopum agebat, ablegari se una cum Pancratio presbytero & Hilario Diacono passus est a Liberio Episcopo Rom. A. 355. ad Constantium Imp. pro impetranda Synodo, in qua Mediolani congregata cum Lucifer contra Arianos Athanasii causam summa constantia propugnasset, ab Imperatore ad Germaniciam Syriæ deinde A. 358. Elevtheropolin Palæstinæ, denique Thebaidem est relegatus, ubi fuit cum obiret Constantius A. 361. Vide libellum precum Faustini & Marcellini, atque è recentioribus Tillemontium T. VII. memor. p. 515.

x) Hic liber, sive libri duo potius pro S. Athanasio ad Constantium à Lucifero missi Latine etiamnum exstant, licet Græca eorum versio, quam Athanasius olim composuit, desideratur. Exstant & alia Luciferi scripta, à Jo. Tilio edita Paris. 1568. 8. quæ operæ pretium esset ab aliquo viro docto accuratiore studio edi atque expoliri. Operæ pretium etiam inquirere quorsum pervenerint Cotelerii schedæ qui in illo scriptore emendando plurimum laboris impendisse se testatur notis ad Constitutiones Apostolicas lib. 2. c. 57. Confer T. VIII. Bibl. Græcæ p. 402. seq.

y) A. C. 371.

## ERASMI SCHOLION.

*Caralitanus.*) Sophronius legit, καραγαλίτης, id est, Caracalitanus, sed dissentientibus Latinis codicibus omnibus, & Stephanus de nominibus urbium meminit Calariæ quæ sit Aphricæ civitas. Sed hunc Luciferum fuisse Episcopum Caralis, quæ est metropolis Sardiniæ, perspicuum est ex Tripartitæ historiæ libro sexto cap. XIX. & XXIII.

## MARIANI VICTORII.

*Lucifer Caralitanus.* Sic habent omnia ferme manuscripta exemplaria, præsertim Mediceum, Fesulanumque. Sophronius tamen, Caracalitanus, legit. Est autem Caralis Sardiniæ urbs. Meminit Luciferi Hilarius in primo libro ad Constantium Imperatorem, & idem Hieronymus in appendice ad Chronicon Eusebii, & Platina in Liberio. Eum in exilium missum, quod Nicænam fidem damnare noluerit, reversumque una cum Eusebio Vercellensi post restitutum Athanasium, proditur. Augustinus Luciferianum Caralitanum ipse etiam nominat & inter hæreticos numerat. Hujus historiam late scribunt Marcellinus & Faustinus in libro de schismate Ursini, qui liber Romæ in Bibliotheca Vaticana exstat, sed nondum impressus. * Fuit autem Lucifer exceptis iis in quibus a D. Hieronymo arguitur, Catholicus & Nicænæ Synodi propugnator: nos de eo ad lib. Hieronymi contra Luciferianos plura diximus.

* Edidit Sirmondus Paris. 1650. 8.

## NOTÆ HENRICI GRAVII.

*Lucifer Caralitanus.*) Ita legendum, non *Calaritanus*, ut hodie.

*In Palæstinam relegatus.*) In Chronicis anno XX. Constantii, *Eusebius Vercellensis Episcopus, & Lucifer ac Dionysius, Caralitanæ ac Mediolanensis Ecclesiæ Episcopi, Pancratius quoque Romanus presbyter, & Hilarius Diaconus, distantibus inter se ab Arianis & Constantio damnantur exiliis.* Vide Hieron. in dialogo contra Luciferianos.

## AUBERTI MIRÆI SCHOLION.

*LUCIFERI* Calaritani in Sardinia Episcopi opera Parisiis 1568. sunt edita, studio Joan.

Tilii Episcopi Meldensis. Luciferum porro, schismate abdicato, resipuisse, & in Ecclesiæ pace obiisse probare contendit Antiochus Bronchus Calaritanus, in c. 2. Apocalypsios scribens; additque, ipsum a Sardis & Vercellensi lib. publice ut sanctum coli. Obiit autem Lucifer an 370.

## ERNESTI SALOMONIS CYPRIANI.

*Caracalitanus. Caratitanus* legendum est, cum sit apud Sozomenum: Καράλεως ἐπίσκοπος. Theodorito lib. III. cap. IV. audit, ὁ παρὰ τὴν νῆσον ποιμαίνων λαχών, Sardiniæ insulæ Episcopus.

# CAPUT XCVI.

EUSEBIUS natione Sardus, & ex Lectore urbis Romanæ, Vercellensis Episcopus, ob confessionem fidei a Constantio Principe Scythopolim & inde Cappadociam relegatus, 2) sub Juliano Imp. ad Ecclesiam reversus, edidit in Psalmos commentarios Eusebii Cæsarienſis, quos de Græco in Latinum verterat. Mortuus est Valentiniano & Valente * regnantibus.

Εὐσέβιος ἦν Σάρδος, καὶ ἀπὸ ἀναγνωστῶν τῆς Ἐκκλησίας Ῥώμης, Βερκελλάων ἐπίσκοπος, διὰ τὴν τῆς πίστεως ἐξομολόγησιν παρὰ Κωνσταντίου βασιλέως εἰς Σκυθόπολιν, κἀκεῖθεν εἰς Καππαδοκίαν ἐξορισθεὶς ὑπὸ Ἰουλιανοῦ τοῦ βασιλέως εἰς τὴν ἐκκλησίαν ἀναζεύξας, ἐξέδωκεν εἰς τοὺς ψαλμοὺς ὑπομνήματα Εὐσεβίου τοῦ Καισαρείας, ἃ πάντα ἀπὸ ἑλληνικῆς εἰς ῥωμαϊκὸν μετηνέχθη. Καὶ ἐτελεύτησεν ἐπὶ Οὐαλεντινιανοῦ καὶ Οὐάλεντος.

2) A. 355. Hujus Eusebii Epistolæ in exilio scriptæ ad Presbyteros & plebes Italiæ & ad Patrophilum, tum alibi sæpius editæ, tum apud Surium exstant a 1. Augusti. Latina versio Commentariorum Eusebii Cæsar. in Psalmos in qua hæreticis prætermissis optima quæque transtulisse testatur Hieron. adversus Vigilantium, intercidit. Alia de hoc Eusebio Caveus in Hist. Literaria S. E. & Tillemontius T. VII. memor.

* A. 370. ut clarius idem Hieron. in Chronico.

## NOTÆ HENRICI GRAVII.

*Sub Juliano Imperatore ad Ecclesiam reversus.*) Anno videlicet 2. Juliani, una cum Lucifero juxta Hieronymum in Chronicis. In dialogo Luciferianorum: *Tunc ad reditum Eusebii lugubres vestes Italia mutavit.* Ambrosius Vercellensi Ecclesiæ: *Eusebius sanctus exivit de terra sua, & domestico ocio peregrinationem prætulit, pro fide quoque exilii dura præoptavit atque elegit, conjuncto sibi sanctæ memoriæ Dionysio, qui posthabuit Imperatoris amicitiam exilio voluntario; Exegit votis, ut in exilio vitam poneret, ne regressus confusa institutis & usu infidelium studia plebis aut cleri inveniret.* Plura lege in sermone Ambrosii, cujus initium: *Ad sanctos*: qui mihi non videtur ipsius esse. Extant duæ homiliæ in hujus natali, Maximi Episcopi Taurinensis.

*edidit in Psalmos commentarios Eusebii Cæsarienſis, quos de Græco in Latinum verterat.*) Hieron. in Epist. *Justum*: ad Vigilantium: *Sit in culpa ejusdem confessionis Vercellensis Eusebius, qui omnium psalmorum commentarios hæretici hominis vertit in nostrum eloquium, licet hæretica prætermittens optima quæque transtulerit.*

*Mortuus est Valentiniano & Valente regnantibus.*) Anno 7. Valentiniani & Valentis in Chronicis. De ejus autem morte lege Theodoretum lib. 5. Eccles. histor. c. 1.

## AUBERTI MIRÆI.

*S. EUSEBIUS*, Episcopus Vercellensis an. 370. ad Dominum migravit. Nomen ejus fastis Martyrologii Romani, veteris ac novi, Kalendis Augusti adscriptum legitur. Baronium in Notis ad hunc locum, & in Annalibus consule. Eusebii hujus meminit Epiphanius in Panario hæresi 30. ubi non *Fregellis*, sed *Vercellis*, est legendum.

## ERNESTI SALOMONIS CYPRIANI.

*Vercellensis Episcopus.* Vercellis nomen diversimode efferunt Græci, qui Eusebii meminerunt. Socrates libro II. capite XXXVI. ait: εὐσέβιος Βερκέλλων, πόλις δὲ αὕτη τῶν ἐν Ἰταλίᾳ λεγεώνων. Epiphanius hæresi XXX. vocat Episcopum Βεργγέλλας πόλεως, aut, ut alii legunt, Βερκέλλας. Pessime Sophronius: Βαρκελίνης ἐπίσκοπος.

*Edit in Psalmos commentarios Eusebii Cæsarienſis.* Obscurus est locus Hieronymi in Epistola LXXV. ad Vigilantium, quem supra Gravius adduxit. Videtur enim Hieronymus id dicere, Eusebium & Origenis in psalmos commentationes Latina civitate donasse. Contextum hoc evincere quisquis legerit, fatebitur. Cæterum Eusebius noster non tam componendis novis, quam aliorum libris vertendis, aut saltem describendis, suam operam addixit. Vercellenses hodieque in Episcopali Ecclesia, Eusebio nostro dicata, asservant Evangelia Matthæi & Marci in veterrimo codice membranaceo, quæ noster sua manu exarasse, ac Vercellensi Ecclesiæ concessisse creditur. *Certe membrana situ fere corrupta est*, inquit doctissimus Mabillon,* *characteres pene fugientes ac semideleti tantisper a Romana scriptura degenerant, A ad modum Græce Λ, M litera superne clausa a semicirculo incipit: alie litere Romanis fere similes. Codicis operculum ex argento, a Berengario imperatore ab annis fere octingentis instauratum, ex una parte Salvatoris effigiem; ex alia sanctum Eusebium exhibet: ad cujus caput hi versus adscripti leguntur:*

Præsul hic Eusebius scripsit, solvitque vetustas:
Rex Berengarius sed reparavit idem.

*In infima vero parte ad pedes Eusebii:*

Argentum postquam fuluo decompsit & auro,
Ecclesiæ præsul obtulit ipse suæ.

* Musei Ital. T. 1. p. 9. 10.

CAP.

Digitized by Google

# CAP. XCVII.

FORTVNATIANUS natione Afer, Aquilejenſis Epiſcopus, a) imperante Conſtantino, b) in Evangelia, titulis ordinatis, c) brevi & ruſtico ſermone d) ſcripſit commentarios: & in hoc e) habetur deteſtabilis, quod Liberium, Romanæ urbis Epiſcopum, pro fide ad exilium pergentem, primus ſollicitavit ac fregit, f) & ad ſubſcriptionem hæreſeos compulit. g)

Φουρτουνατιανὸς γένει Ἄφρος, Ἀκυληΐας ἐπίσκοπος, βασιλεύοντος Κωνσταντίνου, εἰς τὰ εὐαγγέλια κανόνας διατυπώσας βραχύτατα ὑπομνήματα λόγῳ ἀγροικῳ συνέταξε, διὰ δὲ τοῦτο ἐστὶν ἀποτρόπαιος, ὅτιπερ Λιβέριον Ῥώμης ἐπίσκοπον, ὑπὲρ τῆς πίστεως εἰς ἐξορίαν ἀπιόντα, ἐκίνησεν, ἠνάγκασεν, καὶ ὑπεσπέλισεν, ἀλλὰ καὶ εἰς ὑπογραφὴν αἱρετικῶν κατηνάγκασεν.

a) Hic Fortunatianus in Honorii Codicibus male *Fortunatius*, ut Epiſcopus Aquilejenſis interfuit Concilio Sardicenſi A. C. 347. Φορτουνατιανὸς S. Athanaſio Apologia 1. p. 692. T. 1. Opp.

b) Videtur legendum *Conſtantio*. Nam Conſtantinus Magnus jam obiit A. 337. Conſtantinus junior A. 340. Et Conſtantii Principis in eo quod antecedit & in hoc quod ſequitur capite mentio.

c) Titulorum hujusmodi ſive ſectionum majorum veſtigium extat hodie in Commentariis S. Hilarii in Matthæum, Fortunatiani enim in Evangelia commentarii, vix cuiquam veterum niſi Hieronymo & Hieronymum qui deſcripſere memorati, jam pridem interciderunt. Commentarios Fortunatiani à Paulo Concordienſi petit Hieron. Epiſt. 21. (edit. novæ 10.)

d) Martinus Lipſius pro *brevi & ruſtico ſermone* annotavit *breves ſermones*.

e) Idem Lipſius teſte Suffrido Petri, *ſed in hoc*.

f) Accidit hoc A. 357. in Concilio Sirmienſi, biennio poſtquam Liberius in exilium miſſus & Fortunatianus ab Arianis adigi ſe paſſus conſenſerat condemnationi S. Athanaſii in Concilio Mediolanenſi A. 355. Conſer Tillemontium T. VI. memor. pag. 364. 419. Matthæum Larroquanum in diſſ. de Liberio p. 192. ſeq.

g) MS. Gemblac. *& ad ſuæ ſcriptionem hæreſeos compulit*.

## HENR. GRAVII.

*In hoc habetur deteſtabilis.* Vide Hieron. Epiſt. ad Innocentium.

## AUBERTI MIRÆI.

*Liberium.*) Cum omnium Arianorum cogitationes in unius Athanaſii Epiſcopi Alexandrini (qvo præcipue per id tempus res Chatholica nitebatur) exitium converſæ eſſent, ipſorum impulſu, Conſtantius Imp. Epiſcopos partim ſcelus detrectantes carcere aut exilio mulctavit. Relegati itaque fuerunt *Liberius Papa, Euſebius Vercellenſis & Dionyſius Mediolanenſis*, Epiſcopi. Oſius Cordubenſis, cum initio conſtanter obſtitiſſet, victus demum ceſſit. Sic & Liberius Papa, tædio exilii & deſiderio redeundi Romam victus, in Athanaſii damnationem conſenſit, Fideique formulam Sirmii conſcriptam, approbavit; non tamen a Fide Catholica defecit, aut in hæreſim incidit: ut Baronius in geſtis anni 357. fuſe probat.

## ERNESTI SALOMONIS CYPRIANI.

*Ruſtico ſermone.* Latine, ut præfatione in Matthæum docet Hieronymus, nec male tamen, aut oſcitanter. Noſter enim dignum ſe aliquid memoria editurum pollicetur, ſi ex Fortunatiani in Matthæum opuſculis vel pauca excerperet. Hæc Fortunatiani opuſcula poſcit Hieronymus a Paulo Concordienſi.

*Liberium, Romanæ urbis epiſcopum, ad ſubſcriptionem hæreſeos compulit.* Frivolum Miræi ſcholium: *A fide catholica non defecit.* Cur hæreſi ſubſcripſit, ſi non defecit? Ut ab hæreſi liberent Liberium, magnopere ſudant boni viri, & inauditas diſtinctiuncula comminiſcuntur. At veteres omnes, qui Liberii res geſtas commemorant, aſſentiuntur Hieronymo, qvorum verba nuper produxit Joannes La Placete, vir doctiſſimus, obſervationum eccleſiaſticarum parte altera obſervatione IV. Idem fatetur Galliæ literatæ hodie ornamentum, Ludovicus Ellies du Pin, facultatis theologicæ Pariſienſis doctor & profeſſor, qui diſputatione V de antiqua eccleſiæ diſciplina ait: *Sufficit antiquos pro certo habuiſſe, Liberium Arianæ prædicæ conſenſiſſe.* Et paulo poſt: *Liquet Liberium ab hæreſi liberari non poſſe.*

*Primus ſollicitavit ac fregit.* Hoc ex monumentis petitum eſt, qvæ hodie non extant. Nam Fortunatianus alias nusqvam annumeratur epiſcopis, qvi Liberium ſe-



Digitized by Google

duxerunt, nec fuit in comitatu Constantii. Patet autem hinc, Fortunatianum, cum & ipse in Italia degeret Aqvilejensis episcopus, Liberium aliqvoties monuisse ad hæresin amplectendam. Si enim primus sollicitavit, sollicitavit anteqvam sollicitaretur ab imperatore. Si fregit primus; non fregit ab imperatore in Berœam Thraciæ tendentem. Tum enim nondum fractus erat, sed quod frangi non posset, in Thraciam deportabatur. Itaqve dicamus necesse est, Fortunatianum paulo ante subscriptionem in itinere denuo convenisse Liberium, qvum hic e Thracia Sirmium vocaretur, ubi subscripsit.

# CAP. XCVIII.

ACACIUS, qvem, qvia luscus erat, μονόφθαλμον nuncupabant, Cæsariensis ecclesiæ in Palæstina Episcopus, h) elaboravit in Ecclesiasten decem & septem volumina, & συμμίκτων ζητημάτων sex, i) & multos præterea diversosqve tractatus. In tantum autem sub Constantio Imp. claruit, ut in Liberii locum k) Romæ Felicem Arianum l) Episcopum constitueret.

Ἀκάκιος, ὃν ἅτε ἐκπεπὶ ἐν ὀφθαλμῷ πηρὸς ὢν, μονόφθαλμον ἐκάλεσαν, τῆς ἐν Παλαιστίνῃ Καισαρείας Ἐπίσκοπος, συνέταξε εἰς Ἐκκλησιαστὴν βιβλία δέκα ἑπτὰ, καὶ συμμίκτων ζητημάτων ἓξ, καὶ πολλὰς δ' ἀφόρους ὁμιλίας. Εἰς τοσοῦτον δὲ ἐπὶ Κωνσταντίου βασιλέως διήκμασεν, ὡς τε εἰς τόπον Λιβερίου φήλικα Ἐπίσκοπον Ῥώμης χειροτονῆσαι.

h) Acacius Eusebii Cæsar. de quo supra c. 81. discipulus, librorum hæres & in Episcopatu successor Εὐσέβιον τὸν Παμφίλου μεθ' ὃν αὐτὸς τὴν ἐπισκοπὴν ἦρξε, διδάσκαλον αὐχῶν, καὶ τῇ δεκτῇ, καὶ διαδοχῇ τῶν αὐτοῦ βίβλων, πλείω τῶν ἄλλων ἀξιῶν εἶδέναι. Sozomen. IV. 23.

i) Συλλεκτῶν ζητημάτων Acacii *librum quartum* allegat Hieronymus Epist. 138. ad Minervium & Alexandrum. Sed hæc & alia Acacii scripta, ut *vita Eusebii Cæsariensis*, laudata Socrati II. 4. & *Epistolæ* ac *scripta* nomine *Synodi CPol.* A. 360. concepta de quibus Philostorgius IV. 12. interciderunt. Ex ἀντιλογίαι Acacii *adversus Marcellum Ancyranum* habes fragmentum apud Epiphanium hæresi LXXII. 5-9. Et *fidei formulam* in *Synodo Seleuciensi* A. 359. promulgatam de qua mentio apud Suidam in Ἰοβιανός, servavit idem Epiphanius LXXIII. 25. & Socrates II. 40. *Libellum de fide adversus Sabellium* quem Eusebii sub nomine vulgavit Sirmondus, Acacii esse putat Tillemont. T. VI. memor. p. 305.

k) Factum hoc A. 355. Acacius autem mortuus circa A. 366.

l) Martinus Lipsius annotavit in MSS. Codd. suis & in Sophronio non haberi *Arianum*, cui consentit ex nostris, inquit Suffridus Petri, Codex Gemblacensis & Viridis Vallis.

## ERASMI SCHOLIA.

Μονόφθαλμον. id est unoculum, nam is proprie dicitur luscus.
Συμμίκτων ζητημάτων. id est commixtarum qvæstionum.

## MARIANI VICTORII NOTÆ.

Συμμίκτων ζητημάτων. Commixtarum qvæstionum.
*Felicem Arianum.* Vocem, Arianum, nec Sophronius, neqve Mediceum, Fesulanumqve exemplaria habent.

## HENR. GRAVII.

*Acacius.* Meminit hujus in epist. ad Marcellam: *Beatus Pamphilus* & in epist. *de ipso.*

*Ut in Liberii locum Roma Felicem Arianum Episcopum constitueret.* Aliter narrat Theodoretus lib. 2. eccles. hist. cap. 17.

## AUBERTI MIRÆI.

*Acacius*) magistro suo, Eusebio Pamphili, 340. defuncto, in Episcopatu Cæsariensi & studio factionis Arianæ successit. Scripsit inter alia librum de rebus gestis ejusdem Eusebii; ut Socrates lib. 2. c. 3. tradit: & anno 366. moriens Euzoium, itidem Arianum, infra cap. 113. memorandum, habuit successorem.

*Roma Felicem*) Liberio Papa ab Arianis in exilium pulso, Felix II. est subrogatus ab eisdem. Mansit hic tamen professione orthodoxus, etsi cum Arianis communicaret; ut Baronius ad annum 355. docet. Idem Felix postea Constantium Imp. damnavit, ac demum martyr occubuit, Martyrologii Rom. tabulis a. d. 29. Juli adscriptus. Cujus qvidem sacræ reliqviæ, anno 1582. in diaconia SS. Martyrum Cosmæ & Damiani, in foro

Digitized by Google

foroRomano, fuerunt inventæ, cum hac inſcriptione in lapideo laterculo : *Corpus S. Felicis Papæ & martyris, qui damnavit Conſtantium.* Plura qvi volet, Baronium ad annum 357. conſulat.

## ERNESTI SALOMONIS CYPRIANI.

Συμμίκτων ζητημάτων. Hos libros Hieronymus alibi nomine συλλεκτῶν ζητημάτων laudat. Plurima de Acacio dici poſſunt; ſed inſtituti ratio non patitur.

# CAP. XCIX.

SERAPION Thmueos m) Epiſcopus, qvi ob elegantiam ingenii cognomen Scholaſtici n) meruit, charus Antonii monachi, o) edidit adverſum Manichæum egregium librum, p) & de Pſalmorum titulis alium, & ad diverſos utiles Epiſtolas, & ſub Conſtantio Principe etiam in confeſſione inclytus fuit.

Σαραπίων Θμούεως Ἐπίσκοπος, ὁ διὰ τὴν εὐφυΐαν ἐπονομασθεὶς σχολαστικὸς, γνήσιος φίλος Ἀντωνίου μοναχοῦ, ἐξέδωκε κατὰ Μανιχαίων ἐξαίρετον βίβλον, καὶ περὶ ἐπιγραφῆς ψαλμῶν ἑτέραν, καὶ πρὸς διαφόρους ἀναγκαίας Ἐπιστολὰς, καὶ ἐπὶ Κωνσταντίου ἐν τῇ ἐξομολογήσει διέπρεψεν.

m) Al. *Sarapion.* Sed nomen Θμούεως quod fuit & ſupra cap. 78. varie ſcribitur in MSS. Codicibus. In Sangermanenſi *Thimæus.* In Cluniac. ſecunda manu, *Thimeus Epiſcopus.* In Toloſano *Thmeus Epiſcopus.* Alii omittunt hoc nomen, legentes tantum *Serapion Epiſcopus.* Nullus itaque retinet quod editum eſt apud Eraſmum & Marianum, Θμούεως Ægypti urbis Epiſcopus. Erat autem *Tomuis*, *Thmuis* Antonino, urbs olim Ægypti Epiſcopalis ſub Patriarcha Alexandrino, ubi Pan colebatur. Themuitæ etiam hircum colebant, & lingua Ægyptiaca hircus *Tmuis* dicebatur. Hinc S. Hieronymus in c. 46. Iſaiæ, *Nam & pecora eorum* (Ægyptiorum) *oppida ex beſtiis & jumentis habent nomina*, Κυνῶ à cane, Λεοντῶ à leone, Θμοῦις lingua Ægyptia ab hirco, Λυκῶ à lupo &c. Hæc Jo. Marcianæus. Cui adde quod Holſtenius ad Stephanum Byz. notavit Θμούεως Αὐγουστονίκης Auguſtanicæ regionis Epiſcopum memorari apud Epiphanium hæreſi LXXIII. p. 874. Serapionem antequam Epiſcopus Thmuitanus fieret præfectum fuiſſe Scholæ Catecheſeon Alexandrinæ, diſco ex Philippi Sidetæ fragmento apud Dodwellum ad Irenæum p. 489.

n) Papias: *Scholaſticus, literatus, ſapiens.* Vide Cangii gloſſarium. Ita frequenter apud Gennadium de S. E.

o) De quo ſupra, cap 88.

p) Hic liber Serapionis contra Manichæos, laudatus etiam Photio cod. 85. etiamnum exſtat, latine quidem editus ex verſione Franciſci Turriani: Sed Græce vulgandus à V. C. Jacobo Basnage ex Codice Holſteniano cujus apographum cum eo communicavit Rev. noſter Jo. Frid. Winckler. Principium ejus libri ſub S. Athanaſii nomine affert Facundus XI. 2. Quæ ex Serapione profert Sixtus Senenſis non leguntur in Codice Holſteniano cui reſpondet Turiani verſio edita in T. V. Antiqv. Lect. Caniſii, atque inde in Tomo IV. Bibliothecæ Patrum edit. Lugd. Cætera Serapionis ſcripta interciderunt omnia. Ipſe obiiſſe videtur circa A. 358. Cæterum plures eodem tempore fuerunt Serapiones in Ægypto Epiſcopi. Vide Tillemontium T. VIII. memor. p. 696. ſeq.

## ERASMI SCHOLION.

*Serapion.* Sarapion ſcriptum erat in antiqviſſimis voluminibus, aſſentiente Sophronio.

## MARIANI VICTORII.

*Carus Antonio Monacho.* Sic emendavimus ex vetuſtis exemplaribus: etſi Sophronius & vulgata tranſalpinorum editio, haberent, Carus Antonii monachi.

## HENR. GRAVII.

*Sarapion Thmueos Epiſcopus. Thmuis* lingua Ægyptiaca habet nomen ab hirco, ut ſcribit in 46. Eſaiæ caput Hieron.

*Charus Antonii Monachi. Antonius moriturus: Sarapion, inquit, Epiſcopus aliam accipiat melotem:* Refert Athanaſius in vita ipſius.

*Edidit adverſum Manichæum egregium volumen.* Meminit hujus Epiphanius in hæreſi Manichæorum. Citat qvoqve memorandam ejus ſententiam Socrates hiſtor. eccleſ. lib. 4. cap. 23.

## AUBERTI MIRÆI.

*S. Serapion* ex anachoreta Epiſcopus Thmueos a S. Athanaſio ordinatus, & ab eodem in libris, qvi exſtant, celebratus, Martyrologio Romano, veteri & novo, 21 Mart. adſcriptus legitur. Eſt autem *Thmuis* urbs Ægypti, in ea provincia, qvæ Scethi dicitur; Ptolemæo, Palladio, Evagrio, Caſiano, aliisqve veteribus nota. Serapionis liber contra Manichæos, Fr. Turriano S. I. interprete, apud Caniſium tom. 5. Lectionis antiqvæ exſtat.

## ERNESTI SALOMONIS CYPRIANI.

*Cerus Antonii Monachi.* Huic Antonius suas de futuro ecclesiæ statu visiones enarravit, ut est apud Athanasium in vita Antonii. De Serapione pleni sunt veterum, qvi post Eusebium scripserunt, libri.

# CAP. C.

HILARIUS, q) urbis Pictavorum Aqvitaniæ Episcopus, factione Saturnini Arelatensis Episcopi, de Synodo Biterrensi r) in Phrygiam relegatus, duodecim adversus Arianos confecit libros; & alium librum de Synodis, qvem ad Galliarum Episcopos scripsit: & in Psalmos commentarios, primum videlicet & secundum: & a qvinqvagesimo primo usqve ad sexagesimum secundum, & a centesimo decimo octavo usqve ad extremum: in qvo opere imitatus Origenem, nonnulla etiam de suo addidit. Est ejus & ad Constantium libellus, qvem viventi Constantinopoli porrexerat: & alius in Constantium, qvem post mortem s) ejus scripsit: & liber adversum Valentem & Ursatium, historiam Ariminensis & Seleuciensis synodi continens: t) & ad Præfectum Salustium, u) sive contra Dioscorum; & liber Hymnorum x) & Mysteriorum alius: & commentarii in Matthæum: & tractatus in Job, y) qvos de Græco Origenis ad sensum transtulit: & alius elegans libellus contra Auxentium: z) & nonnullæ ad diversos epistolæ. Ajunt qvidam, scripsisse eum & in-

Ιλάριος Πικταβίων Ἀκουιτανίας Ἐπίσκοπος, συσκευῇ Σατορνίνου τῆς Ἀρελατῶν Ἐπισκόπου, ἀπὸ τῆς συνόδου Βιτερρανίων εἰς Φρυγίαν ἐξορισθείς, δώδεκα καὶ δύο κατὰ Ἀρειανῶν συνέταξε λόγους, καὶ ἕτερον περὶ τῶν συνόδων, ἐν τίνα πρὸς Γαλλιῶν Ἐπισκόπους ἐγγράψει, καὶ εἰς ψαλμοὺς ὑπομνήματα, πρῶτον λέγω δὲ καὶ δεύτερον, ἀπὸ πεντηκοστοῦ πρώτου ἕως ἑξηκοστοῦ δευτέρου, καὶ ἀπὸ ἑκατοστοῦ ὀκτωκαιδεκάτου ἕως τοῦ ἑκάτου, ἐν ᾗ συντάξει Ὠριγένους ἐμιμήσατο ἴσως ἐξ ἰδίων προσθείς. Ἔστι αὐτοῦ καὶ πρὸς Κωνστάντιον λίβελλος, ὃν τινα πεμόντα ἐν Κωνσταντινουπόλει ἐπέδωκε, καὶ ἕτερος εἰς Κωνστάντιον, ὃν τινα μετὰ τὸν αὐτοῦ ἀποβιωσιν συνέταξε, καὶ βίβλους κατὰ Οὐάλεντος καὶ Οὐρσακίου, τὸν ἰσοῤῥοπίαν τῆς Ἀριμηνίου καὶ Σελευκείας συνόδου περιέχουσαι, καὶ πρὸς Σαλούστιον ἔπαρχον, ἤτοι κατὰ Διοσκόρου, καὶ τῶν Μυστηρίων, καὶ ἕτερος λόγος μυστηρίων, καὶ ὑπομνήματα εἰς Ματθαῖον, καὶ εἰς τὸν Ἰὼβ ὁμιλίαι, ἃς ἀπὸ τῆς ἑλληνικῆς Ὠριγένους μετέφρασε, καὶ ἕτερος ἐνφυέστατος λίβελλος κατὰ Αὐξεντίου, καὶ πολλαὶ πρὸς διαφόρους Ἐπιστολαί. φασὶ δέ τινες γεγραφέναι αὐτὸν

q) De S. Hilario videndi Jo. Bouchetus parte 1. Annalium Aquitaniæ cap. 6. 15. Jo. Bollandus in Actis Sanctor. ad 13. Januar. T. 1. p. 782. seq. Tillemontius Tom. VII. memor. & præcipue quæ Vir doctissimus Petrus Coutant Monachus Benedictinus præmisit luculentæ operum Hilarii editioni Paris. 1693. fol. quam post Badium Ascensium Paris. 1510. Basil. 1516. Erasmum ibid. 1523. 1535. 1570. Ludovicum Miræum Paris. 1544. Martinum Lipsium Basil. 1550. Jo. Gillotium Paris. 1572. 1605. Colon. 1617. 1631. 1653. &c. singulari studio adornavit.

r) Biterris (hodie *Beziers*) Civitate Galliæ Narbonensis, Synodus illa habita A. C. 356. in qua cum Arianis strenue restitisset Hilarius, à Constantio Imp. in exilium missus est. Vide quæ Hilarius ipse libro de Synodis adversus Arianos. Pro *Biterrensi* codices quidam habent *Byterrensi*, vel *Biturensi*, aut *Interensi*, corrupte.

s) Ex Hilario ipso videtur colligi etiam illum librum adhuc superstite Constantio esse scriptum A. 360. quoniam in limine libri refert quæ ante quinquennium ipsemet præstiterit cum Paulinus, Eusebius, Lucifer & Dionysius Ursacii & Valentis factione in exilium missi sunt. At factum illud A. 355. itaque major Hilario de se ipso loqnenti fides quam Hieronymo habenda, inquit Antonius Pagi ad A. 360. n. 3. vel forsam Hieronymus deceptus, quia nonnisi post Constantii mortem opus illud publicatum, nisi Hreronymus de alio libro qui perierit loquatur, ut inquit Godfridus Hermantius in Vita S. Athanasii lib. IX. cap. 10. vel Hilarius verba ante quinquennium paullo laxius acceperit. Notum est mortem Constantii incidere in A. C. 361.

t) Libri adversus Valentem & Ursacium Arianos, quo Historiam Ariminensis & Seleuciensis Synodorum A. 359. habitarum texuit Hilarius, fragmenta tantum hodie supersunt.

u) Male qvædam editiones: *adversus Præfectum*. Namita ut edidi, rectius habent Suffridus Petri & Jo. Marcianæus secuti optimorum Codicum fidem. Atque *ad Præfectum* legitur etiam in antiquissimo Codice Corbejensi, litteris exarato Merovingicis, quem viri docti inspexerunt. Hic brevis libellus ad Sallustium, contra Dioscurum Medicum, quo ut Epist. 84. ad Magnum tentatur Hieron. quid in litteris posset Hilarius ostendit, hodie non exstat. Sallustius Præfectus Galliarum is est ad quem Juliani Imp. Epistolæ.

x) De libro hymnorum, quem itidem una cum libro Mysteriorum desideramus, operæ pretium est videre quæ disserit Petrus Coutant in prolegom. ad Hilarii opera §. 20. seq.

y) Ex Hilario in Jobum occurrit fragmentum apud Augustinum II. 8. contra Julian. Vide & c. 61. de Gratia. Opus ipsum intercidit, neque Hilarium sed Arianum quendam (ut suspicatur Huetius) auctorem habent libri III. in Jobum cum Origenis vulgati operibus, præfixa præfatione quæ incipit: *Peritorum mos est audacium.*

z) Liber adversus Auxentium Mediolanensem, Arianum cum Auxentii ad Imperatores Valentinianum & Valentem Epistola A. 365. scripta exstat. Epistolæ Hilarii plures interciderunt.

Cantica Canticorum ; a) sed a nobis hoc opus ignoratur. Mortuus est Pictavis, Valentiniano & Valente regnantibus. b)

αὐτὸν καὶ εἰς τὰ ᾄσματα τῶν ᾀσμάτων, ἅπερ παρ' ἡμῖν ἔτι ἄγνωστα. Ἐτελεύτησεν ἐν Πικτάβῃ Βαλεντιανῷ καὶ Οὐάλεντος βασιλευόντων.

a) Rtiam hic nusquam exstat, nec à quoquam veterum quod annotaverim memoratur.

b) Sexto anno postquam ab exilio redierat, in patria obiit, hoc est ineunte anno 367. Vide Antonium Pagi ad A. 360, n. 2, & 369. n. 4.

## ERASMI SCHOLION.

*De synodo Hyterensi.* Viterienſi legunt alii. Sophronius, Biterienſi.

## MARIANI VICTORII NOTÆ.

*Historiam Ariminensis, & Seleuciensis Synodi continens.* Pro Ariminenſis, falſo Sophronius legit, Arimyſinenſis, hoc eſt, ἀεμινσίνε συνόδε.

*Sive contra Dioscorum, & liber hymnorum, & mysteriorum alius.* Sophronius habet: Sive contra Dioſcorum, & Libertinos: & alius liber, Myſteriorum: ſed vitiata lectio eſt. Hieronymus in epiſtola ad Magnum oratorem Romanum, duodecim Qvintiliani libros & ſtylo imitatum fuiſſe & numero, Hilarium prodit: & in brevi libello, qvem ſcripſit contra Dioſcorum medicum, plurimum in litteris potuiſſe, aſſerit.

## HENR. GRAVII.

*Hilarius urbis Pictavorum Aquitaniæ Episcopus.* In Chronicis, anno 21. Conſtantii: *Hilarius Episcopus Pictaviensis factione Saturnini Arelatensis Episcopi, reliquorumque, qui cum eo erant Arianorum, ante triennium in Phrygiam pulsus, libros de nostra religione componit.*

*XII. adversum Arianos confecit libros.* Libros dicit de Trinitate 12. Hieron. epiſt. ad Magnum: *Hilarius meorum confessor temporum & Episcopus 12. Quintiliani libros & stilo imitatus est & numero, brevique libello, quem scripsit contra Dioscorum medicum, quid in litteris posset, ostendit.*

*Et in Psalmos commentarios.* Habemus nos in Pſal. 1. & 2. & a 56. usqve ad 69.

*In quo opere imitatus Origenem, nonnulla etiam de suo addidit.* Hieron. in epiſtola ; *Justum*, ad Vigilantium: *Si hoc crimen est, arguatur & confessor Hilarius, qui psalmorum interpretationem & homilias in Job ex libris ejus, id est, ex græco in latinum transtulit:* & ad Pammachium de optimo genere interpretandi: *Hilarius Confessor in Job & in Psalmos tractatus plurimos in Latinum vertit e græco, nec offendit litteræ dormitanti &c.* Item in præfat. lib. 2. Mich. *Sed & Hilarius noster in Psalmos XL. ferme millia versuum Origenis ad sensum vertit.*

*Est ejus ad Constantium libellus, quem viventi Constantinopoli porrexerat.* Euſebius in Chronicis, anno 24. *Hilarius cum apud Constantinopolim librum pro se Constantio Imperatori porrexisset, ad Gallias redit.* Mox: *Gallia per Hilarium Arianensis perfidiæ dolum damnat.*

*Historiam Ariminensis & Seleucensis synodi continens.* In Chronicis, anno 23. *Synodus apud Ariminum & Seleuciam Isauriæ facta, in qua antiqua Patrum fides X. primo legatorum, dehinc omnium proditione damnata est.* De Concil. Ariminenſi lege Socratem lib. 2. cap. 37. & Theodoretum lib. 2. cap. 18.

*Et liber hymnorum.* In præfat. lib. 2. Galat. *Hilarius latinæ eloquentiæ Rhodanus, Gallus ipse & Pictavis genitus in hymnorum carmine Gallos* indociles *vocat.*

*Mortuus est Pictavis Valentiniano & Valente regnantibus.* Anno ſcilicet V. Hieron. in epiſt. *Et vestris:* nominat *virum eloquentissimum*, & contra Arianos, *Latini sermonis tubam.* Vide Auguſtinum libr. 1. contra Julianum Pelagianum: & Joannem Caſſianum lib. 7. de incarnatione Domini.

## AUBERTI MIRÆI.

*S. Hilarius* Epiſcopus Pictavienſis, ex Biterrenſi in Gallia Synodo, anno 356. a Conſtantio Imp. in Phrygiam eſt relegatus: inde ad ſuos redux, anno circiter 370. vivere deſiit. Hilarii opera, Martini Lipſii (qvi Juſto Lipſio patruus major fuit) & aliorum ſtudio illuſtrata, Pariſienſes evulgarunt. Fragmenta Hilarii ex opere hiſtorico Ariminenſis Concilii (hic & in epiſtola 6. qvæ eſt ad Florentium, & 41. memorato ab Hieronymo) Nicolaus Faber, noſter olim Lutetiæ amicus, ibidem 1598. edidit, ex chartaceo Petri Pithœi libro, non adeo antiqvo. Eorumdem fragmentorum pervetus aliud exemplar poſtea Sirmondus ex bibliotheca S. Remigii Remenſis eruit.

## ERNESTI SALOMONIS CYPRIANI.

*Librum de synodis.* Notum eſt, Hieronymum olim in Trevirenſi civitate ſtudiis

operam navaſſe, atqve Ruffinum habuiſſe contubernalem. Ita enim epiſtola ad Ruffinum: *Cum poſt Romana ſtudia ad Rheni ſemibarbaras ripas eodem cibo, pari frueremur hoſpitio.* In hac urbe diutius vixiſſe ſanctum virum, inde liqvet, qvod ſua manu deſcripſerit hunc Hilarii de ſynodis librum. Epiſtola ad Florentium hæc habet: *Quaſo librarii manu in charta ſcribi jubeas prolixum valde librum de ſynodis ſancti Hilarii: quem apud Treviros manu mea ipſe deſcripſeram.* Sane qvorundam Hieronymi ævo mos erat, ut codices magna cura compararent, ac ſæpe nimium ornarent. Hieronymus ad Euſtochium de cuſtodia virginitatis: *Inficiuntur membrana colore purpureo, aurum liqueſcit in literas, gemmis codices veſtiuntur, & nudus ante fores Chriſtus emoritur.*

*Alius in Conſtantium.* Hoc libro paulo liberius petiit imperatorem, anſamqve dedit ſeditioſis clericis, clamores ſuos, qvibus principes, qvos hæreticos eſſe cenſent, lapidare conſueverunt, hujus libelli dictenis defendendi. Nihil ſane commodius reperiebat Andreas Philopater, presbyter ac theologus Romanus, qvo palliaret mordacem, qvam contra Eliſabetham, Angliæ reginam, anno CIↃ ƆXCIII Lugduni edidit, reſponſionem.

*Tractatus in Job, quos de Græco Origenis tranſtulit.* In Padolironenſi Benedictorum monaſterio, qvod a Mantua decem paſſuum millibus diſtat, codex extat membraneus, qvi tres ex Origene in Job libros comprehendit, qvos Hilarius vertiſſe dicitur in ſermonem Latinum. Libro prologus præmiſſus eſt hoc primordio: *Peritorum mos eſt medicorum.* Sed Hilarii fœtus haut eſſe videtur, qvod ejus genium haut referat, nec ibi habeantur, qvæ Auguſtinus ex hocce Hilarii opere adduxit. Opera Hilarii, ab annis fere mille ducentis ſcripta, extant Romæ in bibliotheca Vaticana, non illa, qvæ pontificia audit, ſed minori, qvæ Vaticanæ Baſilicæ propria eſt. Hunc codicem Mabillon vidit, cui forte juſto antiqvior habitus eſt. Vide ejus Muſeum Ital. p. 143. 207. ſeq.

# CAP. CI.

VICTORINUS, natione Afer, Romæ ſub Conſtantio Principe Rhetoricam e docuit: & in extrema ſenectute, Chriſti ſe tradens fidei, d) ſcripſit adverſus Arium libros more dialectico valde obſcuros; qvi niſi ab eruditis non intelliguntur: e) & commentarios in Apoſtolum. f)

Βικτωρῖνος γένει Ἀφρος, Κωνσταντίῳ βασιλεύοντι, ἐν τῇ Ῥώμῃ τὴν ῥητορικὴν διδάξας, ἐν τῷ ἑκάτῳ γήρᾳ Χριστιανὸς γενόμενος, κατὰ Ἀρείου λόγους διαλεκτικοὺς πάνυ ἀμαυρὸς συνέγραψεν, ἅτινες παρὰ τῶν πεπαιδευμένων μόνον νοοῦνται, καὶ ὑπομνήματα εἰς τὸν Ἀπόστολον.

MA-

c) Hieronymi ipſius Præceptorem fuiſſe hunc Victorinum, non eſt credibile, quia hoc nusquam dicit Hieronymus, licet de eo præf. in Epiſt. ad Galatas: *qui me puero Rhetoricam Romæ docuit.* Ita enim legendum è MS. Cluniacenſi, non ut alii qui *Romæ pueros* vel ut in Ambroſiano quem inſpexit Marcianæus, *qui me à puero.* Idem Hieron. in Chron. ad A. 355 *Victorinus Rhetor & Donatus Grammaticus præceptor meus* (non *præceptoresmei*) *Romæ inſignes habentur. E quibus Victorinus etiam ſtatuam in foro Traiani meruit.* Pro Conſtantio, vitioſe editiones quædam *Conſtantino.*

d) Vide Auguſtin. VIII. 2. & 5. Confeſſion.

e) Vitioſe aliæ editt. *qui ab eruditis non intelliguntur*; quomodo etiam habet eruditiſſimus Launojus diſſ. de Victorinis p. 56. Rectius aliæ: *ab eruditis modo intelliguntur.* Sed illam quam exhibeo lectionem non modo in Codice Gembl. reperit Suffridus Petri, ſed Marcianæo teſte omnes Codices MSS. hoc modo legunt. Confer Petavium dogm. Theol. de SS. Trinitate p. 30 & 103. Libros quatuor Victorini adverſus Candidum Arianum Baſileæ primum A. 1528. poſtea Orthodoxographis A. 1555. & Hæreſiologiæ à Jo. Heroldo adjuncti A. 1556. inde Patrum Bibliothecis inſerti ſæpius prodierunt. Candidi Epiſtolam de generatione Divina cum Victorini reſponſione vulgavit Bernhardus Zieglerus cum ſuis in Geneſin & Exodum Commentariis Baſil. 1548. fol. Andreas Rivinus cum reliquiis Victorini Petavionenſis Lipſ. 1652. 8. & partem Jo. Mabillonius T. IV. Analect. p. 155.

f) Commentarios Victorini in aliquot Epiſtolas (ad Galat. & Philippenſes) delitescere MSS. in Bibliotheca Monaſterii Herevallenſis in Gallia, narrat Sirmondus, ſtylum *planiorem & apertiorem* teſtatus T. I. Opp. ante pag. 345 præf. ad Opuſcula Dogmatica Pariſ. 1630. 8. in quibus vulgavit Victorini librum *contra Juſtinum Manichæum* & alterum *de principio Dei*, coperitne à veſpera an à matutino. Vitioſe apud Labbeum p. 368. Bibl. novæ MSS. *de principio Dei*, & p. 14. *Juſtum Manichæum.* Sed hi libri vel non pertinent ad Victorinum Afrum vel Hieronymus non omnes illius libros recenſuit aut vidit. Horum autem utrum verum ſit, non eſt facile pronunciare judice Launojo pag. 57. Idem dicendum de carmine de tribus Maccabæis ab Antiocho Epiphane interfectis, & homouſio recipiendo hymnisque tribus de SS. Trinitate, qui verſus interpretem in nonnullis benignum exiguut, ut idem Launojus annotavit. De Commentariis autem in Apoſtolum ita Hieronymus præf. in Epiſt. ad Galatas: *Non quia ignorem C. Marium Victorinum, qui Romæ me puero Rhetoricam docuit, edidiſſe Commentarios in apoſtolum, ſed quod ecclaſticus ille eruditione ſæculariumlitterarum Scripturas omnino ſanctas ignoraverit, & nemo ſit quamvis eloquens de eo bene diſputare quod neſciat.* Victorini Commentarii *in Rhetoricam* Ciceronis ſæpius editi ſeparatim & cum Ciceronis libris

brit, atque inter Rhetores Latinos Francisco Pithoeo curante Paris. 1599. 4. Laudantur à Cassiodoro lib. de Rhetorica & Gerberto sive Sylvestro II Papa Epist 130. Librum Victorini *de Syllogismis Hypotheticis* præter Cassiodorum lib. de Dialectice, memorat Isidorus Hisp. lib. 2. Originum c. 28. qui c. 25. ait *Porphyrii Isagogen* à Victorino Oratore in Latinum translatam esse, & c. 29 quatuordecim genera definitionum affert ex Victorini ut suspicor libro *de definitionibus*. In Porphyrii Isagogen à Victorino translatam extant Boëthii commentaru, inter Boëthii opera sæpius vulgati.

## MARIANI VICTORII NOTA.

*Qui ab eruditis modo intelliguntur.* Cum vulgata editione Sophronius qvoqve consentit: habet enim ὅι τινες παρὰ τῶν πεπαιδευμένων μόνον νοῦνται. Hoc est, qvi ab eruditis tantum intelliguntur. Mediceum tamen, Fesulanumqve exemplaria legunt: Qvi nisi ab eruditis non intelliguntur.

## HENR. GRAVII.

*Roma sub Constantio principe Rhetoricam docuit.* De eo in Chronicis, anno 14. Constantii & 20. statuam in foro Trajani meruisse scribit etiam Augustinus lib. 8. cap. 1. Confess.

*Qui ab eruditis modo intelliguntur.* Alias: *qui nisi ab eruditis non intelliguntur.*

*Et commentaries in Apostolum.* In prolog. ad Galat.

## AUBERTI MIRÆI.

*Fabius Marius Victorinus*, Afer, ad Justinum Manichæum scripsit librum contra duo principia Manichæorum, & de verâ carne Christi; Parisiis 1629. studio Jac. Sirmondi S. I. editum. Augustinus lib. 8. Confessionum cap. 2. mirifice Victorinum hunc laudat: *Ubi* (inqvit) *commemoravi Episcopo Ambrosio, legisse me quosdam libros Platonicos quos Victorinus quondam Rhetor urbis Romæ, quem Christianum defunctum esse audieram, in Latinam linguam transtulisset; ut me exhortaretur ad humilitatem Christi, mihi narravit, quemadmodum ille doctissimus senex, & omnium liberalium doctrinarum peritissimus, quique Philosopherum tam multa legerat, & dijudicaverat, & dilucidaverat, doctor tot nobilium Senatorum, quique etiam, ob insigne præclari magisterii, statuam in Romano foro meruerat & acceperat; non erubuerit esse puer Christi tui, & infans fontis tui, subjecto collo ad humilitatis jugum, & edomita fronte ad crucis opprobrium.* Hactenus Augustinus.

## ERNESTI SALOMONIS CYPRIANI.

*Adversus Arium.* Non tam adversus Arium, qvam Arianos, Candidum præcipue, cujus epistolæ ad Marium Victorinum fragmentum juxta cum Victorini responsione edidit Mabillon parte IV. analectorum. Qvicqvid præterea de Victorino scitu jucundum est, congessit doctissimus Launojus dissertatione de qvinqve Victorinis. Ejus conversio omnino admiranda est, qvam describit Augustinus octavo confessionum capite secundo.

# CAP. CII.

TITUS Bostrenus g) Episcopus sub Juliano & Joviano Principibus, fortes adversum Manichæos scripsit libros, h) & nonnulla volumina alia. Moritur autem sub Valente. i)

Τίτος Βοστρηνῶν Ἐπίσκοπος, ἐπὶ Ἰουλιανοῦ καὶ Ἰοβιανοῦ βασιλευόντων, ἰσχυρὰς κατὰ τῶν Μανιχαίων συντάξας λόγους, καὶ ἕτερα πολλὰ, ἐπὶ Οὐάλεντος ἐτελεύτησεν.

g) Bostra Arabiæ Metropolis, ut dictum supra, cap 60.

h) Ex quatuor libris quos Titus adversus Manichæos scripserat, duos priores cum tertii initio vertit Franciscus Turrianus, & Henr. Canisius T. V. Lect. Antiquar. edidit. Nec plura exstant in Codice Græco Lucæ Holstenii, qui ex viri illius præstantissimi ac Patriæ suæ memoris legato asservatur in Bibliotheca Johannea hujus Urbis Hamb. Vide quæ supra in Serapione, & quæ de hoc & aliis Tito tributis scriptis animotavi Tom. VIII. Bibl. Græcæ pag. 413. seq.

i) Valens imperio præfuit ab A. 364. ad 378.

## ERASMI SCHOLIA.

*Bostrenus.* A Bostra civitate Arabiæ.

*Et Joviniano.* Joviano legit Sophronius, suffragante vetustissimo codice latino.

## MARIANI VICTORII NOTÆ.

*Adversum Manichæos.* Olim, Manichæum. Nos ita ex Sophronio, & manuscriptis aliqvot exemplaribus emendavimus.



Digitized by Google

## HENR. GRAVII.

*Titus Boſtrenus Epiſcopus.* Vide de eo Sozomenum in hiſtor. eccleſ. lib. V. cap. XV.

*Fortes adverſum Manichæum ſcripſit libros.* Meminit horum Epiphanius in hæreſi Manichæorum.

## AUBERTI MIRÆI.

*Titus.* Boſtrenſis Epiſcopus, ſcripſit libros qvatuor contra Manichæos: qvorum tres, Fr. Turriano interprete, apud Caniſium tom. 5. Lect. antiqvæ exſtant; qvartus deſideratur. Titi ejusdem nomine, Ingolſtadii & in Bibliotheca veterum Patrum, leguntur editi commentarii in Matthæum & Lucam. Sed qvia auctor horum commentariorum paſim citat Chryſoſtomum, Cyrillum Alexandrinum & Peluſiotam, qvi pueri erant cum Titus Boſtrenſis moreretur, Bellarminus in Catalogo cenſet eos non eſſe hujus Titi. Ut ut ſit, in Catena LX. Græcorum Patrum in Lucam, typis Plantinianis 1628. per Corderium publicata, ex Titi commentario in Lucam & ex aliis illius operibus multa citantur.

## ERNESTI SALOMONIS CYPRIANI.

*Fortes adverſum Manichæos ſcripſit libros.* Epiphanius hæreſi LXVI. virum magnum vocat, qvi Manichæi errores θαυμαστῶς refutaverit.

# CAP. CIII.

DAMASUS, k) Romanæ urbis Epiſcopus, elegans in verſibus componendis ingenium habuit, multaqve & brevia metro edidit, & prope octogenarius ſub Theodoſio Principe mortuus eſt.

Δάμασος Ῥώμης Ἐπίσκοπος ὃς ἐπιστολὰς εὐφυὴς, πολλὰ καὶ σύντομα ἡρωϊκῷ μέτρῳ ἐξέδωκε, καὶ εὐδοκιμούσης ἐπὶ Θεοδοσίου βασιλέως ἐτελεύτησεν.

k) Ab A. 366. ad 384. de quo ſatis multa Annalium ſcriptores & qui vitas Pontificum tradiderunt. Conferenda etiam Martyrologia 10. Decemb. ac Tillemontius T. VIII. memoriar. & Martius Mileſius Sarazanius in vita S. Damaſi præmiſſa ejus poëmatibus & ſcriptis quæ cum notis ejusdem Sarazanii ex Bibliotheca Barberina protulit in lucem & nitide excuſa publicavit Fred. Ubaldinus Rom. 1638. 4. recuderunt Pariſienſes 1672. 8. & Lugdunenſes in Tomo XXVII. Bibliothecæ Patrum A. 1677. fol. Sarrazanii editionem non vidit Andreas Rivinus, qui pauciora qvædam Damaſi à ſe recenſita & notis illuſtrata edidit Lipſiæ 1652. 8 in cauſis fidei conſultum à Damaſo Hieronymum leges in Caroli M. libris de imagg. p. 131. & Hieronymi Epiſtolæ ac præfationes ſatis loqvuntur. De *Anathematismis* XII. apud Auguſtinum ſerm. 129. de tempore: & de *Confeſſione fidei* apud Theodoritum V 11. conferendus Paſchaſius Quesnellus diſſ. XIV. ad Leonem M. Utraque Græce MS. in Bibl. Cæſarea, vide Lambecium VIII. pag. 446. De *Actis* Martyrii *Martyrum* Romanorum *Petri* exorciſtæ & *Marcellini* Eginhartus (Act. Sanctor. Junii T. 1. p. 176.) *Hæc ut geſta referuntur, retuliſſe aſſerunt illum ipſum qui eosdem interemit martyres* (Dorotheum) *& ab illo didiciſſe Damaſum Pontificem, cum ætate puerili per eadem tempora ſub magiſtro miniſtraret, & ad magnum creſceret verum culmen, tunc Romana Lector in Eccleſia. Poſt hæc cuncta memoraſſe ac mandaſſe literis, cum illius almæ ſedis obtineret apicem, & in tota principatu polleret Eccleſia.*

## ERASMI SCHOLION.

*Mortuus eſt.* Vel hinc extra controverſiam eſt, Damaſum mortuum eſſe vivo Hieronymo. Qvod aut neſciens, aut certe non recordans impoſtor ille, qvi falſis titulis multa miſcuit operibus Hieronymi, ad Damaſum ſcribit de morte Hieronymi, ratus opinor librum in cœlum perferendum. Atqvi hoc argumento certius revinci poteſt, qvam duos ſeniores revincit Daniel argumento lentiſci & ilicis.

## MARIANI VICTORII.

*Multaque & brevia metro edidit.* Mediceus, Feſulanusqve codices habent, Multaqve & brevia opuſcula heroico metro edidit: Verum addita à qvopiam puto: Nam Sophronius ea non habet.

## HENR. GRAVII.

*Multaque & brevia metro edidit.* Hieron. epiſt. ad Euſtochium.

## AUBERTI MIRÆI.

*S. Damaſus*, natione Hiſpanus, Liberio in pontificatu ſucceſſit, eoqve laudatiſſime per annos 16. geſto, anno Chriſti 384. deceſſit. Vir eleganti fuit ingenio, in condendis præſertim verſibus: ex qvibus pauci ſuperſunt, Venetiis 1501. ab Aldo Manutio,

Digitized by Google

nutio, & postea in Bibliotheca veterum Patrum excusi. Exstant & aliqvæ ipsius *Epistolæ* inter Epistolas S. Hieronymi, itemqve apud Theodoretum lib. 2. cap. 22. & lib 5 c. 10. & 11. ut & in tomis Conciliorum. Librum porro *de vitis Pontificum*, a B. Petro Apostolo usqve ad Damasum, non posse Damaso attribui, multa convincunt argumenta. Primum qvia Hieronymus, in hoc suo illustrium virorum Catalogo, istius scripti non meminit. Deinde, qvia reclamat stilus, totaqve series orationis. In Epistolis enim Damasi, aliisqve ejus monumentis phrasis culta est ac nitida; in hoc vero de Pontificibus opusculo inculta rudis & impolita. Ad hæc multa in hac historia narrantur a veritate aliena, qvæ nullius gravis aut prisci auctoris testimonio confirmari possunt; multi in eadem Chronographici lapsus, nonnulla pugnantia & asystata. Papyrius Massonus existimat, ab alio potius *Damaso Portuensi Episcopo* (ad qvem ab Eusebio Cremonensi, Hieronymi olim discipulo, vita ejus scripta dicitur) Pontificale istud editum esse. Sed doctissimis illius sæculi Scriptoribus fuit purior sermonis cultus, & reconditior doctrina, qvam in hoc opere appareat. Panuinius, Baronius & alii, tantum abest ut Damasum credant istius libri esse auctorem, ut etiam suspicentur a pluribus, minimum duobus Scriptoribus esse consarcinatum. Verum qvia stilus, totaqve scribendi ratio, ordo & methodus earum vitarum, qvæ post S. Damasi vitam in isto codice leguntur, omnino consentire videntur cum phrasi universaqve scribendi ratione, qvæ est in Vitis prioribus, Damaso hactenus inscriptis, censeo omnium illarum Vitarum (licet nonnullis in locis, adulterina aliorum adjectione vel detractione, sint depravatæ) verum ac germanum parentem esse *Anastasium S. R. E. Bibliothecarium*: Ejus etiam nomine typis 1602. Moguntiæ excusæ fuerunt, Marco Velsero, Augustanæ RP. Duumviro procurante.

## ERNESTI SALOMONIS CYPRIANI.

Hunc magno amore complexus est Hieronymus, eiqve libellum de filio prodigo dedicavit, ut docet libro II contra Jovinianum capite XVII. Eidem dedicaturus erat librum Didymi de Spiritu Sancto, a se translatum; sed consecratus est Pauliniano, qvum vivendi finem fecisset Damasus, anteqvam edi posset.

*Metro edidit.* Scripsit de Virginitate metro & prosa, ut autor est Hieronymus ad Eustochium de custodia virginitatis.

# CAP. CIV.

APOLLINARIUS, 1) Laodicenus Syriæ Episcopus, patre presbytero, magis Grammaticis m) in adolescentia operam dedit, & postea in sanctas Scripturas n) innumerabilia scribens*, sub Theodosio Imp. o) obiit. Exstant ejus adversus Porphyrium triginta libri, p) qvi inter cætera ejus opera vel maxime probantur.

Ἀπολιναρίου Λαοδικείας τῆς Σύρων Ἐπίσκοπου, πατρὸς πρεσβυτέρου, ἐν τῇ νεότητι μᾶλλον τῶν γραμματικῶν ἤσκησεν, ὕστερον δὲ εἰς τὰς θείας γραφὰς ἀναλήμματα συντάξας τύχῃ, Θεοδοσίου βασιλεύοντος ἐτελεύτησεν. Εἰσὶν αὐτοῦ κατὰ Πορφυρίου τριάκοντα λόγοι, οἵτινες μεταξὺ τῶν ἄλλων αὐτοῦ συγγραμμάτων μᾶλλον ἐκλήθησαν.

1) Honorius & Codices qvidam, ut Gemblacensis, vocant *Apollinarem*. Non modo autem filio Episcopo, sed & Patri idem nomen Apollinarii sive Apollinaris fuit, qui Alexandrinus patria, Beryti primum, hinc Laodiceæ Grammaticam docuit teste Socrate II. 46. Igitur vitiosa haud dubie illorum lectio Codicum, qui apud Hieron. *patre Probo* pro *Presbytero* legunt. Filium Apollinarem Episcopum Antiochiæ sæpe auditum à se testatur Hieronymus Epist. ad Pammachium.

m) Svidas in Ἀπολινάριος. Ἔστι δὲ μόνον γραμματικὸς καὶ τὰ εἰς τὴν ποίησιν δεξιὸς &c.

n) In omnes propemodum S. Scripturæ libros. Ex his passim fragmenta exstant in Græcorum Catenis, Nam commentarii ipsi Apollinaris interciderunt, etiam Metaphrases ad unam omnes excepta illa Psalmorum quam tulisse ætatem merito gaudent harum litterarum studiosi. De scriptis Apollinaris utriusque nolo hic repetere qvæ dixi Tomo VII. Bibl. Græcæ p. 661. seq.

* Al. *scripsit opuscula &c.*

o) Primis ut credibile est Theodosii Magni annis, postquam A. 376. hæresin infausto conatu prodidisset, damnatam in Concilio Romano A. 378. in Antiocheno A. 379. & in CPolitano A. 381.

p) Eosdem libros *fortissimos* appellat Hieron. Epist. ad Pammachium & Oceanum, Philostorgius autem VIII. 14. longe præfert iis quæ adversus eundem Porphyrium scripserant Methodius & Eusebius. Laudant etiam Vincentius Lerinensis in Commonitorio, Svidas in Ἀπολινάριος & Hieronymus pluribus in locis.

## ERASMI SCHOLION.

*Apollinarius.* Nam ita legit Sophronius, consentiente vetustissimo codice scripto.

## MARANI VICTORII NOTÆ.

*Apollinarius.* Aliter, Apollinaris. Verum tam Sophronius, qvam Hieronymus alibi, hoc eſt in apologia contra Rufinum, Apollinarium vocant.

*Patre Presbytero.* Patre Probo, habent exemplaria qvædam Brixiana, manuſcripta. Sophronius cum vulgata editione conſentit.

*Innumerabilia ſcribens volumina.* Ἀναρίθμητα συντάξας τεύχη. Similiter habent Sophronius, & Mediceus, Feſulanusqve codices. Deerat tamen antea vox, Volumina. Hunc Apollinarium Laodicenum in hæreſim poſtea declinaſſe, & ex Eccleſia poſtea egreſſum, in epiſtola ad Auguſtinum Hieronymus prodit. Inter cætera autem Pſalmos interpretatus eſt, ſicut Theodorus Heracleotes, & Aſterius Scythopolitanus.

## HENR. GRAVII.

*Apollinaris Laodicenus Syriæ Epiſcopus.* De eo vide Svidam, Hieron. in Chronicis, anno 1. Valentiniani & Valentis, *Apollinaris Laodicenus Epiſcopus, multimoda noſtræ religionis ſcripta componit.* Item anno 12. *Apollinaris Laodicenus jactatione ingenii quosdam errores pertinaciter aſſeverans, hæreſim ſui nominis ſuſcitavit, quam Damaſus habito Romæ concilio damnavit.* Vide Rufinum in eccleſ. hiſtor. lib. XI. cap. XX. & Socratem lib. 2. c. 46. & lib. 3. cap. 16. & Sozom. lib. 5. cap. 18. & Theodoretum lib. 5. cap. 3. Plura lege in Epiſtola: *Schedula.* & in præfat. in Eſa. ad Euſtochium & in Dan. cap. IX. & in præfat. in Oſee & in 4. & 12. cap. eccleſ. Item in præfat Galat. *Prætermitto Didymum videntem meum & Laodicenum de eccleſia nuper egreſſum, & Alexandrum veterem hæreticum &c.* Vide Auguſt. de hæreſib. c. V. *Apollinariſtæ*; & Epiphanium. Theoph. lib. 1. Paſchali. *Ceſſent Apollinaris diſcipuli ea quæ contra Eccleſiæ regulas eſt locutus, propter alia ejus ſcripta defendere. Licet enim adverſus Arianos, & Eunomianos ſcripſerit, & Origenem, aliosque hæreticos ſua diſputatione ſubverterit, tamen &c.* Vide præterea epiſt. Baſilii κώ, ad occidentales epiſcopos, de Euſtathio Sebaſteno, & Apollinario, & Paulino, & eorum hæreſibus, & epiſt. ἐντυχον. ad Patrophilum Epiſcopum.

*Extant ejus adverſum Porphyrium XXX. volumina.* De his etiam in epiſt. *Schedula. Fortiſſimos libros contra Porphyrium ſcribit Apollinaris.* Paulo poſt: *Probo laborem viri, licet ſtatuum in plerisque dogma contemnam. Dimidiatam enim Chriſti introducit œconomiam.* Vide 6. cap. Amos, Item in 1. cap. Galat. & in Epheſ. 4.

## AUBERTI MIRÆI.

*Apollinarius* al. Apollinaris, patre presbytero, ſive (ut in Brixianis MSS. codicibus legi aſſerit Victorius) patre *Probo* natus, Laodiceæ in Syria Epiſcopus, auctor hæreticorum Apollinariſtarum, cum diſcipulo Vitali, Romæ in Synodo a Damaſo Papa 373. damnatus fuit. Teſtamentum vetus fere univerſum verſibus reddidit, & ex iis hodie ſuperſunt *Pſalmi Davidis*, Pariſiis 1580. excuſi. Exſtat ejusdem libellus * *de ætatibus hominum*, Leodici 1575. editus. Ab iſto alius, & qvidem ſenior, fuit *S. Apollinaris Hieropolitanus*, ſupra cap. 26 laudatus.

* Eſt Metaphraſis Pſalmi XC. ſive Cantici Moyſis.

## ERNESTI SALOMONIS CYPRIANI.

Fuit Hieronymi præceptor. Sic inqvit ad Pammachium & Oceanum: *Apollinarium Laodicenum audivi Antiochiæ frequenter, & colui: & cum in ſanctis ſcripturis eruditet, numquam illius contentioſum ſuper ſenſu dogma ſuſcepi.*

*Extant adverſus Porphyrium triginta libri.* Hieronymus præfatione in Danielem ait, ſe neſcire, an Apollinarius his libris curioſo lectori ſatisfecerit.

# CAP. CV.

GREGORIUS, q) BÆTICUS, Eliberi * Epiſcopus, usqve ad extremam ſenectutem diverſos mediocri ſermone tractatus compoſuit, & de Fide elegantem librum, r) qvi hodieq; ſupereſſe dicitur.

Γρηγόριος Ἐλιβέρεως τῆς Βαιτικῆς Ἐπίσκοπος, ὃς τῆς ἐσχάτης ἡλικίας διαφόρους ὁμιλίας κοινῷ λόγῳ συνέταξε, καὶ περὶ πίστεως λόγον ἄριστον, ὃς τις ἀκμὴ τῷ παρόντι λέγεται περιεῖναι.

HENR.

q) De hoc Gregorio Illiberitano, cujus conſtantiam adverſus Oſium in Synodo Sirmienſi, A. 357. & adverſus Urſacium ac Valentem in Ariminenſi A. 359 prædicant Euſebius Vercellenſis Epiſt. ad Gregorium, & Marcellinus ac Fauſtinus in libello precum, accurata diſputatio exſtat Nic. Antonii lib. 2. Bibliothecæ veteris Hiſpanæ cap. 2. in qua confutat fabulas quas de illo pſeudo Dexter ac Luitprandus ſive commenti ſunt ipſi, ſive ab aliis confictas arripuerunt & ſecuti ſunt. Idem c. 3. explodit Martyrologium Gregorio Bætico ſuppoſitum & excuſum Madrit. A. 1667. * Al. *Iliberi.*

r) Hanc eſſe brevem confeſſionem quam Nazianzeno alii, alii denique Ambroſio tribuunt, non dubitat Paſcha-

Sebastius Quesnellus diss XIV. ad Leonem Magnum, qui illam in Codice Romano cap 30. ad calcem Operum Leonis publicavit. At liber de fide contra Arianos quem sub Gregorii Bætici nomine exstare in Bibl. Patrum annotat Miræus, non illius sed Faustini presbyteri esse norunt eruditi.

## HENR. GRAVII.

*Gregorius Baticus Iliberi Episcopus.* Hujus puto mentionem fieri in Chronicis Anno 7. Valentiniani & Valentis. *Lucifer Caralitanus Episcopus moritur, qui cum Gregorio Episcopo Hispaniarum & Phileae Libyae numquam se Ariana miscuit pravitati.*

## AUBERTI MIRÆI.

*Gregorii Batici* liber contra Arianos exstat in Bibliotheca veterum Patrum. Eliberis seu Eliberris fuit olim sita in ea Bæticæ parte, ubi nunc Granata, Illiberis, ad Pyrenæos montes, nunc per syncopen *Colibre* dicitur.

## ERNESTI SALOMONIS CYPRIANI.

*Qui hodieque supereſſe dicitur.* Codex Guelpherbytanus vocem, *qui*, omittit, unde apparet, hæc verba non de libro, sed de Gregorio accipienda esse. Id monere visum est propter lites, qvæ de viri ætate moventur à Bivario.

# CAP. CVI.

**PACIANUS**, s) in Pyrenæi jugis Barcilonæ Episcopus, castitate & eloqventia, & tam vita, qvam sermone clarus, scripsit varia opuscula, de qvibus est Cervus, t) & contra Novatianos. u) Sub Theodosio Principe, jam ultima senectute, mortuus est. vv)

Παχιανὸς ἐν τῆς Πυρρηναίων μέρεσι Βαρκίλωνος Ἐπίσκοπος, σώφρονι βίῳ, εὐφραδείᾳ καὶ λόγῳ λαμπρὸς, συνέταξε ποικίλα, ἀφ' ὧν ἐστι κέρβος, καὶ κατὰ τῶν Νωβατιανῶν. Ἐπὶ Θεοδοσίου βασιλέως ἐν ἑλκάτῳ γήρᾳ ἐτελεύτησεν.

s) De hoc Paciano, ad cujus filium Flavium Dextrum, Hieronymus hunc librum de Viris illustribus scripsit, & Dexter vicissim Hieronymo omnimodam suam Historiam dedicavit, Videnda Acta Sanctor. ad IX. Martii Tom. 2. pag 44. & Tillemontius Tom. VIII. memor. pag. 537. seq. Pro Paciano Codices quidam *Pacatianum*, Honorius *Pacatum*, vitiose. Nam Pacianum vocat præter Frecultum Codex antiquissimus Reginæ Christinæ, annorum 800 Paciani Barcinonensis opuscula continens de quo Mabillonius Tom. I. musei Ital. pag. 14. Barcinonem Hieronymi ævo Barcilonem dictam probat Nic. Antonius lib. 2. Bibl. vet. Hispan. c. 7. licet longe à Pyrenæi jugis in ora matis sita.

t) Verisimile est Pacianum libro suo, qui hodie non exstat, titulum fecisse *Cervum*, sive *Cervulum*, in quo perstrinxit ineptum morem quorundam Christianorum in Hispania, qui Calendis Januariis se in cervorum vel aliarum ferarum habitum commutabant. Hoc idem Pacianus vocat *cervulum facere* sub initium paræneticī: *Hoc enim puto proxime cervulus ille profecit, ut eo diligentior fieret, quo impressius mutabatur. Et tota illa reprehendendi dedecoris expressi ac sæpe repetiti non compressisse videatur sed erudisse luxuriam. Me miserum! Quod ego facinoris admisi! Puto nescierant cervulum facere, nisi illis reprehendendo monstrassem.* Confer Sirmondi antirrheticum secundum cap. 2. Colomesium ad Gyraldum de Poëtarum historia pag. 91. Martinum Lipenium in Historia Ilrenarum Tom. 12. thesauri antiquitatt. Rom. pag. 468. Cangii glossarium Latinum in *cervula* & Græcum in κεράβολος. Jo Possinum ad Nili Epist. LXXXI Ægidium Menagium Orig. linguæ Gallicæ in *Biche* & *chasseurs*, Joannem Reinkium in diss. de vecolo & cervolo, edita A. 1679. ad Can. 1. Concilii Antissiodorensis.

u) Paciani tres Epistolæ contra Sempronianum Novatianum, una cum ejus Paræneticō ad pœnitentiam & libello de Baptismo ad Catechumenos edidit Jo. Tilius Paris. 1538. 4. deinde Petrus Galesinius typis Pauli Manutii Rom 1564. fol. cum Salviano, Maximo, Sulpicio Severo & aliis. Exstant etiam cum notis Josephi Saenz Cardinalis de Aguirre, in Tomo II. Conciliorum Hispaniæ pag. 79. seq Paræneticum ad Hermæ Pastoris calcem recudi curavit Caspar Barthius, Cygneæ 1655. 8. Cum illo libro utile fuerit conferre Tertulliani librum de pœnitentia, nec non quæ ad illum observarunt tum Barthius in Adversar. tum Jo. Frid. Gronovius capite XVIII. monobibli observationum Ecclesiasticarum. Non pauca etiam Paciani illustrantur in Latini Latinii Bibliotheca sacro profana p. 165.

vv) Chronicon Dextri ad A 391. *Paciano Barcinonensi Episcopo parenti meo succedit Lampius.*

## ERASMI SCHOLION.

*Marcianus.* Alii Datianus, sed utrumqve mendose, cum legendum sit Pacianus, cujus & postea meminit in Dextro filio.

*De quibus est certus.* Cerbus legendum ex Sophronio, κέρβος. Apparet nomen esse adversum qvem scripsit.

## HENR. GRAVII.

*Pacianus in Pyrenaei jugis, Barcinoni Episcopus.* Hic fuit pater Dextri præfecti Prætorio, cui præsens opus inscribit Hiero.



Digitized by Google

*Scripsit varia opuscula, de quibus est χέρβος, & contra Novatianos.* Paciani extat exhortatio ad Pœnitentiam, & de Baptismo sermo, & epistolæ tres ad Symphronianum contra Novatianos. Initio operis Cerbi, aut potius Cervuli meminit. *Hoc enim puto Cervulus ille profecit, ut ille diligentior fieret, quo impressius notabatur.* Mox: *Puto nescierunt Cervulum facere, nisi illos reprehendendo monstrassem.*

## AUBERTI MIRÆI.

*S. Paciani* Episcopi Barcinonensis *Epistolæ* tres contra Novatianos; item *Paranesis ad pœnitentiam, & libellus de Baptismo*, extant in Bibliotheca veterum Patrum, & seorsim in editione Romana anni 1564. De eo Martyrologium Rom. 9. Martii.

## ERNESTI SALOMONIS CYPRIANI.

*In Pyrenæi jugis.* Lectio Erasmi. Noster codex: *In Pyrenæis jugis.*

*Barcilonæ.* Ita Erasmus. *Barcinonæ* habet noster.

*De quibus est χέρβος.* Hæc omittit codex noster, ideo forte, qvod ignorarent scribæ, qvid sit χέρβος. Docta est Colomesii observatio, ex MSC. codice bibliothecæ Lambethanæ legendum esse: *De quibus est Cervus.* Κερβος enim ex Sophronii versione in Latinum textum irrepsisse opinatur, cum *Cervus* genus esset lusuum, qvibus gentiles in Gallia caperentur, qvemqve morem Pacianus libro castigaverit, cui titulus: *Cervus.* Ut accedam huic sententiæ, plurium codicum reqviro autoritatem.

# CAP. CVII.

PHOTINUS de Gallogræcia, x) Marcelli discipulus, Sirmii Episcopus ordinatus, Hebionis hæresim y) instaurare conatus est, postea a Valentiniano Principe pulsus ecclesia, z) plura scripsit volumina, a) in qvibus vel præcipua sunt contra Gentes, & ad Valentinianum libri.

Φωτεινὸς ἀπὸ τῆς Γαλλογραικίας, Μαρκέλλε μαθητὴς, Σιρμίου Ἐπίσκοπος, τὴν τῶν Ἐβιωνιτῶν αἵρεσιν ἀνανεῶσαι ἐπεχείρησεν, ὕστερον παρὰ Βαλεντινιανῷ βασιλέως ἐξελθὼν τῆς ἐκκλησίας, πολλὰ συνετάξατο τεύχη, ἀφ' ὧν ἴσμεν ἐξαίρετοι κατὰ τῶν ἐθνῶν, καὶ πρὸς Βαλεντινιανὸν λόγοι.

x) ὡρμᾶτο ἀπὸ Σιρμίου inquit Epipan. LXXI. 1. quia Sirmii hæresin primum suam prodidit circa A. 341. Cæterum non sirmiensem fuisse patria sed Ἀγκυρογαλάτην, & priusquam Sirmii quod caput Illyrici est, Episcopus ordinaretur, Diaconum gessisse in patria sua Ancyræ, Gallo Græciæ civitate, sub Marcello Episcopo Ancyrano, quo Magistro usus fuit, ex Hilarii fragmentis, Sulpicii Severi lib. 2. Hist Socrate II. 18. & aliis abunde constat. Pro *Sirmii Episcopo* male *semi Episcopus* legitur in indiculo de hæresibus, qui exstat sub Hieronymi nomine. Vide Cotelier. T. 1. monument. pag. 782.

y) Confessio Eusebianorum apud Athanas. de synodis Tom. 1. pag. 898. τοιοῦτοι δέ εἰσιν οἱ ἀπὸ Μαρκέλλου καὶ Φωτεινοῦ τῶν Ἀγκυρογαλατῶν, οἱ τὴν προαιώνιον ὕπαρξιν τοῦ χριστοῦ καὶ τὴν θεότητα καὶ τὴν ἀτελεύτητον βασιλείαν ὁμοίως Ἰουδαίοις ἀθετοῦσιν ἐπὶ προφάσει τοῦ συνίστασθαι δοκεῖν τὴν μοναρχίαν. Indiculus hæresium Hieronymo tributus de Photino: *Hic Ebionis hæresin restaurare conatus est qua dicit Christum à Maria per Joseph nuptiali coitu fuisse conceptum.* Etiam Photinum Ebionis nomine appellat Hilarius lib. VII. de SS. Trin. Hieronymus in 1. ad Galat. *Si CHristum fatetur hominem, Ebion Photinusque subrepunt: si DEum esse contenderit, Manichæus & Marcion, & novelli dogmatis auctor* (Apollinaris) *ebullunt.*

z) Pulsus Photinus Episcopatu & relegatus A. 351. Nam cum A. 349. in Synodo Sirmiensi jam deponendus esset, tamen ob existimationem favoremque populi removeri non potuit, teste Hilario in fragm. cui jungendum synodicon Pappi c. 50. Cæterum quoniam Valentinianus demum A. 364. habenas suscepit imperii, alterum dicendum ex duobus, vel Photinum iterata vice post A. 364. pulsum esse, cum à Juliano A. 362. revocatus esset, quæ Tillemontii conjectura est T. VI. pag. 354. vel memoriæ lapsu Valentinianum principem pro Constantio nominatum ab Hieronymo. Idem in Chronico testatur obiisse Photinum A. 376.

a) Ex Photini scriptis nihil ad nos pervenit, licet præter ista Hieronymo commemorata scripserit Græco pariter & Latino idiomate etiam libros κατὰ πασῶν αἱρέσεων *contra omnes hæreses* teste Socrate II. 31. & Sozomeno IV. 6. Quibus respondit Græce quidem *Diodorus* Tarsensis in opere contra Photinum, Malchionem Sabellium & Marcellum Ancyranum edito de quo Theodoritus lib. 2. de hæret. fab. c. 11. Latine *Audentius* Hispanus libro de fide advetsus omnes hæreticos, memorato apud Gennadium c. 14. de S. S. Sed & hoc Audentii & illud Diodori scriptum intercidit.

## ERASMI SCHOLIA.

*Sirmii Episcopus.* Id est oppidum Peoniæ.

## HENR. GRAVII.

*Photinus de Gallogræcia, Marcelli discipulus.* Hilarius ad Constantium: *Marcellus verbum DEi cum legit, nescit. Photinus hominem JEsum Christum cum loquitur, ignorat.* In Chronicis:

Digitized by Google

nicis: anno 12. Valentiniani & Valentis: *Photinus in Galatia moritur, a quo Photinianorum dogma inductum, qui multa continentia & ingenii bona uno superbiæ malo perdidit.* Socrates lib. 2. cap. 29. & Sozomenus lib. 4. cap. 6.

## AUBERTI MIRÆI.

*Photinus*, Marcelli Ancyrani discipulus; in Sirmiensi Synodo an. 351. ut hæreticus damnatus fuit; Basilio potissimum Ancyrano reum peragente. De S. Photino, al. Potino, Lugdunensi Episcopo ac martyre in martyrologium Romanum 2. Junii relato, vide supra cap. 35.

## ERNESTI SALOMONIS CYPRIANI.

*In quibus vel præcipua sunt.* Codex Guelpherbytanus: *In quibus libri præcipui sunt contra gentes.* Ex aliorum codicum lectione dijudicari neqvit, unumne, an plures libros contra gentes ediderit.

# CAP. CVIII.

PHOEBADIUS, Agenni b) Galliarum Episcopus, edidit contra Arianos librum. c) Dicuntur & ejus alia esse opuscula, qvæ necdum legi. d) Vivit usqve hodie decrepita senectute. e)

Σουβάδιος Ἀγενὲ τῆς κατὰ Γαλλίας Ἐπίσκοπος, ἐξέδωκε κατὰ Ἀρειανῶν τεῦχος. Λέγονται αὐτὲ καὶ ἕτερα ἔνια συγγράμματα, οἷς οὔπω ἐντέτυχον. Μέχρι νῦν ζῇ ἐν ἐσχάτῳ γήρᾳ διάγων.

b) Apud Nitiobriges Agenni in Gallia adhuc colitur ejus memoria sub nomine corrupto *S. Phiary* vel *Phiri*. Vide Claudii Castellani vocabularium Hagiologicum originibus linguæ Gallicæ Ægid. Menagii præmissum. Varie etiam alias nomen hujus scriptoris pervertitur, ut in Concilio Cælaraugustano A. 380 *Phirmius*, Et in Ambrosii Epist. & apud Severum Sulpicium *Phagadius* sive *Fagadius* & quomodo Hieronymi editiones quædam cum Græco interpr. & Trithemio, *Subadius*. Sed Phœbadium constanter vocant Codices meliores MSS. & Honorius. De illo consulendus Henschenius in Actis Sanctor. ad 25. April. T. 3 pag. 365. seq. Tillemontius Tom. VI pag. 417. memor. hist. Eccles.

c) Hoc libro insigni refellitur Sirmiensis formula Ariana A. 357. Latine condita & ab Athanasio pag. 902. de Synodis, & Socrate II. 30 Græce, atque ab Hilario de Synodis, Latine relata, quam Hosius subsignaverat jam nonagenario major & Ariani in Galliam, ibi quoque ab Episcopis subsignandam miserant. Eum Phœbadii librum primus edidit Theodorus Beza A. 1570. 8. cum Basilii Cæsar. libris IV. contra Eunomium. Deinde Petrus Pithœus Paris. 1586. 8. hoc titulo: *liber contra Epistolam sive edictum sub nomine Constantii Imp. emissum in Synodo Mediolanensi* (A. 353.) & cum notis suis Caspar Barthius Francof. 1623. 8. Ut editiones in Bibliothecis Patrum omittam.

d) Labbeus Tom. 2. de script. Eccles. pag. 220. *Sophronius*, inquit, *in metaphrasi Græca insinuat se vidisse opuscula illa Phœbadii quæ se necdum legisse professus est Hieronymus.* Nihil tale insinuari à Græco Hieronymi interprete, vere est à clarissimo Caveo annotatum.

e) Scripsit hæc Hieronymus A. C. 392. Nec credibile est Dulcidium Phœbadio successisse in Episcopatu Agennensi A. 405, ut legas in Sammarthanorum Gallia Christiana Tom. 2. pag. 70. Cum ante Dulcidium fuisse videatur Episcopus Gavidius cujus mentio apud Severum Sulpitium lib. 2. cap. 56. Vide Acta Sanctor. 13. Januar. T. 1. pag. 790.

## ERASMI SCHOLION.

*Subadius Agenni.* Addidit Galliarum, qvod & alibi sint ejusdem nominis oppida.

## HENR. GRAVII.

Vivit usqve hodie decrepita senectute. In Esa. 65. Decrepita ætate marcescit.

## AUBERTI MIRÆI.

*Phœbadii*, Aginnensis in Aqvitania Episcopi, liber contra Arianos exstat in Bibliotheca veterum patrum; in qvo Sirmiensem formulam, ad Gallos an. 358. missam, per singula capita discutit, & firmissimis rationibus confutat. Conciliorum Galliæ, a Sirmondo editorum, tomum primum lege, ad istum annum.

## ERNESTI SALOMONIS CYPRIANI.

Sulpitius Severus *Fagadium* vocat libro II. historiæ capite XLIV. Si hæc lectio codicum autoritate firmetur, qvod ignoro, retinendam opinarer, cum Sulpitius eum bene norit, ejusqve fuerit civis. Codex Guelpherbytanus habet: *Phœbadius.* Lectio Erasmi, qvam servavimus, vetustorum codicum est, unde in tanto dissensu nihil censui mutandum.

# CAP. CIX.

DIDYMUS Alexandrinus, captus a parva ætate oculis, f) & ob id elementorum qvoqve ignarus, tantum miraculum sui omnibus præbuit, ut Dialecticam qvoqve & Geometriam, g) qvæ vel maxime visu indiget, usqve ad perfectum didicerit. Is plura opera & nobilia * conscripsit: commentarios in Psalmos omnes: h) commentarios in Evangelium Matthæi & Joannis: i) & de dogmatibus, k) & contra Arianos libros duos: l) & de Spiritu Sancto librum unum m) qvem ego in Latinum verti: in Esaiam tomos decem & octo: n) in Osee, ad me scribens, commentariorum libros tres: & in Zachariam, meo rogatu, libros qvinqve: o) & commentarios in Job: p) & infinita alia: q) qvæ digerere proprii indicis est. Vivit usqve hodie, & octogesimum tertium ætatis excessit r) annum.

Δίδυμος Ἀλεξανδρεὺς, ὃν νέας ἡλικίας βλαβεὶς τὰς ὄψεις, καὶ διὰ τοῦτ' ἄπειρος τῶν στοιχείων, τοῦτον θαῦμα πᾶσι παρέσχετο, ἕως τε τῇ διαλεκτικῇ, καὶ γεωμετρικὴν, ἥ τις μάλιστα ὄψεως χρῄζει, εἰς ἄκρον ἐκμεμαθηκέναι. Ὃς τις πολλὰ καὶ περιφανῆ συνέταξε, τυτέοιν ὑπομνήματα εἰς πάντας τοὺς ψαλμούς. Ὑπομνήματα εἰς Ματθαῖον καὶ Ἰωάννην, καὶ περὶ δογμάτων, καὶ κατὰ Ἀρειανῶν λόγους δύο. Καὶ περὶ Πνεύματος ἁγίου λόγον ἕνα, ὃν τινα ἐγὼ εἰς Ῥωμαϊκὸν μετέφρασα. Εἰς Ἡσαΐαν τόμους ὀκταικαίδεκα. Εἰς Ὡσηὲ πρὸς ἐμὲ γεγραφὼν ὑπομνημάτων λόγους τρεῖς. Εἰς Ζαχαρίαν ἐμοῦ παρακαλέσαντος λόγους πέντε. Ὑπομνήματα εἰς τὸν Ἰώβ, καὶ ἄλλα ἄπειρα, ἃ τινα διηγήσασθαι ἰδίου ἐστὶ καταλόγου. Περίεστιν ἄχρι τοῦδε, καὶ ὀγδοηκοστὸν τρίτον ἐπλήρωσεν ἐνιαυτόν.

f) Quadrimulo cœcitatem incussam scribit Palladius in Lausiaca Historia, Hieronymus in Chron. ad A. C. 372. *p.ß quinium nativitatis sua annum luminibus orbatus, elementorum quoque ignarus fuit.* Sozom. III. 15. νεὸς γὰρ ἔτι τυφλὸς ἐγένετο ἐν τῇ πρώτῃ πείρᾳ τῆς μαθήσεως τῶν στοιχείων. Similia Socrates IV. 25. &c.

g) Sozomenus: ἐν τούτῳ δὲ καὶ παντοδαπὴ σοφία ἄνει, ποιητάς τε καὶ ῥήτορας ἀσκουμένη τε καὶ Γεωμετρίαν καὶ ἀριθμοὺς καὶ δόξας Φιλοσόφων. Socrates de eodem Didymo: ἐλθὼν δὲ ἐπὶ τὰ Φιλόσοφα, θαυμαστός πως καὶ τὴν διαλεκτικὴν ἐξήμαθε, καὶ ἀριθμητικήν τε καὶ μουσικήν. Oportet itaque Didymum adjutum esse ad Geometriam addiscendam instrumentis, quarum rationes ipse tactu explorare potuit.

* al. *plurima nobilisque.*

h) Meminit etiam Hieronymus Epist. 89. ad Augustin. Fragmenta ex his Commentariis non pauca exstant in Catena in Psalmos Corderiana. Nicephorus vero IX. 17. videtur in Græcam Hieronymiani Catalogi versionem incidisse, nam nec plura nec pauciora (uno in Jobum excepto) Didymi scripta commemorat quam Hieronymus. Εἰς τὴν τῶν ψαλμῶν βίβλον ὅλην, διαφόρα ὑπομνήματα. Εἰς τὸν Ὡσηὲ (excidit λόγ. γ'.) καὶ Ζαχαρίαν, λόγους πέντε. Εἰς τὸν Ἡσαΐαν λόγους ὀκταικαίδεκα. Εἰς τὸ κατὰ Ματθαῖον καὶ κατὰ Ἰωάννην εἰλάχιστα ὑπομνήματα. Ἔτι δὲ καὶ κατὰ Ἀρειανῶν, καὶ περὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, ἕτερα συγγράμματα πλείστα.

i) In Catena edita ad Matthæum nusquam, in illa ad Joannem sæpius ex Didymo aliquid profertur. Uterque Didymi commentarius citatur in Damasceni parallelis sacris p. 676. & 714.

k) Dogmatum volumen vocat Didymus ipse de Spiritu S. p. 338. atque volumen sectarum pag. 383. & 388. nam in hoc opere dogmata Ecclesiæ adversus sectas asseruerat κατὰ τῶν αἱρετικῶν τὰς ἀληθείας δογμάτων disputans, ut de Didymo tradit Theodoretus IV. 29 Hist.

l) Didymus ipse sub extremum explanationis in 1. Joh. Arianos perstringens, *horum*, inquit, *singula examinationem, ut fuit possibile, in aliis habuerunt.*

m) Hic non Græce sed ex Hieronymi versione exstat Latine sæpius inter hujus opera editus, & in tres libros divisus, quod nec auctori nec Hieronymo facere in mentem venit, qui librum vocat etiam lib. 2. in Rufin. Sic etiam Augustinus qv. 25. in Exod. & Ratramus lib. 2. contra Græcos cap. 5.

n) Hieron. prologo in Esaiam: *Didymum cujus amicitiis nuper usi sumus; ab eo loco ubi scriptum est* (cap. XL.) Consolamini Consolamini populum meum, Sacerdotes, Loquiminiad cor Jerusalem, *usque ad finem voluminis, decem & octo edidit tomos.* Loca quædam ex hoc opere affert Damascenus in parallelis sacris p. 309. 341 677 721. 781.

o) Meminit Hieron. apologia ultima in Rufin. & prooemio in Hoseam & Zach.

p) Fragmenta plura Didymi exstant in Catena ad Jobum à Patricio Junio vulgata. Etiam Didymi λόγοι εἰς τὸν Ἰωβ citat Jo. Damascenus in parallelis sacris pag. 789.

q) al. *multaque alia.* De Didymi scriptis uberius dixi Volum. VIII. Bibl. Græcæ pag. 352. seq. Interciderunt autem omnia, excepta Latina versione libri de Spiritu S. & brevium enarrationum in Epistolas Canonicas quæ in Bibliothecis Patrum exstat, & libro adversus Manichæos quem post Turrianum vertit & Græce primus protulit Franciscus Combefisius parte 2. Auctarii novissimi Paris. 1672. fol.

r) Quinque & octoginta cum excessit annos, obiit Alexandriæ (ubi Catecheticæ scholæ præfectum egit) A. 396. teste Sigeberto & Palladio, itaque A. 392. quo scripsit Hieronymus, annum 83. ætatis attigisse vix Didymus videtur, non excessisse. Male Marcianæus, *octogesimum septimum.*

## ERASMI SCHOLION.

*Proprii indicii est.* Κατάλογον vertit Sophronius, id est, indicis.

## MARIANI VICTORII NOTA.

*Commentarios in Job.* Ex Sophronio, & aliqvot manuscriptis codicibus hæc verba reposuimus: deerant enim antea. HENR.

## HENR. GRAVII.

*Captus a parva ætate oculis.* In Chronicis: anno 9. Valentiniani & Valentis. *Didymus Alexandrinus multa de noſtro dogmate per notarios commentatur, qui poſt quintum nativitatis ſuæ annum luminibus orbatus elementorum quoque ignarus fuit.* Vide Rufinum lib. XI. eccleſ. hiſt. & Socratem lib. 4. cap. 25. & Theodoritum lib. 5. c. 29. & Sozomenum l. 3. capite 15. & lib. 6. cap. 2.

*Ut dialecticam quoque & geometriam, quæ vel maxime viſu indiget, usque ad perfectum didicerit.* Simile ſcribit Cicero de Diodoro Stoico cœco Tuſc. V. *Tamen quod ſine oculis fieri poſſe vix videtur, Geometræ munus tuebatur, verbis præcipiens diſcentibus, unde, quo, quamque lineam ſcriberent.*

*Commentaries in pſalmos omnes.* Idem habes in epiſt. *Tres ſimul.* ad Auguſtinum.

*Et de Spiritu ſancto librum unum, quem ego in latinum verti.* Auguſtinus qvæſt. XXV. in Exodum. *Summi Philoſophi Gentium, quantum in eorum litteris indagatur, ſine Spiritu ſancto philoſophati ſunt, quamvis de Patre & Filio non tacuerint, quod etiam Didymus in libro ſuo meminit, quem ſcripſit de Spiritu ſancto.*

*In Eſaiam tomus X. & VIII.* Idem in præfat. in Eſaiam Hieron.

*In Oſee ad me ſcribens commentariorum libros 3. & in Zachariam, meo rogatu, libros V.* Lege præfat. Hieron. in Oſee & in epiſt. *Leſtis litteris.* Meminit Didymi & in præfat. lib. 1. in Epheſ.

*Vixit usque hodie & octogeſimum tertium ætatis exceſſit annum.* Obiit autem anno ætatis 85. juxta Heraclidem.

## AUBERTI MIRÆI.

Ex Didymi Alexandrini monumentis ſuperſunt tantummodo, liber *de Spiritu ſancto*, a S. Hieronymo Latine redditus, exſtatqve inter opera ejusdem Hieronymi; liber *Contra Manichæos*, interprete Franciſco Turriano, apud Caniſium tom. 5. Lect. antiqvæ, & Enarratio in *Epiſtolas canonicas.* Ejusdem nonnulla ex commentariis *in Proverbia* citat auctor Catenæ LX. Græcorum PP. in S. Lucam, typis Plantinianis 1628. editæ. De Didymi ejusdem ſcriptis Socrates l. 4. c. 3. & Ruffinus l. 2. cap. 7. agunt. Hieronymus dicit ipſum Origenis errores fuiſſe ſecutum. Vixit ſub Valentiniano & Valente Principibus. Fuit & inter ethnicos olim celebris alter *Didymus Alexandrinus*, cognomento *Chalcenterus*, nobilis Grammaticus, qvi Julii Cæſaris ævo floruit.

## ERNESTI SALOMONIS CYPRIANI.

Fuit monachus & ſcholæ ſacrarum diſciplinarum Alexandriæ præfectus, Hieronymi præceptor, a qvo diſceret ſcripturæ expoſitionem, non Origenis errores. Hieronymus De error. Orig. T. 3. f. 86. *Audet quidam proferre literas meas ad Didymum, quaſi ad magiſtrum. Grande crimen diſcipuli, ſi hominem eruditum & ſenem magiſtrum dixerim. Et tamen volo inſpicere ipſam epiſtolam, quæ tanto tempore in calumniam reſervata eſt. Nihil præter honorem & ſalutationem continet.* Etſi autem apertiſſime in Origenis ſcita concederet, in Trinitate tamen catholicus fuit, teſte Hieronymo apologia adverſus Ruffinum, qva Didymum vocat apertiſſimum Origenis propugnatorem. Cumqve Hieronymus præceptorem ſeqveretur, ubicunqve is non erraret cum Origene; factum eſt, ut modo laudaret, modo impugnaret Didymum. Itaqve Ruffinus libro ſecundo invectivarum in Hieronymum, conqveritur, Didymum ab Hieronymo modo in cœlum laudibus efferri, modo usqve ad inferna demergi. Præfatione in Didymi librum de Spiritu ſancto ſic inqvit Hieronymus: *Didymus meus oculum habens ſponſæ de Cantico Canticorum & illa lumina, quæ in candentes ſegetes ſublimari JEſus præcipit, præcelſius intuetur: & antiquum nobis morem reddidit, ut videns vocetur prophetæ. Imperitus ſermone eſt: & non ſcientia: Apoſtolicum virum ex ipſo ſermone exprimemus.* Et in proœmio commentariorum in epiſtolam ad Galatas laudat Didymum, videntem ſuum. Simili laude mactatur a Socrate, Sozomeno, Theodorito, ac omnibus, qvi ejus olim fecerunt mentionem.

*Captus a parva ætate oculis.* Egregia ſunt verba, qvibus Didymum Antonius monachus, qvum Alexandriam veniſſet, allocutus eſt: *Nihil te moveat, o Didyme, jactura corporalium oculorum. Ejusmodi enim oculis orbatus es, quibus & muſcæ & culices videre poſſunt. Gaude potius, quod illos habeas oculos, quibus angeli vident, quibus DEus cernitur, & lux ejus comprehenditur.* Socrat. L. IV. c. 25. Sozom. LIII. c. 15. Eadem refert Hieronymus ad Caſtrutium.

*Et ob id elementorum quoque ignarus.* Mirum, Socratem heic Hieronymo contradicere, qvi cum Didymo diu converſatus eſt. Socrates ait, videndi copia privatum eſſe, cum jam prima literarum elementa didiciſſet. Sozomenus: *Fertur literarum formas in tabula altius inciſas, digitis ſolum pertractando didiciſſe.* Neuter recte. Num Hieronymus,

qvi vidit, qvi novit, qvi eo præceptore usus est, ignoraverit, utrum Didymus elementa literarum calleret? Itaqve non video, cur recentiores errantem Socratem sequantur, ac doceant, Didymum videndi facultatem amisisse, cum jam prima literarum elementa didicisset.

# CAP. CX.

OPTATUS Afer, Episcopus Milevitanus, ex parte catholica, scripsit Valentiniano & Valente s) Principibus adversum Donatianæ partis calumniam libros sex, t) in qvibus asserit, crimen Donatianorum u) in nos falso retorqveri.

Ὀπτᾶτος Ἐπίσκοπος τῆς Μελευΐτων, τὸ μέρος τῆς καθολικῆς, ἔγραψε ἐπὶ Βαλεντινιανῷ καὶ Οὐάλεντι κατὰ τῶν Δονατιανῶν συκοφαντίας λόγους ἕξ, ἐν οἷς λέγει, τὸ ἔγκλημα παρὰ τῶν Δονατιστῶν ἡμᾶς ψευδῶς ἐπιμένεσθαι.

s) Circa A. C. 370. Nam Siricii A. 384. ad sedem Rom. evecti nomen qvi inter Romanos Episcopos recensetur apud Optatum lib. 2. cap. 3. postea demum adjectum videtur viris doctis.

t) Contra Parmenianum Donatianæ partis Carthagine Episcopum sex libros scripsit Optatus quorum argumentum etiam ponit cap. 7. libri primi. Sed quod hodie libri septem numerantur, inde est quod tres lacinias vel ab auctore post elaboratæ vel à prioribus libris hinc inde resciſſæ in modum septimi libri subjunctæ sunt. Sex tantum libri sunt in editione prima parumque emendata Joh. Cochlei è Bibl. Cusana prope Treviros Mogunt 1549. fol. ad calcem librorum Conradi Bruni de hæreticis. Sex quoque edidit A. 1563. Parisiis Franciscus Balduinus, sed septimum postea minutiori charactere adjiciendum curavit. Ex prima Balduini editione Optatum Gallice vertit Petrus Vielus Theologus Paris. A. 1582. defunctus teste Crucimanio p. 420. Bibl Gallicæ. Deinceps septem libri emendatius editi ab eodem Balduino Paris. 1569. cum notis & Historia Donatistarum, recusi apud Commelin. 1599. Heidelbergæ: Ab eo tempore Optatus cum commentariis postumis Gabrielis Albaspinæi vulgatus Paris. 1631. fol. curante Carolo Paulino S. I. & cum Meriei Casauboni observationibus, Londini eodem anno, in 8. Rigaltium de correctiore Optati editione concinnanda cogitasse testatur Launojus p. 31. diss. de Victorin. Sed illa spe decollante Philippus Priorius Optatum recudendum dedit cum notis Balduini, Casp. Barthii, Albaspinæi & suis, Paris. 1679. fol. Denique Elias du Pin vir præclariss. ex quinque Codd. MSS. Optatum ipsum longe dedit emendatiorem, ac non modo editas antea virorum doctorum in hunc scriptorem notas universas, sed etiam doctissimas suas, & quamplurima ad Historiam Donatisticam & Geographiam Ecclesiasticam veterem Africæ apprime facientia adjunxit. Paris. 1700. fol. quæ editio Amstelodami A. 1701. ita est recusa, ut notæ variorum non ad calcem voluminis rejectæ sed per singulas paginas Optati verbis statim subjectæ exhibeantur.

u) Crimen Schismatis, cujus causam Catholicis Donatiani impingebant.

## HENR. GRAVII.

*Optatus Afer, Episcopus Milevitanus.* Huic scribit Augustinus epistolam de Origine Animæ. Meminit ejus lib. 2. contra epistolam Parmeniani cap. 1. & lib. 2. de Baptismo contra Donatistas cap. 11. Fulgentius lib. 2. ad Monimum. *S. Optatus Milevitanus in 6. adversus Parmenianum lib. consilium de virginibus Paulum supererogasse testatur his verbis: Virginitas enim voluntatis res est, non necessitatis. Denique flabularius ille Apostolus Paulus &c.*

## AUBERTI MIRÆI.

*S. Optatus*, Milevii in Africa Episcopus, an. 370. claruit, & Parmenianum Donati successorem luculento opere confutavit; qvod omnium manibus teritur. Nomen ejus Martyrologio Rom. 4. Junii est inscriptum. Opera Lutetiæ 1631. sunt edita, cum Notis Gabr. Albaspinæi, Ep. Aurelianensis.

## ERNESTI SALOMONIS CYPRIANI.

Præsul Milevitanus in Numidia Donatistis se opposuit. Plura de ejus vita haud novimus, qvum sileant veteres.

*Valentiniano & Valente principibus.* Ex hoc loco corrigenda est lectio Optati libro secundo, ubi series Romanorum episcoporum habetur, ac ita extat: *Julio Liberius* (successit) *Liberio Damasus, Damaso Siricius hodie, qui noster est socius.* Si Optatus libros sex de schismate Donatistarum adversus Parmenianum edidit tempore Valentiniani & Valentis; Damasus vero, omnium consensu & juxta ipsummet Hieronymum supra capite centesimo tertio, sub Theodosio demum mortuus est: qvi potuit Siricius Damasi successor, Romæ Damaso successisse, qvum Optatus librum suum secundum conscriberet? Itaqve omnino probanda est Francisci Balduini sententia, qvi putat, hæc verba: *Damaso Siricius hodie*, esse alicujus paulo post Optatum scriptoris. Videlicet librarius, qvi Optati libros Siricii ætate describebat, adjecit procul dubio in margine has voculas: *Siricius hodie*, ut, qvum inter Damasum & Siricium nullus alius intercessisset, integrum ad suæ usqve tempora Romanorum præsulum catalogum haberet.

*Adversus Donatianæ partis calumniam.* Dictis suis Optatus fidem fecit ex archivis, ex judicum vocibus & publicis documentis. Scribit enim bonæ causæ fiducia: *Qui-*

*dio*

*audio aliquos de societate tua litigandi studio chartas habere nescio quas: quærendum est quibus sit accommodanda fides: qua cum ratione concordent, qua cum veritate confabulentur. Vestræ, si sunt aliquæ, mendaciis forte videantur aspersæ. Nostras chartas probant & conflictus causarum & contentiones partium, & exitus judiciorum, & epistolæ Constantini.* His præmissis affert monumenta invicta, perinde ac Augustinus. Calumniis Donatistarum accessit crudelitas, eaqve tanta, ut Optatus scriberet: *Lacerati sunt viri, tracta sunt matrona, infantes necati sunt, abacti sunt partus. Ecce vestra ecclesia, episcopis ducibus, cruentis morsibus pasta est.*

*Libros sex.* Ipse Optatus illud, qvod sexto ac ultimo loco se ostensurum dixerat libro primo, sexto libro persequitur. Nihilominus Franciscus Balduinus librum septimum adjecit, qvem Cochleus omiserat. Tres codices, qvos Balduinus ab Espenæo, Tilio & Macereo nactus erat, exhibuerunt septimum librum, unde Gabriel Albaspinæus eundem retinuit, cujus editionem non est, qvod suggillet Mericus Casaubonus, & Albaspinæum imparatum accessisse dicat ad libri interpretationem. Is enim, qvum opus vix prima sui parte typis excusum esset, obiit: testaturqve ad lectorem præfatio, omnia meliori habitu proditura fuisse, si coronidem operæ Albaspinæus imponere potuisset. Cæterum fatentur docti, septimum librum aut Optati non esse, aut interpolatum valde. Cumqve contra Parmenianum scripti sint, non immerito qværitur, qvid Parmenianus ediderit, ab Optato his libris confutatum. Balduinus credidit, scripsisse Optatum contra Parmeniani ad Tyronium epistolam; sed deinceps aliter sensit. Optatus tractatus vocat: *Quia tractatus tuos, quos in manibus, & in ore multorum esse voluisti, neque contempsi.* Nunc in Galliis Du Pin Optatum edit, qvæ editio non poterit non præclara esse.

# CAP. CXI.

AQVILIUS x) SEVERUS, in Hispania, de genere illius Severi, ad qvem Lactantii duo epistolarum scribuntur libri, y) composuit volumen, quasi ὁδοιπορικὸν z) totius suæ vitæ statum continens, tam prosa qvam versibus, qvod vocavit *καταστροφὴν* a) sive *πεῖραν*, & sub Valentiniano Principe obiit.

Ἀκύλιος Σεβῆρος ἐν ταῖς Ἱσπανίαις, ἀπόγονος Σεβήρου, πρὸς ὃν δύο Λακτανтίου ἐπιστολῶν φέρονται λόγοι, συνέταξε τεῦχος ἐν τάξει ὁδοιπορικῇ, πάντος τοῦ βίου αὐτοῦ περιέχον διήγημα, τοῦτο μὲν καταλογάδην, τοῦτο δὲ καὶ μέτρῳ ἡρωϊκῷ, ὅπερ ὀνόμασε καταστροφὴν, ἤτοι πεῖραν, καὶ ἐπὶ Βαλεντινιανοῦ βασιλέως ἐτελεύτησεν.

x) Hunc vocat Honorius *Achilium*, cui consentit Codex MS. Viridis Vallis. Reliqui quos inspexit Suffridus Petri, habent *Aquilium*, ut & ex suis adnotavit Martinus Lipsius. Alios *Attilium* habere vel *Cæcilium* notat Vossius de Poëtis Latin p. 55. opinor è Gyraldo.

y) De his mentio supra, cap. 80. Sed non minus illæ Lactantii Epistolæ quam Aquilii hodœporicum jampridem nusquam exstant. Ex hoc autem Hieronymi loco mutuatus PseudoDexter in Chronico ad A 370. *Aquilius Severus domo Tolosanus ex genere alterius Aquilii Severi ad quem Lactantius nuncupavit volumen Epistolarum hoc tempore magno in pretio habetur.* Non diceret Hieronymus illum ad quem Lactantius scripsit Aquilium Severum appellari sed tantum Severum. Itaqve Aquilii nomen posteriore loco male additum à Pseudo Dextro.

z) Usus est hoc ὁδοιπορικῷ hoc est *viatorii* sive *itinerarii* titulo *Lactantius* iter suum de Africa usque ad Nicomediam descripturus teste Hieronymo supra c. 80. *Venantius* item *Fortunatus* de quo Sigebertus c. 45. *Wibertus* seu *Guibertus* Tornacensis Henrico Gandavensi cap. 54. memoratus, *S. Willibaldus* editus ab H. Canisio Tom. IV. Antiqv Lect. & *Hatto* sive *Hetto* Basileensis Episcopus de quo Auh. Miræus auctario de S. E. cap. 249. Hisce a Nicolao Antonio lib. 2. Bibl. Vet. Hispan. c. 4. p. 128. memoratis addere licet itineraria Rutilii, Adamanni, Odorici, Francisci Petrarchæ, Ambrosii Camaldulensis &c.

a) Καταστροφὴν *conversationem*, malim reddere quam cum Nic. Antonio *conversionem*. Futo enim positum pro ἀναστροφῇ. Et πεῖραν *experientiam* potius quam transitum.

## ERASMI SCHOLIA.

*Quasi hodoporicum.* Ὁδοιπορικὸν, id est itinerarium.

*Quod vocavit καταστροφὴν.* Id est conversionem.

*Sive peram.* Πεῖραν, id est experientiam. Jam hinc apparet interpretationes ab aliis adjectas nihil ad rem facere.

## MARIANI VICTORII NOTÆ.

Ὁδοιπορικὸν. Itinerarium: καταστροφὴν, conversionem: πεῖραν, experientiam.

## HENR. GRAVII.

*De genere illius Severi, ad quem Lactantii duo epistolarum scribuntur libri.* De libris epistolarum Lactantii vide Damasum in epist. *Dormientem te*, ad Hieronymum & in Lactantio lib. de VV. illustribus.

## ERNESTI SALOMONIS CYPRIANI.

*Tam prosa, quam versibus.* Genus versuum, qvo usus est, Sophronius exprimit: μέτρῳ ἡρωικῷ.

# CAP. CXII.

CYPRILLUS Hierosolymæ Episcopus, sæpe b) pulsus ecclesia, & receptus, ad extremum sub Theodosio Principe octo annis inconcussum Episcopatum tenuit. Extant ejus κατηχήσεις, c) qvas in adolescentia d) composuit.

Κύριλλος Ἱεροσολύμων Ἐπίσκοπος, πολλάκις ἐξωσθεὶς τῆς ἐκκλησίας, ὕστερον Θεοδοσίου βασιλεύοντος, ἐπὶ ἑπταετὲς ὅλον ἀσάλευτον ἔσχε τὴν Ἐπισκοπήν· οὗ τινος εἰσὶ κατηχήσεις, ἃς ἐν τῇ νεότητι συνέταξεν.

b) Semel atque iterum sub Constantio & tertia quoque vice à Valente depositus, tandem tertia quoque vice restitutus sub Theodosio Episcopatum Hierosol. tenuit inconcussum ab A. 379. ad 386. quo Cyrillus obiit. Vide Acta Sanctor. 18. Martii Tom. 2. pag. 625. seq.

c) Catecheseon Cyrilli editionem novam præclaram post Tho. Millesium Oxon. 1703. fol. & observationes Gallice vulgatas à Joanne Grannicolao Paris. 1715. 4. brevi ut spero daturus est Antonius Augustinus Touttée Monachus Benedictinus Congregat. S. Mauri.

d) Catecheses illas sive sermones de præcipuis doctrinæ Christianæ capitibus ad Catechumenos baptismi Candidatos Cyrillus ex tempore dixisse (notariis illos excipientibus) creditur vel A. 333. vel 347. (ut Tillemontio visum) vel 352. Vide si placet qvæ notavi lib. V. Bibl. Græcæ c. 14. Tomo VII. p. 544.

## ERASMI SCHOLION.

*Extant ejus Catecheses.* Κατηχήσεις, id est institutiones.

## MARIANI VICTORII NOTÆ.

Κατηχήσεις. Institutiones. Hæ catecheses numero XVIII. cum V. mystagogicis, nunc sunt impressæ. Floruit Cyrillus sub Constantio, ad qvem de cruce, qvæ Hierosolymis in cœlo apparuit, doctam scripsit epistolam. Ejectus est à sede ab Arianis, eiqve suffecti Heraclius prius, mox Hilarius: post qvos sub Theodosio episcopatum recepit: sub qvo etiam obiit. Successit ei Joannes, Joanni autem Nepos. Constantinopolitana synodus scribens ad Damasum, Ambrosium & cæteros Episcopos Romæ congregatos, honorifice de eo meminit: ipseqve dum viveret, Concilio Seleuciensi interfuit. Græci die XXIII. Martii ejus celebrant festum.

## HENR. GRAVII.

*Cyrillus Hierosolymæ episcopus sæpe pulsus ecclesia & receptus.* In Chronicis: *Anno 11. filiorum Constantini: Maximus quadragesimus post Macarium, Hierosolymorum Episcopus moritur; Primus, post quem ecclesiam Ariani invadunt, Cyrillus, Eutychius, rursus Cyrillus, Irenæus, tertio Cyrillus, Hilarius, quarto Cyrillus. Quorum Cyrillus, cum à Maximo fuisset presbyter ordinatus, & post mortem ei ab Acacio Episcopo Cæsariensi, & cæteris Arianis Episcopis, Episcopatus promitteretur, si ordinationem Maximi repudiasset, diaconus in ecclesia ministravit, ob quam impietatem sacerdotii mercede pensatus Heraclium quem moriens Maximus in suum locum substituerat, varia fraude sollicitans, de Episcopo in presbyterum regradavit: quo in exilio ob fidem truso, omnes clerici juraverunt, se nullum alium susciperent. Verum cum Felix ab Arianis fuisset in sacerdotium substitutus, plurimi perjeraverunt, & post annum cum Felice ejecti sunt, quia Liberius tadio victus exilii & in hæreticam pravitatem subscribens, Romam quasi victor intraverat.* Vide Rufin. lib. X. cap. 23. & Socratem lib. 2. cap. XL. & Sozomenum lib. 4. cap. 25. & Theodoritum lib. V. cap. IX.

## AUBERTI MIRÆI.

*S. Cyrilli* Episcopi Hierosolymitani *Catecheses* exstant Græce & Latine; studio Joannis Grodecii Parisiensis 1608. *Epistola* ejusdem ad Constantium Imp. de Crucis apparitione, & *Oratio* de occursu Domini, exstant tom. 4. Bibliothecæ Patrum, Græci & Latini diem ejus festum 18. Martii celebrant.

## ERNESTI SALOMONIS CYPRIANI.

*Sæpe pulsus ecclesia.* Sæpe sua culpa. Diximus supra, Cæsariensem episcopum inter Palæstinæ episcopos fuisse metropolitanum, qvod jus inde a longis temporibus ei competebat. Sed Cyrillus post susceptum Hierosolymitanum episcopatum Acacio, Cæsareæ episcopo, de jure metropolitano controversiam movebat, ὡς ἀποστολικῆς θρόνου ἡγούμενον, tanqvam apostolicam sedem obtinens. Ἐντεῦθεν εἰς ἀπέχθειαν κατέστησαν, hinc inimicitiæ exortæ sunt, inqvit Sozomenus libri IV. capite XXV. Et ut inimicitiæ religioso zelo palliarentur, se mutuo accusabant, qvasi non recte sentirent de divinitate.

CAP.

# CAP. CXIII.

**EUZOIUS**, apud Theſpeſium e) Rhetorem, cum Gregorio Nazianzeno Epiſcopo, adoleſcens Cæſareæ eruditus eſt: & ejusdem poſtea urbis Epiſcopus, f) plurimo labore, corruptam Bibliothecam g) Origenis & Pamphili in membranis inſtaurare conatus eſt. Ad extremum ſub Theodoſio Principe eccleſia pulſus eſt. h) Feruntur ejus varii multiplicesqve tractatus, i) qvos noſſe perfacile eſt.

Εὐζώϊος παρὰ Θεσπεσίῳ ἤνθει ἅμα Γρηγορίῳ Ναζιανζῷ Ἐπισκόπῳ, νέος ἐν Καισαρείᾳ φοιτήσας, καὶ ὕστερον τῆς αὐτῆς πόλεως Ἐπίσκοπος, πολλῷ πόνῳ φθαρεῖσαν ἤδη τὴν Ὠριγένους καὶ Παμφίλου βιβλιοθήκην, ἐν σωματίοις ἀνανεῶσαι ἐπεχείρησεν. Καὶ ὕστερον ἐπὶ Θεοδοσίου βασιλέως τῆς ἐκκλησίας ἐξεώσθη. Φέρονται τούτου πολλαὶ καὶ πλεῖσαι ὁμιλίαι, αἷς ἔστι ῥᾴδιον ἐντυχεῖν.

e) In Palæſtinæ ſcholis ſe Rhetorices ſtudio commoratum teſtatur Nazianzenus Orat 10. in Cæſarium fratrem pag. 163. Idem Theſpeſium defunctum hoc Epigrammate decoravit, qvod nuper edidit eruditiſſimus Muratorius:

Ἀΐ, Ἀΐ, καὶ σὺ θάνες, φθονερὴ δέ σε μοῖρ' ἐκάλυψεν
Θεσπίεα, φθιμένη δ' ἄφθιτον ἴσχ κλέος.
Ἀττικίζουσ' ἐτίθησι τόσος βρύσας, ἡ δ' ἰάνησε
Ἀτθὶς τίς ποτ' ἐμῆς δέξαν ἔχει σοφίης;

Illud latinis verſibus ſic utcunque expreſſi:

*Vah rapuit vah Te quoque nobis invida Parca*
*Theſpeſie, extincti ſed decus usque vivet.*
*Flumine manabat ſermo: nunc Attica clamat,*
*Cui erit hinc ſuada gloria danda mea?*

f) Euzoius Cæſareæ Epiſcopus poſt Acacium circa A. 366. mortuum. Epiphanius LXXIII. 37. pag. 894. ἐξ αὐτῶν γὰρ Εὐζώϊος &c. *Ex hoc enim grege, Cæſarienſis Euzoius prodiit, illarum* (Semiarianorum) *diſcipulus, qui poſt Acacium ſedi illi præfuit, cum antè Philumenus à Cyrillo Hieroſol. in illa conſtitutus fuiſſet, ac deinde Cyrillus ſenex ibidem ab Eutychio collocatus, ac demum Gelaſius ab Cyrillo Hieroſol. cujus ſororis erat filius, rursus eſſet impoſitus. Cum enim hi tres illic ordinati forent, & ob mutuas ſimultates diguitate cecidiſſent, poſtmodum Euzoius ſedem illam obtinuit.*

g) Bibliotheca Origenis ad Pamphilum martyrem pervenit qui Cæſareæ pulcherrimum librorum theſaurum condidit in quo prope triginta voluminum millia habuiſſe teſtatur Iſidorus Hiſp. lib. VI. Originum cap. 6. Illa Bibliotheca cum magno ſuo & communi Eccleſiæ fructu uſus Pamphiliamicus Euſebius eſt, tum Hieronymus quoque qui ſupra cap. 54. quintam ſextam & ſeptimam editionem de Origenis ſe Bibliotheca habuiſſe refert, pluribusque aliis in locis celebrat. Idem Epiſt. 140. ad Marcellam: *Beatus Pamphilus Martyr, cujus vitam Euſebius Cæſarienſis Epiſcopus tribus ferme voluminibus explicavit, cum Demetrium Phalereum & Piſiſtratum in ſacra Bibliotheca ſtudio vellet aquare, imaginesque ingeniorum quæ vera ſunt & æterna monumenta, toto orbe perquireret: tunc vel maxime Origenis libros impenſius proſecutus, Cæſarienſi Eccleſiæ dedicavit: quam ex parte corruptam Acacius dehinc & Euzoius, ejusdem Eccleſiæ Sacerdotes in membranis reſtituere conati ſunt.*

h) A. 370. vel 380. Nam in Concilio CPol. A. 381. ſubſcripſit Cæſareæ Epiſcopus Gelaſius (male *Thalaſſius* in quibusdam Codd.) quem Euzoio ſucceſſiſſe teſtatur Hieronymus noſter infra cap. 131.

i) Ex illis non modo ætatem nullus tulit, ſed ne titulum quidem ullius potui à quoquam veterum memoratum reperire.

## ERASMI SCHOLION.

*Eſtius.* In aliis, Eozolus, utrumqve mendoſe. Legendum enim Euzoius Εὐζώϊος. Nec eſt apud Epheſum, ſed apud Theſpeſium.

## AUBERTI MIRÆI.

*Euzoii* iſtius Cæſarienſis Epiphanius qvoqve in Hæreſi 73. meminit. Alius ab iſto fuit Euzoius, qvi cum Alexandrinæ eccleſiæ diaconus eſſet, cum Ario pulſus, poſtea Antiochenam ſedem obtinuit. Cæterum Euzoius Cæſarienſis, eo qvod Arianus eſſet, Theodoſio regnante, Cathedra ſua pulſus, ſucceſſorem habuit Gelaſium, cap. 130. ab Hieronymo memorandum.

## ERNESTI SALOMONIS CYPRIANI.

Euzoius ſcribendum eſt, qvamvis Hieronymus in expoſitione Pſalmi CXXVI. Euzonium dicat. Nam & Epiphanius hæreſi LXXIII. appellat εὐζώϊον.

# CAP. CXIV.

**EPIPHANIUS**, Cypri Salaminæ k) Epiſcopus, ſcripſit adverſum omnes Hære-

Ἐπιφάνιος Κύπρου Σαλαμῖνος Ἐπίσκοπος, ἔγραψε κατὰ πασῶν τῶν αἱρέσεων λόγους,



k) S. Epiphanius Conſtantiæ quæ antea Salamis ſive Salamine in Inſula Cypro Epiſcopus fuit ab A. 367. ad A. 403. quo vicinus vel etiam major centenario diem obiit ſupremum.

Digitized by Google

ſes libros, l) & multa alia, qvæ ab eruditis propter res, a ſimplicioribus propter verba m) lectitantur. Supereſt usqve hodie, n) & in extrema jam ſenectute varia cudit opera.

λόγους, καὶ ἕτερα πολλὰ, ἃ ἴνα παρὰ μὲν τῶν πεπαιδευμένων διὰ τὰ πράγματα, παρὰ δὲ τῶν ἰδιωτῶν διὰ τὰ ῥήματα ἀναγινώσκεται. Περίεστιν ἄχρι τοῦδε, καὶ ἐν ἐσχάτῳ γήρᾳ ποικίλα συντάττει συγγράμματα.

l) Opus adverſus hæreſes ſcribere cœpit Epiphanius A. 375. quod poſt Dionyſium Petavium ab alio aliquo viro docto accuratius excuti atque illuſtrari pretium erit operæ. Vide ſi placet qvæ de illo & aliis hujus Doctoris ſcriptis dixi Tomo VII. Bibliothecæ Græcæ pag. 415. ſqq.

m) Sic eloquentiam in Epiphanio ſuſpexit illa ætas, quem in opere de hæreſibus plebejo ſtylo uſum perinde ut Palladium in Lauſiaca, notat Salmaſius commentario de Lingua Helleniſtica pag. 108.

n) A. 392. nonagenarius.

## HENR. GRAVII.

*Scripſit adverſum omnes hæreſes libros.* Ex præfat. lib. Auguſtini de hæreſibus ad Qvod vult Deum, apparet ipſum epitomen duntaxat vidiſſe Epiphanii, non autem ipſum opus, qvod tamen Dei beneficio hodie extat. Vide Socrat. lib. VI. cap. X. & 12. & Sozomenum lib. 8. cap. 14. & 15. & lib. 7. cap. 26. Meminit hujus Hieron. in vita Paulæ, & ad Fabiolam: *Usque hodie* & in Eſa. cap. 54. & in Ezech. 28.

*Et in extrema ſenectute.* τελευτᾷ ἑκατόγηρως. Sophronius.

## AUBERTI MIRÆI.

S. *Epiphanius* Conſtantiæ, ſive Salaminæ in Cypro Epiſcopus, anno 374. aut 375. inchoavit *Panarium* adverſus Hæreſes, qvæ ad ſuam ætatem exſtiterunt. Scripſit inſuper *Ancoratum, Anacephalæoſim* ſive Summam Panarii, *De ponderibus & menſuris, Phyſiologum, de XII. gemmis*, & alia. Latine ex Græco fere omnia reddidit, & animadverſionibus illuſtravit Dionyſius Petavius, S. I. Theologus, an. 1622. Pariſiis. Orationes porro, qvæ ejusdem Epiphanii nomine circumferuntur, cum ſtilo ipſo, tum aliis qvibusdam indiciis ſatis declarant, ſe eſſe alterius vel Epiphanii vel auctoris. Nam præter hunc noſtrum cujus mentio in Martyrologio Romo 12. Maji, fuerunt alii duo *Epiphanii*, in Cypro itidem Epiſcopi. Unius nomine in Synodo VI. Theodorus, Trimethuntiorum epiſcopus, ſubſcripſit: alterius extat epiſtola ad Ignatium CP. Patriarcham, cum Synodo VIII. a Matthæo Rádero, Soc. JEſu Theologo edita.

## ERNESTI SALOMONIS CYPRIANI.

*In extrema jam ſenectute varia cudit opera.* Longævus præſul, & qvi, ut pauca dicam, duodecimo poſt editum catalogum anno nondum in vivis eſſe deſierat. Hieronymum magno amore dignatus eſt, eiqve dono dedit librum ſuum de lapidibus. Hieronymus XXIIX. Ezechielis: *Super quibus* (lapidibus) *& vir ſanctus, Epiphanius epiſcopus, proprium volumen mihi præſens tradidit.* Hunc plagii reum peregit Ruffinus, cujus verba Hieronymus libro III. apologiæ refert: *Hic eſt ille delirus ſenex, qui ideo Origenem legi prohibet, ne alii ejus furta cognoſcant.* Qvasdam ejus epiſtolas, qvod notum eſt, Hieronymus tranſtulit, ceu teſtatur epiſtola LXVII.

# CAP. CXV.

EPHRÆM, Edeſſenæ Eccleſiæ diaconus, o) multa Syro ſermone compoſuit, & ad tantam venit claritudinem, ut poſt lectionem Scripturarum publice in qvibusdam eccleſiis p) ejus ſcripta recitentur. Legi ejus de Spiritu ſancto Græcum volumen, q) qvod qvidam de Syriaca lingua verterat, & acumen ſublimis ingenii, etjam in translatione, cognovi. Deceſſit ſub Valente Principe. r)

Ἐφραὶμ τῆς ἐν Ἐδέσσῃ ἐκκλησίας διάκονος, πολλὰ τῇ τῶν Σύρων διαλέξει συντέθηκε, καὶ εἰς τοσαύτην ἦλθε λαμπρότητα, ὥστε μετὰ τὴν ἀνάγνωσιν τῶν θείων γραφῶν, δημοσίᾳ ἔν τισι τῶν ἐκκλησιῶν ἀναγινώσκεται τὰ συγγράμματα. Ἀνέγνων περὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος ἑλληνικὸν τεῦχος, ὅπερ τινὲς ἀπὸ τῆς Σύρων γλώττης μετέφρασαν, καὶ τὸ ἄκρον τῆς ὑψηλοτάτης διανοίας, ἐκ τῆς μεταφράσεως ἔγνων. Ἐτελεύτησε βασιλεύοντος Γρατιανοῦ.

o) Si auctori Prædeſtinati hæreſi 57. & Menologio Græcor. 28. Januar. fides, etiam Presbyter.

p) Syrorum haud dubie, qui etiamnum Doctorem illum ſuum magnum ac Prophetam habent, & in Miſſa ſua precationibus & Hymnis utuntur ab Ephraimo compoſitis.

q) Hoc ſcriptum Hieronymo laudatum hodie non exſtat. De aliis dictum lib. V. Bibl. Græcæ cap. 2. Pro *Græco volumine* quidam legunt *egregium volumen.*

r) A. C. 375. vel 378. Colitur ejus memoria à Græcis 28. Januar. à Latinis 1. Febr. Vide Acta Sanctorum ad illam diem pag. 49. ſeq.

## ERASMI SCHOLIA.

*Poſt lectionem Scripturarum.* Hinc apparet nonniſi Apoſtolicas litteras olim legi ſolitas

gitized by

ſolitas in templis aut certe virorum apoſtolicæ autoritatis, cum hodie monachorum ſomnia, imo muliercularum deliramenta legantur inter divinas ſcripturas.

## HENR. GRAVII.

*Ephrem Ediſſena eccleſiæ diaconus.* De eo vide apud Theodoritum lib. 4. cap. 29. & lib. 2. cap. 30.

## AUBERTI MIRÆI.

*S. Ephræm* Niſibi natus (ut Sozomenus hiſt. l. 3. c. 15. tradit) Edeſſenæ eccleſiæ diaconus, admirabilis illius Jacobi Epiſcopi alumnus ac diſcipulus, circa annum 370. claruit. Scripſit varia Syro ſermone; qvæ Gerardus Voſſius, Decanus Tungrenſis, agens Romæ, & Baronio aliisqve eruditis in Urbe viris familiariter utens, ex præcipuis Italiæ bibliothecis in unum collegit, & Latina civitate donavit. Exſtant omnia Romæ, Antverpiæ & Coloniæ junctim edita. Meminit Martyrolog. Rom. 1. Febr.

## ERNESTI SALOMONIS CYPRIANI.

*Ut publice in quibusdam eccleſiis ejus ſcripta recitentur.* Ejus hymni hodienum in uſu ſunt apud Maronitas, ut obſervat Joannes Bona. Neqve tamen, qvos jam habemus, hymni non interpolati videntur, cum in illis Dei miſericordia imploretur *per orationem benedictæ Mariæ, per orationem martyrum benedictorum.* Hujusmodi precandi ratio inaudita fuit Ephræmi ætate. Id ex Sozomeni libro III. capite XVI. conſtat, eum encomia martyrum compoſuiſſe, de qvibus Theodoritus libro IV. capite XXIX. ait: *Hæc canticæ feſtos martyrum dies latiores ac ſplendidiores etiamnum efficiunt.* At ſanctorum opem imploraſſe, aut eorum merita Deo, ut condonaret mortalibus ſcelera, propoſuiſſe, nusquam legitur. In modernis hymnis qvisqve verſus ſeptem ſyllabis abſolvitur.

# CAP. CXVI.

BASILIUS Cæſareæ Cappadociæ, qvæ prius Mazaca s) vocabatur, Epiſcopus, t) egregios contra Eunomium u) elaboravit libros, & de Spiritu ſancto volumen, & in Hexaëmeron homilias novem, & ἀσκητικὸν, x) & breves variosqve tractatus. Moritur imperante Gratiano. y)

Βασίλειος Καισαρείας τῆς Καππαδοκῶν, ἥ ἧς πρώτην Μάζακα ἐκαλεῖτο, Ἐπίσκοπος, κατὰ Εὐνομίου ἐξαιρέτους συνέταξε λόγους, καὶ περὶ πνεύματος ἁγίου τεῦχος, καὶ εἰς τὴν ἑξαήμερον ὁμιλίας ἐννέα, καὶ ἀσκητικὸν, καὶ βραχέας καὶ ποικίλας ὁμιλίας. Τελευτᾷ βασιλεύοντος Γρατιανοῦ.

s) Τὰ Μάζακα Straboni lib. XII. ut τὰ Τύανα. Sic etiam Stephanus Byz. in Καβασσὸς & Μάζακα. Sed Vitruvio VIII. 3. & Solino cap. 47. Mazaca eſt ſingulare fœmininum; ut Pæanio Eutropii Græco interpreti VII. 6. Μαζάκη. Hæc primum Cæſarea dicta fuit à Tiberio Imp. cum poſt redactum in poteſtatem Archelaum, Cappadociam provinciam Romano imperio vindicaſſet, ut Eutropius eodem loco auctor eſt, & ex Capitone Lycio, altero Eutropii Græco interprete Suidas in Καισάρεια & Τιβέριος.

t) Euſebio in Epiſcopatu ſucceſſit S. Baſilius A. C. 370. Vide qvæ Tom. VIII. Bibl. Græcæ p. 60. ſeq.

u) Ἀντιρρητικὸς adverſus Eunomium, libris V. & cætera omnia Hieronymo memorata Baſilii ſcripta adhuc exſtant, ſæpius edita una cum cæteris ejus operibus, quorum nova editio poſt *Jac. Lopinum* ſimili conatui jam A. 1693. immortuum, quatuor in folio voluminibus hoc tempore Pariſiis ſub prælis ſudat, ſolleriti cura & ſtudio *Juliani Garnerii* Monachi Benedictini.

x) Plura exſtant S. Baſilii ſcripta aſcetica, & incertum quodnam ex illis ſpeciatim ab Hieronymo ſignetur.

y) A. 379. Calendis Januar. Non omittendum quod Je. Marcianæus hoc loco notat verba Hieronymi in Chronico: *qui plurima continentia & ingenii bona uno ſuperbiæ malo perdidit*, non de Baſilio eſſe intelligenda ſed de Photino hæretico. Et hoc ſuſius voluit oſtendere in nova Chronici Hieronymi editione ſed cui ſuperiore A. 1717. mors Marcianæi interceſſit.

## ERASMI SCHOLION.

*Et Aſtericum.* Aſceticon legendum, ἀσκητικὸν, id eſt exercitatorium.

## HENR. GRAVII.

*Baſilius Cæſareæ Cappadociæ.* Hieron. in Chronicis anno 13. Valentiniani & Valentis. Baſilius Cæſarienſis Cappadociæ Epiſcopus clarus habetur.

*Cæſarea Cappadociæ, quæ prius Mazaca vocabatur.* In Chron. an. 7. Tiberii. *Tiberius multos Reges adſe per blanditias evocatos nunquam remiſit, in quibus Archelaum Cappadocem, cujus in provinciam verſam Mazacam nobiliſſimam civitatem Cæſaream appellari juſſit.* Vide in Eſa. cap. 66. & in qvæſt. hebraic. in Geneſ. & Sozomenum lib. 5. cap. 4. Vide de eo & Gregorio Nazianzeno Rufinum lib. XI. cap. IX. & Suidam.

## AUBERTI MIRÆI.

*S. Baſilius*, re & cognomento Magnus, decurſis in urbe Athenienſi litterarum ſpatiis, ad philoſophandum ſolitudinem aptiorem ratus, in eremum cum *Gregorio Nazianzeno*

ſeſe contulit: qvo nemo illi conjunctior, ob ſtudiorum animorumqve ſimilitudinem, ac ne frater qvidem ullus carior fuit, cum *Gregorium* haberet & *Petrum*, illum Nyſſæ, hunc Sebaſtæ Epiſcopum; & alios duos fratres monaſticen profeſſos: itemqve ſorores, qvæ ſæculum & ipſæ, nuncio remiſſo, valere juſſiſſent. Ex veteribus pleriqve omnes doctrinam & eloqventiam Baſilii ſuſpexerunt: in his, præter Hieronymum, Sophronius, Gregorius Nazianzenus, Theodoretus Cyrenſis, Philoſtorgius, Photius. Svidam ex his loqventem audiamus:

*Baſilius Cæſarea Cappadocum Epiſcopus, qua urbs olim Mazaca dicebatur, Gregorii Nazianzeni Epiſcopi amicus, parentibus antiqua nobilitate claris ortus, Baſilio & Emmelia, vir eloquentiam præſtantiſſimus, & in omni doctrina genere ſummus, ſcripſit plurima, inter qua maxima in admiratione ſunt commentarii* in opificium ſex dierum. *Etiam* contra Eunomium *eximios ſcripſit libros*, & *opus* de Spiritu ſancto: & in Hexaëmeron *IX. Homilias: aliud opus* Aſceticum, *id eſt, de exercitatione virtutis & pietatis: aliud* de virginitate: *Laudationem XL. martyrum: aliam de Gordio, aliam de Barlaam, aliam de Juliſta: item in diverſos Pſalmos: Sermones varios de moribus:* Epiſtolas, *quarum nulla iis meliores, quas tum ad Libanium ſophiſtam, tum ad Gregorium Nazianzenum familiarem, & ad alios complures, dedit. Hujus quoque Baſilii meminit Philoſtorgius in ea, quam adverſus hæreticos* * *edidit, Hiſtoria.*

* Imo pro Arianis.

Cæterum S. Baſilius, Euſebio defuncto, an. 370. Cæſarienſis creatus Epiſcopus, cum annis octo & menſibus aliqvot præfuiſſet, anno ineunte 397. Kalendis Januarii, in Domino obdormivit; Martyrologio Romano & Menologio Græcorum, ad eundem diem, adſcriptus. Opera ejus omnia, qvæ exſtant, Græco Latina 1618. Pariſienſes ediderunt. Eadem Latine antea 1616. Andreas Schottus S. J. Antverpiæ evulganda curarat. Præter Baſilium Cæſarienſem, fuit & alius ejusdem nominis in Oriente Antiſtes, pietate ac doctrina præſtans, *Baſilius Seleucienſis*, a nobis infra in Auctario prædicandus: cujus exſtant Orationes XLIV. & liber de vita S. Theclæ virginis ac martyris; omnia Lutetiæ Græco-Latina junctim edita.

## ERNESTI SALOMONIS CYPRIANI.

*Breves variosque tractatus.* Πολλὰ καὶ θαυμαστὰ ſcripſit, qvorum nonnulla in Latinum ſermonem convertit Ruffinus, ut eſt apud Socratem libro IV. capite XXVI. Hexaëmeron ejus ſecutus eſt Ambroſius, qvum Origenis de illo argumento librum verteret, ceu Hieronymus teſtatur epiſtola LXV.

# CAP. CXVII.

GREGORIUS, primum Saſimorum, z) deinde Nazianzenus Epiſcopus, a) vir eloqventiſsimus, præceptor meus, b) qvo Scripturas explanante didici, ad triginta millia verſuum omnia opera ſua compoſuit. E qvibus illa ſunt: de morte fratris Cæſarii: c) περὶ Φιλοπτωχίας: d) laudes Machabæorum: e) laudes Cypriani: f) laudes Athanaſii: g) laudes Maximi philoſophi, h) poſt exilium reverſi; qvem falſo nomine qvidam Heronis i) ſuperſcripſerunt; qvia eſt & alius liber vituperationem ejusdem Maximi continens:

Γρηγόριος, Σασίμων πρότερον, εἶτα Ναζιανζοῦ Ἐπίσκοπος, ἀνὴρ ἐλλογιμώτατος, ὁ ἐμὸς διδάσκαλος, ὃ ἐξηγουμένου τὰς θείας ἐγὼ γραφὰς, εἰς τρεῖς μυριάδας στίχων πάντα τὰ συντάγματα αὐτοῦ συνέθηκεν, ἀφ' ὧν ἐστι τάδε· Περὶ τῆς τελευτῆς τοῦ ἀδελφοῦ Καισαρίου, περὶ Φιλοπτωχίας, ἐπαίνος τῶν Μακκαβαίων, ἐπαίνος Κυπριανοῦ, ἐπαίνος Ἀθανασίου, ἐπαίνος Μαξίμου φιλοσόφου μετὰ τὴν ἔξοδον ἀναζεύξαντος, ἵν' ἄλλα ψευδῶς ἄλλου Ἥρωνος ἐπέγραψαν. Ἔστι γὰρ καὶ ἄλλη βίβλος, κατάγνωσιν τοῦ αὐτοῦ Μαξίμου περιέχουσα, ὡς μὴ ἐξὸν εἶναι· τὸν αὐτὸν καὶ ἐπαι-

z) Saſimi Cappadociæ opidum, cui Epiſcopum præfici ſe à Baſilio Cæſareenſi ægre paſſus eſt circa A. 373. Vide Nazianzeni Orat. V. VI. VII.

a) Proprie non fuit Epiſcopus Nazianzeni ſive Diocæſareæ, ſed Patris ſui cognominis qui Epiſcopum in illa Civitate Cappadociæ agebat, jam decrepiti vices per aliqvod tempus obiit. Vide Orat. VIII. X. XLI. & carmen de Vita. Sozomenum VI. 17.

b) Confer Baronium ad A. C. 379. n. 17.

c) Hæc eſt Oratio Nazianzeni X. dicta in laudem Cæſarii, fratris junioris natu, defuncti ſuperſtite utroque Parente, A. C. 368.

d) Oratio XVI. inter editas, cujus loca quædam illuſtrat S. Maximus in dubiis, Græce & Lat. Oxonii vulgatis à præclaro Viro Thoma Galeo.

e) Oratio XXII. f) Orat. XVIII. g) Oratio XXI. dicta A. 373.

h) Oratio XXIII. in laudem Maximi Cynici, in exilium miſſi ab Arianis A. 372. & poſt quinquennium reverſi Alexandriam A. 378.

i) Itaque Heronis nomen non ab ipſo Nazianzeno eſſe Hieronymus exiſtimavit. Maximum ſub nomine Ἥρωνος φιλοσόφου καὶ ὁμολογητοῦ etiam ab auctore vitæ S. Euthymii pag. 293. memorari ſuſpicatur Cotelerius notis ad T. 2. monument. pag. 640.

k) qvasi non licuerit eumdem & laudare & vituperare pro tempore. Et liber, hexametro versu, Virginitatis, & nuptiarum, contra se dissserentium. l) Adversum Eunomium liber unus: m) de Spiritu sancto liber unus. n) Contra Julianum Imperatorem libri duo. o) Secutus est autem Polemonem p) dicendi charactere; vivoqve se Episcopum in loco suo ordinans, q) ruri vitam monachi exercuit. Decessitqve ante hoc ferme triennium r) sub Theodosio Principe.

ἐπαινέσαι καὶ ψέξαι ἐν καιρῷ. Καὶ βίβλος δι' ἑξαμέτρων παρθενίας καὶ γάμου καθ' ἑαυτῶν διαλεγομένων. Καὶ τὰ Εὐνομίου λόγος εἷς, περὶ Πνεύματος ἁγίου λόγος εἷς, καὶ τὰ Ἰουλιανοῦ τοῦ Βασιλέως λόγοι εἷς. Ἠκολούθησε δὲ τῷ Πολέμωνος χαρακτῆρι καὶ περιὼν εἰς τὸν οἰκεῖον τόπον Ἐπίσκοπον καταστήσας, ἐν ἀγρῷ βίον μοναδικὸν ἀπεκύησατο, καὶ ἐτελεύτησε πρὸ τριετοῦς χρόνου βασιλεύοντος Θεοδοσίου.

k) Oratio XXVIII. adversus eundem Maximum, qui Episcopatum CPol. invaserat. Confer Blondellum de Episcopis ac presbyteris pag. 330. seq. Tillemontium Tom. IX. pag. 741. seq. Baronium, Antonium Pagi & Samuelem Basnage ad A. 379. & notas Benedictinorum ad S. Ambrosii Epistolam XIII. Tom. 2. Opp. pag. 815. In eundem Maximum invehitur Nazianzenus in Carmine quod incipit τί ταῦτα; τολμᾷς καὶ σύ; Tom. 2. pag. 249. De hoc Maximo infra, cap. 127.

l) Hic liber exstat Tom. 2. p. 42. & παρθενίης ἐπαινος inscribitur. Incipit: παρθενίην σεφάνοις ἀναδώσομεν ἡμετέροισιν.

m) Orat. XXXIII. seq. n) Orat. XXXVII. o) Orat. III. IV.

p) Suidas de Gregorio Naz. Ἠκολούθησε δὲ τῷ Πολέμωνος χαρακτῆρι τῷ Λαοδικέως τῷ σοφιστεύσαντος ἐν Σμύρνῃ, οὗ ἐγεγόνει διδάσκαλος Ἀριστείδου τοῦ Ῥήτορος. Hujus Polemonis pauca quaedam exstant quae licet cum Nazianzeno, dicendi charactere conferre. De Polemonis scriptis lib. IV. Bibl. Graecae parte 2. pag. 369 seq. descriptis Nazianzeni quorum novam editionem exspectare nuper jussit *Franciscus Lauvard* Monachus Benedictinus, dixi Tomo VII. pag. 508. seq. De Polemone Rhetore qui Hadriani & Antonini Pii temporibus claruit Smyrnae, Magister Rhetoris Aristidis, adeundus Philostratus lib. 1 de Sophistis cap. 25. eruditis desideratissimi Olearii nostri annotationibus illustratus. Pro Polemone vitiose quidam habent & *Quintilianum*.

q) Nazianzenus Episcopatu CPolitano qvem paucis mensibus gesserat, A. 381. in Synodo se abdicavit, Nectario in sui locum ordinato. Eulalium qvoq; Nazianzi Episcopum ordinavit A. 388 *V. de Tillemont. T. IX* memor.

r) Cum Hieronymus A. 392. hunc librum scripserit, putavit is Nazianzenum extinctum A. 389. Sed viri docti malunt assentiri Svidae, qui ait obiisse anno XIII. Theodosii Magni, hoc est CHristi 391. aetatis 90.

## ERASMI SCHOLIA.

Sophronius addidit nonnihil, haud scio, an de suo, legens in hunc modum. Gregorius primum Salimorum, deinde Nazianzenus episcopus.

*Fratris Caesaris.* Cæsarii legendum. Atqve hic Sophronius subjicit alium titulum, qvi praetermissus est in nostris codicibus, περὶ Φιλοπτωχίας, id est de paupertatis amore. Et ne qvis putet ab ipso additum, extat idem in vetustissimo codice scriptum. Et alter item, Laudes Machabæorum.

*Quidam Herona.* Heronis legendum. Ex Sophronio ἥρωνος. Non enim agitur de titulo libri, sed de authore.

## MARIANI VICTORII NOTA.

*Adversus Eunomium liber unus.* Cum hac vulgatâ lectione consentit etiam Sophronius. Mediceus tamen Fesulanusqve codices habent, Libri duo. Qvæ lectio transposita fuit; contra Julianum enim Imperatorem libros duos scripsit.

## HENR. GRAVII.

*Vir eloquentissimus praeceptor meus.* Hieron. in Ephes. cap. V. *Gregorius Nazianzenus vir valde eloquens, & in scripturis apprime eruditus &c.*

*Ad XXX. M. versuum omnia opera sua composuit.* Vide Rufinum ubi supra, & in praefat. Apolgetici, & Eucherium ad Valerianum, & Socratem lib. 4. cap. 26. & Sozomenum lib. 6. cap. 17. & 21. & lib. 7. cap. 5.

*Et liber Hexametro versu virginitatis & nuptiarum contra se differentium.* Hieron. Lib. I. in Jovinianum: *& praeceptor meus Gregorius virginitatem & nuptias differens gracis versibus explicavit.*

*Secutus est autem Polemonem dicendi charactere.* Hieron. in Galat. 5. cap. Polemonem & Qvintilianum conjungit. De Polemone autem lege Svidam.

*Decessitque ante hoc ferme biennium, sub Theodosio Principe.* Prosper in Chronicis Anno 3. Gratiani: *Gregorius Nazianzenus vir suae aetate eloquentissimus & Hieronymi praeceptor, obiit.* Vide etiam Joannem Cassianum lib. 7. de incarnatione Domini.

## AUBERTI MIRÆI.

*S. Gregorius Nazianzenus*, & Basilii Cæsariensis amicorum intimus, S. Hieronymi præceptor, anno 389. decessit. Ejus opera Græco-Latina, interprete Jac. Billio Pruneo, 1630. Parisienses publicarunt, cum Nicetæ Serronii, Pselli, Nonii & Eliæ Cretensis commentariis.

## ERNESTI SALOMONIS CYPRIANI.

*Nazianzenus episcopus.* Iterum hoc loco culpatur Hieronymus, qvod Gregorium Nazianzenæ ecclesiæ episcopum dicat; sed frustra. Faciunt eum Nazianzenum episcopum Ruffinus libro XI. historiæ capite IX. Socrates libro IV. capite XI. & XXVI. Theodoritus libro IV. capite XIX. Sozomenus libri VI. capite XVII. unoqve ore veteres reliqvi. Hos omnes errare, errare Hieronymum, qvi eo præceptore usus est, qvis credat? Tota ecclesia orientalis ita existimavit, superstite Gregorio. Nam inter accusationis capita, propter qvæ throno Constantinopolitano motus est, hoc qvoqve fuit, qvod deseruerit populum Nazianzenum, cui necessitudine obligatus esset. Nemo autem ex illis, qvi Gregorium defendunt, respondit, eum nunqvam fuisse Nazianzenæ ecclesiæ episcopum. Cum igitur inter omnes constet, Gregorium, superstite patre suo, Nazianzenam ecclesiam rexisse, qvod ipse nullibi non, præcipue vero in carmine de seipso & contra episcopos, à Jacobo Tollio primum edito fatetur; manifestum est, eum recte illius ecclesiæ episcopum dici: nisi qvis simul negare velit, Alexandrum, de qvo supra capite LXII. actum est, Hierosolymorum episcopum fuisse, qvamdiu Narcissus supervixit. At, inqvis, ipse Gregorius negat, se fuisse Nazianzenum episcopum. Eqvidem hoc verum est, negat, se illius urbis obtinuisse episcopatum, sed post patris obitum. Deinde ideo negat, ne recte accusatus videri possit, qvod tantillum episcopatum respuens inhiarit throno Constantinopolitano, ac curam nullam gesserit gregis Nazianzeni, à se derelicti. Hæc talia objicientibus respondit, se non fuisse, qvum Nazianzo discederet, episcopum: qva qvidem in re cum vetus ecclesia orthodoxa ei assensum non præbuerit, sed magno consensu Nazianzenum episcopum dixerit, non video, cur ea sententia hodie alicui vitio verti possit. Accedit, qvod Valesius ad Socratis librum V. caput XXVI. docet, Gregorium post amissam Constantinopolitanam sedem Nazianzum se recepisse, atqve ejus urbis episcopatum obtinuisse, donec senio defatigatus successorem sibi ipsemet eligeret.

*Omnia opera sua.* Opera Gregorii in codice Græco MSC bonæ notæ habentur in bibliotheca Casinensi, ut taceam alios codices, qvorum mentionem faciunt impressi bibliothecarum catologi. Extant ejusdem opera cum figuris, ante annos mille exarata, Mediolani in bibliotheca Ambrosiana. Vide Mabillon. Iter Ital. p. 13. & 123.

*Decessit ante hoc ferme triennium.* De Gregorii emortuali anno ex hoc loco agit Pagi in Prolegomenis dissertationis hypaticæ, n. 35.

# CAP. CXVIII.

**LUCIUS, post Athanasium Arianæ partis Episcopus, s) usqve ad Theodosium Principem, à qvo & pulsus est, t) Alexandrioam ecclesiam tenuit. Exstant ejus solemnes de Pascha epistolæ, u) & pauci variarum hypotheseon x) libelli.**

Λεύκιος μετὰ Ἀθανάσιον Ἀρειανῆς θρησκείας Ἐπίσκοπος ἔσχε Θεοδοσίου βασιλεύοντος, παρ' ὃ καὶ ἐξεώσθη, τὴν Ἀλεξανδρειανὴν κατέχειν ἐκκλησίαν. Φέρονται τούτου περὶ τοῦ πάσχα ἐπιστολαὶ, καὶ ὀλίγοι ποικίλων ὑποθέσεων λόγοι. ERAS-

s) Lucius hic ὁ Ἀστερος Ἀρειος Nazianzeno Orat. XXIII. pag. 417. ad Samosatenam primum, deinde etiam ad Alexandrinam sedem ab Arianis evectus A. 371. extruso Petro S. Athanasii successore, crudeliter in Catholicos consuluit, ut narrant Socrates IV. 36. Epiphanius LXXIII. 38 pag. 886. & LXVIII. 10. pag. 726. seq. & uberius Petrus ipse in Epistola apud Theodoretum IV. 22. Hist. ad qvem addendæ notæ Georgii Henschenii in actis Sanctorum T. 3. Maji pag. 207. seq.

t) A. 379. Vide Socratem IV. 37. Niceph. XII. 8.

u) Episcopi Alexandrini notum est hoc fuisse officium, ut Paschatis celebrandi tempus qvotannis solenniter indicaret. Cyrillus prologo Cycli XCV. annorum apud Bucherium p. 481. *Sanctorum totius orbis Synodi consensione decretum est, ut quoniam apud Alexandriam talis esset reperta Ecclesia, qua in hujus scientia clareret quota Kalendarum vel Iduum, quota Luna Pascha debeat celebrari, per singulos annos Romana Ecclesia literis intimaret &c.* Leo Magnus Epist. 94. (al. 64.) ad Marcianum Augustum: *studuerunt sancti Patres occasionem hujus erroris auferre, omnem hanc curam Alexandrino Episcopo delegantes, quoniam apud Ægyptios hujus supputationis antiquitus tradita esse videbatur peritia &c.* Unde illæ qvæ adhuc exstant Epistolæ Paschales Athanasii, Theophili, Cyrilli. Etiam de Dionysii Alex. Epistolis Paschalibus dictum supra cap. 69. Sed Lucii Epistolæ paschales interciderunt, excepto exiguo fragmento quod servatum est in Actis Concilii Romani Lateranensis sub Martino I. habitæ A. C. 649. Tom. VI. edit. Labbeanæ pag. 312. Λευκίου Ἀρειανοῦ, ἐπισκόπου γενομένου Ἀλεξανδρείας, ἐκ τῆς εἰς τὸ Πάσχα λόγης.

x) De varii generis argumento, Hieronymus infra c. 125. Sic Gennadius c. 53. & 57. Hieronymum imitatus.

## HENR. GRAVII.

*Lucius poſt Athanaſium Arianæ partis Epiſcopus.* Vide Rufin. lib. XI. cap. 3. & 6. & Socratem in eccleſ. Hiſtor. lib. 4. cap. 20. 24. & 36. & Theodoretum lib. 4. cap. 15. 20. & 21. & Sozomenum lib. 6. capite qvinto decimo nono, & 38.

## ERNESTI SALOMONIS CYPRIANI.

*A quo pulſus.* Guelpherbytanus codex: *A quo expulſus eſt.* De hoc multa legi poſſunt ex epiſtola Petri, Alexandrini epiſcopi, libro IV. capite XXII. Theodoriti, ubi dicitur λύκας τὴν πονηρίαν καὶ τὰς πράξεις ἔχων ἐσπιδακώς.

# CAP. CXIX.

**DIODORUS, Tarſenſis Epiſcopus, y) dum Antiochiæ eſſet presbyter, magis claruit. Extant ejus in Apoſtolum commentarii, z) & multa alia, ad Euſebii magis Emiſeni a) characterem pertinentia: cujus cum ſenſum ſecutus ſit, eloqventiam imitari non potuit, propter ignorantiam ſæcularium litterarum.**

Διόδωρος Ταρσοῦ Ἐπίσκοπος, ἡνίκα ἦν Ἀντιοχείας πρεσβύτερος μᾶλλον λαμπρὸς ἦν. Εἰσὶ τούτου εἰς τὸν Ἀπόστολον ὑπομνήματα, καὶ ἕτερα πλεῖστα εἰς τὸν Εὐσεβῆ μᾶλλον τὸν Ἐμεσηνὸν χαρακτῆρα προσήκοντα, ἃ ἵνος τῇ γνώμῃ ἀκολουθήσας τὸ εὐλόγιμον οὐκ ἠδυνήθη μιμήσασθαι διὰ τὴν ἀπειρίαν τῶν κοσμικῶν γραμμάτων.

y) AMeletio poſt Valentis mortem reverſo ab exilio, Diodorus ordinatus eſt Tarſi Epiſcopus A. 378. Antiochiam in qua ante presbyter fuerat, inviſit poſtea A. 387. ubi à Joanne Chryſoſtomo eſt laudatus. Sed A. 492. qvo hæc Hieronymus ſcripſit, jam fortaſſe obierat. Certe A. 494. ſucceſſor ejus Phalerius Synodo ſubſcripſit CPolitanæ. Vide Tillemontium Tom. VIII. memor.

z) Apud Facundum, qui inter multa quæ in laudem Diodori congeſſit, etiam hunc Hieronymi locum refert IV. 2. legitur: *in Apoſtolo Commentaria.* Cæterum & hæc quæ in Pauli Epiſtolas, & quæ in alios libros plerosque ſacrorum ſcriptorum commentatus eſt Diodorus, interciderunt omnia exceptis quibuſdam apud Catenarum ſcriptores fragmentis. Sed & alia Diodori ſcripta quæ extitere olim non pauca, hodie vix de titulo nobis innoteſcunt, niſi quod nonnulla Syriace verſa adhuc ſupereſſe teſtatus eſt Hebed JEſu. Vide Tom. VIII. Bibl. Græcæ pag. 358. ſeq.

a) Vocabulum *Emeſeni* apud Facundum deſideratur, ſupplendum neceſſario, ne Euſebium alium cogites. De Euſebio Emeſeno ſupra cap. 91. ubi ejus adverſus Judæos & Gentes & Novatianos Hieronymus memorat. Similiter & Diodorum adverſus Gentes & contra Judæos, & contra hæreticos varios ſtrinxiſſe ſtylum jam dicto Bibl. Græcæ loco annotavi. Euſebii Emeſeni & Diodori ſectatorem Chryſoſtomum vocat noſter infra, c. 129.

## ERASMI SCHOLIA.

*Ad Euſebii magis Emiſeni.* Ut rurſum ex characteris indicio, notat librum falſo inſcriptum.

*Cujus ſenſum cum ſecutus ſit.* Ubi ſunt qvi ſolent reſpondere, non eundem hominis eſſe ſtilum ubiqve?

## HENR. GRAVII.

*Diodorus Tarſenſis Epiſcopus.* Meminit hujus in epiſtola: *In ipſo:* Vide Baſilium in epiſt. ἐνέτυχον ad Patrophilum: & Socratem lib. 6. cap. 3. & Theodoretum libro 4. cap. 25. & libro 5. cap. 4.

## ERNESTI SALOMONIS CYPRIANI.

*In apoſtolum commentarii.* Fragmentum exhibet Hieronymus epiſtola CLII.

# CAP. CXX.

**EUNOMIUS, Arianæ partis, Cyzicenus Epiſcopus, b) in apertam hæreſeos ſuæ prorumpens blaſphemiam, c) ut qvod illi tegunt, iſte publice fateretur, usqve hodie vivere dicitur in Cappadocia, & multa**

Εὐνόμιος Ἀρειανῆς θρησκείας Κυζίκου Ἐπίσκοπος, τοσοῦτον εἰς βλασφημίαν ἦλθε τῆς οἰκείας αἱρέσεως, ὡς τε ὅπερ ἐκεῖνοι κρύπτουσι, τοῦτο φανερῶς ὁμολογῆσαι. Ἕως τοῦ νῦν λέγεται περιεῖναι ἐν Καππαδοκίᾳ, καὶ



b) Eunomius ex Diacono Antiocheno factus Cyzici Epiſcopus eſt A. 360. in locum Eleuſii, ut teſtatur Gregorius Nyſſenus I. contra Eunom. pag. 308. ſeq.

c) Dejectus ideo eſt ab Epiſcopatu Eunomius eodem anno & in exilium miſſus. Novo inde exilio affectus ſub Valente atque iterum ſub Theodoſio M. à qvo denique veniam impetravit ad patrios Dacoræ agros in Cappadocia revertendi, Vide Sozomenum VII. 17. In illis ſuperſtes, adhuc cum Hieronymus iſta A. 492. ſcriberet, obiit non diu poſt, certe ante A. 396.

Digitized by Google

contra Ecclesiam scribere. d) Responderunt ei Apollinarius, e) Didymus, Basilius Cæsariensis, Gregorius Nazianzenus, & Gregorius Nyssenus.

πολλὰ κατὰ τῆς ἐκκλησίας συγγεγράφει, ὥστιν ἀντέγραψαν Ἀπολινάριος, Δίδυμος, Βασίλειος Καισαρείας, Γρηγόριος Ναζιανζηνὸς καὶ Νυσσηνός.

d) Ex his Eunomii scriptis exstant ejus Ἔκθεσις quam confutavit Nyssenus libro 2. contra Eunomium, & ἀπολογητικὸς, contra quem scripsit S. Basilius. Utramque dedi, & Apologeticum primus publicavi T. VIII. Bibliothecæ Græcæ, ubi & de aliis ejus scriptis deperditis, ut Commentario in Epistolam ad Romanos atque Epistolis.

e) Quæ adversus Eunomium scripsere Didymus, & quæ Apollinaris, laudata etiam Philostorgio VIII. 12. interciderunt. Sed exstant SS. Doctorum Basilii, Nazianzeni & Nysseni scripta.

## HENR. GRAVII Schol.

*Eunomius Ariana partis Cyzicenus Episcopus.* In Chronicis Hieronymus: ann. 10. Valentiniani & Valentis: *Eunomius discipulus Aëtii Constantinopoli agnoscitur, à quo hæresis Eunomiana.* In Esa. cap. 65. *Qualis fuit Marcion & Valentinus, & nuper Eunomius mentis immunditiam lepros carne confessus, &c.* Meminit quoqve in Tit. cap. 2. & 3. Vide Rufinum lib. 10. cap. 24. & Augustinum cap. 54. de hæresibus: *Aëtiani*: & Socratem lib. 5. ecclesiast. histor. cap. 20. & Theodoretum lib. 2. & Sozomenum lib. 6. cap. 8. & 26.

## AUBERTI MIRÆI.

*Eunomius* Aëtii Syri discipulus, Cyrici, aliis Cyzici Episcopus cum magistro suo hæresim Anomœorum sive Eunomianorum excitavit: qvi Filium Patris esse dissimilem asserebant De hæresi ista Epiphanius hæres. 76. & Socrates lib. 2. cap. 35. agunt.

*Apolinarii* Græcis constanter dicti sunt, tum antiqvior ille *Hierapolitanus*, qvi sub M. Aurelio vixit, apud Eusebium libro 4. cap 26. & apud Hieronymum supra cap. 26. tum Laodiceni duo in Syria: qvorum junior, id est, filius, hæresis auctor fuit, de qva Apolinaristæ nuncupati. Pro Apolinariis *Apollinares* plerique apud Latinos vocant, diversam vocis originem non animadvertens.

## ERNESTI SALOMONIS CYPRIANI.

*Et multa contra ecclesiam scribere. Et multa contra ecclesiam scribere ausus est*, habet noster Codex.

# CAP. CXXI.

**PRISCILLIANUS**, f) Abilæ Episcopus, qvi factione Hidacii & Ithacii g) Treveris à Maximo tyranno cæsus est, * edidit multa opuscula, h) de qvibus ad nos aliqva pervenerunt. Hic usqve hodie à nonnullis Gnosticæ, i) id est, Basilidis

Πρισκιλλιανὸς Ἀβίλης Ἐπίσκοπος, ὃς ὑπὸ συστροφῆς Ἰδατίου καὶ Ἰθακίου, εἰς Τρίβεριν παρὰ Μαξίμου τοῦ τυράννου ἐφάγη, ἐξέδωκε πολλὰ συντάγματα, ἀφ' ὧν τινα εἰς ἡμᾶς παρελήλυθασιν. Οὗτος ἄχρι τήμερον παρά τινων τῶν Γνωστικῶν αἱρετικῶν, τουτέστιν Βασιλείδου

f) De Priscillitano Abulensi Hispaniæ ulterioris Episcopo ejusque hæresi Hieronymus lib. contra Pelagianos, Epiphanius & Damascenus hæresi 49. Augustinus & auctor prædestinati hæresi 70. Sulpicius Severus sub extrem. libri 2. Hist. & dialogo 3. Augustinus libro ad Orosium contra Priscillianistas, Tomo VIII. edit. novæ, & sermone 129. de tempore (in nova edit. T. V. Appendice serm. 233.) *qui de fide recta contra omnes hæreses* inscribitur & quem Priscillianistis oppositum observat Paschasius Quesnellus diss. XIV. ad Leonem M. pag. 723. Leo Magnus Epist. 93. (al. 15.) ad Turibium. E recentioribus Tillemontius Tom. VIII. memor. & Nic. Antonius lib. 2. Bibl. Veter. Hispan. cap 5. Damnati sunt Priscillianistæ in Conciliis Cæsaraugustano A. 380. Burdegalensi A. 385. Toletano I. A 400. Braccarensi A. 563. &c.

g) In aliis vitiose *Hylatii* vel *Hydiati & Ithacii*, pro quo rectius alii *Hidacii* sive *Idatii & Ithacii*. Sic & Sulpicii Severi Codices, ll. 62. *Tum vero Idacius & Ithacius accrius instare*, & ll. 63. *Secuti etiam accusatores Idacius & Ithacius Episcopi, quorum studium in expugnandis hæreticis non reprehendrem, si non studio vincendi plus quam oportuit tartassent. - - Certe Ithacium nihil pensi, nihil sancti habuisse definio &c.* Apud Prosperum, Isidorum, Sigebertum Gemblacensem & Hermannum Contractum duo illi vocantur *Ithacius & Ursacius*. Prosperi verba adscribam: *Ithacius & Ursacius Episcopi, ob necem Priscillianni, cujus accusatores fuerant, Ecclesia communione privantur.*

* A. 386. Arcadio & Bautone Coss. *Priscillianus in Synodo Burdegalensi se damnandum intelligens ad imperatorem Maximum provocavit, auditusque Treviris ab Evodio præfecto prætorio, à Maximo gladio addictus est cum Eucbrotia Delphidii Rhetoris conjuge & Latroniano* (hic est de quo Hieronymus infra cap. 122.) *aliisque erroris conscribas.* Hæc idem Prosper in Chronico pag. 736.

h) Scripta Priscilliani una cum auctore suppressa omnia à nemine veterum, qualia fuerint vel quibus inscripta titulis, memorantur, nedum ut ætatem ipsa tulerint: excepto fragmento Epistolæ apud Orosium in Commonitorio de erroribus Priscillianistar.

i) Sulpicius Severus ll. 60. *Tum primum infamis ista Gnosticorum hæresis intra Hispanias deprehensa, superstitio* exti-

Digitized by G

& Marcionis, de qvibus Irenæus k) ſcripſit, hæreſeos accuſatur; defendentibus aliis, non ita eum ſenſiſſe ut arguitur.

λιόδη καὶ Μαρκίωνος, περὶ ὧν Εἰρηναῖος συνέγραψεν, ὡς αἱρετικὸς κατηγορεῖται, ὑπολαμβάνοντων τινῶν, οὐχ οὕτως αὐτὸν νενοηκέναι ὡς ἐνδικνύεται.

*exitialibus arcanis occultata ſecretis. Origo iſtius mali orta ab Ægyptiis - - Primus eam intra Hiſpanias Marcus intulit, Ægypto profectus, Memphis ortus. Hujus auditores fuere Agape quædam non ignobilis mulier & Rhetor Helpidius. Ab his Priſcillianus eſt inſtitutus, familia nobilis, prædives opibus, acer, inquies, facundus, multa lectione eruditus, diſſerendi ac diſputandi promteſſimus. Felix profecto ſi non pravo ſtudio corrupiſſet optimum ingenium, prorſus multa in eo animi & corporis bona cerneres. Vigilare multum, famem ac ſitium ferre poterat, habendi minime cupidus, utendi pareiſſimus. Sed idem vaniſſimus, & plus juſto inflatior profanarum rerum ſcientia, quia & magicas artes ab adoleſcentia cum exercuiſſe creditum eſt.*

k) De quo ſupra cap. 35.

## ERASMI SCHOLIA.

*Abila epiſcopus.* Abila civitas eſt Phœnices in Syria.

*Factione Hylacii & Hithacii.* Sic enim reſtituimus varie depravata vocabula, partim ex Sophronio, partim ex notis vetuſtiſſimi codicis.

## HENR. GRAVII.

Qui factione Hilarii & Ithacii Treveris à Maximo Tyranno cæſus eſt. Corrige & lege: *Itacii & Urſacii.* Proſper in Chronicis. *Ea tempeſtate hoc eſt, anno primo Gratiani cum Theodoſio, Priſcillianus Epiſcopus de Galatia & Manichæorum & Gnoſticorum dogmate hæreſim nominis ſui condidit. Anno primo Valentiniani cum Theodoſio: Priſcillianus in ſynodo Burdegalenſi ſe damnandum intelligens, ad Imperatorem Maximum provocavit, auditusque Treviris ab Evodio præfecto prætorio, à Maximo gladio addictus eſt, cum Euchrotia Delphidii Rhetoris conjuge, & Latroniano, aliisque erroris conſortibus. Burdegala quadam Priſcilliani diſcipula nomine Urbica, ob impietatis pertinaciam, per ſeditionem vulgi lapidibus extincta eſt.* Anno 5. *Itacius & Urſacius Epiſcopi, ob necem Priſcilliani, cujus accuſatores fuerant, eccleſia communione privantur.* Severus in dialogo: *Maximus Imp. alias ſane bonus, depravatus conſilio ſacerdotum poſt Priſcilliani necem, Itacium Epiſcopum Priſcilliani accuſatorem, cæteroſque illius ſocios, quos nominare non eſt neceſſe, vi regia tuebatur, ne quis ei crimini daret, opera illius cujuscunque modi hominem fuiſſe damnatum.* Mox: *Congregati apud Treviros Epiſcopi tenebantur, qui quotidie communicantes Itacio communem ſibi cauſam fecerant: & jam pridie Imperator ex eorum ſententia decreverat, tribunos ſumma poteſtate armatos ad Hiſpanias mittere, qui hæreticos inquirerent, deprehenſis vitam & bona adimerent.* Iſidorus de VV. illuſtrib. *Itacius Hiſpaniarum Epiſcopus, cognomento & eloquio Clarus, ſcripſit quendam librum &c.* Scripſit qvoqve hic Itacius prolixum opus adverſus Varimadum Arianum, quod hodie extat in Biblioth. Patrum. De Priſcillianiſtis qvoqve vide Auguſtinum ad Qvod vult Deum c. 70. *Priſcillianiſta.*

## AUBERTI MIRÆI.

Haud abs re fuerit hoc loco Priſcilliani ejusqve aſſeclarum conatus & fœdos exitus commemorare. *Gnoſticorum ſectam (cujus ſemina à* Marco *quodam* Ægyptio, *Baſilidis diſcipulo, primum ſparſa fuerunt, Hadriano imperante)* Priſcillianus *in Hiſpania circa annum* 383. *excitavit. Fuit is homo copioſus, & generis nobilitate clarus, in ea Hiſpaniæ parte natus, cui Calecio nomen eſt. Inerant præterea multa animi & corporis bona: ſed has virtutes non minora vitia fœdabant; inquies animus & turbulentus, atque ex profana ſcientia mentis elatio. Ingenii dexteritate & accommodatis ad tempus officiis,* Inſtantium & Salvianum *Epiſcopos ſecta ſua conciliavit. Hos Idacius Emeritæ Præſul. S. Hieronymi laude nobilis,* Agidini *Cordubenſis Epiſcopi inimicus, exagitandos cum ſuſcepiſſet, vulnus recruduit: latiusque ſerpſit malum, quod contractatum cautius, fortaſſis curationem admiſiſſet. Ad illud extremum & ultimum deventum, ut in conventu Epiſcoporum Cæſarauguſtæ habito, ea de cauſa, utrique in re præſenti diſceptarent. Sectarii die dicta cum venire recuſaſſent, anathemati ſubjecti* Inſtantius & Salvianus *Præſules, e populo* Elpidius & Priſcillianus, *& cum his* Agidinus *Cordubenſis Epiſcopus mutata voluntate, ex inimico repente hæreticorum ſocius factus.* Ithacio Oſſunobenſi *(ſic Severus Sulpitius vocat) Epiſcopo ſententia promulgandæ cura demandata, ardenti homini atque procaci: qui jejuniis aut lectioni ſacræ deditos, quaſi Priſcilliani ſectatores, palam accuſaret. Hujus atque Idacii diligentia, a Gratiano Imp. tum ſuperſtite imperatum, ut hæreticis templis, urbibus totaque provincia expelli mandaret. Inſtantius & Salvianus, atque cum his Priſcillianus, interim Abulenſis Epiſcopus, ſectatorum ope creatus, Romam præſidii cauſſa contendentes, & in Aquitania ſubſiſtentes, non paucos eo in tractu, ad ſectam ſuam traxerunt. Romam appulſis* Damaſi *Pontificis conveniendi poteſtas non eſt facta; ac ne* Ambroſius *quidem Mediolani eorum vocibus aures præbuit: ad novi dogmatis inſolentiam cunctis exhorrentibus. Non remittunt tamen: corrupto officiorum Magiſtro Macedonio, à Gratiano impetratum, ut priore edicto inducto, ablata eccleſia Priſcilliano atque Inſtantio redderentur: nam Salvianus Romæ diem obierat. Ab eo ſucceſſu Gnoſticorum audacia confirmata:* Ithacius *ſedulitatis lege poſtulatus, atque a Volventio Vicario ad necem quæſitus, ad Gregorium*

*Præfectum prætorii in Galliam confugit. Eo parum opis ferente, Maximum Imp. adiit, ab eoque Treveris impetratum, cognitionem Burdigalæ in Episcoporum conventu instauari. Eo venire compulsi sunt Priscillianus atque Instantius: a Priscilliano, cum socius gradu dejectus esset, ad Maximum provocatum: factumque Episcoporum inconstantia, ut ad Imperatorem devolueretur caussa, novo ad eam diem exemplo, judicem profanum de hæreticis judicare. Cæterum caussa Treveris agitata, atque urgente Ithacio capitale supplicium* A. 389. Priscillianus *subiit; maleficii convictus, atque nocturnos conventus cum fœminis, religionis specie, egisse. Interfecti præterea* Felicissimus & Armenius, *tum* Latronianus *seu* Matronianus, *fœdo exitu nobilior quam pangendis carminibus.* Instantius *ultra Britanniam in insulam deportari jussus est. Priscilliano occiso, secta non modo non est repressa, sed latius etiam propagata. Eorum corpora, in Hispaniam delata, a sectatoribus, martyrum instar, honorata sunt.* Ithacius & Idacius *solum exilio vertere compulsi; quod iis agentibus hæretici essent trucidati.* Sic fere Mariana lib. 4. De rebus Hispaniæ cap. 20.

Cæterum Isidorus tradit, Priscillianum Gnosticorum & Manichæorum erroribus mixtum dogma composuisse. Augustinum lib. de hæresibus cap. 70. lege.

## ERNESTI SALOMONIS CYPRIANI.

*Basilidis & Marcionis. Basilidis vel Marcionis*, est in codice.

# CAP. CXXII.

LATRONIANUS, l) provinciæ Hispaniæ, valde eruditus, & in metrico opere veteribus comparandus, cæsus est & ipse Treveris cum Priscilliano, Felicissimo, m) Juliano, Euchrotia, ejusdem factionis auctoribus. Exstant ejus ingenii opera, diversis metris edita.

*Ματρωνιανὸς ἐπαρχίας Ἰσπανίας, σφόδρα πεπαιδευμένος, καὶ εἰς ἐποποιΐαν τοῖς ἀρχαίοις συγκρινόμενος, ἐσφάγη καὶ αὐτὸς σὺν Τελβέρει ἅμα Πριστιλλιανῷ, Φηλικισσίμῳ, Ἰουλιανῷ, καὶ Εὐχρωτίᾳ, τοῖς ἐξάρχοις τῆς αὐτῆς αἱρέσεως. Εἰσὶ τάττα συγγράμματα διαφόρῳ μέτρῳ ἐκδοθέντα.*

l) Latronianus scripsi pro Matroniano quia non modo Latronianum habent Codices plerique Hieronymi ut Gemblacensis, Sigebergensis & Martinensis teste Suffrido Petri, sed ita apud Hieronymum quoque legit Honorius & ita dicitur in Codicibus Sulpicii Severi II. 64. & in Prosperi Chronico. Cæterum ex ejus scriptis nihil tulit ætatem.

m) De Felicissimo & Euchrotia meminit idem Sulpicius his verbis: *Priscillianus capitis damnatus est unaque cum eo Felicissimus & Armenius qui nuper à Catholicis, clerici Priscillianum secuti, desciverant. Latronianus quoque & Euchrotia gladio peremti.* Euchrotiam illam Delphidii Rhetoris cujus Ausonius in Professoribus Burdegalensibus carm. 5. meminit, conjugem fuisse Prosper notarum reliquit. De eadem Latinus Pacatus cap. 29. Panegyrici: *Objiciebatur atque etiam exprobrabatur mulieri vidua nimia religio & diligentius culta Divinitas. Quid hoc majus poterat intendere accusator Sacerdos?* (Ithacius) *Fuit enim, fuit & hoc delatorum genus, qui nominibus antistites, revera autem satellites atque adeo carnifices, non contenti miseros avitis evolvere patrimoniis, calumniabantur in sanguinem, & vitas premebant rerum jam paupertate.*

## ERASMI SCHOLIA.

Hunc verterant in Latronianum.

*Cum Encrotia.* Cum Euchrotia legendum.

## HENR. GRAVII.

*Latronianus.* Ita legit & Prosper in Chronicis, pro Matronianus.

## AUBERTI MIRÆI.

*Matronianus* seu Latronianus, fœdo exitu nobilior fuit, qvam pangendis carminibus: qvamvis in aliqvo poëtarum numero sua ætate fuerit: ut Mariana lib. 4. cap. 20. loqvitur.

## ERNESTI SALOMONIS CYPRIANI.

*Valde eruditus.* Codex: *Vir valde eruditus.*

*Euchrotia.* Codex: *Eutropia.*

# CAP. CXXIII.

TIBERIANUS Bæticus, scripsit o) pro suspicione, qva cum Priscilliano accusabatur hæreseos, apologeticum tumenti

*Τιβεριανὸς Βαιτικὸς, συνέγραψε περὶ τῆς ὑπονοουμένης αἱρέσεως μεθ' ἧς ἅμα Πριστιλλιανῷ κατηγορεῖτο, ἀπολογητικὸν ὑπὲρ ἑαυτῆς*

o) Ex Tiberiani quoque hujus scriptis nihil jampridem exstat. Et qui Apologeticum ejus memorant Ado in Chronico & Honorius, ab Hieronymo id habuere.

Digitized by Google

compoſitoqve ſermone : p) poſtea poſt ſuorum cædem , tædio victus exilii , q) mutavit propoſitum, & juxta ſanctam Scripturam , r) *canis reverſus ad vomitum ſuum*, filiam devotam Chriſto virginem, matrimonio copulavit.

ἐν ἐπηρμένῳ λόγῳ. Ὃς τις μετὰ τὴν τῶν ἰδίων σφαγὴν πτηθεὶς , ἀνιαρῶς διάγων ἐν τῇ ἐξορίᾳ, ἐξέστη τῆς οἰκείας προθέσεως , καὶ κατὰ τὴν θείαν γραφὴν , κύων εἰς τὸν ἴδιον ἔμετον ἀναζεύξας , θυγατέρα καθιερωθεῖσαν θεῷ παρθένον γαμηθῆναι κατηνάγκασεν.

p) Compoſitum ſermonem dixit pro elaborato, in qvo ut ait Lucilius *qnam lepide λέξεις compoſta ut teſſerula omnes*, apud Ciceronem 3. de Oratore cap. 43.

q) Exilii ejus locum nos docet Sulpicius Severus lib. 2. cap. 64. *Tiberianus ademptis bonis in Sylinam inſulam datur.* Sylina inſula oræ Britannicæ vicina, hodie Silly, Plinio Silumnus. Vide Cambdenum in Britannia, & Nic. Antonium lib. 2. Bibl. veteris Hiſpanæ cap. 5. §. 131.

r) Proverb. XXVI. 11. & 2. Petr. II. 22.

## ERASMI SCHOLION.

*Matrimonio copulavit.* Id eſt coëgit ut nuberet, ſic enim explicat Sophronius, ne qvis accipiat illum ſuam ipſius duxiſſe filiam.

## MARIANI VICTORII.

*Canis reverſus ad vomitum ſuum, filiam , devotam Chriſto virginem , matrimonio copulavit.* Acriter reprehendit Hieronymus, qvod infelici hac noſtra ætate paſſim alicubi fit ; jureqve fieri etiam ab hæreticis aſſeveratur. Matrimonio autem copulavit , dixit , hoc eſt, *κατηνάγκασεν*, coëgit ut nuberet, alteri ſcilicet , non ſibi.

## HENR. GRAVII.

*Filiam devotam Chriſto virginem matrimonio copulavit.* Locutio trita Hieronymo. Libro 2. in Jovinianum: *Satur in terra matrimonio copulatur.* In Epheſ. 5. *Nubentes & matrimonio copulati* & in Hierem. 2. & in Oſeæ 3. & alibi.

## ERNESTI SALOMONIS CYPRIANI.

*Filiam devotam Chriſto virginem matrimonio copulavit.* Piaculum eſt , alicui quicqvam affingere. Sed codex noſter diſerte docet , qvod reliqvi in medio relinqvunt, Tiberianum propriam filiam duxiſſe uxorem. *Matrimonio ſibi copulavit*, habet. *

* Vitioſe, ut non dubito.

# CAP. XXIV.

AMBROSIUS, Mediolanenſis Epiſcopus, usqve in præſentem diem s) ſcribit: de qvo, qvia ſupereſt, meum judicium ſubtraham, ne in alterutram partem, aut adulatio in me reprehendatur, aut veritas.

Ἀμβρόσιος Μεδιολάνου Ἐπίσκοπος, ἕως τῆς σήμερον ἡμέρας συγγράφεται, καὶ ἐπέκεινα πεφέρεται, τῶν ἐμῶν λόγων ἀνασκάλλων μήτως κολακείας μᾶλλον , ἢ ἀληθείας ἐνθύμιον.

s) Hæc A. 392. Hieronymus, cum jam plurima ſcripta ſua Ambroſius vulgaſſet , quem defunctum conſtat non diu poſt A. C. 396. vel certe 398. Vide Papebrochii diſſertationem de anno & die mortis S. Ambroſii: in actis Sanctor. ante Tom. 1. Aprilis pag. XXXVIII. ſeq. Vitam ejus accurate præter alios tradiderunt Tillemontius Tomo X. memor. Godfridus Hermantius, & quibus luculentam Ambroſii operum editionem Pariſ. 1686. 1691. fol. 2. Volum. vulgatam debemus Jacobus Frichius & Nicolaus le Nourry, Monachi clariſſimi Benedictini.

## ERASMI SCHOLION.

Cum multos ſuperſtites honorifice recenſuerit Hieronymus , mirum cur in uno Ambroſio prætexat hanc cauſam, qvod adhuc viveret. Certe poterat illius opera recenſere, verum non optime ſenſiſſe de litteris Ambroſii Hieronymum calumniatur & Ruffinus, & conſentaneum eſt illum non probaſſe hominis dictionem, cum fidem & ſanctimoniam approbaret.

## HENR. GRAVII.

*Ambroſius Mediolanenſis Epiſcopus.* Proſper in Chronicis: *anno 2. Gratiano & Theodoſio 5. Coſſ pro catholica fide multa ſubtiliter Ambroſius ſcribit.* Vide Caſſianum lib. 7. de Incarnatione Domini: *Paulus presbyter non ille Nolanus Epiſcopus , petente Auguſtino , conſcripſit ſancti Ambroſii vitam, ſignis florentem , atque doctrinis , & meritis Apoſtolorum non imparem.*

## AUBERTI MIRÆI.

*S. Ambroſius* , an. 374. aut 375. die 7. Decembris Mediolano datus Epiſcopus, deceſſit Honorio IV. & Eutychiano Conſulibus (hoc eſt, Chriſti anno 398.) ſi Marcel-

lino credimus. Alii ejus obitum ad annum ſuperiorem referunt. Ambroſii opera omnia exſtant Romæ & Lutetiæ 1586. typis evulgata. Qvæ porro ſint genuina, Bellarminus lib. de Script. eccleſ. breviter explicat.

## ERNESTI SALOMONIS CYPRIANI.

*De quo, quia ſupereſt.* Qoamdiu ſupervixerit ab hujus libri editione, non eſt ſatis explicatum. Doctiſſimus Papebrochius putat, eum obiiſſe anno CCCXCVIII. die XVII. aprilis, ſeu ſabbatho ſancto paſchatis, qvi anno CCCXCVIII. incidebat in XVIII. aprilis. Martyrologia Bedæ & aliorum habent IV. aprilis. Sed Mabillonius vulgatam ſententiam, qva anno CCCXCVI. die V. aprilis deceſſiſſe dicitur, retinendam putat, cum ob alias cauſas, tum qvod in vetuſtiſſimo Mediolanenſium epiſcoporum catalogo, qvem primus edidit, die V. aprilis dicatur depoſitus. Ego nullus dubito, qvin vulgaris ſententia Papebrochianæ præferenda ſit. Illud vero plane non eſt veroſimile, eundem die V. ſepulturæ traditum eſſe, qvum tanta feſtinatione uſi non ſint veteres in recondendis corporibus epiſcoporum. Nec apparet, qvi decenter fieri potuerit, eiqve ex more intereſſe clericorum piorumqve hominum multitudo. De libris Ambroſii nihil moneo. Ritum, ſeu, ordinem Ambroſianum erudite excuſſit Mabillon, fateturqve, eum hodie multo alium eſſe, qvam fuerit Ambroſii aevo.

# CAP. CXXV.

EVAGRIUS Antiochiæ Epiſcopus, t) acris ac ferventis ingenii, cum adhuc eſſet presbyter, diverſarum hypotheſeon u) tractatus mihi legit, qvos necdum edidit: vitam qvoqve beati Antonii x) de Græco Athanaſii in ſermonem noſtrum transtulit.

Εὐάγριος Ἀντιοχείας ἐπίσκοπος, εὐφυὴς, καὶ ἀκρας διανοίας, ἔτι πρεσβύτερος ὢν, διαφόρων ὑποθέσεων ὁμιλίας ἀνέγνω μοι, ἃς ὕστερον ἐξέδωκε, καὶ τὸν βίον δὲ τὸν μακαρίτου Ἀντωνίου ἀπὸ ἑλληνικῆς Ἀθανασίου, εἰς τὴν ἡμετέραν διάλεξιν μετήνεγκεν.

t) Ex parte Euſtathianorum ultimus Epiſcopus Antiochenus fuit Evagrius in locum Paulini ab A. 388. vel 389. & cum ipſo defuncto ſchisma in illa Eccleſia exſpiravit. Ex Hieronymo autem colligas tunc cum hæc ſcriberet hoc eſt A. 392. adhuc Evagrium ſuperſtitem fuiſſe. Conſer Tillemontium T. XII. memor. p. 14. ſeq.

u) Scripta varii argumenti, ut ſupra cap. 118. *variarum hypotheſeon libri.* Sed ex illis Evagrii ſcriptis nihil tulit ætatem.

x) Hanc Latinam verſionem vitæ S. Antonii ab Athanaſio ſcriptæ, Hieronymo ipſi à quibusdam falſo tributam probat Rosweidus ad Vitas Patrum p. 23. ſeq. Prodiit poſt editiones Mombritii, Surii ad 17. Januar. aliorumq;, emendatius vulgata à Rosweido cum notis Tom. 1. pag 25. ſeq. Bollando Tom. 2. Act. Sanctor. Januarii pag. 107. & in nova editione Operum S. Athanaſii Montfauconiana, Tomi I. parte poſteriore.

## HENR. GRAVII ANNOTATIO.

Evagrius Antiochiæ Epiſcopus. De eo Hieronymus Epiſt. ad Florentium; *Vitam quoque B. Antonii de Græco Athanaſii in noſtrum ſermonem transtulit.*

## AUBERTI MIRÆI.

Labuntur Sixtus Senenſis & Trithemius, dum Evagrium Epiſcopum Antiochenum, & Evagrium monachum S. Macarii Ægyptii diſcipulum, Origeniſtam, conflant in unum. Ex his *Evagrius Antiochenus*, ante Epiſcopatum, hoc eſt, cum adhuc eſſet presbyter, vitam S. Antonii, ab Athanaſio Epiſcopo Alexandrino Græce ſcriptam, Latine reddidit: exſtatqve tom. 1. in Vitis Patrum, a Moreto 1628. Antverpiæ editis, cum Notis Heriberti Rosvveidi. *Evagrii monachi* (qvem vulgus Ponticum, Hieronymus Hyperboritam vocat) ſcripta Gennadius cap. 11. enumerat. De tertio *Evagrio* idem Gennadius cap. 50. & ex eo Honorius cap. 50. agunt. Qvartus Evagrius ſit nobis *Evagrius Scholaſticus*, qvi, poſt Socratem & Theodoretum, Hiſtoriam eccleſiaſticam libris ſex, usqve ad annum circiter Chriſti 595. Græco ſermone deduxit.

## ERNESTI SALOMONIS CYPRIANI.

*Mihi legit.* Fuit enim Hieronymi in eremo comes, ut ex epiſtola XLI. liqvet. *Uno*, inqvit, *& loco mihi lumine, Evagrio noſtro fruor.* Et epiſtola VI. carisſimum Evagrium vocat.

# CAP. CXXVI.

AMBROSIUS Alexandrinus, y) auditor Didymi, ſcripſit adverſum Apollina-

Ἀμβρόσιος Ἀλεξανδρεὺς, ἀκροατὴς Διδύμου, ἔγραψε κατὰ Ἀπολιναρίου τοῦ πολ-

y) Ambroſius hic A. 392. adhuc ſuperſtes, diverſus non modo abæquali ejus Ambroſio Mediolanenſi de quo cap. 124. Sed etiam ab Ambroſio Alexandrino Seniore de quo cap. 56. Verum ex ejus ſcriptis nihil hodie exſtat, & apud alios veteres etiam altum de eo ſilentium. De Didymo dictum cap. 109. & de Apollinari Laodiceno cap. 104.

rium volumen multorum verſuum de dogmatibus, & ut ad me nuper quodam narrante perlatum eſt, commentarium in Job: qvi usqve hodie ſupereſt.

πολλῶν στίχων, περὶ δογμάτων, καὶ καθὼς ὑπόγυον διηγουμένου τινος ἐγνων, ὑπομνήματα εἰς τὸν Ἰωβ, ὃς ἄχρι τῆ παρόντι περίεστι.

## AUBERTI MIRÆI SCHOLION.

*Ambroſii Alexandrini* & Trithemius meminit. Scripſit autem adverſus Apolinarium, ſive, ut in qvibusdam MSS. Codicibus legitur Apollinarem. Vide qvæ ſupra cap. 120. de diverſis Apolinariis diximus.

## ERNESTI SALOMONIS CYPRIANI.

*Adverſum Apolinarium.* Recte codex noſter: *Adverſum Apollinarem.*

# CAP. CXXVII.

MAXIMUS Philoſophus, z) natus Alexandriæ, Conſtantinopoli Epiſcopus ordinatus eſt, & pulſus, inſignem de Fide adverſus Arianos ſcripſit librum; qvem Mediolani a) Gratiano Principi dedit.

Μάξιμος Φιλόσοφος, ὁρμώμενος ἐκ τῆς Ἀλεξανδρείων, Κωνσταντινουπόλεως Ἐπισκοπος κατασὰς καὶ καθαιρεθεὶς, ἐπίσημον περὶ τῆς πίστεως κατὰ τῶν Ἀρειανῶν συνέταξε βιβλον, ἣν τινα ἐν Μεδιολάνῳ Γρατιανῷ ἐπέδωκε βασιλεύοντι.

z) Hic eſt Maximus è Cynico Philoſopho Epiſcopus CPolitanus abſente Nazianzeno ordinatus A. 379. Sed mox iterum dejectus, de quo ſupra cap. 117.

a) Gratianus Mediolani fuit anno quarto imperii, Chriſti 379. ubi cœtus Arianorum prohibuit edicto publicato 3. Auguſti. Vide Codicem Theodoſianum lib. XVI. tit. V. de Hæreticis lege 5. Cæterum liber ille Maximi Gratiano oblatus jampridem intercidit.

## HENR. GRAVII ANNOTATIO.

*Maximus Philoſophus.* De eo vide Canone tertio Conſtantinopolitani Concilii. Ad hunc extat D. Baſilii eruditiſſima epiſtola, cujus initium, εἰκόνες, & item alia ἀπήγγειλά μοι.

*Conſtantinopoli Epiſcopus ordinatus eſt, & pulſus.* Vide Theodoritum lib. 5. cap. 8.

## AUBERTI MIRÆI.

De Maximo Epiſcopo CP. & Trithemius agit lib. de Script. eccl.

## ERNESTI SALOMONIS CYPRIANI.

*De fide adverſus Arianos.* Theodoritus libro V. capite VIII. eum Apolinarii veſania refertum fuiſſe ſcribit.

# CAP. CXXVIII.

GREGORIUS NYSSENUS Epiſcopus, b) frater Baſilii Cæſarienſis, c) ante paucos annos mihi & Gregorio Nazianzeno contra Eunomium d) legit libros; qvi & multa alia ſcripſiſſe & ſcribere dicitur.

Γρηγόριος Νύσης Ἐπίσκοπος, ἀδελφὸς Βασιλείου τῆ Καισαρείας, πρὸ ὀλίγων ἐνιαυτῶν ἐμοὶ καὶ Γρηγορίῳ τῷ Ναζιανζηνῷ κατὰ Εὐνομίου ἀνέγνω λόγους, ὅς τις καὶ ἄλλα πολλὰ γεγραφέναι καὶ γράφειν λέγεται.

b) Nyſſæ in Cappadocia ordinatus eſt Gregorius circa exordium Anni 372. Deinde ab Arianis detruſus, ſed poſt Valentem A. 378. mortuum à Gratiano iterum reſtitutus. Interfuit adhuc Concilio CPolitano A. 394. Vide Tillemontium Tom. IX. memor.

c) De quo ſupra, cap. 116.

d) Hoc eſt opus λόγων ἀντιῤῥητικῶν contra Eunomium, quod in XIII. libros diſtinctum etiamnum exſtat, atque inter alia Nyſſeni opera pariſ. A. 1615 & 1638. Græce & Latinè edita vidit lucem. Vide & placet quæ de illis dicta Tomo VIII. Bibliothecæ Græcæ.

## HENR. GRAVII ANNOTATIO.

*Gregorius Nyſſenus Epiſcopus, frater Baſilii.* Ad hunc ſcribit Baſilius epiſtolam de differentia οὐσίας καὶ ὑποστάσεως. Extant præterea ad eundem Gregorii Nazianzeni epiſtolæ 6. De operibus autem ejus vide Svidam; & extant multa.

## AUBERTI MIRÆI.

*Gregorius Nyſſenus*, S. Baſilii Cæſarienſis, ſupra cap. 116. laudati, frater, à Valen-



Digitized Google

te Imp. pulſus, octo circiter annis pro Fide catholica exulavit. Vivebat adhuc 14. Theodoſii Imp. anno (hoc eſt Chriſti 392.) ut hic Hieronymus teſtatur. Opera ejus Græco Latine 1615. Pariſiis ſunt excuſa: ex qvibus genuina qvæ ſint, Bellarminus in Catalogo te docebit.

## ERNESTI SALOMONIS CYPRIANI.

*Mihi & Gregorio Nazianzeno.* Guelpherbytanus tum hic tum in vita Gregorii Nazianzeni, antiqviſſimam Lectionem tuetur, ac *Nazanzenum* vocat, non, *Nazianzenum*. Hanc lectionem & Mabillonius in veterum monumentis deprehendit.

# CAP. CXXIX.

JOANNES Antiochenæ eccleſiæ presbyter, e) Euſebii Emiſeni Diodoriqve ſectator, f) multa componere dicitur, de qvibus *περὶ ἱερωσύνης* g) tantum legi. h)

Ἰωάννης Ἀντιοχείας πρεσβύτερος, Εὐσεβίᾳ Ἐμεσηνῷ, καὶ Διοδώρῳ ἀκόλουθος, πολλὰ συγγράψαι λέγεται, ἀφ' ὧν περὶ ἱερωσύνης μόνον ἀνέγνων.

e) Presbyter Antiochenus fuit Joannes Chryſoſtomus ab A. 386. Epiſcopus CPol. A. 398. in exilium pulſus A. 400 obiit 407. ætatis 53.

f) De Euſebio Emeſeno ſupra cap. 91. & de Diodoro Tarſenſi cap. 119. cujus ſcripta ibi notat Hieronymus ad Euſebii Emeſeni characterem accedere.

g) Chryſoſtomi libri VI. de ſacerdotio poſt primam edit. Lovanienſem Anni 1529. 4. ſeparatim emendatius editi ſunt à Davide Hœſchelio Auguſtæ Vindel. 1599. 8. & hinc inter opera ſancti Doctoris ſæpius, atque noviſſime iterum ſeparatim Cantabrigiæ nitidis typis Ao. 1710. & 1712. 8. cum notis Joannis Hughes. Nova operum Chryſoſtomi & accuratiſſima editio Græcolatina magno ſtudio conqviſitis Codicibus MSS. jam Pariſiis paratur ab incomparabili Viro Bernhardo de Montfauçon, XI. Voluminibus in fol. De aliis ad hoc tempus vulgatis editionibus dictum Volumine VII. Bibl. Græcæ.

h) *Ægre*, inquit Marcianæus, *ferunt quidam recentiores tam pauca ſcripta fuiſſe* ab Hieron. *de S. Joanne Chryſoſtomo, quæ neſciunt præſens Opus de ſcriptoribus Eccleſiaſticis editum fuiſſe ſex annis antequam Joannes ſublevaretur in thronum Epiſcopalem CPol. nomenque ejus celeberrimum haberetur in Eccleſiis Catholicorum. Sed quam verus ſit illa imperitorum quæſtio ac querela, facile diſcimus è MSto Codice Cluniacenſi, in qno nebulo quidam ac impoſtor invito Hieronymo hunc obtrudit contextum in Laudem S. Chryſoſtomi:*

"Joannes Antiochenæ prius Eccleſiæ presbyter, poſtea Conſtantinopolitanæ Epiſcopus Civitatis, tractator "peritiſſimus & ex tempore declamator inſignis, Euſebii Diodorique ſectator multa compoſuit. Περὶ "ἱερωσύνης, De compunctione Cordis, de lapſu animæ, de myſterio Crucis, de fide adverſum Arianos, ad- "verſum Macedonianos, adverſum Anomœos. & alia infinita quæ nec invenire apud aliquem quamvis ſtudio- "ſum facile eſt: ſed per totum orbem ſcripta ejus tam Græco ſermone edita, quam in Latinum translata, "velut fulgura diſcurrentia migrant. * Claruit maxime ſub Arcadio Principe, à quo & privata Auguſtæ "conjugis indignatione, exilio pulſus obiit. Et poſt multos annos corporis ejus reliquiæ cum magna "gloria à Theodoſio filio ejus Conſtantinopolin deportatæ intra Apoſtolorum thecas conditæ jacent.

*Videant nunc amatores Chryſoſtomi, quantum potuit ſcelus, imperitus amator Joannis, & ineptus corruptor Hieronymi, non intelligens anno Theodoſii decimo quarto nihil tale ſcribi potuiſſe de exilio S. Chryſoſtomi, de morte ejus, de reliquiis CPolim deportatis. Meminerit vero Lector ſtudioſus periodorum Pauli Apoſtoli & Thecla Virginis, & fatebitur non inſolens fuiſſe amatoribus Sanctorum imperitis multa fingere & confingere Veritati contraria.* Hæc Marcianæus.

* Rectius Eraſmus: *micant.*

## ERASMI SCHOLIA.

Hunc putant eſſe Joannem, qvem vulgo Chryſoſtomum dicimus, poſt epiſcopum Conſtantinopolitanum.

*De qvibus περὶ ἱερωσύνης.* Id eſt, de ſacerdotio. Haſtenus Hieronymus de Joanne, nec plura Sophronius. Cæterum in vetuſtiſſimo codice hæc adjecerat, neſcio qvis, de compunctione cordis, de lapſu animæ, de myſterio crucis, de fide adverſum Arianos, adverſum Macedonianos, adverſum Anomoeos, & alia infinita, qvæ nec inveniri apud aliqvem, qvamvis ſtudioſum, facile eſt, ſed per totum orbem ſcripta ejus, tam Græco ſermone edita, quam Latina translata, velut fulgura diſcurrentia micant. Claruit maxime ſub Arcadio principe, a qvo & privata Auguſtæ conjugis indignatione in exilium pulſus, obiit, & poſt multos annos corporis reliqviæ cum magna gloria a Theodoſio filio, Conſtantinopolin deportatæ, inter Apoſtolorum thecas conditæ jacent.

## MARIANI VICTORII.

*Joannes Antiochena Eccleſiæ presbyter.* Hic dicitur eſſe præclariſſimus ille omnium græcorum orthodoxorum Pater, Chryſoſtomus, ab aureo ore propter ſermonis elegantiam cognominatus: cujus ſcripta, qvia celebria per ſe, ac vulgatiſſima ſunt, operæ pretium minime erit ea aut enumerare, aut laudare.

## HENR. GRAVII.

*Joannes Antiochena eccleſiæ presbyter.* Proſper in Chronicis: anno 6. Theodoſii cum Arcadio & Honorio filiis, Vincentio & Fabricio * Coſſ. *Joannes Conſtantinopolitanus, & Theo-*

* Leg. *Fravitta*, hic enim cum Vincentio Conſul A. 401. Vide Petri Relandi Faſtos Conſulares p. 541. ſeq.

*Theophilus Alexandrinus illustres episcopi habentur, sed utrumque obscuravit discordia, quæ usque processit, ut Joannes a Theophilo oppressus Pontum exilio pergere cogeretur, cum tamen communionem ejus maxima pars eorum Episcoporum, Romani Pontificis exemplum secuta, servaverit.* Vide etiam Casianum ubi sup. Qvi plura legere cupit, adeat Svidam, & historias ecclesiasticas, e qvibus Illustris Baronius sua hausit, ut & è Photii biblioth.

## AUBERTI MIRÆI.

S. Joannis Chrysostomi, ex presbytero Antiocheno Episcopi Constantinopolitani, opera Nortoni in Anglia tomis octo 1615. sunt edita. Tomi autem sex Græco-Latine, studio Frontonis Ducæi, S. I. Theologi, nobis olim amicissimi, Lutetiæ prodierunt.

## ERNESTI SALOMONIS CYPRIANI.

Chrysostomi cognomen nondum sortitus erat Joannes, qvum hæc scriberet Hieronymus, imo id nominis illi superstiti nunqvam tributum videtur. Nec ætate discipulorum ejus obtinuisse opinor, qvum Theodoritus, lib. V. Hist. c. 28. 32. qvi Joannem præceptorem habuit, eum divinum & magnum Joannem, nunqvam vero Chrysostomum appellet, qvod ad Joannis laudes, qvibus enumerandis Theodoritus operam sedulam navat, omnino pertinebat. Qvod in titulis capitum non modo apud Theodoritum, sed & apud Sozomenum VIII. 2. 5. Chrysostomi nomen legitur, indicat titulos illos a librorum autoribus non esse adscriptos. Sozomenus sane in extollenda Joannis eloqventia totus est, eumqve dicendi persuadendiqve artificem egregium, & omnium sui temporis oratorum præstantissimum vocat, neutiqvam vero Chrysostomum. Videtur ergo Chrysostomi nomen ignotum fuisse usqve ad annum circiter DCXXX. Nam circa istum annum Joannes Moschus in Limonario cap. 128. 191. eum aliqvoties Chrysostomum vocat, è cujus verbis colligitur, hoc nomen & paulo antè usurpatum. Extat in bibliotheca nostra publica codex homiliarum Chrysostomi adorandæ vetustatis, qvi nudum Joannis nomen præfert. Itaqve non immerito qvis antiqvissimos Chrysostomi codices illos dixerit, qvi cæteris paribus, solo Joannis nomine insigniuntur. Recentes enim scribæ semper librorum inscriptiones ad usum sui seculi accommodarunt, qvo Chrysostomi nomen jam pulpita ubiqve personabant. Nec male. Olim enim sæpe hallucinati sunt lectores in discernendis libris, Joannis alicujus nomen præferentibus, ita qvidem, ut versionis Æthiopicæ autor apocalypsi Joannis evangelistæ hunc titulum præscripserit: *Visio Joannis, qui Joannes fuit episcopus Constantinopolitanæ metropolis, cum passurus erat passionem.* Scilicet cum Joannes Chrysostomus in oriente magna gauderet fama, ut audito in re literaria Joannis nomine Joannem Chrysostomum intelligerent; credidit interpres, non posse alium Joannem apocalypseos autorem esse, qvam Chrysostomum.

*Diodorique sectator.* Sozomenus libro VIII. capite II. refert, Chrysostomum viva Diodori Tarsensis voce usum. *Magistros*, inqvit, *eos habuit, qui tunc temporis nobilibus illic monasteriis præsidebant; Carterium scilicet, ac Diodorum, qui Tarsensis ecclesiæ episcopus fuit.* Svidas Eusebii Emeseni & Diodori ἀκόλουθον vocat.

*Tantum legi.* Non fuit Hieronymo in more positum, libros supplere & auctius emittere, alioqvi potuisset deinceps multos Chrysostomi libros huic loco inserere, qvorum plusculos ipsi cognitos fuisse, ex ejus monumentis post hunc catalogum editis abunde cognoscitur. Multos enim ab eo tempore, qvo hic liber editus est, in lucem emisit Chrysostomus, ita, ut Svidas dicat: *Ejus scriptorum numerum recensere non hominis est, sed Dei potius omnia cognoscentis.*

# CAP. CXXX.

GELASIUS Cæsareæ Palæstinæ, post Euzoium, i) Episcopus, k) accurati limatiqve sermonis, fertur qvædam scribere, sed celare.

Γελάσιος Καισαρείας Παλαιστίνης μετὰ Εὐζώϊον Ἐπίσκοπος, λαμπρός τινα συγγραφὴν λέγεται ἀποκρύπτειν δέ.

i) Vide quæ supra, ad cap. 113.

k) Gelasius hic à Cyrillo Hierosol. (avunculo suo) Episcopus Cæsareensis ordinatus A. 367. Concilio CPol. interfuit A. 381. defunctus A. 394. De scriptis illius vel quæ sub ejus nomine feruntur, non repetam hoc loco qvæ Tomo VIII. Bibl. Græcæ pag. 370. seq. dicta sunt, præcipue cum Hieronymus nullum ex illis nominatim memoret, vel qvia Gelasius illa celabat, potuerit memorare.

## ERASMI SCHOLION.

*Post Euzoium.* Εὐζώϊον, consentiente Sophronio cum emendatissimis exemplaribus nostris.

## HENR. GRAVII.

*Gelasius Cæsaræ Palæstinæ post Euzoium Episcopus.* Meminit hujus Theodoritus lib. 5. cap. 8.

## AUBERTI MIRÆI.

De duobus Gelasiis, Cæsareæ in Palæstina Episcopis, Photius in Bibliotheca cod. 88. & 89. consuli poterit; & ibidem Andr. Schottus in Scholiis. Vide item Baronium in gestis anni 496. & Bellarminum in Catalogo. Gelasius senior, qvi Euzoio in Cathedra Cæsariensi successit, & hic ab Hieronymo memoratur, Ruffini libros duos, Historiæ Eusebianæ adjectos, Græce vertit, & Præfationem suam præfixit: ut Photius cod. 89. tradit.

Gelasius junior, Cyzici natus, scripsit Historiam de Actis Nicenæ Synodi, libris tribus comprehensam, qvæ Græco-Latina exstat tomo 1. Conciliorum generalium, 1608. Romæ editorum. In præfatione testatur se vixisse tempore Basilisci tyranni, hoc est, circa Christi, 476. annum. Ejusdem putatur esse liber *de duabus naturis Christi contra Eutychen*, Gelasio Papæ adscriptus.

## ERNESTI SALOMONIS CYPRIANI.

*Post Euzoium.* Codex noster: *Post Eunomium.*

*Fertur quædam scribere.* Codex: *Fertur quædam scribere capitula.*

# CAP. CXXXI.

THEOTIMUS, a) Scythiæ Tomorum b) Episcopus, in morem dialogorum, & veteris eloqventiæ breves commaticosqve c) tractatus edidit. Audio eum & alia d) scribere.

Θεότιμος Σκυθίας Τομέων Ἐπίσκοπος ἐν τάξει διαλόγων τῆ ἀρχαίας φράσεως βραχείας ὁμιλίας ἐξέδωκεν. Ἀκούω τοῦτον καὶ ἄλλα συγγράφειν.

a) Cum hoc Theotimo Origenis defensore, quem Socrates VI. 12. ἐν ἐυλαβείᾳ καὶ βίου ἐυδοκίμῳ πεπιβόητον appellat, memoratque Sozomenus VII. 25. VIII. 14. Tripartita X. 11. Nicephorus XII. 45. Cum hoc inquam Theotimo non confundendus Theotimus alter itidem Scythiæ regionis Episcopus, cujus Epistola ad Leonem Imp. A. C. 451. scripta legitur in Actis Concilii Chalcedonensis Tom IV. edit. Labbei p. 911.

b) Tomi, notissima vel Ovidii exilio civitas in Pontico littore Thraciæ, sive Scythia Pontica, cujus fuit Metropolis ut constat etiam ex numis Commodi & Caracallæ apud Harduinum pag. 501. Tomorum Episcopus Theotimus celebratur in Martyrologiis & Menologiis 20. April.

c) Commatici tractatus sunt veluti per commata sermone interrogantium & respondentium distincti, ut notavi supra ad c. 83. Non tamen de solis dialogis hoc vocabulum à scriptoribus usurpatur. Anonymus de Jamblicho: τὸ τῆς λέξεως κομματικὸν καὶ ἀφορισμένον, distinctum per incisa sive commata. Schol. Hermogenis pag. 170. commendat in epilogo κῶλα κομματικά τε ὄντα, ἐνίοτε δὲ καὶ ἀσύνδετα, καὶ παθητικὰ τοῦτο. Ab Anonymo in Aristotelis Rhetoricam conjungi λέξιν κομματικὴν καὶ ἀνθηράν notavit V. C. Tho. Gale ad Jamblichum de mysteriis Ægypt. pag. 181.

d) Joannes Damascenus in Parallelis sacris ex Theotimo quem Episcopum Scythopolees pag. 381. appellat profert loca ex ejus Commentariis in Genesin p. 673. & ex tractatu περὶ νηστείας sive de jejunio pag. 643. & ex Homilia in illud *si obtuleris donum tuum* pag. 381. Sed non plane certum, utrum hæc non sint Theotimi junioris quem A. 451. claruisse notavi.

## ERASMI SCHOLIA.

*Tomorum episcopus.* Naso, Tomitanæ jam non novus incola terræ.

*Breves Commentariosque.* Commaticosqve legendum est ex vetustissimo codice, hoc est, clausulis distinctos.

## HENR. GRAVII.

*Theotimus Scythiæ Tomorum Episcopus.* Vide Socratem lib. 6. cap. 12. & Sozomenum lib. 7. cap. 25.

## ERNESTI SALOMONIS CYPRIANI.

Socrates libro VI. capite XII. virum ob vitæ sanctitatem celeberrimum vocat, qvem Hunni ob virtutem & fidei robur Romanorum Deum appellarunt, ut est apud Sozomenum libro VII. capite XXVI. Verba ejus, qvibus Origenem adversus Epiphanium defendit, habentur apud Socratem.

# CAP. CXXXII.

DEXTER Paciani, de qvo supra e) dixi, filius, clarus apud sæculum, ὑιὸς, λαμπρὸς ἐν τῇ πολιτείᾳ, καὶ τῇ τῶν Χριστ

Δέξτρος Παχιανῦ, περὶ ὃν προείρηκα-

e) Supra c. 106. Vide & quæ ad Epistolam huic libro præmissam, qua illum Dextro Hieronymus consecrat.

Digitized by Google

f) & Chriſti fidei deditus, fertur ad me omnimodam hiſtoriam g) texuiſſe, qvam necdum legi. h)

χριστῷ πίστει ἐνδεδομένος, λέγεται πανδέκτην τὴν πρὸς με συντεταχέναι ἱστορίαν, ἣν ἔτι οὔπω ἀνέγνων.

f) Præfecturam adminiſtraſſe prætorii, teſtatur S. Hieronymus Apologia 2. in Rufin.

g) Omnimodam hanc Dextri Hiſtoriam in deperditis jam pridem habuere viri docti, cum repente exeunte ſeculo XVI. percrebeſcere rumor cœpit de invento in Fuldenſi Germaniæ Bibliotheca hoc theſauro. Auctor rei ut docemur à Nicolao Antonio lib. 1. Bibl. veteris Hiſpanæ cap. 8. Jeſuitarum ſodalis quidam *Hieronymus Romanus de Higuera* nomine, Toletanus patria, undique munitus vir ſubſidiis curioſæ omnis, qua hiſtorica conſtat res, doctrinæ: Hic teſtatus eſt, à *Thoma Torriallo*, ejusdem Societatis, è Germaniæ Wormatia urbe Dextri Chronicon ſive Hiſtoriam omnimodam ab Anno Urbis Romæ 752. ad annum 1483. (Chriſti 430.) miſſam ſibi una cum *M. Maximi*, Cæſaraugaſtani Epiſcopi continuatione ab A. C. 468. ad 644. & *Eutandi* (Luitprandi) Ticinenſis Diaconi ab A. 644. ad 668. Apographum illius, Cæſarauguſtæ repertum *Jo. Calderon* Franciſcanus A. 1619. 4. in ea urbe typis committi curavit primus. Inde *Thomas Tamaqus Vargas* regius Hiſtoricus A. 1625 edidit Dextrum defenſum ſive Novitates antiqvas: *Rodericus Carus* Utrarienſis presbyter Chronicon Dextri & continuatorum cum brevibus notis vulgavit Hiſpali 1627. *Franciſcus Bivarius* Ciſtercienſis Monachus ſolum Dextri Chronicon cum amplo commentario Lugd. eodem anno 1627. fol. Maximi vero Chronicon cum *Braulionis & Helecæ* Epiſcoporum Cæſarauguſtanorum additionibus, & ejusdem Bivarii commentario, præmiſſis *Baltaſaris de Sandoval & Muſcoſo* apologeticis prælocutionibus pro Dextro & Maximo excuſum Madriti. 1651. fol. Denique in laudati *Nicolai Antonii* Bibliotheca Vetere Hiſpana Tom. 2. pag. 274-286. eadem Chronica exhibentur, qui tamen neutiqvam illa pro genuinis habet, ſed quam plurimis & non inficiandis argumentis evicit recens illa & fortaſſe ab ipſo Higuera fuiſſe conficta: de quo videſis etiam eundem Nic. Antonium lib. 1. de jure exulum cap. 14. Cardinalem R. E. Joſephum Saenz de Aguirre Tomo II. Conciſ. Hiſpan. pag. 54 ſeq. & Jo. Bollandum præfat. ad Tom. 1. Act. Sanctor. Januar. pag. 31. & ad Tom. 1. Act. Februarii pag. XVIII. ſeq. Papebrochium Tom. 4. Act. Sanctor. Maji pag. 14. b. Dionyſ. Petavius lib. 2. Epiſt. 14. ad Rosweidum, Chronicon Dextri vocat *hominis imperitiſſimi ἄτεχνον & ἀλόγιστον χύσιν & omnino ψευδεπίγραφον ab Hiſpano aliquo nebulone confictum.*

h) Epiſtola commentitia Lucii Dextri, ſive ut à Cornelio à Lapide appellatur tenebrionis ſiniſtri Chronico præmiſſa non ad Hieron. ſed ad Oroſium dirigitur his verbis: *Poſteaquam ex oriente, (ubi ſicut noſti Præfectus prætorio fui, domum redii, cœpit me vehementer tædere functionis munerum publicorum, totumque me converti ad ea ſtudia, in quibus bonam vitæ meæ partem tranſegi, ſi non cum laude, citra notam pudoris tamen. Porro omnimodam hiſtoriam quam ab orbe condito ad hæc noſtra tempora produxeram, & S. Hieronymo dedicaveram, quoniam ad manus ejus defuncti* (atqui ſcripta jam erat à Dextro A. 392. cum Hieronymus obierit demum 420.) *pervenire non potuit, auctam & locupletatam tibi nuncupo, me Hiſtoriarum ſcriptori, & patri meo* (Paciani) *amantiſſimo. Vale.*

## AUBERTI MIRÆI.

*Flavius Lucius Dexter*, S. Paciani Barcinonenſis Epiſcopi, ſupra cap. 106. memorati, filius, fuit Præfectus prætorio: ut ex Sophronio, interprete Græco, cognoſci datur. Huic Dextro librum ſuum de viris illuſtribus S. Hieronymus dicavit: ut Baronius ad an. 388. & alii cenſent. Fragmentum Chronici ſeu Hiſtoriæ omnimodæ, nomine Dextri 1619. Cæſar. Auguſtæ, & alibi poſtea prodiit, cum Chronico *Marci Maximi*, & Additionibus *Braulionis & Helecæ*, Epiſcoporum Cæſarauguſtanorum. Sed eruditis hæc fragmenta videntur ejusdem farinæ cum Beroſo Annii Viterbienſis. His de rebus plura qvi volet, Pennottum in Canonicorum regularium Hiſtoria lib. 1. cap 52. & alios conſulat.

## ERNESTI SALOMONIS CYPRIANI.

*Omnimodam Hiſtoriam.* Dextri chronicon omnimodæ hiſtoriæ primus edidit Franciſcus Bivarius, Ciſtercienſis monechus, & apologias ſubjunxit Lugduni MDCXXVII. Sunt, qvi id à Bivario confictum dicant; ſunt alii, qvi illud Dextri fœtum eſſe contendant: qvos recenſet Vincentius Placcius de Pſeudonymis. Rurſus alii nihil definire audent, ſed de libri autore dubitant, inter qvos eſt Henricus de Noris libro I. capite XXXIII. hiſtoriæ Pelagianæ. Si absqve partium ſtudio loqvamur, qvo aguntur nonnulli pontificii ſcriptores, dum de autore libri diſputant, fateri oportet, ineptas fabulas pudendosqve errores, qvi ſæpius occurrunt in chronico, a Bivario edito, perſvadere cuivis poſſe, ut neget, librum Dextri eſſe ab eruditione rerumqve uſu olim commendati. Exempla errorum ubivis ſub examen revocata occurrunt, præcipue laudato Noriſii loco ejusdemqve libri capite VI. & tomo II. miſcellaneorum Witſii exercitatione XIV. Stephanus le Moyne ita judicat: *Hiſpani Indibrium debent omnibus aliis gentibus, quum nihil ſit inepcius, quam illorum Flavius Dexter, & viſionibus, prophetiis, anilibusque fabulis quas hic ſolent venditare.*

# CAP. CXXXIII.

AMPHILOCHIUS, Iconii Epiſcopus, i) nuper mihi librum legit de Spiritu ſan-

Ἀμφιλόχιος Ἰκονίου Ἐπίσκοπος, ἀνέγνων μοι λόγον ἀνέγνω περὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος,

i) S. Baſilius Epiſt. 393. Amphilochio gratulatur Epiſcopatum quem DEus ipſi contulerit ἀγαγὼν εἰς τὰ μέσα τῆς Πισιδίας. Iconium Piſidiæ opidum vocat Ammianus Marcellinus lib. XIV. cap. 2. ubi vide quæ annotavit

cto, k) qvod DEus, & qvod adorandus, qvodqve & omnipotens ſit.

ματος, ὅτι θεὸς, καὶ προσκυνητόν ἐστιν, ὅτε δὴ παντοκράτωρ.

tavit H. Valeſius. De Amphilochio ejusqve ſcriptis Tillemontius Tom. IX. memor. & Bibliotheca mea Græca Tom. VII. pag. 500. ſeq. Interfuit adhuc Amphilochius Synodo CPol. A. 394. non diu poſt defunctus.

k) Hic liber non exſtat, & incaſſum quæritur inter Amphilochii opera Græce & Latine vulgata à Franciſco Combefilio Pariſ. 1644. fol.

## HENR. GRAVII.

*Amphilochius Iconii Epiſcopus.* Meminit hujus Theodoritus lib. 5. cap. 8.

## AUBERTI MIRÆI.

*& Amphilochius*, Iconii in Lycaonia Epiſcopus, à S. Hieronymo, epiſtola ad Magnum, eum Baſilio Magno & Gregorio Nazianzeno comparatus, præter librum *de Spiritu ſancto*, hoc capite memoratum, ſcripſit & *Homilias*, à Theodoreto non ſemel citatas. In Vitis patrum lib. 1. & alibi, ſub nomine Amphilochii, legitur vita S. Baſilii Magni: ſed eam eſſe ſuppoſiticiam & in multis falſam, Baronius in geſtis anni 378. & Bellarminus in Catalogo prorſus convincunt.

## ERNESTI SALOMONIS CYPRIANI.

Dicitur de vita Baſilii M. ſcripſiſſe, ejusqve de hoc argumento liber hodieqve habetur, ac rejicitur à plerisqve, etiam pontificiis. Sed illud opus aut tam recens non eſt, qvam putatur; aut olim alius de Baſilii vita liber extitit ſub nomine Amphilochii. Nam Anaſtaſius bibliothecarius in prologo qvodam, narrationi de miraculis Anaſtaſii præfixo, ac a Mabillonio primum edito, hujus libri aliqvoties meminit. Vide

# CAP. CXXXIV.

**SOPHRONIUS** vir apprimè eruditus, laudes Bethlehem k) adhuc puer, & nuper de ſubverſione Serapis l) inſignem librum * compoſuit; de virginitate qvoqve ad Euſtochium, & vitam Hilarionis monachi, m) opuſcula mea, in Græcum eleganti ſermone transtulit. Pſalterium n) qvoqve & Prophetas, qvos nos de Hebræo in Latinum vertimus.

Σωφρόνιος, ἀνὴρ τὰ ἄκρον πεπαιδευμένος, τὰς ἐπαίνους Βηθλεὲμ, ἔτι νέος ὢν συνέθηκεν, ὑπόγυιον δὲ περὶ τῆς καταλύσεως τοῦ Σεραπείου ἐπίσημον συνέθηκε λόγον, καὶ περὶ παρθενίας πρὸς Εὐστόχιον, καὶ τὸν βίον Ἱλαρίωνος μοναχοῦ, τὰ συγγράμματά μου εἰς ἑλληνικὸν λόγον εὐφυῶς μετέφρασε, καὶ τὸ ψαλτήριον δὲ, καὶ τοὺς προφήτας, οὓς ἡμεῖς ἀπὸ τῆς Ἑβραΐδος εἰς Ῥωμαϊκὸν μετελάβομεν.

k) Laudes Bethlehemi & ſcripta Sophronii quæ deinceps recenſet Hieronymus omnia intercidêrunt.

l) De iſta ſubverſione ſimulacri Serapidis facta Alexandriæ à Chriſtianis, primis annis Theodoſii Imp. videndus Rufinus lib. XI. Hiſt. Eccleſ. c. 23. & 27. ſeq.

* Al. *inſigne volumen.*

m) Hieronymi de virginitate & vita Hilarionis exſtat, ſed Græca Sophronii verſiones periere. Cæterum fallitur præclarus Voſſius, qui in opere de Hiſtoricis Græcis pag. 257. Sophronium vitæ Hilarionis non interpretem facit ſed ſcriptorem. De verſione Græca libri hujus de ſcriptoribus Eccleſiaſticis quam Sophronio editionem ex Codice Eraſmi tribuunt, notavi nonnulla in limine hujus Voluminis, nec non in Bibliotheca Græca Tom. VIII. pag. 191. ſeq.

n) Illud Pſalterium Sophronio rogante Latine ſe ex Hebraico vertiſſe teſtatur Hieronymus Epiſt. 134. Illos vero hallucinari, qui vel omnium librorum V. T. interpretationem Hieronymianam Latinam, vel illam quam è LXX. Interpretibus Hieronymus expreſſit, Græce à Sophronio verſam eſſe ſcripſerunt, recte notatum ab Humfredo Hody in libro IV. de SS. Bibliorum textibus Originalibus & verſionibus Græcis p. 630.

## ERASMI SCHOLIA.

*De ſubverſione Serapis.* Apis bos colebatur apud Ægyptios pro Deo. Idem Serapis dictus eſt.

## HENR. GRAVII.

*Sophronius vir apprime eruditus.* Ad hunc ſcribit præfationem Hieron. cujus initium: *Scio quosdam, de tranſlatione Pſalterii juxta hebraicam veritatem.* Ibi addit in fine. *Quod opuſculum meum, ſi in græcum, ut polliceris, transtuleris, & imperitiæ meæ doctiſſimos quosque vultus facere volueris, &c.*

## AUBERTI MIRÆI.

*Sophronius*, æqvalis ſui, S. Hieronymi opuſcula varia in Græcum transtulit; in his librum de ſcriptoribus eccleſiaſticis, qvi tomo 1. operum S. Hieronymi Græce exſtat.

Alius

Digitized by Google

Alius ab isto, & qvidem ætate posterior, fuit *S. Sophronius*, Hierosolymitanus Episcopus, cujus anniversaria memoria à Latinis & Græcis XI. die Martii agitur: ut ex Martyrologio Rom. & Menologio Græco constat. Floruit hic anno 634. sub Imp. Heraclio.

## ERNESTI SALOMONIS CYPRIANI.

*De subversione Serapis.* Cum non semel eversum sit Serapium, ethnicæ superstitionis templum, nescio de qva subversione egerit Sophronius. Videtur tamen de illa scripsisse, qvam Alexandriæ susceperunt Romanus, militum in Ægypto dux, & Evagrius, Ægypti præfectus, paulo ante conscriptum hunc catalogum: de qva Socrates libro V. capte XVII. & Sozomenus libro VII. capite XV. Hinc Sophronius, qvippe ejus rei peritior, ait, se de Serapio librum edidisse. Neque enim tam idolum, Serapis, euersum est, quam templum ei sacrum, quod Serapium audit. Quid uero Ægyptii Serapidis imagine adumbratum voluerint, docet Joannes Pierius libro II. capite XXVII. hieroglyphicorum. Inscriptionem in honorem Serapidis factam, ac nuper inventam, Mabillon IV. analectorum parte exhibet. Nusqvam autem eo honore affectum est hoc idolum, qvo id mactarunt Alexandrini, ut Tacitus, qvi lectu dignissima de Serapide habet, scribat de Alexandrinis: *Hist. IV.* 81. *Serapidem Deum dedita superstitionibus gens ante alios colit.* Imo nonnulli ex christianis, qvibus christianæ religionis obscurior notitia fuit, eundem Deum magni fecisse videntur, pro ea, qvæ sæpius Alexandriæ contigit, religionum confusione, ceu ex Vopisco observat Marshamus in canone chronico. pag. 154.

# CAP. CXXXV.

HIERONYMUS patre Eusebio o) natus, oppido Stridonis, qvod a Gotthis eversum, p) Dalmatiæ qvondam Pannoniæqve confinium fuit, usqve in præsentem annum, id est, Theodosii Principis decimum qvartum, q) hæc scripsi: Vitam Pauli monachi. r) Epistolarum ad diversos librum unum. s) Ad Heliodorum exhortatoriam. t) Altercationem Luciferiani & orthodoxi. u) Chronicon omnimodæ historiæ. x) in Hieremiam, y) & in Ezechiel homilias Origenis viginti octo z) qvas de Græco in Latinum verti. De

Ἱερώνυμος, υἱὸς Εὐσεβίου ἀπὸ πολίχνης Στρηδόνος τῆς παρὰ τῶν Γότθων πορθηθείσης, ὅπερ Δαλματίας ἐστὶ καὶ Παννονίας ὅμορον, ἕως τοῦ παρόντος ἐνιαυτοῦ, τουτέστι, Θεοδοσίου τοῦ τεσσαρεσκαιδεκάτου, τάδε συνέταξα. Τὸν βίον Παύλου μοναχοῦ. Ἐπιστολὰς πρὸς διαφόρους ἐν ἑνὶ λόγῳ. Πρὸς Ἡλιόδωρον προτρεπτικόν. Διάλεξιν Λουκιφεριανοῦ καὶ Ὀρθοδόξου. Χρονικὴν παντοδαπῶν ἱστοριῶν. Εἰς Ἱερεμίαν καὶ Ἰεζεκιὴλ ὁμιλίας εἰκοσιοκτώ, ἃς ἀπὸ τῆς ἑλληνικῆς Ὠριγένους εἰς Ῥωμαϊκὸν μετέφρασα. Περὶ Σεραφίμ, καὶ περὶ τοῦ Ὡσαννά. Περὶ Φειδωλοῦ καὶ ἀσώτου υἱοῦ.



o) Inde filius, *Eusebius Hieronymus*, ut præfat in Chron. *Eusebius Hieronymus Vincentio & Gallieno suis salutem.* Sirmondus in limine notar. ad Avitum monet integrum nomen esse *Sophronius Eusebius Hieronymus.* Natus est, teste Prospero A. 331.

p) A. 377. De hac vastatione toti Thraciæ, Dalmatiæ & Pannoniæ per Gothos illata Ammianus Marcellinus lib. XXXI. cap. 8. Stridon hodie *Sdrigna* seu *Sdrin.* Auctor vitæ à Mabillonio Tom. 4. Analect. & à Marcianæo Tom. V. Operum Hieron. editæ: *Hieronymus noster in oppido Stridonis, quod à Gothis nunc eversum Dalmatiæ quondam Pannoniæque confinium fuit, Patre Eusebio natus est.*

q) A. C. 392.

r) Pauli Thebæi eremitæ primi Vita ab Hieronymo scripta extat inter Epistolas quinquagesimæ. Incipit: *Inter multos sæpe dubitatum est.* In editione Marcianæi occurrit Tom. IV. post Epistolam 29. pag. 68. Is putat scriptam circa A. 365.

s) Epistolæ Hieronymi, cum plurimæ supersint, aliæ etiam interciderint, certum est librum hunc Epistolarum quali ordine ab Hieronymo digestus olim fuit, hodie in nulla operum ejus editione repræsentari, licet fieri possit ut Epistolas ipsas quas liber ille continebat universas hodie habeamus.

t) Hæc est prima inter Hieronymi Epistolas, ad Heliodorum, eharum sodalem, laudes vitæ solitariæ continens, quam illi exemplo suo amplectendam suadet. Incipit: *Quanto amore & studio contenderim.* In Marcianæi edit. Tom. IV. Epistola VI. qui putat scriptam circa A. 366.

u) Hic est liber contra Luciferianos, quo altercatio inter Luciferianum & Catholicam Antiochiæ habita & à notariis excepta describitur. Incipit: *Proxime accidit ut quidam Luciferi sectator.* Marcianæus scriptum putat circa A. 378. & exhibet Tom. IV. pag. 289. In aliis editionibus Epistolæ 59. locum occupat.

x) Hoc est Chronicon quod ex Eusebio vertit supplevitque & à vicennalibus Constantini magni, in quibus desiit Eusebius. ad A. 378. produxit Hieronymus, continuatum deinde à Prospero aliisqve, de cujus editionibus dictum Tom. VI. Bibl. Græcæ pag. 34. seq. De Eusebii Chronico supra mentionem fecerat Hieronymus cap. 81.

y) In Jeremiam homilias quatuordecim Origenis ex versione Hieronymi habemus, inter opera Origenis sæpius editas. Ex his duodecim extant etiam Græce vulgatæ ab illustri Huetio.

z) In Ezechielem Homilias XIV. Hieronymo interprete similiter inter Origenis scripta excusas reperire licet. Græca Origenis perierunt.

Seraphim, a) & Oſanna, b) & de frugi & luxurioſo filiis. c) De tribus qvæſtionibus Legis veteris; d) Homilias in Cantica Canticorum duas. e) Adverſus Helvidium de virginitate Mariæ perpetua. f) Ad Euſtochium de virginitate ſervanda. g) Ad Marcellam epiſtolarum librum unum. h) Conſolatoriam de morte filiæ ad Paulam. i) In epiſtolam Pauli ad Galatas commentariorum libros tres. k) Item in Epiſtolam ad Epheſios, libros tres. In epiſtolam ad Titum librum unum. In epiſtolam ad Philemonem librum unum. In Eccleſiaſten commentarios. l) Qvæſtionum Hebraicarum in Geneſim librum unum. m) De Locis librum unum. n) Hebraicorum nominum librum unum. o) De Spiritu ſancto Didymi, qvem in Latinum transtuli, librum unum. p) In Lucam homilias triginta novem. q) In Pſalmos, à decimo usqve ad decimum ſextum, tractatus ſeptem. r) Malchi, captivi monachi, vitam, & beati Hilarionis. s) Novum Teſtamentum Græcæ fidei reddidi: t) vetus juxta Hebraicam

ὑιῶν. Περὶ τῶν τελῶν ζητημάτων τῆ παλαιᾶ νόμε. Ὁμιλίας εἰς τὰ ἄσματα τῶν ἀσμάτων δύο. Κατ' Ἑλβιδίε περὶ τῆς ἀϊδιωτέως παρθενίας τῆς ἁγίας Μαρίας. Πρὸς Εὐστόχιον περὶ παρθενίας διατηρητέας. πρὸς Μάρκελλαν ἐπιστολῶν λόγον ἕνα. Παραμυθητικὸν περὶ τῆ θανάτε τῆς θυγατρὸς πρὸς Παύλαν. Εἰς τὴν ἐπιστολὴν τὴν πρὸς Γαλάτας ὑπομνημάτων λόγες τρεῖς. Εἰς τὴν πρὸς Ἐφεσίους ἐπιστολὴν ὑπομνημάτων λόγες τρεῖς. Εἰς τὴν πρὸς Τίτον λόγον ἕνα. Εἰς τὴν πρὸς Φιλήμονα λόγον ἕνα. Εἰς τὸν Ἐκκλησιαστὴν ὑπομνήματα. Ζητημάτων Ἑβραϊκῶν εἰς τὴν γένεσιν λόγον ἕνα. Περὶ τοπων λόγον ἕνα. Ὀνομάτων Ἑβραϊκῶν λόγον ἕνα. Περὶ Πνεύματος ἁγίε, Διδύμε, ὃν εἰς Ῥωμαϊκὸν μετέβαλον, λόγον ἕνα. Εἰς τὸν Λουκᾶν ὁμιλίας εἰκοσιεννέα. Εἰς τὰς Ψαλμὰς, ἀπὸ δεκάτε ἕως ἑκκαιδεκάτε ὁμιλίας ἑπτά. Βίον ἀϊχμαλώτε μοναχοῦ. Βίον τῆ μακαρίε Ἱλαρίωνος. Τὴν καινὴν διαθήκην τῆ ἑλληνικῆ ἀκριβείᾳ ἐπισωσάμην, τὴν παλαιὰν

a) Epiſtola 142. ad Damaſum de Seraphim (qvam ante viginti annos editam ſcribit Hieron. Epiſtola ad Pammachium & Oceanum de erroribus Origenis, datâ circa A. 399.) Incipit: *Septuaginta: & miſſum eſt ad me unum de Seraphim.*

b) Epiſtola 144. ad eundem Damaſum, incipit: *Multi ſuper hoc ſermone diverſa ſinxerunt.*

c) Epiſtola 145. ad eundem Damaſum, incipit: *Beatitudinis tuæ interrogatio.*

d) Epiſtola 146. ad Amandum de tribus quæſtionibus incipit: *Brevis Epiſtola longas non valet explanare quæſtiones.* Sed non de Lege veteri quæſtiones illæ ſunt, verum de locis Novi Teſt. Itaque intelligitur Epiſtola 125. ad Damaſum quæ incipit: *Poſtquam litteras tuæ Sanctitatis accepi.*

e) Duæ Homiliæ Origenis ab Hieronymo verſæ dicatæque Damaſo & inter Origenis atque Hieronymi opera ſæpius editæ.

f) Hic libellus Damaſi Epiſcopi tempore ſcriptus exſtat inter Epiſtolas trigeſima quinta. Incipit: *Nuper rogatus à fratribus.*

g) Præter ſcriptas ad Demetriadem & ad Furiam Epiſtolas ejusdem argumenti extat de virginitate ſervanda ad Euſtochium Paulæ filiam Epiſtola vigeſima ſecunda. Incipit: *Audi filia, & vide.*

h) Cum plures ad Marcellam Epiſtolæ ſuperſint, ille tamen Epiſtolarum ad eam liber quo ordine ab Hieronymo digeſtus fuit, in nulla operum ejus editione repræſentatur.

i) Epiſtola vigeſima quinta ad Paulam Urbicam ſuper obitu Bleſillæ filiæ, incipit: *Quis dabit capiti meo aquam.*

k) Hæc in Epiſtolam ad Galatas, Epheſios, Titum & Philemonem commentaria extant hodie omnia.

l) Hic eſt Paulæ & Euſtochio dicatus commentarius, qui incipit, *Memini me ante hos ferme quinquennium.*

m) Etiam hæ quæſtiones ſive traditiones Hebraicæ in Geneſin exſtant, de eruditione Hieronymi & ingenio insigniter teſtantes.

n) Hic ex Euſebii libro τοπικῶν ſive de regionibus & civitatibus in S. Scriptura memoratis translatus eſt ab Hieronymo, ſæpiusque editus etiam ſeparatim & à Jac. Bonfrerio atque Jo. Clerico illuſtratus. De Euſebii libro qui Græce itidem exſtat, mentio fuit ſupra cap. 81.

o) Ad librum Hebraicorum nominum illuſtrandum, quem ex Græco Philonis & Origenis Hieronymus latinum fecit, præclara ſunt quæ *Joannes Marcianæus*, cui noviſſimam Operum Hieronymi editionem quinque Voluminibus in fol. digeſtam & Pariſiis 1706. editam debemus, congeſſit Tomo II. Et jam pridem mihi eſt animus novam illius libri editionem, accuratiorem & ad uſum accommodatiorem, Hebraicis etiam Græcisque vocabulis adjunctis concinnare, ut paullo pleniore Onomaſtico ex veterum ſcriptis concinnato ſtudium evolvendi Patrum ſcripta, qui ad illorum nominum ſignificationes frequenter alludunt, adjuvetur.

p) Græco Didymi deperdito, Latina Hieronymi verſio & frequenter inter ejus opera, & ſeparatim Coloniæ 1531. 8. & curante Joanne à Fuchte Helmſt. 1614. 8. & in quibusdam Patrum Bibliothecis lucem vidit.

q) Hæ undequadraginta in Lucam homiliæ Origenis ab Hieronymo verſæ inter Origenis ſcripta lucem viderunt. Græca nusquam hodie exſtant quod ſciam.

r) Hos tractatus itidem ſive Homilias, Origenis ni fallor, hodie deſideramus: licet Hieronymi nomine Commentarii in Pſalmos ferantur

s) Vita Beati Malchi, captivi Monachi, inter Epiſtolas Hieronymi quinquageſima ſecunda, incipit: *Qui navali prælio dimicaturi ſunt.* Vita S. Hilarionis, quinquageſimum primum inter Epiſtolas locum occupans, incipit: *Scripturus vitam Beati Hilarionis.* Græca hujus verſio (qvam à Sophronio compoſitam memorat Hieron. cap. 134.) hodie non exſtat. De Hilarione & Malcho Baronius ad Martyrolog. Rom. 21. Octobr. Tillemontius T. 12. pag. 129. ſeq. memor.

t) His verbis Novum Teſtamentum ad Græcos Codices caſtigatum transtuliſſe ſe indicat Hieronymus, licet illo tempore nondum illam verſionem in vulgus edidiſſet. Vide Humfredum Hody de Bibliorum textibus originalibus lib. III. cap. 2. pag. 350. & 358.

transtuli. u) Epiſtolarum autem ad Paulam & Euſtochium, x) qvia qvotidie ſcribuntur, incertus eſt numerus. Scripſi præterea in Michæam y) explanationum libros duos. In Sophoniam librum unum. z) In Nahum librum unum. In Habacuc libros duos. In Aggæum librum unum. Multaqve alia de opere prophetali, qvæ nunc habeo in manibus, & necdum expleta ſunt. Adverſus Jovinianum a) libros duos, & ad Pammachium Apologeticum b) & Epitaphium. c)

λαιὰν πρὸς τὸ Ἑβραϊκὸν μετάφρασα. Ἐπιστολῶν δὲ τῶν πρὸς Παύλαν καὶ Εὐστόχιον ἐπειδὴ καθημέραν γράφονται, ἄδηλος καὶ ὁ ἀριθμός. Ἐγραψα πρὸς τούτοις καὶ εἰς Μιχαίαν λόγους δύο. Εἰς τὸν Ναοὺμ λόγον ἕνα. Εἰς τὸν Ἀβακοὺκ λόγους δύο. Εἰς Σοφονίαν λόγον ἕνα. Εἰς Ἀγγαῖον λόγον ἕνα καὶ πολλὰ ὁπ τῷ προφητικῷ ἔργῳ ἃ νῦν μετὰ χεῖρας ἔχω, καὶ ἀδέπω ἐπληρώθη. Κατὰ Ἰοβιανοῦ λόγους δύο. Πρὸς Παμμάχιον ἀπολογητικὸν καὶ ἐπιτάφιον.

u) Extabant Latinæ verſiones è LXX. Interpretum Græca interpretatione, ſed Hieronymus primus auſus eſt ex Hebraico novam Latinam condere, indignantibus primum Rufino & Auguſtino, ſed mox tota Eccleſia probante pium atque eruditum ipſius laborem, quo etiamnum fruimur, licet vulgata verſio librariorum negligentia & temporum viciſſitudinibus varias ſit paſſa mutationes.

x) Hæ Epiſtolæ ad Paulam ejusque filiam Euſtochium exceptis quam paucisſimis omnes interciderunt.

y) Hi libri duo Paulæ & Euſtochio dicati etiamnum exſtant una cum commentariis in Prophetas univerſos majores minoresqve.

z) Hunc quoque in Sophoniam librum Paulæ & Euſtochio dicavit Hieronymus.

a) In verbis, *necdum expleta ſunt*, deſinit Marcianæi editio. Notatque Marcianæus in MS. Codice Cluniacenſi addi: *item poſt hunc librum dedicatum, contra Jovinianum Hæreticum libros duos & Apologeticum ad Pammachium.* Ac credibile eſt addita fuiſſe ab alio verba illa ex his Hieronymi præfat. Commentarii in Jonam: *Triennium circiter fluxit, poſtquam quinque Prophetas interpretatus ſum, Michæam, Naum, Habacuc, Sophoniam, Aggæum; & alio opere detentus non potui implere quod coperam; ſcripſi enim librum de illuſtribus Viris, & adverſum Jovinianum duo Volumina, Apologeticum quoque, & de optimo genere interpretandi ad Pammachium, & ad Nepotianum vel de Nepotiano duos libros, & alia qua enumerare longum eſt.* Libri duo adverſus Jovinianum Monachum, leguntur inter Hieronymi Epiſtolas LIV. & LV.

b) Apologeticum ad Pammachium adverſus eundem Jovinianum, occupat inter Epiſtolas locum LVI.

c) Ex loco præfat. in Commentar. ad Jonam conſtat Epitaphium Nepotiani intelligi, quod inter Epiſtolas eſt III.

## MARIANI VICTORII.

*Conſolatoriam de morte filiæ ad Paulam.* Θυγατρὸς, habet Sophronius etiam. Antea, Filii legebatur. Extat hæc epiſtola primo tomo numero 25. & incipit: qvis dabit capiti meo.

*In Epiſtolam ad Epheſios commentariorum libros tres.* Deerant hæc olim: nos ex Sophronio & Florentinis codicibus repoſuimus.

## HENR. GRAVII.

*Hieronymus patre Euſebio natus.* Anno Domini 331. anno vero Conſtantini 12. juxta Proſperum: Anno autem Valentiniani 1. cum Theodoſio, Arcadio & Bautone Coſſ. *Hieronymus presbyter toto jam mundo clarus habitat in Bethlehem, egregio ingenio, ac ſtudio univerſali eccleſiæ ſerviens.* Anno autem domini 422. 12. Honorii cum Theodoſio: *Moritur anno ætatis ſuæ 91. pridie Cal. Octob.* De eo lege etiam teſtimonium Severi in dialogo: & Joannem Caſſianum ubi ſupra.

*De tribus quæſtionibus legis veteris.* Scripſit Damaſo ſuper 5. qvæſtionibus, qvarum tres duntaxat ſolvit.

*Conſolatoriam de morte filii ad Paulam.* Lege: *filiæ:*

*Scripſi præterea in Michæam explanationem lib. 2. in Sophoniam lib. 1. in Nahum lib. 1. in Habacuc lib. 2. in Haggæum lib. 1.* In præfat. lib. 3. in Amos ad Pammachium, dicit ſe ſcripſiſſe 1. *ad Paulam & Euſtochium in Nahum, Michæam, Sophoniam & Haggæum:* ſecundo in Habac. 2. lib. ad Chromatium: *tertio poſt longi temporis ſilentium in Abdiam & Jonam ad Pammachium. Anno autem 6. Conſulatus Arcadii, Auguſti, & Anicii Probi in Zachariam ad Exuperium: & in Malachiam ad Minervium & Alexandrum. Deinde in Oſee, Joel & Amos ad Pammachium.* In præfat. Hiere. *poſt explanationes 12. Prophetarum Eſaiæ, Danielis & Ezechielis ad extremum in Hieremiæ manum mittimus.*

## AUBERTI MIRÆI.

*S. Hieronymus*, in oppido Stridone natus, anno Chriſti 420. ætatis 91. pridie Kalendas Octobris deceſſit: ut Proſper in Chronico ait. Sed Baronius non niſi 78. vel 79. annos ipſi tribuit. Opera ejus omnia, qvæ reperiri potuerunt, Marianus Victorius Reatinus, Epiſcopus Amerinus, ad fidem veterum MSS. exemplarium recenſuit, & ſcholiis illuſtravit. Exſtant Romæ 1565. & 1572. à Manutio, item Antverpiæ 1570. à Plantino, & poſtremo Lutetiæ 1609. typis evulgata. In Pariſienſi editione, præter Græcam Sophronianam interpretationem libri de Scriptoribus eccleſiaſticis, acceſſerunt *Henrici*

*Gravii* Notæ in epistolas, itemqve variorum locorum ex MSS. codicibus emendationes. Qvæ porro singulis in tomis sint legitima Hieronymi opera, qvæ dubia aut suspecta, Sixtus Senensis, Canus, Baronius, Bellarminus, Possevinus & alii fusè explicant.

*Quod ad* vitas Patrum, *libris X. comprehensas, quas vulgus S. Hieronymo solet adscribere, attinet, hæc accipe. Eas secundo Heribertus Rosweidus, S. I. Theologus Antwerpiæ typis Plantinianis, cum Notationibus, 1628. evulgavit. Libri primi auctores sunt varii: quidam certi, quidam incerti. Certi auctores, suarum singuli Vitarum, sunt isti:*

I. Hieronymus, *auctor vitarum Pauli primi eremitæ, Hilarionis anachoretæ, Malchi monachi captivi, Fabiolæ, Paulæ, Marcellæ, Romanarum viduarum.* II. Athanasius *Alexandrinus Episcopus, auctor vitæ S. Antonii.* III. Paphnucius, *auctor vitæ S. Onuphrii eremitæ.* IV. Ephræm *Syrus, diaconus Edessenus, auctor vitæ S. Abrahæ eremitæ, & Mariæ meretricis, ejus neptis.* V. Antonius, *scripsit vitam magistri sui S. Simeonis Stylitæ.* VI. Leontius, *Neapolis Cypriorum Episcopus, auctor vitæ S. Joannis Eleemosynarii, Patriarchæ Alexandrini.* VII. Joannes Damascenus, *auctor vitæ SS. Barlaami & Josaphat.* VIII. Jacobus *diaconus Edessenus, auctor vitæ S. Pelagiæ meretricis.* IX. Sophronius *Episcopus Hierosolymitanus, auctor vitæ S. Mariæ Ægyptiacæ meretricis.* X. Theophilus, Sergius & Hyginus *scripserunt vitam S. Macarii Romani. Præter enumeratas vitas, in libro primo de vitis Patrum exstant & aliæ Sanctorum vitæ, auctoribus incertis; ut S. Basilii Cæsariensis Episcopi, S. Pachomii Abbatis Tabennensis in Ægypto, SS. Epicteti presbyteri & Astionis monachi, S. Frontonis Abbatis: SS. Eugeniæ, Euphrasiæ, Euphrosynæ, & S. Marinæ, virginum, item S. Thaisis meretricis.*

*Secundi & tertii librorum de vitis Patrum auctor vel interpres fuit* Ruffinus *Aquilejensis presbyter. Quartus liber excerptus est ex* Severi Sulpicii *dialogo primo, & ex* Joannis Cassiani *Institutis ac Collationibus. Quinti & sexti librorum auctorem fuisse Græcum aliquem, constat ex Photio, qui in Bibliotheca cap. 198. narrat, Græcum exemplar à se lectum fuisse. Nomen auctoris tamen non exprimit, quod hodieque ignoratur; quidquid aliqui divinarint. Certum porro est, librum cujus Photius Græce suo tempore exstantis meminit, hunc eundem esse, quem Latine habemus, translatum partim à* Pelagio *S. R. E. diacono, libro quinto de vitis PP. partim à* Joanne *S. R. E. subdiacono, libro sexto. Atque hunc quidem librum, qui apud Græcos & Latinos unicus est, Heribertus Rosweidus in duos distinxit; ita præeunte Sigeberto Gemblacensi, cap. 116. & 117. de viris illustribus. Georgius Garnesectius censet, Pelagium & Joannem postea Romanos ex ordine pontifices fuisse. Pelagius an. 559. Joannes eo nomine III. Papa an. 572. obiit.*

*Septimi libri auctor similiter fuit Græcus, sed cujus nomen nondum à quoquam est proditum. Hunc librum* Paschasius *diaconus Latinitate donavit; rogante Martino Abbate Dumiensi, post Episcopo Bracarensi: qui Martinus circa annum 580. vivere desiit.*

*Octavum librum de vitis Patrum Græce scripsit* Palladius, *Helenopolees in Cappadocia Episcopus, quem Gentianus Hervetus, Canonicus Remensis, Latinum fecit. Hic liber vulgo* Historia Lausiaca *dicitur, eo, quod ad Lausum Præpositum à Palladio sit scripta. Rosweidus in appendice ad vitas Sanctorum antiquam quoque Lausiacæ versionem, ab incerto sed vetere interprete factam, subtexuit: & Fronto Ducæus ejusdem Lausiacæ Græco-Latinam editionem, ex MS. codice Regio Parisiis publicandam curavit. Notet autem Lector, Palladium fuisse Origenistam & Pelagianum; ideoque caute legendum.*

*Noni libri (qui vulgo* Philotheus *dicitur) auctor fuit* Theodoretus *Cyri Episcopus; primum ab Alberico Longo Salentino, post à Gentiano Hervetо Latina civitate donatus. Decimum librum Græce scripsit* Joannes Moschus *seu* Eviratus, *ad Sophronium Hierosolymitanum Episcopum: ideoque inscribitur* Limonarium Sophronii, *seu* Pratum spirituale, *vel* Paradisus novus: *ut Photius in Bibliotheca cod. 19. narrat. Hujus libri interpres fuit Ambrosius Camaldulensis monachus.*

*Istis decem libris Rosweidus, præter antiquam Historiæ Lausiacæ interpretationem, paulo antè memoratam, attexuit* Heraclidis Paradisum, *incerto sed vetere interprete; &* Ægyptiorum Patrum sententias, *auctore Græco incerto, sed vetere; interprete autem Martino Dumiensi seu Bracarensi. Ex his Paradisus Heraclidis magna pars est Palladianæ seu Lausiacæ Historiæ.*

---

# *APPENDIX I. DE VITIS APOSTOLORUM,*

## Qvam versioni Græcæ Libri de Viris Illustribus sub SOPHRONII nomine in MS. Codice suo intextam (cap. I. post cap. I. & cætera post cap. 4.) ERASMUS reperit.

ANDREAS frater * hujus, ut majores nostri prodiderunt, Scythis, & Sogdianis, & Saccis prædicavit Evangelium Domini nostri Jesu Christi, & in Sebastopoli præ-

* Simonis Petri, de quo supra, cap. 1.

Ἀνδρέας ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ, ὡς οἱ πρὸ ἡμῶν παραδεδώκασιν, Σκύθαις καὶ Σογδιανοῖς καὶ Σάκκαις ἐκήρυξε τὸ εὐαγγέλιον τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ ἐν Σεβαστοπόλ

dicavit, quæ cognominatur magna, ubi est irruptio Apsari, & Phasis fluvius, illic incolunt Æthiopes interiores. Sepultus est autem Patris civitate Achajæ, cruci suffixus ab Ægea Præfecto Edessenorum.

καὶ ἐκήρυξε τῇ μεγάλῃ, ὅπου ἐστὶν ἡ παρεμβολὴ Ἀψάρου, καὶ Φᾶσις ὁ ποταμὸς, ἐνθα οἰκοῦσιν Αἰθίοπες οἱ ἐσώτεροι. * Θάπτεται δὲ ἐν Πάτρας τῆς Ἀχαΐας, σταυρῷ παραδοθεὶς ὑπὸ Αἰγέα τοῦ βασιλέως Ἐδεσσηνῶν.

II. JACOBUS Zebedæi filius, duodecim tribubus quæ erant in dispersione, omnibus prædicavit Evangelium Domini nostri Jesu Christi. Interfectus est autem gladio ab Tetrarcha Judæorum.

II. ΙΑΚΩΒΟΣ ὁ τοῦ Ζεβεδαίου, ταῖς δώδεκα φυλαῖς ταῖς ἐν τῇ διασπορᾷ, πᾶσιν ἐκήρυξε τὸ εὐαγγέλιον τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. Ἀνῃρέθη δὲ μαχαίρᾳ ὑπὸ Ἡρῴδου Τετράρχου τῶν Ἰουδαίων.

III. PHILIPPUS Apostolus in Phrygia prædicat Evangelium Domini Jesu. Sepelitur Hierapoli, cum filiabus honorifice.

III. ΦΙΛΙΠΠΟΣ ὁ Ἀπόστολος ἐν Φρυγίᾳ κηρύσσει τὸ εὐαγγέλιον τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ, θάπτεται ἐν Ἱεραπόλει μετὰ τῶν θυγατέρων εὐδόξως.

IV. BARTHOLOMÆUS Apostolus, Indis iis qui dicuntur fortunati, prædicavit Evangelium Christi, & Evangelium quod est secundum Matthæum eis tradidit. Dormivit autem Albanopoli oppido majoris Armeniæ.

IV. ΒΑΡΘΟΛΟΜΑΙΟΣ ὁ Ἀπόστολος, Ἰνδοῖς, τοῖς καλουμένοις εὐδαίμοσιν, ἐκήρυξε τὸ εὐαγγέλιον τοῦ Χριστοῦ, καὶ τὸ κατὰ Ματθαῖον αὐτοῖς εὐαγγέλιον ἔδωκεν. Ἐκοιμήθη δὲ ἐν Ἀλβανοπόλει τῆς μεγάλης Ἀρμενίας.

V. THOMAS Apostolus, quemadmodum traditum est nobis, Parthis & Medis & Persis & Carmanis & Hyrcanis & Bactris & Magis prædicavit Evangelium Domini. Dormivit in civitate Calamina, quæ est Indiæ.

V. ΘΩΜΑΣ ὁ Ἀπόστολος, καθὼς ἡ παράδοσις περιέχει, Πάρθοις καὶ Μήδοις καὶ Πέρσαις καὶ Καρμανοῖς καὶ Ὑρκανοῖς καὶ Βάκτροις καὶ Μάγοις ἐκήρυξε τὸ εὐαγγέλιον τοῦ Κυρίου. Ἐκοιμήθη ἐν πόλει Καλαμίνῃ τῆς Ἰνδικῆς.

VI. SIMON Cananæus, cognomento Judas, frater Jacobi Episcopi, qui & successit illi in Episcopatum, post obitum Jacobi cognomento justi, vixit annos viginti supra centum. Crucifixus autem sub Trajano Imperatore, mota persecutione gravi, dormivit.

VI. ΣΙΜΩΝ Καναναῖος, ὁ ἐπικληθεὶς Ἰούδας, ἀδελφὸς Ἰακώβου τοῦ Ἐπισκόπου, ὃς τὸν κλῆρον τῆς Ἐπισκοπῆς ἐδέξατο μετὰ τὸν Ἰακώβου τοῦ δικαίου κοίμησιν. Ἔζησεν ἑκατὸν εἴκοσιν ἔτη. Σταυρῷ δὲ παραδοθεὶς ἐπὶ Τραϊανοῦ τοῦ βασιλέως, διωγμοῦ μεγάλου κινηθέντος, ἐκοιμήθη.

VII. MATTHIAS, cum unus esset è numero Septuaginta, allectus est in ordinem undecim Apostolorum, in locum Judæ Iscariotæ, qui fuit proditor. In altera Æthiopia, ubi est irruptio Apsari, & Hyssi portus, prædicavit Evangelium, quum essent homines agrestes. Et illic dormivit, & illic sepultus est, usque ad hodiernum diem.

VII. ΜΑΤΘΙΑΣ εἷς ὢν τῶν ἑβδομήκοντα, συγκαταριθμηθεὶς δὲ μετὰ τῶν ἕνδεκα Ἀποστόλων, ἀντὶ Ἰούδα τοῦ Ἰσκαριώτου τοῦ προδότου γενομένου, ἐν τῇ δευτέρᾳ Αἰθιοπίᾳ, ὅπου ἡ παρεμβολὴ Ἀψάρου, καὶ Ὑσσοῦ λιμήν, ἐκήρυξε τὸ εὐαγγέλιον, ἀγρίοις ἀνθρώποις ὄσι. Καὶ ἐκεῖ ἐκοιμήθη, καὶ ἐκεῖ ἐτάφη ἕως τῆς σήμερον.

VIII. TIMOTHEUS autem Ephesiorum Episcopus, ordinatus à beato Paulo, ex gentibus erat, non ex circumcisione. De quo multa testatur Paulus, admonens ut honestam professionem dati sibi doni servaret, qui & glorioše illic** testificatus est.

VIII. ΤΙΜΟΘΕΟΣ δὲ ὁ Ἐπίσκοπος Ἐφέσου καταξιωθεὶς ὑπὸ τοῦ μακαρίου Παύλου, ἐξ ἐθνῶν ἦν, οὐκ ἐκ περιτομῆς. ὡς καὶ πολλὰ μαρτυρεῖ Παῦλος, νουθετῶν τὸν καλὴν ὁμολογίαν τοῦ δοθέντος αὐτῷ χαρίσματος φυλάξαι, ὃς καὶ ἐνδόξως ἐκεῖ ἐμαρτύρησεν.

IX. TITUS Episcopus Cretæ; in eadem & in circumjacentibus insulis prædicavit Evangelium Christi. Ibidem autem & dormivit, & sepultus est, nempe in Creta.

IX. ΤΙΤΟΣ Ἐπίσκοπος Κρήτης, ἐν αὐτῇ καὶ ταῖς πέριξ νήσοις ἐκήρυξε τὸ εὐαγγέλιον τοῦ Χριστοῦ. Ἐκεῖ καὶ ἐκοιμήθη καὶ ἐτάφη ἐν Κρήτῃ.

X. CRESCENS in Galliis prædicavit Evangelium; & illic sepultus est. Eunuchus Candaces Æthiopum Reginæ in Arabia cognomento felici, & in Taprobana insula maris rubri prædicavit Evangelium Domini. Ajunt autem eum & ibidem martyrium pertulisse, & honorifice fuisse sepultum.

X. ΚΡΗΣΚΗΣ ἐν Γαλλίαις ἐκήρυξε τὸ εὐαγγέλιον, καὶ ἐκεῖ ἐτάφη. Εὐνοῦχος Κανδάκης τῆς βασιλίσσης Αἰθιόπων, ἐν Ἀραβίᾳ τῇ εὐδαίμονι, καὶ ἐν Ταπροβάνῃ νήσῳ ἐν τῇ ἐρυθρᾷ ἐκήρυξε τὸ εὐαγγέλιον τοῦ Κυρίου. Λόγος δὲ περιέχει, ὡς καὶ μεμαρτυρηκέναι αὐτὸν ἐκεῖ, καὶ ἐνδόξως τεθῆναι.



* Ἐσώτεροι recte, nec cum Bochartо legendum ἕτεροι. illustri Huetio legere ibi ἐσωτέρᾳ.

** Hinc est quæ δευτέρᾳ Αἰθιοπίᾳ infra c. 7. Nec opus cum Martyrium subiit.

APPEN-

# APPENDIX ALTERA,

## Edita jam sub S. HIERONYMI nomine, De *XII. Doctoribus, ad Desiderium:* jam sub nomine BEDÆ, ** *de Luminaribus Ecclesiæ.*

### ERASMI CENSURA.

*De hoc opusculo non possum aliud judicare, quam quod ipsum præ se fert. Nec ipsa febris quicquam scribere posset insanius, nec ipsa temulentia temulentius. Deinde quid stultius, quam ubi professus sis te de luminaribus toto mundi firmamento lucentibus dicturum, Pelagium, Jovinianum, & consimiles inculcare tenebriones. Ad hæc quam bello digeris ordine Catalogum, Augustinum omnium ætate postremum, primo recensens loco, quosdam sic admiscens, ut nescias de quibus loquatur. Ambrosium fratrem vocat, Heliodorum presbyterum. In summa non quo suspicari, quid ipsi bubulco venerit in mentem, nisi quod aliquis inepte favens Augustino, cum hoc tam bello monumento voluerit coboneſtare. Et tamen hæc stupidissima belua affectavit ut Hieronymus videretur, cum de Joviniano loquens, & tuc, inquit, quanquam in omnibus laboriosum assidue quæstionibus infinitis afficit & vexat. Et ne quis dubitaret hunc esse Hieronymum, in fine attexuit tres vitas ex Catalogo quem scripsit Hieronymus de viris illustribus, Hilarii, Damasi, & Gregorii Nazianzeni. Ne quid mireris optime Lector, si videor hæc cum stomacho scribere. Quis enim vel literis favens, vel tam incomparabilis viri gloriæ, non indigne ferat, tam indocta, tam stulta, tam insana blateramenta in Hieronymi conferri nomen?*

### HIERONYMUS DESIDERIO.

Vis nunc acriter mi frater, Desideri, ut tibi qvasi de luminaribus, qvæ toto firmamento mundi refulgent, pauca de Scriptoribus, qvi nobis multa de obscuritatibus, qvæ propter carnalem mentem intelligentiam impediunt, ad splendorem considerationis spiritualem proferre potuerunt, manifestissime dicam. Sed vereor Susannæ Helchiæ filiæ, ne in me sententia iniqvo judicio presbyterorum impleatur, dicentis: Angustiæ mihi undiqve sunt. Et mihi similiter sunt angustiæ. Si enim voluero aliqvem ex his reprehendere, adversarios atqve inimicitias mihi undiqve concitabo. Si autem noluero, nunqvam qvæ postulasti invenies. Sed unius tantum voluntatem condemnare qvam multorum consilia transire vel despicere, melius esse videtur, qvia unusqvisqve eorum in Scripturis sanctis diligenter laudari meruit, sed omnes breviter leviterqve cum omni amore tangam, ut utrumqve pacifice impleam.

I. AUGUSTINUS Episcopus volans per montium cacumina qvasi aqvila, & ea qvæ in radicibus montium fiunt, non considerans, multa cœlorum spatia, terrarumqve situs, & aqvarum circulum, claro sermone pronunciat. Qvi enim in lignum fructuosum ascendere vult, paulatim ad superiora & majora carpere poma festinat, ramos autem proximos parvulis relinqvit. Nos autem qvi parvuli sumus, infirmiqve atqve minores, si inferiora congregare valuerimus, nobiscum bene agetur.

II. HILARIUS Episcopus Romanorum, lucifer lucernaqve Ecclesiarum, & pretiosus lapis, ad qvem mortalia vix ascendunt, pulchro sermone aureoqve ore universa loqvitur. Etsi enim aliqva secus viam cecidisse potuissent, tamen ab eo in Scripturis messis exorta est magna.

III. ORIGENES Adamnatius, altiora atqve majora cogitans, propriumqve ingenium ferre non sufficiens, dum aliud loqvitur, per aliud se nectit. Et cum hæc nimio mentis ardore cogitasset, oneribus majoribus carricabat se, & cum sic incedere non potuisset, ruina magna illuc devolutus est, ut ruina ejus pareret doctrinas per aliqvas seductiones ineptas, multosqve de via recta in aliam viam perducit, & venenum ejus qvasi tinnulis vocibus, Sirenarumqve canticis, plures necare potuit. Melior omnibus in bonis, pejor in malis. Aliqva vero per eum secus viam seminata sunt, multi tamen aliqvos ejus pessimos discipulos multa venenosa sub ejus nomine edidisse testantur.

IV. EUSEBIUS Cæsarienſis, clavis Scripturarum, custosqve novi Testamenti, multis major in conscriptionibus à Græcis comprobatur. Scripsit Canones qvatuor Evangeliorum, & undecim libros historiæ Ecclesiasticæ, qvi novum Testamentum narrant atqve custodiunt, & χρονικὸν, id est, temporum breviarium. Hæc tria sunt præclara, qvæ in operibus ejus testantur, & nos ante omnia ejus vestigia qvi imitari potuisset, nunqvam repperimus.

V. HELIODORUS presbyter, domum amplissimam per modicum foramen respiciens, tentansqve ostia concluſa, clavesqve non habens, vix pauca ad lucem prodere convaluit, sed qvæ potuit narrare, fideliter narravit.

VI. AMBROSIUS frater, profundorum pinna raptus, & aëris volucer, qvamdiu in profundum ingreditur, fructum de alto carpere videtur. Et omnes ejus sententiæ, fidei Ecclesiæ, & omnium virtutum firmæ sunt columnæ. VII. DAR-

* Titulo Hieronymi de XII. Doctoribus exstat etiam in Codice MS. Bibl. Ambrosianæ de qvo V. C. Lud. Antonius Muratorius Tom. I. Anecdoton Latin. pag. 814.

** Tom. 3. Opp. Bedæ pag. 491.

VII. DARDANUS multas qvæstiones arripiens per mentis astutiam, nucemqve circa nucleum non confringens, multa impossibilia de Scripturis cum fiducia loqvitur.

VIII. PAULINO visum est Magistrum fieri, & non erat ante discipulus, & fructum sine radice oriri fieriqve tentavit. Ideo ejus conscriptiones, Scriptore & charta non indigent.

IX. PELAGIUS de qvo apud fideles sermo est, de qvo etiam & mihi gravis causa disputationis ejus verborum pene in toto orbe annunciata est, qvem omnes Ecclesiæ qvasi lupum de sylva mirantur, aureum colorem super nigrum venenum componens, fontem dulcem primi mellis, amaritudinis malitiæ commiscuit.

X. JOVINIANUS læta facie, & corde aspero, potu dulcissimo felle commixto, multos potavit, & contrarias sententias per odium occasionum Christianis proferens composuit, &me* (qvanqvam in omnibus laborioſum) assidue qvæstionibus infinitis afficit & vexat.

XI. JULIUS Africanus, cujus vestigium omnes orientales australesqve diligenter unanimiterqve in Danielis hebdomadibus investigant, universa temporum spatia cum omni peritia jugiqve sermone construxit, & nulla ab omnibus qvæ dicta sunt per eum in toto orbe unqvam data est contradictio.

XII. FAVONIUS à multis culpabilis, dura sententia fortiterqve universa difficillima ingerere conatus est, & qvasi qvi contra undas maris navigare non potest, vel contra impetum torrentis aqvæ natare non valet, ita cuncta qvæ scripsit contra Scripturas sanctas, obstare non poterant: Ideo qvasi umbra secus hominem sunt.

HILARIUS. ex Hieronymi Catalogo cap. 100.

DAMASUS. ex cap. 103.

GREGORIUS NAZ. ex cap. 117.

* In Bedæ Operibus hic locus ita legitur: *Et Hieronymum quoque, maxime in omnibus laboriosum &c.*

# INDEX
## SCRIPTORUM ECCLESIASTICORUM,
qvi à S. Hieronymo in Catalogo & in duplici Appendice memorantur.


Acacius Cæsarienſis Episcopus cap. 98
Agrippa Castor. 21
Alexander Cappadociæ Episcopus. 62
Ambrosius Alexandrinus diaconus 56
Ambrosius alter Alexandrinus. 126
Ambrosius Mediolanensis Episcopus 125. & appendic. II. c. 6.
Ammonius Alexandrinus. 55
Amphilochius Iconii Episcopus. 133
Anatolius Laodicenus Episcopus. 73
*Andreas Apostolus* append. I. c. 1.
Antonius monachus. 88
Apollonius Senator. 42
Apollonius, sub Commodo Imp. 40
Apolinarius Hierapolitanus Episcopus. 26
Apolinarius Laodicenus Episcopus. 104
Appion, sub Severo Imp. 49
Aqvilius Severus, Hispanus. 111
Arabianus. 51
Archelaus Mesopotamiæ Episcopus. 72
Aristides Athenienſis Philosophus. 20
Arnobius Rhetor. 79
Asterius, secta Arianus. 94
Athanasius Alexandrinus Episcopus. 87
*Augustinus* append. II. c. 1.
Bacchylus Corinthi Episcopus. c. 44
Bardesanes Mesopotamienſis. 33
Barnabas Apostolus. 6
*Bartholomæus Apostolus* appendic. I. c. 4.
Basilius Ancyranus. cap. 89
Basilius Cæsarienſis Episcopus. 116
Beryllus Bostrenſis Episcopus. 60
Brabianus, sub Severo Imp. 51
Candidus, sub Commodo Imp. 48
Clemens Alexandrinus presb. 38
Clemens I. Romanus Papa. 15
Cornelius Papa. 66
*Crescens* appendic. I. cap. 10.
Cyprianus Carthaginienſis Episcopus. 67
Cyrillus Hierosolymitanus Episcopus. 112
Damasus Papa. cap. 103
*Dardanus* append. II. cap. 7.
Dexter Historicus. 128
Didymus Alexandrinus. 109
Diodorus Tarsenſis Episcopus. 119
Dionysius Alexandrinus Episcopus. 69
Dionysius Corinthiorum Episcopus. 27
Donatus hæresiarcha. 93
Ephræm Edesſenus diac. cap. 115
Epiphanius Salaminæ Episcopus. 114
Evagrius Antiochenus Episcopus. 125
Eunomius Cyzicenus Episcopus. 120
Eusebius Cæsarienſis Episcopus, cap. 81 & *append. II.* c. 4.
Eusebius Emesenus Episcopus. 91
Eusebius Vercellenſis Episcopus. 96

Euſtathius Antiochenus Epiſcopus. cap. 85
Euzoius Cæſarienſis Epiſcopus. 113
*Evvonius* appendic.II. c.12.
Fortunatianus Aqvilejenſis Epiſc. 97
Gajus, ſub Zephyrino Papa. 59
Gelaſius Cæſarienſis Epiſcopus. 130
Geminus Antiochenus, presbyter. 64
Gregorius Bæticus, Iliberitanus Ep. 105
Gregorius Nazianzenus Epiſcopus. 117
Gregorius Nyſſenus. 128
Gregorius Thaumaturgus. 65
Hegeſippus Hiſtoricus. 22
*Heliodorus presbyter*. append. II. c.5. 46)
Heraclius,(Heraclitus) ſub Commodo Imp.
Hermas, à S. Paulo memoratus. 10
Hieronymus presbyter. 135
Hilarius Pictavienſis Epiſcopus. 100
*& append. II.* cap.2.
Hippolytus Portuenſis Epiſcopus. 61
Jacobus Apoſtolus. (minor) 2
*Jacobus Zebedæi* (major.) appendic. I. 2
Ignatius Antiochenus Epiſcopus. 16
Joannes Apoſtolus. 9
Joannes Chryſoſtomus Epiſcopus. CP. 129
Joſephus Judæus, Hiſtoricus. 13
*Jovinianus* appendic. II. cap. 10.
Irenæus Lugdunenſis Epiſcopus. 35
Judas Apoſtolus. 4
Judas Chronographus. 52
Julius Africanus, Chronographus 63
*& appendic.II.* cap.11
Juſtinus Philoſophus. 23
Juſtus Tiberienſis. 14
Juvencus poëta, Hiſpanus. 84
Lactantius Firmianus. 80
Latronianus. 122
Lucas Evangeliſta. 7
Lucianus Antiochenus presbyter. 77
Lucifer Calaritanus Epiſcopus. 95
Lucius Epiſcopus Arianus. 118
Malchion Antiochenus presb. 71
Marcellus Ancyranus Epiſcopus. 86
Marcus Evangeliſta. 8
Matronianus hæreticus. 122
Matthæus Evangeliſta. 3
*Matthias Apoſtolus* appendic.I. cap.7.
Maximus, ſub Commodo Imp. 47
Maximus Conſtantinop. Epiſcopus. 127
Melito Sardenſis Epiſcopus. 24
Methodius Tyri Epiſcopus. 83
Miltiades, ſub Commodo Imp. 39
Minutius Felix. 58
Modeſtus, ſub Commodo Imp. cap. 32
Muſanus, ſub Antonino Vero. 31
Novatianus hæreticus. 70
Optatus Milevitanus Epiſcopus. 110
Origenes Adamantius. 54
*& appendic. II.* c.3.
Pacianus Barcinonenſis Epiſcopus. 106
Pamphilus martyr. 75
Pantænus Stoicus philoſophus. 36
Papias Hierapolitanus Epiſcopus. 18
*Paulinus* appendic. II. c.8.
Paulus Apoſtolus. 5
*Pelagius* appendic.II, c.9.
Petrus Apoſtolus. 1
Phileas Thmueos Epiſcopus. 78
Philippus Cretenſis Epiſcopus. 30
Phæbadius Agennenſis Epiſcopus. 103
*Philippus Apoſtolus* appendic. I. c.3.
Philo Judæus. 11
Photinus hæreticus. 107
Pierius Alexandrinus presbyter. 76
Pinytus Cretenſis Epiſcopus. 28
Polycarpus Smyrnenſis Epiſcopus. 17
Polycrates Corinthi Epiſcopus. 45
Pontius S.Cypriani diaconus. 68
Priſcillianus hæreticus. 121
Qvadratus Athenienſis. 19
Reticius Auguſtod. Epiſcopus. 82
Rhodon Aſianus. 37
Seneca Philoſophus. 12
Serapion Antiochenus Epiſcopus. 41
Serapion Thmueos Epiſcopus. 99
Sextus ſub Severo Imp. 50
*Simon Cananæus* appendic. I. c.6.
Sophronius, æqvalis S. Hieronymi. 134
Tatianus hæreſiarcha. 29
Tertullianus Afer. 53
Theodorus Heraclienſis Epiſcopus. 90
Theophilus VI. Antiochenus Epiſcopus. 25
Theophilus Cæſarienſis Epiſcopus. 43
Theotimus Tomorum Epiſcopus. 131
*Thomas Apoſtolus* appendic.I, c.5.
Tiberianus Bæticus. 123
*Timotheus Epiſcopus* append. I. c.8.
*Titus Cretenſis Epiſc.* append. I. c.9.
Titus Boſtrenſis Epiſcopus. 102
Triphyllius Cypri Epiſcopus. 92
Tryphon, auditor Origenis. 57
Victor I. Papa. 34
Victorinus Pictavienſis Epiſcopus. 74
Victorinus Rhetor. 101

# *FINIS.*

**LIBER**

Digitized by Google

# LIBER GENNADII MASSILIENSIS PRESBYTERI DE SCRIPTORIBUS ECCLESIASTICIS.

## VARIORUM DE GENNADIO JUDICIA.

*Cassiodori, libro De divinis lectionibus cap.* 17.

LEGE librum, De Viris illustribus, S. *Hieronymi*, ubi diversos Patres atque opuscula eorum breviter & honoravit & tetigit; deinde & alterum *Gennadii Massilienſis*, qui de Scriptoribus legis divinæ, quos studio perquisiverat, certissimus judicavit. Hos in uno corpore sociatos reliqui, ne per diversos codices cognoscendæ rei tarditas adferatur.

*Isidori Hisp. Lib. VI. Orginum* cap. 6.

HIERONYMUS quoqve & Gennadius Ecclesiasticos scriptores toto orbe qværentes ordine prosecuti sunt, eorumque studia in uno voluminis indiculo comprehenderunt.

## *SVFFRIDI PETRI, LEOVARDIENSIS* PRÆFAT. AD GENNADII LIBRUM.

SIGEBERTUS Gemblacensis infra in Catalogo suo ca. 30. hunc Gennadium vocat Episcopum, sicut & Platina in Symmacho eum appellat Episcopum Massilienſem. Vualafridus autem cap. 20. De officiis Massilienſem Presbyterum appellat, sicut & Iohannes Trithemius. Quin & ipse Gennadius in Coronide huius operis, scripta sua recensens, Massilienſem presbyterum se vocat, ideoque & nos hunc illi titulum tanquam genuinum attribuemus, donec solidioribus argumentis nobis de alio fides facta fuerit: nam qui Episcopum fuisse scribunt, decepti videntur similitudine nominis Episcopi Constantinopolitani, cui item nomen fuit Gennadius, de quo noster hic Gennadius ca. 90. agit: Planè autem Gennadius hic noster cum iudicio legendus est, non solum quod ipse scriptores aliquot hic probet, quos reprobauit Ecclesia, verum etiam quod à Catholicis quibusdam pro studio nonnulla huic addita sint medelæ gratia, quæ ad ipsum Gennadium non pertinent. Ideoqve quo cautius eum lector candidus legat, de vtroque quod diximus, censuram hic subjiciemus, Præstantissimo viro ac gravissimo Theologo, Dn. M. N. Iohanni Molano, Louanienſi Pontificii ac Regii librorum censore, quam ille nobis pro suo erga Ecclesiam Catholicam studio impartire dignatus est. Quod autem hic Gennadius fuerit factionis Gallorum (inquit) de quibus in epistolis Prosperi & Hilarii præfixis libro, de Prædest. Sanctorum & bono persecutionis, patet in ejus Catalogo: vt enim omittam, quod Ruffinum c. 17. Hieronymo præferat, & Severi Dialogum cap. 19. laudet, quem Hieronymus in cap. 36. Ezechielis, & post eum Gelasius reprobat: expresè damnat librum Prosperi contra Collatorem, & laudat Cassianum, item Faustum in materia Gratiæ, & liberi arbitrii, cum Gelasius vtrumque damnet, laudato Prospero: Sicut Faustum hæreticum ostendit Joh. Maxentius in fine libri sui contra epistolam Possessoris, & Petrus Diaconus, cum suis in libello ad Fulgentium misso, qui à Fulgentio approbatur: Contra quem Faustum tanquam occultè Pelagianis consentientem scripsisse Fulgentium testatur Vincentius in Speculo historiali, lib. 20. cap. 106. Sanè contra Cassianum & Faustum, similesq. congregatum videtur Arausicanum Concilium secundum, jussu Leonis primi. Isidorus in Catalgo: *Fulgentius scripsit de gratia & libero arbitrio libros Responsionum septem, in quibus*



Digitized by Google

*bus Fausto Gallia Regensis urbis Episcopo, Pelagiana prauitati consentienti laudibus elatis profundam destruere calliditatem.* Imò Gennadius laudat librum Eulogiarum Pelagii, quem libro 1. contra Pelagianos tanquam hæreticum rejicit Hieronymus. Nam ibi docetur omnes voluntate propria regi, & posse esse hominem sine peccato, & facilè mandata Dei custodire, si velit: Quem Augustinus hæreticum esse ostendit, epistola 89. ad Hilarium: Omittimus quod in Euagrio laudet apathian, quem Hieronymus damnatum ab Episcopis, tanquam Origenistam asserit, Epistola ad Ctesiphontem, & damnat eius apathiam. Hactenus ille de prauitate Gennadii. De iis, quæ in Gennadium ab aliis infarta sunt, idem ait, Codex manuscriptus (inquit) in Parco sic concludit Catalogum Gennadii, omisso Honorato, quem nos postremo loco habemus in operibus Hieronymi: *Ego Gennadius Massilia presbyter, scripsi aduersus omnes hareses libros* VIII. *& aduersus Nestorium libros* VI. *& aduersus Pelagium libros* III. *& Tractatus de mille annis, de Apocalypsi B. Iohannis, & hoc opus de fide mea misi ad Gelasium urbis Romæ Episcopum.* Hic notandum est, vt constet, eum librum qui in antidoto contra hæreses ponitur contra Nestorium, esse Gennadii, non Gelasii, & facilis potuit esse immutatio nominum, quia Gennadius ad Gelasium scripsit: & arbitror in libro nostro omissum esse Gennadium extremum, & positum Honoratum, quia Honorati fidem approbauit Gelasius, non Gennadii, vt videlicet Honoratus sit positus tanquam medicamentum, sicut medicamenta habet liber de Ecclesiasticis dogmatibus. Sanè cod. m. s. in Parco in Catalogo Gennadii habet multa medicamenta: Pro eo enim quod Gennadius dicit de Augustino: *licet enim capacibus dubitationem de abortiuis faceret, error tamen illius sermone multo, vt superius dixi, contractus lucta hostium exaggeratus, necdum hæresis quæstionem dedit*, sic habet cod. Parcensis scriptus, omissis istis verbis: *Egregio ingenio et excellenti studio Ecclesia seruiens Iuliani haretici libris, inter imperum obsidentium Vandalorum in ipso dierum suorum fine respondit, & in defensione Christiana sapientia perseuerans, moritur, Theodosio & Valentiniano regnantibus.* Et de Prospero sic adducit scriptus liber, postquam dixit Cassianum & Prosperum sententias contrarias habere de gratia & libero arbitrio: *Hic etiam Prosper post obitum B. Augustini, eius, contra inimicos gratia Christi defensor extitit*: & post Faustum sic subditur in libro scripto Parcensium & Bethlehemitarum ca. 86. *Cæsarius Arelatensis Episcopus vir sanctitate & virtute celeber, scripsit egregia & grata valde, & monachis necessaria opuscula: de gratia quoque & libero arbitrio edidit testimonia Scripturarum et sanctorum Patrum iudiciis munita, vbi docet, hominem de proprio nihil agere bonè, nisi eum diuina gratia præuenerit: quod opus etiam Papa Felix per suam epistolam roborauit, & in latinis promulgauit. Floruit eo tempore quo & Faustus, Anastasio Romp. gubernante.* Hæc scriptus codex. Hæc non videntur Gennadii, sed Catholici, volentis mederi Gennadio. Hic Cæsarius primus subscripsit in secundo Concilio Arausicano, & fit hic mentio Felicis Papæ tertii: Licet autem Gennadius in Catalogo recenseat in Pomerio, Pomerium disputare de originali peccato, non tamen putandus est Gennadius hoc approbare. Hic enim Pomerius (secundum Isidorum in Catalogo cap. 12.) *in secundo sui operis libro Tertulliani erroribus consentiens, animam corpoream esse dixit, quibusdam fallacibus argumentis hoc adstruere contendens.* Hæc Isidorus. Certum est hoc non approbasse Gennadium. Hæc ille: quibus & nostri codices m. s. plerique suffragantur, vt suis locis indicaturi sumus: Nec est ullum præsentius huius rei argumentum, quam quod cod. m. s. quo vetustiores sunt, eo pauciora Gennadio medicamenta addidisse deprehendantur. Honorius certè qui volens vtique neminem omisisse videtur (vt potè cum etiam Dionysium Areopagitam Hieronymo conseruauerit, quem in Catalogo apud ipsum Hieronymum codices omnes desiderant) Auitum cap. 47. & Pomerium cap. 98. & Honoratum Massilienscm, cap. 99. in Gennadii Catalogo positum pro Gennadianis non agnoscit: Huc accedit, quod in cod. m. s. Martiniano satis recenti; vt videtur, quo nos inter cæteros vsi sumus, hunc Prologum, quem proinde ad verbum hic subjicere placuit, Gennadio præpositum reperimus, qui vtique cum ad Gennadium nihil faciat, medelæ gratia ei additus videri debet, ut. sinistram Gennadii de Hieronymo censuram, de qua supra dictum est, oportunè mitigaret: Prologus ita habet: *Hieronymus noster literis Græcis ac Latinis &c.*

## *Roberti Bellarmini, libro de Scriptoribus ecclesiasticis.*

GEnnadius Massilienſis vixit tempore Gelasii Papæ, circa annum Domini quadringentesimum nonagesimum. Nam ad ipsum Gelasium se misisse librum suum de Fide, testatur ipse Gennadius, in extremo capite libri sui de Viris illustribus: quamvis non in omnibus codicibus liber Gennadii inveniatur completus. Scripsit librum *De ecclesiasticis dogmatibus*; qui extat inter libros S. Augustini: & hic esse creditur liber, quem ipse misit ad Gelasium. Scripsit etiam librum de *Viris illustribus*; in quo suspicionem non parvam reliquit suæ non rectæ fidei. Laudavit enim Cassianum & Faustum, qui Semipelagiani fuerunt; & S. Prosperum depressit, qui pro gratia Dei contra Pelagium fortissimè dimicavit. Scripsit præterea multa alia, quæ ipse commemorat in extremo capite libri de Viris illustribus; sed ea non extant, aut certè ad manus meas non venerunt.

*Le-*

## *Iacobi Sirmondi, in Notis ad Sidonii epiſtolam 9. libri 9.*

FAuſti Reienſis Epiſcopi duos libros, De gratia Dei & humanæ mentis libero arbitrio, Sidonius vocat *opus operoſiſſimum* Quid ergo cauſſæ, cur à Sidonio tot laudibus ornentur, quos conſtat à Gelaſio, Fulgentio, Avito, Cæſario, Facundo & aliis vel damnatos vel contrariis etiam voluminibus confutatos? At Sidonium difficile non eſt judicii aleæ ſubducere, qui Fauſti in hoc opere ingenium, artem, eloquentiam prædicat, doctrinæ capita ſententiaſque non attingit. Fauſtum verò & ſi qui tum in Gallia (quod diſſimulari non poteſt) cum eo ſenſerunt, aliquo modo excuſare ratio illa videtur, quod ante Synodum II. Arauſicanam (anno 529 habitam) vixerint, cujus placitis Eccleſia deinceps, tanquam norma doctrinæ, adverſùs Semipelagianorum errores uſa eſt.

## *Ejuſdem Sirmondi in Notis ad tomum* I. *Conciliorum Galliæ; ubi agit de concilio Arauſicano* II.

INteretat Concilium iſtud, quod Leonis olim Papæ temporibus adſerebatur, ad hæc potiùs tempora differri, propter multos doctrina & pietate præſtantes viros, qui, ſpatio interjecto, favere in Gallia viſi ſunt Semipelagianis: quorum placita in hac demùm Synodo, quam Sedis Apoſtolicæ auctoritas comprobavit, penitùs exploſa acrejecta ſunt.

## *Ex Vindiciis Ioanni Caſſiano, ab Alardo Gazeo* 1628. *apud Atrebates edito, præfixis.*

NE Lector miretur, nos de Maſſilienſibus dicere, potuiſſe illos olim ſine nota ſchiſmatis, aut unionis catholicæ injuria, ab Auguſtino, Proſpero, Fulgentio, aliiſque rectè ſentientibus diſſentire, donec eccleſia ſententiam definitivam interpoſuiſſet; ſciat Arauſicanum concilium ſecundum, quod ex ſententiis Auguſtini & Proſperi contra Semipelagianos eſt concinnatum, celebratum ſuiſſe anno quingenteſimo viceſimo nono, ſub Felice IV. Papa; & malè confundi à multis cum Arauſicano * primo, quod ſub Leone coactum fuit, nec edidit Canones de Fide, ſed de Eccleſiæ dumtaxat moribus & libertate. Doctoresautem & Pontifices uſque ad id tempus *Maſſilienſes* (qui poſteà *Semipelagiani* ſunt appellati) toleraviſſe tanquam catholicos & viros ſanctos, etſi errore peculiari irretitos, ſatis conſtat. Aliter enim multò judicavit Eccleſia Dei de iis, qui licet abſolutam Prædeſtinationem ab Auguſtino acerrimè defenſam negarunt, Gratiam tamen prævenientem agnoſcerent: aliter de *Semipelagianis*, qui Gratiæ præviæ neceſſitatem tollerent, & tamen neceſſitatem Gratiæ ſimpliciter conſideratæ confitebantur; aliter denique de *Pelagianis*, qui gratiam utilem quidem fatebantur, ſed neceſſariam eſſe negabant. Pelagiani enim expungebantur è Catholicorum numero, eccleſiaſticis functionibus arcebantur, reſcriptis Imperatoriis damnabantur; Semipelagiani olim pro Catholicis habebantur, & in gradibus eccleſiaſticis ſtare permittebantur. Sententia tamen illorum, ſynodali decreto & Romanæ Eccleſiæ autoritate, tandem damnata eſt: ſic tamen ut ipſi Maſſilienſes, qui eam ante Arauſicanum II. concilium tenuerant, non damnarentur. Qui verò abſolutum decretum Prædeſtinationis contra Auguſtinum negabant, non modò non damnabantur hæreſis, ut Pelagiani, ſed nec erroris, ut Semipelagiani; ſed permittebantur in ſuo ſenſu abundare: etſi fortiter eos Proſper & alii Auguſtini defenſores refutarunt. Et Pelagianos quidem tunc anathemati ſubjectos fuiſſe, tanquam hæreticos, non eſt opus oſtendere: nemo enim dubitat. At Maſſilienſes, & Gallorum doctores qui cum illis ſentiebant, catholica communione, propter errorem ſuum, non fuiſſe privatos, ſed in ſanctorum fratrum numero habitos, ſatis conſtat ex ipſo Auguſtino, qui, in libris contra eos ad Proſperum & Hilarium ſcriptis, paſſim eos *fratres* vocat, & in 2. libro cap. 17. ab hæretica pravitate excuſat, dicens: *Neque enim Pelagiani ſunt, ut adverſùs iſtam veritatem perſpicuam dura & hæretica perverſitate contendant: ſed hæc, inquiunt, ut á Deo detur nobis, Fides imperat quæ incipit à nobis.* Et ibidem cap. 24. *Hoc donum* (gloriandi in Domino) *Pelagianis optamus ut habeant: iſtis autem noſtris, ut plenius habeant. Non itaque ſimus in diſputationibus promti, in orationibus pigri: oremus, dilectiſſimi, oremus ut Deus gratiam det inimicis noſtris* (Pelagianos intelligit) *maximeque fratribus & dilectoribus noſtris, intelligere, confiteri, poſt ingentem & ineffabilem ruinam, quæ in uno omnes cecidimus, neminem niſi gratia Dei liberari; eamque non ſecundum merita unquam debilem reddi, ſed tanquam veram gratiam nullis meritis præcedentibus, dari.* Ubi eos, qui prævenientem gratiam neceſſariam negabant, & regenerationis donum, ſecundùm meritum congruitatis dari putabant, nunc *Noſtros*, nunc *Fratres* ſuos appellat. Cùm verò *dilectores* vocat, innuit quod dixerat illi Proſper in epiſtola, cui reſpondet; Maſſilienſes nimirum (excepto dogmate de præveniente gratia & prædeſtinatione abſoluta) in cæteris Auguſtinum amare, ſequi & admirari, Sic enim Proſper: *Unum eorum præcipua auctoritatis & ſpiritualium ſtudiorum virum, ſanctum Hi-*



*A. 441.

*larium Arelatenſem, ſcias beatitudo tua admiratorem ſectatoremque in aliis omnibus tuæ eſſe doctrinæ.* Atque hic quidem Hilarius, Sanctorum catalogo inſcriptus, qui tunc vivebat in maxima auctoritate, ab Auguſtino diſſidebat. Hos ergò, quos Proſper dicebat eſſe in ceteris Auguſtini *admiratores*, Auguſtinus, modeſtiùs de ſe ſentiendo, vocat ſuos *dilectores*. Itaque Auguſtinus, quamvis eorum errori meritò repugnabat, ipſos tamen pro catholicis fratribus agnoſcebat. Similiter & Proſper, etſi in eos vehementiùs invehatur, vocat tamen eos, in epiſtola ad Auguſtinum, *meritis atque honoribus claros, egregios in omni virtutum ſtudio viros & apud ſimpliciores magna de contemplatione probitatis reverentia conſpicuos*; imò & *ſanctos*; & in libro contra Collatorem cap. 33. *catholicos*, dicens *Quis hæc prædicari à catholicis inter catholicos crederet?* Et in epilogo illius ſcripti: *Quo rum tamen, dum adhuc non ſunt à fraterna ſocietate diviſi, tolerandamagis eſt intentio, quam deſperanda correctio, donec Dominus, per Eccleſiæ principes & legitimos judiciorum ſuorum miniſtros, hæc, quæ per paucorum ſuperbiam & quorumdam imperitiam, turbata ſunt, componat.* Sentit ergò etiam Proſper, Caſſianum & alios, etſi ipſius judicio & re ipſa graviter errantes, tamen potuiſſe ab ipſo diſſentire, ſine unionis catholicæ jactura, donec Eccleſiæ decreto quæſtio terminaretur. Et hæc abſque præjudico Eccleſiaſtici judicii dicta ſunto. *Sic ferè ſcriptor Vindiciarum pro Caſſiano.*

(Hiſce à Miræo adductis addes & cum illis ſi placet, conferes que Voſſius, Garnerius & Henricus præcipue Noris in Hiſtoria Pelagiana annotarunt.)

## *Editiones libri Gennadii de Viris Illuſtribus.*

Cum Hieronymi libro Baſil. 1529. 4. Sed in hac editione ut quibusdam aliis deſunt capita de Cæſario Sidonio, Gelaſio, Hieronymo & Gennadio.

In pluribus Hieronymi Operum editionibus, de quibus ſupra. Tantum hoc loco liceat notaſſe in editione Operum Hieronymi Francofurtenſi Anno 1684. bis exſtare Catalogum hunc Gennadii, ſemel Tom. I. pag. 201. atque iterum Tom. IV. p. 127. In Pariſienſi vero Joh. Marianæi 1706. T. V. exſtant Variæ Lectiones ex antiquiſſimo Codice Corbejenſi.

Cum Hieronymi, Iſidori, Honorii, Sigeberti & Henrici Gandavenſis libris de S. E. & Suffridi Petri, pluribus M.S.S. Codd. uſi notis. Colon. 1580. 8.

Separatim ex recenſione Iohannis à Fuchte. Helmſt. 1612. 4

Cum Hieronymo, Iſidoro, Ildefonſo, Honorio, Sigeberto & Henrico Gandavenſi de S. E. & ſcholiis Auberti Miræi. Antwerp. 1639. Fol.

Separatim cum ejuſdem Miræi ſcholiis, & notis brevibus editoris D. Salomonis Erneſti Cypriani, qui contulit cum codice Gvelpherbytano, & Norimbergenſi, A. 1703. 1en. 4.

# CAPITULA LIBRI
# GENNADII PRESBYTERI
## DE ILLUSTRIBUS VIRIS.

* Hieronymus *Presbyter.*
1. Iacobus *cognomento Sapiens.*
2. Iulius *Romanæ urbis Epiſcopus.*
3. Paulonas *Presbyter.*
4. Vitellinus (a) *Presbyter.*
5. Macrobius *Presbyter.*
6. Heliodorus *Presbyter.*
7. Pachomius *Monachus.*
8. Theodorus *Presbyter.*
9. Oreſieſis (b) *Monachus.*
10. Macarius *Monachus.*
11. Evagrius *Monachus.*
12. Theodorus (c) *alius Presbyter Antiochenus.*
13. Prudentius *miles Palatinus.*
14. Audentius (d) *Epiſcopus.*
15. Commodianus.
16. Fauſtinus *Presbyter.*
17. Rufinus *Presbyter.*
18. Tichonius *Afer.*
19. Severus *Presbyter, cognomento Sulpicius.*
20. Antiochus *Epiſcopus.*
21. Severianus *Epiſcopus Gabalenſis Eccleſiæ.*
22. Niceas (e) *Epiſcopus Romaciana civitatis.*
23. Olympius *Epiſcopus.*
24. Bacharius *Presbyter.*
25. *Sabbatius Epiſcopus Gallicanæ Provinciæ.*
26. *Iſaac.*
27. Urſinus *Monachus.*
28. Macarius *alius Monachus.*
29. *Heliodorus alius Presbyter Antiochenus.*
30. Ioannes *Epiſcopus.*
31. Paulus *Epiſcopus.*
32. Helvidius.
33. Theophilus Epiſcopus.
34. Euſebius.
35. Vigilantius *Presbyter.*
36. Simplicianus *Epiſcopus.*
37. Vigilius *Epiſcopus.*
38. Auguſtinus *Epiſcopus Afer.*
39. Oroſius (f) *Presbyter.*
40. Maximus *Epiſcopus Taurinenſis.*
41. Petronius *Epiſcopus Bononienſis.*
42. Pelagius *Hereſiarches.*
43. Innocentius *Epiſcopus Romanus.*
44. Celeſtius.
45. Iulianus *Epiſcopus Capuanus.*

(a) Vitalius. G. (b) Oreſieſius G. Hereſiſis C. (c) Theodoretus G. (d) Gaudentius C. (e) Anechitus C. & mox Romanæ civitatis *pro* Romacianæ (f) Heroſius. C. & G.



Digitized by Google

46. Lucianus *Presbyter.*
47. Avitus *Presbyter Hiſpanus.*
48. Paulinus *Epiſcopus Nola Hiſpaniæ.*
49. Eutropius *Presbyter.*
50. Evagrius *alter.*
51. Vigilius *Diaconus.*
52. Atticus *Epiſcopus Conſtantinopolitanus.*
53. Neſtorius (g) *Hæreſiarches.*
54. *Celeſtinus Romanæ urbis Epiſcopus.*
55. Theodorus *Epiſcopus Ancyranus Galatiæ.*
56. Faſtidius *Epiſcopus Britanniæ.*
57. Cyrillus *Epiſcopus Alexandrinus.*
58. *Timotheus Epiſcopus.*
59. Leporinus *Presbyter.*
60. Victorinus *Rhetor.*
61. Caſſianus *Presbyter Maſſiliæ.*
62. *Philippus Presbyter.*
63. Eucherius *Epiſcopus.*
64. Vincentius *Presbyter.*
65. Syagrius.
66. Iſaac *Presbyter Antiochenæ Eccleſiæ.*
67. Salvianus *Presbyter.*
68. Paulinus.
69. Hilarius *Epiſcopus Arelatenſis.*
70. Leo *Epiſcopus Urbis Romæ.*
71. Mochimus (h) *Presbyter.*
72. *Timotheus hæreſiarches.*
73. Aſclepius *Epiſcopus Aſiæ.*
74. Petrus *Presbyter Edeſſenus.*
75. Paulus Presbyter.
76. *Paſtor Epiſcopus.*
77. *Victor* Maurus *Epiſcopus.*
78. Vuconius *Epiſcopus.*
79. Muſæus *Presbyter.*
80. Vincentius *alius presbyter.*
81. Cyrus *Monachus.*
82. Samuel *Presbyter*
83. Claudianus *Presbyter.*
84. Proſper *homo Aquitanicus.*
85. Fauſtus *ex Abbate Epiſcopus.*
86. Cæſarius *Arelatenſis Epiſcopus.*
87. *Servus Dei, Epiſcopus.*
88. *Victorinus calculator.*
89. Theodoritus *Epiſcopus.*
90. Gennadius *Epiſcopus Cpol.*
91. Theodulus (i) *presbyter.*
92. Sidonius *Arvernorum Epiſcopus.*
93. Johannes *Presbyter.*
94. Gelaſius *Epiſcopus.*
95. Honoratus *Epiſcopus.*
96. Cerealis *Epiſcopus.*
97. Eugenius *Epiſcopus Afr.*
98. Pomerius *presbyter.*
99. Honoratus *Maſſilienſis Epiſcopus.*
100. Gennadius *presbyter qui hunc edidit librum.*

(g) Nestor C & G. (h.) Mozymus G. Mochimus C. (i) Theodorus G. Theodotus C.

HIERONYMUS noſter (a) litteris Græcis ac latinis Romæ apprime eruditus, presbyter qvoqve ibidem ordinatus eſt. Porrò ad Bethleem oppidum juvenis advenit; ubi prudens animal ad præſepe Domini ſeſe obtulit permanſurum. Inter cætera operum ſuorum opuſcula, uſqve ad Theodoſii XIV. Imperii annum a beato Petro ſumens exordium, uſqve in ſemetipſum de Viris illuſtribus ſcripſit. Innumeris præterea libris (b) Apoſtolorum Prophetarumqve conſtructionibus editis, immobilem Catholicæ turrim Eccleſiæ contra perfidorum jacula conſummavit. Litteris qvoqve Hebraicis atqve Chaldaicis ita eductus, ut omnes Teſtamenti veteris libros, ex Hebræorum ſcilicet codicibus, verteret in Latinum. Danielem qvoqve Prophetam Chaldaico ſtylo locutum, & Job juſtum Arabico, in Romanam lingvam utrumque Auctorem perfecta interpretatione mutaverit. Matthæi nihilominus Evangelium ex Hebræo fecit eſſe Romanum. Namqve mentis corporisqve virginitatem et delictorum pœnitentiam prædicans atqve cuſtodiens, ſolus omnium Romanorum omnes XVI Prophetarum commentatus eſt libros. In Sanctis præterea librorum ſuorum prologis, ita ſe luculentiſſimum interpretem, & immenſis Epiſtolarum ſuarum voluminibus (c) nervoſum Catholicis exhibet lectoribus, ut nec perfidis quandoque peperciſſe, nec invidis ceſſiſſe videatur. Nonagenarius ferme, ut perhibent, poſtea in Domino reqvievit. Qvem Stridon oppidum genuit, Roma inclyta erudivit, Bethleem alma tenet, (d) ſpiritum aula cœleſtis ſuſcepit. Claruit maxime ſub Theodoſio principe & filiis ejus Arcadio & Honorio.

(a) Hoc caput non legit Trithemius de Script. Eccleſ. c. CLXXXVIII. neque videtur notum fuiſſe Honorio Auguſtodunenſi qui librum ſecundum de luminaribus Eccleſiæ ex Gennadio ſublegit; neque habetur in editis ante Marcianæum, neque in MSS. libris niſi tantum in Codice Mſ. veteriſſimo Corbejenſi ſeu Sangermanenſi, qui annos ut aiunt, præfert plus mille atque ſcriptus antiquis characteribus Merovingicis. Vide Mabillon. T. 2. Analect. p. 42. Et in MS. Martiniano, ex quo jam A. 1580. ſub Prologi nomine illud vulgavit in Epiſtola ad Lectorem Gennadii libro præmiſſa Suffridus Petri.

(b) *libris* non habet Suffr. Petri. (c) id. *immenſo volumine.* (d) id. *tenuit*, ſed *tenet* de ſepulchro intellige.

## CAPUT I.

JACOBVS, cognomento ſapiens, Niſibenæ (a) nobilis Perſarum modo civitatis epiſcopus, vnus ex numero ſub Maximino perſecutore confeſſorum, & eorum, qui in Nicæna Synodo Arianam peruerſitatem, homouſii (b) oppoſitione damnarunt. Hunc virum beatus Hieronymus in libro Chronicon velut magnarum virtutum hominem nominans (c) in Catalogo cur



(a) MS. Corbej. *Niſibi urbe nobile Epiſcopus, modo vero Perſarum civitatis, nunc ex &c.* (b) *omouſio* id. (c) *nominat*. id.

Digitized by Google

non posuerit ; facile excusabitur , si consideremus, quod ipsos tres (d) vel quatuor Syros, quos posuit, & interpretatos in Græcum se legisse testetur. Vnde constat, eum illo tempore ignorasse Syram linguam vel litteras, (e) & ideo hunc, qui necdum versus est in aliam linguam, nesciisse scriptorem. Comprehendit autem omne opus suum in *viginti sex* (f) *libris* , id est, *de fide; contra omnes hæreses; de charitate generali; de ieiunio ; de oratione; de dilectione erga proximum speciali ; de resurrectione; de vita post mortem; de humilitate; de patientia; de pœnitentia, de satisfactione; de virginitate;* (g) *de sensu animæ; de circumcisione; de acino benedicto, pro quo in Isaia* (h) *legitur, non est exterminandus botrus; de Christo, quod Filius Dei sit, & consubstantialis Patri; de castitate; adversus gentes; de constructione tabernaculi; de gentium conversatione; de regno Persarum; de persecutione Christianorum.* Composuit & *chronicon* minoris quidem Græcorum curiositatis , sed majoris fiduciæ ; quia diuinarum scripturarum tantum auctoritate constructum comprimit ora eorum qui præsumtuosa suspicione (i) de adventu antichristi, vel Domini nostri, (k) inaniter philosophantur. Moritur hic vir Constantii temporibus , & iuxta præceptum patris eius Constantini iuxta muros Nisibe sepelitur , ob custodiam videlicet civitatis. Quod secundum fidem Constantini euenit. Nam post multos annos ingressus Iulianus Nisiben , & vel gloriæ sepulti inuidens , vel fidei Constantini cuius ob id domum persequebatur, iussit efferri de civitate sacri corporis reliquias. Et post paucos menses consulendæ licet causa reipublicæ , Iouianus imperator , qui Iuliano successerat , tradidit barbaris civitatem , quæ vsque hodie Persarum ditioni cum suis subiecta seruit.

(d) Bardesanem', Ephræm , Archelaum. (e) Negat hoc W. E. Tentzelius ὁ μακαρίτης qvem vide T. I. diss. select. p. 254. ubi Garnerium oppugnat Gennadio fidem de scriptis à Iacobo vulgatis non dubitantem detrahere, auctar. Operum Theodorici p. 200. (f) Suffridus Petri hæc annotat ad h. l. Codex excusus testatur hunc scriptorem comprehendisse omne opus suum libris 25. cui & m. s. codex Gembl. suffragatur: Reliqui cod. nostri habent 26. (Corbejensis teste Marcianæo *in XXVII.*) libros, sed recensent modo 24. Trith. habet item 25. quos & enumerat. sed ille cod. vitio deceptus ex vno libro 2. fecit. Ille enim liber qvem verbis Esaiæ tribuit planè idem est cum eo, qvem tribuit Azymi benedictioni: Quod quidem esse verum facilè deprehendet, quisquis animaduerterit, pro *Azymi* hic legendum esse *Acini*. Sic enim in manuscriptis codicibus, Gemblacensi, & Affligiensi, & Viridis Vallis, & Sigebergensi expressè legitur. Et de Acini benedictione, verba hæc extant apud Esa. ca. 65. & botri mentio acinum hic legi oportere satis euidenter arguit: Græcus textus ita se habet, ἂν τρόπον ἐυρετήσεται ὁ ῥὼξ ἐν τῷ βότρυϊ καὶ εἴπωσι, μὴ λυμήνῃ αὐτὸν, ὅτι εὐλογία ἐστὶν ἐν αὐτῷ ubi ὁ ῥὼξ, acinum vuæ significat, in quo benedictio esse dicitur. Paulo inferius *de adventu Christi* Sigeberg. legit *Antichristi*. (g) Ms. Cortrej. *pœnitentia de satisfactione, de censu animæ, de virginibus, de circumcisis, de acino benedictionis.* (h) Es. LXV. 8. (i) Ms. Corb. *suspectione.* (k) verba *vel Domini nostri*, desunt in MS. Corbej. (l) *patris Constantini intra muros Nizybe.* id.

Iacob. MIRÆI *Schol.* S. Iacobus *Nisibenus* seu *Nisibita*', *urbis Nisibis episcopus*', miraculis & eruditione clarus, fuit vnus ex numero confessorum sub persecutione Maximini, qui in Nicæna synodo pertersitatem Arii, homousii oppositione, damnarunt: cuius & Alexandri episcopi oratione ipse Arius condignam suæ iniquitatis mercedem, effusis visceribus, Constantinopoli recepit; *vt martyrologio Romani verbis vtar. De eodem in menologio Græcorum* 21 *celebris agitur. Meminit etiam huius Theodoretus lib. Hist. II eccles. cap.* 30. *& lib. I cap.* 7. *vbi ait, Nicæno concilio ipsum interfuisse, & mortuos excitasse. De quo miraculo & reliquis plura desiderantem lectorem remittit ad suum librum: Philotheo, seu Theophili titulo inscriptum, qui est liber nonus de vitis patrum, editionis Plantiniana. De hoc Nisibita etiam Nicephorus lib. 8 cap.* 14. *& lib.* 9 *c.* 28 *tractat. Interfuit non solum Nicæno, sed & Antiocheno concilio, vt habetur in actis S. Alexandri, episcopi Constantinopolitani.*

E. S. CYPRIANI. Cum Hieronymi librum de S. E. ederem', dixi, in Corbeiensi codice Gennadii primo statim loco apparere vitam Hieronymi a Gennadio scriptam; quam non duxi repetendam. Nostri codices omisso Hieronymo a vita Iacobi Nisibeni exordiuntur.

*Nobilis Persarum.* Codex Corbeiensis habet: *Nisibi urbis nobilis episcopus, modo vero Persarum ciuitatis.* Mabillonius tom. II. analect. pag. 44.

*Sub Maximino.* In codice Noribergensi & Guelpherbytano est: *Sub Maximiano.* Sed retinenda prior lectio, vt Tentzelius probat exercitationum selectarum parr. I exercit. VI.

*Viginti sex libros.* Omnes codices habent XXVI neque tamen recensent. In Noribergensi *de fide contra omnes hæreses* vnus liber est. Licet autem duos facias, ac chronicon connumeres; non resultant tamen plures quam XXIV. Hinc in tanto codicum consensu colligere posse videor, ipsum Gennadium non nisi XXIV vidisse, licet Iacobum XXVI scripsisse tradatur.

*Anti-Christi.* Miræus: *Christi.*

*Iuxta muros.* In nostri codicem. Miræus: *intra muros.*

CA≥

Digitized by Google

## CAPVT II.

IVLIVS, vrbis Romanae episcopus, scripsit *ad Dionysium* quendam *de incarnatione Domini epistolam vnam*, quæ illo quidem tempore vtilis visa est adversum eos, qui ita duas per incarnationem asserebant in Christo personas, sicut & naturas: (m) nunc autem perniciosa probatur. Fomentum enim est Eutychianæ & Timotheanæ (n) impietatis.

(m) Verba *adversum eos* usque ad *& naturas*, desunt in Corbei. (n) id. *Fomentum est enim Thymotheanæ hæreseos impietatis.*

Aub. MIRÆI *Schol.* Epistolam ad Dionysium, quam Iulio Papæ adscribebant Acephali, Iulii Papæ reuera fuisse credidit Gennadius: subditiciam Facundus Hermianensis Episcopus lib. 1 suspicatur, & Eulogius Alexandrinus ότατ. 3 apud Photium. Leontius vero Byzantius, qui & epistolæ verba recitat, quibus abutebantur Eutychiani, non Iulii, sed *Apollinaris* hæretici eam fuisse docet cap. 8 de sectis. Quod ipsum affirmat Anastasius in Eclogæ χρίσεων & ante utrumque Hypatius Episcopus Ephesinus in collatione cum Acephalis habita Constantinopoli: *B. Iulii famosam illam epistolam manifestæ Apollinaris offendimus fuisse, scriptam ad Dionysium.* Quin & alteram item ad Prosdocimum seu Docimum epistolam (cuius testimonio vsa est synodus Ephesina) nec ipsam Iulii fuisse vult Leontius, sed Timothei, discipuli Apollinaris. Sed hanc sine controuersia Iulio alii quoque asserunt; atque inter cæteros Ephræmius Patriarcha Antiochenus, libro 3 de sacris legibus apud Photium. Sic fere Sirmondus in notis ad Facundum Hermianensem. Cæterum S. Iulius eo nomine primus Papa, Martyrologio Rom. ad 12 Aprilis inscriptus legitur. Anno 336 Pontifex creatus, demum an. 352 viuere desiit; succedente Liberio.

## CAPVT III.

PAVLINVS (o) Presbyter, discipulus B. Ephræm (p) diaconi, homo acris valde ingenii, & in diuinis doctus scripturis, (q) sed viuente magistro clarus in doctoribus ecclesiasticis fuit, & maxime ex tempore declamator. Post illius autem obitum, amore primatus & nominis, separans se ab Ecclesia, scripsit contraria fidei multa. Huic obiturus B. Ephræm astanti sibi dixisse fertur: *Vide Paulme, ne te submittas cogitationibus tuis, & eleveris.* (r) *Sed cum te ad purum comprehendisse putaueris DEVM, credet nec intellexisse.* (s) Præsenserat enim illum ex studiis vel sermonibus noua inuestigare, & in immensum intellectum tendere. (t) Vnde eum frequenter Bardesanem (u) nouellum vocabat.

(o) MS. Corbei. & Honorius hunc scriptorem Paulonam vocant, cui suffragantur, inquit Suffridus Petri, ex MSS. Codd. nostris, Viridis Vallis, Gemblacensis & Sigebergensis. Alii Paulonium appellant. (p) Corbei. *Efrem.* (q) *in diuina scriptura doctus.* id. (r) *& eleues.* id. (s) id. *sed cum comprehendisse putaueris Deum, credete intellexisse.* (t) *Præsens enim erat illum ex studiis vel sermonibus noua inuestigare in immensum intellectum tendere.* id. (u) Vide quæ de Bardesane ad Hieron. c. 33. de S. E.

Aub. MIRÆI *Schol.* Honorius in Catalogo, & non pauci codices MSS. hunc *Paulinum* vocant *Paulonum*; alii Paulonium.

S. E. CYPRIANI. *Paulinus.* Cod. Nor. *Paulanus* habet.
*Intellectum habere.* Hæc lectio codicis Norib. melior mihi visa est illâ Mirei: *intellectum hæreseos tendere.*
*Vide enim.* Cod. Norib. *unde et.*

## CAPVT IV.

VITELLIVS Afer, (x) Donatianorum schisma defendens, scripsit *de eo, quod a dio sint mundo serui DEI*; (*) In quo si tacuisset de nostro velut persecutorum (y) nomine, egregiam doctrinam ediderat. Scripsit & *adversum gentes* & *adversum nos* velut *traditores*, in persecutione, *diuinarum scripturarum*: & *ad Regulam* ecclesiasticam pertinentia multa disseruit. Claruit sub Constante, (z) filio Constantini Principis.

(x) MS. Corbei. *Vitilinus Afer, Donati schism.* (*) MS. Gemblac. *quod sit odio mundus Dei seruis.* (y) *velut persecutorem, nomen egregii doctique ediderat.* Corbei. (z) id. *Constantis.*

## CAPVT V.

MACROBIVS Presbyter & ipse, (a) vt ex scriptis Optati cognouimus, Donatista & suorum postea in vrbe Roma occultus Episcopus fuit. Scripsit, cum adhuc



Digitized by Google

In Eccleſia DEI presbyter fuiſſet, *ad confeſſores & ad virgines librum vnum*, moralis quidem ſed valde neceſſariæ doctrinæ, & præcipue ad cuſtodiendam caſtitatem aptiſſimis valde ſententiis communitum. Claruit inter noſtros primum Africæ, &, inter ſuos, id eſt, Donatianos ſive Montenſes, poſtea Romæ.

(a) Mſs Corbej. *Macrobius Presbyter & ipſe uti ex Optati ſcripto cognovimus, Donatiſta poſtea in urbe Roma fuit Epiſcopus exiſtens.*

## CAPVT. VI.

HELIODORVS Presbyter ſcripſit *librum de naturis rerum exordialium*; in quo oſtendit unum eſſe principium, nec quidquam coævum DEO; nec mali conditorem DEVM, ſed ita bonorum omnium creatorem, vt materia, quæ ad malum verſa eſt poſt inuentam malitiam, a DEO ſit facta, nec quidqam materialium absque DEO credatur conditum, aut fuiſſe alium rerum creatorem præter DEVM, qui præſcientia ſua cum præuideret morti dari (b) naturam, præmonuit de poena.

(b) MS. Codex Gemblacenſis & Viridis vallis pro *morti dari* habent *mutandam*, ut & Sigebergenſis, teſte Suffrido Petri, & Gvelpherbytanus quem S. E. Cyprianus inſpexit.

## CAPVT VII.

PACHOMIVS (m) Monachus, vir tam in docendo, quam in ſigna faciendo, Apoſtolicæ gratiæ, & fundator Aegypti cœnobiorum, ſcripſit *regulam* vtrique generi monachorum aptam, quam Angelo dictante perceperat. Scripſit & ad collegas præpoſituræ ſuæ *epiſtolas*, in quibus alphabetum myſticis tectum ſacramentis, velut humanæ conſuetudinis excedens (n) intelligentiam, clauſit, ſolis, credo, eorum gratiæ vel meritis manifeſtatum: vnam *ad Abbatem Syrum*, vnam *ad Abbatem Cornelium*: interim *ad (o) omnium monaſteriorum Præpoſitos*, vt in vnum antiquius monaſterium, quod lingua Aegyptiaca Baum (p) vocatur, congregati Paſchæ diem velut æterna lege celebrent, *epiſtolam vnam*. Similiter & *ad diem Remiſſionis*, quæ menſe Auguſto agitur, (q) vt in vnum Præpoſiti congregarentur, *epiſtolam vnam*: et *ad fratres*, qui foras monaſterium miſſi fuerant operari, *epiſtolam vnam*.

(m) Honorio & Trithemio male *Barbomius*. In libello Coloniæ A. 1513. impreſſo de officio Rectoris Eccleſiæ, citantur Pacomii Abbatis ſententiæ, ut notat Suffridus Petri. (n) ita rectius MSS. pro *excedentem*, refertur enim ad Alphabetum. (o) Voculam *ceterum* adjeci è MS. Corbej. (p) id. *Baun*. Ac Gembl. & Viridis Vallis *Banni*. Sed *Baum* legitur etiam in Codice regularum Benedicti Anianenſis quem vulgavit Holſtenius. (q) Verba: *qua menſe Auguſto agitur*, deſunt in Corbej. Mox legit: *ut in unum congregentur fratres*. Hæc univerſa Pachomii ſcripta Gennadio memorata exſtant adhuc & edita ſunt, Latine à Luca Holſtenio in Codice Regularum Rom. 1661. & Pariſ. 1663. 4o

Aub. MIRÆI *Scriptor.* S. PACHOMIVS, Tabennenſis in Aegypto Abbas, ſcripſit Regulam monachorum, a S. Hieronymo latine redditam: quæ ad calcem operum Caſſiani exſtat, in editione Romana, Lugdunenſi & Arrebanſi. Regulæ eiusdem breviarium a Palladio in Hiſtoria Lauſiaca recitatur. Floruit anno 340 eſque Martyrologio Romano adſcriptus a. d. 14 Maii. Eiusdem Pachomii alia non pauca aſceticæ exſtant apud Treueros, in monaſterio Benedictinorum ad S. Maximinum, & Coloniæ Agrippinæ in cœnobio Cœnaiticorum regulacium ad S. Corpus Chriſti, in codicibus manu exaratis, & hoc titulo prænotatis, *Regula Patrum*.

## CAPVT VIII.

THEODORVS Presbyter, ſucceſſor gratiæ & præpoſituræ ſupra dicti Abbatis Pachomii, ſcripſit ad alia monaſteria *epiſtolas*, (r) Sanctarum Scripturarum ſermone digeſtas. In quibus tamen frequenter meminit magiſtri & inſtitutoris ſui Pachomii, & doctrinæ eius ac vitæ proponit exempla, quæ ille ut doceret, Angelo adminiſtrante didicerat: ſimul & hortatur permanendum in propoſito cordis & ſtudii, & redire in concordiam & vnitatem eos, qui poſt Abbatis obitum, diſceſſione facta, a cœtu ſemetipſos diuiſerant vnitatis. Sunt autem huius exhortationis *epiſtolæ tres*.

(r) In eodem Codice Regularum Holſteniano una tantum Theodori huius brevis exſtat Epiſtola, quæ inſcribitur ad omnia Monaſteria de Paſcha.

Aub. MIRÆI *Scriptor.* S. THEODORVS Monachus, hoc capite à Gennadio laudatus, Martyrologio Romano ad 28 Decembris inſcriptus legitur. De eodem videri poterit ſcriptor vitæ S. Pachomii lib. 1. in Vitis Patrum, & S. Nilus in lib. de Oratione. Alter S. Theodorus itidem monachus, S. Antonii diſcipulus, in huius vita a S. Athanaſio laudatus, in eodem martyrologio a. d. 7. Ianuarii habetur.

CAP-

Digitized by Google

## CAPVT IX.

ORESIESIS monachus (s) amborum, id est, Pachomii & Theodori collega, vir in sanctis scripturis ad perfectum instructus, composuit *librum* diuino conditum sale, totiusque *monastica disciplinæ* instrumentis constructum, & vt simpliciter dicam, in quo totum pene vetus & novum Testamentum compendiosis dissertationibus, iuxta monachorum duntaxat necessitatem, inuenitur expositum: quem tamen vice *testamenti* prope diem obitus sui patribus obtulit.

(r) In Corbej. post caput de Macario, sequitur hoc de *Oresiesio*, qui Honorio & Trithemio *Oriesiesis*, in quibusdam MSS. *Oresiesis*, in Codice regularum Holsteniano in quo itidem doctrina eius Latine occurrit, *Orsiesius*.

Anb. MIRÆI *Schol.* ORESIESIS seu Oriesii liber, *de institutione monachorum*, extat tom. 4. Bibliothecæ Patrum. Ne quis porro erret, moneo ab isto longe alium esse *Orientium* seu *Orentium*, a Sigeberto c. 34. laudatum. Hic scripsit versu elegiaco *commonitorium*, quod Mart. Antonius Delrius primus Antuerpiæ, 600 cum notis publicavit; secundo postea edicum tom. 5. Bibliothecæ P. P. editionis postremæ Coloniensis.

## CAPVT X.

MACARIVS, monachus ille Aegyptius, signis & virtutibus clarus, vnamtantum ad iuniores professionis suæ scripsit *epistolam*: in qua docet, illum perfecte posse seruire DEO, qui conditionem creationis suæ cognoscens, ad omnes semetipsum inclinauerit labores, & luctando atque DEI auxilium aduersum omne, quod in hac vita suaue est, implorando, ad naturalem quoque peruenies puritatem, continentiam, velut naturæ (t) debitum munus obtinuerit.

(t) *Continentiam velut naturalem*, Corbej. MS.

Anb. MIRÆI *Schol.* Antequam de Macariis dicere incipiam, iubet ipsa Suidæ verba in medium producere: *Duo*, inquit, *fuerunt Macarii, eiusdem nominis, atque decantati propter exercitia studiorum, vitam, mores atque disciplinam. Alter quidem Aegyptius. Qui miracula edebat, ac religiosa cautione in eos, qui se conuenisebant, erat severus. Alter Alexandrinus, per omnia similis Aegyptio, & humanus. Adeo humanus erat erga eos, qui se conuenisebant, vt lepida humanitate vtendo munera ad exercitia prouocaret.* Ita Suidas. Duos porro Macarios fuisse, Palladius hist. c. 19. 20. Niceph. l. 9 hist. eccles. c. 14. Baronius ad Martyrol. Rom. 2 Ianuarii, & alii similiter testantur. Horum alter senior, cognomento Aegyptius, a Antonii discipulus, Græce scripsit *Homilias*: quas Ioannes Picus, in Senatu Parisiensi classium inquisitoriarum Præses, anno 1559. Latine reddidit: extantque Græce & Latine coniunctim Parisiis 1622 editæ, cum Gregorii Thaumaturgi & Basilii Seleucensis operibus. Idem Macarius Aegyptius scripsit, ad iuniores professionis suæ monachos, Epistolam, siue Regulam; quæ sic incipit: *Milites ergo Christi.* Extat ea manuscripta Brugis in Collegio Soc. Iesu, inter reliquias bibliothecæ Pamelianæ. Cæterum hic *Macarius*, Abbas in Aegypto, 15 Ianuarii; alter *Macarius* cognomento *Alexandrinus*, Abbas in Thebaide, S. Pachomii discipulus, 2 Ianuarii, tabulis Martyrologii Romani leguntur inserti. De his & Græci agunt, sed uno eodemque die, videlicet 14 Kalendas Februarii. Porro a S. Macarii Aegyptii Regula, iam dicta, prorsus diuersa est *Serapionis*, *Macarii*, *Paphnutii*, *alterius Macarii*, & *aliorum* 34. Regula, edita ex codice Afligemiensi, ad calcem operum Cassiani, typis Plantinianis, studio Henrici Cuyquii, post Episcopi Ruræmondensis. * Ex his Serapion, cognomento *Scholasticus*, S. Antonio carus, Thmueos in Aegypto Episcopus a S. Athanasio ordinatus fuit. Idem ab Hieronymo c. 99 inter Scriptores laudatus, Martyrologio Rom. 21 Martii inscriptus legitur.

## CAPVT XI.

EVAGRIVS Monachus, (u) supra dicti Macarii familiaris discipulus, diuina atque humana litteratura insignis (cuius etiam, liber qui adtitulatur vitæ patrum, (x) velut continentissimi & eruditissimi viri mentionem facit) scripsit multa monachis necessaria, ex quibus ista sunt: *aduersus octo principalium* (x) *vitiorum suggestiones*, quas (y) aut primus aduertit, aut inter primos didicit, *octo* ex sacrarum scripturarum testimoniis composuit *libros*: ad similitudinem videlicet Domini, qui tentatori suo semper scripturarum testimoniis obuiauit, ita vt vnaquæque species vel diaboli, vel vitiatæ naturæ suggestionum, (z) contra se haberet testimonium. Quod tamen opus eadem simplicitate, qua in Græco inueni, iussus in Latinum transtuli. (a) Composuit & anachoretis

Cc

(u) Diversus ab hoc Euagrius Antiochenus Episcopus, de quo ad Hieron. c. 125. (x) Has vitas Patrum infra c. 17. inter Rufini scripta non memorat Gennadius, qui, sine nomine auctoris & interpretis eas legisse videtur. (y) MS. Corbej. *octo tantum principalium.* (z) *vel diaboli vitiata natura suggestio. & contra se habeat testimonium*, id. (a) *eandem simplicitatem qua in Græco inueni versus sum, in Latinum transtuli*, id.

Digitized by Google

retis ſimpliciter viuentibus *librum centum ſententiarum*, per capitula digeſtum; et eruditis ac ſtudioſis *quinquaginta ſententiarum*, quem ego Latinum primus feci. Nam ſuperiorem olim translatum, quia vitiatum & per tempus confuſum vidi, partim reinterpretando, partim emendando, auctoris veritati reſtitui. Compoſuit & Cœnobitis & Synoditis (b) *doctrinam* aptam *vitæ communis*; & *ad virgines* DEO ſacratas libellum competentem religioni & ſexui. Edidit & paucas *ſententiolas*, valde obſcuras, &, vt ipſe in his ait, ſolis monachorum cordibus cognoſcibiles: quas ſimiliter ego Latinas edidi. Vixit longa ætate, ſignis & virtutibus (c) pollens.

(b) Cœnobitæ ſive Synoditæ genus Monachorum in commune viventium & ab Anachoretis quos paullo ante memorat, diſtinctorum. (c) al. *prodigiis*, quod gloſſema eſt.

Aub. MIRÆI *Schol.* Superiori capite ex Suida docui, duos fuiſſe *SS. Macarios* abbates, vnum cognomento *Aegyptium*, alterum cognomento *Alexandrinum*. *Horum*, vt Suidæ eiusdem verbis vtar, *Euagrius diſcipulus factus, philoſophiam exercuit, qui prius verbis duntaxat philoſophabatur. Qui Conſtantinopoli a Gregorio theologo in diaconorum adſcitus eſt ordinem: quin etiam in Aegyptum profectus, inpraditos incidit viros, atque illorum vitam amulatus eſt. Ab hoc libri valde graues, & ſeris conſcripti ſunt: quorum vnus* Monachus, *ſiue de vita actiua inſcriptus eſt: alter* Gnoſticus, *ſiue de iis, quæ cognitionis munere donati ſunt. Capita vero eius libri ſunt* 50. *Tertius* Antirrheticus *aduerſus tentantes damones, octo diſtinctus partibus, ſecundum numerum* 8 *cogitationum. Item* 600 prognoſtica problemata, elementaria duo; *vnum ad monachos in coenobiis aut contuberniis viuentes; alterum ad virginum coetum.* Hactenus ex Suida. De eodem Euagrio (quem a Ponto Euxino ad quem natus, *Ponticum Hyperboritam* vocat) multa habet S. Hieronymus in epiſtola ad Cteſiphontem contra Pelagianos. Baronius ſub finem anni 388 poſt eundem S. Hieronymum docet, ipſum fuiſſe Origeniſtam, & à Gennadio hoc capite aliisque ſigna ac prodigia ipſi falſo adſcribi.

Cuius etiam liber) Iſta parentheſis male intellecta Honorium Auguſtodunenſem in catalogo, Baronium, Bellarminum, Poſſeuinum, & alios magnos viros in errorem induxit vt crederent libri illius, qui *vita patrum* dicitur, auctorem fuiſſe Euagrium Ponticum. Id primus obſeruauit Heribertus Rosvveidus in prolegomeno IV. V, ad dictas vitas patrum 1628 a Moreto editas. Dicti porro libri in editione Moretiana ſecundi & tertii auctor ſiue interpres fuit *Ruffinus* Presbyter Aquileienſis: vt prolegomeno x idem Rosvveidus docet. Atque in ſecundo libro capite 27 extat vita Euagrii Pontici; qui ibidem *a ſpiritualium rerum ſcientia & incredibili abſtinentia* ſupra modum commendatur. Quas quidem laudes Euagrium ipſum de ſe texuiſſe, non eſt ſimile vero.

E. S. CYPRIANI *Schol. Oppoſuit* habet Miræus. Noſtri codices rectius, ut opinor, *compoſuit*.

Hæc verba: *Compoſuit & anachoretis*, vsque ad illa: *auctoris veritati reſtitui*, in vtroque codice, Guelpherbyt. & Noribergenſi, deſiderantur. *Synoditis* habet Miræus contra codicum fidem.

## CAPVT XII.

THEODORVS (d) Antiochenæ eccleſiæ presbyter, vir ſcientia cautus, & linguâ diſertus (e) ſcripſit *adverſum Apollinariſtas & Eunomianos de incarnatione Domini libros quindecim*, ad quindecim millia verſuum continentes. In quibus ratione puriſſima & teſtimoniis ſcripturarum oſtendit, Dominum Ieſum ſicut plenitudinem Deitatis, ita plenitudinem humanitatis habuiſſe. Docet & hominem duabus tantum ſubſtantiis (f) conſtare, id eſt, anima & corpore; ſenſumqve & ſpiritum non alteram ſubſtantiam, ſed officia eſſe animæ ingenita, quibus ſpirat, quibus rationalis eſt, quibus ſenſibile facit corpus. Quartum decimum (g) autem huius operis librum proprie de increata & ſola incorporea, dominaqve omnium ſanctæ Trinitatis natura, & de creaturarum ratione diſſerens, pro ſenſu cum auctoritate ſanctarum ſcripturarum explicuit. Qvinto decimo vero volumine totum operis ſui corpus, citatis etiam patrum traditionibus, confirmavit & communivit.

(d) *Theodoretus*, MS. Corbej. vitioſe. (e) id. *diſertiſſimus*. (f) id. *duabus ſubſtantiis*. (g) id. *quarto decimo libro*.

Aub. MIRÆI *Schol.* Qvem Gennadius hic Theodorum Presbyterum vocat, alii ſcribunt fuiſſe Presbyterum in monaſterio Rhaitu. Tomo 7 bibliothecæ Patrum, editionis poſtremæ Colonienſis, extat huius titulo commentarius *de incarnatione Domini*, contra Neſtorium & Eutychen: cuius & Bellarminus in Catalogo meminit.

## CAPVT XIII.

PRUDENTIUS vir (h) ſeculari litteratura eruditus compoſuit διττοχάϊον (i) de tota veteri & novo teſtamento perſonis exceptis. Commentatus eſt autem in morem Græcorum *Hexaemeron* de Mundi fabrica usque ad conditionem primi hominis (k) & prævaricationem ejus. Compoſuit & libellos, quos Græca appellatione attitulavit

(h) deeſt *Vir* in MS. Corbej. (i) id *trocleum*. Vitioſe. Sed legendum διττυχον, ex Gifanii emendatione. (k) *Exemeron* . . . *à conditione primi hominis* Corbej.

vit (l) *Apotheoſis*; *Pſychomachia*, *Hamartigenia*, id eſt, de Divinitate; (m) de compugnantia animæ, de origine peccatorum. Fecit & in laudem martyrum, ſub aliorum nominibus, *invitatorium ad martyrium* librum unum, & *hymnorum* alterum: ſpeciali tamen intentione *adverſus Symmachum* idololatriam defendentem: ex qvorum lectione agnoſcitur Palatinus miles (n) fuiſſe.

(l) id. *libros qvos gr. a. pratitulavit.* (m) id. *de diverſis*, vitioſe. (n) Non in libris contra Symmachum ſed in præf. Cathemerinon hoc tangit Prudentius: *tandem militia gradu Evectum pietas Principis extulit Aſſumtum propius ſtare jubens ordine proximo.*

Aub. MIRÆI *Schol.* Aetatem ſuam, & quo anno ſua ſacra poemata Prudentius ſcripſerit, ipſe prodidit, conſulem indicans: qvo natus erat, præfatione in Cathemerinon: qvam vetera MSS. exemplaria ut totius operis Prudentiani proœmium, in prima eius fronte merito locant. *Irrepſit ſubito canities ſeni, oblitum verteris me Salia arguens ſub quo prima dies mihi.* Salia cum Philippo anno Chriſti 348 conſul fuit. His adde annos 57 quos egetat Prudentius: reliquum eſt, ut hæc ſcripſerit anno Chriſti 405. Prudentii opera omnia, ſtudio Theodori Pulmanni & Victoris Giſelini ex fide 10 librorum manuſcriptorum emendata Plantinus 1564 ſuis typis publicavit.

E. S. CYPRIANI. *Exceptis.* Ita omnes codices MSS. Sed Miræus legit: *excerptis.*
*Compugnantia anima* habent codices. Miræus habet: *animi.*
*Subpetiorum nominibus invitatorium ad martyrium.* Hæc verba omittuntur in noſtris MSS. & recte quidem.

## CAPVT XIV.

AVDENTIVS, epiſcopus Hiſpanus, ſcripſit *adverſus Manichæos*, *Sabellianos & Arianos*, maxime qvoqve ſpeciali intentione *contra Photinianos* (o), qvi nunc vocantur Bonoſiaci, *librum*, qvem prætitulavit *de fide adverſum hæreticos:* in qvo oſtendit antiquitatem filii Dei coæternalem patri fuiſſe, (p) nec initium Deitatis tunc a DEO patre accepiſſe, cum de Maria virgine (q) homo DEO fabricante, conceptus & natus eſt.

(o) MS. Corbej. *Fotiniacos.* (p) id. *coaternum fuiſſe*, *non initium D.* (q) id. *acceperit cum Maria matre.*

## CAPVT XV.

COMMODIANVS, dum inter ſeculares litteras etiam noſtras legit, occaſionem accepit fidei. Factus itaqve Chriſtianus, & volens aliquid ſtudiorum ſuorum muneris offerre Chriſto, ſuæ ſalutis auctori, ſcripſit mediocri ſermone, qvaſi verſu, (r) *librum adverſum Paganos.* Et qvia parum noſtrarum attigerat litterarum, (s) magis illorum oeſtruere potuit dogmata, quam noſtra firmare. Vnde & de divinis repromiſſionibus adverſum illos vili ſatis & craſſo, ut ita dixerim, ſenſu diſſervit, illis ſtuporem & nobis deſperationem incutiens, Tertullianum, & Lactantium & Papiam auctores ſecutus. Moralem ſane doctrinam, & maxime voluntariæ paupertatis amorem optime proſecutus, ſtudentibus inculcavit.

(r) ita recte Suffridus Petri. Licet in Corbej. *quaſi librum.* (s) al. *noſtrorum literas.*
Commodiani librum edidit Rigaltius cum notis, & Henr. Leonhardus Schurzfleiſchius Witebergæ A. 1705. 4.

A. MIRÆI *Schol.* De Audentio & Commodiano agit qvoqve Trithemius lib. de Scriptoribus eccleſ.

## CAPVT XVI.

FAVSTINVS Presbyter ſcripſit ad perſonam Flaccillæ Reginæ *adverſum Arianos & Macedonianos* (t) *libros ſeptem.* His eos maxime ſanctarum ſcripturarum teſtimoniis arguens & convincens, qvibus illi pravo ſenſu abutuntur ad blaſphemiam. Scripſit & *librum*, qvem Valentiniano & Arcadio imperatoribus, *pro defenſione ſuorum*, cum Marcellino qvodam Presbytero (u) obtulit. Ex qvo oſtenditur, Luciferiano ſchiſmati conſenſiſſe; (x) qvia Hilarium Pictavienſem & Damaſum urbis Romæ epiſcopos in eodem libro culpat; quaſi male conſulverint eccleſiæ; qvod prævaricatores epiſcopos in communionem & ſacerdotium, pacis recuperandæ gratia, recepiſſent. Qvod Luciferianis ita diſplicuit, recipere epiſcopos, qvi in Ariminenſi concilio Arianis communicaverant, qvo modo Novatianis apoſtatas pœnitentes.

(t) MS. Corbej. *adverſus Arium & Macedonium.* Pro libris, ſeptem capitula rectius dixeris. Faustini opuſcula Sirmondus edidit. Vide Paſchaſ. Qvesnellum diſſ. XIV. ad Leonem M. (u) Corbej. *qvondam presbytero obtulit.* (x) *Luciferianis ſciſma conſcripſiſſe.* id.



Digitized by Google

A. MIRÆI *Schol.* Fauſtinus ille temporibus Damaſi I Papæ vixit, & bis ſchismaticus fuit: ſimul in ſchismate Urſicini contra Damaſum, & in ſchiſmate Luciferianorum: ut Gennadius hoc capite, & Baronius tomo 4 annalium, ad annum Damaſi primum & Siricii quartum, teſtantur. Placuit tamen eum in hoc catalogo ponere, qvoniam ſcripſit, ad Flaccillam Theodoſii imperatoris uxorem, Arcadii & Honorii Impp. matrem, *libros ſeptem contra Arianos* ſatis eruditos, qvi extant in bibliotheca veterum Patrum. Ita Bellarminus lib. de Scriptoribus Eccleſiaſticis loquitur. Cæterum liber iſte de Trinitate ſeu fide contra Arianos etiam ſub nomine *Gregorii Bætici*, ab Hieronymo cap. 100. memorati, totus fuit editus: niſi quod epiſtola ad Flaccillam eſſet mutila.

## CAPUT XVII.

RVFFINVS, Aquileienſis Presbyter, non minima pars fuit Doctorum eccleſiæ (γ) & in transferendo de Græco in Latinum elegans ingenium habuit. Deniqve maximam partem Græcorum bibliothecæ Latinis exhibuit; *Baſilii* ſcilicet *Cæſarienſis* Cappadociæ epiſcopi, *Gregorii Nazianzeni*, eloqventiſſimi hominis, *Clementis Romani recognitionum libros*, *Euſebii Cæſarienſis* Palæſtinæ *eccleſiaſticam hiſtoriam*, *Xyſti ſententias*, *Evagrii ſententias*. Interpretatus eſt etiam *ſententias Pamphili martyris adverſum Mathematicos*. Horum omnium qvæcumqve, præmiſſis prologis, a Latinis leguntur, à Ruffino interpretata ſunt: (a) quæ autem ſine prologo, ab alio translata ſunt, qvi prologum facere noluit. *Origenis* autem non omnia (qvia & Hieronymus aliqvanta) transtulit, qvæ ſub prologo diſcernuntur. Proprio autem labore, imo gratia DEI & dono, expoſuit idem Ruffinus *ſymbolum*, (b) ut in eius comparatione alii nec expoſuiſſe credantur. Diſſervit & *benedictionem Jacob ſuper Patriarchas* triplici, id eſt, hiſtorico, morali & myſtico ſenſu. Scripſit & *epiſtolas* ad timorem DEI hortatorias multas, inter quas præeminent illæ, quas *ad Probam* dedit. Hiſtoriæ etiam eccleſiaſticæ, qvam ab *Euſebio* ſcriptam, & ab ipſo interpretatam diximus, addidit *decimum* & *undecimum librum*. Sed & *obtrectatori* (c) opuſculorum ſuorum *reſpondit duobus voluminibus*, arguens & convincens, ſe DEI intuitu & eccleſiæ utilitate, auxiliante Domino, ingenium agitaſſe; illum vero æmulationis (d) ſtimulo incitatum ad obloquendum ſtilum vertiſſe. (e)

(γ) Corbej. *Doctorum Eccleſiarum.* (a) id. *& Euſebii Cæſarie Paleſtine Eccleſie Epiſcopi hiſtoriam.* (a) verba *qvæ autem ſine* &c. uſque ad *qvia & Hieronymus aliqva* deſunt in Corbej. (b) in eodem Corbej. eſt: *Ruffinus Symbolum diſſeruit, & benedictiones Iacob ſuper Patriarchas - - - myſtico ſermone. Scripſit & epiſtolas ad timorem Dei, inter qvas eminent* &c. (c) Obtrectatorem hunc vocat D. Hieronymum, adverſus qvem Ruffinus edidit invectivarum libros duos, & nota eſt controverſia inter hos ex operibus Hieronymi. Hinc autem patet Gennadium Hieronymo præferre Ruffinum, qvod in centura ſupra dictum eſt. Qvid vero de Ruffini operibus ſenſerit Pontifex Gelaſius, videat Lector Diſtinct. 15. Cap. Sancta Romana. *Suffridus Petri.* (d) *æmulum* Corbej. (e) id. *agitaviſſe.*

A. MIRÆI *Schol.* RUFFINUS] Aquileienſis Presbyter & Monachus. S. Hieronymi primum amicitia, poſtea offenſione clarior, paulo poſt Romam ab Alarico Gothorum Rege captam, hoc eſt, paulo poſt annum Chriſti 410 obiit: ut Baronius cenſet: Ruffini opera tomis duobus Sonnius 1580. Lutetiæ excudit: de qvibus vide Bellarmini judicium lib. de Scriptoribus Eccleſiaſticis, & Rosvveidi in prolegomenis 4 & 5 ad vitas patrum.

*Decimum & undecimum librum.* ] In vertenda Euſebii hiſtoria Ruffinus nimia libertate uſus fuit, multa addens, demens ac mutans. Dimidium octavi libri omiſit: decimum vix attigit. Adeoqve ex decem Euſebii libris fecit novem: quibus duos, hic a Gennadio memoratos, de ſuo adiecit. Hos Græce reddidit, & præfationem ſuam præfixit Gelaſius, Cæſareæ in Palæſtina epiſcopus, qui Cyrillum Hieroſolymorum epiſcopum habuit avunculum; non ille Cyzicenus, qvi res in Nicæno concilio geſtas ſcripſit. De duobus iſtis Gelaſiis ſupra ad Hieronymi cap. 130. egimus.

*Xyſti ſententias* ] Ruffinus *Xyſti Pythagorei* librum, titulo *Sixti Papæ* ac martyris, falſo edidit. Id conſtat ex variis S. Hieronymi locis, ut in cap. 22. Ieremiæ, ubi eum nomine Grunnii perſtringit, & in cap. 18 Ezechielis: item ex Auguſtino l. 2. Retractat. cap. 40. (qvi deceptus antea libro De nat. & grat. cap. 64. Sixti Pontificis nomine allegarat) & ex ipſa Ruffini epiſtola ad Apronianum, quam interpretationi Enchiridii Sixti præfixit. Hieronymum ipſum in epiſtola ad Cteſiphontem, audiamus tonantem contra Ruffinum: *Illam autem temeritatem, imo inſaniam eius qvis digne poſſit explicare ſermone, qvod librum Xyſti Pythagorei, hominis absque Chriſto atque Ethnici, immutato nomine, Sixti martyris & Romana Eccleſia Epiſcopi transtulerit?*

*Pamphili martyris* ] Honorius lib. 2. de Script. Eccles. c. 17. Gennadium ſolitus ſublegere, hunc eius locum corrupit, hic exprimens: *Sixti Philoſophi ſententias adverſus Mathematicos.* Nec enim Sixtus adverſus Mathematicos ſcripſit, ſed Pamphilus martyr: ut diſtincte hic habet Gennadius.

Cæterum præter opera hic a Gennadio commemorata, Ruffinus inſuper ſcripſit, vel ex Græco Latine reddidit *Vitas Patrum*, libro ſecundo & tertio in editione Plantiniana comprehenſas; ut Heribertus Rosvveidus in Prolegomeno 4 §. 10. fuſe probat.

CA-

## CAPVT XVIII.

TICHONIUS natione Afer, in divinis litteris eruditus, iuxta hiſtoriam ſufficienter, & in ſæcularibus non ignarus fuit; in eccleſiaſticis qvoqve negotiis ſtudioſus. Scripſit *de bello inteſtino libros tres*, & *expoſitiones diverſarum cauſarum*, in qvibus ob ſuorum defenſionem, antiqvarum meminit Synodorum. E qvibus omnibus agnoſcitur; Donatianæ partis (f) fuiſſe. Compoſuit & *Regulas*, ad inveſtigandam & inveniendam (g) intelligentiam Scripturarum, *ſeptem*, quas in uno volumine concluſit. Expoſuit & *Apocalypſin* Ioannis ex integro, (h) nihil in ea carnale, ſed totum intelligens ſpiritale. In qua expoſitione dixit, Angelicam ſtationem corpus eſſe. Mille quoque annorum regni, in terra, iuſtorum poſt reſurrectionem futuri ſuſpicionem tulit; neque duas in carne (i) mortuorum reſurrectiones futuras, unam juſtorum, & aliam iniuſtorum, ſed unam & ſemel omnium, in qua reſurgent etiam abortivi deformati, (k) ne qvid humani generis animatæ ſubſtantiæ intereat, oſtendit. Diſtinctionem ſane duarum reſurrectionum ita facit: *primam, qvam iuſtorum, Apocalypſis dicit, credimus modo in Eccleſiæ incremento agi, ubi iuſtificati per fidem a mortuis peccatorum ſuorum per baptiſmum ad vitæ æternæ ſtipendium ſuſcitantur*, (l) *ſecundam vero generaliter omnis hominum carnis.* Floruit hic vir ætate, qua iam memoratus Ruffinus, Theodoſio & filio eius (m) regnantibus.

(f) MS. Corbej. *Donatiſtarum partis.* (g) verba *& inveniendam* deſunt in Corbej. (h) id. *ad integrum, - - - ſed tantum intelligens ſpiritalem. In qua exponens dixit.* (i) MS. Corbej. *Suſpitionem tulit. Neqve duas in carne reſurrectiones futuras inter juſtos & inter injuſtos, ſed unam & in ſemel omnium. In qva reſurrectione abortivi deformati reſurgant.* (infra c. 38.) *Diſtinctionem ſane duabus reſurrectionibus* &c (k) al. *reformati.* & mox, *ne qvid humani generis deformatum & animatum ſubſtantiâ intereat.* vel. *animatæ ſubſtantiæ intereat.* (l) MS. Corbej. *homines ſuſcitantur. Duo vero genera omnium hominum, juſtorum & peccatorum. Floruit* &c. (m) *Theodoſio cum filiis ſuis.*

Aub. MIRÆI *Schol.* TICHONIUS AFER ] in aliquibus dogmatibus Donatiſta, ſcripſit volumen Regularum: qvas S Auguſtinus l. 3. de doctrina Chriſtiana c. 30. & l. 2. Retract. c. 18. item Caſſiodorus Præfat. in Pſalmos & Iſidorus l. 1. de ſummo bono, recenſent & examinant. Vixit an. 390. Ita Molanus in MS. Bibliotheca ſacra. Hos 7 Regularum libros, cum MSS. collatos, And. Schottus tom. 15. Bibliothecæ Patrum, publicavit.

## CAPUT XIX.

SEVERUS Presbyter, cognomento SULPITIUS, Aqvitanicæ prouinciæ, vir genere & litteris nobilis, & paupertatis atque humilitatis amore conſpicuus, clarus etiam ſanctorum virorum Martini Turonenſis Epiſcopi, & Paulini Nolenſis notitia, ſcripſit non contemnenda opuſcula. Nam *epiſtolas*, ad amorem DEI & contemtum mundi hortatorias, (n) ſcripſit *ſorori ſuæ multas*, (o) qvæ notæ ſunt. Scripſit *ad Paulinum* (p) prædictum *duas*, & *ad alios* alias. Sed qvia in aliqvibus etiam familiaris neceſſitas inſerta eſt, non digeruntur. Compoſuit & *Chronica*, (q) Scripſit & ad multorum profectum *vitam B. Martini* monachi & Epiſcopi, ſignis & prodigiis ac virtutibus illuſtris viri: (r) & *Collationem Poſtumiani & Galli*, ſe mediante & iudice, de converſatione monachorum Orientalium & ipſius Martini habitam, in *Dialogi* ſpeciem, tribus inciſionibus (s) comprehendit. In qvarum priore refert, ſuo tempore apud Alexandriam in Synodo epiſcoporum decretum, Origenem (t) cautius a ſapientibus pro bonis legendum, & a minus capacibus pro malis refutandum.* Hic (u) in ſenectute ſua a Pelagianis deceptus, & agnoſcens loqvacitatis culpam, ſilentium uſque ad mortem tenuit, ut peccatum quod loquendo contraxerat, tacendo pœnitens (x) emendaret.

(n) al. *exhortatorias.* (o) MS. Corbej. *multum.* (p) id. *ad prædictum Paulinum Nolanum tres alias. Sed qvia &c.* (q) *Chronicon.* id. (r) addit MSS. Corbej. *qvam vero poſtea Poſtumianus & Gallus inſigniter proſecuti ſunt. Collationem autem Poſtumi, &c.* (s) *ſpeciem & inciſionibus comprehenſam.* id. (t) id. *Origeniſtas cautius à ſapientibus probis legendum.* vitioſe. (u) Poſtrema hæc ab aliena manu adſuta putat Joh. Clericus T. XX. Bibl. ſelectæ p. 330. Sed agnoſcuntur ab omnibus MSS. * hoc eſt, abjucendum. (x) Sic è MS. Corbej. repoſui pro *penitus.*

Aub. MIRÆI *Schol.* SEVERUS cognomento *Sulpitius*, aliis *Sulpitius Severus*, Paulino Nolano, Greg Turonenſi, aliisque ſimpliciter *Severus*, fuit domo Aquitanus: ut ipſe dialogo 1. c. 20. fatetur. Et qvidem a Nitiobrigibus, cum lib. 2. hiſtoriæ ſacræ Phœbadium (qui Agenni Galliarum epiſcopus fuit, ab Hieronymo in Catalogo cap. 108. memoratus) ſuum vocet epiſcopum. Notum autem, Agennum eſſe in Nitiobrigibus. Vixit maxime *Eluſone*, ut Paulinus ep. 6. habet. vel *Primuliaci*, ut idem ep. 11. 12. tradit. Toloſæ qvoqve cum habitaſſe, colligere eſt ex ipſius Severi ep. ad ſocrum Baſſulam. Fuit autem Eluſo, ſeu *Eluſio* (nunc *Lauſun*) urbs olim inter Narbonem & Toloſam, in Gallia Narbonenſi, ſita: ut

conſtat ex itinerario Burdigalenſi, quod Pithoeus edidit. Eſtque diſtinguenda ab urbe *Eluſa*; olim inter Burdigalam & Toloſam, in Aquitania & Novempopulis, ſita. *Primuliacum* non longe diſtabat ab Eluſone, ubi Severus maxime degebat. Paulinus ep. 12. meminit baſilicæ a Severo apud Primuliacum conditæ. Cæterum Sulpitius hic noſter non fuit Bituricenſis epiſcopus (qvod Sigonio, Galeſinio, Giſelino & aliis multis viris doctis viſum) ſed Presbyter tantum, ut hoc capite Gennadius teſtatur, nunc Primuliaci, nunc Eluſone degens: ut præferunt Paulini Nolani epiſtolæ variæ. Ab iſto noſtro Sulpitio, S. Martini diſcipulo, longe alius fuit, & qvidem ætate poſterior, *S. Sulpitius Severus, epiſcopus Bituricenſis*, martyr. Roman. 29. Ian. adſcriptus; qui Matisconenſi II. concilio interfuit, & cui ſuam de ſeptem dormientibus hiſtoriam Gregor. Turonenſis dicavit. Qvod ad Severi noſtri ſcripta attinet, hiſtoriam ſacram elegante ſtylo ab orbe condito exorſus, eam uſque ad S. Tiliconis & Aureliani conſulatum, hoc eſt, Chriſti 400. annum perduxit. Scripſit item *vitam S. Martini* epiſcopi Turonenſis, qvo familiariter uſus fuit, & tres epiſtolas ad eiusdem epiſcopi encomium pertinentes. Extant eiusdem dialogi tres; qvorum primus narrat virtutes monachorum orientalium; duo poſteriores exponunt virtutes S. Martini, libro I. præteritas.

In Dialogis Sulpitius ſeqvitur errorem millenariorum: ut Hieronymus in Ezech. c. 36. monet. Unde Gelaſio Papæ *opuſcula Poſtumiani & Galli apocrypha*.

## CAPUT XX.

ANTIOCHUS epiſcopus ſcripſit *adverſus avaritiam* unum & longum *volumen*. (y) Et *in curatione cœci*, qvi a Salvatore illuminatus eſt, *homiliam* compoſuit, compunctione timoris DEI & humilitatis plenam. Moritur Arcadii Imperatoris tempore.

(y) MS. Corbej. *Antiocus - - adverſus avariciam unum & grande volumen in curatione cœci qvi à Salvatore curatus eſt omeliam compoſuit.* (z) *Moritur Marciano imperante.* id.

A. MIRÆI *Schol.* Alius ab iſto fuit *Antiochus* monachus in Laura S. Sabæ: cuius *homilia exomologeſis* itemque liber ad Euſtathium *de octo ſpiritus cogitationibus*, a Petro Pantino ex Græco Latine redditus, extant Tom. 7. bibliothecæ Patrum editionis ultimæ Colonienſis. (T. XII. Lugd.) De eo Baronius tom 8. conſuli poterit. Eiusdem Antiochi, niſi fallor, liber eſt, qui in Vaticana bibliotheca MS. extat, cum hac epigraphe. S. Antiochi ad Euſtathium diverſa capita. De cuius ætate Gonſalvus Poncius Leonius in notis ad Phyſiologum S. Epiphanii cap. 22. ſuſe diſputat.

## CAPUT XXI.

SEVERIANUS, Gabalenſis (a) eccleſiæ epiſcopus, in divinis Scripturis eruditus, & in homiliis declamator admirabilis fuit. Unde & frequenter ab Epiſcopo Ioanne & imperatore Arcadio, (b) ad faciendum ſermonem Conſtantinopolim vocabatur. Legi eius expoſitionem in epiſtolam ad Galatas (c) & de baptiſmo, & epiphaniæ ſolemnitate *libellum* gratiſſimum. Moritur minore Theodoſio (d) imperante.

(a) Corbej. *Gabalitana.* (b) *Imperatori Archadio.* (c) id. *expoſitionem ad Galatas. & de Baptiſmo & Ephyfania.* (d) id. *juniore Theodoſio filio ſuo in baptiſmate, imperante.*

Aub. MIRÆI *Schol.* De Severiano Gabalitano, vel Gavalitano (Suffrid. Petri *Gavellenſis*, MS. Gemblac. *Gavellenſis* Eccleſiæ) epiſcopo ita Molanus in MS. bibliotheca ſacra: Severianus Gaualitanus epiſcopus, cui Chryſoſtomus eccleſiam ſuam, cum in exilium mitteretur, commendavit, ſcripſit ſermones varios, qvorum aliqui extant in operibus Chryſoſtomi & Chryſologi; plurium autem fragmenta in libris veterum. Petavius in rationario temporum dicit, ipſum ob æmulationem Chryſoſtomi minus ſecundam poſteritatis famam meruiſſe.

E. S. CYPRIANI. Codex Norib. perinde ut Guelpherbytanus: *Theodoſio, filio ſuo in baptiſmo, imperante.*

## CAPUT XXII.

NICEAS, Romacianæ (e) civitatis epiſcopus, compoſuit ſimplici & nitido ſermone competentibus ad Baptiſmum *inſtructionis libellos ſex*. In qvibus continet primus, qvaliter ſe debeant habere competentes, qui ad baptiſmi gratiam cupiunt pervenire. Secundus eſt de Gentilitatis erroribus: in qvo dicit ſuo pene tempore Melodium (f) quendam patremfamilias ob liberalitatem, & Gadarium ruſticum ob fortitudinem ab ethnicis eſſe inter Deos translatos. Tertius liber de fide unicæ maieſtatis: quartus adverſus genethlologiam (g) qvintus de ſymbolo: ſextus de agni paſchalis victima. Edidit & *ad lapſam virginem libellum*, (h) pene omnibus labentibus emendationis incentivum.

(e) al. *Romana*, perperam. In aliis invenire ſe *Romaniciæ* teſtatus eſt Suffridus Petri. (f) Corbej. MS. *in qvo pene tempus Melgidium qvendam patris familias - - & Gadarium ruſticum* &c. (g) al. *genethlogiam*. Nam in Corbej. vitioſe *genecliam*. (h) id. *librum humana labentibus & incentivum*.

E. S.

Digitized by Google

E. S. CYPRIANI *Melodium*, Ita Norib. At Guelpherb. habet *Meladium*; Miræus *Melchidinm*, *Fortitudinem*. Norib. habet *ob fornicationem*. *Genethlegiam*, Ita Miræus. N. *Genealogiam*. Gu. *Genelogiam*.

## CAPUT XXIII.

OLYMPIUS, (i) natione Hiſpanus, epiſcopus ſcripſit librum fidei adverſus eos, qui naturam & non arbitrium in culpam vocant, oſtendens non creatione, ſed inobedientia inſertum naturæ malum.

(i) al. *Olympus*. Gemblacenſis codex teſte Suffrido Petri *Opilius*.

E. S. CYPRIANI *Schol.* Auguſtinus lib. I. contra Iulianum Olympum vocat, fragmentumque ex quodam eius ſermone eccleſiaſtico exhibet agens de peccato Originis. Itaque non omnia eius ſcripta recenſent Gennadius & Cave, quorum poſterior eum circa an. 430. claruiſſe exiſtimat. Verum quia Auguſtinus virum magnæ in eccleſia & in Chriſto gloriæ vocabat, cum adverſus Iulianum ſcriberet; videtur multo ante claruiſſe. Obiit enim Auguſtinus an. 430.

## CAPUT. XXIV.

BACHIARIUS (k) vir Chriſtianæ philoſophiæ, nudus & expeditus (l) vacare DEO diſponens, etiam peregrinationem propter conſervandam vitæ integritatem (m) elegit. Edidiſſe dicitur grata opuſcula: ſed ego ex illis unum tantum *de fide libellum* legi, in quo ſatisfacit Pontifici urbis, adverſus qverulos (n) & infamatores peregrinationis ſuæ, & indicat, ſe non timore hominum, ſed DEI, peregrinationem ſuſcepiſſe, ut exiens de terra (o) ſua coheres fieret Abrahæ patriarchæ.

(k) Suffrid. Petri *Baccinrius*. Cod. Martinienſis & Corbej. *Bacharius*. Gemblac. & Viridis Vallis *Bachidrius*. Honorius autem *Bachianus* habet vitioſe. (l) Corbej. *vir Chriſtiana diſciplina expeditus*. Pro *nudus* V. C. Lud. Antonius Muratorius malit *nitidus*. Sed recte ſe habere puto illud *nudus*, neqve vero ad verba qvæ præcedunt illud referendum eſt cum Honorio, ſed ad ea quæ ſeqvuntur, & idem prope valet qvod expeditus. Patriam et cognationem relictam ſignificans. (m) al. *pro conſervanda vita integritate* vel ut Corbej. *propoſita integritate*. (n) Corbej. *querolos*. Cod. Viridis Vallis: *adverſus Cerellos*. Sed recte ſe habet illud *querulos*. Sic infra c. 39. de Oroſio: *ſcripſit adverſus querulos & infamatores Chriſtiani nominis*. (o) Corbej. *de terra vel cognatione ſua* ex Geneſ. XII. 1. Hunc Bachiarii libellum primus edidit cum notis vir eruditiſſimus Lud. Antonius Muratorius T. 2. Anecdot. Bibl. Ambroſianæ, Mediolan. 1698. 4. in qvo ſub init. ſtatim ita loqvitur: *Nos patriam etſi ſecundum carnem novimus, ſed nunc jam non novimus, & deſiderantes Abrahæ filii fieri, terram noſtram cognationemqve repulimus*.

Aub. MIRÆI *Schol.* BACHIARII huius epiſtola ad Ianuarium, *de recipiendis lapſis*, extat in Bibliotheca veterum Patrum. Fuit & a Plantino edita cum opuſculis S. Sixti III. Papæ, ſtudio Iacobi Salvatoris Solanii Murgitani, qvi ipſum vocat *S. Brachiarium*. vide infra cap. 56.

## CAPVT XXV.

SABBATIUS, (p) Gallicanæ eccleſiæ epiſcopus, rogatus a qvadam caſta & Chriſto dedicata virgine, Secunda nomine, compoſuit *librum de fide* adverſus Marcionem & Valentinum eius autorem, (q) & adverſus Eunomium & eius Magiſtrum Actium, oſtendens eis ratione & ſcripturarum teſtimoniis, unum eſſe Deitatis principium, unum eſſe DEUM æternitatis auctorem, (r) & mundi ex nihilo conditorem: ſimulqve & de Chriſto, qvod non in phantaſia homo apparuerit, ſed veram habuerit carnem, per qvam manducando, bibendo, laſſando, plorando, moriendo, reſurgendo verus probatus eſt homo. His enim Marcion & Valentinus contrarii extiterunt, aſſerentes duo Deitatis eſſe principia, & Chriſtum veniſſe in phantaſia. Aetio vero & Eunomio diſcipulo eius oſtendit, Patrem & Filium non duarum eſſe naturarum & divinitate parilium, * ſed unius eſſentiæ, & alterum ex altero, id eſt, ex Patre filium, & alterum alteri coæternum: cui credulitati Aetius & Eunomius contradicunt.

(p) In Corbej. hoc caput deeſt. Cæterum fallitur vir doctus Latinus Latinius qvi in Bibl. ſacro profana hunc Sabbatium eundem habet cum Phœbadio de qvo Hieron. c. 108. In Cod. Gemblac. *Sapatius*. (q) ita MSS. & antiqvæ Honorii editiones: pro qvo alii male *auditorem*. Sed *autorem* dicit pro Magiſtro, & hæreſeos conditore. (r) Codex Sigebergenſis qvem Suffridus Petri inſpexit: *unum eſſe Dominum æternitatis autorem*. * ὁμοουσίων.

*Schol.* E. S. CYPRIANI. *Unum eſſe Deitatis principium, unum eſſe DEUM æternitatis auctorem*. Ita feliciter, ut opinor, locum reſtitui e codice Noribergenſi. In Miræo eſt incongrua lectio: *Unum eſſe Deita-*



Digitized by Google

*tis auctorem, & mundi ex nihilo.* In Gu. etiam eſt: *Deitatis principium.*
*Duo Deitatis.* Vocem *Deitatis* non habent noſtri codices.
*Divinitate paritium.* Ita ex Nor. poſuimus. Miræi lectio non cohæret: *et divinitatis paritis.*

## CAPUT XXVI.

ISAAC (s) ſcripſit *de ſancta Trinitatis tribus perſonis & incarnatione Domini librum* obſcuriſſimæ diſputationis & inuoluti ſermonis, confirmans ita in una Deitate tres eſſe perſonas, ut ſit aliqvid in ſingulis proprium, quod non habeat alia. Patrem ſcilicet hoc habere proprium, quod ipſe ſit ſine origine origo aliorum: filium hoc habere proprium, qvod genitus genitore non ſit poſterior: Spiritum ſanctum hoc habere proprium, qvod nec factus ſit nec genitus, & tamen ſit ex altero. De incarnatione vero ita ſcribit, ut manentibus in ea duabus naturis una credatur filii Dei perſona.

(s) Hoc quoque caput deſideratur in Corbej. Neqve veſtigium ejus in Trithemio. Iſaacus iſte ex Iudæo Chriſtianus fuit, nam libellus ejus in Pithoeano Codice ita inſcribitur teſte Sirmondo: *Fides Iſaacis ex Judæo.* A Caveo refertur ad A. 430. à Suffrido Petri ad 450. Sirmondo cui aſſentior videtur paullo ante A. 400. claruiſſe.

Aub. MIRÆI *Schol.* ISAACI, ex Judæo ad Chriſtum conuerſi, librum fidei, de S. Trinitate & de incarnatione Domini tractantem, Iacobus Sirmondus, S. J. theologus, cum Leporii Presbyteri, Capreoli epiſcopi Carthaginenſis, & Victorini Afri libellis, Lutetiæ 1630. primus edidit.

## CAPUT XXVII.

URSINUS (t) monachus ſcripſit *adverſus eos, qui rebaptizandos hæreticos decernunt*, docens nec legitimum eſſe, nec DEO dignum, rebaptizari illos, qvi in nomine Chriſti, vel in nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti, qvamuis pravo ſenſu, baptizentur: ſed poſt Trinitatis & Chriſti ſimplicem confeſſionem ſufficere ad ſalutem manus impoſitionem catholici ſacerdotis.

(t) Hic Urſinus in Codice Vaticano auctor inſcribitur libelli de rebaptizatione hæreticorum, qvi ſine nomine editus eſt a Rigaltio & à Joanne Fello Oxonienſi Epiſcopo ad calcem operum S. Cypriani. Vide Labbeum T. I. Concil. p. 770.

## CAPUT XXVIII.

MACARIUS, alius(m) monachus, ſcripſit in urbe Roma *adverſus mathematicos* (n) *librum*, in quo labore, orientalium (p) qvæſivit ſolatia ſcripturarum.

(m) alius ab eo de qvo ſupra c. 10. (n) Aſtrologos Genethliacos. Huius Macarii *opuſcula adverſus fatum & Matheſin* memorat Rufinus invectiva 1. in Hieron. (p) ejusdem Rufini ſcriptis adjutum Macarium innuit. Vide Baronium ad Martyrolog. 2. Ianuar. & Tillemontium T. XII. memor. p. 203. ſeq.

A. MIRÆI *Schol.* MACARIO huic Romano Ruffinus Aqvileienſis apologiam ſuam pro Origene inſcripſit. Hieronymus apologia 2. contra Ruffinum: *Ergo*, inquit, *niſi de oriente veniſſet, eruditiſſimus vir haereret adhuc inter mathematicos!* intelligens nimirum hunc Macarium Romanum, qnem Ruffinus ſibi perfamiliarem habuit, qvemqve a mathematicis abſtraxit, & Origenis fuligine infecit. Baronium Tom. 5. ad ann. Chriſti 317 conſule. Diverſus eſt hic Macarius ab altero *Macario Romano*, qui 23. Octobr. a Græcis in menologio celebratur, & cuius vita extat Tom. 1. in vitis Patrum. Quos quidem Macarios Baronius ad martyrologium Rom. die 2. Ianuarii confuderat; ut Roſweidus in notis ad epiſtolam 36. Paulini Nolani notavit.

## CAPUT XXIX.

HELIODORUS alius, Antiochiæ Presbyter, edidit *de virginitate* egregium & ſacris ſcripturis inſtructum *volumen*.

A. MIRÆI *Schol.* HELIODORUS alius, ab Heliodoro itidem Presbytero, quem ſupra c. 6. ipſe Gennadius quoque memoravit.

## CAPUT XXX.

JOANNES, Hieroſolymorum epiſcopus, ſcripſit *adverſus obtrectatores ſtudii ſui librum*, (q) in qvo oſtendit, Origenis ſe ingenium, non fidem ſecutum.

(q) ad Theophilum Alex. Vide Petri Waſtelii vindicias Joannis Hieroſol. p. 530. ſeq. & Tillemontium T. XII. memor. p. 186. & 197.

A. MI-

Digitized by Google

A. MIRÆI *Schol.* Joannes epiſcopus Hieroſolymitanus vixit temporibus S. Hieronymi. Adſcribitur Joanni liber ad Capraſium *de inſtitutione monachi* : qvi in bibliotheca patrum & alibi extat. Sedſis videtur ſcriptus abaliqvo longe poſteriore. Sic Bellarminus lib. de ſcriptoribus eccles. & Baronius ad annum 444 cenſent. Carmelitæ tamen, in his Thomas a Ieſu Braticenſis, & Petrus VVaſtelius, priorem ſententiam adſtruere conantur. Cæterum Ioannes Hieroſolymitanus, Ruffinus Aqvilejenſis & Palladius Galata, ſummi illo ævo fautores Origenis fuerunt; qvos ideo S. Epiphanius & S. Hieronymus ſuis ſcriptis exagitarunt.

## CAPVT XXXI.

PAULUS (r) Epiſcopus ſcripſit *de pœnitentia libellum*, in qvo dat legem pœnitentibus, ita debere dolere de peccatis, ne ſupra menſuram triſtitiæ, immenſitate deſperationis mergantur.

(r) Codex Gemblacenſis & Viridis Vallis hunc vocant Paullinum teſte Suffrido Petri.

## CAPVT XXXII.

HELVIDIUS (s) Auxentii diſcipulus, Symmachi imitator, ſcripſit qvidem religionis ſtudio, ſed non ſecundum ſcientiam, librum, neqve ſermone, neqve vera ratione nitidum: in cuius opere (t) ita ſanctarum ſcripturarum ſenſum ad ſuam perverſitatem flectere conatus eſt, ut earum teſtimoniis aſſerere voluerit, S. Mariam poſt nativitatem Domini, qvæ virgo peperit, Ioleph ſponſo ſuo junctam, & ex ejus conſortio filios ſuſcepiſſe, (u) qvi fratres Domini appellati ſunt. (x) Cujus pravitatem Hieronymus arguens libellum documentis ſcripturarum ſufficienter factum, adverſum eum edidit.

(s) MS. Corbej. *Helvidius hæreticus.* Auxentium intelligunt Arianum, Mediolanenſem Epiſc. & Symmachum qvem idololatriam defendentem dixit noſter ſupra c. 13. (t) *opuſcula.* Corbej. (u) id. *concepiſſe.* (x) Poſt hæc ita Codex Corbej. *Contra cujus impietatem reſerandam beatiſſimus Hieronymus egregium & gratum libellum edidit, in qvo oſtendit beatiſſimam Mariam genitricem Domini noſtri Ieſu Chriſti ſicut virginem ante partum, ita virginem permanſiſſe poſt partum.*

## CAPVT XXXIII.

THEOPHILUS, Alexandrinæ civitatis epiſcopus, * ſcripſit *adverſum Origenem* unum & grande volumen, quo omnia pene ejus dicta & ipſum pariter (y) damnat, ſimul docens, non a ſe primum eum, ſed ab antiqvis patribus, & maxime Heracla, fuiſſe. & a Presbyterio ejectum, & de eccleſia pulſum, & de civitate fugatum. (z) Sed & *anthropomorphitas hæreticos*, qui dicunt DEUM humana figura & membris conſtare, diſputatione longiſſima confutans, & divinarum ſcripturarum teſtimoniis arguens & convincens eos, oſtendit, DEUM incorruptibilem & incorporeum (a) juxta fidem Patrum, credendum, neqve ullis omnino membrorum lineamentis compoſitum, & ob id nihil ei in creaturis ſimile per ſubſtantiam, neqve cuiquam incorruptibilitatam ſuæ dediſſe naturæ, ſed eſſe omnes intellectuales naturas corporeas, omnes corruptibiles, omnes mutabiles, ut ille ſolus corruptibilitati & mutabilitati non ſubiaceat, qvi ſolus habet immortalitatem. (b) *Paſchalem* etiam *recurſum*, quem magna apud Nicæam ſynodus poſt nonaginta & qvinque annos (c) agi in tempore & die & luna ſecundum ſuum ſtatum invenerat, additis qvibusdam ipſius feſtivitatis rationibus & expoſitionibus, Theodoſio obtulit. Legi & *tres de fide libros* ſub nomine ejus titulatos; ſed quia lingua inconſonans eſt, non valde credidi.

* Ab A. 385. ad 412. (y) verba: *& ipſum pariter* non ſunt in Corbej. (z) verba: *& de civitate fugatum*, abſunt à Corbej. (a) vocabulum *incorruptibilem* deeſt à Corbej. (b) 1 Timoth. VI. 16. (c) Corbej. *LXII. annos*, vitioſe.

Aub. MIRÆI *Schol.* THEOPHILUS.] Alexandrinus epiſcopus, ad S. Hieronymum, familiarem ſuum ſcripſit *epiſtolas tres Paſchales*, qvas ipſe Hieronymus ex Græco Latinas fecit; extantqve in bibliotheca veterum Patrum. Prologus ad Theodoſium Imp. de ſancto paſcha anno 380. eſt ſcriptus. Quæ *adverſus Origenem* ſcripſit & alia hic a Gennadio memorata, hodie non extant. Idem Syneſium Cyrenenſem, ex gentili philoſopho Chriſtianum, Ptolemaidis epiſcopum anno circiter 410. conſtituit. Acerbe S. Joannem Chryſoſtomum eſt perſecutus: qva de re Baronium in annalibus conſule. De Theophilo, Antiocheno & Cæſarienſi, Hieronymus in Catalogo cap. 25. & 43 agit.

E. S. CYPRIANI. *Ipſius feſtivitatis.* Tota periodus perobſcura eſt. M. habet: *Feſtivitatibus, rationibus* Gu. *Feſtivitatis orationibus.*



Digitized by Google

## CAPUT XXXIV.

EUSEBIUS * ſcripſit *de crucis Domini myſterio*, & apoſtolorum, præcipueqve Petri conſtantia, virtute crucis indepta.

* Fortaſſe Euſebius Epiſcopus Mediolanenſis intelligitur. (d) MS. Corbej. *Petri conſtantiam, virtutem crucis indeptam.*

B. SAL. CYPRIANI *Schol. Virtute crucis fidei virtute indempta.* Ita Notibergenſis.

## CAPUT XXXV.

VIGILANTIUS Presbyter, natione Gallus, Hiſpaniæ Barcilonenſis (e) parochiæ eccleſiam tenuit. (f) Scripſit & ipſe zelo qvidem religionis aliqva: ſed ſeductus humana laude, & præſumens ſupra vires ſuas, homo lingua poſitus, non ſenſu ſcripturarum exercitatus, expoſuit pravo ingenio *ſecundam viſionem Danielis*, & alia locutus eſt frivola, (g) qvæ in catalogo hæreticorum neceſſario ponuntur. Huic & B. Hieromus Presbyter reſpondit. (h)

(e) Cod. Gamblac. & Viritis Vallis *Barcinonenſis.* (f) Corbej. *Hiſpania poſt Barcilonenſium Eccleſiam tenuit.* (g) Cod. Gemblac. & viridis Vallis *ſuperflua.* (h) Corbej. *inculentiſſime reſpondit.*

## CAPUT XXXVI.

SIMPLICIANUS epiſcopus Mediolanenſis, multis *epiſtolis* hortatus eſt *Auguſtinum* adhuc Presbyterum, (i) agitare ingenium, & expoſitionibus Scripturarum vacare, ut etiam novus quidam Ambroſius, Origenis ἐργοδιώκτης, (k) videretur. Unde & multas ad ejus perſonam abſolvit *ſcripturarum qvæſtiones.* Eſt & eius *epiſtola propoſitionum*, in qva interrogando qvaſi diſciturus docet doſturum. (l)

(i) al. *adhuc presbyter.* (k) vide ad Hieron. de S. E. c. 56. (l) Corbej. *interrogandum docet doſturum.*

Aub. MIRÆI *Schol.* S. SIMPLICIANUS ] epiſcopus Mediolanenſis martyrologio Rom. 16. Auguſti inſcriptus legitur. Exſtant ad eum S. Ambroſii (cujus primus adiutor, poſtea in epiſcopatu ſucceſſor fuit) complures epiſtolæ. Eidem S. Auguſtinus libros duos de diverſis qvæſtionibus dicavit: qvorum lib. 2. retract. c. 1. & lib. 1. de prædeſt. ſanctorum c. 4. meminit. Scripſit ad eundem S. Vigilius epiſcopus Tridentinus libellum de martyrio S. Siſinii ac Sociorum. Extat de eodem epigramma Ennodii Ticinenſis num. 78. cujus hoc exordium:

*Ambroſius, linquens viduata munia plebis,*
*Tranſtulit ad curam, Simpliciane, tuam.*

In Domino obdormivit tertio ſui pontificatus anno, ſedente Siricio papa; & qviefcit Mediolani in templo ſuo nomini dicato; ut Joſephus Ripamontius lib 6. Hiſt. Mediol. fuſe narrat.

## CAPUT XXXVII.

VIGILILIUS Epiſcopus ſcripſit ad qvendam Simplicianum *in laudem martyrum* libellum & epiſtolam, continentem geſta ſui temporis apud Barbaros martyrum.

Aub *MIRÆI Schol.* S. VIGILIUS, epiſcopus Tridentinus, Stilicone conſule (ut Uſuardus VI. Kal. Julii tradit) martyrium fecit, hoc eſt, an. Chriſti 400. aut 405 qvod ex faſtis conſularibus colligi datur, qvi duplicem Stiliconis conſulatum notant. Ad hunc exſtat lib. 3. epiſtola 24. S. Ambroſii. Ipſe vero S. Vigilius ad Simplicianum epiſc. Mediolanenſem, ſuperiore capite laudatum, ſcripſit libellum de martyrio S. Siſinii ac ſociorum, a Surio a. d. 23. Maii editum.

Alterius, & qvidem ætate poſterioris, *Vigilii* ſunt libri quinque *contra Neſtorium & Eutychen* pro Chalcedonenſi concilio ſcripti, qui in bibliotheca Patrum Tom. 5. exſtant. Vixit hic, Zenonis & Anaſtaſii Impp. temporibus; & ſcripſit præterea, ſub nomine Anaſtaſii, libellum contra *Sabellium & Photinum*, como eodem editum. Andreas Schottus tom. 15. bibliothecæ patrum, editionis poſtremæ Colonienſis, in Vigilii operibus qvaternionem reſtituit, qvi hactenus deſiderabatur.

Cæterum hiſtoria vitæ S Vigilii a Surio edita correctione indiget. Falſo enim in ea narratur, S. Vigilium contra Eutychen, utpote ætate poſteriorem, ſcripſiſſe & circa annum 500. martyrio coronatum fuiſſe: cum ex ſupra dictis conſter, ipſum S. S. Ambroſii & Simpliciani ævo vixiſſe. Qvod & contra Galeſinii errorem Ph. Ferrarius in Catalogo ſanctorum Italiæ notavit.

CA-

Digitized by Google

## CAPVT XXXVIII.

AUGUSTINUS Afer, (m) Hipponenſis oppidi epiſcopus, vir eruditione divina & humana orbi clarus, fide integer & vita purus, ſcripſit quanta nec inveniri poſſunt. Qvis enim (n) glorietur ſe omnia illius habere? Aut qvis tanto ſtudio legat, qvanto ille ſcripſit? Unde & multa loqventi accidit, qvod dixit per Salomonem Spiritus Sanctus: *In multiloqvio non effugies peccatum.* (o) Edidit tamen ſenex, (p) qvos juvenis cœperat, *de Trinitate libros XV.* in qvibus, ut ſcriptura ait, introductus in cubiculum Regis, (q) & decorarus veſte multifaria (r) ſapientiæ DEI, exhibuit eccleſiam non habentem maculam aut rugam (s) vel aliqvid hujuſmodi. *De incarnatione* qvoqve *DEI* idoneam edidit pietatem. *De reſurrectione* etiam *mortuorum* ſimili cucurrit ſinceritate; licet minus capacibus dubitationem de abortivis (u) fecerit. Error tamen illius ſermone multo, ut dixi, contractus, ſucta hoſtium exaggeratus, necdum hæreſis qvæſtionem dedit. (x)

(m) MS. Corbej. *Auguſtinus diſcipulus beati Ambroſii Tpone regia Africa oppidi Epiſcopus, vir eruditione divina & univerſo orbe clarus.* (n) Sic idem codex pro *qvis ergo.* (o) Proverb. X. 19. Sed in Corbej. deſunt verba: *unde & multa*, uſqve ad: *non effugies peccatum.* (p) *jam ſenex*, id. (q) Esther II. 16. (r) Corbej. *multifaria.* (s) Ephes. V. 27. (t) Deinceps ſequitur in Corbej. cæteris expunctis: *Reſurrectionem etiam mortuorum ſimile cucurrit ſinceritate, egregio ingenio & excellenti ſtudio Eccleſiæ ſerviens. Juliani hæretici libros inter impetum obſidentium Wandalorum in ipſo dierum ſuorum fine reſpondit. Et in defenſione Chriſtiana ſapientia perſeverans meruit Theodoſio & Valentiniano regnantibus.* (u) Abortivos reſurrecturos ut affirmare ita negare non audet Auguſtinus XXII. 13. de Civ. Dei. (x) Vitioſe al. *qvæſtionem abſolvit.*

Sub MIRÆI *Schol.* S. AUGUSTINUS, Arbetio & Mavortio Lolliano conſulibus (ut ipſe lib. I. de vita beata & lib. 1. de ordine tradit) hoc eſt, an. Chriſti vulgari 355. in Africa natus eſt. Deceſſit autem v Kalendas Septembris, ætatis 76. epiſcopatus 36. converſionis 43. anno; qvo tempore Vandali Hipponem tertio jam menſe obſidebant; ut Poſſidius in ejus vita narrat. Opera ejuſdem, a Theologis Lovanienſibus recognita, primum Plantinus 1577. poſtea Pariſienſes & Colonienſes tomis X. evulgarunt. De ſingulorum tomorum libris, qvi genuini, ſuppoſiti aut ſuppoſititii ſint, Bellarminus lib. de Scriptor. Eccleſiaſticis diſtincte docet. Annis porro ſuperioribus in Feſulana S. Bartholomæi abbatia repertus eſt S. Auguſtini liber *de geſtis Pelagii*; cura Scipionis Cobellutii Cardinalis & Marci Veiſeri Augustæ Vindelicorum typis primum editus. Horum exemplo Claudius Menardus duos ejuſdem S. Auguſtini libros poſteriores adverſus *Julianum Pelagianum* ex MSS. codicibus 1616. Lutetiæ & Jacobus Sirmondus ejuſdem *Sermones novos* numero 40. ex diverſis antiqvis exemplaribus collectos, notisqve illuſtratos, eadem in urbe 1631. primi publicarunt. Et vero Auguſtini ſermones, qvi haſtenus latuerint, reperiri novos potuiſſe non mirabitur, qvi ab Auguſtino ipſo, a Poſſidio, a Victore Vitenſi & aliis infinitam ejus tractatuum, homiliarumque multitudinem prædicari meminerit. Plura qvi volet, poſſre. as operum S. Auguſtini editiones, Pariſienſem & Colonienſem conſulat. [Noviſſima poſt Miræum vulgata luculentiſſima, qvam Monachis Benedictinis Congregat. S. Mauri debemus Pariſ. 1688. ſeq. recuſa cum auctario Amſtel. 1700. Vol. XII. curante V. c. Joanne Clerico.] *Multa loqventi.*] Gennadius, ut Semipelagianus, ſuo hic affectui indulget, ſine ratione taxat Auguſtinum ut polygraphum; nec ullum fere opus ſine exceptione probat, præter libros de Trinitate.

E. S. CYPRIANI *Schol.* In fine hujus capitis Miræi editio multa habet, quæ in noſtris codicibus non ſunt, nec deſiderari debent. Videntur enim a qvodam Gennadii lectore in margine ſcripta, & deinceps a librariis textui inſerta. Ita autem habent apud Miræum: *Catholicus permanſit tamen, & error illius ſermone multo, ut dixi, contractus, ſucta hoſtium exaggeratus, nec dum hæreſis qveſtionem dedit. Egregio ingenio & excellenti ſtudio eccleſiæ ſerviens Juliani hæretici libris, inter impetum obſidentium Vandalorum, in ipſo dierum ſuorum fine, reſpondit: et in defenſione Chriſtiana ſapientia perſeverans, meruit Theodoſio & Valentiniano regnantibus.* [Eadem hæc in Codice Martinienſi reperiſſe ſe teſtatur Sulpitius Petri, recte obſervans ea non eſſe Gennadii, ſed alicujus volentis Gennadio mederi.]

## CAPVT XXXIX.

OROSIUS (y) Presbyter, Hiſpanus (z) genere, (z) vir eloqvens & hiſtoriarum cognitor, ſcripſit *adverſum qverulos* (a) *& infamatores Chriſtiani nominis*, qvi dicunt, defectum Romanæ Reipublicæ Chriſti doctrina invectum, *libros ſeptem*; in qvibus pene totius mundi temporis calamitates (b) & miſerias, ac bellorum inqvietudines replicans, oſtendit magis Chriſtianæ ac bellorum inqvietudines replicans, oſtendit magis Chriſtianæ obſervationis eſſe, qvod contra meritum ſuum res Romana adhuc duraret, & pace culturæ DEI pacatum retineret (c) imperium: Sane in primo libro deſcribit poſitionem orbis, Oceani interfulione, (d) & Tanais limitibus interciſam, ſitum locorum, nomina, numerum, moreſqve gentium, qvalitates regionum, initia bellorum, & Tyrannidis exordia finitimorum ſanguine dedicata. Hic eſt Oroſius, qvi ab Auguſtino, pro diſcenda *anima* ratione, ad Hieronymum miſſus, rediens reliqvias *B. Stephani* primi (*) martyris, tunc nuper inventas, primus intulit Occidenti. Claruit extremo pene Honorii Imperatoris tempore. (e)

(y) Corbej. *Horoſius.* (z) al. *Hiſpani generis.* (a) Sic ſupra cap. 24. *adverſus qverulos & infamatores peregri natonis ſua.* (b) *tempora calamitatis.* Corbej. (c) id. *teneret.* (d) al. *interfuſa eſſe.* vitioſe. (*) infra, cap. 46. 47. (e) Corbej. *extremo Honorii Imp. anno* dub.

Aub. MIRÆI *Schol.* PAULUS OROSIUS ] Presbyter Tarraconensis, hortatu Sancti Augustini; historiarum libros VII. usque ad annum Christi 416. scripsit, ab eodem missus in Orientem, reliquias S. Stephani inde sub annum 416. in Africam attulit. Scripsit idem Apologeticum contra Pelagium de libertate arbitrii; opera Ioannis Costerii 1558. Lovanii & postea Coloniæ 1572. studio Francisci Fabricii editum. Apologiæ huic pannus alienus est adsutus, h. e. capita amplius XIV. ex libro S. Augustini de natura & gratia, sunt adiecta. Quæ quidem capita Andreas Schottus segregavit, & tomo 15. Bibliothecæ Patrum seorsim edidit. Idem contigit jam olim in Pandectis Pisanis, itinerario Antonini, Censorino, & aliis Scriptoribus antiquis.

## CAPUT XL.

MAXIMUS, Taurinensis ecclesiæ episcopus, vir in divinis Scripturis satis intentus, & ad docendum ex tempore plebem sufficiens, composuit *in laudem Apostolorum* tractatus, & *in Ioannis Baptistæ natinitatem*, & generalem *omnium Martyrum* homiliam. Sed & *de capitulis Evangeliorum*, & *de actibus Apostolorum* multa sapienter exposuit. Fecit & *duos de S. Eusebii Vercellensis Episcopi & confessoris vita tractatus*: *& de SS. Cypriani & Laurentii martyrio*; *& de spiritali Baptismi gratia librum* edidit. *De avaritia*, *de hospitalitate*, *de defectu lunæ*, *de eleemosynis*, *de eo*, *quod scriptum est in Esaia*, (f) Caupones tui miscuerunt vinum aqva: *De passione Domini*, *de jejunio servorum DEI generali*, *de jejunio speciali quadragesimæ*, *& quod non sit in eo jocandum*: *de Juda traditore*, *de cruce Domini*, *de sepulcro Domini*, *de resurrectione ipsius*, *de adcusato & judicato apud Pilatum Domino*, *de Kalendis Januarii*. *Homilias de natali Domini*, *Homilias de Epiphania*, *de Pascha & Pentecoste* multas, *de hostibus carnalibus non timendis*, *de gratiis post cibum DEO agendis*, *de pœnitentia Ninivitarum*, & multas alias ejus *homilias*, de diversis habitas legi, qvas nec retineo. Moritur (g) Honorio & Theodosio juniore regnantibus.

(f) Es. I. 22. (g) Ita Codices MSS. & editi ante Miræum. Etiam Marcianæi ἔκδοσις. Sed Miræus scripsit Baronium secutus *Floruit*.

Aub. MIRÆI *Schol.* S. MAXIMUS, Augustæ Taurinorum, in Pedemontana nunc ditione, Episcopus. Martyrologio Romæ 25. Junii adscriptus, Mediolanensi synodo, ab Eusebio illius urbis Episcopo habitæ, & Romanæ Synodo, sub Hilario Papa celebratæ, Basilisco & Herminerico Consulibus, h. e. anno qvadrigentesimo sexagesimo qvinto, interfuit. Labuntur ergo qui scribunt, ipsum obiisse Honorio & Theodosio juniore regnantibus: Nam Theodosius junior, Valentiniano VII. & Gennadio Avieno Consulibus (hoc est, anno Christi 450.) decessit: teste Cassiodoro in Chronico. Cæterum S. Maximi Taurinensis Homiliæ anno 1535. Romæ fuerunt publicatæ. Ex qvibus non paucæ, titulo S. Ambrosii falso sunt editæ: ut Costerius & Bellarminus observarunt.

## CAPVT XLI.

PETRONIUS, Bononiensis Ecclesiæ Episcopus, vir sanctæ vitæ & Monachorum studiis ab adolescentia exercitatus, scripsisse putatur *vitas Patrum* (k) *monachorum Ægypti*, qvas velut speculum ac normam professionis suæ Monachi amplectuntur. Legi sub nomine ejus *de ordinatione Episcopi*, ratione & humilitate (i) plenum tractatum: quem lingua elegantior ostendit non esse ipsius, sed, ut qvidam, patris ejus, Petronii eloqventissimi viri & eruditissimi in sæcularibus litteris. Nam & præfectum Prætorii fuisse se, in ipso tractatu designat. Moritur Theodosio, Arcadii filio, & Valentiniano regnantibus.

(h) Has videtur laudare Gennadius supra cap. XI. (i) al. *& humanitate*.

Aub. MIRÆI *Schol.* S. PETRONIUS ] Bononiensis in Italia Episcopus, post S. Felicem S. Eusebii successorem, cathedram illam obtinuit. Ex his Eusebius concilio Aqvilejensi contra Arianos, Merobaude II. & Saturnino COSS. (hoc est, anno Christi 383.) interfuit. At vero S. Petronius vixit temporibus S. Eucherii Lugdunensis Episcopi, h. e. anno Domini qvadringentesimo qvadragesimo primo. Ipse Eucherius, in sua epistola parænetica de contemptu mundi ad Valerianum cognatum: Hilarius, inqvit, nuper & in Italia nunc, Antistes Petronius. Ambo ex illa plenissima, ut ajunt, mundanæ potestatis sede, unus in religionis, alius in sacerdotii nomen ascendit. Qvibus ex verbis Baronius, in notis ad martyrologium 4. Octobris, verosimiliter colligit S. Petronium aliqvando Prætorii præfecturam administrasse; sicut & Pater ejus Sextus Anicius Petronius Probus administraverat; qvi & consulatum, cum Imp. Arcadio, anno qvadringentesimo sexto gesserat. Res porro gestas S. Petronii a Surio editas, non Sigonius, sed Galesinius, consignavit; licet Sigonii nomen apud Surium præferant.

PUTATUR SCRIPSISSE VITAS PATRUM ] Similia habet Honorius Augustodunensis in catalogo c. 41. Vincentius Bellovacensis in speculo historiali lib. 20. c. 25. Mombritius tom. 2. de vitis Sanctorum. & Trithemius in catalogo. Qvo factum est, ut nonnulli existimaverint vitas Patrum, qvæ in omnium manibus sunt, a S. Petronio scriptas fuisse. Sed qvandoqvidem Gennadius dicat, putatur scripsisse, non omnino certum

Digitized by Google

certum est, cum vitas Patrum scripsisse. Et ut aliqvas scripserit, certe istas, qvas habemus; ab eo non esse scriptas Rosvveidus Prolegomeno 4. §. 7. sufficienter docuit. At vero Alfonsus Ciacconius in suo tractatu de Sancti Hieronymi Cardinalatu, hæc citat ex MS. tractatu S. Petronii de Selectis SS. Patrum Apophthegmatibus: *Hieronymus vir in omni doctrinarum genere absolutissimus, cum ab amulis suis accusaretur, ex voluminibus Origenis innumera in sua transtulisse opera, dixit: Laus, qva debet Origenes offerri, maxima est. Et cum illum in meis operibus imitatus sum, illum imitari proposui, qvem nobis & omnibus prudentibus placere minime vereor.* Qvæ verba cum in vitis Patrum, supra in Scholiis ad caput ultimum S. Hieronymi, a me laudatis non exstent, colligi datur alium aliqvem librum de vitis & Apophthegmatibus Patrum scripsisse S. Petronium: qvem utinam qvis proferat.

## CAPUT XLII.

PELAGIUS hæresiarcha, (k) anteqvam proderetur hæreticus, scripsit studiosis viris necessarios (l) *tres de fide Trinitatis libros*: & pro actuali conversatione *Eulogiarum* (m) *ex divinis Scripturis librum unum*, capitulorum indiciis, in modum S. Cypriani martyris (n) præsignatum. Post hæreticus publicatus scripsit hæresi suæ faventia.

(k) Corbej. *Pelagius Brito Hæresiarches.* (l) al. *necessaria.* (m) Eulogiæ sive Eclogæ, electa, selectæ sententiæ Vide W. Wallii Historiam pædobaptismi Anglice editam p. 201. ubi de hoc Pelagii libro, sed qvi pridem cum libris de fide Trinitatis est amissus, disserit. (n) Respicit tres libros testimoniorum S. Cypriani ad Qvirinum.

Aub. MIRÆI *Schol.* PELAGIUS ] natione Scotus, ex Britannia oriundus (unde & Brito nuncupatur) Monachus in Palæstina cum esset, adversus gratiam Christi pestilentissimum dogma, cum discipulo suo Cælestio, concepit animo. Cælestius, qui prior in Africa palam hæresin publicavit, anno 412. Carthagine damnatus fuit. Pelagius stilo primum a S. Hieronymo, post ab Augustino perstrictus, demum ab Innocentio I. S. Papa anno 417. mense Ianuario, ecclesiastica communione, una cum Cælestio privatus fuit. Eodem anno 418 Zosimus, Innocentii in Pontificatu successor, damnavit, & suo edicto Honorius Imp. percussit. Africani porro Episcopi, accepto Zosimi decreto (in plenaria Synodo, ut scribit Prosper Episcoporum CCXIII. Carthagine congregata) contra Pelagianam hæresin Canones octo condiderunt: qvi Milevitanæ in Numidia synodo secundæ vulgo perperam attribuuntur.

## CAPUT XLIII.

INNOCENTIUS, urbis Romæ episcopus, scripsit decretum Occidentalium Ecclesiarum & Orientalium adversus Pelagianos (o) datum, qvod postea successor ejus Papa Zosimus latius (p) promulgavit.

(o) Corbej. *adversus Pelagium* datum, *post qvem successor* &c. (p) Suffridus Petri. *Latinis.*

Aub. MIRÆI *Schol.* S. INNOCENTIUS illo nomine primus Papa (qvi martyrologio Rom 28. Julii legitur inscriptus) Pelagium ejusqve socium Cælestium primus ex Pontificibus anno 417. ecclesiastica communione privavit. Zosimus Innocentii successor, anno 418. damnavit. Utriusqve Pontificis epistolæ extant in tomis conciliorum & alibi. Ceterum res ab Innocentio gestas Baronius per annos digessit eumqve a calumniis Zosimi scriptoris ethnici, Christianis infensissimi, vindicavit.

## CAPUT XLIV.

CÆLESTIUS, (q) anteqvam Pelagianum dogma incurreret, imo adhuc adolescens, scripsit *ad parentes suos* de monasterio *epistolas*, in modum libellorum, (r) *tres* in omnibus, DEUM desiderantibus necessarias. (s) Moralis siqvidem in eis dictio nil vitii postmodum proditi, sed totum ad virtutis incitamentum tenuit.

(q) *Cælestius antequam Pelagio concurreret* Corbej. (r) *in modum libri* id. (s) Qvæ sequuntur, desunt in Corbej. & loco eorum leguntur hæc verba: *postea vero hæreticus publicatus à Papa Zosimo condemnatus est.*

Aub. MIRÆI *Schol.* COELESTIUM hunc, cum magistro suo Pelagio, ab Innocentio & Zosimo Pontificibus damnatum fuisse, superiore capite diximus.

## CAPVT XLV.

IULIANUS, Episcopus Capuanus, (t) vir acris ingenii, in divinis Scripturis doctus, græca & latina lingua Scholasticus, priusqvam impietatem Pelagii in se aperiret,



(t) MS. Sigeberg. *Campanus.* Cui lectioni suffragatur Beda præf. libr. in Cantica Canticor. ubi meminit *Juliani Celanensis a Campania.* In MS. Corbej. nulla Episcopatus mentio, sed tantum legitur: *Julianus vir acer ingenio.* Pro *Celanensi* apud Bedam alii ex Mario Mercatore legunt *Eclanensem.* Vide qvæ notata sunt à Benedictinis in præf. ad partem 2. Tomi X. S. Augustini.

Digitized by Google

riret, clarus in Doctoribus ecclesiæ fuit. Postea vero hæresin Pelagii defendere nisus, (u) scripsit *adversus Augustinum* impugnatorem illius *libros quatuor* & iterum *libros septem*. Est etiam *liber altercationis* (x) amborum partes suas defendentium. Hic Julianus eleemosynis tempore famis & angustiæ indigentibus omnibus suis erogatis, multos miserationis specie, nobilium præcipue & religiosorum, illiciens hæresi suæ sociavit. Moritur Valentiniano & Constantino, filio eius, imperante.

(u) *cum hæresin Pelagii defenderet, adversus beatum Augustinum impugnatorem illius*, Corbej. (x) *altercationum*. id. Non videtur hoc opus diversum fuisse a superiore. Vide Garnerium ad Mercatorem T. 1. p. 387.

Aub. MIRÆI *Schol.* JULIANUS, Memoris Capuani Episcopi filius & successor, hæresis Pelagianæ, ab Innocentio & Zosimo Pontificibus damnatæ ac pene profligatæ, patrocinium stolide suscepit. Ob qvam hæresin postea sede sua pulsus, cum S. Augustino grande certamen iniit, homo qvidem lingua promptus, sed procax & temerarius.

## CAPUT XLVI.

LUCIANUS Presbyter, vir sanctus cui revelauit DEUS, temporibus Honorii & Theodosii Augustorum, locum sepulcri & reliqviarum (y) corporis *S. Stephani* martyris primi: scripsit ipsam *revelationem*, ad omnium ecclesiarum personas (z) græco sermone.

(y) *reliqvias*, Corbei. (z) *ad omnem Ecclesiæ personam*, id. Hæc Luciani presbyteri Hierosol narratio de ἀποκαλύψει reliqviarum S. Stephani protomartyris incipit: τοῖς κατὰ πᾶσαν πόλιν καὶ χώραν ἁγιωτάτοις. Latine exstat apud Baron. ad A. C. 415. n. 3. seq. & apud Surium ad 2. Augusti, & in appendice ad T. VII. Augustini, edit. Benedictin. ex *Aviti* Hispani presbyteri versione. De reliquiis S. Stephani, illo tempore repertis meminit Gennadius etiam supra, cap. 39. in Orosio.

Aub. MIRÆI *Schol.* LUCIANUS Presbyter Hierosolymitanus revelationem corporis S. Stephani Protomartyris sibi factam græce descripsit, eamqve AVITUS Presbyter Hispanus, seqventi capite a Gennadio laudandus (alius ab Alcimo Avito, natione Gallo) latine reddidit: extatqve tomo 10. operum S. Augustini, in appendice. Hujus operis, præter Gennadium Beda qvoqve, Vsuardus & alii meminerunt. De ejusdem S. Stephani miraculis, iis ipsis fere temporibus, scripserunt EVODIUS Reacensis in Africa Episcopus, infra a Sigeberto c. 15. laudandus, & SEVERUS Balearis insulæ Episcopus, a Baronio in Bibliotheca Vaticana repertus, & ad annum 418. in annalibus editus.

## CAPUT XLVII.

AVITUS Presbyter, homo Hispanus genere, ante relatam (a) *Luciani* Presbyteri scripturam in latinum transtulit sermonem, & addita epistola sua (b) per Orosium occidentalibus edidit.

(a) superiore memoratam capite. (b) Avitus in Epistola ad Palconium Episcopum Braccarensem Luciani narrationi præmissa: *Qvamobrem missi vobis per sanctum filium & compresbyterum meum Orosium reliqvias* &c.

Aub. MIRÆI *Schol.* DE AVITO & aliis hujus ævi Scriptoribus Hispanicnsibus, sic Mariana l. 4. c. 20. Pontius Paulinus, Bordigalensis patria, in Hispania citeriore moram traxit ipse, & uxor Tarasia. Barcinone Presbyter factus est, nullius ecclesiæ ministerio addictus, novo exemplo ac propemodum singulari. Inde gradus factus ad Nolanum Episcopatum, cum ex Hispania in Italiam migrasset. Abundius Avitus Presbyter, Tarracone natus, Luciani librum de S. Stephani corporis inventione latinitate donavit. Licinius Baeticus, Hieronymi amicitia, atqve in Hierosolymitanos pauperes præcipua liberalitate ad memoriam insignis. Desiderius & Riparius, Hispani Presbyteri, Vigilantium Barcinonensem Presbyterum Pompelone natum, Sanctorum, qvi cum Christo regnant in cœlo; honorem cultumqve vellicantem, de scripto impugnabant. Sic Mariana.

## CAPUT XLVIII.

PAULINUS, Nolæ (c) Campaniæ Episcopus, composuit *versu* brevia, sed multa, & *ad Celsum* qvendam, *Epitaphii* vice, consolatorium libellum *super mortem Christiani & baptizati infantis*, spe Christiana munitum: & *ad Severum* plures *epistolas*, & *ad Theodosium Imperatorem*, ante Episcopatum, *prosa Panegyricum* (d) super victoria tyran-

(c) Corbej. *Nolana* & mox *versu brevi*. (d) Hunc Panegyricum in Theodosium magnum, Eugenii & Arbogastis A. 394. victorem, qvemadmodum & pleraqve alia Gennadio hic memorata intercidisse dolendum est. Panegyricum his verbis laudat Hieronymus Epist. 13. ad Paulin. *Librum tuum &c. Felix Theodosius qvi a tali Christi oratore defenditur. Illustrasti purpuras ejus & utilitatem legum futuris sæculis conseravisti. Qvi talia habet rudimenta, qvalis exercitatus miles erit!*

Digitized by Google

tyrannorum : eo maxime, qvod fide & oratione plus qvam armis vicerit. Fecit & *Sacramentarium & Hymnarium.* (e) *Ad sororem* qvoqve *epistolas* multas de contemtu mundi dedit. Edidit & ex diversis causis diversa disputatione tractatus. (f) Præcipuus tamen omnium ejus opusculorum est *liber de pœnitentia, & de laude generali omnium martyrum.* Claruit temporibus Honorii (g) & Valentiniani, nonsolum eruditione & sanctitate vitæ, sed & potentia (h) adversum Dæmones.

(e) Corbej. *& hymnorum.* (f) Hæc verba *Edidit* usqve ad *tractatus*, qvæ absunt in plerisqve edit. restitui è MS. Corbej. (g) id. *Theodosius & Valentiniani.* (h) id. *potestate.*

Aub. MIRÆI *Schol.* S. PAULINUS, patria Aqvitanus, origine ac stirpe Romanus, vir generis nobilitate & doctrina clarissimus, Ambrosii, Martini, Hieronymi, Augustini, Severi Sulpitii, aliorumqve scriptis & amicitia mirifice celebratus, anno qvadringentesimo tricesimo primo ad meliorem vitam abiit. Nolanus in Campania Episcopus factus memorandum sæculis omnibus charitatis ac sui despicientiæ specimen edidit, dum se, ut captivum viduæ cujusdam filium redimeret, Vandalis in servitutem dedit : ut Gregorius Magnus lib. 3. Dialog. c. 1. narrat. Monumenta doctrinæ Paulinianæ, pro viri magnitudine, modica habemus ; eo qvod multæ temporum injuriis interierint. Opera omnia, qvæ reperiri potuerunt, Antverpiæ typis Plantinianis 1622. 8. cum notis Frontonis Ducæi & Heriberti Rosweidi, S. J. Theologorum, sunt publicata. [ Recentior plenorqve editio Jo Baptistæ le Brun. Paris. 1685. 4. Vide & Petri Francisci Chifletii Paulinum illustratum. Divione 1622. 4. & V. C. Lud. Antonii Muratorii Anecdota Latina Tomo I. Mediolan. 1697. 4.

Ceterum *Meropius Pontius Anicius Paulinus* (hæc fuit tota ejus appellatio) natus est in Aqvitania, seu *Burdigala*, ut Uranius Presbyter (apud Sur. T. 3.) tradit, qvi ejus vitæ summam, aut potius mortem ipse litteras misit, seu *Ebromagi*, qvam ipse Paulinus patriam adpellat. Paternum id oppidum erat, haud procul a Burdigala, ad ripam Garumnæ fluminis : qvo loco vicus est hodie *Embrun* nomine, infra Burgum & infra Blaviam : ut Elias Vinetus scribit. Ortus est autem sub annum Christi trecentesimum qvinqvagesimum tertium. Adultior factus, sub Decio Magno Ausonio, suo Burdigalæ magistro ; ita profecit, ut in Oratoria ac Poetica facultate docentis gloriam vel adæqvarit vel etiam superarit. Exinde matrimonio feliciter inito, *Terasia* locuples, sapiens ac apprime religiosa coniux Paulino data. Cumqve in Hispania agentibus, post longa vota proles tandem virilis obtigisset, ea vitalis non fuit. Itaqve sub octavum ab ortu diem rapta Compluti, viam parentibus expedivit, ut minime caducam meritorum posteritatem qværerent, & invenirent. Pietate sensim in animum admissa, Paulinus Burdigalæ a S. Delphino Episcopo baptizatus, biennio post Barcinone Sacerdos a Lampio Episcopo creatus, inde Nolam demum migravit. Terasia porro *de conjuge illi facta est soror :* ut in Chronico Idacius loqvitur. De *Placidina* Lecontii Burdigalensis Episcopi idem scribit Venantius Fortunatus. Sic & *Papianilla*, AVITI Imp. filia, Sidonii Apollinaris, Avernorum Episcopi, uxor ante sacerdotium, postea soror fuit, ex canonum sacrarum præscripto, & perpetua veteris ecclesiæ consuetudine : in qva, qvi ex conjugio ad sacerdotium adsciscebantur, ab uxorum toro separati, non aliter deinceps cum ipsis, qvam cum sororibus, versabantur.

Prima porro, secundum DEUM, conversionis Paulini gloria *S.° Felici* confessori, aut potius martyri, deberi videtur. Ad ejus sacras corporis reliqvias magna id temporis prodigia & plane cuidentia patrabantur. Qvas ob res undiqve Nolam, ad ejusdem sepulcrum, concurrebatur. Adiit & Paulinus, eo opportunius qvod paternos circa fundos possideret : qvin imo a seculi æstu fessus, in illo secessu velut in portu conqviescere statuit. Qvotannis itaqve diem natalem S. Felicis (qvi XIX. Kalendas Februarias colitur) novo natalitio carmine, qvasi tributum annuum pendens, solitus est honorare.

Ex his carminibus non nisi decem ad nostrum usqve ævum prodierant, neqve mentio erat, plura a Paulino condita ; Donec Lutetiæ anno 1608 seorsim & postea 1610. in Bibliotheca Patrum vulgatum est *Dungali* opusculum : in qvo is qvindecim numerat, & fragmenta ex iis, qvæ non extant, non exigua promit. Vixit porro *Dungalus* sub Ludovico Pio & Lothario ejus filio ; qvibus librum suum, pro cultu sacrarum imaginum, adversus Claudium Taurinensem, inscripsit. [ Natalem XI XII. XIII. primus è Mediolanensi edidit & notis eruditis illustravit laudatus Muratorius T. 1. Anecdotor. Latinor. ]

AD CELSUM ] aptius dixisset Gennadius : *Epitaphium de Celso puero composuit.* Exstat illud, numero XV. inter Paulini poemata, hoc titulo : *De obitu Celsi pueri Panegyricus, ad Pneumatium & Fidelem parentes.*

AD SEVERUM ] Sulpitium, supra cap. XIX. a Gennadio memoratum, multas epistolas scripsit S. Paulinus, qvæ in hujus operibus leguntur.

AD THEODOSIUM IMP. PANEGYRICUM ] Anno trecentesimo nonagesimo qvinto, die 17. Januarii decesserat Theodosius Senior Augustus : qvem cum ethnici scriptores indigne criminarentur, Paulinus manente Endelechio, viro sibi amicitia conjunctissimo, defendendum ex meritis suis ornandumqve suscepit ; eo maxime consilio, *ut in Theodosio non tam Imperatorem qvam Christi servum, non dominandi superbia, sed humilitate famulandi potentem, nec regno, sed fide principem*, ut ipsemet Paulinus epistola IX. loqvitur, *prædicaret.* Laudationem illam Paulino per Vigilantium, qvi tum monachus specie laudandus, postea hæreticus teterrimus fuit, ad S. Hieronymum misit in Palæstinam. Ad qvam epistolam dum respondet S. Hieronymus, ita pronuntiat : *librum tuum, qvem pro Theodosio Principe prudenter ornateqve compositum transmisisti, libenter legi : & præcipue mihi in eo subdivisio placuit : cumqve, in primis partibus vincas alios, in penultimis teipsum superas.* Panegyrici ejusdem & Cassiodorus lib. Sacrar. Lect. c. 21. meminit : sed eum intercidisse nemo non dolet. Qvod ad Severum Sanctum Endelechium attinet, cujus monitu Panegyricum istum Paulinus scripsit, fuit is Orator & Poëta egregius, & qvidem Christianus. Ejus breve carmen de moribus boum exstat. Ceterum præter Paulinum Nolanum plures alii, scriptis etiam suis noti, seculo Sidoniano exstiterunt ; ut Paulinus Episcopus Biterrensis, cujus epistolam sub annum Christi 420. Idacius commemorat ; Paulinus auctor carmi-

nis Euchariſtici, qvem Auſonii ex filio Heſperio nepotem videor ex ejus verſibus deprehendiſſe: Paulinus denique, cujus ſunt libri ſex de vita S. Martini, metro item ſcripſit: qvem cum vetera exemplaria, Vaticanum & Corbeienſe Paulinum Petricordium nominent, Petrocorium forſaſſe, hoc eſt Vesunnicum liceat ſuſpicari. Sic fere Sirmondus in eruditis ſuis ad Sidonium notis.

## CAPUT XLIX.

EUTROPIUS Presbyter ſcripſit *ad duas ſorores*, (i) ancillas Chriſti, qvæ ob devotionem pudicitiæ, & amorem religionis exheredatæ (k) ſunt a parentibus, *epiſtolas duas*, in modum librorum conſolatorias, eleganti & aperto ſermone non ſolum ratione, ſed etiam teſtimoniis ſcripturarum munitas.

(i) *ſorores ſuas* MS. Corbej. (k) *exhereditatæ*, id.

Aub. MIRÆI *Schol.* EUTROPIUM iſtum, S. Auguſtini diſcipulum, cum Eutropio, qvi breviarium rerum Rom. ab V. C. uſqve ad Fl. Valentem Auguſtum ſcripſit, eidemqve inſcripſit, non recte confundunt Prolemæus, Volaterranus, Geſnerus, Eiſengrenius, Zwingerus & Poſſevinus. Nam ſcriptor breviarii non fuit junior Auguſtino.

## CAPUT L.

EVAGRIUS alter ſcripſit *altercationem Simonis Judæi, & Theophili Chriſtiani*, qvæ pene omnibus nota eſt.

Aub. MIRÆI *Schol.* EVAGRIUS ALTER, ] hoc eſt alius ab Evagrio Pontico, qvem Gennadius ſupra cap. 11. memoravit. Vide qvæ nos ſupra in Scholiis ad cap. 125. Hieronymi diximus de diverſis Evagriis.

## CAPUT LI.

VIGILIUS Diaconus compoſuit ex traditione Patrum, *monachorum regulam*, (l) qvæ in coenobio ad profectum fratrum in conventu legitur, breviato & aperto ſermone totius monaſticæ profeſſionis in ſe tenentem diſciplinam.

(l) Non exſtat, ſicut nec Eugenii, Eutropiive ſcripta ſuperioribus capitibus memorata.

## CAPUT LII.

ATTICUS, Conſtantinopolitanus Epiſcopus, ſcripſit *ad Reginas*, Arcadii Imperatoris filias, (m) *de fide & virginitate librum* valde egregium, in qvo præveniens Neſtorianum dogma impugnat.

(m) Etiam hic Attici ad Flaccillam & Pulcheriam liber intercidit.

A. MIRÆI *Schol.* De Vigilio diacono, & Attico CP. Epiſcopo agit & Trithemius.

## CAPUT LIII.

NESTORIUS, (n) hæreſiarches, cum in Antiochena eccleſia Presbyter, in docendo inſignis ex tempore declamator haberetur, compoſuit infinitos tractatus diverſarum hypotheſeon: * in qvibus etiam tum ſubtili neqvitia infudit poſtea proditæ impietatis (o) venena, qvæ moralis interdum occultabat ſuadela. (p) Poſtqvam vero, eloqventia ejus & abſtinentia commendante, Conſtantinopolitanæ eccleſiæ pontificatu donatus eſt, (q) apertum ſe hoſtem Eccleſiæ, qvem diu celarat, oſtendens, ſcripſit *librum* qvaſi *de Incarnatione Domini*, ſexaginta & duobus divinæ ſcripturæ teſtimoniis pravo ſenſu ſuo conſtructum: in qvo qvid aſſeveraverit, in catalogo hæreticorum monſtrabitur. (r)

(n) Corbej. *Neſtor.* (o) *impietatis ejus* id. (p) id. *moralis concluſio.* * ita lego pro *hypoſypoſeon*, ut infra cap. 57. (q) *Poſtqvam Eccleſiæ Pontifex donatus eſt, apertum ſe hoſtem qvem debellabat ſcripſit libros - - conſtructos* Corbej. (r) Sic edidit Marcianæus, & ſic legitur in aliis Gennadii editionibus inter Hieronymi opera vulgatis. In Corbej. eſt: *in qvo adſeveraverit in Catholicæ lege hæreſi monſtrari.* Aliæ edit. habent: *in qvo qvidqvid aſſeveraverit, in Catalogo hæreticorum demonſtratur.* Ita Suffridus Petri, Miræus, Jo. à Fuchte. De libro Neſtorii vide Garnerium ad Mercatorem T. 2. p. 4. & 322. ſeq.

Aub. MIRÆI *Schol.* Anno 428. NESTORIUS, Antiochenus monachus in locum Siſinnii CP. Ep. eſt ſuffectus: qvi paulo poſt novam vulgavit hæreſim, aſſerens Chriſtum duplici perſona conſtare, & B. Mariam non eſſe DEI matrem, ſed hominis tantummodo Chriſti. Ad hos incendium reſtinguendum præ cæteris accurrit

C. Cy-

*S. Cyrillus* Ep. Alexandrinus Coeleſtini Papæ litteris incitatus. Qvocirca anno 431. Epheſi congregata fuit ſynodus; ad qvam Cœleſtini Papæ legati profecti ſunt. Epiſcopi vero ſupra 200 interfuerunt Orientales autem, qvi cum Joanne Ep. Antiocheno vocati erant, tardius advenerunt. Itaqve cum X Kal. Julii inchota eſſet ſynodus, ac Neſtorius e ſede ſua depoſitus; qvinto inde die Joannes cum ſuis advenit: qvos inter *Theodoretus* Cyri Ep. eminebat. Hi tumultario coacto conciliabulo legitima ſynodi acta reſciderunt; Cyrillum ac Memnonem Epheſi Ep. damnarunt. Imperatore contra ipſos per calumniam inflammato, Cyrillus ipſe in carcerem conjicitur. Tandem per fidum hominem (qvi mendici habitu Conſtantinopolim profectus, incluſas arundini litteras Catholicorum retulit) certior fit de omnibus Imperator: & monachis admonitibus, atqve adlaborante *Pulcheria*, Theodoſii ſorore, ſynodi acta Imp. auctoritate comprobata ſunt; ejectoqve Neſtorio, *Maximianus* ei ſubrogatus eſt. Synodo finita (in qva Pelagianam qvoqve hæreſin damnatam fuiſſe tradit Proſper) inter Ioannem & Cyrillum, & utriqve contributos Epiſcopos aliqvamdiu ſimultates manſerunt: qvæ Theodoſii ſtudio, & interventu Simeonis ſtylitæ, compoſitæ ſunt. Neſtorius primo in priſtinum ſuum monaſterium S. Eupr epii, qvod erat Antiochiæ, relegatus; inde (qvod multos contagione ſua afflaret) in Oaſim amandatus eſt, anno qvadringenteſimo triceſimo ſexto. Ubi poſtmodum, verminante lingua, miſerabilem vitæ ſortitus eſt exitum. Libri ejus, Theodoſii Imp. edicto flammis addicti ſunt. Neſtorianæ porro hæreſi præluſit *Leporius* Gallicanus monachus, infra cap. 59. a Gennadio memorandus: qvi poſtea ab Auguſtino dedoctus, oblato libello, erroris ſui veniam anno 419 aut 427. petit.

Hactenus de Neſtorio: haud abs re fuerit ex MSS. commentariis ſeu relationibus (ut vocant) *Leonardi Abelis*, Ep. Sidonienſis, qvi a Gregorio XIII. Nuntius Apoſtolicus anno 1583. in Orientem miſſus fuit, de Neſtorianis hodieqve in Aſia degentibus pauca qvædam ſubnectere. *Neſtorianorum natio ſub duobus Patriarchis hodie diviſa eſt: ex qvibus alii a nobis Latinis* Chaldæi Aſſyrii Orientales *vocantur, alii* Neſtoriani *ſimpliciter appellantur. Aſſyriorum Orientalium Patriarcha*, Simon Sulaca, Abdiſu, & Donha Simon, *a ſede Apoſtolica confirmati fuere: qvi qvidem etſi titulum eccleſiæ* Muſal *ſeu* Mozal *in Babylonia habuerint, haſtenus tamen nec ipſi, nec eorum poſteri, propter alium Patriarcham adverſarium, eumdem occupantem ac detinentem, illa potiri potuerunt. Sic ut dicti Patriarchæ diverſis in locis nunc in* Caramit, *nunc in* Sceri, *nunc in* Zeinalbach *in confiniis Perſiæ reſidere coacti fuerunt. Ex his Simon Sulaca, ord. S. Baſilii monachus, obedientiam præſtitit S. Romanæ eccleſiæ, temporibus Julii III. Papæ, atqve ab eodem confirmatus cum domum rediſſet, Archiepiſcopos & Epiſcopos qvosdam ordinavit, reſciqve juſſit invocationem Neſtorianam, qva tunc a Diacono fieri ſolebat. Sed fraude Patriarchæ adverſarii ſui tandem captus eſt, atqve a Turcis occiſus. Sulaca profeſſionem fidei ex Syrico Latinam fecit Andreas Maſius Bruxellenſis, & typis Plantinianis publicavit. Sulaca ſucceſſit* Abdiſu *ſive* Abdiſa *ejuſdem ordinis S. Baſilii, qvi venit ad concilium Tridentinum & Romæ obedientiam Pio IV. præſtitit, domumqve reverſus qvam plurimos ſacerdotes, Epiſcopos & Archi-Epiſcopos ordinavit. Cui pauco poſt annos defuncto ſucceſſit Aatalla, ejuſdem Ord. qvi non habuit confirmationem Apoſtolicam, qvod eandem Romæ non poſtularit. Aatalla defuncto ſuffectus eſt* Donha Simon *Archi-Epiſcopus de Celu, qvi temporibus Gregorii XIII. Papæ Romam miſit procuratorem ſuum Hermetem Heliam Archi-Epiſcopum. Is nomine Patriarchæ ſui debitam ſedi Apoſtolicæ obedientiam præſtitit & confirmatione cum pallio Patriarchali obtenta ex urbe anno 1582. diceſſit. Ceterum ex hiſce Chaldæis Orientalibus ditiſſimi & potentiſſimi reſident in urbe* Amit; *qvi cum Prælatis ſuis unice adnituntur obedientiam Romanæ ſedis conſervare atqve augere. Potentiores autem & ditiores nationis Neſtorianæ, ſubditi Patriarchæ adverſario, incolunt arcem* Muſalet Gezire *in Babylonia: qvi Patriarchæ magnum ſub ſe gentium numerum habet, & reſidere ſolet in monaſterio Patriarchali S. Hermetis prope eandem urbem* Muſal, *in Babylonia, qva olim* Aſſur *dicta. Andreas Maſius putat* Muſal *olim dictam Seleuciam Parthorum ad fl. Tigrim. Hæreſes porro & errores præcipui, qui hodiernis temporibus inter Neſtorianos ſchiſmaticos verſantur, ſunt iſti. Credunt in primis naturam humanam in Chriſto Domino noſtro non eſſe perfectam ſine perſona humana; ideoqve in Chriſto duas perſonas eſſe fatentur, qvamvis non negent Chriſtum a prima infantia ſua conceptionis perfectum Deum, effectum eſſe hominem. Nec etiam B. virginem appellant matrem Dei; dicunt enim vocem iſtam, Deus, continere in ſe Patrem, Filium & Spiritum ſanctum, & ex conſequenti, matrem dici omnium trium perſonarum divinarum. Affirmant tamen, matrem eſſe DEI Verbi & Filii. Colunt Neſtorium & damnant Cyrillum Alexandrinum. Non habent primum Concilium Epheſinum, multo minus alia Concilia univerſalia, poſtea celebrata. Matrimonia qvoqve in gradibus prohibitis, ſine Patriarchæ ſui licentia contrahunt. Patriarchamnon creant per electionem, ſed per renuntiationem de parente in parentem. Nec ad aurem peccata ſua ſacerdoti confitentur. Tam Clericis qvam Laicis ſacramentum Euchariſtiæ in proprias manus adminiſtrant; nec ſcrupulum in conferendis ordinibus Simoniace faciunt.* Hæc ex Leonardo Abele fere verbotenus hauſimus, & noſtræ notitiæ Epiſcopatuum orbis Chriſtiani, typis Plantinianis 1613. editæ, lib. 1. c. 16 inſeruimus. De Neſtorianis agunt & Jacob. Vitriacus c. 77. in ſua Hiſtoria Orientali, & Th. Biaticenſis lib. de converſione omnium gentium.

## CAPUT LIV.

CELESTINUS, (s) urbis Romæ Epiſcopus, *decretum Synodi adverſum* ſupra dictum *Neſtorium* habitum volumine deſcribens (t) ad orientis & occidentis Eccle-

 ſias

(s) Pro Cœleſtino, qvem cum Codicibus plerisqve & editt. melioribus agnoſcunt Honorius & Trithemius, *Xyſtum* hoc loco habent qvædam editt. & præter alios Codices MS. Corbej. Sed in hoc poſtrema hujus capitis de Xyſto, a verbis, *Similiter etiam Xyſtus*, abſunt. (t) al. *decreta Synodi adverſum ſupra dictum Neſtorem dictavit, habitum volumen deſcribens.* In Corbej. eſt: *decretum ſynodale adverſus Neſtorem habitum volumen deſcribens.*

ſias dedit, confirmans, duabus in Chriſto manentibus perfecte naturis, (u) unam Filii Dei credendam eſſe perſonam. Huic enim ſententiæ ſupra dictus Neſtorius oſtenſus eſt eſſe contrarius. Similiter (x) etiam *Xyſtus*, ſucceſſor Celeſtini, pro eadem re & *ad* ipſum *Neſtorium & ad Orientis Epiſcopos*, adverſum errorem ejus ſuccidendum ſententias direxit.

(u) *perfectis naturis* id. (x) Hæc verba: *Similiter etiam* & qvæ ſeqvuntur ad finem uſqve capitis, deſunt, ut dixi, in MS. Corbej.

Aub. MIRÆI. *Schol.* S. COELESTINUS ] I. Papa (cujus nomem Romano Martyrologio ad diem 6. Aprilis inſcriptum eſt) Concilium oecumenicum Epheſinum anno 431. contra Neſtorium celebrari juſſit, ac demum III. Idus Aprilis anno 432. deceſſit; & ſucceſſorem habuit *Xyſtum*, qvi Presbyter hæreſin Pelagianam acriter oppugnarat. Coeleſtini Papæ epiſtolæ extant in tomis Conciliorum. Epiſtolis iſtis ſubnecti ſolent ſententiæ qvædam *de gratia Dei & libero voluntatis arbitrio*. Qvanqvam autem hæ Coeleſtini non ſint, Coeleſtino tamen (qvisqvis earum eſt auctor) ab antiqvis olim ſcriptoribus tributæ ſunt; ut a *Petro Diacono* in libro de incarnatione & gratia Chriſti ad Fulgentium; a *Flore Magiſtro* in libro adverſus Ioannem Scotum, qvi eccleſiæ Lugdunenſis nomine circumfertur; ab *Hincmaro Remenſi* contra Godeſcalum; a *Creſconio, Ivone* & aliis; ut Sirmondus in notis ad Tomum I. Conciliorum Galliæ notavit.

## CAPUT LV.

THEODORUS, (y) Ancyranus Galatiæ Epiſcopus, ſcripſit adverſum Neſtorium, abhuc Epheſi poſitus, librum redargutionis & confutationis, dialectica qvidem arte ordinatum, ſed auctoritate ſacrarum ſcripturarum detextum. Multis enim aſſertionibus uſus eſt, ante qvam ſcripturarum teſtimonia poneret.

(y) Theodotus Ancyranus hic eſt, cujus Homilia contra Neſtorium Epheſi habita exſtat in Actis Concilii Epheſini. T. II. Concil. edit. Labbei p. 1024 - 1028. Hanc enim potius a Gennadio intelligi exiſtimo qvam expoſitionem Symboli Nicæni, qvam cum Lucæ Holſtenii verſione vulgavit Franciſcus Cardinalis Barberinus Rom. 1669. 8. & cum nova verſione ſua notisqve Franciſcus Combefiſius Pariſ. 1675. 8.

## CAPUT LVI.

FASTIDIUS, (z) Brittannorum Epiſcopus, ſcripſit *ad Fatalem* qvendam (a) *de vita* (b) *Chriſtiana librum unum*, & alium (c) *de viduitate ſervanda*, ſana & DEO digna doctrina. (d)

(z) MS. Corbej. *Faſtidius Britto ſcripſit*. (a) *qvendam* non legitur in Corbej. & mulier eſt ac vidua ad qvam ſcribit Faſtidius. (b) Vitioſe editum in edit. qvibuſdam contra MSS. Codicum fidem *de fide*. (c) Videtur Gennadius ex uno Faſtidii libro duos feciſſe: nam liber cujus capite ultimo ſive XV. de viduitate ſervanda præcipit, *de vita Chriſtiana* inſcribitur. Faſtidio aſſertus ab Holſtenio Rom. 1663. Extat & in appendice ad Tomum VI. Auguſtini edit. Benedictin. (d) MS. Corbej. *ſana & digna doctrina*. Pelagio tamen favere notant Benedictini in præf.

A. MIRÆI *Schol.* FASTIDIUS BRITTANNORUM EPISCOPUS ] a Joanne Pitſeo, Doctore Theologo, Liverduni in Lotharingia Decano, in libro de illuſtribus Britanniæ Scriptoribus, vocatur Epiſcopus Londinenſis. Præter Gennadium, Honorius qvoqve Auguſtodunenſis & Trithemius in Catalogo Faſtidii meminerunt, & ipſum anno qvadringenteſimo viceſimo floruiſſe tradunt. Ex Faſtidii operibus nil hactenus eſt editum. Idem Pitſeus libro citato de *Bacharia* ſeu *Bachiaria*, qvem ſupra cap 24. Gennadius memoravit, hæc refert: *Bacharius Maccans, natione Britannus, S. Patricii diſcipulus, videns patriam ſuam continuis calamitatibus afflictam, divinam opem imploraturus, longiſſimis itineribus ſacras peregrinationes ſuſcepit. Sed non defuerunt obtrectatores, qui levitatis & inconſtantiæ hominem accuſaverunt. Unde ſe ſcripto purgavit; Scripſitqve ad Leonem I. Pontificem Romanum* (ut ex Gennadio, Honorio, Joanne Capgravio, & aliis colligo) Apologiam ſuæ peregrinationis, de reparatione lapſus ſive de fructu pœnitentiæ, ad Januarium; & de fide perſeverante, & *alia: clarusqve ſenex anno qvadringenteſimo ſexageſimo*. Sic fere Pitſeus. Si divinare licet, videtur Bacharius ſubduxiſſe ſe ex Brittannia, ob variarum nationum incurſiones, tunc afflictiſſima. Nam ſub annum qvadringenteſimum qvadrageſimum primum, *Angli, Saxones, Juta* & *Friſii*, Germaniæ populi (a Procopio, Beda, aliisqve vetuſtis Scriptoribus commemorati) in Britanniam tranſierunt. Tiro Proſper a Pithœo & Caniſio tom. I. editus ad annum XVIII. Theodoſii, ſic ſcribit: *Britannia, uſqve ad hoc tempus variis cladibus eventibusqve lacerata, in ditionem Saxonum rediguntur*.

Nec multo ante fortaſſe ea Hibernia ſua venerant *Scoti*: qvorum nomen, æqve ac *Pictorum*, ævo Julii Cæſaris ignotum fuit. Primus ſane, cujus ſcripta nunc exſtent, *Scotos Pictosqve* nominat Panegyriſta Conſtantii Cæſaris: videnturqve *Picti* communi olim Britannorum epitheto, ut proprio tandem a Romanis nuncupati Borealium inſulæ partium populi, qvi antiqva Britonum (ut Tertullianus vocat) ſtigmata, picturamqve corporis, ferro expreſſam retinebant: cujus picturæ & Herodianus l. 3. meminit. Scio Gildam, & alios rerum Britannicarum ſcriptores, aliter de Pictis ſentire. Sed conjecturam hanc non aſpernabitur, qvi Pictorum nomen ſub Diocletiani tempora natum, & *Caledonios* ac *Veſturiones*, antiqvos

Digitized by Google

eiqvos illius oræ incolas, inter Pictos ab eodem Panegyrista, & ab Ammiano Marcellino cenſeri meminerit: adeoqve Pictorum gentem vetuſtam, appellationem novam & inditiam videri. Deniqve Pictos ab ea pictura dici, aperte nobiſcum ſentit Claudianus de bello Getico:

*Venit & extremis legio prætenta Britannis,*
*Qva Scotto dat frena truci ferroqve notatae*
*Perlegit exſangues, Picto moriente, figuras.*

Sic fere Sirmondus in Notis ad Sidonianum Aviti Panægyricum. De Scottis & Pictis idem Ammianus lib. 27. legi poterit.

## CAPUT LVII.

CYRILLUS, Alexandrinæ eccleſiæ Epiſcopus, edidit variarum hypotheſeon tractatus. *Homilias* etiam compoſuit plurimas, qvæ ad declamandum a Græciæ Epiſcopis memoriæ commendantur. Præterea libri ejus ſunt *de Synagoga defectu* (a) *de Fide adverſum hæreticos*: (b) & peculari intentione *adverſum Neſtorium* (c) librum compoſuit, qvi attitulatur ἔλεγχος, in qvo omnia occulta Neſtorii panduntur, & prodita confutantur. (d)

(a) Cyrilli de Synagogæ defectu intercidit. (b) Videtur intelligere lib. de incarnatione T. V. edit. Græco-lat. Pariſ. (c) al. *adverſus Neſtorem*, & mox *Neſtoris*, pro *Neſtorii*. Videtur intelligere ἀντίῤῥητικὸν Cyrilli adverſus Neſtorium, T. VII. Opp. (d) *Claruit ſub Theodoſio juniore*. Hæc addit MS. Corbej.

Aub. MIRÆI *Schol.* S. CYRILLUS ] Alexandrinus in Ægypto Epiſcopus, poſt Theophilum avunculum ſuum, ſedere coepit Honorio IX. & Theodoſio V. Conſulibus (hoc eſt, anno Chriſti 412.) ut Socrates lib. 7. cap. 7. tradit. Epheſino concilio primo, nomine Cœleſtini Papæ ſupra cap. 54 laudati, præfuit, & Neſtorium hæreſiarcham libris primum editis, dein ſua etiam auctoritate damnavit. Demum ſenex anno qvadringenteſimo qvadrageſimo qvarto, die 9. Junii in Domino obdormivit: qvo die Græci ejus memoriam in Menologio celebrant; Latini vero die 28 Januarii, juxta Faſtos Romanos. Plurima exſtant ſanctiſſimi viri elogia apud veteres; monitum tamen velim lectorem, ne Socrati lib. 7. cap. 13, 14. 15. obloqventi ac detrahenti fidem adhibeat. Nam Novatianæ ſectæ addictus homo erga Cyrillum idcirco minus æqvus fuit, qvod hic ſtatim ut eſt creatus Epiſcopus, Novatianis, qvi ad eam diem tolerati fuerant, acre bellum indixit: ut idem Socrates lib. 7. c. 7. qveritur. Opera omnia Cyrilli hujus, qvæ reperiri potuerunt, poſt varias editiones, Græco-Latine Pariſiis 1638. tomis ſeptem ſunt edita. Qvi vero illius ſint foetus genuini, Bellarminus lib. de Scriptoribus Eccleſiaſticis & alii explicarunt. Cyrilli hujus (an alterius?) *Apologi morales* Viennæ in Auſtria 1631. ſunt excuſi; qui libellus, titulo *ſpeculi ſapientiæ*, Pariſiis a Joanne Parvo jam olim fuerat publicatus. De S. Cyrillo Hieroſolymitano Hieronymus in catalogo c. 112. tractat.

## CAPUT LVIII.

TIMOTHEUS (e) Epiſcopus compoſuit librum *de nativitate Domini ſecundum eorum*, qvam credit in Epiphania factam.

(e) Hoc qvoqve caput in MSS. Corbej. deſideratur. Et iſte Timothei liber nusqvam hodie exſtat.

## CAPUT. LIX.

LEPORIUS adhuc monachus, poſtea Presbyter, præſumens de puritate vitæ, qvam arbitrio tantum & conatu proprio, non DEI ſe adiutorio obtinuiſſe crediderat, Pelagianum (f) dogma coeperat ſeqvi. Sed a Gallicanis Doctoribus admonitus, & in Africa per Auguſtinum a DEO emendatus, ſcripſit, *emendationis ſuæ libellum*: in qvo & ſatisfacit de errore, & gratias agit de emendatione. Simul & qvod male ſenſerat, de incarnatione Chriſti corrigens, Catholicam ſententiam tulit, (g) dicens manentibus in Chriſto duabus naturis, unam credi (h) Filii Dei perſonam.

(f) MS. Corbei. *Pelagii dogma.* (g) id. *Catholicis ſententiis eludit, dicens.* (h) *unam Filii Dei perſonam vocat.* id.

Aub. MIRÆI *Schol.* LEPORIUS ] Presbyter, circa annum qvadringenteſimum viceſimum, ſcripſit *libellum emendationis ſive ſatisfactionis, qvi confeſſionem Fidei catholicæ continet, de myſterio incarnationis Chriſti cum erroris priſtini deteſtatione.* Hunc libellum integrum Jacobus Sirmondus, cum Capreoli Epiſcopi Carthaginenſis, Victorini Afri, & aliorum opuſculis dogmaticis, Lutetiæ 1630. primus in lucem edidit. Ubi & qvam ob cauſam ſcriptus ſit, præter Gennadium commemorant Caſſianus & Facundus Hermianenſis: qvorum teſtimonia ex parte, cum Joannis Papæ teſtimonio, ad libelli finem adnexa ſunt. Sed hunc illi varis nominibus deſignant. Joannes Papa *epiſtolam* vocat, Caſſianus *libellos confeſſionis & planctus ſuperos*, Gennadius *libellum emendationis*. Facundus *libellum ſatisfactionis*. Ad calcem Sirmon-



Digitized by Google

mondus adiecit S. Augustini (ab hoc enim dictatam stilus indicat) collegarumqve Africæ Præsulum epistolam; qvam una cum Leporii libello, ut fidem facerent, miserunt ad Episcopos Galliæ.

## CAPVT LX.

VICTORINUS (i) Rhetor Massilienſis, ad filii ſui *Etherii* perſonam commentatus eſt *in Geneſin*, id eſt, a principo libri uſqve ad obitum Patriarchæ Abrahæ, *tres* diverſos (k) edidit *libros*, Chriſtiano qvidem & pio ſenſu, ſed utpote ſæculari litteratura occupatus homo, & nullius magiſterio in divinis ſcripturis exercitatus, levioris ponderis ſententiam figuravit. Moritur Theodoſio & Valentiniano regnantibus.

(i) MS. Corbej. *Victorinus rhetor Maſſilienſis ad filii ſui perſonam commentatur in Geneſi.* (k) al. *qvatuor verſuum*, & Corbej. *qvattuor verſu edidit libros.* Suffridus vero Petri teſtatur Codices ſuos MSS. conſtanter habere *tres diverſos edidit libros.* Idem notat integrum ſcriptoris nomen eſſe *Cl. Marius Victorinus*. Sed Launojus diſſ. de qvinqve Victorinis p. 59 Maſſilienſem rectè diſtinguit a Victorino Rhetore urbis Romæ qvi ab Hieronymo præf. in Epiſt. ad Galatas *Cajus Marius Victorinus* appellatur, ubi commentarios ejus in Apoſtolum memorat.

Aub. MIRÆI *Schol.* VICTORINUS Rhetor Maſſilienſis] fuit alius a Victorino Afro, Rhetore Romano, qvem Hieronymus in Catalogo cap. 10. & Auguſtinus lib. 8. confeſſ. cap. 2. laudat. Victorinus Afer Maſſilienſi longe antiqvior, præter duos libellos a Sirmondo, cum dogmaticis Scriptorum opuſculis, Lutetiæ an. 1630. editos, ſcripſit adverſus Arianos de *Trinitate* libros qvatuor, & *Machabæis* fratribus Hymnos tres metricos. Quæ omnia extant tom. 4. Bibliothecæ Patrum poſtremæ editionis Colonienſis. Victorini porro Maſſilienſis nihil hactenus vidi.

## CAPVT LXI.

CASSIANUS natione Scytha, (l) Conſtantinopoli a Joanne Magno Epiſcopo diaconus ordinatus, apud Maſſiliam Presbyter condit duo monaſteria, id eſt, virorum & mulierum, (m) qvæ uſqve hodie extant. Scripſit, experientia magiſtrante, litterato ſermone, &, ut apertius dicam, ſenſu verba inveniens, & actione linguam movens, res omnium (n) monachorum profeſſioni neceſſarias: id eſt, *de habitu monachi, & de canonico orationum modo, atqve pſalmorum*, qvi in monaſteriis Ægypti die noctuqve tenetur, *libros tres: Inſtitutionum librum unum: De origine & qualitate ac remediis octo principalium vitiorum libros octo*, ſingulos ſcilicet de ſingulis vitiis expediens. Digeſſit etiam *Collationes cum Patribus Ægyptiis habitas*, hoc eſt, de deſtinatione monachi ac fine, de diſcretione, de tribus ad ſerviendum DEO vocationibus; de pugna carnis adverſus Spiritum, & Spiritus adverſus carnem: De natura omnium vitiorum; De nece ſanctorum, De mobilitate animæ, de octo principalibus vitiis, (o) de qvalitate orationis, (p) de perfectis, de caſtitate, de protectione DEI, de ſcientia ſpiritali, de divinis chariſmatibus, de amicitia, de definiendo vel non definiendo, de tribus antiqvis generibus monachorum, & qvarto nuper exorto, de fide cœnobitæ & eremitæ, (q) de ſatisfactione pœnitentiæ, (r) de remiſſione Qvinqvageſimæ, de nocturnis illuſionibus; De eo, qvod dicit Apoſtolus, (s) *Non enim qvod volo, facio bonum, ſed qvod nolo malum, hoc ago*; De mortificatione. Et ad extremum, rogatus a Leone urbis Romæ Epiſcopo, (t) ſcripſit adverſum Neſtorium (u) de Incarnatione Domini libros ſeptem: & in his ſcribendi (x) apud Maſſiliam & vivendi finem fecit Theodoſio & Valentiniano regnantibus.

(l) imo Patribus Anachoretis Ægypti ἐν τῇ ἐρήμῳ Σκήτεως familiaris. Vide Antonium Pagi ad A. C. 404. n. 22. ſeq. (m) MS. Corbej. *duo id eſt virorum & puellarum monaſteria, qvæ hodieqve extant.* (n) id. *res omnino monachis neceſſarias, id eſt de habitu & de canonico ordine . . pſalmorum modulamine.* (o) in Corbej. deſunt verba: *de octo principalibus vitiis* (p) id. *de qvalitate orationum, de jugi oratione.* (q) *cœnobitarum & eremitarum.* id. al. *de fine*, pro: *de fide.* (r) verba: *de ſatisfactione pœnitentia* deſunt in Corbej. (s) Rom. VII. 19. Corbej. *qvod volo facio bonum. & reliqva, & ad extremum.* (t) *Leone tunc temporis archidiacono.* id. (u) ita & Corbej. pro qvo alii *Neſtorem*, ut c. 53. 57. &c.

Aub. MIRÆI *Schol.* JOANNES CASSIANUS] S. Joannis Chryſoſtomi diſcipulus, Presbyter Maſſilienſis, ſcripſit Latine *De inſtitutis cœnobiorum libros XII. Collationes Patrum XXIV. & de Chriſti Incarnatione libros ſeptem.* Qvæ omnia, cum notis & cenſuris Henrici Cuyqvii Antverpiæ; Petri Ciaccon Romæ & Lugduni; itemqve Alardi Gazæi 1628. apud Atrebates, ſunt edita. Cum cenſuris, dico: qvia multis locis Caſſianus caute legendus eſt, ut iidem illi commentatores, Bellarminus in Catalogo, & alii docent. Vide & Prolegomena Gennadio a me præfixa. Cæterum ex collationibus poſtremæ ſeptem ad monachos qvi in Stoechadibus inſulis erant, ſcriptæ ſunt, totidem ad Honoratum Arelatenſem & Eucherium Lugdunenſem,

Digitized by Google

ſem, Epiſcopōrū qvorum alter conditor, alter alumnus Lerinenſis monaſterii fuit. *Stoechades* porro in ora Maſſilienſi *Lerinus* ſeu *Lirinus*, & *Lerus*, itidem inſulæ, e regione Antipolis ſunt ſitæ; omnes olim refertæ cœnobiis ac cellulis Monachorum: qvod Caſſiani collationes abunde teſtantur.

An vero inter Sanctos numerandus ſit Caſſianus, a curioſis diſputari ſolet. In poſtrema Garnerii editione Atrebantenſi, præfixæ leguntur Vindiciæ tutelares pro ſanctitate Ioannis Caſſiani. Ex iis hæc habe. *Quidam e ſocietate Ieſu, a virtute, prudentia, eruditione commendatiſſimi, adeoqve fide digniſſimi, Maſſiliam profecti compererunt, Abbatiam, cui præfuit Caſſianus nunc vocari* S. Victoris monaſterium, *prope Maſſiliam ædificatum, in eoqve caput ipſius Caſſiani integrum, Theca ex argento auxerato gemmisqve ornata inclusum aſſervari; corpus autem ibidem in crypta, inter multa aliorum ſanctorum ſacra lipſana, jacere conditum, in loculo marmoreo, qvatuor columnis ſuffulto; deinde viceſimum tertium diem menſis Julii feſtivum ipſius memoria dicatum eſſe, cum Octava ſolenni novem Lectionum, officio & Miſſa propria: qva extant in ſupplemento ſanctorum monaſterii Victoriani, Lugduni* 1600 *edito. In ipſo autem officio dicitur*: Hodie Caſſianus ab Angelis in cœlum evectus eſt. *Porro ſumma Lectionum qvæ in Nocturnis leguntur, hæc eſt; nempe S. Caſſianum, genere Scytham: Athenis natum: ubi & ſodalitium qvoddam inſtituit) a puero fere Bethleemitem extitiſſe cœnobitam, atqve in ipſo oppido Bethleem aliud poſtea ſodalitium erexiſſe: deinde in antrum trium ſeniorum* Chæremonis, Neſtoris & Joſephi *ſe contuliſſe. Peragrata deinde Ægypto, cum* Germano *Abbate Conſtantinopolin appulit, & a* S. Joanne Chryſoſtomo *creatus diaconus, Roma vero ſacerdotio initiatus fuit. Tandem poſtqvam multa in Oriente præclare egiſſet, Maſſiliam profectus, erecto cœnobio celeberrimo, qvinqve millium monachorum inſtitutor extitit: in alio vero ſacro parthenone copioſum ſanctarum virginum gregem gubernavit. Deinde cum duodecim* Inſtitutionum libros, Collationes Patrum, *& tractatum* De incarnatione *ſcripſiſſet, anno ætatis ſuæ ſupra nonageſimum ſeptimo, in pace qvievit multis clarus virtutibus, ſub Theodoſio & Valentiniano Imperatoribus, X. Kalendas Auguſti. Neqve vero Lector mirari debet, ſi poſt duodecim annorum centurias, ignota plerisqve Caſſiani ſanctitas, nunc demum manifeſta e tenebris in lucem emergat. Hoc ipſum in aliis qvoqve ſanctis divina permiſit providentia, cujus judicia ſunt incomprehenſibilia. Certe* Lucíferum *Calaritanum Epiſcopum verebantur non pauci in Schiſmate defunctum, & in illis inſtar omnium conditor Annalium Baronius, in geſtis anni* 368. Verum Lucíferum reliquiſſe, & in ſancta Eccleſiæ pace obiiſſe (*verba ſunt Cornelii Lapidani, S. I. Theologi, in cap* 3 *Apocalypſeos*) multis rationibus ſatis nervoſis probare contendit Antiochus Bronchus Calaritanus, ſcribens in cap. 2. Apocalypſeos, diſput. 11. qvæſt. 2 ac præſertim ex eo, qvod SS. Hieronymus, Hilarius & alii Patres eum Beatum nominent, magnisqve laudibus celebrent. Rurſum qvod Sardi & Vercellenſes publice eum ut ſanctum colant & invocent, ac in ejus honorem baſilicam juxta Calarim erexerint, qvæ etiamnum extat.

*De Fauſto Regienſi Epiſcopo retractans ea Baronius, qva tomo 6. ad annum* 490. *ſcripſerat, ſic fere loqvitur tomo* 10. *in Additionibus ad annum* 490. Ut accepimus, Eccleſia Regienſis in Gallia, ubi Fauſtus ſedit Antiſtes, ſemper eum ut ſanctum coluit, celebrans ejuſdem Natalem 17. Januarii, ibiqve ejus memoriam antiqvitus erecta baſilica, ejus nominis titulo inſignita, hactenus ejus cultu a fidelibus frequentatur &c. Maneant igitur Fauſto integra ſua, nec ex noſtris ſcriptis ſentiat præjudicium, neqve privato judicio novitati liceat convellere antiqvitatem. *Hactenus fere ex Vindiciis ſupra memoratis.*

## CAPUT LXII.

PHILIPPUS (y) Presbyter, optimus auditor Hieronymi, commentatus *in Iob*, (z) edidit ſermone ſimplici librum. Legi ejus & *familiares epiſtolas*, (a) & valde ſalſas, & maxime ad paupertatis & dolorum tolerantiam exhortatorias. Moritur Marciano & Avito regnantibus.

(y) Hoc caput in MS. Corbej. deſideratur. (z) Hi commentarii Philippi presbyteri in Jobum exſtant dicati Nectario Epiſcopo & in libros III. diſtincti, ſæpiusqve editi tamen ſeparatim ſub Philippi nomine tum inter Hieronymi, & Bedæ opera. (a) Epiſtolæ hæ interciderunt. Alius Philippus Presbyter Agyni in Sicilia, de qvo Acta Sanctor. XII. Maj. T. 3. p. 26. ſeq.

## CAPUT LXIII.

EUCHERIUS, Lugdunenſis Eccleſiæ Presbyter, (b) ſcripſit *ad Valerianum*, * propinqvum ſuum, *De contemtu mundi & ſæcularis philoſophiæ, epiſtolam unam*, ſcholaſtico ſermone & rationabili. (c) Diſſeruit etiam ad perſonam (d) filiorum *Salonii* & *Veranii*, poſtea Epiſcoporum, obſcura qvæqve ſanctarum capitula ſcripturarum. Sed & *Caſſiani* (e) qvædam opuſcula, lato tenſa ſermone, (f) auguſto verbi reſolvens tramite, in unum coëgit volumen, aliaqve tam eccleſiaſticis qvam monaſticis ſtudiis (g) neceſſaria. Moritur ſub Valentiniano & Martiano Principibus. (h)

(b) MS. Corbej *Pontifex*. Editt. Gennadii in Hieronymi operibus, *Epiſcopus*. * MS. Codex Martinianus teſte Suffrido Petri, *ad Vranum*. (c) *rationabili diſertoqve ſermone*. Corbej. (d) Sic ſupra, cap. 60. *ad filii ſui Etherii perſonam*. (e) Corbej. *ſancti Caſſiani*. (f) id. *lato tenens eloqvio*. (g) Vocabulum *ſtudiis* deeſt a Corbej. (h) ibid. poſtrema a verbo *moritur* deſunt, & loco illorum exſtant hæc; *Floruit ætate qva & beatus Cæſarius*.



Digitized by Google

Aub. MIRÆI *Schol.* S. EVCHERIUS, ex monacho Lirinenſi Epiſcopus Lugdunenſis, anno urbis conditæ milleſimo octogeſimo qvinto (hoc eſt, Chriſti qvadringenteſimo triceſimo ſecundo) ut ipſe teſtatur, cum adhuc eſſet monachus, ſcripſit *De contemtu mundi* epiſtolam parænеticam ad Valerianum cognatum ſuum: qvam Moretus 1620. typis Plantinianis, cum brevibus notis Heriberti Roſweidi, publicavit. Atqve hic qvidem libellus, in poſtrema editione Colonienſi Bibliothecæ Patrum, non recte inſcriptus eſt *De vita ſolitaria*. Extat namqve alius ejuſdem S. Eucherii libellus, S. Hilario Epiſcopo Arelatenſi, non Valeriano inſcriptus, hoc titulo, *De vita ſolitaria*; ſive *De laude eremi*, typis itidem Moretianis 1621. editus & a Nicolao Fabro Pariſienſi cum MSS. collatus. De qvo ſic Iſidorus cap. 15. de Scriptoribus Eccleſiaſticis: *B. Eucherius Galliæ Epiſcopus, elegans ſententiis, ornatus in verbis, edidit ad Hilarium Arelatenſem Antiſtitem, eremi deſerta petentem, unum opuſculum de laude ejuſdem eremi, luculentiſſime & dulci ſermone diſtatum.* Scripſit autem hunc libellum Eucherius eo tempore, qvo Hilarius, relicto Epiſcopatu Arelatenſi, Lirinum redit, priſtino eremi amore captus; ut ex ipſius Hilarii homilia de S. Honorato colligi datur.

Cæterum ex legitima ante ſacerdotium conjuge, *Galla* nomine, Eucherius duos ſuſtulit filios, *Saloninum & Veranum*, ac totidem filias, *Conſortiam* & *Tulliam*. Ex Salviani Maſſilienſis epiſtola ad Fucherium conſtat, Eucherii filios, patre ſuperſtite, magiſtros eccleſiarum & epiſcopos eſſe cœpiſſe. Inter epiſtolas Leonis Magni Papæ legitur epiſtola a Cercuo, Salonio & Verano Epiſcopis ad Leonem ſcripta. Extant item, in Bibliotheca Patrum, *Saloni commentaria in Proverbia & Eccleſiaſten.* De duabus Eucherii filiabus, deqve ejuſdem promotione ad Epiſcopatum ſic Ado in Martyrologio, 16. Novembris: *Natalis S. Eucherii Lugdunenſis Epiſcopi, admirabilis fidei, vitæ & doctrinæ viri: qui ex nobiliſſimo Senatorum ordine ad religioſam vitam habitumqve converſus, diu in agro ſuo, ſuper fluvium Druentiam, intra ſepta ſpelunca ſponte concluſus, Chriſto ſervivit, jejuniis & orationibus vacans. Defuncto autem Pontifice Lugdunenſi, ipſum pari animo, unoqve conſenſu, clerus & populus ſibi eligens ſacerdotem, in Pontificalis cathedra ſolenniter collocavit. Hujus uxor* Galla *in ſancto habitu Deo ſerviens, ſpeluncam ejus ingreſſa, omne illic vitæ ſuæ tempus in ſtudio religionis exegit. Duæ ipſorum filiæ, quarum una* Conſortia, *altera* Tullia *vocabatur, virginitatis gratia & ſignorum gloria claruerunt.* Hactenus Ado.

Qvod ad alia S. Eucherii opera attinet, Claudianus Mamertus Viennenſis eccleſiæ Presbyter, Mamerti Viennenſis Epiſcopi frater, in ſuis de ſtatu animæ libris, teſtatur ipſum eloqventiſſimas *conciones* ſeu *homilias* ſcripſiſſe: atqve eæ qvidem fortaſſis ſunt illæ, qvæ ſub nomine Euſebii Emeſeni circumferuntur. Tomo 5. Bibliothecæ Patrum, editionis Colonienſis, itemqve in Chronologia Lirinenſi & alibi extant varia S. Eucherii ſcripta: de qvibus qvid Bellarminus ſenſerit, ipſe in libro ſuo de Scriptoribus Eccleſ. explicat Joannes Molanus, in ſua MS. Bibliotheca ſacra, notat in Romana operum S. Eucherii editione, a Galeſinio an. 1564. publicata, contineri multa ſuppoſititia. Hiſtoriam paſſionis *S. Mauritii* ac Sociorum Thebæorum, a S. Eucherio ad Silvium Epiſcopum, ut volunt, ſcriptam, Petrus Steuartius, Doctor Theologus, Ingolſtadii 1617. cum notis edidit. Cæterum noſter hic S. Eucherius Araufícano I Concilio ann. 441. ſubſcripſit: eſtqve alius Eucherius, qvi Araufícanæ II. Synodo anno 529. interfuit; cujus poſterioris Cyprianus in vita S. Cæſarii Arelatenſis, apud Surium, meminit.

*Sed & Caſſiani opera*] Baronius in geſtis anni 433. de iſto Gennadii dicto ſic cenſet: *Hæc Gennadius, ex ipſidem farina cum Caſſiano: qvi ne diceret, erroribus confutatis, Eucherium expurgando contraxiſſe opera Caſſiani, latum ſermonem circumcidiſſe prætexuit.* Ita Baronius. Cæterum qvia liber qvartus de Vitis Patrum, editionis Plantinianæ ex Severo Sulpitio & Ioanne Caſſiano eſt concinnatus (ſunt enim tantum excerpta qvædam ex eorum libris, verbis pene eisdem) diſputant eruditi, qvis ea concinnaverit. Sunt qvi ab *Eucherio Lugdunenſi*, alii a *Victore Martyritano* in Africa Epiſcopo (qvem Caſſiodorus divin. Inſt. cap. 29. memorat) id factum exiſtimat. Qva de re Roſweidum conſule in Prolegomeno VI. ad vitas Patrum.

## CAPUT LXIV.

VINCENTIUS, natione Gallus, apud monaſterium Lerinenſis inſulæ presbyter, (i) vir in ſcripturis ſanctis doctus, & notitia eccleſiaſticorum dogmatum ſufficienter inſtructus, compoſuit, ad evitanda hæreticorum collegia, nitido ſatis & aperto ſermone, validiſſimam diſputationem, qvam abſconſo nomine ſuo titulavit, (k) *Peregrini adverſus hæreticos.* Cujus operis, qvia ſecundi libri maximam in ſchedulis partem a qvibusdam furatam perdidit, recapitulato ejus paucis ſermonibus ſenſu priſtino compegit, & uno in libro edidit. Moritur Theodoſio & Valentiniano regnantibus, (l)

(i) Corbei *apud Lirinenſi inſula presbyter, vir valde in S. S. d. & notitia dogmatum* &c. (k) *præſtulavit* id. Hoc eſt celebre illud Vincentii commonitorium; qvod poſt Coſterium & alios illuſtravit V. C. Stephanus Baluzius. (l) *imperantibus*, Corbei.

Aub MIRÆI *Schol.* S. VINCENTIUS Lirinenſis in Gallia Monachus, aureum ſuum adverſus hæreſes libellum ſcripſit triennio poſt oecumenicam ſynodum Epheſinam (hoc eſt, anno Chriſti qvadringentesimo triceſimo qvarto) ut ipſemet teſtatur. Libellum hunc *Johannes Coſterius, & Bartholomæus Petrus Lintrenſis*, Doctor Th. Duacenſis, brevibus notis illuſtrarunt. Vincentio frater fuit *S. Lupus* Epiſcopus Tricaſſinus, Britanniea legatione, & pacati civibus ſuis Attilæ gloria clarus. Lupum porro in eadem inſula Lirinenſi (qvæ commune

Digitized by Google

mune tunc erat ſæculum abdicantibus Gymnaſium) verſatum fuiſſe, conſtat ex Sidonii epiſtola 1. lib. 6. & ex libri 8. epiſt. 14. itemqve ex Eucherii Lugdunenſis libello de laude eremi. Lupi porro & S. Euphronii Auguſtodunenſis Epiſcopi epiſtola, *de bigamis clericis, & iis, qui uxores duxerunt*, extat apud Sirmondum tom. 1. Conc. & Claudium Robertum in Gallia Chriſtiana. Eſt autem *Lirinus* in mediterraneo mari Gallico, inſula notiſſima, e regione Antipolis, oppidi Provinciæ II. Narbonenſis, ſita; cui hodie nomen eſt a *S. Honorato*, Lirinenſis monaſterii conditore, poſt Epiſcopo Arelatenſi. Lirino vicina eſt alia inſula *Lerus* dicta; cui nunc nomen a *S. Margarita*.

## CAPUT LXV.

SYAGRIUS ſcripſit *de fide* adverſum præſumtuoſa hæreticorum vocabula, qvæ ad deſtruenda vel ad immutanda S. Trinitatis nomina uſurpata ſunt, dicentium, Patrem non debere Patrem dici, ne in Patris nomine filius conſonet, (m) ſed ingenitum & infectum ac ſolitarium nuncupandum, ut qvicqvid extra illum eſt perſona, extra illum ſit natura: oſtendens & Patrem, qvi ejuſdem eſt naturæ, poſſe dici ingenitum; & ſcripturam dixiſſe, & ex ſe genuiſſe in perſona Filium; non feciſſe; & ex ſe protuliſſe Spiritum Sanctum in perſona, non genuiſſe neqve feciſſe. Sub hujus Syagrii nomine *ſeptem de fide & regulis (n) fidei libros* prætitulatos inveni. Sed qvia linguam variant; (o) non omnes ejus credidi eſſe.

(m) Corbej. *ſonet.* (n) al. *vel regulis.* (o) Corbej. *in lingua variantur.* Porro hæc Syagrii, qvem Gemblacenſis Codex *Satyrium* appellat, opuſcula interciderunt.

E. S. CYPRIANI *Schol.* Syagrii ſolus Gennadius mentionem fecit. Argumentum libri prioris heic obſcurius traditum Cave Part. 1. hiſt. lit. p. 240. ita exprimit: *Scripſit libellum de fide adverſus Hæreticos nonnullos, qui perſonas S. Trinitatis nominibus relationem mutuam indicantibus exprimi noluerunt.* Mihi hæreticorum, qvos confutavit Syagrius mens fuiſſe videtur, primam Divinitatis perſonam non eſſe patrem dicendam; nec Filium ſecundam, ne unitas naturæ Divinæ convelleretur: Patrem enim & filium non poſſe non habere naturas numero diſtinctas. Si igitur in divinis ſit filius aliqvis, qvi non ſit Pater & Pater qvi non ſit filius; neceſſum eſſe, et duas, imo tres naturas divinas admittamus. Ita enim colligebant; qvicunqve eſt extra patrem perſona, is eſt extra patrem natura.

*Extra illum ſit natura.* Male Miræus *extra ſit in natura.*

*Et ex ſe protuliſſe Spiritum S. in perſona, non genuiſſe neqve feciſſe.* Hæc non ſunt in codice Guelpherbytano.

*De fide vel regulis.* Ita lego ex cod. Norimb. Miræus habet: *fide et.*

## CAPUT LXVI.

ISAAC * Presbyter Antiochenæ eccleſiæ, ſcripſit Syro ſermone, longo tempore & multa: præcipua tamen cura adverſum Neſtorianos & Eurychianos. (p) Ruinam etiam Antiochiæ elegante carmine (q) planxit, eo auditores imbuens ſono, qvo Ephrem (r) diaconus, Nicomediæ lapſum. (s) Moritur Leone & Martiano (t) imperantibus.

* Gemblac. *Iſaibah.* (p) Corbej. *præcipue tamen adverſus Neſtorium & Eutichianos.* (q) ita idem Codex, qvod mihi magis probatur qvam *longo carmine*, qvod Suffridus Petri ex Honorio pro vitioſa lectione *elegiaco carmine* reſtituiſſe ſe profitetur. Pro *Antiochiæ* in Corbej. eſt *Antiochenæ urbis.* (r) id. *eo auditores imbuens qvo Efrem.* (s) Sic eſt in omnibus, nec deeſt aliqvid, ut viſum vitioſe *Suffrid. Petri.* (t) Sigeberg. *Marino*, Corbej. *Majoriano.*

A. MIRÆI *Schol.* Duos invenio Iſaacos, natione Syros, profeſſione monachos. Ex iis ſenior, hic a Gennadio memoratus, Martiano & Leone imperantibus, hoc eſt, circa annum qvadringenteſimum qvinqvageſimum qvartum deceſſit: alterum uſqve ad extrema Gothorum tempora ſuperuixiſſe Gregorius lib. 3. Dialogorum teſtatur. Utriuſnam vero ſit liber ille *de contemtu mundi*, qvi tom. 6. bibliothecæ Patrum legitur, incertum eſt. Poſſevinus qvidem Iſaaco ſeniori attribuit: Sed neqve Gennadius, neqve Trithemius, qvi ſcripta iſtius Iſaaci recenſent, hujus libri meminerunt. Unde non minus probabile videri qveat, librum iſtum eſſe Iſaaci junioris.

## CAPUT LXVII.

SALVIANUS, Maſſilienſis eccleſiæ (u) presbyter, humana & divina litteratura inſtructus, &, ut abſqve invidia loqvar, epiſcoporum magiſter, (*) ſcripſit ſcholaſtico & aperto ſermone multa: ex qvibus iſta legi, *de virginitatis bono* ad Marcellum Presbyterum (w) *libros tres*; *adverſum avaritiam libros qvatuor*; *de præſenti judi-*



(u) Corbej. *apud Maſſiliam presbyter.* (*) id. *Magiſter Epiſcoporum ſanctorum Salonii & Veranæ.* Sic & Martinienſis Codex teſte Suffrido Petri. (w) *Presbyterum* non eſt in Corbej.

Digitized by Google

*cio libros qvinqve*, & pro eorum merito ſatisfactionis (x) *ad Salonium* epiſcopum (y) *librum unum, & expoſitionis extremæ partis libri Eccleſiaſtici ad Claudium* (z) Epiſcopum Viennenſem librum unum, *librum epiſtolarum unum.* (a) Et in morem Græcorum, *a principio Geneſis, uſqve ad conditionem hominis*, compoſuit verſu hexaemeron (b) *librum unum, homilias* epiſcopis factas multas, (c) ſacramentorum vero qvantas nec recodor. Vivit uſqve hodie in ſenectute bona.

(x) id. *pro eorum præmio ſatisfaciendo.* (y) Codex Martinienſis *Epiſcopum Veroneſem.* Gemblacenſis, *Viennenſem.* (z) al. *Claudianum*, infra, c. 83. Sed *Claudium* etiam Corbej. (a) in Corbej, deſunt verba: *librum Epiſtolarum unum.* (b) id. *quaſi Exemeron.* (c) *omelias ad Epiſcopos factas multas.*

Aub. MIRÆI *Schol.* SALVIANUS Maſſilienſis Presbyter (non autem Epiſcopus) circa annum Chriſti qvadrageſimum, ad Salonium Epiſcopum, Eucherii Lugdunenſis Epiſcopi filium, ſcripſit libros octo *de providentia & gubernatione DEI, deqve juſto ac præſenti ejus judicio*: in qvibus vitia Chriſtianorum ſui temporis caſtigat, & Galliæ a Barbaris vaſtatæ ſtatum ac cauſas graphice depingit. Scripſit inqvam ſub Chriſti 440. annum: nam bellum contra Gothos a Litorio geſtum vocat proximum. Inter alia Salvianus acriter invehitur in ludos Circenſes, & id genus ſpectacula, Belgis aliisqve Gallis tunc familiaria. Scripſit inſuper librum unum *epiſtolarum*: & *Timothei* nomine ad eccleſiam catholicam libros qvatuor. Qvæ omnia, a Petro Pithoeo cum MSS. codicibus collata, Pariſienſes 1579. & 1608. foras dederunt. Alia ejus opera, a Gennadio hoc capite, ab Adone Viennenſi in Breviario Chronicorum, & a Trithemio recenſita perierunt. Natus autem creditur Salvianus Coloniæ Agrippinæ, aut in vicinia: vixitqve diu Treviris. Cujus qvidem urbis, qvarto a Francis, Burgundionibus aliisqve Barbaris vaſtatæ, everſionem ſub annum 433. ſuis ipſe oculis ſpectavit; atqve inde Maſſiliam poſtea migravit: ſede Imperii Treviris Arelatem translata. His de rebus plura ſi voles, Chronicon noſtrum, in geſtis anni citati & ſubſeqventium, lege.

## CAPVT LXVIII.

PAULINUS (x) compoſuit *tractatus de initio Quadrageſimæ*; de qvibus ego duos legi. *De die Dominico Paſchæ, de obedientia, de pœnitentia, de Neophytis.*

(x) Incertum qvis hic Paulinus. Neqve ejus qvicqvam exſtat qvod ſciam.

## CAPUT LXIX.

HILARIUS, Arelatenſis (y) epiſcopus, vir in ſanctis ſcripturis doctus, (z) paupertatis amator, & erga inopum proviſionem non ſolum mentis pietate, (a) ſed & corporis ſui ſolicitus labore fuit. Nam pro reficiendis pauperibus etiam ruſticationem (b) contra vires ſuas homo genere clarus, & longe aliter educatus, exercuit: ſed nec in ſpiritalibus neglexit. Nam & in docendo gratiam (c) habuit, & absqve perſonarum acceptione (d) omnibus caſtigatum opus prædicationis ingeſſit. Ingenio vero immortali aliqva & parva edidit, qvæ eruditæ animæ & fidelis linguæ indicio ſunt: in qvibus præcipue, & ad multorum utilitatem, neceſſario opere *vitam Sancti Honorati* prædeceſſoris ſui compoſuit. Moritur Valentiniano & Martiano regnantibus.

(y) *urbis*, addit Corbej. (z) *eruditus, paupertatis etiam amator*, id. (a) id. *meritis, pietate.* (b) id. *ruſticationem propriis viribus homo tener & clarus exercuit.* (c) id. *maximam gratiam.* (d) id. *acceptionibus, omnibus caſtigationem ingeſſit. Studioſo vero ingenio aliqva parva edidit, qva eruditis & fidelibus indicio ſunt.* His verbis clauditur hoc caput in Corbej.

Aub. MIRÆI *Schol.* S. HILARIUS, ex Monacho Lirinenſi Epiſcopus Arelatenſis, concilio Regenſi ſeu Regienſi anno 439. & Arauſicano I. an. 441. interfuit. Scripſit ad Leonem I. Papam, verſu heroico, *Hiſtoriam Geneſeos*, utqve ad ſeptimum caput; & proſa *vitam S. Honorati*, prædeceſſoris ſui. Pariſiis ſtudio Gilberti Genebardi 1578 primum, poſt a Surio editam. Sunt qvi ipſi attribuunt epiſtolam unam ad S. Auguſtinum de Prædeſtinatione, ejus occaſione idem S. Auguſtinus libros de prædeſtinatione ſanctorum & de bono perſeverantiæ ſcripſit. At Bellarminus in catalogo & alii cenſent, illam epiſtolam non eſſe S. Hilarii Arelatenſis Epiſcopi, ſed *Hilarii Presbyteri* cujuſpiam. Ceterum S. Hilarius, poſt annos aliqvos in Epiſcopatu transactos, priſtino vitæ ſolitariæ deſiderio tactus, Lirinum rediit: ut ipſe Hilarius teſtatur homilia de S. Honorato, & Sidonius in Euchariſtico ad Faustum Rejenſem Epiſcopum: ubi hic inter cetera memorat *Eucherii venientis iter, redeuntis Hilarii.* Atque eo qvidem tempore S. Eucherius elegantem de laude eremi libellum ad Hilarium ſcripſit: ut ſupra cap. 63. docui. Vita, porro S. Hilarii Arelatenſis (qvi an. decimo Leonis I. Papæ, hoc eſt, Chriſti qvadringenteſimo qvadrageſimo ſexto deceſſit) apud Barralem in chronologia Lirinenſi extat, cum epitaphio ejuſdem S. Hilarii. Qvis illius vitæ ſcriptor fuerit, infra cap. 99. diſputabimus. Alius ab iſto fuit *S. Hilarius Pictavenſis Epiſcopus*, cujus operibus communiter annecti ſolent nonnulla S. Hilarii Arelatenſis opuſcula.

CA-

## CAPVT LXX.

LEO, urbis Romæ episcopus, scripsit *ad Flavianum*, Constantinopolitanæ ecclesiæ episcopum, (e) adversus Eutychen Presbyterum (qvi tunc ambitione episcopatus nova in ecclesiam moliebatur inducere) *epistolam*, in qva admonet eum, ut si confiteretur errorem, & polliceretur emendationem, reciperet eum: sin autem persisteret in incepto, cum sua hæresi damnaretur. Similiter docet in ipsa epistola, & divinis confirmat testimoniis, Dominum nostrum Iesum Christum, sicut & paternæ divinitatis verum filium, ita verum humanæ naturæ (g) esse hominem credendum, id est, ex carne virginis Mariæ carnem traxisse, & non de cœlo corpus sibi exhibuisse; sicut Eutyches asserebat. Moritur Leone & Majoriano imperatoribus. (h)

(e) Corbej. *Pontificem.* (f) id. *persisteret* pro *persteterit.* (g) id. *ita humana natura hominem esse.* (h) id. *Valentiniano & Majoriano imperantibus.* Sed Sustridus Petri, in omnibus, inqvit, nostris MSS. Codicibus erat, *moritur Leone & Martiano Imperatoribus*, qvam lectionem qvoniam commendat Historiæ veritas, reponendam duximus. Sed Historica veritas confirmat Leonem magnum mortuum anno eodem qvo occisus Majorianus.

Aub. MIRÆI *Schol.* S. LEO I. (ab anno 440. ad 461.) annis fere 21. Romanam cathedram tenuit, & 11. Aprilis decessit, vir pietate, scientia ac dicendi facultate præstans: ut merito Magni cognomen ipsi adhæserit. Opera ejus omnia, cum operibus S. Petri Chrysologi Episcopi Ravennatis (qvi circa annum 450. obiit) Parisienses junctim ediderunt. Porro inter opera S. Leonis collocari solet liber *De conflictu vitiorum & virtutum*: Sed is liber S. Leonis esse non potest, tum in eo fiat mentio Regulæ S. Benedicti. Sic & inter epistolas ejusdem S. Leonis num. 96. non recte collocatur epistola *Leonis Bituricensis Episcopi*: qvi una cum Victurio Cenomanensi, & Eustochio Turonensi, eam scripsit ad Episcopos & Presbyteros provinciæ, non Thraciæ (ut inter Leonis epistolas vulgatum est) sed tertiæ: qvo nomine Turonica designatur, qvæ est tertia Lugdunensis; ut Sirmondus in suis Notis ad Tom. I. Conciliorum Galliæ observavit.

## CAPUT LXXI.

MOCHIMUS, (i) Mesopotamius Presbyter, apud Antiochiam scripsit *adversus Eutychen* egregium libellum: & alia scribere dicitur, qvæ necdum legi.

(i) Corbej. *Mozymus*, al. *Moschimus*, Gembl. *Mochomens*, al. *Mesopotamenus presbyter.* Nihil hujus scriptoris ad nos pervenit.

## CAPVT LXXII.

TIMOTHEUS, extincto ab Alexandrinis (k) Proterio episcopo, tumultuante adhuc plebe aut voluit, (l) aut passus est se ab uno episcopo in locum occisi episcopum fieri. Et ne contra legem factus merito abiiceretur, ad gratiam plebis, qvæ Proterium exosum habuerat, omnes, qvibus ille communicaverat, Nestorianos esse pronunciat: (m) & maculam conscientiæ, temeritate abluendam præsumens, scripsit *ad Leonem imperatorem, libellum* valde suasorium, qvem pravo sensu Patrum testimoniis in tantum roborare conatus est, ut ad decipiendum Imperatorem, & suam hæresin constituendam, (n) pene Leonem, urbis Romæ pontificem & Chalcedonensem synodum, ac totos occidentales (o) episcopos aliorum adminiculo Nestorianos ostenderet. Sed, favente DEO, a Chalcedonensi concilio hostis ecclesiæ arguitur & confutatur. (p) Vivere adhuc in exilio jam hæresiarcha dicitur, & habetur. Hunc ipsum libellum noscendi gratia ego, rogatus a fratribus, in Latinum transtuli; * & cavendum prætitulavi.

(k) Corbej. *apud Alexandriam.* (l) id. *ante voluit, ante passus est - - quam synodalia decreta astitarent.* (m) *Nestorianos pronuntiat - - conscientia abluenda temeritate præsumens*, id. (n) id. *contutandam*, al. *confortandam.* (o) Corbej. *totius Occidentis Episcopos*, al. *Orientales*, vitiose. (p) Corbej. *a Calcidonensi concilio hostis Ecclesia coartatus & confutatus est.* * Hic liber Timothei Eutychiani neqve Græce neqve ex Latina Gennadii versione exstat.

Aub. MIRÆI *Schol.* An. 451. Chalcedone generalis Synodus 630. Patrum est celebrata, cui *Paschasinus Lilybetanus*, cum aliis tribus Pontificis Romani legatis, interfuit. In ea damnatus est *Dioscorus* & *Eutyches*. In Dioscori pulsi locum *Proterius* est ordinatus Ep. Alexandrinus. Proterio demum an. 455. a furente plebe sive a militibus obtruncato, *Timotheus*, homo vafer & impurus, sedem illam occupavit. Is deinde, Leone I. Papa instante, Gangram, indeqve Chersonam est deportatus: ut Theodoretus, Evagrius & Baronius fuse narrant. Alius ab isto fuit *Timotheus Alexandrinus Episcopus*, qvi Theodosii Imperatoris ævo vixit, & cujus *responsa qvædam canonica*, una cum commentario Balsamonis, extant tom. 4. Bibliothecæ Patrum.



Digitized by Google

## CAPVT LXXIII.

ASCLEPIUS Afer, in Bajenſi (q) territotio vici non grandis (r) epiſcopus, ſcripſit *adverſum Arianos*, & modo *adverſum Donatiſtas* ſcribere dicitur. In docendo autem ex tempore, grandi opinione celebratur. (s)

(q) pro *Bajenſi* (in Numidia) alii Codices ut Corbej. *Gabaënſi*, alii ut Noribergenſis & Trithenius, *Vagenſi*. (r) Corbej. *vicina civitatis grandis epiſcopus*. (s) id. *grandem opinionem habet*. Ex hujus Aſclepii ſcriptis nihil ad nos pervenit.

## CAPUT LXXIV.

PETRUS Edeſſenæ eccleſiæ Presbyter, declamator inſignis, ſcripſit *variarum camſarum* (t) *tractatus*, & more ſancti Ephrem diaconi, *pſalmos metro* compoſuit.

(t) de vario argumento, qvod alibi dixit *variarum hypotheſeon tractatus*. ut c. 57. & 53. Cæterum hæc Petri Edeſſeni ſcripta interciderunt, qvi ut Mochimus ſupra c. 71. laudatus Syriace ſcripſit, & Pſalmos Syriaco metro condidit.

## CAPVT LXXV.

PAULUS Presbyter, (u) natione, ut ex dictis ejus cognovi, Pannonius; ſcripſit *de virginitate ſervanda & contemtu mundi, ac vitæ inſtitutione*, vel *morum correctione* mediocri ſermone, ſed divino conditos ſale *libros duos*, * ad perſonam cujuſdam nobilis & Chriſto dicatæ virginis, *Conſtantia* nomine: in qvibus meminit Joviniani hæretici, & voluptatum ac lididinum prædicatoris, cui in tantum continentis vitæ & caſtæ inſtitutio contraria fuit, ut inter luxurioſas epulas animam eructaret. (x)

(u) in Corbej. hoc caput deeſt. * Hi duo libri Pauli ſive Petri Pannonii hodie deſiderantur. (x) MSS. Codices qvos conſuluit Suffridus Petri, *anima refutaret beatitudinem*. Sed perperam idem *epiſtolas* pro *epulas*.

Aub. MIRÆI *Schol.* De Aſclepio Afro, Petro Edeſſeno, & Paulo Pannonio agit etiam Trithemius. Notet tamen lector, hunc Paulum ab Honorio & Trithemio vocari Petrum. [Etiam in Codice Martinienſi & Noribergenſi.]

E. SAL. CYPRIANI. *Eructaret animam.* Hæc mihi probabilior viſa eſt lectio. Miræus ridicule: *ut inter luxurioſas epiſtolas eructaret animam.* Codex Nor. *ut inter luxurioſas epulas anima reputaret beatitudinem.* Ita & Guelpherbytanus.

## CAPUT LXXVI.

PASTOR Epiſcopus compoſuit libellum in modum ſymboli paruum, (y) totam pene eccleſiaſticam credulitatem per ſententias continentem. In qvo inter cæteras diſſenſionum pravitates qvas prætermiſſis auctorum vocabulis anathematizat, Priſcillianos cum ipſo (z) auctoris nomine damnat.

(y) Hic qvoqve Paſtoris libellus nuſqvam hodie exſtat. (z) Suffridus Petri edidit; *cum Epiſcopo*.

E. SAL. CYPRIANI Schol. *Cum epiſcopo auctoris nomine.* Non placet hæc lectio Miræi. *Cum ipſo* poſuimus ex Norib.

## CAPUT LXXVII.

VICTOR, (a) Cartennæ Mauritaniæ ciuitatis epiſcopus, ſcripſit *adverſus Arianos** librum unum longum, qvem Genſerico Regi (b) per ſuos audiendum obtulit, ſicut ex prooemio ipſius libri didici. Et *de pœnitentia Publicani* (c) librum unum, in qvo & regulam vivendi pœnitentibus juxta ſcripturarum auctoritatem inſtituit: & *ad Baſilium* qvendam *ſuper morte filii*, conſolatorium librum, ſpe reſurrectionis, perfecta

(a) MS. Corbej. *Maurus.* * Hic liber intercidit. Vide Tillemont. T. XVI. memor. p. 611. (b) *Regi Wandalorum.* id. (c) *de pœnitentia publica.* id. vitioſe: nam exſtat adhuc inter S. Ambroſii opera aliqvoties editus, & Victori Tunnenſi tributus in MS. Remenſi.

Digitized by Google

fecta inſtructione munitum. (d) *Homilias* etiam compoſuit multas, qvas à fratribus, ſalutis propriæ ſollicitis in libros digeſtas ſervari cognovi.

(d) Id. *libellum ſpe reſurrectionis munitum.* Exſtat & hic inter S. Baſilii & Eucherii opera. Sed Homiliæ non viderunt lucem qvod ſciam.

Aub. MIRÆI *Schol.* Circa an. Chriſti 530. Victor epiſcopus Africanus ſcripſit *de ratione fidei Catholicæ*, ad Hunnericum, regem Vandalorum. Extat hic ejus liber in bibliotheca patrum tomo 4. editionis ſecundæ. Ita Bellarminus in catalogo.

E. S. CYPRIANI. In codicibus noſtris verba: *longum qvem*, uſqve ad illa: *Publicani librum* omnia prorſus omiſſa ſunt.

## CAPUT LXXVIII.

VOCONIUS, (e) Caſtellani Mauritaniæ oppidi Epiſcopus, ſcripſit *adverſus* Eccleſiæ inimicos *Judæos & Arianos & alios hæreticos.* (f) Compoſuit etiam *Sacramentorum* egregium volumen.

(e) Corbej. *Voconius Caſtellana Mauritaniæ urbis Epiſcopus.* (f) *librum*, addit Corbej. Sed ille Vocontii liber & alter Sacramentorum, nuſqvam exſtat. Pro Voconio *Victorianum Buconium* Trithemius c. 171. de S. E.

E. S. CYPRIANI *Schol.* In codice Guelph. dicitur Buconius; nec aliter vocatur ab Honorio & Trithemio.

## CAPUT LXXIX.

MUSÆUS, Maſſilienſis Eccleſiæ Presbyter, vir in divinis ſcripturis doctus, & in earum ſenſibus ſubtiliſſima qvadam exercitatione limatus, lingua qvoqve ſcholaſticus, hortatu S. Venerii Epiſcopi, excerpſit de ſanctis Scripturis lectiones totius anni feſtivis diebus aptas, reſponſoria (f) etiam Pſalmorum capitula, temporibus & lectionibus congruentia. Qvod opus tam neceſſarium a lectoribus in Eccleſia probatur, ut expetitum (g) & ſollicitudinem tollat & moram, plebiqve ingerat ſcientiam, celebritatiqve decorem. (h) Sed & ad perſonam ſancti Euſtachii Epiſcopi, ſucceſſoris ſupradicti hominis DEI, compoſuit *ſacramentorum* egregium & non parvum *volumen*, (i) per membra qvidem pro opportunitate officiorum (k) & temporum, pro lectionum textu, pſalmorumqve ſerie & cantatione, diſcretum, ſed ſupplicandi DEO & conteſtandi beneficiorum ejus, ſoliditate ſui conſentaneum. Qvo opere graviſſimi ſenſus & caſtigatæ eloqventiæ agnovimus virum. *Homilias* etiam dicitur declamaſſe, qvas & haberi a fidelibus viris cognovi, ſed ego non legi. Moritur Leone & Majoriano (l) regnantibus.

(f) *reſponſoriis*, Corbej. (g) *a lectore in Eccleſia comprobatur, ut expeditum* id. (h) *& celebritatem decoris*, id. (i) Corbej. *parvum & egregium volumen.* Hujus Muſæi vel de qvo cap. ſuperiore Vocomii nonnulla legi in Sacramentario Gregorii M. non eſt a verisimilitudine alienum. (k) qvæ ſeqvuntur a verbis *& temporum*, uſqve ad: *Dicitur etiam & omelias declamaſſe*, deſunt a Corbej. (l) *& Martiano*, Suffridus Petri e ſuis MSS. Sed Corbej. *Leone & Majoriano imperantibus.* Rectius, nam Majorianus non Martianus poſt Leonem imperitavit.

Aub. MIRÆI *Schol.* VENERII, EUSTATHII] Maſſilienſem cathedram ex ordine texerunt *Venerius*, *Euſtathius* & *Græcus.* Venerii hortatu *Muſæus*, alias *Muſſæus*, Presbyter Maſſilienſis, excerpſit de divinis ſcripturis lectiones totius anni, apud Bernardum Guidonem. Euſtathii Sidonius l. 7. ep. 2. ad Græcum epiſcopum Maſſilienſem meminit; dicitqve Græco Euſtathium ſucceſſiſſe. Id Sirmondus in ſuis ad Sidonium notis notavit, contra ſententiam Claudii Roberti in Gallia Chriſtiana, ubi Maſſilienſes Epp. enumerat.

## CAPUT LXXX.

VINCENTIUS Presbyter, & ipſe natione Gallus, in divinis Scripturis exercitatus, linguam habens uſu loquendi & majore lectione politam, commentatus eſt *in Pſalmos.* Cujus operis legit aliqva homini DEI Cannatæ, (m) me audiente, promittens ſimul, ſi Dominus vitam & vires daret, ſe in toto pſalterio eodem ſtudio laboraturum.

(m) al. *Cannati.* Ex hujus Vincentii commentariis in Pſalmos nihil tulit ætatem.

A. MIRÆI *Schol.* Extant, qvi *Vincentianas* (ſic enim appellant) *objectiones* illas adverſus S. Proſperum, S. Auguſtini ſcripta defendentem Vincentii Lirinenſis, ſupra cap. 64. a Gennadio laudati, fuiſſe exiſtimant; qvi non tantum non impugnavit defenſores S. Auguſtini; ſed in libro, qvem ſcripſit adverſus hæreſes, cap. 43. magnopere laudavit. Sciendum eſt itaqve, eodem ſeculo alterum *Vincentium* in Gallia vixiſſe, de qvo Gennadius cap. 80. ſcribit; cui potius opus illud tribuendum putarem. Qvicqvid ſit, conſtat, lu-



Digitized by Google

cubrationes illas esse Pelagiani hominis, nec dignas, qvæ tribuantur Vincentio Lirinensi, illi qvi aureo plane opusculo cum omnes hæreses, tum maxime hæresin Pelagianam, cum auctoribus suis, impugnat: ut ex cap. 2. & 14. constat. Sic fere Baronius in notis ad martyrologium 24. Maii. [Videtamen Vossium lib. 1. Hist. Pelag. cap. 9.]

## CAPVT LXXXI.

CYRUS, natione (n) Alexandrinus, arte medicus, ex philosopho monachus, vir dicendi peritus, scripsit *adversus Nestorium* (b) prius eleganter & foriter, modo autem dum in illum invehitur nimius, & syllogismis magis, qvam Scripturis agit, Timotheanum dogma (c) fovere coepit. Denique ambiguus etiam sui, suspendit animum à consensu Chalcedonensis decreti, nec acqviescendum putat, Filium Dei duabus post incarnationem constare naturis.

(a) al. *genere*. Sed in Corbej. tantum: *Cyrus Alexandrinus*. Pro Cyro *Syrum* habet Suffridus Petri ex Codice Marmutiensi. Sed idem testatur in Codice Viridis Vallis & Sigebergensi *Cyrum* legi, in Gemblacensi *Cyrillum*. Ex hujus Cyri scriptis nihil ad nos pervenit. (b) ita & Corbej. pro qvo al. *Nestorem*. (c) *dum in eum magis invehitur sylocismis magis qvam scripturis agitatur Thimotheos dogma*. Corbei. Pro qvo al. *dum illo invenitur nimius*. De Timotheo Eutychiano supra c. 72. Qvomodo tamen Timotheana cæteris Eutychianis differant vide c. 82.

*Auh* MIRÆI *Schol.* SYRUS] Honorio & Trithemio, itemqve in MSS. codicibus *Cyrus*; aliis *Cyrillus*. De Cyro itaqve seu Syro Alexandrino, ut & de Samuele Edesseno mox memorando, Trithemius consulatur.

E. S. CYPRIANI. *In illo invenitur nimius*. Ita codex Noribergensis. Guelpherbytanus in una vocula abludit: *in illo minus invenitur*. Miræi lectio probari non potest: *in illum invehitur nimius*. Quippe Cyrus mysterium incarnationis ad rationis humanæ decempedam exigebat, ac philosophiæ dicendiqve artificio nimium deditus Eutychianum errorem amplectebatur.

## CAPUT LXXXII.

SAMUEL, Edessenæ (d) ecclesiæ Presbyter, multa adversus Ecclesiæ inimicos Syro sermone construere dicitur, præcipua tamen intentione *contra Nestorianos & Eutychianos & Timotheanos* novellos, sed sibi diversos (e) hæreticos. Unde & freqventer triformem bestiam ecclesiastica simul sententia cum auctoritate sanctarum Scripturarum summatimqve ferit, (f) ostendens *Nestorianis*, DEUM in homine, non purum hominem ex virgine natum; *Eutychianis*, veram humani generis carnem a DEO assumtam, & non de cœlo exhibitam, nec crassi aëris substantiam in carne incessisse formatam; *Timotheanis*, ita Verbum carnem factam, ut manente Verbo in sua substantia, & homine in sua natura, societate, non immixtione, unam Filii Dei reddidisse personam. Vivere adhuc apud Constantinopolim dicitur. Nam initio * collati Anthemio imperii & scripta ejus & esse eum in carne, cognovi.

(d) Corbej. *Edissina*. (e) ita & Corbej. pro qvo alii: *sive ad diversos hæreticos*. Qvæ sequuntur in eodem Codice valde corrupta leguntur & pars major plane abest. (f) ita edidit etiam Ioannes a Fuchte in edit. Helmst. 1612. & novissim Marcianæus, cum in Suffrido Petri & aliis minus bene esset *fecit*. * A. C. 465.

E. S. CYPRIANI *Schol. Ferit*. Sic restitui ex Noribergense. *Fecit* habet Miræus, sed inepte, ut palam est.

## CAPVT LXXXIII.

CLAUDIANUS, (g) Viennensis Ecclesiæ Presbyter, vir ad loqvendum artifex, & ad disputandum subtilis, composuit *tres* qvasi *de statu*, vel *de substantia animæ libros*, in qvibus agit intentione tota, qvatenus ostendat, aliqvid esse incorporeum præter DEUM. [Scripsit & alia nonnulla, inter qvæ & hymnum de passione Domini, cujus principium est: *Pange lingua gloriosi*. Fuit autem frater Mamerti Viennensis Episcopi.]

(g) Codex Gemblacensis hunc scriptorem vocat *Claudium*. Supra etiam in Salviano c. 67. consensu Codicum omnium *Claudius* dicitur: nos autem inqvit Suffridus Petri, nihil mutamus. Trithemius c. 178. vocat *Claudium* & nominat Episcopum: ab aliis pleno nomine dicitur *Claudianus Ecdicius Mamertus* Viennensis Ecclesiæ presbyter, qvomodo scribitur in frontispicio librorum trium de statu animæ, qvi primum editi Basil. 1520. 4. per Petrum Mosellanum ex Codice Cellæ veteris Misnensis, qvi jam servatur Lapsiæ in Bibl. Paulina, ut notat Daumius p. 336 ad Paulinum Petrocorium. Notis Casp. Barthii eosdem libros, qvos Fausto Reiensi Claudianus opposuit, illustratos habemus, Cygnææ excusos A. 1655. 8. De Claudiano ipso Sirmondus ad Sidonium T. 1. Opp. p. 929. &c. Tillemontius T. XVI. memor. Acta Sanctor. T. 2. Maji p. 629.

Auh.

Digitized by Google

Iub. MIRÆI *Schol.* CLAUDIANUS MAMERTUS, ſeu potius, *Mamertus Claudianus*, Viennenſis eccleſiæ Presbyter. Mamerti Viennenſis Epiſcopi frater germanus, ſcripſit ad Sidonium nondum Epiſcopum, libros tres *de ſtatu animæ*, in Bibliotheca Patrum, & alibi editos. Epiſtolæ autem, qvam operi præfixit, hic eſt titulus: *Præfectorio, Patricio, doctiſſimo viro & optimo, C. Sollio, Sidonius Claudianus ſalutem.* Horum librorum ipſe Claudianus meminit in ſua ad Sidonium epiſtola, qvæ inter Sidonianas lib. 4. numero 2. legitur. Ejuſdem Claudiani carmen *contra varios errores*, ſeu *varios Poetas*, extat inter opera Poëtarum Chriſtianorum, & in citata Bibliotheca. Claruit autem Claudianus Mamertus anno qvadringenteſimo qvadrageſimo tertio; ipſiqve defuncto Sidonius verſu epitaphium ſcripſit, qvod lib. 4. epiſtolarum numero 11. ipſe recitat. *Ceterum* Mamertus Viennenſis Epiſcopus *inſtituit primus* rogationes, *qvæ Domini Aſcenſionem antecedunt; ut ex Alcimi* Aviti *ejuſdem eccleſiæ antiſtitis, homilia de iisdem Rogationibus conſtat: cui aſſentiuntur antiqvi omnes ſcriptores. Qvare fruſtra laborant, qvi propterea qvod litanias ſupplicationesqve ante Mamertum in eccleſia extitiſſe legunt, ideo illi Rogationum non primum auctorem, ſed inſtauratorem dici volunt. Fruſtra, inqvam: neqve enim qvæſtio eſt, an primus litaniarum uſum in eccleſiam invexerit, qvem conſtat multo antiqviorem fuiſſe; ſed an eas inſtituerit, qvæ ante Aſcenſionem Domini celebrantur, Rogationesqve propria jam voce nuncupantur. In qvo, ut dixi, conſentiunt omnes, & Sidonii verba lib. 5. epiſt 14.* invenit, inſtituit, invexit, *dubitari non ſinunt. Rogationum ergo primus auctor Mamertus fuit. Nec ſolum inſtituit, ut ſtata & ſolennes illis diebus ſupplicationes eſſent: ſed ſupplicationum formam uſitata ſanctiorem, auguſtioremqve præſcripſit. Mamerti porro Rogationes imitati ſunt non ſolum vicini Gallia populi (ut ex ejuſdem Sidonii epiſtolis, & concilio I. Aurelianenſi datur intelligi) verum etiam cetera nationes. Atqve ipſa tandem Roma Leonis III. auctoritate; ut docent ritualium librorum auctores. Ideo* Litaniam Gallicanam *appellarunt, qvia ejus inſtitutio e Gallia; &* Litaniam minorem, *ut a majore diſtingverent, qva VII. Kalendas Maii celebratur.* Sic fere Sirmondus in Notis ad Sidonii lib. 5 & 7. epiſtolarum.

*Scripſit & alia nonnulla.*) Iſta verba, & ſubſeqventia uſqve ad finem capitis, deſiderantur in vulgatis Gennadii exemplaribus. Leguntur autem in manuſcripto codice cœnobii S. Michaelis de Tumba, apud Britones Armoricos: ut Sirmondus in Notis ad Sidonium monet. [T. 1. Opp. f. 933.]

In eodem MS. codice habentur item aliqva *de Sedulio poeta*, haſtenus ignorata; ut idem Sirmondus in Notis ad Ennodium docet. Obiit vero Sedulius Theodoſio ſeniore (cui opus ſuum dedicavit) & Valentiniano regnantibus. Sedulii autem verſus, poſt ejus mortem, ex eiuſdem ferinus collectos recenſuiſſe dicitur *Turcius Ruſius Aſterius, qvi anno 449. cum Protogene Conſul Romanus fuit.*

*Pange lingua glorioſi.*) Hymnum iſtum *Venantio Fortunato* tribuunt antiqvi etiam ſcriptores & codices: ſed ibium is redolet cultiorem, qvam Fortunati eſſe ſoleat. Sirmondus cenſet ipſum eſſe ſcriptum a *Claudiano Mamerto*, & Sidonio lib. 4. ep. 3. ad Claudianum laudari. *In eum*, inqvit, *ſcite cadunt omnia, qvæ laudantur a Sidonio.* Scriptus eſt *verſibus trochaicis, qvibus inſerti aliqvando Pyrrichii numeri; commaticus eſt, crebris aptiſqve commatiis inciſus, ſententiis non interruptis, ſed molliter cum verſu cadentibus. Denique Claudiano carmen hoc vindicat non ſolum vetus Scholiaſtes, verum etiam Gennadius, non qvidem ut editus eſt, ſed prout in codice cœnobii S. Michaelis de Tumba, vulgatis auctior, in Claudiani mentione legitur.*

# CAPUT LXXXIV.

PROSPER, homo Aqvitanicæ regionis, (h) ſermone ſcholaſticus: & aſſertionibus neruoſus, multa compoſuiſſe dicitur: ex qvibus ego *Chronica* (i) illius nomine prætitulata legi, continentia a primi hominis coditione, juxta divinarum ſcripturarum fidem, uſqve ad obitum (k) Valentiniani Auguſti, & captivitatem urbis Romæ a Genſerico Vandalorum rege factum. Legi & librum adverſus opuſcula ſub perſona Caſſiani, qvæ Eccleſia DEI (l) ſalutaria probat, ille infamat nociva. (m) Qvæ enim vere Caſſiani & Proſperi de gratia & libero arbitrio ſententiæ fuerunt, in aliqvibus ſibi contrariæ inveniuntur. Epiſtolæ qvoqve Papæ Leonis adverſus Eutychen, de vera Chriſti incarnatione, ad diverſos datæ & ab ipſo dictatæ dicuntur.

(h) in Corbej. additur: *conſiliarius Papæ Leonis.* (i) *chronicam nomine illius pratitulatam.* id. (k) *uſqve ad ultimum.* id. (l) ſpeciatim Gallicam. Vide Henr. Noris contra Neuſſerum p. 101. (m) Corbej. *ille infamat. Nova enim vera Caſſiani - - - - ſibi inveniuntur contraria. Hic etiam Pruſper poſt obitum beati Auguſtini librorum ejus contra hæreticos inimicos Gratiæ Chriſti defenſor extetit. Epiſtula qvoqve &c.* Ita Corbej. Eadem etiam in aliis Codicibus reperit Suſtridus Petri qvæ per Catholicum aliqvem medicamenti gratia Gennadio addita non dubitat.

A. MIRÆI *Schol.* PROSPER Aqvitanus presbyter, non Epiſcopus (ſi Victorio itidem Aqvitano, Gennadio, Gelaſio, Marcellino Comiti & Bedæ credimus) *Euſebii tenorem ſecutus*, ut Victorii ejusdem verbis utar, *chronicon egregia brevitate compoſuit, & a mundi inchoatum exordio, ad Valentiniani Auguſti VIII. & Anthemii Conſulatum* hoc eſt ad annum Chriſti 455. vulgatem) *deduxit*; tertia editione. *Primam* namqve *editionem* Theodoſio XIV. & Maximo COSS. hoc eſt anno Chriſti 433 videtur concluſiſſe: qvandoqvidem eo anno priorem omnium annorum epochas ſummaſqve colligat: qvod nonniſi in operum fine fieri conſuevit; niſi forte cauſa aliqva peculiaris intercurrat, qvæ hic nulla apparet. *Secundam* vero *editionem* Proſper XII. annis auxiſſe, & ad Valentiniani VI. ac Nonii Conſulatum (ſeu vulgarem 445.



Digitized by Google

Chriſti an.) videtur produxiſſe; qvo vulgare ejus chronicon Euſebiano & Hieronymiano ſubnecti ſolitum, terminatur. *Tertia* deniqve & poſtrema *editio* fuit ea; qvæ ad captam a Genſerico urbem, ſive ad Valentiniani Aug. VIII. & Anthemii Conſulatum (id eſt, anno Chriſti 455.) protenditur; qvam ex baſilicæ cathedralis Spirenſis MS. codice *Petrus Franciſcus Chiffletius*, Societ. Jeſu Theologus, brevi, ut ſpero, publicabit. Similem olim codicem *Arnoldus Pontacus* habuit, qvem Lodunenſem nuncupat; & nos tertium ſimile exemplar MS. Antverpiæ inter Schedas *Heriberti Roſweidi* vidimus ſed mutilum. Eſt autem tertia iſta editio prioribus duabus non ſolum auctior, ſed & multo illuſtrior, utpote qvæ res ab orbe condito nervoſa brevitate commemorat, & Conſulum inſuper Faſtos ab anno Tiberii XV. uſqve ad annum 455 deducit. Pars poſterior iſtius tertiæ editionis, Euſebii & Hieronymi Chronicis adjungi ſolita, juxta MSS. codices Jac. Sirmondi & Petri Franc. Chiffletii emendata atqve aucta, extat apud Andr. Qvercetanum tom. 1. Scriptorum coætaneorum hiſtoriæ Francorum. De tribus aut qvatuor hujus ſeculi *Proſperis*, *Aurelianenſi*, *Regienſi*, *Chronographo & Tirone* Bucherius in commentario ad Victorii Canonem c. 6 & 12. item Sirmondus in Notis ad Sidonii librum 8. ep. 15. fuſe diſputant. Qvod ad *Tironem Proſperum* attinet, Beda in fine libelli de re Metrica, dicit ipſum fuiſſe conjugatum. Ceterum a tempore, qvo Proſper deſinit, *Marius Aventicenſis* ſeu Lauſanenſis Epiſcopus Chronicon ſuum uſqve ad annum vulgaris æræ 581 deduxit: qvod ex pervetuſto ejuſdem Chiffletii codice deſcriptum cit. tomo Qvercetanus evulgavit.

*Opuſcula Caſſiani, qvæ Eccleſia.*) Gennadius non recte Proſperum hic damnat: adeoqve loqvitur ut Semipelagianorum ſeu Maſſilienſium fuligine aſperſus. Sic & alibi Ruffinum S. Hieronymo præfert; Auguſtinum multiloqvii arguit; Eulogias Pelagii laudat; Fauſti Regienſis libros commendat, & alia id genus ſcribit in favorem Semipelagianorum.

*Epiſtola Leonis Papæ adverſus Eutychen.*) Si ulla epiſtola S. Leonis eſt, illa omnino eſt, ſive ſtilum ſive doctrinam Leonis attendas: non eſt autem Proſperi: qvod nota contra Gennadium. E contra libri *De vocatione gentium*, vere Proſperi ſunt, non S. Ambroſii. Liber vero *de providentia Dei* non videtur eſſe Proſperi, ſed alicujus ex factione Semipelagianorum. Ita Bellarminus in Catalogo. Bucherium & Sirmondum citatis locis conſule. *Ceterum libri tres* De vita contemplativa, *qui inter Proſperi opera edi ſolent, ejuſqve nomine a Gratiano collectore Canonum & aliis paſſim citantur, revera Proſperi non eſſe videntur. Primo, qvia Gennadius hoc capite Proſperi opera recenſens, horum librorum non meminit. Deinde qvia illorum auctor lib. 2. cap. 9. de Hilario Arelatenſi (qvi æqvalis fuit Proſperi) ſic loqvitur, ut ætate ſua ſuperiorem fuiſſe ſignificet. Denique, ut aliis argumentis ſupersedeam, in antiqva collectione Canonum, codicis Andegavenſis*, Pomerio *ut auctoris tribuuntur; loco citato, qvi apud Proſperum lib. 2. c. 6. extat. Et in MS. codice S. Salvatoris Vicecomitis auctor his libris adſcriptus eſt* Julianus Pomerius. *Et Pomerio eosdem Iſidorus de Eccleſiaſticis ſcriptoribus* cap. 12. prorſus adſerit: alios qvoqve, *inqvit*, tres libros edidit de futuræ vitæ contemplatione, vel actuali converſatione, nec non etiam de vitiis & virtutibus. *Qvibus verbis liqvido patet ſingulorum hujus operis librorum argumenta deſcribi. Ediderat idem Julianus Pomerius præterea alios libros octo; qvorum etiam lemmata ibidem ſigillatim explicat Iſidorus, qvorum teſtimonio frequenter uſus eſt Julianus alter, Toletanus Antiſtes, in prognoſticis futuri ſeculi.*

*Fuit porro Pomerius iſte Afer Mauruſqve patria, ſed in Gallia primum Rhetor, poſtea Presbyter & Abbas floruit Arelate: ut ex vita S. Cæſarii Arelatenſis Epiſcopi, & ex Ruricii ad Pomerium epiſtolæ colligi datur.* Sic fere Sirmondus in ſuis Notis ad tom. 2. Conciliorum Galliæ.

E. S. CYPRIANI. Ab aliena manu eſt, qvod poſt verba: *contraria inveniuntur*, inſerit Miræus: *Hic etiam Proſper, poſt obitum beati Auguſtini, librorum ejus contra hæreticos, inimicos gratiæ Chriſti, defenſor extitit.* Qvippe nec in codicibus noſtris habetur, nec congruo loco poſitum eſt, conf. Voſſius hiſt. Pelag. l. 1. c. 18.

## CAPUT LXXXV.

FAUSTUS, ex Abbate Lerinenſis monaſterii apud Regium Galliæ (n) epiſcopus factus, vir in divinis ſcripturis (o) ſatis intentus, ex traditione ſymboli occaſione accepta, compoſuit *librum* * *de Spiritu ſancto*: in qvo oſtendit, eum juxta fidem Patrum & conſubſtantialem & coæternalem eſſe Patri & Filio, ac plenitudinem Trinitatis (p) obtinentem. Edidit qvoqve opus egregium *de gratia DEI*, qua ſaluamur, & libero humanæ mentis arbitrio: (q) In qvo opere docet, gratiam DEI ſemper & invitare, & præcedere, & adiuuare voluntatem noſtram, & qvicqvid ipſa libertas arbitrii labore piæ mercedis (r) acqviſierit, non eſſe propriuum meritum, ſed gratiæ donum. Legi ejus & *adverſus Arianos & Macedonianos* ** parvum libellum, in qvo cöeſſentialem (s) prædicat Trinitatem: & alium *adverſus eos, qvi dicunt, eſſe in creaturis aliqvid incorporeum*, in qvo & divinis teſtimoniis & Patrum confirmat ſententiis, nihil credendum incorporeum præter DEUM. Eſt & ejus

(n) Corbej. *Regios Galliarum urbem.* (o) *Divinarum Scripturarum ſtudio* id. * Hic liber Fauſti intercidit. (p) MS. Gvelpherbyt. *Divinitatis.* (q) verba: *& libero humanæ mentis arbitrio* deſunt in variis editt. & in MS. Corbej (r) Corbej. *pro labore pio mercedis adqvaſierit.* Libri duo Fauſti de gratia & libero arbitrio A. C. 475. ſcripti, editi ab H. Caniſio primum deinde ſæpius. Vide Bibl. Patrum T. VIII. edit. Lugd. p. 525. (s) id, *eſſentialem*, vitioſe. ** Falluntur Viri docti Miræus, Caveus, aliiqve qvi hunc libellum adverſus Arianos & Macedonianos putant periiſſe: nam extat T. VIII. Bibl. Patrum edit. Lugd. p. 548. Titulo Epiſtolæ, cujus poſteriore parte nihil eſſe in rebus creatis corporeum diſputat. Hanc partem pro alio libello Gennadius mox commemoravit.

jus *epiſtola* in modum libelli, *ad Diaconum* qvendam, *Gratum* (t) nomine edita, qvi a fide catholica diſcedens ad Neſtorianam abiit impietatem. In qva epiſtola admonet eum credere, Sanctam Mariam (u) virginem non hominem purum genuiſſe, qvi poſtea divinitatem ſuſceperit, ſed DEUM verum in homine vero. Sunt vero & alia ejus ſcripta, qvæ qvia necdum legi, nominare nolui. Viva tamen voce egregius doctor & creditur & probatur. Scripſit poſtea *ad Felicem* (x) præfectum prætorii, & patriciæ dignitatis virum, filium Magni conſulis, jam religioſum, (y) *epiſtolam* ad timorem Domini hortatoriam, convenientem perſonis pleno animo pœnitentiam agere diſponentibus.

(t) id. *Grecum nomine data* alii *Gregorium*. Vitioſe. confer Tillemontium T. XVI. memor. (u) id. *Sanctam Mariam* (x) Corbej. *Scripſit & ad Felicem præfecturia & patriciæ dignitatis.* Hæc ad Felicem Epiſtola extat. T. VIII. Bibl. Patrium Lugd. p. 552. Cæterum duos Fauſtos diſtinguit Lupus Ferrarienſis Epiſt. 112. *Fauſtum dirigi poſtulo . . non qvem refellit Auguſtinus* (Fauſtum Manichæum) *ſed qvem notat in decretis Gelaſius*, confer Epiſt: 121. (y) Corbej. *jam religioſi, epiſtolam convenientem perſonis pleno animo pœnitentiam agere diſponente.*

Aub. MIRÆI *Schol.* FAUSTUS natione Gallo Britannus (hoc eſt, ex iis Britannis Gallis qvi ſupra Ligerim flumen habitant) primum Lirinenſis Abbas poſtea Regienſis ſeu Reienſis in Gallia Epiſcopus, ſcripſit *De Spiritu Sancto & contra Arianos ac Macedonianos*; qvi libri non extant. Scripſit præterea libros duos *De gratia Dei & humanæ mentis libero arbitrio*: qvi extant qvidem & a Gennadio hoc capite laudantur, ſed a Gelaſio Papa, in decreto de libris apocryphis reiiciuntur, itemqve a S. Fulgentio, Petro diacono, Alcimo Avito, & aliis refelluntur. Conſtat autem Fauſtum fuiſſe Semipelagianum: ſed vixit ac obiit ante concilium ſecundum Arauſicanum, anno 529. habitum, in qvo primum ſententia Semipelagianorum fuit damnata. Colitur porro ut Sanctus, in ſua Reienſi eccleſia. Vide, qvæ ſupra in prolegomenis & in Scholiis ad Gennadii cap. 61. diximus.

*Adverſus eos, qvi dicunt*) Fauſtus libellum ſcripſerat adverſus eos, qvi dicunt eſſe in creaturis aliqvid incorporeum, confirmans nil credendum ejuſmodi præter Deum. Qvem errorem Claudianus Mamertus, ſupra cap. 83. a Gennadio laudatus, in libris ſuis de ſtatu animæ confutat: qvibus propterea præmitti ſolet Fauſti libellus, ſed tacito nomine auctoris. Hanc ſuam ſententiam Fauſtus adſperſit etiam epiſtolæ ad Paulinum. Fuit autem olim multorum error; ut Tertulliani qvi animæ corpus, ſed tenuiſſimum, deputat in libro de anima: *Siqvidem pro ipſa*, inqvit, *tenuitatis ſubtilitate de fide corporalitatis periclitatur.*

E. SAL. CYPRIANI *Apud Regium Galliæ.* Hanc lectionem retinendam eſſe, nullum eſt dubium. Eraſmus & alii a Voſſio lib. 1. cap. 8. hiſtoriæ Pelagianæ adducti perperam habent: *apud regnum Galliæ, Gratum.* Ita lego cum Voſſio l. c. & Cavio Part. 1. hiſt. lit. p. 259. Noribergenſis habet: *Graecum*, cujus lectionis & Voſſius meminit. Ali *Gregorium* habent.

## CAPVT LXXXVI.

CÆSARIUS, (z) Arelatenſis urbis epiſcopus, vir ſanctitate & virtutibus celeber, ſcripſit egregia, & grata, & valde monachis neceſſaria opuſcula. *De gratia* qvoqve *& libero arbitrio* (a) edidit teſtimonia, divinarum ſcripturarum & ſanctorum patrum judiciis munita, ubi docet, hominem nihil de proprio agere boni poſſe, niſi eum divina gratia prævenerit. Qvod opus etiam papa Felix (b) per ſuam epiſtolam roboravit, & in latius promulgavit. Floruit hic eo tempore * qvo & Fauſtus, Anaſtaſio rempublicam adminiſtrante.

(z) Hoc caput in plerisqve Gennadii codicibus & editt. deſideratur, & Gennadio additum ab alio fuit. Licet in Gennadii Codice illud legit etiam Honorius. Sed ut recte notat Suffridus Petri, & Honorii ætate codices depravati erant. Certe Cæſarius A. C. 494. nondum fuit Epiſcopus, cum Catalogum hunc Gennadius concinnavit. (a) Hic liber Cæſarii Arelatenſis intercidit. (b) Felix IV Epiſtola data A. C. 528. Vide infra Scholium Miræi. * imo pluribus annis poſt.

Aub. MIRÆI *Schol.* S. CÆSARIUS, ex Abbate Lirinenſi Epiſcopus Arelatenſis ſcripſit Regulam ad monachos, & alteram ad ſanctimoniales: qvæ in Bibliotheca veterum Patrum, & apud Stellartium extant. Cæſarii Regula a Gregorio Turonenſi lib. 9. cap 39. 40 & 41. itemqve a Venantio Fortunato lib. 5. cap. 2. memoratur: *Atqve adſcita ſibi ſervetur ab urbe Geneſi Regula Cæſarii, præſulis alma pii.* Anno 506. Cæſarius concilio Agathenſi, & anno 524. Arelatenſi IV. interfuit, & ſenex admodum, e vivis diſceſſit. Anno 567. ad Epiſcopos in Turonenſi II. concilio congregatos S. Radegundis Abbatiſſa Pictavienſis ſcripſit epiſtolam, pro tutela & ſtabilitate Congregationis ſuæ nuper inſtitutæ. In qva inter alia hæc dicit: *Remunerante Rege Clotario, monaſterium puellarum Pictavæ urbe conſtitui: inſuper congregationi per me collecta Regulam, ſub qva S. Cæſaria degnit qvam ſollicitudo B. Cæſarii Antiſtitis Arelatenſis ex inſtitutione SS. Patrum collegit, adſcrvi.* Notat autem Sirmondus, ejuſdem nominis & muneris duas fuiſſe Cæſarias. Una S. Cæſarii Arelatenſis Epiſcopi ſoror germana fuit, qvam Cæſarius frater condito a ſe monaſterio Abbatiſſam præfecit, eidemqve Regulam, ſub qva cum ſuis viveret, dedit. Altera poſterior; qvæ priori (ſuperſtite adhuc Cæſario) defunctæ in Abbatiſſæ munere ſucceſſit: ut auctor eſt Cyprianus in vita S. Cæſarii, qvam Cæſariæ hujus rogatu compoſuit. Ab hac eadem Radegundis Abbatiſſa Regulam Cæſarii, qvam monaſterio ſuo traderet, expetiit.



Digitized by Google

Ceterum Ennodius *Cæsarium* hunc vocat *Episcoporum sui seculi nobilissimum, doctrina, eloquentia, vita sanctitate clarissimum.* Is conficta criminatione ad Theodericum Regem delatus, Ravennamqve sub custodia pertractus, Angelici cultus aspectu, & innocentiæ securitate Regem ita permovit, ut non solum pacate humaniterqve eum exceperit, sed oblatis etiam muneribus honestarit. Nec dispari ante aliqvot annos eventu, cum Visigothis adhuc pareret Arelate, falsæqve proditionis accusatus apud *Alaricum* fuisset, cum honore postea dimissus est. Utramqve fortunam lib. 1° vitæ Cæsarii complexus est *Cyprianus.* Cujus etiam liber secundus, qvi in Surii editione desideratur, in S. Martini coenobio Parisiensi extat, de miraculis S. Cæsarii compositus. Variæ præterea Pontificum Romanorum epistolæ ad Cæsarium leguntur tomo I. Conciliorum Galliæ. In qvibus est illa *Felicis IV. Papæ*, qvæ Baronium & alios viros doctos frustra exercuit, ob depravatæ subscriptionis suspicionem, qvasi post consulatum Boetii scripta dicatur: Cum Arelatensis Codex manuscriptus diserte habeat *post consulatum Maavortis* qvi annus erat Christi qvingentesimus vicesimus octavus, Felicis IV. Papæ secundus: ut Sirmondus, in Notis ad Ennodium & concilia Galliæ, primus observavit.

B. SAL. CYPRIANI. Qvanqvam Vossius hoc caput Gennadii l. 1. hist. Pelag. cap. 24. agnoscit pro genuino, indeqve c. 53. summa imis miscet; tamen certum est, huic catalogo longe post Gennadium infartam esse Cæsarii Arelatensis vitam, qvod erudite probat laudatissimus ecclesiæ Romanæ cardinalis, Henricus de Noris, lib. II. hist. Pelag. cap. 16. Adde Cavii verba P. I. p. 271. *Non me latet qvidem, vulgatos Gennadiani catalogi an. 495. scripti codices de Cæsario, qvasi sedem Arelatensem tunc gubernante, & qvamplurimorum librorum a Felice papa comprobatorum autore, loqvi. Verum ratio temporis prorsus repugnat; nec undiculus Gennadianus, utpote pessimas in fine interpolationes passus, tanta est auctoritatis, ut hac in re fidem impetret.*

*Hominem nihil.* Miræus habet: *Nihil hominem de proprio aliqvid agere boni posse.* Sed rerum Pelagianarum peritis hæc lectio non potest probari.

*In latinis promulgavit.* Codex Gv. habet: *in Latinis.*

## CAPUT LXXXVII.

SERVUS DEI (c) episcopus scripsit adversus eos, qvi dicunt, Christum in hac vita degentem non vidisse carneis suis oculis (d) Patrem, sed post resurrectionem ex mortuis, & ascensionem in coelis, cum translatus est in gloriam Dei Patris, profectum scilicet ei dantis in remunerationem martyrii. In qva scriptura ostendit, & disputatione sua, ac sanctarum Scripturarum testimoniis, Dominum Iesum ab ipso ejus conceptu per Spiritum sanctum facto, & partu ex Virgine, qvod Deus verus in homine vero ipse qvoqve Homo Deus factus natus est, semper carnis suæ oculis & Patrem vidisse, & Spiritum sanctum, per specialem & ei unitam Dei & hominis, societatem.

(c) Hoc caput in Corbej. desideratur. Liber ipse hujus Scriptoris Gennadio memoratus intercidit. (d) Dementiam appellat illam sententiam Augustinus qvi eam oppugnat auctoris nomine dissimulato Epist. 92. edit. novæ (vel 6.) & 146. (vel. 112.) cap. 22. Gennadio non videtur ita improbari. Confer Acta Eruditor. A. 1714. p. 115.

## CAPUT LXXXVIII.

VICTORIUS,* homo natione Aqvitanus, (e) calculator scrupulosus, invitatus a sancto Hilario urbis Romæ Episcopo, composuit *Paschalem cursum* indagatione cautissima; post qvatuor priores, qvi composuerunt, id est Hippolytum, Eusebium, Theophilum & Prosperum; & protendit (f) annorum seriem usqve ad annum qvingentesimum trigesimum secundum: ita ut qvingentesimo trigesimo tertio anno Paschalis reincipiat solemnitas, eodem mense & die, eademqve luna, qva primum (g) passio & resurrectio Domini facta est.

* Codex Viridis Vallis, Honorius & Trithemius vocant *Victorinum.* Sed Victorium etiam Sigeberti Codices c. 20. (e) Corbej. *homo Aqvitanicus, calculator studiosissimus.* al. *calculator scripturarum.* (f) id. *& pertendit annorum serium usqve ad annos DXXXII.* (g) *Luna qvam primum passionis ac resurrectionis Dominica facta est. Floruit sub Leone Augusto.* Corbej.

Aub. MIRÆI. *Schol.* VICTORIUS, aliis Victorinus, nonnullis, Victor, Aqvitanus Lemovix, scripsit canonem paschalem, Constantino & Ruso consulibus, ut ipse in prologo tradit, h. e. Christi anno vulgari 457 ad Hilarium, tunc Romanæ ecclesiæ Archidiaconum, post S. Leonis M. in Petri cathedra successorem. Canonem primus in lucem typis Plantinianis 1633. edidit & pererudito Comm. illustravit Ægidius Bucherius, Atrebas S.I. Theologus, amicus noster, Fol.

*Post Hippolytum, Eusebium, Theophilum & Prosperum*) de Hippolyto Portuensi supra ad Hieron. c. 61. de Eusebio Cæsariensi c. 81. de Theophilo Alexandrino episcopo ad Gennadii c. 33. egimus. Qvem Prospe

**Prosperum Gennadius** hic designet, fuse Bucherius in suo citato commentario cap. 6. disputat. Ego S. Posperum Regiensem in Aemilia episcopum designari puto.

## CAPVT LXXXIX.

THEODORITUS, Cyri civitatis episcopus (a Cyro enim rege Persarum condita servat hodieqve (h) apud Syriam nomen authoris) dicitur scripsisse multa: ad meam tamen notitiam ista sunt, qvæ venerunt: *de incarnatione Domini** adversus Eutychen Prebyterum, & Dioscurum,** Alexndriæ episcopum, qvi humanam in Christo carnem (i) fuisse negant, scripta fortia, per qvæ confirmat & ratione & testimoniis (k) scripturarum, ita illum veram maternæ substantiæ carnem habuisse, qvam ex matre virgine sumsit, sicut & veram Deitatem, qvam æterna (l) nascibilitate a DEO Patre gignente ipse nascendo accepit. Sunt & ejus *decem historia ecclesiastica libri*, (m) qvos imitatus Eusebium Cæsarienscm scripsit, incipiens a fine librorum Eusebii usqve ad suum tempus, id est, a Vicennalibus Constantini usqve ad imperium Leonis senioris, sub qvo & mortuus est.

(h) *Servatqve hodie nomen auctoris.* Corbei. * Hoc opus Theodoreti exceptis paucis fragmentis intercidit. ** male *Dionysium* habent qvidam Codices. (i) *naturam.* Corbei (k) *titulus*, id. (l) Corbei *materna*, vitiose. (m) Theodoriti tantum qvinqve libri Historiæ Eccles. exstant qvi desinunt in A. C. 429. Nvqve plures videtur Theodoretus scripsisse qvoniam ipse in calce libri qvinti profitetur se Historiam in morte Theodori Mopsvesteni & Theodori Antiocheni claudere, & in præfat. profitetur se persecutum res annorum centum & qvinqve. Igitur necesse est vel erravisse Gennadium ut Valesio videtur, vel in opus Theodoriti ab alio continuatum incidisse. Leo senior imperio præfuit ab A. C. 457 ad 474. Theodoritus defunctus A. 458.

*Aub. MIRÆI Schol* THEODORETUS, Cyri in Syria Episcopus, octingentarum ecclesiarum pastor, æqualis S. Cyrillo Episcopi Alexandrini, & aliqvando etiam adversarius (ut ex concilio Ephesino constat) qvamvis Nestorio favere sub initium controversiæ, postea tamen resipuit, & Nestorium inter hæreticos, lib. 4. de fabulis hæreticorum numeravit, & in Chalcedonensi concilio admissus inter Catholicos fuit. Ecclesiæ suæ sub annum qvadringentesimum vicesimum tertium præesse cœpit, ut Baronius in Annalibus censet. Anno qvadringentesimo qvadragesimo nono, in Conventu Ephesino, qvem *latrocinalem* vocant, & cui Dioscorus Alexandrinus præfuit, ab hæreticis depositus atqve in ordinem redactus fuit. Qvod nota contra Trithemium in Catalogo, & Franciscum Horantium l. 3. c. 18. Locorum communium, qvi ipsum an. 390. floruisse scribunt. Theodoreti opera Latine 1567 & 1573. Biremannus Coloniæ foras dedit: Græco Latina Sirmondus nuper Lutetiæ edenda curavit. Porro qvæ contra *S. Cyrillum* scripsit, in qvinta Synodo generali damnata sunt, una cum scriptis *Theodori Mopsvesteni*, qvem item Theodoretus l. 5. suæ historiæ minis laudat. *Epistola* porro, qvæ Theodoreti nomine in eadem qvinta Synodo Act. 5. extat *ad Johannem Antiochenum de obitu Cyrilli*, prorsus falsa, fictitia ac Theodoreto indigna, eo magis qvia constat Joannem Antiochenum obisse ante Cyrillum.

Supersunt hodie *libri qvinqve Historiæ ecclesiasticæ*, qvos ab ortu hæresis Arianæ incipiens, Theodoretus usqve ad tempora Theodosii junioris deduxit. In iis nominatim Secundæ Synodi generalis gesta fusius, qvam alii historici enarrat. Gennadius hoc capite dicit eum continuasse historiam suam usqve ad Leonis Imp. tempora, aliis qvinqve libris adiectis: sed illi hactenus non prodierunt. De stylo Theodoreti Photius cod. 31 ita censet; cum historiæ magis convenire qvam illum, qvo vel Socrates, vel Sozomenus, vel Evagrius Ponticus utitur.

E. SAL. CYPRIANI. *Decem historiæ Ecclesiasticæ libri.* Qvinqve posteriores Vossius de hist. Græc. l. 11. c. 20. perisse putat. Verum Valesius in præfatione suæ editionis negat, Theodoritum plures qvam qvinqve scripsisse, cum is Gennadii sententiam in fine libri 5. diserte refellens, se historiam suam claudere in obitu Theodori Mopsvesteni, testetur, ac præter Gennadium nemo veterum decem historiæ ecclesiasticæ libros ei tribuat. Itaqve probabile est, Gennadium hoc loco hallucinatum. Nam omnes codices habent *decem*.

## CAPUT. XC.

GENNADIUS, Constantinopolitanæ ecclesiæ episcopus, vir lingua nitidus, & ingenio acer, tam dives ex lectione antiqvorum fuit, ut *Danielem Prophetam* (n) ex integro ad verbum commentatus exponeret. *Homilias* etiam multas composuit. Moritur Leone seniore imperium tenente.

(o) Hæc Gennadii Cpol. scripta intercidcrunt. De aliis vide Tillemontium T. XVI. memor.

E. S. CYPRIANI Schol *Commentatus exponeret.* Puta memoriter, dictando in calamum. Alias mirum non esset, cum Danielem ad verbum expositisse. Fuit autem adeo deditus culturæ memoriæ, ut neminem ordinaret, qvi psalterium non sciret memoriter, teste Theodoro Lectore l. 1. hist. eccl. p. m. 554.



Digitized by Google

## CAPVT XCI.

THEODULUS, * Presbyter in Cœle-Syria, ſcripſiſſe multa dicitur ſed ad me *liber* ** ejus pervenit, qvem *de conſonantia Divinæ Scripturæ* compoſuit, id eſt, veteris & novi teſtamenti, adverſum antiqvos hæreticos, (o) qvi propter differentiam præceptorum vel cerimoniarum, alium veteris teſtamenti DEUM dixerunt, (p) alium novi. In qvo oſtendit, diſpenſationis fuiſſe unius ejuſdemqve DEI, auctoris utriusqve ſcripturæ, ut alia per Moyſen antiqvis daretur lex, in ſacrificiorum cerimoniis, & judiciorum animadverſionibus; alia nobis per Chriſti præſentiam in ſacris myſteriis, & futuris repromiſſionibus; nec diverſa credi debere, ſed uno ſpiritu & uno auctore dictata; (q) cum illa lex, qvæ, ſi modo ſecundum litteram obſervetur, occiderit, eademqve ipſa ſecundum ſpiritalem intellectum vivificet. Moritur hic ſcriptor ante triennium, regnante Zenone. (r)

* Codex Viridis Vallis (notante Suſtrido Petri) & Gembl. nec non Honorius *Theodorum* appellant. ** Hic Theoduli liber hodie non extat. (o) Corbej. *adverſus antiqvorum hæreſes.* (p) id. *dicunt* (q) Corbej. *ut non uno Chriſto & uno auctore dictata.* Aliæ edit. *aut non uno ſpiritu & uno auctore dictata.* (r) Zeno Iſaurus imperitavit ab A. C. 474. ad 491. unde non poſt A. 494. ſcriptum Catalogum a Gennadio conſtat.

Aub. MIRÆI *Schol.* THEODULUS, al. *Theodolus*, Honorio *Theodorus*, Presbyter in Cœleſyria, & poſtea epiſcopus, ſcripſit varia, qvæ Gennadius hic recenſet: an ex iis aliqva exſtent, nondum compert. Sub Theoduli nomine tomo 5. bibliothecæ patrum extant commentaria in epiſtolas D. Pauli. [ Sed illa Oecumenii eſſe conſtat. ]

## CAPUT XCII.

SIDONIUS, (s) Arvernorum* Epiſcopus, ſcripſit varia & grata opuſcula**, & ſanæ doctrinæ. Homo ſiqvidem tam divinis, qvam humanis ad integrum imbutus, acerqve ingenio, ſcripſit ad diverſos diverſo metro vel proſa compoſitum *epiſtolarum* inſigne volumen: (t) in qvo qvid in litteris poſſet, oſtendit. Verum in Chriſtiano vigore pollens, etiam inter barbaræ ferocitatis duritiem, qvæ eo tempore Gallos oppreſſerat, catholicus Pater & Doctor habetur inſignis. Floruit ea tempeſtate qva Leo & Zeno Romanis imperabant. (u)

(s) Hoc caput in plerisqve editis & MSS. Codd. deſideratur. Legit tamen in ſuo Gennadio Honorius. * al. *Averniorum.* ** al. *Volumina.* (t) Epiſtolæ Sidonii exſtant diviſæ in libros IX. ab ipſo auctore. (u) defunctus A. C. 482.

Aub. MIRÆI *Schol.* C. SOLLII APOLLINARIS SIDONII, Arvenorum Epiſcopi opera Jacobus Sirmondus & Joannes Savaro, utrqve Arvernus, noſtra ætate recognoverunt, notisqve illuſtrata Lutetiæ ediderunt. *Ipſum patre avoqve Præfectis prætorio Galliarum natum conſtat. De Patria cum aliis diverſa ſentiant, ipſe Lugdunenſem ſe non ſemel ſignificat. Lugduni ergo ad Rhodanum natus, atqve optimis liberalium artium uſus magiſtris* (*inter qvos* Hoenium *in poeticis*, Euſebium *in Philoſophicis commemorat*) *eam in omnibus naturæ & ſtudio laudem eſt conſecutus, ut* eruditorum ſui ævi (*qvod Mamerti Claudiani elogia de ipſo docent*) peritiſſimus ac diſertiſſimus *haberetur. Poetica inprimis fama clarus, non ſolum apud æqvales amicos, verum etiam apud Principes ipſos in pretio fuit. Qvorum alterum declarant omnium generum carmina, qva amicorum regatu ſcripſit: alterum tres Panegyrici, qvibus* A. 457. Avitum *ſocerum*, Majorianum & Anthemium *Auguſtos publice laudavit benevolentiaqve a ſingulis fructum tulit. Nam & Roma ſtatuam inter Poetas, ſub Aviti, in Fori Trajani Bibliotheca meruit; & a Majoriano, cum Circenſes daret Arelate, ſolemni ejus epulo inter honoratos eſt adhibitus. Ab Anthemio denique, poſt Comitivam & alias qvibus ornatus antea fuerat dignitates,* Præfectus Urbi *creatus, atqve* Patricius *familiam ſuam, qvam prafecturiam a majoribus acceperat, reddidit patriciam. Nec multo poſt, defuncto Arvernorum Epiſcopo* Eparchio *in ejus locum, qvamvis renitens & nondum clericus* A. 472. *ſuffectus eſt. Qvod munus ſumma cum modeſtia ſuſceptum, pari cum ſanctitate & vigilantia, turbidiſſimis temporibus, adminiſtravit. Primum enim obſeſſis per Gothos Arvernis, diutina acerrimaqve oppugnationis moleſtias pertulit. Deinde redacta, ex Nepotis Auguſti fudere, in hoſtium poteſtatem urbe, ab his per legationis ſpeciem relegatus, aliqvamdiu exulare coactus eſt. Tum ſuis tandem redditus, cum in officii curam intentus, nullam inter barbaros optimi paſtoris partem omitteret, æmulorum tamen in ſe odia concitavit. Qvibus demum victis, nec diu tamen poſtea ſuperſtes,* Apruncolo *ſucceſſore deſignato, ad cœli præmia evolavit* A. 482. *XII. Kal. Septemb. Zenone imperante. Liberos ex* Papianilla *conjuge, Aviti imp. filia, ante Epiſcopatum ſuſceptos reliqvit,* Apollinarem *filium, &* Roſciam ac Severianam *filias. Colitur autem apud Arvernos & alibi ſtato die ritqve Sanctorum & religioſe aſſervantur ſacra ejus oſſa in baſilica Geneſiana, qva jamolim ex vetere S. Saturni edicula, in primum qva conditus fuerat, translata commemorant.* Sic fere Sirmondus. Vide & Martyrolog. Rom. 23. Aug.

CA-

Digitized by Google

## CAPUT XCIII.

IOANNES, * Antiochenæ parochiæ ex Grammatico Presbyter, ſcripſit adverſum eos, qvi in una tantum ſubſtantia (x) aſſerunt adorandum Chriſtum, nec acqviescunt, duas in Chriſto confitendas naturas; docens ſecundum relationem (y) ſcripturarum unam in illo DEI & hominis perſonam eſſe, non unam (z) carnis & Verbi naturam. Simul & impugnat aliqvas Cyrilli Alexandrini epiſcopi ſententias; dicens incaute ab illo adverſus Neſtorium (a) prolatas, qvæ fomentum & robur addunt Timotheanis: qvod valde inaniter dicit. Vivere adhuc dicitur, & ex tempore declamare.

* Hujus ut opinor Joannis Antiocheni nonnulla exſtant in Actis Concil. Epheſini & T. V. Opp. Cyrilli.
(x) Corbei. *qvi unam tantum ſubſtantiam adorandum.* (y) id. *rationem.* (z) *perſonam noſtri carnis & Verbi naturam* id. (a) al. *Neſtorem.*

## CAPUT XCIV.

GELASIUS, (b) urbis Romæ epiſcopus, ſcripſit *adverſus Eutychen & Neſtorium* grande & præclarum volumen, & *tractatus* diverſarum ſcripturarum & ſacramentorum, elimato ſermone, & *adverſus Petrum & Acacium* ſcripſit *epiſtolas*, qvæ hodie in eccleſia tenentur catholica. Fecit & *hymnos* in ſimilitudinem Ambroſii epiſcopi. Obiit ſub Anaſtaſio Auguſto.

(b) Etiam hoc caput qvod ab Honorio & Codd. pleriſqve agnoſcitur in nonnullis editis & MSS. deſideratur.

Aub MIRAI *Schol.* S. GELASIUS I. PAPA natione Afer ab anno 492 uſqve ad annum 496. ſedit. Scripſit epiſtolas varias; qvæ in tomis Conciliorum exſtant, & alia qvæ Bellarminus in Catalogo recenſet. Librum *de duabus Chriſti naturis, contra Eutychen*, qvi in Bibliotheca Patrum extat, non eſſe Gelaſii Papæ ſed *Gelaſii Cyzici*, Cæſarienſis in Paleſtina Epiſcopi, idem Bellarminus l. c. & Baronius in geſtis anno 496. cenſent. At vero Henricus Spondanus in Epitome annalium Baronianorum ad annum 496 iſto de libro agens notulam hanc margini adſcripſit: *Ita qvidem ſenſerunt & alii pleriqve hactenus, nimirum hunc libellum non eſſe Gelaſii Papæ partum. Verum illum S. Fulgentius Ruſpenſis Epiſcopus, qvi eodem tempore vixit, & qvæ Afer natione fuit, Gelaſio Papæ abſqve ulla dubitatione adſcribit, multa ex eo citans: reſp. ad Ferrandum Diaconum. Haud vero ejuſdem libelli verba, qvæ hæretici in ſinum ſenſum detorqvent, aliqvid obeſſe. Catholicæ veritati, multi jam docuerunt.* Ita Spondanus: rem totam nos alias examinandam diſcutiendam relinqvimus. Idem porro Gelaſius Papa, convocatis ad ſe eruditiſſimis Epiſcopis, inſigne decretum edidit *De libris canonicis & apocryphis*: qvod integrum exſtat tomo 1. Conciliorum lib. 3. c. 217. apud Buchardum Wormatienſem. Gratianus prima ejus parte omiſſa, illud ipſum diſt. 15. recitat; & Didacus Covarruvias, Epiſcopus Segobienſis tom. 2. Variarum Reſolutionum l. 4. notis illuſtrat.

## CAPUT XCV.

HONORATUS, Conſtantinæ (c) Africæ civitatis epiſcopus, ſcripſit *ad Arcadium* qvendam, qvi pro confeſſione fidei catholicæ in partibus Africæ a Genſerico Rege miſius exulabat, *epiſtolam* ad labores pro Chriſto ferendos hortatoriam, & exemplis præſentibus, & ſcripturarum relationibus roboratam, & qvod confeſſionis fidei perſeverantia non ſolum præterita purget peccata, ſed & meritum procuret martyrii.

(c) Norimb. *Conſtantia.* Epiſtola illa ad Arcadium exſtat in Bibl. Patrum, & apud Baron. ad A. 437. Sed auctor non Honoratus dicitur verum Antonius Epiſcopus Conſtantinæ Civitatis.

## CAPUT XCVI.

CEREALIS epiſcopus, natione Afer, interrogatus a Maximino, (g) Arianorum epiſcopo, ſi paucis poſſet vel divinæ ſcripturæ teſtimoniis, absqve diſputationis duntaxat aſſertione, fidem catholicam aſſignare: qvam ille in nomine Domini, ſuffragante ſibi veritate, non paucis teſtimoniis ſicut Maximinus irridens (h) petierat, ſed copioſis tam veteris, qvam novi teſtamenti indiciis approbavit, & libello (i) edidit.

(g) Corbei. *Maximo.* Sed idem infra: *Maximinus invidens.* (h) *invidens*, id. vitioſe. (i) *libellum*, id.

Aub. MIRÆI *Schol.* CEREALIS, Epiſcopus Caſtalenſis in Africa, ſcripſit contra Maximinum, ſeu Maximianum librum de fide: qvi in bibliotheca veterum patrum tom. 4. exſtat.



Digitized by Google

## CAPUT XCVII.

EUGENIUS, (k) Carthaginis Africæ civitatis episcopus, & confessor publicus, admonitus ab Hunerico, Vandalorum Rege, catholicæ fidei expositionem, & maxime verbi homousii (l) proprietatem differere, cum consensu omnium Africæ, Mauritaniæ, & Sardiniæ atqve Corsicæ episcoporum & confessorum, qvi in catholica permanserunt fide, composuit *librum fidei*, * non solum sanctarum scripturarum sententiis, sed & patrum testimoniis communitum, & per collegas confessionis suæ porrexit. (m) Jam vero asportandus pro fidelis linguæ remuneratione in exilium, (n) *epistolas*, velut commonitorias fidei, & unius sacri & conservandi baptismatis, ovibus suis qvasi pastor sollicitus dereliqvit. *Altercationes* qvoqve, qvas cum Arianorum præsulibus per internuncios habuit, conscripsit, & relegendas per majorem domus Hunerico (o) transmisit. Similiter & *preces* pro qviete Christianorum eidem, velut apologias obtulit. Vivere adhuc ad confirmationem ecclesiæ dicitur.

(l) Corbej. *verbi omousii rationem, consensu omnium Africanorum & Maurorum Sardiniæ & Corsicæ.* * extat servata a Victore Vitensi lib. 3. de persecut. Vandalica. Cætera Eugenii hujus periere. (m) *porrexit ad portandum etiam pro.* id. (n) *in exilium vice commonitoria fidei.* id. (o) *Chunerico direxit* id. *Chunericum* habet etiam Norimbergensis Codex.

Aub. MIRÆI *Schol.* EUGENIUS ] Carthaginensis in Africa Episcopus, ab Honorio Augustodunensi vocatur *Eusebius*, a Trithemio & aliis *Eugenius*. Cæterum in vulgatis Gennadii exemplaribus, post Eugenium *Pomerius Maurus* & *Honoratus Massiliensis* subnectuntur; qvos tamen duos Honorius in suo Catalogo non habet; adeoqve videntur ad Gennadii Catalogum non pertinere. At vero Isidorus c. 12. & Sigebertus c. 54. Pomerium memorant: Honorati vero Malmesburiensis neuter meminit. Breviter (qvod semel indicasse sufficerit) manuscripta Gennadii exemplaria vetustiora inter se variant: in qvibusdam solum *Honoratus*, in aliis præterea *Pomerius*, *Cæsarius Arelatensis*, *Sidonius*, & *Gelasius Papa* omittuntur. Ne qvid tamen a lectore curioso desiderari possit, plenam Scriptorum *Centuriam* dabo, ut eam Gennadii titulo Suffridus Petrus Coloniæ Agrippinæ 1580. publicavit.

## CAPUT XCVIII.

POMERIUS, (p) natione Maurus, in Gallia (q) Presbyter ordinatus interrogantibus Juliano episcopo, & Vero Presbytero, dialecticorum more respondens arte dialectica, & sermone ingenioqve apto, composuit *de natura animæ* & qvalitate ejus (r) *& de resurrectione*, (s) & de specialitate ejus in hac vita fidelium, & generali omnium hominum *libros octo*. Quorum *primus* continet, qvid sit anima, vel qualiter (t) ad imaginem Dei credatur facta: *secundus*, vtrum anima corporea an incorporea debeat credi: *tertius*, unde sit anima primi hominis facta: *quartus*, utrum anima, qvæ nascituro corpori infundenda est, nova fiat, & sine peccato, an ex substantia (u) animæ primi hominis velut propago de radice producta, etiam peccatum primæ animæ secum trahat originaliter: *qvintus*, recapitulationem libri qvarti, disputationis & distinctionis, * & qvæ sit facultas animæ, id est, possibilitas, & qvod eam ex una & sincera voluntate obtineat: *sextus*, unde sit juxta Apostoli dictum adversitas carnis & spiritus: *septimus*, de differentia vitarum, mortium, resurrectionum carnis & animæ: *octavus* de his, qvæ sub fine mundi futura prædicta sunt, absolutiones qvæstionum, qvæ de resurrectione proponi solent. Memini, legisse me olim ejus *dictatum ad* qvendam nomine *Principium*, *de contemtu mundi*, *ac rerum transiturarum*, hortatorium; & alium *de vitiis* (x) *& virtutibus* prætitulatum. Scripsisse dicitur & alia, & adhuc scribere, qvæ ad meam notitiam non venerunt. Vivit usqve hodie conversatione DEO digna, apta professione ** & gradu.

(p) Hoc qvoqve caput Gennadio videtur additum, qvoniam de Juliano Pomerio velut qvem omiserit Gennadius, agunt Isidorus c. 12. & qvi Isidori librum non vidit Sigebertus c. 54. (q) *apud Gallias.* Corbej. (r) verba *& de qualitate ejus* desunt a Corbej. (s) id. *de resurrectione vel post resurrectionem libros octo.* (t) id. *qualiter condatur ad Dei imaginem.* (u) id. *ex substantia primi hominis, velut propago ex radice protracta etiam peccato.* * al. *Disputationes & distinctiones.* (x) *de vitiis colore virtutum minus cautis inludentibus. Scribere & alia dicitur*, ita Corbej. ** al. *confessione.*

Aub MIRÆI *Schol.* JULIANUS POMERIUS. Gennadio seu continuatori est Afer sive Maurus; Cypriano in vita S. Cæsarii Arelatensis, est Arelatensis; cui consonat Isidorus Hispalensis, Gallum faciens. Scripsit autem (teste eodem Isidoro) librum *de virginibus instituendis*, item libros tres *de vita contemplativa*; qvos falso hactenus Prospero Aqvitano attributos fuisse supra c. 84. docuimus. Item scripsit, per modum dialogi, libros octo *de natura animæ*: qvi videntur excerpti ex libris S. Gregorii Nysseni De philosophia seu potius ex Nemesii philosophi libris de anima. Item scripsit *Prognosticon* tribus libris comprehensum sed prorsus diversum ab eo, qvod diu postea scripsit *S. Julianus Episcopus Toletanus*: ut Baronius in notis Martyrologii 8. Martii & Bellarminus in Catalogo observarunt. Pomerium porro Isidorus Hispalensis c. 12. accusat erroris Tertullianei, eo qvod in libris, qvos scripsit de natura animæ, conetur illam corpoream facere.

CAPUT

Digitized by Google

## CAPUT XCIX.

HONORATUS, (y) Maſſilienſis eccleſiæ epiſcopus, vir eloquens, & absqve ulla linguæ impedimento ex tempore in eccleſia declamator, & qvia a pueritia in timore DEI creſcens etiam in negotiis eccleſiaſticis exercitatus eſt, os ſuum qvaſi armarium aperit, & in *homiliarum* modum ad utilitatem legentium multa componit, (z) maximeqve ad colendam (a) fidei rationem, & revincendam hæreticorum (b) perverſitatem. In cujus libera prædicandi conſtantia non ſolum vicinarum civitatum ſacerdotes & populi delectantur; ſed & longe poſiti, cum ad eos neceſſario pergit, ſummam ei docendi in ſuis eccleſiis rogantes injungunt. Sanctus qvoqve Papa Gelaſius, Romanæ urbis pontifex, per ſcripturam agnoſcens ejus fidei integritatem, reſcripto ſua probatam (c) judicavit. *Sanctorum* qvoqve *patrum vitas*, ad ædificationem poſterorum, coaptat ipſe legendas, præcipue nutritoris ſui *Hilarii*, *Arelatenſis* epiſcopi; *litanias* ad ſupplicandam (d) DEI clementiam, cum plebe ſibi credita pro viribus agit.

(y) Hoc caput apud Honorium non eſt & in editis qvibuſdam & MSS. deſideratur. *Videturqve medicamenti loco additum, ſtylus certe Gennadium non refert.* ita Suffridus Petri. (z) *compoſuit.* Corbei. (a) *inculcandam* id. (b) *hareſum*, id. (c) al. *probatum judicavit.* (d) *inclinandam.* Corbei.

Aub. MIRÆI *Schol.* Dum manuſcripta Gennadii exemplaria variis e locis advoco, *Petrus Franciſcus Chiffletius*, S. I. Theologus, V. Cl. Joannis Jacobi Chiffletii frater, litteris Veſontione 1638 die 11. Maji datis in hanc ſententiam ad me ſcripſit: *Gennadii Maſſilienſis, de Scriptoribus eccleſiaſticis, habeo librum unum pervetuſtum, editis non pleniorem, imo contractiorem a fine. Pomerium enim nonageſimo quinto eoque ultimo capite recenſet: Honoratum Maſſilienſem praterit. Sane vitam S. Hilarii Arelatenſis, quam auctor Chronologiæ Lirinenſis huic Honorato inſcribit, ſolo vulgati Gennadii fretus teſtimonio: Petrus Saxius in Pontificio Arelatenſi, ex manuſcripto codice, vindicat Reverentio ſeu Ravennio Arelatenſi Epiſcopo, Hilarii ſucceſſori. Et ſunt alia, qua mihi ſuſpectam faciunt illam apud Gennadium Honorati Maſſilienſis mentionem.*

E. SAL. CYPRIANI. Hanc vitæ Honorati deſcriptionem ineptiſſimus qvidam homunculus Gennadio ſuppoſuit. Stylus plane diverſus eſt a Gennadii noſtri ſcripturæ genere. Nec eſt in codicibus noſtris.

## CAPVT C.

EGo GENNADIUS, (e) Maſſiliæ Presbyter, ſcripſi *adverſus omnes hareſes libros octo*, & *adverſus Neſtorium* * *libros ſex, adverſus Pelagium libros tres, & tractatus de mille annis & de apocalypſi beati Joannis*, & hoc opus, & *epiſtolam de fide mea* miſi ad beatum Gelaſium, urbis Romæ epiſcopum.

(e) Hoc qvoqve caput abeſt a pluribus editis & MSS. * al. *Neſtorem.*

A. MIRÆI *Schol.* Gennadius Maſſilienſis presbyter (non autem Epiſcopus, ut Sigebertus & Platina cenſuerunt) vixit temporibus Anaſtaſii Imp. & Gelaſii I. Papæ. Ex variis Gennadii ſcriptis præter librum *de illuſtribus eccleſiæ ſcriptoribus*, a Caſſiodoro lib. de divinis Lect. c. 17. memoratum & a me nunc repræſentatum, extat liber de *dogmatibus eccleſiaſticis*: qvem Gelaſio Papæ dedicavit. Hunc librum falſo tribui, S. Auguſtino, jam ante 800. amplius annos monuit Clerus Lugdunenſis, de Godeſcalci cauſa, adverſus Joannem Erigenam Scotum, ſcribens. Gennadium porro fuiſſe Semipelagianum, adeoqve multis locis caute legendum, ſupra in prolegomenis & alibi monuimus.

E. SAL. CYPRIANI. De Gennadio agunt Voſſius de hiſt. Lat. l. 11. c. 18. p. 235. hiſt. Pelag. l. 1. c. 10; Henricus de Noris lib. 11. hiſt. Pelagianæ c. 16. ubi erudite diſputat de tempore ſcripti hujus catalogi a qvo Cavius P. I. p. 266 diſſentit, ſiqvidem libellum ſcriptum vult an. Chriſti 495.

*Et epiſtolam.* An hanc lectio Guelpherbytani codicis doctis placitura ſit, neſcio. Illud vero liqvido apparet, ineptum eſſe, qvod habet Miræus: *& hoc opus de fide mea.* Mihi hic locus vix alia ratione ſanari poſſe videtur.

*Adverſus Neſtorem libros ſex.* Gv. addit: *Et adverſus Eutychem libros XI.* Noribergenſis vero ſic habet: *Et adverſus Eutychem libros ſex.*



Digitized by Google

# INDEX SCRIPTORUM, QVI IN CATALOGO GENNADIANO COMMEMORANTUR.


ANtiochus episcopus cap. 20.
Asclepius Afer, episcopus. 73
Atticus Constantinopolitanus. Ep. 52
Audentius Hispanus Episcopus. 14
Augustinus Hipponensis Episcopus. 38
Avitus Hispanus presbyter. 47
Bachiarius natione Britannus. 24
Caelestinus I Papa. cap. 54.
Cælestius, socius Pelagii. 44
Cæsarius Arelatensis Episcopus. 86
Cerealis Afer Episcopus. 96
Claudianus Mamertus presbyter. 83
Commodianus 15
Cyrillus Alexandrinus Episcopus. 57.
Evagrius Ponticus. cap. 11
Euagrius alter. 50
Eucherius Lugdunensis Episcopus. 63
Eugenius Carthaginiensis Episc. 97
Eusebius qvi anno 410. vixit. 34
Eutropius discipulus S. Augustini. 49
Fastidius Britanniæ Episc. cap. 56
Faustinus presbyter. 16
Faustus Rejensis Episcopus. 85
Gelasius I Papa. cap. 94
Gennadius Constantinopolis Episc. 90
Gennadius Massilienſis presbyter. 100. vertit qvædam Evagrii c. 11. & Timothei c. 72
Heliodorus Antioch. presbyter. cap. 29
Heliodorus presbyter alius. 6
Heluidius hæreticus. 32
Hieronymus *post præf.*
Hilarius Arelatensis Episc. 69
Honoratus Afer Episcopus. 95
Honoratus Massilienſis Episc. 99.
Iacobus Nisibenus Episcopus cap. 1.
Ioannes Antiochenus presbyter 93
Ioannes Cassianus presbyter. 61
Ioannes Hierosolymitanus Episc. 30
Innocentius I Papa 43
Isaacus ex Judæo conversus 26
Isaacus Syrus, sub Marciano Imp. 66
Iulius I Papa. cap. 2
Iulianus Capuanus. 45
Iulianus Pomerius. 98
Leo I Papa. cap. 70
Leporius presbyter. 59
Lucianus presbyter. 46
Macarius Ægytius Abbas. cap. 10.
Macarius Romanus. 28
Macrobius Donatista. 5
Maximus Taurinensis Episc. 40
Mochimus Mesopotameus presbyter. 71
Musæus Massilienſis. 79
Nestorius hæresiarcha. cap. 53
Niceas Romacianus Episcopus. 22
Olympius Hispanus Episcopus. cap. 23
Oresiesis monachus Ægyptius. 9
Pachomius Abbas. cap. 7
Paulinus, discipulus Ephræmi. 3
Paulinus Nolanus Episcopus. 48
Paulinus præco Qvadragesimæ. 68
Paulus Episcopus, qvi anno 410. vixit. 31
Paulus Orosius, Historicus. 39
Paulus Pannonius presbyter. 75
Pastor Episcopus qvi anno 380. vixit. 75
Pelagius hæresiarcha. 42
Petronius Bononiensis Episcopus. 41
Petrus Edessenus presbyter. 74
Philippus, discip. S. Hieronymi. 62
Prosper Aqvitanus. 84
Prudentius Poëta. 13
Ruffinus Aqvilejensis presbyter. cap. 17
Sabbatius Episcopus Gallicanus. cap. 25
Salvianus Massiliensis. 67
Samuel Edessenus presbyter. 82.
De Sedulio ait Sirmondus p. 7. ad Ennodium, ex integris Gennadii exemplaribus didicisse se qvod obierit ille Theodosio juniore cui opus suum dicavit & Valentiniano regnantibus. Vide qvæ Miræus ad c. 83.
Servus Dei, Episcopus. 87
Severianus Gabalensis Episc. 21
Severus Sulpitius presbyter, Hist. 19
Sidonius Apollinaris. 92
Simplicianus Mediolanensis Episc. 36
Syagrius qvi anno 440. vixit. 65
Syrus Alexandrinus. 81
Theodoretus Cyri Episcopus, cap. 89
Theodorus Ancyranus Episcopus. 55
Theodorus * Antiochenus presbyter. 12
Theodorus Pachomii successor. 8
Theodulus presbyter. 91
Theophilus Alexandrinus Episc. 33.
Tichonius Afer qvi anno 390. vixit. 18
Timotheus Episcopus anno 440. clarus, 58.
Timotheus (Ælurus) hæreticus. 72
Victor Carthennensis Episc. cap. 77
Victorinus Rhetor Massiliensis. 60
Victorius Aqvitanus. cap. 88
Vigilantius hæreticus. 35.
Vigilius Episcopus. 37
Vigilius diaconus. 51
Vincentius Gallus presbyter. 80
Vincentius Lirinensis. 64
Vitellius Afer, Donatianus. 4
Voconius Episcopus Afer. 78
Vrsinus monachus. 27
Xystus I. Papa. cap. 54


* Hunc eundem esse cum Theodoro, Mopsvestleno postea Episcopo pulchre ex Facundi X. I. opus ejus 15000. versuum memorante observat Jo. Garnerius ad Marium Mercatorem T. 2. p. 260 Certe Theodorus Raithunensis, de qvo cognavit Miræus, Gennadio longe junior est, natus circa A. 446.

LIBER

Digitized by Google

# LIBER
# ISIDORI
# HISPALENSIS
## EPISCOPI
## DE
# SCRIPTORIBUS
## ECCLESIASTICIS

## AUB. MIRÆUS AD LECTOREM.

ISIDORUS *Hiſpalenſis, & poſt eum* Ildefonſus *Toletanus Epiſcopus, exemplo S. Hieronymi & Gennadii, Catalogos & ipſi de Scriptoribus eccleſiaſticis contexuerunt: Catalogos iſtos, una cum incerti auctoris libello De aliis XII. Scriptoribus, addita etiam vita* Juliani *Epiſcopi Toletani, auctore Felice, &* Salvi *Abbatis Alveldenſis,* Garſias Loaiſa *ex manuſcriptis codicibus, anno* 1593. *Madriti, cum Conciliis Hiſpaniæ, publici juris fecit. Hæc omnia eodem ordine, quo Garſias Loaiſa, candide Lector, hic tibi repræſento, & Iſidoriana cohortis ducem, juxta fidem dictorum mſs exemplarium, facio* O IIIM. *Scio, ex unico exemplari monaſterii* Fontis ſancti, *apud Galiſteum ſiti in diœceſi Caurienſi, à nonnullis in Catalogo Iſidoriano primum locum dari* Sixto *Papæ, & aliis qui proxime ſequuntur. At vero appendicem, ſeu libellum iſtum De XII. Scriptoribus non eſſe fœtum Iſidori, ſed alterius cujuſpiam, abunde convincit præfatio his verbis præfixa.* Quamvis ſuperius plurimi veterum tractatorum inter Græcos & Latinos doctiſſimi annotentur, tamen reor ipſe etiam paucorum memoriam facere, quorum lectionem recolo me attigiſſe. *Pluribus id adſtruit* Bernardus Aldretus, *Canonicus Cordubenſis, lib. 1. cap. 3. in ſuis Antiquitatibus Hiſpaniæ,* 1614. *Antverpiæ editis: ubi inter alia docet, editionem dictorum Nomenclatorum a Garſia factam aliis omnibus eſſe anteponendam. Vale itaque mi Lector, & fruere. Datum Antverpiæ, menſe Julio ineunte, medios inter clangores tubarum, tympanorum ac machinarum bellicarum, M. DC. XXXVIII.*

## VARIORUM DE ISIDORO TESTIMONIA.

### *Iſidori Pacenſis Epiſcopi, in Chronico.*

HERACLII Imp. temporibus, in æra DC. L. anno imperii ſupradicti ſecundo, *Hiſpalenſem Iſidorum* Metropolitanum Pontificem, clarum doctorem Hiſpania celebrat: qvi anno ſeptimo *Siſebuti* Gothorum Regis, contra Acephalorum hæreſim, magna auctoritate Hiſpali, in ſecretario ſanctæ Hieruſalem, Concilium agitat; atqve per veridica doctorum teſtimonia *Sirum* qvendam Acephalum Epiſcopum, ſuprafatam hæreſim vindicantem, exſuperat, & vera Concilii aſſerta confirmans, ejus eloqvia damnat, atqve a priſtino errore præfatum Pontificem diu inſeqvendo perpetualiter liberat. Hujus item Heraclii temporibus, *Siſenandus*, in æra DC. LXIX anno imperii ejus XX. regali locatus eſt ſolio: qvi anno regni ſui tertio, LXVI. in Toleto Galliæ & Hiſpaniæ Epiſcopis aggregatis, in eccleſia S. Leocadiæ virginis & martyris Chriſti, conſtante adhuc *Hiſpalenſi Iſidoro* Epiſcopo, vel in multis jam libris fulgente mirifice, de diverſis cauſſis Concilium celebravit. In hac ſancta Synodo inter cæteros *Braulio* Cæſaraugustanus Epiſcopus claruit.

### *Braulionis Epiſcopi Cæſaraugustani, in prænotatione librorum B. Iſidori.*

ISIDORUS vir egregius, Hiſpalenſis eccleſiæ Epiſcopus, Leandri Epiſcopi ſucceſſor & germanus, floruit a tempore Mauritii Imperatoris, & Reccaredi Regis: in qvo qviddam ſibi antiqvitas vindicavit, imo noſtrum tempus antiqvitatis in coſcien-



Digitized by Google

tiam imaginavit. Vir in omni locutionis genere formatus, ut imperito doctoqve ſecundum qvalitatem ſermonis, exiſteret aptus, congrua vero oportunitate loci, incomparabili eloqventia clarus. Jam vero qvantus ſapientia fuerit, ex ejus diverſis ſtudiis & elaboratis opuſcuiis perfacile prudens Lector intelligere poterit. Deniqve de iis, qvæ ad notitiam noſtram venerunt, iſta commemoravi. Edidit *libros Differentiarum duos*: in qvibus ſubtili diſcretione ea, qvæ confuſe uſu proferuntur, ſenſu diſcrevit. *Proœmiorum librum unum*, in qvo qvid qviſqve liber ſanctæ contineat Scripturæ, brevi ſubnotatione diſtinxit. *De ortu & obitu Patrum librum unum*: in qvo eorum geſta, dignitatem qvoqve & mortem eorum, atqve ſepulturam ſententiali brevitate ſubnotavit. Ad germanum ſuum Fulgentium, Epiſcopum Aſtigitanum, *Officiorum libros duos*: in qvibus originem officiorum, cur unumqvodqve in Eccleſia Dei agatur, interprete ſuo ſtilo, non ſine majorum auctoritate explicuit. *Synonymorum libros duos*: in qvibus ad conſolationem animæ, & ad ſpem percipiendæ veniæ, intercedente rationis exhortatione, erexit. *De natura rerum*, ad Siſebutum Regem, librum unum: in qvo tam de eccleſiaſticorum Doctorum, qvam etiam de Philoſophorum indagine obſcura qvædam de elementis abſolvit. *De numeris* librum unum: in qvo Arithmeticam (propter numeros eccleſiaſticis Scripturis infertos) ex parte tetigit diſciplinam. *De nominibus Legis & Evangeliorum* librum unum: in qvo majorum ſecutus exempla, brevitate qva potuit, diffuſa collegit. *Sententiarum libros tres*, qvos floribus ex libris Papæ Gregorii moralibus decoravit. *Chronicorum*, a principio mundi uſqve ad tempus ſuum, librum unum, nimia brevitate collectum. *contra Judæos*, poſtulante Florentia germana ſua, propoſito virgine, libros duos: in quibus omnia qvæ Fides catholica credit, ex Legis & Prophetarum teſtimoniis approbavit. *De viris illuſtribus* librum unum, cui nos (iſta) ſubjunximus. *Monaſtica regula* librum unum: qvem pro patriæ uſu, & invalidorum animis, decentiſſime temperavit. *De origine Gothorum*, & *regno Sueverum*, & etiam *Wandalorum hiſtoria* librum unum. *Qvæſtionum* libros duos, qvos qvi legit, veterum tractatorum multam ſupellectilem recognoſcit. *Etymologiarum* codicem nimia magnitudine, diſtinctum ab eo titulis, non libris. Qvem, qvia rogatu meo fecit, qvamvis imperfectum ipſe reliqverit, ego in viginti libros diviſi. Qvod opus omnimodæ philoſophiæ conveniens qviſqvis crebra meditatione perlegerit, non ignotus divinarum humanarumqve rerum ſcientia merito erit. Ibi redundans diverſarum artium elegantia: ibi qvæcumqve fere ſciri debentur, reſtricta collegit. Sunt & alia hujus viri multa opuſcula, & in Eccleſia Dei multo cum ornamento inſcripta. Qvem Deus, poſt tot defectus Hiſpaniæ, noviſſimis temporibus ſuſcitans, credo ad reſtauranda antiqvorum monumenta, ne uſqveqvaqve ruſticitate veteraſceremus, qvaſi qvandam appoſuit deſtinam. Cui non immerito illud Philoſophi * a nobis aptatur: *Nos*, inqvit, *in noſtra urbe peregrinantes errantesqve, tanqvam hoſpites, tui libri qvaſi domum reduxerunt: ut poſſimus aliqvando, qvi & ubi eſſemus, agnoſcere. Tu ætatem patriæ, tu deſcriptiones temporum, tu ſacrorum jura, tu ſacerdotum, tu domeſticam publicamqve diſciplinam, tu ſedium, regionum, locorum, tu omnium divinarum humanarumqve rerum nomina, genera, officia, cauſas aperuiſti.* Qvo vero flumine eloqventiæ, & qvot jaculis divinarum Scripturarum, ſeu Patrum teſtimoniis Acephalitarum hæreſim confoderit, Synodalia geſta, coram eo Hiſpali acta, declarant: in qvibus contra Gregorium, præfatæ hæreſis antiſtitem, aſſeruit veritatem. Obiit temporibus Heraclii Imperatoris, & Chriſtianiſſimi Chintilani Regis, ſana doctrina præſtantior cunctis, & copioſior operibus charitatis.

*Laudes & libros S. Iſidori recenſent etiam Ildefonſus cap.* 9. *& Sigebertus cap.* 55. (*qvos ſuis infra locis reperies*) *itemqve Trithemius, Poſſevinus & alii.* Etiam tertium librum ſuum ex Iſidoro Honorius ſublegit. Præcæteris accurate de Iſidoro ejuſqve ſcriptis Nicolaus Antonius lib. IV. Bibl. veteris Hiſpanæ cap. 3. ſeq.

## *Joannis Mariana, lib. 6. de rebus Hiſpaniæ cap. 7.*

EX Ildefonſi ſcriptis intellegitur, *D. Iſidorum* diem obiiſſe extremo Siſenandi Regis anno, qvi a Chriſti ortu erat ſexcenteſimus triceſimus qvintus: tametſi alii ad Chintilæ regnum longævam ſcilicet vitam propagaſſe arbitrantur. *Leandri, Fulgentii & Florentinæ* virginis germanus frater fuit (alii *Theodoſiæ* Reginæ addunt, Ermenigildi & Reccaredi matris) ætate minimus, animi & virtutum indole patri *Severiano*, qvem nonnulli Carthaginienſis provinciæ Ducem faciunt, ſuiſqve fratribus æqvalis; eloqventiæ, doctrinæ atqve ingenii laude multo major. Qvod vulgati Iſidori nomine libri declarant: qvorum catalogum *Ildefonſus & Branlius* in ejus vita texuerunt. Doctrinæ porro atqve eruditionis laude univerſam Hiſpaniam illuſtravit, & catholicæ Eccleſiæ, fratribus a Leuvigildo Rege relegatis, adjumento fuit. Multum contulit *Leandri* ſive induſtriæ ſive aſtus. Cum ab exilio rediiſſet, Iſidorum tunc juvenem, incertum qva de cauſſa, ſed intra conclave tamen incluſit, ſublata prorſus vagandi facultate. Quod ille otium ad

* Ciceronis de M. Varrone lib. I. Academ. qvæſt.

ad occaſionem evolvendi innumeros libros convertit: unde *Etymologiarum* volumen prodiit, qvod *Braulii* hortatu, ex indefeſſa lectione conſarcinavit, opus ſpiſſum & varium. Ex ea cuſtodia non ante eſt liberatus, qvam Leandro defuncto, ſucceſſor ei eſt ſubrogatus. Eccleſiam ſuſceptam cum optimis legibus atqve inſtitutis temperaſſet, collegium Hiſpali cònſtituendum curavit, juventuti litteris & ſapientiæ ſtudiis imbuendæ. Unde, tanqvam ex arce ſapientiæ, plurimi prodierunt morum probitate & doctrinæ laude inſignes: in his *Ildefonſus* & *Braulius*. Romam, Gregorio Magno Pontifice, profectum nonnulli affirmant; amicitiæ videlicet, qvæ cum fratre olim inita erat, confirmandæ ſtudio. Illud conſtat, Iſidori auſpiciis Reipublicæ ſtatum optimis legibus gubernatum; eccleſiaſticæ diſciplinæ inſtaurandæ cauſſa, tum Hiſpali, tum Toleti aliqvot Epiſcoporum conventus habitos. Eccleſiam ſibi demandatam qvadraginta circiter annos tenuit. In extrema ætate graviſſimo morbo implicitus, diſcipulorumqve humeris in S. Vincentii templum delatus (*Joannes* Epiſcopus & *Upartius* amiciſſimi moribundo aderant) extremum ſpiritum reddidit in eodem D. Vincentii templo, pridie Nonas Aprilis. Qvo die qvotannis ejus memoria, in Hiſpania, dicato feſto celebratur: nam de anno, qvo obiit, non ſatis eſt exploratum. Iſidoro defuncto *Theodiſclus*, natione Græcus, ex aliqvanto intervallo ſucceſſor in eccleſia Hiſpalenſi ſubrogatus eſt. Hunc nonnulli affirmant, Iſidori libros, multis locis depravatos, Avicennæ Arabi tradidiſſe, ut in linguam Arabicam converſos ipſiuſmet nomine vulgaret. Qvod de Avicenna falſum eſt: qvippe Sorſani æqvalis teſtimonio, in Avicennæ vita, exploratum eſt, poſt trecentos amplius annos ipſum deinceps vixiſſe, neqve veniſſe in Hiſpaniam, ſed in Perſarum regia vitam omnem propagaſſe. Iſidori certe nomine, non eodem tempore, tres in Hiſpania viros, eruditionis & probitatis opinione excellentes, exſtitiſſe conſtat; *Iſidorum Cordubenſem* Epiſcopum, cui ob antiqvitatem ſenioris cognomentum eſt: *Iſidorum Hiſpalenſem*, cujus actiones explicuimus; poſtremo *Iſidorum Pacenſem*; qvi, qvod duobus fuit ætate poſterior, junioris cognomen tulit: tametſi nonnumqvam ea appellatione Iſidorus Hiſpalenſis a Cordubenſi ſecerni conſuevit.

*Rob. Bellarmini, libro de Scriptoribus eccleſ.*

S. ISIDORUS Hiſpalenſis Epiſcopus ſedere cœpit in Epiſcopali ſede anno 596. & anno 636. migravit in cœlum. Scripſit multa, qvorum catalogum texit S. Hildefonſus in libro De viris illuſtribus. Sed in editione Pariſienſi anni 1601. addduntur multi libri, qvorum non meminit Hildefonſus, qvi eadem ætate vixit, qva Iſidorus ipſe. Ideo ſuſpicor hæc opera non eſſe ab ipſo S. Iſidoro ſcripta, ſed ab aliqvo alio ſuperaddita. Certe liber *De contemtu mundi*, & *Norma vivendi*, decerpta ſunt ex libro Synonymorum. Item *Chronicon* decerptum eſt ex libro 5. Etymologiarum: aut ſi non inde decerptum ſit, non eſt veriſimile, Chronicon bis ab Iſidoro ſcriptum. Porro qvæ dicuntur in editione Pariſienſi *Commentaria in Geneſim*, *Exodum &c.* dicuntur a S. Hildefonſo *Qvæſtiones* ſive *Expoſitiones Sacramentorum*, ex variis auctoribus collectæ: & duo libri ad Florentinam ſororem, *De nativitate Domini* & *De vocatione gentium*, fortaſſe ſunt duo illi libri *Contra neqvitiam Judæorum*, qvorum meminit Hildefonſus. Et libri, qvi vocantur in editione Pariſienſi, *De officiis eccleſiaſticis*, vocantur ab Hildefonſo, *De genere officiorum*.

*Cæſ. Baronii, in Notis ad Martyrologium 4. Aprilis.*

FLoruerunt in Hiſpania ISIDORI plures, doctrina & probitate nobiles: qvos omnes præceſſit tempore *Iſidorus Epiſcopus Cordubenſis*, ob id ſenior appellatus. Vixit enim Honorii Imp. temporibus. Novit eum S. Auguſtinus, & Paulus Oroſius: ad qvem Iſidorus ipſe ſcripſit commentarios in qvatuor libros Regum; ut Trithemius tradit. Poſt illum eſt *Iſidorus Hiſpalenſis*, dictus junior. Fuit & tertius *Iſidorus*, *Pacenſis Epiſcopus*, qvi Chronicon ſcripſit. Errant autem Hincmarus Remenſis, Trithemius & alii, qvi collectionem Conciliorum tribuunt Iſidoro Hiſpalenſi; cum auctor operis illius citet verba primi canonis Concilii XI. Toletani, atqve in præfatione meminerit Agathonis Papæ. In antiqvis mss codicibus hunc *Iſidorum* collectorem Conciliorum & Canonum, invenimus dictum *Mercatorem* cognomento. In libris nuper impreſſis, non *Mercator*, ſed *Peccator* inſcriptus reperitur.

## INCIPIT ISIDORI ADDITIO AD LIBROS S. HIERONYMI ET GENNADII DE SCRIPTORIBUS ECCLESIASTICIS.

Cap. I. OSIUS Cordubenſis civitatis Epiſcopus, ſcripſit ad ſororem ſuam de laude virginitatis epiſtolam, pulchro ac diſerto comptam eloqvio. In Sardicenſi concilio

cilio qvam plurimas ipſe edidit ſententias. Hic autem[1] poſt longum ſenium vetuſtaris accerſitus a Conſtantio Principe, miniſqve perterritus, metuens ne ſenex & dives damnaretur, vel exilium pateretur, illico Arianæ impietati conſenſit. Cujus qvidem vitam, ut meruit, confeſtim exitus crudelis finivit. Nam poſt impiam, ut ait qvidam, Oſii prævaricationem, dum ſanctus Gregorius Eliberitanus Epiſcopus in Cordubenſem urbem, juxta Imperiale decretum, fuiſſet adductus, ac minime vellet illi communicare, commotus Oſius dixit *Clementino Conſtantii **Præfecti Vicario, ut mitteret eum in exilium. At ille, Non audeo, inqvit, Epiſcopum in exilium mittere, niſi prius eum ab Epiſcopatu dejeceris. Ut autem vidit ſanctus Gregorius qvod Oſius vellet dare ſententiam, appellat Chriſtum, totis fidei ſuæ viſceribus exclamans: Chriſte Deus qvi judicaturus es vivos & mortuos, non patiaris hodie inhumanam proferri ſententiam adverſus me minimum ſervum tuum: qvi pro fide nominis tui, ut reus aſſiſtens, ſpectaculum factus ſum: ſed tu ipſe, qvæſo, in cauſſa tua hodie judica, ipſe ſententiam proferre dignare per ultionem. Non ego, qvaſi metuens de exilio, fugere cupio, cum mihi pro tuo nomine nullum ſupplicium grave ſit, ſed ut multi a prævaricationis errore liberentur, cum præſentem viderint ultionem. His dictis, ecce repente Oſius reſidens faſtu qvaſi regalis imperii, cum ſententiam conaretur exprimere, os vertit, diſtorqvens pariter & cervicem, ac de ſeſſu in terram eliditur, atqve ilico expiravit. Tunc admirantibus cunctis, etiam Clementinus ille gentilis expavit, & licet eſſet judex, tamen metuens, ne in ſe ſimile ſupplicium vindicaretur, proſtravit ſe ad pedes ſancti viri, obſecrans ut ſibi parceret, qvi in eum divinæ legis ignorantia peccaſſet, & non tam proprio arbitrio qvam mandantis imperio. Inde eſt qvod ſolus Gregorius ex numero vindicantium integram fidem, nec in fugam verſus eſt, nec paſſus eſt exilium. Unuſqviſqve enim timuit de illo ulterius judicare.

* Clementio. ** Præfecto.

*A. MIRÆI Schol.* Oſius Cordubenſis Epiſcopus *ſcripſit epiſtolam* De laude virginitatis, *hic ab Iſidoro laudatam: ſed dolendum eſt eam periiſſe. Ad hunc Oſium in Codice Theodoſii, itemqve Juſtiniani, exſtat lex Conſtantini De iis qvi in eccleſia manumittuntur.*

Nam poſt impiam. ] *Iſta qvæ de Oſio Cordubenſi Epiſcopo (a Marcellino Italico presbytero, Luciferiano, conficta) hic narrantur, Baronius falſa eſſe probat, in geſtis anni 357. ex SS. Athanaſii, Hilarii & Auguſtini libris. In ejuſdem Oſii favorem multa ſimiliter allegat* Bernardus Aldretus *lib. I. cap. 3. De Antiquitatibus Hiſpaniæ: qvæ curioſis examinanda relinquimus.*

Ut qvidam ] *Marcellinus Italus presbyter hic deſignatur, qvi ſchiſmaticus, ut dixi, Luciferianus fuit, & Theodoſii Imp. temporibus vixit. Negabat is laxſis etiam pœnitentibus communicandum eſſe, & in ſtabilimentum ſuæ opinionis, iſta de Oſii prodigioſa morte confinxit. De eodem Marcellino fuſius agit auctor libelli De XII. Scriptoribus, infra poſt Ildefonſi Catalogum repræſentandus.*

Gregorius Eliberitanus Epiſcopus. ] *Inter fragmenta S. Hilarii lib. 2. exſtat qvidem epiſtola Euſebii Vercellenſis, ad hunc Gregorium Eliberitanum ſcripta, poſt Concilium (ut apparet) Ariminenſe, ex qva conſtat, eundem Gregorium Oſio in Hiſpaniam revertenti reſtitiſſe. Sed creditur, poſtea Gregorium, ſaniori mentis redditum, duram auſteritatem illam flexiſſe in obſervantia catholicæ teſtudinem; qvippe qvo nonnullorum præconiis orthodoxorum celebratus reperiatur: ut Baronius loco citato fere loqvitur.*

Cap. II. IDACIUS Hiſpaniarum Epiſcopus, cognomento & eloqvio Clarus, ſcripſit qvendam librum ſub Apologetici ſpecie: in qvo deteſtanda Priſcilliani dogmata, & maleficiorum ejus artes, libidinumqve ejus probra demonſtrat; oſtendens Marcum qvendam Memphiticum, magiæ ſcientiſſimum, diſcipulum Manis fuiſſe, & Priſcilliani magiſtrum. Hic autem Uſtacio Epiſcopo, ob necem ejuſdem Priſcilliani, cujus accuſatores extiterant, Eccleſiæ communione privatus, exilio condemnatur; ibiqve diem ultimum obiit, Theodoſio majore & Valentiniano regnantibus.

*Schol.* Idacius *vel* Ithacius Clarus, *Epiſcopus Hiſpanus (de qvo multa habet Severus Sulpitius in Hiſtoria ſacra, ubi de Priſcilliano agit) ſcripſit* libros tres adverſus Varimundum Arianum, *qvi in Bibliotheca Patrum exſtant. Ejuſdem* Apologeticus *adverſus Priſcilliani hæreſes, ab Iſidoro hic memoratus, periit. Vixit anno 381. fuitqve in eo reprehenſus ac punitus ab Epiſcopis qvod Priſcillianum apud ſæculares Judices accuſaſſet, & occidi curaſſet.*

Cap. III. SIRICIUS clariſſimus Pontifex, & Romanæ ſedis Antiſtes, ſcripſit opuſculum directum ad Himerium Tarraconenſium Epiſcopum. In qvo, inter alias eccleſiaſticas diſciplinas, conſtituit hæreticorum baptiſma nequaqvam ab Eccleſia reſcindendum. Reperimus & aliam ejus epiſtolam, ad diverſos Epiſcopos miſſam; in qva condemnat Jovinianum hæreticum, atqve Auxentium, cæteroſqve eorum ſeqvaces. Præfuit Romæ annis qvatuordecim, obiitqve ſub Theodoſio & Valentiniano Imperatoribus.

*Schol.* Siricus ] *Damaſo defuncto in pontificatu anno 385. ſuffectus, anno 398. vivere deſiit; ſuccedente Anaſtaſio. Epiſtola ejus exſtant in tomis Conciliorum.*

Cap. IV. PAULINUS presbyter explicuit in benedictionibus Patriarcharum triplici intelligentiæ genere libellum, ſatis ſuccincta brevitate compoſitum. Idem etiam petente Auguſtino, conſcripſit Ambroſii vitam, ſignis florentem atqve doctrinis, & meritis Apoſtolorum non imparem. Siqvidem & Conſtantius Epiſcopus Germani vitam contexuit, obitumqve Paulini Uranius edidit.

*Schol.* Paulinus ] *primum amanuenſis ac miniſter S. Ambroſii Mediolanenſis Epiſcopi, poſtea presbyter, petente S. Auguſtino, ſcripſit* vitam *magiſtri ſui* S. Ambroſii *cum ejuſdem operibus editam: qvas S. Pauli-*

*ne Nolano a nonnullis falso adscribitur, ut Molanus in ms. Bibliotheca sacra, & Bellarminus in Catalogo, ubi de Paulino Nolano agit, recte monuerunt. Errant itaque Sigebertus Gemblacensis, Jacobus Brenlius & alii, qui Paulinum hunc presbyterum cum Nolano confundunt: e contra Isidorus & Honorius recte unum ab altero distinguunt. De aliis Paulinis, quorum scripta etiam exstant, supra in Scholiis ad caput* 48. *Gennadii egimus.*

Constantius & Uranius.] *Ex his* Constantius *Lugdunensis presbyter (non autem Episcopus, ut Isidorus putavit) a Sidonio sape laudatus, scripsit libros duos* De vita S. Germani Episc. Autisiodorensis. Uranius, *itidem presbyter*, obitum S. Paulini Nolani Episcopi *descripsit.*

Cap. V. PROBA uxor Adelphi Proconsulis, fœmina inter viros ecclesiasticos idcirco posita sola, pro eo quod in * laudem Christi versata est, componens Centonem de Christo, Virgilianis coaptatum versiculis. Cujus quidem non miramur studium; sed laudamus ingenium. Quod tamen opusculum legitur inter apocryphas Scripturas insertum.

* Laude.

*Schol. Sextus Anicius Olybrius & Sextus Anicius Probinus*, fratres germani, consules Romani anno 395. fuerunt. De eorum Consulatu Claudianus carmen panegyricum scripsit, cosque ex *Proba* & *Probo* parentibus natos asserit. Caterum ab Anicio Probos atque Olybrios genus duxisse, Hieronymus epist. 8. Prudentius lib. 1. adversus Symmachum, atque idem Claudianus in dicta panegyri docent: eamque familiam nobilitate, opibus, Consulatibus, aliisque dignitatibus præstantissimam, virtutibus insuper ac religione Christiana illustrissimam fuisse affirmant. Additque Cassiodorus, vere eam nobilem dictam, quando ab ea actionis probitas non recessit. *Anicius* autem Probus, dictorum Consulum pater, is fuit, qui cum esset Præfectus prætorio, anno 369. S. Ambrosio Insubriam, Liguriam & Æmiliam provincias regendas tradidit, ut in hujus vita Paulinus presbyter narrat: qui *Anicius* & anno 371. Consulatum una cum Gratiano Imp. gessit, tantæque potentiæ fuit, ut ad eam cognoscendam ex Perside sapientes Romam venerint. *Proba* vero ejus conjux, trium Consulum ordinariorum mater, eademque Consulum ordinariorum filia & uxor, a citatis auctoribus, itemque ab Augustino, aliisque mirifice laudata, vivente adhuc marito, *Centonem* illum *Virgilianum de Testamento veteri ac novo* concinnavit. Lapsus itaque hic videtur Isidorus, qui Probam facit uxorem Adelphi Proconsulis. Porro horum filio *Olybrio*, quem an. 395. Consulem fuisse diximus, nupsit *Juliana* clarissima ac pientissima fœmina: & ex eo matrimonio nata est *Demetrias.* Sic fere in gestis anni 395. Baronius. Hæc porro poetria a Molano & aliis vocatur *Proba Falconia Valeria*

Cap. VI. JOANNES Constantinopolitanæ sedis sanctissimus Episcopus, cognomento Chrysostomus, cujus oratio & plurimam cordis compunctionem, & magnam suaviloquentiam tribuit, condidit Græco eloquio multa & præclara opuscula, quibus utitur Latinitas. Legi duos ejus de lapsis libellos, scriptos ad quendam Theodorum, lamentis & exhortationibus plenos, utpote illum a bona conversatione dejectum. Et quia monachi vitam cum eo in uno eodemque monasterio exercuerat, ideo conversationis ibi factæ, eum in libris ipsis admonuit; provocans eum ad propositum, atque ostendens, nulli peccatori vel impio, si ad pœnitentiam redeat, desperandum. Legimus etiam librum alium, cujus prænotatio est, neminem posse lædi ab alio, nisi a semetipso. Ad personam quoque cujusdam nobilissimæ matronæ Gregoriæ reperitur opus ejus insigne de conversatione vitæ & institutione morum, sive de * compugnatione virtutum ac vitiorum. Est etiam alius liber ejusdem apud Latinos de compunctione cordis: alter quoque scriptus ad quendam Eutropium, cum palatio pulsus ad altare confugisset. Multos præterea composuit diversos tractatus, quos enumerare longum est. Cujus quidem studii, etsi non omnia, tamen quamplurima eloquentiæ ejus fluenta de Græco in Latinum sermonem translata sunt. Hic autem 13. anno Episcopatus sui, discordia Theophili Alexandrini Episcopi, oppressus est. Nam faventes Episcopi Arcadio Imperatori, damnaverunt eum innocentem, atque ab Episcopatu dejectum, Pontum in exilium detruserunt. Cujus corpus, tricesimo quinto anno a defunctionis, ab exilio Constantinopolim revocatur, & in Apostolorum ecclesia sepelitur. * compugnantia.

*Schol. S. Joannes Chrysostomus*, Episcopus Constantinopolitanus, supra ab Hieronymo cap. 129. laudatus, anno trecentesimo sexto ordinatus fuit presbyter: ut in ejus vita Palladius refert. Anno 403. Constantinopoli ad argenteam Eudoxiæ Augustæ statuam ludos fieri prohibuit; & circa Pascha anni proxime sequentis in exilium missus fuit. Anno demum Christi 407. ætatis 53. Comanis ad Pontum Euxinum vivere disiit. Nomen ejus primus omnium in sacras tabulas retulit Alexander Antiochenus; atque ut idem alii facerent, ad Imperatorem, omnesque ecclesiarum Episcopos scripsit. Atticus Costantinopoli & ipse tandem adscripsit, & Cyrillum, qui vehementer obnitebatur, ut in Ægypto adscribi præciperet, litteris hortatus est; Cessit tamen postea Cyrillus, partim Isidori Pelusiotæ suasu, partim divino, ut ajunt, visu admonitus. Joannisque nomen, synodo convocata, diptychis apposuit: ut ex Nicæta philosopho narrat Nicephorus. Cæterum opera Chrysostomi Græco Latina annis superioribus Parisienses tomis IX. publicarunt; Frontone in primis Ducæo, S. I. Theologo, aliis post ejus obitum procurantibus. De sacrarum illius reliquiarum translationibus Baronius in Annalibus & Notis ad Martyrologium consuli poterit.

Cap. VII. SEDULIUS presbyter edidit tres libros, dactylico heroico metro compositos: quorum primus signa & virtutes veteris Testamenti potentissime resonat, reliqui vero gestorum Christi sacramenta & miracula intonant.

*Schol. C. Calius Sedulius*, * Schotus Hibernensis, presbyter, soluta & vincta oratione excellens, discendi caussa Britanniam, Galliam, Italiam, aliasque provincias varias lustravit; Theodosio juniore & Valentiniano imperantibus. Scripsit *Collectanea in Matthæum*, & *Explanationem omnium Epistolarum S. Pauli*, ex Origene, Ambrosio, Hieronymo & Augustino excerptam. Joannes Hesselius, Doctor & civis Lovaniensis, observavit, ad illud I. Cor. 15. *Per gloriam vestram*, haberi verba Pelagii aut alicujus Pelagiani; ut Mo-



lanus

* Duo Sedulii a Miræo confunduntur.

lanus in ſua Bibliotheca ſacra ms. notat. Qvæ verba an ſint intruſa, Theologis diſcutiendum relinqvo. Scripſit præterea Sedulius *libros qvinqve carminum de qvinqve mirabilibus operibus Dei, & Hymnos duos de Chriſto*: qvarum alter alphabeticus eſt, & in Eccleſia canitur in feſtivitatibus Natalis Domini & Epiphaniæ. Hujus initium eſt tale: *A ſolis ortus cardine.* De Paſchali opere Sedulii exſtat præclarum Gelaſii I. Papæ elogium; *Venerabilis*, inqvit, *vir Sedulius Paſchale opus, qvod heroicis ſcripſit verſibus, inſigni laude proferimus.*

Cæterum Sedulii verſus poſt ejus mortem, ex ejuſdem ſcriniis collectos, recenſuit Aſterius, qvi anno Chriſti 449 Conſulatum cum Protogene geſſit; ut conſtat ex ipſius Aſterii epigrammate, qvod in codice ms. Remenſi, poſt epiſtolam Sedulii, ad Macedonium ſcriptum legitur his verbis:

Sume, ſacer meritis, veracia dicta poëtæ,
Qvæ ſine figmenti condita ſunt vitio.
Qvo caret alma fides, qvo ſancti gratia Chriſti,
Per qvam juſtus ait talia Sedulius.
Aſteriiqve tui ſemper meminiſſe jubeto,
Cujus ope & cura edita ſunt populis.
Qvem qvamvis ſummi celebrent per ſecula Faſti,
Plus tamen ad meritum eſt, ſi viget ore tuo.

Epigrammati vero præmittitur hæc adnotatio: *Hoc opus Sedulius inter chartulas diſperſum reliqvit. Qvod recollectum, adornatumqve ad omnem elegantiam, divulgatum eſt a Turcio Ruſo Aſterio V. C. Conſule ordinario atqve Patricio.* Hæc deb. m. is Sirmondo, in Notis ad Epiſtolas Ennodii.

Cap. VIII. POSIDIUS, Africanæ provinciæ Epiſcopus, ſtilo proſecutus eſt vitam ſancti Auguſtini. Cui etiam operi ſubjecit Indiculum ſcriptorum ejus; enumerans, qvanta idem beatiſſimus doctor ſcripſerit: ubi pluſqvam qvadringentorum librorum volumina ſuppurantur. Homiliarum vero & Epiſtolarum, Quæſtionumque infinitus modus eſt: ut pene vix poſſit quiſquam articulo ſuo aliena tanta ſcribere, quanta ille proprio labore compoſuit.

*Schol. Poſſidius* ] Calamenſis in Africa Epiſcopus (qvem Honorius & alii Poſſidonium nuncupant) *S. Auguſtini ms. vitæ ſuæ vitam, ſcriptorumqve ejus indicem* poſteri reliqvit: qvæ in omnium fuit manibus.

Cap. IX. PRIMASIUS Africanus Epiſcopus compoſuit ſermone ſcholaſtico de hæreſibus libros tres, directos ad Fortunatum Epiſcopum; explicans in eis, quod olim beatus Auguſtinus in libro hæreſeon imperfectum, morte interveniente, reliquerat: in primo oſtendens, quid hæreticum faciat, ſecundo & tertio digerens, quid hæreticum demonſtret. Claruit Juſtiniano regnante.

*Schol. Primaſius* ] in Byzacena Africæ provincia Epiſcopus, tempore Vigilii Papæ Conſtantinopoli fuit, cum qvinta Synodus generalis celebraretur: ut ex collatione ſecunda ejuſdem ſynodi conſtat. Scripſit commentaria in *Apocalypſim*, qvorum Caſſiodorus lib. divin. Lect. cap. 9. meminit. Ejuſdem commentaria in *Epiſtolas D. Pauli* exſtant tom. 6. Bibliothecæ Patrum. Libri tres ejuſdem *De hæreſibus*, ad Fortunatum, putantur interiiſſe. Vixit autem Primaſius non anno 440 ut Sixtus Senenſis putavit, ſed anno qvingenteſimo tertio. [ Verba *Claruit Juſtiniano regnante* (ita enim leg. pro *Juliano*) non ſunt in edit. Sirmondi Petri. ]

Cap. X. PROTERIUS, Alexandrinæ Antiſtes eccleſiæ, ſcripſit ad Leonem, Romanæ ſedis Epiſcopum, de feſtivitate Paſchali. Hunc autem, Leonis Auguſti temporibus, Dioſcori hæretici ſucceſſores, auctore Timotheo, ſeditione facta, crudeliſſime peremerunt; ipſumqve Timotheum ſibi pro Alexandrino Epiſcopo conſtituerunt.

*Schol. Proterius* ] Alexandrinus Patriarcha, Dioſcori hæreſiarchæ, in Chalcedonenſi concilio damnati (qvi Cyrillum proxime exceperat) ſucceſſor, ad Leonem Papam, anno qvingenteſimo qvinqvageſimo qvarto, ſcripſit epiſtolam, qva Paſcha Dominicum illo vulgari Chriſti anno in octavum Kalendas Maias diffundendum pluribus oſtendit. Eam ex ms. correcte deſcriptam Ægidius Bucherius ſuo in Victorii Aqvitani Canonem Paſchalem commentario cap. 2. inſeruit.

Cap. XI. PASCHASINUS Sicilienſis Epiſcopus edidit unam Paſchalem epiſtolam, ad Leonem ſupradictum Papam directam. In qva refert Paſchalis myſterii miraculum his verbis: Eſt, inquit, poſſeſſio quæ appellatur Miltinas, * in montibus arduis, ac ſilvis denſiſſimis conſtituta: illic perparva atque vili opere conſtructa eccleſia eſt, in cujus baptiſterio, nocte ſacroſancta Paſchali, baptizandi hora, cum nullus canalis, nulla ſit fiſtula, nec aqua omnino vicina, fons ex ſe repletur, omnibuſque qvi adfuerint conſecratis, cum deductorium nullum ſit, ut venerat aqua, ex ſe diſcedit. Claruit ſub Theodoſio juniore, Arcadii Imp. filio.

*Schol. Paſchaſinus* ] alias Paſchaſius, Lilybetanus ſeu Lilybæi in Sicilia Epiſcopus, recenter e captivitate Wandalorum reductus, anno qvadringenteſimo qvadrageſimo tertio ad S. Leonem Papam ſcripſit Epiſtolam Paſchalem, qvæ inter ejuſdem Leonis epiſtolas mendoſa legitur. Hanc, ad fidem ms. codicis correctam, iidem Bucherius, citato libro, ſub finem primi captis, evulgavit. * al. *Meltinas*, vel *Mentinas*.

*In cujus baptiſterio, nocte Paſchali* ] Miraculum iſtud, in Paſchate apud Siculos fieri ſolitum, ipſe Paſchaſinus Epiſcopus ad S. Leonem Magnum perſcripſit. Simile in Hiſpania miraculum, ad annum 583. Gregorius Turonenſis lib. 10. cap. 22. & Sigebertus Gemblacenſis narrant.

Cap. XII. JULIANUS quidam cognomento Pomerius, octo libros de animæ natura in dialogi morem conſcripſit. Quorum primus continet, quid ſit anima, vel qualiter credatur ad imaginem Dei facta. ſecundo loqvitur, utrum anima corporea ſit, an incorporea. In tertio differit, primo homini unde anima facta. In quarto, utrum, nova anima ſine peccato fiat; an peccatum primi hominis ex illo propagata originaliter trahat. In quinto deſcribit, qvæ ſit facultas animæ. In ſexto eloqvitur, unde ſit

ea

es diſcordia, qua carni ſpiritus, vel caro ſpiritui adverſatur. In ſeptimo autem ſcribit de differentia vitarum ac mortium, vel reſurrectione carnis, & animæ, ſive de morte carnis, ac de ejus reſurrectione. In octavo loqvitur de iis quæ in fine mundi futura ſunt, vel de quæſtionibus, qvæ ſolent de reſurrectione proponi, ſive de finibus bonorum atque malorum. Hic tamen in ſecundo ejuſdem operis libro Tertulliani erroribus conſentiens, Animam corpoream eſſe dixit, qvibuſdam hoc fallacibus argumentis aſtruere cotendens. Edidit etiam unum libellum de virginibus inſtituendis: alios quoque tres de futuræ vitæ contemplatione; vel de actuali converſatione, necnon etiam de vitiis & virtutibus.

*Schol.* De Juliano Pomerio fuſe ſupra in Scholiis ad caput 84. & 98. Gennadii egimus. Errant autem, qvi Julianum Pomerium cum Juliano Epiſcopo Toletano confundunt.

Cap. XIII. EUGIPIUS Abbas Lucullanenſis, oppidi Neapolis Campaniæ ad qvendam Paſchaſium diaconum libellum de vita ſancti monachi Severini tranſmiſſum brevi ſtilo compoſuit. Scripſit etiam regulam monachis conſiſtentibus in monaſterio ſancti Severini, qvam eiſdem moriens qvaſi teſtamentario jure reliqvit. Claruit poſt Conſulatum Importunii junioris, Anaſtaſio Imp. regnante.

*Schol. Eugipius*] ſeu Eugippius presbyter & Abbas Lucullanenſis, prope Neapolim Campaniæ urbem, Geloſii I. Papæ diſcipulus, ſcripſit vitam *S. Severini* Abbatis ac Noricorum Apoſtoli, qvam Surius ad diem 8. Januarii, ſed mutilam, Marcus autem Velſerus integram publicavit. Item *Theſauri tomos duos** ex operibus S. Auguſtini concinnavit, Baſileæ 1542. & Venetiis 1543. editos. Moneo autem caute legenda ſcholia, qvæ hæretici attexuerunt. De hoc opere ita Caſſiodorus cap 23. De divin. Lectionibus: *Convenit ut presbyteri Eugipii opera neceſſaria legere debeatis, qvem nos qvoqve vidimus, virum qvidem non uſqve adeo ſæcularibus litteris eruditum, ſed Scripturarum divinarum lectione plenisſimum. Hic ad parentem noſtram Proban, virginem ſacram, ex operibus S. Auguſtini valde beatiſſimi qvæſtiones ac ſententias, ac diverſas rei doſturas, in uno corpore neceſſaria nimis diſpenſatione collegit, & in trecentis triginta octo capitulis collocavit.* Ad hunc Eugipium extat epiſtola Fulgentii Ruſpenſis Epiſcopi. Sic fere Molanus in ms. Bibliotheca ſacra. * Hæc juniori Eugipio deberi obſervatum.

*Importunii junioris* ] Garſias Loaiſa monet hic legendum eſſe; *poſt Conſulatum Importunii & Decii junioris.*

Cap. XIV. FULGENTIUS Afer, eccleſiæ Ruſpenſis Epiſcopus, in confeſſione Fidei clarus, in Scripturis divinis copioſe eruditus, in loquendo dulcis, in docendo ac diſſerendo ſubtilis, ſcripſit multa, ex quibus legimus de gratia Dei ac libero arbitrio libros reſponſionum ſeptem: in quibus Fauſto, Galliæ Regienſis urbis Epiſcopo, Pelagianæ pravitati conſentienti, reſpondens obnititur ejus profundam deſtruere calliditatem. Legimus & ejus librum de ſancta Trinitate, ad Felicem directum notarium: librum quoque regulæ veræ Fidei, & alium de Sacramento incarnationis Domini noſtri Jeſu Chriſti. Extant & duo ejus libri de veritate prædeſtinationis, ad epiſcopos miſſi, in quibus demonſtrat, quod gratia Dei in bonis voluntatem humanam præveniat, & quod Deus quoſdam prædeſtinationis ſuæ munere juſtificans præelegit, qvoſdam vero in ſuis reprobis moribus, occulto qvodam judicio, dereliqvit. Eſt & liber altercationis ejus, quo de Fide cum Traſamundo Rege idem Fulgentius diſputavit. Ad Ferrandum qvoqve eccleſiæ Carthaginienſis diaconum unum de interrogatis qvæſtionibus ſcripſit libellum. Compoſuit & multos tractatus, quibus ſacerdotes in eccleſiis uterentur. Plurima quoque feruntur ingenii ejus monumenta. Hæc tantum ex pretioſis doctrinæ ejus floribus carpſimus. Sors melior, cui delitias omnium librorum ejus præſtiterit Deus. Claruit ſub Traſamundo Rege Wandalorum, Anaſtaſio Imp. regnante.

*Schol. S. Fulgentius*] Ruſpenſis in Africa Epiſcopus, S. Auguſtini ſectator, anno qvingenteſimo viceſimo nono, Kalendis Januarii, vivere deſiit. Opera ejus *Joannes Vlimmerius* Lovanienſis, Martini Lipſii & Joannis Coſterii diſcipulus, atqve in veterum Patrum libris recenſendis æmulator, typis Plantinianis 1574. edenda curavit. Huic editioni *Joannes Molanus*, Doctor & civis Lovanienſis, prolegomena præfixit, in qvibus de Fulgentii libris editis & non editis erudite diſſerit.

Cap. XV. EUCHERIUS Franciæ Epiſcopus, elegans ſententiis, ornatus in verbis, edidit ad Hilarium Arelatenſem Antiſtitem, eremi deſerta petentem, unum opuſcululum de laude ejuſdem eremi, luculentiſſime & dulci ſermone dictatum. In qvo opere laudamus doctorem, etſi pauca, tamem pulchra dicentem. *Brevitas* enim, ut ait qvidam, *laus eſt interdum in una parte dicendi; in univerſo eloqvio laudem non habet.*

*Schol* De S Eucherio Lugdunenſi Epiſcopo ſupra in Scholiis ad caput 63. Gennadii fuſe diſſeruimus.

Cap. XVI. HILARIUS Arelatenſis Epiſcopus ſcripſit vitam parentis & prædeceſſoris ſui ſanctiſſimi ac venerabilis Honorati Epiſcopi, ſuavi ac præclaro prædictatam eloqvio.

*Schol.* De S. Hilario Arelatenſi Epiſcopo plura qvi volet, Scholia noſtra ad Gennadii capita 69. & 99. legere poterit.

Cap. XVII. APRIGIUS eccleſiæ Pacenſis Hiſpaniarum Epiſcopus, diſertus lingua, & ſcientia eruditus, interpretatus eſt Apocalypſim B. Joannis Apoſtoli, ſubtili ſenſu atque illuſtri ſermone, melius pene qvam veteres eccleſiaſtici viri expoſuiſſe videntur. Scripſit & nonnulla alia, qvæ tamen ad notitiam noſtræ lectionis minime pervenerunt. Claruit temporibus* Theodi Principis Gothorum.

* Theudis.

*Schol. Aprigius* ] aliis Apringius, Pacis Juliæ in Hiſpania Epiſcopus, circa annum qvingenteſimum qvadrageſimum vixit. *Ejus nomine exſtat* (inqvit Loaiſa) *opus ingens manuſcriptum in Apocalypſim. Sed ego, cum vidiſſem codicem Gothicum Legionenſem, ſcriptum ara milleſima octava, animadverti de auctoris nomine inde non conſtare, ſed editum opus in gratiam cujuſdam Æterii. Qvin & in præfatione auctor ille ait, ſe collegiſſe ſua ex libris Victorini, Iſidori & Aprigii. Ex qvo manifeſte conſtat, non eſſe illum Aprigium, cujus Iſidorus meminit.* Sic fere Loaiſa in ſuis Notis ad Iſidori Catalogum.

Cap. XVIII. JUSTINIANUS Imperator qvoſdam libros de Incarnatione Domini edidit, qvos etiam per diverſas provincias miſit. Condidit qvoqve & reſcriptum contra Illyricianam ſynodum, & adverſus Africanos Epiſcopos, Chalcedonenſis ſynodi defenſores, perverſo ſtudio: in qvo Tria capitula damnare contendit, id eſt, Theodori Mopſveſteni Epiſcopi dicta, reſcripta Theodoreti Epiſcopi, & epiſtolam qvæ dicitur Ibæ Edeſſeni Epiſcopi.

*Schol.* Ut ea, qvæ hoc capite & proxime ſeqventi Iſidorus narrat, a qvovis capiantur, libet hic breviter proponere *hiſtoriam Trium capitulorum concilio Chalcedonenſi:* qvarum primum fuit de *Theodori Mopſveſteni* Epiſcopi ſcriptis, ſecundum de *Iba Epiſcopi Edeſſeni* epiſtola, tertium de *Theodoreti Cyrenſis* Epiſcopi ſcriptis contra Neſtorium. Porro celebris illa de Tribus iſtis capitulis controverſia temporibus Vigilii Papæ eſt exorta, & ob eam qvinta generalis Synodus Conſtantinopoli eſt habita: cujus qvidem controverſiæ ſeries hæc fuit. Neſtorio damnato, ejus fautores *Theodori* Mopſveſteni qvondam Epiſcopi libros in vulgus ſparſerunt, qvibus ita naturas in Chriſto duas aſſerebat, ut Neſtoriano errori ſuffragari videretur. De his libris altercati ſunt inter ſe Catholici paulo poſt Epheſinam ſynodum: hinc *Armenis monachis* Theodorum oppugnantibus, cum *Rabula* Edeſſeno Epiſcopo & aliis pleriſqve; inde *Joanne Antiocheno*, itemque Theodoſio Imp. & aliis pro illo ſtantibus.

Ad hæc Ibas Edeſſenus Epiſcopus, Rabulæ ſucceſſor, epiſtolam ſcripſit ad Maris Perſam, in qva Cyrillum perinde ac Neſtorium redarguit, ut & Rabulam; Theodorum vero Mopſveſtenum magnopere collaudat. Secutum eſt *Chalcedonenſe concilium:* in qvo *Ibas* a nonnullis judicio poſtulatus, & in Berytenſi ſynodo abſolutus anno 448. denuo eſt receptus, poſtqvam Neſtorio & Eutychio anathema dixit: ac tum lecta illius eſt epiſtola, & eatenus tolerata, qvod hæreticum in ea dogma nullum eſſet. Qvamvis enim Cyrillum perſtringeret, idipſum tamen, recenti adhuc inter Orientales & Ægyptios diſſidio, condonari viſum eſt oportere. In eodem Concilio *Theodoretus*, qvi in Epheſino latrocinio a Dioſcoro depoſitus fuerat, in conſeſſum eſt admiſſus: qvi qvidem, flagrante illa Joannis Antiocheni & Cyrilli ſimultate, contra hujus anathematiſmos XII. acutum commentarium ediderat.

Secundum hæc (Palæſtinis qvibuſdam monachis inſtantibus, & una cum his *Pelagio* Romanæ Sedis diacono & Apocriſiario) *Origenes* Juſtiniani Imp. decreto damnatus eſt. Cui *Mennas* Conſtantinopolitanus ac *Pelagius* ſubſcripſerunt; tum *Vigilius* ipſe Romanus Pontifex, ac cæteri Patriarchæ. Qvæ res *Theodorum* Cæſarienſem Epiſcopum, Origenis & Acephalorum patronum, qvo cum Pelagius ſimultatem habebat, vehementer offendit. Hic pro ea, qva apud Imperatorem valebat, gratia auctor fuit, ut, ad conciliandos cum Catholicis Acephalos, *Theodorus Mopſveſtenus*, in Ibæ laudatus epiſtola, damnaretur, una cum epiſtola ipſa, & Theodoreti libris contra Cyrillum. Qvod cum Imperatori Juſtiniano, redintegrandæ ſpe concordiæ, placuiſſet, Catholici complures interceſſerunt, rati tribus illis condemnatis auctoritatem ſynodi Chalcedonenſis labefactari; in qva *Ibas* cum epiſtola ſua ac Theodori commendatione probatus erat, & *Theodoretus* ſedi ſuæ reſtitutus. Pervicit tamen Imp. Juſtinianus, & anno 546 librum edidit, qvo Tria illa damnavit capitula, eiqve *Menname*, ac cæteros Patriarchas coëgit ſubſcribere. *Vigilium* vero Romanum Pontificem excivit Conſtantinopolim; ac diu-tergiverſantem in ſuam aliqvatenus traxit ſententiam. Nam ſeqvente anno pacis ſtudio, Vigilius decretum edidit, qvod *Judicatum* dicitur: in qvo, ſalva Synodi Chalcedonenſis reverentia, Tria iſta capitula damnavit. Inſtante porro Juſtiniano, ut abſolute ac ſine ulla Synodi mentione capitula damnaret, Vigilius abnuit, & adverſus minas omnes ac contumelias invicto animo perſtitit.

Juſtinianus, ut ei controverſiæ modum poneret, generale Concilium indixit, qvintum ordine Conſtantinopoli anno 553. celebratum eſt, reclamante Vigilio: qvi Trium capitulorum patrocinium adverſus Imperatorem reſumpſit. Eadem nihilominus a qvinta Synodo damnata ſunt: & Origenes inſuper anathemati ſubjectus, una cum Didymo & Evagrio. Vigilius, qvod illius decreto ſubſcribere nollet, in exilium ejectus eſt, ac pleriqve alii eadem ex cauſſa vexati. Synodus vero, Romanæ tandem Sedis aſſenſione, firmata ſuum inter Oecumenicas locum obtinuit. Vigilius Narſetis opera ab exilio revocatus, dum Romam cogitat, in Sicilia calculi morbo obiit, poſt Conſulatum Baſilii anno decimo ſeptimo, ut habet Victor in Chronico, id eſt, anno Chriſti qvingenteſimo qvinqvageſimo octavo.

*Illyricianam Synodum.* ] Victor Tununenſis in Chronico: *Poſt Conſulatum Baſilii anno VIII.* (hoc eſt Chriſti 549.) *Illyriciana Synodus in defenſione Trium capitum Juſtiniano Auguſto ſcribit.* Contra hanc Illyricianam Synodum Juſtinianus Imp. reſcriptum edidit: ut Iſidorus hoc capite teſtatur. Obiit autem Juſtinianus anno qvingenteſimo ſexageſimo qvinto, cum annos 38. menſes 8. imperaſſet. Succeſſit ei *Juſtinus*, Vigilantia Juſtiniani ſorore natus.

Cap. XIX. FACUNDUS Afer, Hermianenſis eccleſiæ Epiſcopus, duodecim libros pro defenſione Trium capitulorum ſcripſit; qvorum ſtilo elicuit præfata Tria capitula, in præſcriptione Apoſtolicæ fidei, & Chalcedonenſis ſynodi impugnatione fuiſſe damnata, id eſt, epiſtolam Ibæ Edeſſeni Epiſcopi ad Marim Perſam directam, & Theodorum Mopſveſtenum Epiſcopum, & Theodoreti Cyri Epiſcopi dicta. Claruit poſt Conſulatum Baſilii anno qvarto, regnante Juſtiniano Imperatore.

*Schol. Facundus* ] Hermianenſis *ſeu* Ermianenſis in Africa Epiſcopus, *pro defenſione Trium capitulorum concilio Chalcedonenſi*, ad Imp. Juſtinianum libros XII. ſcripſit. Qvæ ſint illa Tria capitula, ſuperiore capite explicuit. Facundi autem libros ex mss. codicibus Vaticanis, qvibus in Annalibus ſuis Baronius uſus eſt, Jacobus Sirmondus, S. I. Theologus, 1629. Lutetiæ edidit. *Nec vero fraudi eſſe poteſt Trium capitulorum cauſſa, quam Facundus defendit; in qva, ſi verum loqvi placet, honeſtius fuerat cum Vigilio cadere, quam vincere cum Juſtiniano. Qvod ſi Vigilium perpetuo ducem ſeqvi maluiſſet, quam Vigilium, poſt-*

qvam-

*qvam Justiniano cedendum censuit, tum Afris suis reprehendere, nemo illam de suscepta Capitulorum defensione, ad qvam Vigilius ipse ultro postea rediit, jure accusandum judicaret. Sed Facundum ac collegas, ut Vigilio repugnarent, fefellit error qvo tenebantur, qvemqve Victoris & Isidori de Facundo testimonia declarant, qvod persuasum haberent, non posse absqve injuria Fidei Synodique Chalcedonensis eversione Capitula condemnari: proinde damnari non patiebantur. At contra Vigilius liberam esse controversiam intelligens, & qva utram in partem vergeret, ad Fidei doctrinam nihil attineret (qvod ipsum post Vigilii tempora Gregorius Magnus, Pelagius, & alii sape testati sunt) ea interdum libertate usus est, qvam causa concedebat: semper alioqvin ad defendenda, ut par erat, & probanda Capitula propensior. Nam & principio, cum mali labes orta est Constantinopoli, eorum damnationi vehementius obstitit: & qvamqvam* Judicatum *postea in eorum condemnationem protulit, ut schismati occurreret, publicamqve concordiam sententia sua jactura redimeret; tamen ubi aliter eveniisse qvam sperabat, atqve hac ejus moderatione turbari Capitulorum defensores, abuti adversarios animadvertit; tum suppresso Judicato ad pristinam defensionem mox rediit, in eaqve constitit. Cumqve id agi sentiret, ut per vim extorqveretur ab invitis condemnatio, suspectam habens Synodum Graecorum, interesse noluit; & suam de Capitulis non damnandis sententiam, edito Constituto, graviter exposuit. Synodo denique, cum Capitula damnasset (ne provinciae, qva plurima reclamabant, iterum offenderet) assensum negavit. Ex qvibus appareat, nullam in hac Vigilii consiliorum varietate inconstantiam fuisse, qvod visum est nonnullis; sed stabilem potius fixamqve in tuenda Ecclesia, qvam regebat, pace concordiaqve constantiam. Cujus ipsius pacis studio Vigilii successores, cum pauci, jam contra niti viderent, ut una omnium in Ecclesia mens & vox esset, assenserunt & ipsi tandem, & Synodo, incerta ad id tempus auctoritatis, Concilio generalis vim momentoqve confirmationis sua praebuerunt.* Sic fere Sirmondus in sua ad Facundum praefatione.

**Cap. XX.** JUSTINIANUS de Hispania, ecclesiæ Valentinæ Episcopus, ex qvatuor fratribus & Episcopis, eadem matre progentis, unus, scripsit librum Responsionum ad qvemdam Rusticum, de interrogatis qvæstionibus: qvarum prima responsio est de Spiritu sancto: secunda est contra Bonosiacos, qvi Christum adoptivum, & non proprium dicunt: tertia responsio est de baptismo Christi, qvod iterare non licet: qvarta responsio est de distinctione baptismi Joannis & Christi: qvinta responsio est, qvod Filius sicut Pater invisibilis sit. Floruit in Hispaniis temporibus Theudæ Principis Gothorum.

**Cap. XXI.** JUSTUS Urgelitanæ Ecclesiæ Episcopus Hispaniarum, & frater prædicti Justiniani, edidit libellum expositionis in Cantica canticorum, totum valde breviter atqve aperte per allegoriarum sensum discutiens. Hujus qvoqve fratres Nebridius & Elpidius qvædam scripsisse feruntur, de qvibus qvia nobis incogniti sunt, magis reticendum fatemur.

*Schol.* Circa annum Christi 535. floruerunt in Hispania fratres germani qvatuor, sapientiæ opinione & Episcopatus honore nobiles. *Justus Urgelitanus*; cujus exstat in Cantica explanatio. *Justinianus Valentinus* hic librum edidit, in qvo qvinqve qvæstiones explicantur a Rustico qvodam propositæ; de Spiritu sancto; de Bonosiacis, qvi alio nomine Photiniani erant; de Trinitate; Baptismum Christianum non esse iterandum, & differre a Joannis baptismo. *Nebridius Agathensis* Præsul in Gallia Gothica vixit. Loaisa *Egarensem* Episcopum vocat. *Elpidius* cui ecclesiæ præfuerit, clam est. Sic fere Mariana lib. 5. cap. 7. de Rebus Hispaniæ.

**Cap. XXII.** MARTINUS, Dumiensis monasterii sanctissimus Pontifex, ex Orientis partibus navigans in Gallias venit, ibiqve conversis ab Ariana impietate ad Fidem catholicam Suevorum populis, regulam fidei & sanctæ religionis constituit, ecclesiasticos informavit, monasteria condidit, copiosaqve præcepta piæ institutionis composuit. Cujus qvidem ego ipse legi librum de differentiis qvatuor virtutum, & aliud volumen epistolarum, in qvibus hortatur vitæ emendationem, & conversationem fidei, orationis instantiam, eleemosynarum distributionem, & super omnia culturam virtutum omnium, pietatem. Floruit regnante Theudomiro Rege Suevorum, temporibus illis qvibus Justinianus in Republica, & Athanagildus in Hispaniis imperium tenuere.

*Schol. Martinus* Dumiensis in Galæcia monasterii primum Abbas & conditor, postea Bracarensis in Lusitania Episcopus anno 572. floruit. Æra 598. Bracarensi synodo primæ, & æra 610. secundæ præfuit. Baronius existimat ipsum anno 573. obiisse. Scripsit librum *De qvatuor virtutibus*, falso Senecæ a nonnullis attributum, sive *Formulam honestæ vitæ*, qvæ tom. 6. Bibliothecæ Patrum exstat. Isidorus huic libro dat titulum *De qvatuor virtutum cardinalium differentia*. Idem *Collectionem Canonum ex Græcis synodis* adornavit; qvæ in tomis Conciliorum legitur. In Appendice ad vitas Patrum, typis Plantinianis 1628. editas, exstant *sententiæ Ægyptiorum Patrum*, ab homine Græco anonymo collectæ, & a Martino Dumiensi in Latinum translatæ. Fuit autem natione Pannonius, ut ex ejus epitaphio constat.

**Cap. XXIII.** AVITUS Viennensis Episcopus, scientia sæcularium litterarum doctissimus, edidit qvinqve libellos heroico metro compositos: qvorum primus est de origine mundi; secundus de originali peccato; tertius de sententia Dei, qvartus de diluvio mundi; qvintus de transitu maris rubri. Scripsit & ad Fuscinam sororem de laude virginitatis librum unum, pulcherrimo compositum carmine, & eleganti epigrammate coaptatum.

*Schol. S. Avitus*, alias *Alcimus Avitus*, Viennensis in Gallia Episcopus, vir longe nobilissimus, sanctissimus ac doctissimus, anno 494. floruit. Multa scripsit versu & soluta oratione: ut Greg. Turonensis l. 2. cap. 34. Ado Viennensis in Chronico testantur. Ex iis in Bibliotheca Patrum leguntur libri carminum, qvibus *Genesim* & *Exodum* describit; itemqve liber *De castitate*, ad Fuscinam sororem: qvos libros plane gravissimos & venustissimos Bellarminus in Catalogo nuncupat. Aviti ejusdem *Epistolæ* exstant manuscriptæ Parisiis apud Sirmondum; ex qvibus nonnullas tom. 1. Conciliorum Galliæ publicavit. Inter alias est epistola *ad Clodoveum*

*Francorum Regem*, qva de ſuſcepta ab eo Chriſti fide atqve baptiſmo gratulatur. Exſtat item *Homilia* ejuſdem Aviti de inſtitutis a Mamerto Viennenſi Epiſcopo Rogationibus. Abſiſto Avito longe alius eſt *Avitus presbyter Hiſpanus*, ſupra cap. 47. a Gennadio laudatus.

Cap. XXIV. DRACONTIUS compoſuit heroicis verſibus hexaëmeron creationis mundi, & luculenter, qvod compoſuit, ſcripſit.

*Schol. Dracontius* natione Hiſpanus, libellos duos verſibus conſcripſit. Prior, carmine heroico conſcriptus, Hexaëmeron nuncupatur, & creationem mundi continet: cui operi *Eugenius Toletanus Epiſcopus* monoſtichamrecapitulationem ſeptimi diei adjecit. Altero libello, ad Theodoſium juniorem Auguſtum verſibus elegiacis ſcripto, veniam petit, ſi fortaſſe in præcedenti carmine incautus erraverit, precemqve defert, cur de triumphis illius eodem in opere tacuerit. Utrumqve Dracontii libellum, juſſu Chindaſuindi Regis, ab eodem Eugenio Epiſcopo (ut Ildefonſus cap. ultimo de Viris illuſtribus teſtatur) emendatum, Sirmondus 1619. Lutetiæ publicavit.

Cap. XXV. VICTOR, Tununenſis eccleſiæ Africanæ Epiſcopus, a principio mundi uſqve ad primum imperii Juſtini junioris annum, brevem per Conſules bellicarum eccleſiaſticarumqve rerum nobiliſſimam promulgavit hiſtoriam, laude & notatione illuſtrem, ac memoria dignam. Hic pro defenſione Trium capitulorum a Juſtiniano Auguſto eccleſia ſua pulſus, exilio in Ægytum tranſportatur. Inde rurſus Conſtantinopolim vocatus, dum Juſtiniano Imperatori & Eutychio Conſtantinopolitanæ urbis Epiſcopo, obtrectatoribus eorundem Trium capitulorum, reſiſteret, rurſus in monaſterium ejuſdem civitatis cuſtodiendus mittitur, atqve in eadem damnatione, ut dicunt, permanens moritur.

*Schol.* Juſtiniano imperante, *Victor Tununenſis* ſeu Tononenſis in Africa Epiſcopus; Chronici ſcriptor; *Dionyſius Exiguus* Abbas Romanus; *Liberatus* Carthaginienſis Archidiaconus, Trium capitulorum, cum Facundo Hermianenſi, propugnator; *Arator* poëta qvi Vigilio Papæ librum ſuum dicavit; *Caſſiodorus* & alii plurimi doctrina morumqve integritate claruerunt. Eodem regnante, *Procopius*, *Agathias* & *Marcellinus Comes* Hiſtorici, vixerunt. Marcellini Chronicon (qvod ab initio Theodoſii Aug. uſqve ad annum 534. deduxit), Sirmondus 1619 Pariſiis emendatius & auctius publicavit.

Cap. XXVI. JOANNES ſanctæ memoriæ alius Conſtantinopolitanus Epiſcopus, natione Cappadox, vir fuit inæſtimabilis abſtinentiæ, & eleemoſynis in tantum largiſſimus, ut zelo avaritiæ adverſus eum Imperator Mauritius permotus, urbe pellendos pauperes ediceret. Hic Græco eloqvio edidit de Sacramento baptiſmatis reſcriptum ad beatæ recordationis dominum meum & prædeceſſorem Leandrum Antiſtitem; in qvo nihil proprium ponit, ſed tantumodo antiqvorum Patrum replicat de trina merſione ſententias. Claruit temporibus Mauritii Principis, defunctusqve eſt Auguſto eodem regnante.

Cap XXVII GREGORIUS Papa, Romanæ ſedis Apoſtolicæ Præſul, compunctione timoris Dei plenus, & humilitate ſummus, tantoqve per gratiam ſancti Spiritus ſcientiæ lumine præditus, ut non modo illi præſentium temporum qviſqvam doctorum, ſed nec in præteritis qvidem illi par fuerit unqvam. Hic in Epiſcopatus ſui exordio edidit librum Regulæ paſtoralis, directum ad Joannem Ravennæ ſedis Epiſcopum. In qvo docet, qvalis qviſqve ad officium regiminis veniat, vel qvaliter, dum venerit, vivere vel docere ſubjectos ſtudeat. Idem etiam, efflagitante Leandro Epiſcopo, librum beati Job myſtico ac morali ſenſu diſſeruit, totamqve prophetiæ ejus hiſtoriam in trigintaqvinqve voluminibus, largo eloqventiæ fonte, explicuit. In qvibus qvidem qvanta myſteria ſacramentorum aperiantur, qvantaqve in amorem vitæ æternæ morum præcepta tradantur, vel qvanta clareant ornamenta verborum, nemo ſapiens explicare valebit, etiamſi omnes artus ejus vertantur in linguas. Scripſit etiam & qvaſdam epiſtolas ad prædictum Leandrum, e qvibus unam in eiſdem libris Job, titulo præfationis, adnectit. Altera eloqvitur de merſione baptiſmatis, in qva inter cætera ita ſcriptum eſt: Reprehenſibile, inqvit, eſſe nullatenus poteſt, infantem in baptiſmate mergere vel ſemel vel ter, qvando in tribus perſonarum Trinitas, & in una poteſt divinitatis ſingularitas deſignari. Præterea * edidit, qvod totum myſticum ejus intellectum in XXII. homiliis diſſeruit: Homilias item Evangeliorum; item dialogi more cum Petro habitos de virtutibus Patrum libros qvatuor: in qvorum diſſertatione & verborum flores, & ſenſuum depromit venuſtates. Fertur tamem idem excellentiſſimus vir & alios libros morales ſcripſiſſe, totumqve textum qvatuor Evangeliorum ſermocinando in populis ex poſuiſſe, incognitum tamen nobis opus; tamen felix, qvi omnium ſtudiorum ejus potuit cognoſcere dicta. Floruit autem Mauritio Auguſto imperante, obiitqve in ipſo exordio Phocæ Romani Principis.

* Deeſt aliqvid.

*Schol. S. Gregorius Papa* anno 590. creatus, cognomento *Magnus*, anno 604. ad cælites tranſiit. Opera ejus omnia, juſſu Sixti V. Papæ, Petrus Toſſianenſis, Epiſcopus Venuſinus, in ſex tomos redegit, Romæ, Antverpiæ & alibi editos. Anno ſui pontificatus qvarto ſcripſit *Dialogorum libros*: qvos a Melchioris Cani calumniis fortiter Baronius vindicat, in ſuis ad Martyrologium Notis, 23. Decembris. Vitam ejus ad Joannem VIII Papam libris IV. ſcripſit Joannes diaconus.

Cap. XXVIII. LEANDER genitus patre Severiano, Carthaginienſis provinciæ Hiſpaniæ, profeſſione monachus, & ex monacho Hiſpalenſis eccleſiæ, provinciæ Bæticæ, conſtitutus Epiſcopus, vir ſuavis eloqvio, ingenio præſtantiſſimus, vita

vita qvoqve tantum atqve doctrina clarissimus, ut etiam fide ejus atqve industria populi gentis Gothorum ab Ariana insania ad Fidem catholicam reverterentur. Hic namqve, in exilii sui peregrinatione, composuit duos adversus hereticorum dogmata libros, eruditione sanctarum Scripturarum ditissimos. In qvibus vehementi stilo Arianæ impietatis confodit atqve detegit pravitatem, ostendens scilicet, qvid contra eosdem habeat Ecclesia, vel qvantum distet ab eis religione vel fidei sacramentis. Extat & aliud laudabile ejus opusculum adversus instituta Arianorum; in qvo propositis eorum dictis suas responsiones opponit. Præterea edidit unum, ad Florentinam sororem, de institutione virginum & contemptu mundi libellum; titulorum distinctionibus prænotatum. Siqvidem & in Ecclesiasticis officiis idem non parvo elaboravit studio. In toto enim Psalterio duplici editione orationes conscripsit. In sacrificii qvoqve laudibus atqve psalmis multa dulcisone composuit. Scripsit & epistolas multas ad Papam Gregorium, de baptismo unam; alteram ad fratrem, in qva prænonet cuiqvam mortem non esse timendam. Ad cæteros qvoqve Coëpiscopos plurimas promulgavit familiares epistolas, & si non satis splendidas verbis, acutas tamen sententiis. Floruit sub Reccaredo, viro religioso ac Principe glorioso; cujus etiam temporibus mirabili obitu actualis vitæ terminum clausit.

*Schol. Leander*, Hispalensis Episcopus; ex Hispania Constantinopolim, ad Tiberium Aug. legatus, navigavit; synodo Episcoporum interfuit, & cum Gregorio, post Papa (qvi pro Pelagio II. partes Legati tunc agebat) familiaritatem habuit. Ex vitæ studiorumqve similitudine voluntates conciliatas fuisse, indicio sunt libri Moralium a Gregorio, Leandri hortatu, ejusqve nomine in publicum dati. Joannes Biclarensis tradit anno 589. Leandri atqve Eutropii tunc Abbatis Servitani, infra cap. 32. laudandi, consilio & auctoritate actiones tertii concilii Toletani potissimum gubernatas fuisse. Leander porro, circa an. 603. moriens, fratrem suum *Isidorum* in Episcopatu successorem habuit. Vide qvæ supra in Prolegomenis diximus.

Cap. XXIX. LICINIANUS Carthaginis Spartariæ Episcopus, in Scripturis doctus, cujus qvidem nonnullas epistolas legimus; de Sacramento deniqve baptismatis unam, & ad Eutropium Abbatem; postea Valentiæ Episcopum, plurimas. Reliqva vero industriæ & laboris ejus ad nostram notitiam minime pervenerunt. Claruit temporibus Mauritii Augusti. Occubuit Constantinopoli, veneno, ut ferunt, extinctus ab æmulis. Sed, ut scriptum est, justus qvacumqve morte præoccupatus fuerit, anima* ejus in refrigerio erit.

* Sap. IV. 7.

Cap. XXX. SEVERUS Malacitanæ sedis antistes, collega & socio Liciniani Episcopi, edidit libellum unum adversus Vincentium Cæsaraugustanæ urbis Episcopum, qvi ex catholica Fide in Arianam pravitatem fuerat devolutus. Est & alius ejusdem de virginitate ad sororem libellus, qvi dicitur Annulus. Cujus qvidem fatemur cognovisse titulum, ignorare eloqvium. Claruit temporibus prædicti Imperatoris, qvo etiam regnante vitam finivit.

*Schol. Severus* Malacitanus & *Licinianus* al. Luciniahus Carthaginiensis in Hispania Præsules, cum Vincentius Cæsaraugustanus Episcopus ad Arianos transisset, ejus perfidiam de scripto jugularunt. Licinianus Constantinopoli diem obiit, nimirum cum Leuvigildi Regis furorem fuga declinasset. Ejus epistola ad Gregorium Papam exstat in libris Moralium. Alias ejusdem epistolas mss. habuit Garsias Loaisa.

Cap. XXXI. JOANNES Gerundensis ecclesiæ Episcopus, natione Gothus, provinciæ Lusitanæ, Scalabitanus. Hic cum esset adolescens Constantinopolim perrexit, ibiqve Græca & Latina eruditione nutritus, septimo demum anno in Hispanias reversus est, eodem tempore qvo, incitante Rege Leuvigildo, Ariana fervebat insania. Hunc supradictus Rex cum ad nefandæ hæresis credulitatem compelleret, & hic omnino resisteret, exilio trusus, Barcinonam relegatus, per decem annos multas insidias & persecutiones ab Arianis perpessus est. Qvi postea condidit monasterium, qvod nunc Biclaro dicitur: ubi congregata monachorum societate, scripsit Regulam ipsi monasterio profuturam, sed & cunctis Deum timentibus satis necessariam. Addidit & in libro Chronicorum, ab anno primo Justini junioris principatus usqve ad annum octavum Mauricii Principis Romanorum, & qvartum Reccaredi Regis annum, historico compositoqve sermone valde utilem historiam. Et multa alia * scribere dicitur, qvæ ad nostram notitiam minime pervenerunt.

* scripsisse.

*Schol. Joannes Biclarensis Abbas*, Scalabi in Lusitania natus, anno 17. Constantinopoli, studiorum gratia, junior consumpsit: inde, utriusqve linguæ, aliarumqve artium cognitione instructus, in patriam redux, ab Arianis Barcinonem in exilium missus, ad Pyrenæi montis radices *Biclarense* monasterium condidit: ubi hodieqve eodem nomine visitur. Exinde, Reccaredo regnante, Gerundensis Episcopus factus, demum Sanchila dominante desiit.

Cæterum Joannes Biclarensis Chronicon Victoris Tunnunensis ab anno 566. usqve ad 590. annum continuavit: qvæ Chronica junctim Ingolstadienses & alii vulgarunt. Ab isto est alius *Joannes* itidem Gerundensis Episcopus, cognomento *Margaritus*, longe junior; qvi *Paralipomenon*, sive *Rerum Hispania ab aliis relictarum* libros decem usqve ad tempora Honorii & Arcadii Imp. deduxit. Extant Granatæ 1545. sine nomine auctoris, a Sanctio Nebrissensi, Antonii filio, & postea Francofurti typis editi.

Cap. XXXII. EUTROPIUS, ecclesiæ Valentinæ Episcopus, dum adhuc in monasterio Servitano degeret, & pater esset monachorum, scripsit ad Episcopum Licinianum, cujus supra fecimus mentionem, valde utilem epistolam; in qva petit ab eodem, pro qva re baptizatis infantibus chrismatis unctio tribuatur. Scripsit & ad Petrum episcopum Irtabicensem, de districtione monachorum sermone salubri compositam epistolam, & valde monachis necessariam.

Cap. XXXIII. MAXIMUS, Cæsaraugustanæ civitatis Episcopus, multa versu prosaqve componere dicitur. Scripsit & brevi stilo historiam de iis qvæ temporibus Gothorum in Hispaniis acta sunt, historico & composito sermone. Sed & multa alia scribere dicitur, qvæ necdum legi. Laus Deo & Domino nostro Jesu Christo.

*Schol. Maximus* Cæsaraugustanus Episcopus concilio Barcinonensi anno 599. Toletano 610. & Egarensi 614. subscripsit. Hunc itaqve librum Isidorus usqve ad annum 610. aut circiter deduxit.

# INDEX SCRIPTORUM ECCLESIASTICORUM

## QVI IN ISIDORI CATALOGO RECENSENTUR.


Agrigius Pacensis Episcopus. cap. 17
Auitus Viennensis Episcopus. 23
Dracontius poëta. cap. 24
Eucherius Lugdunensis Episc. cap. 15
Eugipius Abbas. 13
Eutropius Servitanus. 32
Facundus Hermianensis Ep. cap. 19
Fulgentius Ruspensis Episcopus. 14
Gregorius I. Papa. cap. 27
Hilarius Arelatensis Epis. cap. 16
Idacius Clarus. cap. 2
Joannes Cappadox CP. Episcopus. 26
Joannes Chrysostomus CP. Episc. 6
Joannes Biclarensis. 31
Julianus Pomerius. 12
Justinianus Imp. 18
Justinianus Valentinus Episcopus. 20
Justus Urgelitanus Episcopus. 21
Leander Hispalensis Epis. cap. 28
Licinianus Carthaginiensis Epis. 29
Martinus Dumiensis. cap. 22
Maximus Cæsaraugustanus Episc. 33
Osius Cordubensis Episcopus. cap. 1
Paschasinus Lilybetanus Ep. cap. 11
Paulinus minister S. Ambrosii. 4
Possidius Calamensis Episcopus. 8
Primasius Afer Episcopus. 9
Proba poëtria. 5
Proterius Alexandrinus Episcopus. 8
Sedulius poëta. cap. 7
Severus Malacitanus Episcopus. 30
Siricius Papa. 3
Victor Tununensis Episcopus. cap. 25.


LIBER

Digitized by Google

# LIBER ILDEFONSI TOLETANI EPISCOPI DE SCRIPTORIBUS ECCLESIASTICIS.

## VARIORUM DE S. ILDEFONSO TESTIMONIA.

### *Isidori Pacensis Episcopi, in Chronico.*

VAMBA Gothorum Rex, anno regni sui qvarto, in æra 723. in Toletana urbe, in beatæ matris Domini Mariæ Virginis æde seu atrio, in Secretario, Concilium salutis parat; præsidente tunc sanctissimo *Ildefonso*, mellifluo in libris de virginitate nostræ Dominæ Mariæ, ut Anchora Fidei.

### *Baronii, in Notis ad Martyrologium, 23. Januarii.*

HUNC alii ILDEFONSUM, ALFONSUM alii appellant: successit *Eugenio* ejusdem sedis Antistiti, imperante Heraclio, anno Christi 662. sedituqve annos novem, & menses duos. Habentur Ildefonsi res gestæ conscriptæ a *Juliano* ejusdem urbis Episcopo, qvas refert Surius. Porro non tantum inter sanctos, sed etiam inter celebres Scriptores ecclesiasticos adnumeratur. Libuit hic referre qvæ in appendice operis illius, qvod idem scripsit Ildefonsus de Viris illustribus, legi in veteri manuscripto Vaticanæ Bibliothecæ. Sunt hæc ad verbum descripta:

Scripsit Ildefonsus qvam plurimos libros, luculento sermone potissimos, qvos inde in tot partibus censuit dividendos: id est, librum *Prosopopœia imbecillitatis propriæ*; libellum *de virginitate S. Mariæ* contra infideles; opusculum *de proprietate personarum Patris & Filii & Spiritus sancti*; opusculum annotationis *de Viris illustribus*; opusculum annotationis in sacris; librum *de cognitione baptismi*, & *de progressu spiritualium*. Partis qvoqve secundæ liber *Epistolarum* est, in qvo ad diuersos scribens, ænigmaticis formulis egit, personasqve interdum induxit, in qvo etiam a qvibusdam luculentiora Scriptorum responsa promeruit. Partem sane tertiam *Missarum* esse voluit, *Hymnorum* & *Sermonum*. Altioris deniqve partis liber qvartus, versibus prosaqve contextus: in qvo epitaphia & qvædam sunt epigrammata annotata. Scripsit & alia multa, qvorum, variis molestiarum occupationibus impeditus, aliqua cœpta, aliqva semiplena reliqvit. Adscitus autem in pontificatum, nono glorioso Recceswinthi Principis anno, novem annis & duobus fere mensibus clarus habitus fuit vitæ meritis, & recto regendi modo. Expleto decimo octavo Principis anno, sequente die X. Kalendas Februarii, domicilio carnis exuitur, atque in ecclesia beatæ Leocadiæ tumulatur, ad pedes sui conditus decessoris, cum qvo creditur æterno frui receptaculo. *Hactenus ex ms. codice Vaticano.* Reperimus eumdem, ob solidam fidei constantiam, *Anchoram fidei*, & ob dicendi facundiam, *Chrysostomum* appellatum aliqvando, cum citatur. Qvod autem Ildefonsus perstringi videatur in concilio Francofordiensi; qvod dixerit, Christum Filium Dei adoptivum secundum carnem; non ita accipiendum est, ut more Nestorianorum duas in Christo personas voluerit constituere, sed duas distinguere naturas, improprie licet, per personam, naturam significans: sicut e contra Cyrillus Alexandrinus aliqvando fecisse videtur, cum in Christo unam tantum dixerit esse naturam, nimirum naturam pro persona accipiens, in secundo anathematismo. Qvod testatur etiam Leontius lib. de sectis, & Joannes Damascenus de fide orthodoxa lib. 3. cap. 4o. Qua loqvendi licentia Eutychiani abusi, hæresim de una in Christo natura confirmare conati sunt. Condonandum est Patribus, si aliqvando impropria usi sunt voce, cum ex eorumdem scriptis, qvod de Fide catholica recte senserint, mille locis probari possit. Hæc eadem dicta sint de sanctis Episcopis Toletanis, *Eugenio* & *Juliano*, qvi in eadem Synodo eadem dictione notantur.



Digitized by Google

## *Joannis Marianæ, lib. 6. de rebus Hiſpaniæ, cap.* 10.

RECCESUINTHI regni anno 9. qvi annus a Chriſti ortu erat ſexcenteſimus qvinqvageſimus ſeptimus, *Eugenius* Toletanus Præſul extinctus eſt: *Ildefonſus*, Agalienſis Abbas, in ejus locum cooptatus, eximia morum probitate ac doctrina. Erat Toleti nobili genere natus, patre *Stephano*, matre *Lucia*. In excelſa ejus urbis parte ædes monſtrantur, Illefonſi natalibus nobiles. Eæ ædes cum Orgatii procerum conſeqventi tempore eſſent factæ, nuper in Societatis Jeſu jus poſtatemqve migrarunt: qvorum ſtudio effectum, ut qvod majorum negligentia prætermiſſum videbatur, in nobiliſſima urbe templum Illefonſi nomine exſtaret.

*Eugenio* deceſſori, nondum Archiepiſcopo, *Illefonſus*, doctrinæ cauſſa, junior operam dedit. *Iſidori Hiſpalenſis* Epiſcopi fama celebris tunc erat in primis. Ad eum Hiſpalim miſſus, in collegiumqve cooptatus, qvod juventutis inſtituendæ cauſſa ab Iſidoro extructum fuerat, viro doctiſſimo expoliendum ſe limandumqve permiſit. Libri multi & varii, qvos *Julianus* ſucceſſor in tria corpora ab ipſomet auctore tributa ait, multis ingenii luminibus diſtincti, ſententiarum majeſtate graves, ſtilum magis redundantem, illius ſæculi vitio, qvam caſtum atqve nitidum conſectantur.

Iis ſtudiis ac totius vitæ tenore cum ſumma omnia polliceretur, ſpretis honoribus, vitam principalem cum privata mutare certus, in *Agalienſi* monaſterio cucullum induit. Erat id monaſterium non procul ab urbe ſitum, ad Septemtrionalem plagam, SS. Coſmæ & Damiani vel S. Stephani nomine dicatum. Stephanus pater filii ſuſceptam vitæ rationem ægre qvidem, ſed probavit tandem; uxoris potiſſimum hortatu, poſt longam ſterilitatem affirmantis precibus a divino Numine impetratum; Virginis matris obſeqviis deberi qva ſe religione implicaſſet, ſi voti compos eſſet facta, datam Superis fidem haud qvaqvam impune violari; redderent Deo divina beneficia. In eo collegio qvantum Ildefonſus brevi profecerit, indicio eſt illius monaſterii præfectura, poſt paucos annos ejus fidei commendata: cum Adeodato defuncto, (qvi poſt Helladium, Juſtum, Richilam, iſtius monaſterii Abbas fuerat) monachi non alium ſibi præficiendum gubernatorem judicarent. Qvo tempore in prædio Debienſi ſua impenſa *virginum collegium* fundavit, parentibus interea defunctis. Eccleſiæ mox Toletanæ cura ſuſcepta, in omni virtutum genere ſecum ipſe certare, majorqve conditione mortali viſus eſt.

Ex Gallia Gothica qvidam *Pelagius* & *Helladius* profecti, veteris *Helvidii* inſaniæ ſcintillas in Hiſpania exſuſcitare cœperant; Mariam negantes perpetuo virginitatem tenuiſſe. Horum furorem ſibi Illefonſus impugnandum ſumpſit, cominus diſputando, eminus libro evulgato, in qvo perpetuæ virginitatis Mariæ patrocinium ſuſcepit. Ea diligentia erroris ſemina diſſipata, compreſſiqve nefarii iſtorum impoſtorum conatus: operæ novatæ merces veſtis de cœlo allata fuit. Hæc omnia *Cixila*, Illefonſi ſucceſſor, memoria propagavit, ex ore *Urbani* Archiepiſcopi item Toletani, atqve *Evantii* Archidiaconi accepta, qvibus per ætatem licuit rei geſtæ miraculo intereſſe. Porro cum eccleſiam gubernaſſet Ildefonſus novem annis, ac menſibus fere duobus, vitam immortalitate mutavit, Receſuinthi regni anno nonodecimo inchoante. Corpus ad S. Leocadiæ tumulatum, ad Eugenii deceſſoris pedes; inde, in vaſtatione Hiſpaniæ tuneſta ac generali, Senticam (*Zamoram* nos dicimus) migravit: ubi dicato tumulo, in Petri Apoſtoli templo, magno populi religione colitur. Veſtis de cœlo allata, ſimili caſu jactata, Oveti ſervatur.

## *Pelagii Ovetenſis Epiſcopi, in additione ad Sebaſtiani Salmanticenſis Epiſcopi Chronicon, Pompelone* 1634. *editum.*

OVETI, in eccleſia S. Salvatoris habetur ipſum pallium, qvod dedit ipſa Regina cœli Ildefonſo Toletanæ ſedis Archiepiſcopo, pro laudibus in honore ſanctæ ipſius virginitatis celebratis; ubi ipſa ſanctus Epiſcopus glorioſus contulit adverſus hæreſiarchas Helvidium atqve Jovinianum: ſic dicens illi, circumſtantibus tam Angelorum qvam & Sanctorum multiplicibus choris, inenarrabili luce circumſcriptis: *Accipe hoc munus, qvod tibi de theſauro Filii mei attuli.*

## INCIPIT ILDEFONSI ADDITIO AD LIBRUM ISIDORI DE VIRIS ILLUSTRIBUS, POST HIERONYMUM ET GENNADIUM.

VIRORUM adnotationem illorum, qvorum dictis atqve doctrinis ſancta Eccleſia toto terrarum orbe diffuſa, illuſtratur, atqve in bonis defenditur ex adverſis, mox poſt deſcenſionem Chriſti, ab Apoſtolorum exordio, vir beatus atqve doctiſſimus *Hieronymus* presbyter plene dicitur annotaſſe: qvi ſigillatim nomina eorum, ſeriem temporum, monumenta librorum, diverſitates opuſculorum in laudibilem neceſſariamqve

qve memoriam, uſqve ad ſeipſum, ſtilo evidenti conſcribens, & innoteſcendo monſtravit, & retexendo poſteris commendavit. Hunc ſecutus *Gennadius*, renotationis ordine, textu ſimili præcurrit: deinde vir prudentiſſimus, *Iſidorus* Hiſpalenſis Epiſcopus, eodem ductu qvoſqve viros optimos repperit, in adnotationem ſubjunxit: ſiqvidem non omnia perſcrutatus abſceſſit. Poſt hunc, in noſtris partibus incuria cunctis: ita ut qvædam vetuſta antiqvitas operiret, & qvam plurima nova neglectus oblivionis abſconderet. Aſt ego procul valde impar & iis qvos adnotatio retinet, & iis qvos adnotatio delectavit, indignus ſatis, & abſqve ſubſtantia totius boni operis, ſucceſſorqve ſanctæ memoriæ alterius *Eugenii* factus, in ſede illa glorioſa Toletanæ urbis (qvam non ex hominum numero glorioſam dico; cum hanc etiam glorioſorum illuſtret præſentia Principum, ſed ex hoc qvod coram timentibus Dominum, iniqvis atqve juſtis habetur locus terribilis, omniqve veneratione ſublimis) conatus ſum etſi non elegans ſtudium, vel obſeqvelam boni illorum miſcere memoriæ glorioſæ; ne incurrerem ex ſilentio damnum, ſi tam glorioſæ ſedis tam glorioſorum virorum clareſcentem memoriæ lucem tenebroſa nube ſilentii contexiſſem. Fertur namqve ex antiqvitate veteri, qvod potuiſſe fieri cernitur exemplo temporis novi. Nam *Montanus* ſedis ejus beatiſſimus Præſul, ut a ſe conjugalis converſationis infamiam propulſaret, tam diu aſſumptos veſte candentes narratur tenuiſſe carbones, donec Domino conſecrans oblationem, totius per ſemetipſum compleret Miſſæ celebritatem. Qvo ſacrificio expleto, prunarum ignis cum decore veſtis adeo in concordiam venit, ut neqve veſtis vim extingueret ignis, neqve ignis ſtatum deleret veſtis. Rurſum cum *Helladio*, Epiſcopo ſedis ejus, *Juſtus* diaconus faſtu ſuperbiæ inſultaret, poſt mortem qvidem ſui Pontificis vixit Epiſcopus & ipſe tabefactus: ſed in reprobum verſus ſenſum, ob intemperantiam morum, a miniſtris altaris ſui, dormiens ſtrangulatus laqveo, exſpiravit. Item cum ſucceſſori ejus *Juſto* Ep. *Gerontius* presbyter, Principis oblectamine fotus, contemptum adverſitatemqve deferret, tam repentino motu vim perdidit intellectus, ut multis medicorum curationibus, qvidqvid in medelam fieret, totum in peſtis augmentum creſceret. Sicqve invaluit commotio mentis, ut uſqve ad obitum ſuum terror eſſet homini ejus vel paticipatio viſionis, vel colloqvium oris. Adhuc etiam ſucceſſori in locum ejus *Eugenio* priori * *Enfridius* diaconus ſuus, cum innixus amicitiæ ſæculari, violenter honorem presbyterii & qvædam prædia extorſiſſet, tam in reprobum ſenſum, tanqvam in languoris ſupereminentem pervenit ſtatum, ut cum vivere recuſaret, tam mori - - - eſſet qvam viveret, tam vivere qvam mori vellet. Horum ego beatorum ſtudiis provocatus, qvæqve vetera antiqvorum relatu repperi, qvæqve nova exhibitione temporis repperi, orſu linguæ, qvo potui, ſubnotavi: ut illorum bonæ memoriæ jungeret, a qvibus prava operatione diſiungor; & qvi cum illis in templo Dei non infero doctrinæ copiam, offerentium commendem fideli obſeqvela memoriam; obſecrans omnes, ut me divinæ ingerant pietati: qvia illos humanæ memoriæ, ex qva labi poterant, tenaciter commendavi. Sane beatiſſimum *Gregorium* ſanctæ memoriæ, Iſidorus adnotarat: ſed qvia non tantum de ejus operibus dixit, qvantum ſumus experti, ideo renotationem illius ſubmoventes, qvæ de illo novimus, ſtilo pleniore notavimus.

* Enfidius.

Cap. I. GREGORIUS Papa, Romanæ ſedis & Apoſtolicæ Præſul, compunctione timoris Dei plenus, & humilitate ſummus, tantoqve per gratiam Spiritus ſancti ſcientiæ lumine præditus, ut non modo illi præſentium temporum qviſqvam, ſed nec in præteritis qvidem par fuerit unqvam. Ita enim cunctorum meritorum claruit perfectione ſublimis, ut, excluſis omnibus illuſtrium virorum comparationibus, nihil illi ſimile demonſtret antiqvitas. Vicit enim ſanctitate Antonium, eloqventia Cyprianum, ſapientia Auguſtinum. Hic namqve, in exordio Epiſcopatus ſui, edidit librum Regulæ Paſtoralis, directum ad Joannem * Conſtantinopolitanæ ſedis Epiſcopum: in qvo docet, qvalis qviſqve ad officium regiminis veniat, vel qvaliter, dum venerit, vivere vel docere ſubjectos ſtudeat. Scripſit præterea (exceptis opuſculis de qvibus Iſidorus, beatæ memoriæ, mentionem facit) idem excellentiſſimus Doctor & alios libros morales; videlicet ſuper Ezechielem prophetam homilias viginti duas, in libris duobus compactas: in qvibus multa de divinis Scripturis myſtico ac morali ſenſu luculenter, nec non & facundo ſermone diſſeruit. Super librum Salomonis, cui titulus eſt Canticum Canticorum, qvam mire ſcribens, morali ſenſu opus omne exponendo percurrit. De vitis Patrum per Italiam commorantium edidit etiam libros qvatuor; quos volumine uno compegit: qvem qvidem codicem dialogorum maluit appellari. In qvibus libris qvanta divinitatis lateant ſacramenta, & in amore cæleſtis patriæ mira documenta, ſtudioſius poteſt facile cognoſcere lector. Exſtant & ipſius ad diverſos epiſtolæ plurimæ, limato qvidem & claro ſtilo digeſtæ: qvas qvi perlegerit liqvido advertet, & in eo



* Ravennatis.

ad Deum rectam fuiſſe intentionem, & ad animarum zelum omni vigilantia & cura exſtitiſſe ſolertem. Has itaqve uno volumine arctans, in libris duodecim diſtinxit, & Regiſtrum nominandum eſſe decrevit. Fertur & alia opuſcula edidiſſe egregia: ſed ad manus noſtras nondum pervenerunt. Feliciſſimus tamen & nimium felix, cui dedit Deus ſtudiorum ejus omnia perpendere dicta. Floruit namqve vir iſte ſublimis ac beatiſſimus doctor & præſul Mauritio Auguſto regnante. *Vide ſupra Iſidor. c. 29. Martyrolog. Rom. 12. Mart.*

Cap. II. ASTURIUS, poſt Audentium, in Toletana urbe, ſedis metropolis, provinciæ Carthaginis, Pontifex ſucceſſor obvenit, vir egregius, adſignans opera virtutum plus exemplo vivendi, qvam calamo ſcribentis. Hic & ſacerdotio beatus, & miraculo dignus: qvia qvibus jungeretur in cœlo, eorum terrena reperire membra meruit in ſepulchro. Nam cum ſedis ſuæ ſacerdotio fungeretur, divina dicitur revelatione commonitus, Complutenſi ſepultos municipio, qvod ab urbe ejus ferme ſexageſimo miliario ſitum eſt, Dei martyres perſcrutari. Qvi concitatur adcurrens, qvos & tellus aggeris & oblivio temporis preſſerat, in lucem & gloriam terrenæ cognitionis provehendos invenit. Qvibus repertis, redire in ſedem renuens, ſervitute ſimul & aſſiduitate Sanctorum innexus, diem clauſit extremum. Cujus tamen ſedem, donec vixit, nemo adiit. Inde, ut antiqvitas fert, in Toleto ſacerdos nonus, & in Compluto agnoſcitur primus.

*A. MIRÆI Schol. Aſturius*] al. *Auſturius*, circa annum Chriſti 455. vixit, & ſanctorum Dei martyrum *Juſti* & *Paſtoris*, ſub Daciano paſſorum, corpora Compluti invenit. De his Prudentius in Periſtephan. hymo 4. & 5. Eulogius in Memor. Sanct. lib. 1.

Cap. III. MONTANUS, poſt Celſum, primæ ſedis provinciæ Carthaginis, Toletanæ urbis cathedram tenuit: homo & virtute ſpiritus nitens, & eloquii opportunitate decorus, regimen honoris retemperavit, ac diſpoſuit condigno cœleſtiqve jure, ſimul & ordine. Scripſit epiſtolas duas eccleſiaſticæ utilitatis diſciplina confertas: qvibus unam Palentiæ habitatoribus, in qva presbyteros chriſma conficere, Epiſcopoſqve alienæ diœceſis, alterius territorii eccleſias conſecrare, magna perhibetur prohibere auctoritate; ſacrarum Scripturarum teſtimoniis affirmans, id ipſum fieri penitus non licere. Amatores qvoqve Priſcillianæ ſectæ, licet non operarentur eadem, qvia tamen memoriam ejus amore retinerent, abdicat & exprobrat; commemorans qvod in libris beatiſſimi Turibii Epiſcopi, ad Leonem Papam miſſis eadem Priſcillianorum hæreſis deteſtata, convicta atqve decenter maneat abdicata. Aliam vero epiſtolam ejus ad Turibium monachum: in qva laudans eum, qvod culturam deſtruxerit idolorum, commiſit ei ſacerdotalis auctoritatem rigoris, per qvam presbyteros chriſma conficere, & Epiſcopos alienæ ſortis, alterius diœceſis eccleſias conſecrare, magna compeſcat invectione. Hic vir antiqviſſima fideliqve narratione narratur, ad exprobrationem infamiæ tam diu prunas tenuiſſe in veſtimentis ardentes, donec coram ſedis ſuæ ſacro altari Miſſæ celebritatem per ſemetipſum expleret. Peractis autem ſolemnibus, nec prunæ ignem, nec veſtis inventa eſt amiſiſſe decorem. Tunc Deo relatis gratiarum actionibus, per ſimplicem naturam ignis convicta eſt & fallacia deteſtabilis accuſantis, & innocentia beatiſſimi ſacerdotis. Glorioſus habitus fuit temporibus Amalarici Regis, & annis novem pontificatus tenuit dignitatem.

*Schol. Montanus* Toletano II. Concilio anno 524. præfuit. *Bina ejus littera exſtant: ad cives Palentinos altera, altera ad Turibium monachum. In iis, pro jure Metropolitani, ſibi curam impoſitam ait Palentinæ civitatis: juſiſque de cauſſis ejus urbis Epiſcopo* Segobiam, Caucam *atqve* Britalbum *attribuere. Illefonſus hoc capite iſtarum Montani litterarum mentionem facit; & conſtanti fama prædicari ait, Montanum proſtrata turpiter pudicitia lege poſtulatum, innocentia indicio prunas ſinu continuiſſe, dum ſacris more Chriſtiano operam daret; neque veſtem læſam, neque ignem extinctum. Ex hoc principio mos ille in Hiſpania manaſſe videtur, Gothorum legibus non uno loco receptus, a divinis abhorrens, furta, adulteria, aliaqve crimina purgandi candentis ferri attactu, aut ferventis aqvæ hauſtu. Reus peccator confeſſione conſcientiam prius expiabat: ferrum aut aqvam ſacerdotis, cum ſacris operatus eſſet, prece luſtrabatur. Eorum tandem attactu aut potione, qvi periculum evaſiſſent, criminis objecti ſuſpicionem infamiamqve vitabant. Neqve Gothorum tantum is mos fuit, ſed & aliarum gentium. Sed Honorius III. Romanus Pontifex, lege lata, antiqvavit id genus compurgationis vulgaris.* Sic fere Mariana lib. 5. cap. 7.

Cap. IV. DONATUS, & profeſſione & opere monachus, cujuſdam eremitæ fertur in Africa exſtitiſſe diſcipulus. Hic violentias barbararum gentium imminere conſpiciens, atqve ovilis diſſipationem, & gregis monachorum pericula pertimeſcens, fere cum ſeptuaginta monachis, copioſiſqve librorum codicibus, navali vehiculo in Hiſpaniam commigavit: qui, ab illuſtri religioſaque fœmina Minchæa ſubſidiis ac rerum opibus miniſtratis, Servitanum monaſterium viſus eſt conſtruxiſſe. Iſte prior in Hiſpaniam monaſticæ obſervantiæ uſum & regulam dicitur adduxiſſe; tam vivens virtutum exemplis nobilis, quam defunctus memoriæ claritate ſublimis. Hic & in præſenti luce ſubſiſtens, & in crypta ſepulcri quieſcens,

ſignis

ſignis quibuſdam proditur effulgere ſalutis: unde & monumentum ejus honorabiliter colere perhibentur incolæ regionis.

*Schol. Donatus ſcripſit Regulam ad virgines, quam ex vetuſto codice ſuo deſcriptam Canonici regulares monaſterii Corporis Chriſti Colonia ad me tranſmiſerunt. Ejus hoc eſt initium:* Sanctis a me plurimum venerandis Chriſti virginibus Guaſtrudæ, omniqve ſuæ congregationi in cœnobio, à famula Dei Flavia conſtructo, Donatus.

Cap. V. AURASIUS, Toletanæ eccleſiæ Pontifex metropolis urbis, poſt *Adelphium* in loco adſciſcitur ſacerdotis, vir bonus, regiminis auctoritate præclarus, domeſticis rebus bene diſpoſitus, adverſitatibus in ſuis conſtanter erectus, qui quanto exſtitit temperatior manſuetis, tanto fortior ſemper fuit inuentus aduerſis. Plus illi intentio in defenſione veritatis, quam in ſcribendi exercitio manſit. Unde perfectiſſimis viris compar habetur, quia quæ de verbo illorum prædicatio ſeminavit, defenſionis hujus cuſtodia præmuniuit. Vixit in ſacerdotio temporibus Widerici, Gundemari, & exordiis Siſebuti Regum, annis ferme duodecim.

*Schol. Auraſium* Adelphio in cathedra Toletana ſucceſſiſſe, narrat hoc capite Ildefonſus; omiſſo *Conantio*; fortaſſe, qvia non diu præfuit Conantius: de qvo infra agemus.

Cap. VI. JOANNES in pontificatu Maximum ſecutus, eccleſiæ Cæſarauguſtanæ ſedem aſcendit, primo pater monachorum, & ex hoc præſul factus in regimine populorum: vir in ſacris litteris eruditus, plus verbis intendens docere quam ſcriptis, tam largus & hilaris dato, qvam hilaris etiam vultu. Unctionem namque Spiritus Dei, qua foſebatur intrinſecus tam largitate muneris, quam habitudine vultus adeo præferebat, ut datum gratia commendaret, & non datum gratia excuſaret. In eccleſiaſticis officiis quædam eleganter & ſono & oratione compoſuit. Annotauit inter hæc inquirendæ Paſchalis ſolemnitatis tam ſubtile atq; utile argumentum, ut lectori & breuitas contracta, & veritas placeat patefacta. Duodecim annis tenuit ſedem honoris, adeptus vitam gaudii, ad quam anhelauit deſiderabili voto. Subſtitit in ſacerdotio temporibus Siſebuti & Suinthilani Regum.

*Schol. Joannes*, Braulionis Cæſarauguſtani itidem Epiſcopi, infra cap. 12. laudandi frater, *Maximo*, ab Iſidoro ſupra cap. 33. memorato, in ſede metropolitana ſucceſſit, & annis 12. ſedit. Joannem *Braulio* frater excepit.

Cap. VII. HELLADIUS, poſt Auraſium, ſedis ejus adeptus eſt locum. Hic, cum regiæ aulæ illuſtriſſimus, publicarumque rerum exiſteret rector, ſub ſæculari habitu monachi votum pariter explebat & opus. Nam ad monaſterium noſtrum illud, Agalienſe dico, cujus me ſuſceptio monachum tenuit (qvod munere Dei, perenniſque & patentis ſanctitatis decore & opinabile cunctis, & palam eſt totis) cum ſæpe diſcurſantium negotiorum ductus itinere præveniret, remota clientum ſæculique pompa, decoris adeo monachorum peculiaritatibus inhærebat, ut turmis junctus eorum, ſtipularum faſciculos ad clibanum deportaret. Cumque, inter decorem ioſolentiamqve ſæculi, ſolitudinis & amaret & ſectaretur arcana; celeri fuga, relictis omnibus qvæ eſſe noverat mundi, ad id ſanctum monaſterium, qvod freqventaverat voto, venit permanſurus optati voti uſu. Ibi factus monachis pater, meritis ſtudiiſqve ſanctis & vitam monachorum debite rexit; & ſtatum monaſterii totius communis rei divitiis cumulavit. Ex hoc, feſſis pene ſenio artubus, ad pontificatus apicem evocatur: & quia vocaretur, vi coactus pariter & ignotus illic majorum virtutum exempla, qvam monachus dedit: quia ſtatum mundi, quem contempſit virtute, magna perhibetur rexiſſe diſcretione. Miſerationes, eleemoſynarumque copias tam largiter egenis contuliſſe probatur, ac ſi de illius ſtomacho putaſſes inopum & artus * deſcendere, & viſcera conſoveri. Scribere renuit; quia quod ſcribendum fuit, quotidianæ operationis pagina demonſtravit. Se, ad monaſterium rediens memoratum, ultimo vitæ ſuæ tempore ipſe levitam fecit. Senex obiit: decem & octo annis ſacrum regimen tenuit: temporibus Siſebuti, Suinthilani, & exordiis Siſenandi Regum beatus habitus fuit: qui poſt beatior, gloriam cœleſtis regni, bona plenus ſenectute, promeruit.

* pendere.

*Schol. S. Helladius*, Auraſii in ſede Toletana ſucceſſor, anno 615. vivere deſiit, tabulis Martyrologii Romani ad diem 18. Februarii adſcriptus.

Cap. VIII. JUSTUS poſt Helladium, diſcipulus ejus, illiqve ſucceſſor innexus eſt: vir habitudine corporis, ingeniique meritis decorus atque ſubtilis, ab infantia monachus, ab Helladio ad virtutem monaſticæ inſtitutionis affatim educatus, pariter & inſtructus in Agalienſi monaſterio tertius poſt illum rector eſt factus. In pontificatu autem mox illi ſucceſſor inductus, vir ingenio acer & eloquio ſufficiens; magna ſpe profuturus, niſi hunc ante longævam vitam dies abſtuliſſet extrema. Scripſit, ad Richilanem Agalienſis monaſterii patrem, epiſtolam, debita & ſufficenti proſecutione conſtructam: in qva patenter adſtruit, ſuſceptum gregem relinqvere penitus non debere. Exſtitit rector annis tribus; & tempore Siſenandi obiit: qvi Rex poſt hunc die nonodecimo defunctus abſceſſit.

*Schol.* *Juſtus* concilio qvarto Toletano ſubſcripſit, anno Siſenandi Regis tertio, Chriſti ſexcenteſimo triceſimo tertio.

Cap. IX. ISIDORUS, poſt Leandrum fratrem Hiſpalenſis ſedis, provinciæ Bæticæ, cathedram tenuit, vir decore ſimul & ingenio pollens. Nam tantæ jucunditatis affluentem copiam in eloqvendo promeruit, ut ubertas admiranda dicendi ex eo in ſtuporem verteret audientes: ex qvo audita bis qvi audiſſet, non niſi repetita ſæpius commendaret. Scripſit opera eximia, & non parva, id eſt, librum de genere officiorum, librum proœmiorum, librum de ortu & obitu * Prophetarum; librum Lamentationum, qvem ipſe Synonymorum vocavit; libellos duos ad Florentinam ſororem contra neqvitiam Judæorum; librum de natura rerum ad Siſebutum Principem; librum Differentiarum; librum Sententiarum. Collegit etiam de diverſis auctoribus qvem ipſe nominat, ſecretorum: Expoſitiones Sacramentorum: qvibus in unum congeſtis, ipſe liber dicitur Qvæſtionum. Scripſit quoque ultimo, ad petitionem Braulionis Cæſarauguſtani Epiſcopi, librum Etymologiarum: qvem cum multis annis conaretur perficere, inexpleto opere diem extremum viſus eſt concluſiſſe. Floruit temporibus Reccaredi, Liuvanis, Witterici, Gundemari, Siſebuti, Suinthilani & Siſenandi Regum, annis fere qvadraginta tenens pontificatus honorem, inſignemque doctrinæ ſanctæ gloriam pariter & decorem.

* Patrum. De Iſidoro Martyrolog. Rom. 4. April.

*Schol.* *S. Iſidorus* Hiſpalenſis in Bætica Epiſcopus, in mss. codicibus, item la Sigeberto, Trithemio & aliis vocatur *Iſidorus junior*. Nempe ſic dictus, ut ab Iſidoro Cordubenſi diſtinguatur, qvi circa annum 400 vixit, & commentarios in libros Regum ſcripſit, Paulo Oroſio Hiſtorico, S Auguſtini diſcipulo dicatos. Iſidorus autem Hiſpalenſis Synodo Spalenſi ſeu Hiſpalenſi 619. & Toletanæ 633. præfuit, & æra 674. (hoc eſt, anno Chriſti 636.) vivere deſiit: ui Braulio & Lucas Tudenſis tradunt. Nec ſemper tamen per Iſidorum juniorem Hiſpalenſis deſignatur, ſed interdum & *Iſidorus Pacenſis*, Scriptor Chronici, qvi Hiſpalenſi junior fuit. Vide ſupra ante Iſidori librum.

Cap. X. NONNITUS poſt Joannem in Gerundenſe ſede Pontifex acceſſit, vir profeſſione monachus, ſimplicitate perſpicuus, actibus ſanctus; non hominum diutina deliberatione, ſed Dei per homines celeri definitione in pontificatum adſcitus: adhærens inſtanter obſequiis ſepulcri ſancti Felicis Martyris. Rexit eccleſiam Dei meritorum exemplis melius, qvam verborum edictis. Hic & in corpore degens, & in ſepulcro qvieſcens, fertur ſalvationis operari virtutes. Subſtitit temporibus Suinthilani & Siſenandi Regum.

*Schol.* *Nonnitus* ] Joanni Biclarenſi, ſupra laudato, in Epiſcopatu Gerundenſi ſuffectus, cultor eximius fuit *S. Felicis*, Martyrio Gerundæ ſub Daciano coronati. Cujus qvidem Felicis meminerunt Prudentius in Peristeph. hymno 4. Eulogius in memoral. Sactorum, & Greg. Turonenſis cap. 94. de gloria Martyrum.

Cap. XI. CONANTIUS, poſt Murilam, Eccleſiæ Palentinæ ſedem adeptus eſt, vir tam pondere mentis, qvam habitudine ſpeciei gravis, communi eloqvio facundus & gravis, Eccleſiaſticorum officiorum ordinibus intentus & providus. Nam melodias ſonis multas noviter edidit: Orationum qvoqve libellum de omnium decenter conſcripſit proprietate, Pſalmorum. Vixit in pontificatu amplius triginta annos; dignuſqve habitus fuit ab ultimo tempore Witterci per tempora Gundemari, Siſebuti, Suinthilani, Siſenandi & Cinthilæ Regum.

*Schol.* *Murila* Palentinus (non Valentinus, ut in editione Conciliorum Hiſpaniæ corrupte legitur) Toletano III. concilio ſubſcripſit. Huic in cathedra Palentina Conantius ſucceſſit; qvi Toletanæ IV. Synodo interfuit.

Cap. XII. BRAULIO, * frater Joannis, in Cæſarauguſta decedentis adeptus eſt locum, vir ſicut germanitate conjunctus, ita non minimum ingenio memoratus. Clarus & iſte habitus Canonibus, & qvibuſdam opuſculis. Scripſit vitam Æmiliani** cujuſdam monachi; qvi & memoriam hujus, & virtutem illius ſancti viri ſuo tenore commendat pariter & illuſtrat. Habuit ſacerdotium ferme viginti annis: qvibus expletis cluſit diem vitæ præſentis. Duravit in regimine temporibus Siſenandi, Cinthilæ, Tulganis & Cindaſuindi Regum.

* Martyrol. Rom. 26. Mart. ** id. 12. Nov.

*Schol.* *S. Braulio*, aliis Braulius Conciliis IV. V. & VI. Toletanis interfuit, & circa annum 646. ad cœlites tranſiit. Ejus corpus an. 1270. inventum, adſervatur in baſilica S. Mariæ majoris. Braulioni Iſidorus Hiſpalenſis ſuos Originum libros dicavit. Exſtant e contra duæ Braulionis Epiſtolæ ad Iſidorum. Idem Braulio ſcripſit vitam *S. Æmiliani* Monachi Turiaſonenſis, *S. Leocadiæ* Virginis ac Martyris, itemqve elogium Iſidori Hiſpalenſis. Mariannam & alios rerum Hiſpanienſium ſcriptores conſule.

Cap. XIII. EUGENIUS diſcipulus Helladii, colector & conſors Juſti, Pontifex poſt Juſtum acceſſit, ab infantia monachus, ab Helladio cum Juſto pariter ſacris in monaſterio inſtitutionibus eruditus. Hunc ſecum Helladius a monaſterio tulit ad pontificatum tractus: qvi rurſus ab eo clericalibus inſtiturus ordinibus, ſedis ejus poſt eum tertius rector acceſſit. Et bonum meritum ſenis, qvi duobus diſci-

discipulis sanctisque filiis Ecclesiæ Dei hereditatem meruit relinquere gubernandam. Idem Eugenius moribus incessuqve gravis, ingenio callens. Nam numeros, statum, incrementa, decrementaqve, cursus recursusque lunarum tanta peritia novit; ut considerationes disputationis ejus auditorem in stuporem verterent, & in considerabilem doctrinam inducerent. Vixit in sacerdotio fere undecim annis, regnantibus Cinthila, Tulgane & Cindasuindo Regibus.

*Schol. Eugenius*, ] Justi in sede Toletana successor, V. VI. & VII. Conciliis Toletanis subscripsit.

Cap. XIV. Item EUGENIUS alter post priorem Pontifex subrogatur. Hic cum Ecclesiæ regiæ clericus esset egregius, vita monachi delectatus est. Qvi sagaci fuga urbem Cæsaraustanam petens, illic Martyrum sepulcris inhæsit, ibiqve studia sapientiæ & propositum monachi decenter incoluit. Unde Principali violentia reductus, atqve in Pontificatum adscitus, vitam plus virtutum meritis, qvam viribus egit. Fuit namqve corpore tenuis, parvus robore, sed valde fervescens spiritus virtute. Studiorum bonorum vim persequens, cantus * pessimis usibus vitiatos melodiæ cognitione correxit; officiorum remissos ordines, curamqve discrevit. Scripsit de sancta Trinitate libellum & eloqvio nitidum, & rei veritate perspicuum: qvi Libyæ & Orientis partibus mitti qvantocyus poterat, nisi procellis relultantia freta incertum pavidis iter viatoribus distulissent. Scripsit & duos libellos, unum diversi carminis metro, alterum diversi operis prosa, concretos: qvi, ad multorum industriam, ejus ex hoc tenaciter sanctam valuerunt commendare memoriam. Libellos qvoqve Dracontii de creatione mundi conscriptos, qvos antiquitas protulerat vitiatos, ea qvæ inconvenientia repperit, subtrahendo, immutando vel meliorando, ita in pulchritudinis formam coëgit, ut pulchriores de artificio corrigentis, qvam de manu processisse videantur auctoris. Et qvia de die septimo idem Dracontius omnimodo reticendo, semiplenum opus visus est reliqvisse; iste & sex dierum recapitulationem singulis versibus renotavit, & de die septimo, qvæ illi visa sunt eleganter dicta, subjunxit. Clarus habitus fuit temporibus Cinthasuindi & Recessuindi Regum, fere duodecim annis tenens dignitatem simul & gloriam sacerdotis: sicqve post lucis mundialis occasum, in Basilica S. Leocadiæ tenet habitatione sepulcrum.

* Passivis.

## HACTENUS ILDEFONSUS.

*Schol. Eugenius alter*, ] hoc, est secundus illo nomine Episcopus. Gothi certe non nisi duos Eugenios Episcopos Toletanos videntur agnovisse. Ceterum Eugenii hujus junioris *Epigrammata*, aliaqve opuscula Sirmondus anno 1619. Lutetiæ edenda curavit una cum *Dracontii* libellis duobus, ab eodem Eugenio recognitis, Dracontii operi (in qvo carmine heroico mundi conditionem descripsit, & Geneseos initium eleganter explanavit) diei septimæ explicationem, qvæ desiderabatur, Eugenius adjecit. Ex iis versibus intelligi datur, fuisse virum non inelegantis ingenii, neqve ineruditi. Epigrammata porro etsi rudia sint atqve impolita, idqve magis ævi vitio qvam auctoris culpa; est tamen in iis rerum sententiarumqve pondus non exiguum. Sunt qvi Eugenium Ildefonsi avunculum fuisse affirment: cui opinioni nec Ildefonsi ipsius nec Juliani scripta favent, in qvibus nulla rei tantæ fit mentio. Baronium in Notis ad Martyrologium Roman. 13. Novembris, & Marianam lib. 6. cap. 9. & alibi consulat, qvi plura volet.

## APPENDIX JULIA'NI, EPISCOPI TOLETANI.

*ILDEFONSUS memoria sui temporis clarus, & irriguis eloquentiæ fluminibus exornans sæcula ætatis nostræ, novissime Toletanæ sedis adscitus in cathedram, Præsul post secundum Eugenium in sacerdotium consecratur, vir tanta laude dignissimus, quanta & virtutum gratia numerosus. Fuit denique timoris Dei instantia præditus, religione compunctus, compunctione profusus, incessu gravis, honestate laudabilis, patientia singularis, secreti tacitus, sapientia summus, differendi ingenio clarus, eloqvendi facultate præcipuus, linguæ flumine copiosus; tantoque eloqventiæ cothurno celeber habitus, ut disputationum ejus profusa oratio dum perrecte dirigitur, merito non homo, sed Deus per hominem affatim eloqvi crederetur. Hic igitur sub rudimentis adhuc infantiæ degens, divino tactus spiritu, vitæ delectatus est Monachorum, contemptisque parentum rerumqve mundanarum affectibus, Agaliense monasterium petiit. Cujus fugam rabido furore insequens pater, uno tantum macerie impeditus est obice, qvo & furentis est delusa quæsitio, & fugientis salvata devotio. Nempe parentis furor, dum percitus interiora prætenderet, latibulum, qvo hic vir occulebatur, reliqvit. Sicqve præterita incurata pertransiit; & in anterioribus, qvæ præterierat, inqvisivit. Armata deinde manu Agaliensem cellam impetens gladio, dum qvæsitum non invenit, rediens in propria, ut perditum deploravit. Percognita igitur prafatus vir absentia parentali, Agaliense illico monasterium adiit; monachumqve se in eo multis fere annis decenter exhibuit. Cœnobium qvoqve Virginum in Deibiensi villula construxit, ac propriis opibus decoravit. Rector deinde effectus Agaliensis cœnobii, Monachorum mores exercuit, rem discrevit, vitamqve servavit. Principali post hæc violentia Toletum reducitur, atqve inibi, post decessoris sui obitum, Pontifex subrogatur. Scripsit sane qvamplurimos libros laculentiore sermone potissimos, qvos idem in tot partibus censuit dividendos; id est, librum*

*Prosopopœia imbecillitatis propriæ; libellum de virginitate S. Mariæ contra tres infideles; opusculum de propietate personarum Patris, & Filii & Spiritus sancti; opusculum annotationum de actionis diurnæ; opusculum annotationum in sacris; librum de cognitione baptismi unum; & de progressu spiritualis deserti alium. Quod totum prima partis voluit voluminis connectendum. Partis quoque secundæ liber Epistolarum est; in quo diversis scribens, enigmaticis formulis egit, personasque interdum induxit. In quo etiam a quibusdam lucubrationum scripturarum responsa promernit. Partem sane tertiam Missarum esse voluit, Hymnorum atque Sermonum. Ulterioris denique partis liber est quartus, versibus prosaque concretus; in quo Epitaphia, & quædam sunt Epigrammata annotata. Scripsit autem & alia multa, quæ variis rerum ac molestiarum occupationibus impeditus, aliqua cœpta, aliqua semiplena reliquit. Adscitus autem in pontificatum, nono glorioso Recceswinthi Principis anno, novem annis, & duobus fere mensibus, clarus habitus fuit vitæ meritis, & retentione regiminis: expletoque octavo decimo prædicti Principis anno, sequenti die, X. Kalendas Februarii, domicilio carnis exuitur, atque in ecclesia beatæ Leocadiæ tumulatur, ad pedes sui conditus decessoris, cum quo creditur æterna frui receptaculo claritatis.* Hactenus Julianus.

*Schol. Ildefonsus* seu *Hildefonsus*, ex Agaliensi Abbate Epis. Toletanus, Isidori Hispalensis Episcopi discipulus, Wambæ Regis anno quarto, Christi 667. decessit. Baronium in Martyrologio 23. Januarii, & in gestis anni 667 consule. Scripsit inter alia librum de XIV. Viris illustribus, supra a me repræsentatum. Illi Ildefonsum ipsum adjecit *Julianus*: Julianum autem *Felix*, Toletanus uterque Episcopus. Hic Julianus obiit æra 728. (hoc est, Christi 690. anno) ut Felix testatur. Est alius a Juliano Pomerio, qui circa annum 490. vixit: ut ex Ennodio constat, & nos supra ad Gennadii c. 97. & Isidori c. 12. docuimus.

## APPENDIX FELICIS, EPISCOPI TOLETANI.

*IULIANUS Episcopus, discipulus Eugenii secundi, Carthaginis Provinciæ Metropolitanus, post beatæ memoriæ Quiricum, quarto in loco præceptorem suum sequens, urbis regiæ pontificale culmen adeptus est; cujus videlicet civitatis proprius civis exstitit, atque in ejusdem urbis principali ecclesia sacrosancti baptismatis fluentis est lotus, & illic ab ipsis rudimentis infantiæ enutritus. Denique dum ad puerilis formæ devenisset ætatem, sanctæ memoriæ collega sui Guidilanis levitæ sta sociali vinculo est innexus, & individuæ caritatis unione conjunctus, ut & amhos inviolabilis caritas unum esse ostenderet, & unitas in ambobus prefixa non duas animas, sed unam his inesse monstraret. Tanta itaque erat inter eos adepta unanimitatis communio, ut secundum Actuum Apostolorum historiam, in duobus corporibus unum cor tantum putaretur, & anima una: sistebant quippe in consilio providi, in definitione uni, in laudabili operatione concordes quique, divino afflante Spiritu, theoricæ; id est, contemplativæ quietis delectati sunt perfrui bono, & monasticæ institutionis, constringi repagulo. Sed quia aliter in superni Numinis fuit judicio, eorum est nihilominus frustrata devotio. Quamquam tamen minime peregissent desiderati itineris cursum, non tamen desierunt a pia devotionis studio. Et dum sibi mallent tantum prodesse profugi, cœperunt postmodum proximorum salute votis glisscentibus niti. Erant enim in subditis docendis operosæ virtutis, in profectu eorum desiderabiles, in servitute Dei ferventes, in desiderio decoris domus Domini strenui, in seniorum obedientia præsto, atque si fieri posset, ut omnium emolumentum obtinerent virtutum, animis ferventioribus studebant.*

*Igitur divinorum judiciorum dispensatione, sanctæ recordationis Gudila diœcesis VI. Idus Septembris funesta mortis eventu, anno octavo Wambanis Principis sub digna confessione Dei, clausit supremum curriculum. Cujus corpusculum in monasterio S. Felicis, quod est Cabensi in villa dedicatum, dilectissimi socii sui exhibitione, honorifice requiescit humatum. Post ejus itaque discessum aliquantula intercapedine temporum, post sanctæ memoriæ Quiricum, idem egregius Julianus præfatæ urbis est nactus primatum, tanto laudis titulo prædicandus, quanto diversarum virtutum ope suffultus, suis temporibus mirifice composuit Ecclesiam Dei. Quinimo, utex quo tempore clarescere cœperit, per ejus textrinum & telam testamine piæ relationis pandam, post decessoris sui obitum divinæ memoriæ Ildefonsi, a decimo septimo ferme anno Recceswindi Principis, nec non & per omne Wambanis imperii tempus, usque ad tertium regni glorioissimi Egicanis Regis annum, in levitici, presbyterii ac pontificatus honore consistens, celebre nomen obtinuit. Fuit enim vir timore Domini plenus, prudentia summus, consilio cautus, discretionis bono præcipuus, eleemosynis nimium deditus, in suffectu oppressorum devotus, in relevatione miserorum promptissimus, in interveniendo discretus, in negociis dirimendis strenuus, in providendis judiciis æquus, in sententia parcus, in vindicatione justitiæ singularis, in disceptatione laudabilis, in oratione jugis, in divinarum laudum exsolutione mirabilis. Quod si forsan in officiis divinis quidquam, ut solet, difficultatis occurreret, ad corrigendum facillimus, pro sacris luminibus vehementer admonitus, in defensione omnium Ecclesiarum eximius, in regendis subditis pervigil, in comprimendis superbis erectus, in sustentatione humilium apparatus, debita auctoritate munificus, amplectendæ humilitatis bono optimus, ac generaliter universa morum probitate conspicuus: ita pietate affluens, ut non esset cuiin angustiis constituto non subvenire vellet: ita animus caritatis exuberans, ut non a se boni quippiam cuique postulanti ex caritate præstare desisteret.*

Digi

*vel. Sic denique ſe Deo carum maluit exhibere in omnibus, & præſtabilem hominibus cunctis oſtendere; ut & illi uſquequaque placeret, & hominibus propter Deum, ſi fieri poteſt, devote ſatisfaceret mente. Tanto nobilium præcedentium virorum dignis meritis coæquandus, quanto ab eis in ullo virtutum corpore exſtitit infimus. Eccleſiaſticos itaque bene habitos ordines in ſui regiminis ſede ſollicitiori cura ſervavit, vitiatos utiliter ſubcorrexit, minus habitos prudenti diſpoſitione inſtituit, ac de officiis quamplurima dulciſſimo ſono compoſuit. Ac nunc, quoniam ſancti Spiritus ubertate repletus, & irrigui fontis affluentia præditus fuiſſet, ſummam librorum ejus, quos per eum Deus ad utilitatem Eccleſiæ ſuæ deprompſit, iſthinc lector addiſce.*

*Conſcripſit etenim librum Prognoſticorum futuri ſæculi, ad beatæ memoriæ Idalium Epiſcopum directum; habentem in capite Epiſtolam, quæ ipſi eſt directa, & orationem. Cujus codicis opus diſcretum in tribus libris habetur: ex quibus primus de origine mortis humanæ eſt editus: ſecundus de animabus defunctorum, quomodo ſeſe habeant ante ſuorum corporum reſurrectionem: tertius de ſuprema corporum reſurrectione. Item librum Reſponſionum, ad quem ſupra directum, in defenſionem canonum & legum, quibus prohibentur Chriſtiana mancipia dominis infidelibus deſervire. Item Apologeticum fidei, quod Benedicto Romanæ urbis Papæ directum eſt. Item aliud Apologeticum de Tribus capitulis, de quibus Romanæ urbis Præſul fruſtra viſus eſt dubitaſſe. Item libellum de remediis blaſphemiæ, cum Epiſtola ad Adrianum Abbatem. Item librum de ſexta ætatis comprobatione, qui habet in capite orationem, & Epiſtolam ad dominum Ervigium Regem. Eſt tamen idem codex tribus libris diſtinctus. Nam primus eorum habet veteris Teſtamenti quamplurima documenta, quibus abſque aliqua ſuppputatione annorum, Chriſtus Dei Filius non naſciturus, ſed jam natus patule declaratur. Secundi vero ſeries libri decurrit per oſtenſam Apoſtolorum doctrinam, qua dilucide monſtrat, Chriſtum in plenitudine temporis de Maria V. natum, non in annis a principio mundi collectis. Tertii quoque libri excurſus ſextam ætatem, in qua Chriſtus natus eſt, hanc dubiis adeſſe veris documentis oſtendit: in quo quinque præterita ætates ſæculi, non in annis, ſed præfixo generationum limite diſtinguuntur.*

*Item librum carminum diverſorum, in quo ſunt Hymni, Epitaphia, atque de diverſis causis Epigrammata numeroſa. Item librum plurimarum Epiſtolarum: item librum ſermonum, in quo eſt opuſculum modicum de vindicatione domus Dei, & eorum qui ad eam confugiunt. Item librum de contrariis, quod Græce ἀντιθετῶν volunt titulo adnotari: qui in duobus diviſus eſt libris; ex quibus primus diſſertationes continet veteris Teſtamenti, ſecundus novi. Item librum hiſtoriæ de eo quod Wambæ Principis tempore in Galliis exſtitit geſtum. Item librum ſententiarum, ex decade Pſalmorum B. Auguſtini breviter ſummatimque collectum. Item excerpta de libris S. Auguſtini, contra Julianum hæreticum collecta. Item libellum de divinis judiciis, ex ſacris voluminibus collectum: in cujus principio eſt Epiſtola ad dominum Ervigium, comitatus ſui tempore, pro eodem libello directa. Item librum Reſponſionum contra eos qui confugientes ad Eccleſiam perſequuntur. Item librum Miſſarum de toto circulo anni, in quatuor partes diviſum: in quibus aliquas vetuſtatis incuria vitiatas ac ſemiplenas emendavit atque complevit, aliquas vero ex toto compoſuit. Item librum Orationum de feſtivitatibus, quas Toletana Eccleſia per totum circulum anni eſt ſolita celebrare, partim ſtilo ſui ingenii depromptum, partim, etiam inolita antiquitate vitiatum ſtudioſe correctum, in unum congeſſit, atque Eccleſiæ Dei uſibus ob eo morem reliquit ſancta religionis. Præſulatus autem honorem & ſacerdotii dignitatem annis decem obtinuit, menſe uno, diebus ſeptem: quique etiam inevitabilis mortis præventus occaſu, anno tertio Egicanis Principis, pridie nonas Martii, æra DCC.XXIIX. diem vitæ clauſit extremum; ac ſic in baſilica glorioſiſſimæ Leocadiæ Virginis ſorte ſepulcrali eſt tumulatus.*

*Schol. S. Julianus* Epiſcopus Toletanus XII. XIII. XIV. & XV. conciliis Toletanis interfuit, &, ut Felix ejus præco tradit, vivere deſiit æra 728. hoc eſt, Chriſti 690. ann. ut Sebaſtianus Epiſcopus Salmanticenſis in chron. narrat. Scripſit inter alia ad Ervigium Gothorum Regem *de Chriſti adventu libros tres adverſus Judæos; ac totidem de futuro ſæculo, quos Prognoſticon vocat;* item commentarium *in Naum prophetam.* Quæ omnia in Bibliothecam veterum Patrum ſunt relata.

Joannes Braſicanus ex codice ms. Budenſi, 1530. Baſileæ & Henricus Sachſius ex ms. Fuldenſi 1532. Coloniæ Agrippinæ ediderunt anonymum librum, hoc titulo ἀντιθετῶν hoc eſt, *Contrapoſitorum ſive Contrariorum in ſpeciem locorum utriuſque Teſtamenti libros duos.* Hunc fœtum ſuo parenti, videlicet *S. Julliano Epiſcopo Toletano*, Andreas Schottus reſtituit, & tomo 15. Bibliothecæ Patrum, editionis Colonienſis 1622. publicavit; ſecutus auctoritatem Felicis Epiſcopi Toletani, & Sampſonis Abbatis, in libro ſub annum Chriſti 864. ſcripto adverſus Hoſtigeſium Epiſcopum Malacitanum: quem ms. Toleti vidit Loaiſa. Porro ſuperiore ſæculo idem argumentum tractavit *Seraphinus Cumiranus Feltrenſis*, ex familia ſodalium S. Francisci, hac Epigraphe: *Conciliatio locorum communium ſacræ Scripturæ, qui inter ſe pugnare videntur.*

Andreas Quercetanus tomo 1. Scriptorum hiſtoriæ Francicæ, ex veteri codice ms. Moiſſiacenſi, 1638. Lutetiæ publicavit Hiſtoriam Juliani Epiſcopi Toletani *de Wamba Regis Gothorum expeditione ac victoria*, qua rebellantem contra ſe Paulum Ducem Narbonenſem celebri triumpho perdomuit. De variis Scriptoribus nomine Julianis Baronius ad Martyrologium 8. Martii, & Bellarminus in Catalogo conſuli poterunt. Ceterum Felix Epiſcopus Toletanus concilio XVI. Toletano ſubſcripſit, æra 731. hoc eſt, Chriſti anno 693.

## *Vita Salvi Abbatis Alueldenſis, al. Albaildenſis, incerto auctore.*

Salvus Abbas Albaildenſis monaſterii, vir lingua nitidus & ſcientia eruditus, elegans ſententiis, ornatus verbis, ſcripſit ſacris virginibus Regularem libellum, & eloqvio nitidum & rei veritate perſpicuum. Cujus oratio nempe in hymnis, orationibus, verſibus ac Miſſis, qvas illuſtri ipſe ſermone compoſuit, plurimam cordis compunctionem, & magnam ſuaviloqventiam legentibus audientibuſqve tribuit. Fuit namqve corpore tenuis, parvus robore, ſed valide ferveſcens ſpiritus virtute. O qvanta illius ex ore dulciora ſuper melle manabant verba, cor hominis qvaſi vina lætificantia! Obiit temporibus Garſeani Chriſtianiſſimi Regis, & Theudemiri Pontificis, IV. Idus Februarii, æra milleſima; ſana doctrina præſtantior cunctis, & copioſior operibus caritatis. Ac ſic in prædicto cœnobio, juxta baſilicam Sancti Martini Epiſcopi & Confeſſoris Chriſti, eſt tumulatus ſorte ſepulcrali. Ad cujus pedes diſcipulus Velaſco Epiſcopus qvieſcit in pace.

## APPENDIX SIVE LIBELLUS INCERTI AUCTORIS DE XII. SCRIPTORIBUS ECCLESIASTICIS,

### *Qvi Iſidoro & Ildefonſo ſubjici ſolet.*

QVAMVIS ſuperius plurimi veterum tractatorum inter Græcos & Latinos ſcriptores doctiſſimi annotentur; tamen reor ipſe etiam paucorum memoriam facere, qvorum lectionem recolo me attigiſſe.

Cap. I. SIXTUS, Epiſcopus Romanæ urbis & Martyr, compoſuit, ad inſtar Salomonis, librum Proverbiorum, tam brevi eloquio, ut in ſingulis verſiculis ſingulæ explicentur ſententiæ. Cui qvidem opuſculo hæretici qvædam contra Eccleſiaſticam Fidem inſeruerunt, qvo facilius ſub nomine tanti Martyris perverſorum dogmatum reciperetur aſſertio. Sed is, qvi Catholicum ſeſe meminit, probando legat, & ea, qvæ veritati contraria non ſunt, recipiat. Qvidam autem putant eumdem librum ab hæreticis, non a Sixto fuiſſe dictatum. Refellit autem hanc opinionem beatiſſimus Auguſtinus, qvi, in qvodam opere ſuo, ab eodem Martyre hoc opus compoſitum eſſe fatetur.

*Schol.* Qviſqvis hujus libelli de XII. Scriptoribus auctor ſit, communi qvodam errore lapſus hoc capite fuit. Qvid vero ſentiendum ſit de Proverbiis ſive *Sententiis*, Sixti Papæ nomine a Ruffino Aquileienſi falſo editis, ſupra in ſcholiis ad cap. 17 Gennadii docuimus.

Cap. II. MACROBIUS diaconus, ſtudium S. Cypriani ingeniumqve ſecutus, complexus eſt congrua ex utroqve Teſtamento adverſus verſutias hæreticorum capitula, ſcilicet de Dei Patris majeſtate, & Filii Dei adventu; ejus Incarnatione, ſive Paſſione, Reſurrectione & Aſcenſione in cœlos; pariqve modo & de electione Gentium, & reprobatione Judæorum. Deinde ſubjecit etiam cetera ad utilitatem vitæ & diſciplinæ religionis pertinentia: omnia hæc in centum diſtincta capitulis.

*Schol.* Garſias Loaiſa, in Notis hic ſuis, cenſet hunc ipſum Macrobium a Gennadio cap. 5. vocari Presbyterum Afrum, hæreticum Donatiſtam ſeu Montenſem.

Cap. III. PHILASTRIUS Brixienſis Epiſcopus: hic longe ante beatiſſimum Auguſtinum edidit librum de hæreſibus, ſingulas qualſque demonſtrans, ſive qvæ in populo Judæorum, ante Incarnationem Chriſti, fuerunt, qvas viginti octo enumerat, ſive quæ, poſt Domini Salvatoris adventum, adverſus catholicam Fidem exortæ ſunt, quas idem centum viginti octo eſſe deſcribit: ſicut & de eo idem vir magnæ gloriæ Auguſtinus & doctor clariſſimus meminit.

*Schol.* *S. Philaſtrius*, Brixienſis in Italia Epiſc. ſub Theodoſio ſeniore Imp. claruit, & Conc. Aqvilejenſi adverſus Arianos, cum S. Ambroſio Mediolanenſi, interfuit. Meminit ejus S. Aug. lib. de hæreſibus ad Qvodvultdeum diaconum his verbis: *Philaſtrius Brixienſis Epiſcopus, qvem cum B. Ambroſio Mediolani etiam ipſe vidi: ſcripſit hic librum, hæreſes illas non prætermittens qvæ in populo Judæorum fuerunt ante Dominum adventum, eaſqve XXVIII. commemoravit.* Monet autem Bellarminus in Catalogo, multa a Philaſtrio inter hæreſes numerari, qvæ vere hæreſes non ſunt. Qvod autem cap 112. apud Philaſtrium vulgo legitur, a Chriſto Domino uſqve ad illud tempus, qvo ea ſcribebat, intercurriſſe annos qvadringentos triginta, mendum eſt typographi. Nam ad eum annum Philaſtrius non pervenit, utpote qvi diem obiit, ſuperſtite S. Ambroſio: ut conſtat ex Sermone S. Gaudentii, ejus ſucceſſoris, qvem in ordinatione ſua habuit. Deceſſit vero Ambroſius anno 397. aut 398. ut ſupra ad c. 124. Hieron. docui. Latinus Latinius, vir litteratus & Baronio olim

Google

lim familiaris, mendoſum Philaſtrii locum, levi facta mutatione, reſtitui poſſe cenſuit; nimirum ut tota numeri CCCCXXX. ſic corrigatur, CCCLXXX.

Prædeceſſoris ſui inſigne elogium habet S. Gaudentius: *Philaſtrius*, inqvit, *univerſum Romani orbis ambitum peragrans, qvaſi alter Paulus dominicum ſeminat verbum; ut eo populorum pectoribus inſito, omne Martyrii genus pro Chriſto libentiſſime tolerare univerſi pellicerentur. Cumqve adverſus Gentiles, Judæos & hæreticos prædicaſſet, pluribus ad orthodoxa Fidei cultum revocatis, qvorundam inſaelium verberibus affectus, non multo poſt, cum Dominica paſſione ſtigmatizatus, felicem animam Deo reſtituit.* Ceterum Philaſtrii liber de hæreſibus exſtat tomo 4. Bibliothecæ veterum Patrum. De eodem Helias Capreolus lib. 3. Chronicorum, Baronius ad annum 386. & Ferrarius in Catalogo SS. Italiæ conſuli poterunt. Sacra ejus lipſana *Rampertus* Epiſcopus Brixienſis, in æde S. Andreæ reperta, ad cathedralem S. Mariæ baſilicam tranſtulit: in qva translatione plurimos a variis infirmitatibus curatos fuiſſe, idem Rampertus litteris conſignavit.

Cap. IV. THEODORUS, Mopſveſtenæ urbis Epiſcopus, ita clare copioſeque ſcientiæ doctrina refulſiſſe refertur, ut prædicaretur (ſi referre fas eſt) mille voluminum ſummam in Græco conſcripſiſſe, adverſus omnium hæreticorum errores. Hunc Acephalorum Epiſcopi, in præjudicio Chalcedonenſis Concilii, Juſtiniano Principe compellente, damnare poſt mortem, cum Iba & Theodoreto Epiſcopis, cenſuerunt, dum conſtet eum laudabilium virorum teſtimoniis, clariſſimum Eccleſiæ Doctorem fuiſſe. Vixit uſqve ad imperium ſenioris Leonis.

*Schol.* De Theodoro Mopſveſteno, iba Edeſſeno, & Theodoreto Cyrenſi, Epiſcopis, deqve Tribus capitulis Concilii Chalcedonenſis, vide qvæ ſupra in ſcholiis ad cap. 18. & 19. Iſidori diximus.

Cap. V. TYRANNIUS Ruffinus ſcripſit, ad qvendam Paulinam presbyterum, de benedictionibus Patriarcharum, triplici intelligentia, librum ſatis ſuccinctum & clara brevitate compoſitum. Hic autem, juxtà myſticum ſenſum, ea qvæ de Dan filio Jacob ſcripta ſunt, non recte de Domino noſtro interpretatur, dum procul dubio ad Antichriſtum eadem pertinere ſanctorum Patrum probet aſſertio.

*Schol.* Ruffinus presbyter Aqvileienſis, prænomine *Tyrannius* vel *Torannius*, a Gennadio cap. 17. ſupra pag. 12. memoratus fuit: qvo lectorem remitto, ut & Gelaſii I. Papæ decretum, qvod habetur in Decreto Gratiani dist. 15.

Cap. VI. VERGUNDUS Africanus Epiſcopus, ſtudiis liberalium litterarum diſertus, edidit carmine dactylico duos modicos breveſqve libellos: qvorum primum de Reſurrectione & Judicio ſcripſit, alterum vero de Pœnitentia; in quo lamentabili carmine propria delicta deplorat.

*Schol.* *Verecundus*, Juncenſis in Byzacena Africæ provincia Epiſcopus, defenſor Trium capitulorum Concilii Chalcedonenſis, ſupra pag. 54. memoratorum, exul Chalcedone anno 552. obiit: ut Victor Tunnunenſis tradit. Ipſum eſſe eumdem cum noſtro *Vergundo* cenſet Loaiſa in Notis ad hunc locum; additqve ſe vidiſſe Verecundi libellum de Pœnitentia, hexametris verſibus ſcriptum, cujus hoc erat initium: *Qvis mihi maſta dabit lacrymoſis imbribus ora.*

Cap. 7. VICTORINUS Epiſcopus compoſuit & ipſe verſibus duo opuſcula admodum brevia; unum adverſus Manichæos, reprobantes veteris Teſtamenti Deum, veramqve Chriſti incarnationem contradicentes: alium autem adverſus Marcioniſtas, qvi duo principia, id eſt, duos Deos fingunt; unum malum, juſtum creaturarum conditorem, & retributorem factorum; alterum bonum, animarum ſuſceptorem, & indultorem criminum.

*Schol.* *Victorini* duo, unus Epiſcopus Pictavienſis, alter Rhetor Afer ab Hieronymo; & alii duo a Gennadio, unus Rhetor Maſſilienſis, alter Aqvitanus calculator recenſentur. Opuſcula duo adverſus Manichæos & Marcioniſtas, qvæ hic recenſentur, videntur eſſe *Victorini Afri Rhetoris*, de qvo Hieronymus cap. 101. ſupra pag. 190. agit. Victorini porro hujus libellos duos Sirmondus Lutetiæ 1630. publicavit: exſtantqve alia ejuſdem opera tom 4. Bibliothecæ Patrum. Garſias tamen Loaiſa putat duo illa opuſcula, qvæ hoc capite memorantur, eſſe attribuenda *Victorino Rhetori Maſſilienſi*, de qvo Gennadius cap. 60. ſupra pag. 28. tractat. Ut ut ſit, notet Lector Victorinum noſtrum hoc capite Epiſcopum vocari: qvem titulum nec ſuo Victorino Afro Hieronymus, nec ſuo Victorino Maſſilienſi Gennadius tribuit.

*Adverſus Marcioniſtas.* ] De iis legi poterunt Irenæus lib. 1. cap. 2. Auguſtinus de hæreſibus lib 1. cap. 21. & alii.

Cap. VIII. IDATIUS provinciæ Gallæciæ Epiſcopus, ſecutus Chronicon Euſebii Cæſarienſis Epiſcopi, ſive Hieronymi presbyteri, qvæ uſqve hodie in Valentis Auguſti imperium edita declaratur, dehinc ab anno primo Theodoſii Auguſti uſqve ad annum imperii Leonis octavum, ſubjunctam ſeqvitur hiſtoriam: in qva magis Barbarorum gentium bella crudelia narrat, qvæ premebant Hiſpaniam. Deceſſit ſub Leone Principe, ultima jam pene ſenectute; ſicut etiam præfationis ſuæ demonſtrat indicio.

*Schol. Idatius*, Lemicæ in Gallæcia Epiſcopus, ſcripſit *Chronicon*; qvod integrum primus Sirmondus Lutetiæ 1619. publicavit. Ejus excerpta ab Henrico Caniſio primum, deinde a Joſepho Scaligero edita fuerant. Ceterum ut Euſebii Chronicon continuat Idatius, ſic & illius etiam epochas ſectatur. Prior itaqvenumerus apud Idatium eſt Euſebianus: alter vero eſt æræ Hiſpanicæ, qvam in faſtis qvoqve, ut Hiſpanis uſitatam & familiarem, adjecit. Hæc vero Chriſti natalem triginta octo tantum annis antecedit, cum numerus Euſebianus præcedat annis 2015. Ceterum præter Chronicon Idatius ſcripſit & *Faſtos Conſulares*: qvorum partem, ab exordio Aureliani Auguſti ad obitum Honorii, idem Sirmondus Chronico Idatiano ſubtexuit. Libet porro ipſum Idatium de ſe loqventem audire.

IDATIUS *provincia Gallæcia natus in Lemica civitate, imago divino munere qvam proprio merito, ſummi Præſul creatus officii, eruditiſſimorum Patrum, in opere ſuo, oſtenſum ab his ſecutus eſt exemplar. Qvorum primus* Euſebius *Cæſarienſis Epiſcopus: qui Eccleſiaſticas ſui numeri libris ſcripſit hiſtorias, ab initio Nini regnantis Aſſyriis, & ſancti Abrahæ Patriarchæ Hebræis, & reliqvorum contemporales his annos Regum, in viceſimum Conſtantini Auguſti annum, Græci ſermonis Chronographia concludit hiſtoria. Poſt hunc* Hieronymus *presbyter, idem* Euſebius *cognomento, de Græco in Latinum ſcriptura hujus interpres, a viceſimo anno ſupradicti Imperatoris in qvartum decimum Valentis Auguſti annum, ſubditam texuit hiſtoriam. Quem quodam tempore propriæ peregrinationis in ſupradictis regionibus, adhuc infantulus, vidiſſe me certus ſum. Et qvia ad noſtri temporis curſum deſcriptio defluxit annorum, mentem monuit imperiti, ut de cognitis, vel veſtigiis ſe ſubſterneret prædeceſſorum. Qvæ fideli ſuſcipiens cordis intuitu, partim ex ſtudio Scriptorum, partim ex certo relatu, partim ex cognitione qvam propriæ vitæ tempus oſtendit, qvæ ſequuntur adiecimus.*

*Olympiadis* 296. *anno primo* (*Chriſti anno* 405.) *Hieroſolymis Joannes, Cæſarea Eulogius, Cypro Epiphanius, Alexandriæ Theophilus, Epiſcopi habentur inſignes. Hieronymus presbyterio præditus, in Bethleem conſiſtens, præcipuus habetur in cunctis. Qvi Hieroſolymis ante Joannem Epiſcopi fuerint, Idatius, qui hæc ſcribit, ſcire non potuit. Hunc vero ſanctum, cum ſanctis Eulogio, Theophilo & Hieronymo, vidit & infantulus & pupillus. Olympiadis* 302. *anno tertio* (*Chriſti* 431.) *Suevi initam cum Gallæcis pacem, libata ſibi occaſione, conturbant. Ob qvorum depradationem, Idatius Epiſcopus ad Aetium utriuſque militiæ ducem, qui expeditionem agebat in Gallis, ſuſcipit legationem. Olympiadis ejuſdem anno qvarto* (*Chriſti* 432.) *ſuperatis per Aetium in certamine Francis, & in pace ſuſceptis, Cenſorius Comes legatus mittitur ad Suevos: ſupradicto ſecum Idatio redeunte.*

*Olympiadis* 303. *anno tertio* (*Chriſti anno* 435.) *Hieroſolymis Juvenalem Epiſcopum præſidere, Germani presbyteri Arabicæ regionis, exinde ad Gallæciam venientis, & aliorum Græcorum relatione comperimus; adjicientibus Conſtantinopolim eum, cum aliis & Paläſtinæ provinciæ & Orientis Epiſcopis evocatum, ſub præſentia Theodoſii Auguſti, contracto epiſcoporum interfuiſſe Concilio, ad deſtruendam Hebionitarum hæreſim, quam Neſtorius ejuſdem urbis Epiſcopus reſuſcitabat. Qvo vero tempore ſancti Joannes, Hieronymus & alii, quos ſupra diximus, obierint, vel qvis Joanni ante Juvenalem ſucceſſerit, referentium ſermo non edidit. Olympiadis* 306. *anno primo* (*Chriſti* 445.) *in Aſturicenſi urbe Gallæciæ, quidam ante aliqvot annos latentes Manichæi geſtis Epiſcopalibus deteguntur: qua ab Idatio & Toribio* (*Aſturicenſi*) *Epiſcopis, qui eos audierant, ad Antoninum Emeritenſem Epiſcopum directa ſunt. Olympiadis* 310. *anno primo* (*Chriſti* 461.) *Frumarius cum manu Suevorum, quam habebat, impulſus, capto Idatio Epiſcopo, VII. Kalendas Auguſti, in Aqua flavienſi eccleſia, eundem conventum grandi evertit excidio. Idatius, tribus menſibus captivitatis impletis, menſe Novembri, redit ad Flavias.* Hactenus ex Idatii Chronico.

*Uſqve in annum imperii Leonis VIII.* hoc eſt, annum Chriſti 464. Qvin imo Idatius Chronicon ſuum uſqve ad annum Chriſti 467. deduxit: ut ex ejuſdem concluſione liqvet. Idatium porro Lemicenſem Epiſcopum qvatuor alii itidem Epiſcopi ac Chronographi Hiſpanienſes excipiunt, *Iſidorus Pacenſis*, *Sebaſtianus Salmanticenſis*, *Sampirus Aſturicenſis*, & *Pelagius Ovetenſis*: qvos omnes junctim ex manuſcriptis codicibus Prudentius Sandovallius, Pampelonenſis Epiſcopus 1634. Pampelonæ in Navarra primus edidit. Ex his *Iſidorus Pacenſis* orditur ab æra ſexcenteſima tertia, ſive ab anno Heraclii Imp. ſeptimo, qvo Mahometes Saracenorum ductor Syriam, Arabiam & Meſopotamiam occupavit, & deſinit in æra ſeptingenteſima nonageſima octava, hoc eſt, in anno Chriſti ſeptingenteſimo qvinqvageſimo qvarto: qvo anno & ſe ſcripſiſſe teſtatur ſub finem. *Sebaſtianus Salmanticenſis* a temporibus Pelagii Regis uſqve ad Ordinii I. Regis obitum hoc eſt uſq; ad æram nongenteſimam tertiam, ſive uſqve ad annum Chriſti octingenteſimum ſexageſimum qvintum ſuam, ut nuncupat, hiſtoriam deduxit. *Sampirus Aſturicenſis*, ab æra octingenteſima nonageſima ſexta, ſive a temporibus Alfonſi Magni, illo nomine tertii Regis, uſqve ad initium principatus Veremundi Regis continuavit. *Pelagius Ovetenſis Epiſcopus* a temporibus dicti Veremundi uſqve ad obitum Alfonſi VII. (qvem vocant Imperatorem Hiſpaniæ) rerum geſtarum ſeriem produxit. De Æræ ratione & origine Mariana lib. 3. c. 24. conſulatur.

Cap.

Cap. IX. EUSEBIUS Dorilætanæ urbis Episcopus. Hic in cœtu Chalcedonensis concilii, contra Dioscorum hæreticum, Alexandrinæ urbis Episcopum, librum obtulit, ac præsenti Synodo omnes Dioscori errores & blasphemias recitavit. Hunc enim ac S. Flavianum Constantinopolitanum Episcopum idem Dioscorus in Ephesina II. synodo excommunicationis sententia dejecerat; eo quod pro orthodoxa Fide contra hæresim repugnarent. Unde postea idem Eusebius, in Chalcedonensi synodo innumerabilium malorum ejus crimina vel blasphemias detegens, damnationis ejus sententiam super eum a sancto Concilio imprecatur; scilicet ut qvod injuste illo aliis intulerat, in eum iuste retorqveretur.

*Schol. De Eusebio* Dorilæi Episcopo, itemqve de S. Flaviano CP. Episcopo, Rom. Martyrologii tabulis a. d. 18. Febr. adscripto Baronius fuse in Annalibus, & in Notis ad citatum Martyrologii locum tractat.

Cap. X. CERIALIS Castulensis Ecclesiæ Episcopus. Hic, dum apud Carthaginiensem Africæ Provinciæ urbem veniisset, de Fide sanctæ Trinitatis cum Maximiano, Ammonitarum Episcopo, concertatus est; respondens propositionibus ejus non eloqviorum argumentis, sed testimoniis sanctarum Scripturarum. Exstat hoc ipsum ejusdem opusculum, decem & novem responsionum capitulis præsignatum.

*Schol. Cerealis*, Castulensis seu Castalanensis in Africa Episcopi, Gennadius qvoqve in Catalogo cap. 98. meminit. De ejus libro, contra Maximianum Ammonitarum (aliis Arianorum aut Africanorum) Episcopum scripto, supra in Scholiis ad citatum Gennadii locum, pag. 43. nos egimus.

Cap. XI. FERRANDUS, Cathaginiensis Ecclesiæ Diaconus, multum in sacris Scripturis floruisse asseritur, multasqve cum beato Fulgentio propositiones alternis epistolis habuisse narratur. Iste ad Pelagium & Anatolium, Romanos Diaconos, consulentes eum, utrum liceat qvemqvam damnare post mortem, edidit rescriptum, ubi inter alia sic locutus est, dicens: Qvid prodest dormientibus Ecclesiam perturbare? Si qvis adhuc in corpore mortis hujus accusatus & damnatus, antequam mereretur absolvi, de Ecclesia raptus est, absolvi non potest ulterius humano judicio. Si qvis accusatus & absolutus, ante diem sacri examinis, repentina vocatione præventus est, intra sinum matris Ecclesiæ constitutus, divino intelligendus est judicio reservari. De hoc nullus homo potest manifestam proferre sententiam: cui si Deus indulgentiam dedit, nihil nocet nostra severitas; sed si supplicium præparavit, nihil prodest nostra benignitas.

*Schol.* Victor Tununensis in Chronico notat, *Fulgentium Ferrandum* in ecclesia Carthaginiensi claruisse anno VI. post Consulatum Basilii, hoc est, Christi an. 547. Scripsit autem *Paraneticum ad Reginum Comitem*, qvi in Bibliotheca Patrum exstat; item *Epistolas*, Romæ primum, & postea in citata Bibliotheca publicatas; item *Breviationem sacrorum Canonum*, Parisiis 1598. cum Crisconii Breviario Canonum; & 1609. cum Codice veteri Canonum Ecclesiæ Romanæ, per Dionysium Exiguum concinnato, typis editam. Sunt qvi putant ab eodem Ferrando Diacono conscriptam esse vitam S. Fulgentii Ruspensis Episcopi, qvæ in omnium est manibus. De Fulgentio utroqve fuse Baronius in Annalibus.

Cap. XII. PETRUS, Ilerdensis Hispaniarum Ecclesiæ Episcopus, edidit diversis solemnitatibus congruentes Orationes, & Missas, eleganti sensu, & aperto sermone.

MARCELLINUS, Italiæ presbyter, scripsit, Theodosio minore Arcadioqve Imperatoribus, opusculum unum: in qvo retexuit gesta Episcoporum, qvi ad destructionem homousion* Arimini convenerunt: quique ita totum mundum perfidia impii dogmatis turbaverunt, ut vix pauci Antistites existerent, qvi in inviolabili Fidei cultu perseverarent. Exponit quoque de Ario, dum ad Synodum pergeret, cum Alexandro disputaturus, qualiter conversus in via, ad necessariam caussam, viscera ejus fuissent diffusa. De fine quoque Osij Cordubensis urbis Episcopi, qvi metu Imperatoris Fidem prævaricatus, perfidiæ assertor & impietatis effectus fuerat assecutor, sic talia profert: Nam post impiam, inqvit, Osij prævaricationem, dum S. Gregorius Eliberitanus** Episcopus in Cordubensi urbe, juxta imperiale decretum, fuisset adductus, ac minime vellet illi communicare, commotus Osius dicit Clementino, Constantii Præfecti Vicario, ut mitteret eum in exilium. At ille, Non audeo, inqvit, Episcopum in exilium mittere, nisi prius eum ab Episcopatu dejeceris. Ut autem vidit S. Gregorius, qvod Osius vellet ferre sententiam, appellat Christum totis fidei suæ visceribus, exclamans ita: Christe Deus, qvi venturus es judicare vivos & mortuos, ne patiaris hodie humanam proferri sententiam adversus me minimum servum tuum, qvi pro fide nominis tui, ut reus assistens, spectaculum factus sum: sed tu ipse, qvæso, in caussa tua hodie judica, ipse sententiam proferre dignare per ultionem. Non ego, qvasi renuens exilium, fugere cupio, cum mihi pro tuo nomine nul-



* Homousii. ** Martyrolog. Rom. 24. April.

lum ſupplicium grave ſit, ſed ut multi prævaricationis errore liberentur, cum præſentem viderint ultionem. His dictis, ecce repente Oſius, reſidens faſtu qvaſi regalis Imperii, cum ſententiam conaretur exprimere, os vertit, diſtorqvens pariter & cervicem, ac de ſeſſu in terram eliditur, atqve illico exſpiravit. Tunc admirantibus cunctis, etiam Clementinus ille gentilis expavit, & licet eſſet judex, tamen timens, ne in ſe ſimile ſupplicium judicaretur, proſtravit ſe ad pedes ſancti viri, obſecrans ut ſibi parceret, qvi in eum divinæ legis ignoratione peccaſſet, & non tam proprio arbitrio, qvam mandantis Imperio. Inde eſt, qvod ſolus Gregorius numero vindicantium integram Fidem, neqve in fugam verſus eſt, neqve paſſus eſt exilium. Unuſqviſqve enim timuit de illo ulterius judicare.

*Schol.* Marcellini hujus Gennadius cap. 16. in Fauſtino, ſupra pag. 11. meminit. Iſta porro, qvæ de Oſio Cordubenſi hoc capite narrantur, a Marcellino presbytero, ſchiſmatico Luciferiano, conficta fuiſſe, ſupra in Scholiis ad cap. 1. Iſidori, pag. 50. docui.

# INDEX SCRIPTORUM ECCLESIASTICORUM

## QVI IN ILDEFONSI CATALOGO, EJUSQVE APPENDICIBUS MEMORANTUR.


Asturius Toletanus Epiſcopus, pag. 62
Aurafius Toletanus Epiſcopus, 63
Braulio Cæſarauguſtanus Epiſc. 64
Cerealis Caſtulenſis Epiſcopus, 71
Conantius Palentinus Epiſcopus, 64
Donatus Afer monachus, 62
Eugenius Toletanus Epiſcopus, 64
Eugenius junior Tolet. Epiſc. 65
Euſebius Dorilætanus Epiſcopus, 71
Ferrandus Carthaginienſis Diac. 71
Gregorius I. Papa, 61
Helladius Toletanus Epiſcopus, 63
Idatius Lemicenſis Epiſcopus, 69
Ildefonſus Toletanus Epiſcopus, 65
Joannes Cæſarauguſtanus Epiſcopus, 63
Iſidorus Hiſpalenſis Epiſcopus, pag. 64
Julianus Toletanus Epiſcopus, 66
Juſtus Toletanus Epiſcopus, 63
Macrobius Diaconus, 68
Marcellinus presbyter Italus, 71
Montanus Toletanus Epiſcopus, 62
Nonnitus Gerundenſis Epiſcopus, 64
Petrus Ilerdenſis Epiſcopus, 71
Philaſtrius Brixienſis Epiſcopus 68
Ruffinus Aqvilejenſis, 69
Salvus Abbas, 68
Sixtus Papa, 68
Theodorus Mopſveſtenus Epiſcopus, 69
Vergundus Afer Epiſcopus, 69
Victorinus Epiſcopus, 69


LIBEL-

Digitized by Google

# LIBELLI IV.
# HONORII
# AUGUSTODUNENSIS
# PRESBYTERI
# DE LUMINATIBUS ECCLESIÆ,
## SIVE
# DE SCRIPTORIBUS ECCLESIASTICIS.

INCIPIT LIBLLUS I. EX HIERONYMO SUBLECTUS.

ROGO te Lector (si tamen præ dono invidiæ audias) ne hujus opuſculi laborem vilipendas. Ego qvippe vigilavi, ut tu dormias: ego laboravi, ut tu qvieſcas. Tuus ſolummodo labor erit, ut perlegendo intelligentia replearis, & præditus, clarus ab omnibus habearis. Si autem (qvod magis timeo) tabido corde & nebuloſa facie his floſculis ornate contextis lividum dentem imprimis, ac roſigerum ſertum, candidulis liliis connexum, venenata lingua carpis; invidia qvidem te ut proximum ſervum caligini ignorantiæ involvet, me autem benevolentia per lumen ſcientiæ ad gloriam & honorem perducet. In hoc libello omnes Eccleſiaſticos Scriptores a tempore Chriſti uſqve ad noſtra tempora nominatim expreſſi, qvos ex Hieronymo, Gennadio, Iſidoro, Beda, & aliis cognoſcere potui.

Cap. 1. SIMON PETRUS, filius Joannis, Provinciæ Galliæ, vico Bethſaida, frater Andreæ Apoſtoli, & Princeps Apoſtolorum, ſcripſit duas Epiſtolas, qvæ canonicæ nominantur. Evangelium qvoqve Marci ejus eſſe dicitur. Libri autem, de qvibus unus Actorum ejus inſcribitur, alius Evangelii, tertius Prædicationis, qvartus Apocalypſeos, qvintus Judicii, inter apocryphas ſcripturas repudiantur. Hic poſt Epiſcopatum Antiochenſis Eccleſiæ, ad expugnandum Simonem magum, Romam pergit, ibiqve viginti annis cathedram Epiſcopalem tenuit, uſqve ad qvartum decimum annum Neronis, a qvo & crucifixus eſt, Romæqve ſepultus. *Vide Hieron. c. 1.*

Cap. 2. JACOBUS, frater Domini, cognomento Juſtus, Joſeſph, ut qvidam exiſtimant, ex alia uxore, ut alii, Mariæ ſororis matris Domini filius, ſcripſit unam de ſeptem canonicis Epiſtolam. Hic poſt paſſionem Domini ab Apoſtolis Hieroſolymorum ordinatus Epiſcopus, triginta annis rexit Eccleſiam, & juxta templum Domini, ubi præcipitatus fuerat, ſepelitur. *Hieron. c. 2.*

Cap. 3. MATTHÆUS, qvi & Levi, ex Publicano Apoſtolus, primus in Judæa Evangelium Chriſti Hebræis litteris compoſuit. *Hieron. c. 3.*

Cap. 4. JUDAS, frater Jacobi, unam de ſeptem canonicis reliqvit Epiſtolam. *Hieron. c. 4.*

Cap. 5. PAULUS Apoſtolus, qvi antea Saulus, extra numerum duodecim Apoſtolorum, de tribu Benjamin, & oppido Judææ Giſchali, ſcripſit decem Epiſtolas ad Eccleſias, ad Romanos unam, ad Corinthios duas, ad Galatas unam, ad Epheſios unam, ad Philippenſes unam, ad Coloſſenſes unam, ad Theſſalonicenſes duas, ad Hebræos unam: præterea ad diſcipulos ſuos qvatuor, Timotheo duas, Tito unam, Philemoni unam, ad Laodicenſes unam, qvæ qvidem legitur, ſed ab omnibus exploditur. Hic qvarto decimo Neronis anno, eodem die qvo Petrus Romæ pro Chriſto capite truncatur, & in via Oſtienſi ſepelitur trigeſimo ſeptimo anno poſt paſſionem Domini. *Hieron. c. 5.*

Cap. 6. BARNABAS Cyprius, qvi & Joſeph levites cum Paulo gentium Apoſtolus ordinatus, unam ad ædificationem Eccleſiæ Epiſtolam compoſuit, qvæ inter apocryphas ſcripturas legitur. *Hieron. c. 6.*



Digitized by Google

Cap. 7. LUCAS Medicus Antiochenſis, ſectatar Pauli Apoſtoli, ſcripſit Evangelium, & Actus Apoſtolorum Romæ. Hic octuageſimo & qvarto anno in Bithynia moritur, & poſtmodum Conſtantinopolim transfertur. *Hieron. c. 7.*

Cap. 8. MARCUS, diſcipulus & interpres Petri, Romanis ſcripſit Evangelium. Hic paſſus eſt octavo Neronis anno, & Alexandriæ ſepultus. *Hieron. c. 8.*

Cap. 9. JOANNES Apoſtolus, filius Zebedæi, & frater Jacobi, ſcripſit Aſiæ Epiſcopis Evangelium, & Apocalypſim, & tres canonicas Epiſtolas. Hic ſexageſimo octavo anno poſt paſſionem Domini ſub Trajano moritur, & apud Epheſum ſepelitur. *Hieron. c. 9.*

Cap. 10. HERMAS, cujus Apoſtolus Paulus ad Romanos meminit, ſcripſit librum, qvi appellatur Paſtor. *Hieron. c. 10.*

Cap. 11. PHILO Judæus, natione Alexandrinus, de genere ſacerdotum, ſcripſit librum unum de vita noſtrorum ſub Marco degentium. Hujus extant præclara & innumerabilia opera: In qvinqve libros Moyſi: De confuſione linguarum, liber unus: De natura & inventione, liber unus: De his qvæ ſenſu precamur & teſtamur, liber unus: De eruditione, liber unus: De herede divinarum rerum, liber unus: De diviſione æqvalium & contrariorum, liber unus: De tribus virtutibus, liber unus: Qvare qvorumdam in Scripturis mutata ſint nomina, liber unus: De pactis, libri duo: De vita ſapientis, liber unus: De tribus virtutibus, liber unus: Quod ſomnia mittantur a Deo, libri quinque: Quæſtionum & ſolutionum in Exodum libri quinque: De tabernaculo, & Decalogo, libri quatuor: De victimis & repromiſſionibus: De maledictis: De prouidentia: De Iudæis: De converſatione vitæ Alexandri: Qvod propriam rationem habeant muta animalia: Quod omnis inſipiens ſervus ſit: De Apoſtolicis viris, quem inſcripſit de contemplativa vita: De agricultura duos: De ebrietate duos. Hic conſcripſit ſecundum librum Machabæorum. *Vide Hieron. c. 11. & Bellarminum in Catalogo, ubi agit de Philone & de auctore librorum Machabæorum.*

Cap. 12. LUCIUS ANNÆUSSENECA Cordubenſis, Photini Stoici diſcipulus, & patruus Lucani Poëtæ, ſcripſit qvaſdam Epiſtolas ad Paulum Apoſtolum, & Apoſtolus qvaſdam reſcripſit. *Hieron. c. 12.*

Cap. 23. JOSEPHUS, Mathathiæ filius, ex Hieroſolymis ſacerdos, a Veſpaſiano captus, ſcripſit Romæ ſeptem libros Judaicæ captivitatis, & alios vigintiqvatuor Antiquitatum libros, ab exordio mundi uſque ad qvartum decimum annum Domitiani Cæſaris, & duos conflictus adverſus Appionem Grammaticum Alexandrinum, & unum qui inſcribitur de Potentia, in qvo digeſta ſunt Machabæorum martyria. *Hieron. c. 13.*

Cap. 14. JUSTUS Tiberienſis, de provincia Galilæa, ſcripſit hiſtoriam Judaicarum rerum, & quoſdam commentariolos de Scripturis. *Hieron. c. 14.*

Cap. 15. CLEMENS, cujus Apoſtolus ad Philippenſes meminit, quartus poſt Petrum Apoſtolum Romæ Epiſcopus (ſiquidem ſecundus Linus, tertius Anacletus fuit) ſcripſit Epiſtolam ad Corinthiorum Eccleſiam, valde utilem, & Itinerarium Petri, & Diſputationem Petri & Appionis, & multa alia, qvæ inter apocrypha numerantur. *Hieron. c. 15.*

Cap. 16. DIONYSIUS AREOPAGITA Philoſophus, a Paulo Apoſtolo converſus, Athenis Epiſcopus ordinatus, ſcripſit librum de Hierarchia, & multa alia.

A. MIRÆI *Schol.* De S. Dionyſio Areopagita ſic legitur in veteri Romano Martyrologio, ab Heriberto Roſweido typis Plantinianis 1613. edito: *V Nonas (3) Octobris, Athenis, Dionyſii Areopagitæ ſub Adriano diverſis tormentis paſſi: ut Ariſtides teſtis eſt in opere, qvod de Chriſtiana religione compoſuit. Hoc opus apud Athenienſes inter antiqvorum memorias clariſſimum tenetur.* De S. Dionyſio Pariſienſi Epiſcopo ſic legitur in eodem Martyrologio: *VII. Idus (9) Octobris, Pariſiis, Dionyſii Epiſcopi, cum ſociis ſuis, a Feſcennino gladio animad-verſi.* Vetus itaqve Romanum Martyrologium duos Dionyſios conſtituit; unum Areopagitam, S. Pauli Adoſtoli Diſcipulum; alterum Pariſienſem Epiſcopum, juſſu Feſcennini gladio percuſſum Decio & Grato conſulibus (hoc eſt, Chriſti 250 anno) ut Gregorius Turonenſis lib. 1. hiſt. Francorum narrat. Hæc viſum fuit verbo indicare: reliqva cuiuſqve judicio relinqvo.

Cap. 17. *Ignatius*, Antiochenæ eccleſiæ poſt Petrum Apoſtolum tertius Epiſcopus, ſcripſit eccleſiæ Epheſiorum epiſtolam, alteram ad Magneſianos, tertiam ad Trallenſes, qvartam ad Romanos, deinde ad Philadelphios, & Smyrnæos. Hic paſſus eſt ſub Trajano. *Hieron. c. 16.*

Cap. 18. *Polycarpus*, Joannis Apoſtoli diſcipulus, ab eo Smyrnæ Epiſcopus ordinatus, ſcripſit ad Philippenſes valde utilem epiſtolam, & qvædam de die Paſchæ. Hic ſub Commodo pro Chriſto igni traditur. *Hieron. c. 17.*

Cap. 19. *Papias*, Joannis auditor, Hierapolitanus in Aſia Epiſcopus, qvinque ſcripſit volumina, quæ prænotavit, Explanatio ſermonum Domini. *Hieron. c. 18.*

Cap. 20. *Quadratus*, Apoſtolorum diſcipulus, Athenarum Epiſcopus, ſcripſit librum pro Chriſtiana religione valde utilem, Apoſtolica doctrina dignum. *Hieron. c. 19.*

Cap. 21. *Ariſtides*, Athenienſis Philoſophus eloquentiſſimus, ſcripſit volumen, noſtri dogmatis rationem continens. *Hieron. c. 20.*

Cap.

Cap. 22. *Agrippa* cognomento Caſtor, vir valde doctus, adverſus viginti qvattuor volumina Baſilidis hæretici, qvæ in Evangelium confecerat, fortiſſime diſſeruit. *Hieron. c.* 21.

Cap. 23. *Egeſippus*, vicinus Apoſtolicorum temporum, omnem a paſſione Domini uſque ad ſuam ætatem Eccleſiaſticorum actuum texens hiſtoriam, quinque libros compoſuit. *Hieron. c.* 22.

Cap. 24. *Juſtinus* Philoſophus, de Neapoli urbe Palæſtinæ, patre Priſco Bacchio, ſcripſit libros quattuor pro religione Chriſti contra Gentes, & unum de monarchia Dei, & unum qvem prænotavit Pſalten, & unum de anima, & dialogum contra Judæos, & inſignia volumina contra Marcionem, & librum contra omnes hæreſes. Ad ultimum pro Chriſto ſanguinem fudit. *Hieron. c.* 23.

Cap. 25. *Melito* Aſianus, Sardenſis Epiſcopus, librum pro Chriſtiano dogmate compoſuit. Scripſit etiam de Paſcha duos libros: De vita Prophetarum librum unum: De ſenibus unum: De corpore & anima unum: De baptiſmate unum: De veritate unum: De generatione Chriſti unum: De prophetia ſua unum: De hoſpitalitate unum: & alium librum, qui clavis inſcribitur: De diabolo unum: De Apocalypſi Joannis unum: eclogarum libros ſex. *Hieron. c.* 24.

Cap 26. *Theophilus*, ſextus Antiochenæ eccleſiæ Epiſcopus, contra Marcionem librum compoſuit & ad Auctolycum tria volumina, & contra hæreſim Hermogenis librum unum, & alios tractatus. *Hieron. c.* 25.

Cap. 27. *Apollinaris*, Aſiæ Hieropolitanus Epiſcopus, inſigne volumen pro fide Chriſtianorum edidit, & qvinqve libros adverſus Gentes, & tres de veritate, & duos adverſus Cataphrygas. *Hieron. c.* 26.

Cap. 28. *Dionyſius* Corinthiorum eccleſiæ Epiſcopus multas epiſtolas ad Eccleſias ſcripſit: in qvibus eſt una ad Laodicenſes, alia ad Athenienſes, tertia ad Nicomedienſes, quarta ad Cretenſes, quinta ad Ponti Eccleſias, ſexta ad Ignoſianos, ſeptima ad Romanos, octava ad Chryſophoram, ſanctam feminam. Sub Marco Antonino claruit.

*Schol. Ad Laodicenſes*: ] lege *Lacedæmonios*. *Ad Ignoſianos*: ] lege, *Cnoſſianos*. Vide *Hieron. c.* 27.

Cap. 29. *Pinytus* Cretenſis, Cnoſſiæ urbis Epiſcopus, ſcripſit ad Dionyſium Epiſcopum vaide elegantem Epiſtolam. *Hieron. c.* 28.

Cap. 30. *Tatianus* hæreſiarcha infinita ſcripſit volumina. Hic Juſtini Philoſophi diſcipulus fuit; in Rhetorica quam maxime floruit; novam hæreſim condidit.

*Schol.* Harmonia IV. Evangeliorum; qvæ tomo 7. Bibliothecæ veterum Patrum exſtat, non eſt Tatiani ſed *Ammonii Alexandrini*, de qvo Hieronymus cap. 55. in Catalogo agit. In eodem tomo eſtat liber *Diateſſeron Evangeliorum* cujus auctor fuit hic Tatianus Syrus, Encratitarum princeps. *Vide ſupra Hieron. c.* 29. & 55.

Cap. 31. *Philippus*, Cretenſis Gortinæ urbis Epiſcopus, præclarum adverſus Marcionem edidit librum. *Hieron. c.* 30.

Cap. 32. *Muſanus* non ignobilis ſcriptor confecit librum adverſus qvoſdam, qvi ad hæreſim Tatianam declinaverunt. *Hieron. c.* 31.

Cap. 33. *Modeſtus* adverſus Marcionem fecit librum, & alia qvædam *Hieron. c.* 32.

Cap. 34. *Bardeſanus*, in Meſopotamia clarus, infinita adverſus pene omnes hæreticos ſcripſit volumina. Hic nimis eloqvens fuit, & novam hæreſim condidit. *Hieron. c.* 33.

Cap. 35. *Victor* tertius decimus Romanæ urbis Epiſcopus de Paſcha, & alia qvædam ſcripſit volumina. *Hieron. c.* 34.

Cap. 36. *Irenæus*, Lugdunenſis Galliæ Epiſcopus, ſcripſit adverſus Hæreſes libros qvinqve, contra Gentes volumen breve, de Diſciplina aliud, & ad Martianum fratrem de Apoſtolica prædicatione, librum variorum tractatuum, ad Blaſtum de Schiſmate, ad Florinum de Monarchia, de Ogdoade egregium documentum: & qvædam ad Victorem Papam de Paſcha. *Hieron. c.* 35.

Cap. 37. *Pantænus* Stoicæ ſectæ diſcipulus, tam in ſanctis Scripturis, qvam in ſæculari litteratura eruditus, Alexandriæ multos commentarios in ſanctam Scripturam fecit. Hic ad Indiam miſſus, ubi Bartholomæus docuit, ubi Evangelium Matthæi reperit, qvod & ſecum detulit. *Hieron. c.* 36.

Cap. 38. *Rhodon* genere Aſianus, a Tatiano in Scripturis Romæ eruditus, edidit plurima, præcipuumqve adverſus Marcionem opus: ſed & in Hexaëmeron elegantes tractatus compoſuit, & adverſus Cataphrygas inſigne volumen. Sub Commodo floruit. *Hieron. c.* 37.

Cap. 39. *Clemens* Alexandrinæ eccleſiæ presbyter, Pantæni auditor, poſt eum eccleſiaſticam ſcholam tenens, ſcripſit inſignia volumina, plena eruditionis & eloqventiæ, tam de Scripturis divinis, qvam de ſæcularis litteraturæ inſtrumento. E qvibus ſunt illa Stromatum & Informationum libri octo, de Pædagogis unus, de Paſcha unus,

de Jejunio unus, de Disceptatione unus, & alius qvi inscribitur, Qvisnam ille dives sit qvi salvetur; de Obtrectatione liber unus; de Canonibus ecclesiasticis unus. Hujus discipulus fuit Origenes. *Hieron. c.* 38.

Cap. 40. *Miltiades* scripsit præcipuum volumen adversus Montanum, & Priscam & Maximillam, & alios libros adversus Gentes & Judæos. *Hieron. c.* 39.

Cap. 41. *Apollonius* vir disertissimus scripsit adversus Montanum, & Priscam & Maximillam insigne & magnum volumen. Contra hunc scripsit Tertullianus. Hic claruit sub Severo. *Hieron. c.* 40.

Cap. 42. *Serapion*, Antiochiæ Episcopus, scripsit Epistolam ad Caricum & Ponticum de hæresi Montani. Ad Domnionem qvoqve librum composuit, & nnum de Evangelio, & alias breves Epistolas. *Hieron. c.* 41

Cap. 43. *Apollonius*, Romanæ urbis senator, insigne volumen pro Fide nostra composuit. Hic sententia Senatus pro Christo capite truncatur. *Hieron. c.* 42.

Cap. 44. *Theophilus* Cæsareæ Palæstinæ, qvæ olim Turris Stratonis vocabatur, Episcopus, de Pascha synodicam & valde utilem composuit Epistolam. *Hieron. c.* 43.

Cap. 45. *Bacchylus*, Corinthiorum Episcopus, elegantem librum de Pascha composuit. *Hieron. c.* 44.

Cap. 46. *Polycrates* Ephesiorum Episcopus, scripsit synodicam Epistolam ad Victorem Romanum Episcopum. *Hieron. c.* 45.

Cap. 47. *Heraclius* in Apostolum commentarios composuit. *Hieron. c.* 46.

Cap. 48. *Maximinus* famosam qvæstionem insigni volumine ventilavit. Unde malum, & qvod materia a Deo facta sit. *Hieron. c.* 47.

Cap. 49. *Candidus* in Hexaëmeron pulcherrimos tractatus edidit. *Hieron. c.* 48.

Cap. 50. *Appion* similiter in Hexaëmeron tractatus fecit. *Hieron. c.* 49.

Cap. 51. *Sextus* sub Severo scripsit librum de Resurrectione. *Hieron. c.* 50.

Cap. 52. *Brabianus* qvædam opuscula ad Christianum dogma pertinentia edidit. *Hieron. c.* 51.

Cap. 53. *Judas* plenissime disputavit de septuaginta hebdomadibus apud Danielem, & Chronica usqve ad Severum perduxit. *Hieron. c.* 52.

Cap. 54. *Tertullianus* presbyter Provinciæ Africanæ, civitatis Carthaginiensis, patre Centurione proconsulari, acris & vehementis ingenii, multa scripsit volumina. Specialiter autem adversus Ecclesiam texuit volumina: De pudicitia, De persecutione, De jejuniis, De monogamia, De ecstasi libros qvinqve, & sextum adversus Apollonium, & multa alia, qvæ non extant, volumina. *Hieron. c.* 53

Cap. 55. *Origenes*, qvi & Adamantius, Leoinde patre, matre - - - Alexandriæ, a Demetrio ejusdem urbis Episcopo in locum Clementis presbyteri confirmatus, tantum in Scripturis habuit studii, ut Hebræam linguam contra ætatis gentisqve suæ naturam ediscceret; & exceptis septuaginta Interpretibus alias qvoqve editiones in unum congregaret. Aqvilæ scilicet Pontici proselyti, & Theodotionis Ebionæi & Symnachi ejusdem dogmatis. In Evangelium qvoqve κατὰ Matthæum scripsit commentarios. Præterea qvintam, & sextam, & septimam editionem cum cæteris comparavit. Dialecticam qvoqve & Geometriam, & Arithmeticam & Astronomiam, Musicam & Grammaticam, & Rhetoricam, omniumqve Philosophorum sectas ita didicit, ut studiosos qvoqve sæcularium litterarum sectatores haberet, concursusqve ad eum mirifice fierent. Sex milia librorum scripsit. Sub Seveto floruit. *Hieron. c.* 54.

Cap. 56. *Ammonius* vir disertus & valde eruditus, in Philosophia clarus, Alexandriæ inter multa ingenii sui præclara monùmemta etiam de consonantia Moysi & Jesu elegans opus composuit, & Evangelicos canones excogitavit, qvos postea secutus est Eusebius Cæsarienfis. *Hieron. c.* 55.

Cap. 57. *Ambrosius* primum Marcionites, deinde ab Origene correctus, Ecclesiæ Alexandrinæ diaconus, multas Epistolas ad Origenem scripsit. Ad hunc Origenes infinita dictavit volumina. *Hieron. c.* 56.

Cap. 58. *Tripho* Origenis auditor, in Scripturis eruditissimus, multa fecit opuscula, præcipue librum qvem composuit de vacca rufa, in Deuteronomio; de divisione columbæ & turturis ab Abraham. *Hieron. c.* 57.

Cap. 59. *Minutius* Felix, Romæ insignis causidicus, scripsit altercationis Dialogum, Christiani & hæretici disputantis, & librum de Fato contra Mathematicos. *Hieron. c.* 58.

Cap. 60. *Gaius* adversus Proculum, Montani sectatorem, valde insignem habuit disputationem. *Hieron. c.* 69.

Cap. 61. *Berullus*, Arabiæ Bostrenus Episcopus, in qvandam hæresim lapsus, ab Origene correctus, scripsit varia opuscula, & maxime Epistolas, extat & Dialogus Origenis & Berylli. *Hieron. c.* 60.

Cap. 62. *Hippolytus*, cujusdam urbis Episcopus, scripsit de Pascha & temporibus, & nonnullos in Scripturas commentarios: in Hexaëmeron; in Exodum, in Canti-

ca

ea Canticorum ; in Geneſim ; in Zachariam ; de Pſalmis ; in Eſaiam ; in Danielem ; in Apocalypſim ; in Proverbia ; in Eccleſiaſten ; de Saul & Pythoniſſa ; de Antichriſto ; de Reſurrectione ; contra Marcionem ; de Paſcha ; adverſum omnes hæreſes narrationem ; de laude Salvatoris. *Hieron. c.* 61.

Cap. 63. *Alexander*, Cappadociæ Epiſcopus, ſcripſit Epiſtolam ad Antiochenſes, aliam ad Origenem, aliam ad Demetrium, & alias ad diverſos Epiſtolas. Hic ſub Decio martyrio coronatur. *Hieron. c.* 62.

Cap. 64. *Julius Africanus* ſcripſit qvnqve de temporibus volumina. Hic ſub Aurelio Imperatore ſuſcepit legationem pro inſtauratione urbis Emaus, qvæ poſtea Nicopolis eſt appellata. *Hieron. cap.* 63.

Cap. 65. *Geminus*, Antiochenæ Eccleſiæ presbyter, qvædam ingenii ſui monumenta compoſuit. *Hieron. c.* 64.

Cap. 66. *Theodorus*, qvi poſtea Gregorius appellatus eſt, Neocæſareæ Ponti Epiſcopus, Origenis auditor, ſcripſit Metaphraſin in Eccleſiaſten, brevem qvidem, ſed valde utilem, & alias de Fide Epiſtolas. *Hieron. c.* 65.

Cap. 67. *Cornelius*, Romanæ urbis Epiſcopus, ſcripſit Epiſtolam ad Fabium Antiochenæ Eccleſiæ Epiſcopum, de Synodo Romana & Italica, aliam de Novatiano, & de his qvi lapſi ſunt : tertiam de geſtis Synodi, qvartam ad eundem Novatum & Fabium, valde prolixam. *Hieron. c.* 66.

Cap. 68. *Cæcilius Cyprianus* Africus, Carthaginienſis Epiſcopus, multa compoſuit opera, qvæ ſole ſunt clariora. Paſſus eſt ſub Valentiniano, qvo Cornelius Romæ. *Hieron. c.* 67.

Cap. 69. *Pontius*, diaconus Cypriani, egregium volumen vitæ & paſſionis Cypriani reliqvit. *Hieron. c.* 68.

Cap. 70. *Dionyſius* Alexandrinæ urbis Epiſcopus, Origenis inſigniſſimus auditor, ſcripſit qvatuor libros ad Dionyſium Romanæ urbis Epiſcopum, & ad Laodicenſes de pœnitentia ; item Canonem de pœnitentia ; ad Origenem de martyrio ; ad Armenios de pœnitentia, & de ordine delictorum ; de natura ad Timotheum, & de tentationibus ad Euphranorem ; ad Baſilidem qvoqve multas Epiſtolas. *Hieron. c.* 69.

Cap. 71. *Novatianus*, Romanæ urbis presbyter, adverſus Cornelium Cathedram Sacerdotalem invadens, lapſos recipere nolens, ſcripſit de Paſcha, de Sabbatho, de oratione, de cibis Judaicis. De Attalo, multaqve alia, & de Trinitate grande volumen, qvod plurimi Cypriani exiſtimat. *Hieron. c.* 70.

Cap. 72. *Malchion*, diſertiſſimus Antiochenæ Eccleſiæ presbyter dialogum adverſus Paulum Samoſatenum diſputavit. *Hieron. c.* 71.

Cap. 73. *Archelaus* Epiſcopus Meſopotamiæ librum adverſum Manichæum compoſuit. *Hieron. c.* 72.

Cap. 74. *Anatolius* Alexandrinus, Laodiceæ Syriæ Epiſcopus, volumen de Paſcha compoſuit ; decem libros de Arithmetica, Geometria, Aſtronomia, Grammatica, Rhetorica, Dialectica. *Hieron. c.* 73.

Cap. 75. *Victorinus*, Pictavienſis Epiſcopus, ſcripſit commentarios in Geneſim, in Exodum, in Leviticum, in Eſaiam, in Ezechielem, in Habacuc, in Eccleſiaſten, in Cantica canticorum, in Apocalypſim Joannis, & adverſum omnes hæreſes, & multa alia : ad extremum martyrio coronatur. *Hieron. c.* 74.

Cap. 76. *Pamphilus* presbyter, Euſebii Cæſarienſis Epiſcopi neceſſarius, tanto bibliothecæ divinæ amore flagravit, ut maximam partem Origenis voluminum ſua manu conſcripſerit, & in duodecim Prophetas viginti qvinqve qvæſtionum Origenis volumina. Sub Maximo paſſus eſt martyrio pro Chriſto. *Hieron. c.* 75.

Cap. 77. *Pierius*, Alexandrinæ eccleſiæ presbyter, ſcripſit longiſſimum tractatum in Oſee Prophetam, & alios diverſos tractatus, tanta ſermonis elegantia, ut junior Origenes vocaretur. *Hieron. c.* 76.

Cap. 78. *Lucianus* vir diſertiſſimus, Antiochenæ eccleſiæ presbyter, poſtmodum Nicomediæ Epiſcopus, magno Scripturarum ſtudio laborans, ſcripſit librum de Fide, & Epiſtolas ad nonnullos. Paſſus eſt ſub Maximino, & Helenopoli ſepultus. *Hieron. c.* 77. *ubi non vocatur Epiſcopus.*

Cap. 79. *Phileas* de urbe Ægypti, qvæ vocatur Thmuis, nobili genere, magnis opibus, elegantiſſimum librum de Martyrum laude compoſuit. Hic pro Chriſto capite truncatur. *Hieron. c.* 78.

Cap. 80. *Arnobius* Rhetor ſcripſit adverſus Gentes duo volumina. *Hieron. c.* 79.

Cap. 81. *Firmianus*, qvi & *Lactantius*, Arnobii diſcipulus, ſcripſit in ſcholis Africæ Itinerarium hexametris verſibus : & alium librum, qvi inſcribitur Grammaticus, & alium pulcherrimum de ira Dei, & Inſtitutionum divinarum adverſus Gentes libros ſeptem : ad Aſclepiadem duos : ad Demetrium, auditorem ſuum, Epiſtolarum libros ſeptem : de perſecutione unum : ad Probum Epiſtolarum libros qvatuor : ad Severum Epiſtolarum libros duos : ad Demetriadem de opificio Dei, vel formatione hominis librum unum. Hic magiſter Cæſaris Criſpi, filii Conſtantini, fuit. *Hier. c.* 80.



Digitized by Google

Cap. 82. *Eusebius* Cæsareæ Palæstinæ Episcopus, in Scripturis divinis studiosissimus, & bibliothecæ divinæ cum Pamphilo Martyre diligentissimus investigator, edidit infinita volumina, de qvibus hæc sunt: Evangelicæ expositionis libri viginti: Evangelicarum qvæstionum libri qvindecim: Theophaniæ libri qvinqve: Ecclesiasticæ historiæ libri decem: Omnimoda historia, & ejus breviarium: de Evangeliorum dissonantia, & in Esaiam libri decem, & contra Porphyrium, qvi eodem tempore scribebat in Sicilia, (ut qvidam putant) libri triginta: Topicorum liber unus: pro Origene libri sex: De vita Pamphili Martyris tres: de Martyribus, & alia opuscula, & in centum qvinqvaginta Psalmos eruditissimi commentarii, & alia multa. Floruit maxime sub Constantino, & ob amicitiam Pamphili Martyris, cognomentum ab eo Eusebius Pamphili sortitus est. *Hieron. c. 81.*

Cap 83. *Reticius*, Augustodunensis Episcopus, scripsit commentarios in cantica canticorum, & aliud grande volumen aduersus Novatianum. *Hieron. c. 82.*

Cap. 84. *Methodius*, Olympi Lyciæ, & postea Tyri Episcopus, nitidi compositiqve sermonis adversus Porphyrium confecit libros, & Sympolion decem virginum: de Resurrectione opus egregium: contra Origenem, & adversus eumdem de Pythonissa: de animæ exitu: in Genesim: in Cantica canticorum commentarios, & multa alia. Sub Decio & Valeriano martyrio coronatus est. *Hier. c. 83.*

Cap. 85. *Juvencus*, nobilissimi generis Hispanus presbyter, qvatuor Evangelia, hexametris versibus qvatuor libris composuit, & nonnulla eodem metro ad Sacramentorum ordinem pertinentia. Floruit sub Constantino. *Hieron. c. 84.*

Cap. 86. *Eustathius* genere Pamphylius; primum Berœæ Syriæ, deinde Antiochiæ Episcopus, multa composuit adversus Arianorum dogmata, & de Anima volumina, & adversus Origenem; & infinitas epistolas. *Hieron. c. 85.*

Cap. 87. *Marcellus*, Ancyranus Episcopus, sub Constantino & Constantio multa diversarum expositionum scripsit volumina, & maxime adversum Arianos. *Hier. c. 86.*

Cap. 88. *Athanasius*, Alexandrinæ urbis Episcopus, sub Constante scripsit duos libros adversum Gentes; contra Valentem & Ursacium librum unum; de Virginitate librum unum; de persecutionibus Arianorum plurimos; de Psalmorum titulis; historiam Antonii monachi, & multa alia. *Hieron. c. 87.*

Cap. 89. *Antonius* monachus (cujus vitam Athanasius insigni volumine prosecutus est) misit septem Epistolas ad diversa monasteria, Apostolici sensus & sermonis. *Hier. c. 88.*

Cap. 90. *Basilius* Ancyranus, Episcopus arcis Mechææ, sub Constantio scripsit contra Marcellum, & de Virginitate librum, & nonnulla alia. *Hieron. c. 89.*

Cap. 91. *Theodorus*, Heracliæ Thraciarum Episcopus, elegantis, apertiqve sermonis edidit sub Constantio commentarios in Matthæum, in Joannem, in Apostolum. *Hier. c. 90.*

Cap. 92. *Eusebius Emisenus* Episcopus, elegantis & rhetorici ingenii, innumerabiles confecit libros; e qvibus præcipui sunt, adversus Judæos & Gentes, ad Novatianos, in Epistolam ad Galatas libri decem, in Evangelia Homiliæ plurimæ, sed breves. Floruit sub Constantio. *Hier. c. 91.*

Cap. 93. *Triphyllius*, Cypri Ledrensis sive Λεδρῶν* Episcopus eloqventissimus, sub Constantio scripsit commentarios in Cantica canticorum, & multa alia. *Hier. c. 92.*

Cap. 94. *Donatus*, a qvo Donatiani per Africem, sub Constantio multa scripsit opuscula, ad suam hæresim pertinentia, & de Spiritu sancto librum, Ariano dogmati congruentem. *Hier. c. 93.* * Λεδρῶν in Cypro.

Cap. 95. *Asterius*, Arianæ factionis philosophus, sub Constantio scripsit in Epistolam ad Romanos: in Evangelia; in Psalmos commentarios, & alia multa. *Hier. c. 94.*

Cap. 96. *Lucifer* Caralitanus Episcopus contra Constantium Imperatorem scripsit libros. *Hier. c. 95.*

Cap. 97. *Eusebius* natione Sardus, ex Lectore urbis Romæ, Vercellensis Episcopus, ob confessionem Fidei a Constantio Principe Scythopolim, inde in Cappadociam relegatus, sub Juliano Imperatore reversus, edidit in Psalmos commentarios Eusebii Cæsarienſis. *Hier. c. 96.*

Cap. 98. *Fortunatius** natione Afer, Aqvilejensis Episcopus, sub Constantino scripsit commentarios in Evangelia, titulis ordinatis. *Hier. c. 97.*

Cap. 99. *Achatius*,** Cæsarienſis Palæstinæ Episcopus, elaboravit in Ecclesiasten octodecim volumina, ad dogma populorum sex. Præterea multos diversosqve tractatus composuit. In tantum autem sub Constantio Imp. claruit, ut in locum Liberii Episcopi Felicem Arianum Episcopum constituerit. *Hier. c. 98.*

Cap. 100. *Serapion* Themuseos*** Episcopus, qvi ob elegantiam ingenii cognomen Scholastici accepit, carus Antonii monachi, edidit adversus Manichæum egregium librum; de Psalmorum titulis unum; & ad diuersos utiles Epistolas. Sub Constantio claruit. *Hier. c. 99.*

Cap. 101. *Hilarius* Pictavienſis Episcopus, factione Saturnini Arelatensis Episcopi, de Synodo Biterrensi in Phrygiam relegatus, sub Valentiniano confecit duodecim libros adversus Arianos, & alium librum de Synodis, quem ad Galliarum Episcopos scripsit: in Psalmos commentarios, in primum videlicet & secundum, & a qvin-

* Fortunatianus. ** Arcadius. *** Thmuceos.

qva-

qvageſimo primo uſqve ad ſexageſimum ſecundum, & a centeſimo octavo uſqve ad extremum. In qvo opere imitatus Origenem, nonnulla etiam de ſuo addidit. Scripſit duos libros ad Conſtantium, & unum adverſus Valentem & Urſacium, hiſtoriam Ariminenſis & Seleucienſis Synodi continentem: & ad Præfectum Saluſtium, ſive contra Dioſorum, & librum Hymnorum, & alium Myſteriorum & commentarium in Matthæum & tractatus in Job, & elegantem librum contra Auxentium, & nonnullas ad diverſos Epiſtolas, & librum in Cantica canticorum. *Hieron. c.* 100.

Cap. 102. *Victorinus* natione Afer, Romæ ſub Conſtantio Rhetoricam docens, ſcripſit adverſus Arianum libros more dialectico valde obſcuros, qvi inde ab eruditis non intelliguntur, & commentarios in Apoſtolum. *Hieron. c.* 101. *Vide & qva ad Gennad. c.* 60.

Cap. 103. *Titus* Boſtrenus Epiſcopus, ſub Juliano fortes adverſus Manichæos ſcripſit libros, & nonnulla alia volumina. *Hieron. c.* 102.

Cap. 104. *Damaſus*, Romæ urbis Epiſcopus, ſub Theodoſio, multa & brevia volumina heroico metro edidit. *Hieron. c.* 103.

Cap. 105. *Apollinaris* Laodicenus Syriæ Epiſcopus, patre presbytero, ſub Theodoſio innumerabilia in ſanctas Scripturas compoſuit, & contra Porphyrium triginta libros. *Hieron. c.* 104.

Cap. 106. *Gregorius* Bæticus, Eliberi Epiſcopus, diverſos tractatus compoſuit, & de Fide elegantem librum. *Hieron. c.* 105. *Vide & qva ad Gennad. c.* 16.

Cap. 107. *Pacianus*, in Pyrenæis jugis Barcinonæ Epiſcopus, tam vita qvam ſermone clarus, ſcripſit varia opuſcula contra Novatianos, ſub Theodoſio. *Hieron. c.* 106.

Cap. 108. *Photinus* Marcelli diſcipulus, Sirmii Epiſcopus ordinatus, in hæreſim Hebionis lapſus, plura ſcripſit volumina, in qvibus vel præcipui ſunt contra Gentes; & ad Valentinianum liber. *Hieron. c.* 107.

Cap. 109. *Phœbadius*, Agenni Galliarum Epiſcopus, edidit contra Arianos librum, & alia multa. *Hieron. c.* 108.

Cap. 110. *Didymus* Alexandrinus, captus a parva ætate oculis, & ob hoc qvoqve elementorum penitus ignarus tantum miraculum ſui omnibus præbuit, ut Dialecticam & Geometriam, qvæ vel maxime viſu indiget, uſqve ad perfectum didicerit. Hic plurima opera nobiliaqve conſcripſit; commentarios in Pſalmos; commentarios in Evangelium Matthæi & Joannis; de dogmatibus, & contra Arianos libros duos; de Spiritu ſancto librum unum, in Eſaiam tomos octodecim; in Oſee libros tres; in Zachariam qvinqve, & commentarios in Job, & multa alia. *Hieron. c.* 109.

Cap. 111. *Optatus* Afer, Milevitanus Epiſcopus, ſub Valente ſcripſit libros ſex, adverſum Donatianæ partis calumniam. *Hieron. c.* 110.

Cap. 112. *Aquilius Severus*, Hiſpanus, ſub Valentiniano compoſuit volumen, qvaſi Hodœporicum, totius vitæ ſuæ ſtatum continens, tam proſa qvam verſibus, qvod vocavit Cataſtrophen. *Hieron. c.* 111.

Cap. 113. *Cyrillus* Hieroſolymæ Epiſcopus ſæpe pulſus ab eccleſia & receptus, ſub Theodoſio ſcripſit qvædam volumina. *Hieron. c.* 112

Cap. 114. *Euzoius* Epiſcopus varios & multiplices tractatus compoſuit. *Hieron. c.* 113.

Cap. 115. *Epiphanius*, Cypri Salaminæ Epiſcopus, ſcripſit adverſus omnes hæreſes libros, & multa alia. *Hieron. c.* 114.

Cap. 116. *Ephrem*, Ediſſenæ Eccleſiæ diaconus, multa compoſuit opuſcula, & de Spiritu ſancto. *Hieron. c.* 115.

Cap. 117. *Baſilius*, Cæſareæ Cappadociæ, qvæ prius Mazaca vocabatur Epiſcopus, egregios contra Eunomium elaboravit libros, & de ſancto Spiritu volumen, & in Hexaëmeron Homilias novem, & varios tractatus. Claruit ſub Gratiano. *Hier. c.* 116.

Cap. 118. *Gregorius* Nazianzenus, vir eloqventiſſimus, ad triginta millia verſuum, omnia opera ſua compoſuit. E qvibus illa ſunt: De morte fratris Cæſarii; laudes Machabæorum; laudes Cypriani; laudes Athanaſii; laudes Maximi Philoſophi, & poſtea Epiſcopi, & librum hexametro verſu Virginitatis & Nuptiarum, contra ſe diſſerentium; adverſus Eunomium libri duo; de Spiritu ſancto liber unus; contra Julianum Imperatorem liber unus. Sub Theodoſio floruit. *Hieron. c.* 117.

Cap. 119. *Lucius* Alexandrinus Epiſcopus, Arianæ partis, compoſuit ſolemnes Epiſtolas de Paſcha, & non paucos variarum expoſitionum libellos. *Hieron. c.* 118.

Cap. 120. *Diodorus* Tarſenſis Epiſcopus commentarios in Apoſtolum fecit, & multa alia. *Vide Hieron. c.* 119. *& Suidam in Lexico.*

Cap. 121. *Eunomius*, Arianæ partis Cyzicenus Epiſcopus, multa contra Eccleſiam ſcripſit. Reſponderunt ei Apollinaris, Didymus, Baſilius Cæſarienſis, & Gregorius Nazianzenus, & Nyſſænus. *Hieron. c.* 120.

Cap. 122. *Priſcillianus* Abilæ Epiſcopus, qvi factione Idacii & Ithacii Treveris a Maximo cæſus eſt, edidit multa opuſcula. *Hieron. c.* 121.

Cap. 123. *Latronianus*, Provinciæ Hiſpaniæ, vir valde eruditus, & in metrico opere veteribus comparandus, cæſus & ipſe Treveris cum Priſcilliano, diverſis metris edidit multa opera. *Hieron. c.* 122.

*The-*

Cap. 124. *Tiberianus* Bæticus scripsit Apologeticum tumenti compositoqve sermone. *Hieron. c.* 123.

Cap. 125. *Ambrosius* Mediolanensis Episcopus scripsit Hexaëmeron, & librum de officiis, & unum de Sacramentis, & multa alia egregia. *Hieron. c.* 124.

Cap. 126. *Evagrius* Antiochiæ Episcopus, acris & ferventis ingenii, diversarum expositionum tractatus edidit, & vitam B. Antonii de Græco in Latinum transtulit. *Hieron. c.* 125.

Cap. 127. *Ambrosius* Alexandrinus, auditor Didymi, adversum Apollinarem volumen multorum versuum de dogmatibus scripsit, & commentarios in Job. *Hieron. c.* 126.

Cap. 128. *Maximus* Philosophus, natus Alexandriæ, Constantinopoli Episcopus ordinatus & pulsus, insignem de Fide adversum Arianos scripsit librum, qvem Gratiano Imperatori edidit. *Hieron. c.* 127.

Cap. 129. *Gregorius* Nyssenus Episcopus, frater Basilii Cæsariensis, Hieronymo & Gregorio Nazianzeno legit libros contra Eunomium, qui & alia multa scripsit. *Hier. c.* 128.

Cap. 130. *Joannes* Antiochenæ ecclesiæ presbyter, Eusebii Emeseni, Diodorique* sectator, multa composuit opuscula. *Hieron. c.* 129. * al. Theodonqve.

*Schol. S. Joannes* Constantinopolitanæ urbis Episcopus, ob auretam sermonis præstantiam *Chrysostomus*, hoc est, aureum os, appellatus, patria Antiochenus, & Antiochenæ qvondam Ecclesiæ presbyter, nobilibus parentibus ortus, in eloqventiæ studiis *Libanii sophistæ*, in philosopia *Andragathii*, & in sacris Scripturis *Diodori Episcopi Tarsensis* auditor, Basilio Magno & Gregorio Nazianzeno arctissima familiaritate conjunctus, edidit in sacras litteras plurima tam commentariorum qvam homiliarum volumina; Græco-Latine Parisiis tomis 9. & Latine Antverpiæ 1619. tomis 6. edita. Ejus vitam fusissime scripsit *Palladius* ejusdem discipulus, & Helenopolitanæ Ecclesiæ Episcopus, in dialogo qvem cum Theodoro Ecclesiæ Romanæ diacono instituit. Eandem vero *Cassiodorus* ex Socratis, Theodoreti & Sozomeni Tripartita historia contexuit. *Georgius* qvoqve *Patriarcha Alexandrinus* tum ex superiore Palladii dialogo, tum ex aliorum scriptis amplissime omnia complexus est, qvæ de Chrysostomi vita desiderari possunt. Huc spectat etiam Imp. *Leonis* cognomento *Pacifici* de eodem Chrysostomo oratio. *Suidas*, vel qvisqvis fuit qvi Suidæ Lexicon post illum auxit, etsi breviter, elegantissime tamen qvæ sunt in Chrysostomo præcipua, perstrinxit. Qvod si qvis tamen plura velit, Metaphrastem, item Nicephorum in historiæ Ecclesiasticæ libris 11. 12. 13. 14. & Baronium in Annalibus consulat. Obiit autem exul Comanis ad Pontum Euxinum VIII. Kal. Octob. anno qvadringentesimo septimo. Vixit annos qvinqvaginta duos, menses octo: sedit vero annos novem, menses sex, dies viginti. Itaqve natus est anno trecentesimo qvinqvagesimo qvinto, circa Martium mensem: ut Sozomenus l. 1. c. 26. prodidit. Ceterum in suis de Sacerdotio libris Chrysostomus, non *Basilium Magnum* (ut Sixtus Senensis putavit) sed *Seleucensem* introducit loqventem: ut Andreas Schottus ex suo ms. Suida adnotavit. Cicero Aristotelem *dicendi flumen aureum* appellavit: simile elogium Græcia Chrysostomo attribuit.

Cap. 131. *Gelasius* Cæsareæ Palæstinæ Episcopus, post Eunomium* Episcopum, accurati limatiqve sermonis, scripsit qvædam capitula. *Hieron. c.* 130. * Evzoium.

Cap. 132. *Theotimus*, Scythiæ Tomorum Episcopus, in morem dialogorum & veteris eloqventiæ breves commaticosqve tractatus edidit. *Hieron. c.* 131.

Cap. 133. *Dexter*, Paciani filius, clarus apud sæculum, & Christi Fidei deditus, texuit omnimodam historiam. *Hieron. c.* 132.

Cap. 134. *Amphilochius*, Iconii Episcopus, edidit librum de Spiritu sancto. *Hier. c.* 133.

Cap. 135. *Sophronius*, vir apprime eruditus, laudes Bethlehem adhuc puer, & de subversione Serapis insignem librum composuit, & opera Hieronymi in Græcum transtulit. *Hier. c.* 134.

Cap. 136. *Hieronymus* natus patre Eusebio, oppido Stridonis in Pannoniæ confiniis, scripsit sub Theodosio vitam Pauli monachi; Epistolarum ad diversos librum unum; ad Heliodorum exhortatoriam; altercationem Luciferiani & Orthodoxi; Chronicon omnimodæ historiæ; in Hieremiam & Ezechielem homilias Origenis viginti sex vertit; de Seraphin; de Osanna; de frugi & luxurioso filio; de tribus qvæstionibus veteris legis homilias tres; in Cantica canticorum duas; adversus Helvidium unam epistolam de sancta Maria; ad Eustochium de virginitate servanda unam; ad Marcellam Epistolarum librum unum; Consolatoriam de morte filiæ, ad Paulam, unam; in Epistolam Pauli ad Galatas commentariorum libros qvatuor; item in epistolam ad Ephesios libros tres, in epistolam ad Titum librum unum; in epistolam ad Philemonem librum unum; in Ecclesiasten commentarios; Qvæstionum Hebraicarum in Genesim librum unum; de locis librum unum; de Spiritu sancto librum unum; in Lucam homilias triginta octo; in Psalmos, a decimo usqve ad sextumdecimum, tractatus septem; de captivo monacho; vitam beati Hilarionis, vitam Paulæ. Novum Testamentum de Græco, vetus de Hebræo in Latinum transtulit; duodecim Prophetas exposuit, infinitas epistolas & alia innumerabilia composuit. *Hieron. c.* 135.

## HONORII LIBELLUS II. EX GENNADIO SUBLECTUS.

Cap. 1. *Jacobus* cognomento *Sapiens*, Nisibenæ nobilis Persarum civitatis Episcopus, sub Maximiano confessor, scripsit viginti sex libros; item de fide contra omnes hæreses, de charitate generali, de jejunio, de oratione, de dilectione erga proximum speciali, de resurrectione; de vita post mortem; de humilitate, de patientia, de pœnitentia, de satisfactione, de virginitate, de sensu animæ, de circumcisione, de azymo benedicto in Esaia, de Christo qvod Filius DEI sit & consubstantialis Patri: de castitate adversus Gentes, de constructione tabernaculi, de Gentium conversatione, de regno Persarum, de persecutione Christianorum, Scripsit & Chronica. Sub Constantio moritur. *Gennad. c.* 1.

Je-

Cap. 2. *Julius*, urbis Romæ Episcopus, scripsit ad Dionysium qvendamde Incarnatione Domini epistolam unam. *Gennad. c.* 2.

Cap. 3. *Paulonas* presbyter, discipulus beati Ephræm, homo valde acris ingenii, & in divinis doctus Scripturis, ab Ecclesia se separans, scripsit multa Fidei contraria. *Gennad. c.* 3.

Cap. 4. *Vitellius* Afer, Donatianorum scisma defendens, scripsit adversum Gentes, & adversum nos, velut traditores, in persecutione, divinarum Scripturarum; & ad regulam ecclesiasticam pertinentia multa disseruit. Sub Constante claruit. *Gennad. c.* 4.

Cap. 5. *Macrobius* presbyter, & ipse Donatista, postea in urbe Roma occulte Episcopus, scripsit ad confessores & ad virgines librum unum, moralis qvidem, sed valde necessariæ doctrinæ. *Gennad. c.* 5.

Cap. 6. *Heliodorus* presbyter scripsit librum de naturis rerum exordialium. *Gennad. c.* 6.

Cap. 7. *Pachomius* monachus, fundator cœnobiorum Ægypti, scripsit Regulam utriqve generi monachorum aptam, qvam Angelo dictante perceperat. Scripsit & ad collegas præposituræ suæ epistolas: in qvibus Alphabetum mysticis tectum mysteriis, vel humanæ consuetudinis excedentem intelligentiam clausit, solis, credo, eorum genere vel meritis manifestatum. Scripsit & de Pascha. *Gennad. c.* 7.

Cap. 8. *Theodorus* presbyter, successor Pachomii, scripsit ad alia monasteria epistolas, sanctarum Scripturarum sermone digestas. *Gennad. c.* 8.

Cap. 9. *Orsiesius* monachus, amborum supradictorum collega, vir in Scripturis ad perfectum instructus, composuit librum divino conditum sale, totiusqve monasticæ disciplinæ instrumentis constructum: in qvo totum pene vetus & novum Testamentum compendiose est compositum. *Gennad. c.* 9.

Cap. 10. *Macarius* ille Ægyptius, signis & virtutibus clarus, unam tantum adjuniores suæ professionis scripsit epistolam. *Gennad. c.* 10.

Cap. 11. *Evagrius* monachus, supradicti Macarii familiaris discipulus, divina & humana litteratura insignis, scripsit multa necessaria monachis, scilicet Vitas Patrum, & adversum octo principalium vitiorum suggestiones, octo ex sacrarum Scripturarum testimoniis libros. Composuit & cœnobitis ac synoditis doctrinam aptam vitæ communis: & ad virgines Deo sacratas libellum unum, competentem religioni & sexui. Edidit & paucas sententiolas valde obscuras, & (ut ipse ait) solis monachorum cordibus cognoscibiles. *Gennad. c.* 11.

Cap. 12. *Theodorus* Antiochenæ ecclesiæ presbyter, vir scientia cautus, & lingua disertus, scripsit, adversus Apollinaristas & Eunomianos, de Incarnatione Domini libros qvindecim, ad qvindecim millia versuum continentes. *Gennad. c.* 12.

Cap. 13. *Prudentius*, vir sæculari literatura eruditus, composuit Dittochæum, de toto veteri Testamento personis excerptis. Commentatus est autem & in morem Græcorum Hexaëmeron de mundi fabrica. Composuit & libellos, qvos Græce prætitulavit ἀποθέωσις, ψυχομαχία, ἁμαρτιγένεια, id est, de divinitate, de compugnantia animi, de origine peccatorum. Fecit & in laudem martyrum librum unum, & alterum adversus Symmachum. *Gennad. c.* 13.

Cap. 14. *Audentius*, Episcopus Hispanus, scripsit adversum Manichæos, & Sabellianos, & Arianos, maxime contra Photinianos. *Gennad. c.* 14.

Cap. 15. *Commodianus* qvidam scripsit librum adversus paganos. *Gennad. c.* 15.

Cap. 16. *Faustinus* presbyter scripsit, ad personam Flaccillæ Reginæ, adversum Arianos & Macedonianos libros septem, & unum Valentiniano & Theodosio Imperatoribus. *Gennad. c.* 16.

Cap. 17. *Ruffinus*, Aqvileiensis ecclesiæ presbyter, non minima pars Doctorum Ecclesiæ, in transferendo de Græco in Latinum elegans habens ingenium, maximam partem Græcorum bibliothecæ Latinis exhibuit: Basilii videlicet Cæsariensis Episcopi, Gregorii Nazianzeni eloqventissimi hominis, Clementis Romani Recognitionum libros, Eusebii Cæsariensis Palæstinæ historiæ novem libros, qvibus duos addidit; Sixti philosophi sententias, (*Pamphili*) adversus Mathematicos. Origenis autem non omnia, qvia & Hieronymus aliqvanta transtulit. Symbolum sic exposuit, ut in ejus expositione alii nec exposuisse credantur. Disseruit & Benedictionem Jacob super Patriarchas, triplici modo, id est, historico, morali & mystico sensu. Scripsit & Epistolas ad timorem Dei hortatorias multas. Suo obtrectatori duobus voluminibus respondit. *Gennad. c.* 17.

Cap. 18. *Tichonius* natione Afer, in divinis litteris eruditus, in sæcularibus non ignarus, in ecclesiasticis negotiis studiosus, scripsit de bello intestino libros tres, & Expositiones diversarum causarum. Composuit & regulas octo ad investigandum intelgentiam Scripturarum, qvas in uno volumine conclusit. Exposuit & Apocalypsim Joannis ex integro, nihil in ea carnale, sed totum intelligens spiritale. Sub Theodosio floruit. *Gennad. c.* 18.

Cap. 19. *Severus* presbyter, cognomento *Sulpitius*, Aqvitanicæ provinciæ, vir genere & litteris nobilis, scripsit vitam Martini Turonensis Episcopi, & Paulini Nolensis

lenſis; & ſorori ſuæ epiſtolas multas hortatorias ad amorem Dei, & contemptum mundi. Scripſit & ad Paulinum duas, & ad alios alias. Sub Arcadio claruit. *Gennad. c.* 19.

*Schol. Et Paulini Nolenſis.* ] Labitur hic Honorius (ut & alibi) dum ſcribit, viram S. Paulinū Epiſcopi Nolani a Severo Sulpitio litteris conſignatam fuiſſe. Vide ſupra ad c. 19. & 48. Gennadii.

Cap. 20. *Antiochus* ſcripſit adverſus avaritiam unum & longum volumen, & Homiliam de cœco nato. Sub Arcadio moritur. *Gennad. c.* 20.

Cap. 21. *Severianus* Gavellenſis* eccleſiæ Epiſcopus, in divinis Scripturis eruditus, & in homiliis mirabilis declamator, freqventer a Joanne Epiſcopo, & Imperatore Arcadio, ad faciendum ſermonem Conſtantinopolim vocatus, ſcripſit expoſitionem in epiſtolam ad Galatas, de Baptiſmo, & Epiphaniæ ſolemnitate libellum gratiſſimum. *Gennad c.* 21. * Gabalenſis.

Cap. 22. *Niceas*, Romacianæ civitatis Epiſcopus, compoſuit ſimplici & nitido ſermone ſex competentes ad Baptiſmum inſtructionis libellos. Ex qvibus primus eſt de competentibus Baptiſmi; ſecundus de Gentilitatis erroribus; tertius de fide unicæ Majeſtatis; qvartus adverſus Genealogiam*; qvintus de Symbolo; ſextus de agni Paſchalis victima. Condidit & ad lapſam virginem libellum, pene omnibus labentibus emendationis incentivum. *Gennad. c.* 22. * Genethliologiam.

Cap. 23. *Olympius*, natione Hiſpanus, Epiſcopus ſcripſit librum Fidei adverſus eos, qvi naturam, & non arbitrium in culpam vocant. *Gennad. c.* 23.

Cap. 24. *Bachiarius*, vir Chriſtianæ philoſophiæ nitidus & expeditus, edidit grata opuſcula de Fide. *Gennad. c.* 24.

Cap. 25. *Sabbatius* Gallicanæ eccleſiæ Epiſcopus, rogatus a qvadam caſta & Deo dicata virgine, Secunda nomine, compoſuit librum de Fide adverſus Marcionem, & Valentinum ejus autorem, & adverſus Eunomium, & ejus magiſtrum Aëtium. *Gennad. c.* 25.

Cap. 26. *Iſaac* ſcripſit de tribus perſonis ſanctæ Trinitatis, & Incarnatione Domini librum obſcuriſſimæ diſputationis, & involuti ſermonis. *Gennad. c.* 26.

Cap. 27. *Urſinus* monachus ſcripſit adverſus eos, qvi hæreticos rebaptizandos decernunt. *Gennad c.* 27.

Cap. 28. *Macarius* alius monachus ſcripſit in urbe Roma adverſum Mathematicos librum. *Gennad. c.* 28.

Cap. 29. *Heliodorus* alius, Antiochiæ presbyter, edidit de Virginitate egregium & ſanctis Scripturis inſtructum volumen. *Gennad. c.* 29.

Cap. 30. *Joannes* Hieroſolymorum Epiſcopus, ſcripſit adverſus obtrectatores ſtudii ſui librum, dicens ſe Origenis ingenium, non fidem ſecutum. *Gennad. c.* 30.

*Schol. Joannes Nepos Silvanus*, Hieroſolymorum XLIV. Epiſcopus, cum annos triginta ſedilſet, vivere deſiit anno Chriſti qvadringenteſimo decimo ſexto. In cujus locum ſubrogatus eſt *Praylius*, cujus exſtant litteræ, ad Pontificem Romanum anno ſeqventi datæ. Sic ex Theodoreti libro 5. cap. 37 Baronius in Annalibus. Sed Idatius in Chronico dicit Joannem Hieroſolymitanum Epiſcopum uſqve ad annum Chriſti 418. vel 419. ſuperfuiſſe. Joannes *Waſſelius* Aloſtanus, Doctor Theologus Duacenſis ex ordine Carmelitano, ad prælum paratos habet *libros tres Vindiciarum* pro Joanne Hieroſolymitano: in qvibus opera varia, Joanni Chryſoſtomo, Origeni, aliiſqve falſo adſcripta, conatur Joanni Hieroſolymitano aſſerere. Libro primo inqvirit *de auctore operis, ſeu commentarii imperfecti in Matthæum*, & concludit pro Joanne Hieroſolymitano. Eidem adſcribit *varias Homilias*, itemqve *commentariorum in Marcum & Lucam excerpta ac fragmenta*, titulo Chryſoſtomi edita. In ſecundo libro tueri conatur librum, Joannis Hieroſolymitani nomine editum, *de inſtitutione primorum monachorum in lege veteri exortorum, ac in nova perſeverantium, ad Capraſium monachum.* Libro tertio pugnat pro S. Auguſtino, eundem Joannem Hieroſolymitanum laudante. Quæ qvidem omnia, ut & alia eo ſpectantia, ubi prodierint, eruditiorum judicio diſcutienda relinqvimus. Vide ſupra p. 16. ſeq. & 70.

Cap. 31. *Paulus* Epiſcopus ſcripſit de pœnitentia libellum. *Gennad. c.* 31.

Cap. 32. *Helvidius* Auxentii diſcipulus, Symmachi imitator, ſcripſit de S. Maria librum erroris plenum. Cui Hieronymus reſpondit libello doctrina pleno. *Gennad. c* 32.

Cap. 33. *Theophilus*, Alexandrinæ civitatis Epiſcopus, ſcripſit adverſus Origenem grande volumen, & aliud adverſus Anthropomorphitas hæreticos, qvi Deum humana figura & membris conſtare credunt, & Paſchalem Cyclum, & tres libros de Fide edidit. *Gennad. c.* 33.

Cap. 34. *Euſebius* ſcripſit de Crucis Domini myſterio, & Apoſtolorum conſtantia. *Gennad. c.* 34.

Cap. 35. *Vigilantius* presbyter, natione Gallus, Hiſpaniæ Barcilonenſis parochiæ eccleſiam tenens, ſcripſit qvædam hæreſi plena: cui Hieronymus reſpondit. *Gennad. c.* 35.

Cap. 36. *Simplicianus*, Epiſcopus Mediolanenſis, multis epiſtolis hortatus eſt Auguſtinum, adhuc presbyterum, agitare ingenium, ut novus qvidam Ambroſius, Origenis compulſor operis, videretur. *Gennad. c.* 36.

Cap. 37. *Vigilius* Epiſcopus ſcripſit, ad Simplicianum, in laudem Martyrum libros qvinqve. *Gennad. c.* 37.

Cap. 38. *Auguſtinus* Afer, Hipponenſis oppidi Epiſcopus, vir eruditione divina & humana orbi clarus, fide integer, & vita purus, ſcripſit tanta, qvanta nec inveniri poſſunt; qvindecim libros de Trinitate, viginti duos de Civitate Dei, & alia innumerabilia. *Gennad. c.* 38.

*Oroſius*

Cap. 39. *Orosius* presbyter, Hispanus genere, vir eloqvens & historiarum cognitor, scripsit septem libros, in qvibus descripsit historiam ab origine mundi usqve ad sua tempora. Hunc misit Augustinus ad Hieronymum, pro discenda ratione animæ. Sub Honorio claruit. *Gennad. c.* 39.

*Schol.* A Paulo Orosio scriptum fuisse *Apologeticum contra Pelagium*, ad Gennad. c. 39. memoratum, vulgo creditur. Sed Petrus Wastelius, lib. 3. Vindiciarum pro Joanne Episcopo XLIV. Hierosolymitano, contendit illum Apologeticum scriptum esse ab aliqvo impostore, Pelagii & Nestorii erroribus favente; licet verbis vel alio paululum sensu Pelagium damnare videatur. Examen hujus rei Criticis Ecclesiasticis committimus.

Cap. 40. *Maximus* Taurinensis ecclesiæ Episcopus, vir in divinis Scripturis satis intentus, composuit in laudem Apostolorum tractatus, & in Joannis Baptistæ, & generalem omnium Martyrum Homiliam. Sed & de capitulis Evangeliorum, & Actuum Apostolorum multa sapienter exposuit. Fecit & duos de conversatione S. Eusebii Vercellensis Episcopi & Confessoris tractatus. De S. Stephano; de baptismi gratia librum edidit; de avaritia; de hospitalitate; de defectu lunæ; de eleëmosynis; de passione Domini; de jejunio servorum Dei generali; de jejunio speciali Qvadragesimæ; de Kalendis Januariis; Homilias de Nativitate Domini; de Epiphania; de Pascha; de Pentecoste multas; & alia plurima. Sub Theodosio claruit. *Gennad. c.* 40.

Cap. 41. *Petronius* Bononiensis ecclesiæ Episcopus, vir sanctæ vitæ, & monachorum studiis ab adolescentia exercitatus, scripsit vitas Patrum Ægypti monachorum. Floruit sub Theodosio. *Gennad. c.* 41.

Cap. 42. *Pelagius* hæresiarches scripsit tres libros de fide Trinitatis, & pro actuali vita librum, pro hæresis suæ faventiâ. Cui respondit Augustinus. *Gennad. c.* 42.

Cap. 43. *Innocentius*, urbis Romæ Episcopus, scripsit decretum Occidentalium & Orientalium Ecclesiarum adversus Pelagianos, qvod postea successor ejus Papa Zosimus latius promulgavit. *Gennad. c.* 43.

Cap. 44. *Cælestius* scripsit ad parentes suos de monasterio epistolas, in modum libellorum, tres morales. *Gennad. c.* 44.

Cap. 45. *Julianus* Episcopus Capuanus, vir actis ingenii, in divinis Scripturis doctus, Græca & Latina lingua scholasticus, in hæresim Pelagii lapsus, scripsit adversus Augustinum libros qvatuor, & iterum libros septem. Est & liber altercationis amborum, partes suas defendentium. *Gennad. c.* 45.

Cap. 46. *Lucianus* presbyter, vir sanctus, scripsit revelationem S. Stephani Græco sermone. Hanc Avitus presbyter, Hispanus genere, in Latinum transtulit sermonem. *Gennad. c.* 46.

Cap. 47. *Paulinus*, Nolæ Campaniæ Episcopus, composuit brevia, sed multa, & ad Celsum qvendam, epitaphii vice, consolatorium libellum super morte Christiani & baptizati infantis; & ad Severum plures epistolas; & ad Theodosium Imperatorem Panægyricum super victoria Tyrannorum. Fecit & Sacramentarium & Hymnarium; ad sororem qvoqve epistolas multas de contemptu mundi, & de diversis causis diversos tractatus; & librum de pœnitentia, & unum de laude Martyrum. Sub Honorio claruit. *Gennad. c.* 48.

Cap. 48. *Eutropius* presbyter scripsit ad duas sorores, ancillas Christi, duas epistolas, in modum librorum consolatorias, eleganti & aperto sermone. *Gennad. c.* 49.

Cap. 49. *Evagrius* alter scripsit altercationem Simonis Judæi, & Theophili Christiani, qvæ pene omnibus nota est. *Gennad. c.* 50.

Cap. 50. *Vigilius* diaconus composuit, ex traditione Patrum, Manachorum Regulam, breviato & aperto sermone, totius monasticæ professionis in se tenentem disciplinam. *Gennad. c.* 51.

Cap. 51. *Atticus* Constantinopolitanus Episcopus scripsit ad Reginas, Arcadii Imp. filias, de fide & virginitate librum valde egregium. *Gennad. c.* 52.

*Schol.* De Attico CP. Episcopo, Arsacii successore, ita Suidas in suo Lexico: *Atticus, Episcopus Constantinopolitanus post Arsacium, qui post Chrysostomum rerum Ecclesiasticarum procurationem habuit, genere quidem fuit Sebastæ, urbe Armeniæ; ab adolescentulo vero in Philosophia eruditus fuit a monacho Macedonica secta. Qui autem tunc Sebastæ in philosophia excellebant, ex Eustathii schola prodierant, qvem Episcopum & ducem hujus loci monachorum cognovimus. Atticus, postqvam liberaliter fuit institutus, tantus & prudens evasit. Laborabat in antiqvorum Scriptorum lectione, in ipsis volutandis pernoctans. Postea vero Scriptione longum valere jussa, ad vitæ genus oratoriis exercitationibus addictum se contulit.* Ex his Suidæ verbis videtur ætas ipsius Suidæ* colligi posse: dicit enim se cognovisse Eustathium Sebastæ Episcopum, Attici magistrum: qvi Atticus sub annum Christi 425. vivere desiit, & Sisinnium in cathedra CP. successorem habuit. * imo scriptoris cujus verba Suidas adducit.

Cap. 52. *Nestor* hæresiarches, Antiochenæ ecclesiæ presbyter, insignis in dicendo declamator, composuit infinitos tractatus diversarum *ὑποθέσεων*. Postea Constantinopolitanæ ecclesiæ Episcopus, scripsit librum de incarnatione Domini, hæresi plenum. *Gennad. c.* 53.

Cap. 53. *Cælestinus*, urbis Romæ Episcopus, scripsit adversus Nestorium volumen. Sixtus, successor Cælestini, scripsit etiam adversus Nestorium. *Gennad. c.* 54.

Cap. 54. *Theodorus*, Ancyranus Galatiæ Episcopus, scripsit adversus Nestorium librum dialectica arte compositum. *Gennad. c.* 55.

Cap. 55. *Fastidius*, Britannorum Episcopus, scripsit ad Fatalem qvendam de vita Christiana librum unum, & alium de Viduitate servanda, sana & Deo digna doctrina. *Gennad. c.* 56

Cap. 56. *Cyrillus*, Alexandrinæ ecclesiæ Episcopus, edidit variarum ὑποθέσεων tractatus. Homilias etiam composuit plurimas, & libros de Synagogæ defectu; de Fide adversum hæreticos, & librum specialiter adversus Nestorium. *Gennad. c.* 57.

Cap. 57. *Timotheus* Episcopus composuit librum de Nativitate Domini secundum carnem, qvam credidit in Epiphania factam. *Gennad. c.* 58.

Cap. 58. *Leporius* adhuc monachus, postea presbyter, secutus dogma Pelagianum, sed per Augustinum correctus, scripsit librum emendationis suæ. *Gennad. c.* 59.

Cap. 59. *Victorinus*, Rhetor Massiliensis, edidit libros in Genesim. *Gennad. c.* 60.

Cap. 60. *Cassianus* natione Afer, Constantinopoli a Joanne Magno Episcopo diaconus ordinatus, apud Massiliam presbyter condidit duo monasteria, id est, virorum & mulierum, qvæ usqve hodie exstant. Scripsit, experientia magistrante litterato sermone, & (ut apertius dicam) sensu verba inveniens, & actione linguam movens, tes omnium monachorum necessarias professioni, id est, de habitu monachi, & de canonico orationum modo atqve Psalmorum, qvi in monasteriis Ægypti die noctuqve tenentur, libros tres; Institutionum librum unum; de origine & qvalitate ac remediis principalium vitiorum libros octo; singulos qvidem de singulis vitiis expediens. Digessit etiam Collationes cum Patribus Ægypti habitas, hoc est, de destinatione Monachi ac fine; de discretione; de tribus ad serviendum Deo vocationibus; de pugna carnis adversus spiritum, & spiritus adversus carnem, de natura omnium vitiorum; de nece Sanctorum; de mobilitate animæ; de octo principalibus vitiis; de qvalitate orationis; de perfectis, de castitate; de protectione Dei, de scientia spiritali, de divinis charismatibus, de amicitia, de deffiniendo vel non deffiniendo, de tribus antiqvis generibus monachorum, & qvarto nuper exorto; de fide cœnobitæ & eremitæ, de satisfactione pœnitentiæ, de remissione Qvinqvagesimæ, de nocturnis illusionibus; de eo qvod dicit Apostolus, non enim quod volo, facio bonum; de mortificatione. Ad extremum rogatus a Leone Archidiacono, postea urbis Romæ Episcopo, scripsit adversus Nestorium, de Incarnatione Domini libros septem, & in his scribendi apud Massiliam & vivendi finem fecit, sub Theodosio. *Gennad. c.* 61.

Cap. 61. *Philippus* presbyter, auditor Hieronymi, edidit librum in Job, & plures epistolas. *Gennad. c.* 62.

Cap. 62. *Eucherius*, Lugdunensis ecclesiæ presbyter, differuit Salonio & Verano Episcopis obscura qvæqve sanctarum capitula Scripturarum. Sed & scripta Cassiani, longo sermone distenta, breviter coarctavit. Sub Valentiniano floruit. *Gennad. c.* 63.

Cap. 63. *Vincentius* natione Gallus, apud monasterium Lirinensis insulæ presbyter, vir in Scripturis sanctis doctus, scripsit validissimam disputationem, qvam absconso nomine suo, attitulavit Peregrini adversum hæreticos. Sub Theodosio claruit. *Gennad. c.* 64.

Cap. 64. *Syagrius* scripsit de fide adversum hæreticos. *Gennad. c.* 65.

Cap. 65. *Isaac*, presbyter Antiochenæ ecclesiæ, scripsit multa adversum Nestorianos & Eutychianos. Ruinam etiam Antiochiæ longo carmine planxit, eo auditores imbuens sono, qvo Ephræm diaconus Nicomediæ lapsum. Sub Leone moritur. *Gennad. c.* 66.

Cap. 66. *Salvianus* Massilienſis ecclesiæ presbyter, humana & divina literatura instructus, & (ut absqve invidia loqvar) Episcoporum magister, scripsit scholastico & aperto sermone multa; id est, de virginitatis bono ad Marcellum presbyterum libros tres, adversus avaritiam libros qvatuor, de præsenti judicio libros qvinqve, ad Salonium Episcopum librum unum, in Genesim Hexaemeron unum, Homilias Episcopis factas multas, & Sacramentorum plures. *Gennad. c.* 67.

Cap. 67. *Paulinus* composuit tractatus de initio Qvadragesimæ, de die Dominico Paschæ, de obedientia, de pœnitentia, de neophytis. *Gennad. c.* 68.

Cap. 68. *Hilarius* Arelatensis Episcopus, in sanctis Scripturis doctus, absqve personarum acceptione, omnibus castigatum opus prædicationis ingessit. Sub Valentiniano floruit. *Gennad c.* 69.

Cap. 69. *Leo*, urbis Romæ Episcopus, scripsit ad Flavianum Constantinopolis ecclesiæ Episcopum, adversum Eutychen presbyterum, epistolam. Sub Leone claruit. *Gennad. c.* 70.

Cap. 70. *Mochimus*, Mesopotamius presbyter apud Antiochiam, scripsit adversum Eutychen egregium libellum. *Gennad. c.* 71.

Cap. 71. *Timotheus*, Alexandriæ Episcopus, scripsit ad Leonem Imp. librum valde suasorium. *Gennad. c.* 72.

Cap. 72. *Asclepius* Afer, in Bajensi *territorio Episcopus, scripsit adversus Arianos. *Gennad. c.* 73. * al. Vagiensi.

Cap. 73. *Petrus* Edessenæ ecclesiæ presbyter, declamator insignis, scripsit variarum cauſſarum tractatus: & in morem sancti Ephræm diaconi Psalmos metro composuit. *Gennad. c.* 24.

*Petrus.*

Cap. 74. *Petrus* natione Pannonius, presbyter, scripsit duos libros de virginitate & contemptu mundi. *Gennadio c. 75. Paulus.*

Cap. 75. *Pastor* Episcopus composuit libellum in modum Symboli parvum *Gennad. c. 76*

Cap. 76. *Victor*, Cartennæ Mauritaniæ civitatis Episcopus, scripsit adversum Arianos librum unum, de pœnitentia unum, ad Basilium qvendam, super morte filii consolatorium librum. Homilias etiam multas composuit. *Gennad. c. 77.*

Cap. 77. *Buconius*, Castellani Mauritaniæ oppidi Episcopus, scripsit adversum Ecclesiæ inimicos, Judæos & Arianos & alios hæreticos. Composuit etiam Sacramentorum egregium volumen. *Gennad. c. 78.*

Cap. 78. *Musæus* Massilienſis ecclesiæ presbyter, in divinis Scripturis doctus, excerpsit de sanctis Scripturis Lectiones, totius anni festivis diebus aptas, Responsoria & Psalmorum capitula, temporibus & Lectionibus congruentia, & Sacramentorum egregium volumen, & homilias qvasdam. *Gennad. c. 79.*

Cap. 79. *Vincentius* presbyter, natione Gallus, in divinis Scripturis exercitatus, fecit commentarium in Psalmos. *Gennad. c. 80.*

Cap. 80. *Syrus* genere Alexandrinus, arte Medicus, ex philosopho monachus, vir dicendi peritus, scripsit adversus Nestorium eleganter & fortiter. *Gennad. c. 81. Cyrus.*

Cap. 81. *Samuel*, Edessenæ ecclesiæ presbyter, multa adversus Ecclesiæ inimicos hæreticos composuit. *Gennad. c. 82.*

Cap. 82. *Claudianus* Viennensis ecclesiæ presbyter, vir ad loqvendum artifex, & ad disputandum subtilis, composuit tres quasi de statu vel substantia animæ libros. *Gennad. c. 83.*

Cap. 83. *Prosper* Episcopus Aqvitanicæ regionis, sermone scholasticus, & assertionibus nervosus, multa composuit: Chronica a conditione primi hominis usqve ad captam urbem Romam a Genserico, Vandalorum Rege. Fecit & librum adversum opuscula Cassiani, qvæ Ecclesia Dei probat salutaria, ille infamat nociva. Et revera Cassiani & Prosperi de gratia Dei, de libero arbitrio, sententiæ sibi contrariæ inveniuntur. Epistolæ qvoqve Leonis Papæ, de Incarnatione Christi adversus Eutychen ab ipso dictatæ sunt. *Gennad. c. 84.*

Cap. 84. *Faustus*, ex Abbate Lirinensis monasterii, apud Regium Galliæ Episcopus factus, vir in divinis Scripturis satis intentus, composuit librum de Spiritu sancto, & egregium opus de gratia Dei, qva salvamur, & alia. *Gennad. c. 85.*

Cap. 85. *Cæsarius* Arelatensis urbis Episcopus, vir sanctitate & virtutibus celebris, scripsit egregia & grata, & monachis valde necessaria opuscula: de gratia qvoqve & libero arbitrio. Floruit sub Anastasio. *Gennad. c. 86.*

Cap. 86. *Servus Dei* Episcopus scripsit adversus eos, qvi dicunt Christum in hac vita degentem non vidisse carneis suis oculis Patrem, sed post resurrectionem ex mortuis & ascensionem in cælos, cum translatus est in gloriam Patris, hoc dantis ei in remunerationem martyrii, ostendens ex Scripturis Dominum Jesum semper carneis oculis, & Patrem & Spiritum sanctum vidisse. *Gennad. c 87.*

Cap. 87. *Victorius* natione Aqvitanicus, calculator studiosissimus, composuit Paschalem cursum, post qvatuor priores Computistas, id est, Hippolytum, Eusebium, Theophilum & Prosperum. *Gennad. c. 88.*

Cap. 88. *Theodoretus* Cyri civitatis Episcopus, a Cyro Rege Persarum conditæ, scripsit de Incarnatione Domini, adversum Eutychen presbyterum, & Dioscorum Alexandriæ Episcopum, qvi humanam carnem in Christo fuisse negant. Scripsit & decem libros Ecclesiasticæ historiæ. Sub Leone floruit. *Gennad. c. 89.*

Cap. 89. *Gennadius* Constantinopolitanus Episcopus, vir lingua nitidus, & ingenio acer, Danielem ex integro commentatus est; Homilias etiam multas scripsit. *Gennad. c. 90.*

Cap. 90. *Theodorus*, presbyter in Cœlesyria, composuit librum adversum hæreticos de consonantia veteris & novi Testamenti. Claruit sub Zenone. *Gennad. c. 91. Theodulus.*

Cap. 91. *Sidonius*, Arvernorum Episcopus, scripsit varia & grata opuscula ad diversos, diverso metro vel prosa, & epistolarum insigne volumen. Sub Zenone claruit. *Gennad. c. 92.*

Cap. 92. *Joannes*, Antiochenæ parochiæ ex Grammatico presbyter, scripsit qvædam adversus hæreticos, de Dei & hominis persona. *Gennad. c. 93.*

Cap. 93. *Gelasius*, urbis Romæ Episcopus, scripsit adversus Eutychen & Nestorem grande volumen ac præclarum, & tractatus diversarum scripturarum & Sacramentorum, elimato sermone, & adversus Petrum & Acacium epistolas. Fecit & hymnos in similitudinem Ambrosii. Sub Anastasio claruit. *Gennad. c. 94.*

Cap. 94. *Honoratus* Constantinæ Africæ civitatis Episcopus scripsit ad Arcadium qvendam epistolam exhortatoriam. *Gennad. c. 95.*

Cap. 95. *Cerealis* Episcopus, natione Afer, edidit libellum de catholica Fide. *Gennad. c. 96.*

Cap. 96. *Eusebius* Cathaginis Africæ civitatis Episcopus, & confessor publicus, scripsit expositionem Fidei & altercationes, qvas cum Præsulibus Arianorum habuit. *Gennad. c. 97. Eugenius.*

Cap. 97. *Gennadius*, Massiliæ presbyter, scripsit adversus omnes hæreses libros octo, adversus Nestorem libros sex; & adversus Eutychen libros undecim; adversus Pelagium libros tres; tractatus de mille annis, in Apocalypsin & epistolam de Fide. *Gennad. c. 100.*

## HONORII LIBELLUS III. EX ISIDORO SUBLECTUS.

Cap. 1 OSIUS, Cordubensis civitatis Episcopus scripsit ad sororem suam de laude Virginitatis epistolam, pulchro ac diserto comptam eloquio. In Sardicensi etiam concilio qvamplurimas ipse edidit sententias. Hic in senectute a Constantio perterritus, Arianæ impietati consensit. Qvi cum contra Gregorium Eliberitanum Episcopum, residens fastu qvasi regalis imperii, sententiam conaretur exprimere, os vertit, distorqvens pariter & cervicem, ac de sessu in terram elliditur, atqve illico exspiravit. *Isidor. c. 1.*

Cap. 2. *Idatius* Hispaniarum Episcopus, cognomento & eloqvio Clarus, scripsit adversus Priscilliani dogma, & maleficiorum ejus artes, librum. Hic cum Ursacio Episcopo, ob necem ejusdem Ursacii, cujus accusatores extiterant, Ecclesiæ communione privatus, exilio condemnatur. *Isidor. c. 2.*

Cap. 3. *Siricius*, Romanæ urbis Episcopus, scripsit decretalia opuscula. *Isidor. c. 3.*

Cap. 4. *Paulinus* presbyter edidit libellum de benedictionibus Patriarcharum, triplici intelligentia. Hic scripsit vitam Ambrosii, petente Augustino. *Isidor. c. 4.*

Cap. 5. *Proba*, uxor Adelphi Proconsulis, composuit centonem de Christo, Virgilianis coaptatum versibus; qvi inter apocryphas scripturas computatur. *Isidor. c. 5.*

Cap. 6. *Joannes* Constantinopolitanæ sedis Episcopus, cognomento Chrysostomus, scripsit multa & præclara opuscula, & diversos tractatus. Cujus qvam plurima eloqventiæ fluenta de Græco in Latinum sermonem translata sunt. Hic Theophili Alexandrini Episcopi discordia oppressus, ab Arcadio Imp. innocenter damnatus, atqve ab Episcopatu ejectus, Ponto in exilium retrusus moritur. *Isidor. c. 6.*

Cap. 7. *Sedulius* presbyter, edidit tres libros heroico metro compositos: qvorum primus signa & virtutes veteris Testamenti potentissime resonat; reliqvi vero gestorum Christi sacramenta vel miracula intonant. *Isidor. c. 7.*

Cap. 8. *Possidonius*, Africæ prouinciæ Episcopus, stilo prosecutus est vitam S. Augustini; in qva plusqvam quadringentos libros eius enumerant. *Isidor. c. 8. Possidius.*

Cap. 9. *Primasius* Africanus Episcopus composuit sermone scholastico de hæresibus libros tres, directos ad Fortunatum Episcopum. *Isidor. c. 9.*

Cap. 10. *Proterius*, Alexandrinæ ecclesiæ Antistes, scripsit epistolas ad Leonem Romanæ sedis Antistitem, de festivitate Paschali. *Isidor. c. 10.*

Cap. 11. *Paschasinus*, Sicilienſis Episcopus, edidit unam Paschalem epistolam, ad Leonem supradictum Papam. *Isidor. c. 11.*

Cap. 12. *Joannes Scotus* vel *Chrysostomus*, in Scripturis insigniter eruditus, scripsit eleganti stilo librum περὶ φύσεων, id est de natura omnium rerum.

Cap. 13. *Theodulus*, natione Italus, scripsit unam Eologam de veteri Testamento, & fabulis Gentilium contextam; in qva veritatem Fidei astruxit, perfidiæ falsitatem destruxit.

Cap. 14. *Julianus* cognomento *Pomerius*, natione Maurus, in Gallia presbyter ordinatus, scripsit octo libros de animæ natura, in dialogi morem: qvorum primus continet, qvid sit anima, vel qvaliter creatura ad imaginem Dei facta. In secundo loqvitur, utrum anima corporea sit, an incorporea. In tertio differit, unde primo homini sit anima facta. In qvarto, utrum nova anima sine peccato fiat, ac peccatum primi hominis, ex illo propagata originaliter trahat. In qvinto describit, qvæ sit facultas animæ. In sexto loqvitur, unde sit ea discordia, qva carni spiritus, vel caro spiritui adversatur. In septimo autem scribit de differentia vitarum ac mortium, vel resurrectione carnis & animæ, sive de morte carnis, ac de ejus resurrectione. In octavo loqvitur de his qvæ in fine mundi futura sunt: vel de qvæstionibus, qvæ solent de resurrectione proponi, sive de finibus bonorum atqve malorum. Condidit etiam unum libellum de virginibus instituendis, alios qvoqve tres prognosticos de futuræ vitæ contemplatione, vel actuali conversatione; necnon etiam de vitiis atqve virtutibus. *Isidor. c. 12.*

Cap. 15. *Engippius* Abbas composuit vitam sancti Severini monachi, & Regulam monachis. *Isidor. c. 13.*

Cap. 16. *Fulgentius* Afer, ecclesiæ Ruspensis Episcopus, in confessione Fidei clarus, in Scripturis copiosissime eruditus, loqvendo qvoqve dulcis, in docendo ac differendo subtilis, scripsit multa, ex qvibus hæc sunt: De gratia Dei & libero arbitrio, libri responsionum septem contra hæreticos; & unus liber de sancta Trinitate;

tate; & liber Regulæ veræ Fidei; & alius de Sacramento Incarnationis Chriſti; & duo libri de veritate prædeſtinationis; liber de qvæſtionibus; liber altercationis; plurimi tractatus & ſermones. Sub Anaſtaſio claruit. *Iſidor. c.* 14.

Cap. 17. *Eucherius* Epiſcopus, elegans ſententiis, ornatus in verbis, edidit unum opuſculum de laude eremi, dulci ſermone dictatum. *Iſidor c.* 15.

Cap. 18. *Hilarius*, Arelatenſis Epiſcopus, ſcripſit uitam prædeceſſoris ſui Honorii* Epiſcopi, ſuavi ac præclaro eloqvio. *Iſidor. c.* 16. * Honorati.

Cap. 19. *Aprigius*, Pacenſis eccleſiæ Hiſpaniarum Epiſcopus, diſerta lingua & ſcientia eruditus, expoſuit Apocalypſim Joannis Apoſtoli, ſubtili ſenſu atqve illuſtri ſermone, melius plane qvam veteres Eccleſiaſtici viri expoſuerunt. Scripſit & nonnulla alia. *Iſidor. c.* 17.

Cap. 20. *Juſtinianus* Imperator, qvoſdam libros de Incarnatione Domini edidit, qvos etiam per diverſas provincias miſit. Condidit & reſcriptum contra Illyricianam Synodum. *Iſidor. c.* 18.

Cap. 21. *Caſſiodorus* ex Senatoribus Ravennæ præfectus, arte philoſophus, profeſſione monachus, tranſtulit de Græco Tripartitam hiſtoriam; expoſuit magnifice Pſalterium, & multa alia ſcripſit.

*Schol. Magnus Aurelius Caſſiodorus Senator* omnibus nominibus dictus eſt variarum auctor, vir ſcriptis & honoribus clariſſimus, qvem *Caſſiodorum* inolito, ſi dicere licet, errore appellamus. Audiendi quippe non ſunt, qvi Senatorem Καſſεδοχὴν dictum putant, qvaſi proprium ejus nomen fuerit *Caſſiodorus*. Nam verum ac proprium ejus nomen fuit *Senator*; qvod ipſe ſuis omnibus epiſtolis præfixit lib. 11 & 12. Variarum, & qvod unum ſuis ipſe Faſtis indidit anno DXIII. cum de ſuo Conſulatu ageret. Sed invaluit error, ex ea, qvam dixi, opinione natus, qvaſi *Senator* epithetum eſſet, non nomen, ut *Caſſiodorus* tamqvam proprio nomine vocitetur, cum id cognomen revera fuerit, a patris nomine ductum. Patri enim Senatoris nomen fuit Caſſiodorus; a qvo filius *Caſſiodorus Senator* eſt nuncupatus, & omnibus nominibus, ut dixi. *Magnus Aurelius Caſſiodorus Senator.*

Noſter itaqve Senator patrem habuit *Caſſiodorum*; cui Patriciatus, poſt Præfecturam prætorii, a *Theoderico* Gothorum Rege eſt delatus, & de qvo, ejuſqve avo ac patre multa lib. 1. epiſt. 3. & 4. ipſe auctor Variarum narrat, & ad qvem etiam ſcripta eſt epiſtola vicesima octava libri tertii. Senatori ſiqvidem filio, de qvo Honorius hoc capite agit, Præfecturam, ac deinde Patriciatum detulit non *Theodericus*, ſed *Athalaricus* Rex, ejus nepos; ut ex lib. 9. epiſt. 24. & 25. liqvet: in qvibus recto nomine *Senator* nuncupatus; *Cumulavimus*, inqvit, *P. C. beneficiis noſtris copioſum virtutibus, divitem moribus, plenum magnis honoribus Senatorem.*

Scripſit autem *libros XII Variarum Epiſtolarum*: item librum *de anima* maxime pium; *de Inſtitutione divinarum Scripturarum ſeu lectionum* libros duos; *de ſchematibus & tropis ſacræ Scripturæ ex Beda*;* *de Orthographia*; *de ſeptem diſciplinis*; *de amicitia*; *de computo Paſchali*; *Chronicon breve*, ab initio mundi uſqve ad tempora Theoderici Oſtrogothorum in Italia Regis, hoc eſt, uſqve ad annum Chriſti qvingenteſimum decimum nonum. Scripſit item *libros XII. hiſtoria Gothorum*, ut ipſe in prologo epiſtolarum ſuarum aſſerit: cujus Hiſtoriæ compendium concinnavit *Jordanus* ſive *Jornandes* Ravennæ Epiſcopus, qvi anno qvingenteſimo triceſimo vixit. Qvæ qvidem omnia cum mſs. codicibus collata, Notiſqve illuſtrata Guilielmus Fornerius, Jureconſultus Aurelianenſis, 1600. Lutetiæ edenda curavit.

Scripſit inſuper *commentarios in Pſalmos* ex Auguſtino fere deſumptos, & Baſileæ an. 1491. typis editos: item *in Canticа*, cum Aponio, Friburgi 1538. excuſos. *Tripartitam* denique *hiſtoriam*, ex tribus Græcis auctoribus, Socrate, Theodoreto & Sozomeno, per *Epiphanium Scholaſticum* in Latinam linguam verſis, confecit. *Chronicon* ejus primus edidit Joannes Cochlæus, & Thomæ Moro inſcripſit. *Divinarum litterarum Inſtitutionem* Jacobus Pamelius a Plantino edendam curavit. Omnibus denique honoribus in Republica Romana & Theoderici Regis aula perfunctus Caſſiodorus, demum ſæculo valere juſſo, monachum induit. Vivarienſe prope Rhegium in Calabria cœnobium condidit, eique ut Abbas præfuit, ac ſcholam ſacrarum litterarum ibidem inſtituit, & ſub annum Chriſti qvingenteſimum ſexageſimum ſenex deceſſit. * Beda poſt Caſſiodorum vixit.

Cap. 22. *Boetius* Patritius vel Conſul, ſcripſit librum de ſancta Trinitate, & alium de Conſolatione; & Qvadrivium de Græco tranſtulit, id eſt, Arithmeticam, Muſicam, Geometriam, Aſtronomiam: Dialecticam vero explanavit. A Theoderico Gothorum Rege Mediolani interficitur.

*Schol. Anicius Manlius Severinus Boetius*, philoſophus & orator, ſapientia, eloqventia, pietate, martyrio illuſtris, ab Ennodio, Caſſiodoro, Procopio, aliiſqve eximie laudatus, anno Chriſti qvingenteſimo decimo Conſul ordinarius fuit collega. A *Theoderico Oſtrogothorum in Italia Rege*, una cum *Symmacho* socero ſuo, anno qvingenteſimo viceſimo ſexto, interfici juſſus, Ticini glorioſe occubuit. Erat autem *Onuphrius Panvinius*, qvi ipſum anno qvingenteſimo viceſimo ſecundo iterum conſulem, cum Symmacho socero, fuiſſe cenſet. Nam anno iſto Boetii duo filii, *Symmachus* & *Boetius*, Conſules ordinarii fuerunt: qvorum uni nomen a socero, filii avo: alteri ſuum impoſuit. De horum copulato Conſulatu lib. 2. de Conſolatione ipſe Boetius ſic ſcribit: *Cum duos pareret Conſules liberos tuos domo provehi, ſub frequentia Patrum, ſub plebis alacritate vidiſti. Et qvid dicam liberos Conſules, qvorum jam ut in id ætatis pueris vel paterni, vel aviti ſpecimen elucet ingenii?*

Scio aliter viſum Jul. *Martiano Rotæ*, ſcriptori vitæ Boetii, qvi filios ejus Conſules facit *Patricium* & *Hypatium*, qvi anno Chriſti qvingenteſimo Conſulatum una geſſerunt. Verum hæc profecto nimia eſt hallucinatio. Præterqvam enim qvod meminiſſe oportebat, Græcos & Orientales illos Conſules fuiſſe, & ad Boetii familiam nihil pertinere, evincere poterant qvæ modo citata ſunt verba Boetii. Ex qvibus liqvet, hoſce ejus filios Conſulares ætate pueros fuiſſe, cum exilii ſui Conſolationem ſcriberet. Qvod ſane dici non poterat, ſi ante viginti, eoqve plures annos, Conſules fuiſſent.

Certum alii *Boetium* ſcribunt, alii *Boethium*; qvod qvidem, ſi Græcæ vocis origo ſpectetur, rectius

erat. Sed usus obtinuit, ut Boetium potius dicamus. Scripsit autem, præter *Philosophica*, librum *de S. Trinitate* ad Symmachum socerum suum; librum *de unitate Trinitatis*; librum *de duabus Christi naturis*, adversus Eutychen; librum *de Fide*; libros qvinqve *de Consolatione Philosophiæ*, seu exilii sui, qvos, post Rudolphum Agricolam & Joannem Murmellium, Joannes Bernartius commentario illustravit, & Plantiniani 1607. ediderunt. Opera ejus junctim Veneti 1491. & Basilienses 1546. typis evulgarunt.

Ut autem Boetius versu & prosa valuit, sic & Græcam simul Latinamqve eruditionem complexus fuit. Qvod omnia ejus opera, itemqve Ennodius lib. 8. epist. & Cassiodorus lib. 1. Variarum epist. 45. testantur. Eiusdem dies natalis anniversario ritu a Ticinensibus 23. Octobris celebratur; conditusqve est ibidem in æde S. Petri in Cœlo aureo (ubi & S. Augustinus qviescit) ut Phil. Ferrarius in Catalogo Sanctorum Italiæ narrat. Sunt qvi norarunt, veterem Romanorum eloqventiam una cum Boetio desisse. Ejus vitam, post Martianum Rotam, *Franciscus Moncada*, Aitonæ Marchio, Græce Latineqve doctissimus (qvem 1635. præpropere sibi ereptum Belgæ luxerunt) Hispano sermone conscripsit; qvam utinam qvis in lucem proferat.

Qvod ad *Symmachum*, Boetii socerum, attinet, exstat ad ipsum lib. 7. Ennodii epistola numero vicesima qvinta. Eundem Boetius hoc ornat elogio lib. 2. de Consolatione: *Viget incolumis, illud pretiosissimum generis humani decus, Symmachus socer, vir totus ex sapientia virtutibusqve factus.* Ennodius originariam Symmachorum familiæ eloqventiam, nobilitatemqve fuisse prædicat. Nec frustra: qvia docti fere omnes fuerunt, & summis dignitatibus illustres. Atqve hoc qvidem loco non abs re facturus videor, si *Symmachos*, qvi Boetii ætate, & superiore sæculo vixerunt, suis singulos notis distinxero; ducto exordio a patre Symmachi oratoris. Is fuit

I. *L. Aurelius Avianius Symmachus*. Præfectus Urbi anno 364. cujus meritorum series, & eloqventiæ testimonium in statuæ inscriptione continetur, qvam illi duplicem, Romæ scilicet ac Constantinopoli, Principes poni jusserunt. Virum doctum Marcellinus lib. 27 appellat. Sed ejus restat unica epistola ad Symmachum filium, cum paucis epigrammatis, qvæ supersunt ex iis qvæ in octoginta illustres sui sæculi viros scripserat.

II. *Q. Aurelius Symmachus* L. F. Orator. Hujus sunt *Epistolarum libri novem, ac decimus Relationum*, qvas in Præfectura Urbana scripsit. In qvibus & famosa Relatio de ara Victoriæ legitur, cui *S. Ambrosius* & *Prudentius* responderunt. Proconsul porro Africæ anno 370. Præfectus Urbi anno 384. Consul denique ordinarius, cum Tatiano, anno 391. fuit. Uxor illi *Rusticiana* Orfiti filia; mater, Asyadini Consulis, qvem avunculum propterea vocat, soror germana. Is est, qvi apud Macrobium disputat in Saturnalibus; cui Graphum mittit Ausonius; de qvo loqvitur S. Augustinus, cum a Symmacho P. V. Mediolanum ad Rhetoricam professionem missum se lib. 5. Confess. cap. 13. scribit. De qvo item Prosper lib. 3. de promiss. cap. 38. Sidonius epist. 1. & aliis locis, Socrates lib. 5. cap. 14. & Cassiodorus lib. 11. agunt.

III. *Q. Flavianus Memmius Symmachus*, unicus Oratoris filius, a qvo & patris Epistolæ, post ejus mortem, digestæ & editæ. Proconsul itidem Africæ anno 415. præfectus Urbi anno 420. fuit. Hujus sunt *Relationes*, qvæ de Eulalii adversus Bonifacium Papam contentione ad Honorium Aug. scriptæ, a Baronio Annalibus sunt insertæ. Qvæstor etiam candidatus, & Prætor ineunte ætate fuerat. Nam utriusqve filii sui honoris crebro in epistolis Symmachus, & sumptuum ejus Præturæ meminit. *Olympiodorus Thebanus*, apud Photium, Symmachos inter Romanæ urbis ditissimos numerans.

IV. *Q. Aurelius Symmachus* (sic enim appellatur Novella 4. Valentiniani) Consul ordinarius cum Actio III. Consule anno 446. fuit; avus, ut opinor, Galæ viduæ in epistola Fulgentii, qva Gallam Symmachi Patricii filiam sic affatur: *Et licet avo, patre, socero, marito Consulibus pridem fueris inter sæculares illustris.*

V. *Q. Aurelius Memmius Symmachus*, Patricius, Boetii socer (qvi aliqvot ei opuscula sua inscribit) anno 485. Consul ordinarius, sine collega sub Odoacre fuit. A *Theoderico* Rege Judex in causa Basilii & Prætextati, qvi magicarum artium accusabantur, inter alios delectus, epist. 22. lib. 2. apud Cassiodorum. Apud qvem & aliæ sunt Theodorici ejusdem ad Symmachum epistolæ. De eodem *Hormisda* Pontifex epist. 28 & 66. Cæterum ab eodem Theoderico, impiis delatorum criminationibus incitato, crudeliter una cum Boetio genero, cæsus est; ut Procopius lib. 1. de bello Gothico narrat. Hujus filiæ duæ memorantur, *Rusticiana* uxor Boetii, & *Galla*: de qva, præter Fulgentium, Gregorius Magnus l. 4. Dialog. c. 14. agit. Filium nullum reliqvit. Nato qvi sequitur

VI. *Symmachus*, collega Boetii in Consulatu anni qvingentesimi vicesimi secundi, non hujus Symmachi Patricii filius, sed nepos fuit, ex filia Rusticiana & Severino Boetio prognatus. *Hæc fere Sirmondus in suis ad Ennodium Notis.*

Cap. 23. *Facundus*, Hermianensis ecclesiæ Episcopus, duodecim libros de professione catholicæ Ecclesiæ edidit. *Isidor c.* 19.

Cap. 24. *Justinianus* Valentinæ ecclesiæ Episcopus, ex qvatuor fratribus & Episcopis, eadem matre progenitis unus, scripsit librum Responsionum ad qvendam Rusticum, de interrogatis qvæstionibus: qvarum prima responsio est de Spiritu sancto; secunda contra Bonosianos, qvi Christum Filium adoptivum & non proprium dicunt; tertia de baptismo Christi, qvod iterare non licet; qvarta de distinctione baptismi Joannis & Christi; qvinta, qvod Filius sicut Pater invisibilis sit. *Isidor c.* 20.

Cap. 25. *Justus* Urgelitanæ ecclesiæ Episcopus, & frater prædicti Justiniani, edidit libellum expositionis in Cantica canticorum. Hujus qvoqve fratres Nebridius & Elpidius qvædam scripserunt. *Isidor. c.* 21.

Cap. 26. *Martinus* Dumiensis monasterii sanctissimus Pontifex, ex Orientis partibus navigans, in Galliam venit ibiqve conversis ab Ariana impietate ad Fidem catholicam Suevorum populis, regulam fidei & sanæ religionis constituit, ecclesias instruxit, monasteria condidit, copiosaqve præcepta piæ institutionis composuit. Librum qvoqve de differentiis qvatuor virtutum, prudentia, fortitudine, justitia & temperantia scripsit; & aliud volumen epistolarum, plenum cultura omnium virtutum. *Isidor. c.* 22.

Avitus

Cap. 27. *Avitus* Episcopus, scientia sanctarum litterarum doctus, edidit qvinqve libellos heroico metro compositos: qvorum primus est de origine mundi; secundus de originali peccato; tertius de sententia Dei; qvartus de diluvio mundi; quintus de transitu maris rubri. Scripsit & ad Fulcinam sororem de laude Virginitatis librum unum, pulcherrimo carmine compositum, & eleganti epigrammate coaptatum. *Isidor. c.* 23.

Cap. 28. *Dracontius* composuit heroicis versibus hexaëmeron creationis mundi. *Isidor. c.* 24.

Cap. 29. *Victor*, Tununensis Africæ ecclesiæ Episcopus, scripsit a principio mundi usque ad Justini tempora nobilem historiam. *Isidor. c.* 25.

Cap. 30. *Benedictus*, Abbas monasterii Casini, scripsit Regulam monachorum, per totum mundum promulgatam, qvi omnium justorum spiritu plenus scribitur.

*Schol. Benedictus* natione Italus, patria Nursinus, monachorum in Occidente antesignanus ac princeps, coenobii Casinensis conditor, ibidem anno salutis qvingentesimo tricesimo nono in Domino obdormivit. Ejus res gestas S. Gregorius I. Papa fuse prosequitur, lib. 2. dialogorum. Qvem Gregorii librum sogoistadienses Græco Latinum annis superioribus publicarunt. De variis Regulis & Constitutionibus asceticis fuse disseruit in Codice nostro Regularum, Antverpiæ anno 1638. edito.

Cap. 31. *Joannes* Constantinopolis Episcopus, natione Cappadox, edidit ad Alexandrum Episcopum librum de Sacramento baptismatis. *Isidorus c.* 26.

Cap. 32. *Gregorius* Romanæ urbis Episcopus, organum sancti Spiritus, incomparabilis omnibus suis prædecessoribus, multa præ sole præclara, ac præ obrizo auro pretiosa, scripsit ad supradictum Joannem, Pastoralem curam; ad Leandrum Episcopum librum Job triginta & qvinque voluminibus largo eloqventiæ fonte explicuit; Dialogum de miraculis Sanctorum, ad Petrum Archidiaconum. Quadraginta oracula Evangeliorum, imo totum textum qvatuor Evangeliorum sermocinando, populo exposuisse dicitur; & viginti homilias in Ezechielem, & infinitas epistolas, quarum collectio Registrum dicitur. Floruit sub Mauritio. *Isidor. c.* 27.

Cap. 33. *Gregorius* Episcopus Turonensis scripsit librum Historiæ.

*Schol. Georgius Florentius Gregorius* S. Euphronio Turonensi Episcopo defuncto in cathedra successit, anno duodecimo Sigeberti Austrasiæ Regis, anno centesimo septuagesimo tertio a transitu seu obitu S. Martini, hoc est, anno Christi qvingentesimo septuagesimo tertio: ut ex eodem Gregorio lib. 1. c. 1. miraculorum S. Martini datur colligi. Scripsit *de gloria Martyrum librum unum, de gloria Confessorum libros duos, de miraculis S. Juliani librum unum, & de miraculis S. Martini libros qvatuor.* Scripsit insuper *libros decem Historiæ Francorum*, qvos anno ordinationis suæ vicesimo primo, Christi qvingentesimo nonagesimo qvarto absolvit. Atqve eos qvidem, post editiones varias, *Andreas Quercetanus* ope qvinqve codicum mss. diligenter emendavit, & tomo 1. Scriptorum Historiæ Francorum anno 1636. Lutetiæ Parisiorum publicavit. Subjunxit eodem in tomo *Fredegarii Scholastici Chronicon*, qvod ille, jubente Childebrando Comite, Pipini Francorum Regis patruo, scripsit & a fine Historiæ Gregorii Turonensis usqve ad Pipini ipsius consecrationem perduxit; qvodqve hactenus nomine *Appendicis ad eundem Gregorium* fuit vulgatum. Apud eumdem Quercetanum reperies *Marii Aventicensis Episcopi Chronicon.*

Cap. 34. *Leander*, ex monacho Hispalensis ecclesiæ, provinciæ Bæticæ, Episcopus, vir suavis eloqvio, ingenio præstans, vita atqve doctrina clarus, composuit duos libros adversum hæreticorum dogma; & unum ad Florentinam sororem de institutione virginum; & unum contra Arianos; & unum de contemptu mundi; & multas epistolas ad Gregorium Papam, & ad alios Coëpiscopos: & orationes in toto Psalterio, & in sacrificii laudibus multa dulcisone composuit. Floruit sub Phoca. *Isidor. c.* 28.

Cap. 35. *Licinianus* Charthaginis Spartariæ Episcopus, in Scripturis doctus, scripsit epistolam de Sacramento baptismatis, & alias multas de diversis caussis. Claruit sub Mauritio. *Isidor. c.* 29.

Cap. 36. *Severus*, Malacitanæ sedis Antistes, libellum adversus Vincentium Episcopum Arianum, & unum de Virginitate, qvi dicitur Annulus. Sub Mauritio floruit. *Isidor. c.* 30.

Cap. 37. *Joannes* Gerundensis ecclesiæ Episcopus, natione Gothus, scripsit Regulam monachis & omnibus DEum timentibus necessariam. *Isidor. c.* 31.

Cap. 38. *Eutropius*, Valentinæ ecclesiæ Episcopus, scripsit epistolam de unctione Chrismatis, & aliam de distinctione monachorum. *Isidor. c.* 32.

Cap. 39. *Maximus* Cæsaraugustanæ civitatis Episcopus, multa composuit versu prosaqve, & qvandam historiam Gothorum. *Isidor. c.* 33.

Cap. 40. *Isidorus* Hispalensis Episcopus innumera scripsit opuscula, ex qvibus hæc sunt: libri Etymologiarum viginti duo, liber Glossarum, liber Sententiarum, Synonyma, liber de differentia. Totum vetus Testamentum dupliciter exposuit, historice & allegorice, & multa alia. Floruit sub Heraclio. *Suprapag. 47. seqq.*

## HONORII LIBELLUS IV. EX VARIIS COLLECTUS.

Cap. 1. BEDA, monachus & presbyter Anglicæ provinciæ, scripsit infinita, ex qvibus sunt hæc: In Genesim libri qvatuor; De tabernaculo & vasis ejus, ac vestibus sacerdotum libri qvatuor; De ædificatione templi libri duo; in li-

brum Regum liber unus; Qvæſtionum triginta: in Proverbia Salomonis libri tres; in Cantica canticorum libri ſeptem; in Eſaiam & Danielem & duodecim Prophetas, & in partem Hieremiæ, In Eſdram & Neëmiam libri tres; in librum Tobiæ libri duo, in Canticum Abacuc liber unus: item in libros Regum & Paralipomenon, in Job, in Pentateuchum Moyſi, & Joſue, & in Parabolas, in Eccleſiaſten, in Cantica canticorum, in Eſaiam, in Eſdram capitula multa, in Evangelium Marci libri qvattuor, in Lucam ſex, in homilias Evangelii libri duo, in Apoſtolum multa capitula, in Actus Apoſtolorum libri duo, in Epiſtolas Canonicas libri ſeptem, in Apocalypſim tres; in capitula de toto novo Teſtamento; epiſtolarum liber ad diverſos, de ſex ætatibus unus, de manſionibus filiorum Iſraël libri novem, de Iſaia unus, de ratione biſſextili, de æqvinoctio novem, de hiſtoriis Sanctorum. Librum vitæ & paſſionis S. Felicis confeſſoris de metro in proſam tranſtulit; vitam & paſſionem ſancti Anaſtaſii de Græco in Latinum correxit; vitam ſancti Cutberti monachi & Epiſcopi metro & proſa compoſuit; Hiſtoriam Anglorum qvinqve libris edidit; Martyrologium de natalitiis Sanctorum; librum Hymnorum diverſo metro ſive rithmo, librum Epigrammatum elegiaco metro, de natura rerum, & de Temporibus ſingulos libros, item alium de Temporibus majorem, librum de orthographia Alphabeti, librum de metrica arte, de ſchematibus & tropis, hoc eſt, de figuris & modis locutionum ſacræ Scripturæ. Sub Leone floruit, Romæ moritur & ſepelitur.

*Schol. S. Beda*, origine Anglo Saxo. 734. obiit ut hiſtoriæ ejus Anglicæ continuator & Matthæus Weſtmonaſterienſis tradunt. Opera ejus omnia, qvæ inveniri potuerunt; tomis octo Colonienſes 1612. ediderunt: ſed utinam Britannus aliqvis in iis recenſendis ad fidem mss. codicum præſtet operam! In tomis iſtis ſunt non pauca Bedæ falſo adſcripta: de qvibus Bellarminum in Catalogo, & Poſſevinum in Apparatu ſacro, & Baronium in Annalibus conſule. Vitam certe *S. Vedaſti* non Beda, ſed Alcuinus, *S. Patricii* Probus, *S. Columbani* Jonas monachus. *S. Arnulfi Metenſis* Paulus diaconus, ſcripſerunt. Commentaria *in Epiſtolas S. Pauli*, non Bedæ, ſed *Petro Tripolitano* Abbati, a Caſſiano laudato. Baronius in gestis anni 562. attribuit, ſed pro Beda pugnat Bellarminus libro citato. Vixit autem & obiit Beda in ſuo ad fluvium Tinam monaſterio, in diœceſi Dunelmenſi.

Cap. 2. ALCUINUS, natione Anglus, Eboraicæ civitatis diaconus, officio Scholaſticus, dignitate Abbas, magiſter Caroli Imperatoris, ſcripſit breviter omnes liberales artes ad prædictum Imperatorem, & multa alia præclara.

*Schol. Flaccus Alcuinus*, patria Brittannus, Bedæ diſcipulus, a Carolo Magno in Galliam evocatus, & Abbas monaſterii S. Martini apud Turones creatus, anno octingenteſimo qvarto vivere deſiit. Opera ejus omnia, qvæ reperiri potuerunt, Andreas Quercetanus 1617. Lutetiæ evulganda curavit; præfixa ejuſdem vita, qvam per annos digeſſit.

Cap. 3. AMALARIUS Metenſis Epiſcopus, ſub Ludovico, ſcripſit libros qvatuor de divinis Sacramentis.

*Schol. Amalarius*, Metenſis eccleſiæ diaconus, Ludovici Pii juſſu, libros qvatuor *De Divinis officiis* contexuit. Qvos qvidem libros *Amalario Fortunato*, Trevirenſi Epiſcopo, hactenus falſo typographi attribuerunt. Amalarius porro Metenſis, ut dixi, diaconus (quem Honorius hoc capite Epiſcopum Metenſem non recte appellat) Amalario Trevirenſi Epiſcopo ætate ſuppar, vir fuit longe eruditiſſimus. Ab illo Amalario Metenſi (facta e palatio Aqviſgranenſi librorum copia) *Forma inſtitutionis Canonicorum & Sanctimonialium canonice viventium*, ex diverſis veterum Patrum ac Doctorum ſententiis concinnata, Conciliique Aqviſgranenſis judicio & auctoritate, anno Chriſti octingenteſimo decimo ſexto, comprobata fuit; qvod ex Ademari Chronico Engolismenſi Sirmondus obſervavit. Dictam porro *Formam inſtitutionis canonicæ*, Notis a me illuſtratam, Antverpiæ 1638. cum Codice Regularum & Conſtitutionum clericalium, edendam curavi. Qvod ad *Amalarium Fortunatum*, Epiſcopum Trevirenſem, attinet; is a Carolo Magno Conſtantinopolim ad imp. Michaelem Balbum, cum Petro Abbate Nonantulæ, diœceſis Mutinenſis, miſſus fuit. Succeſſorem in cathedra habuit *Hettum*, cujus epiſtolam ad Frotarium Tullenſem Epiſcopum citat Sirmondus in Notis ad tom. 2. Conciliorum Galliæ.

Cap. 4. RABANUS, ex Monaſterii Fuldenſis Abbate Moguntinenſis Epiſcopus, ſcripſit mirabilem librum de myſterio ſanctæ Crucis, & totum vetus & novum Teſtamentum expoſuit. Sub Ludovico claruit.

*Schol. Rabanus Maurus*, Fuldenſis in Haſſia vel orientali Francia Abbas, non Bedæ, ſed Alcuini auditor, anno octingenteſimo qvadrageſimo ſeptimo in locum Otgarii Archiepiſcopus Moguntinus ſit ordinatus, obiitqve anno octingenteſimo qvinqvageſimo ſexto: ut Pithœani Annales & Lambertus Schafnaburgius teſtantur. Opera ejus omnia, qvæ a *Jacobo Pamelio*, & *Georgio Colvenerio* reperiri potuerunt, tribus tomis 1627. Coloniæ ſunt edita.

Cap. 5. PATERIUS qvidam redegit in librum teſtimonia Scripturarum, qvæ beatus Gregorius introducendo expoſuit.

*Schol. Paterius* Gregorii I. Papæ diſcipulus. S. R. E. Secundicerius (cujus Beda in commentario ad Cantica meminit) collegit, ex ejuſdem S. Gregorii operibus *tres libros Explanationum in varios utriuſque Teſtamenti libros* Romæ 1553. in folio excuſos. Claruit anno Chriſti ſexcenteſimo. Ita Molanus in ſua ms. Bibliotheca ſacra.

Cap. 6. SMARAGDUS Abbas Monaſterii ſancti Michaelis, Lectiones & Evangelia in divinis officiis legenda per circulum anni expoſuit; & librum monaſticæ profeſſionis congruum compoſuit, qvem Diadema monachorum vocavit, & Grammaticam majorem, Donatum exponendo, explicuit.

*Schol. Smaragdus* Abbas Monaſterii S. Michaelis in Saxonia, ordinis Benedictini, ſcripſit inter alia *Diadema Monachorum*, Antverpiæ anno 1540. typis editum; *commentarium in Regulam S. Benedicti*, Colonia

loniæ 1575. *Collectiones in Epistolas & Evangelia totius anni*, Argentorati 1536. in fol. excusas. Claruit anno nongentesimo octogesimo.

Cap. 7. HAYMO qvidam Homilias in Evangelia solemnia fecit. Hic & librum de voluptate mundi composuit.

*Schol. Haymo* monachus Fuldensis, Rabani Mauri discipulus, demum Halberstadensis tertius in Saxonia Episcopus, scripsit *in Apocalypsim* libros septem; *de amore cœlestis patriæ* libros sex; *Epitomen historiæ sacræ*; commentaria *in XII. Prophetas, Cantica, Psalmos & Epistolas omnes S. Pauli*; item *Homilias in Evangelia*: ex qvibus nonnulla Coloniæ, alia Antverpiæ, Parisiis, & alibi sunt excusa. Baronius censet illum obiisse anno octingentesimo qvinqvagesimo tertio: alii ad annum octingentesimum tricesimum qvartum referunt ejus decessum.

Cap. 8. HENRICUS qvidam Homilias in Evangelia fecit.

Cap. 9. NOTGERUS, Abbas Monasterii sancti Galli, Seqventias & tropicos versus & multa alia composuit. Sub Othone floruit.

*Schol. Notgerus*, Abbas cœnobii S. Galli apud Helvetios, habetur inventor *Seqventiarum*, ut vocant qvas Nicolaus Papa in Missis decantari permisit. Alii hanc inventionem *Notgero Leodicensi Episcopo* (qvi anno millesimo septimo vivere desiit) adscribunt. Nonnulli suspicantur, unum eumdemqve Notgerum primo in Helvetiis Abbatem S. Galli, & postea Episcopum Leodisi fuisse: qvod tamen non probatur rerum Leodicensium scriptoribus.

Cap. 10. PASCHASIUS librum de corpore Domini composuit.

*Schol. Paschasius Ratbertus*, Corbejensis in Picardia, regni Galliæ provincia, Abbas, temporibus Ludovici Pii Imp. floruit, & primus serio ac copiose *de veritate corporis & sanguinis Domini in Eucharistia* contra Bertramum presbyterum scripsit. Opera ejus, post Nicolaum Mameramum & Joannem Vlimmerium, *Jacobus Sirmondus* ad fidem mss. codicum recensuit, & junctim edenda Lutetiæ curavit.

Cap. 11. PETRUS, cognomento DAMIANI, ex monacho & eremita Episcopus, scripsit librum contra illos, qvi Simoniacos reordinare censuerunt, & multa alia. Sub Henrico Pio floruit.

*Schol. Petrus Damiani* (sic a fratris sui Damiani nomine vocatus) S. R. E. Cardinalis & Episcopus Ostiensis, primum monachus fuit in eremo Fontis Avellani: exinde varia monasteria condidit in Camerinensi, Perusina, Faventina, Arminensi, aliisqve diœcesibus; ac demum Faventiæ, in monasterio sui instituti, anno 1080. in Domino obdormivit. Res illius gestas scripserunt *Joannes* monachus, ejus discipulus. *Joannes Antonius Flaminius*, *Augustinus Fortunius* monachus Camaldulensis, & *Hieronymus Rubeus* in Historia Ravennate. Opera ejusdem omnia Constantinus Gaetanus in tres tomos redegit, & Romæ annis superioribus publicavit.

Cap. 12. HERMANNUS monachus, cognomento Contractus, qvædam scripsit, & dulcisonum cantum composuit. Sub eodem Henrico floruit.

*Schol. Hermannus Contractus*, ex Veringensium in Suevia Comitum stirpe oriundus, in Augia majore monachus, scripsit Chronicon a Christo nato usqve ad annum millesimum qvinqvagesimum qvartum, qvo & obiit. Christianus Vrstisius vulgatæ Hermanni editioni aliam locupletiorem adjunxerat, & regione respondentem: sed Henricus Canisius, tomo I. Lectionis antiqvæ, tertiam editionem, aliis longe auctiorem atqve emendatiorem, ex manuscripto codice Augustani monasterii SS. Afræ & Vdalrici, 1601. publicavit. Ut autem diversitatis hujus caussam inqviramus, sunt qvi censent, Hermanno in conscribendo Chronico id evenisse, qvod olim & hodie multis scriptoribus qvi fœtum lambendo formare, variare & subinde augere solent. Sunt qvi varietatem istam descriptoribus attribuunt: qvorum alius nonnulla adjecerit, resecuerit alius, pro suo qvisqve captu. Id enim antiqvitus plerumqve factum fuisse observo in illis libris, qvos monachi in suum privatum aut publicum usum describebant.

Cap. 13. BERNOLDUS, Constantiensis ecclesiæ presbyter, Romanum Ordinem sub qvarto Henrico composuit.

*Schol. Bernoldus*] alias Bernaldus & Bertoldus, Constantiensis presbyter: idem, nisi fallor, qvi *Chronicon* ab anno millesimo qvinqvagesimo qvarto (ubi *Hermannus Contractus* desinit) usqve ad annum millesimum deduxit; qviqve varia opuscula pro Gregorio VII. Papa contra schismaticos scripsit; partim a Gretsero in Apologia pro eodem Pontifice, partim a Sebastiano Tengnagelio 1612. Ingolstadii edita.

Cap. 14. LANTFRANCUS, Cantuariensis ex Abbate Episcopus, scripsit librum de corpore Domini contra Berengarium hæreticum. Sub eodem Henrico floruit.

*Schol. Lantfrancus* patria Papiensis, ex Abbate Cadomensi Episcopus Cantuariensis, Romano concilio contra Berengarium habito interfuit, & contra eumdem scripsit librum de *Eucharistia Sacramento*: qvem a Joanne Vlimmerio ad fidem mss. codicum castigatum, Lovanienses & alii excuderunt. *Statuta* ab eodem monachis in Anglia Benedictinis præscripta Clemens Reynerus Duaci edenda curavit.

Cap. 15. ANSELMUS, ejusdem Lantfranci discipulus, ex Abbate ejusdem Cantuariensis ecclesiæ, Angliæ provinciæ, Episcopus, multa memoranda conscripsit; ex qvibus hæc sunt; Liber qvi dicitur Cur Deus homo; Monologii liber, scilicet de sancta Trinitate, unus de incarnatione Verbi, unus de processione Sancti Spiritus, unus de lapsu diaboli: unus de libero arbitrio, de gratia Dei, de prædestinatione, & multa alia Deo digna.

*Schol. S. Anselmus*, Seduni apud Rhætos natus, Lantfranci Cantuariensis Episcopi discipulus, ex Abbate Beccensi Episcopus Cantuariensis, anno millesimo centesimo nono ad vitam meliorem transiit. Opera ejus junctim 1573. tribus tomis Colonienses, & post auctiora Lugdunenses publicarunt: de qvibus vide judicium Bellarmini in Catalogo. Ejusdem *libros tres Epistolarum* seorsim Joannes Picardus Lutetiæ edidit. Exstant & aliæ ejusdem Epistolæ plurimæ in Bibliotheca Joannis Cottoni in Anglia, & alibi. Vitam ejus scripsit *Eadmerus* seu *Edmerus* (corrupte *Edinerus*) monachus Cantuariensis; qvi & res in Anglia potissimum gestas anno 1066. usqve ad millesimum centesimum vicesimum secundum litteris consignavit. Alius ab isto fuit *Anselmus Laudunensis Scholasticus*.

Cap. 16. RUPERTUS Tuitienſis monaſterii Abbas, a Spiritu ſancto per viſionem illuminatus, totam pene Scripturam egregio ſtylo expoſuit. Sub qvinto Henrico floruit.

*Schol. Rupertus Tuitienſis* Abbas (qvod eſt monaſterium Benedictinorum ad Rhenum, in ripa Germanica, ex oppoſito Coloniæ Agrippinæ ſitum) anno milleſimo centeſimo no triceſimo qvinto, IV. Nonas Martias deceſſit. Scripſit multa, tribus tomis Coloniæ 1577. & antea Antverpiæ & Lovanii excuſa. Suorum operum ipſe catalogum recenſet in epiſtola ad Cunonem Epiſcopum Ratiſponenſem, cui libros ſuos *de divinis officiis* dedicat. Errat autem, cum ſcribit, non converti panem in corpus Chriſti, dum conficitur Euchariſtia, ſed aſſumi a Verbo divino, qvemadmodum aſſumpta eſt humanitas. Hunc errorem Bellarminus in Catalogo, & lib. 3. de Sacramento Euchariſtiæ cap. 11. & 15. itemqve alii paſſim refutant

Cap. 17. HONORIUS, Auguſtodunenſis eccleſiæ presbyter & Scholaſticus, non ſpernenda opuſcula edidit: Elucidarium in tribus libellis; primum de Chriſto, ſecundum de Eccleſia, tertium de futura vita diſtinxit. Libellum de ſancta Maria, qvi Sigillum ſanctæ Mariæ intitulatur: unum de libero arbitrio, qvi Inevitabile dicitur: unum libellum Sermonum, qvi ſpeculum Eccleſiæ nuncupatur: de incontinentia ſacerdotum, qvi Offendiculum appellatur; Summam totius, de omnimoda hiſtoria; Gemmam animæ de Divinis officiis, Sacramentarium de Sacramentis, Neocoſmum de primis ſex diebus, Euchariſticon de corpore Domini; Cognitionem vitæ de Deo & æterna vita; Imaginem mundi de diſpoſitione orbis; Summam gloriam de Apoſtolico & Auguſto; Scalam cœli, de gradibus viſionum, de anima & de Deo qvædam de Auguſtino excerpta, ſub dialogo exarata; Expoſitionem totius Pſalterii cum Canticis; miro modo Cantica canticorum expoſuit, ita ut prius expoſita non videantur. Evangelia, qvæ beatus Gregorius non expoſuit; Clavem Phyſicæ de naturis rerum; Refectionem mentium; de feſtis Domini & Sanctorum. Pabulum vitæ, de præcipuis feſtis; hunc libellum de Luminaribus Eccleſiæ. Sub qvinto Henrico floruit. Qvis poſt hunc ſcripturus ſit, poſteritas videbit.

*Schol.* Ex variis Honorii Auguſtodunenſis operibus exſtant commentaria *in libros Salomonis*, Coloniæ 1540. *Dialogus de prædeſtinatione & libero arbitrio* 1552. & alia ejuſdem opuſcula 1531. ibidem excuſa: *Gemma animæ, de officio Miſſæ ejuſqve ceremoniis.* Lipſiæ 1514. *De imagine mundi* libri tres, Spiræ 1583. & alia alibi edita. Opus ejus *De Luminaribus Eccleſiæ* ſive *De ſcriptoribus eccleſiaſticis*, qvod nunc dedimus, viſum fuit in libellos qvatuor partiri: eo qvod tres priores ex Hieronymo, Gennadio & Iſidoro fere ſint decerpti, adeoqve velut epitomen contineant. Huic tamen ſuo operi Honorius non paucos Scriptores, qvi apud tres iſtos veteres Nomenclatores deſiderantur, partim intexuit, partim ſubtexuit. Subinde etiam in hac ipſa anacephalæoſi aliqva admiſcuit, qvæ multum lucis adferunt. Vixit autem Auguſtoduni in Burgundia, Henrico V. imperante, ſub annum ſalutis milleſimum centeſimum viceſimum.

# INDEX SCRIPTORUM ECCLESIASTICORUM

## QVOS HONORIUS HIERONYMO, GENNADIO ET ISIDORO ADJECIT.


| | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| Aleuinus. | lib. IV. | c. 2 | | Hermannus Contractus. | lib. IV. | c. 12 |
| Amalarius Metenſis. | IV. | 3 | | Honorius Auguſtodunenſis. | IV. | 17 |
| Anſelmus Cantuarienſis. | IV. | 15 | | Joannes Scotus. | III. | 12 |
| Beda. | IV. | 1 | | Lanfrancus Cantuarienſis. | IV. | 9 |
| Benedictus Abbas Caſinenſis. | III. | 30 | | Notgerus Abbas. | IV. | 22 |
| Bernoldus Conſtantienſis. | IV. | 5 | | Paſchaſius Ratbertus. | IV. | 10 |
| Boetius. | III. | 22 | | Paterius Secundicerius S. R. E. | IV. | 5 |
| Caſſiodorus. | III. | 21 | | Petrus Damiani. | IV. | 18 |
| Dionyſius Areopagita. | I. | 16 | | Rabanus Maurus. | IV. | 4 |
| Gregorius Turonenſis. | III. | 35 | | Rupertus Tuitienſis. | IV. | 16 |
| Haymo Halberſtadenſis. | IV. | 7 | | Smaragdus Abbas. | IV. | 6 |
| Henricus Homiliarius. | IV. | 8 | | Theodulus Italus. | III. | 13 |


LIBER

# LIBER SIGEBERTI GEMBLACENSIS MONACHI DE SCRIPTORIBUS ECCLESIASTICIS.

Cap. 1. MARCELLUS, Marci Præfecti urbis Romæ filius, ex diſcipulo Simonis magi diſcipulus beati Petri Adoſtoli, conflictum Apoſtolorum Petri & Pauli cum Simone mago, cui aſſiduus interfuit, rogatu Chriſtianorum, qvi non interfuerant, fideliter conſcripſit, & Eccleſiis Dei, prope vel procul poſitis, legendum conceſſit. Ad ſanctos Nereum & Achilleum, pro Chriſto in Pontiana inſula relegatos, ſcripſit de mirificis actibus beati Petri & Pauli, & de magicis artibus Simonis magi. Scripſit de obitu ſanctæ Petronillæ virginis, filiæ beati Petri Apoſtoli. Scripſit de paſſione ſanctæ Feliculæ virginis & martyris. Scripſit de paſſione ſancti Nicomedis presbyteri martyris.

Cap. 2. JOANNES, qvi & Marcus, ex miniſtro ſacerdotis Jovis, miniſter Pauli Apoſtoli, ſcripſit paſſionem Barnabæ Apoſtoli.

Cap. 3 POLYCRATES paſſionem ſancti Timothei Apoſtoli ſcripſit, & alia multa.

A. MIRÆI *Schol. S. Timothei* paſſio, ſub nomine Polycratis Epiſcopi Epheſini, edita eſt jam olim a *Jacobo Fabro Stapulenſi*. Fit in ea mentio Irenæi Lugdunenſis Epiſcopi: ex qvo colligi datur, non poſſe eam attribui Polycrati, qvi Timotheo poſt Oneſimum ſucceſſit. Certe nec Euſebius in Hiſt. eccleſ. nec Hieronymus cap. 45. in Catalogo, ubi de Polycrate agunt, hujus ſcriptionis meminerunt.

Cap. 4. DIONYSIUS Athenis natus & eruditus, & a pago Athenienſi, qvi dicitur Arios pagos, Areopagita denominatus, & a Paulo Apoſtolo ad fidem Chriſti converſus, multam multa ſcrieendo acqviſivit ſibi memoriam. Qvem prætermiſſum eſſe ab Hieronymo & Gennadio in Catalogo illuſtrium virorum, nimis eſt mirandum: præſertim cum Hieronymus, qvamvis tacito ejus nomine, faciat mentionem operis ejus; Gregorius vero in homilia Evangelii faciat mentionem operis ejus & nominis. Scripſit autem ad Timotheum Epheſiorum Epiſcopum de Hierarchia cæleſti, id eſt, de ordinibus Angelorum; ad eumdem de Hierarchia eccleſiaſtica; ad eumdem de divinis nominibus, & de ſymbolica Theologia; ad eumdem de myſtica Theologia. Scripſit ad Gajum, qvomodo Deus qvadam ignorantia cognoſcatur, vel videatur; ad Polycarpum, qvomodo contradictores veritatis ſint declinandi. Scripſit epiſtolam ad Apollophanem, conphiloſophum & coævum ſuum, recolens, qvod cum ipſe cum eo eſſet in Heliopoli urbe Ægypti, viderit obſcurato ſole mundum obtenebratum fuiſſe in ſexta feria, ſexta hora diei, cum JESUS CHRISTUS penderet in cruce, cum ipſe Dionyſius eſſet tunc annorum triginta. Scripſit ad Theophilum de Eccleſiaſticorum ordinum ordine, & ſacerdotum excellentia. Scripſit ad Joannem Apoſtolum in Pathmos inſula exiliatum, prædicens eum eſſe reverſurum in Aſiam. Scripſit & ad alios alia, qvamvis brevia, tamen myſtica & divina. Volumen ejus ſcriptorum vocatur Hierarchia. Hic martyrizatur ſub Domitiano Imperatore in urbe Galliarum, qvam condidit Iſius; eamqve de Iſio denominavit Pariſium. *Vide ad Honorium lib. 1. c. 16.*

Cap. 5. LINUS primus poſt Petrum Papa, ſcripſit Græco ſermone martyrium Petri & Pauli, uno die paſſorum, & Eccleſiis Orientalibus deſtinavit.

*Schol.* Sub nomine *Lini* Papæ, in Bibliotheca veterum Patrum, duo exſtant libelli *de Actis ſeu martyrio SS. Apoſtolorum Petri & Pauli.* Sed narratio illa, qvæ hodie qvidem exſtat, eſt prorſus fictitia, multoſqve errores continet: ut Baronius in geſtis anni 69. Bellarminus in Catalogo, & lib. 2. de Pontif. Rom. c. 9. Poſſevinus in Apparatu ſacro, & Claudius Eſpenſæus lib. 6. de continentia cap. 11. docent. Vide Hieron. de S. E. c. 15.

Cap. 6. SEDULIUS Epiſcopus ad Macedonium presbyterum ſcripſit libros de miraculis veteris & novi Teſtamenti, qvos poſtea ſub metrica lege redactos prætitulavit Paſchale carmen. Reparavit etiam dactylico* carmine omnia Domini opera. Claruit tempore Conſtantis & Conſtantii, filiorum primi Conſtantini Imperatoris.



* Edit. Suffridi Petri, *reparaterico.*

Digitized by Google

*Schol.* *Cælium Sedulium* Isidorus in Catalogo cap. 7. presbyterum, non autem Episcopum vocat. Scripsit porro versu *libros qvattuor Mirabilium divinorum* sive *Opus Paschale*, qvod cum Scholiis Antonii Nebrissensis, Basileæ 1541. & inter Poetas Christianos exstat editum. *Collectanea* nomine Sedulii *in omnes D. Pauli Epistolas*, Basileæ 1528. & 1534. edita (si tamen illius sunt) videntur ab aliqvo Pelagiano vitiata: ut ad Isidor. monui. Sedulii versus, post ejus mortem, ex ejus scriniis collectos *Asterius* (qvi anno 449. Consul Romanus fuit) recensuit, & Macedonio dedicavit: ut ex ejusdem Asterii epigrammate, supra pag. 52. recitato, liqvet. Sirmondus in Notis ad Ennodium docet, ex integris Gennadii exemplaribus, Sedulium Theodosio juniore, cui opus suum dicavit, & Valentiniano regnantibus, obiisse.

Cap. 7. AMPHILOCHIUS, Iconii Episcopus, scripsit vitam Basilii Cæsariensis Episcopi. *De Amphilochio Hieron. cap.* 133.

Cap. 8. GOLPHILAS, Gothorum Episcopus, adinvenit Gothicas litteras; & qvamvis esset Arianus, utile tamen opus fecit, qvia per illas litteras transtulit divinas litteras in Gothicam linguam. Fuit tempore Valentis Imperatoris. *De eo Trithemius.*

Cap. 9. THEODORETUS Episcopus urbis, qvæ a fundatore suo Persarum Rege Cyrus est vocata, scripsit de vera Incarnatione Domini contra Eutychen, qvi negabat veram carnem in Christo JESU. Scripsit etiam Ecclesiasticam historiam, a fine Ecclesiasticæ historiæ, qvam scripsit Eusebius Cæsariensis, & post eum Rufinus presbyter.

*Schol.* Syriæ Euphratesiæ urbem, cui Theodoretus præfuit, alii *Chyrrum* vocant, ut Plinius, Ptolemæus, Stephanus; alii *Cyrum*: qvomodo apud Theodoretum ipsum passim, Procopium de ædificiis, & Hierocles in Synecdemo legitur. Vide *Gennad. c.* 89.

Cap. 10. SOCRATES scripsit historiam a tempore primi Constantini Imperatoris usqve ad imperium Theodosii junioris.

*Schol.* *Socrates*, Ammonii & Helladiin Grammaticis discipulus, Scholasticus Constantinopolitanus, scripsit *Historia ecclesiastica libros septem*: qvibus tempus annorum centum qvadraginta, a Constantino Magno usqve ad Theodosii minoris ævum, complectitur. Exstat cum Eusebio Cæsariensi (cujus Historiam ecclesiasticam proxime excipit) Latine editus, interprete Joanne Christophorsono. Photius in Bibliotheca cod. 26. censet, ipsum nec habere stilum admodum splendidum, nec in dogmatibus esse accuratum. Nicephorus certe prodidit Novatianum fuisse, & animo minus purum. Idem Bellarminus & alii observarunt. Franciscus Torrensis seu Turrianus ipsum mendacii accusat non uno in loco.

Cap. 11. SOZOMENUS, ejusdem temporis tenorem secutus, scripsit historiam.

*Schol.* *Hermias Sozomenus* Salaminius, Constantinopoli in forensibus actionibus diu versatus scripsit *Historia ecclesiastica libros novem*: quos a Consulatu Crispi, & patris ejus Constantini, produxit usque ad imperium Theodosii junioris, cui historiam hanc suam dicavit. Singulorum librorum argumenta in epistola ad Theodosium ipse exponit. Dissentit in quibusdam a Socrate, & stilum eo præstantiorem habet; ut Photius cod. 30. censet.

*Sed ipsam Sozomeni historiam* (ut Gregorius Magnus lib. 6. epist. 95. loqvitur) *Sedes Apostolica recipere recusat, qvoniam multa mentitur; & Theodorum Mopsvestæ nimium laudat, atqve ad diem obitus sui magnum doctorem Ecclesiæ fuisse perhibet.* Qvod de Theodoro Mopsvesteno hodie in Sozomeno non legitur, sed in Theodoreto. Est autem verisimile, scripsisse hoc Sozomenum in iis libris, qvi perierunt. Nam ipse refert in præfatione, se historiam suam deduxisse usqve ad decimum septimum Theodosii junioris Consulatum, id est, Christi 439. annum: ut pene viginti annorum Historia desideretur. Qvod & Baronius in Notis ad Martyrologium 23. Dec. observavit. Bellarminus in Catalogo notat Sozomenum, ut & Socratem Novatianis erroribus faviisse. Joannes Christophorsonus utrumque vertit e Græco, & Latine cum Eusebio edidit. Coloniæ & Lovanii. Exstat & Græce seorsim Sozomenus editus Parisiis a Roberto Stephano.

Cap. 12. EPIPHANIUS Scholasticus, tres Theodoreti & Socratis & Sozomeni historias in unam compingens historiam, adjecit ecclesiasticæ bibliothecæ historiam Tripartitam.

*Schol.* *Epiphanius Scholasticus*, Cassiodoro postulante (ut ipse cap. 17. de divinis Lect. prodidit) Theodoreti, Socratis & Sozomeni historiam ecclesiasticam e Græco Latinam fecit. Cassiodorus autem, ex translatione Epiphanii, *historiam Tripartitam* contexuit.

Cap. 13. MACER scripsit metrico stilo librum de viribus herbarum.

Cap. 14. PAULINUS Nolanus Episcopus scripsit, ad Augustinum Episcopum, vitam Ambrosii Mediolanensis Episcopi. Scripsit etiam versifice vitam Felicis Nolani. *Gennad. c.* 48.

Cap. 15. EVODIUS Episcopus scripsit librum de miraculis in Africa ostensis per reliqvias Stephani protomartyris noviter inventas, qvas detulit in Africam Orosius, Augustini discipulus.

*Schol.* *Evodius* Uzalensis in Africa Episcopus, ad qvem S. Augustini litteræ exstant, unus fuit ex qvinqve illis Africæ episcopis qvorum litteras ad Innocentium I. Papam habemus. Hic scripto consignavit miracula facta ad reliqvias S. Stephani, qvas ex Palæstina primus in Occidentem Orosius adtulerat. Augustinum lib. 22. de civit. Dei cap. 8. lege.

Cap. 16. POSSIDIUS, Calamensis Episcopus, scripsit vitam Augustini Hipponensis Episcopi. *Vide Isidorum de Script. Eccles. c.* 8.

Cap. 17. PASCHASIUS, diaconus sanctæ Romanæ Ecclesiæ, libros de sancto Spiritu luculento & fideli sermone composuit. Hic qvia in superordinatione Laurentii contra Symmachum Papam pertinacius favit Laurentio, ejus defuncti animam vidit Germanus, Capuanus Episcopus, in thermis in igne purgatorio positam.

*Schol.* Hic est ille *Paschasius*, ad qvem *Eugippius* presbyter vitam S. Severini Noricorum Apostoli, a se conscriptam, transmisit, ejusqve censuræ subjecit. Nam nomen, tempus, locus, & sacra functio id docent: ut Baronius ad annum 496. tradit. Cui respondit idem Paschasius: qvam epistolam Baronius ibidem exhibet. Eundem Paschasium S. Gregorius lib. 4. dialog. cap. 40. tradit, *temporibus Symmachi*, *Apostolica Sedis præsu-*

*præſulis, defunctum eſſe, ejuſque rectiſſimos & luculentos de S. Spiritu libros exſtare.* Sedit autem Symmachus ab anno qvadringenteſimo nonageſimo nono uſqve ad annum qvingenteſimum decimum qvartum.

Alius ab iſto fuit *Paſchaſius Dumienſis* in Gallæcia diaconus; qvi ſuum librum de Vitis Patrum (qvi in Plantiniana anni 1628. editione ſeptimus eſt) dedicavit *Martino Dumienſi* Abbati, Iſidor. c. 22 memorato. Cujus qvidem Martini obitum Gregorius Turonenſis lib. V. Hiſt. Franc. cap. 37. anno qvinto Childeberti junioris Regis ſtatuit, cui Baronius annum Chriſti 583. adſignat.

Cap. 18. IDATIUS, Lemicæ Hiſpaniarum urbis Epiſcopus, Chronicam initiatam a primo Theodoſii Imperatoris Conſulatu compoſuit. *Vide ſupra pag. 70.*

Cap. 19. MARTINUS Epiſcopus Gallicienſis ſcripſit librum de virtutibus qvattuor, ad Theudomirum *Regem Galliciæ, qvem libellum prætitulavit, Honeſtæ vitæ Formulam.

*Schol. Martini* hujus *Dumienſis* ſeu *Gallicienſis* Iſidorus in Catalogo cap. 22. Sigebertus hoc capite & infra cap. 118. meminerunt. Fuit is primum Abbas & Epiſcopus Dumienſis (qvi & Dumienſe in Gallæcia monaſterium conſtruxit) poſtea Bracarenſis in Luſitania Antiſtes: ut ſupra *ad Iſidori c. 22.* explicui. *al. *Mironem.*

Cap. 20. VICTOR, Capuanus Epiſcopus, Evangelium ex qvatuor Evangeliis compactum eleganter compoſuit, qvod vocatur Diapente, ſine nomine auctoris invenit: qvod qvia ſine numeris Canonum confuſum eſſe vidit; dilucidavit illud appoſitis Canonum numeris, per qvos Euſebius Cæſarienſis diſtinxit qvattuor Evangelia, ita ſine confuſione erroris ſimilia omnium oſtendens, ſingulis ſua propria oſtendens & reſtituens. Scripſit etiam librum de Paſcha, redarguens errorem Victorii, qvi jubente Hilario Papa, ſcribens Paſchales Cyclos, docebat eſſe celebrandum Paſcha XV. Kalendas Maij, in anno Domini CCCC. LV. qvod rectius erat eo anno celebrandum VII. Kalendas Maij.

*Schol. S. Victor.* Capuanus in Italia Epiſcopus, circa annum Chriſti qvingenteſimum qvadrageſimum, Juſtiniano regnante ſcripſit *de Cyclo Paſchali*: ut Beda de ſex ætatibus & de ratione temporum cap. 48. Ado Viennenſis in Chronico, item Marianus Scotus tradunt. Cyclus porro Victorii receptus ac probatus fuit in qvarta Synodo Aurelianenſi, anno Chriſti 541. habita. Victor inſuper ſcripſit præfationem *in Harmoniam ſeu Conſonantiam Tatiani Alexandrini*, qva ex qvattuor Evangeliis unum fecit. Sed Baronius in geſtis anni 174. eumqve ſecutus Bellarmi. us recte monent, a Victore Capuano erratum eſſe in nomine. Nam illa Harmonia non eſt Tatiani, ſed *Ammonii Alexandrini*, ab Hieronymo in Catalogo cap. 55. memorati.

Cap. 21. EUSTATHIUS tranſtulit de Græco in Latinum Hexaemeron Baſilii Cæſarienſis.

*Schol. Euſtathius*, vir diſertiſſimus, a Caſſiodoro, Beda & Sigeberto hoc loco laudatus, *novem Sermones S. Baſilii Magni in principium Geneſeos* ex Græco Latinos fecit, & Syncleticæ ſorori diaconiſſæ inſcripſit. Exſtant ij cum operibus S. Baſilii, 1616. Antverpiæ, Pariſiis & alibi excuſi. De eo ſic Caſſiodorus cap. 1. de Lect. divinis: *Geneſeos principia Baſilius Attico ſermone luciderit, quem Euſtathius vir diſertiſſimus ita tranſtulit in Latinum, ut ingenium doctiſſimi viri facundia ſua viribus æquiparaſſe videatur, qvæ uſqve ad hominis conditionem novem libros tetendit.* De eodem ita *Junilius* Epiſcopus Africanus, ſeu Petrus Beda in præfatione commentarii in Geneſin; *De principio libri Geneſis multi multa dixere, ſed præcipue Baſilius Cæſarienſis, quem Euſtathius interpres de Græco fecit eſſe Latinum.*

Syncleticæ porro ſororis diaconiſſæ, ad qvam Euſtathius ſcripſit, meminit Sedulius in præfatione operis ſui Paſchalis, his verbis: *Qvis non optet & ambiat eximio Syncletices ſacra virginis & miniſtræ Chriſti placere judicio, qva ſuperbi ſanguinis nobilitatem ſic humilitate provexit ad gloriam, ut in cæleſtis patria ſemina fieri mereatur athleta! Scripturas eccleſiaſtici dogmatis ita ſitiens hauſerit, ut, niſi ſexus licentia deſiniſſet, potuiſſet docere, qvam membris feminei corporis animus ſit virilis.*

Cap. 22. AVITUS, Viennenſis Epiſcopus, ſcripſit Homiliarum librum unum; de mundi principio, & aliis diverſis conditionibus libros ſex, verſu compaginatos; Epiſtolarum libros novem. Claruit tempore Zenonis Imperatoris, ſub Rege Burgundionum Gundebaldo.

*Schol. Alcimus Ecdicius Avitus*, Viennenſis in Gallia Epiſcopus, fratrem habuit *Apollinarem* Valentiæ Epiſcopum, cui poemata ſua inſcripſit. Epiſtola ipſius dedicatoria, ex codice S. Victoris Pariſienſis deprompta, recitatur a Sirmondo in Notis ad Ennodium. Ex qva epiſtola docemur, *Homilias* etiam ab Avito editas fuiſſe. Et qvidem ſola una reſtat de Rogationibus, a Mamerto ejus prædeceſſore inſtitutis. Sed pluſculorum fragmenta in antiqviſſimi libri reliqviis Jac. Auguſti Thuani Lutetiæ adſervantur. Una in converſione domini *Segiſrici* dicta Lugduni, poſtridie qvam ſoror ipſius ex Ariana hæreſi eſt recepta: *altera* in baſilica Sanctorum Agaunenſium, in innovatione monaſterii ipſius: *tertia* in inſtauratione baptiſterii in civitate Vienna: *qvarta* in baſilica S. Petri, qvam Sanctus Epiſcopus Tarantaſiæ condidit: *qvinta* in Dedicatione baſilicæ Genevæ; qvam hoſtes incenderant: & aliæ, qvæ vel inſcriptionibus ipſis nimium qvantum ſui deſiderium excitant, ut & reliqvorum Aviti operum, qvæ recenſent Iſidorus & Ado Viennenſis. Vide *qva ad Iſidorum de ſcriptor. Eccleſ. c. 23.*

Cap. 23. GODELBERTUS presbyter hujus ſtudium imitatus, per hiſtorias & allegorias divinæ Scripturæ, ab initio mundi uſqve ad partum Virginis, heroico pede eleganter cucurrit. *De eo Trithemius.*

Cap. 24. CYRILLUS Epiſcopus Alexandrinus Cyclos qvinqve decemnovennalium Cyclorum ſcripſit, qvi faciunt annos nonagintaqvinqve, in qvibus primus & ultimus Paſchæ terminus invenitur; ſed nec tamen in eo tota Paſchæ varietas terminatur. *Vide Gennad. c. 57.*

Cap. 25. PASCHASINUS *diaconus ſcripſit ad Leonem Papam contra errorem qvorundam, qvi anno Domini CCCC. LV. putantes eſſe annum communem, cum eſſet embolimus, errabant in celebrando Paſcha. *al. *Paſchaſius.*

*Schol. Paſchaſinus* ] Lilybætanus in Sicilia Epiſcopus, recenter e captivitate Vandalorum reductus, ſcripſit anno qvadringenteſimo qvadrageſimo tertio, ad Leonem I. Papam, *Epiſtolam Paſchalem*: qvam emaculatam Ægidius Bucherius, cap. 1. commentarii in Victorium Aqvitanum, 1633. typis Moretianis edidit. Scripſit & *Epiſtolam de damnatione Dioſcori*, tomo 2. Conciliorum a Binio Coloniæ evulgatam.

Cap. 26. PROTERIUS, Alexandrinus Epiſcopus, ſcripſit & ipſe ad Leonem Papam, dubitantem de celebrando Paſcha illius anni, qvi cum eſſet emboliſmalis, putabatur ab aliqvibus eſſe communis.

Cap. 27. DIONYSIUS Abbas Romanus, cognomento Exiguus, gemina ſcientia Græce & Latine clarus, tranſtulit de Græco in Latinum Proterii Alexandrini Epiſcopi ſcripta ad Leonem Papam de celebrando Paſcha in anno Domini CCCLV. Tranſtulit etiam de Græco in Latinum librum Gregorii Nyſſeni de conditione hominis, & vitam Pachomii Abbatis. Scripſit & ipſe, poſt Cyrillum, Cyclum qvinqve cyclorum, incipiens ab anno nati JESU-CHRISTI D.XXXII. qvi eſt ultimus annus magni Cycli, qvi eſt annorum DXXXII. ſemel exacti a Nativitate Chriſti. Hic notandum eſt, qvia ſi nativitas Chriſti recte a calculatoribus poſita fuiſſet, debuiſſet XXXIII. vel XXXIV. annis primi magni anni concordare, in ratione computi, Evangelicæ veritati, & majorum auctoritati, qvæ dicit Chriſtum paſſum fuiſſe anno ætatis ſuæ triceſimo ſecundo, vel XXXIII. VIII. Kalendas Aprilis, in VI. feria, & eum reſurrexiſſe VI. Kalendas Aprilis in prima feria. Qvod non ita poſitum eſſe in primo magno Cyclo, qvia non attendit Dionyſius, ſecundum tenorem annorum primi magni Cycli, appoſuit & ipſe annos Chriſti in ſuo Cyclo, qvem, ut dixi, incepit, a repetitione ſecundi magni Cycli, & inuſſit ſibi frontem cauterio alieni erroris & mendacii, dum culpatur, qvod XXXIII. vel XXXIV. ſui operis anno non concordat Evangelicæ veritati in ratione computi. Unde apparet, qvod nativitas Chriſti poſita eſt a calculatoribus XXI. vel viginti duobus annis tardius qvam debuit.

*Schol. Dionyſius Exiguus*, Abbas Romanus, Probo Conſule (hoc eſt, anno Chriſti 525.) *Cyclum* suum *Paſchalem* contexuit, omiſſoqve profano annorum calculo, primus numerare cœpit a Chriſti Incarnatione. Qvæ æra ſeu epocha a Dionyſio primum inventa, paulatim ab universo orbe Chriſtiano, idqve potiſſimum ſub annum 750. in uſum recepta eſt. Nam antea ſolis Conſulum, Imperatorum, aut Regum Franciæ nominibus anni ſignabantur. Idem Dionyſius Canones ſacros ex Conciliorum decretis unum in corpus primus collegit: qvem poſtea Martinus Bracarenſis, Creſconius, Buchardus, & alii ſunt æmulati. Dionyſii fœtus primum Moguntiæ 1525. Poſtea Pariſius 1609. typis fuit editus, hoc titulo, *Codex Canonum vetus Eccleſiæ Romanæ*; cum Epiſtola dedicatoria ipſius Dionyſii ad Stephanum Salonitanum Epiſcopum. Romæ porro cum eſſet Carolus Magnus, ipſi Codicis hujus Dionyſiani exemplar, anno ſeptingenteſimo octogeſimo ſeptimo, ab Hadriano Papa oblatum fuit: ut Sirmundus tom. 2. Conc. Gal. fuſe commemorat. Codicis ejuſdem fit mentio a Nicolao Papa *in c. Si Romanorum*, *diſt.* 19. Caſſiodorum lege, c. 23. Inſtit.

Cap. 28. FULGENTIUS Ruſpenſis Epiſcopus, in Græca & Latina lingua clarus, gemina ſcientia ſcripſit multa. Claruit in homilitico dicendi genere. Scripſit ad Euthymium libros de remiſſione peccatorum. Reſpondit uno libro qvæſtionibus a Ferrando diacono ſibi objectis. Scripſit libros qvos prætitulavit, ſive litteris: librum ſcilicet de Adam ſive A. de Abel ſive B. de Cain ſive C. & cæteros ſecundum litterarum conſeqventiam. Qvod is eſt * ipſe Fulgentius, qvi tres libros Mythologiarum ſcripſit ad Catum presbyterum Carthaginis; hic certe omnis lector expaveſcere poteſt acumen ingenii ejus, qvi totam fabularum ſeriem, ſecundum Philoſophiam expoſitarum, tranſtulerit vel ad rerum ordinem, vel ad humanæ vitæ moralitatem. Scripſit ad eumdem Catum librum de obſtruſis ſermonibus. Scripſit & de prædeſtinatione ad Monimum libros tres; contra objectiones undecim Traſamundi Regis librum unum; de myſterio Mediatoris librum unum; de immenſitate Filii Dei librum unum; de ſacramento Dominicæ paſſionis librum unum; ad familiares ſuos epiſtolarum librum unum. Ne videar humana miſcere divinis, non commemorabo ſacris libris mirabile hujus viri opus, qvi totum opus Virgilii ad Phyſicam rationem referens, in lutea qvodammodo maſſa auri metallum qvæſivit, & repertum excoxit.

* videtur legendum *Qvod ſi eſt.*

*Schol. S. Fulgentius* Romam adiit eo anno, qvo Theodericus Gothorum Rex eamdem ingreſſus ſcribitur a Caſſiodoro, hoc eſt, anno Chriſti qvingenteſimo. Exinde anno qvingenteſimo qvarto Ruſpenſis factus Epiſcopus, a Traſamundo Rege cum aliis relegatus eſt in Sardiniam; ac deniqve poſt Traſamundi obitum, anno qvingenteſimo viceſimo ſecundo reſtituta Africanis eccleſiis ab Hilderico, Hunerici filio, pace, reverſus eſt in Africam. *Mythologiarum porro libros Melannus Placiadi Fulgentio Grammatico adſcribit.* Vide Iſidor. c. 14. Hujus Fulgentii diſcipulus fuit *Ferrandus* diaconus, proximo capite laudandus.

Cap. 29. FERRANDUS diaconus ſupra nominatus ſcripſit ad Reginum Comitem librum de ſeptem regulis innocentiæ, & alia nonulla. *Supra pag. 71.*

Cap. 30. GENNADUS Epiſcopus, poſt Hieronymum, compoſuit librum illuſtrium virorum, qvos collegit a XIV. anno imperii Theodoſii majoris uſqve ad tempus Zenonis Imperatoris, per annos circiter centum. Libros etiam Evagrii monachi, ad utilitatem monachorum ſimplici ſermone ſcriptos, tranſtulit eadem ſimplicitate de Græco in Latinum. Aliqvos etiam ejuſdem libros, qvos translatores vitioſe transferendo in Latinum corruperant, emendavit, & veritati auctoris reſtituit. *Non fuit Epiſcopus. Vide ſupra pag. 1. & ſeqq. &. 45.*

BENE-

Cap. 31. BENEDICTUS Caſinenſis, pater monachorum, Nurſia Italiæ provincia ortus, ſpretis litterarum ſtudiis eremiticam vitam expetivit, & provectus ad ſummum culmen monaſticæ profectionis, ſecundum qvam vixit, ſcripſit Regulam monachorum ſermone luculentam, diſcretione præcipuam. Simplicius, diſcipulus ejus, latens magiſtri opus publicavit. *Honorius lib. 30.*

Cap. 32. FAUSTUS, diſcipulus ſancti Benedicti, ab ipſo Benedicto miſſus ad Gallias, cum Mauro ejus monacho, vitam ipſius Mauri monachi deſcripſit. *Exſtat apud Surium 15. Jan.*

Cap. 33. MARCUS poeta, familiaris Benedicti Caſinenſis, vitam ejus a Gregorio deſcriptam defloravit heroico breviloqvio, & pauca ſuperaddidit.

*Schol. Marci* hujus carmen Romæ 1590. excuſum fuit, cum tertio Proſperi Martinengi poematum libro.

Cap. 34. ORENTIUS Commonitorium fidelibus ſcripſit metro heroico, ut mulceat legentem ſuavi breviloqvio. *Vide ad Gennad. c. 9.*

Cap. 35f JORDANUS Epiſcopus Gothorum ſcripſit hiſtoriam; in primo ejus libro geſta Romanorum, in ſecundo vero originem & geſta Gothorum recenſens, uſqve ad finem regni eorum.

*Schol. Jornandes* ſive Jordanus, ex Notario Gothorum Epiſcopus Ravennæ an. 552. ex Caſſiodori libris XII. concinnavit epitomen *Gotica hiſtoria*: qvi liber Lutetiæ ex ms. Petri Pithœi emendatior prodiit cum Caſſiodori operibus. Scripſit item *de geſtis Romanorum, aliarumqve gentium.*

Cap. 36. JOANNES, ſub ſua & ſui amici Baſilii perſona, ſcripſit dialogum de honore & onere ſacerdotii, & qvanta ſit dignitas & poteſtas vel gravitas ſacerdotum.

Cap. 37. BOETIUS vir conſularis, conferendus vel præferendus philoſophis & ſæcularibus & eccleſiaſticis: qvia ambiguos eſſe facit, an inter ſæculares, an inter eccleſiaſticos ſcriptores fuerit illuſtrior. Laudent eum ſæculares, qvod Iſagogas, qvod Perihermenias, qvod Categorias tranſtulerit de Græco in Latinum, & expoſuerit; qvod topica Ciceronis expoſuerit, qvod Anteprædicamenta, qvod libros de topicis differentiis, de cognatione Dialecticæ & Rehtoricæ, & diſtinctione Rhetoricorum locorum, de communi prædicatione poteſtatis & poſſibilitatis, de categoricis & hypotheticis ſyllogiſmis libros, & alia multa ſcripſerit, qvod Arithmeticam & Muſicam Latinis ſcripſerit. Nos eccleſiaſtici laudamus eum, qvod librum de ſancta Trinitate ſcripſerit, qvod exiliatus a Theodorico Gothorum & Italorum Rege, proe oqvod tueri volebat libertatem Romanæ urbis, ſcripſit librum de Conſolatione Philoſophiæ. Hic ab eodem Rege Theodorico occiſus eſt. *Honorius III. 22.*

Cap. 38. ARATOR, ſubdiaconus Romanæ Eccleſiæ, edidit, heroico carmine Actus Apoſtolorum, & Vigilio Papæ Romano obtulit.

*Schol. Arator* patria Ligur, atqve in Liguria ipſa eruditus, & cauſſidici officio functus, legationem etiam pro Dalmatis ad Theodoricum Gothorum Regem cum laude obiit: ut apud Caſſiodorum teſtatur Athalaricus, lib. 8. Variar. epiſt. 12. qva Comitivam Domeſticorum ipſi Aratori decernit. Poſt qvam Comitiva etiam rerum privatarum, priuſqvam aula relicta Eccleſiæ manciparetur, ornatum fuiſſe, docet nos vetus adnotatio. qvæ in pleriſqve exemplaribus Aratoris libris præfixa eſt. Ejus in codice Remenſi monachorum S. Remigii hoc eſt exordium: *Beato domno Petro adjuvante, oblatus hic codex ab Aratore inluſtri, ex Comite Domeſticorum, ex Comite privatarum, viro religioſo, Subdiacono S. E. R. Sedis Apoſtolicæ, ſancto atqve Apoſtolico viro Papa Vigilio: ſuſceptus ab eo die VIII. Id. Aprilium*, & qvæ ſeqvuntur. Pangendi facri carminis, hoc eſt, Muſa ad divina convertenda auctor Aratori olim fuerat *Parthenius Ennodianus.* Ideirco cum Apoſtolorum Actus verſibus hexametris reddidiſſet, opuſqve ſuum Vigilio Papæ, ut dictum eſt, obtuliſſet, id ipſum in Galliam miſit ad Parthenium, ut ibi ejus opera ederetur. Qva de re præclara in eodem codice Remenſi exſtat Aratoris ad Parthenium ipſum elegiacis verſibus epiſtola: qvam, ut antea typis non editam, Sirmondus in Notis ad Ennodium ſub finem publicavit. Porro *libri duo carminum, qvibus Acta Apoſtolorum complexus eſt*, in Bibliotheca Patrum & alibi exſtant.

Cap. 39. EUGIPPIUS Abbas, hortatu Renducis Neapolitani Epiſcopi, defloratis libros Auguſtini Epiſcopi Hipponenſis, dedit codicem magnæ utilitatis, ad Probam virginem; & per manus ejuſdem Renducis Epiſcopi obtulit Eccleſiæ Neapolitanæ. Fuit tempore ſecundi Pelagii, & Imperatoris Tiberii Conſtantini.

*Schol.* Uno eodemqve ſæculo *Eugippios* duos, & qvidem Abbates, doctrinæ gloria floruiſſe, cenſet Roſweidus, in prolegomenis ad vitas Patrum. Prior *Eugippius Lucullanenſis* in Italia Abbas, ab Iſidoro cap. 13. ſupra pag. 53. laudatus, vitam S. Severini monachi ſcripſit, & poſt Conſulatum Importuni ſeu Opportuni, hoc eſt, poſt annum Chriſti qvingenteſimum nonum claruit. Nam in epiſtola ſua, vitæ S. Severini præfixa, ait ſe ſcribere biennio poſt Conſulatum Importuni, hoc eſt, anno Chriſti qvingenteſimo undecimo.

Alter *Eugippius Africanus* Abbas, hoc capite a Sigeberto laudatus, temporibus Pelagii II. Papæ, & Tiberii CP. Cæſaris, hoc eſt, circa annum qvingenteſimum octogeſimum floruit, a Caſſiodoro cap. 23. de divin. lect. laudatus. *Hic ad parentem Probam, virginem ſacram* (ut Caſſiodorus loqvitur) *ex operibus S. Auguſtini qvæſtiones ac ſententias, ac diverſos ejus defloratos, in unum corpus collegit, & in trecentis triginta octo capitulis collocavit.* Opus illud, *in duos tomos Theſaurorum S. Auguſtini* (ut titulus præfert) *diviſum* Baſileenſes 1542. & Veneti 1543. typis publicarunt: ſed Bellarminus in Catalogo recte monet, *cavendas eſſe inſidias hæreticorum, qui hoc opus in lucem emiſerunt.* Centurum Joannes Molanus Doctor Th. Lovanienſis, ex duobus iſtis unum Eugippium facit; ut ſupra pag. 53. dixi.

Cap. 40. CASSIODORUS Conſul & Senator, poſtea monachus & Abbas, fecit tractatus ſuper Pſalmos, & totum operis corpus per tria membra, per Pſalmos ſcilicet qvinqvagenos, diviſit. Scripſit duos libros Inſtitutionum, qvaliter divinæ & humanæ lectiones debeant intelligi, & librum de Etymologiis, & alium librum ſacerdotis de ſchematibus collegit. Scripſit librum titulorum, qvem de divina Scriptura collectum voluit nuncupari Memoriale, ut breviter percurrant qvi faſtidiunt prolixa perlegere. Fecit complexiones in Epiſtolis Apoſtolorum, & in Actibus Apoſtolorum, & in Apocalypſi, qvæ ſunt breviſſima explanatione decurſæ. Digeſſit etiam Catalogum Conſulum Romanorum. Epiphanium Scholaſticum, qvi tres Theodoreti, Socratis & Sozomeni, hiſtorias in unum Tripartitam hiſtoriam redegit, de Græco in Latinum tranſtulit. Noviſſime, anno ſcilicet ætatis XCIII. precatu fratrum ſuorum, ſcripſit de Orthographia; cujus regulas de XII. nominationibus Grammaticis collegit; de anima librum unum. *Vide ad Honorii IV.* 21.

Cap. 41. GREGORIUS natione Romanus, ex Prætore urbano monachus & Abbas, ſeptimus Romanæ Eccleſiæ levita, Apocriſarius, Papa Romanæ Eccleſiæ, multa ſcripſit. Rogatus a Leandro Hiſpalenſi Epiſcopo, librum Job expoſuit tripliciter, hiſtorice, allegorice & moraliter, & libros dividens in ſex libros, conſummavit hoc mirabile opus in XXXV. libris. Primam & ultimam partem Ezechielis prophetæ, qvæ obſcuriores erant, expoſuit homilitico ſermone. Scripſit ad Marianum Epiſcopum XLII. Evangelii homilias. In initio Papatus ſui ſcripſit ad Joannem Ravennæ Epiſcopum librum regulæ Paſtoralis. Librum Dialogorum, qvem cum Petro diacono ſuo de miraculis Sanctorum ſui temporis habuit, Teudelindæ Longobardorum Reginæ pro munere miſit. Epiſtolarum tot libros poſteris reliqvit, qvot annos in Papatu vixit, id eſt, tredecim & ſemis. Scripſit & alia qvæ a Romanis poſt mortem ejus combuſta ſunt, qvi & omnia opera ejus combuſſiſſent, niſi Petrus, diaconus ejus, interveniens confirmaſſet jurejurando, ſe vidiſſe Spiritum ſanctum qvaſi columbam ſuper caput Gregorii tractantis ſedentem, roſtrum ſuum ori illius inſerentem; & hoc ipſum Petrus hac conditione fecit, ut ſi ipſe poſt factum jusjurandum ſtatim moreretur, Romani a libris Gregorii comburendis ceſſarent: ſi non moreretur, ipſe etiam combuſtoribus librorum manus daret. Sic Petrus inter verba juramenti expiravit, & Romanorum inſania ceſſavit. Qvæ ſcriptura Gregorium tam illuſtravit, qvam illud, qvod Antiphonarium regulari muſicæ modulatione centonizavit & ſcholas cantorum in Romana Eccleſia conſtituit. *Iſidor. c.* 27. *Ildefonſus. c.* 1.

Cap. 42. ANASTASIUS Antiochenus Epiſcopus Paſtoralem librum Gregorii in Græcam linguam tranſtulit, & orientalibus Eccleſiis opus venerabile procuravit.

*Schol. S. Anaſtaſius Sinaita*, Epiſcopus Antiochenus & martyr, anno qvingenteſimo nonageſimo octavo diem obiit. Dictus eſt Sinaita, eo qvod monachus vixerit in monte Sina, anteqvam eccleſiæ Antiochenæ præficeretur. Scripſit autem varia, ex qvibus in Bibliotheca veterum Patrum leguntur *Anagogicarum contemplationum in Hexaemeron libri duo*; *de Fidei dogmatibus libri qvinqve*, interprete Godefrido Tilmanno; *Orationes aliqvot, & Reſponſiones ad varias qvæſtiones*. Ejuſdem *Dux via contra Acephalos*, interprete Gretſero anno 1606. Ingolſtadii eſt excuſus. Scripſit & *Sermones varios*, ex qvibus nonnullos Achilles Statius Latine reddidit. Idem Anaſtaſium *S. Gregorii Papa librum Paſtoralem* in Græcam linguam convertit. Qvam translationem in bibliotheca dicti Achillis Statii, apud Presbyteros Oratorii Romani, aſſervari teſtatur Baronius, in Notis ad Martyrologium 21. Aprilis. Qvo loco & plura reperies de iſto noſtro Anaſtaſio, & altero itidem Epiſcopo Antiocheno ac martyre: notatqve inter alia Baronius, Nicephorum errore lapſum lib. 18. cap. 24. dum nomen Sinaitæ & lucubrationes ſupra memoratas poſteriori Anaſtaſio adſcribit. Ceterum in Regiſtro Gregorii I. Papæ plures exſtant epiſtolæ ad hunc noſtrum Sinaitam datæ. Alia reperies apud Caniſium to. 3. Lect. antiqvarum.

Cap. 43. PATERIUS, Romanæ Eccleſiæ Notarius & Secundicerius, colligens omnia divinæ Scripturæ teſtimonia, per qvæ Gregorius obſcura ſuæ expoſitionis dilucidavit, tres libros edidit; duos de teſtimoniis veteris Inſtrumenti, & unum de teſtimoniis novi Teſtamenti, ipſumqve codicem appellavit librum Teſtimoniorum.

*Schol Paterium*, ſub Cæleſtino I. Papa, legatione functum fuiſſe ad Hibernos, conſtat ex Miſcellaneis Gerardi Voſſii, tomo 5. Bibliothecæ Patrum. Vide *ad Honorium IV.* 5.

Cap. 44. CLAUDIUS, Claſſitanæ urbis Abbas, multa de Proverbiis, de Canticis canticorum, de Eptatico*, de Prophetis, de libris Regum, qvos loqvente Gregorio audierat exponi, nec tamen ea Gregorius præ infirmitate & occupatione ſcripſerat, ipſe ſuo ſenſu dictavit, ne perirent, ut apto tempore emendatius dictarentur. Qvæ cum Gregorius comperiſſet, valde inutilius permutata eſſe, ea ſtudioſius recollegit, & oportune correxit. * Heptateucho.

Cap. 45. FORTUNATUS natione Italus, liberalibus artibus eruditus, a dolore oculorum, virtute Martini Turonenſis Epiſcopi, ſanatus, & pro hac cauſſa ad Turones venit, & ad Pictavos progreſſus, primo ibi presbyter, deinde Epiſcopus conſecratus eſt. Scripſit metrice Hodoeporicum ſuum; ſcripſit metrice qvatuor libros de vita ſancti Martini, & multa alia, & maxime Hymnos ſingularum feſtivitatum. Ad ſingulos amicos compoſuit verſus ſuavi & diſerto ſermone.

*Schol Venantii Honorii Clementiani Fortunati*, Italici presbyteri, Epiſcopi Pictavienſis, qvi, Childeberto Rege vixit, Carminum & Epiſtolarum libri qvindecim illuſtrati Notis ſacris, hiſtoricis & geographicis, a Chriſtophoro Brouvero, Soc. Jeſu presbytero ſunt editi Moguntiæ 1603. & 1616 ju-

Cap. 46. JUSTINIANUS major, Imperialis majeſtatis dignitate illuſtris, videtur illuſtrior fuiſſe aliis Imperatoribus, per hoc qvod etiam inter eccleſiaſticos Scriptores locum acqviſivit. Leges namqve Romanorum, qvarum prolixitas nimia erat & inutilis diſſonantia, mirabili brevitate correxit. Nam omnes conſtitutiones Principum, qvæ utiqve multis in voluminibus habebantur, intra xii. libros coarctavit: idem qvoqve volumen Codicem Juſtinianeum appellari fecit. Rurſumqve ſingulorum Magiſtratuum ſive Judicum leges, qvæ uſqve ad duo millia pene librorum erant extenſæ, intra qvinqvaginta librorum numerum redegit, eumdemqve Codicem Digeſtorum ſive Pandectarum vocabulo nuncupavit. Qvattuor etiam Inſtitutionum libros, in qvibus breviter univerſarum legum textus comprehenditur, noviter expoſuit. Novas qvoqve leges, qvas ipſe ſtatuerat, in unum volumen redegit. *Vide ad Iſidorum, c.* 18.

Cap. 47. SIXTUS Epiſcopus ſcripſit librum de vita hominis perfecta.

Cap. 48. OSIUS Epiſcopus ſcripſit librum de obſervatione Dominicæ diſciplinæ. *De eo Trithemius.*

Cap. 49. GREGORIUS Turonenſis Epiſcopus, vir magnæ nobilitatis & ſimplicitatis, ſcripſit multa ſimplici ſermone. Scripſit duos libros de vita vel memoria qvorundam Confeſſorum. Scripſit librum de miraculis Sanctorum; de miraculis Juliani martyris Brivatenſis* librum unum; de miraculis ſancti Martini ſuo tempore oſtenſis libros qvatuor: Hiſtoriam Francorum parvo libello breviavit, eamqve poſtmodum diffuſius novem** libris digeſſit. Scripſit & Chronicam eccleſiaſticæ hiſtoriæ. *Vide ad Honorium III.* 33. * al. *Brivatenſis.* ** decem.

Cap. 50. RODOLPHUS ſcripſit Hiſtoriam Francorum a ſuo tempore.

Cap. 51. ISIDORUS, Cordubenſis Epiſcopus, ſcripſit ad Oroſium libros qvatuor in libros Regum. *Iſidor. c.* 9.

Cap. 52. PROBA, uxor Adelphi, centonem ex Virgilio de fabrica mundi & Evangeliis pleniſſime expreſſit; materia compoſita ſecundum Virgilianos verſus, & verſibus ſecundum materiam concinnatis. *Iſidor. c.* 5.

Cap. 53. POMPONIUS ex eodem poeta, inter cætera ſtili ſui ocia, Tityrum in honorem Chriſti compoſuit: ſimiliter & Æneidos.

Cap. 54. JULIANUS Pomerius ſcripſit de reſurrectione mortuorum. *Gennad. c.* 98.

Cap. 55. ISIDORUS junior, Hiſpalenſis Epiſcopus multa ſcripſit. Scripſit ad Braulionem Epiſcopum XX. libros Etymologiarum. Scripſit librum procœmiorum, de libris veteris & novi Teſtamenti: qvos in canone recipit Eccleſia catholica, de Eccleſiaſticis officiis ad Fulgentium, de ortu, vita & obitu ſanctorum Patrum, qvi in Scripturarum laudibus efferuntur, ad Oroſium librum de ſignificationibus nominum; ad Siſebutum librum de natura rerum. Scripſit librum de differentiis verborum, librum de propietate rerum, librum ſermonum, librum Eccleſiaſticorum dogmatum. Scripſit Synonyma, ubi inducuntur duæ perſonæ, una Hominis plangentis, altera Rationis admonentis. Scripſit & Lamentum pœnitentis, diſtinctum alphabeto, addita oratione. Scripſit de conflictu virtutum & vitiorum librum unum; de myſteriis Salvatoris librum unum. Totum vetus Teſtamentum ſimpliciter exponendo percurrit. Scripſit & alia ſæculari litteraturæ competentia, qvæ commemorare nihil ad nos. *Supra pag.* 47. *ſeq.*

Cap. 56. JULIANUS, Toleti Hiſpaniarum urbis Epiſcopus, ſcripſit ad Idalium Epiſcopum Barcinonæ librum, qvem prætitulavit Prognoſticon, id eſt, Præſcientiam futuri ſæculi. *Supra pag.* 66.

Cap. 57. LEONTIUS, Neapolis Cypriorum inſulæ Epiſcopus, ſcripſit vitam Joannis Alexandrini Epiſopi, qvi ob eximiam in pauperes miſericordiam cognominatur Eleemoſynarius. *Baronii Notas ad Martyrologium* 23. *Jan. lege.*

Cap. 58. AUDOENUS, qvi & Dado, Epiſcopus Rotomagenſis, ſcripſit ad Robertum Pariſiorum Epiſcopum, vitam Eligii Noviomenſis Epiſcopi, duobus libris explicans miracula, qvæ vel in vita, vel poſt mortem ejus geſta ſunt per eum; tertio libro rhethorice & commatice totam vitam ejus recapitulans.

*Schol. S. Audoenus* obiit anno Theoderici Francorum Regis ſexto (hoc eſt, Chriſti 672. vel 673.) non decimo ſexto, ut corrupte apud Surium 24. Auguſti legitur. Scripſit vitam *S. Eligii* Epiſcopi, ſui æqvalis, tribus libris, qvam Surius mutilam edidit. Vtinam qvis integram ex mſs. codicibus proferat! Scripſit & vitam *S. Remigii*, qvæ ms. exſtat apud Helvetios in bibliotheca S. Galli.

Cap. 59. LEO ſecundus hujus nominis Papa, Græca & Latina lingua ſufficienter inſtructus, tranſtulit de Græco in Latinum ſextam Synodum, qvæ tempore Agathonis Papæ, prædeceſſoris ſui, celebrata eſt in urbe Conſtantinopoli, in qva damnati ſunt illi, qvi unam tantum voluntatem & operationem prædicabant in Domino Jeſu Chriſto. *Exſtat in tomis Conciliorum.*

Cap. 60. COLUMBANIS Abbas Luxovienſis, in Hibernia Scotorum inſula natus, & in Gallias pro Chriſto peregrinatus, tanto ſapientiæ theſauro eſt ditatus, ut adhuc adoleſcens librum Pſalmorum elimato ſermone ſcriberet, & alia multa ederet, vel ad canendum digna, vel ad docendum utilia.

*Schol. S. Columbanus*, primum in Hibernia, poſt Luxovii in Burgundia, ac demum Bobii in Italia abbas; inter alia ſcripſit *Regulam & Canones pœnitentiales*. Regula in Florilegio Sanctorum Hiberniæ exſtat; cui præfigenda eſt Præfatio, a Stengelio edita in Corona lucida. Cæterum ab Agreſtini calumniis Regula S. Columbani, per S. Euſtaſium Abbatem Luxovienſem fortiter defenſa, & in Concilio Matiſconenſi anno 627. approbata fuit: ut Jonas monachus in vita S. Euſtaſii, & Sirmondus tomo 1. Conciliorum Galliæ, docent. Opera omnia S. Columbani, qvæ reperiri potuerunt, ut & aliorum Scriptorum Hibernorum, ad prælum adaptant Hiberni ſodales Franciſcani, Lovanii degentes.

Cap. 61. JONAS ſcripſit vitam Columbani Abbatis, & vitas Attalæ & Euſtaſii, qvi fuerunt diſcipuli & ſucceſſores Columbani.

*Schol. Jonas* Hibernus vel Scotus, primum monachus, poſt Luxovienſis in Burgundia Abbas, ſcripſit vitas *SS Columbani, Attalæ, Bertulphi & Euſtaſii*, a Surio editas. Attalæ in regimine Luxovienſis monaſterii ſucceſſit. Alius ab iſto fuit *Jonas Fontanellenſis* monachus, qvi vitam S. Vulframmi Epiſcopi Senonenſis ſcripſit, & Baino Epiſcopo Tarnanenſi dicavit, a Surio 20. Martii publicatam.

Cap. 62. BENEDICTUS Abbas ſcripſit ad monachos librum, qvem vocavit Concordiam regularum, multorum Patrum regulas regulæ ſancti Benedicti Caſinenſis conferens, ut nulla Patrum regula a Benedicti regula diſcordet, imo Benedicti regula regulis omnium Patrum concordet.

*Scholion Benedictus, Abbas ordinis Benedictini, temporibus Ludovici Pii floruit, & Concordiam regularum ſcripſit, qvam Hugo Menardus Notis a ſe illuſtratam Lutetiæ 1638. publicavit.*

Cap. 63. THEODORUS Scotorum Archiepiſcopus, a Vitaliano Papa ad Scotiam directus, ſcripſit pœnitentialem librum, diſtinguens modum & tempus pœnitendi ſecundum modum peccandi.

Cap. 64. ADAMANNUS presbyter & Abbas Scotorum, ſcientia litterarum nobilitatus, ſcripſit librum de ſanctis locis nativitatis, paſſionis & reſurrectionis, & aſcenſionis Jeſu Chriſti & de monumentis ſanctorum Patrum.

*Schol. Adamannus*, al. Adamnanus vel Adomnanus, Hibernus vel Scotus, Huienſis monaſterii, a S. Columbano ſtructi, Abbas, librum ſuum *de locis Terræ ſanctæ* ex Arculphi Gallicani Epiſcopi, ex Syria reducis, ſcripteis concinnavit: ut Beda lib. 5. hiſt. eccleſ. c. 16. prodit. Tres ejus libri de vita S. Columbani ſenioris ſeu Columbæ presbyteri (qvi anno 560. floruit) exſtant apud Caniſium tomo 1. Antiqvæ lectionis.

Cap. 65. JOANNES Scotus, in exponendis divinis & humanis ſcripturis ſatis idoneus, fecit tractatus in Matthæum. Scripſit librum de officiis humanis, & alia qvæ ab aliis habentur.

Cap 66. ADELMUS Abbas Scotorum, jubente Synodo gentis ſuæ, ſcripſit librum adverſus errorem Britonum, qvi vel Paſcha non ſuo tempore celebrarent, vel alia plura agerent contraria paci, & Eccleſiaſticæ conſuetudini, & per hoc multos reduxit ad concordiam catholicæ Eccleſiæ. Scripſit & librum de Virginitate, qvem exemplo Sedulii, geminato opere, id eſt, proſa & metro compoſuit. *De eo Bellarm. in Catalogo.*

Cap. 67. CEOLFRIDUS Abbas Scotorum, conſulenti Regi Pictorum de legitima obſervatione Paſchæ, & de tonſura clericorum, ſcripſit utilem epiſtolam, per qvam ipſe Regi ſatisfecit, & Rex gentem ſuam ad concordiam Eccleſiæ reduxit.

Cap. 68. BEDA monachus, natione Anglus, qvis vel unde fuerit, qvæ vel qvanta ſcripſerit, ipſe ſuis verbis aperit. Cum eſſem, inqvit, annorum ſeptem, cura propinqvorum datus ſum educandus reverendiſſimo Abbati Benedicto, ac deinde Ceolfrido, cunctumqve ex eo tempus vitæ in ejuſdem monaſterii habitatione peragens, omnem meditandis Scripturis operam dedi, atqve inter obſervantiam diſciplinæ regularis curavi ſemper aut diſcere, aut docere aut ſcribere dulce habui. Decimo nono vitæ meæ anno diaconatum, triceſimo presbyteratus gradum ſuſcepi. Ex qvo tempore uſqve ad annum ætatis meæ LVIII. venerabilium Patrum ſcripta breviter annotare, ſive etiam ad formam ſenſus & interpretationem eorum ſemper adjicere curavi. Qvorum hæc eſt ſumma: In principio Geneſis uſqve ad nativitatem Iſaac, & ejectionem Iſmaelis libros qvatuor: De tabernaculo & vaſis ejus, ac veſtibus ſacerdotum libros tres: in primam partem Samuelis, uſqve ad mortem Saulis libros qvatuor: De ædificatione templi allegoricæ expoſitionis, ſicut & ceteros, libros duos: item in libros Regum, XXX. qvæſtionum; in Proverbia Salomonis libros tres; in Cantica canticorum libros ſex, in Eſaiam & Danielem, duodecim Prophetas, & partem Hieremiæ diſtinctiones capitulorum, ex tractatu B. Hieronymi excerptas; in Eſdram & Neemiam libros tres, in canticum Abacuc librum unum, in librum B. patris Tobiæ explanationis allegoricæ, de Chriſto & Eccleſia librum unum: item capitula lectionum in Pentateuchum Moyſi, Joſue, Judicum & in libros Regum & verba dierum, in librum B. patris Job, in Parabolas, Eccleſiaſtem, & Cantica canticorum, in Eſaiam Prophetam, Eſdram qvoqve & Neemiam,

in

in Evangelium Marci libros qvattuor, in Evangelium Lucæ libros ſex, Homiliarum Evangelii libros duos. In Apoſtolum qvæcunqve in opuſculis S. Auguſtini expoſita inveni, cuncta per ordinem ſcribere curavi; in Actibus Apoſtolorum libros duos; in epiſtolas ſeptem canonicas libros ſingulos, in Apocalpyſim S Joannis libros tres: item capitula lectionum in totum novum Teſtamentum; item libros epiſtolarum ad diverſos, quarum de ſex ætatibus ſæculi una eſt, de manſionibus filiorum Iſrael una; una de eo,qvod ait Eſaias, & claudentur * ibi in carcerem, & poſt multos dies viſitabuntur: de ratione biſſexti una; de æqvinoctio, juxta Anatoſium una. Item de hiſtoriis Sanctorum: librum vitæ & paſſionis S. Felicis confeſſoris de metrico Paulini opere in proſam tranſtuli. Librum vitæ & paſſionis S. Anaſtaſii male ex Græco translatum, & pejus a qvodam imperito emendatum, prout potui, ad ſenſum correxi. Vitam S. patris monachi ſimul & antiſtitis Chutberti & prius heroico metro, & poſtmodum plano ſermone deſcripſi; hiſtoriam Abbatum monaſterii hujus, in qvo ſupernæ pietati deſervire gaudeo, Benedicti & Ceolfridi & ** Huetberti in libellis duobus: Hiſtoriam eccleſiaſticam noſtræ inſulæ ac gentis in libris qvinqve. Martyrologium de natalitiis SS. Martyrum diebus, inqvo omnes qvos invenire potui, non ſolum qva die, verum etiam qvo genere certaminis, vel ſub qvo Judice mundum vicerunt, diligenter annotare curavi; librum Hymnorum diverſo metro ſive rithmo, librum epigrammatum heroico metro ſive elegiaco, de natura rerum, & de temporibus libros ſingulos. Item de temporibus librum unum majorem, librum de Orthographia, alphabeti ordine diſtinctum. Item librum de metrica arte, & huic adjectum alium de ſchematibus ſive tropis libellum, hoc eſt, de figuris modiſqve locutionum, qvibus Scriptura ſancta contexta eſt. Centonizavit etiam expoſitionem in Cantica canticorum, collectis ſententiis de libris Gregorii Papæ, per diverſa opera illius. Obiit anno DCC. XXXIV. Dominicæ incarnationis, Leone Romanis imperante, Francis Carolo Martello, principante ſub Theoderico Rege, ſuper Anglos regnante Edilberto. *Vide Honorium IV.* 1.

* Cf. XXIV. 22. ** Huatberti, Chutberti.

Cap. 69. PAULUS, diaconus Neapolitanæ eccleſiæ, tranſtulit de Græco in Latinum, vitam ſanctæ Mariæ Ægyptiacæ.

*Schol.* Paulus Neapolitanæ eccleſiæ diaconus, tranſtulit *vitam S. Mariæ Ægyptiæ*, qvam Sophronius Hieroſolymitanus Epiſcopus Græce ſcripſerat. Exſtatqve ad diem 9. Aprilis apud Surium. Hanc vitam poſtea carmine reddidit Hildebertus Cenomanenſis Epiſcopus: ut Henricus Gandavenſis in Catalogo cap. 8. narrat.

Cap. 70. ANIANUS vir ſpectabilis, jubente Athalarico Rege, volumen unum de legibus Theodoſii Imperatoris edidit, & monente Oruntio Epiſcopo, librum Joannis Chryſoſtomi in Matthæum de Græco in Latinum tranſtulit: (*ut & ſermones de laudibus S. Pauli. Qvæ omnia exſtant in Latina Chryſoſtomi editione.*)

Cap. 71. WALAFRIDUS Abbas vitam & miracula ſancti Galli Abbatis primo proſaice, deinde metrice compoſuit.

*Schol. Walafridus Strabo*, a vitio oculorum ſic dictus, Abbas Augiæ divitis ſeu majoris (aliis, Abbas S. Galli in Helvetiis) ſcripſit *de exordiis & incrementis rerum Eccleſiaſticarum* librum utilem, cum aliis ejuſdem argumenti ſcriptoribus Coloniæ 1568 Romæ 1590. & alibi typis editum. Scripſit item *vitas SS. Abbatum Galli & Othmari*, a Surio 16. Oct. & 16. Nov. publicatas. Obiit anno octingenteſimo qvadrageſimo nono. Errant qvi ex Walafrido & ex Strabone duos faciunt.

Cap. 72. CHRISTIANUS, ab Aqvitania in Galliam veniens, nomen ſuum ſcribendo notificavit. Expoſuit enim Evangelium Matthæi, promittens etiam de aliis Evangeliis ſe tractaturum.

*Schol. Chriſtianus Druthmarus*, monachus ordinis Benedictini, ſcripſit, ad Stabulenſes & Malmundarienſes monachos, *Expoſitionem in Evangelium S. Matthæi*: qvæ Haganoæ 1530. eſt typis edita. Putatur viviſſe ſub annum Chriſti 840.

Cap. 73. VERUS Epiſcopus vitam Eutropii Epiſcopi Arauſicæ Galliarum urbis, illuſtrem virtutibus ac miraculis deſcripſit luculento ſermone.

*Schol. Verus*, Arauſicanus ſeu Arauſionenſis in Gallia Epiſcopus, ſcripſit res geſtas S. Eutropii ſui prædeceſſoris a. d. 27. Maij Martyrologio Rom. adſcripti.

Cap. 74. GREGORIUS ſecundus hujus nominis Papa Romanus, interpellatus apud Conſtantinopolim a Juſtiniano Imp. ſuper qvibuſdam capitulis, optima reſponſione unamqvamqve qvæſtionem abſolvit, & ſcripta edidit. Reſcripſit etiam ad ſynodicam, qvam Joannes Conſtantinopolitanus Antiſtes Romam miſit. Hinc conſtans eccleſiaſticorum dogmatum defenſor, & contrariorum fortiſſimus impugnator, ſcripſit contra Leonem Imperatorem, qvi ſeductus a qvodam refuga fidei, nomine Beſer, juſſit ubiqve imagines Dei & Sanctorum ejus deponi & incendi.

*Schol.* Gregorius II. Papa Leonis Iſauri Imp. CP. impietati acerrime reſtitit, & S. Bonifacium, ad prædicandam Evangelii doctrinam in Germaniam miſit. De eo ſic Hadrianus Papa in epiſtola ad Carolum Magnum de imaginibus: *Dominus Gregorius Papa junior, una cum ſeptuaginta novem ſanctiſſimis Epiſcopis, ante confeſſionem beati Petri Apoſtolorum principis præſidens, una ſimul multorum ſanctorum Patrum teſtimonia roborantes venerari ac adorare ſacras imagines cenſuerunt.* Vivere deſiit anno ſeptingenteſimo tricesimo primo. Scripſit plures, eaſqve doctiſſimas *Epiſtolas* ad eumdem Bonifacium, ad Carolum Martellum, ad Tuſingos, Saxones & alios Germaniæ populos, ad S. Germanum

CP. Episcopum, ad Leonem Isaurum & alios: qvæ in tomis Conciliorum, & apud Baronium in Annalibus leguntur.

Cap. 75. JOANNES, monachus & presbyter de Damasco Syriæ, vita & doctrina clarus, cognomento Chrysorrhoas, animatus scriptis Gregorii Papæ, qvibus impugnabat impietatem Leonis Imperatoris, scripsit & ipse Græcis Græce contra Leonem Imperatorem.

*Schol. S. Joannes Damascenus*, presbyter natione Syrus, vir magnæ doctrinæ ac sanctitatis (qvem Iconomachi per contumeliam *Manzur* nominabant) temporibus Leonis Isauri Imp. CP. scripsit *Orationes pro defensione sacrarum imaginum, adversus dictum Leonem*, circa annum salutis septingentesimum tricesimum primum. Diu tamen postea supervixit, & multa passus est a Constantino Copronymo Imp. pro doctrinæ catholicæ defensione. Scripsit item libros *qvatuor de Fide orthodoxa*: in quibus ipse primus universam Theologiam (ut Bellarminus prudenter observavit) recto ordine comprehendit. Eum postea sunt imitati *Petrus Lombardus* Episcopus Parisiensis, qvi vulgo *Magister sententiarum* audit, & alii Doctores Scholastici, ut vocant. Opera ejus in unum collegit, magna ex parte Latina fecit, & Parisiis 1577. publicavit Jacobus Billius Prunæus Abbas. His liprum Damasceni *contra Acephalos*, & alterum *contra Nestorianos* adde, qvos Canisius tomo 4 Lectionis antiqvæ foras dedit. *De Damasceno & Cosma Hierosolymitano* ita Suidas in Lexico: *Joannes Damascenus, cognomento* Manzur, *vir & ipse celeberrimus, ætatis suæ nulli eorum, qvi doctrina fuerunt illustres, secundus. Ejus scripta sunt permulta, & præcipue philosophica. Et in sacram Scripturam Parallela selecta; & Canticorum Canones Jambice, & oratione soluta. Eodem etiam tempore* Cosmas Hierosolymitanus *floruit, vir ingeniosissimus, & omnino spiranti illam suavem modulationem musicam. Illi autem Canticorum Canones Joannis & Cosmæ nullam cum aliorum scriptis comparationem admiserunt, nec admittent, qvamdiu nostra vita transigetur: sed ut hactenus incomparabiles fuerunt, sic etiam in perpetuum erunt, & qvamdiu homines vivent.*

Qvod ad *historiam Barlaami & Josaphati* attinet, sunt qvi arbitrantur Damascenum illius non esse scriptorem: etsi Billio, Rosweido supra pag. 37. citato, aliisqve sic visum fuerit. Raderus in Isagoge sua ad Joannem Climacum seu Sinaitam, censet esse fœtum *Joannis monachi e cœnobio S. Sabæ*: ut legitur in ms. syllabo Bibliothecæ Heidelbergensis. Ego qvod certo statuam, non habeo: hoc scio, Joannem qvoqve Damascenum, foro ac turbis sæculi relictis, monachum in Laura S. Sabæ fuisse.

Cap. 76. GREGORIUS tertius scripsit & ipse commonitoria scripta ad Imperatores Leonem & Constantinum, per qvos persecutio gravis commota erat contra imagines Dei, Sanctorumqve ejus: qvæ scripta fautores Imperatorum portitoribus auferentes, discerpserunt ea. Gregorius iterum scripta Imperatoribus misit, & iterum ea a portitoribus ablata sunt, & discerpta. Qvia ergo Imperatores nolebant suscipere commonitoria Apostolicæ auctoritatis scripta, Gregorius Papa contra eos multa ad multos scripta edidit. *Obiit anno Christi 741.*

Cap. 77. ZACHARIAs Papa libros Dialogorum primi Gregorii Papæ de Latino in Græcum transtulit, & plures Latinæ linguæ ignaros lectione eorum illuminavit. *Vide Isidorum c. 27. Honorium III. 32. Obiit 752.*

Cap. 78. CHRODOGANDUS Metensis Episcopus, Pipini Regis ex sorore nepos, nobilitatem generis nobilitans, fervore sanctæ religionis scripsit Regulam, qvam specialiter Metensis ecclesiæ clericis observandam dedit.

Cap. 79. ADRIANUS Papa libros epistolarum primi Gregorii Papæ abbreviavit, & utiliora qvæqve decerpens, tredecim libros ad duos redegit. Scripsit etiam ad Imperatores Leonem juniorem, & Constantinum filium ejus, pro venerandis imaginibus Dei & Sanctorum ejus. Scripsit ad Carolum Imperatorem librum Apostolicæ auctoritatis, arguens errorem eorum, qvi infirmare volebant qvædam capitula, qvæ secunda Nicæna synodus promulgaverat, auctoritate trecentorum qvinqvaginta Episcoporum, qvi hæresin, execrantium imagines Dei Sanctorumqve ejus, anathematizaverunt. *Extant in tomis Conciliorum. Obiit an. 796.*

Cap. 80. PAULUS monachus Casinensis cœnobii, natione Italus, propter scientiam litterarum a Carolo Magno Imperatore adscitus, scripsit vitam primi Gregorii Papæ; scripsit gesta Pontificum Metensium; scripsit miracula sancti Arnulphi, qvi primo Major domus Regis Francorum, postea Metensium Episcopus, eremiticam vitam expetiit. Historiam qvoqve Vinnulorum, qvi postea nominati sunt Longobardi, luculento & plano sermone scripsit.

*Schol. Paulus*, Warnefridi & Theodolindæ filius, cognomento *Winfridus*, natione Longobardus primum diaconus Aqvilejensis, dein *Desiderii* ultimi Longobardorum Regis Cancellarius fuit. In victo rege suos inter nobiles captivos a *Carolo Magno* abductus, magno in honore, propter prudentiam & eruditionem varjam, aliqvamdiu fuit. Postea ob suspicionem nescio qvam, in Diomedæam insulam est relegatus, unde ad *Arichisum* Beneventanum Principem, Desiderii Regis generum, profugit. Ibique defuncto monachum in Casino monte induit. Præter *vitas SS. Gregorii I. Papæ & Arnulfi Metensis*, a Sigeberto memoratas, insuper *res gestas S. Cypriani* Episcopi Carthaginiensis ac martyris (qvem libellum Pamelius operibus ejusdem Cypriani præfixit) item vitas *SS. Benedicti, Mauri & Scholasticæ virginis*: qvæ posteriores tres cum poematibus Prosperi Martinengi Romæ 1590. fuerunt editæ. Versus ejusdem Pauli *de Scholastica virgine* Arnoldus Vionus in suo Ligno vitæ 10. Febr. publicavit; *Gesta* porro *Episcoporum Metensium*, hic a Sigeberto memorata, exstant in Corpore Historiæ Francicæ.

Magnam qvoqve sui partem *Historiæ Miscellæ* huic Paulo debet. Nam priores undecim libri sunt iidem ac decem libri *Eutropii*: nisi qvod aliqva subinde de suo Paulus addat. Eutropium exinde continuat Paulus, cujus sunt libri qvinqve sequentes. Ceteri, nempe decimus septimus, & qvi consequuntur, *a Landulpho*

*dolpho Sagace*, additi sunt, potissimum ex *Georgio Theophane*, sive ex *Anastasio Bibliothecario*, qvi Theophanem vertit.

Cap. 81. CAROLUS Imperator, per manum hujus Pauli diaconi sui, decerpens qvæqve optima de scripturis Catholicorum Patrum, lectiones unicuiqve festivitati convenientes per circulum anni in Ecclesia legendas, compilari fecit in duobus voluminibus.

*Schol.* Anno 814. Carolus magnus Imp. & Rex Francorum, V. Kal. Februarii, Aqvisgrani diem clausit extremum, ætatis 71. regni 47. imperii 14. anno; ibidem conditus. Viros eruditos, in his *Alcuinum*, *Paulum Forojulienſem*, *Eginhardum*, & *Usuardum* æstimavit ac fovit, & ipse varie doctus atqve eruditus: ut epitaphium, qvod versibus Hadriano Papæ scripsit, abunde testatur. *Capitula sive Edicta Caroli Magni & Lud. Pii*, a se in libros qvattuor digesta, *Ansegisus* Abbas Laubiensis anno octingentesimo vicesimo septimo publicavit, qvæ Petrus Pithœus Lutetiæ 1588. edenda curavit; post ibidem 1603. recusa. Ansegisus porro Laubiensis antiqvior fuit illo *Ansegiso*, qvi anno demum octingentesimo primo creatus fuit Archiepiscopus Senonensis. Exstat & *Codex Carolinus*, a Gretsero in Germania editus.

Cap. 82. HILDUINUS, Abbas sancti Dionysii Parisiensis, scripsit ad Ludovicum Imperatorem utroqve stilo, id est, prosaico & metrico; vitam ipsius Dionysii.

*Schol. Hilduinus* Abbas monasterii S. Dionysii, secundo lapide a Lutetia siti, vitam S. Dionysii Parisiensis Episcopi prosa & metro complexus est. Prosam primus Matthæus Galenus Coloniæ 1563. cum suis Areopagiticis, & postea Surius 9. Octobris edidit. Libri qvattuor metrici in cœnobio Gemblacensi mss. adservantur. Hilduino Rabanus Maurus suos in IV. libros Regum commentarios inscripsit.

Cap. 83. ALCUINUS sive Albinus, de Brittannia oriundus, & inde ab Imperatore Carolo evocatus, & tanta familiaritate ei acceptus, ut appellaretur Imperatoris delitiosus, cujus maxime magisterio ipse Imperator omnibus liberalibus artibus initiari satagebat, multa scripsit. Scripsit in Genesim dialogum: ad Widonem Comitem de virtutibus & vitiis librum, de qvibusdam Psalmis enchiridion. Fecit tractatus super Evangelium Joannis. Scripsit ad ipsum Imperatorem libros de sancta Trinitate: respondit qvæstionibus a Fredegiso sibi propositis. Scripsit Prognosticon de futuro sæculo. Scripsit ad Eulaliam virginem de natura vel immortalitate animæ: jussu Imperatoris correxit divinam bibliothecam, & alia nonnulla scripsit.

*Schol.* Præter opera hic a Sigeberto commemorata, scripsit insuper *Alcuinus libros IV. de imaginibus*, ut Rogerus Hovedenus in gestis anni 792. indicat: sed ii nomine Caroli Magni Imp. falso editi fuerunt. Hos Lutetiæ primus typis publicavit *Elipholus*, hoc est, Joannes Tilius, Meldensis Episcopus. *Vide ad Honorii IV. 2.*

Cap. 84. EINARDUS scripsit vitam Caroli Imperatoris, tanto veracius, qvanto adhæsit ei familiarius. Hic imitatus Bedam, qvi abbreviavit Hebraicum Psalterium, excerpendo de illo omnes versus, verba orationis habentes; abbreviavit & ipse Gallicanum Psalterium, qvo nos Galli utimur, excerpens de illo omnes versus verba orationis continentes.

*Schol. Eginhardus*, Sigeberto *Einardus*, Caroli Magni Imp. Cancellarius, & Abbas Blandinienſis ac S. Bavonis in urbe Gandavensi, Suetonium æmulatus, eleganti stilo scripsit *Vitam ejusdem Caroli*, Coloniæ & alibi sæpe editam: *De translatione & miraculis SS. Marcellini & Petri* (qvorum sacras reliqvias in Belgium attulit) libros qvattuor, a Surio editos: *De iisdem rythmum*: seu carmen jambicum, a Surio pariter evulgatum. De Einardo ita Chronicon ms. Gandense: *Anno 826. Vir venerabilis Einardus, Ludovico pissimo Imp. multum familiaris, factus est Abbas Gandensis cœnobii: qvi gesta inclyta & acta gloriosi Imp. Caroli Magni lucido stilo descripsit.* Meminit & operis hujus *Lupus* Abbas Ferrariensis epistola ad Eginhardum scripta. Obiit anno 844.

Cap. 85. HUSUARDUS monachus, provocatus studio Hieronymi & Bedæ, qvi festivitates Sanctorum annuatim recurrentes partim annotaverant; maxime autem animatus studio & jussu magni Caroli Imperatoris, cui displicebat, qvod Hieronymus & Beda, studentes nimis brevitati, præterierant plura necessaria, & qvam plures Kalendarum dies intactos reliqverant, in gratiam ejus studuit opus imperfectum supplere, & festivitates Sanctorum per singulos Kiaendarum dies annotans, integrum Martyrologium effecit.

*Schol. Husuardi* vulgo *Usuardi*, monachi Galli, Martyrologium Joannes Molanus, Doctor Theologus Lovaniensis, primus Notis & Additionibus illustravit: estqve in omnium manibus. De illo & aliis antiqvis Martyrologiis idem Molanus, in epistola ad Lectorem, itemqve Baronius in prolegomenis ad Martyrologium Romanum, fuse agunt.

Cap. 86. ANGELOMUS monachus jussu Drogonis Metensium Episcopi, qvi filius erat Caroli Imperatoris, fecit tractatus super qvattuor libros Regum.

*Schol. Angelomus* monachus Luxoviensis in Comitatu Burgundiæ, non Lexoviensis, jussu Drogonis Episcopi Metensis (qvi Caroli Magni Imp. filius fuit) collegit ex veterum Patrum commentariis *Stromata in qvatuor libros Regum, & in Cantica canticorum*; Coloniæ 1530. & Romæ 1565. a Manutio excusa.

Cap. 87. ATTULARIUS* monachus brevem libellum de Ecclesiasticis officiis scripsit. Postea scribens de eadem re ad Ludovicum Imperatorem, ordinem & causas Ecclesiasticorum officiorum qvattuor libris planius digessit, & de mysteriis Missæ librum unum.

* al. Amalarius.

Cap. 88. BELLATOR presbyter septem libris expositit librum Sapientiæ Salomonis.

Cap. 89. RABANUS, qvi & Maurus, sive Magnetius, ex Abbate Fuldensi Archi-

epiſcopus Moguntiæ, ſcripſit librum de laude ſanctæ Crucis, mira varietate depictum, qvem miſit Romæ S. Petro offerendum. Scripſit ad Otgarium Archiepiſcopum librum ſuper libros Sapientiæ Salomonis. Scripſit ſuper librum Machabæorum primum, ſuper Eſdram, ſuper Judith, de myſteriis Miſſæ librum unum, de benedictionibus Patriarcharum librum unum. Scripſit ad Hilduinum Abbatem in Regum libros qvattuor, de qvæſtionibus Canonum, ad Heribaldum Epiſcopum, librum unum, ad Reginbaldum Coepiſcopum de eadem re librum unum, & alia. *Honorius. IV.* 4.

Cap. 90. FRECULFUS Epiſcopus ſcripſit ad Eliſacharum Hiſtoriam a conditione mundi uſqve ad natiuitatem Criſti. Difficultatem etiam intercurrentium qvæſtionum enodare non neglexit, & interponendo divinæ hiſtoriæ ſæculares hiſtorias, contemporalitates regnorum ſibi coaptans, conſummavit hoc opus in ſeptem libris.

*Schol. Freculphus*, ex monacho Fuldenſi Epiſcopus Lexovienſis in Normannia, ſcripſit Chronicon ab orbe condito uſqve ad tempora Caroli Magni. Poſteriorem partem *Juditha*, Lud. Pii Imp. conjugi, dicavit. Econtra Rabanus Maurus Freculpho ſuos in Geneſim commentarios inſcripſit. Claruit 840.

Cap. 91. AMBROSIUS Autbertus ſcripſit librum de cupiditate: ſcripſit etiam libros decem ſuper Apocalyſim, & alia nonnulla.

*Schol. Ambroſius Autbertus*, al. *Autbertus*, monachus, claruit anno 890. & ſcripſit commentarios *in Apocalypſim, in Pſalmos, & in Cantica canticorum*, Coloniæ 1536. in fol. editos.

Cap. 92. FLORUS Epiſtolas Pauli ex integro expoſuit, qvi nihil a ſe dicens, ſed omnes Auguſtini libros revolvens, & capitula epiſtolarum Pauli, ab Auguſtino diverſis locis expoſita, recolligens, ipſa capitula expoſita reſtituit ordini epiſtolarum; annotans ſingulos Auguſtini libros, in qvibus ea capitula expoſita erant: & ſic novo & mirabili ſtudio de alieno labore magnum ſui operis volumen edidit.

*Schol. Florus* a Sigeberto hoc capite memoratus, niſi fallor, eſt is qvi *S. Pauli Epiſtolas* verbis S. Auguſtini, hinc inde collectis, expoſuit; qviqve ejuſdem Auguſtini de Prædeſtinatione ſententiam defendit *adverſus Joannem Erigenam*, infra cap. 94. memorandum. Ab iſto Floro videtur fuiſſe alius *Florus*, *qvem Beda Martyrologium auxit*, poſtea ab Vſuardo amplificatum. Vocatur hic vulgo *Florus Magiſter*, fuitqve monachus Benedictinus Trudonopoli in Diœceſi Leodicenſi; ſi Trithemio credimus. Hujus item Flori Magiſtri videtur eſſe *Expoſitio Miſſæ*, qvæ in Bibliotheca veterum Patrum legitur. Petavius memorat *Florum Magiſtrum Lugdunenſem diaconum*, qvi Lugdunenſis eccleſiæ nomine ſcripſit contra Hincmarum Remenſem Epiſcopum, circa an. 848.

Cap. 93. LUPUS SERVATUS librum compoſuit de tribus Qvæſtionibus, id eſt, de libero arbitrio, de prædeſtinatione bonorum & malorum, de ſanguinis Chriſti qvadam ſuperflua taxatione vel redemtione, uſqve ad ſalutem impiorum. Nam ſuper hac re orta eſt qvædam fidei turbatio, anno Domini octingenteſimo qvadrageſimo nono.

*Schol. Lupus Servatus*, Abbas Ferrariæ in diœceſi Senonenſi. Rabani Mauri diſcipulus, præter Qvæſtiones hic memoratas, ſcripſit *librum Epiſtolarum*, Lutetiæ a Maſſono 1588. publicatum, & *Vitam S. Wigberti* Abbatis Fritislarienſis. Moguntiæ 1602 a Buſæo editam. Obiit an. 852.

Cap. 94. JOANNES ERIGENA * jubente Carolo, Ludovici Imperatoris filio, libros Dionyſii Areopagitæ in Latinum tranſtulit. * MSS. Gemblac. & Affligem. *Enrigena.*

*Schol. De Joanne Erigena* ſic ſcribit Nicolaus Papa, in epiſtola ad Carolum Calvum: *Relatum eſt Apoſtolatui noſtro, qvod opus B. Dionyſii Areopagitæ, qvod de Divinis nominibus, vel cæleſtibus ordinibus Græco deſcripſit eloqvio qvidam vir Joannes, Scotus genere, nuper in Latinum tranſtulerit: qvod juxta morem nobis mitti, & noſtro judicio debuit approbari; præſertim cum idem Joannes, licet multa ſcientia eſſe prædicetur, olim non ſane ſapere in qvibuſdam frequens rumore dicatur.*

Cap. 95. BERTRAMUS * ſcripſit librum de corpore & ſanguine Domini, & ad Carolum librum de prædeſtinatione. * MSS. Gemblac. & Viridis Vallis *Ratramus.*

*Schol. Bertramus* ſcripſit librum de corpore & ſanguine Domini, excuſum, Coloniæ 1532. Baſileæ in Micropresbytico, & alibi; ſed damnatum a Tridentinis Cenſoribus. Ita *Melanus* in ms. Bibliotheca ſacra. Hæretici eum primi typis ediderunt; * videnturqve illa interuiſſe, qvæcumqve vel obſcura, vel in ſpeciem prave ſonantia legunrur. Plurimis certe locis veram Chriſti præſentiam poſt conſecrationem adſtruit & tranſubſtantionem docet: ut ne ipſe qvidem interpolator id ſub finem diſſimulet, dicens multa non cohærere, & præcedentia ſeqventibus contradicere. Hoc inter alios obſervavit *Bartholomæus Petrus Lintrenſis*, Doctor Theologus Duacenſis. Contra Bertramum ſcripſit *Paſchaſius Ratbertus*: ut ad Honor. IV. 10. diximus. * Prima Bertrami editio Colonienſis curata a Romano catholicis.

Cap. 96. MICHAEL & Theophilus Imperatores ſcripſerunt Ludovico Regi Francorum librum utiliſſimum de veneratione imaginum.

Cap. 97. PASCHASIUS Ratbertus, Abbas Corbejenſis, ſcripſit ad Placidum Abbatem, librum de Sacramento corporis & ſanguinis Chriſti. *Honor. IV.* 10.

Cap. 98. ALMANNUS monachus Altvillarenſis ſcripſit vitam ſancti Niuardi Archiepiſcopi Remenſis, vitam Sindulphi, vitam Helenæ Reginæ, & translationem ejuſdem a Roma ad cœnobium Altvillarenſe: & qvia ſuo tempore Francia a Normannis vaſtabatur, exemplo Hieremiæ prophetæ, deſolationem Franciæ, & ſui cœnobii qvadruplici planxit alphabeto.

Cap. 99. HINCMARUS, ex monacho ſancti Dionyſii Pariſienſis Archiepiſcopus Remenſis, vitam ſancti Remigii Remenſis, primo breviter deſcriptam, ex brevi in librum

librum magnæ qvantitatis augmentatam ex magno libro abbreviatam ſtudio Fortunati Epiſcopi & Poetæ: hanc, inqvam, vitam Hincmarus deſcripſit, inſerens tam ea qvæ in hiſtoriis majorum de ortu, vita, vel morte ſancti Remigii invenit, qvam ea qvæ in diverſis ſchedulis diſperſa collegit; & ſecundum legem hiſtoriæ nec illa prætermiſit, qvæ vulgata relatione didicit, nec teſtamentum ejus præteriit. Reſcripſit ad Eccleſiam Ravennatem ſub perſona Magni Caroli Imperatoris.

*Schol. Hincmari* Epiſtolas A. 1620. Moguntiæ Joannes Buſæus, & 1615. Joannes Cordeſius Pariſiis, cum aliis ejuſdem opuſculis, ediderunt. Notitiam villæ Noviliacæ, qvam a Carolo Calvo impetrarat, Sirmondus cum Flodoardo publicavit. Vita S. Remigii, ab Hincmaro ſcripta, apud Surium 1. Oct. legitur. Obiit anno 882. ut Flodoardus lib. 3 c. 30. tradit.

Cap. 100. ADREVALDUS, qvi & Adelbertus, monachus Floriacenſis, ſcripſit hiſtoriam miraculorum, qvæ oſtenſa ſunt per Gallias ſancti Benedicti Caſinenſis meritis, a tempore qvo corpus ejus translatum eſt a monte Caſino ad cœnobium Floriacenſe, uſqve ad tempus Odonis Regis Francorum.

Cap. 101. AIMONIUS, monachus Floriacenſis, hiſtoriam miraculorum S. Benedicti ab Adrevaldo initiatam perfecit, perducens eam a tempore Odonis Regis uſqve ad tempus Roberti Regis Francorum. Scripſit etiam hiſtoriam Francorum, & ſitum Galliarum diſtinxit.

*Schol. Aimoinus* ſive *Aimoinus* fuit Monachus inclyti cœnobii S. Germani Prateuſis, ad muros urbis Pariſienſis. Scripſit inter alia *libros qvinqve de geſtis Francorum*, ſtudio Jacobi Breulii, monachi ejuſdem loci, recenſitos, & 1603. Lutetiæ editos. Exſtant iidem apud Ducherum in Corpore Hiſtoriæ Franciæ.

Cap. 102. NICOLAUS Papa epiſtolas Apoſtolicæ auctoritatis, ad diverſos a ſe ſcriptas, in uno volumine redegit. *Exſtant in tomis Conciliorum.*

Cap. 103. ANASTASIUS, jubente Nicolao Papa, tranſtulit in Latinum vitam Joannis Eleemoſynarii ſcriptam Græce a Leontio Epiſcopo.

*Schol. Anaſtaſius*, S. R. E. Bibliothecarius, *SS. Joannis Eleemoſynarii, Demetrii martyris & aliorum vitas*, item *Georgii Theophanis Chronicon*, & alia multa de Græco Latina fecit. Scripſit & *hiſtoriam de vitis Pontificum Romanorum*: qvam a Marco Velſero acceptam Jo. Buſæus cum mſs contulit, & Moguntiæ 1602. publicandam curavit. Anaſtaſii ejuſdem *Collectanea*, qvæ in gratiam *Joannis diaconi Romani*, infra cap. 106. a Sigeberto memorandi (cum Eccleſiaſticam hiſtoriam hic meditaretur) e Græcis verſa concinnavit, anno 1620. Pariſiis ſunt edita a Sirmondo.

Cap. 104. ERICUS monachus vitam Germani Autiſiodorenſis Epiſcopi, metrico ſtilo, luculenter ſex libellis deſcripſit. *Exſtant Pariſiis editi* 1543.

Cap. 105. MILO, monachus S. Amandi, ſcientia litterarum clarus, ſcripſit metrico ſtilo, vitam ſancti Amandi. Scripſit etiam ad Carolum Regem metrice librum de Sobrietate.

*Schol. Milo Elnonenſis* monachus, ad S. Amandum in Pabula, ordinis S. Benedicti, avunculus & magiſter Hucbaldi Elnonenſis, vir eruditiſſimus, ſcripſit *vitam S. Amandi*, Epiſcopi Trajectenſis ad Moſam, ac fundatoris cœnobii Elnonenſis, verſu & proſa. Hanc Surius a. d. 6. Februarii publicavit. Verſus ad Haymimum ſacerdotem ſcripti libris qvatuor, hoc initio, *Feſta propinqvabant noſtri veneranda patroni*, exſtant mss. Elnone, & Audomaropoli ad S. Bertinum, & alibi. *Liber, de Sobrietate*, ad Imp. Carolum Calvum, *De S. Cruce* carmen hexametrum duplex, in modum ſphæræ ingenioſiſſime compoſitum; *de conflictu Veris & Hiemis* carmen item hexametrum: mſs omnia aſſervantur Elnone ad S. Amandum, in diœceſi Tornacenſi. Obiit anno 871.

Cap. 106. JOANNES, diaconus Romanæ Eccleſiæ, ad Joannem ſeptimum hujus nominis Papam, ſcripſit urbano ſtilo qvatuor libros de vita primi Gregorii Papæ: & idem, petente Gauderico Velitrenſi Epiſcopo, ſcripſit etiam geſta Clementis Papæ.

*Schol. Joannes diaconus Romanus* Anaſtaſio S. R. E. Bibliothecario, ſupra cap. 103. laudato, familiaris fuit: & in gratiam hujus Joannis diaconi, Hiſtoriam eccleſiaſticam meditantis, plurima e Græcis Latina idem Anaſtaſius reddidit. Ex iis non pauca Jac. Sirmondus, S. I. Theologus, 1620. Lutetiæ publici juris fecit.

Cap. 107. HUCBALDUS monachus ſancti Amandi, peritia liberalium artium ita inſignis, ut philoſophis conferretur, vitas multorum Sanctorum ſcripſit: & qvia in arte muſica præpollebat, cantus multorum Sanctorum dulci & regulari melodia compoſuit. Scripſit etiam librum de arte Muſica, ſic contemperans chordas monochordi litteris alphabeti, ut poſſit qvis per eas, ſine magiſterio alterius, diſcere ignotum ſibi cantum. Scripſit etiam ad Imperatorem Carolum Calvum librum trecentorum verſuum, in laudem Calvorum, cujus omnia verba incipiunt ab una littera, id eſt, C, ut, *Carmine clariſona Calvis cantata Camœna.*

*Schol. Hucbaldus*, al. *Hugbaldus*, aut *Hubaldus*, ordinis S. Benedicti, ad S. Amandum monachus Elnonenſis, *nepos Milonis ibidem monachi, litteris inſignis, ſcriptis celebris, Muſicus qvoqve excellens fuit, & cantum multorum Sanctorum compoſuit*; ut Chronici Elnonenſis ms. verbis utar. Scripſit vitam *S. Lebuini*, patroni Daventriæ, ad Albricum Epiſcopum Ultrajectenſem; *vitam S. Rictrudis* Abbatiſſæ Marchianenſis; vitam *S. Aldegundis* Abbatiſſæ & fundatricis Melbodienſis in Hannonia: exſtantqve iſtæ hiſtoriæ in tomis Surianis. Scripſit item vitam *S. Madelberta*, Abbatiſſæ Melbodienſis, qvæ ms. legitur in cœnobio S. Gisleni in Hannonia; & hiſtoriam *S. Celinia*, matris B. Remigii, Francorum Apoſtoli. *Carmen de laude Calvorum*, 136. verſuum, in qvo verſus omnes a littera C. incipiunt, ad Carolum Calvum, eſt in omnium manibus. Obiit anno nongenteſimo triceſimo.

Cap. 108. NOTGERUS Abbas ſcripſit librum de Muſicis notis, & ſymphoniarum modis: ut poſſit qvivis videre & intelligere, qvomodo differant a ſe intervalla ſymphoniarum.

*Schol. Notgeri* Abbatis & Honorius ſupra lib. 4. c. 9. meminit. Videtur idem cum Notgero Abbate, hic per Sigebertum laudato. Si titulum Abbatis tollas, videri qveat, hic deſignari *Notgerum* ſeu *Notkerum* cognomento *Balbulum*, monachum illuſtris cœnobii S. Galli apud Helvetios, in diœceſi Conſtantienſi, qvi anno nongenteſimo duodecimo obiit, & *Martyrologium* ſcripſit, editum a Caniſio tomo 6. Lectionis antiqvæ.

Cap. 109. ENCHIRIADES, ſub perſona diſcipuli interrogantis, & magiſtri reſpondentis ſcripſit dialogum de ratione Muſicæ, & in tribus libris multiformes Muſicæ regulas explicuit.

Cap. 110. AURELIANUS, clericus Remenſis eccleſiæ, ſcripſit ad Bernardum Archicantorem, poſtea Epiſcopum, de regulis modulationum, qvas tonos ſive tenores appellant, & de earum vocabulis.

Cap. 111. REGINO Abbas Prumienſis ſcripſit, ad primum Alberonem Metenſem Epiſcopum, Chronicam, continentem præcipua geſta Francorum, qvam a nativitate Chriſti perduxit uſqve ad annum nati Chriſti D. CCCC. octavum.

*Schol. Regino* Prumienſis in diœceſi Trevirenſi Abbas, ſcripſit *Chronica* ab anno Chriſti primo uſqve ad annum nongenteſimum decimum; qvæ cum appendice qvinqvaginta ſeptem annorum, ſunt edita 1566. Francofurti. Cæterum ad explendas lacunas, & ad alia ſupplenda qvæ in vulgata Reginonis editione deſiderantur, juvent *fragmentum Annalium Francicorum* anno 741. ad annum 793. qvod Caniſius tomo 3. Lectionis antiqvæ publicavit.

Cap. 112. AUXILIUS ſcripſit dialogum ſub perſona infenſoris & defenſoris, divinis & canonicis exemplis munitum, contra inteſtinam diſcordiam Romanæ Eccleſiæ, ſcilicet de ordinationibus, exordinationibus & ſuperordinationibus Romanorum Pontificum & ordinatorum ab eis exordinationibus & ſuperordinationibus.

Cap. 113. MAXIMUS Epiſcopus ſcripſit librum de Eccleſiaſticis miniſteriis, & de habitu clericorum.

Cap. 114. DINAMIUS vir illuſtris ac patricius ſcripſit plenam virtutibus vitam S. Marii, qvi fuit Abbas Bobacenſis cœnobii.

*Schol. Dinamius* patricius vitam *S. Maximi*, primum Abbatis Lerinenſis, poſt Epiſcopi Reienſis ſcripſit & Vrbico, qvi Fausto in cathedra Reienſi ſucceſſerat, dedicavit. Exſtat in Suriana collectione 27. Novembris, & in Chronologia Lerinenſi. An hic apud Sigebertum ſit legendum *S. Maximi*, non habeo qvod affirmam. De *Mario Bobacenſi* hactenus nihil legi.

Cap. 115. PELAGIUS, diaconus Romanæ Eccleſiæ, tranſtulit de Græco in Latinum de vita & doctrina, & de perfectione ſanctorum Patrum libros ſedecim; ſcilicet de profectu monachorum librum unum; de qviete unum, de compunctione unum, de continentia unum, contra fornicationem unum: qvod monachus nihil debeat poſſidere, unum; qvod nihil per oſtentationem fieri debeat, unum; de patientia & fortitudine unum; qvod non oporteat judicare qvemqvam, unum; qvod oportet ſobrie vivere, unum; qvod ſine intermiſſione & ſobrie oportet orare, unum; de humilitate unum; de pœnitentia unum; de charitate unum; de providentia ſive contemplatione unum. *Supra ad c. ult. Hieronymi de S. E.*

Cap. 116. JOANNES ſubdiaconus tranſtulit de Græco in Latinum de vita & doctrina Patrum librum unum. *Vide qvæ ad Hieron. l. c.*

Cap. 117. MARTINUS Epiſcopus tranſtulit, per manum Paſchaſii diaconi, interrogationes & reſponſiones plurimas ſanctorum Ægyptiorum Patrum, in Dumienſi cœnobio. *Vide qvæ ad Hieron. l. c.*

Cap. 118. SMARAGDUS ſcripſit de vitandis vitiis, & tenendis virtutibus librum, qvem attitulavit Diadema monachorum; qvia ſicut diadema gemmis, ita hic liber refulget virtutibus. Scripſit etiam ſuper regulam ſancti Benedicti, & alia nonnulla. *Honor. IV.* 6.

Cap. 119. CÆSARIUS Abbas Lerinenſis ſcripſit & declamavit homilias, vitæ monachorum congruentes. • *Gennad. c.* 86.

Cap. 120. LAURENTIUS * Melliſluus ſcripſit librum de duobus temporibus, id eſt, uno ab Adam uſqve ad Chriſtum, altero a Chriſto uſqve ad finem ſæculi. Declamavit etiam homilias ore qvaſi mellito; unde agnominatur Melliſluus.

* Hic Laurentius presbyter, & Magiſter Gaudentii primi Novarienſium Epiſcopi claruit circa A. 363. Vide Acta Erud. T. 2. ſupplementi p. 525. 526.

Cap. 121. BONIFACIUS Epiſcopus ſcripſit metrico ſtilo librum de virtutibus & vitiis.

Cap. 122. HALITGARIUS Epiſcopus Cameracenſis, ſcripſit ad Ebonem Remorum Epiſcopum, librum Pœnitentialem, ſecundum decreta Canonum.

*Schol. Halitgarius* ſive *Halitcharius*, Epiſcopus Cameracenſis & Atrebatenſis, vir Apoſtolicus, & ad res agendas natus, a Carolo Magno Imp. Conſtantinopolim ad Michaelem Imp. miſſus, benigne & honorifice ab illo ſuſceptus fuit. Ebone Remenſi Archiepiſcopo petente, ſcripſit *Pœnitentiale*, itemqve *libros qvinqve de vitiis, virtutibus, & ordine Pœnitentium*: exſtantqve hæc omnia apud Caniſium tomo 5. Lectionis antiqvæ. Obiit Cameraci anno octingenteſimo tricesimo ſecundo, tandem in Monte S. Eligii, ubi nunc viſitur Abbatia Canonicorum regularium, in diœceſi Atrebatenſi.

REMI-

Cap. 123. REMIGIUS monachus Autisiodorensis, nominatus in exponendis sæcularibus scripturis, notificavit se utilius, divinas etiam Scripturas exponendo. Exposuit enim Canonem Missæ, qvid a qvibus in ea sit positum vel additum demonstrans, Exposuit Cantica canticorum. Scripsit librum de divinis Officiis; scripsit de singulis festivitatibus Sanctorum; respondit Gualoni Æduorum Episcopo, interroganti de duabus qvæstionibus. Una de altercatione Michaelis Archangeli cum diabolo de Moysi corpore, qvod legitur in Epistola Judæ Apostoli. Altera de eo qvod respondens Dominus ad Job de turbine dixit; Ecce Beemoth qvem feci tecum, fœnum qvasi bos comedet, & an extrahere poteris Leviathan hamo. Scripsit & alia. *De eo Bellarminus in Catalogo.*

Cap. 124. ODO musicus, ex Archicantore Turonensi monachus & primus Abbas Cluniacensis, in homiliis scribendis & declamandis, & maxime in componendis in honore Sanctorum cantibus, elegans ingenium habuit.

*Schol. S. Odo.* Cluniacensis Abbas primus, a. d. 18. Novembris Martyrologio Rom. adscriptus, floruit anno nongentesimo vicesimo. Scripsit tractatus duos de S. Martino Turonensi Episcopo, excusos Parisiis 1511. cum Sulpitio Severo. Bibliothecam Cluniacensem, ab Andrea Quercetano editam, consule.

Cap. 125. STEPHANUS, ex clerico Metensi Episcopus Leodiensis, vitam & passionem sancti Lamberti, scriptam incultius a Godescalco clerico, scripsit urbanius ad Hermannum Coloniæ Archiepiscopum, & cantum nocturnum in honorem ejusdem martyris. Canticum etiam de sancta Trinitate, & cantum de inventione Stephani protomartyris auctentico & dulci modulamine composuit. Scripsit etiam ad Robertum Metensem Episcopum capitularem librum, in qvo Capitula, Responsoria, Versus, Collectas, per singulas noctis & diei horas, per integrum annum distincte congessit.

*Schol. Stephanus*, Leodicensis Episcopus anno nongentesimo tertio creatus, virere desiit anno nongentesimo vicesimo. *Gesta S. Lamberti*, ab ipso emendatius conscripta, ex ms. codice 1612. Joannes Chapeavillus tomo I. Rerum Leodicensium publicavit. Vide infra cap. 163.

Cap. 126. LUITPRANDUS,* Ticinensis ecclesiæ diaconus, scripsit luculento & alterno stilo, ad Regimundum Episcopum Eliberitanæ ecclesiæ Hispanorum, Historiam de gestis Regum & Imperatorum sui temporis, qvam attitulavit Antapodosim, id est, Retributionem. *De eo Bellarminus in Catalogo & Pennottus, lic. 1. de Canonicis regul. cap. 52.*

* al. Lauprandus.

Cap. 127. RATHERIUS ex monacho Lobiensi Episcopus Veronensis, vir miræ simplicitatis, scripsit vitam S. Ursmari Lobiensis; & bis pulsus ab Episcopatu Veronensi, scripsit librum, in qvo faceta satis urbanitate deplorat ærumnas suas, multa suæ caussæ interserens, qvæ possunt legentibus placere & prodesse. Postea ordinatus Episcopus Leodiensis ecclesiæ, & ab ea pulsus, scripsit librum qvem attitulavit Phrenesim. Scripsit librum qvem prætitulavit Inefficax, ut sibi visum est, garritus. Scripsit librum de corpore & sanguine Domini, & de prædestinatione Dei. Scripsit contra hæresim Anthropomorphitarum, id est, dicentium qvod Deus habeat corpoream & humanam formam: qvæ hæresis tunc graviter vexabat Italiam. Scripsit Agonisticon, id est, Præloqviorum libros sex, Confessionum librum unum, & alia.

*Schol. Ratherius* monachus Lobiensis seu Laubiensis, in ditione qvidem Leodicensi, sed in diœcesi Cameracensi fuit. Hic cum *Hilduino*, Lobiensi Abbate, in Italiam ad Hugonem Regem profectus, Veronæ datus est Episcopus; Mediolano autem Hilduinus. Qvarto post anno ab Hugone pellitur, eo qvod Arnoldo Baioarierum Duci favebat. Ticini exul, de ærumnis suis atqve molestiis, qvas in Episcopatu tulit, ad Pontificem Rom. epistolam scripsit. Vexabat eodem tempore Italiam Anthropomorphitarum hæresis: contra qvam & verbis & scriptis pugnavit. Scripsit præterea in exilio Agonisticon sive Præloqviorum libros sex; & vitam S. Vrsmasi Abbatis Lobiensis; qvæ exstat apud Surium 18. Aprilis, sed mutila: integra apud Lobienses legitur. Fulcuinus tamen in Chronico Lobiensi tradit a Ratherio qvidem emendatum & auctum, sed ab Ansone scriptum libellum. Scripsit insuper *De arte Grammatica*, qvem librum *Sparadorsum* inscripsit, (ut ex Fulcuino datur intelligi) Teutonico loqvendi more, qvod puerorum dorsum a flagris seruet. Imperabat tum Italiæ *Otho* Germaniæ Rex. Is *Brunonem*, fratrem suum disciplinæ Ratherii, inter Philosophos palatinos primi, ut loqvitur idem Fulcuinus, tradidit. Bruno exinde Coloniensis electus Episcopus Ratherium ad Leodicensem cathedram promovit; & factiosorum hominum odio pressum Veronensi postea sedi restituit. Scripsit sub id tempus, de secundo exilio suo, *Phrenesim*, eo qvod ut phreneticus rejiceretur; item *Perpendiculum* & *Sirmam*; *Synodicam ad diœcesanos presbyteros*, *Conjecturam vitæ suæ*, *Itinerarium Romanum*; *Sermones de Paschate*; *Cœna Domini*, *Ascensione*, *Pentecoste*, *& alia*. Ita Fulcuinus. Præter Sigebertum, addit Trithemius, scripsisse ipsum de corpore & sanguine Domini librum unum, & Confessionum librum unum. Chronographia ejusdem legitur ms. Gemblaci. Ceterum *pertæsus* (Fulcuini verba sunt) *civium Veronensium insolentiam, simulqve suspectam habens innatam illis perfidiam, de reditu agitabat.* Mittit igitur ab Abbatem librum, qvem inscripsit *Confictum duorum*, dicens in eo, fluctuare se, utrumne reverti debeat an non. Reversus in Belgium, in Alnensi monasterio qvod reliqvum fuit vitæ egit, & Namurci anno 974. decessit *Veronæ Præsul, sed ter Ratherius exul.* Corpus Lobium est delatum, & in templo S. Vrsmari conditum.

Cap. 128. WANDALBERTUS scripsit Martyrologium metrico stilo.

*Schol. Wandalbertus* monachus Prumiensis ævo Lotharii Imp. floruit. Martyrologium heroico carmine

mine concionavit, qvod primo Bedæ tomo legi hoc titulo, *Ephemeridis Bedæ*, multi cenſent. Scripſit vitam & miracula S. Goaris, a Surio 6 Julii edita.

Cap. 129. WINDICHINDUS monachus Corbeiæ Saxonicæ, ſcripſit hiſtoriam Saxonum uſqve ad mortem primi Othonis Imperatoris, & ad Matildam filiam Othonis Imperatoris ſcripſit vitam ipſius Imperatoris. Scripſit metrice paſſionem Theclæ virginis: & vitam Pauli primi eremitæ alterno ſtilo ſcripſit.

*Schol. Windechindus*, al. *Witechindus*, natione Saxo, monachus Corbeiæ Saxonicæ ſeu Weſtfalicæ, ſcripſit *libros tres de rebus Saxonum*: in qvibus res geſtas Henrici I. & Othonis I. Imperatorum commemorat. Exſtant ii typis editi Baſileæ 1532. Francofurti 1577. & alibi. Deſinit in Othonis I. obitu, hoc eſt, in geſtis anni nongenteſimi tertii: qvo tempore etiam floruit.

Cap. 130. ROGERUS ſcripſit vitam Brunonis Colonienſis Archiepiſcopi, qvi fuit Dux & frater Othonis Imperatoris.

*Schol. Brunonis*, Othonis I. Imp. frater germanus, Ratherii ſuperiore capite laudati diſcipulus, Coloniæ Archiepiſcopus, & Lotharingiæ univerſæ, hoc eſt, tam ſuperioris ſeu Moſellanæ, qvam inferioris ſeu Ripuariæ Lotharingiæ Dux ab Othone fratre renuntiatus, anno nongenteſimo ſexageſimo qvinto vivere deſiit. Vitam ejus, a Surio die 11. Octob. editam, ſcripſit *Rogerus* ſive *Rotgerius*, monachus Benedictinus ad S. Pantaleonem Coloniæ, qvi Brunoni coævus fuit. Faſtos noſtros Belgicos 11. Oct. lege.

Cap. 131. FLAUVALDUS monachus Remenſis ſcripſit Geſta Pontificum Remenſium; orditus narrationem ſuam a conditione ipſius civitatis, qvæ a qvalitate civium, qvi in bello erant duri cordis, primo aucupata eſt ſibi nomen Cordurus. Poſtea milites Remi, a Romulo fratre ſuo, a facie Romuli fugientes, ad eam profugerunt, eamqve a nomine principis ſui Remi Remum denominaverunt. Hic ſcriptor digne ſcriptoribus ideo connumeratur, qvia digreſſus ab opere ſuo memoriam faciens ſanctorum Martyrum vel Confeſſorum, qvieſcentium in eccleſiis, Remenſi eccleſiæ adjacentibus vel ſubjacentibus, vitas vel paſſiones eorum legentibus notificavit.

*Schol. Flauvaldus*, Petro Pithœo & aliis paſſim *Flodoardus*, presbyter & Canonicus eccleſiæ Remenſis, deinde monachus & Abbas cœnobii S. Remigii in urbe Remenſi, libris qvatuor conſcripſit *geſta Epiſcoporum Remenſium*, ſive *Hiſtoriam eccleſiæ Remenſis*, qvæ pertingit uſqve ad annum Chriſti nongenteſimum qvadrageſimum octavum; eſtqve Lutetiæ 1611. a Jac. Sirmondo & Duaci 1615 a Georgio Colvenerio cum Notis edita. Idem ſcripſit *Chronicon*, vere aureum de rebus geſtis ab anno nongenteſimo decimo nono uſque ad annum nongenteſimum ſexageſimum ſextum; qvo & obiit. Chronicon iſtud P. Pithœus 1588. primus Pariſiis inter Scriptores XII. coætaneos rerum Francicarum, & poſtea Francofurtenſes 1594. evulgarunt. *Henricus Bunderius*, Dominicanus Gandenſis; qvi anno 1555. vixit, in ſuo Indice librorum manuſcriptorum per Belgium vicinaſqve provincias, enumerat & alia Flodoardi opera, hactenus mihi non viſa; his fere verbis: *Flodoardus presbyter ſcripſit de triumphis Italicis Martyrum & Confeſſorum, metrice, libros qvindecim, manuſcriptos Treveris in ſumme templo: De triumphis Chriſti & Sanctorum Paleſtinæ, metrice, libros tres, manuſcriptos ibidem: tertio De triumphis Chriſti, & Antiochiæ geſtis, metrice libros duos, manuſcriptos ibidem.* Qvæ ſcripta ſi adhuc exſtent, utinam qvis in lucem proferat!

Cap. 132. ADELMUS Epiſcopus (imitatus Symphroſium* qvi per proſopopœiam qvalitates ſingularium rerum exprimens ſcripſit librum ænigmatum metrice) exprimens & ipſe qvalitates rerum, ſcripſit Ænigmatum librum, & in mille verſibus conſumavit illum: ſicut ipſe in capitalibus litteris Prologi ſui præmonſtrat: Adelmus cecinit millenis verſibus odas.

* Sympoſium.

*Schol. Adelmum* (Bellarmino *Authelmum*, Pitſeo *Aldhelmum*) hoc capite memoratum eſſe eundem, qvem Sigebertus ſupra cap. 66. pag. 140. retulit, datur intelligi ex iis, qvæ idem Pitſeus libro de Scriptoribus Angliæ narrat. Fuit autem primum Abbas, & poſtea Epiſcopus apud ſuos, carmine, proſa, Latine, Græce doctiſſimus, juxta verſiculum, *Aldhelmus cecinit millenis verſibus odas.* Scripſitqve inter alia librum, contra errores Britonum & Scotorum, *de celebratione Paſchatis*: qvo libro multos ad ſaniorem mentem revocavit; ut Beda lib. 5. hiſtor. Anglic. narrat. Scripſit item *de virginitate* librum unum, ſoluta oratione, Pariſiis a Sonnio 1576 editum: *de laude virginum*, verſu heroico, librum unum, Ingolſtadii a Caniſio 1608. evulgatum; *de geſtis Sanctorum*; *Ænigmatum verſus mille*, & alia plurima, qvæ mſs. latent in Angliæ bibliothecis. Obiit anno ſalutis ſeptingenteſimo nono. Sic fere Pitſeus. Vita ejus exſtat apud Surium die 28. Maij. De eodem & Bellarminus in Catalogo agit, ſub initium octavi ſæculi; a qvo (ut & a Pitſeo) vocatur Sanctus.

Cap. 133. THOMAS ſcripſit, ad Hilduinum dominum ſuum, librum Ænigmatum, brevem qvidem, ſed plenum veritatis & elegantiæ: in qvo inducit matrem Sapientiam, & ſeptem filias ejus, qvæ ſunt ſeptem liberales artes, per proſopopœiam exprimentes totam ſui convenientiam.

Cap. 134. THEODULUS Italus natione, Græca & Latina lingua eruditus, cum Athenis ſtuderet, audivit gentiles cum Chriſtianis altercantes: qvorum colligens rationes, reverſus contulit in allegoricam Eclogam, * introducens duas perſonas, altercantes, & tertiam de duarum dictis dijudicantem. Primam vocans Pſeuſtin a falſitate dictam, humana & fabuloſa proponentem: ſecundam Alithiam, divina & vera opponentem; tertiam Phroneſim a prudentia dictam, per qvam dubia examinantur. Theodulus interpretatur Dei ſervus. Titulus hujus libri eſt, Ecloga Theoduli. Hic ſub clericali norma obiit immatura morte, & ideo librum ſuum non emendavit.

* vide ad Trithem. c. 185.

Cap. 135. HAYMO expoſuit totum Paulum Apoſtolum, Apocalypſim, Eſaiam, Cantica canticorum, & alia; ſed omnia ad omnes non pervenerunt.

*Schol.*

*Schol.* *Haymo* Anglo-Saxo, Halberſtadenſis Epiſcopus, præter commentaria in utriuſqve Teſtamenti libros, ſupra pag. 91. memorata, ſcripſit *Epitomen hiſtoria ſacra*, editam Coloniæ 1573. & Romæ 1564. cum Notis Petri Galeſinii.

Cap. 136. FULQVINUS, Abbas Lobienſis, ſcripſit Geſta Abbatum Lobienſium, ſubintroducens per digreſſionem plura legentibus utilia.

*Schol.* *Fulquinus* ſeu *Fulcuinus*. Lobienſis Abbas, ſcripſit *Chronicon Lobienſe*, ſive *Geſta Abbatum Lobienſium*: qvæ mss. exſtant Lobii, Tornaci in Collegio Soc. Jeſu, Gemblaci, Leodici & alibi. Obiit anno nongenteſimo nonageſimo.

Cap. 137. HERIGERUS Abbas Lobienſis, litterali ſcientia clarus, ſcripſit Geſta Pontificum Leodienſium. Scripſit metrico ſtilo laudabiliter vitam ſancti Urſmari. Scripſit ad Hugonem epiſtolam de qvibuſdam qvæſtionibus: ſcripſit ſub ſua & Adelboldi Epiſcopi perſona dialogum de diſſonantia Eccleſiæ, de adventu Domini. Congeſſit etiam contra Ratbertum multa catholicorum Patrum ſcripta de corpore & ſanguine Domini.

*Schol.* *Herigerus* ſeu *Harigerus*, Abbas Lobienſis, obiit 1107. ante altare D. Thomæ ſacrum in S. Viſmari templo, a ſe conſtructo, ſepultus. Scripſit *Hiſtoriam ſeu Geſta Epiſcoporum Leodienſium*. Exſtant ea mss. in veteri codice pergamenico Leodici ad S. Martinum, cum Notgeri Leodicenſis Epiſcopi ad Werenfridum Abbatem Stabulenſem præfatione, in qva iſta leguntur: *Non modo S. Remacli, verum etiam cæterorum noſtræ ſedis Pontificum tempora & geſta, qva undecumqve potuere corradi, ad noſtra uſque tempora collegi.* Unde factum, ut qvæ Herigeri ſunt, Notgero a nonnullis adſcribantur. Verum cum Notgero hiſtoria illa nec a *Sigeberto*, nec a *Trithemio* tribuatur; neqve meminerit illius *Anſelmus* Legienſis in epiſtola ad Annonem Archiepiſcopum Colonienſem, nec *Ægidius* Aureæ Vallis monachus in epiſtola ad Mauritium Abbatem, adducor ut Herigerum illius hiſtoriæ auctorem eſſe credam. Accedit, qvod in Alnenſi codice ms. Herigeri nomen præfationi diſerte præfigatur; nuſqvam Notgeri. Edita eſt autem *Herigeri Hiſtoria*, Leodici 1613. cura Joannis Chapeavilli.

Scripſit præterea *Vitam S. Urſmari*, metrice, ms. Gemblaci; *& vitam S. Landoaldi*, ejuſqve translationem, libris duobus. Herigerum enim illorum librorum qvoqve eſſe auctorem, non Notgerum Epiſcopum (cui eos adſcribit Molanus, ad Uſuardum 19. Martii) ex veteri ms. Chronico Gandenſi conſtat, in qvo ad annum 981. ita legitur: *S. Landoaldi & ſociorum ejus miracula veraciter divulgata, juſſu Notgeri Pontificis eximii, ſunt collecta, & per Herigerum ejus diſcipulum, ac muſica artis peritum, breviter quidem, ſed ſatis diſcrete ac luculento ſermone ſunt deſcripta, & ipſius Epiſcopi auctoritate, atqve ſigilli ejus impreſſione roborata. & Wommaro Abbati cœnobii Gandenſis, omnibuſqve fratribus fideliter ſunt miſſa.* Ubi tamen idem Chronographus Gandenſis (videlicet ad annum 972.) Notgerum auctorem hiſtoriæ illius facere videtur, conſcriptæ cum ex antiqvis libris per Normannos & Danos olim ambuſtis, tum ex veterum fide dignorum relatione.

Reliqvit adhæc Herigerus *Dialogum de diſſonantia Eccleſiæ*, Adelboldo & Herigero interlocutoribus: exſtatqve ms. Gemblaci.

*Contra Ratbertum.*] Videtur hic legendum, *contra Bertramum*, aut *Berengarium*. Aut certe memoria hic lapſus eſt Sigeberti.

Cap. 138. ADELBOLDUS, ex clerico Lobienſi Epiſcopus Ultrajectenſis, ſcripſit vitam ſecundi Henrici Imperatoris, & in utraqve litteratura plura ſui monumenta reliqvit poſteris.

*Schol.* *Adelboldus* natione Friſius, domi nobilis, ex clerico Lobienſi Epiſcopus Ultrajectinus, ſcripſit inter alia *vitam S. Henrici Imp.* libris duobus, a Surio editam. Obiit anno milleſimo viceſimo ſeptimo.

*Ex clerico Lobienſi.*] Adelboldus itaqve ante Epiſcopatum non monachus, ſed clericus Lobienſis fuit. Notent autem antiqvitatis eccleſiaſticæ ſtudioſi, olim Lobii (ut & apud Vedaſtinos & Amandinos) non ſolum monachos ſed & clericos reſediſſe. Clericorum certe ſeu Canonicorum Lobienſium collegium in S. Uſmari templo, qvod nunc eſt parochiale, ſedem ſuam habuit uſqve ad annum Chriſti milleſimum qvadringenteſimum nonum; qvo inde migravit Binchium, qvod eſt Hannoniæ oppidum, ſecundo milliari a Lobio diſtans. Notas noſtras vide ad Formam inſtitutionis Canonicorum, ab Aqviſgranenſis concilii Patribus 816. ſcriptam, typiſqve anno 1638. Antverpiæ publicatam.

Cap. 139. ABBO Abbas Floriacenſis qvantum valuerit in utraqve ſcientia, oſtendit, cum ſuper calculum Victorii commentatus eſt. Martyr obiit.

*Schol.* *Abbo* al. *Albo* Floriacenſis Abbas in diœceſi Aurelianenſi, ad Dunſtanum Contuarienſem Epiſcopum, ſcripſit vitam *S. Eadmundi* ſive *Edmundi*, Anglorum Regis ac martyris, a Surio publicatam a. d. 20. Novembris. Item ſcripſit verſu hexametro, ad Gozlinum Pariſienſem Epicopum, libellos duos *de obſidione Lutetiæ Pariſiorum a Normannis*, anno octingenteſimo octogeſimo ſexto: qvos P. Pithœus inter Scriptores XII. coætaneos Francicos publicavit. Item confecit *Epitomen de XCI. Romanorum Pontificum vitis*, ex libro Anaſtaſii S. R. E Bibliothecarii. Exſtat ea typis excuſa, cum ejuſdem Anaſtaſii Hiſtoria, Moguntiæ 1602. ſtudio Ioan. Buſæi.

Cap. 140. ARIBO Archiepiſcopus Moguntiæ commentatus eſt ſuper XV graduum Pſalmos.

*Schol.* *Aribo* Moguntinus Epiſcopus ſcripſit commentarium in XV. Pſalmos graduum, ut vocant; & obiit anno milleſimo triceſimo, aut proxime ſeqventi. Ab iſto alius fuit *Aribo Friſingenſis Epiſcopus*, qvi S. Corbiniani & S. Emmerammi Epiſcoporum Friſingenſium vitas litteris conſignavit.

Cap. 141. BURCHARDUS Epiſcopus urbis Vangionum, qvæ dicitur Wormatia, magnum Canonum volumem, qvod a nomine ipſius Burchardus denominatur, multo ſtudio compoſuit, qvod teſtimoniis omnium auctenticorum Conciliorum, & decretis Romanorum Pontificum, & ſententiis omnium pene catholicorum Patrum auctorizavit: ex qvo adhuc omnium Conciliorum decreta auctorizantur.

*Schol. Burchardus* Episcopus Wormatiensis, patria Hassus, cum Lobii monachus & discipulus esset Olberti, post Abbatis Gemblacensis, *collaborante* (ait in Chronico Sigebertus ad an. 1008.) *magistro suo Olberto Abbate, viro undequaque doctissimo, magnum Canonum volumen edidit*, libris viginti. Coloniæ 1538. Parisiis 1549. & alibi excusum. Obiit anno millesimo vicesimo qvinto. Burchardum postea æmulati sunt Ivo Carnotensis & Gratianus.

Cap. 142. OLBERTUS, ex monacho Lobiensi Abbas Gemblacensis, humanæ & ecclesiasticæ scientiæ studio & religionis fervore insignis, nomen suum æternavit, vita sanctorum Patrum describendo, cantus in honore Sanctorum componendo; & eo maxime qvod Burchardus Episcopus Wormatiensis ejus magisterio ad hoc est provectus, ut vita Ecclesiasticæ utilitati intenderet, & ejus studio, ore & manu illud magnum Canonum volumen, ad communem omnium utilitatem, ederet.

*Schol. Olbertus* qvartus Gemblacensis, ac primus S. Jacobi apud Leodicenses Abbas, natus est in Lederna villa, Sambrensis pagi confinio. A puero in Lobiensi monasterio educatus, sub disciplina *Herigeri* Abbatis, hinc Parisios ad S. Germani cœnobium se contulit, deditqve operam studiis, & sanctæ, qvæ ibi fervebat, religioni. Audivit & *Fulbertum* Carnotensem Episcopum. Demum *Burchardum*, Wormatiensem postea Episcopum. Lobii sacris ipse litteris erudiit. Obiit Leodici anno 1148 sepultus in D. Jacobi. Scripsit *Historiam veteris & novi Testamenti; item vitas aliquot Sanctorum*; in his vitam *S. Veroni* confessoris, rogante Ragnero Hannoniæ Comite: qvæ exstat ms. Montibus apud Franciscanos in Annalibus Jac. Guisii, & alibi.

Cap. 143. ALBERTUS Monachus Metensis scripsit, ad Episcopum, Historiam de gestis sui temporis, etsi brevem, tamen utilem.

Cap. 144. GUIDO Aretinus monachus post omnes pene musicos in Ecclesia claruit, in hoc prioribus præferendus, qvod ignotos cantus etiam pueri & puellæ facilius discant vel doceantur per ejus regulam, qvam per vocem magistri, aut per visum* alicujus instrumenti, dummodo sex litteris vel syllabis modulatim appositis ad sex voces, qvas sola Musica recipit, hisqve vocibus per flexuras digitorum lævæ manus distinctis per integrum diapason, se oculis & auribus ingerunt intentæ & remissæ elevationes vel depositiones earumdem vocum. * usum.

*Schol. Guido* monachus Aretinus, anno millesimo vicesimo secundo, novo & compendiosioni Musicæ generi initium dedit, notis illis sex, qvibus hodie utimur, inventis: ut Baronius in Annalibus supputat. At Sigebertus in Chron. ad annum 1028. id refert.

Hoc ipso sæculo undecimo vixit *Glaber Radulphus*, supra a Sigeberto cap. 90. inter Scriptores VI. sæculi, nescio qva de causa, recensitus. Fuit autem *Glaber* primum Antisiodori ad S. Germanum, postea Cluniaci monachus: & ad Odilonem Abbatem Cluniacensem libris qvinqve descripsit *Historiam Francorum*, ab anno nongentesimo vel potius millesimo usqve ad annum 1045. qvo & vixit. *Glaber* porro cum *Helgando*, *Sugerio*, *Rigordo*, *Guilielmo Britone*, *Guilielmo Nangio*, & aliis rerum Francicarum sub Capetica Regum stirpe scriptoribus, ex bibliotheca P. Pithœi, typis Francofurtensibus 1596. primum in lucem est datus.

Cap. 145. CHILPERICUS scripsit probabili subtilitate librum de ratione computi, anno millesimo sexto. *De eodem Sigebertus in Chron. ad annum* 1005.

Cap. 146. EGEBERTUS, clericus Leodiensis, scripsit metrico stilo de Ænigmatibus rusticanis librum, primo brevem, sed ampliato rationis tenore scripsit de eadem re metrice alterum librum majusculum.

*Schol.* Idem *Egebertus* (Trithemio *Eckebertus*) nisi fallor, scripsit vitam *S. Amoris* Aqvitani confessoris, Belisiæ prope Tungrorum urbem, in diœcesi Leodicensi, qviescentis. Exstat ea ms. in monasterio S. Laurentii ad muros Leodicenses & alibi.

Cap. 147. LEO Acridanus Bulgarorum Archiepiscopus scripsit brevem libellum, per qvem tantum veneni mortiferi diffudit, ut eo tota Græcia periisset, nisi antidoto Romanæ auctoritatis & Apostolicæ fidei vis illa veneni extincta fuisset. *Baronium in Annal. consule.*

Cap. 148. NICETA monachus Constantinopolitanus, cognomento Pectoratus, scripsit librum ad Romanos, qvem prætitulavit de azymo, Sabbato, de nuptiis sacerdotum; defendens Græcos, qvi de fermento sacrificabant, qvi cum Judæis sabbatizabant, qvi nuptias sacerdotum approbabant.

*Schol. Niceta Pectoratus*, presbyter & monachus cœnobii Studiensis in urbe Constantinopolitana, scripsit libellum contra Latinos *de azymis, Sabbatorum jejuniis, & nuptiis sacerdotum*: qvem, cum epistola Michaelis Patriarchæ Constantinopolitani, super eodem argumento scripta, Canisius tomo 6. Lectionis antiqvæ publicavit; addito antidoto, hoc est, Responsione *Humberti* Cardinalis ad utrumqve libellum.

Cap. 149. LEO, ex Episcopo urbis Leucorum, qvæ Tullus appellatur, nonus hujus nominis Papa Romanus, scripsit Epistolam ad Imperatorem Constantinum Monomachum; monens eum, ne fineret invalescere in imperio suo tot hæreses. Græci enim ut Simoniaci donum Dei vendebant; ut Valesii hospites suos castratos etiam ad Episcopatum promovebant; ut Nicolaitæ nuptias sacerdotibus concedebant; ut Donatistæ jactabant esse in sola Græcia orthodoxam Ecclesiam; ut Severiani dicebant maledictam esse legem Moysi; ut Pneumatomachi professionem Spiritus sancti abscindebant a Symbolo; ut Nazareni Judaismum observabant; parvulos morientes prohibebant baptizari ante octavum nativitatis diem; mulieres in partu vel menstruo periclitantes communicari, vel si paganæ essent, prohibebant baptizari. Latinos in nomine sanctæ Trinitatis baptizatos rebaptizabant, & ipsi sacrificantes de fermento vocabant Latinos

Azy-

Azymitas, & claudentes eorum eccleſias, eos perſeqvebantur. Tot & tantas hæreſes volens Leo Papa exſtirpare de Græcia, ſcripſit etiam ad Michaelem Patriarcham Conſtantinopolitanum: eum ſuper his omnibus arguens, & præter cætera, qvod ſe univerſalem Patriarcham appellaret; & Eccleſiam Conſtantinopolitanam præponeret Eccleſiæ Romanæ, eamqve in filiis ſuis anathematizaret. Super his ſcripſit etiam ad ompes primates Epiſcopos Africæ, Numidiæ, Ægpyti, Italiæ, Epiſtolas legentibus utiles. Scripſit ſuper his etiam ad Græcos librum luculento ſermone, Evangelicis & canonicis teſtimoniis deſtruens eorum errores, & catholicæ Eccleſiæ fidem aſtruens. At ſi qvis attendat cantus in honore Sanctorum ab eo compoſitos, eum primo Gregorio Papæ merito comparabit.

*Schol. S. Leo*, ex Tullenſi in Lotharingia Epiſcopo Pontifex Maximus, illo nomine nonus, ſcripſit ad Michaelem Conſtantinopolitanum & Leonem Acridanum, Epiſcopos, inſignem libellum ſeu potius *epiſtolam contra errores Græcorum*. Scripſit inſuper ad Conſtantinum Monomachum Imperatorem Græcorum, & alios multos *Epiſtolas varias*: qvæ in tomis Conciliorum & apud Baronium in Annali. XI. leguntur. Ejuſdem *Homilia & Sermones* Lovanii 1565. & Coloniæ 1598. prodierunt. Obiit anno milleſimo qvinqvageſimo qvarto, ut Lamb. Scafnaburgius & Baronius ſupputarit, aut anno proxime ſeqventi, ut Wibertus in vita ejuſdem Leonis tradit.

Cap. 150. HUMBERTUS monachus Tullenſis, a Leone Papa propter ſcientiam litterarum Romam traductus, & Cardinalis Epiſcopus ordinatus Romæ, miſſus ab eodem Papa Conſtantinopolim propter confutandas Græcorum hæreſes, confutavit ſcripta Leonis Acridani Bulgarorum Archiepiſcopi. Confutavit etiam ſcripta Nicetæ Pectorati, eumqve in præſentia Imperatoris Conſtantini adeo devicit, ut ipſe Niceta librum ſuum anathematizaret, & eum manu ſua igni injiceret. Et qvicqvid ibi dixit aut fecit; qvaſi per dialogum, ſub perſona Romani & Coſtantinopolitani, ſcripſit.

*Schol. Humbertus*, ordinis Benedictini monachus Tullenſis, a Leone IX. Papa Cardinalis & Epiſcopus Silvæ candidæ creatus. Conſtantinopolim ab eodem Legatus anno 1054. cum *Frederico S. R. E.* Cancellario (poſt Papa Stephano IX.) & *Petro* Amalphitano Epiſcopo miſſus, ſcripſit *adverſus calumnias Michaelis Conſtantinopolitani & Leonis Acridani*, Epiſcoporum, librum unum, & *adverſus Nicetam Pectoratum* librum alterum. Qvi duo libri exſtant apud Baronium in appendice tomi XI. Annalium; & in Bibliotheca veterum Patrum, itemqve apud Caniſium tomo 6. Lectionis antiqvæ.

Cap. 151. PAULUS, qvo interprete uſi ſunt Coſtantinopoli Legati Romanæ Eccleſiæ, tranſtulit de Latino in Græcum, cooperante ſibi filio ſuo Smaragdo, omnia qvæ Humbertus Epiſcopus diſputavit ibi, aut ſcripſit: qvæ omnia, jubente Conſtantino Monomacho Imperatore, repoſita ſunt in archivo Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ.

Cap. 152. ANSELMUS Remenſis monachus ſcripſit Itinerarium noni Leonis Papæ a Roma in Gallias; ob hoc maxime, ut notificaret qvanta auctoritate Remis, vel in aliis urbibus Synodum celebrarit; qvanta ſubtilitate & juſtitia examinarit cauſſas eccleſiaſticas; qva diſcretione peccantes correxerit; qvomodo ei virtus Dei cooperata ſit. Qvod ſatis patuit in una cauſſa Remenſis Synodi, ubi dum Epiſcopus Friſingenſis contumaciter ageret contra Apoſtolicam auctoritatem, repente in oculis omnium obmutuit.

Cap. 153. ALMANNUS Grammaticus, ex clerico Leodienſi Epiſcopus Brixienſis ſcripſit ad Berengarium Turonenſem clericum epiſtolam, arguens eum qvod ſe diviſerit ab unitate catholicæ Eccleſiæ, dogmatizando & verbis & ſcriptis, qvod corpus & ſanguis Chriſti, qvod qvotidie in univerſa terra in altari immolatur, non ſit verum corpus Chriſti, nec verus ſanguis Chriſti, ſed figura & ſimilitudo corporis & ſanguinis Chriſti. Scripſit ſuper eadem re epiſtolam ad Paulum Metenſem Primicerium, monens eum, uti & ipſe Berengarium communem amicum ſuum revocaret ab hac prava intentione.

*Schol. Adelmannus*, Sigeberto *Almannus*, ex Scholaſtico Leodicenſi Epiſcopus Brixienſis in Italia, qvondam Fulberti Carnotenſis Epiſcopi, una cum Berengario Andegavenſi Archidiacono diſcipulus, ſcripſit, adverſus eumdem Berengarium, *De veritate corporis & ſanguinis Chriſti in Euchariſtia*, epiſtolam valde eruditam; Lovanii 1561. cum Lanfranco & aliis ejuſdem argumenti veteſtis ſcriptoribus, a Jo. Ulimmerio editam, itemqve Pariſiis & Coloniæ in Bibliotheca veterum Patrum.

Cap. 154. BERENGARIUS Turonenſis, liberalium artium & amplius Dialecticæ peritia inſignis, ſcripſit faſtuoſo ſtilo contra Almannum Grammaticum & Epiſcopum, non agnoſcens amici corrigentis benevolentiam, ſed defendens ſuam de myſteriis Chriſti ſententiam. Et qvia multi ad eum vel contra eum ſuper hac re ſcripſerunt, ſcripſit & ipſe ad vel contra eos, & dum dialecticis ſophiſmatibus contra ſimplicitatem Apoſtolicæ fidei abutitur, nec ſe excuſare, nec alios ædificare videtur: qvia magis interpolat clara, qvam dilucidat obſcura.

*Schol. Berengarius*, Andegavenſis Archidiaconus, hæreſim ſuam de Sacramento Euchariſtiæ non ſemel ejuravit, & pœnitens obiit die Epiphaniæ, anno milleſimo octogeſimo octavo, nonagenarius; in templo S. Coſmæ apud Turones ſepultus. Id tradit Claudius Robertus in ſua Gallia Chriſtiana, ubi de Epiſcopis Andegavenſibus agit. Contra Berengarium ſcripſerunt *Adelmannus Brixienſis*, paulo ante laudatus, *Lanfrancus Cantuarienſis*, *Algerus Corbienſis*, *Guitmundus Averſanus*, & *Deodatus Leodicenſis E-*

*piſcopus*: qvorum opera in Bibliotheca veterum Patrum & alibi exſtant. His addi poterit *Hugo Lingonenſis Epiſcopus*, nondum editus, qvod ſciam. Cæterum *Deodoinus* anno milleſimo qvadrageſimo octavo Leodienſibus Epiſcopus datus, anno milleſimo ſeptuageſimo qvinto vivere deſiit. Labitur autem Baronius in geſtis anni 1035. item editor Bibliothecæ veterum Patrum, & alii qvi Deoduini epiſtolam, contra Berengarium ſcriptam attribuunt *Durando* Leodicenſi Epiſcopo; qvem anno milleſimo viceſimo qvinto, adeoqve ante hæreſim a Berengario publicatam, obiiſſe conſtat. Error autem natus eſt ex litera D. ſingulari, utriuſqve nominis initiali. Cœpit autem Berengarius hæreſim ſuam ſpargere ſub annum Chriſti 1035.

Cap. 155. LANFRANCUS Dialecticus & Cantuarienſis Archiepiſcopus, Paulum Apoſtolum expoſuit, & ubicunqve oportunitas locorum occurrit, ſecundum leges Dialecticæ proponit, aſſumit, concludit. Scripſit laudes, triumphos, & res geſtas Guilielmi Nortmannorum Comitis, qvi regnum Anglorum primus invaſit. Scripſit invectiuas contra Berengarium Turonenſem epiſtolas, refellens ſcripta ejus de corpore & ſanguine Chriſti Jeſu. Qvi Berengarius a Nicolao Papa Romæ in Concilio nonaginta trium Epiſcoporum adeo convictus fuit, ut ipſe ſuis manibus ignem accenderit, & ſcripta ſua combuſſerit; jurans ſe non amplius talia dicturum, non docturum, non ſcripturum. Qvia tamen neglecto juramento poſtea ſcripſit contra præfatam Synodum, contra catholicam veritatem, contra omnium Eccleſiarum opinionem, & nominatim contra Humbertum Cardinalem Rom. Epiſcopum, Lanfrancus ad ea reſcripſit, & poſito alternatim ſuo & Berengarii nomine, alterutras ſententias diſtinxit. *Honorius IV.* 14. *de S. E.*

Cap. 156. BERNO Abbas Augienſis in humana & divina ſcientia claruit. Præterea ea qvæ de humana ſcientia ſcripſit, in qvibus eminet hoc, qvod in arte muſica præpollens de regulis ſymphoniarum & tonorum ſcripſit, & qvod in menſurando monochordo ultra regulam Boetii, ſed aſſenſu minoris Boetio Guidonis ſuppoſuit unum tonum tetrachordohypaton, & contra uſum majorum in ipſo tetrachordohypato inſeruit utiliter Synemmenon. Sed non prætoribo qvod ſcripſit de jejuniis qvatuor temporum, de qvibus celebrandis eſt inter multos diſſonantia; dum alii ſecundum conſiderationem temporum, ad jejunium qvartæ & ſextæ feriæ accipiunt dies Februarii, vel Maii, vel Septembris, & Sabbato in Kalendis proveniente terminant jejunium; alii vero ſine conſideratione temporum non jejunant, niſi qvarta & ſexta feria jejunii, cum ipſo Sabbato in Martio, vel Junio, vel Octobri proveniant. Et talem jejunandi ritum auctorizant multi, & maxime Teutones, his Bernonis ſcriptis.

*Schol. Berno*, ex Prumienſi monacho Abbas Augienſis, ſcripſit librum *de officio Miſſæ*, ſive *de rebus ad Miſſam pertinentibus*, cum aliis ejuſdem argumenti, Coloniæ 1568. Romæ & in Bibliotheca veterum Patrum typis excuſum. In qvo libro cap. 2. narrat, ſe Henrici II. imp. coronationi, per Benedictum VIII. factæ, anno milleſimo decimo qvarto interfuiſſe. Scripſit item vitam *S. Udalrici* Epiſcopi Auguſtani, a Surio 4. Julii editam. Obiit anno milleſimo qvadrageſimo octavo

Cap. 157. ARNULFUS monachus, excipiens de Proverbiis Salomonis convenientiores ſententias, & litteram & allegoriam metrico lepore ſcripſit & digeſſit.

Cap. 158. MARBODUS, Redonenſis Epiſcopus, Cantica canticorum ad integrum expoſuit metrico lepore, & litteram & allegoriam exornans. Scripſit metrice paſſionem S. Laurentii. Scripſit metrice paſſionem Thebæorum, qvaſi pedibus vadens in ſententiam Eucherii Lugdunenſis Epiſcopi, qvi eam urbana proſa ſcripſerat ad Silvium Epiſcopum. *De Eucherio Gennad. cap.* 63.

*Schol. Marbodus*, Redonenſis in Britannia Armorica Epiſcopus anno 1096. creatus, demum poſt 27. annos monachus Andegavi ad S. Albinum factus, anno milleſimo centeſimo tertio vivere deſiit. Ejus epiſtola ad R. Andegavenſem Epiſcopum exſtat tomo 3. Bibliothecæ Patrum. Marbodi meminit Hildebertus epiſt. 80. & 200. item Goffridus Vidocinenſis lib. 3. epiſt. 2.

Cap. 159. MARIANUS Scottus, peregrinans pro Chriſto in Gallias, & factus monachus apud Moguntiam, multis annis incluſus, ſcripſit Chronicam a nativitate Chriſti uſqve ad annum nati Chriſti milleſimum octogeſimum ſecundum; mira ſubtilitate oſtendens errorem priorum Chronographorum, ita ponentium nativitatem Chriſti, ut annus paſſionis ejus, qvantum ad rationem computi, non concordet veritati Evangelicæ. Unde ipſe appones XXIII. annos illi anno, ubi priores ſcribunt fuiſſe natum Chriſtum, ponit in margine paginæ alternatim hinc annos Evangelicæ veritatis, illinc annos falſæ priorum computationis; ut non ſolum intellectu, ſed etiam viſu poſſit diſcerni veritas & falſitas.

*Schol. Marianus Scotus* ſcripſit *libros tres Chronicorum ab initio mundi uſqve ad annum Chriſti milleſimum octogeſimum tertium*; qvos continuavit *Dodechinus*, Abbas S. Diſibodi, uſqve ad annum milleſimum ducenteſimum. Libet ipſum Marianum audire de ſe loqventem, in Chronico.

*Anno milleſimo viceſimo octavo ego miſer* Marianus *in peccatis fui natus. Anno* 1052. *ego Marianus ſaculum reliqvi. Anno* 1056. *ego Marianus, peregrinus factus pro regno celeſti, patriam meam reliqvi & in Colonia, V. feria Kalendis Auguſti monachus effectus ſum. Anno* 1058. *Padelbrunna civitas, cum duobus monaſteriis, feria VI. ante Palmas, igne conſumitur. In monaſterio autem erat* Paternus *nomine monachus Scotus, multiſqve annis incluſus, qvi etiam combuſtionem prænuntiabat, & in ſua cluſa martyrium ambiens, combuſtus eſt. Feria II. poſt octavas Paſcha, exiens in Colonia, cauſſa orationis eundem locum viſitavi, ob bona qva narrantur de ejus ſepulcro; & ſic cum Abbate Fuldenſi Fuldam veni.*

Anno

*Anno* 1059. *ego Marianus indignus cum Sigfrido* (Abbate Fuldenſi) *apud Virzoburgum ad presbyteratum conſecratus, media Quadrageſima, III. Idus Martii, & feria VI. poſt Aſcenſionem, II. Idus Maii, incluſus Fuldæ per annos X. Anno* 1043. *Annuchadus Scotus & incluſus obiit III. Kalendas Februarii in monaſterio Fuldenſi. Super cujus ſepulcrum viſa ſunt lumina, & pſalmodia audita. Super quem ego Marianus Scotus X. annis incluſus, ſuper pedes ejus ſtans, quotidie cantavi Miſſas. Anno* 1069. *ego miſer Marianus, juſſu Epiſcopi Moguntinenſis & Abbatis Fuldenſis, feria VI. ante Palmas, menſis Aprilis, poſt annos X. mea incluſionis, ſolutus de cluſa in Fulda, ad Moguntiam veni, & in feſtivitate ſeptem fratrum, ſecundo includor. Anno* 1086. *Marianus Scotus & incluſus* (ait Dodechinus ejus continuator) *obiit, & apud S. Martinum ſepelitur.*

Cap. 160. HUENRICUS ex Scholaſtico Treverensi Epiſcopus Vercellensis, ſcripsit librum, ſub perſona Theoderici Virdunensis Epiſcopi, ad Hildebrandum sive Gregorium Papam, de diſcordia Regni & Sacerdotii; non eum increpans, ſed ut ſeniorem obſecrans & patrem, & amicabili inductione qvasi affectu dolentis, ſuggerens ei omnia, qvæ contra jus legum & fas religionis eum feciſſe & dixiſſe divulgabat loqvax fama. *Baronium conſule.*

Cap. 161. ANSELMUS Lucensis Epiſcopus, vir litterarum ſcientia clarus, ſcripsit ſuper Hieremiam prophetam. Fecit tractatus ſuper Pſalmos. Ipſe indefeſſus cooperator Papæ Gregorii ſcripſit pro eo contra Guibertum, ſuperordinatum ei ab Henrico Imperatore. Doctrinam Gregorii VII. libro teſtimoniis ſcripturarum defloratо confirmavit.

*Schol. S. Anſelmus*, patria Mantuanus, ab Alexandro II. Epiſcopus Lucenſis creatus, ac deinde, cum in monaſterium ſe ſubduxiſſet, a Gregorio VII. ad Epiſcopatum revocatus, morum ſanctitate ac miraculis clarus, ad Superos tranſiit anno milleſimo octogeſimo ſexto. Scripſit *libros duos contra Guibertum Antipapam, pro defenſione Gregorii VII. legitimi Pontificis Romani*: qvi exſtant apud Caniſium tomo 6. Lectionis antiqvæ. Ejuſdem epiſtolæ leguntur in tomis Conciliorum & alibi. Qviеſcit Mantuæ; Martyrologio Rom. 18. Martii adſcriptus.

Cap. 162. PETRUS Damiani, Romanæ Eccleſiæ ſeptimus levita, ſcripsit vitam Odilonis qvarti Cluniacensium Abbatis. Inveniuntur etiam homiliæ ab eo luculento ſermone conſcriptæ. *Honorius IV.* 11. *de S. E.*

Cap. 163. ANSELMUS clericus Legiensis ſcripsit Geſta Pontificum Legienſium, & in eo libro vitam Guazonis Epiſcopi veraciter sibi notam plene deſcripsit.

*Schol. Anſelmus*, Leodicenſis Canonicus in cathedrali S. Lamberti baſilica, ſcripſit ad Annonem Coloniensem Archiepiſcopum *Geſta Epiſcoporum Leodicenſium*, a temporibus Theodardi Epiſcopi, qvi S. Remaclo immediate ſucceſſit, uſqve ad ſua tempora, hoc eſt, uſqve ad Wazonis Epiſcopi obitum, qvi in annum 1048 incidit. Anſelmi Hiſtoria, cum aliis ejuſdem argumenti 1612. edita eſt Leodici ſtudio Joannis Chapeavilli, Viarii generalis Leodicenſis; qvi Anſelmo ſubtexuit qvatuor auctores veteres, vitæ ac miraculorum S. Lamberti præcones; videlicet *Godeſcalcum Canonicum Leodicenſem, Stephanum Epiſc. Leodicenſem*, a Sigeberto ſupra cap. 125. memoratos, *Nicolaum Canonicum Leodicenſem*, & *Renerum monachum ad S. Laurentium* prope Leodicum. Ex his *Godeſcalcus* anno ſeptingeteſimo ſeptuageſimo floruit; *Stephanus* Epiſcopus anno nongeteſimo viceſimo obiit; *Nicolaus* anno milleſimo centeſimo viceſimo claruit; & *Renerus* circa annum milleſimum centeſimum triceſimum vixit.

Cap. 164. FRANCO Scholaſticus Leodienſis, religione & utraqve litterarum ſcientia nominatus, qvantum valuerit ſcribendo, notificavit poſteris. Amatores ſcientiæ ſæcularis taxent ejus ſcientiam ex libro, qvem ſcripſit, ad Hermannum Coloniæ Archiepiſcopum, de qvadratura circuli; de qva Ariſtoteles ait: Qvadratura circuli ſi eſt ſcibile, ſcientia qvidem nondum eſt. Ob illud vero ſcibile conferant, vel etiam præferant eum ſæculares philoſophi: nos laudamus eum, qvia divinæ Scripturæ invigilavit, & plura ſcripſit: ut de ratione computi librum unum, & alia qvæ ab aliis habentur. *Vivebat* 1060.

Cap. 165. BERNARDUS, monachus de gente Saxonum, ſcripſit luculento qvidem, ſed amaro ſtilo, ad Harduinum Magdeburgenſem Archiepiſcopum, librum contra Henricum qvartum hujus nominis Imperatorem: cujus ſolius verba ſufficiunt omnibus ad intelligendum, qvam gravis & odioſus fuerit ipſe Imperator Saxonibus.

Cap. 166. GUNTERUS, monachus ſancti Amandi, ſcripſit martyrium ſancti Cyriaci metrico ſtilo. *Faſtos noſtros Belgicos* 16. *Junii conſule.*

Cap. 167. IVO Carnotenſis Epiſcopus ſcripſit, ad Hugonem Lugdunenſem Archiepiſcopum & Apoſtolicæ Eccleſiæ Legatum, epiſtolam non multum prolixam, ſed multum canonicis & catholicis teſtimoniis auctorizatam, pro diſſidio Regni & Sacerdotii, & pro inuſitatis Eccleſiæ Romanæ decretis. Scripſit & ad diverſos amicos utiles valde Epiſtolas: compoſuit etiam inſigne volumen Canonum. *Bellarminum in Catalogo, & Baronium in Annalibus conſule. Ivonis Epiſtolas Lutetiæ edidit Franciſcus Iuretus cum Notis.*

Cap. 168. ANSELMUS, Cantuariorum Archiepiſcopus, ſcripſit librum de Spiritu ſancto adverſus qvoſdam Græcos, negantes Spiritum ſanctum eſſe æqvalem Patri & Filio. Scripſit & librum qvem intitulavit: Cur Deus homo, & alium de meditanda Divinitatis eſſentia, qvem intitulavit Monologium: alium ſimiliter de eadem materia, qvem intitulavit Proslogion; in qvorum primo exemplum meditandi de ratione fidei, in ſecundo fides intellectum qværens dignoſcitur: alium de incarnatione Verbi, ad Urbanum Papam; alium de peccato originali, & conceptu virginali; alium de veritate, alium de libero arbitrio, alium de caſu diaboli, alium aliis qvantitate minorem de pane ſacrificii contra Græcos.

Scripsit & volumen grandiusculum meditationum, vel orationum; alium librum introducendis ad Dialecticam admodum utilem, cujus initium est, De Grammatica &c. Qui ejus notitia vel præsentia usi sunt, eum etiam alia plura scripsisse dicunt. *Honorius IV.* 15.

Cap. 169. BERNARDUS, Ultrajectensis clericus, super Eclogas Theodoli commentatus, divinas historias & sæculares fabulas allegorica expositione dilucidavit. *Vide supra cap.* 134.

Cap. 170. THEODERICUS, monachus & Abbas sancti Trudonis, vitas sanctorum Bavonis, Trudonis & Rumoldi urbaniore stilo melioravit, & eleganti ingenio multa breviter qvidem, sed laudabiliter metrice scripsit.

*Schol. Theodericus*, ex monacho Gandavensi ad S. Petrum Abbas Trudonensis in diœcesi Leodiensi, scripsit vitas SS. *Bavonis, Trudonis, Rumoldi, & Landradæ* Abbatissæ Belisiensis, a Surio editas: item vitam *S. Amalbergæ* viginis Tamisiensis, qvæ apud me & alibi ms exstat.

Cap. 171. SIGEBERTUS Gemblacensis monachus multa scripsi opuscula Metis positus in prima ætate in ecclesia sancti Vincentii, ad instruendos pueros. Scripsi vitam Theoderici Episcopi, conditoris ipsius ecclesiæ & Abbatiæ: in qva etiam per digressionem laudem ipsius urbis heroico metro declamavi. Scripsi passionem sanctæ Luciæ, qvæ ibi reqviescit, alcaico metro. Qvibusdam etiam reprehendentibus illam sanctæ Luciæ prophetiam, Annuntio vobis pacem Ecclesiæ Dei datam, Diocletiano ejecto de regno suo, & Maximiano hodie mortuo, respondi diligenter considerata temporum ratione, & rerum veritate. Scripsi nihilominus Sermonem in laudem ipsius virginis, in qvo translationes ipsius a Sicilia in Corsinium civitatem Italiæ, & a Corsinio in Metim urbem Galliæ, ordinata temporum consequentia, digessi. Scripsi vitam Sigeberti Regis conditoris ecclesiæ & Abbatiæ sancti Martini, extra civitatem Metensem sitæ. Regressus ad monasterium Gemblacense, scripsi passionem Thebæorum, patronorum nostrorum, heroico carmine. Scripsi vitam sancti Guiberti confessoris; fundatoris ecclesiæ nostræ Gemblacensis, de qva excerpsi Lectiones competenti ordine in ejus depositione: arte autem musica Antiphonas & Responsoria de sanctis Maclovo & Guiberto melificavi. Scripsi & Gesta Abbatum Gemblacensium: vitas sanctorum Maclovi & Theodardi urbaniore stilo melioravi. Vitam qvoqve sancti Lantberti cum in primis urbane melioraſſem, postea rogatu Henrici Archidiaconi & Decani ecclesiæ sancti Lantberti, defloravi comparationibus antiqvorum, juxta consequentiam rerum: qvamvis priorem, utpote simplicem, qvidam magis amplectantur, & curiosius transcribant: est enim sensu apertior & verbis clarior. Rogatu etiam prædicti viri, validis Patrum argumentis respondi epistolæ Hildebrandi Papæ, qvam scripsit ad Hermanum Metensem Episcopum, in potestatis Regiæ calumniam. Scripsi ad ipsum Henricum Apologiam, contra eos qvi calumniantur Missas conjugatorum sacerdotum. Ipso etiam rogante, respondi epistolæ Paschalis Papæ, qvi Leodiensem ecclesiam, æqve ut Cameracensem, a Roberto Flandrensium Comite jubebat perditum iri. Nihilominus ipso poscente respondi Treverensibus de jejunio qvatuor temporum, qvi regulas cujusdam Bernonis, secundum allegoriam, ut sibi videtur, bene concinnatas, observant, & a consuetudine Leodiensium discordant. Descripsi heroico metro Ecclesiasten, qvem opere stromateo tripliciter digessi, ad litteram, allegorice, mythologice. Imitatus Eusebium Pamphili, qvi primus apud Græcos Chronica a tempore Abrahæ digessit, ipse qvoqve a loco intermissionis ejus usqve ad annum M.C.XI. omnem consequentiam temporum, & rerum gestarum, qvanta potui stili temperantia, ordinavi. Cum diligenter Bedam de Temporibus relegerem, & ab eo notam ironiæ Dionysio cyclorum scriptori infligi viderem, qvia male dispositis annis Dominicæ passionis, ni terminis Paschalibus contraire per omnia videretur Evangelio Joannis, dignum mihi visum est, altius repetendo, omnem dimovere nubem erroris, & verum diligentibus infundere lumen veritatis. Siqvidem Marianus Scotus, vir suo ævo longe disertus, hoc idem ingressus erat, & Chronicam suam texens a nativitate Christi usque ad statum sui temporis, hinc annos Christi juxta fidem Evangelii, inde e regione juxta Dionysium ordinaverat, ut diligentiæ lectoris pateret, qvantum ipse Dionysius a veritate Evangelii deviaret. Ego autem considerans fautores Dionysii semel imbibita non leviter descire, ita cautelam ingenioli mei æqva lance libravi, ut medius horum incedens omnes annos ab origine mundi decursos, vel in futurum decursuros, inscripta ratione juxta Hebraicam veritatem, colligerem: scilicet per cyclos lunares, qvi novemdecim annis, & per cyclos solares, qvi XXVIII. annis clauduntur, & per alterum multiplicati magnum cyclum qvingentorum triginta duorum annorum conficiunt: lineatim distinctis hinc inde annis Adæ, epactis concurrentibus terminis Paschalibus, diebus Dominicis Paschæ, eadem via incedens qva Dionysius, sed non eisdem vestigiis. Qvod diligens lector facile inveniet, si curiosus fuerit. Et qvia decem magnis cyclis, qvi singuli qvingentis XXXII. annis constant, opus omne distinxi, ipsum librum hoc titulo prænotavi, ut Decemnovennalis vocetur. Prologum etiam in morem dialogi anteposui, qvem tribus tomellis divisi, indicans, sub persona interrogantis & respondentis, intentionem & utilitatem ipsius operis, & ad qvam partem Philosophiæ pertineat, scilicet ad Physicam. Subjunxi etiam utiles regulas inveniendi annos, & terminos & Indictiones, secundum dispositiones ipsius. Imi-

tatus

catus etiam Hieronymum & Gennadium, scripsi ultimum hunc libellum de Illustribus viris, qvantum notitia meæ investigationis exqvirere potui.

*Schol. Sigebertus*, Gemblacensis in Brabantia monachus, ordinis S. Benedicti, prima ætate Metis in cœnobio S. Vincentii, multos erudiit, multaqve scripsit. Fulcuino Lobiensi Abbati familiaris. Gemblacum reversus, demum ætate grandis diem supremum obiit III. Nonas Octobris anno 1112. apud suos conditus. Notet vero Lector, in ea incidisse tempora Sigebertum, qvibus Ecclesia & Respublica Christiana maxime turbata fuit, ob dissidium inter Romanos Pontifices Gregorium VII. Urbanum II. & Paschalem II ex una parte, & inter Henricum IV. Imp. ex altera. Qvo factum est, ut Imperatoris partes secutus Sigebertus, Pontificibus plus æqvo fuerit infensior. Unde qvæ contra Gregorium & Paschalem scripsit, ut & alia, veritæ sunt lectionis. Sigebertum refutarunt Anselmus epist. ad Guilielmum Abbatem, qvæ est numero octava, Baronius in Annalibus, Bellarminus in Catalogo & in Controversiarum libris.

Vide & Prolegomena, qvæ præfixi Chronico Sigeberti, ad fidem autographi a me comparato, & Verdussianis typis Antverpiæ anno 1608. edito. Qvæ qvidem editio sola est genuina, utpote libera a nugis ac qvisqviliis *Galfridi Monumetensis* seu *Asaphensis*, qvæ in aliis omnibus editionibus insperse leguntur.

# INDEX SCRIPTORUM ECCLESIASTICORUM

## QVI A SIGEBERTO GEMBLACENSI MEMORANTUR.


Abbo Floriacensis Abbas. cap. 139
Adamannus Huiensis Abbas. 64
Adelboldus Ultrajectensis Episc. 138
Adelmannus Brixiensis Episc. 153
Adelmus: *vide* Aldhelmus.
Adrevaldus Floriacensis. 100
Adrianus Papa. 79
Aimoinus historicus. 101
Albertus Metensis monachus. 143
Alcimus: *vide* Avitus. 22
Alcuinus Abbas. 83
Alitgarius: *vide* Halitgarius.
Aldhelmus Malmesburiensis. 66. 132
Almannus, *al.* Adelmannus 153
Almannus Altuillarensis. 98
Amalarius, *al.* Attularius. 87
Ambrosius Autbertus. 91
Amphilochius Iconiensis Episc. 7
Anastasius Bibliothecarius S. R. E. 103
Anastasius Sinaita. 42
Angelomus Luxoviensis. 86
Anianus. 70
Anselmus Cantuariensis Episc. 168
Anselmus Legiensis. 163
Anselmus Lucensis Episcopus. 161
Anselmus Remensis monachus. 152
Arator poeta 38
Aribo Moguntinus Episcopus. 140
Arnulphus monachus. 157
Attularius, *al.* Amalarius. 87
Audoenus Rotomagensis Episc. 58
Avitus Viennensis Episcopus. 22
Aurelianus Remensis clericus. 110
Auxilius dialogista. 112
Beda. 68
Bellator presbyter. 88
Benedictus Casinensis Abbas. 61
Benedictus Francus Abbas. 62
Berengarius Andegavensis. 154
Bernardus monachus Saxo. 165
Bernardus Ultrajectensis. 169
Berno Augiensis Abbas. 156
Bertramus. 95
Boetius Consul Rom. 37
Bonifacius Episc. & poeta. 121
Burchardus Wormatiensis Epis. 141
Cæsarius Arelatensis Episc. cap. 119
Carolus Magnus Imp. 81
Cassiodorus Consul. 40
Ceolfridus Scotus Abbas. 67
Christianus Druthmarus. 72
Chrodogandus Metensis Episc. 78
Claudius Classitanus Abbas. 44
Columbanus Luxoviensis Abbas. 60
Cyrillus Alexandrinus Episc. 24
Dionysius Areopagita. 4
Dionysius Exiguus Abbas. 27
Dynamius Patricius. 114
Egebertus Leodicensis. 146
Eginhardus historicus. 84
Enchiriades musicus. 109
Ericus monachus. 104
Eugippius Abbas. 39
Euodius Uzalesis Episc. 15
Eustathius interpres. 21
Faustus Casinensis. 32
Ferrandus Carthag. diac. 29
Flodoardus historicus. 131
Florus. 92
Fortunatus: *vide* Venantius. 45
Franco Scholasticus Leod. 164
Freculfus Lexoviensis Episcopus. 90
Fulcuinus Lobiensis Abbas. 136
Fulgentius Ruspensis Episcopus. 28
Gennadius Massilliensis presb. 30
Glaber Rodulphus. 50
Godelbertus presbyter. 23
Golphilas Gothorum Episcopus. 8
Gregorius I. Papa. 42
Gregorius II. Papa. 74
Gregorius III. Papa. 76
Gregorius Turonensis Episcopus. 49
Guido Aretinus. 144
Gunterus monachus S. Amandi. 166
Halitgarius Cameracensis Episc. 122
Haymo Halberstadensis Episc. 135
Herigerus Lobiensis Abbas. 137
Hilduinus Abbas S. Dionysii. 82
Hincmarus Remensis Episcopus. 99
Huebaldus Elnonensis. 107
Huenricus Vercellensis Episc. 160
Humbertus Card. & Episcopus. 150

Idatius Lemicenſis Epiſc. cap. 18
Joannes Baſilianus. 36
Joannes Damaſcenus. 75
Joannes diaconus S. R. E. 106
Joannes Erigena. 94
Joannes miniſter S. Pauli. 2
Joannes Scotus. 65
Joannes ſubdiaconus S. R. E. 116
Jona Luxovienſis. 61
Jornandes Gothus Epiſcopus. 35
Iſidorus Cordubenſis Epiſc. 51
Iſidorus Hiſpalenſis Epiſc. 55
Julianus Pomerius. 54
Julianus Toletanus. 56
Ivo Carnotenſis Epiſcopus. 167
Juſtinianus Imp. 46
Lanfrancus Cantuarienſis Ep. 155
Laurentius Mellifluus. 120
Leo Acridanus Epiſcopus. 147
Leo II. Papa. 59
Leo IX. Papa. 149
Leontius Cyprius Epiſc. 57
Linus Papa. 5
Luitprandus Ticinenſis. 126
Lupus Servatus. 93
Macer Poeta. 13
Marbodus Redonenſis Epiſc. 158
Marcellus diſcipulus S. Petri. 1
Marianus Scotus. 159
Marcus poeta. 33
Martinus Dumienſis Epiſc. 117
Maximus Epiſc. 113
Michael Imp. Conſtantinop. 96
Milo Elnonenſis monachus. 105
Niceta Pectoratus. 14
Nicolaus Papa. 102
Notgerus Abbas. 108
Odo Cluniacenſis Abbas. 124
Olbertus Gemblacenſis Abbas. 142
Orentius poeta. 34
Oſius Epiſcopus. 48
Paſchaſinus Lilybætanus Epiſc. 25
Paſchaſius diaconus S. R. E. cap. 17
Paſchaſius Ratbertus. 97
Paterius Notarius S. R. E. 43
Paulinus Nolanus Epiſcopus. 14
Paulus diaconus Aqvilejenſis. 80
Paulus interpres. 151
Paulus Neapol. diaconus. 69
Pelagius diaconus S. R. E. 115
Petrus Damiani. 162
Polycrates Epheſinus Epiſcopus. 3
Pomponius poeta. 53
Poſſidius Calamenſis Epiſcopus. 16
Proba poetria. 52
Proterius Alexandrinus Epiſcopus. 26
Rabanus Maurus. 89
Ratherius Veronenſis Epiſcopus. 127
Regino Prumienſis Abbas. 111
Remigius Autiſiodor. monachus. 123
Rodulpus: *vide* Glaber. 50
Rogerus monachus. 130
Sedulius poeta. 6
Sigebertus Gemblacenſis. 171
Sixtus Epiſcopus. 47
Smaragdus Abbas. 118
Socrates hiſtoricus. 20
Sozomenus hiſtoricus. 11
Stephanus Leodicenſis Epiſcopus. 125
Thodericus Trudonenſis Abbas. 170
Theodolus Italus. 134
Theodoretus Cyrenſis Epiſc. 9
Theodorus Scotus Archiep. 63
Theophilus Imp. Conſtantinop. 96
Thomas Ænigmaticus. 133
Venantius Fortunatus. 45
Verus Arauſicanus Epiſc. 73
Victor Capuanus Epiſc. 20
Uſuardus monachus 81
Walafridus Strabo. 71
Wandelbertus. 128
Widichindus Corbejenſis 129
Zacharias Papa. 73


LIBER

Digitized by Google

# LIBER
# HENRICI
# GANDAVENSIS
## ARCHIDIACONI TORNACENSIS
## DE
# SCRIPTORIBUS
# ECCLESIASTICIS.

## VARIORUM DE EO TESTIMONIA.

*Joannis Molani, in ms. Bibliotheca ſacra;*

HENRICUS DE GANDAVO, cognomento *Goethals*, Archidiaconus Tornacenſis, a majoribus dictus Doctor Solemnis, ſcripſit *Theologica Quodlibeta*, Pariſiis a Judoco Badio 1518 excuſa; *item ſummam quæſtionum* ibidem editam; Obiit Tornaci anno milleſimo ducenteſimo nonageſimo tertio.

*Valerii Andreæ, in Bibliotheca Belgica.*

HENRICUS a GANDAVO, cognomento *Goethalſius* ſive *Bonicollius*, Doctor Sorbonæ Pariſienſis, ac Philoſophus ſæculi illius celeberrimus (adeo ut communi Academiæ ſuffragio *Doctor Solemnis* apellari meruerit) Eccleſiæ Tornacenſis Archidiaconus & Canonicus fuit. Scripſit commentariorum & qvæſtionum in *Phyſica Ariſtotelis* libros octo: in *Metaphyſica Ariſtotelis* libros qvatuordecim: *Summam Theologiæ* ſeu *Quæſtionum ordinariarum*, Pariſiis a Badio 1520. editam: *Quodlibeta Theologica in libros qvatuor Sententiarum* ab eodem 1518 in folio excuſa: *librum de Viris* ſeu *Scriptoribus illuſtribus*, uſqve ad annum milleſimum ducenteſimum octogeſimum, poſt Sigebertum, Coloniæ 1580. cum ejusdem argumenti libris a Suffrido Petro editum: *Vitam S. Eleutherii*, Tornacenſium Epiſcopi: *De Virginitate*, olim ms. Silvæducis apud Dominicanos, teſte Bunderio in Indice: *Summam de Pœnitentia*, ms. Namurci apud Cruciferos, & in Monaſterio VII. Fontium apud Bruxellam: *Quodlibetum de mercimoniis & negotiationibus*, ms. olim in Valle B. Mariæ, apud Valentianas Hannoniæ urbem. Alia ejuſdem *Quodlibeta de variis materiis*, ordine alphabetico digeſta, vidi Lovanii ad S. Martinum, in pergameno deſcripta, in folio, *Sermones ejuſdem* mss. olim Gandavi apud Dominicanos fuerunt. Obiit Tornaci anno milleſimo ducenteſimo nonageſimo tertio; ſed ſepulcri memoria nulla exſtat.

Cæterum obſervet curioſus Lector, Henrico huic cognomentum *Mudani* tribui a Jacobo Meyero in Annalibus Flandriæ, a Chriſtiano Maſſæo in Chronico, & a Jacobo Marchanto in Flandria; a *Muda* ſuburbio, qvod hodie urbis Gandenſis pomœrio eſt incluſum: *Goethalſii* vero cognomen libri typis editi præferunt, Nec deſunt qvi Gandavi natum inficientur, ac Tornacenſem faciant; quod nonnullæ ibi familiæ ſint; quibus ab urbibus cognomen datum. Pro quo facere putant ſepulcrorum Inſcriptiones in porticu templi Virginis Deiparæ, ubi *Joannes a Gandavo*, Conſiliarius Tornacenſis, anno milleſimo trecenteſimo octogeſimo quinto, ac *Matthias a Gandavo* anno milleſimo quadringenteſimo viceſimo ſecundo, deceſſiſſe leguntur. Sed & *Henrici Goethals*: ante chori ingreſſum, viſitur hoc epitaphium: *Hic jacet quondam venerabilis & circumſpectus vir, magiſter Henricus Goethals, Magiſter in Artibus & Baccalaureus in Theologia, Decanus Leodienſis, & Præpoſitus Inſulenſis, Canonicus hujus Eccleſiæ, Conſiliarius illuſtrium Principum dominorum Joannis & Philippi Ducum & Comitum Burgundiæ, Flandriæ & Artheſii, qui obiit anno Domini milleſimo quadringenteſimo triceſimo tertio, menſis Decembris die 14.* Pleriqve tamen hunc noſtrum Henricum patria Gandavenſem verius faciunt, & ipſi a ſolo natali cognomentum iſtud adhæſiſſe cenſent.



Digitized by Google

## INCIPIT LIBER HENRICI GANDAVENSIS.

CAtalogum Virorum illuſtrium, a beato Hieronymo inchoatum, & poſt a Domino Sigeberto, Gemblacenſi Monacho, uſque ad ſui ævi tempora perductum, ad hoc noſtrum tempus ultra extendere, quantum de hujusmodi ad meam notitiam poterit pervenire, aggreſſus ſum, licet minus ſufficiens rei tantæ: ne cauſentur poſteri mirum fuiſſe, quod ad hoc nullius intenderit diligentia, qvum Scriptorum dignorum memoria, poſt Dominum Sigebertum, a tempore quo ipſe ceſſavit ſcribere, ſit copia ſubſecuta.

FULBERTUS Carnotenſis Epiſcopus, liberalium artium ſuo tempore peritiſſimus, vir religioſus & erga beatam Virginem devotiſſimus, ſcripſit ſermonem ad Nativitatem beatæ Virginis pertinentem, limato dictamine, qui ſic incipit: Approbatæ conſvetudinis. Reſpondit etiam cavillationibus Judæorum, dicentium hanc prophetiam; Non auferetur ſceptrum de Juda, &c. in Chriſto non fuiſſe impletam: diligenter Scripturarum auctoritatibus & rationibus confutans Judæorum pervicaciam.

*Schol. Fulbertus* Doctor clariſſimus, anno milleſimo ſeptimo Carnutibus in Gallia Celtica datus Epiſcopus, Roberti Francorum Regis Cancellarius fuit, & anno milleſimo viceſimo octavo vivere deſiit. Scripſit *Epiſtolas multas*, item *Sermones ad populum. & Hymnos aliqvot:* qvæomnia ad mss. codices recentita, Notisqve illuſtrata, Carolus Villerius, Doctor Theologus Pariſienſis, ibidem edidit; poſtea Bibliothecæ veterum Patrum inſerta. Baldericus in Chron. Cameracenſi l. 1. c. 77. tradit, *Fulbertum doctorem clariſſimum*, rogante Gerardo I. Cameracenſi Epiſcopo, ſcripſiſſe *vitam S. Autberti Cameracenſis & Atrebatenſis, Epiſcopi*, cujus nomen indignus gero. Exſtat ea a Surio edita a. d. 13. Decembris; ſed mutila. Legitur integra Cameraci in cœnobio S. Autberti, qvod eſt Canonicorum regularium, Tungris apud Windeſimenſes & alibi. An vero ſcriptor iſte vitæ S. Autberti fuerit hic noſter Fulbertus Carnotenſis, ſunt qvi dubitant. Ego qvod certo ſtatuam, non habeo.

Cap. 2. BERNARDUS Monachus Cluniacenſis ſcripſit, ad venerabilem Patrem Dominum Hugonem Abbatem Cluniacenſem, Conſuetudines Cluniacenſis Monaſterii; opus satis utile Monachis nigri ordinis ſtudioſis. *Cluniacenſem Bibliothecam conſule.*

Cap. 3. RAINALDUS, Abbas Viceliacenſis, ſcripſit compendioſe vitam Domini Hugonis Cluniacenſis Abbatis. *Bibliothecam Cluniacenſem lege.*

Cap. 4. ODO, Cameracenſis Epiſcopus, ſcripſit homiliam pulchram in Evangelium ſecundum Lucam, Homo qvidam erat dives, qvi habebat villicum. Expoſuit etiam Canonem Miſſæ, ſcilicet, Te igitur. Scripſit etiam, ad Vulbodonem Monachum Affligemienſem, diſputationem qvam habuerat cum qvodam Judæo de myſterio Incarnationis Dominicæ, ſub dialogo; annotatis prima ſui nominis, & prima Judæi ſecum diſputantis, litteris.

Schol. Odo *primum Aurelianenſis Scholaſticus, dein Abbas & Inſtaurator Monaſterii S. Martini in urbe Tornacenſi, Ordinis Benedictini, demum Cameracenſis Epiſcopus fuit. Sed* quia virgam & annulum, qvæ conſecratus ab Eccleſia acceperat ( *ut ipſemet ſcribit lib. de blaſphemia in Spiritum ſanctum* ) iterato ab Henrico IV. Imper. accipere noluit, *ſede ſua pulſus, Aquicincti, qvod Monaſterium eſt Benedictinum, ſecundo lapide a Duaco, in exilio deceſſit, anno milleſimo centeſ. decimo tertio. Scripſit commentarium* in Canonem Miſſæ, *editum ſeorſim cum Franciſci Titelmanni libro ejuſdem argumenti, & in Bibliotheca veterum Patrum:* De myſterio Dominicæ incarnationis dialogum, *contra Leonem Judæum*; De peccato originali *librum unum*; De blaſphemia in ſpiritum ſanctum, Homiliam de villico iniqvitatis, Collationum librum, Parabolas; *& alia qvæ Tornaci ad S. Martinum, Aquicincti, Elnone ad S. Amandum, Camberone in Hannonia & alibi mss. leguntur. Ex iis opuſculis nonnulla Andreas Schottus tomo* 15. *Bibliotheca Patrum, poſtremæ editionis Colonienſis, inſeruit.*

Cap. 5. ANSELMUS ſæcularium litterarum peritia inſignis, & præcipue Dialecticæ, religione venerabilis, ex Abbate monaſterii Beccenſis Archiepiſcopus Cantuarienſis, diſputator revera ſubtilis, ſcripſit, cum adhuc eſſet Prior Beccenſis, duos libros, qvos vocavit Monologion & Proſologion, multo plus rationibus qvam Scripturarum auctoritatibus utens. Scripſit & alium, ſub dialogo diſcipuli opponentis & magiſtri reſpondentis, de diffinitione veritatis. Scripſit & alium de diffinitione juſtitiæ & liberi arbitrii; item & alium de caſu diaboli. Scripſit etiam duos libros, qvos prætitulavit, cur Deus homo, ſub dialogo Boſonis opponentis, & Anſelmi reſpondentis. Scripſit & alium de peccato originali; adhuc alium de proceſſione Spiritus ſancti contra Græcos. Scripſit & de tribus qvæſtionibus, de liberio arbitrio, de præſcientia, de prædeſtinatione: oſtendens qvomodo iſta tria inter ſe conveniant. Scripſit etiam de pane ſacrificii contra Græcos. Scripſit etiam meditationes de Paſſione Domini, de beata Virgine, & multis aliis Sanctis, ad commovendos ad devotionem animos, efficaces. Dicitur & alius ejus liber de Similitudinibus: de qvo tamen mentionem non fecit ſcriptor vitæ ejus. Scripſit etiam epiſtolam ad Urbanum Papam, de Incarnatione Domini, contra errorem Ruzcelmi * de Compendio. *Honorius. IV.* 15. *de S. E.*

* Roſcelini, qvo Abælardus uſus Magiſtro fuit.

Cap. 6. GISLEBERTUS Præpoſitus Weſtmonaſterienſis, ſcripſit ad Anſelmum Archiepiſcopum Cantuarienſem, diſputationem qvam habuit cum qvodam Judæo.

*Schol.*

Schol. Gislebertus *ſeu* Gilbertus, *Weſtmonaſterienſis in Anglia prope Londinum Prepoſitus, ac demum Abbas, S. Anſelmi Cantuarienſis Archiepiſcopi diſcipulus, poſt Academias Galliæ, Italiæ, ac Germaniæ luſtratas, cum Moguntiæ aliquamdiu ſubſtitiſſet, doctiſſimam cum Judæo quodam diſputationem habuit, quam poſtea in formam dialogi redegit, & eidem S. Anſelmo dicavit, hoc titulo* De fide Eccleſiæ contra Judæos. *Quem librum, ut & alia plurima ejusdem opera, in Bibliothecis Angliæ ms. exſtare Joannes Piſæus narrat, in Catalogo Scriptorum Angliæ.*

Cap. 7. EMUNDUS, monachus Cantuarienſis, ſcripſit vitam Anſelmi Cantuarienſis Archiepiſcopi. Item ſcripſit alium librum de diſcordia inter Wilhelmum Anglorum Regem & eundem Anſelmum Archiepiſcopum.

Schol. Emundus *ſive* Edmundus, *monachus Cantuarienſis, magiſtri ſui S. Anſelmi Cantuarienſis Archiepiſcopi vitam litteris conſignavit, & alia a Piſæo recenſita. Claruit anno milleſimo centeſimo viceſimo.*

Cap. 8. HILDEBERTUS, ex Cenomanenſi Epiſcopo Archiepiſcopus Turonenſis, qvi claruit tam proſa qvam metro: ſcripſit eleganti metro vitam Mariæ Ægyptiacæ. Expoſuit etiam metrice totum Miſſæ ordinem. Scripſit etiam diverſas ad diverſos Epiſtolas, verborum venuſtate egregias, ſententiis utiles, & ſententiarum coloribus adornatas.

Schol. Hildebertus *ex monacho Cluniacenſi, S. Hugonis diſcipulo, Cenomanenſis Epiſcopus, dein Turonenſis Archiepiſcopus, obiit anno* 1136. *XV. Kalendas Januarii. Deſcripſit facili & eleganti metro* Ordinem Miſſæ, *ſive* De concordia veteris ac novi ſacrificii; *item* Sermones, Epiſtolas, *& alia qvæ in Bibliotheca veterum Patrum, & alibi ſeorſim excuſa leguntur. Inſuper* vitam S. Mariæ Ægyptiacæ; *a Paulo diacono Neapolitano, ſupra pag.* 101, *memorato, e Græco Latine redditam, eleganti verſu expreſſit. Cujus exemplar ms. exſtat in variis Franciæ ac Belgii bibliothecis. Demum ſcripſit* Epiſtolam valde piam ad Cartuſianos in Monte Dei; *qvod eſt diœceſis Remenſis cœnobium nobile, a Petro Cellenſi & aliis eximie laudatum.*

Cap. 9. BERNARDUS, ex monacho Ciſtercienſi Abbas & fundator monaſterii Claræ-vallenſis, talis ac tantus in religioſa converſatione & in doctrina fuit, ut minus ad ejus laudem ſit qvidqvid ab homine dici poteſt. Diſputator ſubtilis, & orator vehemens ad qvamcumqve materiam vertit ingenium, verba habuit apta negotio, qvod contenderat, perſuadendo. Hujus opuſculorum indiculum texere ſupervacuum puto, cum in tantum vulgata ſint, ut ea neſcire non poſſit qvi aliud ſcire poteſt.

Schol. Bernardus *Claram-Vallem, tertiam Ciſtercii filiam, in diœceſi Lingonenſi & Comitatu Campaniæ, ad Albam fluvium, anno milleſimo centeſimo decimo qvinto fundavit, & ibidem anno Chriſti milleſimo centeſimo qvinqvageſimo tertio, ætatis ſexageſimo tertio, animam Deo reddidit. Vitam ejus ſcripſerunt* Guilielmus *Abbas S. Theoderici*, Bernardus *Abbas Bona-Vallis*, & Goedtridus *monachus Claravallenſis. Opera ejus omnia junctim ſunt edita Pariſiis, Antverpiæ & alibi.* Fontanis *prope Divionem in Ducatu Burgundiæ, in natali fundo S. Bernardi, anno milleſimo ſexcenteſimo octavo, monachi reformatæ Congregationis Fulienſis novum a fundamentis cœnobium excitarunt, Ludovico XIII. Francorum Rege favente. Beurardi memoria colitur in Marty rolog. Rom. 20. Auguſt.*

Cap. 10. WILHELMUS, ex Abbate S. Theoderici monachus Clarevallenſis, adhuc Abbas ſcripſit Epiſtolam ad Fratres de Monte Dei, ordinis Cartuſienſis, ipſius ordinis ſectatoribus valde utilem. Incepit etiam ſcribere vitam beati Bernardi; & uno libro ſcripto, morte præventus ipſum opus conſummare non potuit.

Schol. Guilielmus *primum Abbas S. Theoderici, congregationis Cluniacenſis, poſtea monachus Clarevallenſis, ſcripſit* Meditationes, *Antverpiæ* 1550. *&* 1590. *excuſas: item* librum primum vitæ S. Bernardi, *Abbatis Clarevallenſis, cum qvo ibidem vixit.*

Cap. 11 ERNALDUS, Abbas Bonæ Vallis, vitam S. Bernardi in qvatuor libris, præter illum qvem Abbas S. Theoderici Wilhelmus ſcripſerat, explicavit; multa hinc inde tangens, qvæ ipſi pertinere videbantur ad materiam qvam ſcribebat. Commentatus eſt etiam ſuper qvinqve vel ſex ultimis verbis Domini in Cruce, multipliciter ac ſubtiliter inde diſputans.

Schol. Ernaldus, *aliis* Bernardus, *Trithemio* Arnoldus, *Abbas Bona-Vallis in Diœceſi Viennenſi, ſcripſit libros IV. vitæ S. Bernardi Clarevallenſis.*

Cap. 12 GISLEBERTUS, Abbas ordinis Ciſtercienſis, imitatus beatum Bernardum in qvantum potuit, ſermones compoſuit in qvibuſdam capitulis Cantici canticorum, ab iſto ſcilicet loco, in lectulo meo per noctes &c. ſubtiles qvidem & valde ſpirituales, ſed revera beati Bernardi eloqventiæ & ſenſibus impares.

Cap. 13. ADILREDUS, & ipſe Abbas ordinis Ciſtercienſis, ſcripſit opuſculum qvoddam qvod prætitulavit Speculum charitatis, magnæ utilitatis viris religioſis, & ſententiis ſpiritualibus valde refertum. Scripſit etiam homiliam devotiſſimam in Evangelio ſecundum Lucam. Cum eſſet Jeſus annorum duodecim.

Schol. Adilredus, *alias* Ealredus, *Rievallis apud Anglos in diœcesi Eboracensi Abbas, ord. Cistercienſis, S. Bernardo coætaneus, obiit circa annum milleſimum centeſimum ſexageſimum ſextum. Scripſit opuſcula varia, qvæ ex mss. codicibus Richardus Gibbonus, S. T. Presbyter, Duaci* 1616. *edenda curavit. Iſte poſterior fuit* Edilredus Abbas Wardenſis *in Anglia, ex eodem ordine Cistericenſi; utpote qui anno milleſimo ducenteſimo viceſimo floruit. Pitſeus & alii rerum Anglicarum ſcriptores conſuli poterunt.*

Cap. 14. MAURITIUS Epiſcopus Pariſienſis, in eadem civitate Theologicæ ſcholæ rector, ſcripſit ſermones per totum annum; tam de Dominicis qvam de Feſtivitatibus, ſimplices & ad declamandum populo habiles. Exhortationes etiam ſcripſit breviter Presbyteris, ad curam animarum fideliter adminiſtrandam.

Schol. Mauritius, *Pariſienſis Epiſcopus, Turonenſi concilio an.* 1163. *interfuit*, & primus (*ut in ejus epitaphio apud Victorinos legitur*) baſilicam S. Mariæ Virginis inchoavit *Pariſiis; obiitque anno milleſimo centeſimo nonageſimo ſexto.*

Cap. 15. PETRUS Cantor Pariſienſis, & ipſe etiam Theologicæ ſcholæ rector, ſcripſit librum, qvi a ſui principio Verbum abbreviatum nominatur, magna utilitate plenum. Scripſit etiam alium librum, qvem vocavit Grammaticam Theologorum, ad intellectum ſacræ Scripturæ in multis locis ſatis utilem.

Schol. Petri, *Cantoris Pariſienſis*, tractatum contra monachos proprietarios, *deſumptum ex opere ejus, cui titulus eſt* Verbum abbreviatum, *Marneſſius Pariſiis excudit, cum aliis ejuſdem argumenti tractatibus.*

Cap. 16 PETRUS dictus Abailardus, Dialecticæ peritia, imo omnium liberalium artium inſignis, Theologicæ ſcholæ rector, ſcripſit librum, qvem vocavit Theologiam ſuam, & alium, qvem appellavit Scito te ipſum, & qvædam alia: ſed a beato Bernardo Clarevallenſi Abbate, hæretica aliqva in ſcriptis ſuis ſenſiſſe, convictus eſt in Concilio Senonenſi.

Schol. Petri Abailardi *nomen anno milleſimo centeſimo qvadrageſimo ad Innocentium II. Papam delatum eſt, S. Bernardi Clarevallenſis potiſſimum interventu: qvia ad diſputandum ab eo provocatus, ipſum in plena Synodo Senonenſi convicit atqve elinguem reddidit. A qva Synodo cum ad Sedem Apoſtolicam appellaſſet, pari modo ab Innocentio Pontifice condemnatus eſt, una cum diſcipulo ſuo* Arnoldo Brixienſi. *Porro cum Romam verſus iter Abailardus dirigeret, divertit* Cluniacum; *cujus loci Abbatem* Petrus Venerabilis *tunc agebat. Qvo qvidem agente, non ſolum errores omnes abjuravit, & cum S. Bernardo Clarevallenſi amica colloqvia habuit, ſed & monachus Cluniaci factus, ibidem pœnitens pie obdormivit: ut ex ejuſdem Petri epiſtolis 3. & 20. lib. 5. conſtat. Sepultus jacet in* cœnobio Paracletico, *monialium Benedictinarum, in diœcesi Tricaſina: qvod cœnobium ipſe Abaillardus anno milleſimo centeſimo tricesimo a fundamentis excitarat, & in qvo moniales, ſub regimine* Heloiſæ, *conjugis qvondam ſuæ, collocarat. Qva qvidem Heloiſa trium linguarum eruditarum, atqve in primis Græcæ, peritia excellit. Cujus rei indicium eſt, qvod illius cœnobii moniales qvotannis feſto die Pentecoſtes officium divinum Græco idiomate celebrent. Exſtat Innocentii II. Papæ diploma, anno* 1131. *Antiſiodori datum, qvo dicti Monaſterii inſtitutionem ſua auctoritate confirmavit.*

Innocentius Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, dilectis in Chriſto filiabus, Heloiſæ Prioriſſæ, ceteriſqve in oratorio S. Trinitatis, qvod in pago Trecenſi, in Parochia *Qvincey* ſupra fluvium Arduconem ſitum eſt, divino famulatui mancipatis, tam præſentibus qvam futuris in perpetuum. Dilectæ in Domino filiæ, veſtris juſtis poſtulationibus aſſenſum præbentes monaſterium S. Trinitatis, in qvo divino vacatis ſervitio, ſub Apoſtolicæ Sedis protectione ſuſcipimus, & præſentis ſcripti pagina communimus: ſtatuentes ut qvaſcumqve poſſeſſiones, qvæcumqve bona inpræſentiarum juſte & legitime poſſidetis, aut in futurum poteritis adipiſci, firma vobis in perpetuum & illibata permaneant. Datum Autiſiodori, per manum Alderici S. R. E. Diaconi Cardinalis & Cancellarii, IV. Kalendas Decembris, Indictione X. Incarnationis Dominicæ anno milleſimo centeſimo triceſimo primo, Pontificatus vero Domini Innocentii II. Papæ anno ſecundo. *Hæc ex Promptuario ſacrarum Antiqvitatum Tricaſina diœceſis a Nicolao Camuzato* 1610. *Trecis edito, potiſſimum hauſimus.*

Cap. 17. GILEBERTUS cognomento Porreta, ex Magiſtro Theologicæ ſcholæ Pariſiis Pictavenſis Epiſcopus, ſcripſit in Apoſtolum & in Pſalmos. Commentatus eſt etiam in Boetium de Trinitate; ſed a Bernardo hæreſeos notatus in Concilio Remenſi, coram Eugenio Papa convictus eſt.

Schol. Gilbertus Porretanus, *ex Doctore Theologo ſchola Pariſienſis, Epiſcopus Pictavorum* (*a S. Bernardo, Sermone* 80. *in Cantica, de hæreſi notatus, & in Remenſi Concilio per eundem convictus*) *ſcripſit* commentaria in omnes epiſtolas D. Pauli. *Ita Molanus in ms. Bibliotheca ſacra Gilbertus porro errores omnes ejuravit in Remenſi Synodo, coram Eugenio III. Papa, anno milleſimo centeſimo qvadrageſimo octavo, præſente S. Bernardo: ſicqve ad Epiſcopatum ſuum reddire permiſſus eſt.*

Cap. 18 JOANNES Beleth, & ipſe Theologicæ ſcholæ rector Pariſiis, ſcripſit Summam de divinis officiis, de perſonis, de temporibus, & multis aliis rebus lectoti utilis continentem.

Scheck

Schol. Joannis Belethi Rationale divinorum officiorum *editum eſt Antverpiæ* 1553. *cura Cornelii Laurimanni, & poſtea Dilingæ, Venetiis, iterumque Antverpiæ, & alibi. Claruit anno milleſimo centeſimo ſexageſimo ſecundo.*

Cap. 19. WALTERUS inſulis oppido Flandriæ oriundus, Magalonenſis Epiſcopus, expoſuit Pſalterium limato ſermone, ad petitionem Præpoſiti & clericorum Inſulenſis Eccleſiæ.

Cap. 20. WALTERUS dictus de Caſtellione, Inſulis oriundus ( unde eſt ejus illud monaſticum, Inſula me genuit, rapuit Caſtellio nomen) ſcripſit geſta Alexandri Magni eleganti metro. Qvi liber in ſcholis Grammaticorum tantæ dignitatis eſt hodie, ut præ ipſo veterum Poetarum lectio negligatur.

Schol. *Binos* Walteros *ſive* Gualteros, *Inſula (qvæ urbs eſt Gallo Flandriæ, mercatu celebris) natos recenſet Henricus Gandavenſis, eumque ſecutus Sixtus Senenſis. Sed Valerius Andreas in Bibliotheca Belgica cenſet unum eumdemque fuiſſe, qui hoc capite 20. & cap. 29. memoratur; dicitque claruiſſe circa annum milleſimum ducenteſimum quinquageſimum quintum. Exſtant autem* libri decem Alexandreidos *ſive* De geſtis Alexandri Magni, *a Philippo Gualtero Caſtellionenſi, verſu heroico, nec infelici, ad Gnilielmum Remenſem Epiſcopum ſcripti: Argentorati* 1513. *Ingolſtadii, & Lugduni* 1558. *typis editi.*

Cap. 21. ALANUS Inſulis oriundus, liberalium artium peritus, Pariſiis eccleſiaſticæ ſcholæ prætuit, & ingenii ſui monumenta relinqvens, ſcripſit Summam ad prædicationis officium utilem. Et qvia metro multum claruit, ſcripſit metrice Poeticen, excogitata materia de viro optimo, & in omnibus perfectiſſimo: qvem librum vocavit Anticlaudianum. Scripſit & alium partim metro, partim proſa, qvem vocavit Planctus naturæ. Scripſit & alium de naturis qvorumdam animalium.

Schol. Alanus Inſulenſis, *Gallo Flander, ob multiplicem doctrinam nuncupatus* Doctor univerſalis, *ex Theologo Pariſienſi monachus Clarevallenſis, anno milleſimo centeſimo tricesimo nono a S. Bernardo conſtitutus eſt primus* Abbas Ripatorii, *in diœceſi Trecenſi. Exinde ob pietatem atque eruditionem anno milleſimo centeſimo quinquageſimo primo creatus eſt* Epiſcopus Autiſiodorenſis. *Sed veteris ſolitudinis deſiderio tactus, anno milleſimo centeſimo ſexageſimo ſeptimo, permittente Alexandro Romano Pontifice, ad Claram-Vallem rediit (ut Robertus Chronographus Autiſiodorenſis narrat) & ibidem ſub annum milleſimum centeſimum octogeſimum ſecundum obiit; ſepultus eodem in monaſterio juxta* Gotridum *Epiſcopum Lingonenſem. Camuzatius, in Notis marginalibus ad Chronicon Autiſiodorenſe, dicit hodieque in Ripatorio aſſervari teſtamentum Alani, ſcriptum anno milleſimo centeſ. octogeſimo ſecundo.*

*Caterum ex variis Alani monumentis exſtat* commentarius in Cantica canticorum, *Pariſiis* 1540. *editus: item* Parabolæ *carmine elegiaco conſcriptæ, quas* Doctrinale altum *vocat: item* Anticlaudianus *ſive* De viro optimo libri novem, *verſu pariter conſcripti: quos ſine auctoris nomine Baſileenſes* 1536. *typis publicarunt. Sed libros iſtos Alani fœtum eſſe certum conſtat, cum ex Henrici Gandavenſis teſtimonio, tum ex variis mſs. Codicibus, qui Alani nomen diſerte præferunt. Liber ejus* De planctu naturæ, *contra Sodomiæ vitium, partim metro, partim ſoluta oratione, exſtat ms. Oxonii in Anglia, in Balliolenſi bibliotheca & alibi.*

Cap. 22. PETRUS qvidam de Riga cognomine, Remenſis Eccleſiæ clericus, Heptateuchum, duos libros Regum, Evangelia etiam ſcripſit metrice; non ſolum hiſtoricum ſenſum, ſed etiam allegoricum, in qvantum potuit, breviter exprimens.

Schol. Aurora Petri de Riga ( *ſic vocat Biblia carmine a ſe reddita*) *qvondam exſtitit manuſcripta apud Martinum Antonium Delrium, S. I. Theologum, noſtrum Lovanii Doctorem.*

Cap. 23. MATTHÆUS, oppido Vindocinenſi oriundus, ſcripſit metrice Tobiam, ad Bartholomæum Archiepiſcopum Turonenſem.

Cap. 24. SIMON, Tornaci oriundus, ex Dialectico ſubtiliſſimo, imo omnium liberalium artium fere ſui temporis peritiſſimo, Theologicæ etiam ſcholæ Pariſiis cathedram meruit aſcendere magiſtralem, in qva plurimos habuit auditores. Scripſit librum qvem vocavit Sententiarum ſuarum. Scripſit etiam Qvæſtiones ſuas, qvas in ſcholis ſuis diſputatas determinavit Pariſiis. Expoſuit etiam Symbolum, qvod dicitur Athanaſii, ſubtiliter. Sed dum nimis & in hoc & in aliis ſcriptis ſuis Ariſtotelem ſeqvitur, a nonnullis modernis hæreſeos argvitur.

Schol. *Lucubrationum iſtarum auctorem non ſolum Henricus Gandavenſis, ſed & Trithemius Belgis annumerat, &* Simonem Tornacenſem *nuncupat. Britanni ſcribunt, ipſum fuiſſe Anglum, ordine Presbyterum, & vocant* Simonem Thurnaium, *a Polydoro Virgilio lib. 15. hiſt. Angl. memoratum.*

Cap. 25. HUGO Clericus ſancti Victoris, prope Pariſios, vir religioſus & doctiſſimus, multa ſcripſit opuſcula. Expoſuit Hierarchiam Dionyſii ſubtiliſſime. Scripſit etiam librum, qvem vocavit Sententiarum ſuarum. Scripſit de Sacramentis veteris & novæ legis codices duos, multarum partium & capitulorum ſinguloſ. Scripſit & alios libros de ſpirituali ædificio, de ſcientia, de vanitate & arca Noe. Expoſuit trifarie lamentationes Hieremiæ. Expoſuit Canticum beatæ Virginis. Reſpondit cuidam, beatæ Virgini Mariæ cum derogatione obloqventi & calumnianti, qvod

Virgo virginum diceretur. Expoſuit multos verſus de Pſalmis compendiose. Scripſit & alium librum, qvem vocavit Didaſcalicon.

Schol. Hugo *natione Saxo, Canonicorum regularium cœnobii Victorini, ad muros urbis Pariſienſis, Abbas, doctrinæ & phraſeos S. Auguſtini æmulator fuit: adeo ut* Lingua S. Auguſtini, *communi eruditorum ſui temporis adagio, nuncuparetur. Æqualis fuit S. Bernardi: ut ex hujus epiſtola ad ipſum Hugonem conſtat. Opera ejus Pariſiis* 1526. *Venetiis* 1588. *& poſtremo Moguntiæ* 1617. *fuerunt excuſa, curante Thoma Carzonio.*

Cap. 26. RICHARDUS, & ipſe Clericus ſancti Victoris, prope Pariſios, vir Religioſus, multa ſcripſit opuſcula, religioſis & ſpiritualibus convenientia. Scripſit de duodecim Patriarchis, ſumpto themate ab hoc verſu Pſalmi, Benjamin adoleſcentulus in mentis exceſſu; docens qvaſi expertus, qvaliter ad contemplationis gratiam poſſit aſcendere contemplativæ vitæ qvilibet ſtudioſus. Scripſit & alios ſex libros de contemplatione, ſumpto themate ab hoc verſu, Surge Domine in reqviem tuam, tu & arca ſanctificationis tuæ: tam proprie & expreſſe proſeqvens univerſa, qvaſi qvi omnia legiſſet in libro experientiæ. Scripſit & aliud opuſculum, qvod appellavit, de exterminatione mali, & promotione boni, ſumpto themate de illo verſu, Qvid eſt tibi mare qvod fugiſti &c. Scripſit & de verbis Eſaiæ Prophetæ, Omne caput languidum, egregium opuſculum, qvod appellavit, De ſtatu hominis poſt lapſum. Scripſit & contra Judæos & contra judaizantes noſtros, de hac propheria Eſaiæ, Ecce virgo concipiet: De myſtico ſomnio Nabuchodonoſor, ſicut legitur in Daniele Propheta. Scripſit & de conſideratione egregium librum: de Pſalmis, de verbis Eſaiæ, & aliis Scripturarum locis plurima diſſeruit, omnia moraliter & ſubtiliſſime, in contemplativam vitam dirigens ſemper intentionem diſputationis ſuæ. Scripſit & de Actibus Apoſtolorum, de lectione illa, Miſit Herodes Rex manus; moraliter exponens qvid ſignificet captivitas illa, & liberatio Apoſtolica. Scripſit & ſex libros de Trinitate, non Scripturarum auctoritate, ſed ratione procedens. In qvo opere mirari poteſt commune humanum ingenium, qvod eo uſqve pervenire potuit unius hominis ingenium.

Schol. Richardus Victorinus, *natione Scotus, in eodem cœnobio cum Hugone, ſuperiore capite laudato, ad muros Pariſienſes vixit, & S. Bernardo Clarevallenſi amiciſſimus fuit: ut ex libris, qvos ad hunc Richardus ſcripſit, datur intelligi. Exſtant opera ejus duobus tomis comprehenſa. Inter alia habentur* libri qvatuor Exceptionum *qvos non eſſe legitimum Richardi fœtum, ſed alterius cujuſpiam ætate poſteriori, Bellarminus notat in Catalogo.*

Cap. 27. STEPHANUS, natione Anglicus, Pariſiis liberalium artium ſcholis præfuit; inde Theologicæ ſchölæ præſidens, Theologiam celeberrime docuit. Totam Scripturam primus medullitus & moraliter cœpit exponere. In Pentateuchum, & in Regum libros moralitates ſuas litteris mandatas reliqvit. Scripſit & in XII. Prophetas, ipſos moraliter & ſubtiliter, ſecundum modum ſcholaſticæ lectionis, exponens.

Cap. 28. MANEGUNDUS ingenii ſui monumenta, in expoſitione Pſalmorum & Epiſtolarum Pauli, poſteris reliqvit.

Schol. *Manegoldo Teutoni tribuuntur a nonnullis commentarii in Pſalmos, adſcripti Remigio Autiſiodorenſi Epiſcopo: ſuntqve typis editi Coloniæ* 1536. *in Folio.* Ita Molanus in ms. Bibliotheca ſacra.

De Remigio Autiſiodorenſi ſic idem Molanus citato libro: *Remigius Autiſiodorenſis Epiſcopus, ordinis S. Benedicti, ſcripſit commentaria in undecim minores Prophetas poſteriores; a Joanne Hentenio, Theologo Lovanienſi, cum Oecumenio* 1545. *Antverpiæ edita: item in Pſalmos commentarium, Coloniæ* 1536. *in folio excuſum; cum dubitatione tamen, cum ſit Manegoldi Teutonis. Claruit anno octingenteſimo octogeſimo.* Ceterum inter Epiſcopos Autiſiodorenſes, nullus invenitur *Remigius* apud Robertum Chronographum Autiſiodorenſem, nec apud Claudium Robertum in Gallia Chriſtiana. Meo itaqve judicio, ſcriptor iſte Remigius fuit Monachus Autiſiodorenſis, non autem Epiſcopus.

Cap. 29. PETRUS, Abbas Cluniacenſis, ſcripſit ad diverſos diverſas Epiſtolas, ſententiis utiles, & verborum venuſtate placentes. Scripſit etiam Viſiones & Revelationes qvibuſdam ſuo tempore oſtenſas.

Schol. Petrus Mauritius *cognomento* Venerabilis, *nobili genere in Arvernia natus, primum miles, dein Monachus, ac demum Abbas Cluniacenſis nonus anno milleſimo centeſimo vigeſimo tertio creatus, obiit Cluniaci plenus dierum, anno milleſimo centeſimo qvinqvageſimo ſeptimo, VIII. Kalendas Januarias. Scripſit* libros ſex Epiſtolarum ad diverſos; *item* libros duos de miraculis ſui temporis: *item* librum, *per modum epiſtolæ,* adverſus errores Petri Bruiſii, *& alia, qvæ ad mss. codices recognita, ſtudio Martini Marrerii & Andreæ Qvercetani, leguntur in Bibliotheca Cluniacenſi. Lutetiæ excuſa, itemqve in Bibliotheca veterum Patrum, tomo* 12 *editionis Colonienſis poſtremæ.*

Cap. 30. ANSELMUS, ſæcularium litterarum & divinarum valde peritus & ſtudioſus, ex ſcriptis ſanctorum Patrum excerpens congruas ſententias, totum vetus & novum

novum Teſtamentum interliniari & marginali gloſſa gloſſavit; opus valdè utile relinqvens poſteris doctrinæ Theologicæ ſtudioſis.

Schol. Anſelmus Laudunenſis Scholaſticus *claruit circa annum milleſimum centeſimum; ſcripſitqve* Gloſſam interlinealem, *qva omnium manibus teritur, cum Gloſſa ordinaria & Nicolai Lirani. Huic Anſelmo Laudunenſi attribuuntur* commentaria in Cantica, & in Apocalypſim, *qva habentur inter opera S. Anſelmi Cantuarienſis è qvatuor tomis Coloniæ 1612. excuſa. Edmerus certè, qvi minutè omnia Anſelmi Cantuarienſis opuſcula enumerat, horum commentariorum non meminit.*

Cap. 31 PETRUS Lombardus, Theologicæ ſcholæ Pariſiis præſidens, ſcripſit qvatuor libros ſententiarum, opus magnum & arduum: qvo opere uſqve hodie vel maxime utuntur ſtudia Theologorum. Inveniuntur etiam Sermones aliqvi, de diverſis ſolennitatibus ab ipſo ſcripti.

Schol. Petrus Lombardus, *vulgo* Magiſter ſententiarum *nuncupatus, Novariæ in Inſubria (qvæ a Longobardis, olim incolis, Longobardia hodieqve ſim Lombardia dicitur) natus eſt. Ex Doctore Theologo Pariſienſis Canonico Carnotenſi Pariſienſis Epiſcopus creatus, biennio circiter præfuit; obiitqve ſub annum milleſimum centeſimum qvinqvageſimum nonum, ſepultus in templo ſuburbano S. Marcelli Pariſienſis: ubi epitaphium iſtud, tumulo marmoreo inſculptum, me legere memini:* Hic jacet magiſter Petrus Lombardus, Pariſienſis Epiſcopus, qvi compoſuit librum Sententiarum, gloſſas Pſalmorum & Epiſtolarum: cujus dies obitus eſt XIII. Kalendas Auguſti.

*De eo ſic Molanus in ms. Bibliotheca Sacra:* Petrus Lombardus Novarienſis, Epiſcopus Pariſienſis, ſcribit libros qvatuor Sententiarum (a qvibus eum Theologorum ſcholæ ſingulari veneratione Magiſtrum ſententiarum appellant) qvi cum concluſionibus Henrici Gorichemii, & condemnatis erroribus, editi ſunt Venetiis, Pariſiis, Coloniæ, & Lovanii. Extant autem in iſtos qvatuor Sententiarum libros innumerabilia diſputationum & commentariorum volumina. Collegit præterea commentarios in Pſalmos, 1541. Pariſiis in Folio excuſos. Item anno milleſimo centeſimo qvadrageſimo ſcripſit commentarium in S. Paulum, ibidem 1535. ad heredibus Badii publicatum. Jovius, lib. 3 Hiſtoriarum, ſcribit eum oriundum oppido, qvod vulgo *Lumen omnium* dicitur: unde etiam a qvibuſdam *Lumen omnium* eſt appellatus.

*Ceterum ut* Gratianus, *Petro Lombardo coævus, ſacros Canones unum in corpus collegit, & Canoniſtarum qvaſi Magiſter fuit; ſic* Lombardus *veterum Patrum ſententias collegit, & Theologorum Scholaſticorum ac Sententiarum Magiſter dici meruit. Fallitur tamen, qvi* Gratianum, Petrum Lombardum & Petrum Comeſtorem *germanos fratres fuiſſe aſſerunt.* Gratianus *enim Etruſcus fuit, ex oppido Cluſio;* Lombardus *autem Inſuber, Novarienſis, ut paulo ante diximus;* Comeſtor *vero Gallus, patria Trecenſis. Qvamvis autem P. Lombardus vocetur Magiſter, non tamen omnia probantur qvæ Magiſter docuit. Notantur enim articuli ſex & viginti, in qvibus Magiſtri opiniones non admittuntur: ut ex additione, libris Magiſtri ſubjuncta, typiſqve excuſa, datur intelligi. Videatur & Bellarminus in Catalogo.*

*Porro Petro Lombardo in Epiſcopatu ſucceſſit* Mauritius de Soliaco, *ſupra cap. 14. ab Henrico Gandavenſi laudatus. Mauritio anno 1196. defuncto ſuffectus eſt* Odo de Soliaco: *cujus ſanctiſſimæ* Conſtitutiones *in Bibliotheca veterum Patrum leguntur.*

Cap. 32. PETRUS dictus Manducator, Trecis oriundus, ſtudens utilitati in Theologia ſtudentium, omnes hiſtorias veteris ac novi Teſtamenti breviavit in unam Hiſtoriam, qvam vocavit Scholaſticam; qvæ in duas partes dividitur a qvibuſdam. Inveniuntur etiam ſub ejus nomine Sermones plurimi, ſatis morales, diverſis anni feſtivitatibus deputati.

Schol. Petrus Comeſtor *ſive* Manducator, *civis & Decanus Trecenſis Eccleſiæ,* Magiſter Hiſtoriæ ſcholaſticæ *nuncupatus,* Hiſtoriam ſacram, *libris XVI. ex veteris ac novi Teſtamenti libris hiſtorialibus concinnatam, edidit. Verbis porro ſacris multa ex Gloſſis & ex profanis auctoribus inſeruit, & non raro dubias aut incertas narrationes admiſcuit. De eo ſic Molanus in ms. Bibliotheca ſacra:* Petrus Comeſtor Trecenſis, dictus Magiſter hiſtoriarum ſcripſit Hiſtoriam, qvæ ſcholaſtica nominatur, excuſam Argentinæ 1483. & alibi. Meminit etiam Trithemius libri de laudibus Mariæ, qvem in 8. excuſum legi: ſed opinatur Mariam ſine peccato conceptam eſſe ex particula feminis, qvæ ex Adamo per omnes generationes incorrupta deſcenderit. Vixit anno milleſimo centeſimo ſexageſimo, *Ita Molanus.*

Cap. 33. ALTER qvidam Petrus, ut qvidam putant, ille de Corbolio, Senonenſis Archiepiſcopus totum Apoſtolum expoſuit ſubtiliter & copioſe, appoſitis ſanctorum Patrum ſententiis, locis ſingulis convenientibus.

Schol. Petrus de Corbolio, *ex Cameracenſi Epiſcopo Senonenſis Archiepiſcopus, obiit anno milleſimo ducenteſimo vicesimo ſecundo, ſepultus in ſua baſilica metropolitana. Cum Pariſiis Theologiam publice explicaret, inter alios diſcipulum habuit Lotharium Anagninum, qvi poſtea* Innocentius III. Papa *fuit:* Sub cujus (*inqvit ipſe Innocentius lib. 1. epiſt.*) magiſterio nos aliqvando fuiſſe, in memoriam reducimus, & ab eo divinarum audiviſſe paginam Scripturarum; qvod volumus reputare glorioſum.

Cap. 34. ALEXANDER, hujus nominis Papa tertius, Epiſtolas Decretales ſui temporis, in unum codicem redactas Conſulta Alexandri voluit nominari. *Obiit anno 1181.*

Cap. 37. INNOCENTHIS, hujus nominis Papa tertius, expoſuit ſubtiliſſime Canonem Miſſalis officii. Expoſuit etiam ſeptem Pſalmos pœnitentiales, juxta uſum litteræ, qvo utitur Romana Eccleſia. Edidit ad diverſos diverſas Decretales Epiſtolas, qvibus utuntur hodie Juris Canonici periti, & ejuſdem Juris ſtudioſi, tam in judiciis qvam in ſcholis.

Schol. Innocentius III. Papa *anno milleſimo centeſimo nonageſimo octavo ſedere cœpit, & anno milleſimo ducenteſimo decimo ſexto vivere deſiit, Ante pontificatum dictus fuit* Lotharius Anagnius, *& Theologiæ ſtudiis operam dedit Pariſiis, ſub diſciplina* Petri Corbolienſis, *ſupra cap.* 33. *laudati. Innocentii III. opera tomis duobus Coloniæ* 1575. *fuerunt excuſa.*

Cap. 36. HUGO Abbas, dictus Farſitus, ſcripſit miracula multa beatæ Virginis, qvæ faciebat in eccleſia ejuſdem glorioſæ Virginis Sueſſionis. *Sigeberti Chronicon vide.*

Cap. JACOBUS de Vitreio, Epiſcopus Aconitanus, ſcripſit* ad diverſos diverſas Epiſtolas, ad ſtatum tranſmarinarum partium pertinentes. Scripſit etiam Hiſtoriam qvam vocavit Orientalem; in qva multa expreſſit de rebus ibi geſtis, ex qvo Occidentales loca illa primo armis vindicare cœperunt. Expoſuit etiam diligenter errorem illum, qvem induxit genti Arabum perditus ille Mahomas; in qvo errore infelix illa gens uſqve hodie pertinaciter perſeverat. * al. *Anconitanus*; vitiose.

Schol. Jacobus de Vitriaco, *primum Aconenſis in Syria, dein Tuſculanus Epiſcopus & S. R. E. Cardinalis, Sediſque Apoſtolicæ in Terra ſancta, in Germania, in Francia olim Legatus, natus eſt Argentolis, qvod eſt diœceſis Pariſienſis oppidum ad Sequanam fluvium. Obiit Romæ anno milleſimo ducenteſimo quadrageſimo quarto, & corpus ejus Romæ (ut extremæ voluntatis tabulis mandaverat) tranſportatum eſt* Ogniacum, *qvod eſt cœnobium Canonicorum regularium ad Sabim fluvium in diœceſi Namurcenſi. Scripſit* libros tres hiſtoſtoriæ Orientalis & Occidentalis, *cura Bongarſii anno* 1611. *Hanoviæ, tomo I. Hiſtoria Orientalis, publicatos; Item* Sermones in Evangelia & Epiſtolas totius anni, *Antverpiæ* 1575. *excuſos. Inſuper* uitam B. Mariæ Ogniacenſis *libris duobus eſt complexus; tertium* Thomas Cantipratanus, *infra cap.* 51. *memorandus, adjecit. Exſtant ii libri a Surio editi, a. d.* 23. *Junii. Ejuſdem Jacobi Vitriaci* Sermones de ſanctis, *& alia opera exſtant mſs. in bibliothecis variis.*

Cap. JOANNES dictus de Abbatis villa, ex Magiſtro Theologiæ Pariſiis, Archiepiſcopus Biſontinus, & inde Romæ Epiſcopus Cardinalis, ſcripſit Sermones tam de Dominicis qvam de feſtivitatibus. Lectiones Evangelicas & Apoſtolicas breviter expoſuit; poſt hæc apponens Sermones valde prolixos, tot inductis Scripturarum ſanctarum teſtimoniis, qvod vix poſſint memoriæ commendari.

Schol. Joannes Algrinus, *de Abbatis villa, ex Doctore Theologo Pariſienſi Biſuntinus in Burgundia Archiepiſcopus, poſtea anno* 1227. *a Gregorio XI. Cardinalis & Epiſcopus Sabinenſis creatus, anno milleſimo ducenteſimo triceſimo tertio abſolvit commentarium ſuum* in Cantica canticorum, *Pariſiis a Badio* 1521. *excuſum. Ex qvo liqvet labi Sixtum Senenſem, qvi ipſum anno* 1450. *floruiſſe ſcribit.*

Cap. FRANCO Abbas Affligemenſis, rogatus a domino Fulgentio prædeceſſore ſuo anteqvam ipſe dominus Franco Abbas eſſet, ſcripſit opuſculum qvod appellavit De gratia Dei. Et anteqvam conſummaret idem opuſculum, decedente Abbate Vincentio,* ipſe ſucceſſit, & jam Abbas factus prædictum opuſculum conſummavit, in ejusdem opuſculi fine laudes ſui prædeceſſoris declamans. Metrice etiam ſtatum ſuæ gloriæ eleganter deſcripſit. *Fulgentio.

Schol. Franco *illuſtris monaſterii Affligemienſis in Brabantia, ordinis Benedictini, Abbas anno M.C.XI. creatus, jubente prædeceſſore ſuo Fulgentio, ſcripſit* libros XII. De gratia ſeu beneficentia Dei, *Antverpiæ* 1565. *& Friburgi* 1620. *excuſos.*

Cap. 40. HUGO ordinis fratrum Prædicatorum, qvi primus ex illo ordine cathedram Theologiæ meruit aſcendere magiſtralem, totum corpus veteris ac novi Teſtamenti dicitur poſtillaſſe. Diffuſius tamen ſcripſit in Pſalmos & in Lucam, & in Danielem prophetam.

Schol. Hugo de S. Caro, *aut (ut ad ſepulcrum ejus legitur)* de S. Theodorico, *primus ex ordine Prædicatorum Cardinalis* 1244. *ab Innocentio IV. creatus, ſcripſit* brevia commentaria in vetus ac novum Teſtamentum, *ſex voluminibus Baſileæ* 1504. *excuſa;* Sermones de Tempore & Sanctis, *in* 4. *Pariſiis editos:* Speculum ſacerdotum & Eccleſiæ, 1554. *Lovanii publicatum. Obiit anno milleſimo ducenteſimo quarto. Dicunt eum primum excogitaſſe* Concordantias Bibliorum. *Sic fere Molanus in mſ. Bibliotheca ſacra. Cæterum an* commentaria in Pſalmos *ſint hujus Hugonis, non conſtat.* Concordantias Bibliorum *ab ipſo primum excogitatas fuiſſe, S. Antonius in ſua Summa hiſtorialis diſerte teſtatur: cui opera poſterorum induſtria multa adjecit. Bellarminus & alii natione* Burgundum *faciunt. Mariana rerum Hiſpanie lib.* 13, *cap.* 2. Hiſpanum, *patria* Barcinonenſem, *fuiſſe contendit.* Hugo, *inqvit*, ex Dominicano ordine Cardinalis, Barcinone patria, eximia eruditionis opinione clarus, *Bibliorum Concordantias*, infinitum pene opus, Herculea plane audacia, primus excogitavit: & qvingentorum monachorum ope

in-

adjutus perfecit : incredibili rei litterariæ proventu. Hugonis diligentiam longo post intervallo Hebraï, Græciqve imitati, utriusqve linguæ studiosorum conatus non parum juverunt.

Cap. inc. PETRUS ejusdem ordinis, Provincialis Franciæ, scripsit Sermones de Dom[illegible] & festivitatibus fere per totum annum, qvibus multi utuntur usqve ho-

Cap. 51. jusdam

tam VINCENTIUS, ejusdem ordinis, dicitur scripsisse qvotidam b. Ingenii & laboris, qvod prætitulavit Triplex Speculum, historiale, alle-

Sch[illegible] & morale; ipsum historiale non solum per sanctarum Scripturarum seriem, *tro lapi[illegible]* per sæcularium historiarum ordinem usqve ad sua deducens tempora, mul-*ubi Camer[illegible]* inde inferens studiosis lectoribus profutura.

ira[illegible]

Schol. Vincentius *Bellovacensis in Gallia Episcopus, natione Burgundus, ordinis Prædicatorum, liberalitate Philippi Valesii Gallorum Regis adjutus, scripsit* Speculum historiale, naturale & morale; libros qvatuor de gratia; librum laudum Virginis gloriosæ; librum de S. Joanne Evangelista; librum de eruditione puerorum regalium, ad Margaritam Reginam Franciæ; & librum consolatorium de morte amici, ad S. Ludovicum Regem. 1481. *Basileæ excusum. Claruit anno millesimo ducentesimo qvadragesimo qvarto, ad qvem usqve annum suam historiam deduxit. Ita Molanus in suams. Bibliotheca sacra. At Bellarminus in Catalogo ubi de scriptis S. Thomæ Aqvinatis agit, in dubium vocat, an* Speculum morale *sit fœtus Vincentii Bellovacensis, an non potius alicujus auctoris ætate posterioris. Obiit autem Vincentius anno circiter* 1256.

Cap. 43. ALBERTUS & ipse ordinis Prædicatorum, Colonienſis domus ejusdem ordinis Lector, vir undecumqve doctissimus, multa & scripsisse fertur & scribere; sed primam partem Postillarum ejus in Lucam tantum fateor me vidisse. Et ut salva pace ejus dictum sit, sicut a qvibusdam dicitur, dum subtilitatem sæcularis Philosophiæ nimis seqvitur, splendorem aliqvantulum Theologicæ puritatis obnubilat.

Schol. Albertus *cognomento* Magnus, *Lavingæ apud Suevos equestri familia natus, ordinis Prædicatorum, Episcopus Ratisponensis, crucis & passionis Christi maximus cultor, inter auditores suos habuit* Thomam Aqvinatem. *Scripsit in* XII. Prophetas, in qvatuor Evangelia; de laude Virginis, super Missus est; postillam in Apocalypsim; in libros IV. Sententiarum; Summam de admirabili scientia Dei; in officium Missæ; Sermones de Eucharistia, Tempore & Sanctis; Paradisum animæ, de virtutibus; libellum de adhærendo Deo; Artem prædicandi; tractatum de muliere forti. *Qvæ omnia partim Coloniæ, partim Moguntiæ, partim Antverpiæ & alibi fuerunt excusa. Obiit Coloniæ anno millesimo ducentesimo octogesimo, cum magna sanctitatis opinione. Librum porro* De secretis mulierum *Medici Lovanienses judicarunt nec ejus, nec cujuspiam docti esse. Ita Molanus in ms. Bibliotheca sacra.*

*Alberti vitam scripserunt* Rudolphus Noviomagansis *libris tribus, Coloniæ* 1490. *editis*, Joannes Antonius Flaminius *lib.* 3. *de Dominicanis illustribus*, & Matthæus Raderus *in Bavaria sancta. Qvæ contra Albertum a qvibusdam objiciuntur, Trithemius, Delrius & alii diluerunt. Bellarminus in Catalogo conformiter monet*, librum de mirabilibus, & alterum de secretis mulierum, *falso adscribi Alberto Magno, additqve librum utrumqve superstitiosa quædam & multa vana continere.*

Cap. 44. WILHELMUS de sancto Amore, oriundus ex Burgundia, scripsit librum invectivum in Ordines tam fratrum Prædicatorum qvam Minorum; conatus ostendere per Scripturas, Ecclesiam tales Ordines non debuisse admittere. Reclamantibus autem prædictis fratribus, tam verbis qvam scriptis, cum etiam eidem magistro Wilhelmo plurimi consentirent, ex studiis partium orta contentione, ad Sedem Apostolicam appellatum est. Sed Papa, de consilio fratrum, damnato prædicto magistro Wilhelmo, cum suo opusculo, prædictos Ordines approbavit.

Cap. 45. THOMAS, ordinis Prædicatorum, dictus de Aqvino, contra prædicti magistri Wilhelmi de sancto Amore invectivum librum, edidit opusculum subtilissimum, in qvo ejusdem Wilhelmi errorem redarguit & confutat.

Schol. Thomas Aqvinas, *vero elogio* Doctor Angelicus, *ordinis Prædicatorum, illustri genere anno* 1224. *apud Neapolitanos natus, Alberti Magni discipulus, in Domino obdormivit anno millesimo ducentesimo septuagesimo qvarto; a Joanne XXII. anno* 1323. *in Divos relatus. Ejus opera tomis XVII. Romæ sunt edita, jussu Pii V. Papæ. His adde* commentaria in Epistolas canonicas, *qvæ post editionem Romanam primum Antverpiæ* 1592. *in lucem prodierunt. Qvod ad librum* De regimine Principum, ad Regem Cy-

pri, *attinet*, *non videtur is esse fœtus S. Thomæ, ob rationes a Bellarmino in Catalogo productas; ideoque videtur merito omissus in Lovaniensi operum S. Thomæ editione, anno 1562. facta.*

Cap. 46. ALEXANDER natione Halensis, liberalium litterarum & in Scripturæ peritissimus, qvi etiam Parisiis Theologicæ scholæ publice pr[æfuit] 41. scripsit Qvæstiones in qvatuor libros Sententiarum, subtilissime disputans, etiam [videtur] multa disseruisse subtiliter de concordia Juris divini & humani, &s re[liquis] Lobus aliis, studiis Theologiæ convenientibus. Ignoscat lector, si vebusca[s] Corli vel qvorumdam aliorum non proprie exprimo continentiam: qv[æ] propriæ lectionis experientia, sed auditu tantum hic loqvor.

Schol. Alexander de Hales, *Britannus, primus in ordine Minorum S. Bo[naventuræ] præceptor, a qvibusdam* Doctor Doctorum, *ab aliis* Fons vitæ [*Bonaventura*] Doctor Seraphicus *appellatus, scripsit, petente Innocentio IV. Papa* Summam Theologicam, *tomis tribus* 1577. *in folio Venetiis excusam*; commentaria in libros IV. Sententiarum, *Lugduni* 1515. *edita*; *item* in regulam S. Francisci. Commentarium in Psalmos, *Bonaventuræ nomine Venetiis editum, multi Hugoni Cardinali supra cap.* 40. *laudato, attribuunt. Sic fere Molanus in ms. Bibliotheca Sacra. His addit* Postillam in Biblia, & Summam virtutum.

Cap. 47. BONAVENTURA natione Italicus, & ipse ordinis fratrum Minorum, qvi etiam Parisiis Theologicæ scholæ præfuit, scripsit in qvatuor libros Sententiarum magistri Petri, opusculum magnæ subtilitatis, qvod sic incipit: Flecto genua mea, &c. Scripsit etiam aliud, qvod vocavit Itinerarium mentis in Deum. Scripsit & de decem præceptis. Respondit etiam breviter calumniis prælati magistri Wilhelmi de sancto Amore.

Schol. S. Bonaventuta *cognomento* Fidanza, *Balneoregii in finibus Etruriæ natus, ordinis Minorum octavus Minister generalis, primum Eboracensis in Anglia Episcopus, postea Episcopus Cardinalis Albanensis a Gregorio X. anno* 1273. *creatus, scripsit varia, quæ in octo tomis distributa, Romæ edenda curavit Sixtus V. Papa. Obiit anno millesimo ducentesimo septuagesimo quarto, die* 15. *Julii, Lugduni in Gallia; ubi tunc Concilium generale celebratur.*

Cap. 48. REMUNDUS natione Provincialis, juris peritissimus, Generalis prior ordinis Prædicatorum, scripsit summam de Casibus pœnitentialibus, audientibus confessionem, valde necessariam: qvæ modo tam vulgata est, ut a nemine ignoretur. Ad mandatum etiam domini Gregorii, compilator fuit illius codicis, qvi modo Novum Jus appellatur.

Schol. S. Raimundus *cognomento Pennafortius; Catalanus, patria Barcinonensis, ex Regibus Aragonum oriundus, ordinis Prædicatorum tertius Magister generalis, Gregorii IX Papæ Pœnitentiarius, collegit, ejus jussu*, Epistolas Decretales summorum Pontificum, *libris qvinqve distinctas, qvi in Juris Canonici corpore sunt notissimi. Scripsit* Summam de Casibus, *typis editam. Ejus compendium putatur* Summula Raimundi, 150[2] *Coloniæ edita, hoc initio*, Summula de Summa Raimundi prodiit ista. *Obiit anno millesimo ducentesimo septuagesimo qvinto. Sic fere Molanus in ms. Bibliotheca sacra. Anno* 1601. *a Clemente VIII. in catalogum Sanctorum solenni ritu est relatus. Jacobo I. Aragoniæ Regi cum esset a sacris confessionibus, ipse auctor fuit, ut sodalitatem, titulo* S. Mariæ de Mercede, *anno millesimo ducentesimo decimo octavo instituerent, ad redimendos homines Christianos a Mauris captos, & in servitutem abactos: ut Mariana lib.* 12. *cap.* 8. *in Historia Hispaniæ narrat: qvem & lib.* 13. *cap.* 13. *&* 22. *lege.*

Cap. 49. GRATIANUS monachus, Bononiæ habitans, codicem, qvem Decreta vocant, compilavit, ex sanctorum Patrum scriptis, Romanorum Pontificum decretis, diversorum Conciliorum statutis; legibus etiam sæcularibus non omissis: ipsum opus per Cautas Qvæstionesqve distinguens, cui maxime vacant Juris Canonici studiosi.

Schol. Gratianus *patria Clusinus, professione monachus Benedictinus, concinnavit* Decretum, (*ipse* Concordiam discordantium Canonum *vocat*) *qvod a mendis repurgatum, & annotationibus illustratum, Gregorius XIII. Romæ* 1580. *edendum curavit; postea Venetiis, Lugduni & alibi recusum. Trithemius tradit ipsum adornasse hoc opus Bononiæ in monasterio S. Felicis, anno millesimo centesimo vicesimo: alii ad annum millesimum centesimum qvinqvagesimum primum id verius referunt.*

Cap. 50. PHILIPPUS Cancellarius Parisiensis, qvi Theologicæ scholæ Parisiis glorioſe

glorioſe præfuit, ſcripſit Sermones de ſingulis Pſalmis duos vel tres: qvibus uſqve hodie multi utuntur, qvi prædicationis officio vacare voluerint.

Schol. Philippus *cognomento* Grevius, *Cancellarius Pariſienſis*, *ſcripſit* Sermonescentum triginta in omnes Pſalmos; *Pariſiis a Badio* 1523. *in* 8. *editos.*

Cap. 51. THOMAS ordinis Prædicatorum, Lovanii habitans, ſcripſit vitam cujuſdam ſanctæ mulieris in Hasbania, qvæ vocabatur Chriſtina. Scripſit etiam vitam cujuſdam monialis de Aqviria, dominæ ſcilicet Lutgardis.

Schol. Thomas Cantipratanus, *Leuvis S. Petri; celebri Brabantiæ municipio, altero lapide a Bruxella, natus, primum fuit Canonicus regularis in Cantiprato, ad muros urbis Cameracenſis (unde & cognomentum accepit) poſt familiæ Prædicatorum nomen dedit. Scripſit* vitas Chriſtinæ cognomento Mirabilis, Lutgardis Aqvirienſis, Margaritæ Iprenſis, & Mariæ Ogniacenſis; *item* librum de Apibus, *tertio excuſum cum Notis Georgii Colvenerii; & alia non pauca. Cum S. Thoma Aqvinate communem præceptorem habuit Albertum Magnum: ut ipſe lib. 2. cap. ult. part. 50. de Apibus narrat. Fuit Epiſcopus ſuffraganeus, ut vocant, Antiſtitis Cameracenſis; obiitqve die 15. Maii; ſed qvoto ætatis ſuæ, vel Dominicæ incarnationis anno, nondum comperi. Vita ejus exſtat in Rubra-Valle ms. apud Joannem Gilemannum, in Hagiologo Brabantinorum, qvam Hyacinthus Choqverius, Doctor Theologus Duacenſis, 1618. ibidem publicavit, in libro De Belgis ſanctitatis opinione illuſtribus ex ordine Prædicatorum. Ejuſdem res geſtas in unum collegit Colvenerius, Cancellarius Duacenſis, meus olim in Grammaticis ac Philoſophicis præceptor, & libro Apum præfixit.*

Cap. 52. GERARDUS, monachus ſancti Qvintini in inſula, ſcripſit translationem venerandarum reliqviarum Crucis & Coronæ Dominicæ a Conſtantinopoli Pariſios; qvas reliquias piæ memoriæ dominus Ludovicus Rex Francorum ſibi ab Imperatore Conſtantinopoleos acqviſivit. Scripſit etiam plurima miracula, qvæ beata Elizabeth de Thuringia, poſt mortem ſuam, dicitur fuiſſe operata. Compoſuit etiam Antiphonas & Reſponſoria eleganti dictamine, in ejuſdem ſanctæ feſtivitate cantanda. Neumas * vero eiſdem Antiphonis & Reſponſoriis qvidam frater Petrus, Canonicus ſancti Autberti Cameracenſis, appoſuit. Idem etiam Petrus, muſicæ artis peritus, dulci modulamine & limato dictamine compoſuit plura Cantica, qvæ vulgo Conditus vocant.

* Cantus ſpecies & ſacri jubili. Vide Cangium in *pneuma*.

Cap. 53. GERARDUS ordinis Prædicatorum, Lector domus Leodienſis, compoſuit tractatum religioſis valde utilem, ſumpto themate ab illo loco libri Regum, Præparate corda veſtra Domino &c. ſeptem diſpoſitiones circa cor faciendas docens, multaqve ad ædificationem pertinentia hinc inde de Scripturis colligens.

Schol. Gerardus, *Leodicenſis Lector ſeu Profeſſor ſacrarum litterarum apud collegas ſuos Dominicanos, circa annum milleſimum floruit. Scripſit librum* De doctrina cordis; de Virtutibus; de Tempore & Sanctis. *Exſtant hi libri mss. in Valle Viridi, & Lovanii ad S. Martinum. Ejuſdem Gerardi fortaſſe liber eſt* De remediis contra amorem illicitum; *qvem nonnemo alteri* Gerardo Leodicenſi, monacho ordinis Ciſtercienſis, *adſcripſit.*

Cap. 54. WIBERTUS Tornacenſis dicitur ſcripſiſſe Hodœporicon primæ profectionis piæ memoriæ domini Ludovici, Regis Francorum, ad tranſmarinas partes.

Schol. Guibertus *ſive* Gilbertus Tornacenſis, *ordinis Minorum, celebris ſuo ævo Theologus Pariſienſis, anno milleſimo ducenteſimo ſeptuageſimo vixit. Juſſu Joannis Tornacenſis Epiſcopi, ſcripſit* vitam S. Eleutherii, *ejuſdem urbis Epiſcopi; tractatum* De officio Epiſcopi & Eccleſiæ ceremoniis; *item opuſculum* De pace ac tranqvilitate animi. *Qvæ omnia exſtant in Bibliotheca Patrum, tomo 15. editionis Colonienſis ultimæ. Ejus* Hodœporicon, Sermones de Dominicis & Sanctis, Qvadrageſimale, Chronica, *& alia a Bunderio in Indice notata, latent mss. partim Tornaci ad S. Martinum, partim Leodici ad Jacobum, & alibi.*

Cap. 55. GANFREDUS Tranenſis compoſuit Summam de omnibus qvæ continentur in Codice novi Juris; ſecundum ordinem Rubricarum ipſius Codicis ordinans Rubricas ſuæ Summæ.

Cap. 56. SIMON monachus Affligenienſis breviavit libros Moralium beati Gregorii in Job, moralem expoſitionem per totum opus Gregorii excerpens, & litteræ



Digitized by Google

libri beati Iob apte apponens, totum librum beati Job moraliter expoſuit. Scripſit etiam idem Simon qvoſdam Sermones de Canticis canticorum. Scripſit & qvandam viſionem cujuſdam Converſi ordinis Præmonſtratenſis de qvodam monaſterio qvod dicitur Poſtele. Collegit etiam excerpta qvædam de Sermonibus beati Gregorii Papæ in Ezechielem de Collationibus Patrum, & de opuſculo Richardi de duodecim Patriarchis. *De eodem Trithemius in Catalogo agit.*

Cap. 57. WILHELMUS monachus Affligenienſis, & ibidem aliqvando Prior, vitam dominæ *Lutgardis*, a fratre Thoma Latine ſcriptam, convertit in Teutonicum rithmice, duobus ſibi ſemper rithmis conſonantibus. Dictavit etiam Latine qvandam materiam ſatis eleganter de qvadam moniali Ciſtercienſis ordinis, qvæ Teutonice multa ſatis mirabilia ſcripſerat de ſeipſa. *De eodem Trithemius.*

Cap. 58. HENRICUS Bruxellæ oriundus, monachus Affligenienſis, calculatoriæ artis peritus, diſcordiam naturalis computi Lunæ & Cycli decemnovennalis diligenter abſolvens, Kalendarium ita diſtinxit, ut poſitis ſecundum Cyclum decemnovennalem ſuo loco primilunii, ipſe e regione non ſolum qva die, vel qva hora, ſed etiam qva parte horæ ſingularum lunationum ſinguli menſibus accenſio contingeret, annotaret.

Cap. 59. ALEXANDER Dolenſis ſcripſit metrice librum qvem Doctrinale vocant: cujus libri in ſcholis Grammaticorum magnus uſus eſt temporibus hodiernis.

Cap. 60. EBRARDUS, Betuniæ oriundus, ſcripſit librum qvem Græciſmum vocant, Grammaticis non ignotum.

Schol. Ebrardus *ſive* Everhardus Betunienſis, *Arteſius, vulgo dictus eſt* Græciſta, *eo qvod librum* Græciſmi titulo *ſcripſerit* De figuris, deqve octo partibus orationis: *de qvo hic verſus exſtat:* Anno milleno, centeno bis, duodeno, condidit Ebrardus Græciſmum Betunienſis. *Fuit hic liber olim in pretio, cum libro* Alexandri de Villa-Dei: *exſtatqve typis in 4 editus. Ejuſdem Ebrardi* Elementa Grammaticæ *mss aſſervantur Lovanii ad S. Martinum. Ejuſdem* Antihæreſim contra Waldenſes hæreticos *Gretſerus* 1614. *in 4 Ingolſtadii edidit.*

# APPENDIX
## HENRICO GANDAVENSI SUBNECTI SOLITA.

Cap. 1. ANSELMUS, Laudunenſis Scholaſticus, novo expoſitionis genere, utriuſqve Teſtamenti Scripturas gloſſa interlineari & marginali, de Patrum ſcriptis breviata, elucidavit. *Vide Henricum Gendav. c.* 30.

Cap. 2. SILLEBERTUS, cognomento Univerſalis, gloſſa continuata Pſalterium & alios qvoqve libros expoſuit. *Alias Gillebertus dicitur.*

Cap. 3. PETRUS Dialecticus, cognomento Abailardus, ſubtili abuſus ingenio, aliqva conſcripſit; inter quæ excellunt liber Theologiæ; liber cujus eſt titulus, Scito teipſum. Compoſuit & metrico ſtylo Hymnos, in monaſterio, qvod vocatur Paraclitus, decantandos. *Henricus Gandav. c.* 16.

Cap. 4. BERNARDUS Abbas Claræ-vallis, vita & doctrina præclarus, contra errores Petri Abailardi, ſcripſit ad Innocentium Papam. Scripſit librum de Conſideratione ad Eugenium Papam. Scripſit librum de libero arbitrio, ad Abbatem S. Theoderici. Expoſuit homilitico genere Cantica canticorum; fecit tractatus ſuper Evangelium, Miſſus eſt Gabriel, &c. Fecit tractatus de duodecim gradibus humilitatis. Scripſit vitam Malachiæ Epiſcopi, qvi ex Hibernia peregrinus Romam tendens, Claræ-vallis obiit. Scripſit librum de diligendo Deo, ad Haimericum Cancellarium Romanæ Curiæ. Scripſit commonitorium ad qvendam adoleſcentem Robertum, qui de ordine Ciſtercienſi ad Cluniacenſem migravit. Scripſit alia multa legentibus utilia. *Supra cap.* 9.

Cap. 5. RUPERTUS Abbas Tuitienſis ſcripſit, ad Cononem Abbatem Sigebergenſem, librum multis Scripturarum refertum myſteriis, qvem intitulavit, De victoria verbi Dei. Scripſit alium De divinis officiis. *Honorius IV.* 16. *de S. E.*

Cap. 6. WILHELMUS ex Abbate monachus, aſſumptis undecumqve ſcriptis ex Patrum compilationibus, Epiſtolam ad Romanos expoſuit. *Vide ſupra cap.* 10.

HU-

Cap. 7. HUGO Canonicus monaſterii S. Victoris Pariſienſis, vir religioſus & utraqve litteratura apprime diſertus, ſcripſit de Sacramentis fidei Chriſtianæ Qvod opus pro ſui prolixitate, in duos libros diſtinxit; primum per duodecim partes ad Incarnationem uſqve perducens, ſecundum per decem & octo partes in conſummationem omnium ab Incarnatione incipiens. Scripſit qvoqve in Eccleſiaſten, in Lamentationibus Jeremiæ, in oratione Dominica expoſitum. Scripſit librum de inſtitutione novitiorum, de ſimplici natura Dei. Scripſit in Hierarchiam Dionyſii Areopagitæ. Scripſit librum qvem appellavit Didaſcalicon. Scripſit librum Soliloqviorum; ſcripſit librum de perpetua virginitate beatæ Mariæ. Scripſit alia qvam plura, qvæ a qvam pluribus, proſui utilitate, tranſcriptione digna judicata ſunt. *Henricus Gandav. cap.* 25.

Cap. 8. GILLEBERTUS cognomento Porreta, primum Scholaſticus Pariſienſis, poſt Pictavienſis Epiſcopus, in ſæculari ſcientia clarus, ſpiritualis etiam ſtudii fervore nihilominus emicuit. Conſiderato qvippe magiſtri Anſelmi Laudunenſis gloſſandi modo, qvod videlicet nimia brevitate non niſi ab exercitatis in expoſitionibus Patrum poſſet intelligi, gloſſam prolixiorem, eoqve evidentiorem fecit. Expoſuit itapve continuatim Pſalterium, Epiſtolas Pauli, Evangelium Joannis. Super librum etiam Boetii de Trinitate novum opus, & ad ſua uſqve tempora intentatum, modo expoſitionis materiæ auctoris congruo, conſummavit. In Concilio qvoqve Remenſi, qvod ab Eugenio Papa celebratum eſt, contra qvoſdam, qvi auctoritates, qvas in expoſitione ſua induxerat, minus intelligebant, ipſe ſuum opus defendit. *Supra, cap.* 17.

Cap. 9. LUCAS, Montis Cornelii Abbas, ad Milonem Epiſcopum Taruanenſem, ſuper Cantica canticorum ſcripſit.

Schol. *In agro ſuburbano Leodicenſi* Mons Cornelius *ſitus eſt, in qvo Canonicis regularibus, ordinis Præmonſtratenſis, domicilium habentibus* Lucas *olim Abbas præfuit. Eorum poſteri inde ad urbem Leodicenſem migraverunt, & locum, vulgo* Bellum reditum *nuncupatum, hodie incolunt. Caterum Lucas ex* Aponii commentariis in Cantica canticorum *confecit epitomen, eamqve Miloni Epiſcopo Morinenſi ſeu Taruanenſi dicavit. Fuit ea cum ipſo Aponio primum Friburgi anno* 1538. *edita, & poſtea in Bibliotheca veterum Patrum, tomo* 1, *editionis qvartæ, recuſa. Floruit anno.* 1140.

Cap. 10. CLAREBALDUS, Atrebatenſis Archidiaconus, ſuper Boetium de Trinitate commentum fecit; ubi de qvibuſdam Gillebertum Pictavienſem arguere, Petrum vero Abailardum condemnare, & Abbatem Bernardum comprobare videtur.

Cap. 11. PETRUS Longobardus, Scholaſticus Pariſienſis, poſtea ejusdem civitatis Epiſcopus, magiſtris ſui temporis & Scripturarum expoſitoribus eo maxime præferendus judicatur, qvod ingenio ſagaci & uſu aſſiduo tanta in exponendis Scripturis luce claruit, ut pene magiſterio doctoris non egeat, qvi gloſſarum ipsius lectioni animum intendere voluerit. Scripsit inter cætera magnum de Sacramentis volumen, ubi præcedentium Patrum ſententias eum ſane intellexiſſe, plane expoſuiſſe manifeſtum eſt. *Vide cenſuram appoſitam ſupra. cap.* 31.

# INDEX
## SCRIPTORM ECCLESIASTICORUM,
### *Qvi in Henrici Gandavenſis Catalogo ejusqve appendice recenſentur.*


Adilredus Rivallenſis Ab. cap. 13.
Alanus Inſulenſis. 21.
Albertus Magnus. 43.
Alexander Dolenſis. 59.
Alexander Halenſis. 46.
Alexander III. Papa. 34.
Anſelmus Cantuarienſis Epiſc. 5.
Anſelmus Laudunenſis. 30. & appendic. cap. 1.
Arnoldus Bonæ-vallis Abbas. 11.
Bernardus Clarevallenſis. 9. & append. cap. 4.
Bernardus Cluniacenſis. 2.
Bonaventura Cardinalis. 47.
Clarebaldus Atrebatenſis. append. cap. 10.
Ebrardus Berunienſis. 60.
Emundus Cantuarienſis. 7.
Ernaldus: *vide* Arnoldus.
Franco Affligemienſis. 39.




Digitized by Google

Fulbertus Carnotenſis Epiſcop. c. 1.
Gaufredus Tranenſis 55.
Gerardus Leodicenſis 53.
Gerardus monachus. 52.
Gilbertus Porretanus. 17. & append. cap. 8.
Gilbertus Tornacenſis. 54.
Gislebertus ordinis Ciſtercienſis. 12.
Gislebertus Weſtmonaſterienſis. 6.
Gratianus Monachus. 49.
Gualterus Caſtellionenſis. 20.
Gualterus Inſulenſis. 19.
Guibertus Tornacenſis. 54.
Guilielmus S. Theodorici Abbas. 10. & append. cap. 6.
Guilielmus Affligemienſis. 57.
Guilielmus de ſancte Amore. 44.
Henricus Affligemienſis. 58.
Henricus Gandavenſis. Vide p. 117.
Hildebert. Cenomanenſis Epiſc. c. 8.
Hugo Cardinalis. 40.
Hugo Farfitus. 36.
Hugo Victorinus. 25. & append. c. 7.
Jacobus de Vitriaco. 37.
Innocentius III. Papa. 35.
Joannes de Abbatis-Villa. 38.
Joannes Belethus. 18.
Lucas Cornelienſis Abbas. apend. cap. 9.
Manegundus. cap. 28.
Matthæus Vindocinenſis. 23.
Mauritius Pariſienſis Epiſcopus. 14
Odo Cameracenſis Epiſc. 4.
Petrus Abailardus. append. c. 3.
Petrus Cantor Pariſienſis. 16.
Petrus Comeſtor. 32.
Petrus Corbolienſis. 33.
Petrus Lombardus. 31. & append. cap. 11.
Petrus ord. Prædicatorum. 41.
Petrus de Riga. 22.
Petrus Venerabilis. 29.
Philippus Cancellarius Pariſ. 50.
Raimundus Pennafortius. 48.
Rainaldus Viceliacenſis Abbas. 3.
Richardus Victorinus. 26.
Rupertus Tuitienſis. append. cap. 5.
Sillebertus. append. cap. 2.
Simon Affligemienſis. 56.
Simon Tornacenſis. 23.
Stephanus Anglicus. 27.
Thomas Aqvinas. not. ad c. 51
Thomas Cantipratanus. 51.
Vincentius Bellovacenſis. 42.
Walterus: *vide* Gualterus.
Wibertus: *vide* Guibertus.
Wilhelmus: vide Guilhelmus.

# INDEX
## SCRIPTORUM IN SCHOLIIS
## AUB. MIRÆI MEMORATORUM.

Agathias hiſtoric. ad Iſidor. c. 25.
Algerus Corbeienſis. Sigeb. cap. 154.
Anſegiſus Laubienſis Abbas. Sigebert. cap. 81.
Antiochus Monachus S. Sabæ. Gennad. cap. 20.
Antonius, hagiographus. Hieron. cap. 135.
Aqvila Ponticus. Hieron. cap. 54.
Arculphus Epiſcopus Gallicanus. ad Sigebert. cap. 64.
Aribo Friſingenſis Epiſcopus. Sigeb. cap. 140.
Arnobius junior. Hieron. cap. 79.
Aſterius Arnaſæus Epiſcopus, Hieron. cap. 94.
Aſterius Conſul Romanus. Iſidor. cap. 7. & Sigebert. cap. 6.
Baſilius Seleucienſis. Hieron. cap. 116. & Honor. lib. 1. cap. 117.
Capreolus Carthaginienſis. Gennad. cap. 48.
Conſtantius Lugdunenſis presbyter. Iſidor. cap. 4.
Coſmas Hieroſolymitanus. Sigeb cap. 75.
Cyprianus, hagiographus. Gennad. cap. 86.
Damaſus Portuenſis Epiſcopus. Hieron. cap. 103.
Deoduinus Leodicenſis Epiſcopus. Sigeb. cap. 154.
Dungalus. Gennad. 48.

Edi-

Digitized by Google

Edilredus Abbas Wardenſis. ad Henric. Gandav. cap. 13.
Edmerus, al. Eadmerus, hiſtoricus. ad Honor. IV. cap. 15.
Endelechius. Genn. cap. 48.
Ephræm Patriarcha Antiochen. ad Gennad. cap. 2.
Epiphanius junior, Cyprius Epiſc. ad Hieron. cap. 114.
Euagri Scholaſticus. Hieron. c. 125.
Euphronius. Auguſtodun. Epiſc. id.
Eutropius, hiſtoricus Gennad. c. 49. Sigebert. cap. 80
Florus Magiſter. Sigeb. c. 92.
Felix IV. Papa. Gennad. cap. 86.
Fredegarius Scholaſticus. Honor. III. cap. 33.
Galfridus Monumetenſis. Sigebert. cap. 171.
Gelaſius Cyzicenus. Hieron. c. 130. Gennad. cap. 94.
Georgius Alexandrinus Epiſcopus. Honor. lib. 1. cap. 130.
Georgius Theophanes, hiſtoric. Sigeb. cap. 80. & 103.
Goffridus Vindocinenſis. Honor. IV. cap. 16.
Godeſcalcus Leodicenſis, hiſtoricus. Sigeb. cap. 163.
Guilielmus Brito, hiſtoricus Sigeb. cap. 144.
Guilielmus Nangius, hiſtoricus id.
Guitmundus Averſanus. Sigeb. cap. 154.
Hegeſippus junior. Hieron. c. 22.
Helgaudus hiſtoricus. Sigeb. c. 144.
Haraclides, hiſtoricus Hieron. c. 135.
Hettus Treverenſis Epiſcopus. Honor. IV. cap. 3.
Hilarius presbyter. Gennad. cap. 69.
Hugo Lingonenſis Epiſcopus. Sigeb. cap. 154.
Hypatius Epheſinus Epiſcopus. Gennad. cap. 2.
Joannes Margaritus Ep. Gerundenſis Iſidor. cap. 31.
Joannes Moſcus, al. Eviratus. Hieron. cap. 135.
Joannes Sabaita monachus. ad Sigebertum. cap. 75.
Jonas Fontanellenſis monachus. Sigeb. cap. 61.
Iſaacus junior, Syrus monachus. Gennad. cap. 66.
Iſidorus Mercator. Iſidor. cap. 1.
Iſidorus Pacenſis, chronographus. ſupra pag. 70.
Landulphus Sagax, hiſtoricus ad Sigeb. cap. 80.
Leo Bituricenſis Epiſcopus. Gennad. cap. 70.
Leo Pacificus, Imp. Conſtantinop. Honor. I. cap. 130.
Leontius Byzantius. Gennad. cap. 2.
Liberatus Carthaginienſis. Iſidor. c. 25.
Lupus Trecenſis Epiſcopus Gennad. cap. 64.
Marcellinus Comes. Iſidor. c. 25.
Marius Aventicenſis, chronographus. Gennad. cap. 84.
Mamertus Claudianus, presbyter. id. cap. 83.
Methodius Conſtantinop. Epiſcopus Hieron. cap. 83.
Nemeſius, philoſophus. Gennad. cap. 98.
Nicolaus Leodicenſis, hiſtoricus. Sigeb. cap. 163.
Notgerus Leodicenſis Epiſcopus. id. cap. 137.
Palladius Helenopolitanus Epiſc. Hieron. cap. 135. Honor. lib. I. cap. 130.
Pamphilus martyr. Gennad. cap. 17.
Paphnutius hagiographus. Hieron. cap. 135.
Paulinus Biterrenſis Epiſcopus. Gennad. cap. 48.
Pelagius Ovetenſis, chronographus. ſupra, p. 70.
Paulinus Petricordius, ad Gennad. cap. 48



Digitized by Google

## INCIPIT LIBER HENRICI GANDAVENSIS.

CAtalogum Virorum illuſtrium, a beato Hieronymo inchoatum, & poſt a Domino Sigeberto, Gemblacenſi Monacho, uſque ad ſui ævi tempora perductum, ad hoc noſtrum tempus ultra extendere, quantum de hujusmodi ad meam notitiam poterit pervenire, aggreſſus ſum, licet minus ſufficiens rei tantæ: ne cauſentur poſteri mirum fuiſſe, quod ad hoc nullius intenderit diligentia, qvum Scriptorum dignorum memoria, poſt Dominum Sigebertum, a tempore quo ipſe ceſſavit ſcribere, ſit copia ſubſecuta.

FULBERTUS Carnotenſis Epiſcopus, liberalium artium ſuo tempore peritiſſimus, vir religioſus & erga beatam Virginem devotiſſimus, ſcripſit ſermonem ad Nativitatem beatæ Virginis pertinentem, limato dictamine, qui ſic incipit: Approbatæ conſvetudinis. Reſpondit etiam cavillationibus Judæorum, dicentium hanc prophetiam; Non auferetur ſceptrum de Juda, &c. in Chriſto non fuiſſe impletam: diligenter Scripturarum auctoritatibus & rationibus confutans Judæorum pervicaciam.

*Schol. Fulbertus* Doctor clariſſimus, anno milleſimo ſeptimo Carnutibus in Gallia Celtica datus Epiſcopus, Roberti Francorum Regis Cancellarius fuit, & anno milleſimo viceſimo octavo vivere deſiit. Scripſit *Epiſtolas multas*, item *Sermones ad populum. & Hymnos aliqvot:* qvæomnia ad mss. codices recenſita, Notisqve illuſtrata, Carolus Villerius, Doctor Theologus Pariſienſis, ibidem edidit; poſtea Bibliothecæ veterum Patrum inſerta. Baldericus in Chron. Cameracenſi l. 1. c. 77. tradit, *Fulbertum doctorem clariſſimum*, rogante Gerardo I. Cameracenſi Epiſcopo, ſcripſiſſe *vitam S. Autberti Cameracenſis & Atrebatenſis Epiſcopi*, cujus nomen indignus gero. Exitat ea a Surio edita a. d. 13. Decembris; ſed mutila. Legitur integra Cameraci in cœnobio S. Autberti, qvod eſt Canonicorum regularium, Tungris apud Windeſimenſes & alibi An vero ſcriptor iſte vitæ S. Autberti fuerit hic noſter Fulbertus Carnotenſis, ſunt qvi dubitant. Ego qvod certo ſtatuam, non habeo.

Cap. 2. BERNARDUS Monachus Cluniacenſis ſcripſit, ad venerabilem Patrem Dominum Hugonem Abbatem Cluniacenſem, Conſuetudines Cluniacenſis Monaſterii; opus satis utile Monachis nigri ordinis ſtudioſis. *Cluniacenſem Bibliothecam conſule.*

Cap. 3. RAINALDUS, Abbas Viceliacenſis, ſcripſit compendioſe vitam Domini Hugonis Cluniacenſis Abbatis. *Bibliothecam Cluniacenſem lege.*

Cap. 4. ODO, Cameracenſis Epiſcopus, ſcripſit homiliam pulchram in Evangelium ſecundum Lucam, Homo qvidam erat dives, qvi habebat villicum. Expoſuit etiam Canonem Miſſæ, ſcilicet, Te igitur. Scripſit etiam, ad Vulbodonem Monachum Affligemienſem, diſputationem qvam habuerat cum qvodam Judæo de myſterio Incarnationis Dominicæ, ſub dialogo; annotatis prima ſui nominis, & prima Judæi ſecum diſputantis, litteris.

Schol. Odo *primum Aurelianenſis Scholaſticus, dein Abbas & Inſtaurator Monaſterii S. Martini in urbe Tornacenſi, Ordinis Benedictini, demum Cameracenſis Epiſcopus fuit. Sed* quia virgam & annulum, qvæ conſecratus ab Eccleſia acceperat ( *ut ipſemet ſcribit lib. de blaſphemia in Spiritum ſanctum* ) iterato ab Henrico IV. Imper. accipere noluit, *ſede ſua pulſus, Aqvicincti, qvod Monaſterium eſt Benedictinum, ſecundo lapide a Duaco, in exilio deceſſit, anno milleſimo centeſ. decimo tertio. Scripſit commentarium* in Canonem Miſſæ, *editum ſeorſim cum Franciſci Titelmanni libro ejuſdem argumenti, & in Bibliotheca veterum Patrum:* De myſterio Dominicæ incarnationis dialogum, *contra Leonem Judæum*; De peccato originali *librum unum*; De blaſphemia in ſpiritum ſanctum, Homiliam de villico iniqvitatis, Collationum librum, Parabolas; *& alia qvæ Tornaci ad S. Martinum, Aqvicincti, Elnone ad S. Amandum, Camberone in Hannonia & alibi mss. leguntur. Ex iis opuſculis nonnulla Andreas Schottus tomo 15. Bibliotheca Patrum, poſtremæ editionis Colonienſis, inſeruit.*

Cap. 5. ANSELMUS ſæcularium litterarum peritia inſignis, & præcipue Dialecticæ, religione venerabilis, ex Abbate monaſterii Beccenſis Archiepiſcopus Cantuarienſis, diſputator revera ſubtilis, ſcripſit, cum adhuc eſſet Prior Beccenſis, duos libros, qvos vocavit Monologion & Proſologion, multo plus rationibus qvam Scripturarum auctoritatibus utens. Scripſit & alium, ſub dialogo diſcipuli opponentis & magiſtri reſpondentis, de diffinitione veritatis. Scripſit & alium de diffinitione juſtitiæ & liberi arbitrii; item & alium de caſu diaboli. Scripſit etiam duos libros, qvos prætitulavit, cur Deus homo, ſub dialogo Boſonis opponentis, & Anſelmi reſpondentis. Scripſit & alium de peccato originali; adhuc alium de proceſſione Spiritus ſancti contra Græcos. Scripſit & de tribus qvæſtionibus, de liberio arbitrio, de præſcientia, de prædeſtinatione: oſtendens qvomodo iſta tria inter ſe conveniant. Scripſit etiam de pane ſacrificii contra Græcos. Scripſit etiam meditationes de Paſſione Domini, de beata Virgine, & multis aliis Sanctis, ad commovendos ad devotionem animos, efficaces. Dicitur & alius ejus liber de Similitudinibus: de qvo tamen mentionem non fecit ſcriptor vitæ ejus. Scripſit etiam epiſtolam ad Urbanum Papam, de Incarnatione Domini, contra errorem Ruzcelmi * de Compendio. *Honorius. IV. 15. de S. E.* * Roſcelini, qvo Abælardus uſus Magiſtro fuit.

Cap. 6. GISLEBERTUS Præpoſitus Weſtmonaſterienſis, ſcripſit ad Anſelmum Archiepiſcopum Cantuarienſem, diſputationem qvam habuit cum qvodam Judæo.

*Schol.*

Schol. Gislebertus *ſeu* Gilbertus, *Weſtmonaſterienſis in Anglia prope Londinum Prepoſitus, ac demum Abbas, S. Anſelmi Cantuarienſis Archiepiſcopi diſcipulus, poſt Academias Galliæ, Italiæ, ac Germaniæ luſtratas, cum Moguntiæ aliquamdiu ſubſtitiſſet, doctiſſimam cum Judæo quodam diſputationem habuit, quam poſtea in formam dialogi redegit, & eidem S. Anſelmo dicavit, hoc titulo* De fide Eccleſiæ contra Judæos. *Quem librum, ut & alia plurima ejusdem opera, in Bibliothecis Angliæ ms. exſtare Joannes Pitſeus narrat, in Catalogo Scriptorum Angliæ.*

Cap. 7. EMUNDUS, monachus Cantuarienſis, ſcripſit vitam Anſelmi Cantuarienſis Archiepiſcopi. Item ſcripſit alium librum de diſcordia inter Wilhelmum Anglorum Regem & eundem Anſelmum Archiepiſcopum.

Schol. Emundus *ſive* Edmundus, *monachus Cantuarienſis, magiſtri ſui S. Anſelmi Cantuarienſis Archiepiſcopi vitam litteris conſignavit, & alia a Pitſeo recenſita. Claruit anno milleſimo centeſimo viceſimo.*

Cap. 8. HILDEBERTUS, ex Cenomanenſi Epiſcopo Archiepiſcopus Turonenſis, qvi claruit tam proſa qvam metro; ſcripſit eleganti metro vitam Mariæ Ægyptiacæ. Expoſuit etiam metrice totum Miſſæ ordinem. Scripſit etiam diverſas ad diverſos Epiſtolas, verborum venuſtate egregias, ſententiis utiles, & ſententiarum coloribus adornatas.

Schol. Hildebertus *ex monacho Cluniacenſi, S. Hugonis diſcipulo, Cenomanenſis Epiſcopus, dein Turonenſis Archiepiſcopus, obiit anno* 1136. *XV. Kalendas Januarii. Deſcripſit facili & eleganti metro* Ordinem Miſſæ, *ſive* De concordia veteris ac novi ſacrificii; *item* Sermones, Epiſtolas, *& alia qvæ in Bibliotheca veterum Patrum, & alibi ſeorſim excuſa leguntur. Inſuper* vitam S. Mariæ Ægyptiacæ; *a Paulo diacono Neapolitano, ſupra pag.* 101, *memorato, e Græco Latine redditam, eleganti verſu expreſſit. Cujus exemplar ms. exſtat in variis Franciæ ac Belgii bibliothecis. Demum ſcripſit* Epiſtolam valde piam ad Cartuſianos in Monte Dei; *qvod eſt diœceſis Remenſis cœnobium nobile, a Petro Cellenſi & aliis eximie laudatum.*

Cap. 9. BERNARDUS, ex monacho Ciſtercienſi Abbas & fundator monaſterii Clarævallenſis, talis ac tantus in religioſa converſatione & in doctrina fuit, ut minus ad ejus laudem ſit qvidqvid ab homine dici poteſt. Diſputator ſubtilis, & orator vehemens ad qvamcumqve materiam vertit ingenium, verba habuit apta negotio, qvod contenderat, perſuadendo. Hujus opuſculorum indiculum texere ſupervacuum puto, cum in tantum vulgata ſint, ut ea neſcire non poſſit qvi aliud ſcire poteſt.

Schol. Bernardus *Claram-Vallem, tertiam Ciſtercii filiam, in diœceſi Lingonenſi & Comitatu Campaniæ, ad Albam fluvium, anno milleſimo centeſimo decimo qvinto fundavit, & ibidem anno Chriſti milleſimo centeſimo qvinqvageſimo tertio, ætatis ſexageſimo tertio, animam Deo reddidit. Vitam ejus ſcripſerunt* Guilielmus *Abbas S. Theoderici*, Bernardus *Abbas Bonæ-Vallis*, & Goedfridus *monachus Claravallenſis. Opera ejus omnia junctim ſunt edita Pariſiis, Antverpiæ & alibi.* Fontanis *prope Divionem in Ducatu Burgundiæ, in natali fundo S. Bernardi, anno milleſimo ſexcenteſimo octavo, monachi reformatæ Congregationis Fulienſis novum a fundamentis cœnobium excitarunt, Ludovico XIII. Francorum Rege favente. Bernardi memoria colitur in Martyr. roleg. Rom.* 20. *Auguſt.*

Cap. 10. WILHELMUS, ex Abbate S. Theoderici monachus Clarevallenſis, adhuc Abbas ſcripſit Epiſtolam ad Fratres de Monte Dei, ordinis Cartuſienſis, ipſius ordinis ſectatoribus valde utilem. Incepit etiam ſcribere vitam beati Bernardi; & uno libro ſcripto, morte præventus ipſum opus conſummare non potuit.

Schol. Guilielmus *primum Abbas S. Theoderici, congregationis Cluniacenſis, poſtea monachus Clarevallenſis, ſcripſit* Meditationes, *Antverpiæ* 1550. *&* 1590. *excuſas: item* librum primum vitæ S. Bernardi, *Abbatis Clarevallenſis, cum qvo ibidem vixit.*

Cap. 11 ERNALDUS, Abbas Bonæ-Vallis, vitam S. Bernardi in qvatuor libris, præter illum qvem Abbas S. Theoderici Wilhelmus ſcripſerat, explicavit; multa hinc inde tangens, qvæ ipſi pertinere videbantur ad materiam qvam ſcribebat. Commentatus eſt etiam ſuper qvinqve vel ſex ultimis verbis Domini in Cruce, multipliciter ac ſubtiliter inde diſputans.

Schol. Ernaldus, *aliis* Bernardus, *Trithemio* Arnoldus, *Abbas Bonæ-Vallis in Diœceſi Viennenſi, ſcripſit libros IV. vitæ S. Bernardi Clarevallenſis.*

Cap. 12 GISLEBERTUS, Abbas ordinis Ciſtercienſis, imitatus beatum Bernardum in qvantum potuit, ſermones compoſuit in qvibuſdam capitulis Cantici canticorum, ab iſto ſcilicet loco, in lectulo meo per noctes &c. ſubtiles qvidem & valde ſpirituales, ſed revera beati Bernardi eloqventiæ & ſenſibus impares.

Cap. 13. ADILREDUS, & ipſe Abbas ordinis Ciſtercienſis, ſcripſit opuſculum qvoddam qvod prætitulavit Speculum charitatis, magnæ utilitatis viris religioſis, & ſententiis ſpiritualibus valde refertum. Scripſit etiam homiliam devotiſſimam in Evangelio, ſecundum Lucam. Cum eſſet Jeſus annorum duodecim.

Schol. Adilredus, *alias* Ealredus, *Rievallis apud Anglos in diœceſi Eboracenſi Abbas, ord. Ciſtercienſis, S. Bernardo coætaneus, obiit circa annum milleſimum centeſimum ſexageſimum ſextum. Scripſit opuſcula varia, qvæ ex mss. codicibus Richardus Gibbonus, S. I. Presbyter, Duaci* 1616. *edenda curavit. Iſte poſterior fuit* Edilredus Abbas Wardenſis *in Anglia, ex eodem ordine Ciſtericenſi; utpote qvi anno milleſimo ducenteſimo viceſimo floruit. Pitſeus & alii rerum Anglicarum ſcriptores conſuli poterunt.*

Cap. 14. MAURITIUS Epiſcopus Pariſienſis, in eadem civitate Theologicæ ſcholæ rector, ſcripſit ſermones per totum annum; tam de Dominicis qvam de Feſtivitatibus, ſimplices & ad declamandum populo habiles. Exhortationes etiam ſcripſit breviter Presbyteris, ad curam animarum fideliter adminiſtrandam.

Schol. Mauritius, *Pariſienſis Epiſcopus, Turonenſi concilio an.* 1163. *interfuit, &* primus (*ut in ejus epitaphio apud Victorinos legitur*) baſilicam S. Mariæ Virginis inchoavit *Pariſiis; obiitqve anno milleſimo centeſimo nonageſimo ſexto.*

Cap. 15. PETRUS Cantor Pariſienſis, & ipſe etiam Theologicæ ſcholæ rector, ſcripſit librum, qvi a ſui principio Verbum abbreviatum nominatur, magna utilitate plenum. Scripſit etiam alium librum, qvem vocavit Grammaticam Theologorum, ad intellectum ſacræ Scripturæ in multis locis ſatis utilem.

Schol. Petri, *Cantoris Pariſienſis*, tractatum contra monachos proprietarios, *deſumptum ex opere ejus, cui titulus eſt* Verbum abbreviatum, *Marneſſius Pariſiis excudit, cum aliis ejuſdem argumenti tractatibus.*

Cap. 16 PETRUS dictus Abailardus, Dialecticæ peritia, imo omnium liberalium artium inſignis, Theologicæ ſcholæ rector, ſcripſit librum, qvem vocavit Theologiam ſuam, & alium, qvem appellavit Scito te ipſum, & qvædam alia: ſed a beato Bernardo Clarevallenſi Abbate, hæretica aliqva in ſcriptis ſuis tenſiſſe, convictus eſt in Concilio Senonenſi.

Schol. Petri Abailardi *nomen anno milleſimo centeſimo quadrageſimo ad Innocentium II. Papam delatum eſt, S. Bernardi Clarevallenſis potiſſimum interventu: qvia ad diſputandum ab eo provocatus, ipſum in plena Synodo Senonenſi convicit atqve elinguem reddidit. A qva Synodo cum ad Sedem Apoſtolicam appellaſſet, pari modo ab Innocentio Pontifice condemnatus eſt, una cum diſcipulo ſuo* Arnoldo Brixienſi. *Porro cum Romam verſus iter Abailardus dirigeret, diverſit* Cluniacum; *cujus loci Abbatem* Petrus Venerabilis *tunc agebat. Qvo qvidem agente, non ſolum errores omnes abjuravit, & cum S. Bernardo Clarevallenſi amica colloqvia habuit, ſed & monachus Cluniaci factus, ibidem pœnitens pie obdormivit: ut ex ejuſdem Petri epiſtolis* 3. & 20. *lib.* 5. *conſtat. Sepultus jacet in* cœnobio Paracletico, *monialium Benedictinarum, in diœceſi Tricaſina: qvod cœnobium ipſe Abaillardus anno milleſimo centeſimo tricesimo a fundamentis excitarat, & in qvo moniales, ſub regimine* Heloiſæ, *conjugis qvondam ſuæ, collocarat. Qva qvidem Heloiſa trium linguarum eruditarum, atqve in primis Græcæ, peritia excelluit. Cujus rei indicium eſt, qvod illius cœnobii moniales qvotannis feſto die Pentecoſtes officium divinum Græco idiomate celebrent. Exſtat Innocentii II. Papæ diploma, anno* 1131. *Antiſiodori datum, qvo dicti Monaſterii inſtitutionem ſua auctoritate confirmavit.*

Innocentius Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, dilectis in Chriſto filiabus, Heloiſæ Prioriſſæ, ceteriſqve in oratorio S. Trinitatis, qvod in pago Trecenſi, in Parochia *Qvincey* ſupra fluvium Arduconem ſitum eſt, divino famulatui mancipatis, tam præſentibus qvam futuris in perpetuum. Dilectæ in Domino filiæ, veſtris juſtis poſtulationibus aſſenſum præbentes monaſterium S. Trinitatis, in qvo divino vacatis ſervitio, ſub Apoſtolicæ Sedis protectione ſuſcipimus, & præſentis ſcripti pagina communimus: ſtatuentes ut qvaſcumqve poſſeſſiones, qvæcumqve bona inpræſentiarum juſte & legitime poſſidetis, aut in futurum poteritis adipiſci, firma vobis in perpetuum & illibata permaneant. Datum Autiſiodori, per manum Alderici S. R. E. Diaconi Cardinalis & Cancellarii, IV. Kalendas Decembris, Indictione X. Incarnationis Dominicæ anno milleſimo centeſimo tricesimo primo, Pontificatus vero Domini Innocentii II. Papæ anno ſecundo. *Hæc ex Promptuario ſacrarum Antiqvitatum Tricaſinæ diœceſis a Nicolao Camuzatio* 1610. *Trecis edito, potiſſimum hauſimus.*

Cap. 17. GILEBERTUS cognomento Porreta, ex Magiſtro Theologicæ ſcholæ Pariſiis Pictavenſis Epiſcopus, ſcripſit in Apoſtolum & in Pſalmos. Commentatus eſt etiam in Boetium de Trinitate; ſed a Bernardo hæreſeos notatus in Concilio Remenſi, coram Eugenio Papa convictus eſt.

Schol. Gilbertus Porretanus, *ex Doctore Theologo ſchola Pariſienſis, Epiſcopus Pictaverum* (*a S. Bernardo, Sermone* 80. *in Cantica, de hæreſi notatus, & in Remenſi Concilio per eundem convictus*) *ſcripſit* commentaria in omnes epiſtolas D. Pauli. *Ita Molanus in ms. Bibliotheca ſacra Gilbertus porro errores omnes ejuravit in Remenſi Synodo, coram Eugenio III. Papa, anno milleſimo centeſimo qvadrageſimo octavo, præſente S. Bernardo: ſicqve ad Epiſcopatum ſuum redire permiſſus eſt.*

Cap. 18 JOANNES Beleth, & ipſe Theologicæ ſcholæ rector Pariſiis, ſcripſit Summam de divinis officiis, de perſonis, de temporibus, & multis aliis rebus lectoti utilia continentem.

Schola

Schol. Joannis Belethi Rationale divinorum officiorum *editum eſt Antverpiæ 1553. cura Cornelii Laurimanni, & poſtea Dilingæ, Venetiis, iterumque Antverpiæ, & alibi. Claruit anno milleſimo centeſimo ſexageſimo ſecundo.*

Cap. 19. WALTERUS inſulis oppido Flandriæ oriundus, Magalonenſis Epiſcopus, expoſuit Pſalterium limato ſermone, ad petitionem Præpoſiti & clericorum Inſulenſis Eccleſiæ.

Cap. 20. WALTERUS dictus de Caſtellione, Inſulis oriundus ( unde eſt ejus illud monaſticum, Inſula me genuit, rapuit Caſtellio nomen) ſcripſit geſta Alexandri Magni eleganti metro. Qvi liber in ſcholis Grammaticorum tantæ dignitatis eſt hodie, ut præ ipſo veterum Poetarum lectio negligatur.

Schol. *Binos* Walteros *ſive* Gualteros, *Inſula ( qva urbs eſt Gallo Flandriæ, mercatu celebris ) natos recenſet Henricus Gandavenſis, eumque ſecutus Sixtus Senenſis. Sed Valerius Andreas in Bibliotheca Belgica cenſet unum eumdemque fuiſſe, qui hoc capite 20. & cap. 19. memoratur; dicitque claruiſſe circa annum milleſimum ducenteſimum quinquageſimum quintum. Exſtant autem* libri decem Alexandreidos *ſive* De geſtis Alexandri Magni, *a Philippo Gualtero Caſtellionenſi, verſu heroico, nec infelici, ad Guilielmum Remenſem Epiſcopum ſcripti: Argentorati* 1513. *Ingolſtadii, & Lugduni* 1558. *typis editi.*

Cap. 21. ALANUS Inſulis oriundus, liberalium artium peritus, Pariſiis eccleſiaſticæ ſcholæ prætuit, & ingenii ſui monumenta relinqvens, ſcripſit Summam ad prædicationis officium utilem. Et qvia metro multum claruit, ſcripſit metrice Poeticen, excogitata materia de viro optimo, & in omnibus perfectiſſimo: qvem librum vocavit Anticlaudianum. Scripſit & alium partim metro, partim proſa, qvem vocavit Planctus naturæ. Scripſit & alium de naturis qvorumdam animalium.

Schol. Alanus Inſulenſis, *Galla Flander, ob multiplicem doctrinam nuncupatus* Doctor univerſalis, *ex Theologo Pariſienſi monachus Clarevallenſis, anno milleſimo centeſimo tricesimo nono a S. Bernardo conſtitutus eſt primus* Abbas Ripatorii, *in diœceſi Trecenſi. Exinde ob pietatem atque eruditionem anno milleſimo centeſimo quinquageſimo primo creatus eſt* Epiſcopus Autiſiodorenſis. *Sed veteris ſolitudinis deſiderio tactus, anno milleſimo centeſimo ſexageſimo ſeptimo, permittente Alexandro Romano Pontifice, ad Claram-Vallem rediit ( ut Robertus Chronographus Autiſiodorenſis narrat) & ibidem ſub annum milleſimum centeſimum octogeſimum ſecundum obiit; ſepultus eodem in monaſterio juxta* Gofridum *Epiſcopum Lingonenſem, Camuzatius, in Notis marginalibus ad Chronicon Autiſiodorenſe, dicit hodieque in Ripatorio aſſervari teſtamentum Alani, ſcriptum anno milleſimo centeſ. octogeſimo ſecundo.*

*Cæterum ex variis Alani monumentis exſtat* commentarius in Cantica canticorum, *Pariſiis* 1540. *editus: item* Paraboliæ *carmine elegiaco conſcriptæ, quas* Doctrinale altum *vocat: item* Anticlaudianus *ſive* De viro optimo libri novem, *verſu pariter conſcripti: quos ſine auctoris nomine Baſileenſes* 1536. *typis publicarunt. Sed libros iſtos Alani fœtum eſſe certo conſtat, cum ex Henrici Gandavenſis teſtimonio, tum ex variis mſs. Codicibus, qui Alani nomen diſerte præferunt. Liber ejus* De planctu naturæ, *contra Sodomiæ vitium, partim metro, partim ſolutæ oratione, exſtat ms. Oxonii in Anglia, in Balliolenſi bibliotheca & alibi.*

Cap. 22. PETRUS qvidam de Riga cognomine, Remenſis Eccleſiæ clericus, Heptateuchum, duos libros Regum, Evangelia etiam ſcripſit metrice; non ſolum hiſtoricum ſenſum, ſed etiam allegoricum, in qvantum potuit, breviter exprimens.

Schol. Aurora Petri de Riga ( *ſic vocat Biblia carmine a ſe reddita* ) *qvondam exſtitit manuſcripta apud Martinum Antonium Delrium, S. I. Theologum, noſtrum Lovanii Doctorem.*

Cap. 23. MATTHÆUS, oppido Vindocinenſi oriundus, ſcripſit metrice Tobiam, ad Bartholomæum Archiepiſcopum Turonenſem.

Cap. 24. SIMON, Tornaci oriundus, ex Dialectico ſubtiliſſimo, imo omnium liberalium artium fere ſui temporis peritiſſimo, Theologicæ etiam ſcholæ Pariſiis cathedram meruit aſcendere magiſtralem, in qva plurimos habuit auditores. Scripſit librum qvem vocavit Sententiarum ſuarum. Scripſit etiam Qvæſtiones ſuas, qvas in ſcholis ſuis diſputatas determinavit Pariſiis. Expoſuit etiam Symbolum, qvod dicitur Athanaſii, ſubtiliter. Sed dum nimis & in hoc & in aliis ſcriptis ſuis Ariſtotelem ſeqvitur, a nonnullis modernis hæreſeos argvitur.

Schol. *Lucubrationum iſtarum auctorem non ſolum Henricus Gandavenſis, ſed & Tritemius Belgis annumerat, &* Simonem Tornacenſem *nuncupat. Britanni ſcribunt, ipſum fuiſſe Anglum, ordine Presbyterum, & necnon* Simonem Thurnaium, *a Polydoro Virgilio lib. 15. hiſt. Angl. memoratum.*

Cap. 25. HUGO Clericus ſancti Victoris, prope Pariſios, vir religioſus & doctiſſimus, multa ſcripſit opuſcula. Expoſuit Hierarchiam Dionyſii ſubtiliſſime. Scripſit etiam librum, qvem vocavit Sententiarum ſuarum. Scripſit de Sacramentis veteris & novæ legis codices duos, multarum partium & capitulorum ſingulos. Scripſit & alios libros de ſpirituali ædificio, de ſcientia, de vanitate & arca Noe. Expoſuit trifarie lamentationes Hieremiæ. Expoſuit Canticum beatæ Virginis. Reſpondit cuidam, beatæ Virgini Mariæ cum derogatione obloqventi & calumnianti, qvod



Digitized by Google

Virgo virginum diceretur. Exposuit multos versus de Psalmis compendiose. Scripsit & alium librum, qvem vocavit Didascalicon.

Schol. Hugo *natione Saxo, Canonicorum regularium cœnobii Victorini, ad muros urbis Parisiensis, Abbas, doctrina & phraseos S. Augustini æmulator fuit: adeo ut* Lingua S. Augustini, *communi eruditorum sui temporis adagio, nuncuparetur. Æqualis fuit S. Bernardi: ut ex hujus epistola ad ipsum Hugonem constat. Opera ejus Parisiis* 1526. *Venetiis* 1588. *& postremo Moguntiæ* 1617. *fuerunt excusa, curante Thoma Carzonio.*

Cap. 26. RICHARDUS, & ipse Clericus sancti Victoris, prope Parisios, vir Religiosus, multa scripsit opuscula, religiosis & spiritualibus convenientia. Scripsit de duodecim Patriarchis, sumpto themate ab hoc versu Psalmi, Benjamin adolescentulus in mentis excessu; docens qvasi expertus, qvaliter ad contemplationis gratiam possit ascendere contemplativæ vitæ qvilibet studiosus. Scripsit & alios sex libros de contemplatione, sumpto themate ab hoc versu, Surge Domine in reqviem tuam, tu & arca sanctificationis tuæ: tam proprie & expresse prosequens universa, qvasi qvi omnia legisset in libro experientiæ. Scripsit & aliud opusculum, qvod appellavit, de exterminatione mali, & promotione boni, sumpto themate de illo versu, Qvid est tibi mare qvod fugisti &c. Scripsit & de verbis Esaiæ Prophetæ, Omne caput languidum, egregium opusculum, qvod appellavit, De statu hominis post lapsum. Scripsit & contra Judæos & contra judaizantes nostros, de hac prophetia Esaiæ, Ecce virgo concipiet: De mystico somnio Nabuchodonosor, sicut legitur in Daniele Propheta. Scripsit & de consideratione egregium librum: de Psalmis, de verbis Esaiæ, & aliis Scripturarum locis plurima differuit, omnia moraliter & subtilissime, in contemplativam vitam dirigens semper intentionem disputationis suæ. Scripsit & de Actibus Apostolorum, de lectione illa, Misit Herodes Rex manus; moraliter exponens qvid significet captivitas illa, & liberatio Apostolica. Scripsit & sex libros de Trinitate, non Scripturarum auctoritate, sed ratione procedens. In qvo opere mirari potest commune humanum ingenium, qvod eo usqve pervenire potuit unius hominis ingenium.

Schol. Richardus Victorinus, *natione Scotus, in eodem cœnobio cum Hugone, superiore capite laudato, ad muros Parisienses vixit, & S. Bernardo Clarevallensi amicissimus fuit: ut ex libris, qvos ad hunc Richardus scripsit, datur intelligi. Exstant opera ejus duobus tomis comprehensa. Inter alia habentur* libri qvatuor Exceptionum, *qvos non esse legitimum Richardi fœtum, sed alterius cujuspiam atœte posterioris, Bellarminus notat in Catalogo.*

Cap. 27. STEPHANUS, natione Anglicus, Parisiis liberalium artium scholis præfuit; inde Theologicæ schola præsidens, Theologiam celeberrime docuit. Totam Scripturam primus medullitus & moraliter cœpit exponere. In Pentateuchum, & in Regum libros moralitates suas litteris mandatas reliqvit. Scripsit & in XII. Prophetas, ipsos moraliter & subtiliter, secundum modum scholasticæ lectionis, exponens.

Cap. 28. MANEGUNDUS ingenii sui monumenta, in expositione Psalmorum & Epistolarum Pauli, posteris reliqvit.

Schol. *Manegoldo Teutonii tribuuntur a nonnullis commentarii in Psalmos, adscripti Remigio Autisiodorensi Episcopo: sunteqve typis editi Colonia* 1536. *in Folio.* Ita Molanus in ms. Bibliotheca sacra.

De Remigio Autisiodorensi sic idem Molanus citato libro: *Remigius Autisiodorensis Episcopus, ordinis S. Benedicti, scripsit commentaria in undecim minores Prophetas posteriores; a Joanne Hentenio, Theologo Lovaniensi, cum Oecumenio* 1545. *Antverpiæ edita: item in Psalmos commentarium, Coloniæ* 1536. *in folio excusum; cum dubitatione tamen, cum sit Manegoldi Teutonis. Claruit anno octingentesimo octogesimo.* Ceterum inter Episcopos Autisiodorenses, nullus invenitur *Remigius* apud Robertum Chronographum Autisiodorensem, nec apud Claudium Robertum in Gallia Christiana. Meo itaqve judicio, scriptor iste Remigius fuit Monachus Autisiodorensis, non autem Episcopus.

Cap. 29. PETRUS, Abbas Cluniacensis, scripsit ad diversos diversas Epistolas, sententiis utiles, & verborum venustate placentes. Scripsit etiam Visiones & Revelationes qvibusdam suo tempore ostensas.

Schol. Petrus Mauritius *cognomento* Venerabilis, *nobili genere in Arvernia natus, primum miles, dein Monachus, ac demum Abbas Cluniacensis nonus anno millesimo centesimo vigesimo tertio creatus, obiit Cluniaci plenus dierum, anno millesimo centesimo quinquagesimo septimo, VIII. Kalendas Januarias. Scripsit* libros sex Epistolarum ad diversos; *item* libros duos de miraculis sui temporis: *item* librum, *per modum epistolæ,* adversus errores Petri Bruisii, *& alia, qvæ ad mss. codices recognita, studio Martini Marrerii & Andreæ Quercetani, leguntur in Bibliotheca Cluniacensi, Lutetiæ excusa, itemqve in Bibliotheca veterum Patrum, tomo 12 editionis Coloniensis postremæ.*

Cap. 30. ANSELMUS, sæcularium litterarum & divinarum valde peritus & studiosus, ex scriptis sanctorum Patrum excerpens congruas sententias, totum vetus & novum

novum Teſtamentum interliniari & marginali gloſſa gloſſavit; opus valdè utile relinqvens poſteris doctrinæ Theologicæ ſtudioſis.

Schol. Anſelmus Laudunenſis Scholaſticus *claruit circa annum milleſimum centeſimum; ſcripſitqve* Gloſſam interlinealem, *qva omnium manibus teritur, cum Gloſſa ordinaria & Nicolai Lirani. Huic Anſelmo Laudunenſi attribuuntur* commentaria in Cantica, & in Apocalypsim, *qva habentur inter opera S. Anſelmi Cantuarienſis è qvatuor tomis Coloniæ 1612. excuſa. Edmerus certe, qvi minute omnia Anſelmi Cantuarienſis opuſcula enumerat, horum commentariorum non meminit.*

Cap. 31 PETRUS Lombardus, Theologicæ ſcholæ Pariſiis præſidens, ſcripſit qvatuor libros ſententiarum, opus magnum & arduum: qvo opere uſqve hodie vel maxime utuntur ſtudia Theologorum. Inveniuntur etiam Sermones aliqvi, de diverſis ſolennitatibus ab ipſo ſcripti.

Schol. Petrus Lombardus, *vulgo* Magiſter ſententiarum *nuncupatus, Novaria in Inſubria (qvæ a Longobardis, olim incolis, Longobardia hodieqve ſive Lombardia dicitur) natus eſt. Ex Doctore Theologo Pariſienſis Canonico Carnotenſi Pariſienſis Epiſcopus creatus, biennio circiter præfuit; obiitqve ſub annum milleſimum centeſimum qvinqvageſimum nonum, ſepultus in templo ſuburbano S. Marcelli Pariſienſis: ubi epitaphium iſtud, tumulo marmoreo inſculptum, me legere memini:* Hic jacet magiſter Petrus Lombardus, Parifienſis Epiſcopus, qvi compoſuit librum Sententiarum, gloſſas Pſalmorum & Epiſtolarum: cujus dies obitus eſt XIII. Kalendas Auguſti.

*De eo ſic Molanus in ms. Bibliotheca Sacra:* Petrus Lombardus Novarienſis, Epiſcopus Pariſienſis, ſcribit libros qvatuor Sententiarum (a qvibus eum Theologorum ſcholæ ſingulari veneratione Magiſtrum ſententiarum appellant) qvi cum concluſionibus Henrici Gorichemii, & condemnatis erroribus, editi ſunt Venetiis, Pariſiis, Coloniæ, & Lovanii. Extant autem in iſtos qvatuor Sententiarum libros innumerabilia diſputationum & commentariorum volumina. Collegit præterea commentarios in Pſalmos, 1541. Pariſiis in Folio excuſos. Item anno milleſimo centeſimo qvadrageſimo ſcripſit commentarium in S. Paulum, ibidem 1535. ad heredibus Badii publicatum. Jovius, lib. 3 Hiſtoriarum, ſcribit eum oriundum oppido, qvod vulgo *Lumen omnium* dicitur: unde etiam a qvibuſdam *Lumen omnium* eſt appellatus.

*Ceterum ut* Gratianus, *Petro Lombardo coævus, ſacros Canones unum in corpus collegit, & Canoniſtarum qvaſi Magiſter fuit: ſic* Lombardus *veterum Patrum ſententias collegit, & Theologorum Scholaſticorum ac Sententiarum Magiſter duci meruit. Fallüntur tamen, qvi* Gratianum, Petrum Lombardum & Petrum Comeſtorem *germanos fratres fuiſſe aſſerunt.* Gratianus *enim Etruſcus fuit, ex oppido Cluſio;* Lombardus *autem Inſuber, Novarienſis, ut paulo ante diximus;* Comeſtor *vero Gallus, patria Trecenſis. Qvamvis autem P. Lombardus vocetur Magiſter, non tamen omnia probantur qvæ Magiſter docuit. Notantur enim articuli ſex & viginti, in qvibus Magiſtri opiniones non admittuntur: ut ex additione, libris Magiſtri ſubjuncta, typiſqve excuſa, datur intelligi. Videatur & Bellarminus in Catalogo.*

*Porro Petro Lombardo in Epiſcopatu ſucceſſit* Mauritius de Soliaco, *ſupra cap. 14. ab Henrico Gandavenſi laudatus. Mauritio anno 1196. defuncto ſuffectus eſt* Odo de Soliaco; *cujus ſanctiſſima* Conſtitutiones *in Bibliotheca veterum Patrum leguntur.*

Cap. 32. PETRUS dictus Manducator, Trecis oriundus, ſtudens utilitati in Theologia ſtudentium, omnes hiſtorias veteris ac novi Teſtamenti breviavit in unam Hiſtoriam, qvam vocavit Scholaſticam; qvæ in duas partes dividitur a qvibuſdam. Inveniuntur etiam ſub ejus nomine Sermones plurimi, ſatis morales, diverſis anni feſtivitatibus deputati.

Schol. Petrus Comeſtor *ſeu* Manducator, *civis & Decanus Trecenſis Eccleſiæ,* Magiſter Hiſtoriæ ſcholaſticæ *nuncupatus,* Hiſtoriam ſacram, *libris XVI. ex veteris ac novi Teſtamenti libris hiſtorialibus concinnatam, edidit. Verbis porro ſacris multa ex Gloſſis & ex profanis auctoribus inſerüit, & non raro dubias aut incertas narrationes admiſcüit. De eo ſic Adelmus in ms. Bibliotheca ſacra:* Petrus Comeſtor Trecenſis, dictus Magiſter hiſtoriarum ſcripſit Hiſtoriam, qvæ ſcholaſtica nominatur, excuſam Argentinæ 1483. & alibi. Meminit etiam Trithemius libri de laudibus Mariæ, qvem in 8. excuſum legi: ſed opinatur Mariam ſine peccato conceptam eſſe ex particula feminis, qvæ ex Adamo per omnes generationes incorrupta deſcenderit. Vixit anno milleſimo centeſimo ſexageſimo, *Ita Molanus.*

Cap. 33. ALTER qvidam Petrus, ut qvidam putant, ille de Corbolio, Senonenſis Archiepiſcopus totum Apoſtolum expoſuit ſubtiliter & copioſe, appoſitis ſanctorum Patrum ſententiis, locis ſingulis convenientibus.

Schol. Petrus de Corbolio, *ex Cameracenſi Epiſcopo Senonenſis Archiepiſcopus, obiit anno milleſimo ducenteſimo viceſimo ſecundo, ſepultus in ſua baſilica metropolitana. Cum Pariſiis Theologiam publice explicaret, inter alios diſcipulum habuit Lotharium Anagninum, qvi poſtea* Innocentius III. Papa *fuit:* Sub cujus (*inqvit ipſe Innocentius lib. 1. epiſt.*) magiſterio nos aliqvando fuiſſe, in memoriam reducimus, & ab eo divinarum audiviſſe paginam Scripturarum; qvod volumus reputare glorioſum.

Cap. 34. ALEXANDER, hujus nominis Papa tertius, Epiſtolas Decretales ſui temporis, in unum codicem redactas Conſulta Alexandri voluit nominari. *Obiit anno 1181.*

Cap. 37. INNOCENTHIS, hujus nomininis Papa tertius, expoſuit ſubtiliſſime Canonem Miſſalis officii. Expoſuit etiam ſeptem Pſalmos pœnitentiales, juxta uſum litteræ, qvo utitur Romana Eccleſia. Ediditi ad diverſos diverſas Decretales Epiſtolas, qvibus utuntur hodie Juris Canonici periti, & ejuſdem Juris ſtudioſi, tam in judiciis qvam in ſcholis.

Schol. Innocentius III. Papa *anno milleſimo centeſimo nonageſimo octavo ſedere cœpit, & anno milleſimo ducenteſimo decimo ſexto vivere deſuit, Ante pontificatum dictus fuit* Lotharius Anagnius, *& Theologiæ ſtudiis operam dedit Pariſiis, ſub diſciplina* Petri Corbolienſis, *ſupra cap.* 33. *laudati. Innocentii III. opera tomis duobus Coloniæ* 1575. *fuerunt excuſa.*

Cap. 36. HUGO Abbas, dictus Farſitus, ſcripſit miracula multa beatæ Virginis, qvæ faciebat in eccleſia ejuſdem glorioſæ Virginis Sueſſionis. *Sigeberti Chronicon vide.*

Cap. JACOBUS de Vitreio, Epiſcopus Aconitanus, ſcripſit* ad diverſos diverſas Epiſtolas, ad ſtatum tranſmarinarum partium pertinentes. Scripſit etiam Hiſtoriam qvam vocavit Orientalem; in qva multa expreſſit de rebus ibi geſtis, ex qvo Occidentales loca illa primo armis vindicare cœperunt. Expoſuit etiam diligenter errorem illum, qvem induxit genti Arabum perditus ille Mahomas; in qvo errore infelix illa gens uſqve hodie pertinaciter perſeverat. * al. *Anconitanus*, vitioſe.

Schol. Jacobus de Vitriaco, *primum Aconenſis in Syria, dein Tuſculanus Epiſcopus & S. R. E. Cardinalis, Sediſqve Apoſtolicæ in Terra ſancta, in Germania, in Franciæ olim Legatus, natus eſt Argentolii, qvod eſt diœceſis Pariſienſis oppidum ad Sequanam fluvium. Obiit Romæ anno milleſimo ducenteſimo qvadrageſimo qvarto, & corpus ejus Romæ (ut extremæ voluntatis tabulis mandaverat) tranſportatum eſt* Ogniacum, *qvod eſt cœnobium Canonicorum regularium ad Sabim fluvium in diœceſi Namurcenſi. Scripſit* libros tres hiſtoſtoriæ Orientalis & Occidentalis, *cura Bongarſii anno* 1611. *Hanoviæ, tomo I. Hiſtoriæ Orientalis, publicatos; Item* Sermones in Evangelia & Epiſtolas totius anni, *Antverpiæ* 1575. *excuſos. Inſuper* uitam B. Mariæ Ogniacenſis *libris duobus eſt complexus; tertium* Thomas Cantipratanus, *infra cap.* 51. *memorandus, adjecit. Exſtant ii libri a Surio editi, a. d.* 23. *Junii. Ejuſdem Jacobi Vitriaci* Sermones de ſanctis, *& alia opera exſtant mſs. in bibliothecis variis.*

Cap. JOANNES dictus de Abbatis villa, ex Magiſtro Theologiæ Pariſiis, Archiepiſcopus Biſontinus, & inde Romæ Epiſcopus Cardinalis, ſcripſit Sermones tam de Dominicis qvam de feſtivitatibus. Lectiones Evangelicas & Apoſtolicas breviter expoſuit; poſt hæc apponens Sermones valde prolixos, tot inductis Scripturarum ſanctarum teſtimoniis, qvod vix poſſint memoriæ commendari.

Schol. Joannes Algrinus, *de Abbatis villa, ex Doctore Theologo Pariſienſi Biſuntinus in Burgundia Archiepiſcopus, poſtea anno* 1227. *a Gregorio XI. Cardinalis & Epiſcopus Sabinenſis creatus, anno milleſimo ducenteſimo triceſimo tertio abſolvit commentarium ſuum* in Cantica canticorum, *Pariſiis a Badio* 1521. *excuſum. Ex qvo liqvet labi Sixtum Senenſem, qvi ipſum anno* 1450. *floruiſſe ſcribit.*

Cap. FRANCO Abbas Affligemenſis, rogatus a domino Fulgentio prædeceſſore ſuo anteqvam ipſe dominus Franco Abbas eſſet, ſcripſit opuſculum qvod appellavit De gratia Dei. Et anteqvam conſummaret idem opuſculum, decedente Abbate Vincentio,* ipſe ſucceſſit, & jam Abbas factus prædictum opuſculum conſummavit, in ejusdem opuſculi fine laudes ſui prædeceſſoris declamans. Metrice etiam ſtatum futuræ gloriæ eleganter deſcripſit. *Fulgentio.

Schol. Franco *illuſtris monaſterii Affligemienſis in Brabantia, ordinis Benedictini, Abbas anno M.C.XI. creatus, jubente prædeceſſore ſuo Fulgentio, ſcripſit* libros XII. De gratia ſeu beneficentia Dei, *Antverpiæ* 1565. *& Friburgi* 1620. *excuſos.*

Cap. 40. HUGO ordinis fratrum Prædicatorum, qvi primus ex illo ordine cathedram Theologiæ meruit aſcendere magiſtralem, totum corpus veteris ac novi Teſtamenti dicitur poſtillaſſe. Diffuſius tamen ſcripſit in Pſalmos & in Lucam, & in Danielem prophetam.

Schol. Hugo de S. Caro, *aut (ut ad ſepulcrum ejus legitur)* de S. Theodorico, *primus ex ordine Prædicatorum Cardinalis* 1244. *ab Innocentio IV. creatus, ſcripſit* brevia commentaria in vetus ac novum Teſtamentum, *ſex voluminibus Baſileæ* 1504. *excuſa;* Sermones de Tempore & Sanctis, *in* 4. *Pariſiis editos:* Speculum ſacerdotum & Eccleſiæ, 1554. *Lovanii publicatum. Obiit anno milleſimo ducenteſimo qvarto. Dicunt eum primum excogitaſſe* Concordantias Bibliorum. *Sic fere Molanus in not. Bibliothecæ ſacræ. Cæterum an* commentaria in Pſalmos *ſint hujus Hugonis, non conſtat.* Concordantias Bibliorum *ab ipſo primum excogitatas fuiſſe, S. Antonius in ſua Summa hiſtoriali diſerte teſtatur: cui opera poſterorum induſtria multa adjecit. Bellarminus & alii natione* Burgundum *faciunt. Mariana rerum Hiſpaniæ lib.* 13. *cap.* 2. Hiſpanum, *patria* Barcionenſem, *fuiſſe contendit.* Hugo, *inquit*, ex Dominicano ordine Cardinalis, Barcinone patria, eximia eruditionis opinione clarus, *Bibliorum Concordantias*, infinitum pene opus, Herculea plane audacia, primus excogitavit: & qvingentorum monachorum opa

in-

adjutus perfecit : incredibili rei litterariæ proventu. Hugonis diligentiam longo post intervallo Hebræi, Græciqve imitati, utriusqve linguæ studiosorum conatus non parum juverunt.

Cap. 41. PETRUS ejusdem ordinis, Provincialis Franciæ, scripsit Sermones de Dominicis & festivitatibus fere per totum annum, qvibus multi utuntur usqve hodie.

Cap. 42. VINCENTIUS, ejusdem ordinis, dicitur scripsisse qvotidam opus magni ingenii & laboris, qvod prætitulavit Triplex Speculum, historiale, allegoricum, & morale; ipsum historiale non solum per sanctarum Scripturarum seriem, sed etiam per sæcularium historiarum ordinem usqve ad sua deducens tempora, mulaqve hinc inde inferens studiosis lectoribus profutura.

Schol. Vincentius *Bellovacensis in Gallia Episcopus, natione Burgundus, ordinis Prædicatorum, liberalitate Philippi Valesii Gallorum Regis adjutus, scripsit* Speculum historiale, naturale & morale; libros qvatuor de gratia; librum laudum Virginis gloriosæ; librum de S. Joanne Evangelista; librum de eruditione puerorum regalium, ad Margaritam Reginam Franciæ; & librum consolatorium de morte amici, ad S. Ludovicum Regem. 1481. *Basilea excusum. Claruit anno millesimo ducentesimo qvadragesimo qvarto, ad qvem usqve annum suam historiam deduxit. Ita Molanus in suams. Bibliotheca sacra. At Bellarminus in Catalogo ubi de scriptis S. Thomæ Aqvinatis agit, in dubium vocat, an* Speculum morale *sit fœtus Vincentii Bellovacensis, an non potius alicujus auctoris ætate posterioris. Obiit autem Vincentius anno circiter* 1256.

Cap. 43. ALBERTUS & ipse ordinis Prædicatorum, Colonensis domus ejusdem ordinis Lector, vir undecumqve doctissimus, multa & scripsisse fertur & scriberet; sed primam partem Postillarum ejus in Lucam tantum fateor me vidisse. Et ut salva pace ejus dictum sit, sicut a qvibusdam dicitur, dum subtilitatem sæcularis Philosophiæ nimis sequitur, splendorem aliqvantulum Theologicæ puritatis obnubilat.

Schol. Albertus *cognomento* Magnus, *Lavingæ apud Suevos equestri familia natus, ordinis Prædicatorum, Episcopus Ratisponensis, crucis & passionis Christi maximus cultor, inter auditores suos habuit* Thomam Aqvinatem. *Scripsit in* XII. Prophetas, in qvatuor Evangelia; de laude Virginis, super Missus est; postillam in Apocalypsim; in libros IV. Sententiarum; Summam de admirabili scientia Dei; in officium Missæ; Sermones de Eucharistia, Tempore & Sanctis; Paradisum animæ, de virtutibus; libellum de adhærendo Deo; Artem prædicandi; tractatum de muliere forti. *Qvæ omnia partim Coloniæ, partim Moguntiæ, partim Antverpiæ & alibi fuerunt excusa. Obiit Coloniæ anno millesimo ducentesimo octogesimo, cum magna sanctitatis opinione. Librum porro* De secretis mulierum *Medici Lovanienses judicarunt nec ejus, nec cujuspiam doctæ esse. Ita Molanus in ms. Bibliotheca sacra.*

*Alberti vitam scripserunt* Rudolphus Noviomagansis *libris tribus, Coloniæ* 1490. *editis*, Joannes Antonius Flaminius *lib.* 3. *de Dominicanis illustribus, &* Matthæus Raderus *in Bavaria sancta. Qvæ contra Albertum a qvibusdam objiciuntur, Trithemius, Delrius & alii diluerunt. Bellarminus in Catalogo conformiter monet*, librum de mirabilibus, & alterum de secretis mulierum, *falsò adscribi Alberto Magno, additqve librum utrumqve superstitiosa quædam & multa vana continere.*

Cap. 44. WILHELMUS de sancto Amore, oriundus ex Burgundia, scripsit librum invectivum in Ordines tam fratrum Prædicatorum qvam Minorum; conatus ostendere per Scripturas, Ecclesiam tales Ordines non debuisse admittere. Reclamantibus autem prædictis fratribus, tam verbis qvam scriptis, cum etiam eidem magistro Wilhelmo plurimi consentirent, ex studiis partium orta contentione, ad Sedem Apostolicam appellatum est. Sed Papa, de consilio fratrum, damnato prædicto magistro Wilhelmo, cum suo opusculo, prædictos Ordines approbavit.

Cap. 45. THOMAS, ordinis Prædicatorum, dictus de Aqvino, contra prædicti magistri Wilhelmi de sancto Amore invectivum librum, edidit opusculum subtilissimum, in qvo ejusdem Wilhelmi errorem redarguit & confutat.

Schol. Thomas Aqvinas, *vero elogio* Doctor Angelicus, *ordinis Prædicatorum, illustri genere anno* 1224. *apud Neapolitanos natus, Alberti Magni discipulus, in Domino obdormivit anno millesimo ducentesimo septuagesimo quarto; a Joanne XXII. anno* 1323. *in Divos relatus. Ejus opera tomis XVII. Romæ sunt edita, jussu Pii V. Papæ. His adde* commentaria in Epistolas canonicas, *qvæ post editionem Romanam primum Antverpiæ* 1592. *in lucem prodierunt. Qvod ad librum* De regimine Principum, ad Regem Cy-

pri, *attinet*, *non videtur is esse fœtus S. Thomæ, ob rationes a Bellarmino in Catalogo productas; ideoque videtur merito omissus in Lovaniensi operum S. Thomæ editione, anno 1562. facta.*

Cap. 46. ALEXANDER natione Halensis, liberalium litterarum & sacræ Scripturæ peritissimus, qvi etiam Parisiis Theologicæ scholæ publice præfuit, scripsit Qvæstiones in qvatuor libros Sententiarum, subtilissime disputatas. Dicitur etiam multa disseruisse subtiliter de concordia Juris divini & humani, & de multis rebus aliis, studiis Theologiæ convenientibus. Ignoscat lector, si vel hujus opusculi vel qvorumdam aliorum non proprie exprimo continentiam: qvia non ex propriæ lectionis experientia, sed auditu tantum hic loqvor.

Schol. Alexander de Hales, *Britannus, primus in ordine Minorum Doctor, S. Bonaventuræ præceptor, a qvibusdam* Doctor Doctorum, *ab aliis* Fons vitæ, *a plerisque* Doctor Seraphicus *appellatus, scripsit, petente Innocentio IV. Papa* Summam Theologicam, *tomis tribus 1577. in folio Venetiis excusam*; commentaria in libros IV. Sententiarum, *Lugduni 1515. edita*; *item* in regulam S. Francisci. Commentarium in Psalmos, *Bonaventuræ nomine Venetiis editum, multi Hugoni Cardinali supra cap. 40. laudato, attribuunt. Sic fere Molanus in ms. Bibliotheca Sacra. His adde* Postillam in Biblia, & Summam virtutum.

Cap. 47. BONAVENTURA natione Italicus, & ipse ordinis fratrum Minorum, qvi etiam Parisiis Theologicæ scholæ præfuit, scripsit in qvatuor libros Sententiarum magistri Petri, opusculum magnæ subtilitatis, qvod sic incipit: Flecto genua mea, &c. Scripsit etiam aliud, qvod vocavit Itinerarium mentis in Deum. Scripsit & de decem præceptis. Respondit etiam breviter calumniis prætati magistri Wilhelmi de sancto Amore.

Schol. S. Bonaventuta *cognomento* Fidanza, *Balneoregii in finibus Etruriæ natus, ordinis Minorum octavus Minister generalis, primum Eboracensis in Anglia Episcopus, postea Episcopus Cardinalis Albanensis a Gregorio X. anno 1273. creatus, scripsit varia, qvæ in octo tomis distributa, Romæ edenda curavit Sixtus V. Papa. Obiit anno millesimo ducentesimo septuagesimo qvarto, die 15. Julii, Lugduni in Gallia; ubi tunc Concilium generale celebratur.*

Cap. 48. REMUNDUS natione Provincialis, juris peritissimus, Generalis prior ordinis Prædicatorum, scripsit summam de Casibus pœnitentialibus, audientibus confessionem, valde necessariam: qvæ modo tam vulgata est, ut a nemine ignoretur. Ad mandatum etiam domini Gregorii, compilator fuit illius codicis, qvi modo Novum Jus appellatur.

Schol. S. Raimundus *cognomento Pennafortius; Catalanus, patria Barcinonensis, ex Regibus Aragonum oriundus, ordinis Prædicatorum tertius Magister generalis, Gregorii IX. Papæ Pœnitentiarius, collegit, ejus jussu*, Epistolas Decretales summorum Pontificum, *libris qvinqve distinctas, qvi in Juris Canonici corpore sunt notissimi. Scripsit* Summam de Casibus, *typis editam. Ejus compendium putatur* Summula Raimundi, 1502 *Coloniæ edita, hoc initio*, Summula de Summa Raimundi prodiit ista. *Obiit anno millesimo ducentesimo septuagesimo qvinto. Sic fere Molanus in ms. Bibliotheca sacra. Anno* 1601. *a Clemente VIII. in catalogum Sanctorum solenni ritu est relatus. Jacobo I. Aragoniæ Regi cum esset a sacris confessionibus, ipse auctor fuit, ut sodalitatem, titulo S. Mariæ de Mercede, anno millesimo ducentesimo decimo octavo institueret, ad redimendos homines Christianos a Mauris captos, & in servitutem abactos: ut Mariana lib. 12. cap. 8. in Historia Hispaniæ narrat: quem & lib. 13. cap. 13. & 22. lege.*

Cap. 49. GRATIANUS monachus, Bononiæ habitans, codicem, qvem Decreta vocant, compilavit, ex sanctorum Patrum scriptis, Romanorum Pontificum decretis, diversorum Conciliorum statutis; legibus etiam sæcularibus non omissis: ipsum opus per Cautas Qvæstionesqve distinguens, cui maxime vacant Juris Canonici studiosi.

Schol. Gratianus *patria Clusinus, professione monachus Benedictinus, concinnavit* Decretum, (*ipse* Concordiam discordantium Canonum *vocat*) *qvod a mendis repurgatum, & annotationibus illustratum, Gregorius XIII. Romæ* 1580. *edendum curavit; postea Venetiis, Lugduni & alibi recusum. Trithemius tradit ipsum adornasse hoc opus Bononiæ in monasterio S. Felicis, anno millesimo centesimo vicesimo: alii ad annum millesimum centesimum qvinqvagesimum primum id verius referunt.*

Cap. 50. PHILIPPUS Cancellarius Parisiensis, qvi Theologicæ scholæ Parisiis glorioſe

glorioſe præfuit, ſcripſit Sermones de ſingulis Pſalmis duos vel tres: qvibus uſqve hodie multi utuntur, qvi prædicationis officio vacare voluerint.

Schol. Philippus *cognomento* Grevius, *Cancellarius Pariſienſis, ſcripſit* Sermonescentum triginta in omnes Pſalmos; *Pariſiis a Badio* 1523. *in* 8. *editos.*

Cap. 51. THOMAS ordinis Prædicatorum, Lovanii habitans, ſcripſit vitam cujuſdam ſanctæ mulieris in Hasbania, qvæ vocabatur Chriſtina. Scripſit etiam vitam cujuſdam monialis de Aqviria, dominæ ſcilicet Lutgardis.

Schol. Thomas Cantipratanus, *Leuvis S. Petri; celebri Brabantiæ municipio, altero lapide a Bruxella, natus, primum fuit Canonicus regularis in Cantiprato, ad muros urbis Cameracenſis (unde & cognomentum accepit) poſt familiæ Prædicatorum nomen dedit. Scripſit* vitas Chriſtinæ cognomento Mirabilis, Lutgardis Aqvirienſis, Margaritæ Iprenſis, & Mariæ Ogniacenſis; *item* librum de Apibus, *tertio excuſum cum Notis Georgii Colvenerii; & alia non pauca. Cum S. Thoma Aqvinate communem præceptorem habuit Albertum Magnum: ut ipſe lib. 2. cap. ult. part. 50. de Apibus narrat. Fuit Epiſcopus ſuffraganeus, ut vocant, Antiſtitis Cameracenſis; obiitqve die* 15. *Maii; ſed qvoto ætatis ſuæ, vel Dominicæ incarnationis anno, nondum comperi. Vita ejus exſtat in Rubra-Valle ms. apud Joannem Gilemannum, in Hagiologo Brabantinorum, qvam Hyacinthus Choqverius, Doctor Theologus Duacenſis,* 1618. *ibidem publicavit, in libro De Belgis ſanctitatis opinione illuſtribus ex ordine Prædicatorum. Ejuſdem res geſtas in unum collegit Colvenerius, Cancellarius Duacenſis, meus olim in Grammaticis ac Philoſophicis præceptor, & libro Apum præfixit.*

Cap. 52. GERARDUS, monachus ſancti Qvintini in Inſula, ſcripſit translationem venerandarum reliqviarum Crucis & Coronæ Dominicæ a Conſtantinopoli Pariſios; qvas reliquias piæ memoriæ dominus Ludovicus Rex Francorum ſibi ab Imperatore Conſtantinopoleos acqviſivit. Scripſit etiam plurima miracula, qvæ beata Elizabeth de Thuringia, poſt mortem ſuam, dicitur fuiſſe operata. Compoſuit etiam Antiphonas & Reſponſoria eleganti dictamine, in ejuſdem ſanctæ feſtivitate cantanda. Neumas * vero eiſdem Antiphonis & Reſponſoriis qvidam frater Petrus, Canonicus ſancti Autberti Cameracenſis, appoſuit. Idem etiam Petrus, muſicæ artis peritus, dulci modulamine & limato dictamine compoſuit plura Cantica, qvæ vulgo Condictus vocant.

* Cantus ſpecies & ſacri jubili. Vide Cangium in *pneuma.*

Cap. 53. GERARDUS ordinis Prædicatorum, Lector domus Leodienſis, compoſuit tractatum religioſis valde utilem, ſumpto themate ab illo loco libri Regum, Præparate corda veſtra Domino &c. ſeptem diſpoſitiones circa cor faciendas docens, multaqve ad ædificationem pertinentia hinc inde de Scripturis colligens.

Schol. Gerardus, *Leodicenſis Lector ſeu Profeſſor ſacrarum litterarum apud collegas ſuos Dominicanos, circa annum milleſimum floruit. Scripſit librum* De doctrina cordis; de Virtutibus; de Tempore & Sanctis. *Exſtant hi libri mss. in Valle Viridi, & Lovanii ad S. Martinum. Ejuſdem Gerardi fortaſſe liber eſt* De remediis contra amorem illicitum; *qvem nonnemo aleeri* Gerardo Leodicenſi, monacho ordinis Ciſtercienſis, *adſcripſit.*

Cap. 54. WIBERTUS Tornacenſis dicitur ſcripſiſſe Hodœporicon primæ profectionis piæ memoriæ domini Ludovici, Regis Francorum, ad tranſmarinas partes.

Schol. Guibertus *ſeu* Gilbertus Tornacenſis, *ordinis Minorum, celebris ſuo ævo Theologus Pariſienſis, anno milleſimo ducenteſimo ſeptuageſimo vixit. Juſſu Joannis Tornacenſis Epiſcopi, ſcripſit* vitam S. Eleutherii, *ejuſdem urbis Epiſcopi; tractatum* De officio Epiſcopi & Eccleſiæ ceremoniis; *item opuſculum* De pace ac tranqvilitate animi. *Qvæ omnia exſtant in Bibliotheca Patrum, tomo* 15. *editionis Colonienſis ultimæ. Ejus* Hodœporicon, Sermones de Dominicis & Sanctis, Qvadrageſimale, Chronica, *& alia a Bunderio in Indice notata, latent mss. partim Tornaci ad S. Martinum, partim Leodici ad Jacobum, & alibi.*

Cap. 55. GANFREDUS Tranenſis compoſuit Summam de omnibus qvæ continentur in Codice novi Juris; ſecundum ordinem Rubricarum ipſius Codicis ordinans Rubricas ſuæ Summæ.

Cap. 56. SIMON monachus Affligenienſis breviavit libros Moralium beati Gregorii in Job, moralem expoſitionem per totum opus Gregorii excerpens, & litteræ



Digitized by Google

libri beati Iob apte apponens, totum librum beati Job moraliter expoſuit. Scripſit etiam idem Simon qvoſdam Sermones de Canticis canticorum. Scripſit & qvandam viſionem cujuſdam Converſi ordinis Præmonſtratenſis de qvodam monaſterio qvod dicitur Poſtele. Collegit etiam excerpta qvædam de Sermonibus beati Gregorii Papæ in Ezechielem de Collationibus Patrum, & de opuſculo Richardi de duodecim Patriarchis. *De eodem Trithemius in Catalogo agit.*

Cap. 57. WILHELMUS monachus Affligenienſis, & ibidem aliqvando Prior, vitam dominæ *Lutgardis*, a fratre Thoma Latine ſcriptam, convertit in Teutonicum rithmice, duobus ſibi ſemper rithmis conſonantibus. Dictavit etiam Latine qvandam materiam ſatis eleganter de qvadam moniali Ciſtercienſis ordinis, qvæ Teutonice multa ſatis mirabilia ſcripſerat de ſeipſa. *De eodem Trithemius.*

Cap. 58. HENRICUS Bruxellæ oriundus, monachus Affligenienſis, calculatoriæ artis peritus, diſcordiam naturalis computi Lunæ & Cycli decemnovennalis diligenter abſolvens, Kalendarium ita diſtinxit, ut poſitis ſecundum Cyclum decemnovennalem ſuo loco primilunii, ipſe e regione non ſolum qva die, vel qva hora, ſed etiam qva parte horæ ſingularum lunationum ſinguli menſibus accenſio contingeret, annotaret.

Cap. 59. ALEXANDER Dolenſis ſcripſit metrice librum qvem Doctrinale vocant: cujus libri in ſcholis Grammaticorum magnus uſus eſt temporibus hodiernis.

Cap. 60. EBRARDUS, Betuniæ oriundus, ſcripſit librum qvem Græciſmum vocant, Grammaticis non ignotum.

Schol. Ebrardus *ſive* Everhardus Betunienſis, *Arteſius, vulgo dictus eſt* Græciſta, *eo qvod librum* Græciſmi titulo *ſcripſerit* De figuris, deqve octo partibus orationis: *de qvo hic verſus exſtat:* Anno milleno, centeno bis, duodeno, condidit Ebrardus Græciſmum Betunienſis. *Fuit hic liber olim in pretio, cum libro* Alexandri de Villa-Dei; *exſtatqve typis in 4. editus. Ejuſdem Ebrardi* Elementa Grammaticæ *mss aſſervantur Lovanii ad S. Martinum. Ejuſdem* Antihæreſim contra Waldenſes hæreticos *Greſerus* 1614. *in 4 Ingolſtadii edidit.*

# APPENDIX
## HENRICO GANDAVENSI SUBNECTI SOLITA.

Cap. 1. ANSELMUS, Laudunenſis Scholaſticus, novo expoſitionis genere, utriuſqve Teſtamenti Scripturas gloſſa interlineari & marginali, de Patrum ſcriptis breviata, elucidavit. *Vide Henricum Gandav. c. 30.*

Cap. 2. SILLEBERTUS, cognomento Univerſalis, gloſſa continuata Pſalterium, & alios qvoqve libros expoſuit. *Alias Gillebertus dicitur.*

Cap. 3. PETRUS Dialecticus, cognomento Abailardus, ſubtili abuſus ingenio, aliqva conſcripſit; inter quæ excellunt liber Theologiæ; liber cujus eſt titulus, Scito teipſum. Compoſuit & metrico ſtylo Hymnos, in monaſterio, qvod vocatur Paraclitus, decantandos. *Henricus Gandav. c. 16.*

Cap. 4. BERNARDUS Abbas Claræ-vallis, vita & doctrina præclarus, contra errores Petri Abailardi, ſcripſit ad Innocentium Papam. Scripſit librum de Conſideratione ad Eugenium Papam. Scripſit librum de libero arbitrio, ad Abbatem S. Theoderici. Expoſuit homilitico genere Cantica canticorum; fecit tractatus ſuper Evangelium, Miſſus eſt Gabriel, &c. Fecit tractatus de duodecim gradibus humilitatis. Scripſit vitam Malachiæ Epiſcopi, qvi ex Hibernia peregrinus Romam tendens, Claræ-vallis obiit. Scripſit librum de diligendo Deo, ad Haimericum Cancellarium Romanæ Curiæ. Scripſit commonitorium ad qvendam adoleſcentem Robertum, qui de ordine Ciſtercienſi ad Cluniacenſem migravit. Scripſit alia multa legentibus utilia. *Supra cap. 9.*

Cap. 5. RUPERTUS Abbas Tuitienſis ſcripſit, ad Cononem Abbatem Sigebergenſem, librum multis Scripturarum refertum myſteriis, qvem intitulavit, De victoria verbi Dei. Scripſit alium De divinis officiis. *Honorius IV. 16. de S. E.*

Cap. 6. WILHELMUS ex Abbate monachus, aſſumptis undecumqve ſcriptis ex Patrum compilationibus, Epiſtolam ad Romanos expoſuit. *Vide ſupra cap. 10.*

HU-

Digitized by Google

Cap. 7. HUGO Canonicus monaſterii S. Victoris Pariſienſis, vir religioſus & utraqve litteratura apprime diſertus, ſcripſit de Sacramentis fidei Chriſtianæ. Qvod opus pro ſui prolixitate, in duos libros diſtinxit; primum per duodecim partes ad Incarnationem uſqve perducens, ſecundum per decem & octo partes in conſummationem omnium ab Incarnatione incipiens. Scripſit qvoqve in Eccleſiaſten, in Lamentationibus Jeremiæ, in oratione Dominica expoſitum. Scripſit librum de inſtitutione novitiorum, de ſimplici natura Dei. Scripſit in Hierarchiam Dionyſii Areopagitæ. Scripſit librum qvem appellavit Didaſcalicon. Scripſit librum Soliloqviorum; ſcripſit librum de perpetua virginitate beatæ Mariæ. Scripſit alia qvam plura, qvæ a qvam plurib.s, proſui utilitate, transſcriptione digna judicata ſunt. *Henricus Gandav. cap.* 25.

Cap. 8. GILLEBERTUS cognomento Porreta, primum Scholaſticus Pariſienſis, poſt Pictavienſis Epiſcopus, in ſæculari ſcientia clarus, ſpiritualis etiam ſtudii fervore nihilominus emicuit. Conſiderato qvippe magiſtri Anſelmi Laudunenſis gloſſandi modo, qvod videlicet nimia brevitate non niſi ab exercitatis in expoſitionibus Patrum poſſet intelligi, gloſſam prolixiorem, eoqve evidentiorem fecit. Expoſuit itapve continuatim Pſalterium, Epiſtolas Pauli, Evangelium Joannis. Super librum etiam Boetii de Trinitate novum opus, & ad ſua uſqve tempora intentatum, modo expoſitionis materiæ auctoris congruo, conſummavit. In Concilio qvoqve Remenſi, qvod ab Eugenio Papa celebratum eſt, contra qvoſdam, qvi auctoritates, qvas in expoſitione ſua induxerat, minus intelligebant, ipſe ſuum opus defendit. *Supra, cap.* 17.

Cap. 9. LUCAS, Montis Cornelii Abbas, ad Milonem Epiſcopum Taruanenſem, ſuper Cantica canticorum ſcripſit.

Schol. *In agro ſuburbano Leodicenſi* Mons Cornelius *ſitus eſt, in qvo Canonicis regularibus, ordinis Præmonſtratenſis, domicilium habentibus* Lucas *olim Abbas præfuit. Eorum poſteri inde ad urbem Leodicenſem migraverunt, & locum, vulgo* Bellum reditum *nuncupatum, hodie incolunt. Caterum Lucas ex* Aponii commentariis in Cantica canticorum *confecit epitomen, eamqve Miloni Epiſcopo Morinenſi ſeu Taruanenſi dicavit. Fuit ea cum ipſo Aponio primum Friburgi anno* 1538. *edita, & poſtea in Bibliotheca veterum Patrum, tomo* 1. *editionis qvartæ, recuſa. Floruit anno.* 1140.

Cap. 10. CLAREBALDUS, Atrebatenſis Archidiaconus, ſuper Boetium de Trinitate commentum fecit: ubi de qvibuſdam Gillebertum Pictavienſem arguere, Petrum vero Abailardum condemnare, & Abbatem Bernardum comprobare videtur.

Cap. 11. PETRUS Longobardus, Scholaſticus Pariſienſis, poſtea ejusdem civitatis Epiſcopus, magiſtris ſui temporis & Scripturarum expoſitoribus eo maxime præferendus judicatur, qvod ingenio ſagaci & uſu aſſiduo tanta in exponendis Scripturis luce claruit, ut pene magiſterio doctoris non egeat, qvi gloſſarum ipsius lectioni animum intendere voluerit. Scripsit inter cætera magnum de Sacramentis volumen, ubi præcedentium Patrum ſententias eum ſane intellexiſſe, plane expoſuiſſe manifeſtum eſt. *Vide cenſuram appoſitam ſupra. cap.* 31.

# INDEX
## SCRIPTORM ECCLESIASTICORUM,
### *Qvi in Henrici Gandavenſis Catalogo ejusqve appendice recenſentur.*


Adilredus Rivallenſis Ab. cap. 13.
Alanus Inſulenſis. 21.
Albertus Magnus. 43.
Alexander Dolenſis. 59.
Alexander Halenſis. 46.
Alexander III. Papa. 34.
Anſelmus Cantuarienſis Epiſc. 5.
Anſelmus Laudunenſis. 30. & appendic. cap. 1.
Arnoldus Bonæ-vallis Abbas. 11.
Bernardus Clarevallenſis. 9. & append. cap. 4.
Bernardus Cluniacenſis. 2.
Bonaventura Cardinalis. 47.
Clarebaldus Atrebatenſis. append. cap. 10.
Ebrardus Betunienſis. 60.
Emundus Cantuarienſis. 7.
Ernaldus: *vide* Arnoldus.
Franco Affligemienſis. 39.




igitized by Google

Fulbertus Carnotenſis Epiſcop. c. 1.
Gaufredus Tranenſis 55.
Gerardus Leodicenſis 53.
Gerardus monachus. 52,
Gilbertus Porretanus. 17. & append. cap. 8.
Gilbertus Tornacenſis. 54.
Gislebertus ordinis Ciſtercienſis. 12.
Gislebertus Weſtmonaſterienſis. 6.
Gratianus Monachus. 49.
Gualterus Caſtellionenſis. 20.
Gualterus Inſulenſis. 19.
Guibertus Tornacenſis. 54.
Guilielmus S. Theodorici Abbas. 10. & append. cap. 6.
Guilielmus Affligemienſis. 57.
Guilielmus de ſancte Amore. 44.
Henricus Affligemienſis. 58.
Henricus Gandavenſis. Vide p. 117.
Hildebert. Cenomanenſis Epiſc. c. 8.
Hugo Cardinalis. 40.
Hugo Farſitus. 36.
Hugo Victorinus. 25. & append. c. 7.
Jacobus de Vitriaco. 37.
Innocentius III. Papa. 35.
Joannes de Abbatis-Villa. 38.
Joannes Belethus. 18.
Lucas Cornelienſis Abbas. apend. cap. 9.
Manegundus. cap. 28.
Matthæus Vindocinenſis. 23.
Mauritius Pariſienſis Epiſcopus. 14
Odo Cameracenſis Epiſc. 4.
Petrus Abailardus. append. c. 3.
Petrus Cantor Pariſienſis. 16.
Petrus Comeſtor. 32.
Petrus Corbolienſis. 33.
Petrus Lombardus. 31. & append. cap. 11.
Petrus ord. Prædicatorum. 41.
Petrus de Riga. 22.
Petrus Venerabilis. 29.
Philippus Cancellarius Pariſ. 50.
Raimundus Pennafortius. 48.
Rainaldus Viceliacenſis Abbas. 3.
Richardus Victorinus. 26.
Rupertus Tuitienſis. append. cap. 5.
Sillebertus. append. cap. 2.
Simon Affligemienſis. 56.
Simon Tornacenſis. 23.
Stephanus Anglicus. 27.
Thomas Aqvinas. not. ad. c. 51.
Thomas Cantipratanus. 51.
Vincentius Bellovacenſis. 42.
Walterus: *vide* Gualterus.
Wibertus: *vide* Guibertus.
Wilhelmus: vide Guilhelmus.

# INDEX
## SCRIPTORUM IN SCHOLIIS
## AUB. MIRÆI MEMORATORUM.

AGathias hiſtoric. ad Iſidor. c. 25.
Algerus Corbeienſis. Sigeb. cap. 154.
Anſegiſus Laubienſis Abbas. Sigebert. cap. 81.
Antiochus Monachus S. Sabæ. Gennad. cap. 20.
Antonius, hagiographus. Hieron. cap. 135.
Aqvila Ponticus. Hieron. cap. 54.
Arculphus Epiſcopus Gallicanus. ad Sigebert. cap. 64.
Aribo Friſingenſis Epiſcopus. Sigeb. cap. 140.
Arnobius junior. Hieron. cap. 79.
Aſterius Amaſæus Epiſcopus, Hieron. cap. 94.
Aſterius Conſul Romanus. Iſidor. cap. 7. & Sigebert. cap. 6.
Baſilius Seleucienſis. Hieron. cap. 116. & Honor. lib. 1. cap. 117.
Capreolus Carthaginienſis. Gennad. cap. 48.
Conſtantius Lugdunenſis presbyter. Iſidor. cap. 4.
Coſmas Hieroſolymitanus. Sigeb cap. 75.
Cyprianus, hagiographus. Gennad. cap. 86.
Damaſus Portuenſis Epiſcopus. Hieron. cap. 103.
Deoduinus Leodicenſis Epiſcopus. Sigeb. cap. 154.
Dungalus. Gennad. 48.

Edil-

Edilredus Abbas Wardenſis. ad Henric. Gandav. cap. 13.
Edmerus, al. Eadmerus, hiſtoricus. ad Honor. IV. cap. 15.
Endelechius. Genn. cap. 48.
Ephræm Patriarcha Antiochen. ad Gennad. cap. 2.
Epiphanius junior, Cyprius Epiſc. ad Hieron. cap. 114.
Euagri Scholaſticus. Hieron. c. 125.
Euphronius. Auguſtodun. Epiſc. id.
Eutropius, hiſtoricus Gennad. c. 49. Sigebert. cap. 80
Florus Magiſter. Sigeb. c. 92.
Felix IV. Papa. Gennad. cap. 86.
Fredegarius Scholaſticus. Honor. III. cap. 33.
Galfridus Monumetenſis. Sigebert. cap. 171.
Gelaſius Cyzicenus. Hieron. c. 130. Gennad. cap. 94.
Georgius Alexandrinus Epiſcopus. Honor. lib. 1. cap. 130.
Georgius Theophanes, hiſtoric. Sigeb. cap. 80. & 103.
Goffridus Vindocinenſis. Honor. IV. cap. 16.
Godeſcalcus Leodicenſis, hiſtoricus. Sigeb. cap. 163.
Guilielmus Brito, hiſtoricus Sigeb. cap. 144.
Guilielmus Nangius, hiſtoricus id.
Guitmundus Averſanus. Sigeb. cap. 154.
Hegeſippus junior. Hieron. c. 22.
Helgaudus hiſtoricus. Sigeb. c. 144.
Haraclides, hiſtoricus Hieron. c. 135.
Hettus Treverenſis Epiſcopus. Honor. IV. cap. 3.
Hilarius presbyter. Gennad. cap. 69.
Hugo Lingonenſis Epiſcopus. Sigeb. cap. 154.
Hypatius Epheſinus Epiſcopus. Gennad. cap. 2.
Joannes Margaritus Ep. Gerundenſis Iſidor. cap. 31.
Joannes Moſcus, al. Eviratus. Hieron. cap. 135.
Joannes Sabaita monachus. ad Sigebertum. cap. 75.
Jonas Fontanellenſis monachus. Sigeb. cap. 61.
Iſaacus junior, Syrus monachus. Gennad. cap. 66.
Iſidorus Mercator. Iſidor. cap. 1.
Iſidorus Pacenſis, chronographus. ſupra pag. 70.
Landulphus Sagax, hiſtoricus ad Sigeb. cap. 80.
Leo Bituricenſis Epiſcopus. Gennad. cap. 70.
Leo Pacificus, Imp. Conſtantinop. Honor. I. cap. 130.
Leontius Byzantius. Gennad. cap. 2.
Liberatus Carthaginienſis. Iſidor. c. 25.
Lupus Trecenſis Epiſcopus Gennad. cap. 64.
Marcellinus Comes. Iſidor. c. 25.
Marius Aventicenſis, chronographus. Gennad. cap. 84.
Mamertus Claudianus, presbyter. id. cap. 83.
Methodius Conſtantinop. Epiſcopus Hieron. cap. 83.
Nemeſius, philoſophus. Gennad. cap. 98.
Nicolaus Leodicenſis, hiſtoricus. Sigeb. cap. 163.
Notgerus Leodicenſis Epiſcopus. id. cap. 137.
Palladius Helenopolitanus Epiſc. Hieron. cap. 135. Honor. lib. I. cap. 130.
Pamphilus martyr. Gennad. cap. 17.
Paphnutius hagiographus. Hieron. cap. 135.
Paulinus Biterrenſis Epiſcopus. Gennad. cap. 48.
Pelagius Ovetenſis, chronographus. ſupra. p. 70.
Paulinus Petricordius, ad Gennad. cap. 48



Digitized by Google

ANONYMUS MELLICENSIS
Sæculo XII. Clarus
DE

# SCRIPTORIBUS ECCLESIASTICIS,

*NUPER PRIMUM IN LUCEM EDITUS, ET NOTULIS CHRONOLOGICO-CRITICIS ILLUSTRATUS*

à

R. D. P. BERNARDO PEZ,
Benedictino & Bibliothecario
Mellicensi.

A. M. DCC XVI.

---

## ADMONITIO.

*ANonymum hunc de* Scriptoribus Ecclesiasticis, *seu de* Viris illustribus, *quem Reipublicæ Litterariæ bono nunc primùm in lucem damus,* Mellicensem *dicimus, neutiquam propterea; quod certa nobis argumenta suppetant, Autorem hunc Cœnobitis Mellicensibus accensendi, sed ideò; quòd in Bibliotheca Manuscriptorum* Mellicensi, *ejusque codice chartaceo in quarto, nunc signato lit. R. num. 28. sæculo circiter quarto decimo exarato, hactenus adservatus, indeque à nobis depromptus fuit: cujusmodi quidem cognominandorum Anonymorum exempla apud Freherum, Acherium, Chesnios, aliosque eruditos* Rerum *Collectores, editoresque passim occurrunt. Cæterùm, ut proprium Autoris nostri nomen, fortunamque assequeremur, nulli quidem in perquirendo labori pepercimus, sed frustra: nemine quoquam, nec illo ipso horum quidquam innuente. Fuisse* monachum, *& quidem* Benedictinum, *ex singulari quodam studio, quo Benedictinos Scriptores consectatur, & laudat, fortè quis colligat. Ast nec hoc sat firmum. Certius quid statui de hominis ætate posse videtur, estque vero perquam simile, eum sæculi Christi Duodecimo animum ad scribendum adpulisse. Nam capite XCI. Hermannum Contractum, qui anno MLIV. obiit, in* Musica penè modernis omnibus subtiliorem *extitisse narrat, & Capite CV. Manegoldum, Gregorio VII. P. M. æqualem tanquam* modernorum Magistrum magistrorum *celebrat; cùm tamen Rupertum capite LXXI.* beatæ memoriæ *Abbatem Tuitiensem vocet. Mortuus est Rupertus anno Domini M.CXXXV. Imo videtur hic Scriptor eodem fere tempore opus suum adornasse, quo Honorius Augustodunensis, & Sigebertus Gemblacensis nostras de Scriptoribus Ecclesiasticis commentati sunt, quorum ille circa annum Dom. MCXXX. floruit, hic an. MXCIII. è vita excessit. Certè neutrius opus noster vel fama percepit, ut constat ex ejus præfatione, in qua præter* Hieronymum, Gennadium, Cassiodorum, & Isidorum, *quibus posterioribus & ipsis caruit, nullum alium Illustrium Virorum Scriptorem sibi hactenus cognitum fuisse commemorat.*

*Porro in referendis Scriptoribus suis Anonymus noster non ubique temporis rationem habuit, viis per sæpe loco postpositis, quos ætate superiores fuisse notulæ nostræ Chronologicæ, quas ad latus adscripsimus, palam faciunt. Quosdam memorat, eruditis viris ferè adhuc ignotos, quales sunt:* Johannes Musicus Anglus, Paulus Judæus Fuldensis cœnobita, Symphorosius quidam, Albertus monachus *fortè* Sigebergensis, Achelinus, seu Athelinus Episcopus, Stephanus Musicus, Manegoldus, Aribo Junior Musicus, Fucraldus, Dietgerus ex monacho Benedictino Episcopus Metensis, Meginhardus Episcopus Herbipolensis in Cantica Canticorum, Deus dedit Cardinalis adversus Guibertinos, Gotschalcus monachus Dekingensis Ord. S.B. Geraldus San-Blasianus in Sylva Hercynia, Placidus Nonantulanus, &c. *Iis etiam Scriptoribus,*

*bus, quorum nomina editis bibliothecis inserta sunt, non pauca nova, & plerisque omnibus hucusque incomperta Opera attribuit. Cujusmodi sunt:* S. Gregorii M. liber Florum, & liber Synodorum; Cassiodori liber de Viris illustribus; Frecvlphi Ep. Luxovienſis Explanationes in Geneſim; Remigii Autiſſiodorenſis in † Geneſin Commentarius; Pauli Oroſii Opus in librum XII. Prophetarum; ſancti Odonis Cluniacenſis Dialogus de Muſica; Haymonis Epiſcopi Halberſtadienſis, *quem noſter monachum* Sancti Germani Autiſſiodorenſem *facit*, commentarius in Cantica Canticorum; Chriſtiani Epiſcopi Apulorum liber contra Berengarium; Fulberti Carnotenſis tractatus contra Judæos & malos Chriſtianos; Ivonis Carnotenſis Matyrologium de Sanctis ordinariſſimum; Presbyteri Conſtantienſis plura opera; Guitmundus Averſanus in Lucam; Anſelmi Lucenſis Opus immodicum in Pſalterium; *Scripta* à S. Udalrico Cluniacenſi vita ſancti Hermanni ex marchione monachi &c. *Denique conſideratione, & obſervatione digniſſima ſunt, quæ de Ratramni, monachi Corbeienſis* Opere de Corpore, & Sanguine *Domini habet, ut quibus Joannis Mabillonii de Autore ſententia, Præf. in Sæc. Bened. IV. P. II. expoſita egregiè confirmetur. Sed hæc omnia præſtat integra erudito Lectori ſervare ac relinquere; quem etiam rogamus, ut ampliorum, & eruditiorum Notarum, quibus noſter non raro indiget, intermiſſionem condonet; illas enim temporis ac otii, has ingenii anguſtia excluſerunt.*

† *Hoc Remigii Opus nuper in Bibliotheca Garſtenſi O. B. in Superiori Auſtria reperimus in Cod. membr. fol. hoc titulo:* Remigius in Bereſchit. *Incipit:* Deſiderius vocabatur Epiſcopus &c. *Deinde Textus:* in principio creavit DEus &c. Auctor hujus Operis, ſicut ſancti Doctores tradunt, cognoſcitur fuiſſe Moyſes &c.

# Anonymi Autoris in librum ſuum de Scriptoribus Eccleſiaſticis Præfatio.

SCriptorum illorum, qui virorum illuſtrium conſcripſere catalogum; pro poſſe ſequentes exemplum, tam ſcripta, quàm nomina ſanctorum Patrum, quorum deinceps Eccleſiæ Dei deſudavit ingenium, litteris transmittemus in poſterum. In quo nimirum negotio ordine quidem præpoſtero, ſed neceſſario commutato, eos utcunque collegimus in unum, qui in actione Miſſarum quippiam ſtatuere dicendum, videlicet † propter Teleſphorum, Gelaſium, Sixtum, Clementem Alexandrinum, Alexandrum primum, Leonem magnum, Gregorium primum, Gregorium tertium, Sergium: porro beatum Ambroſium Mediolanenſem Epiſcopum (cujus quidem beatus Hieronymus inter viros illuſtres meminit; ſed non modò nulla librorum ejus judicia ponit, verum de ipſo, quia videlicet adhuc ipſe ſupererat, omnino ſuum judicium ſubtraxit) nos incognitum prætiriri non paſſi, ipſam hujus operis frontem tanti nominis titulo decrevimus inſigniri. Sunt tamen & alii viri illuſtres Caſſiodorus ſcilicet, & Iſidorus, qui nihilominus de viris ſcripſerunt illuſtribus, quorum libri, quia nec dum ad noſtras pervenerunt manus, quos poſuerint, vel quos omiſerint, penitus ignoramus.

Inchoantes igitur à fine Genadii, qui & ipſe à fine Hieronymi initium fecit Operis ſui, quoscunque ex eo tempore quippiam memoria dignum ſcripſiſſe deprehendimus, diligenter annotare curavimus. Verùm, ne quid deſit curioſitati legentium, judicavimus adponendum * Bernagardium olim hæreticum, ** Wichwertum Ravennatem exepiſcopum, Urbanum ſecundum; non quod ad nos ſcripta eorum ulla pervenerint, vel certè ipſi aliquando aliquid ſcripſerint, ſed quod quisque eorum decentia nobis ingenii ſui monimenta reliquit. Beringarius quidem, dum quandoque converſus, duobus aptè verſiculis catholicam fidem profiteri non diſtulit. Clemens verò, qui & *,* Ewibertus, dum in legitimum Petri ſucceſſorem invectus totidem nihilominus verſibus ſatis elegant er luſit. Urbanus autem, dum eidem æmulo ſuo metro & ipſe reſpondens, nihil eum de Apoſtolica dignitate, præter inane vocabulum, aſſecutum patenter oſtendit. Sed ſi qui aliquando ea, quæ à nobis ſcripta ſunt, reprobant, imperitiam quidem, non autem ſtudium reprehendant, ſimulque conſiderent, quia ubi nullus poteſt eſſe boni operis fructus, ſufficit ſolus bonæ voluntatis affectus.

CAPUT

† f. præter * *infra cap. 88.* Beringarius. ** *inf. c. 88.* Gwibertus. *,* l. Gwibertus ſeu Guibertus.

## CAPUT I.

TEleſphorus (a) Papa VII. qui beato Sixto, de quo ſubinde dicemus, in pontificatu ſucceſſit, Miſſas in ſanctiſſimæ Dominicæ Nativitatis nocte conſtituit celebrari, & in tempore ſacrificii *Gloria in excelſis Deo*, decantari. Hic ſub Adriano Principe, quemadmodum prædeceſſores ſui Alexander, & Sixtus, nonas Januarii martyrio meruit coronari.

## CAPUT II.

GElaſius Papa (b) in diebus Leonis, qui Marciano ſuccedit in regnum, Romanam Eccleſiam nobiliter rexit, qui ad utilitatem Eccleſiæ decreta multa conſtituit, multa utiliter ſcripſit. Qui etiam ad Miſſas dicendarum modum & numerum inſtituit Præfationum. Hujus Pontificis temporibus liber Miſſalis conſcribitur, qui & Gelaſianus appellatur.

## CAPUT III.

ZOſimus (c) Papa inſtituit Benedictionem cerei, qui in Sabbatho ſancto benedici ſolet à Diacono, cujus benedictionis hujusmodi eſt initium: *exultet jam Angelica turba cælorum.*

## CAPUT IV.

SIxtus (d) Epiſcopus, qui beato Alexandro primo Romæ ſucceſſit in pontificatu, infra Miſſarum ſolemnia: *ſanctus, ſanctus, ſanctus*, decantari inſtituit, qui & ipſe ſub Adriano Imperatore VIII. Idus Aprilis martyrio coronari promeruit.

## CAPUT V.

CLemens (e) Alexandrinæ Eccleſiæ presbyter, præceptor Origenis, diu in Alexandria ſcholam tenuit. Tam divina, quam ſæculari ſcientia claruit. Opuſcula nonnulla luculento ſermone compoſuit. Extat illius de Paſcha liber unus; de Jejunio dialogus unus; de ſalvando divite unus; de Obtrectatione unus; de Canonibus unus; contra gentes unus; contra eos, qui Judæorum ſcrutantur errores unus. Miræ autem eruditionis & eloquentiæ fuit. Orationem illam ſacerdotis, quam *Canonem* dicimus, ipſe compoſuit, quæ & ab omni Eccleſia tanti eſt habita; ut in conſecratione Corporis Domini perpetuo juſſa ſit recitari. Habetur autem clarus Severi & Filii ejus Antonini temporibus.

## CAPUT VI.

ALexander (f) primus, natione Romanus, ex patre Alexandro de regione* Capurtami oriundus Paſſionem Domini miſcuit in precatione presbyteri, quum miſſæ debent celebrari. Unde habetur in Canone: *quam oblationem tu DEus*, & quæ ſequuntur ex ordine. Hic quinto Nonas Maji ſub Adriano principe cum Eventio, & Theodolo martyrium paſſus, migravit ad cœlos.

## CAPUT VII.

LEo Magnus, (g) Apoſtolicus, Declamator egregius fuit, qui verbo & exemplo Chriſtianæ Religioni plurimùm profuit. Porro Sermonum illius incertus eſt numerus; quorum tamen de Adventu Domini, de Nativitate, de Apparatione, de Jejunio, de Paſſione, de Sancto Pentecoſte plurimi habentur. In Sanctorum quoque natalitiis nonnulli habiti inveniuntur. Et hic augmentavit in Canone: *ſupplices te rogamus omnipotens DEus*, & cætera, quæ ſequuntur ex ordine. Hic quarta Kal. Julii ſub Marciano Principe plenus ſanctitate quievit in pace.

## CAPUT VIII.

GRegorius Magnus, (h) qui & primus, ex illuſtri Senatorum proſapia oriundus, diſciplinis liberalibus à puero inſtitutus, Romanæ Sedis jam tunc Apocriſiarius, poſitus Con-

(a) An. Chriſti 128. (b) 492. (c) 417. (d) 117. (e) 192. (f) 108. * al. *Capus Tauri*, An. Chriſti. (g) 440 (h) 590.

Digitized by Google

Conſtantinopoli, rogatu Leandri Hiſpalenſis Epiſcopi, libros Moralium XXXVI. ſcripſit, quos in ſeptem partes diviſit. Romæ vero exorta peſtilentia ipſe adhuc Archidiaconus ſeptiformem Letaniam inſtituit, ac poſtmodum decedente Pelagio, Romanum Pontificatum invitus obtinuit. Hic Agilulfi temporibus Dialogum ſcripſit, eum Reginæ Theodelindæ pro munere promiſit. Homelias quadraginta etiam dictavit, & in Ezechielem Tractatus viginti compoſuit, à cujus expoſitione audito Agilulfi regis adventu ceſſavit. Librum quoque curæ Paſtoralis ad Johannem Epiſcopum ſcribit; & librum alium, quem Flores appellari complacuit. Scribit & librum Reſponſionum ad Auguſtinum Anglorum Epiſcopum. Librum quoque Synodorum compoſuit cum Epiſcopis Italiæ de neceſſariis cauſis Eccleſiæ. Alia verò Opuſcula nonnulla, quæ ſcripſit, non habentur, quando æmulorum excandeſcente invidia de medio ſublata fuiſſe perhibentur. Hic illud, quod in Canone dicitur: *diesque noſtros in tua pace diſponas*, dicendum appoſuit, & Orationem Dominicam ad Miſſam recitari conſtituit, congruum arbitratus, ut in conſecratione Dominici corporis cum oratione hominis Sacerdotis dicatur & oratio DEI & hominis Salvatoris. Quod quidem populus utpote novum & inſolitum audiens, ægrè tulit; cui protinus beatus Pontifex humili reſponſione ſatisfecit: ſi dicenda eſt, inquiens, in conſecratione corporis Chriſti oratio, quam quidam Scholaſticus humano ſenſu & homo compoſuit, quantò magis illa, quam DEI & hominum mediator inſtituit, qui & diſcipulos ſuos orare ſic docuit? Scribit quoque in Cantica Canticorum libellum explanationis ab exordio voluminis usque eò, ubi dicitur: *Equitatui meo in curribus Pharaonis.* Hic ergò ſanctiſſimus Pontifex Gregorius, Anglorum Apoſtolus, quum miſſis doctoribus Anglos convertiſſet ad Dominum, anno Phocæ imperatoris ſecundo, quarto Idus Martiarum migravit ad Dominum.

## CAPUT IX.

GRegorius tertius (a) annis octo Romanum tenuit Pontificatum, qui & augmentavit in Canone: *intra quorum conſortium.* Hic deceſſit tempore Leonis Imperatoris, quarto Kal. Decembris.

## CAPUT X.

SErgius (b) Papa, natione Syrus, Antiochiæ ex patre Tiberio ortus, in confractione Corporis Domini, à clero & populo: *Agnus DEI*, ſtatuit decantari.

## CAPUT XI.

AMbroſius (c) Mediolanenſis Archiepiſcopus, Doctor Eccleſiæ mirificus, ſub Gratiano Auguſto clarus, imò & in toto Orbe terrarum notiſſimus, columna Eccleſiæ, & hæreticorum ruina ſemper & ubique liberè agens & loquens pro juſtitia; quippe, qui nec Theodoſio Principi peccanti pepercit, non ſolùm Mediolanenſi, cui præfuit, ſed & univerſæ matri Eccleſiæ ſcribendo, & docendo plurimùm contulit. Scripſit de Spiritu ſancto librum unum ad Gratianum Auguſtum. Scripſit quoque librum de Fide; librum de Incarnatione Domini. Scribit de Paradiſo; ſcribit de Virginibus; ſcribit de exequiis fratris; ſcribit Exameron; ſcribit de fuga ſæculi; ſcribit de Patriarchis; ſcribit de perpetua Virginitate Matris Domini; ſcribit de Iſaac & Anima; ſcribit de bono mortis; ſcribit de Joſeph; ſcribit Apologiam de David; ſcribit ſuper: *beati immaculati*; ſcribit ſuper: *Domine quis habitabit*; ſcribit de morte Gratiani; ſcribit de morte Theodoſii; ſcribit de Jejunio; ſcribit de Officiis; ſcribit ſuper Iſaiam; ſcribit ſuper Apoſtolum; ſcribit ſuper Lucam; ſcribit contra Auxentium hæreticum; ſcribit ad Fritigernam Reginam Marcomannorum. Præterea plura ac diverſa ſcribit Opuſcula, quæ pro ſummis opibus computat; & reſervat Eccleſia, de qua non recedet ejus memoria, & nomen ejus requiretur in ſæcula. Hic beatiſſimus Pontifex, Doctor egregius, pietate præcipuus, invictus in adverſis, in proſperis providus, poſt matutini & veſperæ delectabiles exitus, ipſe delectabilis omnibus, ſub Principibus Arcadio & Honorio quievit in Domino.

## CAPUT XII.

JOhannes Conſtantinopolitanus, (d) cognomento Chryſoſtomus, qui ab ingrata Eccleſia bis eſt depoſitus, & inſuper annuente Theophilo Archiepiſcopo in exilium miſſus, primò Origenis errore deceptus, ſed Dei gratia præventus, cooperante correctus, & Eccleſiæ

(a) Anno Chriſti 731. (b) 688. (c) 374. (d) 398.

ed by Google

ſiæ reconciliatus eſt. Hic tam Græco, quàm Latino eruditus eloquio præter Sermones in Feſtivitatibus habitos, ſtilo egregio ſcriptos, ſcribit ſuper Epiſtolam ad Hebræos; ſcribit nihilominus in Matthæum egregium opus, ſcribit etiam librum de reparatione lapſi, & ſeptem Homelias de laude Pauli Apoſtoli; dialogum quoque Baſilio habitum de honore Sacerdotii. Hic ſub prænotatis principibus celebris, celebrem ſui memoriam dereliquit Eccleſiis.

## CAPUT XIII.

EPiphanius (a) Salaminæ Epiſcopus, fide Catholicus, ingenio optimus, Johanni Chryſoſtomo pro eo, quod eum offenderat, duos in ſuo Epiſcopatu presbyteros ordinando, non contemnendam dictavit Epiſtolam ad Catholicam fidem, pacisque cuſtodiam cohortantem. Hanc beatus Hieronymus presbyter pro ædificatione legentium rogatu fratrum in Latinum vertit eloquium.

## CAPUT XIV.

FUlgentius (b) Epiſcopus, qui Ruſpenſi Eccleſiæ præfuit ſub Theoderico Rege Gothorum, in confeſſione fidei & ſcientia claruit in Homeliis; declamator fuit, & ſermones plurimos utiles recitavit ad populum (*) in poſterum transmiſit literis. Scripſit quoque librum inſignem de prædeſtinatione, & fide alium ad Traſſamundum Regem Vandalorum.

## CAPUT XV.

ANnitius (c) Manlius Severinus Boëtius tam divina, quam humana ſcientia clarus, qui & Romæ conſul fuit, ſuper Hypermenias (*) volumen inſigne compoſuit. Aliud etiam de Muſica ſcripſit, in quo profundum ejusdem artis ſubtiliter inquiſivit. Et aliud nihilominus de fide ſanctæ Trinitatis ſcriptum dereliquit. Qui etiam ad Johannem Papam contra Eutychen & Neſtorium hæreticos ſcribit. At ubi Theodericus rex Gothorum tyrannidem in Romanos exercuit, Boetius Conſul Græcis clam litteras miſit, volens ſcilicet per illorum patrocinium (**) ſubdere, & à Regis tyrannide civitatem & cives, ſe quoque addito liberare. Quod ubi Rex impius comperit, quaſi reum majeſtatis Ravennam in exilium miſſum, in carcerem recludi juſſit; in quo vir ſapiens philoſophica ſibi conſolatione adhibita, quinque libros per ſatyram edidit; in quibus, quia & ſe, & omnes lugentes conſolari intendit, opus ſuum librum Conſolationis inſcripſit. Hic vir plurima poſteris ingenii ſui monimenta dereliquit. Duobus filiis in Conſulatu relictis, à Rege nefario cum aliis pluribus gladio percuſſus occubuit.

## CAPUT XVI.

MAgnus Aurelius (d) Caſſiodorus Romæ Conſul, deinde Senator, ad ultimum monachus monaſterium conſtruxit. Tam divina, quàm ſæculari littera clarus effulſit Pſalmos expoſuit; libros Inſtitutionum & Chronicam fecit. Librum de viris illuſtribus ſcripſit; Epiſtolas Theoderici dictavit; inſuper & tripartitam Hiſtoriam ordinavit.

## CAPUT XVII.

ARator Romanæ (e) Eccleſiæ Subdiaconus, qui ſub Papa Vigilio floruit, librum Actus Apoſtolorum verſibus ſcripſit, quem poſtmodum Clero & populo, & Apoſtolico publicè legit.

## CAPUT XIIX.

PRiſcianus (f) Cæſarienſis, Grammaticus peritiſſimus fuit, qui & librum egregium de grammatica arte compoſuit. Erravit autem, qui hunc in fide erráſſe confirmant, quaſi qui librum Juliano Apoſtatæ ſcripſerit, & ſcriptum obtulerit. Errant inquam, & patenter errant; neque enim Juliano ſcripſit Imperatori, ſed Juliano Conſuli fratri Symmachi ſoceri Boetii. Sed neque ſub Juliano Apoſtata, qui adeò in fide deſipuit, ſed ſub Juſtiniano Chriſticola Priſcianus Cæſarienſis Conſtantinopoli floruit. A Juliano autem Cæſare usque ad Juſtinianum Imperatorem computantur anni ducenti viginti ſeptem.



(a) Anno Chriſti 368. (b) 507. (c) 510. (*) περὶ ἑρμηνείας (**) f. ſubducere. (d) 514. (e) Anno Chriſti 544. (f) 550.

Digitized by Google

## CAPUT XIX.

DIonyſius (*a*) Abbas Romanus ſexto Juſtini Principis anno Paſchales Cyclos ſcripſit, quòs à primo anno Diocletiani Imperatoris inchoavit.

## CAPUT XX.

BEnedictus (*b*) Pater venerabilis poſt vitam eremiticam, quam duxit in loco, cui Sublacus vocabulum eſt, in Monte Caſſino, doctrina claruit, & miraculis. Quò cùm primò tenderet relicta priori habitatione, tres corvi, ſicut in (†) Longobardorum hiſtoria legitur, quos paſcebat cottidie, ſecuti ſunt eum divina juſſione. Cumque pervenisſet ad quoddam bivium, duo Angeli apparuerunt ei in ſpecie duorum juvenum, oſtendentes viam, per quam ad locum iret. In loco autem illo quidam Dei ſervus habitabat, cui vox de Cœlo dicebat: *His tu parce locis; alter amicus adeſt.* Cujus verſiculi ſenſus talis eſt: exi de hoc loco amice, quia alius amicus debet hic habitare. Veniens itaque ſanctus Benedictus in ſummitatem montis, in maxima ſe conſtrinxit abſtinentia; ubi ſcripſit etiam Monachorum Regulam, teſte beato Gregorio (††) diſcretione præcipua, ſermone luculento. In qua præter alia ſanctitatis ejus indicia ſatis oſtenditur, quam cœleſtem in terris vitam duxit; quia vir ſanctus non potuit aliter docere, quàm vixit.

## CAPUT XXI.

VIctor Capuanus (*c*) Epiſcopus librum inſignem de Paſcha compoſuit, in quo erratica Victorii ſcripta redarguit. Scripſerat enim & ille jubente (†‡†) Hilario Papa Paſchales Cyclos, ſed errore plenos, quos ſcriptis ſuis, ut diximus, deſtruxit Victor Epiſcopus.

## CAPUT XXII.

JOrdanis (*d*) Epiſcopus Chronicam de geſtis Romanorum abbreviando deſcripſit, quàm ab Adam inchoavit, & ad Juſtinum minorem Auguſtum usque perduxit.

## CAPUT XXIII.

VIctor (*e*) Affricanus Epiſcopus, Wandalicæ perſecutionis hiſtoriam ſcribit; quæ nimirum perſecutio ejusdem poſtremò ſui ſcriptorem involvit.

## CAPUT XXIV.

PAterius (*f*) Gregorii Magni diſcipulus, colligit in unum teſtimonia Scripturarum, quæ beatus Papa Gregorius paſſim in ſuis tractatibus poſuit, & poſita protinus competenter expoſuit. Habet enim hoc inter expoſitores alios quaſi ſingulare; ut ſubintroducta de ſcripturis teſtimonia ſoleat ſingillatim exponere; ad quæ recolligenda idem Scriptor animum intendit, quippe quæ poſteris non parum profutura putavit.

## CAPUT XXV.

COlumba, (*g*) qui & Columbanus Abbas, qui ex Hibernia oriundus, poſtquam cum diſcipulis ſuis Gallo, & aliis plura terrarum loca pertranſiit, plures ad fidem Chriſti verbi exhortatione perduxit, plura etiam diverſis in locis monaſteria conſtruxit, ſcripſit manu ſua monachorum Regulam; ad quos etiam unam exhortatoriam brevem licet, ſed de contemptu mundi copiosè diſſerentem, dictavit Epiſtolam.

## CAPUT XXVI.

ISidorus Hiſpalenſis (*h*) Epiſcopus, qui beato Leandro in Epiſcopatu ſucceſſit, multa, & magna opuſcula edidit. Nam inter alia Synonyma ſcripſit, & Abbreviationem temporum, quam ad Conſtantinum Heraclii filium perduxit. Librum quoque Etymologiarum, librum officiorum, & librum Virorum illuſtrium. Præterea ſermones plurimos, diverſis temporibus habitos, ſtylo egregio ſcriptos transmiſit ad poſteros.

## CAPUT XXVII.

THeodorus (*i*) venerabilis Anglorum Archi-Epiſcopus à Papa Vitaliano ordinatus & in Angliam miſſus, poſtquam in populo cui præerat, verbo & exemplo pluribus ſaluti fuit, ad ultimùm librum de reorum pœnitentia, præcipua diſcretione conſcripſit. Audiens etiam Conſtantinopolitanam Eccleſiam hæreſi Euticetis * valde turbatam, Synodum collegit, & ubi omnium in fide Catholica conſenſum audivit, hunc ad inſtructionem, memoriamque

(*a*) Anno Chriſti 533. (*b*) 540. (†) *Paul. Diacon. Hiſt. Longob. lib. 1. cap. 27.* (††) *lib. 2. Dial. cap. 26.* (*c*) A. Chr. 545. (†‡†) Hilarus. (*d*) A. 552. (*e*) 484. (*f*) 601. (*g*) An. Chr. 589. (*h*) 633. (*i*) 668. * Eutychis.

Digitized by Google

riamque ſequentium Synodalibus litteris (†) commendavit. Harum litterarum tale eſt exordium: *in nomine Domini noſtri JEſu Chriſti Salvatoris, imperantibus Dominis piiſſimis regibus noſtris.* Earundem verò talis eſt concluſio, *nos omnes ſubſcribimus, qui cum Theodoro Archi-Epiſcopo fidem Catholicam expoſuimus.* Hic de Tarſo Ciliciæ oriundus fuit, & multis virtutibus clarus quievit.

## CAPUT XXVIII.

PEtrus (*a*) Archi-Epiſcopus Ravennas librum ſcripſit egregium Sermonum ſuper topazium & aurum obrizum pretioſum.

## CAPUT XXIX.

ADaman (*b*) presbyter & Abbas Monachorum, qui erant in inſula Hy, vir bonus, & ſapiens ſcientia ſcripturarum nobiliſſimè inſtructus, ſcripſit de locis ſanctis librum, legentibus multis (††) utilimum, cujus auctor erat docendo ac dictando (*) Artwolfus Galliarum Epiſcopus, qui orationis gratia Jeroſolymam veniens, luſtrata omni terra repromiſſionis, Damaſcum quoque, Conſtantinopolim, Alexandriam, inſulas maris adiit; patriam quoque navigio repetens vi tempeſtatis in occidentalia littora Brittanniæ delatus, poſt multa ad eundem Dei famulum Adamannum presbyterum venit, & quæcunque in locis ſanctis digna memoriâ viditſe ſe retulit, hic litteris (**) commendavit. Obtulit autem librum ſuum (*,*) Abfrido rege Nordannbrorum, à quo etiam muneribus multis donatus, in patriam eſt remiſſus. Sed quia & libellum, & libelli auctorem paucos noſtrorum legiſſe vel noſſe dubium non eſt, quiddam ex eo, quaſi per exceſſum excerpſimus, quod legentibus plurimum conducere poteſt; his duntaxat, qui de locis ſanctis, in quibus Patriarchæ, Prophetæ, & Apoſtoli cum ipſo Domino converſati ſunt, ea tantùm, quæ lectione didicerunt, & norunt. Igitur de Bethlehem, quæ Domus eſt panis Angelorum, in quo Virgo virginum Verbum de ſe genuit incarnatum, ſcribit in hunc modum.

Bethlehem civitas David in dorſo ſita eſt, anguſta (†‡†) ex omni parte, vallibus circumdata, ab Oriente in Occidentem mille paſſibus longa, humili ſine turribus muro per extrema plani verticis inſtructo; in cujus orienti angulo quaſi quoddam naturale ſemiantrum eſt, cujus exterior pars nativitatis Dominicæ fuiſſe dicitur locus; interior præſepe Domini nominatur. Hæc ſpelunca tota interiùs pretioſo marmore tecta ſupra locum, ubi Dominus natus ſpecialiùs traditur, ſanctæ Mariæ grandem geſtat Eccleſiam. Scripſit item hoc modo de loco paſſionis, & reſurrectionis ipſius.

Ingreſſus à Septentrionali parte Jeroſolymam Urbem primum de locis ſanctis pro conditione platearum divertendum eſt ad Eccleſiam Conſtantinianam, quæ Martyrium appellatur. Hanc Conſtantinus Imperator, eò quòd ibi crux Domini ab Helena matre reperta ſit, magnifico & regio cultu conſtruxit. Dehinc ab occaſu Golgotana vitæ Eccleſia, in qua etiam rupis apparet illa, quæ quondam ipſam affixam Domini corpore crucem pertulit, argenteam modò pergrandem ſuſtinens crucem, pendente deſuper magna ærea rota cum lampadibus. Infra verò ipſum locum Dominicæ crucis exciſa in petra crypta eſt, in qua ſuper altare pro defunctis honoratis Sacrificium ſolet offerri, poſitis interim in platea corporibus. Hujus quoque ad occaſum Eccleſiæ Anaſtaſis, hoc eſt, reſurrectionis Dominicæ rotunda Eccleſia, tribus cincta parietibus, duodecim columnis ſuſtentatur, inter parietes ſingulos latum habens ſpatium viæ, qui atria altaria in tribus locis parietis medii continet, hoc eſt, Auſtralis, & Aquilonaris, & Occidentalis. Hæc bis quaternas portas, id eſt, introitus per tres è regione parietes habet, è quibus quatuor ad Vulturnum, & quatuor ad Eurum ſpectant. Hujus in medio monumentum Domini rotundum petra exciſum eſt, cujus culmen intrinſecus ſtans homo manu contingere poteſt, ab oriente habens introitum, cui lapis ille magnus appoſitus eſt, quod intrinſecus ferramentorum veſtigia oſtendunt usque in præſens. Nam extrinſecus usque ad culminis ſummitatem totum marmore tectum, ſummum vero culmen auro ornatum, auream magnam geſtat crucem. In hujus autem monumenti aquilonari parte ſepulchrum Domini in eadem petra exciſum longitudinis ſeptem pedum, trium menſura palmorum, pavimento altius eminet, introitum habens à latere meridiano, ubi die noctuque duodecim lampades ardent; quatuor intra ſepulchrum, octo ſupra in margine dextro lapis, qui ad oſtium monumenti poſitus erat, nunc fixus eſt, cujus pars minor quadratum altare ante oſtium nihil-

(†) *Manus Sæculi XV. correxerat*: commendare curavit. (*a*) An. Chr. 433. (*b*) 679.
(††) *inf. cap. 75.* utiliſſimum. (*) alii Arculfus. (**) *prior manus* mandare curavit.
(*,*) l. Aldfrido regi Nordanhumbrorum. (†‡†) *alii* anguſto.

nihilominus ejusdem monumenti ſtat, major verò in orientali ejusdem Eccleſiæ loco quadrangulum aliud altare ſub lintiaminibus exiſtit. Color autem ejusdem monumenti, & ſepulchri albo & rubicundo permixtus videtur.

De loco quoque Aſcenſionis Dominicæ præfatus auctor hoc modo refert: mons olivarum altitudini montis Syon par eſt, ſed latitudine & longitudine præſtat, exceptis vitibus & olivis rarò ferax arboribus, frumenti quoque & hordei fertilis: neque enim brucoſa, ſed herboſa & florida ſoli illius eſt qualitas, in cujus ſummo vertice, ubi Dominus ad Cœlos aſcendit, Eccleſia rotunda grandes ternas per circuitum cameratas habet porticus deſuper tectas. Interior namque domus propter Dominici Corporis meatum camerari & tegi non potuit, altare ad orientem habens anguſto culmine tectum, in cujus medio ultima Domini veſtigia Cœlo deſuper patente; ubi aſcendit, viſuntur, quæ cum cottidie à credentibus terra tollatur, nihilominus manet (†) eandem adhuc ſpeciem veluti impreſſis ſignata veſtigiis ſervat. Hæc circa, ærea rota jacet usque ad cervicem alta, ab occaſu habens introitum pendente deſuper in cochleis magna lampade, totaqve die, & nocte lucente. In occidentali ejusdem Eccleſiæ parte feneſtræ octo totidemqve è regione lampades in funibus pendentes usqve Jeroſolymam per vitrum fulgent, qvarum lux corda intuentium cum qvadam alacritate & compunctione paveſcere dicitur. In die Aſcenſionis Dominicæ per annos ſingulos miſsâ peractâ validi fulminis procella deſurſum venire conſvevit, & omnes qvi in Eccleſia fuerint, terræ proſternere. De ſitu etiam Hebron, & monumentis patrum ita ſcribit:

Hebron qvondam civitas & metropolis regni David, nunc ruinis tantùm, qvid tunc fuerit, oſtendens, uno ad orientem ſtadio ſpelucam duplicem in valle habet, ubi ſepulchra Patriarcharum qvadrato muro circumdantur capitibus verſis ad Aqvilonem; & hæc ſingula ſingulis tecta lapidibus inſtar ſilice dolatis; trium Patriarcharum candidis, Adam obſcurioris, & vilioris operis, qvi haud longe ab illis ad Borealem, extremamqve muri illius partem pauſat. Trium qvoqve fœminarum viliores & minores memoriæ cernuntur. Mambre collis mille paſſibus à monumentis iis ad Boream, herboſus valde, & floridus, campeſtrem habens in vertice planitiem. In Aqvilonari parte qvercus Abrahæ [duorum hominum altitudinis truncus] Eccleſia circumdata eſt. Hæc de opuſculis exſcerpta præfati ſcriptoris ad ſenſum qvidem verborum illius, ſed brevioribus, ſtrictisqve comprehenſa ſermonibus ad utilitatem legentium hìc inſeruimus. Plura voluminis illius, ſi qvem ſcire delectat, vel ipſo illo (††) volumine, vel in eo, qvod de illo venerabilis Beda (†‡†) presbyter ſtrictim exſcerpſit, epitomaticè reqvirat.

## CAPUT XXX.

ALthelmus (a) Epiſcopus, cùm adhuc presbyter eſſet, & Abbas monaſterii, qvod Maildubi urbem Angli nuncupant, ſcripſit jubente Synodo ſuæ gentis librum egregium adverſus errorem Britonum, qvo vel paſcha non ſuo tempore celebrant, vel alia plura Eccleſiaſticæ caſtitati & paci contraria gerunt, multosqve eorum, qvi occidentalibus Saxonibus ſubditi, Britones ad Catholicæ Paſchæ celebrationem hujus lectione perduxit. Scripſit & de Virginitate librum eximium, qvem in exemplum Sedulii geminato opere & verſibus hexametris & proſa compoſuit. Scripſit & alia nonnulla, utpote vir undecunqve doctiſſimus. Nam & ſermone nitidus, & ſcripturarum tam liberalium, qvàm Eccleſiaſticarum erat eruditione mirandus.

## CAPUT XXXI.

BEda (b) venerabilis presbyter & monachus, natione Anglus, ſub (*) Geolfrido Abbate Chriſti tyrocinio mancipatus, pluribus opuſculis utilitatibus Eccleſiaſticis ſervivit. Verùm tam de ipſo, qvàm de operibus ejus ſuum ipſius teſtimonium proferemus; qvia & qvòd ex Anglia oriundus fuerit, & annos natus qvatuor curâ propinqvorum in monaſterium beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli ſacris litteris erudiendus Benedicto, ac deinde Geolfrido Abbati traditus ſit, qvòd cunctum ex eo tempus vitæ in ejusdem monaſterii habitatione peragens, omnem meditandis ſcripturis operam dederit, qvòd inter obſervantiam diſciplinæ regularis & cottidianam in Eccleſia cantandi curam ſemper aut ſcribere, aut diſcere, aut docere dulce habuerit, quòd nono decimo vitæ ſuæ anno diaconatum, triceſimo presbyteratum jubente Abbate ſuo ſuſceperit, qvanto etiam, ordine

(†) *Supple:* &. (††) *extat apud Mabillon. Sæc. III. Bened. p. II.* (†‡†) *Lib. 5. cap. 16. Hiſt. Gent. Angl.* (a) An. Chr. 680. (b) 701. (*) *Alias* Ceolfrido.

ne presbyteratûs accepto, usqve ad annum ætatis suæ qvinqvagesimum nonum ex opusculis venerabilium patrum breviter annotaverit, sive etiam ad formam sensus & interpretationis eorum superadjecerit, in libro qvem scribit de historia & gestis patriæ, curavit ascribere. In principium, inqvit, Genesis usqve ad navitatem Isaac, & ejectionem Ismaëlis libros qvatuor; de Tabernaculo & vasis ejus, ac vestibus sacerdotum libros qvatuor; de ædificatione templi allegoricæ expositionis sicut & cætera libros duos. Item in librum Regum triginta Qvæstionum; in Proverbia Salomonis libros duos; in Canticum Canticorum libros septem; in Isaiam, Prophetam Danielem, duodecim Prophetas, & septem Jeremiæ distinctiones capitulorum ex tractatu beati Hieronymi exceptas; in Esdram, & Neemiam libros tres; in canticum Habacuc librum unum; in librum beati patris Tobiæ explanationes allegoricæ de Christo, & Ecclesia librum unum; Capitula lectionum in Pentatevchum Moysi & Josuæ, Judicum, in libros & verba dierum, in librum beati patris Job, in Parabolas, Ecclesiasten, & Canticum canticorum; in Isaiam Propheiam, Esdram qvoqve & Neemiam; in Evangelium Marci libros qvatuor; in Evangelium Lucæ libros sex; Homeliarum Evangeliorum libros duos; in Apostolum qvæcunqve in opusculis sancti Augustini inveni, exposita cuncta per ordinem transcribere curavi; in Actus Apostolorum libros duos; in Epistolas septem Canonicas libros singulos; in Apocalypsim sancti Johannis libros tres; item capitulum lectionum in totum novum Testamentum excepto Evangelio; item librum Epistolarum ad diversos, qvarum de sex ætatibus una est, de mansionibus filiorum Israël unam; unam de eo, qvòd ait Isaias: *& claudentur ibi in carcerem, & post dies multos visitabuntur.* De ratione Bissexti unum; de Æqvinoctio juxta Anatolium unum. Item de Historiis sanctorum librum vitæ & passionis sancti Felicis Confessoris de metrico Paulini opere in prosam transtulit; librum vitæ & passionis sancti Anastasii malè de Græco translatum, & pejus à qvodam imperito emendatum prout potui, ad sensum adcorrexi; vitam sancti patris & monachi simul & antistitis (*a*) Cudbrecti, & priùs heroico, & postmodum plano sermone descripsi; Historiam Abbatum monasterii hujus, in qvo supernæ pietati deservire gaudeo, Benedicti & Geolfridi, & Hey, & Berecti in libellis duobus; Historiam Ecclesiasticam nostræ insulæ, ac gentis in libris decem; Martyrologium de natalitiis sanctorum martyrum diebus, in qvo omnes, qvos invenire potui, non solùm, qvo die, verùm etiam, qvo certaminis genere, vel sub qvo judice mundum vicerint, diligenter adnotare studui; librum Hymnorum diverso metro sive rhythmo; librum Epigrammatum heroico metro, sive elegiaco; de natura rerum, & de temporibus libros singulos; item de temporibus librum unum majorem, librum de Orthographia Alphabeti ordine distinctum; item librum de metrica arte, & huic adjectum alium de Schematibus sive tropis libellum, hoc est, de figuris modisqve, qvibus scriptura sacra contexta est.

## CAPUT XXXII.

ZAcharias (*b*) Apostolicus, utriusqve eloqvii peritus, qvatuor libros Dialogorum beati Gregorii de Latino in Græcum vertit eloqvium.

## CAPUT XXXIII.

PEtrus (*c*) Damiani, Cardinalis Episcopus scripsit librum & nomine & dignitate Gratissimum, & librum alium, qvi inscribitur: *Dominus vobiscum*, contra eos, qvi dicebant, in actione Missarum hunc salutationis modum à solitariis non esse servandum.

## CAPUT XXXIV.

PAschasius, (*d*) qui & Radbertus, fide & scientia clarus, scripsit de Corpore Domini librum, cunctis per Orbem fideliter amplectendum.

## CAPUT XXXV.

SEdulius (*e*) Antistes ad Macedonium presbyterum magistrum suum libros duos de veteri scilicet & novo Testamento metro conscripsit Heroico, qvibus & prolixum prosaicè scriptum præposuit Prologum.

## CAPUT XXXVI.

THeodolus (*f*) parentibus non infimis & Christianis editus fuit; puer in Italia adultus, in Græcia studuit. Eruditus igitur in utraqve lingva cùm esset Athenis, gentiles cum fidelibus



(*a*) *Alias* Cudberti. (*b*) Anno Christi 741. (*c*) 1057. (*d*) 844. (*e*) circ. 450. (*f*) incert. ætat.

delibus altercantes audivit, qvorum colligens rationes, reverſus in allegoricam Eglogam contulit, qvam morte præventus non emendavit; unde paucos in opere ejus nævos invenimus. Qvi dum ſic poſuit [†] *dis & Trojanum laudis ſcire ſecretum, ſe* malè corripuit. Demum tam morum, qvàm ſcientiæ honeſtate præditus, ſub clericali norma obiit. Inſcribitur autem Liber ejus Eggloga à capris, videlicet tracto vocabulo; qvaſi diceretur: [††] egle logos, id eſt: caprinus ſermo; aut qvia fœditatem vitiorum, qvæ per hoc animal ſignificatur, reprehendit. Nonnulli etiam à [†‡†] *egligon* Græcè, exercitum [*] Latinè interpretantur; qvia collectis hiſtoriis, & fabulis multis componitur.

## CAPUT XXXVII.

GRegorius (*a*) Turonum Archiepiſcopus, Doctor egregius, & Hiſtoriographus plurimas conſcripſit hiſtorias, & de miraculis ſanctorum volumen egregium.

## CAPUT XXXVIII.

MArtinus [**] Brachahenſis (*b*) Archiepiſcopus ſcribit ad Mironem regem libellum de qvatuor virtutibus.

## CAPUT XXXIX.

CÆſarius (*c*) Lirinenſis monaſterii monachus, & poſtmodum Arelatenſis Archiepiſcopus, Homelias numero decem exhortatorias monachis ſcripſit, in qvibus omnibus de contemptu mundi copioſè diſſeruit.

## CAPUT XL.

ADo (*d*) Archiepiſcopus Viennenſis ſcribit inter alia Martyrologium de Sanctis. Extant Epiſtolæ Nicolai Papæ Adoni directæ.

## CAPUT XLI.

ALbinus, (*e*) qvi & Alqvinus officio presbyter, ingenio optimus, fide Catholicus, ſcribit de Grammatica, ſcribit de Rhetorica, ſcribit de Dialectica, ſcribit de Aſtronomia; ſcripſit qvoqve librum de Trinitate. Scribit de octo vitiis ad Gwidonem Comitem. Scripſit & ſuper Johannem. Hic per ſeptem ferias totidem ordinavit officia, octavâ, hoc eſt Dominica addita, ita planè; ut in Dominica de Sancta Trinitate, feria ſecunda de Sapientia, tertia verò de Spiritu Sancto, qvarta de Angelis, qvinta de charitate, ſexta de ſancta cruce, ſabbato de ſancta Maria, de ſingulis denique ſuum ſingulorum agatur officium. Qvod ideo commemorandum putavi, qvòd ordo ejusdem inſtitutionis in multis hodieqve ſervatur Eccleſiis. Scribit etiam Qvæſtiones in Geneſim ad litteram.

## CAPUT XLII.

JUſtus (*f*) Viennenſium Archiepiſcopus ſcribit ad Sergium Papam librum explanationum in Cantica Canticorum.

## CAPUT XLIII.

HEtto (*g*) venerabilis Augienſis cœnobii presbyter temporibus Ludgwici mirabilem viſionem cujusdam Augienſis monachi, nomine Wertini, qvam eductus è corpore vidit, qvi & reductus poſt triduum obiit, proſa deſcribit. Idem poſtmodum Baſileæ Epiſcopus factus, cum [*‡*] Bugone, & Ajone comitibus Conſtantinopolim miſſus hunc deſcribit Hodæporicum.

## CAPUT XLIV.

WAltfridus (*h*) ‡‡ Strabo vir doctus, qui annis ſeptem Augienſi Monaſterio præfuit, qvi multa ingenii ſui monimenta metro & proſa poſteris tradidit. Eandem ejusdem monachi viſionem metro ſtudioſè deſcripſit.

## CAPUT XLV.

MAgnentius (*i*) Rabanus Maurus, primò Fuldenſis Abbas, deinde Mogontinus Archiepiſcopus, ſcribendi ſtudio admodum intentus, librum de myſterio Sanctæ Crucis variis

[†] *Eclog. Theodul. verſu* 319. dic & Trojanum laudis tu ſcire ſecretum. [††] ἀιγῶν λόγος. [†‡†] ἐκλογὴ, vel ἐκλογῶν, collectio, ſellectum &c. [*] ſ. excerptum. (*a*) An. Chriſti 573. [**] Braccarenſis. (*b*) A. Ch. 560. (*c*) 502. (*d*) 859. (*e*) An. Chr. 780. (*f*) *alii* Urgelenſ. Epiſcopus, qui floruit. 529. (*g*) A. Ch. 811. [*‡*] *alii* Hugone. (*h*) An. Chr. 842. ‡‡ *alii* Walafridus. (*i*) 850.

Digitized by Google

riis figuris, metroqve compoſuit, qvem Sergio Papæ transmiſit. Scribens qvoqve ſuper totum vetus Teſtamentum nihil prætermiſit intactum. Sed & ſuper Matthæum ſcribit volumen egregium; ſcribit & Computum; ſcribit in Ludwicum ſuper cantica Prophetarum; ſcribit ſuper Apoſtolum,

## CAPUT XLVI.

HIncmaurus* (a) reverendiſſimus Remorum Archiepiſcopus, ſcribit ad Carolum de Collectis, de Canonibus; de vita qvoqve & virtutibus ſancti Remigii non contemnendum ſcripſit opuſculum,

## CAPUT XLVII.

RAtramnus (b) vir doctus ſcripſit libellum cuidam principi de corpore & ſanguine Domini, à cujus libelli interim laude ceſſamus, donec perlecto eo, ſi fortè ad manum venerit, an ſanæ & Catholicæ fidei concordet, agnoſcamus.

## CAPUT XLVIII.

LAurentius (c) ** doctrina, & ſcientia clarus ſcribit librum de duobus temporibus, in qvo plurima pœnitentes poterint invenire remedia.

## CAPUT XLIX.

RUdolfus (d) Fuldenſis monaſterii Presbyter, & monachus, Doctor præcipuus, poëta etiam dictus, & Hiſtoricus ſatis doctus, multis utiliter ſcriptis, octavo Idus Martii rebus exceſſit humanis.

## CAPUT L.

SMaragdus (e) abbas ſuper Epiſtolas, & Evangelia per ſingulas Dominicas diſtributa, utilimum ſcripſit opuſculum. Libellum qvoqve alium ſcribit, qvem de diverſis virtutibus collegit, & ei Diadema Monachorum nomen impoſuit; qvia ſicut diadema gemmis, ita hic liber fulget ornamentis.

## CAPUT LI.

AMbroſius, (f) qvi & Autpertus Abbas *** Agaunenſis Cœnobii, explanationem ſcribit in librum Apocalypſis Johannis Apoſtoli. Scribit etiam in modum Prudentii Psycomachiæ, qvod interpretatur pugna animæ, librum de conflictu virtutum & vitiorum, qvem & miſit ad Lantfridum Abbatem ac presbyterum in Bavaria conſtitutum.

## CAPUT LII.

JUlianus (g) Toletanus Epiſcopus, vir litteris adprimè eruditus ſcribit Idalio Epiſcopo Barcinonenſi librum Prognoſticorum de noviſſimis diebus, & initio futuri ſeculi.

## CAPUT LIII.

BAchiarius (h) vir optimi ingenii, ſcribit ad Januarium librum de reparatione lapſi.

## CAPUT LIV.

REgino (i) Abbas Brumienſis Chronicam ſcribit, qvam à primo Incarnationis Dominicæ anno inchoavit & ad milleſimum qvintum perduxit.

## CAPUT LV.

EUcherius (k) in divinis Scripturis admodum exercitatus ſcribit Qvæſtiones in librum Regum. Scribit nihilominus de forma ſpiritualis intellectûs; & interpretatione nominum. Habetur & alius liber ab eo conſcriptus, qui inſcribitur de Quæſtionibus difficilioribus.

## CAPUT LVI.

MArcellinus, (l) natione Romanus, chronicam ſcripſit, in qva ſagacis ſui ingenii evidens indicium dedit.

CAPUT

* al. Hincmarus (a) An. Chr. 845. (b) 840. (c) 705. ** Novarienſis. (d) 850 (e) An. Chr. 810. (f) 760. *** *aliis* Vincentinus ad Vulturnum. (g) 680 (h) An. Chr. 440. (i) 892. (k) 434. (l) 380.

Digitized by Google

## CAPUT LVII.

PAulus (a) monachus, monachorum Regulam ſcripſit, in cujus conſcriptione cooperatorem habuit Stephanum collegam ſuum. Unde & eandem Regulam ſub utrorumqve nomine placuit inſcribi; exempli gratia: incipit Regula Pauli, & Stephani.

## CAPUT LVIII.

POrcharius *. (b) vir vitæ venerabilis, Abbas monaſterii Lirinenſis, qvi beatum Cæſarium Arelatenſi Eccleſiæ deſtinavit Epiſcopum, ſcripta qvædam, quæ monita nuncupare placuit, monachis ſcripſit, in qvibus de contemptu mundi & breviter & diffusè diſſeruit: breviter verbis, ſed diffusè ſententiarum medullis. Hic, ut fertur, cum multitudine copioſi gregis ſui à Saracenis captus, & interemptus eſt.

## CAPUT LIX.

JOhannes (c) Muſicus, natione Anglicus, vir admodum ſubtilis ingenii fuit, qvi & libellum præſtantiſſimum de Muſica Arte compoſuit.

## CAPUT LX.

JOhannes (d) natione Romanus, Romanæ Eccleſiæ Archidiaconus, vir acutus ingenio, ſermone facundus, auctoritate, & aſſenſu beati Johannis Apoſtolici de vita beatiſſimi Gregorii Papæ ſatis famoſum ſcribit opuſculum.

## CAPUT LXI.

FRicholphus †. (e) Epiſcopus ſcientia, doctrinaqve præcipuus, explanationes in Geneſim ſcribit, & ab exordio mundi usqve ad tempora Nortomannorum veraces hiſtorias texuit.

## CAPUT LXII.

ARnulfus (f) presbyter & monachus monaſterii Sancti Emmerammi Dialogum ſcribit Collectitii & Admonitii de virtutibus ſanctorum, qvi eodem in loco in pace ſepulti noviſſimam expectant tubam.

## CAPUT LXIII.

ARbo *. (g) qvi & *.* Cyrias Friſingenſis Epiſcopus, duo non parva de geſtis ſanctorum Emmerammi & Corbiniani ſcribit opuſcula.

## CAPUT LXIV.

PAulus (h) Judæus, Fuldenſis monachus, vitam ſancti Erhardi Ratiſponenſis Epiſcopi, ſed & de Converſione ſancti Pauli Apoſtoli compoſuit proſam, qvam vulgò dicunt ſeqventiam, cujus hoc eſt exordium: *Dixit Dominus ex Baſan*, &c.

## CAPUT LXV.

NOchcrus *.*. (i) Abbas Augienſis, vir fide, & actibus clarus, litteris etiam adprimè eruditus, in Muſica peritiſſimus fuit. Libellum, qvem ſeqventiarum, uſitato videlicet vocabulo nuncupari complacuit, compoſuit, cui præmittens prologum deſtinavit eum ad venerabilem Luitwardum Vercellenſem Epiſcopum.

## CAPUT LXVI.

REmigius [k] vir clarus tam divinis, qvàm ſæcularibus litteris ſufficienter inſtructus, inter alia explanationem in Geneſim ſcripſit. Sed & ſuper Pſalterium Commentum inſigne compoſuit. Habetur nihilominus & aliud ejus Commentum, qvod ſcripſit ſuper Donatum.

## CAPUT LXVII.

PAulus [l] vir doctus, ſcribit inter alia librum utiliſſimum, qvi inſcribitur de ſignificatione verborum.

CAPUT

(a) inc. ætat. *. manus ſæc. XV. *alias Burcharius.* (b) An. Chriſti 500. (c) inc. ætat. (d) An. Chriſti 875. †. *alias* Freculphus. (e) An. Chr. 824. (f) 1041. *. *alias* Atibo. (g) An. Chr. 760. *.* ead. man. *alias Cyrinus.* (h) inc. ætat. *.*. *alias* Notgerus. (i) An. Chr. 912. [k] 880. [l] 820.

Digitized by Google

## CAPUT LXVIII.

EGebertus (*a*) Heresfeldensis, natione Svevigena, officio presbyter, inter alia scribit Vitam sancti (*b*) Nemoradi confessoris, qvi & claruit temporibus Chunradi Imperatoris.

## CAPUT LXIX.

ORosius,(*c*) venerabilis, ut putatur Episcopus, scribit inter alia Commentum in librum duodecim Prophetarum.

## CAPUT LXX.

EKehardus (*d*) monachus monasterii sancti Galli, acuti satis Ingenii, gesta Waltharii metro conscripsit Heroico, tertio regnante Hainrico.

## CAPUT LXXI.

AMularius (*e*) venerabilis Trevirorum Archiepiscopus, scripsit inter alia de Officiis eximium opus. Hujus operis imò & hujus Auctoris meminit beatæ memoriæ Rudwertus Abbas Tuitiensis in libro suo, qvem scribit de Officiis.

## CAPUT LXXII.

AChelinus (*f*) Episcopus nonnulla edidit scripta, qvæ appellantur Ænigmata.

## CAPUT LXXIII.

SYmphrosius, (*g*) vir eruditissimus, sermone, ac scientia sua, nihilominus scribit Ænigmata, qvæ cùm hodieqve habeantur à pluribus, nos tamen necdum legendorum eorum copiam habere potuimus.

## CAPUT LXXIV.

ZEnophirus (*h*) Constantinopolitanus Episcopus scribit inter alia librum, qvi inscribitur Chronographia.

## CAPUT LXXV.

OTto (*i*) venerabilis Abbas Cluniacensium, ardentissimus amator monasticæ religionis, qvi Monachorum Gemma, qvi discipulorum suorum gloria fuit, Dialogum satis utilem de Musica arte composuit. Scripsit præterea librum præstantissimum, monachisqve utilissimum, librum videlicet Occupationum.

## CAPUT LXXVI.

HEymo, (*k*) sapiens apud Antisiodorum ad sanctum Germanum sub professione monastica degens, multa, & varia conscripsit opuscula. Scribit enim super Apostolum librum infinitæ qvantitatis. Scribit Explanationem egregiam in librum Apocalyptis. Scribit super Cantica Canticorum. Scribit textum duodecim Prophetarum. Sed & super Evangelia plures scripsit tractatus.

## CAPUT LXXVII.

ALbertus (*l*) monachus, Computista incomparabilis extitit, qvi & libellum insignem de computi regulis scripsit.

## CAPUT LXXVIII.

WIlleraminus (*m*) Abbas Eberspergensis, vita, ac scientia irreprehensibilis, in componendis versibus acutum satis ingenium habuit. Nam & Canticum Canticorum metro Heroico luculenter expósuit.

## CAPUT LXXIX.

STephanus (*n*) Musicus, (*o*) vir peritissimus, qvi inter alia libellum præstantissimum de Musica Arte composuit.

## CAPUT LXXX.

GWido (*p*) Abbas, fide ac scientia incomparabilis, qvi & multis in hac vita virtutibus floruit. Nam humanis rebus exemptus Sutriæ & sepultus, sed postmodum per Hen-



(*a*) circ. A.C. 1100. (*b*) *manus alia recentior*, Jeremedadi. *Sed videtur legend.* Heimerad. (*c*) A. Ch. 416. (*d*) 1040. (*e*) 810. (*f*) Athelinus. *incerta æt.* (*g*) *Sympositus* inc. æt. (*h*) f. Theophanes Byzant. qvi flor. A.C. 580. (*i*) A.C. 926. al. Odo. (*k*) 841. (*l*) inc. æt. (*m*) A. Chr. 1070. *al.* Willeramus. (*n*) 910. (*o*) *forte Episc. Leodiensis.* (*p*) 1020.

Digitized by Google

ricum Imperatorem Spiram translatus. Hic in diebus suis utilitatibus Ecclesiarum scribendo, ac docendo plurimum contulit, atqve inter alia nonnulla, qvæ scripsit, Opus eximium de Musica edidit, in qva ejusdem Artis inqvisitoribus suæ subtilitatis evidens indicium dedit.

## CAPUT LXXXI.

BErn [a] Musicus, vir pius, ac doctus in Monasterio Prumensi sub monastica professione deguit, qvem postmodum Henricus Pius Imperator Abbatem Augiæ constituit; qvi gratanter acceptus à fratribus fratres dispersos recollegit, & à Lamperto Constantiensi Episcopo consecratus, magna insignis pietate ac scientia præfuit annis qvadraginta. Hic scripsit librum de Institutione Missarum, & de Musica Opus præstantissimum. Vitam qvoqve sancti Udalrici Augustensis Episcopi.

## CAPUT LXXXII.

HUlsardus, [b] qvi & Karolus, vir illustris, scribit inter alia Martyrologium de Sanctis.

## CAPUT LXXXIII.

BRuno Segvensis [c] Episcopus, vir bonus, & Catholicus, utilem admodum tractatum edidit, in qvo cunctis per orbem fidelibus gratiam & pacem imprecatus, à laude exorsus beatissimi Papæ Leonis, scribit nonnulla de Simoniacis, Simoniacorumqve Sacramentis. Rogatu qvoqve venerandi Episcopi Magolonensis scribit qvædam mystica de Dedicationibus Ecclesiarum, & alius Ecclesiæ Sacramentis.

## CAPUT LXXXIV.

BRuno alius [d] doctrina & scientia clarus scribit nihilominus contra Simoniacos. Scribit super Psalterium præstantissimum opus.

## CAPUT LXXXV.

BRuno [e] Levcorum Episcopus, qvi & Leo Nonus Apostolicus, scribit Epistolam Leoni Constantinopolitano, & Michaëli Acridano Episcopis, docens eos servare unitatem spiritûs in vinculo pacis. Hic in Musica subtilissimus fuit, & inter cantus alios, qvos plurimos edidit, Historiam beatissimi Papæ Gregorii satis artificiosè composuit.

## CAPUT LXXXVI.

FRidericus [f] Apocrisiarius Leonis Noni Papæ, postmodum & ipse † propter mutato in Stephanum †† nomine, scribit insignem tractatum contra hæresim †‡† Fermentaceorum.

## CAPUT LXXXVII.

HUmbertus [g] Sanctæ Rufinæ Episcopus fuit, qvi contra hæresim prænotatam scriptis copiosè disseruit.

## CAPUT LXXXVIII.

BEringarius [h] Turonis exortus, Andegavensis Ecclesiæ Archidiaconus primò hæreticus fuit; qvippe qvi Sacramentum Corporis & Sanguinis Domini signum solummodo sacræ rei esse asseruit. Cujus etiam errorem nonnulli secuti à nomine Beringarii Beringariani sunt appellati. Qvi videlicet Beringarius cœlesti demum virtute & rationum veritate convictus, etsi non corde, scripto tamen renuntiavit eidem hæresi suæ. Cujus juramenti formam Papa Nicolaus universali Concilio Romæ congregato ab eodem accepit, qvam & sancta Romana Ecclesia generaliter ab omnibus hæreticis conversis exigere consuevit. Fertur tamen Fidem Catholicam de Sacramento Corporis & Sanguinir Domini Salvatoris, his confirmasse versiculis: *constat in Altari carnem de pane creari; ipsa caro DEus est, qui negat hoc, reus est.*

## CAPUT LXXXIX.

LAntfrancus, [i] Anglorum Episcopus, miræ sanctitatis & eruditionis vir fuit, qvi contra hæresim Beringarianorum nonnulla memoria digna dereliqvit.

## CAPUT XC.

CHristianus [k] Pontifex Apulorum, vir clarus scientia & sanctitate, contra eandem hæresim disseruit invictissimè.

CAPUT

(a) An. Chr. 1020. *al.* Berno. (b) 876. (c) I. Signiensis. A. Chr. 1087. (d) 1033. *Episc. Herbipol.* (e) A. Chr. 1049. *Codex habet mendosè* Uruno. (f) A. Chr. 1057 † f. proprio. †† *Stephanus IX. P. M.* †‡† f. Fermentariorum. [g] A. Chr. 1054. (h) An. Christi 1035. (i) 1070. (k) 1040.

Digitized by Google

## CAPUT XCI.

HErmannus [a] Contractus, Suevigena, philoſophus in computatione ſubtiliſſimus extitit, qvi & librum de principalibus computi regulis ſcripſit. Scripſit & matricè librum, qvi ſcribitur de conflictu Ovis & Lini. Scripſit item metricè alium in modum Theodoli. Scripſit & tertium nihilominus metricè de contemptu mundi. In Mulica ſanè pene modernis omnibus ſubtilior extitit, & Cantilenas plurimas de Muſica, Cantusqve de Sanctis ſatis auctorabiles edidit. Chronicam qvoqve & geſta Chunradi & Heinrici compoſuit; in qvibus omnibus virtus illius ſatis enituit.

## CAPUT XCII.

BErtholdus, [b] qvi ejusdem auditor, & diſcipulus extitit, vitam Magiſtri, & Chronicam ſcribit.

## CAPUT XCIII.

FOlbertus [c] Carnotenſis Epiſcopus, eruditionum præceptor qvoqve Beringarii, cujus ſuperiùs mentionem fecimus, ſcribit inter alia Tractatum contra Judæos, & malos Chriſtianos. Scribit vitam ſancti Ægidii. Scribit & ſermonem de Nativitate ſanctæ Mariæ, Matris Domini.

## CAPUT XCIV.

BUrchardus [d] Wormatienſis Epiſcopus ſcribit Collectiones utilimas de Canonibus.

## CAPUT XCV.

IVo [e] Carnotenſis Epiſcopus ſcribit inter alia nonnulla, excerpta de Canonibus. Scribit plurimas in diverſos Epiſtolas. Scribit Martyrologium de Sanctis. Scribit Sententias de Divinis Officiis.

## CAPUT XCVI.

ANſelmus [f] Cantuarienſis Archi-Epiſcopus, ſcientia & moribus decenter ornatus, adhuc Beccenſi Monaſterio Præſidens, ſcribit Epiſtolam Fratri Mauritio de fratre fugitivo, in qva qvæſtionem aliam addidit, & enodavit, videlicet: qvaliter malum nihil dicatur & ſit, cum tamen videatur eſſe aliqvid. Opus etiam aliud edidit, qvòd ſecundum materiam, de qva editum eſt, Cur Deus homo, nominavit, & in duos libellos diſtinxit. Tres Tractatus pertinentes ad ſtudium ſacræ Scripturæ diverſis fecit temporibus conſimiles in hoc, qvia facti ſunt per interrogationem & reſponſionem, & perſona interrogantis nomine Diſcipuli, reſpondentis vero notatur nomine Magiſtri. Unus horum trium eſt de veritate; qvid ſcilicet ſit veritas, & in qvibus rebus ſoleat dici, & qvid ſit juſtitia? Alius verò eſt de libertate arbitrii, qvid ſit? & utrum eam ſemper habeat homo, & qvot ſint ejus diverſitates in habendo vel non habendo rectitudinem voluntatis, ad qvam ſervandam data eſt creaturæ rationali? Tertius autem eſt de qvæſtione, qva qværitur, qvid peccaverit diabolus, qvia non ſtetit in veritate, cùm Deus non dederit ei perſeverantiam, qvam nili eo dante habere non potuit, qvam ſi Deus dediſſet, ille habuiſſet; ſicut boni Angeli illam habuerunt, qvia Deus illis dedit? Qvem Tractatum qvamvis ibi de confirmatione bonorum Angelorum dixerit, de caſu diaboli titulavit, cum illud contingens fuit, qvod dixit de bonis Angelis; qvod autem ſcripſit de malis, ex propoſito fuit qvæſtionis. Qvartum deniqve ſimili modo edidit non inutilem introducentis ad Dialecticam, cujus initium eſt: *de Grammatico*, qvem, qvia ad diverſum ab his tribus ſtudium pertinebat, iſtis non cognominat. Scribit præterea duo non parva Opuſcula, Monologion ſcilicet, & Proſologion, qvæ ad hoc maximè fecit, ut, qvod fide tenemus de Divina natura, & ejus perſonis præter incarnationem, neceſſariis rationibus ſine auctoritate Scripturæ probari poſſit. Scribit qvoqve de Virginali Conceptu, & originali peccato librum; ſcribit ad Urbanum Papam II. librum de Incarnatione Verbi; ſcribit contra Græcos librum de Proceſſione Spiritus ſancti. Scribit & Epiſtolam Willramo Novemburgenſi Epiſcopo de diſſenſione Græcorum in Sacrificio. Sed & ſuper Evangelium: *Intravit JEſus in quoddam caſtellum*, novam ſcribit explanationem, ſanctæ DEI Genitricis Mariæ feſtivitati, & laudibus aptiſſimè congruentem. De Sanctis qvoqve ordinatiſſimum ſcribit Martyrologium.

## CAPUT XCVII.

GIſilbertus [g] Abbas Weſtmonaſterii Dialogum ſcribit Judæi & Chriſtiani, qvem & diſcutiendum direxit eidem Anshelmo Cantuarienſi Archi-Epiſcopo.

CAPUT

(a) *An. Chr.* 1050. (b) 1066. (c) 1007. (d) 996. (e) 1092. (f) 1093.
(g) *An. Chr.* 1080. *al.* Gillebertus.

Digitized by Google

## CAPUT XCVIII.

CLemens [a] qvi & Gwibertus, Ravennaticæ ſedis Epiſcopus, ac poſtmodum ſuper Gregoriunt Septimum per Regem Heinricum in Romanam Eccleſiam, licet invitus, juxta qvosdam violenter, intruſus, nec Ravenna, nedum Roma benè uſus, facundus tamen eloqvio, acutus ingenio, tres in Apoſtolatu ſibi invicem ſuccedentes ſupervixit. Qvi & beato Papæ Urbano exilium ſuum improperans hæc metricè in eum verborum tela detorſit: *diceris Urbanus, cum ſis projectus ab urbe: vel muta nomen, vel regrediaris in urbem.*

## CAPUT XCIX.

URbanus [b] Secundus Apoſtolicus, ſcientia, & ſanctitate magnificus, accepto hujusmodi improperio, ſic metricè reſcripſit eidem æmulo ſuo: *Clemens nomen habes, ſed clemens non potes eſſe: tradita ſolvendi, cum ſit tibi nulla poteſtas.* Qvibus nimirum verbis nihil eum de Apoſtolica dignitate præter vocabulum palam perhibet aſſecutum.

## CAPUT C.

ANshelmus [c] Lucenſis Epiſcopus, vir per omnia Catholicus, omniqve ad ungvem ſcientia præditus, ac poſt mortem miraculis clarus, qvi & beatum Gregorium VII. unicè dilexit, contra Gwibertum, & ſeqvaces ejus, Opus eximium ſcripſit. Nam & ſuper Pſalterium opus immodicum ſcribit, in qvo locis congruentibus contra Gwibertum, & Heinricum per apoſtrophan differit.

## CAPUT CI.

BErnardus [d] presbyter, vir doctus & Catholicus cum collega ſub Albano persbytero utilem habuit conflictum ſuper incontinentia Sacerdotum. Scribit deinde Apologeticum ſuper Decreta, qvem venerabilis Papa Gregorius ejusdem nominis Septimus in Romana Synodo promulgavit contra Simoniacos & incontinentes Altaris miniſtros. Scribit præterea librum de poteſtate Presbyterorum; de Concordia officiorum librum; librum qvoqve de confeſſione. Adhoc etiam ſatis utilem ſcribit Chronicam.

## CAPUT CII.

GUidmundus, (e) qvi & Chriſtianus, primò in monaſterio Stabulaus monachus fuit, ubi dum Abbas conſtitui, atqve ad alterum locum regendum mitti debuiſſet, aufugit, ignotamqve provinciam appetens, ne poſſet agnoſci, nomen mutavit in melius, aſſumens videlicet Chriſtianitatis vocabulum, cunctis commune fidelibus. Tandem verò reqviſitus & repertus, ſub Gregorio VII. Averſæ eſt factus Epiſcopus, ſcripſitqve fratribus ſupradicti monaſterii explanationem egregiam ſuper Evangelium ſecundùm Matthæum; in cujus explanationis prologo ſuper Joannem qvoqve ſe ſcripturum pollicetur; ſed utrum minimè ſcripſit, an certè ſcripſerit qvidem, qvod ad nos minimè pervenèrit, adhuc à nobis ignoratur. Scripſit tamen explanationem ſuper Evangelium ſecundum Lucam.

## CAPUT CIII.

RUdolphus (f) Abbas tum in aliis artibus, tum in Muſica acutiſſimus fuit, qvi etiam inter alia Chronicam ſcribit.

## CAPUT CIV.

EKehardus (g) Abbas vir admodum doctus & religioſus extitit, qvi & ſuam nihilominus Chronicam ſcribit.

## CAPUT CV.

MAnegoldus (h) presbyter modernorum magiſter magiſtrorum, ſtrenuus aſſertor veritatis fuit, à qva nec promiſſis nec minis ſchismatici regis flecti potuit. Qvin imò in diſſenſione illa, qvæ inter Gregorium ſeptimum & Heinricum qvartum exorta fuit, pro tuenda juſtitia laboravit usqve ad vincula. Extat ad eum ſcripta qvædam exhortatoria Ivonis Epiſcopi Carnotenſis epiſtola. Hic textum Iſaiæ prophetæ paginalibus clauſulis diſtinxit; ſuper Matthæum verò gloſſas continuas ſcribit. Scribit qvoqve ſuper Pſalterium opus præſtantiſſimum ſuper topazium, & aurum obrizum pretioſum.

## CAPUT CVI.

ARibo (i) Cirinus Muſicus muſicam ſcribit, qvàm propter ejus menſuræ celeritatem Capream

(a) *An. Chr.* 1080. (b) 1088. (c) 1071. (d) 1070. *Simlero:* Bernoldus. (e) *A.C.* 1066. (f) f. Rudolphus Truxedon. qvi fl. *An. Chr.* 1120. (g) fortè Junior S. Gallenſ. monachus, qvi fl. *A. Chr.* 1013. (h) *An. Chriſti* 1070. (i) 1090.

pream nuncupavit ; *velocius enim*, inqvit, *currebat, cum venirbar eam ; quia voluntas Dei fuit, ut cito mihi occurreret, quod volebam.* In hoc verò tractatu de ejusdem artis industria cæteris subtilius agit, in qvo & Domini Wilhelmi Musici ita meminit dicens: *Wilhelmus prius Emmerammensis Ratisponæ monachus, nunc autem alibi Abbas † venerandus ‡‡ fistularum novam exquisivit mensuram, prioris intensionem convertens in remissionem, quam mecum communicavit. Nam meam dilexit parvitatem ultra parvitatis dignitatem, qui erat Musicorum primus, modernus videlicet Orpheus, & Pythagoras.* Hunc itaqve tractatum Pontifici suo obtulit, cui & scribit, sicut ait: Aribo tractatum depinxit Musicus istum; atqve dedit dono Pontifici proprio.

## CAPUT CVII.

Fulcraldus (*a*) Musicus multam Musicæ Artis notitiam habuit, qvi & librum de Musica scripsit.

## CAPUT CVIII.

Wilhelmus (*b*) Abbas reverendissimus, Bawariorum prosapia religiosis parentibus exortus, atqve in monasterio sancti Emmerammi Ratisponæ educatus, divina illum comitante clementia, tanta ingenii pollebat excellentia; ut cum eminentia honestorum morum simul emineret studio variarum artium. De qvibus multa nobis sui mirabilis ingenii monimenta reliqvit. Nam naturale horologium ad instar cœlestis hemisphærii excogitavit; naturalia Solstitia, sive Æqvinoctia & statum mundi certis experimentis invenire demonstravit, qvæ omnia etiam litteris mandare curavit. Multas etiam Qvæstiones de Computo probatissimis rationibus enodavit. Hic in Musica peritissimus fuit, multasqve illius subtilia antiqvis doctoribus incognita elucidavit. Multos etiam errores in Cantibus deprehensos, satis rationabiliter ad artem correxit. In Qvadruvio (*bb*) fanè omnibus penè antiqvis videbatur præeminere. Tractatum tamen unum de Musica scripsit, qvem Dei vocatione ad regendum Hirsaugiense cœnobium tractus minimè perfecit. Hic Dominum Udalricum Cluniacensis monasterii monachum incitavit ad scribendum Consuetudines monachorum.

## CAPUT CIX.

Dietgerus (*c*) Abbas à Latinis Theogorus, à* Theotunicis qvibusdam Theokarius dictus, domini Wilhelmi Abbatis primò discipulus, deinde in monasterio sancti Georgii Abbas tertius, ac tandem Metensis Episcopus aliqvantisper administrato Episcopio sepultus est in Cluniaco. Et hic qvoqve Tractatum unum de Musica scribit, in qvo de ejus inventione, & numeris, ac proportionibus juxta Arithmeticos breviter qvidem, sed satis subtiliter agit.

## CAPUT CX.

Udalricus (*d*) Ratisponensis Ecclesiæ Canonicus, ac postmodum Cluniacensis monasterii monachus, multæ scientiæ, multæqve patientiæ vir extitit, qvippe qvi multas corporis molestias immissas à Domino, multasqve à fallis fratribus sibi irrogatas injurias patienter tulit. Hic multas scribit ad diversos Epistolas, reprehendens eos qvi erant reprehendendi, collaudans eos, qvi erant exhortandi. Scripsit etiam venerabili Wilhelmo Abbati Epistolam, in qva reprehendit eum propter irregularem ejus, qvam ex Germanicorum Abbatum usurpatione, licèt simpliciter, portabat cappam, docens eum non debere transgredi habitum sibi subditorum, cùm sciret scriptum: „† *ducem te constituerunt, esto in illis, quasi unus ex illis.* Tunc impleta est scriptura, qvæ dicit: *†* *corripe sapientem & diliget te; doce justum, & festinabit accipere.* Continuò enim, ut una manu accepit epistolam, cappamqve sensit reprehensam, cum altera manu nunqvam reinduturus, abstraxit eam, nec distulit, donec perlegeret epistolam. Composuit qvoqve vitam & Epitaphium sancti Hermanni ex marchione monachi filii Ducis Berchtaldi fratris Gerhardi Constantiensis Episcopi. Præterea scripsit volumen Consuetudinum Cluniacensium monachorum, qvod pene legitur ubiqve terrarum.

## CAPUT CXI.

Meginhardus (*e*) Herbipolitanus Episcopus scribit in Cantica Canticorum Explanationum Opus eximium.



† Hirsaugiens. ‡‡ *codex* vistularum f. versicullorum. (*a*) incert. ætat. (*b*) *An. Christi* 1090. (*bb*) Per *quadrivium* qvatuor intelliguntur disciplinæ Mathematicæ, Arithmetica, Geometria, Musica & Astrologia. Uti per *trivium*, disciplinæ tres Grammatica, Logica, Rhetorica. (*c*) 1070. * f. Thevtonicis. (*d*) 1070. „† *Eccli.* 32. 1. *†* *Prov.* 9. 9. (*e*) I. an. II. *A. Ch.* 1033. vel 1088.

Digitized by Google

## CAPUT CXII.

PONizo (a) Sutrienſis presbyter † *Gregorii* ſeptimi temporibus ſcribit excerpta de Canonibus.

## CAPUT CXIII.

DEusdedit (b) Cardinalis eisdem temporibus ſcripſit contra Guibertinos.

## CAPUT CXIV.

GOtſchalcus, (c) monachus Dechingæ, ſcripſit inter alia libellum qvatuor ſermonum, qvorum primus de conceptione ſancti Johannis Baptiſtæ; ſecundus de ſancta Maria; tertius de diſperſione Apoſtolorum; qvartus de initio Evangelii ſecundum Matthæum.

## CAPUT CXV.

PLacidus (d) Cœnobii Nonantuliani Prior, ſcribit contra Inveſtituras, & iniqvam poteſtatem qvarti Henrici.

## CAPUT CXVI.

GEraldus (e) vir doctus apud monaſterium St. Blaſii monachus factus, vitam religioſam aliqvamdiu duxit, qvi inter alia Commentum ſuper Dialecticam ſcripſit. Scripſit præterea ſatis utilium Collectas Sententiarum.

## CAPUT CXVII.

RUdbertus (f) Magnus, magnum, & mirabile ſcientiæ donum aſſecutus, apud Leodium in monaſterio Sancti Laurentii regularibus diſciplinis à puero inſtitutus, deinde Sigibergenſis monachus; ad ultimum Tuitienſis Abbas conſtitutus anno Domini MCXI. ſub qvarto Henrico ſcriba doctus ſcribere exorſus, usqve Lotharium ‡‡ tertium, & ſub eo annis ſcripſit plurimis. Verùm ubi vel qvando, vel qvomodo gratiam ſcribendi perceperit, ipſe in opere ſuo, qvod de gloria & honore Filii hominis fecit, libro duodecimo pandit. Librorum verò, qvos ſcripſit, alios in Archiepiſcopi Colonienſis, alios ‡†‡ Denonis, Sigibergenſis Abbatis, ac poſtmodum Epiſcopi Ratiſponenſis nomine attitulavit pro eo, qvòd eum uterqve illorum impulerit ad ſcribendum. Hic in libro de Glorificatione Trinitatis & Proceſſione Spiritus ſancti unam ad Honorium Papam, in libro ſecundo de Divinis officiis ad venerabilem Chunonem Ratiſponenſem alteram ſcribit epiſtolam continentem omnem librorum ſuorum ſummam. Scribit ergo Commentum in Job, librorum decem tractatus; in Evangelium Johannis librorum qvatuordecim. Opus de operibus Sanctæ, & Inviduæ Trinitatis, librorum qvadraginta duorum; Opus in Apocalypſim librorum duodecim; Opus in duodecim Minoribus Prophetis librorum triginta; Opus de victoria Verbi DEI librorum tredecim; Opus de Gloria & honore Filii hominis in Evangelium ſecundum Matthæum librorum totidem; Opus ex libris de glorioſo rege David, & Opus in Cantica Canticorum ſeptem libellis expliciunt. Scribit & opuſculum trium libellorum ſub Dialogo Judæi & Chriſtiani de Sacramento fidei, & opus de glorificatione Trinitatis & proceſſione Spiritus ſancti; libros qvoqve de Meditatione mortis qvos paulo anteqvam moreretur, inchoavit, & morte præventus conſummare non potuit.

# Hucusqve codex Mellicenſis.

(a) *alias* Bonizo. *An. Chr.* 1070. † *ſic locum explet.* (b) *An. Chr.* 1070. (c) inc. æt. (d) *An. Chr.* 1070. (e) inc. ætat. (f) 1120. ‡‡ *al.* ſecundum. ‡†‡ Chunonis.

# INDEX

Digitized by Google

# INDEX ALPHABETICUS
## Scriptorum Eccleſiaſticorum, quos Anonymus Mellicenſis in hoc opere recenſet.


### A.

*Achelmus Epiſcopus. capite 72.*
*Adamnanus Scotus. capite 29.*
*Ado Viennenſis. capite 40.*
*Albertus monachus. capite 77.*
*Alcuinus. capite 41.*
*Aldhelmus. capite 30.*
*Alexander I. P. M. capite 6.*
*Amalarius Trevir. capite 71.*
*Ambroſius Autpertus. capite 51.*
*Ambroſius Mediol. capite 11.*
*Anſelmus Cantuar. capite 96.*
*Anſelmus Lucenſ. capite 100.*
*Arator. capite 17.*
*Aribo Cirinus Muſic. capite 106.*
*Aribo Cirinus Friſing. capite 63*
*Arnulfus Ratisbonenſis. capite 62.*

### B.

*Bachiarius. capite 53.*
*Beda Ven. capite 31.*
*Benedictus Ab. Caſin. I. capite 20.*
*Berengarius Andegavenſ. capite 88.*
*Bernoldus. capite 101.*
*Berno Augienſ. capite 81.*
*Bertholdus Conſtantienſ. capite 92.*
*Boëtius Manl. Sever. capite 15.*
*Bonizo. capite 112.*
*Bruno Herbipol. capite 84.*
*Bruno Signienſ. capite 83.*
*Bruno Tullenſ. capite 85*
*Burchardus Ep. Wormat. capite 94.*

### C.

*Cæſarius Arelat. capite 39.*
*Caſſiodorus. capite 16.*
*Chriſtianus. capite 90.*
*Chriſtianus Guitmund. capite 102.*
*Cirinus Aribo. capite 106.*
*Cirinus Aribo Friſing. capite 63.*
*Clemens Alexandr. capite 5.*
*Clemens III. Antip. capite 98.*
*Columbanus Ab. capite 25.*

### D.

*Deusdedit Cardinalis. capite 113.*
*Dietgerus Ep. Metenſ. capite 109.*
*Dionyſius Exiguus. capite 19.*

### E.

*Egebertus Herſfeldenſ. capite 68.*
*Ekehardus Abbas. capite 104.*
*Ekehardus S. Gall. capite 70.*
*Epiphanius Ep. Salam. capite 13.*
*Eucherius. capite 55.*

### F.

*Freculphus Ep. Lexov. capite 61.*
*Fridericus Cardinal. capite 86.*
*Fucradus. capite 107.*
*Fulbertus Carnot. capite 93.*
*Fulgentius Ruſp. capite 14.*

### G.

*Gelaſius I. P. M. capite 2.*
*Geraldus S. Blaſianus. capite 116.*
*Giſilbertus Weſtmonaſt. capite 97.*
*Getſcalcus Deckingenſis. capite 114.*
*Gregorius Magnus P. M. capite 8.*
*Gregorius III. P. M. capite 9.*
*Gregorius Turonenſ. capite 37.*
*Guibertus Antip. capite 98.*
*Guido Abbas. capite 8.*
*Guidmundus Averſan. capite 102.*

### H.

*Hermannus Contractus. capite 91.*
*Hetto Baſileenſ. Ep. capite 43.*
*Heymo Halberſtad. Ep. capite 76.*
*Hincmarus Remenſ. Archiep. capite 46.*
*Humpertus Cardinal. capite 87.*

### I.

*Johannes Anglicus Muſic. capite 59.*
*Johannes Chryſoſt. capite 12.*
*Johannes Diaconus. capite 60.*
*Jornandes Ep. Goth. capite 22.*
*Iſidorus Hiſpalenſ. capite 26.*
*Julianus Toletan. capite 52.*
*Ivo Carnotenſ. capite 95.*
*Juſtus Viennenſ. capite 42.*

### L.

*Lanfrancus Cantuar. capite 89.*
*Laurentius Epiſc. Novarienſ. capite 48.*
*Leo Magnus P. M. capite 7.*
*Leo IX. P. M. capite 85.*


M.

Digitized by Google

M.

*Manegoldus, capite* 105.
*Marcellinus Comes. capite* 56.
*Martinus Bracarenſ. capite* 38.
*Meginhardus Ep. Herbipol. capite* 111.

N.

*Notgerus Angienſ. capite* 65.

O.

*Oddo Ab. Cluniacenſ. capite* 75.
*Oroſius Epiſc. capite* 69.

P.

*Paſchaſius Ratbert. capite* 34.
*Paterius. capite* 24.
*Paulus JC. capite* 67.
*Paulus Judaus Fuldenſ. capite* 64.
*Paulus monachus. capite* 57.
*Petrus Damiani. capite* 33.
*Petrus Chryſologus. capite* 28.
*Placidus Nonantulanus. capite* 115.
*Porcharius Lirinenſis. capite* 58.
*Priſcianus Caſarcenſ. capite* 18.

R.

*Rabanus Maurus. capite* 45.
*Ratramnus Corbejenſ. capite* 47.
*Regino Prumienſ. capite* 54.
*Remigius Autiſſiod. capite* 66.
*Rudolfus Ab. capite* 103.
*Rudolfus Fuldenſ. capite* 49.
*Rupertus Tuitienſ. capite* 117.

S.

*Sedulius, capite* 35.
*Sergius I. P. M. capite* 10.
*Sixtus I. P. M. capite* 4.
*Smaragdus Abbas. capite* 50.
*Stephanus IX. P. M. capite* 86.
*Stephanus Monachus. capite* 57.
*Stephanus Muſicus capite* 79.
*Symphoſius,* (Sympoſius) *capite* 73.

T.

*Teleſphorus P. M. capite* 1.
*Theodolus, capite* 36.
*Theodorus Cantuar. capite* 27.

U.

*Udalricus Cluniacenſis. capite* 110.
*Victor Affrican. capite* 23.
*Victor Capuanus. capite* 21.
*Urbanus II. P. M. capite* 99.
*Uſuardus, capite* 82.

W.

*Walafridus Strabo. capite* 44.
*Willeramus Eberſpergenſ. capite* 78.
*Wilhelmus Hirſaugienſ. capite* 108. 106.

Z.

*Zacharias P. M. capite* 32.
*Zenophirus Conſtantinopol. Ep. capite* 74.
*Zoſimus P. M. capite* 3.


PETRI

Digitized by Google

# PETRI DIACONI MONACHI,

## AC BIBLIOTHECARII SACRI CASINENSIS Archiſterii, de Viris Illuſtribus Caſinenſibus, Opuſculum.

*EX CELEBERRIMA BIBLIOTHECA BARBERINA DEPROMPTVM, ineditum eousque, notisque illuſtratum, Studio & operâ*

JOANNIS BAPTISTÆ MARI, ROMANI,
Sancti Angeli in foro Piſcium Canonici.

---

ILLUSTR. ET REVEREND.

D. JO. BAPTISTÆ BARSOTTO DE PUCCINIS,
Præpoſito Iſnenſi, Protonotario Apoſtolico, S. Cæſ. Majeſtatis Conſiliario, ac Eminentiſſimi Cardinalis ab Harrach cubili Præfecto.

*ACCEDIT ad te* (ILLUSTRISSIME DOMINE) *Libellus iſte gemina de cauſa, ſponte meâ, & jure ſuo: Etenim tantam humanitatem, ſapientiam, nobilitatemque in te omnes ſuſpicimus, ut non minus Orbis univerſus literatorum tibi per benevolentiam connectatur, quam olim Catena Homerica tellus cœlo conjuncta fuit; neque id mirum mihi, qui ſingularem tuam idolem perſpexi, per quam inſtauratur apud nos Pythagoricus ille concentus, quem apud ſuperos auditum Veteres memorant. Virtutibus ſcilicet ac nobilitate abundas, qua tam jucundè, tàm amabiliter, tàm canore penes homines ascipiuntur, ut harmoniam plusquam terreſtrem efficiant. Teſtatur genus, & proavos tuos non modo LUCENSIS patria, quæ agnoſcit in tuis ſanguinem ſuum, ſed illa nobilium animarum parens & altrix Polonia, qua Joannem Baptiſtam Puccinum avum tuum Italicorum ſecretorum apud Auguſtum Sigismundum conſpexit & participem & interpretem; quem in Germaniam ad Ferdinandum II. Cæſarem aliosque complures principes, legavit Regia voluntatis adminiſtrum gratum omnibus, nec ſine ornamento, ac prærogativa ab ipſo Cæſare, Principibusque dimiſſum. Tuas vero virtutes, ſi per modeſtiam licet, non ſola Roma, non ſola Germania, ſed omnes penè Provincias ad quas fama tuæ dexteritatis pervenit, laudent & probant. Bohemia certè debet tantum tuæ fidei ac prudentiæ, ut Eminentiſſimus Pragæ Archiepiſcopus non alium delegerit, ac velit Romæ ſuarum rerum curatorem quàm te. Nunquam orationis finem facerem ſi vellem reliqua & innata, vel collata tibi à Principibus ornamenta deſcribere; & præterea tuæ modeſtiæ injuriam facerem, & fortaſſe feci; ſed hæc fuere indicanda, ut conſtaret Libellum iſtum ſponte ſua ad te accedere: Magnes eſt virtus. Non modo corda, ſed etiam opuſcula hæc magnete trahuntur.*

*Verùm non modo ſponte ſuâ, ſed etiam jure ſuo ad te properat, tibique debetur. Quisnam ignorat quantum amet ſacram Divi Benedicti familiam? quanta mediteris ad illius ſplendorem augendum? quanta pietate Sublacenſe Cœnobium frequentes, colas & venereris? Nec immeritò: Hic enim ſummus ille Chriſtiana Sanctimoniæ Athleta & Magiſter per ingens miraculum venenata pocula eluſit, Stygias inſidias evaſit, tam inſignis deque Eccleſia optimè meriti Ordinis fundamenta jecit, quodque ſtupendum eſt, tot in dies è cœlo largitur fluenta gratiarum, ut videatur eſſe locus hujusmodi officina cœleſtis liberalitatis; ut omittam Summorum Pontificum Paſchalis II. Urbani V. Leonis IX. Clementis III. & VI. Eugenii IV. Joannis X. Benedicti VI. ac ipſius Sancti Gregorii Magni teſtimonia, quibus Sublacenſe Benedicti Sacrarium commendatur, tanquam & Eccleſiæ theſaurus, & Benedictinæ Familiæ Seminarium.*

*Porrò hic liber eſt ſcriptus à Petro Diacono Monacho, ac Bibliothecario Caſinenſi, nec aliud complectitur quàm notitiam lucubrationum moresque Virorum Illuſtrium Caſinenſium, hoc eſt propria & immortalia ornamenta ejusdem Ordinis, cui tu tantum tribuis, adeoque ad te jure ſuo accedit; tuo etiam patrocinio & ære ſublevandus, Vale.*

*Joannes Baptiſta Marus F.*



Digitized by Google

## LECTORI.

DIALOGOS Victoris Papæ Tertii: *olim Desiderii Abbatis Casinensis, inter blattas & tineas conflictantes, annis præteritis è Vaticana Bibliotheca depromptos, cum in lucem protraxerimus; qvidam diobolaris sciolus illis perlectis, virtutes Casinensium non nimis extollere conqvestus est; criticâ fronte asserens, perpauca, aut nulla fuisse ea, ad qvæ perscribenda, & pervulganda ingenium Casinenses contulerint; neminemqve ferè se in gravioribus conscribendi laboribus exercuisse, honestissimæ gloriæ stimulis concitatum aliqvid exarasse. Hactenus nimis profecto patienter hominem insulsius obtrectantem audivimus; cujusqve etiamsi omnia dicta referre vellemus, planè esset otio nostro abuti, præsertim cùm scriptis prodigia se editurum elato supercilio promiserit.

*O rem ridiculam, Cato, & jocosam,*
*Dignamque auribus, & tuo cachinno!*

Licet enim Ordo Monasticus semper obtrectatores suos habuerit, ut rectè prodiderunt SS. Hieronymus pluribus in locis, & Chrysostomus in illo præclaro vitæ Monasticæ Clypeo, & alii antiqviores: nunqvam tamen audacius hoc nostro sæculo id factum est ab impudentibus Hæreticis, apud qvos in tantam devenit detestationem idem Monasticus Ordo; ut nonnulli solo intuitu à librorum qvamvis optimorum lectione abstineant, qvòd Monachi nomine sint tantùm prænotati; locumqve etiam proverbio plerumqve faciant, *Monacho indoctior*. Qvæ risum qvoqve movere possent Heraclito obstinatè lugenti: imo nec defuit qvidam misogramma, qvi in detestationem, atqve derogationem Monachorum scribere non erubuerit, verecundante chartâ, & ipso attramento in minium verso ad tantum impudentiæ promptuarium, nonnullos Sanctos Patres Monastico titulo designatos, ut opera eorum in dubium revocaret, nunqvam fuisse in Monachorum numerum adscitos; dementissimè existimans tàm solidum, validumqve esse hoc unicum, enerve, ac ficulneum argumentum, ut exolutus perinde fuerit onere cætera probandi. Et qvamvis nimis falsa non sint refellenda, ne videantur posse esse credibilia; ut rectè dixit Sanctus Athanasius epistola ad Epictetum, approbante S. Epiphanio hæres. 77. Attamen nos ne in superbiam, vel ignorantiam silentium nostrum (licet noscamus, qvam nobis sit curta supellex) iste nugivendulus accepturus sit, haud ignorantes insuper multos homines esse, judicii parum firmi, qvi nihil audiunt, leguntuè, qvod non credunt, nisi refutatum sciant; nulla interpolita mora, memores Ulpiani sententiæ de verb. signif. L. 12. §. 1. *Minus solvit, qui tardius solvit: nam & tempore minus solvitur*; præclariqve etiam magni auctoris dicti: *Barbaris cunctatio servilis: statim exequi, regium.* Opusculum istud pro re nata inter tenebras delitescens de Viris Illustribus Casinensibus à Clarissimo Viro *Petro* Diacono Monacho, ac Bibliothecario ejusdem Cœnobii conscriptum, hactenus ineditum, à pluribusqve viris eruditis diù qvoqve expetitum, nobis è celeberrima Barberina Bibliotheca suppeditatum, singulari humanitate, ac beneficentia V. Cl. Caroli Moroni, ad maledicta istius obtrectatoris evertenda, ipsumqve convincendum, tibi verò benigne Lector, & bono publico promulgandum duximus; cui etiam ob argumenti similitudinem adjungimus Supplementum manu exaratum Virorum pariter Illustrium Casinensium, per *Placidum* Romanum Monachum, ac Diaconum ejusdem Archisterii conflatum. Parvum qvidem, atq; exiguum fatemur; (neqve enim res tàm numero & magnitudine, qvàm pretio, & pondere, æstimandæ sunt) sed accuratè, cogitateqve scriptum à nostro Petro, qvi anno MCXV. qvo in vivis agebat, multa prodidit, qvæ historiam Ecclesiæ illustrant, ut legere est apud Leonem Ostiensem in Chronico Casinensi, cujus tertium librum ipse supplevit, & qvartum ei adjecit: pergratum, ac utilem futurum etiam iis, qvi scientiarum studiis ducuntur, auctorum, librorumq; cognitione capiuntur; multa sanè in hoc opusculo, maximéq; in nostris indicantur notis, qvæ publicam merentur lucem, dum e abditis diversorum educitur veterum Scriptorum notitia, qvorum libri intercidisse credebantur; qvâ spretâ librorum auctorum notione, in tenebris forsan perpetuò jacuissent; & ut tumulus corpus contegit, sic nomen eorum in omnem fere ætatem obruisset, eorumq; dein lucubrationes in privatis sepultæ Bibliothecis remansissent, magno certè rei literariæ damno; cum hac tempestate magna doctrinæ pars existimanda sit, scire, qvi libri Auctorum legendi, qvi non legendi sint. Necessarium enim est haud ignorare, qvi scripserint, & de qvibus descripserint, fontésq; nosse, unde hauriri possint ea, qvæ vel ad scientias alendas, virtutes procreandas, vel detestanda vitia, magno usui sint futura; cum absq; Bibliothecis fermè inermis sit Religio, & inanis sapientia. Hæc autem consideratio, & per se jucunda, ac ingenuo homine digna est, cum ad delectum Auctorum, tum ad excitandos animos studiosorum plurimum faciat: qvemadmodum Miltiadis trophæa Themistoclem dormientẽ excitabant: sic doctorum hominum volumina, qvæ in hoc libello cõmemorantur, ad laborem, laudémq; studiosorum animos inflammare debebunt: Et sicut omni solatio viri docti privari videntur, cum illis lectio interdicitur, ut olim nonnullis irrogatum hoc pœnæ genus legitur à Tiberio apud Svetonium. *Quibusdam*, inqvit, *custodia traditis, non modo studendi*

* Hi Victoris III. Dialogi de quibus infra, impressi sunt T. XVIII. Bibliothecæ Patrum, edit. Lugd.

*dendi ſolatium ademptum: ſed etiam ſermonis, & colloquii uſus:* ſic omne ſolamen ex lectione recipiunt. Falſus eſt id Angelicus Doctor, qvi ſacrarum literarum monimenta tanta faciebat, ut de more diceret, *ſe unius B. Chryſoſtomi homilias, urbi Pariſienſi divitiis omnibus refertiſſimæ, ſed vel ipſis Imperiis, ſerio anteponere.* Libri profectò veluti ſtudiorum inſtrumenta medullitus delectant, colloqvuntur, conſulunt, & vivâ qvâdam nobis, atqve argutâ familiaritate junguntur. *Sola denique ſcripta ſunt, qua mortales quadam fama immortalitate perpetuant, & actibus veterum, quos traduxerunt ad poſteros, nullam permittunt obrepere vetuſtatem;* docet Petrus Bleſenſis ep. 77. Unde verè Martialis:

*Chartis, nec furta nocent, nec ſecula præſunt,*
*Soláque non norunt hæc monumenta mori.*

Poſſidius namqve in calce vitæ Sancti Auguſtini, ejus perpetuam fore memoriam ob libros conſcriptos, haud falſus vates confirmavit; adducto etiam hoc ſecularis Poëtæ de ſe loqventis epitaphio, qvod tumulo ſuo adſcribi voluit.

*Vivere poſt obitum vatem, vis noſſe, viator?*
*Qvod legis, ecce loqvor: vox tua nempe mea eſt.*

Præterea operæ pretium eſt noſſe, non ſolum innumerabiles ferè Monachos ex hac nobiliſſima Academia Caſinenſi prodiiſſe cujusvis doctrinæ genere refertos; verum etiam aſſiduâ fuiſſe diligentiâ, pietate, ac intentione, Sanctorum Patrum, aliorumqve Virorum doctorum volumina exſcribendi; ut poſtea in rebus dubiis ad m. ſ. ſ. Codices, & antiqvos impreſſos, ex qvibus veræ lectiones reſtituuntur; tanqvam ad oracula qvædam tutiſſimè viri docti, ac eruditi confugere valerent; qvod lege caverunt prudentiſſimi Imperatores Theodoſius & Valentinianus lib. 1. C. Theodoſ. de reſponſis Prudentum: cùm non modò auctoribus plerisqve deficimur, ſed etiam hi, qvi ad manus, non æqve omnes emendati ſunt. Unde planè ridiculi cenſeri debent, qvi emendato nè, an inemendato libro utantur, ſua nihil putant intereſſe; cum certè ſi depravatis utimur codicibus, nil aliud ſuperſit, niſi, ut Ixioni ſimiles umbram pro re, errorem pro ſcientia amplectamur. Præmiſſâ hac igitur animadverſione, ſubnectenda venit hæc obſervatio, tantam nempè diligentiam in accuratè exſcribendo fidelium illam priſci ævi pietatem adjunxiſſe; ut nec promiſcuè omnibus Evangelium, Pſalterium, aut Miſſale exſcribere licitum fuerit; ſed perfectæ ætatis homines huic muneri eligebantur, ut errores magis caverent. Qvod notatum legitur in capitulari Aqvisgranenſi c. 72. *Si opus eſt Evangelium, vel Pſalterium, & Miſſale ſcribere, perfectæ ætatis homines ſcribant cum omni diligentia.* Et qvidem nullus labor, qvi manibus exercetur, magis Monachis convenit, qvàm officium ſcribendi; cùm illud ſit manu hominibus prædicare, digitis linguas aperire, ſalutem mortalibus tacitam dare. Vide qvæ Gerſon latè diſputavit integro libro de laude ſcriptorum, hoc eſt exſcriptorum, ſive amanuenſium; ac Trithemium, qvi pariter integrum de laudibus ipſorum conſcripſit librum: adi Theophilum Raynaudum Societatis Jeſu, alterum penè Didymum Chalcenterum, de bonis, ac malis libris partit. 3. erotem. 4. fol. 309. Tantâqve etiam induſtriâ, ac ſtudio incredibili inſuperuſi eſſe traduntur; ut continuo velut uno opere eandem incudem diu, noctuqve tundentes, ſcriptos codices aliqvi artificioſè conglutinarent, mirâ animi attentione, corrigerent alii, rubro cæteri exornarent; Theodoſii Imperatoris exemplum imitantes, qvi cum à publicis vacaret, libros ſacros tantâ elegantiâ ſcriberet, ut Calligraphi nomen inde acceperit; teſtis eſt Raderus in Aula ſacra cap. 6. Imò illotis manibus ſacros codices contingere, piaculum ulterius exiſtimaverint. Qvod ſimile qvidpiam etiam à Gentilibus factitatum reperimus, ita tamen, ut præter manus, etiam pedes, auresqve luſtrarent. Plutarchus orat. 2. de eſu carnium ita loqvitur: *Quamquam nos fortaſſe peccamus, qvi libros iſtos attingimus, non luſtratis manibus, pedibus, auribus.* Qvàm verò gratus Divinæ bonitati eſſet labor iſte exſcribendi, perſpicuo, ac evidenti miraculo declaratus agnoſcitur; dum Trithemius memorat de laudibus ſcriptor. man. cap. 6. fuiſſe in qvodam Cœnobio Benedictinorum qvendam Monachum, qvi in ſcribendis ad ornatum Bibliothecæ voluminibus, ſedulum, elaboratumqve ponebat ſtudium; ita ut qvotieſcunqve à divino potuiſſet vacare officio, ad ſecreta cellæ ſe conferens huic ſancto labori inſiſteret; unde & multa Sanctorum opuſcula cum ingenti devotione deſcripſerit. Hujus mortui oſſa cum poſt multos annos exhumarentur, tres digiti dextræ manus, qvibus tot volumina ſcripſerat, tam integri, & incorrupti inventi ſunt, ac ſi eodem tempore ſepulchro fuiſſent impoſiti; reliqvum autem corpus, ut moris eſt, conſumptum ad oſſa fuerit. Simile etiam factum de Richardo Anglo Præmonſtratenſi, legere eſt apud Cæſarium lib. 12. cap. 47. Hinc viri pietate ac eruditione inſignes, Divinam providentiam tanti habere laborem iſtum exſcribendi animadvertentes (ne multa Sanctorum Patrum, Eccleſiaſticorumqve Scriptorum monumenta perirent, qvod facilè evenirſet, niſi Monachorum opera ad poſteros fuiſſent transmiſſa) in florentiſſimam Academiam Caſinenſem, veluti literarum tunc temporis Seminarium, innumerabilem penè m. ſ. ſ. ac impreſſorum copiam transtulerunt; ita ut hodie in tota Italia, nulla ſit paulò celebrior Bibliotheca, qvæ non aliqva ex parte ipſorum nobilibus theſauris locupletetur. Vide qvæ notavit noſter Petrus in auctario hiſtor. Caſinenſ. lib. 3. cap. 62. edit. Venetæ, de libris, qvos ſolum Deſiderius Abbas, deinde Victor Papa Tertius, exſcribi curavit; & tunc non immeritò fidem nobis dabis; velléqve propterea ſacrum Aſceterium Caſinenſe eruditionis merita laude ſpoliare, eſt rem manifeſtam negare, non ſecus

atqve

atqve olim Zenomotum è rerum natura ſuſtulit, nivi candorem detraxit Anaxagoras; & Soli conceſſam ab omnibus Aſtronomis magnitudinem, Epicurus. Faceſſant denique hæc ludicra riſu potius deſpicanda, qvàm diſputatione ſeria confutanda; & producamus poſt fabulam tantam iſtius polymythi ſycophantæ, id, qvod illuſtris ille Eccleſiaſticæ antiqvitatis præco Cardinalis Baronius tom. 9. anno 716. ſuis Annalibus de Calinenſibus intexuit: *Sed & illud*, inqvit, *absque trepidatione mendacii asseri jure potest: nullum unquam toto Christiano Orbe exstitisse aliquando Monasterium, ex quo tot viri sanctitate conspicui, atque doctrina, tanta numerositate, ad regimen sanctæ Apostolicæ Sedis adsciti fuerint; ut planè dici possit, fuisse idem aliquando Seminarium sacro. ipsi Antistitum, prout quæ suo loco dicturi sumus, manifestè docebunt.* Vertat nunc igitur ſe in omnes formas Proteus ille, & Calinenſium Academiam, ut libet, oppugnet ſimul cum iis, qvi in ipſa fæce ignorantiæ voluptatis, omnibusqve pudoris repagulis perfractis, otioſam appellarunt, omnisqve rei literariæ expertem etiam crediderunt. Hæc tibi, benigne Lector, ſignificare voluimus, umbraticos impugnatores, dentesqve Theoninos Calinenſe Archiſterium Cœnobitarum ſanctitate, ac doctrinâ celeberrimum non metuere, cum tantorum Doctorum refugium ſibi ipſi patere videat; totqve ex ſe tanqvam præclaros genuiſſe filios, qvi ingenii ſui monumentis, omniqve bonarum literarum genere Chriſti Eccleſiam locupletarunt. Veritas defenſore non eget, & mendacium plerumqve cadere nullo impellente, ac ſe ipſum ſubvertere, dixiſſe Auguſtinum memor eſto. Denum ne meris obnixè precamur, ſi non cunctos noſter Petrus ſcriptores Calinenſes, & omnes eorum, qvorum meminit, lucubrationes recenſuerit; præſertim cum pedem è navigio ponere animus ei non fuerit; qvod facilè dignoſcimus è ſcripto ejus, uti è veſtigio Hercules: ſed pro certò habendum, multa diverſorum Scriptorum monumenta, ſuperſtite Petro, adhuc in diverſis privatis Bibliothecis latitaſſe, omniaqve propterea legere, aut expiſcari ex animi ſententia non valuiſſe; maximè hominem publicis, privatisqve negotiis diſtrictum; commodiori tempore omnes annotaturum. Et ſi fortè, mi Lector, hæc minus ad guſtum tuum; en patrocinium: ſcias qvod ab indiligentiæ crimine tueri cum poſſumus, non ſolum exemplo, qvòd neqve Trithemius, aut Pantaleò, aut Cornelius Callidus, cum de Germanis, neqve Sammarthanus cum de Gallis; neqve Ferd. Matamorus, cum de Hiſpanis; neqve Folieta, cum de Liguribus; neqve Miræus, cum de Flandris; neqve Hebedieſu, cum de Chaldæis (beneficio Vir. Clar. Abrahami Ecchellenſis ex tenebris, atqve obſcurâ caligine anno præterito eductus, eruditis limisqve notis illuſtratus) neqve alii, cum de Civibus ſuis, aut ſociis ſcriberent; omnes tunc ſimul complexi ſunt; qvos majori forſan adhibitâ diligentiâ, aut fortunâ magis propitiâ compiecti potuiſſent: verum etiam ſententia Varronis, qvi jebat, neminẽ reprehenſum eſſe, qvi ſtipulam reliqviſſet ad ſpicilegium: qvod confirmavit Columella de re ruſtica. *In magna ſylva*, inqviens, *boni venatoris est, feras indagare: quamvis lacrimas capere, neque cuiquam culpæ fuit, non omnes cepisse*, præſertim, cum munere ſuo qvisqve bene fungitur, ſi avido Lectori famem utcunqve ſedat, qvamvis non penitus eximat. Et ut rem dicamus; ſi olim Civem unum ſervanti civica donabatur, qvamnam coronam plectere debebunt mulici omnes κισσοφόροι noſtro Petro, dum non unius, ſed plurium illuſtrium virorum nomina ab interitu vindicavit, theſaurosqve elucidavit inviſos? uni ſapienti notum eſt, qvanti res qvæqve taxanda ſit. Deniqve ſuperfluam rem etiam nos non agere, cum jam de Scriptoribus Caſinenſibus Trithemius, Arnoldus Wion, aliiqve abundè qvoqve id præſtiterint, in eorum indice non tam ſollicitos fuiſſe, inſcius ne ſis, qvin multos non agnoverint; & qvos agnoviſſe ſe referunt, ſingula accuratè eorum poſtea non recitaſſe opuſcula. Fruere igitur, ſtudioſe Lector, Caſinenſium laboribus, tibiqve perſuadeas: qvod ſi amor, ſtudium qve literarum te incendit (licet fateamur ingenuè, multos literarum cepiſſe tædium, qvia vident ea facta eſſe inimicorum retia, qvæ honeſti erant animi inſtrumenta) ex polymathiæ Caſinenſis theſauris aliqva iſtorum Heroùm literariorum ſcripta tranſcribere, vel excuſa, cum m. ſ. conferre; ſcito noſtris temporibus librorum pretium te non remoraturum; ſicuti de Platone legitur, qvi tres Philolai Pythagorici libros decem millibus denariùm, etiam in difficultate rei familiaris, eſt mercatus, ex qvibus plura in ſuum deinde Timæum uſurpavit, ut auctor eſt Jurisconſultus Gallus Antiqv Roman. lib. 4. par. 2. cap. 16. & de Ariſtotele, qvi creditur libros pauculos Speuſippi emiſſe tribus talentis Atticis, qvorum ſumma ſit apud Romanos H.S. duo & ſeptuaginta millia, teſte A. Gellio lib. 3. cap. 17. Nec etiam animum tuum perturbatum, ignavumqve reddere debebit exemplum Nicolai V. Summi Pontificis, qvi ducatorum qvinqve millia ad ſe Evangelium Divi Matthæi Hebraïcum afferenti promiſerat, ut ſcribit Eckius homil. de Sancto Matthæo; cum Caſinenſes non inducti pecuniâ, ſed ſtudio gloriæ divinæ, benevolentiâ, ac liberalitate paratos ſe offerunt tibi illa prodere; & tanqvam te veterum ſcriniorum excuſſorem, manuſcriptorumq; exemplariumconqviſitorem agnoſcentes, ad illa evulganda cohortabuntur, impellent, gratiqve animi calcaribus inſuper perurgebunt. Reminiſci qvoqve te volumus, favore, non odio, dignam hanc noſtram eſſe propenſiſſimam benè de Republica literaria merendi voluntatem: dum totum noſtrum ſtudium hiſce theſauris reperiendis, tuo, & bono publico impendimus. Ave mi Lector, & fave.

PETRI

# PETRI DIACONI MONACHI.

ET

# BIBLIOTHECARII CASINENSIS

*De*

## Viris Illuſtribus ejusdem Sacri Archiſterii Opuſculum.

### PROLOGUS.

COACTUS aſſiduis tuis imperiis, Pandulphe Præſul venerande, arduam, difficillimamqve rem apicibus exarare ſum orſus; Illuſtrium ſcilicet Virorum Caſinenſis Archiſterii librum. Opuſculum iſto in tempore novum, oblivioniqve penè jam traditum; qvod utinam qvi perſpexerint, cum qvanta cordis id mœſtitia ſcripſerim, advertere valeant: Nam ſtupor, & hebetudo ingens noſtri opplevit pectoris arcem, cur à ſexcentis fermè jam annorum curriculis in Caſinenſi Gymnaſio non extiterit, qvi hunc vilibus ſaltem, mandaret ſchedulis librum, & hoc non cauſa inſcitiæ, ſed laborem, ac detrahentium linguas fugiendo accidit. Nunc enim illud Deiloqvi eſt conſummatum oraculum: in qvo perſpicimus homines ſemetipſos amantes, & qvæ ſua ſunt qværentes, non qvæ Jeſu Chriſti, detractioniqve ardentiſſimè operam dantes. Et primo qvidem à Tranqvillo, Græcoqve Apollonio cœptum, ſed ab Illuſtriſſimis Viris Hieronymo, Gennadio, atqve Iſidoro apud Romanos ad finem eſt usqve perductum. Et qvamvis ab aliis nihil eſt tam operosè actum, qvod non Hieronymi eloqventia ſuperet; poſt iſtorum tamen è mundo receſſum, nullus inventus eſt, qvi illud ad calcem perduceret. Guido præterea noſter inſtitutor, moribus vitaqve præcipuus, ante hoc fermè ſeptennium, Opuſculum ſcribere aggreſſus eſt iſtud; ſed laborioſum inibi videns jacere materias ea dimiſit facilitate, qva cœperat: qvòd ſi ille, longè me in ſermone, ſenſuqve præpollens, rem cœptam dimiſit; ego qvi acumine mentis iners, ſermoneqve impolitus, & variis rebus ſum implicatus, qvid acturus ſum? Sed ad ea qvæ imminent, ſtylus ſeqvens vertatur.

### CAPUT I.

BEnedictus Monachorum inſtitutor Vir egregius, ac poſt Apoſtolos ſingularis, Provinciæ Nurſiæ extitit oriundus, ex patre Euproprio nomine, matre Abundantia, avo Juſtiniano, nutrice Cyrilla. Poſtqvam duodecim Monaſteria Chriſto adjuvante conſtruxit temporibus Juſtiniani Imperatoris, prædictas cellas ſub Præpoſitis ordinans, divino ad ſe facto reſponſo, duobus Angelis comitantibus, ad Evangelium prædicandum, paganosqve ad Chriſtum convertendos, Caſinum advenit; ubi templa idolorum deſtruens, Cœnobium conſtruens, circummanentes paganos ad Chriſtum convertit. Scripſit autem jam ſenex in eodem Caſinenſi Cœnobio Monachorum Regulam, diſcretione præcipuam, ſermone luculentam, epiſtolas verò duas; primam ad Remigium Rhemenſem Archiepiſcopum; ſecundam ad Maurum ſuum diſcipulum, qvem in Galliis ad prædicandum direxerat, elegantiſſimo ſermone compoſuit. Fuit autem temporibus Anaſtaſii, Zenonis, Juſtini, & Juſtiniani Imperatorum; ſepultus verò eſt in Caſino in Eccleſia Sancta Joannis Baptiſtæ ante altare, ubi à toto Orbe venerabiliter honoratur.



Digitized by Google

## ANNOTATIO.

NUrsiæ ex Patre Anicio Euprepio, & Abundantia matre, ex illustri Riguardatorum familia; unica Nursini Comitis filia, facultatumqve ejus, ac cognominis hærede, Sanctus Benedictus Natione Romanus, Monachorum in Occidente antesignanus ac princeps, eodem cum sorore Scholastica partu nascitur anno Domini 480. qvibus editis, mortua est mater; qvasi jam satis vixisset, cum tantos talesqve relinqveret posteros; nec alia videretur nupsisse causa qvam ut talium Sanctorum fieret mater. Ejus res gestas non solum Sanctus Gregorius Papa Magnus, omnium virtutum Magister, fusè prosequtus est libro 2. Dialogorum (qvem Gregorii librum Ingolstadienses græcolatinum annis superioribus publicarunt) verum etiam ambitioso qvasi præconio Alexander Secundus, Victor Secundus, Summi Pontifices; Joannes Trithemius, Cardinalis Baronius, ac Arnoldus Wion, qvi Lignum vitæ duobus tomis complexus est, in qvo propago tanti Patris accuratissimè conscripta est, copiosè tradiderunt. Videndus etiam Benedictus Hæftenius, Monasterii Affligenienſis Præpositus lib. disqvisit. Monast. prolegom. 1. in vita Sancti Benedicti, diffusè de eo agens.

Præter memorata à nostro Petro conscripsit etiam Patriarcha Benedictus *De Ordine Monasterii*, qvaliter, inqvit, à Fratribus religiosè ac studiosè conversari, ac Domino militare oportet, librum unum, qvi incipit: *In primis nocturnis horis.* Hic verò liber unà cum Regula excusus fuit apud Junctas Venetiis anno 1593. in 16. procurante Arnoldo Wione, qvamvis in hoc opusculo qvædam occurrant verba, qvæ suspicionem ingerunt, ut Sancto Benedicto non videatur hic liber tribuendus; pro qva re lege dictum Hæftenium fol. 1062. Literis etiam consignavit sermonem in discessu Sancti Mauri, cujus initium: *Si resistendum, dilectissimi*, qvi integer habetur in Martyrologio Benedictinorum Arnoldi Wionis ad diem 14. Januarii: Sermonem pariter in passione Sancti Placidi, & Sociorum his verbis: *Sicut patris est gaudere.* Hic verò excusus est in epistola Siculorum ad Sanctum Benedictum, qvæ ad calcem Casinensis Chronici editionis Venetæ fuit adjecta. Supradicta opuscula simul colligata reperies in novissima Bibliotheca Sanctorum Patrum, & postremo loco in Theologia Regular. Cl. Viri Patris Caramuelis Ord. Cistercienſis, doctissimis etiam illustrata commentariis. Notandum verò, qvòd licet epistola ad Sanctum Remigium, qvæ in fine dicti Chronic. Casin. & alibi legitur, in dubium à Cardin. Baronio tom. 6. annal. anno 707. unà cum tota historia revocetur; lapsumqve ex nominum similitudine irrepsisse putet: attamen cum eam veram Petrus Thiræus lib. singul. de Dæmoniacis agnoscat, nec post edita Baronii scripta qvidqvam insinuet dubitationis, defendendo etiam eam Antonius de Yepes in Chr. Ord. Balduinus Moreau in opusculis Sancti Benedicti, & Gregorius Colvenerius in scholiis ad Flodoardi historiam; lectoris propterea judicio relinqvimus, ut ipse suapte diligentia discernat, qvid verè Sancto Benedicto tribuendum, qvidvè illi abjudicandum censeat. Non est autem hoc loco silentii tenebris involvendum, qvod novissimè ad huic epistolæ fidem adstruendum dictus Hæftenius comment. ad vitam Sancti Benedicti cap. 16. disqvisit. monast. se invenisse refert, in antiqvo videlicet M.S. Cod. Bibl. Monast. Sancti Martini Tornaci, alteram epistolam, Monachorum Rhemensium post qvingentos annos à Sancti Benedicti obitu ad Casinenses perscriptam, qvam totam ibi integram reddit. Deniqve, an verè cunctæ supradictæ lucubrationes genuini sint fœtus Sancti Benedicti, discutitur solita diligentia, eruditione, ac doctrina à præfato Caramuele in Theolog. Reg. p. 2. ideo lectorem ad eum remittimus.

Vixit Sanctus Benedictus annos 63. cum habitasset Nursiæ annos septem, Romæ septem, Sublaci trigintaqvinqve, Casini qvatuordecim; stans atqve erectus in templo inter discipulorum manus (editis prius perfectæ administrationis copiosis actibus, relictis pietatis præclaris monimentis, ac congestis innumeris meritorum manipulis) efflat animam, qvæ illustri via Cœlum deduci visa est, anno Domini 543. die 21. Martii, hora tertia matutina; & sepulchro appositum epitaphium, ut refert Sylvester Maurolicus lib. 1. hist. sac. omnium relig. de Sancto Benedicto agens.

*Nursia me genuit, specus obtulit alta Casini*
*Me rapuit vertex, aula beata tenet.*

Cæterum, de die & anno obitus Sancti Benedicti extat controversia, qvam affert & dissolvit rei Chronologicæ peritissimus Vir Dionysius Petavius in Rationario temporum part. 2. lib. 4. cap. 14. illucqve amandamus lectorem plenioris discussionis hujus punctiavidum.

## CAPUT II.

FAustus ejusdem Patris Discipulus, septennis in Casino oblatus, & à sanctissimo Benedicto cum Mauro Casinenſi Præposito in Gallias directus, post suam reversionem, Beati Mauri vitam ex jussione Abbatis Theodori lucidissimè valde com-

compoſuit. Claruit autem temporibus ſupradictorum Imperatorum, ſepultus autem eſt in Monaſterio Lateranenſi.

## ANNOTATIO.

SAnctus Fauſtus natione Italus, Divi Benedicti primarius aſſecla, ac ſymmyſta, ſenſuum, affectionumqve mortificatione fuit tanta, ut ſupra imitationem fuiſſe videretur. Cum ſeptem annorum eſſet, Divo Benedicto à parentibus ſuis fuit oblatus; à qvo tandem poſt perfectam regularis propoſiti inſtitutionem, cum beato Mauro miſſus fuit in Gallias anno ſalutis 542. Arnoldi Wionis annorum calculo; at juxta computum Eccleſiæ, anno 535. ad conſtruendum Cœnobium, ubi in magna ſanctitate multis annis converſatus, tandem ad Lateranenſe Monaſterium eſt regreſſus. Teſtatur id etiam Martyrologium Gallicanum Cl. V. Andreæ Suaſſay in ſupplemento ad diem 15. Febr. his verbis. *Depoſitio S. Fauſti Monachi Caſinenſis, Diſcipuli Sancti Benedicti, qui aliquamdiu in Cœnobio Glanofolii in Andegavenſi præſulatu ad Lygerim, ſub S. Mauri diſciplina converſatus, poſtea redux in Italiam apud Caſinum, ſuum curſum finivit, &c.*

Is erat per hæc tempora calamitoſiſſima Italiæ ſtatus, ut Langobardis crudeliter ubiqve graſſantibus, nulla urbs tam munita, nullus locus tam remotus inveniretur, qvò illi ſuis incurſionibus non perrumperent. Neqve Cœnobium Caſinenſe cladis acerbiſſimam calamitatem effugere potuit; qvam etiam S. Benedictus prænunciaverat: Itaqve fugientes Monachi ex eodem Cœnobio Romam profecti ſunt, & Pelagium ſecundum Pontificem adiverunt, ab eoqve benignè accepti, juxta Lateranenſe Patriarchium, Monaſterium in honorem SS. Joannis Apoſtoli, & Evangeliſtæ, ac Pancratii Mart. conſtruxerunt, ibiqve ſpatio centum triginta annorum habitaverunt; in qvo degens Sanctus Fauſtus vitam Sancti Mauri Abbatis in Gallia condiſcipuli ſui, qvi ſeptuagenario major in Cœlum migraverat anno Domini 584. juxta verò Chronolog. Cl. V. Gveſnay in vita Sancti Joannis Caſſiani, anno 565. luculentiſſimè literis conſignavit, ſub Chriſti anno 606. qvod colligitur ex præfatione, in qva ſic loqvitur ipſe Fauſtus: *Hoc opuſculum Beatiſſimo Papa Bonifacio oſtendi: qvod ipſe Sanctiſſimus Pontifex approbans laude dignum duxit, ſuaqve ſancta auctoritate roboravit.* Fuit is Bonifacius Papa III. ut Leo Oſt. Chronol. Caſin. lib. 1. cap. 3. teſtatur, qvi anno 606. ſedere cœpit, & anno eodem deceſſit, ſuccedente Bonifacio IV. Papa. Unde corrigendus Trithemius de ſcript. Eccleſ. in verbo Fauſtus, qvi ad Bonifacium II. ſcripſiſſe refert. Edita eſt ea vita à Lippomanno, & Surio ad diem 15. Jan. & à Mombritio Tom. 2. Vide Acta Sanctorum V. Cl. Bollandi ad hanc diem in qvibus vita, translatio, ac miracula Sancti Mauri accurate deſcripta leguntur. Adi etiam notas V. Cl. Joannis Tamayo in Martyrolog. Hiſpan. ad diem 14. Januar. Obſervavit tamen Hugo Menardus in notis Mart. Bened. prædicta acta eſſe corrupta, tu tamen illum conſule. Extare eriam in Bibliotheca Carmelitarum Excalceatorum Claromontenſium in Arvernia, vitam m. ſ. Sancti Mauri metro, & proſa ſcriptam per Odonem: Libellum miraculorum ejusdem: ſermonem de translatione ejusdem in Monaſterium Foſſatenſe, docet Vir Clar. Philippus Labeus Societatis Jeſu in nova bibliot. m. ſ. librorum edita Pariſiis anno præt. pag. 206. De geſtis Fauſti agit Sigebertus cap. 32. de ſcript. Eccleſ. Martyrol. Benedict. ſub die 15. Febr. Galeſinus, Maurolycus, & Trithem. de Vir. Illuſtr. Ord. S. Bened. lib. 2. cap. 2. & lib. 3. cap. 3. Leo Oſt. lib. 1. cap. 3. Hiſtor. Caſin. Vincent. in ſpecul hiſtor. lib. 21. cap. 68. & 69. V. Cl. Gerardus Joan. Voſſius de hiſtor. Lat. lib. 2. cap. 24. Ad lucis æternæ præmia evocatus fuit S. Fauſtus circa annum Domini 620.

## CAPUT III.

MArcus Patris Benedicti diſcipulus, & Caſinenſis Monachus, Vir egregius, & in Scripturis apprimè eruditus. De Adventu Sanctiſſimi Benedicti ad Caſinum; de ſitu loci, conſtructioneque Cœnobii, elegantiſſimos verſus compoſuit.

## ANNOTATIO.

MArcus à Sancto Benedicto familiariſſimè dilectus; vir ad poëticam artem extollendam à natura progenitus, moribus & converſatione præclarus, ac in literis etiam ſæcularibus peritiſſimus: Et ne Marci auctoritas à nonnullis parvi habeatur, tanqvam obſcuri alicujus Scriptoris, hic producere de eo qvorundam veterum Scriptorum teſtimonia non alienum duximus. Paulus Diaconus lib. 1. cap. 26. de geſtis Langob. ſic ait, *Hæc omnia ex Marci poëtæ carmine ſumpſi, qui apud eundem Patrem* (Benedictum) *hunc venien aliquot verſus in ejus laude compoſuit.* Eadem referuntur ab Aldrevaldo lib. 1. cap. 4. de mirac. Sanct. Bened. Sanct. Petrus Damianus ſerm. 8. in vigilia Sancti Benedicti. *Hæc planè*

*nè de Marci, ejusdem, videlicet D. Benedicti, discipuli venusto carmine jam deflevimus.* Vide etiam Sigibertum de Script. Eccles. cap. 33. Præter recensita à nostro Petro, qvæ inedita remanserunt, scripsit etiam versibus heroïcis ejusdem Sancti Benedicti magistri sui nonnulla miracula à Divo Gregorio Papa primo omissa: qvæ carmina cum diu delituissent, excusa modò reperiuntur in tertio poëmatum volumine Divi Prosperi Martinengi, Romæ anno 1590. in 4. studio, & opera Arnoldi Wionis, ut ipse testatur lib. Lign. vitæ; qvæqve Mantuæ in Cœnobio Sancti Benedicti inventa etiam refert. Scripsit insuper Gnomas impressas Haganoæ anno 1531. & alia qvædam opuscula conversa per Joannem Picum, edita sunt Parisiis anno 1563. in 8. Claruit eodem ferè tempore, qvo Sanctus Faustus: id est, usqve ad Imperium Heraclii Augusti anno Domini 610.

## CAPUT IV.

SEbastianus B. Benedicti Monachus, Hieronymi doctoris egregii vitam describens, legendam Ecclesiis tradidit: in qva, qvæ ei à puero institutio, qvale in juventute, studium, quæ in senectute ei scientia fuerit, lucidissime satis demonstrat.

## ANNOTATIO.

VIta Sancti Hieronymi Ecclesiæ Doctoris maximi, pluribus referta mendaciis, qvæ sine auctore vagatur, teste Cardinali Baronio ad annum 420. num. 49. non videtur tribuenda nostro Sebastiano, ut aliqvi perperam arbitratu suo scriptis fecerunt; cum tantùm ab ipso literis demandata fuerit vita æqvalis sui sancti Hieronymi discipuli Sancti Benedicti, non autem Ecclesiæ Doctoris; illamqve deinde Cœnobiis Benedictinis legendam tradidisse scribit Arnoldus lib. Lign. vitæ. Vide Gerardum Joan. Vossium, diffusæ, reconditæqve eruditionis virum, lib. de hist. Latinis in Sebastiano. Floruit circa annum Domini 560.

## CAPUT V.

SImplicius Sanctissimi Benedicti discipulus, ac post eum in Casino Abbas effectus: Regulam, qvam suus magister ediderat, publice legendam omnibus Monachis tradidit: Versus qvoqve nonnullos de eadem re descripsit. Fuit verò temporibus Justini Junioris, sepultus autem in Casino juxta corpus B. Benedicti.

## ANNOTATIO.

SAnctus Simplicius Abbas ab obitu Divi Benedicti tertius, ut docet S. Greg. lib. 2. Dial. in princ. Vir cœlestibus charismatibus præditus, omniqve testimonio sanctitatis illustris. Versus, qvos in laudem Regulæ Sancti Benedicti descripsit, unà cum diversis aliis Sanctorum Monachorum Regulis, in lucem propediem dabit vir præcellentis doctrinæ, & summus Ecclesiasticæ antiqvitatis assertor ac vindex Lucas Holsteinius. Vide qvæ annotarunt Hæftenius in tr. 6. disqvis. 1. de regulæ Sancti Benedicti promulgatione in Simplicio, Matthæus Lauretus de existentia corporis Sancti Benedicti in Cœnobio Casin. cap. 1. Hugo Menardus de origine & incremento Ordin. S. Benedict. pag. 870. ac Antonius de Yepes in Chron. Bened. fol. 337. de sera promulgatione dictæ Regulæ, ubi argumenta eruditissimi Antonii Gallonii in Apologia de Monachatu S. Gregorii adversus Abbatem Constantinum Cajetanum enervant, ejusqve diluunt objectionem. Ad auspicatissimum locum indeterminatæ Beatitudinis transivit Simplicius circa annum Domini 576. miraculis coruscans; sepultus est Casini una cum Constantino Abbate suo prædecessore juxta sui magistri corpus. Horum corpora primum à Desiderio Abbate, postea Victore Papa III. unà cum sacris cineribus Carolomani Regis, ac Monachi, inventa sunt anno Domini 1701. ut ex nostro Petro Diacono serm. m. s. de Octava Sancti Benedicti habetur. Vide V. Cl. Marcum Scipionem in Elog. Abb. Casin. in Simplicio; eum etiam commemorant Trithem. de vir. illustr. Ord. S. Bened. lib. 3. cap. 10. Leo Ost. lib. 1. cap. 2. histor. Casin. Anastas. Biblioth. Monachus in libello de translat. Sanct. Bened. & iterum noster Petrus lib. m. s. de ortu & vita Justor. Casin. cap. 10.

## CAPUT VI.

LAurentius ejusdem Cœnobii Monachus, scientia antecessorum suorum post Sanctissimum Benedictum nulli inferior, factus Episcopus, Beati Mauri vitam, ac Castrensis Episcopi passionem versibus adornavit; Historiam qvoqve Sancti Wenceslai, & sermonem de Beati Benedicti vigilia elegantem composuit.

ANNO-

Digitized by Google

## ANNOTATIO.

OPuſcula Laurentii Monachi Caſinenſis, deinceps Epiſcopi, incertæ tamen ſepis, extare Caſini m. ſ. uti & alia qvædam in ſexto pluteo ad dextram Bibliothecæ, teſtatur Arnoldus Wion lib. Lign. vit. Hiſtoriæ Sancti Martyris Wenceslai Ducis Bohemorum, habitu Monachi Benedictini, ſed non profeſſione, auctore Laurentio, meminit Baron. in Martyrol. ad diem 28. Septembris, illamqve etiam m. ſ. in noſtro exili m. ſ. ſ. ſacrorum penario aſſervamus tali lemmate: *Dominus, ac Redemptor noſter humanis viſibus, &c.* Qvam ſi vota & ſpes noſtra Deus Opt. Max. fortunaverit, unà cum aliis Sanctorum vitis hactenus ineditis bono publico proferendam dabimus. Scripſiſſe præterea præfationem in doctrinas Dorothei, conſtareqve in Bibl. S.S. Patrum tom. 2. edit. 2, auctor eſt Poſſevinus in Apparatu in verbo, Laurentius; ſed Voſſius de hiſt. Lat. fatetur, ſe non ſatis aſſeqvimentem Poſſevini, vel mirifice eum rationem fingere; nam noſter Petrus Diaconus, qvem de hoc Laurentio Monacho ſcripſiſſe refert, vixit circa annum Domini 1145. at ille Laurentius Monachus, qvi auctor eſt præfationis Dorothei eſſe Hilarionem Monachum Caſinenſem: at Hilario ille floruit circa annum Domini 1516. annis qvadringentis qvinqvaginta & amplius poſt Petrum Caſinenſem. De vita Sancti Caſtrenſis Epiſcopi & Martyr. conſule Cl. Vir. Michaëlem Monachum in Sanctuario Capuano. Floruit Laurentius circa annum Domini 950.

## CAPUT VII.

CYprianus Presbyter ſub Petronace Abbate in eodem Cœnobio Monachus factus, de B. Benedicti miraculis hymnum in ejus feſtivitate contandum deſcripſit. Claruit autem temporibus Leonis, Conſtantini, & Hirenes Imperatorum.

## ANNOTATIO.

HYmnus, qvem compoſuit Cyprianus de Beato Benedicto, in Bibl. Caſinenſ. tali ſervatur exordio; *Aureo ſolis radio perennis, &c.* teſte Arnoldo Wione lib. Lign. vit. Scripſit & alia nonnulla. Vivebat anno Domini 760.

## CAPUT VIII.

PAulus Aqvilejenſis Patriarchii Diaconus, Regisqve Deſiderii notarius, ſub Theodimario Abbate ad Caſinum perveniens, monaſticumqve ſchema ſuſcipens, ſanctitate, gravitate ſuo tempore ſingularis, philoſophia qvoqve à pueritia eruditus. Compoſuit in laudem Beatiſſimi Benedicti verſus elegiaco metro digeſtos: Hymnos qvoqve Sancti Joannis Baptiſtæ, Sanctiqve Benedicti; Verſus ad Carolum Imperatorem, ad Arichis Beneventanum Principem; Sanctiqve Fortunati Epiſcopi elegantes deſcripſit: Homilias qvoqve qvinqvaginta: Sancti Pontificis Gregorii vitam: in Regula Sancti Benedicti expoſitionem: ac de ingreſſu Langobardorum in Italiam, origine regnoqve eorum, hiſtoriam valdè luculentam edidit. In hiſtoria autem Eutropii qvamplurima adjunxit. Univerſas etiam lectiunculas à principio mundi usqve ad ſuam ætatem, una cum annali computo rhythmicè compoſuit. Fuit autem temporibus Caroli Imperatoris. Sepultus eſt in eodem Cœnobio juxta Eccleſiam S. Benedicti ante capitulum.

## ANNOTATIO.

PAulus cognomento Winfrid. ex Langobardorum gente originem duxit, Warnefridi, ac Theodelindæ filius; Vir Apoſtolicus, ac Antiſtes doctiſſimus, appellatus à Gaſpare Barthio: meritò Polyhiſtor, qvi penè innumera miræ ac exqviſitæ eruditionis monimenta ſuo eximio ingenio, acri judicio, ac prudentia ſingulari prodidit: & ne qvid à Lectore curioſo de Paulo deſiderari poſſit, verba damus Leonis Oſt. in Chron. Caſ. lib. 1. cap. 15. *Eo tempore*, inqvit, *qvo primùm in Italiam Langobardi ingreſſi ſunt, cum eis etiam Paulus venit, & a puero diſciplinis liberalibus eruditus maximum in Curia Deſiderii ultimi Regis Langobardorum ob ſuam induſtriam, familiaritatis locum obtinuit: Cancellarius dicti Regis, atque Aquileienſis Patriarchii Diaconus extitit:* (hinc Paulo Diaconi cognomen ab adepta dignitate inditum, perpetuò adhæſit, licet hoc non attendat Raphaël Volaterranus, nam pro diverſis habet noſtrum Paulum hiſtoriæ Langobardicæ Scriptorem, & Paulum Diaconum Aqvilejenſem.) *Hic poſt captam Papiam, cum Regi quoque Carolo pro ſua prudentia admodum carus, & familiaris effectus eſt, ac non multò poſt cum accuſatus apud eundem Regem fuiſſet à quibusdam invidis, quod eum propter fidelitatem Deſiderii Domini ſui voluiſſet occidere, fecit eum idem Rex comprehendere, & coram ſe adduci: quem cum interrogaſſet, utrum vera eſſent, qua ſuper morte ſua de eo dicerentur, conſtanter reſpondit, ſe pro certo*



Digitized by Google

*fidelissimum Domini sui fuisse, & in eadem se fidelitate cum vita perseverare: ad hæc Rex subitò ira succensus, præcepit eum manibus sine mora privari; sed mox in se reversus, & reminiscens sagacitatis ejus, atque prudentiæ, suspirans ait: Et si ejus manus abscindimus, ubi tam elegantem Scriptorem reperiemus? & ait proceribus assistentibus sibi: Dicite quid super hoc vobis videtur: at illi; Jubete, inquiunt, ut eruantur ejus oculi, ne aliquando aliquas alicui contra vos literas dirigat. Et ubi, vel quando, ait Rex, tam insignem historiographum, aut poëtam invenire valebimus? illi vero videntes circa illum Regis compassionem, ac benevolentiam; suaserunt tandem, ut in Diomedis insulam, quæ hodie à tribus montibus Tremiti dicitur, cum exiliaret. Factúmque est, ubi cum per aliquot annos exul mansisset, tandem ad Monasterium Casinense, celebri sanctitatis fama notissimum clam perrexit, ibique Monachus factus, piè & religiosè vitam duxit, ac diù superstes in senectute bona in pace quievit, cum innocentia, humilitati, silentioque ultra humanum modum operam dedisset.* Sic dictus Leo Ostiensis.

Plura alia veneratione digna, insigniaqve virtutum monumenta immortalitati consecrasse fertur, qvæ ad notitiam nostri Petri non pervenerant: videlicet vitam Sancti Benedicti metricè scriptam, qvam invenies apud eumdem Paulum lib. 1. cap. 26. de gestis Langob. Arnoldus Wion mentionem facit cujusdam poëmatis de vita Sancti Benedicti à Paulo Diacono conscripti, cujus singuli distichi iisdem qvibus incipiunt, desinunt verbis, qvod integrum affert Aymonius serm. de Sancto Benedicto, ubi etiam ejusdem Pauli hymnum affert singula miracula Divi Benedicti continentem. Exaravit insuper Paulus vitam S. Mauri Abb. mtro qvodam artificio descriptam: sic exorditur.

*Dux, via, vita tuis, decus, & laus, gloria virtus,*
*Jesu, lux lucis, Dux, via vita tuis.*
*Tu facis omnipotens, animalia muta profari.*
*Quod tibi cunque placet, tu facis omnipotens.*
*Da precor ut referam, sancti mo[n]alia Mauri,*
*Qua per te gessit, da precor, ut referam, &c.*

Vitamqve etiam Sanctæ Scholasticæ Virginis, mandante Carolo Magno Imperatore, qvæ integræ in tertio poëmatum libro habentur Prosperi Martinengii, lectorem propterea curiosum ad eum remittimus. Sicuti etiam jussu ejusdem Caroli (qvi anno 814. v. Kalend. Febr. Aqvisgrani diem clausit extremum, ætatis annorum 71.) ordinavit historias, & lectiones per totum annum singulis festivitatibus Sanctorum congruentes: qvæ ejus dispositio ab Ecclesia tota observata est, & usqve ad hæc nostra tempora inviolabiliter custodita; servatur apud nos hæc etiam ordinationis nota m. s. Vide epistolam Caroli Imperatoris de hac ordinatione scribentis, qvæ homiliario Alcuini præponitur. Præterea de eadem Sancta Scholastica nonnullos composuit versus, qvi habentur in Martyrol. Arnoldi Wionis ad diem 10. Febr. Vitam etiam S. Arnulphi Metensis Episcopi, qvi fuit primò Præfectus domus Regis Francorum, postea Metensium Episcopus, qvæ apud Surium tomo 4. ad diem 16. August. & apud Bedam tom. 3. reperitur, licet falsò ipsi Bedæ adscribatur. Librum de gestis Episcoporum Metensium editum per Marqvardum Freherum in corpore histor. Franc. indicat ipsemet Paulus scripsisse lib. 6. de gestis Langob. cap. 16. De gestis Episcoporum Papiensium librum unum, qvem se vidisse testatur Galesinus. Ad Carolum Imperatorem epistolam unam, qvæ m. s. in Biblioth. Casin. ad dextram scamno 3. n. 179. servatur. Vitam Sancti Cypriani Eposcopi, & Mart. qvæ habetur in prolegomenis Jacobi Pamelii ad S. Cypriani opera. Versus ad Arichem Principem Beneventanum generum Desiderii Regis typis modò cusi reperiuntur apud Virum Cl. Camillum Peregrinum rerum antiqvarum indagatorem indefessum, historicumq; insignem in hist. Principium Langob. pag. mihi 235. Divorum etiam aliqvot facinora, laudesqve luculentis versibus celebravit: Qvo in genere carmen in S. Joannem Baptistam tutelarem suum, patronumqve Regni Langobardorum maximè excellit, cujus pietate, ac numeris Romana Ecclesia delectata recitandum proposuit, estqve inter sacratos hymnos elegantia, & venustate facilè princeps: sic exorditur.

*Ut queant laxis resonare fibris, &c.*

Composuit & hymnum de passione Sancti Mercurii ac etiam alterum in translatione corporis Beneventum: primum refert Petrus Pipernus Beneventanus lib. 5. cap. 20. de effectibus magicis. Extat pariter hymnus Alcaïcus Dactylicus è vet. m. s. Lang. Eccles. Benevent. ritu in festo Assumptæ Virgin. Deip. decantari solitus, à nostro Paulo, ut asseritur, scriptus, incipit:

*Quis possit amplo famine præpotens, &c.*

Insuper aliqva fragmenta m. ss. sub nomine Pauli Diaconi, mutila tamen, & hiulca nos custodimus; videlicet, vitam Germani sanctissimi Constantinopolitani Patriarchæ per Paulum Diaconum historicum scriptam. In transitu Petri Damiani, de dimittendo Episcopatu orationem, in qva fit mentio de Sancto Arnulpho Metensi Episcopo. Vitam Sancti Petri Damasceni Episcopi, & Mart. nec non alterius Petri pariter Martyr. per Paulum Diaconum scriptam. Alia etiam opuscula nec dum prælo subjecta; Casinatem Biblioth. exornant, videlicet Cod. m. s. sign. num. 146. præfixus est sermo Pauli Diaconi in Evangel. *Nemo accendit lucernam, &c.* incipit. *His sancti Evangelii verbis &c.* Item Cod. 145. pag. 198. vita Sancti Gregorii Papæ I. tribus libris conscripta per Paulum Diaconum, incipit: *Gregorius Urbe Romulea patre, Gordiano,* finit.

*Idcirco*

*Iduum Martiarum regnante, &c.* Item Cod. 305. ejusdem Pauli Diaconi sermo de B. Virgine, incipit : *Licet omnium Sanctorum, &c.* Ejusdem sermo in illud Evangelii, *Simile est Regnum Cœlorum homini Regi, qui voluit rationem ponere, &c.* incipit: *Præsens Sancti Evangelii lectio, &c.* Hæc verò homilia inter opuscula Sanctorum aliqvot Patrum per Thomam Galletum edita habetur Lugduni anno 1615. pag. 450. Sicut etiam in celeberrima Bibliotheca Medicea plut. 17. extare inter octo volumina homiliarum diversorum authorum nonnullas Pauli Diaconi homilias refert Henricus Ernstius in Catal. Medic. Biblioth. In eodem Archivio Casin. adsunt commentarja m. ss. in fol. Pauli Diaceni in Regulam Sancti Benedicti, ubi in fronte habetur pictura vetustissima Sancti Benedicti, & Joannis Abbatis cui Regulam tradit, licet cõmentarium prædictum Hugo Menardus Ruthardo Monacho Rabani, & Strabi auditori tribuendum esse notarit. Vide disqvis. Monast. Hæsteni lib. 2. tract. 5. disqvis. 4. Item epistola Pauli Diaconi ad Carolum Magnum, nomine Theodemari, & Casin. Congreg. scripta, de qva Ost. in Chron. Subjungitur etiam in eodem Codice m. s. Sylloge qvædam chronologica ejusdem, ut nonnulli putant, Pauli, qvam simul cum qvadam historiola sub titulo ignoti Casinensis Vir Cl. Camillus Peregrin. Histor. Princip. Langobard. ultimo loco in lucem edidit. Epistolarum ad diversos librum unum scripsisse etiam fertur.

Observandum denique est, auctorem miscellæ falsò dici Paulum Diaconum, Baron. tom. 5. Annal. & Bellarm. de Scriptor. Eccles. probant. Vide notas eruditissimi Auberti Miræi in Sigibertum de scriptor. Eccles. cap. 80. & præcipuè Vossium de histor. Latin. in Paulo, & de natali anno Christi disserт. 7. pag. 5. Camillum Peregrin. histor. Princip. Langobard. qvi Paulum callidè non produxisse historiam Langob. ad sua tempora observavit, sicut etiam nonnulla alia silentio obvelasse. Alphonsus Diacon. in vitis Pontificum in Leone. *Habet*, inqvit, *auctor miscellæ Paulus, vel potius Joannes Diaconus.* Sed utcunqve sit de nomine Scriptoris, certè, qvod in omnibus ferè m. ss. Cod. nomen Pauli, non Joannis legitur.

Claruit Paulus anno Domini 774. cum innocentiæ, humilitati, silentioqve ultra humanum modum operam dedisset, atqve in Casinensi Monasterio usqve ad finem vitæ arduè satis, ac districtissimè vixisset; sepultus est Casini ante Capitulum, glorioſis emicans meritorum maximorum insigniis, testatur noster Petrus lib. M.S. de ortu, & vita Justor. Casin. cap. 25. Extant Caroli Magni literæ metro exaratæ nostro Paulo, in qvibus de susceptæ vitæ ratione per ipsum, sacriqve Cœnobii Casin. sanctitate mirificè gratulatur: qvarum literarum partem hic inserimus, ut clarissimi Imperatoris in eruditos homines singula is humanitas; deqve Sacri Archisterii Casin. sanctitate præclara existimatio agnoscatur. Est hujusmodi.

*Hinc celer egrediens, celeri mea charta volatu*
*Per sylvas, colles, valles quoque prepete cursu,*
*Alma Deo chari Benedicti tecta require;*
*Est nam certa quies sessis venientibus illuc.*
*Hic olus hospitibus, piscis, hic panis abundat.*
*Pax pia, mens humilis, pulchra & concordia Fratrum,*
*Laus, amor, & cultus Christi simul omnibus horis.*
*Dic Patri, & Sociis cunctis, salvete, valete.*
*Colla mei Pauli gaudendo amplexe benignè,*
*Dicito multoties, salve Pater optime, salve.*

De Paulo mentionem habent Leo Ost. Chron. Casin. lib. 1. cap. 17. Sigibert. cap. 80. Trith. de Viris Illustribus Ord. S. Bened. lib. 2. cap. 30. Arnold. lib. 5. cap. 91. Lig. vitæ. Th. Dempsterus in notis antiq. Roman. Ipse Paulus de ipso multis in locis, & alii innumeri. In pervetusto Cod. M.S. legimus, Paulum fuisse Diaconum S.R.E. Cardinalem, uti etiam dicto lib. M.S. nostri Petri de ortu, & vita Justorum Casinensium in cap. 25. inscriptione his verbis:

*De Paulo Diacono, atque Cardinali, &c.*

Qvem fucum exscriptores, sive amanuenses lectori facere voluisse existimamus, dum in nullis tabulis ecclesiasticis in numerum Cardinalium adscitum colligimus. Vel potius scrupulum, istum injectum fuisse credendum à Martino Polono in præfatione suæ Chronicæ, dum in opere de gestis Imperatorum & Pontificum nominat qvendam Paulum Diaconum Romanum, & Cardinalem: iste tamen dissovitur nodus, qvod noster Paulus fuit Diaconus Aqvilejensis, & postea Monachus Casinensis; at iste, ex qvo profecit Martinus, vocatur Romanus Diaconus, & Cardinalis. Vide Vossium de histor. Latin.

Extat Epitaphium Pauli Diaconi versibus exornatum ab Hilderico Monacho & Abbate Casinensi discipulo prædicti Pauli: qvod tibi, singulari humanitate V. Cl. Caroli Borelli Cler. Regul. Minor. nobis suppeditatum, ex antiqvo M.S. Cod. sign. 256. Biblioth. Casinensi depromptum, nunc primum in lucem damus.

## EPITAPHIUM
### Pauli diaconi.

*Perspicua clarum nimium tum fama per ævum.*
*Astra simul junctum pangant te cœtibus almis.*
*Veridicos Levita tuos quis summe triumphos*
*Luciflue Paule potuit deprouere dictis?*
*Vi tua, sed lector properans hunc noscat, & hospes*
*Sacrato tumulus requiescere membra sub isto,*

*Laudis*

*Laudis amande tuæ ſummatim carmine digno*
*Almificos actus dignum eſt reſerare canendo.*
*Eximio dudum Bardorum ſtemmate gentis*
*Viribus atque armis, quæ tunc opibusque per Orbem*
*Inſignis fuerat, ſumpſiſti generis ortum:*
*Tam digna eſt, poſtquam nitidos ubi ſæpe Timavi*
*Amnis habet curſus, genitus tu prole fuiſti:*
*Divino inſtinctu regalis protinus aula*
*Ob decus & lumen patriæ te ſumpſit alendum:*
*Cum tua poſt Tibridem populis & regibus altis*
*Tunc placida cunctis vita, ſtudiumque maneret,*
*Omnia ſophiæ cœpiſti culmina ſacræ,*
*Rege monente pio Ratchis, penetrare decenter*
*Plurima captaſſes digne cum dogmata, cujus*
*Reſplendens cunctos, ſuperis ut Phœbus ab aſtris*
*Arctoas rutilo decoraſti lumine gentes:*
*Hæc ſint jam nimium, fluidi cum gloria ſæcli*
*Condignis ditaret ovans te ſedule gazis,*
*Lucis ob æternæ vitam ſine fine beatam*
*Andacter ſpreviſti hujus devotus honores:*
*Regis & immenſi fretus pietate polorum*
*Vernanti huc Domino properaſti pectore Chriſto*
*Subdita colla dare Benedicti ad ſepta beati:*
*Exemplis mox compta tuis ubi concio ſacra*
*Tum jubar ut fulgens cœpit radiare coruſcis,*
*In te nam pietas jugiter, dilectio dulcis,*
*Nectareus & pacis amor, patientia victrix,*
*Simplicitas ſolers nimium, concordia ſumma,*
*Omne ſimulque bonum ſemper venerande manebat:*
*Nunc ideo Cœli te gemmea regna retentant,*
*Sidereamque retinens pariter per ſecla coronam.*
*Hoc tibi poſco, ſacer, gratum ſit carmen honoris,*
*Hilderic en cecini quod lacrymando tuum,*
*Quem requiem captare tuis fac quæſo perennem,*
*Sacratis precibus ſemper amande Pater.*

## CAPUT IX.

HIldericus ejusdem Pauli Diaconi anditor. De origine Præceptoris ſui, vita, inſtitutione, doctrina, religione, habitu, lucidiſſimos verſus compoſuit.

### ANNOTATIO.

FUit deinde Abbas Caſinen. Hildericus, & eodem menſe, qvo electus, obiit, ſcilicet anno Domini 834. cum ſediſſet diebus decem & ſeptem: verſus, quos compoſuit de Paulo, ſupra retulimus.

## CAPUT X.

THeophanius Diaconus, Vir eruditiſſimus, ac diſertiſſimus; De conſtructione Cœnobii Domini Salvatoris: de adventu Sancti Benedicti ad Caſinum, ac de miraculis per eum inibi factis: & in laudem Sanctæ Dei Genitricis, & de conſtructione Monaſterii Sanctæ Mariæ in Plumbariola verſus mirificos edidit.

*Vixit ſub Ludovico Pio Imperatore anno Domini 855.*

## CAPUT XI.

BAſſatius Caſinenſis Cœnobii Abbas, vir Scripturis Sanctis deditus, & notitia Eccleſiaſtici dogmatis ſufficienter inſtructus: compoſuit nitido ſatis & aperto ſermone quosdam tractatus: fuit autem tempore Ludovici Imperatoris.

### ANNOTATIO.

OPuſcula, qvæ Baſſatius Abbas Benedictinus decimus octavus ſcripſiſſe exponitur, qvænam contineant, non explicat Petrus? niſi intelligere velimus, qvod cum ſuo tempore ordinem monaſticum aliqva jam ex parte corruptum in Liguria, Burgundia, Germania vidiſſet, ſermonibus ac doctrinis correxiſſet. Naturæ conceſſit non ſine opinione ſanctitatis, Caſini, anno Domini 856. die 16. Kalend. Aprilis, & in Capitulo Fratrum juxta ædem Divi Benedicti, qvam magnifico ornatu decoraverat, ſepultus eſt.

## CAPUT XII.

BErtarius, ſupradicti Baſſatii diſcipulus, ac poſt eum Abbas Caſinenſis effectus; vir genere, & literis nobilis, honeſtatis, religionis, ac martirii corona perſpicuus. Scripſit non contemnenda opuſcula, ſed præcipua ſunt illa, quæ Abbas jam conſtitutus edidit. De Sancto Luca Evangeliſta ſermonem: de Beata Scholaſtica homiliam deſcripſit: librum qvoqve difficilimum ſententiarum tam veteris, quam novi teſtamenti patravit, ipſumque ANTICIMENON appellavit.

De

De vita autem, & obitu, ac miraculis Sanctiſſimi Benedicti, necnon ad Angelbergam Auguſtam, aliosque ſuos amicos verſus mirificos fecit. Sed cum peccatis Chriſticolarum exigentibus, juſto Dei judicio Italia ab Iſmaëlitis devaſtaretur, ſolusque contra eorum ſævitiam ob defenſionem Chriſtianorum per decem & ſeptem annos & ..... acerrimè expugnaret, conſilio Saraceni habito clam navem aſcendunt, & ad monaſterium Domini Salvatoris, quod ſitum eſt ad pedem Caſini Montis, venientes, Eccleſiam intrant, ibique Bertharium Martyrem Chriſti reperiunt. Cumque ad eum veniſſent, dixerunt, Tu es Bertharius, qui usque nunc Chriſtianos defendiſti. ac pro illorum liberatione ad Imperatorem bis ultra montes perrexiſti? juſtum eſt ergò, ut pro eis mortem ſuſcipias, ac pro fide Dei tui. Hæc cum dixiſſent, ab eisdem Saracenis juxta altare Sancti Martini pro fide Chriſti capite truncatus eſt. Paſſus eſt autem temporibus Ludovici Imperatoris; ſepultum verò eſt ejus ſacratiſſimum corpus juxta Eccleſiam Sancta Joannis Baptiſtæ in Capitulo Caſinenſi.

## ANNOTATIO.

SAnctus Bertharius, ab ipſis Francorum Regibus ortum ducens, vir tantæ ſanctitatis, & inculpatæ vitæ laudibus conſpicuus, clam ſuis, domo, ac patria digreditur, illud Poëtæ veteris animo ſemper agitans,

*Qui vult eſſe pius, regalibus exeat aulis.*

Religioſa peregrinatione inde usqve è Galliis Caſinum ſuſcepta; qvò ſimul ac pervenit, res ſuas ſeculum habere juſſit, omniaqve illius ornamenta, opes, dignitates (qvæ propter ſummam Bertharii nobilitatem, modeſtiam, ingenium, ipſi non dubia ſpe proponebantur) tanqvam ſtercus arbitratus, nudus ad Chriſti nudi crucem confugit, & Benedictinis addictus eſt Caſini: deinde verò Baſſatio Abbate demortuo, communi Patrum conſenſu Abbas eligitur anno Domini 856. Per hæc enim tempora Bertharius à Saracenis, qvi Italiam invaſerant, plures eſt perpeſſus injurias; nempè qvod auxilia adverſus illos ex Gallia, & aliunde advocaſſet, freqventerqve in eos egreſſus, ac impetum faciens, à finibus illis avertiſſet; unde in ſe odium immane concitatum fuit. Qvadam igitur die Lyri amne advecti Saraceni, Bertharium in majori æde Cœnobii Sancti Germani celebrantem repentè adorti, cum aliqvot Monachis obtruncant 11. Kalend. Novembris anno Domini 883. ſeoente Ludovico Imperatore Arnulphi Imperatoris Qvarti filio, qvum annis 28. non exactis, Monaſterio Caſinenſi, impleto cumulo meritorum, præfuiſſet. Conſule Leonem Oſtienſ. lib. 1. cap. 46. Chron. Caſin. Carolum Sigonium de Regno Italiæ lib. 6. & Camillum Peregr. hiſtor. Princip. Langob. in ſerie Abb. Caſin. in Berthario. Ejus martyrii acta ab Ignatio Prangenſi Monaſt. Caſin. Priore conſcripta hactenus inedita apud nos ſervantur tali exordio: *Tempore, quo ſacrum imperium ad tuendas res Eccleſiæ Romanæ, &c.* Ejusdem Sancti Bertharii vitæ per dictum Ignatium exaratæ, notisqve Conſtantini Cajetani illuſtratæ meminit etiam Labbeus in nova Bibliot. M.S.S. librorum pag. 365. Martyrol. Gallicanum ſub 22. Octobris, Sancti Bertharii etiam mentionem facit, De vita, & translatione Reliqviarum Sancti Bertharii ad Montem Caſinum, vide Martyrol. Wionis ad diem 22. Octobris 2. Decembris.

Scripſit Sanctus Bertharius Philoſophus, ac Medicus inſignis, ante converſionem ſuam multa verſibus, & ſoluta oratione: nempè de Medicina, & Grammatica, videlicet de innumeris morbis hinc inde collecta volumina duo. De Grammatica libros aliqvot.

Sed poſtea ſtudium mutans, animarumqve Medicus conſtiturus, fecit Sermonum, & Homiliarum librum unum, qvi adeſt. M.S. in Biblioth. Caſinenſ. Cod. lig. num. 107. De S. Matthia Apoſtolo ſermonem unum, cujus initium: *Inclytam, & glorioſam feſtivitatem*, vide tamen notas Michaëlis Monachi ad Kalendarium qvintum ſub die vigeſima qvarta Februarii ſanctuarii Capuani.

De Sancto Romano Abbate ſermonem unum, exordium eſt: *Adeſt nobis dies, &c.* cujus etiam mentionem facit Arnoldus Wion ad Martyrol. Bened. ſub die 22. Maji: qvæ ſupradicta opuſcula ac tractatus ad notitiam Petri non venerant.

Sermo de S. Luca Evangeliſta, qvem noſter Petrus indicavit, habetur in Breviario Ord. S. Benedicti, ac etiam in Biblioth. Vallicellana, teſtatur Card. Baron. in Martyrol. ad diem 18. Octobris.

Verſus ad Angelbergam Auguſtum, uti etiam de vita, & obitu Sanctiſſimi Benedicti, excuſi ſunt Romæ anno Dom. 1590. & in tertio poëmatum volumine Proſperi Martinengii ſimul cum duobus aliis poëtis, qvi nondum erant impreſſi reperiuntur; habenturqve etiam in notis Martyrolog. Benedict. Arnoldi Wionis ad diem 21. Martii.

Liber, cui nomen fecit Antikeimenon id eſt contrariorum ſive contrapoſitorum libri utriusqve teſtamenti, extat impreſſus Coloniæ anno Domini 1533. in 8. incerto auctore: ignotum enim tunc erat nomen noſtri

S. Bertharii iis, qvi in lucem dictum librum prodiderunt, exorditur: *Cum in Geneſi ſeptem primi dies legantur.* Meminere hujus libri Leo Oſtienſ. lib. 1. c. 32. his verbis. *Hic* (videlicet Bertharius) *apprimè literatus, nonnullos tractatus, atque ſermones, necnon & verſus in Sanctorum laude compoſuit. Cujus & Anticimenon de plurimis tàm veteris, quàm novi teſtamenti quæſtionibus hic habetur:* Et Fabianus Juſtinianus in ſuo indice univerſali litera A. fol. 30. inſcio tamen nomine auctoris. Cuſtoditur etiam liber iſte manu exaratus literis Langob. ſub nomine noſtri S. Bertharii in Bibl. Aniciana. Ejus opuſcula penes Abb. Conſtantinum Cajetanum extitiſſe, ſcribit V. Clar. Leo Allatius omnigena eruditione egregiè, docteqve inſtructus librorumqve helluo lib. de Viris Illuſtribus, cui titulum fecit Apes urbanæ, in verbo Conſtantinus.

Agunt de S. Berthario Oſtienſis loco cit. Trith. de Viris Illuſtribus, Sigonius de Regno Italiæ lib. 6. aliiqve.]

## CAPUT XIII.

AUthepertus ejusdem Cœnobii Abbas Vir diſertus, & valdè eruditus, inter multa, & præclara ingenii ſui monumenta in laudem S. Matthiæ Apoſtoli, necnon de Purificatione Sanctæ Dei Genetricis, aliorumque Sanctorum homilias valde pulchras compoſuit. Fuit autem temporibus Lotharii Imperatoris.

## ANNOTATIO.

AUthpertus Abbas decimus ſeptimus Ord. S. Benedicti creatus die 16. Octobris anno 834. præfuit annis tribus: ſubductus eſt è mortalium cœtu 10. Kalend. Martii anno 837. & Caſini ſepultus, regnante Lothario Imperatore. Vir fuit moribus compoſitus; religione præſtans, ingenio non infelix, literaturæ non ignobilis, teſte Leone Oſt. in Chron. lib. 1. cap. 25. edit. Ven. Bibliothecam qvam habebat optimis cujusqve generis libris inſtructam, cum ſarcinam mortalem exueret, Caſinenſibus legavit. Traduntur enim dono data inter cœtera, ab Authpetro infraſcripta raræ eruditionis monimenta, videlicet, diverſæ homiliæ M.S.S. Sancti Epiphanii Epiſcopi extant in Cod. ſig. n. 305. pariter in Cod. 232. adeſt liber 5. Greg. Nyſſeni Epiſcopi de conditione hominis, ex verſione Dionyſii Abbatis. *Incipit epiſt. Dionyſii ad Egipium Presbyt. Domino ſanctiſſimo, & à me plurimum venerando.* Inhæret præterea eidem Cod. 232. liber de vita Chriſtiana Faſtidii Britannorum Epiſcopi, qvi in Cod. Vatican. 551. vocatur Faſtidioſus, incipit: *ut ego peccator, & ultimus, inſipientior cæteris, &c.* ſunt fol. 14. in 4. de qvo Gennadius de Script. Eccleſ. cap. 56. Vide Voſſium de hiſt. Lat. lib. 2. cap. 19. in Dionyſio; Sicuti in ſcamno 1. ad ſiniſtram Cod. ſig. n. 29. Auxilii presb. Etymologicum habetur, liber egregius vetuſtiſſimus. Et in eodem ſcamno Cod. ſign. n. 30. ſequuntur ejusdem Auxilii Presbyt. varia Theologica erudita: nempè primo qvæſt. 137. in Exameron. Secundo, aliæ qvæſtiones ferme omnes de Geneſi. Tertio, capitula differentiarum 36. Qvarto, de diſtinctione qvatuor vitiorum. Qvinto, de Trinitate, per qvæſtiones, & reſponſiones, ubi deinde ferme omnia nomina explicat, qvæ in rebus Eccleſiaſticis verſantur, ut qvid Neophytus, qvid Catechumenus, qvid competens. Sexto de officiis divinis, per interrogationem & reſponſionem, ut unde dicta ſit miſſa, &c. Unde ſtatio, & qvid inter ſtationem & jejunium interſit, qvid abſtinentia, &c. Qvænam ſit Xerophagia, & qvæ reconciliatio, &c. Qvæ ſupradicta M. S. S. opuſcula, ſicuti pœne infinita alia, qvæ hodie Bibliothecam Caſinenſ. exornant, magnifico munere fuere à noſtro Authperto donata aſſerunt nonnulli, ſunt enim Bibliothecæ in Monaſteriis, velut Armamentaria militiæ ſpiritualis, & gazophylacia theſaurorum Religioſorum.

Scripſit Authpertus præter expoſita à noſtro Petro diverſas inſuper homilias, & ſermones ſcilicet de Aſſumptione B. Mariæ, tali exordio, *Adeſt nobis dilectiſſimi.* De Nativitate ejusdem, ſive ſermonem communem in ejus feſtivitatibus, qvi incipit: *Celebritas hodierna.* Sermonem in feſto omnium Sanctorum, incipit: *Adeſt dilectiſſimi, &c.* Habentur hi ſermones M. S. S. in Biblioth. Caſin. Cod. ſign. num. 305. Sermo verò in laudem S. Matthæ Apoſtoli, ineditus adhuc creditur.

Circumferuntur ſub nomine noſtri Authperti Abbatis, ſed perperam, infraſcripta M. S. S. opuſcula: videlicet, Sermo de Cupiditate viris ſecularibus valde utilis, habent ſcripturarum teſtimonia octoginta. Incipit: *Sanctorum Eccleſiam.* Sermo in Purificatione B. Mariæ Virginis, qvi extat impreſſus qvoqve in Alcuini Homiliario. *Si ſubtiliter à fidelibus.* Sermo in Dedicatione Eccleſiæ. *Vide Civitatem Sanctam Hieruſalem.* Oratio contra ſepties ſeptena vitia. *Summa & incomprehenſibilis natura.* Homilia in illud Evangelii S. Marci. *Aſſumpſit JEſus Petrum & Jacobum, & Joannem.* Qvæ in breviario Eccleſiæ Atrenſis literis Langob. in tres Lectiones diſtincta habetur ſub die ſexta Auguſti. *Solet nonnumquam evenire.* Vita Sanctorum Patrum Paldonis, Tatonis, & Taſonis Monaſterii Sancti Vincentii de Vulturno Abbatum. *Humani generis primus parens.* De qva vide catalog. Sanctor.

lized by Google

Sanctor. Ferrarii ad diem 11. Octob. 11. Januar. 11. Decembris, & Bollandum sub die 11. Janu. Qvæ præfata opuscula malè nostro Authperto attribuuntur, cum suum agnoscant auctorem Ambrosium Authbertum alius Ansbertum Monachum & Abbatem S. Vincentii de Vulturno propè Capuam fluvio, qvi claruit anno Domini 890. Fuitqve Magister in humanioribus Caroli Magni, de qvo Sigibertus de script. Eccles. cap. 91. & Aubertus Miræus in auct. de script. cap. 257. cujusqve etiam extant lucubrationes nonnullæ impressæ Coloniæ anno Dom. 1536. in fol. Certè qvod supramemorata opuscula, qvæ nos manu exarata, etiam asservemus: præferunt nomen Ambrosii Authperti Abbatis Sancti Vincentii, non Casinensis.

Porro Authpertus iste in Bibliotheca philosophica, & alibi à nonnullis appellatur Rupertus, qvem, inqviunt, vixisse anno 1040. sed duplex hic lapsus est, nimirum in nomine, & in annorum numero: qvippe in Casinensium Abbatum Catalogo nullus Rupertus invenitur, & anno 1040. Richerius Abbas Monasterio Casinensi præerat.

## CAPUT XIV.

ERchempertus Diaconus, parvulus & ipse B. Benedicto oblatus, de destructione, & renovatione Casinensis Cœnobii, necnon de Ismaëlitarum incursione historiam necessariam latis composuit. Fuit verò tempore Ludovici Imperatoris.

## ANNOTATIO.

ERchempertus ab aliis Herempertus: seu Herembertus, è Langobardorum Illustri stirpe, genus sumens è Beneventanis Ducibus, Pater ejus Radelgarius, abavus Rodoalt, patruus Radolphus vocabatur. Vir fuit sanguinis splendore & doctrina non ignobilis, historiæqve scientissimus; ad humanæ tamen vitæ incommoda solùm natus. Scripsit Chronicon, sive historiam Langobardorum, cujus prototypon putatur periisse; tempore tamen Desiderii Abbatis Casin. qvi postea fuit Victor Papa exscriptum fuisse, ita ipso mandante, testatur noster Petrus in auctario Chron. Casin. lib. 3. c. 62. edit. Venet. Fusioris enim hujus historiæ epitomen, seu potius actuarium ad histor. Pauli diaconi de gestis Langob. ann. 888. ab ipsomet Erchemperto confectum, ut creditur, Vir Clar. Antonius Caracciolus ex Ord. Cler. Reg. primum ex M. S. Codice Vaticano edidit, notisqve illustravit, & typis Neapoli anno 1626. in 4. publicavit una cum Chron. Lupi Protospatæ, Falconis Beneventani, aliorumqve. Verum postremo loco eruditissimus Camillus Peregrinus suæ Lang. hist. prædictum Chron. seu Epitomen scholiis ornatum solita diligentia, ac eruditione attexuit: unde qvi plura volet, apparatum, notasqve ejusdem consulere poterit. Vid. etiam Philippum Labbeum in nova Bibl. M. S. S. librorum part. 1. pag. 10. & 366.

Scripsit insuper Erchempertus Carmen de vita Landulphi Episcopi Capuani, de qvo vide Sanctuarium Capuan. Michaëlis Monachi, ac etiam prænotatum Peregrinum in præfat. ad dict. histor. pag. 15.

Ab eodem pariter Erchemperto literis consignata putantur Acta translationis Sancti Matthæi Apostoli, & ea fortasse censetur, qvæ edidit Columna Archiepiscopus Salernitanus; verum prædicta acta, qvæ M.S.S. penes nos sunt, præferunt nomen Paulini Legionensis sive Londinensis Episcopi in Britannia: initium est: *Matthæus Evangelista & Apostolus, cum primum in Judæam, &c.*

Observandum etiam est, non extare opuscula, qvibus noster Petrus titulum fecit, de destructione & renovatione Casinensis Cœnobii; necnon de Ismaëlitarum incursione: nisi velimus dicere, in prædicto Chronico, sive historia, utramqve descriptam fuisse eadem. Adi Vir. Clar. Vossium de hist. Lat. lib. 3. Deniqve Leo Ostien. in Chron. Casinensi sæpè meminit Erchemperti, è qvo plurima desumpsisse videtur, ut lib. 1. cap. 9. & 19. 46. Et Card. Baron. ex Erchemperti historia multa pariter hausisse, atqve in suos annales inseruisse, facile videre est. Lege ipsum ad ann. 871. 872. 874. & 912.

Qvoto autem signatè anno Erchempertus mortalis corporis deposuerit pondus, ignoratur: licet qvidem opinari ann. 889. dum exeuntem annum 888. viderat, descripseratqve, nec ulterius historiam produxerat suam, qvam se producturum promiserat; & sic nostrum Petrum non libasse historiam Erchemperti, suspicatur præfatus Peregrinus, dum claruisse refert sub Ludovico Imperatore, cum illum vixisse sub Carolo III. compertum habeamus. Carolus enim imperavit ab anno 881. ad annum 898.

## CAPUT XV.

JOannes supradicti Casinensis Cœnobii Abbas, Vir nobilis carne, & spiritu. De persecutionibus ejusdem Cœnobii, & de mirabilis inibi factis, Chronicam

cum ſuccinctam, ſed valdè neceſſariam loco deſcripſit. Sepultus verò eſt in Monaſterio Capuano.

## ANNOTATIO.

JOannes Abbas Capuæ, illuſtri loco natus, Principum Landulfi Primi, & Atenulfi Secundi conſanguineus, vir animo infractus, literis eruditus, & ut eruditione, ſic & ſanctitate inſignis, ex Archidiacono Capuano Monachus Caſinenſis: qvo tempore, ſcilicet anno Dom. 915. Cœnobio Caſinenſi à Saracenis vaſtato, Monachi Capuæ habitabant, ob ſingularem morum maturitatem Abbas creatus eſt. Cœli limina petiit omni virtute prælucens, anno Dom. 934. ac in Capuano Cœnobio tumulatus eſt, Sanctorumqve dein Caſinenſium faſtis ſub pridie Kalendis Aprilis adſcriptus legitur. Meminit Ferrarius in novo catalogo Sanctorum. De eo ſcribunt Leo Oſt. chron. lib. 1. cap. 56. 57. & 58. noſter Petrus lib. M.S. de ortu, & vita Juſt. Caſinen. cap. 36. & Voſſius de hiſtor. Lat. lib. 3. Vide Sanctuar. Capuanum Michaëlis Monachi pag. 157. ubi diffusè de Joanne agit.

Chronicon, qvod deſcripſit de perſecutionibus Cœnobii Caſin. & de miraculis inibi factis, ineditum adhuc remanet, illudqve exiſtimatur, qvo in prologo ſui Chron. uſum ſe dixit Oſtienſis his verbis: *Adhibui præcipuè Chronica Joannis Abbatis, qui primus in Capua nova Monaſterium noſtrum conſtruxit.* Camillus Peregrinus hiſtor. Princip. Langob. fol. 122. aliud Chronicon poſtremorum Comitum Capuæ hactenus ineditum in lucem evulgavit ſub nomine noſtri Joannis Abbatis, licet autographum nomine ipſius Joannis careret, qvod haud rarò antiqvis Scriptoribus, & maximè Monachis, in more fuit, ut in editione librorum modeſtiæ ergo, nomen celarent ſuum; notarunt Viri clariſſimi Sixtus Senenſis in ſua Biblioth. lib. 4. in verbo, Mammotreptus, ac Theophilus Raynaudus in Raymundo Jordano, qvi hactenus Idiotæ nomen præferebat.

## CAPUT XVI.

THeodoricus Caſinenſis gymnaſii Presbyter, Vir inter Scriptores Eccleſiaſticos non immeritò prædicandus: Hiſtoriam Sancti Confeſſoris Chriſti Firmani, & hymnum in laudem Beatiſſimi Mauri venuſto ſtylo deſcripſit.

## ANNOTATIO.

QUisnam fuerit Sanctus Firmanus, qvi ſcire deſiderat, conſulat Card. Baron. in annal. Eccleſ. ad ann. 993. qvi citat etiam S. Petrum Damianum, ante cujus tempora vixit. Unde Ferrarius in catalogo Sanctorum ſub die 11. Martii ſic legit. *Firmanus, Firmii in Piceno natus, admirabili floruit ſanctitate, qui inter ſanctos Confeſſores, non ſolemni ritu, ſed ſola altaris, ſacellive erectione relatus eſt.* Arnoldus Wion lib. 2. c. 78. Lign. vit. in Theodorico hæc refert: *N. Theodoricus Monachus, & Sacerdos Monaſterii Caſinenſis ſcripſit de vita Sancti Firmiani Epiſcopi lib. 1. De S. Mauro Abbate hymnum unum.* Voſſius de hiſtor. Lat. in Theodorico, nuncupat Firminum, & ait fuiſſe primum Ambianenſem in Galliis Epiſcopum, qvi temporibus Diocletiani martyrio deceſſit 7. Kalend. Octobris: utriqve tamen decepti, ut credimus, ob ſolam nominis ſimilitudinem, aut ob depravati forſitan codicis lectionem. Theodoricus enim noſter, Sancti Firmani Confeſſoris Ord. S. Benedicti vitam deſcripſit, non autem Firmiani Epiſcopi aut Firmini pariter Epiſcopi. Fuit qvidem Firmanus Monachius, & Abbas Monaſterii Sancti Sabini in Firmana Civitate, at non Epiſcopus; deceſſitqve ante Leonem Papam IX. Olim in Cathedrali Firmana huic Sancto dedicatum viſebatur altare, & in Eccleſia Sancti Jacobi ad radices Montis Gerionis magno populorum concurſu ejus feſtum celebrabatur, cui item viſendum ſanè altare conſecraverunt. Legitur præterea Ubertus Epiſcopus Firmanus non ſolùm Eccleſiam Sancti Michaëlis Archangeli propè mare in fundo Rejano ſitam anno Dom. 1016. Abbati Firmano, & Monachis S. Benedicti conceſſiſſe; verùm etiam multa alia bona, prædiaqve anno 1010. tradit Leo Oſtien. in Chron. lib. 2. cap. 26. Vide eruditiſſimum Ughellum, virtutibus omnibus perinſignem, ac in cumulandis Eccleſiaſticis monumentis perpetuum cultorem, diligentiſſimumqve indagatorem, tom. 2. Ital. ſacr. in catal. Epiſc. Firmanorum in Uberto. Claruit Theodoricus circa annum Dom. 1012.

## CAPUT XVII.

STephanus S. R. E Pontifex, vir eruditiſſimus, ac ſingularis, prius quidem S. R. E. Cancellarius ac dicti Caſinenſis Cœnobii Abbas effectus, poſt Richerii tranſitum carne ſimul & ſpiritu nobiliſſimus, dum cauſa conſecrationis ſuæ ad Urbem Romam pergeret, defuncto Victore Eccleſiæ Præſule à Cardinalibus, & Epiſcopis

pis Romanus Pontifex eligitur. Scripsit apud Constantinopolim adversus Michaelem ejusdem Urbis abusivum Patriarcham unà cum Uberto librum de Corpore Domini, in quo omnia, quæ Græci adversus Latinorum sacrificium delatrabant, destruxit. Alium etiam librum de eadem re edidit adversus quendam Monachum Constantinopolitanum. Claruit verò temporibus Constantini: & Henrici Imperatorum; sepultusque est in Civitate Florentiæ, ubi multa signa, usque in hodiernum diem per eum Deus patrare non cessat.

## ANNOTATIO.

STephanus Papa Decimus, antea Fridericus è nobilissima Familia Lotharingiæ, (aliqvi nonum legunt, eo qvia Pontificum catalogo Stephanum hujus nominis secundum Zachariæ Pontificis successorem non adscribunt, cum dies tres solummodò in Potificatu transegerit: qvæ ratio non debet certè illum ab albo Summorum Pontificum expungere.) Fuit itaqve Frater magni Gotthifredi Regis Hierosolymitani: Vir qvidem nobilitate sanguinis satis notus, sed animi splendore & doctrina multò magis clarus. A Leone Papa IX. ejus consanguineo, Cardinalis Diaconus Sanctæ Mariæ in Dominica anno Dom. 1050. ac etiam S. R. E. Cancellarius; & Bibliothecarius creatus legitur: Constantinopolim mittitur, Græcam Ecclesiam cum Latina conciliaturus; Michaëlem Cærularium Patriarcham ejusdem urbis deposuit, & anathematis vinculo innodavit; inde rediens, seculiqve tædio affectus, verum pro certo habens illud Philosophi à Plutarcho singulari commentario celebratum, *Latens vive.* Casinum petit; ubi positis honorum insigniis ad exactam religiosæ humilitatis legem se totum composuit: Et post biennium communibus Monachorum suffragiis creatur Abbas in locum Richerii anno 1057. 4. Kalend. Junii die Veneris post Pentecosten; depolito Petro, præpropere fuerat intrusus. Qvare delati muneris confirmationem petiturus (nec enim fas erat Casinatem Præfecturam Romani Pontificis injussu adire) Florentiam ubi per eos dies Victor Papa II. degebat, se contulit, à qvo non solùm Abbas (qvod qværebatur) sed iterum etiam Cardinalis tit. Sancti Chrisogoni, ex Archidiacono S. Mariæ in Dominica, factus Presbyter secunda promotione, isqve solus, præter opinionem & votum renunciatur anno 1057. In reditu igitur è Turcia, dum Romæ etiam subsisteret, nunciato Victoris obitu, per Bonifacium Episcopum Albanensem, mirifica sacri Senatus conspiratione in demortui Pontificis locum sublegitur, adeò invitus ac reluctans, ut per vim ex hospitio ad Basilicam S. Petri ad vincula educendus fuerit, Pontificatumqve ipsi procurantibus ajebat mærens. *De me non potestis agere, nisi quod permiserit Deus, & absque illius nutu, nec mihi dare, nec auferre istud potestis.* Postridie ingenti omnium ordinum acclamatione, ac lætitia in Vaticano consecratus, Stephani decimi appellatione insignitur anno Dom. 1057. die Sabbathi 1. Augusti, quoniam festum Sancti Stephani Papæ & Mart. eo die celebrabatur. Ita Fridericus nondum qvadriennio Monachus, hoc anno intra unum propemodum mensem, & Abbas Casinensis, & Card. S. R. E. actandem Summus Pontifex renunciatur. Rem illicò Christianam, qvam perinuitus susceperat, prudentissimè temperavit; siqvidem adjecto animo ad veteris disciplinæ instaurationem, multa piè, prudenterqve constituit, & præcipuè contra concubinatum, aliaqve plurima Cleri vitia, unde omnes clericos Romæ, degentes, qvi post interdictum Papæ Leonis incontinentes extiterant, de conventu Clericorum & choro Ecclesiæ præcepit exire; & qvi inobedientes ejus sanctissimæ ordinationi resistebant, Deus ultionum in eos signa demonstrabat, ut notavit noster Petrus lib. M.S. de ortu & vit. Justor. Casin. cap. 58. de qvodam Presbytero, qvi juxta Canonicam B. Cæciliæ Transtyberim habitans, fœminam abjicere non acqviescebat, vana & frivola hæc judicans statuta. *Dum itaque incolumnis*, inqvit Petrus, *vegetus, ac sanus existeret, vespertinis horis ad quiescendum se in lecto composuit, sed repentina divinæ ultionis animadversione percussus subitanea morte mortuus est.* Falsorum Monachorum item ac Sanctimonalium vitam idem Pontifex reprehendit, & correxit. Simoniacam hæresim in æternum damnavit. Mediolanensem Ecclesiam, qvæ per ducentos ferè annos à subjectione Romanæ Ecclesiæ insolenter se subtraxerat, eidem obtemperantem fecit. Deniqve dum se totum in depravatis moribus corrigendis accommodasset, infirmæ tamen semper valetudinis, Florentiæ singulari omnium dolore ac luctu vitam cum morte, vel retrò potius commutavit anno 1058. die 28. Aprilis, ibiqve sepultus in Cathedrali Ecclesia S. Reparatæ, absqve ulla inscriptione, cum sedisset decem menses, totoqve etiam vitæ spatio Abbatia Casinensi sibi reservata; constituto tamen illic ejusdem Cœnobii Monacho Desiderio Vicesgerente, qvi postea Victor Papa III. est appellatus, exemplo Leonis Papæ IX. qvi sibi Episcopatum Tullensem qvoad vixit retinuerat, dato suffraganeo. Sanctum Petrum Damianum Sabbatho qvatuor temporum Martii in Col-

legium Cardinalium renitentem cooptavit ac in Episcopum Ostiensem etiam consecravit, ut proinde ipse Damianus in Epistola ad Nicolaum II. *Suum* vocaverit *persecutorem Stephanum.* Ut etiam Hildebrandum S. R. E. Archidiaconum, *Sanctum Satanam*, ut potè bona intentione adversarium, nimirum, qvod votis de repetenda eremo conceptis pertinaciter obstitisset, datis literis ad Alexandrum Papam II.

Res gestas Stephani scripserunt Sigibertus in Chron. ad annum 1058. Leo Ostiens. in chron. lib. 2. cap. 77. 96. 100. 101. qvi suo tempore multa patrata fuisse ad ejus sepulchrum miracula scribit. Ejus sanctitas memoratur in Martyrologiis Arnoldi Wionis, Hugonis Menardi, & Andreæ Saussay. Vide etiam Lambertum Schafnaburgensem in hist. Germ. ad ann. 1058. Frizonem in Gallia purpurata, Sigonium de Regno Ital. lib. 9. aliosqve.

Scripsit præter memorata à Petro; epistolam ad Gervalium Barbet Archiepiscopum 43. Rhemensem, habetur tom. 3. Biblioth. Patrum & tom. 7. Concil. apud Baron. ad annum 1057. num. 33. ac Papyrium Hasson.: sed malè ad Wilhelmum pro Gervasio dicitur, cum nullus reperiatur hoc nomine toto illo seculo Rhemensis Archiepiscopus.

Diplomata varia Pontificia fertur scripsisse, dum Bibliothecarii, ac Cancellarii S. R. E officio fungeretur. Ejus decreta leguntur Coloniæ excusa cum aliis, teste Possevino in Apparatu. Si plura de scriptis Stephani videre optas, adeas Rupipozeum Episcopum Pictaviensem in nomenclatura Card. Possevinum in dict. Apparat. & Claudium Robertum in Gervasio barbet.

## CAPUT XVIII.

VIctor, & ipse Apostolicæ Sedis Pontifex, Casinensis Abbas, compunctione timoris Dei plenus, castitate singularis, professione & opere Monachus, in nuptiis sponsam suam relinquens, eremum petiit, ibique sanctæ religionis habitum sumpsit: cujus fugam rabido furore insequentes parentes, eum repertum veste monastica exuunt, militaribusque illum tegminibus induentes, ad ejus genetricis domum Samnium usque deducunt. Inde igitur, nacta quadam hora aufugiens, Sanctæ Trinitatis Cœnobium petiit. Inde igitur Magellæ eremum, ac dein Montem Casinum adveniens, monasticam ibidem consecrationem accepit. Factus deinde Abbas, totum Casinum Cœnobium renovavit. De miraculis præterea, quæ à B. Benedicto, & à Monachis Casinensibus gesta sunt, una cum Theophilo Diacono libros edidit quatuor. Cantum etiam B. Mauri composuit, in quibus qui vult artis Grammaticæ tramitem, & Monochordi sonori Magade reperiet notas. Factus dehinc Sedis Apostolicæ Pontifex scripsit ad Philippum Regem Francorum, ad Ugonem Cluniacensem Abbatem quamplures epistolas. Claruit autem temporibus Imperatorum Michaëlis, Constantini, Alexii, atque Henrici. Sepultus verò est in absyda capituli Casinensis.

## ANNOTATIO.

VIctor Papa Tertius, in seculo Dauferius, deinde Monachus, Desiderius vocatus, Samnis Beneventani Principis unica proles originem trahens, ex familia Epiphania natus anno Dom. 1027. à primis annis amores suos, ac delicias in cœlo collocans, in eremum clam secedit (erat enim seculi rigidus aspernator) deinde inter Casinantes opera Romani Pontificis admissus fuit, nihil aliud in votis habens qvàm latere, & nesciri: unde de illo verè dici poterat, qvod hodie in effigie Thomæ Kempensis legitur. *In omnibus requiem quæsivi, sed non inveni, nisi in abditis recessibus, & libellis.* Non multo post igitur, videlicet ann. 1056. ætatis suæ 30. Abbas Casinensis eligitur, (qvi ante electionem S. Benedictum sibi hilari vultu, manu porrecta innuentem, & juxta se considere jubentem per visum aspexit: qvæ visio Casinensis Cœnobii eum Abbatem futurum indicabat) & à Romano Pontifice in procurandis magni momenti negotiis ad Michaëlem Imperatorem Legatus mittitur: è qva legatione postea regressus, administrationem denuò Cœnobii Casinensis suscepit & à Nicolao Papa II. anno Dom. 1059. inter Cardinales, tit. S. Cæciliæ cooptatur. Extincto apud Salernum Gregorio VII. Desiderius omnium consensu, Christianæ Reipub. præficitur, qvo, ille, accepto nuncio, tanqvam repentinæ calamitatis inopinato casu perculsus, nunqvam persuaderi potuit, ut electioni assentiretur, disertè contestans, se pontificem esse nolle, & deposita cruce, chlamyde coccinea, cæterisqve Pontificiis ornamentis, præter albam, qvam renitenti non potuerunt imponere, Casinum generosa seculi fuga, ad suos remigrat; sed qvia deliberatum erat, neminem alium, ipso superstite, ac vivo, ad illud dignitatis culmen evehere, importunis Cleri, Principumqve precibus victus Pontificatum admittit ann. Dom. 1086. 9. Kalend. Junii, qvi minimè postea consecrari

passus

paſſus eſt, usqve ae 13. Kalend. April. die Dominico in Ramis palmarum, in Diaconia Sanctæ Luciæ ad Septiſolium ann. 1087. Qvo tempore, dum Victor rem divinam faciebat in Monaſterio Caſinenſi, ad gloriæ immortalis conſcendit ſublimitatem anno ætatis ſuæ, 60. 16. Kalend. Octobris (veneno in calicem infuſo, Henrici IV. Imp. Pſeudopapæ inſidiis ſuſpicantur nonnulli. Vide Genebr. lib. 4. Chron.) Dignus vivere annorum ſeriem innumerabilem, cum præfuiſſet in Sede Apoſtolica ab ipſo ſuæ electionis exordio annum unum, à conſecratione menſes qvatuor, dies ſeptem, & in Martyrologio Benedictino ſub die 16. Septemb. adſcriptus hoc elogio. *In Monaſterio Caſinenſi obitus beati Victoris Papæ Tertii, ſanctitate vitæ & miraculorum gloria clariſſimi.* Michaël Conſtantinopolitanus Imperator Victorem noſtrum fama notiſſimum venerabatur, eiqve nuntios, & plura munera miſit: poſtulans, ut pro ſe, filiis & imperii ſtatu Deum exoraret. Leo Oſtienſ. in prologo lib. 3. Chron. Caſin. admirabilem, & ſingularem ſui Ordinis virum Deſiderium appellavit, & Sanctus Petrus Damiani Archangelum Monachorum. Ejus ſepulchrum viſitur in Capella Sancti Bertharii Abbat. & Martyr. ad ſiniſtrum Altaris cornu, hoc ornatum epitaphio:

*Qui fuerim, vel quid, qualis, quantusque doceri*
*Si quis forte velit, aurea ſcripta docent.*
*Stirps mihi magnatum, Beneventus patria, nomen*
*Eſt Deſiderius, tuque Caſine decus.*
*Intactam ſponſam, matrem, patriamq; propinquos,*
*Spernens, hunc propero, Monachus efficior.*
*Abbas dehinc factus, ſtudui pro tempore totum*
*(Ut nunc aſpicitur) hunc renovare locum.*
*Interea fueram Romana clarus in Urbe*
*Presbyter Eccleſiæ, Petre Beate, tuæ,*
*Hoc ſenis luſtris, minus anno, functus honore*
*Victor, Apoſtolicum ſcando dehinc ſolium.*
*Quatuor, & ſemis, vix menſibus inde peractis,*
*Bis ſex luſtra gerens, mortuus hic tumulor,*
*Solis virgineo ſtabat lux ultima Signo,*
*Cum me Sol verus hinc tulit ipſe Deus.*

Multa dum vixit ſcripſiſſe fertur, inter quæ adſunt tantum Dialogi ſub hoc programmate evulgati. *Victoris Tertii Rom. Pontif. olim Deſiderii Abbatis Caſinenſis Dialogi.* Diverſa enim miracula in eis à S. Benedicto, aliisve Monachis in Caſinenſi Cœnobio, & alibi patrata leguntur, qvos annis ſuperioribus Romæ in 8. forma in lucem è Vatic. Biblioth. depromptos edidimus, notisqve illuſtravimus.

Cantus, qvem de Sancto Mauro compoſuit (erat enim Muſices & Medicæ artis peritiſſimus) in Odeo Monaſterii Catin. legitur: nota tamen, qvod Magadium in dicto cantu indicatum, ea pars eſt lyræ, in qva plectrum illiditur, ubi ſcilicet percuſſio chordarum fit manu dextera, ut Budæus notavit. Vide librum de Harmonia pſallentis Eccleſiæ cap. 17. §. 3. num. 5. circa finem, D. Joannis Bona Cong. S. Bernardi Ord. Ciſteric. Abbatis digniſſimi, validisqve præſidiis diſciplinarum omnium tam metro, qvam proſa nobiliter inſtructi.

De rebus geſtis Victoris agunt Leo Oſtienſ. lib. 3. per totum. Binius in 7. tom. Concil. Sigonius lib. 5. de Regno Italiæ, Arnoldus Wion. lib. 5. pag. 633. Lign. vitæ: Albertus Crantzius, Baron. ad ann. 1087. Camil. Pereg. hiſtor. Princ. Langob. in ſerie Abb. Caſin. in Deſiderio, aliiqve.

## CAPUT XIX.

ALphanus Salernitanus Archiepiſcopus, & Caſinenſis Cœnobii Monachus, vir in ſcripturis ſanctis eruditus, & notitia Eccleſiaſticorum dogmatum ad plenum inſtructus. Compoſuit nudo, & lucidiſſimo ſermone paſſionem Sanctæ Chriſtinæ, Hymnos præterea de eadem Virgine duos. De Sancto Benedicto verſus ad Pandulphum Marſorum Epiſcopum. Cantus S. Sabinæ. Verſus Sanctæ Chriſtinæ. Sancti Petri Apoſtoli. In laudem Monachorum Caſinenſium. De Situ, conſtructione ac renovatione ejusdem Cœnobii: metrum ſapphicum hendecaſyllabum de S. Mauro; item ejusdem hymnos; de Sancto Matthæo hymnos tres: de Sancto Fortunato duos: de Sancto Nicolao: ad Attonem Epiſcopum Theatinum; ad Giſulphum Principem Salernitanum; ad Sigiſmundum Monachum Caſinenſem; ad Guilielmum ejusdem loci grammaticum; ad Guidonem Fratrem principis Salernitani; ad Goffridum Averſanum Epiſcopum, ad Hildebrandum Archidiaconum Romanum; ad Romualdum cauſidicum Salernitanum; ad Roffridum Monachum Caſinenſem: metrum heroicum in honorem Sanctorum duodecim Fratrum; Confeſſionem metricam ejus; Verſus de Eccleſia Sancti Joannis Baptiſtæ in Caſino, Epitaphia qvam plurima virorum inſignium, & alia, quæ in noſtram notitiam non venerunt. Fuit autem temporibus ſupradictorum imperatorum; ſepultus vero eſt apud Salernum.

### ANNOTATIO.

ALphanus Salernitanus, primò Monachus Caſinenſis, deinde poſtulatione Giſulfi Principis, Abbas Monaſterii S. Benedicti Salerni, & poſtremo ejusdem Civitatis Archi-

epiſcopus renunciatur anno Domini 1057. interfuiſſe enim legitur Concilio Romano ſub Nicolao II. ſcientiæ tanto lumine cum ſanctitate conjuncto prædituſ dicitur, ut illius ſeculi hominibus pro miraculo fuerit: Philoſophus, Theologus, ac Orator celeberrimæ opinionis, poëticæqve artis diſertiſſimus; Neqve verò alienum ab Epiſcopi dignitate exiſtimandum, qvòd in Dei laudibus Poëticam maximè adhibuiſſet, cum & Paulus Gentium Doctor hymnis & canticis Deum celebrari jubeat; nec jam inde ab initio naſcentis Eccleſiæ exempla defuerunt. Quo in numero familiam ducunt Damaſus Pontifex, Nazianzenus, Damaſcenus, Paulinus, Fortunatus, Proſper, Sidonius, cæteriqve Præſules. Lucubrationes, qvas notavit noſter Petrus, editæ habentur apud V. Cl. Ughellum in calce tom. 2. Italiæ ſacr. demptis verſibus, qvos ſcripſit in laudem Romualdi Cauſidici, & Sigismundi Monachi Caſinenſ. qvos M.S.S. ſervamus.

Inſuper exaravit Alphanus præter recenſita, qvædam inſignia profundi ſenſus opuſcula, videlicet. De unione verbi Dei & hominis librum unum. De unione Corporis & Animæ librum unum. De qvatuor humoribus corporis librum unum. Extabant prædicta doctrinæ conſummatiſſimæ monimenta in Caſin. Biblioth. M. S. S. in pluteo 8. ad ſiniſtram; num vero hodie, nondum comperimus, qvamvis illa cum diligentia ab antiqvitatum Eccleſ. indagatoribus perqviſierimus. Paſſio Sanctorum Martyrum duodecim Fratrum Beneventanorum, licet non una die ſint paſſi, qvam metro heroico in honorem dictorum Sanctorum ſcripſit, ad fratrem Roffridum Caſinenſem Monachum, legitur apud Lippomannum tom. 4. & Sur. tom. 7. ſub die prima Septembris, cujus etiam mentionem facit Galeſinus in not. ad Mart. ſervaturqve etiam M. S. in noſtro tenui literario penu.

Notandum tamen eſt, qvod non ſolum ex iſto noſtro M.S. exemplari verſus editi emendantur; verum etiam ex aliis centum verſibus hactenus ineditis metrum heroicum, ſupplebitur, ſeqvitur enim.

*Sic ſacra temporibus Sanctorum corpora multis &c.*

Terminatur ſic.

*Jam ſiſtat opus milleno carmine clauſum.*

Hiſtoriam prædictam ad fidem dicti M.S. Cod. correctam, omnibusqve numeris abſolutam Deo dante evulgabimus. Commentatus qvoqve eſt de aliis ſanctis, qvæ à Trithemio præterita Poſſevinus recenſet.

Aliorum hymnorum, & carminum libri unà cum epitaphiis, partim excuſi ſunt in tertio tom. poëmatum Proſperi Martinengi in 4. Romæ 1589. & in annal. Card. Baron. tom. 12. partim verò in calce tom. 2. Italiæ ſacr. Inter opuſcula Guaiferii Salernitani Monachi Caſinenſ. Cod. ſign. num. 280. Biblioth. Caſin. cuncta Alphani poëmata intexta nunc habentur.

Claruit Alphonſus velut Sol cunctis fulgidus, virtutis exempla, felicitatisqve tramitem ſubditis præmonſtrans, ultimis Henrici Tertii, ac primis Henrici Qvarti temporibus, anno ſcilicet Dom. 1507. usqve ad annum 1086. poſt vigeſimum nonum annum ſui præſulatus; menſe Maji: qvi etiam fuit inter ſanctos relatus; inqvit Arnoldus Wion. Hinc corrigendum Falconis Chronicon editum à Viro Clar. Antonio Carracciolo, in cujus indice hæc leguntur. *Alphanus Archiepiſcopus Salernitanus obiit ann. 1121. Succedente ſibi Romualdo Chronici Scriptore. Falco 220. Fuit Auctor Poëmatum, qua ſervat Bibliotheca Vaticana, ut teſtatur Baron. tom. 12. ad annum 1111. Diverſus eſt ab Alphano illo ſenori, qui conſecratus eſt Archiepiſcopus anno 1058. de qvo Leo Oſtienſ. lib. 2. cap. 99 100.* Noſter enim Alphanus, qvi auctor eſt poëmatum, fuit electus & conſecratus Archiepiſcopus Salernitanus à Stephano Papa X. anno 1057. non autem ſenior Alphanus, ut clarè docet Leo Oſtienſ. in Chron. lib. 2. cap. 97. ac etiam lib. 3. cap. 7. 8. & 35. adi Voſſium de hiſtor. Lat. in Alphano.

## CAPUT XX.

AMatus Epiſcopus, & Caſinenſis Monachus, in Scripturis diſertiſſimus, & verſificator admirabilis. Scripſit ad Gregorium Papam verſus de geſtis Apoſtolorum Petri & Pauli, & hos in quatuor libros diviſit: fecit & de laude ejusdem Pontificis, de duodecim lapidibus, & civitate cœleſti Hieruſalem. Hiſtoriam quoque Nortmannorum edidit, eandemque in libros octo diviſit. Fuit autem temporibus ſupradictorum Imperatorum.

## ANNOTATIO.

FLuit Amatus Provincia Campania, ſcriptor ſui temporis non contemnendus, ac deinceps Epiſcopus, incertæ tamen ſedis. Scripſit ad Gregorium VII. Papam de geſtis Apoſtolorum Petri & Pauli. Hiſtoriam Nortmannorum dicavit Deſiderio Abbati, qvi fuit Victor Papa III. teſtis eſt noſter Petrus in auctario Chron. Caſin. lib. 3. cap. 35. illamqve hodie non extare, niſi M.S. in Caſinenſi Biblioth. affirmant aliqvi, non exiguo ſanè hiſtoriæ Eccleſiaſticæ, ac prophanæ bono, cum in ea multa ſcitu digna accurateqve deſcripta legantur, præcipuéqve verò Nortmannorum ritus, ac res geſtæ fideliter exaratæ explicentur.

tur. Animadverterunt enim curioſi exteros ferè accuratius, qvàm incolas, gentis cujusqve mores, ritus, antiqvitatem & obſervaſſe, & literis mandaſſe. Non longè abierimus. Græci, Dionyſius Halicarnaſſeus, Plutarchus Chæroneus, Dio Caſſius, & Herodianus copioſius, qvàm Latini, Livius, & Paterculus, cæteriqve in ſuo qvisqve genere res Romanas. Vivebat Amatus anno Domin. 1070. ſicuti per ea tempora inter Caſinates ſanctitate, & literis etiam florebant Albericus, Conſtantinus, Guaiferius, & Alphanus.

## CAPUT XXI.

ALbericus Diaconus, vir illis temporibus ſingularis. Scripſit librum dictaminum, & ſalutationum. Hymnos in Sancti Nicolai, in Muſica Dialogum. Librum de virginitate Sanctæ Mariæ: contra Henricum Imperatorem de electione Romani Pontificis. De Aſtronomia. Hymnos in S. Crucis, in Aſcenſionis, in Sancti Pauli, in S. Apollinaris: vitam S. Scholaſticæ Homiliam ejus, & hymnos, in Aſſumptionis S. Mariæ hymnos tres, in Sancti Petri hymnos: vitam S. Dominici: paſſionem S. Modeſti, & S. Cæſarii: Librum de Dialectica. Temporibus verò ejus facta eſt Synodus in Urbe Roma adverſus Berengarium Diaconum Eccleſiæ Andegavenſis, qui inter multa, quæ aſtruere nitebatur, dicebat, ſacrificium Corporis & Sanguinis Domini figuram eſſe: cumque ei nullus reſiſtere valeret, idem Albericus evocatur ad Synodum: quò dum veniſſet, poſt varia conflictationum genera, cum pars parti non cederet, idem Albericus, accepta hebdomadæ unius licentia, librum adverſus eundem Diaconum de Corpore Domini edidit Sanctorum Patrum teſtimoniis roboratum, in quo omnes aſſertiones ejus deſtruxit, æternæque oblivioni tradidit. Fecit & verſus in vitam S. Scholaſticæ, Rhythmum in Paſcha, de die Judicii, & de pœnis inferni. Rhythmum de Gaudio Paradiſi. Epiſtolas quoque quamplurimas ad Petrum Oſtienſem Epiſcopum. De die mortis. De Monachis. Compoſuit & alia, quæ in noſtram notitiam non venerunt. Fuit autem temporibus ſupradictorum Imperatorum. Sepultus verò eſt in Urbe Roma juxta Eccleſiam Sanctorum Quatuor Coronatorum.

## ANNOTATIO.

ALbaricus Monachus Caſinenſis & S. R. E. Diaconus Cardinalis Sanctorum qvatuor Coronatorum à Stephano Papa X. creatus, alii ab Alexandro II. Papa legunt; vir diſertiſſimus, multisqve virtutibus ſuo tempore clarus, qvem iterum honorifico ſatis elogio idem noſter Petrus Diaconus in auctario ad Oſtienſ. Chron. lib. 3. cap 35. commemorat. Librum integræ vix hebdomadæ interjectu elaboratum adverſus Berengarium Hæreſiarcham de Corpore Domini, Patrum teſtimoniis roboratum edidit, qvo ejus omnes aſſertiones omnino evertit, ipſumqve devicit, ac profligavit ſecunda vice ſub Gregorio Septimo ann. 1079. in Synodo Romana; ut tanti proinde Sacramenti defenſor dici promeruerit; unde poſtea Berengarius rationibus potiſſimum Alberici ſuperatus, ac victus pœnitentia ductus, errorem ſuum confitens, ſuſcepta peregrinatione toto tempore vitæ ſuæ ſatisfecit peccato, & anno Domin. 1088. die Epiphaniæ obiit nonagenarius, in templo S. Coſmæ apud Turones ſepultus. Scribit Claudius Robertus in ſua Gallia Chriſtiana, ubi de Epiſcopis Andegavenſibus agit. Vide notas Viri Clar. Auberti Miræi in Sigibertum cap. 154. Berengarii abjurationem habes cap. Ego Berengarius, de conſecr. diſt. 2. Aliam in regeſt. Gregorii VII. lib. 3. & 6. in Synodo: cui repetitioni, qvid cauſam dederit, exponitur in Scholiis Conciliorum, qvæ Coloniæ qvatuor tomis ſunt impreſſa. Vide Bellarminum lib. 3. de Euchar. cap. 8. col. 3. Blondum decad. 2. lib. 3. Lanfrancum, & Guitmundum contra Bereng. Notat Card. Baron. tom. 11. ann. 1059. Leonem Oſtien. nimis glorianter, ac valdè mendaciter loqvutum de Alberico, dum plus qvàm par eſt, de reportata glorioſa victoria in Synodo, contra Berengarium, eidem Alberico tribuat: cujus objectionem refellit Matthæus Lauretus de exiſt. corp. S. Benedict. cap. 42. pag. 204. Plus etiam refert animadvertere, non eſſe Leonis ea, qvæ notavit Baron. ſed ejusdem noſtri Petri Diaconi, qvi poſt Leonem incipiens à renovatione Eccleſiæ Sancti Martini, id eſt, lib. 3. cap. 34. edit. Neapol. Chronicon Caſinenſe continuavit; in qva parte, videlicet cap. 35. laudes & elogia Alberici à Petro deſcribuntur, ſive denuò repetuntur.

Meminit Alberici noſter Petrus lib. M. S. de vita Juſt. Caſin. cap. 48. in Guaiferio his verbis. *Cumque jam remunerationes laborum, perennem qui coronans æternus dare ei* (Guaiferio) *Arbiter decreviſſet, languore deprimitur: qui in lectulo jacens extremum vitæ ſpatium jam ad Dominum reverſurus trahebat: nonnulli à fratribus circa lectum ipſius excubantes obitum ejus orationum precibus*

*precibus munire cœperunt. Cumque in hujus ministerio rei diei maximam partem pertransissent, surgens in medium Albericus Diaconus per Jesu Christi Domini nomen obtestari eundem Gnaiferium cœpit, ut post summi è mundo recessum qualiter susceptus, quove in loco deputatus esset, eidem apparens revelare curaret; quo dicto, prædictus frater ex hoc mundo recessit. Post non multos autem dies idem Gnaiferius eidem Alberico per visionem apparens dixit ad eum: In veritate scias, me ad vitam transisse æternam.* Hæc Petrus.

Cunctæ lucubrationes Alberici habentur M.S.S. in Biblioth. Cœnobii Sanctæ Crucis Fratrum Minorum Conventualium Sancti Francisci Civitatis Florentiæ. Vita S. Scholasticæ habetur qvoqve M.S in Biblioth. Casin. Cod. sign. num. 146. pag. 253. post qvam sequitur ejusdem Alberici qvædam homilia, Incipit: *Audistis, fratres charissimi.*

In vita Sancti Dominici innumerabilium patratoris miraculorum, Monachi Casinensis ac Abbatis juxta Soram in Italia (licet habitu Cisterciensium pingatur, qvem constat, diu ante Cisterciensem reformationem vixisse Casinensibus Benedictinorum institutis) per nostrum Albericum descripta, apud Vir. Clar. Bollandum tom. 2. sub die 22. Januarii, nonnulla desiderantur, qvæ ex nostro M. S. exemplari suppleri possent. Meminit Baron. Sancti Dominici anno 1031. & Ferrarius in catalogo Sanctorum.

Cæterum verò notandum, qvod alius ab eo est Albericus, Monachus pariter Casinensis, qvi scripsit de visione sua librum, natus anno 1101. circiter; legitur enim apud nostrum Petrum in auctario chronici Leonis Ostiensis lib. 4. cap. 66. Casinense Cœnobium petiisse annum tunc agens ætatis suæ decimum, sub Gerardo Abbate, qvi sedit ab ann. 1111. usqve ad annum 1123. Stephanus verò Papa X. à qvo in cœtum Cardinalium fuit cooptatus noster Albericus, obiit anno 1058. Unde diversus manifestè dignoscitur, & corrigendus Bollandus in prolegom. supradictæ vitæ Sancti Dominici, unum & eundem esse opinans. Insuper observandum nostrum Albericum Card. non scripsisse de visione sua librum, ut incogitatè notarunt Arnoldus Wion, Possevinus, Torrigius, aliiqve qvem utiqve indicasset noster Petrus in elencho lucubrationum Alberici, si literis demandasset; cum visionem habuerit illam Albericus puer natione Campanus ex oppido Septemfratrum, qvi postea Cœnobium Casinense petiit sub Girardo Abbate, ut dicemus infra in Guidone & notavit supradicta noster Petrus in auctario ad Chron. Casin. Pariterqve corrigendus venit Alphonsus Giaconius cæteriq; etiam, qvi de Cardinalium gestis conscripserunt, notantes Albericum Cardinalem esse natione Campanum ex Oppido Septemfratrum, dum putant Albericum Diaconum Monachum Casinensem, dein Card. & Albericum puerum, unum & eundem esse, ex nominis similitudine, ut credimus, decepti.

Extant epistolæ S. Petri Damiani ad nostrum Albericum tom. 1. lib. 2. epist. 20. 21. in qvibus qvæstiones qvasdam ab Alberico sibi propositas discutit: laudat & Platina in Nicolao II. vocans eum virum doctissimum.

Florebat Albericus ann. Dom. 1084. & ætas ex eo satis cognoscitur, qvod pro Gregorio Papa VII. calamum strinxerit adversus Henricum IV.

## CAPUT XXII.

ARialdus Casinensis Presbyter scripsit eleganti sermone quosdam tractatus; Fuit autem eo tempore quo & Albericus. *Claruit anno* 1080.

## CAPUT XXIII.

COnstantinus Africanus, ejusdem Cœnobii Monachus, Philosophicis studiis pleniſſimè eruditus Orientis, & occidentis magister, novusque effulgens Hippocrates. De Carthagine, è qua ipse oriundus erat, egrediens, Babyloniam petiit, in qua Grammaticam, Dialecticam, Physicam, Geometriam, Arithmeticam, Mathematicam, Astronomiam, Necromantiam, Musicam, Physicamque Chaldæorum, Arabum, Persarum, Saracenorum pleniſſimè edoctus est: inde discedens Indiam adiit. eorumque se studiis erudiendum tradidit: & dum Indorum artes ad plenum edoctus fuisset, Æthiopiam petiit, ibique rursus Æthiopicis disciplinis eruditur. Cumque affatim eorum studiis repletus fuisset, Ægyptum profectus est, ibiq; omnibus Ægyptiorum artibus ad plenum instruitur. Completis igitur in ediscendis hujusmodi studiis triginta & novem annorum curriculis, Africam reversus est, qvem cum vidissent ita ad plenum omnibus gentium studiis eruditum, cogitaverunt occidere eum: quod Constantinus agnoscens clam navem ingressus Salernum advenit, ibique sub specie inopis aliquamdiu latuit: deinde à Fratre Regis Babyloniorum, qui tunc ibidem advenerat, agnitus, ac in magna honorificentia apud Robertum Ducem habitus est. Exinde vero Constantinus egrediens, Casinense Cœnobium

petiit,

petiit, atque à Deſiderio Abbate libentiſſimè ſuſceptus Monachus factus eſt. In eodem verò Cœnobio poſitus, tranſtulit de diverſis gentium linguis libros quamplurimos, in quibus præcipuè ſunt Pantegnum, quod diviſit in libros duodecim, in quo expoſuit: quid medicum ſcire oporteat. Practicam, in qua poſuit qualiter medicus cuſtodiat ſanitatem, & curet infirmitatem, quam diviſit in libros duodecim. Librum duodecim graduum. Diætam ciborum; librum febrium, quem de Arabica lingua tranſtulit: librum de urina. De interioribus membris: De coitu: Viaticum, quem in ſeptem diviſit partes, primò de morbis in capite naſcentibus: dehinc de morbis faciei: de inſtrumentis: de ſtomachi & inteſtinorum infirmitatibus: de infirmitatibus epatis, renum, veſicæ, ſplenis & fellis. De his quæ in generativis membris naſcuntur: de omnibus quæ in exteriori cute naſcuntur, exponens amphoriſmi librum: Tegni, Megategni, Microtegni, Antidotarium: diſputationes Platonis, & Hippocratis in ſententiis. De ſimplici medicamine. De Gynæcia, id eſt de membris, ac corporibus fœminarum: De pulſibus, Prognoſtica, de experimentis, gloſſas herbarum & ſpecierum; Chirurgiam: librum de medicamine oculorum. Hic vir quadraginta annis in ediſcendis diverſarum gentium ſtudiis explevit, noviſſimè verò ſenex, & plenus dierum in Caſino obiit. Fuit autem temporibus ſupradictorum Imperatorum.

## ANNOTATIO.

COnſtantinus ad eorum morem, qui à Dipſade morſi ſunt, plenis faucibus avide, & ſine interſpiratione cunctas phyſicas diſciplinas haurire conſtituit, ut omnes dein faterentur novum Hippocratem Orbi effulſiſſe; eamque ob cauſam Hebræam, Syram, Chaldaicam, Græcam, Latinam, Italicam, Perſicam, Arabicam, Ægyptiacam, Æthiopicam, & Indicam linguam diſcere curavit. Vir quidem ſuapte natura ad res difficiles, obſcurasque in antiquorum libris perveſtigandas valdè propenſus, ut nemo illum qui ætate ſua vicerit, pauciſſimi æquarint, linguarumque omnium exacta notitia, quæ ad homines illuſtrandos una ferè ſufficere ſemper exiſtimata eſt, exiguam partem in hujus Viri, verè polygloſſi laudibus occupaverit, ſed profectò pro tanti Viri laudibus, jejunè, arideque. Ejus opera conquiſita magno ſtudio Baſileæ apud Henr. Petri ann. 1530. in folio, excuſa reperiuntur. Extare etiam M. S. S. in Bibiioth. Sancti germani de Pratis Cod. ſign. num. 439. ſcribit Labbeus in nova Biblioth. M. S. S. libr. p. 50. uti etiam nonnulla in diverſis Biblioth. Patavinis memorat V. Cl. Thomaſinus Epiſcopus Æmonenſis in Biblioth. Patavina. Claruit Conſtantinus temporibus Imperatorum Michaëlis, Conſtantini, Alexii, atque Henrici anno 1072. circiter. Vide noſtrum Petrum Diaconum in auctuario Chron. Caſin. lib. 3. cap. 35. Trithem. de Script. Eccleſ. & de Vir. Illuſtr. Ord. S. Bened. lib. 2. cap. 70. & Arnoldum Wionem lib. 5. cap. 98. Lign. vitæ.

## CAPUT XXIV.

ATto Conſtantini Africani auditor, & Agnetis Imperatricis Capellanus, ea quæ ſupradictus Conſtantinus de diverſis linguis tranſtulerat, cothurnato ſermone in Romanam linguam deſcripſit.

## ANNOTATIO.

ATto, ſive Haito vel Hetto: Varie enim id nomen ſcribitur. Floruit anno 1070.

## CAPUT XXV.

PAndulphus Oſtienſis Epiſcopus; parvulus & ipſe in Caſino B. Benedicto oblatus, ſcripſit ſermones de totius anni feſtivitatibus: Rhythmum quoque in laudem Sanctæ Mariæ compoſuit, & alia nonnulla quæ noſtris in manibus nec dum venerunt. Fuit verò temporibus Alexii, Joannis, Henrici, Lothariique Imperatorum.

## ANNOTATIO.

PAndulphus Monachus Caſinenſis primum à Paſchale Papa II. Presbyt. Cardinalis, deinde ab Innocentio Papa Secundo Epiſcopus Oſtienſis creatus anno 1131. obiit an. 1134. ut ſcribit Arnoldus Wion lib. 2. cap. 9. pag. mihi 190. Lign. vitæ, ſubdens hunc eſſe, cui noſter Petrus Diaconus opuſculum iſtud de Vir. Illuſtr. Caſin. dedicarit; ſed memoria ille quidem excidit, cum ille fuerit Epiſcopus Theanenſis, ut ex catalogo librorum ab eodemmet Petro prætexto in auctario hiſtor. Caſin. libr. 4. cap. 66. legitur; ex ſupramemorata

recibiorata temporis ſupputatione, aliisque difficultatibus labi forſan noſtrum Petrum circa ticulum Epiſcopatus, obſervavit Vir. Clar. Ughellus in Ital. ſacr. in catalog. Epiſcop. Oſtienſ. adi, ſi lubet, ipſum.

## CAPUT XXVI.

PAndulphus Capuanus Presb. in Caſino ſub Deſiderio Abb. Monachus factus, divina; ſæcularique literatura eruditus ſcripſit ad Petrum Salernitanum Abbatem librum de calculatione, Verſus de termino Paſchæ Hebræorum; de circulo ſolari ad concurrentes inveniendos; de Cyclo lunari, de feria Paſchæ Hebræorum invenienda; ad annos Domini inveniendos: qualiter ſint inveniendæ indictiones. De Luna cujusque diei invenienda absque Emboliſmorum contrarietate: Quomodo fallunt qui ſe ſcire putant, quot horis, vel punctis luna in unaquaque nocte luceat. Quibus modis curſus ſolis dividatur: quomodo efficiatur biſextus ad ferias Kalendarum inveniendas: Qualiter vel unde regulæ ad ferias menſium inveniendas præcedant. Quomodo regula terminorum Hebræorum ex curſu ſolis inveniatur: ad feriam uniuscujusque diei inveniendam. De quatuor temporibus, in quibus datariis ſolſtitia veraciter eſſe debeant: ubi æquinoctia veraciter credanter eſſe. Quomodo Adventus Domini ſit inveniendus. Ut litera hebdomadarum per totum annum memoriter inveniatur. Quomodo Chriſtus ſit paſſus in tertio Kalendas Aprilis. Quomodo anni ab origine mundi omnes fallunt. Qualiter Luna quintadecima non poteſt ad illam diem, qua facta fuit, pertinere. De aſſumptione Sanctæ Mariæ. De Agnete Imperatrice. Fuit autem temporibus Michaëlis, & Alexii Imperatorum.

### ANNOTATIO.

EX præfatis luculentis eruditionis, ac doctrinæ monimentis nonnulla aſſervari in Biblioth. Caſinenſi Cod. ſign. num. 3. ſub hoc Lemmate, *Canones mathematici*, Camillus Peregrinus virtute, doctrinaqve ornatiſſimus, nobis humaniſſimis literis communicavit. Floruit Pandulphus anno Dom. 1060.

## CAPUT XXVII.

LAndenulphus Capuanus ſub Deſiderio Abbate Monachus factus eſt. Scripſit ſermone ſimplici librum, qui appellatur ..... in quo introduxit Dominum, & virginem Mariam, ac Sanctiſſimum Benedictum juſtis ac peccatoribus loquentes. Fuit eo tempore quo & Alphanus. *Claruit anno Domini* 1050.

## CAPUT XXVIII.

ODeriſius Primus Caſinenſis Abbas, humilitate ſummus, caſtitate pudicus, ſpirituali lumine præditus, verſificatorque mirabilis. Scripſit nonnulla, quæ quia præ manibus habentur, omitto referre. Fuit autem temporibus ſupradictorum Imperatorum.

### ANNOTATIO.

ODeriſius Oderiſii Comitis Marſorum filius Campanus ex Diac. Card. S. Agathæ Nicolai II. Papæ Presbyt. Cardinali tit. Sancti Cyriaci in Thermis & Abbas Caſin. ab Urbano II. Ordinatus eſt ann. 1087. 16. Kalend. Octobris, ſanctitatis & doctrinæ meritis nobilitatus abiit ad præmium 4. nonas Decembris 1105. & Caſini ſepultus in Eccleſia Sancti Benedicti. Meminit Martyrolog. Benedict. ad diem 2. Decembris, & Ferrar. in catalog. Sanctorum. Ejus in antiqvo lapide mentio ſit in Eccleſia Sancti Joannis in Venere in agro Lancianenſi. Oderiſii maxima per literas uſus eſt amicitia Alexius Comnenus Conſtantinopolitanus Imperator. Henricum IV. Cæſarem qvamvis Eccleſiæ hoſtem ſui tamen Monaſterii amicum & fautorem habuit. De geſtis ejus, vide Oſtienſ. lib. 3. cap. 15. hiſt. Caſin. & Camill. Peregrin. in ſerie Abb. Caſinenſ. in Oderiſio. Extat epiſtola Oderiſii ad Monachos Floriacenſes, qvam refert Lauretus de exiſt. corp. Sancti Bened. in Monaſt. Caſin. cap. 26. pag. 122.

## CAPUT XXIX.

BEnedictus qui & Guaiferius, Salernitanus, ſanctitate & religione conſpicuus ſuavis eloquio, ingenio magnus, ſermone facundus. Scripſit ad Trojanum Epiſcopum

y Google

Epiſcopum vitam Sancti Secundini, & cantum ejus. Verſus in laudem Pſalterii. De Miraculo illius, qui ſe ipſum occidit, & per Beatum Jacobum vitæ redditus eſt. De converſione quorundam Salernitanorum. De laude Sancti Martini. In laudem Sancti Secundini. Hymnos de eodem. Homiliam de Adventu. Sermones de Nativitate Domini. De Epiphania. De Cœna Domini. De Septuageſima. De Ramis Palmarum. Paſſionem Sancti Lucii Papæ. Claruit autem temporibus Alexii & Henrici Imperatorum, ac Deſiderii Abbatis.

## ANNOTATIO.

OPuſcula M.S.S. Gauiferii ſeu Gauferii, charactere Langobardico in priſcis membranis exarata habentur in Bibliotheca Caſinenſi ſub num. 280. hoc titulo præſignata. Gauferii Monachi Caſinenſis homiliæ. In Adventu Domini incipit: *Verba Sancti Evangelii.* In Nativitate Domini. *Ex Patre Majeſtatis.* In Epiphania. *Sempiterni pudoris.* In Septuageſima. *Per parabolam conductoris.* In Ramis palmarum, *Singularem, & famoſiſſimam.* In Cœna Domini. *Ad glorioſiſſimam Redemptoris.* Paſſio Sancti Lucii Papæ. *Fortiſſima & præclara virtutum ſtudia.* Hiſtoria Sancti Secundini Epiſcopi Trojani. *De bono dilectionis.* Qvam in catalog. Sanctorum Ferrarii ſub die 11. Febr. compendio deſcriptam etiam reperies. Seqvuntur in eodem cod. m. ſ. carmina Gauferii, videlicet. In laudem Pſalterii, incipit:

*Verba ferò vitæ, qua verbum vita notavit.*

De miraculo ejus, qvi ſe ipſum occidit.

*Mortis in immanem ſe merſit culpa, ruinam.*

De Converſione qvorundam Salernitanorum.

*Res nova magna ſatis prohibetur facta Salerni.*

In laudem Sancti Martini Epiſcopi.

*Gemma Sacerdotum votis aſſiſte tuorum.*

In laudem Sancti Secundini Trojani Epiſcopi.

*Adſis tota tuis feſtis feſtiva diebus.*

Hyranum de eodem Sancto Secundino.

*Chriſte Rex Regum, pretium piorum.*

Cuncta præfata opuſcula & carmina nos etiam manu exarata aſſervamus, bono publico proferenda.

De obitu Gauferii, vide qvæ notavimus ſupra in Alberico, conſule etiam noſtrum Petrum in auct. chron. Caſin. lib. 3. cap. 61. edit. Ven. claruit anno Dom. 1060.

## CAPUT XXX.

LEo Oſtienſis Epiſcopus & Bibliothecarius, à pueritia in Caſino oblatus, ſanctitate, & Monaſticis diſciplinis ad plenum imbutus, & in divinis Scripturis apprime eruditus. Fecit ſermones de Paſcha. De Nativitate. Hiſtoria Peregrinorum: Hiſtoriam Caſinenſis Archiſterii diviſam in libros quatuor. Vitam Sancti Mennatis, & alia quamplurima, quæ in noſtram non venere notitiam. Fuit autem temporibus ſupradictorum Imperatorum.

## ANNOTATIO.

LEo Marſicanus Campanus, à puero in Monte Caſino Monachum induit, ubi tum ob vitæ ſanctimoniam, tum ob eximiam ſapientiæ literaturam celebris evaſit: cumqve ejusdem Monaſterii Bibliothecarius ac Decanus eſſet, cooptatus eſt dein in Epiſcopum, & Cardinal. Oſtienſem à Paſchali Papa II. anno Domini 1101. Hic ingentis animi fuit; videnſqve Imperatorem Henricum IV. ex odio retinere Paſchalem, populum contra illum in ſeditionem vertit. Concilio Vaſtellenſi interfuit, majusqve Altare S. Laurentii in Lucina conſecravit, reconditis multorum Sanctorum reliqviis, & præcipuè de craticula S. Laurentii cum ejusdem Martyris duabus ſanguinis ampullis anno Domini 1112. die 15. Octobris, ut ex antiqviſſima inſcriptione ejusdem Eccleſiæ colligitur, qvam poſtea in ſuos annales retulit Card. Baron. Inveniturqve etiam noſtrum Leonem ſubſcripſiſſe acta Concilii Laterani, ſub Paſchali II. 5. Kalendas Aprilis. Vide quæ notavit Lauretus de noſtro Leone in chron. Caſin. pag. 79. Scripſit jubente Oderiſio Caſin. Abbate chronicon ſui Monaſterii Caſinenſis, libris tribus, à temporibus S. Benedicti usque ad Deſiderium Abbatem, qvi poſtea Victor Papa Tertius fuit, qui dati ſunt prælo Venetiis anno 1511. & Pariſiis: poſtremo Neapoli anno 1616. opera & notis Matthæi Laureti Hiſpani Monachi Caſinenſ. quas quidem editiones collatas cum antiquiſſimo exemplari M.S. in Caſin. Bibliot. ſervato, qvod Chronicon Caſinenſe appellatur, fuiſſe ab integritatis ſuæ deturbatas gradu, mendisque oblitas, facilè cognoſcere per ſe ſedulus lector valebit. Accidere enim ſæpe videmus, & magno Reipublicæ literariæ incommodo experimur, ut inter imprimendum quædam vel omittantur, vel addantur, vel in pejus mutentur, librariorum vel incuria, vel audacia, vel malitia, & animi perverſitate: extat penes Vir. Clar. Lucam Oſtſeinium chronicon Leonis, in quo variantes lectiones ad fidem plurium M.S.S. Exemplarium

rium ſua manu ad oram editi libri adnotatas vidimus. Tu tamen conſule (ſi reſte ſollicitat) ea, qvæ notarunt Matthæus Lauretus de exiſt. corp. S. Bened. in Monaſt. Caſin. cap. 41. pag. 148. Camillus Peregr. in hiſtor. Princip. Langobard. in ſerie Abb. Caſin. in Petronace: & tunc ſanè proferes, in eruditorum ſympoſio limam ulteriorem etiàm non eſſe deſperandam.

Animadvertendum eſt, Baronium tom. 10. annal. ſub anno Chriſti 891. obſervaſſe, haud rectè in dicto chron. collocatum Formoſum Pontificem Max. poſt Hadrianum ante Stephanum, qvem non præceſſiſſe, ſed ei ſucceſſiſſe exploratiſſimum eſt: deinde qvod patraverit ſacrilegium Sergius Papa ſchiſmaticus, id Leo tribuat laudatiſſimo Pontifici Stephano, &c. Qvem tamen errorem ex depravato Codice facilè irrepſiſſe arbitramur; vide dict. Lauretum in not. ad lib. 1. cap. 45. chron. Caſin. & de exiſt. corp. Sancti Bened. d. cap. 41. à calumniis nonnullorum noſtrum Leonem vindicantem. Baronius certè anno 1059. vocat Leonem, ſcriptorem ſui temporis integerrimum: & anno 1077. ſinceræ fidei ſcriptorem.

Vita S. Mennatis, ſeu Mennæ Confeſſoris, qvam Leonem Imperio Oderiſii Abbatis ſcripſiſſe teſtatur Petrus, manu exarata, & typis nondum cuſa penes nos ſervatur unà cum translatione reliqviarum ipſius ad urbem Cajatiam, addita inſuper exacta miraculorum ejus narratione, qvam tibi bono publico cum aliis Sanctorum actis, Deo dante evulgandam dabimus, incipit: *Vitam & converſationem egregii Confeſſoris Chriſti Mennatis, &c.* De ejus ſanctitate agit S. Gregor. lib. 3. Dialog. cap. 26. Martyrolog. Rom. ſub die 11. Novembris. Sigibert. in chron. anno 579.

Scripſiſſe inſuper Leonem vitam S. Januarii Monachi Caſin. teſtatur Arnoldus Wion Lign. vit. lib. 2. cap. 9. fol. 188. qvam etiam deſcriptam à noſtro Petro Diacono lib. M. S. de ortu & vita juſt. Caſin. cap. 31. in vita S. Guinizonis, cujus fuit diſcipulus, invenies: vide etiam elogia Abb. Caſin. M. Ant. Scipionis pag. 322.

Deceſſit Leo vir eximius, præclareqve de ſtudiis meritus ſacriqve Senatus ornamentum 11. Kalend. Aprilis poſt. ann. 1115. ut planè perſpici poteſt ex illo tempore qvo in vivis agebat; invenitur enim ſubſcriptus Bullæ Paſchalis II. Eccleſiæ Marſorum conceſſæ anno Dom. 1115. *Ego Fr. Leo Epiſcopus Oſtienſis.*

## CAPUT XXXI.

LEo S. R. E. Cardinalis Diaconus, & Caſinenſis Cœnobii Monachus, inſignis ſtudio, ac eloquentia, ſcripſit ex nomine Urbani Papæ quamplures Epiſtolas, fecit & Regiſtrum ejus.

### ANNOTATIO.

CReatur anno Domin. 1105. à Paſchali Papa II. ſcribit Wion lib. 2. Lign. vitæ cap. 9. Ciaconius verò ab Urbano Secundo: qvamplures exaravit epiſtolas, qvæ M. S. S. in Vaticana aſſervantur Bibliotheca, ex qvibus viginti reperiuntur ſub nomine Urbani II. ſcriptæ à noſtro Leone. Earum meminit Card. Baron. tom. 11. anno Domin. 1088. ſub nomine tamen Leonis Oſtienſis: extantqve modo prædictæ epiſtolæ tom. 7. Concil. Binii: fecit & ejus Regeſtum, ſed caremus eo. Notandum tandem eſt hic obiter, Card. Baronium ſupra cit. loco, Poſſevinum in ſuo Apparatu, aliosq; mente lapſos fuiſſe putantes Leonem Marſicanum Cardinalem & Epiſcopum Oſtienſem, eundem eſſe cum Leone noſtro Cardinale Diacono; dum Regeſtrum Urbani, ejusqve epiſtolas, qvas ſcriptis prodidit, attribuunt Leoni Oſtienſi, ſicqve ex duobus unum faciunt, decepti ut arbitramur, ex ejusdem nominis nuncupatione, ferèqve eodem tempore promotione duorum Monachorum Caſinenſium in cœtum S. R. E. Cardinalium, indeqve fuerit natus error.

## CAPUT XXXII.

GRegorius Tarracinenſis Epiſcopus parvulus & ipſe in Caſino oblatus, memoria tenax, ingenio vivax, tantæ fuit gravitis, ſuavitatis, ac eloquentiæ, ut à nonnullis Columna Eccleſiæ diceretur. Scripſit paſſionem Sanctorum Caſti & Caſſii: Paſſionem S. Virginis Reſtitutæ: vitam S. Confeſſoris Chriſti Gerardi: Homiliam de Aſſumptione Sanctiſſimæ Dei Genitricis Mariæ: Cantus Sanctorum Caſti & Caſſii; hymnos eorum: Verſus de tranſitu peregrinorum ad ſepulchrum Domini, & captione Hieroſolymitanæ urbis rogatu Berardi Valvenſis pulcherrimos fecit. Hiſtoriam Jonæ: Verſus de Dedicationibus Eccleſiarum feſtivitateque Paſchali: De Sancto Andrea. Homilias de totius anni feſtivitatibus. Fuit autem temporibus Alexii, Henrici, ac Joannis Imperatorum: ſepultus vero eſt apud Pipernenſem Eccleſiam.

ANNO-

ANNOTATIO.

ECclesiæ Tarracinensi Præpositus elegitur à Paschali Papa II. in qvam postea noster Gregorius eximia admodum doctrina refertus, omniqve scientia exornatus, virtutum semina inseruit, vitiorum elementa erasit optimis præceptis moribusqve subditos præcipuè imbuens, & qvo deniqve radii solis, *Meliorem nullum illuxere alterum*, ut ex ejus operibus, qvæ M.M.S.S. passim in multorum manibus versantur, dignoscitur. Interfuit concilio Vastellensi anno 1106. Idem Bullam qvandam subscripsit Pisanæ Ecclesiæ indultam an. 1126. Ipsum iterum commemorat noster Petrus in auctario chron. Casin. lib. 4. cap. 42.

Acta Sanctorum Casti & Casii, qvi Episcopi habentur, & coluntur à Soranis, Scripta fuisse à nostro Gregorio, dum monasticum habitum gerebat, testatur Card. Baron. in Martyrolog. Roman. ad diem primam Julii. Acta verò S. Restitutæ Virginis, & Martyr. Romanæ, cujus festum pariter Soræ celebratur sub die 27. Maji, pariter à Gregorio conscripta, summatim in catalogo Sanctorum Ferrarii leguntur.

In Bibliotheca Casinensi extat Codex M.S. signatus 309. in qvo describitur historia de via Hierosolymis qvaliter recuperata sit, qvaliterqve etiam Antiochia, & eadem Hierusalem ab invasione Gentilium per fideles Christi liberatæ fuerint, incipit: *Tempore quo Alexius Imperii Constantinopolitani regebat habenas, quo & Beata recordationis Urbanus Papa II. Romanæ Sedis Pontificium administrabat, fuit quidam eremi accola in Galliarum regione Petrus nomine, &c.* Perducit historiam usqve ad Regnum Balduini. Putant nonnulli, prædictam historiam esse Gregorii, qvi rogatu Berardi Valvensis, etiam versus de transitu peregrinorum ad sepulchrum Domini, & captione Hierosolym. Urbis ediderat.

Notandum, nostrum Gregorium longè diversum esse ab altero Gregorio pariter Casinẽsi, & Episcopo Sinuessano, de qvo in seqventi: unde nonnulli ex ejusdem pariter nominis nuncupatione decepti ex duobus unum faciunt: dum opuscula, qvæ literis consignavit noster Gregorius, seqventi Gregorio attribuunt; sed lapsus utiqve talis primo condonandus est Possevino in Apparat. in verb. Gregorius, deinde vero iis, qvi de Scriptoribus post Possevinum conscripserunt.

## CAPUT XXXIII.

GRegorius Sinuessanus Episcopus, & Casinensis Monachus, magnus ingenio, præclarus eloquentia. De captione Casinensis Cœnobii versus descripsit mirificos, in quibus introduxit B. Benedictum ad Monachos Casinenses loquentem. Composuit & multa alia, quæ in nostras manus minimè venerunt. Fuit vero supradictis Imperatoribus: sepultus est in Episcopatu suo.

ANNOTATIO.

HIc fuit Episcopus Sinuessanus, sic legendum putamus, non Limessanus, ut perperam in aliqvibus Cod. M.S.S. scriptum notavimus. Floruit anno Domin. 1120. circiter; vir in sacris literis doctus, ac poeticæ artis disertissimus: ejus opuscula M. S. in Casin. Biblioth. asservantur.

## CAPUT XXXIV.

BRuno Signiensis Episcopus, & Casinensis Abbas, insigniſſimus, & splendidissimus Ecclesiæ defensor, & Doctor, inter multa & præclara ingenii sui monumenta scripsit rogatu Signiensium Cononicorum expositionem super Psalterium, super Genesim, super Exodum, super Leviticum, super Numerum, super Deutronomium, super Cantica Canticorum, super Judicum. Fecit & sermones hos; de laudibus Ecclesiæ in Dedicatione templi, de Paradiso, de Arca Noæ, de Tabernaculo Fœderis, de Templo Salomonis; & de muliere; per quam Ecclesia significatur. De Civitate sancta Hierusalem, de Basilicis quæ ab Episcopis dedicantur. Item de Evangeliis: de ornamentis Ecclesiæ, de Fide, de Spe, de Charitate, de quatuor virtutibus, de humilitate, de misericordia, de pace, de patientia, de castitate, de obedientia, de abstinentia: Ubi Ecclesia ornatur, de novo mundo, de Cœlis novis de nubibus, de montibus novis, de arboribus novis, de potestatibus novis, de mari & piscatoribus novis, de avibus novis, de fluminibus novis, de animalibus novis: De festivitatibus festivitatum id est, de Sancta Trinitate sermones tres; de Nativitate Domini, de Circumcisione, de Epiphania, de octava Epiphaniæ, de Palmis, de Cœna Dni. de Pascha, de Ascensione Dni. de Pentecoste de Nativitate S. Mariæ, de Annunciatione, de Purificatione, de Assumptione ejus, de Virginibus sermones tres, de Martyribus sermones tres, de Martyribus sermones septem: homiliam in festivitatibus Confessorum,

rum, aliam in festivitate Sancti Benedicti, cum sermonibus duobus de Pontificibus; quatuor de S. Angelo: de Apostolis homilias quinque, de pluribus martyribus tres, de uno martyre duas, de dedicatione Ecclesiæ, in Adventu Domini, Dominica secunda de Adventu, Dominica tertia, de Annunciatione Beatæ Mariæ homilias duas: de Dominica quarta de Adventu: In Vigilia Nativitatis Domini, in die homilias tres, in Sancti Stephani, in Sancti Joannis Evangelistæ, in festivitate Innocentium, Dominica prima post Natalem Domini, in octava Domini, in Epiphania: Dominica prima post Epiphaniam, Dominica tertia, quarta & quinta. In Purificatione Sanctæ Mariæ, in Septugesima, in Sexagesima, in Quinquagesima, in cinere & cilicio. Feria sexta, & Sabbatho in capite Quadragesimæ usq; in cœnam Domini homilias quadraginta. In cœna Domini, Sabbatho Sancto, in festivitate Paschali, in feria secunda, tertia, quarta, quinta, & sexta, & Sabbatho, in octavis Paschalibus, in Dominica prima, secunda, tertia, & quarta post octavas Paschæ, in processione majori; in festivitate Apostolorum Philippi & Jacobi, in Inventione Sanctæ Crucis, in Sancto Angelo, in Ascensione Domini, in Dominica prima post Ascensionem Domini, in Pentecoste, Dominica prima, post 8vam Pentecosten, Dominica 2da, tertia, & 4ta. In S. Joannis Baptistæ, in vigilia Apostolorum Petri & Pauli, & in die eorum, in Dominica prima post Natalem Apostolorum cum homiliis viginti quatuor. In S. Laurentio, in Assumptione S. Mariæ. S. Matthæi, vigilia S. Andreæ, & in die ejusdem: sermonem de sancta Scholastica; sermonem de translatione S. Stephani è Civitate Constantinopolitana ad Arcem Romanam: versus in laudem Sanctæ Mariæ; homiliam in decollatione Sancti Joannis Baptistæ, in Nativitate Sanctæ Mariæ. Fuit autem temporibus supradictorum Imperatorum. Sepultus est in Episcopatu suo apud Civitatem Signinam.

## ANNOTATIO.

SAnctus Bruno Aste natus est ex familia Soleria nobilissima, à Gregorio Septimo Episcopus Signinus creatur, in virtutum, ac doctrinæ præmium, qvod Berengarium impiè de Sacramento Altaris sentientem in publico Romano Concilio disputando profligasset: deinde desiderio vitæ contemplatricis tactus abdicato onere Episcopali Monachum Casinensem professus est anno 1104. ubi postea omnium monachorum suffragio Abbas Casinas electus anno 1107. idibus Novembris ibiqve præfuit annis tribus & mensibus 10. qvibus exactis, ad Ecclesiam Signinam, qvam perinuitus acceperat, rediit, Pontificis reverentia victus. Nos verò ne tanti Doctoris laudes culpa deteramus ingenii, calamiqve parum felicis, illum aliis mittimus laudandum. Opuscula Brunoni duobus distincta tomis in lucem prodierunt anno 1651. Venetiis studio & opera D. Mauri Marchesii Casinensis Decani scholijsqve etiam illustrata: & licet non omnes lucubrationes, qvæ in nostri Petri elencho descriptæ sunt, mihi legantur; multæ tamen, qvas Petrus præteriit, ibi habentur: nonnullæ verò M.S.S. extant Taurini in nobilissima ac celeberrima Bibliotheca Serenissimi Sabaudiæ Ducis præsertim verò Commentarius in cuncta qvatuor Evangelia, uti etiam aliqva in Bibliothec. Illustrissimi D. Caroli de Montchal Archiepiscopi Tolosani, scribit Philippus Labbeus in nova Biblioth. M.S.S. librorum pag. 199. Forsan tempus, qvod publica abscondit, & occulta manifestat, Dei miseratione orbem, tantis ditabit continuo thesauris. Consule auctuarium de script. Eccles. Auberti Miræi in Brunone, ac Vir. Clar. Theophilum Raynaudum Societatis Jesu, de malis ac bonis libris partit. 1. erot. 10. in Eusebio Emisseno, & in Brunone Chartus. fol. 131. & 138. E valle miseriarum in montes æternitatis ascendit Bruno, anno 1125. 15. Kal. Augusti, cum multis tam in vita, qvàm in morte claruisset miraculis, relatus postea inter Sanctos à Lucio III. ut videre est in subjecta inscriptione marmorea, qvæ in Signina Cathedrali spectatur. *Memoriæ æternæ, Beati Brunonis, quem Lucius III. Pontif. Max. Card. & Episcop. conventus Signiæ in Ecclesia Beatæ Mariæ, ubi defunctum corpus quiescebat, inter Sanctos jussit adscribi anno ab ejus abscessu 58. S. P. Q. S.* Meminit Martyrolog. Rom. sub die 18. Julii: plura de eo noster Petrus in auctario chron. Casin. lib. 4. cap. 33. Vide etiam apparatum ad præfata edita opuscula Sancti Brunonis.

## CAPUT XXXV.

JOhannes Medicus, supradicti Constantini Africani discipulus, & Casinensis Monachus, vir in physica arte disertissimus: post Constantini sui magistri transitum

situm aphorismum edidit Physicis satis necessarium. Fuit autem supradictis Imperat. Obiit autem apud Neapolim, ubi omnes libros Constantini sui magistri reliquit. *Claruit anno Domini* 1072.

## CAPUT XXXVI.

PAulus è Liguria Romanorum provincia ortus, & ab ipsa infantia occulto Dei judicio lumine privatus, & ob hanc rem literis, & philosophicis studiis ignarus, tantum usqve in hodiernum diem de se miraculum præbuit, ut ab omnibus alter Didymus appelletur. Hic postquam scripsit alterationem Romanorum, & Græcorum, quæ facta est in Civitate Constantinopolitana, sub Oderisio Abbate, Casinense Cœnobium adiit temperibus Paschalis II. Papæ, & Alexii Imperatoris. Super Esaiam, super Hieremiam, & super reliquos Prophetas: super Psalterium, super Matthæum, super Marcum, super Lucam, super Joannem, super epistolas Pauli, super Apocalypsim. Non solum autem Grammaticam, verum & reliquas artes auditu tantum pleniſſime cordetenus didicit. Scripsit etiam vitam S. Ebizzonis Monachi Casinensis, qui Hilarioni similis fuit. Extant & alia ejus librorum volumina, quæ in nostras manus nondum venerunt. Obiit autem apud Tiburtinam Civitatem.

### ANNOTATIO.

ULtimis Henrici III. ac primis Henrici IV. temporibus scilicet anno 1100. Claruit Paulus Genuensis, ab eodemqve nostro Petro in auctario hist. Casin. lib. 3. cap. 47. Paulus Grammaticus etiam vocitatus; qvi & si oculorum lumine esset orbatus, tanto tamen ingenii acumine fuit excultus, tantaqve perspicuitate cæterorum sensuum extitit decoratus, ut ab omnibus venerari promeruerit, deqve illo verè poterat dici, *Dominus illuminat cæcos.*

Sanctus Ebizo seu Gebizo, cujus vitam descripsit noster Paulus, Colonia oriundus fuit, & Monachus Casinens. sub Desiderio Abbate; inter præclara ejus gesta refertur, qvod animam Adonis amici, qvam dæmones ad supplicium trahebant, precibus liberaverit: notavit id etiam noster Petrus lib. M. S. de ortu, & vit. Justor. Casin. cap. 51. & in auctario histor. Casin. lib. 3. cap. 47. Vide Hugonem Menardum in Martyrolog. Bened. ad diem 20. Octobris ac lib. 1. Dialog. Victoris Papæ III. pag. 20. Cætera opuscula, tempora nobis ut credimus, invideruntur; sed qvidnam; cum hisce temporibus inveniantur viri, qvi pro eruendis antiqvitatum prophanarum qvisqviliis non solum in viscera terræ penetrant, verum etiam viscera opum profundunt, thesauros verò invisos sacrorum monumentorum, qvæ animos beant: ita nauseant, ut obolo potius parcere velint, qvam hasce literarias exqvirere divitias.

## CAPUT XXXVII.

BErnardus Casinensis Monachus liberalibus studiis optimè eruditus descripsit miracula S. Confessoris Amici Christi Casinensis Monachi: fecit & alia multa, quæ recensere superfluum duximus. Obiit autem nostro pene sub tempore.

### ANNOTATIO.

VIta Sancti Amici Confessoris, qvam Bernardus scripsit, inter nostra sacrorum monumenta M. S. hactenus inedita servatur, incipit: *Beatus Amicus genere nobili ortus in finibus Comitatus Camerini, &c.* Locus, in qvo natus, Arabona in Piceno (nomen est Abbatiæ) apud Montem Melonem, nuncupatur. Ejus meminit Sanctus Petrus Damiani, ut Baron. annotavit ad ann. 993. ubi Amicum canonizatum esse, absqve tamen solemni ritu Ecclesiæ scribit. Agitur dies festus die 3. Novembris, multisqve, clarus miraculis fuit. Vide qvæ observavit Lauretus in notis ad chron. Casin. in calce libri tertii, & Arnoldus Wion in notis ad Martyrol. Bened. Claruit Bernardus anno Dom. 1120.

## CAPUT XXXIIX.

JOannes Diaconus divina, & humana scriptura peritissimus fecit versus in laudem Sanctæ Dei Genetricis & Virginis Mariæ, & alia quamplurima, quæ ad nostros obtutus nondum venere.

### ANNOTATIO.

DIversus est noster Joannes ab altero Joanne S. R. E. Diacono, qui à Sigiberto in catal. cap. 106. laudatur & Anastasio S. R. E. Bibliothecario familiaris fuit, qvi etiam sub an-



Digitized by Google

num 874. Libros qvatuor de vita Sancti Gregorii Magni Papæ edidit, gestáqve Clementis Papæ scripsit, qvæ M.S.S. habentur in Casin. Bibliothec. Vide Vossium de histor. Latin. in Jo-

apne Diacono; maléqve propterea non nulli opuscula eorum confundunt inter se, dum ex duobus unum faciunt.

## CAPUT XXXIX.

PEtrus Diaconus institutor meus declamator insignis, è Civitate Theanensi, de qua oriundus erat, egrediens, Casinum advenit, atque Oderisio Abbate Monachus factus est. Scripsit præterea in eodem Cœnobio positus, sermonem de Septuagesima: de Dedicatione Ecclesiæ: de Nativitate Domini: de Epiphania, & alios quamplurimos. *Claruit circa annum Domini* 1080.

## CAPUT XL.

LAndenulphus Parvulus in Casino sub Desiderio Abbate Beato Benedicto oblatus: ac in divinis scripturis pleniſſimè doctus, & in earum sensibus subtilissima exercitatione limatus, de renovatione Casinensis Cœnobii, seu Archisterii, ac regimine Desiderii versus mirificos fecit, quos idem Desiderius Abbas in circuitu Capituli, & Claustri describi præcipit. *Vivebat anno* 1060.

## CAPUT XLI.

GUido Casinensis Presbyter, vir in humana eruditione clarissimus, religione, & vita probatissimus, scripsit historiam Henrici Imperatoris, visionem Alberici Monachi Casinensis; versus de fortuna ejusdem .... præterea quæ in historia Casinensi deerant, à temporibus scilicet Oderisii primi usque ad hunc diem, adjunxit.

## ANNOTATIO.

VIvebat Guido tempore Girardi Abbatis Casinensis anno Domini 1111. inter elegantissimos scriptores sua tempestate præcipuus. Visio Alberici, de qva supra in Alberico Diacon. Cardin. penes nos extat M.S. tali lemmate: *Quia nonnulli veritatem mendacio obumbrare consuevernnt.* Summatim verò descripta à nostro Petro legitur in chron. Casin. lib. 4. cap. 68. edit. Venetæ his verbis: *Hujus tempore* (id est Girardi Abbatis qvi sedit ab anno 1111. usqve ad 1123.) *in Campania provincia insigne miraculum & antiquis per omnia simile contigit. Namque in castro Sanctorum septem Fratrum, Albericus quidam nobilis puer cum decimum ageret ætatis annum, morbo correptus ad extrema perductus est. Quo tempore diebus novem, & totidem noctibus immobilis ac sine sensu quasi mortuus jacuit; hoc autem intervallo à Beato Petro Apostolo; duobusque Angelis per loca pœnarum deductus ad infernale barathrum devenit. Demum ad Paradisi amœna delatus, vidit Sanctorum mansiones, atque in Cœlum sublevatus aereum, & à Beato Petro Apostolo sufficienter edoctus de veteri testamento, de peccatorum pœnis, gloriáque Sanctorum: vidit arcana quædam, quæ loqui prohibitus est: sicque per septuaginta duas provincias ab eodem Apostolo deductus, vita redditus est. Hujus visionem, qui cupit agnoscere, à Guidone hujus Monasterii Monacho descriptam, legat. Nos eam, quia per ora omnium vertitur, hic scribere omisimus. Ex hinc Albericus ipse, relictis sæculi pompis Casinense Cœnobium petiit, atque à Patre Girardo gratissimo affectu susceptus, accepto sancta conversationis habitu, Christo Regi militiam professus. Tanta verò (hodieque) abstinentia, tanta pollet gravitate morum, ut & peccatorum inspexisse pœnas, & Sanctorum gloriam vidisse nemo, qui dubitet. Nam ex illo tempore neque carnes aliquando gustavit, neque vinum bibit: nudisque semper incessit pedibus: atque in hac afflictione corporis, cordisque contritione, cum humilitate nunc usque* (anno 1115.) *in Casinensi hoc monasterio permanet, ut multa illa, qua alios lateant, vel metuenda, vel desideranda vidisse, etiam si lingua taceat, vita loquatur.* Huc usqve Petrus. Historia Henrici, nescio qvo infortunio nondum lucem viderit, dum hi, qvi de rebus Henrici IV. & V. conscripserunt, de Guidone silentium altum habuerunt.

## CAPUT XLII.

ROboas Diaconus, parvulus in Casino à Girardo Abbate susceptus, scripsit rogatu, quorundam amicorum suorum sermones, de totius anni festivitatibus, ac vitam S. Confessoris Christi Leonardi. *Claruit Roboas, sive Neboas anno* 1120.

## CAPUT XLIII.

PEtrus Romanæ Ecclesiæ Subdiaconus, & Casinensis Monachus, parvulus & ipse in Casino susceptus, rogatu Petri Diaconi, ac Bibliothecarii, passionem Beati Marci versibus adornavit.

ANNO-

Digitized

## ANNOTATIO.

PEtrus S.R.E. Subdiaconus Cardinalis appellatur ab Arnoldo Wione lib. 2. cap. 9. Lign. vit. à qvo autem Pontifice promotus, ignoratur, verum ab Arnoldo perperam nuncupatur S. R. E. Subdiaconus Cardinalis, cum in tabulis Eccleſiaſticis, Epiſcopi, Presbyteri & Diaconi Cardinales in Eccleſia Romana tantummodo legantur. Vivebat anno Domini 1120.

## CAPUT XLIV.

RAynaldus Caſinenſis Subdiaconus parvulus Beato Benedicto oblatus, vir valde eruditus, & verſificandi ſcientia antiquis per omnia comparandus, ſcripſit ad Petrum Diconum, ac Bibliothecarium Sanctiſſimi Severi Caſinatis Epiſcopi in laudem verſus: Verſus quoque de vita B. Benedicti, ac B. Mauri. Hymnos in laudem Sancti Confeſſoris Chriſti, atque Pontificis Severi.

## ANNOTATIO.

HYmni excuſi ſunt in Breviariis Caſinenſibus anno 1568. & 1572. Vide qvæ de Raynaldo notarunt Arnoldus libro 2. cap. 9. Lign. vitæ. Voſſius de hiſtor. Latin. lib. 3. cap. 7. pag. 713. & Camill. Peregr. hiſtor. Princip. Langobard. in ſerie Abbatum Caſin. in Raynaldo.

*Ex Supplemento Petri Diaconi de Viris Illuſtribus.*

## CAPUT XLV.

GElaſius Sedis Apoſtolicæ Pontifex, parvulus in Caſino ſub Deſiderio Abbate B. Benedicto oblatus, & ab Alberico Philoſopho edoctus. Scripſit in eodam Cœnobio poſitus, paſſionem Sancti Eraſmi, Sanctæque Anatoliæ: paſſionem quoque Cæſarii verſibus adornavit. Factus dehinc S.R.E. Cancellarius deſcripſit Regiſtrum paſchalis papæ II. demum verò in Apoſtolica Sede pontifex factus Henricum Imperatorem propter inveſtituram Eccleſiarum excommunicavit atque pro ordinandis Eccleſiaſticis negotiis Galliam ingreſſus, apud Cluniacenſe Cœnobium obiit.

## ANNOTATIO.

ANtea Joannes Cajetanus, natione Campanus, Creſcentii filius, nobili genere ortus, ex S. R. E. Subdiacono, & præſignatore Urbani II. Diaconus Cardinalis Sanctæ Mariæ in Coſmedin, & S. R. E. Cancellarius, ac Biblioth. Paſchali Papæ II. gratiſſimus extitit cujus ſenectutis baculus vocabatur; demum Pontifex ſub Gelaſii II. nomine creatur ann. 1118. die 22. Jan. Juſtitiæ pater acclamatus. Poſt annum, & dies aliquot Pontificatus agens Matiſcone in plevrelim incidit, juſſitqve ſe lectica ferri in Cluniacenſe Cœnobium, ubi mortem oppetiit 4. Kalend. Febr. anno 1119. meritis inclytus, ac ſanctitate inſignis: ſtrato humi corpore cinere ac cilicio cooperto, poſtea ſepulto in monumento marmoreo opere Tuſco, & lapide candido, cui Petrus Victavienſis cognomento Venerabilis Abbas Cluniacenſis, ac coætaneus noſtri Gelaſii ſequens epitaphium poſuit.

*Vir gravis & ſapiens, actu, verboque Joannes,*
*Cum prius ex Monacho, pro multa ſtrennitate*
*Archilevita foret, & Cancellarius Urbis,*
*Præſule Paſchali meritis ad ſydera rapto,*
*Promernit tandem ſacram conſcendere ſedem,*
*Dignus poſt primum Gelaſius eſſe ſecundus.*
*Sed, quia Rege fuit non præcipiente levatus,*
*Horrendum fremuit Princeps: Et filia dulcis,*
*Matre ſua, profugum ſuſcepit Gallia Patrem.*
*Si licuiſſet ei (pro certo crede) ſub ipſo*
*Virtus, & pietas, & honeſtas creſceret omnis,*
*Et pax Eccleſiæ toto floreret in Orbe.*
*Nam rapuit mors atra virum, cum Pontificatus*
*Vix ageret Primum Paſtor Venerabilis annum;*
*Bina dies jam reſtabat, cum Cluniacenſi*
*Dormiit in proprio Romani Juris Aſylo.*
*Hic igitur poſitus dilectos inter alumnos,*
*Cum Patribus ſanctis requieſcit, & optat ut orbis*
*Conditor, & Judex veniat quandoque potenter,*
*Et cineres lapſos in priſtina membra reformet.*
*Felix inde nimis ſemper Cluniace manebis,*
*Quod Pater Orbis Apoſtolicus ſummusque Sacerdos*
*Eccleſiæ, matrisque tuæ ſpecialis, apud te*
*Tranſiit ad ſuperos, in te requieſcit humatus.*
*Nec minus hic etiam felicem credimus illum,*
*Cui dedit ipſe pius magno pro munere Chriſtus*
*Ut Monachi Monachum Patrem quoque pignora cara*
*Jugiter aſpicerent lachrymisque rigando ſepulchrum,*
*Sacris in precibus ſpecialem ſemper haberent.*

De laudibus Glaſii hæc notavit Cardin. Baronius, anno 1119. *Poſt Martyres, qui fuſo ſanguine martyrium conſummarunt, haud facile inter Romanos Pontifices aliquem quis invenerit, qui brevioris vitæ tempore majora ſit paſſus: ob idque præclariori corona donandus, atque celebrioribus fuerit præconiis celebrandus.* Gelaſium Sanctum Joan-

Digitized by Google

Joannettus nuncupat, virum ſanctiſſimum Genebrardus: Abbas Urſpergenſis virum prudentem, venerandum, Apoſtolicæ Sedi ſemper irreprehenſibiliter collaborantem. Vide Gelaſii vitam à Pandulpho Piſano ejus ſynchrono conſcriptam, ſtudio & opera Conſtantini Cajetani editam: Matyrolog. Gallicanum ad diem 29. Januar. Martyrolog. Wionis ad dictam diem, Sigonium de Regno Italiæ libro 10. & Hugonem Menardum in not. ad Mart. Bened. ſub die 27. Jan. qui à calumniis Orderici Vitalis Cœnobii Uticenſis, ſeu ſancti Ebrulfi Monachi libro 12. circa initium hiſtoriæ Eccleſiaſticæ Normannorum Theopompino ſcriptionis genere exaratæ, Gelaſium ſanctiſſimum vindicat.

Paſſio Pancti Eraſini Epiſcopi & Martyr. typis excuſa eſt Romæ 1639. ſtudio & opera præfati Cajetani. Actorum SS. Anatoliæ ac Cæſarii rhythmicè à Gelaſio literis conſignatorum meminit Baron. in Martyrol. ad 9. Julii, quæ temporum injuria intercidiſſe exiſtimamus.

Ex epiſtolis, quas ſcripſit, quinque refert Binius tom. 7. Concil. Vide Baron. tom. 12. annal. anno 1118. & 1119. Regeſtum Paſchalis II. Papæ ejus prædeceſſoris compoſuit, quod non extat, niſi M. S.

## CAPUT XLVI.

JOannes Tiburtinus à Girardo Abb. in Caſino ſuſceptus, ſcripſit ſermone ſimplici ſermones de totius anni feſtivitatibus, fecit & alia nonnulla, quæ in noſtram notitiam non venerunt. Obiit autem temporibus Lotharii Imperatoris. *Claruit anno Domini* 1120.

## CAPUT XLVII.

PEtrus Diaconus Caſinenſis Chartulârius, ac Bibliothecarius, quinquennis ſub Girardo Abbate Beato Benedicto oblatus à Patre Ægidio natione Romano, atque ſub eodem Abbate per octo fermè annos eruditus eſt. Anno verò Incarnationis Dominicæ 1128. ætatis autem ejus 21. cum Oderiſius Girardi Abbatis ſucceſſor Abbatiam reliquiſſet, ad exilium æmulorum ſuorum faciente invidia, directus eſt. In ipſo autem dum eſſet exilio, rogatus ab Adenulpho ejusdem Urbis Comite, deſcripſit ad Oderiſium Abbatem paſſionem Beati Marci, & Sociorum ejus: vitam egregii Confeſſoris Falconis: vitam Sancti Placidi diſcipuli Sancti Benedicti. Vitam Sancti Apollinaris Abbatis: vitam Sanctorum Guinizonis, & Januarii: Rhythmum de noviſſimis diebus, in quo juxta literam videtur ſequutus eſſe Apoſtolum Joannem, cum idem Petrus ſciret juxta quod ibidem ſcriptum eſt, finitum pro infinito. Deſtructionem & reſtaurationem Atinæ Urbis. In Beati Marci adjunxit hiſtoriam. Scripſit etiam ſermones hos. De feſtifitate B. Marci ſermones octo, ſermonem in vigiliam ejus. De vigilia SS. Nicandri, & Marciani. Sermonem de cœna Domini. Duos in Paraſceve, in Sabbatho ſancto; Homiliam de Sancto Benedicto. In Paſcha, in Aſcenſione, in octava Sancti Benedicti, in Pentecoſte, in feſtivitate ſancti Joannis Baptiſtæ, de Sancto Petro & Paulo, de ſancto Laurentio: in vigilia ſanctæ Mariæ. Librum Illuſtrium virorum Cœnobii Caſinenſis, miracula Caſinenſ. Monachorum, quæ ſcripta adhuc minimè erant, deſcripſit. Hiſtoriam de everſione, ſeu reſtauratione Cœnobii Beati Mauri ex juſſione Abbatis Senioretti emendavit, in qua & prologum ſcripſit. Fecit & prologum in libro privilegiorum ex rogatu Raynaldi Subdiaconi Caſinenſis. De S. Nicandro ſermonem. De translatione S. Stephani Protomart. à Civitate Conſtantinopolitana ad Urbem Romam. De ortu & vita Juſtorum Cœnobii Caſin. In feſtivitate omnium Sanctorum. De Nativitate Domini ſermones duos. De ſancto Stephano. Chronica Cœnobii Caſin. à renovatione Eccleſiæ Beati Martini à Deſiderio facta, usque ad hunc diem. Aſtronomiam ex veteribus libris collegit; Solinum de miraculis breviavit. De generibus lapidum pretioſorum librum exaravit. Expoſitionem Regulæ in quatuor libros diviſit. Scholia in veteri teſtamento. Epiſtolas duas ad Lotharium Imperatorem. Ad Richizam Imperatricem. Librum notarum ex parvo ampliorem fecit. Vitruvium de Architectura Mundi abbreviavit. Librum Heve * Regis Arabum de lapidibus tranſtulit. Hymnum de ſancta Chriſtina. Vitam ſancti Conſtantii Epiſcopi. Epiſtolam ad Conradum Imperatorem. Viſionem Alberici Monachi Caſin. corruptam emendavit. Scripſit & vitam ſancti Severi Epiſcopi, & Confeſſ. ex rogatu Raynaldi Subdiaconi Caſin. De ſancto Nicandro, & Marciano ſermonem de translatione, & chronicam Conſulum, Dictatorum, & Imperatorum compoſuit. Translationem Beati Marci in Civitate Atina, & ejus miracula exaravit. Cantus Beati Marci compoſuit, & ſanctorum Nicandri, & Marciani, Obiit autem in Caſino & ibi ſepultus eſt.

*Explicit liber de Viris Illuſtribus Caſin.*

## ANNOTATIO.

PEtrus Caſinenſis Diaconus, Chartularius, Scriniarius, ac Bibliothecarius Caſinenſis, qui hunc de Viris Illuſtribus Caſinenſibus librum literis conſignavit, ex Patre Ægidio natione

* Evacis.

tione Romano, Gregorii, Romanorum Patritii, & Conſulis Filio, ex Comitibus Tuſculanis, vir fuit in ſacris, humanisqve literis taliter eruditus, ut inter elegantiſſimos ſcriptores ſua tempeſtate præcipuus ſit habitus; Exceſſit è vivis poſt annum 1140. innumeros penè fœtus ſui ingenii ad Reipubl. literariæ commodum relinqvens, qvorum ob temporis injuriam hominumqve negligentiam nonnulli collapſi, ac diſperſi ſunt, eorum tamen indicem ipſemet Petrus lib. 4. chron. Caſinenſ. cap. 68. edit. Venet. pertexuit; *Vah! quam multa tempus atrox falce metit.* Nil aliud typis cuſum modò legitur ſupplementum ad 3. lib. chron. Caſin. Leonis Oſt. totus liber 4. eidem chron. attextus: exorſus noſter Petrus, ubi Leo deſierat, ab anno ſcilicet 1086. proſecutus usqve ad annum 1138. Et inſuper liber de notis literarum more Romano ad Conradum Imperatorem editus Venet. anno 1525. ſtudio Nicolai Erythrei, noviſſimè verò Hanoviæ unà cum auctoribus antiqvis Grammaticæ Latinæ opera Heliæ Putſchii. Nonnullæ lucubrationes, qvæ prælo hactenus non ſunt traditæ, in noſtro ſacrorum penario m.ſſ. aſſervantur, qvas commemorare hic non diffugimus, & ſunt:

De ortu & vita Juſtorum Caſinenſium, incipit: *Benedictus ſignifer.*

Scholia in diverſas ſententias: *Veni Verbum Dei.*

Scholia in qvæſtiones veteris teſtamenti. *Mos eſt ſanctæ Scripturæ tempora mutare.*

Exhortatorium ad Monachos, in qvo oſtendit, qvid cuſtodire, qvid cavere debeant, & de ſeptem vitiis & virtutibus. De Patriarchis: de Rege Ozia, & de Moyſe: *Omnibus, qui ſecundum Sancti Benedicti Regulam.*

Rhythmus de noviſſimis diebus. *Anno Chriſti paſſionis finito milleſimo Satanas Averni Princeps ſolvetur à vinculis.*

Altercatio pro Cœnobio Caſinenſi. *Igitur dum in conſpectu Imperatoris Lotharii.*

Catalogus Regum, Conſulum, Dictatorum, Tribunorum, Patriciorum, ac Imperatorum gentis Trojanæ. *Saturnus Uranius.*

Epiſtola ad Lotharium Imperatorem Abbatis Caſinenſis nomine Guibaldi miſſa. *Poſt innumeras ſollicitudines.*

Epiſtola ſecunda ad eundem Imperatorem. *In variis, multiplicibus, ac diverſis tribulationibus conſtitutus.*

Epiſtola conſolatoria ad Richizam Romanam Imperatricem. *Multoties Imperatrix invicta.*

Epiſtola conſolatoria ad Richizam Imperatricem de obitu Lotharii Tertii Imperatoris. *Licet nervus inciſus doleat.*

Epiſtola conſolatoria ad Conradum Imperatorem ſecundum de electione ſua. *Benedictio, & claritas, & ſapientia.*

Sermo in Cœna Domini. *Scripturus venerabilem Domini paſſionem.*

Sermo in Paraſceve. *Hodie quadrifida fabrica Orbis innovatur.*

Sermo in Sabbatho ſancto. *Sicut fuit Jonas in ventre ceti.*

Sermo in Reſurrect. Domini. *Reſultet hodie Cœlum.*

Sermo in Aſcenſione Domini. *Hodie terrenis cœleſtia ſociantur.*

Sermo in feſto Pentecoſtes. *Redemptoris noſtri feſtivum diem.*

Sermo in Nativitate ſancti Joannis Baptiſtæ. *Hodie evangelica tuba fulſit in Orbe.*

Sermo in Natali Apoſtolorum Petri & Pauli. *Sanctiſſimus, ac feliciſſimus dies.*

Sermo de ſancto Laurentio Martyr. *Divini muneris ſacratiſſimum hodie.*

Sermo in vigilia Aſſumptionis Beatiſſimæ Virginis. *Sacratiſſimæ, ac intemeratæ Genitricis.*

Sermo in feſtivitate omnium Sanctorum. *Hodie æterni Imperatoris claritas.*

Sermo in Nativitate Domini. *Hodie mundo ſalus redditur.*

Alter ſermo in Nativitate Domini. *Hodie nobis pax vera refulſit.*

Sermo ſingularis in octava S. Patris Benedicti, ubi de miraculorum abundantia. *Egregii, atque pretioſiſſimi Confeſſoris Benedicti.*

Vita S. Placidi diſcipuli S. Benedicti, ſive Regeſtum ejus compilatum à noſtro Petro circa annum 1130. ubi prolixæ narrationes variorum de vita, & martyrio S. Placidi, de oblationibus Tertulli, Juſtiniani Imperatoris, & Vitaliani Papæ habentur.

Vita S. Severi Epiſcopi Caſinenſis ad Signorettum Abbatem. *Quia veſtra injuſſus poteſtate.*

Vita ſancti Apollinaris Abbatis ad Raynaldum Caſinenſis Cœnobii Diaconum. *Nimium admiranda.*

Vita ſanctorum Guinizonis, & Januarii ad Richardum Monachum. *Guinizonis ortum, vitam, obitumque deſcripturus.*

Sermo in vigilia ſancti Marci Atinenſis Epiſcopi. *Vigilias pretioſiſſimi Martyris & Pontificis Marci.*

De ſanctis Atinatibus, ſcilicet Marco Epiſcopo, Nicandro & Marciano, eorumqve miraculis. *Domitiano Imperatore* Eccleſiam perſeqvente.

Sermo in eorundem Martyrum feſtivitate. *Sanctam venerandamque fratres chariſſimi.*

De B. Marco Atinenſi Epiſcopo ſeorſim à Nicandro & Marciano ſermones. Primus incipit: *Unius idem eſt initium, celebritas, & gaudium*, alter verò: *Maximus Prophetarum.*

Hæc ſupra memorata opuſcula, qvæ m.ſſ. ſervamus, communi orbis bono in lucem exitura ſperamus.

Exaravit inſuper noſter Petrus vitam ſancti Leonis Papæ ad Innocentium Papam ſecundum: librum etiam de locis ſanctis, ſive Itinerarium Terræ Sanctæ, continet ſeptem folia. Librum pariter, in qvo deſcripti ſunt

fasti consulares,& seriesImperatorum,Pontificum, atqve Abbatum Casinensium. Præterea expositionem in Regulam Sancti Benedicti, opus satis magnum; Cujus unicum fragmentum refertur à Viro Clar. Joanne Bona lib. deHarmonia Psallentis Ecclesiæ cap. 12. §. 2. de Officio parvo Beatæ Virginis Mariæ pag. 244. Item Regestum perv[illegible]tum sign. num. 86. characteribus Langobardis in membranis scriptum ex mandato Senioretti Abbatis, habens folia 259. in qvo continentur multa diplomata Monasterio Casinensi à Romanis Pontificibus Imperatoribus, Regibus, Principibus concessa. Custodiuntur supradicta opuscula m. ss. in Casinensi Biblioth. scamno primo ad lævam ingredientibus.

De scriptis, laudibus, & vita nostri Petri Diaconi, qvi diversus est ab alio Petro Diacono pariter Casinensi, qvi vitam S. Athanasii Neapolitani descripsit; agunt Leo Ostiens. hist. Casin. Trithemius, Card. Baron. Possevinus in suo Apparatu, Arnoldus Wion. lib. Ligni vitæ. Camill. Peregr. in histor. Princip. Langobard. pluribus in locis aliiqve qvamplures. Vide etiam dictum lib. de Harmonia Psallentis Ecclesiæ in verbo Petrus, cui præfixa est rara, & exqvisita notitia multorum auctorum cum librorum censura.

## *SUPPLEMENTUM VIRORUM ILLUSTRIUM MONASTERII CASINENSIS*

*Constitutum per Dominum Placidum Romanum Monachum, & Diaconum Casinensem.*

### CAPUT I.

RICHARDUS Casinensis Abbas & Cardinalis scripsit expositionem super Regulam sanctissimi Patris Nostri Benedicti. Claruit anno Dom. 1256. & sepultus est Casini, cum sedisset annis septem.

### ANNOTATIO.

SEpulchrum marmoreum Richardi Hannibaldensis de Molaria Domini Arcis Molariæ in Latio infra Montes Tusculanos, nobilis Romani, Diaconi Cardinalis S. Angeli hodie visitur in Basilica Lateranensi, cum hac veteri inscriptione. *Memoriæ Richardi Hannibaldensis de Molaria S. R. E. Archidiaconi Cardinalis S. Angeli, qui à Gregorio Papa Nono creatus Romæ ann. 1240. Obiit Lugduni in Concilio generali ann. Domini 1274.* Extat in Biblioth. Casinensi præfata expositio super Regulam S. Benedicti.

### CAPUT II.

BErnardus Gallus Abbas Casinensis: Scripsit & ipse super Regulam Sancti Benedicti. Edidit quoque speculum Monachorum. Fecit etiam regesta duo, unum collationum beneficiorum, & officiorum: Alterum, omnium inquisitionum jurium, & bonorum in Castris, & Villis Monasterii Casinensis. Floruit anno 1272. Sepultus verò est in Casino, cum sedisset annis viginti duobus.

### ANNOTATIO.

BErnardus Ayglerius Gallus Monachus Cœnobii Saviniacensis, diœcesis Lugdunensis, Innocentii Papæ IV. extitit Capellanus, & anno 1256. Abbas Sancti Honorati Insulæ Lirinensis, deinde jussu Urbani IV. anno 1263. electus Abbas Casinensis, post modum in cœtum Cardinalium adlectus ab eodem Urbano asserunt nonnulli, alii verò, qvod probabilius, à Clemente Papa IV. Vide notam Abb. Ughelli ad Ciac. in Clement. IV. Frizonem in Gallia Purpurata, & Arnoldum Wionem lib. 2. cap. 9. Lign. vitæ pag. 217. Hunc certè Carolus Primus Rex Franciæ illustri prudentiæ ac virtutis fama notissimum plurimi fecit, cumqve iter in Italiam susciperet, eundem voluit & itineris comitem, & suorum participem, ac moderatorem consiliorum. Qvanti etiam habuerit Urbanus Papa IV. nostrum Bernardum, ex literis ejusdem Urbani ad ipsum, cognoscere est; ex pluribus unam refert eruditissimus Marcus Antonius Scipio in elog. Abbat. Casinens. in Bernardo. Inter opuscula, qvæ scripsit, solum extat typis cusum Speculum Monachorum, in tres partes divisum; Venetiis, & Coloniæ anno 1520. in 16. Liber super Regulam Sancti Benedicti habetur m. ss. Casini, & in Cœnobio Sancti Benedicti Mantuano: reliqvæ verò lucubrationes in Archivo Casin. m. ss. reperiuntur. Obiit Bernardus Casini pridie nonas Aprilis anno 1282. ibidemqve sepultus.

Unum verò notandum est, qvod noster Bernardus Ayglerius fuit à Diacono, & Panvino in Elencho Cardinalium prætermissus, nec inter purpuratos nominatus, eo qvod, ipse putaverint Clementem Papam IV. nullum creavisse Cardinalem, ut asserit eruditissimus Petrus Coretinus in Chronologia Episco-

by Google

Epiſcoporum Viterbienſium, ideóqve in Sede vacante Clementis IV. Ciaconus decem & ſeptem Cardinales numeravit, ac propriis nominibus expreſſit non recenſito noſtro Ayglerio, cum re vera decem & octo fuerint, qvod colligit idem Coretinus ex qvodam diplomate aſſervato in Archivio Civitatis Viterbienſis, qvod tibi damus ex originali tranſcriptum ſingulari humanitate Vir. Clar. Dominici Magri Melitenſis, Canonici Viterbienſis Cathedralis, in qvo Henrico Cardinali Oſtienſi (qvi ſummam in jure Canonico edidit, qvamqve vulgo ob excellentiam Oſtienſem vocamus) conceditur facultas exeundi è Conclavi à cæteris Collegis, qvi præter dictum Henricum ſunt decem & ſeptem, ut clare habetur ex decem & ſeptem ſigillis ex cera rubra pendentibus cum Sanctorum imaginibus, temporum injuria conſumptis in infraſcripto diplomate. Ex his infert dictus Coretinus omnes in Conclavi fuiſſe decem & octo, inter qvos erat noſter Bernardus creatus unica promotione à Clemente Qvarto cum ſigillum Henrici non extitiſſe credendum ſit, qvi facultatem exeundi è Conclavi petebat, aſſenſum verò non præſtabat, pro cujus ſigno ſigillum in diplomate apponebatur. Ex tunc enim Conclavis uſus invaluit, qvi usqve ad hæc noſtra tempora perſeverat; nam antea Cardinales conveniebant ſummo mane in Cathedrali Eccleſia, ibiqve ſuffragia pro eligendo Summo Pontifice ferebant, qvibus peractis ad eorum domicilia revertebantur. Viterbienſes autem hortatu Sancti Bonaventuræ, qvi tunc ibi degebat, Duce Raynerio Gatto Civitatis portis obſeratis, & Cardinalibus ipſis in Epiſcopale Palatium propè Cathedralem conſtructum, adductis, omnes ibidem die Pentecoſtes incluſerunt: ſicqve Conclavis originem traxit, ut Panvinus etiam cum Ciaconio affirmat. Sed qvia pervicaces ac obſtinati nihilominus ad electionem ſe demonſtrabant, Raynerius Gattus tunc Civitatis Viterbienſis Capitaneus, ac Conclavis cuſtos, qviqve alimenta neceſſaria Patribus qvotidie ſubminiſtrabat, diſcooperta aula Palatii, ut legitur in præinſerto diplomate his verbis. *Datum Viterbii in Palatio diſcooperto*, Cardinales ad Pontificis electionem iniendam aëris injuria rerumqve penuria compulit, edoctus à Card. Joanne Anglo cognomento de Toleto, Monacho Ordin. Ciſterc. Epiſcopo Portuenſi, qvem aliqvi perperam de Franciogia nuncupant, qvi ad Sociorum diſcordiam exprobrandam Palatium ſupradictum, in qvo electio fieri debebat, tecto & lateribus nudandum, qvibusdam ſalibus facetis jactis, prædicabat; ut Papirius Maſſonius, Panvinus, Ughellus tom. 1. Ital. ſacr. in elencho Epiſcoporum Portuenſium in Joanne fol. 162. Odoricus Raynaldus ad Annum Domini 1271. num. 12. referunt, adeo ut perrupta animorum duritie prævio compromiſſo inter eos inito Thealdum de Vicecomitibus Placentinum Archidiaconum Leodienſem extra eorundem Patrum numerum, & tunc in Syria pro Chriſti fide commorantem die prima Septembris 1271. Pontificem creaverint ſub nomine Gregorii X. poſt longam duorum annorum, novem menſium, ac unius diei, Sedis vacationem.

*Exemplum præfati diplomatis eſt hujusmodi.*

NOs miſeratione divina Epiſcopi, Presbyteri, & Diaconi Sacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardin. Infirmitati Venerabilis Fratris noſtri H. Oſtienſis, & Velletrenſis Epiſcopi Fraterno compatientes affectu, vobis Alberto de Monte Bono Poteſtati, & Raynerio Gatto, qvi pro Capitaneo Viterbienſi te geris, & Communi Viterbienſi, tenore præſentium ſub debito fidelitatis, qvo nobis Eccleſiæ Romanæ tenemini, diſtrictè præcipiendo mandamus, qvatenus cum idem Epiſcopus juri, & voto ſibi competentibus in electione Romani Pontificis renunciaverit coram nobis qvantum ad præſentem vacationem duntaxat, volens, ut non obſtante ejus abſentia, ſine ipſo hac vice liberè procedamus ad providendum Romanæ Eccleſiæ de Paſtore ratam habiturus, & gratam electionem, ſeu proviſionem, qvam de Romano Pontifice absqve ipſo, & ejus reqviſitione duxerimus faciendam, ac inſtanter petierit vobis mandari, ut de Palatio, in qvo ſumus incluſi, ipſum permitteretis exire, eundem Epiſcopum de ipſo Palatio ſtatim egredi liberè permittatis, nec ipſum de cætero aliqvatenus detineatis invitum. Datum Viterbii in Palatio diſcooperto Epiſcopatus Viterbienſis 6. Idus Junii Anno Domini 1270. Apoſtolica Sede Vacante.

Loco †††††††††††††††† ſigillorum pendentium ex cera rubra numero decem & ſeptem.

## CAPUT III.

IGnatius Florentinus, Monachus Monaſterii Florentiæ, & Abbas Caſinenſis, nobilitate inſignis, & in Divinis, & humanis ſcientiis apprimè eruditus. Scripſit ſermonem pulcherrimum in honorem Sanctiſſimi Benedicti eumque coram magno Monaſterii, & populi cœtu habuit, quando ſolemniter capta eſt poſſeſſio Monaſterii Caſinenſis, ſub Euſebio Mutinenſi ejusdem Cœnobii Abbate, Anno Domini 1505. Scripſit & carmen Sapphicum in honorem & laudem Sanctiſſimæ Trinitatis. Edidit quoque hymnos in honorem Sancti Bertharii Martyris, &

Abbatis Caſinenſis. Claruit temporibus Leonis X. cujus dicebatur affinis. Sepultus verò eſt in Abbatia Civitatis Florentiæ, cum ſediſſet annos novem in hac Caſinenſi Abbatia.

## ANNOTATIO.

DE Ignatio filio Manfredi ex nobiliſſima Sqvarcialuporum Familia oriundo, viro doctiſſimo, ac divini cultus zelantiſſimo, hæc ſcribit Michael Pocciantius in catalogo Scriptorum Florentinorum. *Ignatius Squarcialupus Monachus Benedictinus ejusdem Congregationis Generalis Abb. ampliſſimus, vir vitæ ſanctitate, & bonarum literarum ſcientia clarus, atque poëta illuſtris, cujus ingenium omnibus jugiter admirandum extitit: elaboravit tàm metro, quam proſa, opuſcula quædam, quibus memoriam ſui poſteritate commendavit, è quibus iſta feruntur.*

*De Virginitate hymnus carminibus exametris.*

*Epiſtola Divi Benedicti ad Scholaſticam hetruſcis verſibus exarata. Orationes multis in locis ſuæ congregationis in ſolatium Patrum habita.*

*Rurſus hymni nonnulli, inter quos præcipuus extat ille in honorem Sanctiſſimæ Trinitatis, quem Patres Caſinenſes ſuis in Eccleſiis concinunt: & quædam alia.*

*Mors enim ex humanis abſtulit Florentiæ* 1520. *cujus oſſa in Abbatia Florentina conquieſcunt.*

Hæc de Ignatio Pocciantius. Præter memorata, conſcripſit etiam Ignatius, teſte Arnoldo Wion lib. 1. cap. 16. Ligni vitæ pag. 92. 30. infraſcripta opuſcula. De viſione Illuſtr. Principis Ferrandi Conſalvi compendium lib. 1. *Divinam Illuſtris Ferrandi.* De aggregatione Monaſteriorum Siciliæ ad Congregationem Caſinenſem ſermon. 1. *Superat vires moles.* Extabant his proximis Annis penes Abbatem Conſtantinum Cajetanum. Carmen Sapphicum in honorem Sanctiſſimæ Trinitatis, & de ſanctæ Berthario hymni habentur m. ſſ. in Biblioth. Caſinenſ. De eo agunt Arnoldus lib. 1. cap. 15. & lib. 5. cap. 6. Covaccius lib. 6. Petrus Recordatus dial. 4. pag. 457. Diplomata Leonis X. ſub datum Romæ Anno 1514. Anno II. ſui Pontific. Scipio in elog. Abbat. Conſinenſ. fol. 215.

## CAPUT IV.

BEnedictus de Sancto Severino Monachus Caſinenſis, in Philoſophia & divinis Scripturis apprimè eruditus. Fuit temporibus Caroli V. & ſepultus eſt in Caſino. *Claruit anno Domini* 1520.

## CAPUT V.

JUſtinus Hiſpanus Monachus profeſſus Monaſterii S. Juſtinæ, & hujus Cœnobii Abbas nonageſimus ſeptimus, vir in Philoſophia, & divinis ſcientiis doctiſſimus, ac hiſtoriæ amator. Fuit temporibus Caroli V. Imperatoris, ſepultus eſt in Monaſterio S. Juſtinæ, cum ſediſſet Anno uno in hoc Cœnobio. *Claruit anno Domini* 1522.

## CAPUT VI.

AUguſtinus Paduanus Monachus profeſſus Monaſterii S. Juſtinæ, & Abbas Caſinenſis nonageſimus nonus, vir in philoſophia, ac divinis ſcientiis doctiſſimus. Floruit temporibus ſupradicti Imperatoris. Obiit Brixiæ, & ſepultus eſt in Monaſterio Sancti Fauſtini, cum ſediſſet in Abbatia Caſinenſi Annis tribus.

## ANNOTATIO.

ABbas Caſinenſis nonageſimus octavus, rum claruit Anno 1530. Vide elog. Marc. Ant. Scipionis pag. 225. originem ducens ex familia Bonfilio-

## CAPUT VII.

INnocentius de Novaria, profeſſus Monachus Monaſterii Florentiæ, & hujus monaſterii Abbas centeſimus quartus, vir diſertus & valdè eruditus in divinis Scripturis: Verum in Philoſophia & Mathesi verſatiſſimus. Claruit temporibus Caroli V. & Maximiliani Imperatorum. Obiit Venetiis, & ſepultus eſt in Monaſterio S. Georgii, cum ſediſſet in hoc Monaſterio annis tribus.

## ANNOTATIO.

INnocentius filius Nicolai Novarienſis, Latinis verſatus & in omnibus ſcientiis eruditus. Deceſſit Anno 1557. Agunt de eo linguis Græcis, Hebraicis, Chaldæis, ac Wion

Digitized by Google

Wion. libro 1. cap. 16. libro 5. cap. 8. Ulmus, atqve Marcus Antonius Scipio in elog. Abbatum Caſinenſium.

## CAPUT VIII.

ANgelus Sangrinus Abbas & reſtaurator Cœnobii Caſinenſis ſub Vincentio Neapolitano Abbate hujus monaſterii: Monachus ab adoleſcentia in Caſino factus eſt, vir reverendus & omni bonitate, & ſanctitate redimitus, religione, & vita probatus, & in divinis ſcripturis verſatiſſimus; Poëta inſignis & admirabilis. Scripſit innumera penè opera, inter qvæ hæc tantum brevitati conſulens referam, carmen heroicum de ineffabili Jeſu nomine. Meditationes ſeptem in ſeptem noviſſima verba Jeſu Chriſti, eodem genere carminis exaratas: ſimiliter de miſericordia, amore & bonitate Dei erga peccatores: De ſpe peccatoris in Deum: Speculum peccatoris: Paræneſes ſex in hebdomada ſancta: De nominibus Jeſu. De contemptu divitiarum, & vanitate humanæ vitæ. Elegias duodecim de Jeſu pietate, & amore in peccatores. Triumphum divini amoris. Carmen ſapphicum in Nativitate Domini, & in omnes alias ejusdem feſtivitates. Epicedium in mortem Domini: De Jeſu beneficiis in homines. Scripſit & librum unum diverſo carminum genere de laudibus B. Mariæ Virginis. Extant qvoqve libri duo, in qvibus celeberrima nonnulla Sanctorum & Sanctarum ſacra vario deſcribuntur metro; eorumqve geſta hymnidicis proferuntur modulis. Aureas etiam, divinásqve ſententias ex Davidis Pſalmis excerptas elegiaco carmine conſcripſit. Inſuper vitam Sanctiſſimi Patris noſtri Benedicti, carmine heroico conſcripſit. Elegias duodecim de paſſione Domini: Paraphraſim vario metri genere excultam in Pſalterium Davidis Regis. De martyrio Monachi: Vitam B. Guillelmi Anachoretæ carmine ſapphico: Vitam S. Patris Benedicti, Sanctorum Mauri, Placidi, & Joannis Baptiſtæ carmine heroico. Vitam aliam S. Benedicti carmine ſapphico, & ſoluta oratione moralem expoſitionem continentem. Tractatum orationis qvadraginta horarum; & Pſalterium glorioſæ Virginis Mariæ carmine ſapphico: Scripſit etiam qvamplura alia poëtica, qvæ longum eſſet ſingula enarrare. Edidit etiam dialogos, homilias, & ſermones multos ſoluta oratione. Vivit usqve hodie & ſeptuageſimum octavum exceſſit annum.

### ANNOTATIO.

AB oppido Sangri, familia de Faggis ortus eſt Angelus, qvi, (ſi Platonis illud verum eſt nomina rebus plerumqve convenire) Angeli inſtar fuit, priſcæ qvidem virtutis, ac ſanctitatis exemplar, temporis avariſſimus, & diligens, horarumqve previgil diſtributor, poëtica facultate usq; adeo pollebat, ut qvidqvid libuiſſet, facile atqve ubertim penè extemporaneo carmine enunciaret. Opuſcula qvæ edidit, teruntur paſſim eruditorum manibus, impreſſa Coloniæ Agrippinæ. Pſalmos David mira Paraphraſis arte colligavit imitatione Hebræorum, qvos numeris decurrere auctor eſt Hieronymus, ut & Jobipleraqve, & Hieremiæ Threnos: extat impreſſa paraphraſis iſta Venetiis 1540. & Baſileæ 1551. Romæ verò 1587. in 4. excuſa eſt vita Sancti Benedicti carmine heroico. Tractatus qvadraginta horarum habetur impreſſus Florentiæ 1587. in 12. & Tridenti in 16. Obiit Caſini ann. 1593. ætatis ſuæ 93. cujus corpus anno octavo poſt qvam terræ mandatum fuerat, integrum illæſumqve ſe vidiſſe in ſepulchro teſtati ſunt nonnulli.

## CAPUT IX.

HOnoratus Hiſernienſis, ex familia Faſcitella, in Caſino Monachus ſuſceptus eſt ſub Vincentio Neapolitano. Poſtea verò creatus eſt Epiſcopus de Inſula in Calabria, Vir in Græcis, humanis, & divinis literis verſatiſſimus, Poëta inſignis. Scripſit qvamplurima opera, qvæ temporum calamitate ad manus noſtras non devenerunt. Floruit temporibus Caroli V. & Maximiliani Imperatorum.

### ANNOTATIO.

MArci filius natus Anno 1502. laudatus à Bembo, Joanne Caſa, Flaminio, aliisqve doctiſſimis viris; cujus etiam poëmata lepidiſſima leguntur apud Jovium in elog. Suntqve impreſſa qvoqve in delitiis Poëtarum Italorum. Inſigne edidit opus de factis Alphonſi Avoli Marchionis Vaſti. Anno Domini 1551. die 30. Januar. à Julio Papa III. ornatus Infula Epiſcopali; præceptor datus Innocentio Montio Cardinali ejusden. Pontificis Nepoti adoptivo. Meminere Joannicius Gerus* lib. 1. Poëtarum Illuſtr. Italiæ & Caramella in ſuo Muſeo Illuſtriorum Poëtarum hoc diſticho:

* *Lacteus eſt vates. Cur lacteus? undeque lactis*
*Nomen habet? verſus eſt candidus atque tener.*

Interfuit Concilio Tridentino. Romæ obiit menſe Martii 1564. ibidemqve ſepultus poſtqvam Epiſcopatum reſignaverat anno 1562.



* *Ranutius Gerus, hoc eſt Janus Gruterus qui delicias Poëtarum collegit.*

## CAPUT X.

GRegorius de Viterbio, Monachus Caſinenſis, utriusque Juris doctiſſimus. Floruit temporibus dictorum Imperatorum, & ſepultus eſt in Caſino.

### ANNOTATIO.

MEminit Arnoldus lib. 2. Ligni vitæ, de ſcriptor. Eccleſ. litera G. hoc lemmate. *D. Gregorius Viterbienſis J. U. D. & Monachus Congregationis Caſinenſis, alias S. Juſtinæ de Padua, qui claruit anno Domini 1540. Scripſit tam pie, quam doctè, ſuper Evangelium Joannis: In principio erat verbum homilias, ſive ſermones tres, qui ſic incipiunt. I. Dicibilis ſermo de indicibili Verbo inverbis dicibilibus. II. In principio erat Verbum. III. Non licet filiis veritatis. Sunt m. ſ. ſ. apud D. Conſtantinum Syracuſanum Monachum Catanenſem.* Ita Arnoldus.

## CAPUT XI.

BEnedictus Canophilus Sangrinus, Monachus in Caſino factus eſt ſub Ignatio Florentino, Abbate Caſinenſi, vir utriusque Juris doctiſſimus. Scripſit quamplurimos libros in Jure Canonico. Edidit quoque Repertorium quoddam in Jure Civili, & extractum de foro fori, & foro poli. qui quidem eſt impreſſus. Claruit temporibus Caroli V. & ſepultus eſt in Caſino.

### ANNOTATIO.

BEnedictus Canophilus de Caſtro Sangri fecit Compendium Juris Civilis, ac Canonici, & ſummam rerum. Scripſit etiam Repetionem ſuper primun Decretalium de Conſtituit. fori & poli, qvi tractatus excuſus eſt Venetiis Anno 1542. in 8. qvem Bernardinus Bonſius J. U. D. Lector ordinarius, ac Decanus Patavinus teſtatur à doctiſſimo Marco Mantua, aliisqve clariſſimis viris in Patavina Academia examinatum, approbatum, commendatumqve meritò fuiſſe. Scripſit etiam de privilegiis Eccleſiæ, & Eccleſiaſticarum perſonarum. De criminibus in Deum, & proximum, & pœnis eorum. Floruit Anno Domini 1550.

## CAPUT XII.

CHryſoſtomus de S. Gemiliano Calaber, Monachus Caſinenſis factus ſub Chryſoſtomo Neapolitano Abbate, poſtea Archiepiſcopus Raguſinus creatus eſt; vir ſanctitate inſignis, reformator Monaſterium Inſulæ Melitæ propè Raguſium, in ſcientiis doctiſſimus: ſed & in græca lingua valdè eruditus. Tranſtulit diverſos tractatus à græco in latinum ſermonem. Claruit temporibus ſupradicti Imperatoris. Obiit Raguſii temporibus noſtris, & ſepultus eſt in ſuo Archiepiſcopatu.

### ANNOTATIO.

CHryſoſtomus fuit electus Archiepiſcopus, ſedente Ludovico Beccatello Bononienſi die 21. Octobris 1564. ut ex actis Conſiſtor.

## CAPUT XIII.

FLavius de Ferraria, Monachus Caſinenſis, & poſtea Epiſcopus Ravellenſis, græca & latina ligua validè inſtructus, à Papa Julio III. plurimum dilectus, atque ob hoc ab eodem Epiſcopus creatus eſt. Floruit temporibus Maximiliani Imperatoris.

### ANNOTATIO.

HUnc non bene Flavium vocat noſter Placidus, uti etiam Arnoldus Wion lib. 2. Ligni vit. cum Hercules Tombeſius in Catalogo Ravellenſium Epiſcoporum nominetur. Epiſcopali dignitate inſignitus legitur Anno Domini 1555. die 18. Septembris. Ferriæ, obiit Anno 1570. ibiqve ſepultus in Eccleſia Sancti Franciſci. Teſtatur Marcus Antonius Guarinus in Compend. hiſtor. Eccleſiarum Ferrarienſ. lib. 4. pag. 247. & Vir. Clar. Ughellus in Epiſcopis Ravellenſibus ſe legiſſe meminit inſculpta in ejus tumulo hæc verba vernacula lingua. *Hercole Tombeſi Veſcovo 1570.*

## CAPUT XIV.

SEverus Averſanus, in Caſino Monachus ſub Chryſoſtomo Abbate ſuſceptus, vir in Philoſophia verſatiſſimus, & in divinis ſcripturis ſtudioſiſſimus. Floruit tem-

Digitized by Google

temporibus ſupradicti Imperatoris, & ſepultus eſt in Caſino in Coemeterio S. Annæ. *Claruit anno Domini* 1570.

## CAPUT XV.

LUcas Fratenſis Monachus in Caſino ſub Chryſoſtomo Abbate factus eſt. Vir acer ingenio, & in divinis ſcripturis, & in Philoſophia doctiſſimus. Claruit temporibus Maximiliani Imperatoris, & ſepultus eſt in Monaſterio Sancti Benedicti Mantuanæ Diœceſis, in quo Philoſophiam publicè docuit. *Floruit anno* 1570.

## CAPUT XVI.

HIeronymus patria Neapolitanus, ex Nobili & Illuſtri Caracciolorum familia oriundus, Monachus ab adoleſcentia factus eſt ſub Hieronymo de Monte Rubeo. Vir humilitate ſummus, caſtitate pudicus, prudentia, animi magnitudine, morum gravitate, ac religionis converſatione inſignis: nobilis carne, ſed nobilior ſpiritu, humanis & divinis literis ſufficienter inſtructus. Floruit temporibus noſtris, & adhuc vivit, Abbasque titularis exiſtit. *Anno* 1570. *clareſcebat.*

## CAPUT XVII.

PAulus de Alta-Villa, Monachus in Caſino ſuſceptus ſub Hieronymo de Placentia Abbate: vir in Græcis, Hebraicis, & Latinis literis doctiſſimus, memoria tenax, ingenio vivax. Fuit temporibus noſtris, & ſepultus eſt in Caſino, in Cœmeterio S. Annæ. *Claruit anno* 1580.

## CAPUT XVIII.

MAtthias de Bergamo Caſinenſis Monachus, vir in divinis literis verſatus, & memoria adeo pollebat, ut plures novi, & veteris teſtamenti libros memoriter recitaret. Obiit temporibus noſtris, & ſepultus eſt in Caſino, in Cœmetrio S. Annæ. *Claruit anno* 1577.

## CAPUT XIX.

BEnedictus de Sancto Germano, in Caſino ſub Hieronymo de Placentia Abbate, Monachus factus eſt. Vir egregius, & ingenio magnus: in Latinis, Græcis & Hebraicis literis valdè eruditus, in Philoſophia autem & Theologia doctiſſimus: adeò ut ſuis temporibus in noſtra Congregatione nemini fuerit ſecundus. Scripſit Commentaria in Pſalterium Hebraicum, in epiſtolam Pauli ad Romanos. Tractatum de uſuris: edidit quoque expoſitiones ſuper Pſalmos. Scripſit præterea ſuper libros Perihermenias, Priorum & Poſteriorum Ariſtotelis, ſuper libros de anima ejusdem: Eſt quoque in lucem editus, & impreſſioni traditus ipſius tractatus de imitatione Ciceronis. Extant diſputationes in libros Prædicamentorum Ariſtotelis, & pulcherrimum illud opus, quod inſcribitur Proverbia animalium. Scripſit etiam Apologiam contra calumniantes ejus opera. Claruit noſtris temporibus, & adhuc vivit. *Anno Domini* 1570.

## CAPUT XX.

BErnardus de Janua, Monachus Caſinenſis factus eſt ſub Hieronymo de Placentia hujus Monaſterii Abbate: Vir diſertus & eruditus in Philoſophia, & divinis ſcripturis. Fuit temporibus Maximiliani Imperatoris, & ſepultus in Caſino. *Claruit anno Domini* 1570.

## CAPUT XXI.

ANtonius Frachenſis Monachus in Caſino, ſub Lauro de Mantua hujus Cœnobii Abbate ſuſceptus eſt. Vir acri, & magno ingenio, in Græcis & humanis literis verſatiſſimus, in jure etiam Pontificio valde inſtructus. Scripſit quoddam Repertorium Polyanthea dictum, alphabeti ordine diſtinctum pro Archivio Caſinenſi: in quo quidem opuſculo & jurisdictiones, & dignitates, & quæcunque bona fuerint vel ſint Monaſterii Caſinenſis, facile eſt invenire. Indidit quoque librum quendam confinium bonorum Caſinenſis Cœnobii, ſed morte præventus, imperfectum reliquit: qui poſtea à me Placido Romano Monacho Caſinenſi repurgatus, & perfectus fuit. Floruit temporibus Maximiliani Imperatoris, & ſepultus eſt in Monaſterio Sancti Liberatoris de Majella. *Floruit Anno Domini* 1575.

## CAPUT XXII.

LUcas Antonius de Firmo, in Caſino ſub Hieronymo de Placentia Abbate Monachus

chus factus eſt, vir in Philoſophia, & Medicina doctiſſimus. Floruit temporibus ſupradicti Imperatoris. Obiit Cajetæ temporibus noſtris, & ſepultus eſt in Monaſterio ſancti Angeli. *Anno* 1570.

## CAPUT XXIII.

PIus Patria Neapolitanus, ex nobili; & antiqua Familia Lottheriorum Civitatis Florentiæ ducens originem, Monachus in Caſino factus eſt, ſub Innocentio de Novario, hujus Cœnobii Abbate. Vir religione, & bonitate perſpicuus, in divinis ſcripturis doctus, & notitia Juris Civilis, & Eccleſiaſticorum dogmatum ſufficienter inſtructus: Qui cum 25. annis religiosè, & laudabiliter vixiſſet, in noſtra Congregatione Caſinenſi exiſtens, Prior S. Severini in Civitate Neapolis à Papa Gregorio XIII. Epiſcopus Fundanus creatus eſt, de quo quia adhuc vivit, meum judicium ſubtraham, ne in alterutram partem aut adulatio in me reprehendatur, aut veritas.

### ANNOTATIO.

CReatus Epiſcopus Ann. 1576. 30. Jan. Vir religione & bonitate perſpicuus, acerrimus Eccleſiaſt. libertatis defenſor. Deceſſit Caſini 1592. ibique tumulatus quieſcit.

## CAPUT XXIV.

THeophilus Senenſis in Caſino ſub Angelo Sangrino Abbate Monachus factus eſt, vir ingenio perſpicax, in ſcientiis valde eruditus. verum in Philoſophia, Mathematica & Theologia doctiſſimus, adeo ut ſuis temporibus in Congregatione noſtra Caſinenſi admirabilis haberetur. Floruit temporibus noſtris, & adhuc vivit. Hic bis vocatus à Romano Pontifice fuit, ut ejus opera in quibusdam Eccleſiaſticis negotiis uteretur. Edidit tractatum de nova reſtitutione Kalendarii.

### ANNOTATIO.

THeophili Martii nobilis Senenſis meminit Petus Recordatus hiſt. Monaſticæ. Romæ in Baſilica S. Pauli Pœnitentiæ miniſtris Pontificiis à Gregorio XIII. adſcriptus legitur. De ejus laudibus ſcripſit Fr. Iſidorus Ugurgierius Azolinus Ord. Præd. lib. cui nomen præfixit: Pompe Saneſe tit. 21. pag. 667. Extat apud nos tractatus m. ſ. de Reformatione Kalendarii, incipit: *Magna quidem aggreſſi laudabile eſt.* Obiit Caſini anno 1586.

## CAPUT XXV.

BEnedictus Capuanus in Caſino ſub Angelo Sangrino Abbate Monachus ſuſceptus eſt, vir diſcretus, & valde eruditus in divinis & humanis literis. Verum in ſcribendis carminibus in materna lingua Poëta inſignis & noſtris temporibus admirabilis. Edidit librum unum carminum materna lingua, in quo martyrium D. Agnetis, Agathæ, Luciæ, Juſtinæ & Catharinæ decantat. Scripſit quoque eadem lingua & metro tractatum de cognitione mortis. Triumphum Martyrum, Confeſſorum & Virginum: librum unum piorum carminum diverſo metri genere. Extat etiam ejusdem Tragœdia Jephtæ Ducis Iſraëlitici populi. Scripſit & Commentaria in Dantem Poëtam. Edidit quoque librum unum epiſtolarum materna lingua. Floruit temporibus noſtris, & adhuc vivit.

### ANNOTATIO.

CLaruit Benedictus Anno Dom. 1570. Originem ducens ex nobili familia de Uva. Paſſiones Sanctarum Agnetis, Agathæ, Juſtinæ, & Catharinæ typis cuſæ ſunt Florentiæ Anno 1587. in 4. ſicuti Jephtæ Tragœdia.

## CAPUT XXVI.

JOhannes Evangeliſta patria Neapolitanus, & nobili Mormiliorum familia oriundus, Monachus in Caſino ab Ignatio Neapolitano ſuſceptus eſt. Vir ingenio perſpicax, & divina, & humana eruditione valde inſtructus. Verum in verſificandi ſcientia antiquis per omnia comparandus. Scripſit quamplurimos tractatus. Librum ſcilicet, in quo continentur præcipuè Domini feſtivitates, vario metri genere illuſtratæ. Librum de laude glorioſæ Virginis Mariæ, in cujus calce ejus Pſalterium elegiaco carmine concinitur.

Librum

Librum, qvi nonnullorum Sanctorum vitas, hymnosqve vario carminum genere continet. Extat & alius ejusdem liber carminum, in qvo illa præsertim opuscula continentur; De insigni Christianorum victoria contra Turcas temporibus Maximiliani Imperatoris, & Pii V. Pontificis Max. De laudibus Casinensis Juventutis: Ibidemqve liber odarum appenditur, & in fine continetur liber Tristium, ubi suas, & amicorum ærumnas elegiacè decantat : sunt & qvatuor ejusdem Eclogæ. Scripsit præterea innumera Epigrammata. Edidit qvoqve declamationes & sermones aliqvot, homilias duas prosa oratione. Item expositionem in epistolam Divi Pauli ad Romanos : & in librum Perihermenias Aristotelis. Materna autem lingua qvamplurima pia carmina de laudibus glorioſæ Virginis Mariæ, & usqve in præsentem diem scribit.

## ANNOTATIO.

SCripsit etiam de Sancta Febronia Virg. & Martyr. versus, qvi habentur impressi Romæ 1589. unà cum operibus Prosperi Martinengi. Memorata opuscula m. ſt. uti etiam multa alia, se legisse testatur lib. 2. Lign. vit. pag. 430. Arnoldus Wion, dum Casini morabatur. Mentinit & Possevinus in suo Apparatu. Clarescebat Anno 1590.

## CAPUT XXVII.

THomas ab Ebulo, Casinensis Monachus. sub Angelo Sangrino Abbate factus est. Vir prudentia & ingenio insignis: In philosophia, & divinis scripturis doctissimus. Scripsit librum Synodalium: Librum examinis Confessorum, & promovendorum ad sacros ordines, & eorum, qui mittendi sunt ad parochiales Ecclesias. Edidit quoque materna lingua Conciones quinquaginta. Floruit temporibus nostris, & adhue vivit. & Vicarius generalis in tota Diœcesi Casinensi existit. *Obiit post annum 1574. Casini.*

## CAPUT XXVIII.

HIeronymus ex nobili Sersalium famila Civitatis Cosentiæ originem ducens in Casino sub Hieronymo de Placentia hujus sacri Cœnobii Abbate Monachus effectus est. Vir callido quidem, & subtili ingenio, in humanis & divinis literis mediocriter eruditus ; verum in rerum humanarum experientia, & in peragendis negotiis insignis, & admirabilis. Floruit temporibus nostris, & hujus Casinensis Cœnobii Abbas extitit. Sepultus verò est Parmæ in Monasterio Sancti Joannis Evangelistæ, ubi Capitulum generale nostræ Congregationis celebratur. In Anno Domini 1577.

## CAPUT XXIX.

APollinaris à Bauco ab adolescentia sub Lauro de Mantua Abbate in Casino Monachalem vestem induit, ubi per triginta fermè annos angelicam potius, quam humanam vitam duxit. Hic vir vitæ integerrimæ, humanis & divinis literis satis instructus, adeò in scripturis sacris deditus erat, ut exercitationis causa, atque ne otio torpesceret, ex veteri, & novo testamento, atque ex diversis Catholicis, orthodoxisque Patribus innumeras aureas sententias excerpserit & scripserit. Decanus præterea in hoc Casinensi Monasterio existens, novitiorum curam invitus, ac renitens susceptt. Tali igitur fungens officio, me licet indignum, Casinensium Monachorum cœtui adscripsit, sub Domino Matthia de Lignano hujus Cœnobii Abbate, cum viginti essem annorum, in Anno Domini 1570. De hoc magistro meo illud silentio non prætereundem esse judicavi, quod ad vitæ integritatem & puritatem pertinet. Nam talis ejus vita fuit, ut mortis suæ tempore, in vigilia scilicet Nativitatis S. Joannis Baptistæ, cum in Missa, Gloria in excelsis Deo cantaretur in Ecclesia, ejus anima ab ergastulo corporis egrediens in Cœlum ab Angelis deferri cerneretur. Sepultus verò est in Cœmeterio S. Annæ. Anno Domini 1581.

## CAPUT XXX.

ANdreas à Suessa, Juvenis præclaræ indolis, & vivacis ingenii, de civitate Neapolitana, ubi à parentibus studiis literarum erudiendus traditus fuerat,

egrediens, Casinum advenit, atque ab Isidoro de Placentia hujus sacri Cœnobii Abbate Monachus factus est. Hic exiguus quidem corpore, sed ingenio magnus, ab ipso ferè suæ Conversationis initio, ob sui ingenii vivacitatem, & rerum mundanarum experientiam, cum singulari quadam prudentia, ac solertia conjunctam, multis annis hujus nostri monasterii negotiis, operam dedit. Inter multa præclara ingenii sui monumenta, existens in regimine terræ nostræ Citrarii scripsit Regesta duo omnium Jurium, & bonorum, quæ in præsentiarum in eadem Terra à nostro monasterio possidentur. Humanis insuper, & divinis literis apprimè eruditus, magnam suam apud omnes adhuc vivens expectationem concitavit. Vivit etiam & temporibus nostris hujus Casinensis monasterii Præpositus existit. *Florvit anno Domini 1578.*

## CAPUT XXXI.

GRegorius Cortesius Mutinensis, Abbas primum Sancti Petri de Perusio, deinde Sancti Benedicti de Mantua, & S. R. E. Cardinalis à Papa Paulo Tertio creatus, Anno Dom. 1542. Vir utriusque Juris Doctor & in divinis scripturis valdè instructus. Scripsit quamplurima carmina in laudem D. Petri, quæ impressa reperiuntur. Obiit Romæ, & sepultus est in Ecclesia Sanctorum Apostolorum anno Domini 1584.

*Explicit Supplementum Domini Placidi Romani & Diaconi, de Viris illustribus Cœnobii Casinensis.*

## ANNOTATIO.

NObilissima Familia Cortesiorum ortum suum habuit à qvodam Imperiali Vicario qvi nomine Ludovicus Cortes, inter Gallos nobilissimus; cum esset à cõsiliis Pipini Regis Italiæ, Caroli filii, Civitatem Mutinam inhabitaverat. Ex ea Gregorius noster natus est; vir qvidem græcis, latinisqve literis instructissimus. Severum Varinum Placentinum Monachum Cistercien-sem, raræ & exqvisitæ eruditionis virum, præceptorem habuit. Ab ineunte ætate Civili, Canonicoqve Juri operam dedit, & apud Joannem Mediceum Cardinalem, postea Leonem Papam Decimum audiendarum Causarum munus exercuit. Demum cum Romanæ aulæ pertæsus ad sua pristina studia rediisset, ex divino etiam instinctu, Casinensibus Monachis nomen dedit. Ejus postea virtutis, probitatis, ac scientiæ fama inductus Paulus Papa Tertius, in Collegium Cardinalium adscivit, incredibili totius Senatus consensu, anno Domini 1542. die 11. Junii tit. S. Cyriaci in Thermis, & Urbinatensium Præsul est etiam dictus: privilegio insuper concesso, ut purpureo cultu sibi uti liceret, tametsi Monachus Benedictinus esset, quod etiam concesserat Card. Philippo à Camera Gallo pariter Benedictino. Plurima hujus viri clarissimi monumenta relicta sunt, videlicet:

*Quod sanctus Petrus Romæ fuerit, ad Hadrianum Sextum lib. 1.*
*Epistolarum Familiarum lib. 1.*

Hi duo impressi sunt Venetiis apud Franciscium Senensem anno Domini 1573. in 4.

*De Theologica Institutione lib.*
*Hymnorum diverso metro lib. 1.*
*Carmen sapphicum de vita S. Honorati Archiepiscopi Arelatensis.*
*Hymnus in Deiparam Virginem.*
*In Divum Honoratum Carmen.*
*In Lerinam Insulam Carmen.*
*De potestate Ecclesiastica tract.*
*De peccato originali.*
*De direptione urbis Genuensis.*
*De Theologia & Philosophia, multa.*
*Lerinensis Insula, & Cœnobii laudes.*
*Poëmata quadam ad imitationem Catulli.*

Prodierunt ex Aldi officina tum Sanazari de partu Virginis lib.

*S. Basilii de Virginitate liber è græco in latinum idioma, ejus opera perlegitur.*

De Viris Illustribus Ordinis Monastici lib. 1. qvi furto sublatus ideò non habetur, refert Arnoldus Wion lib. 2. Lign. vit. pag. 216. Et alia multa scripsisse fertur, qvæ temporum injuriâ, hominumqve negligentiâ perierunt.

Libri qvatuor in sententias Petri Lombardi perperàm à Nomenclatore Card. à Torrigio lib. de Script. S. R. Card. & ab aliis attribuuntur nostro Gregorio, cum suum agnoscant auctorem Paulum Cortesium Protonotarium Apostolicum.

Extant diversæ epist. Dionysii Faucherii Monachi Lerin. in laudem nostri Gregorii

in

in Chron. Lerin. Qvanti autem integritatem ejus, doctrinam, ac prudentiam incomparabilem supradictus Paulus Pontifex fecerit, ex miris laudibus, qvibus eum cohonestavit, qvando in cœtum Cardinalium adlegit, agnosces: audi ipsum cum eo loqventem. *Hodie in hisce sacris jejuniis, atque in Consistorio nostro secreto, inducti singulari tuâ probitate, religione, integritate, ac doctrinâ, te S. R. E. Cardinalem, cum DEI nomine, de Venerabilium Fratrum nostrorum ejusdem S. R. E. Cardinalium consilio, creavimus, &c.* Meminere Cortesii Sadoletus, & Bembus; qvorum alter doctissimum, alter excellentis doctrinæ virum appellat, ingeniiqve propè divini. Vide etiam qvæ notavit eruditissimus d'Auberi in histor. generali Cardinalium Gallico idiomate conscripta part. 4. edita Parisiis 1647. Obiit Romæ Anno Domini 1548. 11. Kalendas Octobris, sepultusqve est apud Ecclesiam Sanctorum Apostolorum ante altare Sanctæ Eugeniæ.

# INDEX
## SCRIPTORUM ALPHABETICUS,
## QUORUM MEMINIT PETRUS DIACONUS,
## VEL SUPPLEMENTI AUCTOR, PLACIDUS ROMANUS.

*Numeri paginas denotant.*

### A.


ATTO Constantini Africani auditor. 181.
Albericus Diaconus Cardinalis. 179.
Alphanus Archiepiscopus Salernitanus. 177.
Amatus Episcopus incertæ Sedis. 178.
Andreas à Suessa. 199.
Angelus Sangrinus. 195.
Antonius Frachensis. 197.
Apollinaris à Bauco. 199.
Arialdus. 180.
Augustinus Patavinus. 194.
Authpertus Abbas. 172.


### B.


BAssatius Abbas. 170.
S. Benedictus Abbas. 165.
Benedicto, qvi & Guaiferius Salernitanus. 182.
Benedictus de sancto Severino. 194.
Benedictus Canophilus Sangrinus 196.
Benedictus à sancto Germano. 197.
Benedictus Capuanus. 197.
Bernardus. 187.
Bernardus Ayglerius Cardinalis. 192.
Bernardus de Janua. 197.
Sanctus Bertarius Abbas & Martyr. 170.
Sanctus Bruno Episcopus Signiensis. 185.


### C.


CHrysostomus de sancto Gemiliano Calaber Archiepiscopus Ragusinus. 196.
Constantinus Africanus. 180.
Cyprianus Presbyter. 167.


### E.


ERchempertus Diaconus. 173.


### F.


S. FAustus Discipulus sancti Benedicti. 166.
Flavius de Ferraria, sive Hercules Tombensius Episcopus Ravellensis. 196.


### G.


GElasius Papa secundus. 189.
Georgius Episcopus Tarracinensis. 184.
Gregorius Episcopus Sinuessanus. 185.
Gregorius de Viterbio. 196.
Gregorius Cardinalis Cortesius. 200.
Guaiferius Salernitanus, qvi & Benedictus. 182.
Guido. 188.


### H.


HIeronymus Caracciolus. 197.
Hieronymus Serfalius Cosentinus. 199.
Hildericus Abbas discipulus Pauli Diaconi. 170
Honoratus Iserniensis ex Familia Fascitella Episcopus de Insula. 195.


### I.


IGnatius Sqvarcialupus Florentinus. 193.
S. Joannes Capuanus Abbas. 173.
Joannes Medicus Constantini Africani discipulus. 186.
Joannes Diaconus. 187.
Joannes Tiburtinus. 190.
Joannes Evangelista Mormilius Neapolitanus. 198.
Innocentius de Novaria. 194.
Justinus Hispanus. 194.


L.

Digitized by Google

## L.

LAndenulphus Capuanus. 182.
Landenulphus. 188.
Laurentius Episcopus incertæ Sedis. 168.
Leo Episcopus Ostiensis. 183.
Leo Gardinalis Diaconus. 184.
Lucas Fratensis. 197.
Lucas Antonius de Firmo. 197.

## M.

MArcus discipulus sancti Benedicti. 167.
Matthias de Bergamo. 197.

## N.

NOboas sive Roboas Diaconus. 188.

## O.

S. ODerisius primus hujus nominis Abbas Casinensis, & Cardinalis. 182.

## P.

PAndulphus Episcopus Ostiensis. 181.
Pandulphus Capuanus. 182.
Paulus Diaconus Aqvilejensis. 167.
Paulus è Liguria, qvi etiam & Gramaticus. 187.
Paulus de Alta-Villa. 197.
Paulus Diaconus Theanensis. 188.
Petrus R. E. Subdiaconus. 188.
Petrus Diaconus Casinensis Bibliothecarius, auctor hujus libelli. 190.
Pius Lottherius Neapolitanus, Episcopus Fundanus. 198.

## R.

RAynaldus Subdiaconus. 198.
Richardus Cardinalis de Molaria. 191.
Roboas, sive Noboas Diaconus. 188.

## S.

SEbastianus. 168.
Severus Aversanus. 198.
S. Simplicius Abbas. 168.
Stephanus Papa X. 174.

## T.

THeodoricus. 174.
Theophanius Diaconus. 170.
Theophilus Senensis. 198.
Thomas ab Ebulo. 199.

## V.

VIctor Papa Tertius. 176.


VENERA-

Digitized by Google

# VENERABILIS ATQUE EGREGII IN CHRISTO PATRIS, DOMINI JOHANNIS A TRITTENHEM, ABBATIS SPANHEMENSIS, ad reverendiſſimum in Chriſto patrem, dominum JOHANNEM DE DALBERG, Epiſcopum Wormacienſem, Epiſtola.

*REverendiſſimo in Chriſto patri & domino, domino Johanni de Dalberg, divina providentia Wormacienſi Epiſcopo: Frater Johannes, vocatus abbas in Spanhem, ordinis ſancti Benedicti: modicum id quod eſt. Conſueverunt olim veteres (reverendiſſime pater) ſiquid operis novi cudiſſent, ut robur & firmitatem acciperet perpetuam, id viris dicare præſtantibus, quatenus emulorum lingua venenata lumine majeſtatis reverberata, dentem pravi morſus nusquam valuiſſet infigere. Nec eos fallebat opinio quæ ex humilitate proceſſit, cum doctis ſemper præſulibus amica ſit in ſubditos laudibus attollenda benignitas, quæ bonorum ſtudia remunerat, pravorum coercet. Hoc noſtri quoque vetuſtatis exemplum pro poſſe imitantes, opera quæ ſcriptitant dicata Eccleſiarum prælatis ac viris doctioribus ſolent ſubmittere, ut eorum auctoritate comprobata, ſecure valeant in publicum prodire. In lucem enim ſine timore prodeunt, quæ teſtimonio Pontificis fulciuntur. Nemo quippe ni ſtolidus facile accuſat, quod judicio majorum comprobari non ignorat. Tuto quieſcit innocentia ovium, quam paſtoris boni miſeratio contuetur. Cum igitur exempla veterum nobis ſint incitamenta virtutum, dignum eſt ut eorum imitemur mores ſacros, quorum animus laudes, quatenus dum nos ex illis atque ex nobis alii proficiunt, ordo Eccleſiaſtica hierarchia inviolabilis perſeveret. Et licet minor ſim quam ut meis opuſculis quempiam delectari confidam, id tamen quod habeo in domini gazophylacium humiliter offerre inſtitui, in quo Creſi divitiis ara duo vidua jure præferuntur. Cum itaque nuper ad inſtantiam amicorum librum de ſcriptoribus Eccleſiaſticis multo labore comportaſſem, quemadmodum res ipſa teſtatur: ne veſtigiis veterum aberrarem, hunc ipſum laborem meum alicui viro doctiſſimo & Eccleſiaſtica dignitate prælato ſubmittere decrevi, cujus auctoritate & benevolentia dentes invidorum ſine morſu tranſiret. Cumque hinc multa cogitatio mihi ſuccreviſſet, cui eandem lucubratiunculam confiderem gratiorem, ſe multi obtulere vacillanti, de quorum doctrina & benivolentia ſpes non modica promiſſa vigebat, inter quos tu mihi pater reverendiſſime, potior, eminentior, doctiorque occurriſti, qui omnes doctrina vincis, & eruditione ſuperas univerſos. In te nobilitas generis alti relucet, Epiſcopalis auctoritas eminet, honeſtas morum conſpicitur, bonarum artium omnimoda ſcientia collaudatur. Num talem poterimus virum præter te usquam invenire, in quo hæc omnia ſimul concurrant? Inter Alemannos neminem tibi pater reverendiſſime novi æqualem, in quo genus, dignitas & eruditio tanta refulgeant. Non loquor ad aurem, teſtis aſſit omnipotens, nec blandus capto laudator, quoniam Germania omnis te virum undecunque peritiſſimum non ignorat. Te colunt docti, te nobiles ac principes obſervant, tu nobis quod Plato narratur fuiſſe Antimacho, tuo comprobatus eloquio, doctus merito judicatur. Publica fama quæ non mentitur agnovimus, quam profunda ſcientia in ſacris literis tibi abundet, quam perſpicax interpretatio juris, quanta denique ſuavitas, dulcedo, leporque dicendi, ac perorandi, ut doctiſſimis viris, quorum in catalogo mentionem fecimus, te conferendum non dubitemus. Teſtantur hoc lucidiſſimæ orationes quas habuiſſe diceris, teſtantur Epiſtolæ, teſtantur Epigrammata plura. Siquidem clariſſima nominis tui fama, non ſolum noſtris Germanis, ſed & Italis & Gallis cum laude innotuit. Hinc ſubiit animum, ut tanto tibi Pontifici ſubjectum opus de ſcriptoribus Eccleſiaſticis inſcriberem, dicaremque tuo nomini, quatenus ſub umbra pontificalis culminis quieſcerem ſecurus. Sed dum intueor coruſci luminis in te ſplendorem, reverberor, retrahor, totusque formidine tantæ majeſtatis tuæ concutior, ne forte tibi patri ſublimi atque doctiſſimo ſcientia, merito & dignitate prorſus inferior, inde diſpliceam, unde placere præſumebam. Scio enim occupationes tuas plurimas, & ſacrata ſtudia non ignoro, quibus moleſtus eſſe meis naniis non debueram. Sed animat me doctrina tua, quam benignitas & humanitas tua cunctis reddit amabilem, quippe quæ litteras nullas abhorret, neminemque indignum ſuo cenſet alloquio. Ad tuam celſitudinem igitur, quamquam infimus ſim, accedo, tibi præſens opuſculum humiliter ſubmitto, te judicem illius ac defenſorem conſtituo. Suſcipe quæſo pater reverendiſſime atque doctiſſime hanc noſtram qualemcunque lucubrationem, examina, judica & defende, eamque ſi dignam judicaveris, benigno favore proſequere. Et qui veterum ſcripta continua lectione revolvis, eorum quoque, ſi quando vacat, catalogum digneris inſpicere. Ego autem adhuc nulli præſens communicavi opuſculum, donec agnoſcam id tuæ authoritatis teſtimonio comprobatum. Exſpectant illud amici, impreſſores præſtolantur, ſed paternitatis tuæ ſententiam omnibus cenſeo præferendam. Indulgeat mihi oro clementiſſima paternitas tua, quod auribus occupatis in arduis, ineptias meas præſumpſerim referare, quia tanta mihi de tua humanitate, manſuetudine & benignitate fiducia eſt, ut de benevola ſuſceptione noſtri catalogi, minime liceat dubitare. Et pro maximis computabo deliciis, ſi te meis lucubratiunculis agnovero delectari. Vale reverendiſſime Pater & me famulum tibi deditiſſimum cum deſtinato volumine habeto commendatum. Ex Spanhem, ſexto Calend. Maji Anno Domini* M. CCCC. XCII.

# REVERENDI PATRIS DOMINI JOHANNIS DE TRITTENHEM, ABBATIS SPANHEMENSIS, AD VENERANDUM DOCTISSIMUMQUE VIRUM, PATREM ALBERTUM MORDERER, Epiſtola reſponſiva, rationem reddens, cur inter Eccleſiaſticos ſcriptores multos ſecularium litterarum profeſſores poſuerit.

*FRater Johannes de Trittenhem, abbas in Spanhem, ordinis ſancti Benedicti: fratri Alberto Morderer, ordinis minorum de obſervantia, amico ſalutem dicit. Mirari te dicis (Alberte amantiſſime) quod profeſſores ſecularium literarum, qui nihil Eccleſiaſticum ſcripſerunt, inter viros illuſtres Eccleſiaſticosque ſcriptores poſuerim, cum harum rerum ſcriptores Hieronymus, Gennadius, Iſidorus, Honorius, Sigebertus, & reliqui doctorum cenſores id minime feciſſe inveniantur, indignum judicans ut ſecularibus diſciplinis intenti, qui nihil ad Eccleſiæ univerſalis adificationem laborarunt, inter Eccleſiaſticos ſcriptores locum ſortiantur. Non miror quod miraris, mirantur & cæteri. Tibi ergo reſpondendo ſatisfecerim omnibus, qui eadem opinione tenentur. Et primo quidem cur alii non fecerint, quod me feciſſe miraris, nihil ad me pertinet, ego vero quare fecerim, quod illi non fecerunt, breviter narrabo. Equidem bonarum artium profeſſores, in fide catholica manentes, philoſophos, oratores, atque poëtas, qui utile honeſtumque in ſua facultate quippiam ſcripſerint, ego indignos catalogo illuſtrium virorum nequaquam cenſeo, quos juvare Eccleſiam ſuis lucubrationibus non ignoro. Neque enim ſatis eruditum in divinis ſcripturis quemquam dici poſſe arbitror, ubi ſecularis literaturæ diſciplinam ignorarit. Quomodo autem eam diſcet Theologus, ſi non ſit qui tradiderit? Quis neſciat quantum Chriſtianus & fidelis philoſophus profit Eccleſiæ, qui gentilium errores deſtruit, argumenta, & fallaces ſyllogiſmos aperit, dogmata infidelium confundit? Lege veterum hiſtorias, & invenies geſta fidem aſtruere verbis. Quotiens orthodoxi philoſophi calliditatem hæreticorum diſputando deſtruxerint, gentiles ſuperarint, ſchismaticos vicerint? Quid multis utar? Omnis Theologorum ſchola, à philoſophia jam ſtudendi ſumit exordium, adeo, ut theologus eſſe non poſſit, qui prius philoſophus apud eos non extiterit. De oratoribus quid dicam, ſine quorum magiſterio infructuoſum antiqui omnem cenſebant theologum, quippe qui bona, quæ didiciſſet, alios perſuadere non potuerit. Rhetor enim figuras ſcripturarum referat, tropos dilucidat, diſſoluit nodos, colores oſtendit, dubia enucleet, umbras verborum efficit claras. Qui dum oratoris aſſumit officium, facile hæreticorum allegationes deſtruet, atque convincet errores. Quis denique boni oratoris laudes digne proſequi valeat, ſi quantum in perſuadendo poſſit, diligenter penſat? O utinam omnes theologi noſtri temporis oratoriam ſolerent, quantum in Eccleſia Dei ſuis exhortationibus fructum producere poſſent? Theologus orator, animos auditorum ſuorum in poteſtate ſua habere dicitur, ad cujus perſuaſiones ad ea quæ ſancta & juſta ſunt, facile moventur. Sed neque poëtas Chriſtianos abjicimus, quos theoriæ noſtræ magis appropinquare non dubitamus, qui ſub umbra rei geſtæ vel fictæ, quid agendum fugiendumve ſit nobis compendio demonſtrant. Neque ignoramus quantam injuriam hodie ſuſcipiant poëtæ à theologis quibusdam indigeſtis & crudis, qui omnes poëtas una ſententia damnant, mendaces eos aſſerentes atque turpiloquos, quaſi non poſſint eſſe veraces & boni qui carmina veterum imitantur poëtarum. Abſit poëtam bonum eſſe non poſſe, atque veracem, qui ſanctos patres Auguſtinum, Hieronymum, Sedulium, Prudentium, Bedam aliosque innumerabiles in hac arte habuit præceſſores. Sed non eſt mei officii, neque hujus temporis horum ignaviam redarguere. Ut ergo claudam epiſtolam, ego philoſophos, oratores, poëtas, cæterarumque bonarum artium cultores fideles & Chriſtianos, qui aliquid utile ſcripſerunt Eccleſiaſticis ſcriptoribus, connumerandos exiſtimavi triplici ratione. Prima, quod eorum opuſcula ad ſcientiam ſanctarum ſcripturarum, non modicum conducere poſſe arbitratus ſum. Secunda, quod veriſimile mihi viſum ſit eos aliqua Eccleſiaſtice ſcripſiſſe quæ me lateant. Ultima quod occaſionem ſibi per nos datam intelligant, ut Eccleſiaſtice deinceps ſcribentes, locum ſuſceptum condignis laboribus exornent. Tantos ergo viros Eccleſiæ catholicæ tam utiles, tunc rejiciendos exiſtimas? Abſit à nobis ut tam temeratam illis injuriam irrogemus, qua nos credant æmulationis ſtudio provocatos non ratione pietatis, dicantque nobis illud quod vulgo jactatur proverbium: Scientia non habet inimicum, niſi ignorantem. His itaque breviter tibi reſpondere volui, ut ſcires non ſine cauſa factum, quod factum ante mirabaris. Vale, noſtri memor ad Deum in orationibus tuis. Ex Spanhem, quarto nonas Aprilis. Anno Domini* M.CCCC.XCII.

Prolo-

# Prologus Auctoris.

MULTORUM instantia fæperogatus sum, ut librum quem de scriptoribus Ecclesiasticis olim inchoaveram, jam pro notitia librorum habenda, quandoque nacta opportunitate perficiam. Diu fateor distuli, ne si tam ardua inconsulte aggredi præsumerem, æmulorum odia ex levitate mea provocarem. Nunc autem quoniam ad petitionem amicorum doctorum accessit consilium, qui ad hanc subeundam provinciam me rationibus suis animarunt, non potui diutius eorum petitionibus resistere, maxime cum hoc nostrum opusculum tantorum virorum patrocinio fulciatur. Cur enim odia detractorum metuerem, cum doctorum refugium mihi patere videam? Erunt, non dubito, qui laborem hunc nostrum dignum laudibus existiment, erunt etiam qui eum studio æmulationis vituperent. Quid enim? Ergo ne bonorum operum exercitia intermittemus, ne odia æmulorum provocemus? Absit. Malos quisquis non imitatur offendit: qui autem inuidos offendere metuit, bonis injuriam facit. Et quidem malis displicuisse laudabile est, qui nihil amare assolent, nisi eorum moribus comparetur. Jam nunc igitur amici importuni exactores suscipite librum de scriptoribus Ecclesiasticis compositum, quem sedulis precibus tanto cupiuistis desiderio terminari. Feci quantum potui, & huic operi promtas vires impendi, licet in multis affectu sit minor ipsâ facultas. Ego enim cœcutientium more, ductu præcedentium patrum hanc sylvam ingressus sum, & de illorum opusculis singula congrua meo proposito colligens, in hunc fasciculum comportavi. Multos etiam scriptores diutina investigatione repertos magnis sudoribus & expensis, catalogo nostro inserui. Non mireris optime lector, si in librorum annotationibus ac titulis non semper mea tuæ concordet opinio. Quis in tam multimoda varietate librorum, singulorum opiniones enumeret, ne dicam concordet? Dabis ergo veniam si aliquando volumen aliter vel aliter inueneris prænotatum quam tua capit opinio. Non enim singulorum diversitates mihi licuit ubique exprimere. Nam (ut jam dixi) vestigia patrum sequutus sum, & ubi dissonabant illi, quod verius credidi complexus: Tu autem si aliud quod solidiori veritate constet inveneris, libenter tuæ cedam sententiæ. Placuit autem mihi novo scribendi modo procedere, ut lector ipse notitiam librorum ex principiis facilius possit invenire. Incipiens itaque ab apostolorum discipulis, usque ad ultimum annum Imperatoris Friderici tertii, Domini videlicet millesimum qnadringentesimum ac nonagesimum tertium, illustrium virorum deduxi catalogum, in quo non omnium, sed eorum duntaxat quos reperi nomina, dignitates, scripta, temporaque signavi, apponensque ex adverso titulorum voluminum principia, inviſa autem spacio pertransivi. Quorundam tempora quibus claruerunt ad nutum reperire non potui, quos tamen ut visum mihi fuerat convenienti loco collocavi. Et hunc in utroque defectum scientis suppleat cognitio, ut videlicet tempora singulorum computet, & transpositos ad loca sua reponat. Fateor me etiam plures præteriſſe consilio, quorum nec scripta inveniuntur facile, nec tempora. Novi quoque adhuc multos viros doctissimos viventes, qui varia dicuntur edere opuscula, de quibus cum non sit mihi certa cognitio, malo transire silentio, quam incerta cogitare. Et (ut Hieronymi verbis utar) si, qui de viventibus adhuc scriptitant, à me in hoc catalogo prætermissi sunt, non mihi, sed sibi imputent, qui scripta sua celare maluerunt quam in lucem venire. Sed credo quod scriptis suis & ingenio contenti, mei silentii dispendia non curabunt. Nam & eorum quos reperi, non laudes volui depingere, sed libros. Hoc enim studium poscceret voluminis prolixioris. Vade nunc igitur in orbem opus nostro labore completum, vade & amatoribus librorum thesaurum expende quem continet. Quid times? Quid trepidas? Quid moraris? Noli timere prodire in publicum, odia æmulorum ne metuas, tot sanctorum patrocinio suffultum. Eja liber exilis quidem ingenii, sed magnarum rerum ostensor. Quid est quod velut ignavus inutilisque formidas? Egredere confidenter, te laudabunt mille, dum vix unus vituperat. Amor Dei quo scriptus es te cum auctore semper & ubique clemens precor excusat. Τέλος.



ed by Google

# COMMENDATISSIMI VIRI,
## REVERENDIQVE IN CHRISTO PATRIS, DOMINI JOHANNIS DE TRITTENHEM, ABBATIS SPANHEMENSIS.

# Liber de Eccleſiaſticis Scriptoribus.

I.

CLEMENS ſanctæ Romanæ Eccleſiæ quartus à beato Petro (ut quibusdam placet) ordinatus Epiſcopus, natione Romanus, vir ſanctus & Deo dilectus, morum quoque decore ornatus, cujus vita & paſſio in ſcripturis Eccleſiaſticis habentur, ſedit in pontificatu novem annis & decem diebus. In exilium pro fide Chriſti relegatus animo conſtanti obiit anno Trajani Cæſaris tertio, Domini autem centeſimo tertio. Hic beatiſſimus martyr nonnullas fide & eruditione plenas fertur in perſona Romanæ Eccleſiæ ſcripſiſſe Epiſtolas, De quibus extant præcipua.

| | |
|---|---|
| Ad Eccleſiam Corinthiorum | Epiſtola una. |
| Ad Jacobum quoque Apoſtolum | Epiſtolæ duæ, *Clemens Jacobo Domino.* |
| Præterea itinerarii vitæ ſuæ | libri decem. *Cum in urbe Roma.* |
| Item diſputationis Petri | liber unus. |

Hæc autem duo ultima volumina inter apocrypha computantur, ut patet xv. diſt. *Sancta Romana.* Feruntur ejus & aliæ epiſtolæ, ſed apocryphæ.

II. DIONYSIUS Ariopagita Athenienſis, philoſophus inſignis, per beatum Paulum Apoſtolum converſus ad fidem, primus (ut quibusdam placet) Athenienſis Epiſcopus ordinatus eſt, vir eximiæ ſanctitatis & incomparabilis doctrinæ. Hunc poſt deceſſum Apoſtolorum, beatus Clemens Romanæ urbis Epiſcopus cum Ruſtico presbytero & Eleutherio diacono ad prædicandum gentibus verbum Dei miſit in Franciam, alio in ejus locum ordinato Epiſcopo. Scripſit autem græco ſermone multa præclara opuſcula. De quibus apud Latinos tantum inveni ſubjecta.

| | | |
|---|---|---|
| De cœleſti hierarchia | lib. unum. | *Omne datum optimum &.* |
| De Eccleſiaſtica hierarchia | lib. I. | *Sacerdotii quidem noſtri.* |
| De divinis nominibus | lib. I. | *Nunc jam vir Dei poſt.* |
| De myſtica theologia | lib. I. | *Trinitas ſuperſubſtant.* |
| De ſymbolica theologia | lib. I. | *Sanctus quidem Time.* |
| Ad Cajum | Epiſtolas IV. | *Tenebræ occultantur.* |
| Ad Dorotheum miniſtrum | epiſt. I. | *Divina caligo eſt in.* |
| Ad Zoſipatrem ſacerdotem | epiſt. I. | *Non opineris hic vicle.* |
| Ad Polycarpum | epiſt. I. | *Ego quidem non ſcivi ad.* |
| Ad Demophilum | epiſt. I. | *Hebræorum hiſtoriæ.* |
| Ad ſanctum Johannem Evangeliſtam | epiſt. I. | *Saluto te ſanctam animam.* |
| Ad Apollophanium philoſophum | epiſt. I. | *Apollophanio concre.* |
| De obitu Pauli ad Timoth. | epiſt. I. | *Saluto te divum diſci.* |

Hæc ſunt quæ de ſcripturis beati Dionyſii apud Latinos invenio, ſi quid amplius edidit, apud Græcos remanſit. VERUM cum prædicta opuſcula magna obſcuritate tegerentur, ſequentium patrum explanatione facta ſunt lucida. E quibus prior illa tranſtulit & expoſuit Johannes Scotus noſtri ordinis *monachus: deinde Hugo ſancti Victoris, Rupertus Lincolnienſis, Albertus magnus, & Dionyſius Carthuſienſis, & alii multi quorum jam non eſt in promptú reminiſcentia. Paſſus autem eſt beatus Dionyſius in agro Pariſiaco una cum ſociis ſupradictis, ſub Domitiano Imperatore. Anno Dn. XCVI. Indictione IX. Ætatis vero ſuæ nonageſimo. Sepultus eſt Pariſiis in Eccleſia nomini ſuo conſecrata, clarens miraculis.

III. LUCIUS ANNÆUS SENECA Cordubenſis, Philoſophus, Fotini, *a*) Stoici diſcipulus, & patruus Lucani poëtæ, vir vitæ continentiſſimæ fuit. Quem teſtimonio beati Hieronymi celebratum in catalogo Eccleſiaſticorum ſcriptorum idcirco poſui, quoniam & Pauli Apoſtoli amiciſſimus extitit, & ad inſtitutionem moralis vitæ multa eleganter compoſuit. Hunc biennio ante quam Petrus & Paulus coronarentur, Nero Cæſar infauſtus necavit, cujus aliquando diſcipulus indigniſſimus fuit. De cujus opuſculis ſubjecta reperi.

| | | |
|---|---|---|
| De morum inſtitutione | librum unum. | *Omne peccatum actio eſt.* |
| De quatuor virtutibus | lib. I. | *Quatuor virtutum ſpe.* |
| De remediis fortunæ | lib. I. | *Licet cunctorum poëtarum.* |
| Declamationum *b*) | lib. X. | *Exigitis rem magis io.* |

*) Benedicti.

*a*) Senonis. *b*) Has declamationes quemadmodum & Suaſorias ac Controverſias conſtat eſſe non L. Senecæ Philoſophi, ſed M. Annæi Senecæ, Patris. Ad quem etiam pertinent, quæ de ſtupenda memoria ejus vi mox narrat Trithemius.

De be-

| | | |
|---|---|---|
| De clementia ad Neronem | lib. II. | *Scribere de clementia.* |
| De beneficiis ad Brutum *a)* | lib. VII. | *Inter multos ac varios.* |
| De ira ad Novatum | lib. III. | *Exegisti à me Nova.* |
| De providentia. | lib. I. | *Quæsisti à me Lucili.* |
| De beata vita ad Gallionem. | lib. I. | *Vivere Gallio frater.* |
| De consolatione ad Marciam. | lib. I. | *Nisi te Marcia scirem.* |
| De consolatione ad matrem | lib. I. | *Sæpe jam mater opti.* |
| De tranquillitate vitæ. | lib. I. | *Inquirenti mihi in me.* |
| Quod in sapientem non cadit injuria, | lib. I. | *Tantum inter Stoicos.* |
| De brevitate vitæ | lib. I. | *Major pars mortalium.* |
| De studiis liberalibus *b)* | lib. I. | *De liberalibus studiis.* |
| De quæstionibus naturalibus | lib. VII. | *Quantum inter philosophiam,* |
| Suasoriarum sententiarum | lib. I. | *Sin ut cujuscunque rei,* |
| Controversiarum | lib. V. | *Duo fratres inter se dis.* |
| De paupertate | lib. I. | *Honesta inquit Epicu.* |
| Ad Polybium consolationis | lib. I. | *Nostra compares firma.* |
| De ludis Senecæ *c)* | lib. I. | *Quid actum sit in cœlo.* |
| De verborum copia. | lib. I. | |
| De matrimonio *d)* | lib. I. | |
| Tragœdiarum | lib. X. | |
| De morte Claudii | lib. I. | |
| Epistolarum ad Paulum | lib. I. | *Credo tibi Paule nun.* |
| Epistolarum ad Lucilium | lib. XXII. | *Ita facergo mi Lucili.* |

Ita sunt quæ de scriptis Senecæ ad præsens potui invenire. Dicitur autem & alia nonnulla scripsisse opuscula, quæ ad manus nostras adhuc minime venerunt. Erat sane amator sapientiæ ardentissimus, & inquisitor illius studiosus, ac tam tenacis memoriæ, ut coram se lecta nominum duo millia memoriter mox recitaverit. Insuper cum quidam poeta ducentos versus edidisset, & in charta congestos coram Nerone ex ordine recitaret, mox Seneca memoria usus pro volumine, eosdem versus ab ultimo incipiens ordine retrogrado usque ad primum singulos repetivit. Omnium quoque civium suorum nomina memoria tenuisse legitur. Claruit Romæ temporibus apostoli Pauli sub Nerone Imperatore. Anno Domini L.

IV. MARCELLUS *e)* Marci urbis Romæ præfecti filius, Simonis Magi quondam discipulus, literis secularibus sufficienter instructus, prædicatione beati Petri Apostoli ad fidem Jesu Christi conversus, multa ad utilitatem Ecclesiæ Dei composuit. Scripsit enim, rogantibus Christianis:

De conflictu Petri & Simonis, librum unum.

| | |
|---|---|
| Ad sanctos Nereum & Achilleum, | lib. I. |
| De actibus Petri & Pauli | lib. I. |
| De artibus Simonis, | lib. I. |
| De obitu sanctæ Petronellæ, | lib. I. |
| De passione sanctæ Fœliculæ, | lib. I. |
| De passione sancti Nicomedis, | lib. I. |

Alia quoque de sanctorum gestis edidit, quæ ad notitiam nostram non venerunt.

Claruit Romæ temporibus sancti Petri Apostoli Anno Dn. L.

V. LINUS primus post beatum Petrum Romanæ urbis Episcopus, natione Tuscus, vir sanctissimæ conversationis, multis & in vita & post mortem miraculis coruscans, sedit in pontificatu annis undecim, mensibus tribus, & diebus duodecim. Qui cum vir esset doctissimus, & Deo dilectus, Scripsit Græco sermone sanctorum Apostolorum Petri & Pauli uno die passorum.

| | |
|---|---|
| Martyrium | lib. I. |

Et quasdam Epistolas.

Tandem à Saturnino Præfecto cujus filiam à dæmone liberaverat, capitali sententia punitus martyr efficitur undecimo Calend. Octobris. Claruit Romæ sub Galba Imperatore Anno Domini LXX.

VI. PHILO Judæus, natione Alexandrinus, de genere sacerdotum, à beato Hieronymo inter scriptores Ecclesiasticos idcirco ponitur, quoniam in suis opusculis plerunque in Christianorum laude versatur. Hic cum suæ gentis legatus Romam missus esset, amicitiam beati Petri Apostoli habuisse memoratur, & ob hanc causam etiam sancti Marci discipuli ejus sectatores apud Alexandriam laudibus ornavit suis. Erat autem vir undecunque doctissimus, & velut alter Plato habitus; ita ut vulgo diceretur: Aut Plato Philonem, aut Philo imitatur Platonem. Tanta enim



*a)* imo ad Æbutium Liberalem. *b)* est Epistola Senecæ LXXXVIII.

*c)* Hic liber quem de ludis vocat Trithemius, idem est cum illo quem de morte Claudii infra veluti diversum commemorat.

*d)* De matrimonio scripsisse Senecam testatur S. Hieronymus contra Jovinianum. Cæterum liber ille Trithemio neutiquam visus jampridem intercidit, quemadmodum & multa alia aliorum scripta ex Hieronymo & aliis deinceps commemorata, quæ Trithemii ætate jam nusquam extabant, ac necdum inventa aut in lucem producta sunt.

*e)* de fabuloso hoc Marcello ejusque scriptis vide ad Sigebertum cap. I.

Digitized by Google

fertur ſimilitudo ſenſuum & eloquii amborum. Scripſit autem libros & multos, & elegantiſſimos. De quibus ſubjecti feruntur.

| | | |
|---|---|---|
| De vita ſapientis liber unus. | | |
| De converſatione vitæ | lib. I. | |
| De confuſione linguarum | lib. I. | |
| De natura quadrupedum | lib. III. | |
| De his quæ ſenſu teſtamur | lib. I. | |
| De eruditione | lib. I. | |
| De hærede divinarum rerum. | lib. I. | |
| De diviſione inæqualium | lib. I. | |
| De tribus virtutibus | lib. I. | |
| De natura & inventione | lib. I. | |
| De pactis | lib. I. | |
| De generationis ſucceſſu | lib. I. | *Adam genuit tres filios.* lib. I. |
| De mutatione nominum | lib. I. | |
| De gigantibus | lib. I. | |
| In quinque libros Moyſi, | lib. V. | |
| De ſomniis | lib. I. | |
| De tabernaculo | lib. IV. | |
| De vita contemplativa | lib. I. | |
| De agricultura | lib. II. | |
| De Ebrietate, | lib. II. | |
| De victimis & repromiſſionibus | lib. I. | |
| De providentia. | lib. I. | |
| De Ideis *f*) | lib. I. | |
| De Alexandro | lib. I. | |
| De ratione animalium | lib. I. | |
| Quod omnis inſipiens ſeruus ſit, | lib. I. | |

Alia quoque multa ſcripſiſſe legitur, quæ ad notitiam meam non venerunt. Claruit ſub Nerone principe. Anno Domini L.

VII. JOSEPHUS Judæus natione Hieroſolymitanus, religione ſacerdos. Matthatiæ ſacerdotis filius, philoſophus, rhetor, temporumque ſcriptor inſignis, quem in catalogo noſtro non ponerem, niſi & ejus ſcripta legeret Eccleſia, & beatus Hieronymus id prior feciſſet. Poſt excidium Hieroſolymæ captus à Veſpaſiano & Tito principibus Romam ducitur, & propter ingenii excellentiam, à ſenatu & populo Romano magnifice honoratur. Qui etſi Judæus permanſerit, genus tamen Chriſtianorum ſæpe laudavit, & de domino noſtro Jeſu Chriſto in decimo octavo antiquitatum libro, inſigne teſtimonium deſcripſit. Hujus volumina tantæ auctoritatis apud Romanos adhuc illo vivente habita ſunt, ut bibliothecæ publicæ ſint tradita, *g*) ipſe vero poſt mortem ſtatua ærea à ſenatu & populo donatus ſit. De cujus opuſculis ego tantum vidi ſubjecta:

| | | |
|---|---|---|
| De bello Judaico. | lib. VII. | *Quoniam bellum quod.* |
| Antiquitatum mundi. | lib. XXIV. *h*) | *Hiſtoriam conſcribere.* |
| Contra Apionem | lib. II. | *Sufficienter ut arbitror.* |
| De potentia dicendi *i*) | lib. I. | |

Claruit Romæ ſub Veſpaſiano & Tito principibus. Et usque ad tempora Trajani Imperatoris duravit in humanis. Anno Domini C.

VIII. IGNATIUS Eccleſiæ Antiochenæ tertius poſt beatum Petrum Epiſcopus, vir eximiæ ſanctitatis, ac domini noſtri Jeſu Chriſti ſingularis & ferventiſſimus amator. Dicere conſuevit Dionyſio teſte: *k*) *Amor meus crucifixus eſt.* Qui beatiſſimus præſul cum eſſet divini verbi prædicator doctus & zeloſus, ſcripſit nonnullas elegantes & plenas fervoris epiſtolas, in quibus amatorem ſancti martyrii fuiſſe ſe demonſtravit. E quibus iſtæ feruntur potiores.

| | | |
|---|---|---|
| Ad Eccleſiam Epheſiorum | Epiſt. una. | |
| Ad Magneſianos. | Epiſt. I. | |
| Ad Trojenſes. | Epiſt. I. | |
| Ad Romanos. | Epiſt. I. | |
| Ad ſanctum Johannem | Epiſt. II. | *Johanni ſancto Seniori.* |
| Ad beatam virginem | Epiſt. I. | *Chriſtiferæ Mariæ ſuæ.* |
| Ad Philadelphios | Epiſt. I. | |
| Ad Polycarpum | Epiſt. I. | |

Paſſus eſt Romæ ſub Trajano Imperatore. Anno Domini CXI.

IX. PAPIAS auditor ſancti Johannis atque diſcipulus, Hierapolitanus in Aſia Epiſcopus, fidei Chriſtianæ conſtantiſſimus propagator, & defenſor, ſanctorumque Apoſtolorum diſcipulus, & ſtu-

*f*) lege *de Judeis.* περὶ Ἰουδαίων apud Suidam. Euſeb. ὑπὲρ Ἰουδαίων.
*g*) Joſephus p. 1026. de vita ſua. *h*) imo XX.
*i*) περὶ αὐτοκράτορος λογισμῶν.
*k*) Dionyſ. de divinis nom. cap. 4. Ignatius Epiſt. ad Rom.

& ſtudioſus imitator, ſcripſit non ſpernandæ auctoritatis opuſcula. E quibus extat opus inſigne, quinque voluminibus diſtinctum, *l*) quod prænotavit ſic:

Explanationem ſermonum domini, lib. 5.

Alia quæ ſcripſit non vidimus. Hic novitatem mille annorum primus invenit, poſt quos Chriſtum denuo in carne regnaturum cum electis ſuper terram ſomniavit, quem errorem alii poſtmodum dilatantes, Chiliaſtæ à mille annis appellati ſunt.

Claruit temporibus Trajani Cæſaris. Anno Domini C. & circa.

X. EGESIPPUS natione Judæus, ad fidem Chriſti converſus, doctrina & ſanctitate in Eccleſia Dei admirabilis effulſit, cujus feſtum cum cæteris ſanctis in martyrologio *m*) locum obtinuit. Scripſit nonnulla excellentis ingenii opuſcula, De quibus ego tantum reperi, à tempore dominicæ paſſionis usque ad ſuam ætatem, opus inſigne.

Hiſtoriam Eccleſiaſticorum actuum, lib. v. *Bello Parthico quod inter.* *n*)

Aliud operum ejus nullum vidi.

Claruit vicinus apoſtolicorum temporum ſub Antonino Pio. Anno Dn. CLX.

XI. JUSTINUS ex philoſopho converſus ad catholicam fidem, Chriſti amator & cultor inſignis, cum in urbe Roma, Creſcentem Cynicum Chriſtianos blasphemantem, guloſum & mortis timidium, ac luxuriæ & libidinum ſectatorem redargueret, ejus inſidiis, quod Chriſtianus eſſet, coram ſenatu accuſatus, pro Chriſto martyrio coronatus eſt. Scripſit pro fidei noſtræ defenſione multa præclara opuſcula, De quibus iſta feruntur:

| | |
|---|---|
| Contra gentes ad Antoninum | lib. I. |
| Ad Aurelium contra gentes | lib. I. |
| Item adverſum gentes | lib. I. |
| Caſtigationum contra gentes | lib. I. |
| De monarchia Dei | lib. I. |
| De anima. | lib. I. |
| Pſalten prænotatus | lib. I. |
| Contra Tryphonem Judæum | lib. I. |
| Contra Marcionem | lib. I. |
| Contra omnes hæreſes | lib. I. |

Alia inſuper multa compoſuit quæ ad notitiam noſtram non venerunt.

Claruit ſub Antonino Pio Anno Domini CL.

XII. QUADRATUS Athenienſis poſt Publium martyrem Epiſcopus, ſanctorum Apoſtolorum auditor quondam atque diſcipulus, vir conſtans & incomparabilis doctrinæ, pro utilitate Chriſtianæ fidei multum laborans multum profecit, & Eccleſiam, metu perſeqvutionis diſperſam, ad unitatem fidei congregavit. Cum eſſet doctor inſignis, ſcripſit inter alia pro Chriſtianis ad Adrianum principem plenum inſtructione Apologeticum, lib. I. Et alia nobis incognita. Tandem pro fidei catholicæ defenſione paſſus eſt VII. Cal. Junii. Claruit ſub Adriano principe. Anno Dn. CXX.

XIII. ARISTIDES philoſophus Athenienſis, vir in ſecularibus literis doctiſſimus, & in divinis ſcripturis admodum ſtudioſus, tanta eloquentia inſignis emicuit, ut miraculum ſui gentibus præberet, qui ſub habitu philoſophi Chriſtianam & fidem & converſationem bajulans, non ſine ſanctitatis opinione clarus effulſit. Scripſit Apologeticum pro Chriſtianis ad Adrianum principem lib. unum.

Et quædam alia. Claruit ſub Adriano imperatore. Anno Domini CXX.

XIV. MELITO Aſianus, Epiſcopus Sardenſis, vir in divinis ſcripturis eruditus & non minus ſanctitate quam doctrina venerabilis, inter catholicos prædicatores clarus effulſit. Scripſit ad utilitatem Eccleſiæ fidelium, multa egregia volumina. De quibus iſta feruntur:

| | |
|---|---|
| De paſcha | lib. II. |
| De vita prophetarum | lib. I. |
| De lapſis | lib. I. |
| De corpore & anima | lib. I. |
| De baptiſmate | lib. I. |
| De veritate | lib. I. |
| De generatione Chriſti | lib. I. |
| De prophetia | lib. I. |
| Eclogarum | lib. VI. |
| De Eccleſia | lib. I. |
| De dominica | lib. I. |



*l*) Cave ex his verbis cum Clariſſ. Dupinio tibi perſuadeas Trithemii tempore opus illud Papiæ adhuc extitiſſe. Nam ſolennæ noſtro eſt tradere quod feruntur, vel extant, vel habentur ſcripta quæ apud Hieronymum & alios veteres memorata reperit, ipſe non vidit, qui alioqui prima verba illorum adſcribere non neglexiſſet. Sic infra in Philippo Cretenſi & Modeſto, Rhodone, Miltiade, Apollonio aliisque quamplurimis.

*m*) vide Martyrolog. 7. April.

*n*) Confundit Trithemius libros quinque ex Joſepho verſos qui ſub Hegeſippi nomine Latine extant de excidio Hieroſol. cum libris quinque Ἀποστολικῆ κηρύγματος quos ab Hegeſippo ſcriptos diuque deperditos memorant Euſebius IV. 8. Hiſt. & Hieron. c. 22. de S. E.

Digitized by Google

| | |
|---|---|
| De ſenſibus | lib. I. |
| De fide | lib. I. |
| Philoxenia | lib. I. |
| Qui clavis inſcribitur | lib. I. |
| De diabolo | lib. I. |
| De Apocalypſi Johannis | lib. I. |

De tranſitu ſanctæ Mariæ liber unus. *Melito ſervus Chriſti.*

Alia etiam opuſcula edidit, quæ ad noſtram memoriam vetuſtas venire non permiſit. Hujus elegans & declamatorium ingenium, Tertullianus in quodam loco * commemorans, ut prophetam a noſtris habitum fuiſſe aſſerit. Notandum ſane, quod liber de ſanctæ Mariæ tranſitu illi aſcriptus inter apocrypha reputatur XV. diſt. *Sancta Romana.*

Claruit autem ſub Marco Antonino Vero principe, Anno Dn. CLX.

XV. THEOPHILUS Eccleſiæ Antiochenę ſextus Epiſcopus, vir in divinis ſcripturis valde ſtudioſus & eruditus, ingenio & eloquio clarus, & declamator egregius. Scripſit ad utilitatem fidelium multa volumina, & ſermonum domini explanator egregius effulſit. De cujus opuſculis ſubjecta feruntur.

| | |
|---|---|
| Contra Marcionem | lib. I. |
| Contra Hermogenem | lib. I. |
| Ad Autolycum | lib. III. |
| Commentariorum in Evangelia | lib. IV. |
| In proverbia Salomonis | lib. I. |

Alios etiam Tractatus breves & plures ad ædificationem eccleſiæ catholicæ pertinentes compoſuit, qui apud Latinos raro ſimul inveniuntur. Ordinatus autem fuit in epiſcopum, Anno domini. CLXXIII. Indictione. XI.

XVI. APOLLINARIS Hierapolitanus in Aſia epiſcopus, vir doctus & fidei Chriſtianæ defenſor inſignis, ingenio clarus, & diſertus eloquio. Scripſit non contemnendæ lectionis opuſcula, quibus ſe virum non tam eruditum quam zeloſum oſtendit. E quibus iſta feruntur.

| | |
|---|---|
| Apologeticus pro Chriſtianis | lib. I. |
| Adverſus gentes | lib. V. |
| De veritate | lib. III. |
| Adverſus Cataphrygas | lib. II. |

Sed & alia nonnulla edidit, quorum nobis vetuſtas notitiam abduxit. Claruit ſub Marco Antonino Vero. Anno domini. CLXV.

XVII. DIONYSIUS eccleſiæ Corinthiorum epiſcopus, vir eloquentiſſimus, & in divinis ſcripturis valde eruditus, ovilis Chriſti vigilantiſſimus paſtor, tantæ ſolicitudinis & induſtriæ fuit, ut non ſolum ſuæ civitatis populum ſalutaribus documentis inſtrueret, ſed etiam exterarum plebes urbium, per epiſtolas ad conſtantiam fidei provocaret. Quæ quidem epiſtolæ tam utiles & prolixæ feruntur, ut non ab re libri queant appellari. De quibus ſubjectæ recenſentur.

| | |
|---|---|
| Ad Lacedæmonios | epiſt. I. |
| Ad Athenienſes | epiſt. I. |
| Ad Nicomedienſes | epiſt. I. |
| Ad Cretenſes | epiſt. I. |
| Ad Ignoſianos *o*) | epiſt. I. |
| Ad Papam & Romanos | epiſt. I. |
| Ad Amaſtrinenſes | epiſt. I. |
| Ad Chryſophoram fœmin. | epiſt. I. |

Claruit ſub Marco Antonino Vero, & Lucio Aurelio principibus. Anno domini CLXX. Non ſine opinione ſanctitatis, & varia conſcripſit.

XVIII. TATIANUS hæreſiarches, Juſtini martyris auditor atque ſectator, quamdiu ab ejus latere non diſceſſit. Poſtea vero coronato ſancto Juſtino, inflatus eloquentiæ tumore, novam hæreſim condidit quæ Encratitarum dicitur, quam poſtea Severus auxit, a quo ejusdem partis hæretici Severiani appellati ſunt. Carnes abominantur, vinum non bibunt, vetus teſtamentum non ſuſcipiunt, nec reſurrectionem credunt. Scripſit autem Tatianus pene infinita volumina, quæ tamen ad notitiam meam non venerunt. Nam propter docentis errorem, etiam volumina deſpecta perierunt. Extat ejus, teſte Hieronymo inſigne volumen, quod prænotavit

| | |
|---|---|
| Contra gentes | lib. I. |

Claruit ſub Marco Antonino Vero. Anno Domini. CLXX.

XIX. PHILIPPUS epiſcopus Cretenſis, hoc eſt urbis Coritinæ, *p*) cujus Dionyſius Corinthiorum epiſcopus ſupra poſitus, meminit in epiſtola ſua quam ſcripſerat ad ejusdem civitatis eccleſiam, vir nobilis & doctus, edidit ad utilitatem credentium ſatis ut ferunt inſtructa volumina, quæ ad manus noſtras minime venerunt. Extat ejus *q*) Con-

* Hæc ex Hieronymo Trithemius, nam Tertulliani quo hoc ſcripſerat opus intercidit.

*o*) Lege *Cnoſſianos* ſive *Knoσσίους* ex Hieronymo & Euſebii IV. 23.

*p*) Gortynæ. *q*) Imo extitit Euſebii atque Hieronymi tempore; Perinde ut Modeſti volumen quod mox commemorat.

Digitized by Google

Contra Marcionem lib. I.

Scripſit etiam quasdam ad diverſos epiſtolas, variosque tractatus, qui ad noſtras manus adhuc minime venerunt. Claruit anno Domini CLXX. temporibus Marci Antonini Veri imperatoris.

XX. MODESTUS vir quidem florentis ingenii, licet cujus dignitatis, vel gradus fuerit à nobis ignoretur, ſcripſit teſte beato Hieronymo, non contemnendæ lectionis opuſcula, in quibus abundans ingenii ejus vena conſpicitur. E quibus extat volumen inſigne

Adverſus Marcionem lib. I.

Cætera nobis incognita ſunt.

Claruit ſub Marco Antonino Vero, & Lucio Aurelio Commodo Principibus. Anno Domini noſtri Jeſu Chriſti CLXXV.

XXI. IRENÆUS Lugdunenſis in Gallia poſt beati Fotini Martyris triumphum Epiſcopus. Polycarpi martyris quondam auditor, vir in divinis ſcripturis ſtudioſus & valde eruditus, ſub Papa Eleuthorio legatus Romam miſſus: non minus ſanctitate quam doctrina clariſſimus comprobatus eſt. Scripſit multa egregia volumina. De quibus iſta feruntur:

| | | |
|---|---|---|
| Adverſum gentes | lib. I. | |
| De diſciplina | lib. I. | |
| Ad Blaſtum de ſchiſmate | lib. I. | |
| Contra hæreſes | lib. V. | *Quatenus veritatem re.* |
| De Monarchia Dei | lib. I. | |
| De Ogdoade | lib. I. | |
| De Paſcha, ad Victorem Papam | lib. I. | |
| Variorum tractatuum | lib. I. | |

Scripſit & alia multa quæ ad notitiam meam adhuc minime venerunt. Tandem ſæviente perſequutione in Chriſtianos, cum omni ferme civitatis ſuæ populo pro fide catholica martyrio coronatus eſt quarto Calend. Junii. Claruit ſub Marco Antonino. Anno Domini CLXXV.

XXII. THEODOTION patria Epheſinus, Tatiani philoſophi cum adhuc fidelis eſſet quondam diſcipulus, vir certe undecunque doctiſſimus, & divinarum ſcripturarum tertius *r*) interpres. Præter translationem ſcripturarum, quam ex Hebræo latinam **)* fecit, etiam alia quædam conſcripſit opuſcula, quæ tamen ad manus noſtras adhuc minime pervenerunt. Claruit temporibus Commodi imperatoris. Anno Domini. CLXXX.

XXIII. RHODON genere Aſianus: Tatiani quondam auditor & diſcipulus, vir tam in divinis ſcripturis quam etiam in ſecularibus literis eruditiſſimus, multa Græco ſermone ſcripſiſſe dicitur, quorum exemplaria apud noſtros raro inveniuntur. E quibus tamen potiora feruntur *s*) quæ ſubjecimus.

| | |
|---|---|
| Contra Marcionem | lib. III. |
| Adverſum Cataphrygas | lib. I. |
| Ad Caliſtionem | lib. I. |
| In Hexæmeron | lib. VI. |

Claruit ſub Commodo & Severo Principibus. Anno Domini. CC.

XXIV. CLEMENS eccleſiæ Alexandrinæ Presbyter: Pantæni, Stoici quondam, philoſophi Chriſtiani auditor atque diſcipulus, qui ſcholam Eccleſiaſticam poſt eum Alexandriæ multis annis tenuit, vir devotus, doctus, & eloquentiſſimus fuit. Scripſit multa præclara volumina, de quibus iſta feruntur:

| | |
|---|---|
| Stromatum, id eſt, varietatum | lib. VIII. |
| Adverſum Gentes | lib. I. |
| Pædagogi | lib. III. |
| De Paſcha | lib. I. |
| De Jejunio | lib. I. |
| De diſputatione | lib. I. |
| De ſalvatione divitis. | lib. I. |
| De obtrectatione | lib. I. |
| Adverſum judaizantes | lib. I. |
| De canonibus eccleſiaſticis | lib. I. |

Epiſtolas etiam multas variosque tractatus edidit, quorum titulos ignoramus. Claruit Commodi & Severi Principum temporibus. Anno Domini CC.

XXV. MELCIADES *t*) cujus Rhodon in opere ſuo quod adverſus Cathaphrygas, Montanum, Priſcam, & Maximillam inſanos vates compoſuit, recordatus eſt, vir in ſecularibus literis eruditiſſimus, & in divinis ſcripturis jugi ſtudio exercitatus, ſcripſit ad ædificationem fidelium non pauca opuſcula. De quibus ſubjecta feruntur:

| | |
|---|---|
| Adverſus Montanum | lib. I. |
| Adverſum Gentes | lib. I. |



*r*) poſt Aquilam Symmachumque. **)* imo Græcam. *s*) non minus & illa deperdita omnia.
*t*) Miltiades.

Digitized by Google

Contra Judæos lib. 1.
Apologeticus pro noſtra fide. lib. 1.

Alia quoque multa ſcripſiſſe dicitur, quæ ad notitiam meam non venerunt. Claruit Marci Antonini Commodi temporibus. Anno Domini CLXX.

XXVI. APOLLONIUS quidam vir doctus atque diſertiſſimus, non minus vita, quam eloquentia inſignis, hæreticæ pravitatis debellator fortiſſimus, multa pro noſtra fide compoſuit, & Montani inſaniam, verbis & ſcriptis ſæpe confutavit, ſicut patet legentibus inſigne illud volumen, quod maximis eloquentiæ leporibus compoſuiſſe dicitur

Adverſus Montanum lib. 1.

Sed & alia complura edidit, quæ ad notitiam meam non venerunt. Claruit ſub Commodo & Severo Principibus. Anno Domini CLXXX.

XXVII. SERAPION ex Anachoreta, eccleſiæ Antiochenæ octavus Epiſcopus, vir acris ingenii, in divinis ſcripturis valde ſtudioſus & eruditus, non minus vita quam ſcientia venerabilis fertur ad utilitatem credentium plura cudiſſe opuſcula, in quibus ſe virum & doctum & fidei Chriſtianæ defenſorem acerrimum oſtendit. De quorum numero habentur

Ad Dommonem judaizantem lib. 1.
Ad Carinum *w*) de Montano lib. 1.
De Evangelio ſub nomine Petri lib. 1.
Epiſtolæ breves ſed plures lib. 1.

Ordinatus fuit in Epiſcopum præfatæ urbis ſub Commodo Principe Romanorum. Anno Domini CXCIII. Indictione prima.

XXVIII. APOLLONIUS Romanæ urbis ſenator, vir tam in divinis ſcripturis quam in ſeculariibus literis eruditiſſimus, & non minus ſanctitate quam ſcientia venerabilis, cum coram ſenatu proditus fuiſſet, quod Chriſtianus eſſet, & Chriſtum nollet abnegare, capitis ſententiam accepit, veteri apud illos lege obtinente, abſque negatione *x*) non dimitti Chriſtianos, qui ſemel ad eorum judicium fuiſſent pertracti.

Scripſit autem inter alia Apologeticum pro fide noſtra lib. 1.

Quem cum coram ſenatu ex ordine recitaſſet, capite truncatus fuit. Claruit Romæ ſub Commodo & Severo Principibus. Anno Domini CXC.

XXIX. TERTULLIANUS Presbyter, patria Carthaginenſis Africanæ provinciæ, patre Centurione viro proconſulari, homo acris & vehementis ingenii, tam in divinis quam in ſeculariibus ſcripturis doctiſſimus: quippe qui apud Carthaginem Rhetoricam multis annis glorioſe docuit: Scripſit Latino ſermone pene infinita opuſcula in quibus hæreticorum errores fortiter contrivit. Hujus ſcripta beatiſſ. martyr Cyprianus in tanta veneratione habuit, ut nullum fine eorum lectione diem præteriret. Dicere enim ad notarium ſuum *y*) conſueverat. *Da Magiſtrum*, Tertullianum videlicet deſignans. Tandem in errorem Montani dilapſus dicitur, propter quod ejus opuſcula inter apocrypha computantur. 15. diſt. *ſancta Romana*. Et licet in aliquibus errave rit, in multis tamen bene ſcripſit, ſicut ejus volumina teſtantur. De quibus vidi

| | | |
|---|---|---|
| De patientia Dei | lib. 1. | *Confiteor ad dominum Deum* |
| Adverſus Praxeam | lib. 1. | *Varie diabolus emn.* |
| Contra Marcionem | lib. v. | *Si quid retro geſtum eſt.* |
| Contra Judæos | lib. 1. | *Proxime accedit diſpu.* |
| Contra omnes hæreſes | lib. 1. | *Duorum hæreticorum.* |
| De proſcriptionibus hæreticorum | lib. 1. | *Conditionem præſentium.* |
| Adverſus Hermogenem | lib. 1. | *Solemne hæreticis con.* |
| Contra Valentinianos | lib. 1. | *Valentiniani frequen.* |
| De carne Chriſti | lib. 1. | *Qui fidem reſurrectionis.* |
| De reſurrectione carnis | lib. 1. | *Fiducia Chriſtianorum.* |
| De corona militis | lib. 1. | *Proxime factum eſt libera.* |
| Ad Martyres | lib. 1. | *Inter carnis alimenta.* |
| De pœnitentia | lib. 1. | *Pœnitentiam hoc genus.* |
| De velandis virginibus | lib. 1. | *Proprium jam negotium.* |
| De habitu muliebri | lib. 1. | *Si tanta in terra morare.* |
| De cultu fœminarum | lib. 1. | *Ancilla Dei vivi, conſer.* |
| Ad uxorem | lib. II. | *Dilectiſſima in domino.* |
| De perſecutione ad Fabium | lib. 1. | *Quæſiſti proxime Fabi* |
| Ad Scapulam | lib. 1. | *Nos quidem neque expa.* |
| Exhortatorium caſtitatis | lib. 1. | *Non dubito frater te poſt* |
| De Monogamia | lib. 1. | *Hæretici nuptias av.* |
| De pallio | lib. 1. | *Principes ſemper Afri.* |
| De ſpectaculis | lib. 1. | |
| De extaſi | lib. VI. | |
| De pudicitia | lib. 1. | |
| De jejuniis | lib. 1. | |
| Adverſus Apollonium | lib. 1. | |

Scripſit

*w*) Καϊκιον Euſeb. V. 19. Hieron. cap. 41. *x*) colligas hoc ex Plinii Epiſt. X. 97. *y*) Hieron. cap. 53. de S. E.

Scripſit quoque & alia plura, variosque tractatus, qui ad manus noſtras adhuc minime venerunt, vixitque usque ad ſenectam & ſenium ſtudioſus. Claruit Severi Imperatoris temporibus. Anno Domini CC.

XXX. ORIGENES qui & Adamantius Presbyter, natione Alexandrinus: Leonidis martyris filius, Clementis Alexandrini quondam diſcipulus, vir magni & excellentis ingenii fuit, ita ut ſtudio & eruditione ſimilem nunquam habuerit. Anno Severi Pertinacis decimo, adverſum Chriſtianos perſecutione mota, ac Leonide patre fide Chriſti martyrio coronato, cum matre vidua & ſex fratribus pauper derelictus eſt, annos natus circiter decem & ſeptem. Subſtantiam autem omnem propter Chriſti confeſſionem fiſcus occupaverat, ita ut unde viverent amplius nil haberent. Et licet annorum numerus minor ſupputaretur in juvene, erat tamen jam mirabilis in eo doctrina, & fidei Chriſtianæ admiranda conſtantia. Propoſuerat enim cum patre ſuo Leonide pro fide Chriſti fortiter occumbere, ſi non matris fraude ad eccleſiæ utilitatem magnus doctor futurus eum contigiſſet præſervari. Nam cum ad locum agonis patri mane, pridie deliberaſſet occurrere, ſublatis à matre noctu veſtimentis & obſeratis tabernaculi valvis, domi cogitur remanere. Cum vero in virum creviſſet, agere vitam apoſtolicam inſtituit, & annuntians in circuitu ſuo verbum Dei, nudis pedibus multis annis inceſſit. Super lectum denique plumis ſtratum nunquam dormivit, à vino & carnibus, præter infirmitatem, omnino ſe abſtinuit, jejuniis, vigiliis, orationibus & continuis divinarum ſcripturarum ſtudiis & expoſitionibus Deo devote ſerviens intentus fuit. CHRISTI quoque conſilio unam tantum tunicam induere conſuevit, & omnium mundanorum contemptor effectus, nihil de craſtino cogitavit. Amore caſtitatis ut mulieribus ſecure auderet prædicare, ſe caſtrari fecit, licet in hoc facto zelus ſine ſcientia manſerit. Ob ejus doctrinam, eloquentiam & apoſtolicam vitam Mammæa Alexandri Imperatoris Chriſtianiſſima mater, eum audiendi deſiderio capta, ex Alexandria Antiochiam acceſſit, & ejus mellifluam doctrinam cum ingenti admiratione audivit. Erat autem in ſtudio divinarum ſcripturarum adeo intentus ut nec cibum unquam, nec ſomnum caperet, niſi unus è fratribus lectionem ſcripturarum cunctis audientibus præmiſiſſet. Novum & vetus teſtamentum velut alter Esdras memoriter noverat, & jam ſenex contra ſuam ætatem *) linguam Hebraicam didicit, & omnium interpretum editiones præter ſeptuaginta z) in unam mirabili ſtudio comportavit. In editionibus ſcripturarum dictandis tam admirandæ memoriæ & ſubtilitatis fuit, ut ſeptem notarios, totidemque in ſcribendo velociſſimas puellas, præter alios juvenes omnes inſimul ex ejus ore diverſa ſcribentes, incredibili pronuntiandi agilitate fatigaret. Et cum tantus haberetur & eſſet inter omnes eccleſiaſticos doctor inſignis, magnis tamen notatur erroribus, quibus ve ipſe deſipuit, vel aliis inſerentibus falſa ſcriptis depravatus fuit. Semper enim de Origine varia fuit doctorum opinio, quibusdam hæreticum aſſerentibus, aliis ſibi a) fraudem affirmantibus impoſitam. Mirandum non eſt, ſi primus ſine exemplo erraverit, qui tot volumina ſine magiſtro præcedente explicuit. Noſtrum tamen eſt ne dum de Origine, ſed de quibuscunque ſcriptoribus cum S. Eccleſia Romana ſentire, & ſupervacuas opiniones contemnere. Edidit autem pene infinita volumina. De quibus ego Latinis inſula vidi tantum ſubjecta:

| | | |
|---|---|---|
| In Geneſim | ho. XVI. | *In principio fecit Deus.* |
| In Exodum | ho. XIII. | *Videtur mihi unus quisque* |
| In Leviticum | ho. XVI. | *Sicut noviſſimis die.* |
| In Numeri | ho. XXVIII. | *In numeris non omnes* |
| In Joſue | ho. XXVI. | *Donavit dominus nomen.* |
| In Judicum | ho. IX. | |
| In principium idide † | ho. II. | |
| In Eſaiam prophetam | ho. IX. | *Quamdiu Ozias rex.* |
| In Jeremiam prophetam | ho. XIV. | *Deus ad benefaciendum.* |
| In Ezechielem | ho. XIV. | |
| In Evangelium Matthæi | ho. XXVI. | |
| In Evangelium Lucæ | ho. XXXIX. | *Sicut olim in populo Ju.* |
| De Helcana | lib. I. | *Non ab initio tantummodo.* |
| In principium Job | lib. III. | |
| In Cantica canticorum | lib. IV. | |
| Item in cantica canticorum | lib. II. | *De cantico canticorum di.* |
| In Pſalterium tractatus | nu. CL. | *Beatus vir, hunc Pſal.* |
| Adverſum hæreticos **) | lib. V. | *Adamantius dixit qui* |
| Contra Celſum Philoſophum | lib. VIII. | *Hortaris ſacer Amb.* |
| Periarchon | lib. IV. | *Omnes qui credunt.* |
| In epiſtolam ad Romanos | lib. XV. | *Quod cæteris apoſtoli Pauli.* |
| In principium Johannis | lib. I. | |
| De martyribus | lib. I. | |



*) Contra morem hominum ſuæ ætatis.

z) Hæc verba aliquis ita intelligit, & certe poſſint ita (niſi res reclamaret) accipi, ac ſi verſionem LXX. ſenum Origenes omiſiſſet. Verum ſenſus eſt in Tetraplis atque Hexaplis ſuis illum non modo LXX. interpretes, ſed etiam cæteras Græcas verſiones junctim edidiſſe. a) Origeni ejusque ſcriptis.

† vocabulum corruptum in omnibus editt. etiam in Bibl. Geſneri. **) Contra Marcionitas.

Alia insuper multa composuit, quæ ad manus nostras non venerunt. Sunt qui scribant se Origenis tractatus sex millia legisse, qui numerus & magnus est, & Latinis incognitus. Nec dubium quin multa illius opuscula noviter translata sint, quæ ad notitiam nostræ lectionis minime venerunt. Moritur autem senex & pauper, apud Tyrum sepultus, sub Valeriano & Galieno Principibus. Anno Domini CCLXI. Indictione nona, Ætatis suæ anno LXX.

XXXI. AMMONIUS Alexandrinus, vir in divinis scripturis eruditus, & in secularibus literis doctissimus, philosophus & rhetor omnium sui temporis celeberrimus, ingenio subtilis, & disertus eloquio, scripsit Græco sermone quædam præclara volumina, quibus memoriam sui posteris reliquit. De quorum numero extant subjecta,

| | |
|---|---|
| De consonantia Jesu & Mosi *b*) | lib. 1. |
| Canonum Evangelicorum | lib. 1. *In primo canone quatuor* |
| Unius ex quatuor | lib. 1. *Quoniam quidem multi. c*) |

Et quædam alia. Hunc impiissimus Porphyrius Christianorum acerrimus hostis, Philosophus gentilis falso accusat, quod fide abnegata factus sit Ethnicus, quem constat usque ad mortem Christianum devotum permansisse. Claruit sub Alexandro Mammææ filio Anno CCXXX.

XXXII. AMBROSIUS Origenis auditor, primo Marcionites, ac deinde ab ipso Origene correctus, Christianæ fidei confessor insignis, etiam ad officium diaconatus meruit promoveri, vir certe doctissimus & librorum studiosus amator, quo sumptus, notarios ac scribas subministrante, Adamantius noster pene infinita volumina composuit, tantus lucubrationum illius cultor, ut die ac nocte ad scribendum aliquid novi verbis & scriptis eum provocaret, adeo ut *compulsor operis d*) in quadam epistola familiari ab Origene nominetur. Hic dicere solebat se nunquam Origene præsente isse cubitum, neque sumpsisse cibum, nisi prius unus è fratribus, qui semper præsto erant, sacris literis personasset. Scripsit de sua conversione gratias agens ad Origenem.

Epistolarum lib. 1. Et quædam alia. Claruit cum Origene, Anno Domini CCXXX.

XXXIII. TRYPHON Origenis auditor atque discipulus, ad quem illius nonnullæ extant *e*) epistolæ, vir tam in divinis scripturis quam in secularibus literis eruditissimus, ingenio subtilis, & disertus eloquio. Scripsit Græco sermone quædam præclara opuscula, quibus nomen suum ad notitiam posteris transmisit. E quibus extant subjecta

| | |
|---|---|
| De vacca rufa in Deuteronomio | lib. 1. |
| De qualitate sacrificiorum | lib. 1. |
| De columba & turture | lib. 1. |

Claruit temporibus Alexandri Imperatoris. Anno Domini CCXXX.

XXXIV. MINUTIUS Felix, causidicus, patria Romanus, vir in secularibus literis eruditissimus, & in divinis lectionibus studiosus, ingenio excellens, & disertus eloquio, scripsit latino sermone quædam præclara opuscula, quibus memoriam sui posteris commendavit. E quibus extat dialogus inter Christianum & hæreticum, *) qui

| | |
|---|---|
| Octavius inscribitur | lib. 1. |
| De fato contra mathematicos *f*) | lib. 1. |

Claruit Romæ sub Alexandro Imperatore. Anno Domini CCXXX.

XXXV. BERYLLUS Arabiæ Botrenus *g*) Episcopus, vir in divinis scripturis eruditus, & in secularibus egregie doctus, cum aliquanto tempore gloriose rexisset ecclesiam, in hæresim Paulianorum *b*) tandem lapsus est, qui Christum ante Mariam fuisse negabant, sed ab Origene correptus, multa scripsit. E quibus extat, *i*)

| | |
|---|---|
| Inter eos Dialogus habitus | lib. 1. |
| Epistolarum ad diversos | lib. 1. |

Et quædam alia. Claruit sub Alexandro Imperatore. Anno Domini CCXXXV.

XXXVI. HIPPOLYTUS cujusdam urbis Episcopus, cujus nomen Hieronymus non expressit, vir certe in divinis scripturis & studiosus & eruditus, scripsit multa & pene incredibilia volumina, ita ut Ambrosius (de quo jam superius fecimus mentionem) Origenem ad ejus imitationem cohortari consueverit, atque ad exponendas divinas scripturas fortiter persuaserit, præbens ei (ut diximus) septem notarios, totidemque velocissimas in scribendo puellas, & librariorum parem numerum cum sumptibus & expensis eorundem. Cerneres pulchrum & delectabile certamen quo alter alterum in editione librorum superare magnopere cupiebat. De opusculis Hippolyti, subjecta feruntur:

| | |
|---|---|
| In hexameron | lib. VI. |
| In Genesim | lib. 1. |
| In Exodum | lib. 1. |
| In Numeri | lib. 1. |
| In Cantica Canticorum | lib. 1. |
| In Zachariam prophetam | lib. 1. |
| In Danielem | lib. 1. |

In

*b*) Hoc nusquam extat nec Trithemii extitit tempore sed Eusebii atque Hieron. *c*) Ex hoc loco apparet Trithemium Ammonio tribuere Harmoniam, quæ sæpius edita est sub nomine Tatiani. *d*) ἐργοδιώκτης.
*e*) imo exstiterunt. *) im ethnicum. *f*) Hoc de fato opus Minutii diu ante Trithemium intercidit.
*g*) Bostrenus in Arabia. *h*) Pauli Samosateni. *i*) imo extitit olim Eusebii ætate & Hieron.

by Google

| | |
|---|---|
| In Apocalypſim | lib. 1. |
| In proverbia Salomonis | lib. 1. |
| In Eccleſiaſten | lib. 1. |
| De Saule & Pythoniſſa | lib. 1. |
| De Antichriſto | lib. 1. |
| Contra Marcionem | lib. 1. |
| Contra omnes hæreſes | lib. III. |

In Pſalmos quoque multos & varios tractatus edidit, Homilias etiam & ſermones pene innumerabiles. Et alia plura nobis adhuc incognita. Claruit ſub Alexandro Principe. Anno Domini CCXX.

XXXVII. ALEXANDER Epiſcopus Cappadociæ, cum deſiderio ſanctorum locorum Hieroſolymam pergeret, ibidem divina revelatione poſt ſanctum Narciſſum Epiſcopus ordinatus, multa ſanctitate & doctrina clarus effulſit, & tandem pro fide Chriſti ſub Decio impiiſſimo tyranno martyrium conſummavit. Scripſit multas ad diverſos elegantes Epiſtolas, de quibus in primis ſubjectæ feruntur:

| | |
|---|---|
| De pace Eccleſiæ ad Aaronitas | epiſt. 1. |
| Pro Origene contra Demetrium | epiſt. 1. |
| Ad Antiochenſes | epiſt. 1. |
| Ad Origenem | epiſt. plures. |

Paſſus eſt Cæſareæ ſub Decio, Anno Domini CCLIII. Indictione 1.

XXXVIII. JULIUS Africanus vir undecunque doctiſſimus, philoſophus, hiſtoriographus & theologus inſignis, ac divinarum ſcripturarum & librorum ardentiſſimus amator, ſuis ſtudiis & ſumptibus apud Cæſaream Palæſtinæ inſignem bibliothecam condidit, in quam multa volumina, tam ſecularium quam divinarum ſcripturarum congregavit. Scripſit præterea magnæ utilitatis plura opuſcula. De quibus feruntur ſubjecta:

| | |
|---|---|
| Chronicarum | lib. V. |
| De ſancta Trinitate k) | lib. 1. |
| De circumciſione | lib. 1. |
| De Attalo | lib. 1. |
| De Paſcha | lib. 1. |
| De Sabbato | lib. 1. |
| Ad Origenem de Suſanna | lib. 1. |
| Ad Ariſtidem Philoſophum | lib. 1. |

Et alia plura compoſuiſſe dicitur, quæ ad notitiam meam non venerunt. Claruit ſub Marco Aurelio, Anno Domini CCXX.

XXXIX. GREGORIUS Neocæſarienſis Ponti Epiſcopus, Origenis auditor atque diſcipulus, vir doctus & ſanctus, & multa ſcripſit, & miraculis vivens coruſcavit. Hic adhuc juvenis cum fratre Athenodoro ſtudium Philoſophiæ ſecularis quæritans, ſcholæ Origenis ſe ſubdidit, à quo ad fidem Chriſti paulatim quaſi inſenſibiliter una cum fratre converſus fuit, & in virum doctiſſimum atque ſanctiſſimum evaſit. De cujus ſcriptis extat

| | |
|---|---|
| Ad Origenem Panegyricus | lib. 1. |
| Interpretationum in Eccleſiaſten | lib. 1. |

Et plures Epiſtolæ. Claruit ſub Gordiano Principe. Anno Domini CCXL.

XL. CORNELIUS Romanæ urbis poſt Petrum, XXII. Epiſcopus, patria Romanus, patre Caſtino, poſt Fabiani glorioſum martyrium Papa creatus. Sedit in cathedra Petri annis duobus, vir doctus atque ſanctiſſimus, donec tandem etiam ipſe martyrio coronatus tranſivit carne ſolutus ad ſuperos. Scripſit autem plures ad utilitatem Eccleſiaſticam Epiſtolas. De quibus ego duntaxat reperi ſubjectas:

Ad Fabium Antiochenum Epiſcopum de Synodis Epiſt. I.

| | |
|---|---|
| Ad eundem de Novatianis | lib. 1. |
| De Novatiano | epiſt. 1. |
| De geſtis Synodi | epiſt. 1. |

Ad Cyprianum Carthaginenſem Epiſcopum plures ſcripſit Epiſtolas, & alias ad alios. Claruit ſub Decio tyranno Principe. Anno Domini CCLV.

XLI. CYPRIANUS Eccleſiæ Carthaginenſis in Africa Epiſcopus, vir doctus atque ſanctiſſimus, multis annis rhetoricam glorioſe docuit, & in omni literatura ſeculari Doctor magnificus fuit. Deinde perſuadente Presbytero Cæcilio, à quo ſortitus eſt cognomen, ad fidem Chriſti converſus, omnem ſubſtantiam ſuam pauperibus erogavit. Ac non multo poſt in Presbyterum electus, etiam Epiſcopus ordinatus eſt. Qui cum in divinis ſcripturis ſtudioſus eſſet, ad ædificationem fidelium multa utiliter edidit, & ſubjecta volumina Latino ſermone conſcripſit. Videlicet

| | | |
|---|---|---|
| De gratia Dei ad Donatum | lib. 1. | *Bene admones Don.* |
| Contra Demetrianum | lib. 1. | *Oblatrante te, & adver.* |



k) Scripta hæc de Trinitate, de circumciſione, de Attalo, de Paſcha & de Sabbato non Julio Africano, ſed Novatiano tribuit Hieron. cap. 70. & noſter infra cap. 44.

Google

| | | |
|---|---|---|
| De pietate & eleemosyna | lib. 1. | *Multa & magna sunt.* |
| De laude martyrii | lib. 1. | *Desideraſti Fortunate.* |
| De zelo & livore | lib. 1. | *Zelare quod bonum vide.* |
| De bono patientiæ | lib. 1. | *De patientia loquuturus.* |
| De mortalitate | lib. 1. | *Etſi apud plurimos veſtrum.* |
| De virginitate | lib. 1. | *Diſciplina cuſtos ſpei.* |
| De lapſis | lib. 1. | *Pax ecce dilectiſſimi.* |
| De ſacramento calicis | lib. 1. | *Cyprianus Cæcilio fra.* |
| De unitate Eccleſiæ | lib. 1. | *Cum moneat dominus & di.* |
| De oratione Dominica | lib. 1. | *Evangelica præcepta.* |
| De vanitate idolorum | lib. 1. | *Quod idola Dii non ſint.* |
| De vita clericorum | lib. 1. | *Promiſeram quidem vobis.* |
| De duobus montibus | lib. 1. | *Probatio capitulorum.* |
| Ad Antonianum de Navato | lib. 1. | *Accepimus primas literas.* |
| De Judæis ad Quirinum | lib. 11. | *Judæos in offenſam.* |
| Ad Cornelium papam | ep. VIII. | *Cognovimus frater cha.* |
| De aleatoribus | lib. 1. | |
| Ad Julianum amicum ſuum | lib. 1. | |
| Epiſtolarum ad diverſos | lib. 1. | |

Sed alia multa compoſuiſſe dicitur, quæ ad manus noſtras non venerunt. Libellus de duodecim abuſionibus ſeculi, Cypriano *l*) à plerisque aſcriptus, phraſim ejus non redolet. Paſſus eſt tandem ſub Valeriano, eo die quo Cornelius Romæ, ſed non eodem anno. Videlicet Anno Domini CCXLIX. Indictione XII. VIII. Calend. Octob.

XLII. PONTIUS presbyter, beati Cypriani auditor atque diſcipulus, vir doctus & ſanctus, & declamator egregius, poſt magiſtri ſui glorioſi triumphum veniens in Gallias *m*) apud Cymellam urbem pro fide Chriſti martyrii palmam adeptus eſt. Hic Pontius ſua melliflua prædicatione & induſtria duos Philippos Imperatores ad Chriſtum convertit, & primos ex Romanis Principibus idolis renuntiare perſuaſit. Scripſit etiam eleganti ſtylo inſigne volumen, quod continet

| | | |
|---|---|---|
| Vitam S. Cypriani | lib. 1. | |

Claruit ſub Philippo Imperatore, Anno Domini CCXL.

XLIII. DIONYSIUS Alexandriæ urbis tertius & decimus Epiſcopus, Origenis quondam auditor atque diſcipulus, cum adhuc eſſet Presbyter, ſub Heracla ſcholam publicam tenuit, & magnam doctrinæ ſuæ gloriam acquiſivit. Erat enim vir in omni ſcientia doctiſſimus, philoſophus, rhetor, & theologus inſignis, qui in Cypriani & Africanæ Synodi dogma conſentiens de rebaptizandis hæreticis, plurimas ſuper ea read diverſos ſcripſit epiſtolas. De quarum iſtæ numero feruntur:

| | | |
|---|---|---|
| De pœnitentia ad Fabium | epiſt. 1. | |
| Ad Romanos | epiſt. 1. | |
| Ad S. Sixtum papam | epiſt. 11. | |
| Ad Philemonem & Dionyſium presb. | epiſt. 1. | |
| Ad Dionyſium papam factum | epiſt. 1. | |
| Ad Novatianum hæreticum | epiſt. 1. | *Dionyſius Novatiano.* |
| Ad Dionyſium & Didymum | epiſt. 1. | |
| Ad Laodicenſes de pœnitentia | epiſt. 1. | |
| Ad Origenem de martyrio | epiſt. 1. | |
| De ordine delictorum | epiſt. 1. | |
| Ad Alexandrinos de exilio | epiſt. 1. | |
| De Paſcha | lib. 1. | |
| Ad Heraclam Epiſcopum in Ægypto | lib. 1. | |
| De Sabbato | lib. 1. | |
| Ad Hermonionem | lib. 1. | |
| De perſecutione Decii | lib. 1. | |
| Contra Nepotem, Chiliaſtem | lib. 1. | |
| Adverſus Sabellium | lib. 1. | |
| Ad Amonem Bericis *n*) Epiſcopum | epiſt. 1 | |
| Ad Dionyſium papam | lib. IV. | |
| Ad Telephorum | epiſt. 1. | |
| Ad Euphranorem | epiſt. 1. | |
| Ad Armenos de pœnitentia | lib. 1. | |

Ca-

*l*) à nonnullis etiam Auguſtino, inter cujus ſcripta itidem legitur.

*m*) Pontium Carthaginienſem Trithemius confundit cum Martyre Gallicano Pontio, qui ſub Valeriano & Gallieno martyrium ſubiit, de quo Martyrologium 14. Maji.

*n*) τῆς κατ' Βερενίκην ἐκκλησίας. Euſeb. VII. 26.

Google

| | |
|---|---|
| Canon de pœnitentia | lib. 1. |
| De natura ad Timotheum | lib. 1. |
| De tentationibus | lib. 1. |
| Commentaria in Eccleſiaſten | lib. 1. |

Ad Baſilidem quoque plures ipſius feruntur Epiſtolæ: Adverſus Paulum Samoſatenum inſignis ejus extat epiſtola, o) quam paucis ante mortem diebus deſcripſerat. Alia quoque pro utilitate Eccleſiaſtica, multa compoſuit quæ nos latent. Claruit ſub Gallo & Voluſiano Principibus. Anno Domini CCLV.

XLIV. NOVATIANUS Romanæ Eccleſiæ Presbyter, adverſus Cornelium cathedram Epiſcopalem conatus invadere, cum non poſſet, primum in Eccleſia Romana ſchisma concitavit, & hæreſim Novatianorum conſtituit, nolens apoſtatas pœnitentes recipere, atque rebaptizans rite baptizatos. Hujus erroris autor Novatus Cypriani Presbyter fuit. Scripſit autem:

| | |
|---|---|
| De Paſcha | lib. 1. |
| De Sabbato | lib. 1. |
| De Circumciſione | lib. 1. |
| De Sacerdote | lib. 1. |
| De Oratione | lib. 1. |
| De cibis Judaicis | lib. 1. |
| De inſtantia | lib. 1. |
| De Attalo | lib. 1. |
| De ſancta Trinitate | lib. 1. |
| Epiſtolas plures ad diverſos | |

Alia inſuper nonnulla ſcripſiſſe dicitur, quæ ad notitiam meam non venerunt. Claruit temporibus Philippi Imperatoris, Anno Domini CCL.

XLV. MALCHION Antiochenæ Eccleſiæ Presbyter, vir eruditus atque diſertiſſimus, quippe qui rhetoricam in eadem civitate multis annis florentiſſime docuit. Edidit nonnulla præclara opuſcula, quæ ſuo tempore ad fidei Chriſtianæ defenſionem contra hæreticos multum conducere videbantur. De quibus extat p) opus inſigne dialogorum

| | |
|---|---|
| Contra Paulum Samoſatenum | lib. 1. |
| Ad Dionyſium papam ex Synodo | epiſt. 1. |

Claruit ſub Claudio & Aureliano Principibus. Anno Domini CCLXX.

XLVI. VICTORINUS Epiſcopus Pictavienſis,* vir in divinis ſcripturis valde eruditus, Græco & Latino inſtructus eloquio, ſcripſit multa præclara opuſcula, in quibus magnifice ſuum exercitavit ingenium. Fuit autem divini verbi prædicator inſignis, & tandem pro fide Chriſti martyrio coronatus legitur. De cujus ſcriptis ſubjecta feruntur:

| | |
|---|---|
| In Geneſim | lib. 1. |
| In Exodum | lib. 1. |
| In Leviticum | lib. 1. |
| In Eſaiam Prophetam | lib. 1. |
| In Abacuc | lib. 1. |
| In Eccleſiaſten | lib. 1. |
| In Cantica canticorum | lib. 1. |
| In Apocalypſim | lib. 1. |
| In Ezechielem | lib. 1. |
| Adverſum omnes hæreſes | lib. 1. |

Et alia multa. Claruit temporibus Valeriani & Galieni principum. Anno Domini CCLXX.

XLVII. PAMPHILUS Presbyter Euſebii Cæſariénſis, tantos apud Cæſaream libros amore ſcripturarum congregavit, ut in omni terra eo tempore nulla bibliotheca celebrior extiterit. Magnam denique partem librorum Origenis propria manu deſcripſit, & in eandem librariam Cæſarienſem repoſuit. Ab eo cognomen Euſebius Phamphili ſortitus eſt. Scripſit autem antequam Euſebius ſcribere inciperet non ſpernendæ authoritatis opuſcula, De quibus tantum reperi q)

| | |
|---|---|
| Contra Mathematicos | lib. 1. |
| Apologeticum pro Origene | lib. 1. |

Fertur etiam quasdam plenas fide & eruditione ſcripſiſſe epiſtolas. Tandem poſt beata ſtudia, & multos pro Eccleſia Dei labores, pro fide Chriſti apud Cæſaream Palæſtinæ martyrio coronatus eſt, ſub perſecutione Maximiani qui Imperavit circa Annum Domini CCXL.

XLVIII. ANATOLIUS Alexandrinus, Laodiceæ, Syriæ Epiſcopus, vir in divinis ſcripturis peritus, & in ſecularibus literis nulli ſuo tempore ſecundus, Rhetor, Aſtronomus, & Geometer inſignis, reliquit ingenii ſui multa præclara opuſcula, de quibus tamen pauciſſima ad noſtram notitiam pervenerunt. Extat ejus inſigne volumen, prænotatum



o) Hæc eſt quam edidit Franciſcus Turrianus Rom. 1608. recuſam Græce & Lat. in auctario Ducæano & in T. 1. Concilior. p) extabat Hieronymi tempore, non Trithemii. * Petavionenſis. Vide Launoji lib. de Victorinis.
q) memorata opinor reperit, non ipſa inſpexit Trithemius. Liber certe Pamphili contra Mathematicos nusquam exſtat. Apologia pro Origene ſex fuere libri, ex quibus ultimum poſt Pamphili fata addidit Euſebius. Illi omnes excepta libri primi verſione Latina Rufiniana & fragmentis a Photio cod. 118. ſervatis pridem interciderunt.

De Paſcha *r*) lib. I.
De arithmetica inſtitutione lib. X.

Claruit ſub Probo & Caro Principibus. Anno CCLXXXV.

XLIX. ARCHELAUS Epiſcopus Meſopotamiæ, Syriæ, vir doctus & diſputator acutus. Scripſit Syro ſermone nonnulla opuſcula, quæ apud Latinos raro inveniuntur. Hic contra Manichæum hæreſiarcham exeuntem de Perſide valenter diſputavit, & omnia ejus argumenta confudit, quamvis ab errore illum revocare nequiverit. Scripſit autem eandem diſputationem,

Contra Manichæum lib. I.

Alia vero nobis incognita ſunt. Clarait ſub Aureliano & Probo Principibus. Anno Domini CCLXXX.

L. LUCIANUS Antiochenæ Eccleſiæ Presbyter, & poſtea Nicomediæ Epiſcopus, vir doctus atque diſertus, in declamandis Homiliis ad populum excellentis ingenii fuit, & non minus vita quam eruditione ſcripturarum venerabilis, ſub perſecutione Maximiani pro fide CHRISTI martyrio laureatus eſt, Helinapoli *s*) Bithyniæ ſepultus. Scripſit inter cætera

De fide noſtra libr. III. *t*)

Et alios diverſos tractatus, ſermones & homilias atque Epiſtolas. Claruit ſub Maximiano Imperatore. Anno Domini CCXL.

LI. PIERIUS Eccleſiæ Alexandrinæ Presbyter, vir tantæ doctrinæ & eloquentiæ, ut Origenes junior vocaretur, in homiliis ad populum declamandis excellentiſſimus fuit. Hic ſub Theona Epiſcopo Alexandrinorum, vita & doctrina clariſſimus effulgens, voluntariæ paupertatis pro Chriſti amore cultor fuit inſignis, & doctor populi admirabilis. Scripſit infinitos tractatus, qui tamen ad notitiam noſtram non venerunt. Extat *u*) ejus longiſſimus in vigilia Paſchæ ad populum habitus in Oſee Prophetam lib. I.

Claruit ſub Diocletiano Imperatore. Annno Domini CCXC.

LII. PHILEAS Epiſcopus Thebaidæ civitatis in Ægypto, vir nobilis atque doctiſſimus, non minus moribus quam eruditione ſcripturarum inſignis, poſt multos labores, & editos pro utilitate fidelium varios tractatus, tandem ſub Maximiano Imperatore pro fide Chriſti martyr effectus evolavit ad ſuperos. De cujus ſcriptis extat *x*) diſputatio habita

Contra judicem iniquum lib. I.
De laude martyrum lib. I.

Alia quæ ſcripſit nobis incognita ſunt, quamvis multa ferantur à patribus. Claruit ſub Maximiano principe. Anno Domini CCXL.

LIII. ARNOBIUS Presbyter, philoſophus & rhetor inſignis, cum adhuc gentilis rhetoricam doceret, divina miſeratione vocatus, Chriſtianum ſe cœpit profiteri. Cumque ad Epiſcopos accedens ſe baptizari expeteret, non credebant, veriti ne vir ſeculari tumens eloquentia ſacramentis fidei conaretur illudere, & ideo ſententiam differebant. Arnobius vero cernens ſibi fidem minime adhiberi, in argumentum ſynceritatis ſuæ ſcripſit & obtulit Epiſcopis inſigne volumen

Adverſus Gentes lib. VII.
In Pſalterium *y*) quoque lib. I.
De Rhetorica inſtitutione lib. I.

Alia quoque multa edidit quæ ad notitiam meam non venerunt.

Docuit in Africa rhetoricam ſub Diocletiano principe, habuit multos egregios & nobiles diſcipulos, qui viri doctiſſimi evaſerunt. Claruit ergo circa annos Domini noſtri Jeſu Chriſti. CCC.

LIV. JOHANNES CLIMACUS quod latine ſonat ſcholaſticus, *z*) abbas montis Synai, vir in divinis ſcripturis ſtudioſus & eruditus, ingenio excellens, mitis, & humilis, vita & converſatione devotus atque ſanctiſſimus, cum adhuc ſedecim eſſet annorum, mundum cum ſuis oblectamentis deſeruit, & in dicto cœnobio monachum ſe fieri inſtantiſſime petiit & obtinuit. Deinde poſt annos decem & novem cum jam ſolitarius pugnare & vincere ſecundum regulam monachorum didiciſſet, cum licentia abbatis ſui heremum petiit, in qua multis annis in omni ſanctitate ſolus cum Deo habitavit. Poſtremo cum vita ejus ſanctiſſima omnibus innotuiſſet, unanimi omnium conſenſu in abbatem eligitur, & renitens, ad cœnobium revocatur. Scripſit ad Joannem abbatem de Raythu opus celeberrimum, & pro inſtitutione monachorum valde accommodum, habens ſermones triginta, quod prænotatur

De triginta gradibus lib. I. *A bono & ſuper bono.*
Ad paſtorem ſermonem lib. I. *In inferiori quidem libro.*
Epiſtolas plures ad monachos lib. I.
Et quædam alia

In

*r*) hoc eſt quod Latine ex Rufini interpretatione Bucherius vulgavit. Sed libri Arithmeticæ inſtitutionis pridem periere, excerptis fragmentis quibusdam obviis in Jamblichi Theologumenis Arithmeticæ. *s*) Helenopoli.
*t*) librorum numerus apud Hieron. c. 77. videtur excidiſſe.
*u*) de Hieronymi non Trithemii temporibus hoc accipe. *x*) Hæc quoque Trithemii tempore jamdiu intercideraf.
*y*) Hos commentarios diverſi & junioris eſſe Arnobii, hodie nemo doctorum dubitat.
*z*) Ut Græco nomini Climaci reſpondeat, ſunt qui legunt *ſcalaſticum*. Sed *ſcholaſticum* cognominatum Climacum teſtatur Daniel Monachus in ejus vita.

In quibusdam locis, maxime ubi de hominis ſpiritalis mortificati impaſſibilitate tractat, à modernis theologis reprehenditur, ſicut apud Johannem de Gerſon in certis tractatibus invenitur.

Claruit circa tempora Conſtantini, Conſtantii & Conſtantis, fratrum Imperatorum, qui regnaverunt Anno Domini CCCXLVI. *a*)

LV. HILDEFONSUS Toletanæ ſedis poſt S. Eugenium Epiſcopus, vir in divinis ſcripturis eruditiſſimus, & ſecularis quoque litetaturæ non ignarus, metro excellens & proſa, ingenio ſubtilis, ſermone diſertus, & ſuper omnes ſui temporis Epiſcopos facundus & eloquens, vita & converſatione Deo dignus atque ſanctiſſimus. Fuit enim timoris Dei inſtantia præditus, religione devotus, compunctione profuſus, inceſſu gravis, honeſtate laudabilis, patientia ſingularis, diſſerendi ingenio clarus, ſapientia ſummus. Qui cum adhuc puer eſſet divino ſpiritu attactus, res mundi, parentumque affectiones contemnens, Agalienſe monaſterium petiit, monachumque ſe in eo multis annis decenter exhibuit. Cœnobium quoque virginum in Deibienſi villula conſtruxit, quod de parentum ſuorum opibus dotavit. Abbas deinde effectus Agalienſis cœnobii, monachorum mores exercuit, rem diſcrevit, vitamque ſervavit. Principali poſt hæc violentia Toletum reducitur, atque inibi poſt deceſſoris ſui obitum pontifex ſurrogatur. Scripſit multa præclara opuſcula, de quibus feruntur ſubjecta:

| | | |
|---|---|---|
| De ſancta Trinitate | lib. 1. | |
| De imbecillitate propria | lib. 1. | |
| De virginitate S. Mariæ | lib. 1. | *Domina me dominatrix mea* |
| Annotationes actionis diurnæ | lib. 1. | |
| Annotationum in ſacris | lib. 1. | |
| Annotationum in ſacramentis | lib. 1. | |
| De cognitione Baptismi | lib. 1. | |
| De progreſſu ſpiritalis deſerti | lib. 1. | |
| Hymnorum diverſi generis | lib. 1. | |
| Sermones varii | lib. 1. | |
| Epigrammata multa | lib. 1. | |
| De miſſa quoque | lib. 1. | |
| Epiſtolarum ad diverſos | lib. 1. | |

Et alia complura. Cum beatiſſimus iſte præſul Hildefonſus librum de virginitate puriſſimæ Dei genitricis Mariæ ad finem usque compleſſet, cui omni ſtudio, quo poterat ſemper devotiſſime ſervire ſolebat, apparuit ei domina mundi ſacratiſſima ipſum librum habens in manibus, & gratias agens illi pro tali ſervitio, quod ſibi gratiſſimum eſſe affirmabat, Ille vero cupiens eam altius honorare, conſtituit ut celebraretur ſolennitas ejus ſingulis annis octava die ante natalem domini, quæ ſolennitas jam obtinuit, ut per univerſam fidelium eccleſiam in honore puriſſimæ conceptionis illius celebretur VI. Iduum Decemb. Unde rurſum ei beata Dei genitrix apparens veſtimentum ſacerdotale, quod nos Albam vocamus, & cathedram illi attulit, de quibus multa miranda & glorioſa narrantur. Claruit. *b*)

LVI. FIRMIANUS LACTANTIUS, Arnobii rhetoris quondam auditor atque diſcipulus, vir in ſecularibus literis abundanter doctus, & in divinis ſcripturis nobiliter inſtitutus, ita ut in arte dicendi poſt Ciceronem facile obtinuerit principatum: rhetoricam primum Nicomediæ, deinde Romæ ſub Diocletiano ab eo vocatus glorioſe docuit. Ubi cum penuria diſcipulorum ad paupertatem deveniſſet, ad extremum Cæſaris Criſpi filii Conſtantini præceptor, jam ſenex in Gallia factus eſt.

Scripſit multa præclara volumina. De quibus iſta feruntur:

| | | |
|---|---|---|
| De divinis inſtitutionibus | lib. 1. | *Magno & excellenti.* |
| De origine erroris | lib. 1. | *Quamquam primo libro.* |
| De falſa ſapientia | lib. 1. | *Vellem mihi declarari.* |
| De vera ſapientia | lib. 1. | *Cogitanti mihi & cum animo.* |
| De juſtitia ad Conſtantinum. | lib. 1. | *Non eſt apud me dubium.* |
| De vero cultu | lib. 1. | *Quod erat officium ſuſ.* |
| De beata vita | lib. 1. | *Bene habet.* |
| De ira Dei ad Donatum | lib. 1. | *Animadverti ſepe Do.* |
| De opificio Dei | lib. 1. | *Quam minime ſim quietus.* |
| Ad Aſclepiadem | lib. 1. | |
| De perſequutione | lib. 1. | |
| Epiſtolarum ad Severum | lib 11. | |
| Epitomen contra gentes | lib. 1. | |
| Epiſtolarum ad Probum | lib. IV. | |
| Sympoſion hexametro verſu | lib. 1. | |
| Grammaticus inſcriptus | lib. 1. | |
| De paradiſo, hexametro | lib. 1. | *Eſt locus in primo felix.* *c*) |



*a*) imo A. 580. *b*) A.C. 657. Eugenio in ſede Toletana ſucceſſit teſte Jo. Mariana VI. 10. de rebus Hiſp. defunctus A. 667.
*c*) Eſt hoc initium non carminis hexametri de paradiſo, ſed Elegiæ de Phœnice, quæ inter Lactantii ſcripta legitur.

Digitized by Google

Alia insuper non pauca scripsisse dicitur, sed in manus nostras non venerunt. Claruit sub Constantino principe, cui amicissimus fuit. Anno CCCXX.

LVII. EUSEBIUS Ecclesiæ Cæsariensis Palæstinæ Episcopus, cognomento Pamphili, Dorothei Eunuchi viri doctissimi quondam discipulus, in divinis scripturis studiosissimus, & bibliothecæ ecclesiasticæ una cum Pamphilo martyre diligentissimus instaurator, qui cum Arianus esset, ad primum concilium patrum apud Nicæam habitum accedens, errorem deposuit, patrumque sententiam sequutus, eorum jussu symbolum *d*) (quod Nicænum dicitur) composuit, & in fidei suæ purissimæ testimonium illis obtulit legendum & confirmandum. In quo errores Arianorum fortiter contrivit, nihilque ejus editioni vel additum est vel subtractum, sed usque in hodiernum diem in Ecclesia Dei publice cantatur. Post hac in orthodoxa fide perseverans sanctissime consummatus est. Scripsit græco sermone multa præclara volumina. De quibus apud Latinos feruntur subjecta, Videlicet.

| | | |
|---|---|---|
| Contra Porphyrium | lib. XXX. | |
| In Esaiam Prophetam | lib. X. | |
| Explicationes Evangelicæ | lib. XX. | |
| De præparatione Evangelica | lib. XIV. | *Cum quid sit Christianis.* |
| Ecclesiastica historia | lib. X. | *Successiones sanctorum.* |
| Epitoma chronicæ | lib. I. | *Mosen gentis Hebrai.* |
| Tophanias *e*) | lib. V. | |
| De dissonantia Evangelistarum | lib. I. | |
| Topicorum *f*) | lib. I. | |
| Apologia pro Origene | lib. VI. | |
| De vita Pamphili | lib. III. | |
| In Psalterium totum | lib. I. | |
| Martyrologium *g*) | lib. I. | |

Alia quoque multa composuit, quæ ad notitiam meam non venerunt. Claruit sub Constantino Imperatore magno, cui amicissimus fuit propter eximiam doctrinam, & vitæ sanctitatem. Anno Domini, CCCXX.

LVIII. RETHICIUS Eduorum Augustodunensis Episcopus, vir in divinis scripturis studiosus, & suo tempore doctor famatæ opinionis. Fertur non pauca scripsisse opuscula, & præcipue in divinos libros commentarios, sed paucos ad notitiam nostram meminimus pervenisse. Videlicet,

| | |
|---|---|
| In Cantica canticorum | lib. I. |
| Contra Novatianum | lib. I. |

Expositionem ejus in Cantica, S. Hieronymus *b*) ut ineptam reprehendit. Claruit in Gallia sub Constantino magno, Anno Domini, CCCXX.

LIX. JACOBUS, cognomento sapiens, Nisibenæ urbis Persarum Episcopus, vir magnæ doctrinæ, & incomparabilis sanctitatis, unus ex numero confessorum sub Maximiano persequutore vincentium, Nicæno concilio interfuit, & Arium impiissimum homousii appositione damnavit. Hic vir sanctissimæ conversationis, urbem sibi commissam orationibus suis à multis periculis sæpe liberavit. Scripsit ad ædificationem fidelium, sermone Syro non pauca opuscula, de quibus feruntur:

| | |
|---|---|
| De fide | lib. I. |
| Contra omnes hæreses | lib. I. |
| De charitate generali | lib. I. |
| De dilectione proximi | lib. I. |
| De jejunio | lib. I. |
| De oratione | lib. I. |
| De resurrectione | lib. I. |
| De vita post mortem | lib. I. |
| De humilitate | lib. I. |
| De patientia | lib. I. |
| De pœnitentia | lib. I. |
| De satisfactione | lib. I. |
| De virginitate | lib. I. |
| De sensu animæ | lib. I. |
| De circumcisione | lib. I. |
| De azymi benedictione | lib. I. |
| De Christo, quod filius Dei sit | lib. I. |
| De castitate | lib. I. |
| Adversum gentes | lib. I. |

De

*d*) Symbolum Nicænum, quod in Ecclesia decantatur, ab Eusebio compositum esse Trithemius præter rem tradit ac falso.

*e*) Θεοφανείας. *f*) de locis puta Hebraicis.

*g*) Martyrologium Eusebii tot eruditorum expetitum votis, dicitur nuper allatum esse Romam ex Oriente, versum Syriace, atque Pontificis Clementis XI. jussu typis exscribendum.

*b*) Epist. 135. ad Marcellam.

Digitized by Google

| | |
|---|---|
| De conſtructione tabernaculi | lib. I. |
| De converſione gentium | lib. I. |
| De regno Perſarum | lib. I. |
| De perſequutione Chriſtianorum | lib. I. |
| Chronica temporum | lib. I. |
| De verbis Eſaiæ | lib. I. |

Comprehendit ergo totum opus jam ſignatum in libris XXV.

Claruit ſub Conſtantino principe magno. Anno Domini CCCXXX.

LX. METHODIUS Olympi Lyciæ, & poſtea Tyri Epiſcopus, in divinis ſcripturis eruditus, & ſeculariũ literarum non ignarus, fidei Chriſtianæ confeſſor & defenſor inſignis, & Evangelicæ perfectionis diligens æmulator, poſt multorum voluminum editionem pro fide Chriſti ſub ultima perſequutione, ſive (ut alii affirmant) ſub Decio & Valeriano in Chalcide Græciæ martyrio coronatus eſt. Scripſit nitido & compoſito ſermone non pauca volumina, de quibus iſta feruntur.

| | | |
|---|---|---|
| Contra Porphyrium | lib. II. | |
| De decem virginibus ſympoſion | lib. I. | |
| De reſurrectione | lib. I. | |
| De Pythoniſſa | lib. I. | |
| De exitu animæ | lib. I. | |
| In Geneſim | lib. I. | |
| In Cantica canticorum | lib. I. | |
| De noviſſimis temporibus | lib. I. | *Sciendum namque eſt fratres* |
| Chronica quoque | lib. I. | |

Claruit ſub Conſtantino principe magno, vel (ut aliis placet) *i*) ſub Decio & Valeriano. Anno Domini CCLV.

LXI. ANTONIUS monachus & abbas, natione Ægyptius, vir ſanctiſſimus, heremique cultor inſignis, cujus præconia laudum univerſus perſonat orbis, multis religioſæ ad beatæ vitæ normam præbuit, qui etſi literas non didicerit, in divinis tamen ſcripturis adeo eruditus fuit, ut nullus doctorum ſe ei præferre præſumerat. Habebat memoriam pro libris, intellectum & ſenſum pro literis, gratiam pro ſtudio lectionis. Dictavit Ægyptiaco ſermone ad diverſa cœnobia, apoſtolici ſenſus atque ſermonis varias epiſtolas. E quibus extat inſignis illa

| | |
|---|---|
| Ad Arſenoitas | epiſt. I. |
| Ad alia cœnobia | epiſtolæ VI. |

Ejus vitam beatus Athanaſius Epiſcopus Alexandrinus inſigni volumine, Græco ſermone deſcripſit. Claruit ſub Conſtantino magno & filiis ejus regnantibus. Anno Domini CCCXXX, multis coruſcans miraculis.

LXII. JUVENCUS Presbyter natione Hiſpanus, vir nobilis atque doctiſſimus philoſophus, poeta, rhetor & theologus inſignis, & non minus converſatione quam ſcientia ſcripturarum Eccleſiæ venerabilis, edidit pro ædificatione legentium tam metro quam proſa multa præclara volumina, ſed pauca eorum ad notitiam meam pervenerunt. Legi opus inſigne, quod hexametris pentametrisque *k*) verſibus compoſuit

| | | |
|---|---|---|
| De quatuor Evangeliis | lib. IV. | *Immortale nihil mun.* |
| De ſacramentis | lib. II. | |

Cætera quæ compoſuiſſe dicitur, ad manus noſtras non venerunt. Claruit ſub Conſtantino magno & filiis ejus. Anno Domini CCCXXX.

LXIII. EUSTACHIUS genere Pamphylius, primo Beriæ *l*) Syriæ, ac deinde Antiochenus viceſimus & tertius poſt Petrum Epiſcopus, vir doctus & ſanctus, multa pro catholica fide ab Arianis ſuſtinuit incommoda, In exilio namque Trajanopolim Thraciarum relegatus ibidem moritur, cujus Ariani Eccleſiam invadentes, multis eam annis tenuerunt. Scripſit autem maxime contra Arianos plurima opuſcula, aliosque diverſos & varios tractatus. Scilicet

| | |
|---|---|
| Adverſum Arianos | lib. III. |
| Adverſum Origenem | lib. I. |
| De anima | lib. I. |
| Epiſtolas pene innumerabiles | lib. I. |

Claruit temporibus Conſtantini & filiorum ejus. Anno Domini, CCCXXX.

LXIV. ATHANASIUS Alexandrinæ urbis nonusdecimus Epiſcopus, vir ſanctus atque in divinis ſcripturis doctiſſimus, multas pro fide catholica perſecutiones ab Arianis ſuſtinuit. Totus ſiquidem orbis illi anguſtus erat Arianis ubique perſequentibus, qui nusquam tutus, nusquam videbatur eſſe ſecurus. Nam & inimici hominis domeſtici ejus erant. Fugiens ergo à facie Imperatoris & Arianorum, venit ad Treverim urbem Galliarum, & à S. Maximiano Archiepiſcopo honorifice ſuſceptus 7. annis apud eum latuit in ciſterna ſine aqua, quæ usque in hunc diem apud monaſterium S. Maximini Treveris in crypta oſtenditur. In hoc loco multis annis, ut diximus, latitans, ſolem non vidit, ibique ſymbolum: *m*) *Quicunque vult ſalvus eſſe* compoſuit, do-



i) verior hæc ſententia. k) imo hexametris. l) Berrhoëa.
m) fabula à multis viris doctis confutata.

Digitized by Google

nec tandem à quadam puella traditus, Dei nutu fuga lapsus est. Cujus gesta, si quis plenius agnoscere desiderat, tripartitam historiam legat. Scripsit autem græco sermone pene infinita opuscula, de quibus apud Latinos subjecta reperi.

| | | |
|---|---|---|
| De unitate Trinitatis | lib. I. | *Tu unus Deus, Deus pater.* |
| De propriis personis Trinitatis. | lib. I. | *Nunc per singula ne.* |
| De hominis assumptione | lib. I. | *Quemadmodum in una.* |
| De nominibus Trinitatis | lib. I. | *Hic jam de singulis nomina.* |
| De unica substantia Trinitatis | lib. I. | *Hic contradicens persona.* |
| De beatitudine fidei | lib. I. | *Posco à te de unico.* |
| De professione regulæ catholicæ | lib. I. | *Propter quod impensissimq.* |
| De unitate fidei | lib. I. | *Sine initio temporum super.* |
| De Patre & Filio & Spiritu Sancto | lib. I. | *Cum legeris hanc fidem.* |
| De Trinitate & Spiritu Sancto | lib. I. | *His qui filium Dei creatum.* |
| Ad Luciferum Episcopum | lib. I. | *Domino beatissimo ac.* |
| Contra objecta Arianorum | lib. I. | *Prima eorum objectio est.* |
| Altercationem contra Arium, &c. | lib. I. | *Cum apud Nicæam urbem.* |
| Contra Valentem & Ursatium | lib. I. | |
| De virginitate | lib. I. | |
| De Psalmorum titulis | lib. III. | |
| Ad Episcopos Ægypti & Libyæ | lib. I. | *Omnia quecunque dominus noster.* |
| De Spiritu Sancto | lib. I. | *Litera sancta charitatis.* |
| Contra Gentes | lib. II. | *Divini cultus & uni.* |
| Contra Arianos | lib. I. | *Hereses quotquot ipse.* |
| Adversus eosdem | lib. I. | *Insanientes Ariani.* |
| De Patris & Filii homousio | lib. I. | *Qui maligne divinas.* |
| Dialogum cum Ariano | lib. I. | *Providentia Dei actum est.* |
| Exhortatorium ad monachos | lib. I. | *Et si quid gloriari in.* |
| Vitam sancti Antonii | lib. I. | *Optimum in istis fratres.* |
| Symbolum fidei suæ | lib. I. | *Quicunque vult salvus.* |
| In omnes epistolas Pauli | lib. XIV. | *Paulus, &c. Nec Moyse.* |
| De persecutione Arianorum | lib. II. | |
| De fuga & exilio suo | lib. I. | |

Epistolas plures ad diversos edidit, sermones quoque & varios tractatus, qui vel necdum translati sunt in latinum, vel ad notitiam meam non venerunt. Moritur tempore Valentiniani & Valentis Imperatorum, Anno Domini CCCLXXIX. sacerdotii sui XLVI. VI. nonas Maji, Indictione VII.

LXV. THEODORUS Heracliæ Thraciarum Episcopus, in divinis scripturis studiosus & eruditus, & declamator egregius elegantis compositique sermonis, edidit in sacris voluminibus non contemnendæ lectionis commentarios. De quibus subjecti feruntur.

| | |
|---|---|
| In Psalterium | lib. I. |
| In Evangelium Matthæi | lib. I. |
| In Evangelium Johannis | lib. I. |
| In Epistolas Pauli | lib. XIV. |

Alia quoque nonnulla scripsisse dicitur, sed ad notitiam meam non venerunt. Claruit temporibus Constantini secundi. Anno Domini CCCXXXX.

LXVI. EUSEBIUS Episcopus Emisenus, vir in divinis scripturis eruditissimus, & in declamandis homiliis ad populum nulli suo tempore secundus, rhetor, & theologus omnium opinione celeberrimus. Fertur multa & pene infinita scripsisse opuscula, sed nos paucorum solos titulos & numeros potuimus invenire. Scilicet

| | |
|---|---|
| Adversum Gentes | lib. I. |
| Adversum Judæos | lib. I. |
| Ad Novatianos | lib. I. |
| In epistolam ad Galatas | lib. X. |
| Homiliarum multarum | lib. I. |
| Sermones ad populum | |

Claruit Constantino & fratribus ejus regnantibus. Anno Domini CCCL.

LXVII. TRIPHILIUS Cyprilitensis sive Leucontheon *n*) Episcopus, vir tam in divinis quam in secularibus scripturis eruditissimus, ac sua ætate omnium præsulum facile eloquentissimus, fertur non pauca scripsisse volumina, & divinas scripturas multipliciter exposuisse, sed nihil suorum operum ad manus nostras meminimus pervenisse. Fertur *o*) ejus expositio

| | |
|---|---|
| In Cantica canticorum | lib. I. |

Claruit temporibus Constantii Imperatoris. Anno Domini CCCL.

LXVIII.

*n*) Ex Hieron. c. 92. & Sozom. lib. I. c. II. lege *Cypri Ledrensis sive Ἀτελειῶν.*
*o*) de Hieronymi non de Trithemii ætate hoc intelliges.

Digitized by Google

LXVIII. SERAPION ex monacho Thomuſeos *p*) Epiſcopus, & beato Antonio Abbati amiciſſimus, vir tantæ eruditionis & eloquentiæ, ut propter excellentiam ingenii cognomentum ſcholaſtici ſortitus ſuit. Multa fertur ſcripſiſſe opuſcula. De quibus extant *a*) ſubjecta:

| | |
|---|---|
| Contra Manichæum. | lib. I. |
| De Pſalmorum titulis | lib. I. |

Epiſtolæ plures ad diverſos. Floruit ſub Conſtantio principe. Anno Domini, CCCXL.

LXIX. ACHACIUS *b*) Cæſarienſis Palæſtinæ Epiſcopus, vir quidem in divinis ſcripturis exercitatus, ſed Ariana impietate perverſus, in tanta reverentia à Conſtantio Imperatore habitus, ut in locum Liberii papæ Romæ Fœlicem Presbyterum Arianum Epiſcopum conſtitui obtinuerit. Hic Achacius quia luſcus erat, monoculus vocabatur. Scripſit autem multos & varios tractatus, qui revera fuiſſent utiles, ſi catholicum habuiſſent authorem. E quibus potiores feruntur, quos ſubjecimus:

| | | |
|---|---|---|
| In Eccleſiaſten | lib. XVII. | |
| Sethematon *c*) | lib. I. | |
| Symmicton. | lib. I. | |

Claruit ſub Conſtantio Imperatore. Anno Domini CCCL.

LXX. HILARIUS Pictavienſis Aquitaniæ Epiſcopus, vir moribus, vita, & doctrina valde venerabilis, multas ab Arianis pro fide Chriſti ſuſtinuit injurias. Nam factione Saturnini Arelatenſis Epiſcopi, de ſynodo Biterenſi *d*) in Phrygiam relegatus, annis quatuor conſtanti animo durum portabat exilium, ubi orationibus ſuis mortuum legitur revocaſſe ad vitam. Qui cum eſſet vir undecunque doctiſſimus, multa compoſuit opuſcula. De quorum numero feruntur ſubjecta:

| | | |
|---|---|---|
| Contra Dioſcorum: | lib. I. | |
| Contra Valentem & Urſacium, | lib. I. | |
| De ſancta Trinitate contra Arianos, | lib. XII. | *Circumſpicienti mihi* |
| Defenſio catholicæ fidei | lib. I. | *Deus qui ubique eſt* |
| Contra Arianos. | lib. I. | *Dilectiſſimis fratribus* |
| In Evangelium Matthæi | lib. I. | *Gradus, quem Matthæus* |
| De ſynodis ad Epiſcopos Galliarum, | lib. I. | *Conſtitutum habebam.* |
| In aliquos Pſalmos | trac. XLII. | |
| In Pſalmum: Beati immaculati | trac. XXII. | |
| Ad Conſtantium Imperatorem | lib. III. | *Tempus loquendi jam.* |
| In Conſtantium. | lib. I. | |
| Hymnorum | lib. I. | |
| Myſteriorum | lib. I. | |
| In librum Job. | lib. I. | |
| Contra Auxentium | lib. I. | *Beatiſſimis & glorio.* |
| De hæreſibus. | lib. I. | |
| In Cantica canticorum | lib. I. | |
| Chronica | lib. I. | |
| Epiſtolarum ad diverſos | lib. I. | |

Alia quoque nonnulla edidit, quæ ad manus noſtras non venerunt. Moritur tandem, ad urbem ſuam de exilio ſuo reverſus, ſub Valentiniano Imperatore. Anno Domini CCCLXXI. Indictione quartadecima, cujus natale celebratur, idibus Januarii.

LXXI. VICTORINUS Afer, vir conſularis, rhetor omnium ſuo tempore celeberrimus qui in urbe Roma ſub Conſtantino Imperatore diu rhetoricam docuit, ubi propter excellentiam doctrinæ in foro Trajani æream ſtatuam promeruit. Converſus ad fidem Chriſti in ſenectute ſua multos in ſcripturis ſanctis tractatus edidit more dialectico ſatis obſcuros, & viris doctiſſimis vix peruios. De quibus extant ſubjecti:

| | | |
|---|---|---|
| Contra Arianos | lib. II. | |
| De ſancta Trinitate | lib. I. | *In primo ſermone e)* |
| Contra hæreticos | lib. I. | *Logos vel, &c. f)* |
| De homouſio quoque | lib. I. | *Vivit ac vita nnumne g)* |
| De Trinitate, hymnorum | lib. I. | *Adeſto lumen verum.* |
| In epiſtolas apoſtoli Pauli | lib. XIV. | |
| Et quædam alia. | | |

Claruit Romæ ſub Conſtantio Imperatore ſecundo, Anno CCCLX.

LXXII. TITUS Epiſcopus Boſtrenus, vir in divinis ſcripturis eruditiſſimus, & in ſecularibus litteris egregie doctus, ingenio acer & vehemens, multa fertur cudiſſe opuſcula, quibus memoriam ſui nominis cum gloria transmiſit ad poſteros. De quorum nnmero ſubjecta feruntur:



*p*) Thmueos, Ægypti. *a*) de temporibus Hieronymi hoc intellige. *b*) Acacius.
*c*) Ζητημάτων. *d*) A.C. 356.
*e*) Libri quatuor Victorini adverſus Arium exſtant, in T. IV. Bibl. Patrum edit. Lugd. & alibi ſæpius excuſi, quorum primus ita incipit.
*f*) Initium libri tertii Victorini adverſus Arium. *g*) Libri quarti initium.

Digitized by Google

Contra Manichæos *b*) lib. II.
Commentariorum Evangelii, *i*) lib. I.
Et alia complura.

Claruit Anno Domini CCCXL. Et ſub Valente Imperatore mortuus eſt.

LXXIII. DAMASUS papa natione Hiſpanus, ſedit poſt Liberium in cathedra Petri, annis decem & octo, vir in divinis eruditiſſimus, & in ſecularibus litteris egregie doctus, rhetor, & poeta celeberrimus, & in componendis verſibus peritiſſimus, ingenio ſubtilis, vita devotus atque ſanctiſſimus, divi Hieronymi Presbyteri amantiſſimus. Scripſit utroque genere varia opuſcula. De quibus extant ſubjecta:

Geſta ſummorum pontificum lib. I. *Beatus Petrus apoſtolus*
De fide contra hæreticos lib. I. *Quoniam poſt Nicænum conci.*
Epiſtolarum ad diverſos lib. I. *Damaſus Epiſcopus,*
Diverſa carmina. Et alia.

Claruit ſub Valentiniano & Valente. Anno Domini CCCLXX.

LXXIV. APOLLINARIS Laodicenus Syriæ Epiſcopus, vir in divinis ſcripturis ſtudioſus & eruditus, & grammaticæ inſtitutionis longe doctiſſimus, ingenio acer & vehemens, ſermone clarus, ſcripſit pro defenſione catholicæ fidei quædam præclara volumina, quibus nomen ſuum poſteritati commendavit. E quibus extat opus celeberrimum

Contra inſanum Porphyrium, lib. XXX.
Et quædam alia.

Claruit ſub Gratiano Imperatore. Anno Domini CCCLXXX.

LXXV. DIDYMUS Alexandrinus, captus à parua ætate oculis, & ob hoc elementorum quoque penitus ignarus, tantum miraculum ſui præbuit, ut dialecticam & geometriam, quæ vel maxime viſu indigent ad perfectum didicerit. In divinis vero ſcripturis doctiſſimus fuit, beati Hieronymi præceptor, & ſancti Antonii amiciſſimus, ingenio acer & vita præclarus, ſcripſit græco ſermone opera ſubjecta:

Contra Arianos lib. II.
De dogmatibus quoque lib. I.
In Epiſtolas canonicas. lib. VII. *Jacobus, &c. ſicuti mor.*
De Spiritu ſancto. lib. I. *Omnes quidem quæ divina.*
In librum ſancti Job. lib. I.
In Eſaiam Prophetam lib. X.
In Oſee ad Hieronymum lib. III.
In Zachariam ad eundem lib. V.
In Evangelium Matthæi lib. I.
In Evangelium Johannis lib. I.
In Pſalterium quoque lib. I.
Et quædam alia.

Claruit octogenarius ſub Theodoſio Imperatore. Anno Domini CCCXCV.

LXXVI. OPTATUS Epiſcopus Milevitanus, natione Afer, vir in divinis ſcripturis ſtudioſus & eruditus, ingenio præſtans, vita devotus & catholicus, fertur pro defenſione fidei noſtræ quædam præclara ſcripſiſſe opuſcula, quibus abundans ingenium magnifice exercitavit. E quibus extare dicitur grande & inſigne volumen, quod ſcripſit

Contra Donatiſtas, lib. VI. *k*)
Et plures Epiſtolæ. Et multa alia.

Claruit ſub Valentiniano & Valente principibus. Anno Domini CCCLXX.

LXXVII. BASILIUS Cæſarienſis Cappadociæ Epiſcopus, vir doctus atque ſanctiſſimus, tantæ apud Græcos authoritatis extitit, ut ejus doctrinæ vel ſcriptis nemo unquam quantumlibet ſciolus in aliquo contradicere auſus fuerit. Scripſit Græco ſermone multa præclara opuſcula, ſed pauca eorum ad manus noſtras pervenerunt.

De Spiritu ſancto lib. I.
Contra Eunomium lib. I.
In hexameron lib IX. *In principio, &c. Conve.*
Regulam monachorum. lib. I. *Humanum genus.*
Exhortatorium monachorum lib. I. *Audi fili mi admo.*
De inſtitutione puerorum, lib. I.
De fide. lib. I. *Dei quidem ſine inter.*
De ſermone occulto lib. I. *Sermonis uſum deus*
In plures Pſalmos. lib. I. *Omnis ſcriptura divini*
Ad virginem lapſam. lib. I. *Tempus eſt exclama.*
Homilias plures.

Alios

*b*) Libros quatuor Titus ſcripſerat, ſed duo priores tantum cum tertii initio exſtant verſi à Turriano, & Latine à Caniſio edti. Græcos in lucem proferet, ut ſpero V. C. Jacobus Basnage, ad quem Codicis Holſteniani apographum transmiſſum à Rev. Jo. Frid. Winclero. *i*) Lucæ.
*k*) In editionibus Optati hodie numerantur libri VII, vide quæ ad Hieron. c 110.

Digitized by Google

Alios insuper tractatus, sermones & Epistolas ad diversos composuit.
Claruit sub Valentiniano & Valente. Anno CCCLXXX.

LXXVIII. EFFREM monachus, heremique cultor insignis, & diaconus Edessenæ Ecclesiæ, à beato Basilio Presbyter ordinatus, propter humilitatem ad divina mysteria conficienda nunquam accessit, quamvis apud Deum & homines dignus haberetur. Nihilominus, quantum ad officium suum pertinebat, in monendo populum infinitas homilias declamabat. Hic (sicut in vita sanctorum patrum *l*) legitur) ab angelo visus est librum aureis literis scriptum recepisse, unde mox altera die, & deinceps, loquente in eo Spiritu sancto, tantam declamandi gratiam habuit, ut nullum sibi similem suo tempore inveniret. Scripsit Syro sermone pro institutione legentium quædam devota opuscula, Ex quibus apud Latinos inveniuntur subjecta, videlicet:

| | | |
|---|---|---|
| De Spiritu Sancto. | lib. 1. | |
| De compunctione cordis. | lib. 1. | *Dolor me compellit.* |
| De contritione cordis | lib. 1. | *Venite chariſſimi.* |
| De pœnitentia. | lib. 1. | *Dominus noſter JeſuChriſtus.* |
| De luctaminibus seculi | lib. 1. | *In luctaminibus hujus.* |
| De die judicii. | lib. 1. | *Venite dilectiſſimi.* |
| De resurrectione | lib. 1. | *Gloria omnipotenti Deo.* |
| De beatitudine animæ | lib. 1. | *Beatus qui odio habuit.* |
| De cogitationibus. | ho. 1. | *In ſcripturis ſanctis.* |
| De prædicatione dura | ho. 1. | *Quotienscunque fratres.* |
| De celebratione mysteriorum, | ho. 1. | *Rogo vos fratres* |
| Planctus super Edessenam urbem, | lib. 1. | |

Alia etiam non pauca edidit, maxime sermones & homilias ad populum, quæ nec dum ad notitiam meam pervenerunt.

Claruit sub Valentiniano, & Valente, beato Basilio amiciſſimus, sicut in ejus legenda *m*) poteris invenire. Anno Domini CCCLXXX.

LXXIX. GREGORIUS Episcopus Emisenus, *n*) frater beati Basilii Cæsariensis Cappadociæ præsulis, vir in divinis scripturis admodum studiosus & eruditus, provocatus studio fratris etiam ipse nonnulla conscripsit opuscula sermone Græco. De quibus apud nostros duntaxat reperi,

| | | |
|---|---|---|
| De imagine & conditione hominis. | lib. 1. | *Hominem ex anima intellec.* |
| Contra Eunomium. | lib. 11. *o*) | |

Claruit fratre junior sub Valentiniano & Valente principibus, & varia composuit. Anno Domini, CCCLXXX.

LXXX. GREGORIUS ex monacho Episcopus Nazianzenus, vir tantæ doctrinæ integritatis & eloquentiæ, ut nec adversarii quidem ejus his, quæ ab illo dicebantur, ullatenus contradicere auderent, ita ut ad confirmationem authoritatis Gregorium tantum aliquid dixisse *p*) sufficeret. Hic monasticæ conversationis cultor & amator, cum propter excellentiam doctrinæ & vitæ sanctitatem ad Episcopatum vocaretur, fugiens se abscondit, malens abjectus esse in domo Domini, quam in turba honoribus caducis extolli. Sed omnipotens Deus noluit tam clarum jubar sub modio privatæ conversationis abscondi, quod ad multorum salutem potuit extendi. Inventus ergo divino indicio, ad sedem Ediscopalem à populo ducitur, moxque in fugæ suæ excusationem solennis homilia *q*) dictatur, in qua ars artium animarum regimen esse ostenditur. Hic ob insignem doctrinam & vitæ sanctitatem Gregorius magnus, ante beatum Papam ejusdem vocabuli dicebatur. Scripsit autem Græco sermone plura opuscula. De quibus extant subjecta:

| | | |
|---|---|---|
| De morte fratris Cæsaris | lib. 1. | |
| De laude Cypriani mar. | lib. 1. | |
| De laude Athanasii Episcopi. | lib. 1. | |
| De laude Maximi philosophi. | lib. 1. | |
| In eundem vituperationis | lib. 1. | |
| De virginitate, hexametro. | lib. 1. | |
| De Spiritu Sancto. | lib. 1. | |
| Apologetici cum fugisset. | lib. 11. | *Victus sum & fateor r*) |
| De nativitate Domini. | lib. 1. | *Chriſtus naſcitur, glori.* |
| De secundis Epiphaniis | lib. 1. | *Iterum Jeſus meus.* |
| De Spiritu sancto in die Pentecostes | lib. 1. | *De ſolemnitate hujus.* |
| In semetipsum de agro regressus. | lib. 1. | *Deſiderabam vos* |
| De Hieremia, præsente Imperatore. | lib. 1. | *Ventrem meum doleo.* |
| De reconciliatione monachi. | lib. 1. | *Linguam noſtram ſolvit.* |
| De grandinis vastatione. | lib. 1. | *Quid laudabilem ſol.* |



*l*) p. 129. edit. Rosweidi.
*m*) vide vitas Patrum à Rosweido editas p. 122. seq.
*n*) imo Nyssenus.
*o*) Præter alia Nysseni scripta complura exstant libri ejus tredecim adversus Eunomium.
*p*) αὐτὸς ἔφα.
*q*) est inter Orationes Nazianzeni statim prima.
*r*) Oratio 1. & 7.

Digitized by Google

Contra Eunomium. lib. II.
Contra Julianum apoſtatam. *s)* lib. I.

Sermones & homilias plures edidit, & de diverſis materiis varios tractatus, qui ad notitiam meam non venerunt. Tandem ſenio confectus, cum ſe ad regimen populi non poſſe amplius ſufficere conſpiceret, ordinato in locum ſuum alio Epiſcopo, *t)* ad derelictæ ſolitudinis ſtudium remeavit.

Claruit ſub Valentiniano & Theodoſio. Anno Domini CCCXC.

LXXXI. EUTROPIUS monachus & Presbyter, vir religioſiſſimæ converſationis, in divinis ſcripturis valde ſtudioſus & eruditus, atque in ſecularibus literis ad plenum inſtructus, fertur nonnulla compoſuiſſe opuſcula. E quibus extant iſta nobis duntaxat titulis not.

Ad virgines duas ſorores. lib. II.
Chronicarum *u)* usque ad ſua tempora. lib. I.

Claruit ſub Valentiniano & Valente principibus. Anno Domini tricenteſimo, ſeptuageſimo. Sunt etiam qui ſcribant, eum Auguſtini fuiſſe diſcipulum, & floruiſſe Anno Domini CCCC. & XXX.

LXXXII. ESYTIUS *x)* Presbyter & monachus, beati Gregorii Nazianzeni Epiſcopi quondam auditor & diſcipulus, vir in Divinis ſcripturis eruditiſſimus, exemplo ſui præceptoris admonitus, fertur in Divinos libros multa explanationum ſcripſiſſe opuſcula, & tam in novum quam in vetus teſtamentum varia lucubraſſe volumina, quæ necdum ad manus noſtras pervenerunt. Legi tantum opus illud inſigne & magnæ quantitatis, quod ſcripſit ad Eutychianum venerabilem diaconum

In Leviticum. lib. I. *Venerabili diacono.*

De cæteris nihil vidi.

Claruit ſub Arcadio & Honorio principibus. Anno Domini CCCC.

LXXXIII. AMBROSIUS Epiſcopus Mediolanenſis, patria Romanus, vir fide & ſanctitate celeberrimus, in Divinis ſcripturis atque in ſecularibus literis omnium facile doctiſſimus, græco atque latino ſermone ad perfectum inſtructus, cujus meritum totus orbis perſonat, cujus opera & libros magno authoritatis præconio ſancta mater Eccleſia confirmat. Qui in exponendis, declarandisque Divinis ſcripturis omnes doctores vicit, cujus fidem nulla unquam poteſtas terrena infringere potuit, ita ut multis Epiſcopis pro fide relegatis exilio, Ambroſium nullus unquam auderet contingere. Fuit enim velut malleus hæreticorum conſtantiſſimus impugnator, cujus linguæ in fide Chriſti loquenti, nulla potuit unquam authoritas humana indicere ſilentium. Pro fide ſemper paratus quælibet ſubire pericula, domino protegente liber ubique & illæſus evaſit. Scripſit multa præclara opuſcula, de quibus ego duntaxat reperi ſubjecta:

| | | |
|---|---|---|
| De officiis | lib. III. | *Non arrogans videri.* |
| De vocatione gentium. | lib. II. | *Inter defenſores liberi.* |
| Hexameron. | lib. VI. | *Tantum ne opinionis.* |
| De dignitate humana. | lib. I. | *Faciamus hominem* |
| De Paradiſo. | lib. I. | *De paradiſo adoriendus* |
| De Cain & Abel | lib. I. | *De paradiſo in ſuperiori.* |
| De Noe & arca | lib. I. | *Noe ſancti adorimur.* |
| De Abraham patriarcha | lib. II. | *Abraham libri hujus.* |
| De Iſaac & anima. | lib. I. | *In patre nobis ſancti* |
| De bono mortis | lib. I. | *Quoniam de anima ſuperiore.* |
| De fuga ſeculi | lib. I. | *Frequens nobis de effu.* |
| De Jacob & vita beata | lib. II. | *Neceſſarius ad diſci.* |
| De Joſeph patriarcha | lib. I. | *Sanctorum vita cæteris.* |
| De benedictionibus patriarcharum | lib. I. | *Primum omnium quantam.* |
| De Nabuthe Jetzraelita | lib. I. | *Nabuthæ hiſtoria tem.* |
| De Helia & jejunio | lib. I. | *Divinum ad patres re.* |
| De Tobia | lib. I. | *Lecto prophetico libro* |
| De interpellationibus *y)* | lib. IV. | *Multas nobis perturba.* |
| Apologiam David | lib. I. | *Apologiam Prophetæ* |
| De Salomone | lib. I. | *Mirum ſatis eſt dilectiſſ.* |
| De myſteriis initiandis. | lib. I. | *De moralibus quotidia.* |
| De ſacramentis. | lib. VI. | *De ſacramentis quæ* |
| De cura paſtorali. | lib. I. | *Si quis fratres oraculi.* |
| De fide ad Gratianum. | lib. V. | *Regina Auſtri venit* |

De

*s)* Contra Julianum habemus λόγος Nazianzeni στηλιτευτικὸς duos, & contra Eunomianos, quinque.

*t)* Nectario, cum Maximus Cynicus, quem tres Epiſcopi Ægypti ordinaverant, repudiatus eſſet. A. C. 381.

*u)* apparet à Trithemio, quemadmodum etiam à multis aliis, confundi cum Eutropio presbytero Flavium Eutropium breviarii hiſtoriæ ſcriptorem. Illud enim à Trithemio intelligi per Chronicarum librum non dubito. Atqui illius operis mentionem omittit Gennadius de Eutropio Presb. differens cap. 49. & breviarii ſcriptor, Juliani Imp. æqualis non potuit eſſe diſcipulus S. Auguſtini. *x)* Heſychius. presbyter Hieroſol. circa A. C. 433.

*y)* De interpellatione Jobi & Davidis libri IV, leguntur in edit. noviſſima Ambroſii, etſi in antiquioribus tantum tres exſtant de interpellatione Jobi.

| | | |
|---|---|---|
| De Spiritu ſancto. | lib. III. | *Hierobaal ſub arbore.* |
| De fide & ſymbolo | lib. I. | *Multæ quidem & gra.* |
| De incarnatione Domini | lib. I. | *Debitum fratres cupio.* |
| De myſterio Paſchæ | lib. I. | *Paſchæ myſterium de.* |
| De exceſſu fratris | lib. I. | *Deduximus fratres* |
| De fide reſurrectionis. | lib. I. | *Superiore libro aliquid.* |
| De pœnitentia | lib. II. | *Si virtutum finis ille eſt* |
| Adhortationem pœnitentiæ | lib. I. | *Admoneo vos fratres.* |
| De virginibus | lib. III. | *Si juxta cæleſtis ſen.* |
| De viduis. | lib. I. | *Bene accidit fratres* |
| Exhortationis ad virgines | lib. I. | *Qui ad convivium magnum* |
| Ad virginem devotam. | lib. I. | *Audi filia & vide &* |
| Ad virginem lapſam | lib. I. | *Audite me nunc qui.* |
| Contra Symmachum. | lib. I. | *Ambroſium Epiſcopi hæ.* |
| Conſolatorium Valentiniani. | lib. I. | *Etſi incrementum.* |
| Contra Auxentium | lib. I. | *Dalmatius me tribu.* |
| De tradendis Baſilicis | lib. II. | *Video vos præter ſolitum.* |
| De inſtitutione virginis. | lib. I. | *Commendasti mihi pignus.* |
| De morte Theodoſii | lib. I. | *Hoc nobis motus ter.* |
| De inſtructione ſacerdotum | lib. I. | *Suſcepiſti munus ſacer.* |
| De circumciſione. | lib. I. | *Non mediocrem pla.* |
| De ſynagoga ad Theodoſium. | lib. I. | *Exercitus ſemper jugi.* |
| Revelationem Gervaſii Protaſiique | lib. II. | *Domino ſoreri vitæ atque* |
| De paſſione ſanctæ Agnetis | lib. I. | *Ambroſius virginibus* |
| De eligendo pontifice | lib. I. | |
| De judiciis | lib. I. | |
| De ſancto Job | lib. I. | |
| De XLII. manſionibus | lib. I. | |
| Hymnorum & præfationum. | lib. I. | |
| In Epiſtolas Pauli | lib. XIV. | |
| In Pſalmum: z) Beati immaculati | lib. XXII. | *Licet myſtico quoque* |
| Epiſtolarum ad diverſos | lib. X. | *Pulchre admones frater.* |
| In Evangelium Lucæ. | lib. X. | *Scripturi in librum Evan.* |
| Sermonum multorum. | lib. I. | *Libenter nos prædicare.* |
| In quosdam Pſalmos. | lib. XI. | |

Alia quoque nonnulla edidit, quæ ad notitiam meam non venerunt. Fertur denique Egeſippum & quosdam alios de græco feciſſe latinos.

Claruit ſub Theodoſio Imperatore clementiſſimo. Anno Domini CCCLXXX.

LXXXIV. PHILASTRIUS Epiſcopus Brixienſis, vir in divinis ſcripturis doctiſſimus, & ſecularium literarum non ignarus, beato Ambroſio Mediolanenſi, & notus, & familiaris, cujus meminit ſanctus Auguſtinus in quadam epiſtola a) ad quod vult deum, ſcripſit pro utilitate communi quædam præclara opuſcula, è quibus nullum ad manus noſtras memini perveniſſe. Fertur ejus beato Auguſtino ubi ſupra teſtante inſigne opus, quod ſcripſit

| | | |
|---|---|---|
| De CLVI. hæreſibus, b) | lib. I. | *Simoniani à Simone.* |
| Cætera non vidi. | | |

Claruit ſub Theodoſio Imperatore Chriſtianiſſimo. Anno Domini CCCLXXX.

LXXXV. EVAGRIUS monachus & diſcipulus ſancti Macarii, Ægyptii, & poſtea Epiſcopus Antiochenus, c) vir undecunque doctiſſimus, & tam ſecularibus quam divinis ſcripturis eruditus, Græco & Latino peritus eloquio, etiam in Epiſcopatu prioris vitæ auſteritatem cuſtodiens, tantæ abſtinentiæ fuit, ut miraculo haberetur. Hic primus vitam ſanctorum patrum ſcriptis commendavit, & de ſua vena multa opuſcula edidit. De quibus tamen pauciſſima ad notitiam meam pervenerunt. Feruntur autem ejus ſubjecta

| | | |
|---|---|---|
| Ad Anachoretas valde utilis, | lib. I. | |
| Ad cœnobitas quoque, | lib. I. | |
| De octo vitiis principalibus | lib. I. | |
| Exhortatorii ad virginem | lib. I. | |
| Vitam Antonii d) Latinam fecit. | lib. I. | *Presbyter Evagrius.* |
| De vita ſanctorum patrum | lib. I. | |

Alia quoque multa ſcripſit, & de Græco in Latinum tranſtulit incognita nobis. Claruit ſub Gratiano principe. Anno Domini CCCLXXX.

LXXXVI. MAXIMUS Epiſcopus Conſtantinopolitanus, natione Alexandrinus, philoſo-



z) Pſal. CXIX. a) præmittitur illa Epiſtola libro S. Auguſtini de hæreſibus.
b) in libro Philaſtrii edito non plures occurrunt deſcriptæ hæreſes, quam CXLIX.
c) Evagrium Epiſcopum Antiochenum cum Monacho & Diacono confundit Trithemius.
d) ſola hæc vitæ Antonii verſio, quam Presbyter adhuc cum eſſet concinnavit, recte Evagrio Epiſcopo tribuitur. Cætera ſunt Evagrii Monachi. Vide ſi placet, quæ notavi. T. 8. Bibl. Græcæ p. 364.

Digitized by Google

phus & theologus insignis, in cujus laudem Gregorius Nazianzenus librum *e*) edidit, multas injurias ab Arianis sustinens, Episcopatu tandem pulsus, *f*) multa in eos scripsit. E quibus extat *g*) ad Gratianum opus insigne

Contra Arianos. lib. I.

Cætera mihi incognita sunt. Claruit in Græcia sub Gratiano principe, Anno Domini CCCLXX.

LXXXVII. AMBROSIUS Presbyter natione Alexandrinus, Didymi cæci quondam auditor atque discipulus, quo explanante scripturas divinas magnifice didicit, & varias in illas explanationes composuit, quæ apud Græcos eo tempore magno pretio habebantur. E quibus hæc apud nos feruntur: *h*)

Commentariorum in Job lib. I.
Contra Apollinarem Laodicenum. lib. I.

Claruit sub Theodosio & Arcadio principibus. Anno CCCC.

LXXXVIII. PETRONIUS Episcopus Bononiensis, conversatione monachus, in divinis scripturis valde doctus & eloquens, & non minus sanctitate, quam scientia reverendus, qui multis in vita & post mortem miraculis coruscavit, sicut in ejus historia *i*) legitur. Scripsit inter cætera,

De vita sanctorum patrum lib. I.
De ordinatione Episcopi lib. I.
Et alia nobis incognita.

Moritur sub Theodosio & Valentiniano. Anno Domini CCCLXXXV. Indictione XIII.

LXXXIX. PACHOMIUS Abbas & monachorum sui temporis institutor permagnificus, fundator multorum cœnobiorum, ac vir sanctissimæ conversationis, multis in vita & post mortem coruscans miraculis, cum esset vir doctus, & in divinis scripturis eruditus. Scripsit ad ædificationem fratrum multas epistolas, de quibus subjectæ referuntur:

Ad Cornelium abbatem, epist. I.
Ad Syrum abbatem. epist. I.
Ad præpositos cœnobiorum, epist. I.
Ad fratres operantes. epist. I.
Regula quoque monachorum. lib. I.

Claruit sub Valentiniano & Theodosio principibus. Anno CCCXC.

XC. Aurelius Clemens PRUDENTIUS, poeta Christianus, vir in secularibus literis eruditissimus, & in divinis scripturis satis peritus, metro excellens & prosa, per quinquaginta septem annos mundi amoribus retentus, multa poetarum opuscula legit & exposuit, ac de sua vena multa profunda poemata scripsit. Tandem vero in senectute, repulsa mundi vanitate, ad sacras scripturas se contulit, & carmine ac prosa multa utriusque testamenti obstrusa exposuit. Scripsit autem multa præclara opuscula. De quibus mensura metri facta reperi subjecta:

Contra Symmachum idololatram. lib. II. *Paulus praco Dei.*
De compugnantia. *k*) lib. I. *Senex fidelis prima.*
De divinitate lib. I. *Est tria summa Deus l*)
Contra Patripassianos. *m*) lib. I. *Plurima sunt, sed pau.*
Contra Sabelliones. *n*) lib. I. *Cede prephanater.*
Contra Judæos. *o*) lib. I. *Hæc si Judaicos sic intellecta.*
Contra Hommncionitas. lib. I. *Sunt qui Judaico cogna.*
Contra Phantasmaticos. lib. I. *Est operæpretium nobu.*
De origine peccatorum. *p*) lib. I.
In hexameron. lib. VI.
De sancta Trinitate. lib. II.
Hymnorum diversorum. lib. II. *Ales diei nuntius lucem. q*)
Laudes sancti Vincentii. lib. I. *Beate martyr prospera.*
Laudes sancti Laurentii. lib. I. *Antiqua sanctorum parens*
Laudes Romani contra gentiles. lib. I. *Romane, Christi fortis.*
Historiarum. *r*) lib. I. *Ena columba fuit.*
De animæ natura lib. I. *Occurrit dubitanti hic s*)
De resurrectione carnis lib. I. *Postremum in Christo. t*)
De martyribus lib. I. *Scripta sunt cœlo duo u*)
De statu animæ *x*) lib. I. *Erat quoque animar.*

Amar-

*e*) intelligit Orationem Nazianzeni XXIII. *f*) non ab Arianis, sed ab ipsis Catholicis, in ejus locum Nectario ordinato A. C. 381. *g*) imo extitit S. Hieronymi tempore.
*h*) non de Trithemii sed S. Hieronymi hoc intellige. *i*) Vide Tillemontium T. XV. memoir. Hist. Eccles. p. 30. seq.
*k*) Psychomachia. *l*) præfat. in Apotheosin. *m*) Apotheosis.
*n*) Sabellianos. In editis inscribitur contra Unionitas. v. 178. Apotheos. *o*) Apotheos. v. 321.
*p*) non videtur diversum ab Hamartigenia, quam iterum infra commemorat.
*q*) initium libri Cathemerinon. *r*) Enchiridion utriusque Test. *s*) Apotheos. v. 783.
*t*) Hoc in editis non reperio. *u*) initium Hymni I. peristeph.
*x*) *de integritate visionis animæ* in editis inscribitur v. 867. Hamartigen.

Digitized by Google

Amartigenian. lib. I. *Fratres Ephebi fossor y)*
De spe veniæ, orationem sive. lib. I. *O Deo conciliarens. z)*
Contra Marcionitas. lib. I. *Quo te præcipitat rabies a)*
Peristephanon. lib. I. *Pius fidelis innocens. b)*
Epistolas etiam scripsit non paucas.

Alia quoque nonnulla edidit, quæ ad manus nostras non venerunt.

Claruit sub Gratiano Imperatore. Anno Domini, CCCLXXX.

XCI. JOHANNES monachus & Presbyter Damascenus, vir doctus & sanctus, de quo miranda narrantur propter excellentiam doctrinæ & vitæ syncritatem, in magno pretio habitus, apud Constantinopolim prælatus monachorum constitutus, multos ab iniquitate avertit. Scripsit græco sermone nonnulla profundi sensus opuscula, sed pauca eorum ad manus nostras pervenerunt. Legi tantum opus illud insigne

Traditionis orthodoxæ fidei. lib. IV. *Deum nemo vidit unquam*
Historiam Barlaam & Josaphat. lib. I.
De cæteris nihil vidi.

Claruit sub Theodosio devotissimo principe. Anno Domini CCCXC. *c)*

XCII. TICONIUS Afer, quem beatus Augustinus in tertio libro de doctrina Christiana *d)* Donatianæ partis fuisse commemorat, quamvis in quibusdam ab illis dissentiat, vir certe acutus & in divinis scripturis multum exercitatus. Scripsit non pauca opuscula. E quibus illa feruntur, videlicet.

De bello intestino lib. III.
Expositorium diversarum causarum lib. I.
In Apocalypsin Joannis, lib. I.
Regularis *e)* sacræ scripturæ, lib. I.

Epistolæ plures ad diversos, Et alia multa. Claruit Theodosio & filiis ejus Imperantibus Anno Domini CCCXC.

XCIII. HERACLIDES monachus, vir moribus sanctus, & divinarum scripturarum eruditione insignis, sanctorum patrum Anachoretarum ac monachorum diligentissimus inquisitor & imitator, qui velut argumentosa apis de singulorum conversatione flores virtutum in alveolum pectoris sui conferens, mel spiritalis dulcedinis procreavit. Scripsit inter alia ad ædificationem legentium opus insigne de vita & conversatione sanctorum patrum in heremo vel in cœnobiis degentium sub regula, cujus titulus est.

Paradisus. lib. I.

Claruit temporibus Gratiani Imperatoris. Anno Domini CCCLXXX.

XCIV. AMPHILOCHIUS Episcopus Iconii, vir in divinis scripturis valde studiosus & eruditus, atque secularibus literis sufficienter imbutus, & non minus conversatione, quam scientia scripturarum sacerdotio dignus. Scripsit inter alia opus utile

De Spiritu sancto lib. I.

De cæteris, quæ composuisse dicitur, nihil ad notitiam meam pervenit.

Claruit Theodosii devoti Imperatoribus temporibus. Anno Domini CCCXC.

XCV. EPIPHANIUS Cypri Salaminæ urbis Episcopus, vir in divinis scripturis satis eruditus, & tantæ sanctitatis, ut spiritu prophetiæ meruerit illustrari, multorumque patrator miraculorum fieri. Hic beato Hieronymo amicissimus extitit, & plures ad eum epistolas scripsit. Hujus acta, si quis nosse desiderat, tripartitam historiam *f)* legat. Composuit autem nonnulla opuscula, de quibus ista feruntur:

De 90. hæresibus lib. I.
Contra omnes hæreses lib. II. *Symmiaci à Simone.*
De erroribus Origenis lib. I.
Ad Theophilum Alexandrinum lib. I.
Epistolarum ad diversos lib. I. *Domino amantissimo filio.*
Et quædam alia.

Claruit sub Theodosio religiosissimo principe. Anno CCCXC.

XCVI. THEOPHILUS Alexandrinæ Ecclesiæ vicesimusprimus Episcopus, vir in scripturis studiosus, & Origenistarum expugnator acerrimus, qui in magna discordia cum S. Johanne Chrysostomo asserit, eumque insidiis Episcopatu pulsum in exilio mori coegerit, sicut in veterum historiis plenius continetur. Scripsisse fertur quædam opuscula, de quibus ad meam notitiam pauca pervenerunt. Extat ejus ad diversos in variis negotiis

Epistolarum. lib. I.



y) præfat Hamartigen. z) v. 931. Hamartigen. a) Hamartigen. v. I.
b) Initium in editis hoc est: *Immolat Deo Patri pius fidelis innocens puditus.*
c) imo Seculo octavo. Nimirum Theodosium, qui ante Leonem Isaurum rebus præfuit, cum Theodosio magno Trithemius confundit. d) cap. 30. adde Tillemont. T. VI. memor. Hist. Eccles. p. 145. 719.
e) Regulæ, quæ extant in Orthodoxographis edit. secundæ p. 1352. & in Bibliothecis Patrum.
f) lib. X. cap. 10. seq.

| | | |
|---|---|---|
| Ad Epiphanium de hæreſibus | lib. I. | *Domino dilectiſſimo & a.* |
| De paſcha. | lib. I. | |

Alia quoque multa edidit, ſicut ex Epiſtola beati Hieronymi ad eum directa colligitur, quæ ſibi vel legenda vel vertenda poſtulat deſtinari.

Claruit ſub Theodoſio & Valentiniano principibus. Anno CCCXC.

XCVII. ANTIOCHUS cujusdam urbis *b*) Epiſcopus, vir in divinis ſcripturis ſtudioſus & doctus, atque in ſecularibus literis nobiliter eruditus, cujus mores, doctrinam populo ſuo commendarunt. Scripſit ad ædificationem legentium quædam præclara volumina. De quibus iſta feruntur potiora:

| | | |
|---|---|---|
| Contra avaritiam | lib. II. | |
| De illuminatione cæci nati, | lib. I. | |
| Homiliæ ad populum plures | lib. I. | |

Et alia nobis incognita. Claruit ſub Theodoſio & Arcadio principibus. Anno CCCXC.

XCVIII. MACARIUS monachus Ægyptius, & beati patris Antonii quondam diſcipulus, vir devotus & ſanctiſſimæ converſationis, de quo multa miracula narrantur, quomodo etiam mortuorum voces de ſepulchris pro fidei confirmatione impetraverit. Miſit omnibus religioſis utilem epiſtolam

| | | |
|---|---|---|
| Ad monachos | lib. I. | *In primis quidem ſi cu.* |

Et alias ad alios. Claruit multa ſanctitate ſub Conſtantino & Conſtantio principibus. Anno Domini, CCCL. Cujus geſta habentur. *i*)

XCIX. FAUSTINUS Presbyter in ſacris ſcripturis valde eruditus, & ſecularium literarum non ignarus, partis Luciferianæ, & ob id merito reprehenſibilis. Scripſit multa egregia volumina, quæ ad hæreticorum confutationem utilia judicantur. E quibus ego paucorum vel ſolos titulos inveni.

| | | |
|---|---|---|
| Contra Arianos & Macedonianos | lib. VII. | |
| Apologia ad Valentinianum | lib. I. | |

Claruit ſub Valentiniano & Theodoſio. Anno Domini CCCXC.

C. HIERONYMUS Presbyter & monachus, patre natus Euſebio ex oppido Stridonis, vir in ſecularibus literis valde eruditus, & in divinis ſcripturis inter omnes doctores eruditiſſimus, multarum linguarum peritia inſignis, ſacræ legis interpres, hæreticorum malleus & expugnator fortiſſimus. Hic eſt verus diſpenſator Evangelicus, fidelis & prudens, qui proferens de theſauro ſuo nova & vetera, dansque in tempore ſpiritalis tritici menſuram conſervis ſuis, Hebræos ſuperbos ſpoliavit, humilesque ditavit Latinos. Hic eſt Eccleſiæ Chriſti doctor egregius, qui veſtes Eſau per devia errorum vagantis domi otioſe reconditas cum pia matre Rebecca, id eſt gratia Dei protulit, ac manſuetum Jacob fidelemque Chriſto ſervientem veſtivit. Hic eſt Hieronymus Jeſu Chriſti ſyncerus amator, qui nullum tempus otioſe tranſiens, die ac nocte in lege domini meditabatur, & vix corpori neceſſario ſomno indulto, ſemper diebus ac noctibus ſcripſit, legit, docuit vel oravit, quod teſtantur pene infiniti libri, quos edidit. Hic veritatis defenſor, cultor virtutis, vitiorum acerrimus hoſtis, cum eſſet Eccleſiæ Romanæ Presbyter, & ſcelera clericorum conſtanter argueret, eorum invidia receſſit ex urbe, veniensque in Judæam glorioſum domini viſitavit ſepulchrum, atque juxta præſepe Bethlehemiticum locum ſibi habitationis conſtituens, toti mundo clarus innotuit, diſponente id nimirum divina providentia, ut ibi lux mundi quieſceret, ubi verus ſol juſtitiæ hominibus naſcendo innotuiſſet. Sanctiſſimi loci habitator ſanctus atque conveniens, fide firmus, charitate ignitus, converſatione maturus, qui ſeduci rebus ſecundis non potuit, quem à ſancto propoſito nulla unquam adverſitas dejecit. Sed quid fœdus laudator viri ſanctum verticem labris contingo impuris? Silendum magis humiliter mihi fuerat, quam de ſanctiſſimo viro inſufficienter loquendum. Nunc ergo quæ de ſcriptis & opuſculis ejus invenimus, per ordinem conſignemus. De quibus iſta ſunt:

| | | |
|---|---|---|
| De fide ad Damaſum. | lib. I. | *Credimus in Deum patrem.* |
| De fide Nicæni concilii. | lib. I. | *Credimus in unum Deum.* |
| De eſſentia Trinitatis | lib. I. | *Omnipotens Deus pater &* |
| Contra Jovinianum. | lib. II. | *Pauci admodum dies.* |
| Contra Helvidium. | lib. I. | *Nuper rogatus à fratribus.* |
| Contra Vigilantium. | lib. I. | *Multa in orbe monſtra.* |
| Contra Luciferianum. | lib. I. | *Proxime accedit ut qui* |
| De libero arbitrio | lib. I. | *Non audacter ut falſo.* |
| Contra Pelagianos. | lib. I. | *Scripta jam ad Theoſi. k)* |
| Contra Origeniſtas de reſurrectione. | lib. I. | *Ante annos circiter decem* |
| Contra Johannem Hieroſolymitanum. | lib. I. | *Si juxta Paulum apoſtolum* |
| Contra Rufinum monachum | lib. II. | *Et veſtris & multorum.* |
| In eundem. | lib. I. | *Lectis literis prudentiæ* |
| De virginitate & nuptiis. | lib. I. | *Quod ad te hucuſque non.* |

De

*g*) puto nihil aliud à Trithemio notari, quam Epiſtolam Theophili ad Epiphanium, quæ Latine inter S. Hieronymi opera legitur. *h*) Prolemaidis in Phœnicia. Vide quæ ad Gennadium c. 20.

*i*) apud Surium 2. Januar. *k*) Sic Editiones Trithemii. Sed ex Hieronymo legendum: *Scripta jam ad Cteſiphontem:*

| | |
|---|---|
| De unius uxoris viro | lib. 1. *Nunquam fili Oceane, fore* |
| De V. quæſtionibus ad Damaſum. | lib. 1. *Beatiſſimo Papæ Da.* |
| De viſione Eſaiæ. | lib. 1. *Et factum eſt in anno quo.* |
| De Melchiſedech. | lib. 1. *Miſiſti volumen mihi* |
| De vera circumciſione. | lib. 1. *Superiore epiſtola quam,* |
| De XLII. manſionibus. | lib. 1. *In LXXVII. pſalmo quem* |
| De filio prodigo. | lib. 1. *Beatitudinis tuæ inter* |
| De XII. quæſtionibus. | lib. 1. *Ignota vultu fidei* |
| De XI. quæſtionibus. | lib. 1. *Filius meus Apodemius* |
| De Anna & Joachim | lib. 1. *Petitis à me ut vobis* |
| De reſurrectione carnis. | lib. 1. *In ipſo jam profectionis.* |
| De reprehenſione Petri à Paulo | lib. 1. *Domino vere ſancto & beato.* |
| Ad Cyprianum in Pſal. LXXXIX. | lib. 1. *Prius te Cypriane preſ.* |
| In Pſalmum XLIV. | lib. 1. *Scio me principia.* |
| De vinculis beati Petri. | lib. 1. *Sæpiſſimo rogatu* |
| De locis hebraicis. | lib. 1. *Euſebius qui à beato Pam.* |
| De X. tentationibus in deſerto | lib. 1. *Hæc ſunt verba quæ* |
| De illuſtribus viris | lib. 1. *Hortaris, Dexter, ut tran.* |
| De præcipuis ſcriptoribus | lib. 1. *Vis nunc acriter mi fra. l)* |
| De optimo genere interpretandi | lib. 1. *Paulus apoſtolus præſente* |
| De correctione Pſalterii | lib. 1. *Dilectiſſimis fratribus.* |
| De omnibus Bibliæ libris. | lib. 1. *Frater Ambroſius tua* |
| De homine perfecto | lib. 1. *Ecce iterum ad te ſcribo* |
| De obedientia & juramento. | lib. 1. *Præſumptionem meam* |
| De tribus virtutibus. | lib. 1. *Tres quodammodo vir* |
| De inſtitutione filiæ. | lib. 1. *Beatus apoſtolus Paulus.* |
| De parentibus honorandis | lib. 1. *Parentum meritis ſub.* |
| De vita clericorum ad Nepotianum. | lib. 1. *Petis à me Nepotiane.* |
| De eadem re ad Oceanum. | lib. 1. *Sophronius Euſebius.* |
| Ad Ruſticum de vita Epiſcopi. | lib. 1. *Sufficere quidem fidei* |
| Regula monialium ad Euſtochium | lib. 1. *Tepeſcens in membris.* |
| De virginitate ad Euſtochium | lib. 1. *Audi filia & vide &.* |
| Item de virginitate. | lib. 1. *Quantam in cœleſtibus.* |
| Ad Demetriadem de eadem re. | lib. 1. *Inter omnes materias quas.* |
| De recto modo vivendi. | lib. 1. *Vetus ſcripturæ cele.* |
| De vidvitate ad Furiam | lib. 1. *Obſecras literis & ſuppl.* |
| De Monogamia. | lib. 1. *In veteri via novam ſe.* |
| Ad Heliodorum nondum Epiſcopum. | lib. 1. *Quanto amore & ſtu.* |
| De cereo paſchali | lib. 1. *Hieronymus præſidio fratri* |
| De vita monaſtica ad Ruſticum | lib. 1. *Nihil chriſtiano fœli.* |
| Conſolatio ægrotantis amici. | lib. 1. *Quanquam certiſſime no.* |
| De continentia ad Ruſticum. | lib. 1. *Quod ignotus ad igno.* |
| Ad Suſannam lapſam | lib. 1. *Quid taces anima? quid.* |
| Ad Sabinianum diaconum lapſum | lib. 1. *Samuel quondam luge.* |
| De duobus filiis | lib. 1. *Omnium quidem de ſcri.* |
| De octoginta quatuor hæreſibus, | lib. 1. *Simoniaci à Simone m)* |
| Contra hæreticos | lib. 1. *Omne quod eſt aut inge.* |
| Adverſus Montanum | lib. 1. *Teſtimonia de Johanne* |
| De origine animæ ad Auguſtinum | lib. 1. *Domino vere ſancto ac beato* |
| De vita monaſtica | lib. 1. *Bonus homo de the.* |
| De aſſumptione ſanctæ Mariæ. | lib. 1. *Cogitis me o Paula.* |
| De Teſtamento Gerontii. | lib. 1. *Cuncti mei ſenſus.* |
| Vita Pauli primi heremitæ | lib. 1. *Inter multos ſæpe.* |
| Vita ſancti Hilarionis. | lib. 1. *Scripturus vitam beati* |
| Vita captivi monachi | lib. 1. *Qui navali prælio di.* |
| Vita ſanctæ Paulæ | lib. 1. *Si cuncta mei corporis.* |
| De muliere ſepties percuſſa. | lib. 1. *Sæpe à me innocenti.* |
| Vita ſanctorum patrum | lib. 1. *Benedictus Deus qui.* |
| De morte Nebridii | lib. 1. *Vereor ne officium pu.* |
| De vita & obitu Marcellæ | lib. 1. *Sæpe & multum fla.* |
| Epitaphium Nepotiani | lib. 1. *Grandes materias* |




*l)* Hic eſt brevis ille de ſcriptoribus quindecim libellus ad Deſiderium, Hieronymo indignus, & ſuprà poſt genuinum de illuſtribus Viris ſcriptum in hoc Volumine exhibitus.

*m)* Hic liber de LXXXIV. hæreſibus inter opera S. Hieronymi non legitur, & diverſus etiam fuit ab Indiculo de hæreſibus, quem ſub Hieronymi nomine vulgavit Claudius Menardus Pariſ. A. 1617. 4.

| | | |
|---|---|---|
| Epitaphium Fabiolæ. | lib. I. | *Plures anni ſunt quod ſuper.* |
| Interpretationes nominum hebraicorum, | lib. I. | *Philo diſertiſſimus* |
| De fide & converſatione Chriſtianorum, | lib. I. | *David glorioſus in Pſal.* |
| De humilitate & patientia, | lib. I. | *Quanquam mihi multo.* |
| Chronica omnimodæ hiſtoriæ | lib. P. | *Euſebium Hieronymus.* |
| De Hebraico alphabeto | lib. I. | *Aleph mille vel duc.* |
| Ad Marcellam de V. quæſtionibus | lib. I. | *Magnis nos provocas* |
| De quæſtionibus Geneſis | lib. I. | *Qui in principio libro* |
| De quæſtionibus regum | lib. III. | *Fuit vir unus de ra.* |
| De quæſtionibus Paralipomenon | lib. II. | *Heber nati ſunt duo* |
| In canticum Debboræ | lib. I. | *Cecineruntque Debbora* |
| In Eſaiam Prophetam. | lib. XVIII. | *Expletis longo vix.* |
| In Hieremiam. | lib. XX. | *Poſt explanationem XII.* |
| In Ezechielem | lib. XIV. | *Finitis in Eſaia, XVIII.* |
| In Danielem | lib. II. | *Contra Danielem Prophet.* |
| In Oſee Prophetam | lib. III. | *Si in explanationibus.* |
| In Johelem. | lib. III. | *Non idem ordo XII. prophe.* |
| In Amos Prophetam. | lib. I. | *Amos propheta qui ſequitur* |
| In Abdiam. | lib. I. | *Cum eſſem parvulus.* |
| In Jonam. | lib. I. | *Triennium circiter fluxit.* |
| In Michæam | lib. II. | *Temporibus Jonatha* |
| In Naum Prophetam | lib. I. | *Juxta LXX. interpretum.* |
| In Abacuc | lib. II. | *Primum, Chromati, Epiſcoporum* |
| In Sophoniam. | lib. I. | *Verbum Domini quod factum.* |
| In Aggæum. | lib. I. | *Hieremias Propheta.* |
| In Zachariam. | lib. III. | *Secundo anno Darii.* |
| In Malachiam. | lib. I. | *Deus per Moyſen populo.* |
| In Eccleſiaſten | lib. I. | *Memini me ante hoc.* |
| In Proverbia Salomonis | lib. V. | *Parabola græca lati.* |
| In Cantica canticorum | lib. III. | *Epithalamium libellus* |
| In Evangelium Matthæi | lib. IV. | *Sciendum ne quem igna.* |
| In Evangelium Marci | lib. I. | *Omnis ſcriba doctus.* |
| In Evangelium Lucæ | lib. I. | |
| In Evangelium Johannis | lib. I. | |
| In quatuor Evangelia anagogice | lib. IV. | *Primum quærendum eſt* |
| In epiſtolam Pauli ad Romanos, | lib. V. | |
| In duas ad Corinthios epiſtolas, | lib. II. | |
| In epiſtolam ad Galatas | lib. III. | *Pauci admodum dies.* |
| In epiſtolam ad Epheſios. | lib. III. | *Sapientem virum quid* |
| In epiſtolam ad Philippenſes | lib. I. | |
| In epiſtolam ad Coloſſenſes | lib. I. | |
| In epiſtolam ad Theſſalonicen. | lib. IV. | |
| In duas ad Timotheum | lib. III. | |
| In epiſtolam ad Titum | lib. I. | *Licet non ſint digni.* |
| In epiſtolam ad Philemonem, | lib. I. | *Qui nolunt inter epiſtolas.* |
| In epiſtolam ad Hebræos | lib. I. | |
| In actus Apoſtolorum | lib. I. | |
| In Apocalypſim. | lib. I. | |
| In epiſtolas Canonicas | lib. VII. | |
| In quosdam Pſalmos | lib. VI. | *Omne Pſalterium ſagaci.* |
| De veſte ſacerdotali. | lib. I. | *Usque hodie in lectione.* |
| Ad Dardanum de terra promiſſionis | lib. I. | *Quæris Dardane* |
| Ad Pammachium Apologeticus, | lib. I. | *Quod ad te hucusque non* |
| Epiſtolarum ad diverſos | lib. I. | *Quoniam vetuſto oriens.* |
| Sermones plures | lib. I. | *Dignum eſt fratres ap.* |

Hæc ſunt quæ de ſcriptis beatiſſimi doctoris Hieronymi ad præſens nobis conſignanda occurrerunt. Nec dubitamus cum plura ſcripſiſſe quæ in hoc catalogo non habentur, ob id vel maxime, quod vel nobis incognita, vel inter multa diſperſa remanſerunt. Inter omnes enim Eccleſiæ doctores nullus plus Hieronymo profuit, qui præter innumera opuſcula vetus teſtamentum de Hebraico in Latinum tranſtulit, ac novum ad Græcam veritatem correxit, atque legendum Eccleſiæ fideliter obtulit. Multa quoque volumina græcorum latina fecit. Videlicet Origenis, Joſephi Judæi, Euſebii Cæſarienſis, Didymi Alexandrini, Victorini martyris, *n*) & aliorum.

Moritur

*n*) Victorinus Martyr Latine ſcripſit non Græce, itaque nec eius ſcripta vertit à Græco Hieronymus. Joſephum Rufinus, non Hieronymus, tranſtulit.

Digitized by Google

Moritur tandem poſt multos labores plenus dierum, ſub Honorio & Theodoſio principibus. Anno Domini CCCCXXII. Indictione quinta, ultima die menſis Septembris, hora completorii, Aetatis ſuæ anno nonageſimo nono, ſepultus apud Bethleem multis coruſcans miraculis, cujus vitam Euſebius o) diſcipulus ejus deſcripſit.

CI. AUDENTIUS Epiſcopus Hiſpanus, vir in divinis ſcripturis exercitatum habens ingenium, ſcripſit adverſus Manichæos, Sabellianos & Arianos, præcipua tamen intentione contra Fotiniacos, p) qui poſtmodum Bonoſiaci vocati ſunt, opus inſigne, quod prænotaſſe dicitur

| | |
|---|---|
| De fide contra hæreticos | lib. 1. |

Alia quoque nonnulla edidit, quæ ad notitiam meam minime venerunt.

CII. RUFINUS monachus & Aquilegienſis Eccleſiæ Presbyter vir eloquens, & in divinis ſcripturis valde eruditus, græco & latino peritus eloquio, inter eccleſiaſticos doctores non paruæ opinionis fuit. Ejus ſcripta licet multa ſint, tamen inter apocrypha computantur, 15. diſt. *Sancta Romana*, propterea quod in ſanctiſſimum virum Hieronymum ſcripſerit invectivas epiſtolas, ſicut ex earum lectione intelligi poteſt. Sed poſtea in concordiam dilectionis fraternæ redeuntes, facta ſunt opuſcula Rufini autentica, in quantum Hieronymi dictis non fuerint contraria. De ſcriptis ergo Rufini ſubjecta referuntur:

| | | |
|---|---|---|
| In Oſee Prophetam. | lib. 1. | |
| In Amos Prophetam. | lib. 1. | |
| In Johel Prophetam. | lib. 1. | |
| De ſua fide ad Laurentium Epiſcopum. | lib. 1. | *Mihi quidem fideliſſi.* |
| Invectivarum contra Hieronymum. | lib. II. | *Perlegi ſcripta tua.* |
| De ſua fide ad Anaſtaſium | lib. 1. | *Audivi quosdam cum* |
| De benedictionibus patriarcharum. | lib. 1. | |
| De ſacramentis | lib. 1. | |
| Exhortationis ad Probam. | lib. 1. | |
| Additiones Eccleſiaſticæ hiſtoriæ q) | lib. II. | |
| Epiſtolarum ad diverſos. | lib. II. | |

Alia inſuper multa compoſuiſſe dicitur, ſed ad manus noſtras non venerunt. Multorum quoque volumina græcorum in latinum tranſtulit, videlicet Clementis, Origenis, Baſilii, Gregorii magni r) Epiſcopi, Pamphili martyris, Euſebii Cæſarienſis, Evagrii, Sixti philoſophi, & aliorum multorum, s) quæ omnia ſuis prætationibus & epiſtolis præſignavit. Claruit Arcadii & Honorii Imperatorum temporibus, & multa ac varia conſcripſit. Anno Domini CCCC.

CIII. JOHANNES Epiſcopus Conſtantinopolitanus, Euſebii Emeſeni Epiſcopi, t) apud Antiochiam adhuc Presbyter quondam auditor atque diſcipulus, qui ob venuſtatem eloquii, CHRYSOSTOMUS i. e. *os aureum* nominatur, vir in divinis ſcripturis eruditiſſimus, in declamandis homiliis ad populum excellentis ingenii fuit, & non minus ſanctitate quam eruditione præclarus, à populo in magna reverentia & amore habebatur. Hic beatiſſimus Antiſtes multas injurias à Theophilo Alexandrino ſuſtinuit, ejusque fraudulentis & doloſis machinationibus ab Epiſcopatu in exilium pulſus fuit, ſicut in vita ejus & tripartita hiſtoria invenitur. Scripſit autem græco ſermone multa volumina. De quibus ego apud latinos duntaxat vidi ſubjecta.

| | | |
|---|---|---|
| De compunctione | lib. II. | *Cum intueor te beate.* |
| Quod nemo læditur niſi à ſeipſo. | lib. 1. | *Scio quod craſſioribus.* |
| De reparatione lapſi | lib. 1. | *Quis dabit capiti* |
| In Evangelium Matthæi. | lib. II. | *Sicut referunt Matthæum.* |
| In Evangelium Johannis homilia LXXXVII. | lib. 1. | *Qui agonum certamina* |
| In epiſtolam Pauli ad Hebræos. | lib. 1. | *Multifariam & multis.* |
| De laudibus ſancti Pauli. | lib. VI. | *Nihil proculdubio eſt.* |
| Ad Stagirium monachum arreptitium. | lib. III. | *Oportuerat quidem ho.* |
| De ſacerdotio cum Baſilio. u) | lib. VI. | *Mihi quidem multi.* |
| Ad Eutropium quoque | lib. 1. | *Semper quidem ſed nunc* |
| In principium Marci. | lib. 1. | *Animal illud quod in jo.* |
| De divite ſecundum Lucam. | lib. 1. | *Homo quidam erat di.* |
| De cruce & latrone. | lib. II. | *Hodierna die dominus.* |
| In Pſalmum Miſerere. | ho. II. | *Pictores imitantur ar.* |
| In Pſalmum CXXII. | ho. 1. | *Ad te levavi oculos.* |
| De Pſalmo CL. | ho. 1. | *Laudate Dominum in ſanctis.* |
| De beato Job | ho. 1. | *Verumtamen fratres chariſſ.* |
| De aſcenſu Heliæ. | ho. 1. | *Apud quosdam veteres* |
| De ſeptem Machabæis. | ho. 1. | *Quod ſpecioſa & grata* |
| De tribus pueris | ho. 1. | *Trium puerorum ſermo.* |



o) reſpicit commentitii Euſebii, qui ſe diſcipulum Hieronymi fingit, ſcriptum de illius morte ad Damaſum Portuenſem Epiſcopum & Theodoſium Senatorem Rom. p) in Gennadii Codicibus c. 14. *Fotinianos.*
q) Euſebio, quem Rufinus vertit, ſubjunctæ.
r) Nazianzenum intellige, quem Gregorium magnum noſter vocat ſupra c. 80.
s) ut Joſephi libros de bello Judaico. t) vide quæ ad Hieron. c. 129.
u) Dialogi more, in quo Baſilius & Chryſoſtomus colloquuntur.

Digitized by Google

| | | |
|---|---|---|
| De Suſanna in Daniele. | ho. 1. | *Divine lectiones &.* |
| De pœnitentia | ho. 1. | *Provida mente & pro* |
| De divite & paupere. | ho. 1. | *Prata & nemoroſa lo.* |
| De reſuſcitatione Lazari. | ho. 1. | *Grandi fratres ſtupo.* |
| De muliere Chananæa. | ho. 1. | *Multæ tempeſtates in* |
| De ſcandalis hujus mundi | ho. 1. | *Væ mundo ab ſcandalis.* |
| De ſancto Johanne Baptiſta. | ho. 1. | *De Johanne dicitur, fuit* |
| De Severiano Epiſcopo recipiendo. | ho. 1. | *Sicuti capiti corpus.* |
| De jejunio & lectione Geneſis | ho. 1. | *Jocundum quidem natis eſt.* |
| De eruditione diſciplinæ. | ho. 1. | *Eruditio diſciplina.* |
| Cum de ſuo exilio ageretur. | ho. 1. | *Multi quidem fluctus.* |
| De militia ſpiritali | ho. 1. | *Bona quidem ſunt & uti.* |
| De militia Chriſtiana | ho. 1. | *Omnes homines qui ſeſtu.* |
| De patre & duobus filiis | ho. 1. | *Omnium quidem de ſcriptu.* |
| Ad Neophytas | ho. 1. | *Benedictus Deus ecce.* |
| De turture | ho. 1. | *Turtur amatrix here.* |
| De Aſia regreſſus | ho. 1. | *Moſes magnus ille.* |
| Poſt reditum prioris exilii | ho. 1. | *Quid dicam, quid loquar.* |
| De fide in Chriſto | ho. 1. | *Si credis quod Deus erat.* |
| De proditione Judæ | ho. 1. | *Paucis hodie neceſſa.* |
| De cruce dominica | ho. 1. | *Quid dicam, quid loquar.* |
| De aſcenſione Domini | ho. 1. | *Quãdo de cruce noſtra proces.* |
| De pentecoſte | ho. 1. | *Hodie nobis terra fact.* |
| De nativitate Domini | ho. 11. | *Et reclinavit eum in præ.* |
| Decollationis Johannis | ho. 1. | *Heu me quid agam.* |
| De primi hominis dignitate | ho. 1. | *Dignitas humana.* |
| De lapſu primi hominis. | ho. 1. | *Nemo qui neſciat à prin.* |
| De fide Abraæ | ho. 1. | *Fides eſt religionis fun.* |
| De Jacob & Eſau | ho. 1. | *Portabat Rebecca.* |
| De Joſeph | ho. 1. | *Mittitur à Jacob patre.* |
| De miſericordia Dei. | ho. 1. | *Confitemini Domino, quoniam.* |
| Contra avaritiam. | ho. 1. | *Evertendi ſunt nobis.* |
| De cauſa peccati | ho. 1. | *Age tandem ſi placet.* |
| De gula & voluptatibus | ho. 1. | *Corpus nobis reliquis.* |
| De humanitate & miſericordia | ho. 1. | *Audite fratres Paulum.* |
| De inani gloria fugienda | ho. 1. | *Quid tandem inanis glo.* |
| Quomodo Deo grati ſimus | ho. 1. | *Gratiæ ſunt per nos Deo.* |
| Quod merita parentum nulli nocent, | ho. 1. | *Paulum & ipſi imite.* |
| Contra deſperationem | ho. 1. | *Si quis natura in mentis.* |
| De eleemoſyna largienda. | ho. 1. | *Quid ſtipem depoſcen.* |
| De maledicis benedicendis | ho. 1. | *Ingemiſcendi mihi cu.* |
| De refrenanda concupiſcentia | ho. 1. | *Excitatus è ſomno.* |
| De miſericordia in pauperes | ho. 1. | *Quo tandem digni ipſi.* |
| De cavendo ſcandalo | ho. 1. | *Animadvertite quantum.* |
| De amandis perſequutoribus | ho. 1. | *Jungamus noſipſos.* |
| De conſolationibus | ho. 1. | *Quemadmodum cibo vi.* |
| De erogandis divitiis | ho. 1. | *Si opifices qui manu.* |
| De laudando Deum fide formata | ho. 1. | *Imitemur & ipſi patri.* |
| De charitate Dei | ho. 1. | *Sectemur & nos ſuper.* |
| De præmiis ſanctorum & gehenna | ho. 1. | *Haud æque idem beatis.* |
| De occultandis bonis operibus. | ho. 1. | *Rerum tuarum diſpenſa.* |
| De ſpe & præſumtione | ho. 1. | *Nemo deſperet ſi per.* |
| De contemptu mundi | ho. 1. | *Quemadmodum inquit in.* |
| De charitate | ho. 1. | *Charitatem optimum.* |
| Exhortationis bonæ vitæ | ho. 1. | *Eo ipſi proximæ ad per.* |
| Ad Theodorum monachum | lib. 1. | *Si poſſem literis la.* |
| Ad Cyriacum Epiſcopum de exilio | lib. 1. | *Age rurſus exhauriam.* |

Homilias etiam multas, ſermones & Epiſtolas fertur ſcripſiſſe innumerabiles, quæ ad manus noſtras non venerunt. Tandem poſt multos labores & ſancta exercitia dolo Theophili Alexandrini & Eudoxiæ Anguſtæ in exilio Ponti moritur. VI. Cal. Feb. Anno Domini CCCCXI. Indictione IX.

CIV. SEVERIANUS Epiſcopus Gavellenſis, *x*) vir in divinis ſcripturis eruditiſſimus, & in declamandis homiliis ad populum doctor admirabilis, incredibilis eloquentiæ fuit, unde & frequenter à B. Johanne ſupradicto Epiſcopo & Arcadio Imperatore ad faciendum ſermonem Con-

*x*) Γαβάλων, Gabalenſis in Phœnicia,

Digitized by Google

Conſtantinopolim evocabatur. Huic S. Johannes populum ſuum commendabat dum urgeretur in exilium, non tantum doctrinam, ſed & vitæ meritum veneratus. Severianus autem plus quam decebat ſe populo commendans, inter eum & Johannem diſcordiæ fomitem miniſtravit. Sed reverſo patriarcha de exilio ad fœdera fraternæ dilectionis reverſi ſunt, ſicut homilia *y*) teſtatur in Eccleſia Conſtantinopolitana deſupèr habita. De ſcriptis autem Severiani doctiſſimi viri apud latinos pauca habentur, & ad manus noſtras pauciora venerunt.

| | | |
|---|---|---|
| In epiſtolam ad Galatas | lib. 1. | |
| De baptiſmo & Epiphania, | lib. 1. | |
| In Eccleſia Conſtantinopolitana, | ho. 1. | *In adventu domini & ſalus.* |
| De morte Innocentum. | ho. 1. | *Zelus quo tendat, quo* |

Extant illius apud nos & aliæ quædam homiliæ, breves quidem, ſed valde utiles. De cæteris opuſculis ejus, & ſi multa ferantur, nihil adhuc reperi. Claruit ſub Arcadio & Honorio, eo tempore, quo & Johannes Chryſoſtomus. Anno Domini CCCC.

CV. VITELLIUS Afer, Donatianorum ſchisma defendens, vir quidem in divinis ſcripturis exercitatus, ſi in Eccleſiaſtica unitate permanſiſſet, ſatis utilem doctrinam compoſuerat. Sed quia veros Catholicos velut traditores & perſequutores arguit, merito cum ſuis voluminibus contemptus fuit. Extant *z*) de ſcriptis illius ſubjecta volumina:

| | |
|---|---|
| Adverſus gentes | lib. 1. |
| Quod odio ſint mundo ſerui Dei. | lib. 1. |
| Adverſum noſtros querimoniarum | lib. 1. |

Multa præterea volumina compoſuiſſe dicitur, quæ ad notitiam meam non venerunt. Claruit ſub Conſtante filii Conſtantini magni Imperatoris. Anno Domini CCCLX.

CVI. THEODORUS Antiochenæ Eccleſiæ Presbyter, vir doctus & diſertus, atque in lectione veterum authorum: ſcripſit adverſus Apollinariſtas & Eunomianos elegantiſſimum volumen, in quo evidentiſſima ratione & authoritate pravas hæreticorum doctrinas confodit. Prænotavit autem hoc opus magnificum & inſigne

| | |
|---|---|
| De incarnatione domini | lib. xv. |

Alia quoque multa ſcripſiſſe dicitur, quæ ad notitiam meam non venerunt.

CVII. MACROBIUS Presbyter, & poſtea in urbe Roma Donatiſtarum occultus Epiſcopus. Cum adhuc Presbyter eſſet in Eccleſia Dei, ſcripſit ad confeſſores & ad virgines Chriſti volumen, moralis quidem, ſed valde neceſſariæ doctrinæ. In quo præcipue agit & tractat

| | |
|---|---|
| De cuſtodia caſtitatis | lib. 1. |

Claruit inter noſtros primum Aphricæ, inter ſuos Donatiſtas Montenſes poſtea Romæ.

CVIII. HELIODORUS quidam Presbyter in divinis ſcripturis ſtudioſus & eruditus, & ſecularium literarum non ignarus, ad diſputandum ſatis acuti & ſcholaſtico more vehementis ingenii, ut omnium rerum unum oſtenderet eſſe principium, nec quicquam materialium aliunde quam à Deo creatum, ſcripſit ſatis elegans & inſigne opus, quod prænotavit

| | |
|---|---|
| De naturis rerum exordialium | lib. 1. |

Alia etiam complura ſcripſiſſe dicitur, quæ ad notitiam meam non venerunt.

CIX. THEODORUS monachus, beati Pachomii diſcipulus, a[illegible] poſt illius deceſſum cœnobiorum ejus præpoſitus, vir in divinis ſcripturis eruditus, & regularis diſciplinæ ſtrenuus gubernator, & non minus ſanctitate quam doctrina venerabilis. Scripſit ad monaſteria ſcripturarum ſanctarum luculentos ſermones

| | |
|---|---|
| Exhortationis | epiſt. III. |

Claruit ſub Honorio & Theodoſio principibus Anno CCCCXX.

CX. ORIESIESIS monachus & diſcipulus ſancti Pachomii & ejus ſucceſſoris Theodori collega, vir in divinis ſcripturis ad pertectum inſtructus, & tam vita quam eruditione ſpectabilis. Scripſit pro ædificatione monachorum opus divino ſale conditum, totiusque monaſticæ diſciplinæ inſtrumentis conſtructum, quod prænotare poſſumus

| | |
|---|---|
| De inſtructione monachorum, | lib. 1. |

Si quid amplius ſcripſerit neſcio. Claruit ſub Honorio & Theodoſio principibus. Anno CCCCXX.

CXI. JOHANNES Caſſianus, natione Scytha, beati Johannis Chryſoſtomi Conſtantinopolitani Epiſcopi quondam auditor atque diſcipulus, & ab eo diaconus ordinatus: poſt aliquot annos ab eodem neſcio propter quam cauſam expulſus, apud Maſſiliam Presbyter conſecratus, duo monaſteria, virorum ſcilicet & mulierum, condidit, in quibus regularis diſciplinæ ſeruor magnus, pluribus annis permanſit. Scripſit experientia magiſtra plura opuſcula, in quibus etiam apud interpretem *a*) venuſtas eloquii conſpicitur. E quorum numero feruntur. *b*) Rogatus à Leone archidiacono, poſtea Romanæ urbis Epiſcopo, ſcripſit adverſus Neſtorem *c*) hæreticum

| | |
|---|---|
| De incarnatione domini | lib. VII. |



*y*) Chryſoſtomi Homilia de recipiendo Severiano extat Latine T. VII. edit. Savil. p. 947. Incipit: *Sicuti capiti corpus cohærere neceſſarium eſt.* *z*) de Gennadii temporibus hoc accipe.

*a*) Non Græce ſcripſit Caſſianus ſed Latine, licet Epitome ex libris ejus Græce verſa extat, quam legit Photius Cod. 197.

*b*) Titulos eorum habes apud Gennadium c. 61. *c*) Neſtorium.

Digitized by Google

| | | |
|---|---|---|
| De institutis monachorum | lib. IV. | *De institutis ac re.* |
| De octo vitiis capitalibus. | lib. VIII. | *Quintus nobis juvante.* |
| Collationes sanctorum patrum | lib. XXIV. | *Cum in heremo Scyti.* |

In his collationibus sanctorum utilis & necessaria monachorum institutio est, sed quia per beatum Prosperum de arbitrii libertate *d*) in certis reprehenditur, opuscula ejus inter apocrypha computantur. Moritur tandem post multorum editionem librorum apud Massiliam non sine opinione sanctitatis, Theodosio & Valentiniano regnantibus. Anno Domini CCCCXXXV.

CXII. LUCIANUS Ecclesiæ Hierosolymitanæ Presbyter, vir in divinis scripturis admodum eruditus, vita & conversatione sanctissimus, cui temporibus Honorii & Theodosii omnipotens Deus locum sepulchri, & reliquiarum sanctissimi protomartyris Stephani revelavit. Fertur nonnulla scripsisse opuscula. E quibus extat prolixa Epistola

| | | |
|---|---|---|
| De inventione sancti Stephani | lib. I. | *Lucianus Presbyter.* |

De cæteris nihil vidi.

Scripsit autem ipsam revelationem Græco sermone, quam Avitus Presbyter genere Hispanus in latinum vertit eloquium, & adjecta epistola sua per Orosium Orientalibus misit legendam. *e*) Claruit sub Honorio & Theodosio principibus, circa Annos Domini CCCCX.

CXIII. SEVERUS Presbyter cognomento SULPICIUS, ex Aquitanica provincia ortus, vir genere & literis nobilis, & paupertatis atque humilitatis amore conspicuus. Charus etiam sanctorum virorum, Martini Turonensis & Paulini Nolani Episcoporum: In senectute sua deceptus à Pelagianis, & agnoscens loquacitatis culpam, silentium usque ad mortem tenuit, ut peccatum, quod loquendo contraxerat, tacendo salubriter emendaret. Scripsit non spernendæ lectionis opuscula. De quibus referuntur subjecta:

| | | |
|---|---|---|
| De vita sancti Martini Episcopi | lib. III. | *Plerique mortalium.* |
| Collatio Posthumiani & Galli | lib. III. | *Cum in unum locum ego.* |
| Epistolarum ad Sororem | lib. I. | |
| Epistolarum ad diversos | lib. I. | |
| Ad Paulinum Nolanum Episcopum, | lib. II. | |

Alia quoque nonnulla scripsisse dicitur, quæ ad notitiam meam non venerunt.

Claruit cum sancto Martino Turonensi Archiepiscopo, sub Arcadio & Honorio principibus. Anno Domini CCCCXX

CXIV. AUSONIUS Episcopus Burdegalensis, vir in divinis scripturis eruditissimus, & in secularibus literis suo tempore nulli secundus, metro excellens & prosa, non minus sanctitate quam eruditione clarus effulsit. Qui apud Treverim in concilio *f*) sub Maximo principe una cum sanctis Martino, Ambrosio Mediolanensi, & Hieronymo Presbytero multa præclara gessit. Scripsit ibidem existens inter cætera metrice opusculum insigne, quod prænotatur

| | |
|---|---|
| Mosella | lib. I. |
| De laude ejusdem patriæ | lib. I. |

Sed & alia multa fertur scripsisse opuscula, quæ ad nos minime venerunt. Claruit sub Maximo. Anno Domini CCCCX.

CXV. AUGUSTINUS Episcopus Hipponensis, natione Carthaginensis in Africa, vir tam in divinis scripturis quam in secularibus literis omnium doctorum eruditissimus, sermone disertus, eloquio clarus, sensu profundus, vita & conversatione sanctissimus. Tanta scripsit opuscula, ut neminem crediderim omnia posse vel legere vel habere. Unde sine dubio mentiri convincitur, qui se Augustinum invenisse totum confitetur. Cunctos enim scriptores & numero librorum & utilitate præcedit, qui plusquam mille tractatus insignes composuit. Nemo sic profunde sacram scripturam ut Augustinus explanavit, Christianos mores nemo sic utiliter instituit, nec fidem catholicam aliquis eo ardentius defensavit. Introduxit eum rex in cellam vinariam, *g*) tantaque fortitudine induit, quod omnes adversarios fidei oris sui gladio fortiter prostravit. Hunc si doctorem habueris, etiam deficientibus cæteris, sufficit ipse tibi. Nunc itaque de multis libris, quos edidit, vel paucos consignemus.

| | | | |
|---|---|---|---|
| | De sancta Trinitate. | lib. XV. | *Lecturus hac quæ de.* |
| | De civitate Dei. | lib. XXII. | *Gloriosissimam civitatem.* |
| | De prædestinatione sanctorum | lib. II. | *Dixisse quidem Apostolum.* |
| | In Genesim ad literam. | lib. XII. | *Omnis divina scriptu.* |
| 5. | In Genesim imperfectus | lib. I. | *De obscuris naturalium.* |
| | De Genesi contra Manichæos | lib. II. | *Si eligerent Manichæi.* |
| | De Academicis. | lib. III. | *Utinam Romaniane.* |
| | De vita beata | lib. I. | *Si ad philosophiæ per.* |
| | De ordine quoque | lib. III. | *De ordine rerum.* |
| 10. | Soliloquiorum. | lib. II. | *Volenti mihi multa.* |
| | De moribus Ecclesiæ catholicæ | lib. II. | *In aliis libris satis opi.* |

De

*d*) Confer Henricum Noris libro 2. Hist. Palagianæ cap. 1.

*e*) extat apud Surium ad 3. August. Baronium ad A. 415. n. 3. Laurentium Barræum in Historia Patrum &c. De Avito illo Nicolaus Antonius lib. 3. Bibl. vet. Hispanæ cap. 2.

*f*) De concilio Treviris A. C. 386. habito Sulpicius Severus dialogo III. c. 15. sed Ausonium fuisse Episcopum Burdegalensem, & Concilio illi interfuisse, quo auctore Trithemius scripserit, non constat.

*g*) Cantic. II. 4.

| | | | |
|---|---|---|---|
| | De quantitate animæ | lib. I. | *Quoniam video te abundare.* |
| | De libero arbitrio. | lib. III. | *Dic mihi quæso te.* |
| | De magistro. | lib. I. | *Quid tibi videmur* |
| 15. | De musica | lib. VI. | *Modus qui pes est di.* |
| | De vera religione | lib. I. | *Cum omnis vita bona.* |
| | De utilitate credendi | lib. I. | *Si mihi Honorate unum.* |
| | De duabus animabus | lib. I. | *Opitulante Dei misert.* |
| | Acta cum Fortunato Manichæo. | lib. I. | *Quinto cal. septembr. Arcadio.* |
| 20. | De fide & symbolo. | lib. I. | *Quoniam scriptum est.* |
| | De sermone Domini in monte. | lib. II. | *Sermonem quem locutus.* |
| | De octoginta tribus quæstionibus | lib. I. | *Utrum anima à seipsa sit.* |
| | Psalmum contra partem Donati | lib. I. | *Omnes qui gaudetis de.* |
| | Contra Epistolam Donati. | lib. I. | *Abs te ipso presente.* |
| 25. | Contra Adamantium. *b*) | lib. I. | *De eo quod scriptum est.* |
| | De mendacio | lib. I. | *Magna quæstio est de.* |
| | Contra mendacium. | lib. I. | *Multa mihi legenda.* |
| | Ad Simplicianum Episcopum | lib. II. | *Gratissimam plane atque* |
| | Contra Epistolam, fundamentum | lib. I. | *Unum Deum verum omnipotentem.* |
| 30. | De agone Christiano | lib. I. | *Corona non promittitur.* |
| | De doctrina Christiana | lib. IV. | *Sunt præcepta quædam.* |
| | Contra partem Donati. | lib. II. | *Quoniam Donatistæ nobis.* |
| | Confessionum | lib. XIII. | *Magnus es domine Deus* |
| | Contra Faustum Manichæum. | lib. XXXIII. | *Faustus quidem fuit ge.* |
| 35. | Contra Felicem Manichæum | lib. II. | *Honorio Augusto sex.* |
| | De natura boni. | lib. I. | *Summum bonum quosq.* |
| | Contra Secundinum | lib. I. | *Benevolentia in me qua.* |
| | Contra Hilarium | lib. I. | *Qui dicunt mentionem.* |
| | Quæstiones Evangeliorum | lib. III. | *Hoc opus non ita scri.* |
| 40. | Propositionum ex Epistola ad Roman. | lib. I. | *Sensus hi sunt in epistola.* |
| | In epistolam ad Roman. imperfectũ opus. | lib. I. | *In epistola quam Apostolus Paul.* |
| | In epistolam ad Galatas | lib. I. | *Causa propter quam scri.* |
| | Annotationum in Job. | lib. I. | *Opera magna erant ejus.* |
| | De catechizandis rudibus | lib. I. | *Petisti me frater Deo.* |
| 45. | De consensu Evangelistarum | lib. IV. | *Inter omnes divinas aut.* |
| | Contra epistolam Parmeniani | lib. III. | *Multa quidem alias ad.* |
| | De baptismo contra Donatistas | lib. VII. | *In libris quos adversus.* |
| | Contra quod attulit Centurius, | lib. I. | *Dicit eo quod scriptum est.* |
| | Ad inquisitiones Januarii | lib. II. | *Ad ea quæ me interro.* |
| 50. | De opere monachorum, | lib. I. | *Jussioni tuæ sancte frater.* |
| | De bono conjugali. | lib. I. | *Quoniam unusquisque homo.* |
| | De virginitate, | lib. I. | *Librum de bono conjuga.* |
| | Contra literas Petiliani Donatistæ | lib. III. | *Nostis nos sæpe volu.* |
| | Ad Cresconium grammaticum | lib. IV. | *Quando ad te Cresconi.* |
| 55. | Testimoniorum contra Donatistas | lib. I. | *Qui timetis consentire.* |
| | Contra nescio quem Donatistam | lib. I. | *Probationes rerum necess.* |
| | Admonitionis Donatistarum, | lib. I. | *Quicunque calumnias ho.* |
| | De divinitate dæmonum | lib. I. | *Quodam dein diebus.* |
| | Contra Paganos quæstiones VI. | lib. I. | *Movet quosdam & requi.* |
| 60. | In epistolam Jacobi | lib. I. | *Duodecim tribubus qua.* |
| | De baptismo parvulorum, | lib. III. | *Quamvis in mediis &.* |
| | Dialogum Ecclesiæ & synagogæ | lib. I. | *Duarum matronarum.* |
| | De unico baptismo, | lib. I. | *Respondere diversa.* |
| | De Maximianistis contra Donatistas, | lib. I. | *Multa jam diximus, mul.* |
| 65. | De gratia novi Testamenti, | lib. I. | *Quinque mihi proposuisti.* |
| | De spiritu & litera | lib. I. | *Lectis opusculis quæ.* |
| | De fide & operibus | lib. I. | *Quibusdam videtur.* |
| | Breviculum collationis, cum Donatistis | lib. III. | *Cum & catholici Episcopi.* |
| | Collationis contra Donatistas. | lib. I. | *Quid adhuc Donatistæ.* |
| 70. | De videndo Deo, | lib. I. | *Memor debiti quo.* |
| | Commonitorium Donatistarum, | lib. I. | *Sicut præsens rogavi.* |
| | De natura & gratia | lib. I. | *Librum quem misisti.* |
| | Ad Orosium contra Priscillianistas | lib. I. | *Respondi tibi quæren.* |
| | De origine animæ ad Hieronymum | lib. II. | *Deum nostrum qui nos vo.* |
| 75. | Ad Emeritum Episc. Donatistarum | lib. I. | *Simul nunc frater Emeri.* |



b) Adimantum.

| | | | |
|---|---|---|---|
| | De geſtis Pelagii | lib. I. | *Poſteaquam in manus me.* |
| | De correctione Donatiſtarum, | lib. I. | *Laudo & gratulor &.* |
| | De præſentia Dei ad Dardanum, | lib. I. | *Fateor frater dilectiſſime.* |
| | De gratia & originali peccato. | lib. II. | *Quantum de veſtra &.* |
| 80. | Geſta cum Emerito Donatiſta | lib. I. | *Glorioſiſſimo Hono.* |
| | Contra ſermonem Arianorum | lib. I. | *Eorum præcedenti diſpu.* |
| | De nuptiis & concupiſcentia | lib. II. | *Hæretici novi dilectiſ.* |
| | De adulterinis conjugiis | lib. II. | *Prima quæſtio eſt frater.* |
| | Locutionum in Heptateuchon, | lib. VII. | *Locutiones ſcriptura.* |
| 85. | Quæſtionum in Heptateuchon | lib. VII. | *Cum ſcripturas ſanctas.* |
| | De anima & ejus origine | lib. II. | *Sinceritatem tuam erga.* |
| | Contra adverſarium legis & prophe. | lib. II. | *Librum quem miſiſtis fra.* |
| | Contra Gaudentium Donatiſtam | lib. II. | *Gaudentius Donatiſta.* |
| | Contra duas Epiſtolas Pelagianorum | lib. IV. | *Noveram te quidem ſa.* |
| 90. | Contra Julianum Epiſc. Pelagianorum | lib. VI. | *Contumelias duas &.* |
| | Enchiridion ad Laurentium | lib. I. | *Dici non poteſt dilectiſſi.* |
| | De cura pro mortuis | lib. I. | *Diu ſanctitati tuæ coepiſcope* |
| | De octo quæſtionibus ad Dulcitium | lib. I. | *Quantum mihi videtur.* |
| | De gratia & libero arbi. ad monach. | lib. I. | *Propter eos qui hominis libe.* |
| 95. | De correctione & gratia | lib. I. | *Lectis literis tuis Valen.* |
| | De XXI. ſententiis ſcripturarum, | lib. I. | *Omnis qui beate vult vi.* |
| | De Epicureis & Stoicis | lib. I. | *Advertit nobiſcum.* |
| | De illo: Ego ſum qui ſum, | lib. I. | *Cum divina lectio lege.* |
| | De fide contra Manichæos | lib. I. | *Unus Deus Pater & Filius &.* |
| 100. | De paſtoribus, | lib. I. | *Spes tota noſtra quia in.* |
| | De ovibus | lib. I. | *Verba quæ cantavi.* |
| | Meditationum | lib. I. | *Domine Deus meus da cor.* |
| | Manuale de verbo Dei | lib. I. | *Quoniam in medio laqueo.* |
| | De contritione cordis | lib. I. | *Nihil certius morte, ni.* |
| 105. | De contemptu mundi, | lib. I. | *Audite fratres chariſſimi.* |
| | De convenientia decem plagarum | lib. I. | *Non eſt ſine cauſa.* |
| | De cognitione veræ vitæ | lib. I. | *Sapientia Dei quæos.* |
| | De fide ad Petrum | lib. I. | *Epiſtolam filii Petre tuæ* |
| | De diffinitionibus orthodoxæ fidei | lib. I. | *Credimus unum eſſe Deum.* |
| 110. | De vita Chriſtiana | lib. I. | *Ego peccator primus.* |
| | De quatuor virtutibus charitatis | lib. I. | *Deſiderium charitatis* |
| | De diſciplina Chriſtiana | lib. I. | *Locutus eſt ad nos.* |
| | De decem chordis | lib. I. | *Dominus & Deus noſter miſeri.* |
| | De vanitate hujus ſeculi | lib. I. | *In hac vita poſiti fra.* |
| 115. | De bono diſciplinæ, | lib. I. | *Multo ſunt qui ſanæ do.* |
| | De incarnatione Domini | lib. I. | *Legi literas tuas in.* |
| | De ſacrificiis ad Marcellinum, | lib. I. | *Illuſtri viro & eloquen.* |
| | Ad Vincentium | lib. I. | *Accepi Epiſtolam quam tuam.* |
| | Ad Presbyterum Deo gratias de VI. quæſt. | lib. I. | *Sinceriſſimo fratri & com.* |
| 120. | De vera beatitudine | lib. I. | *Quamvis ſapientiam quam mi.* |
| | De reis liberandis ad Comitem | lib. I. | *Negotioſiſſimum in re.* |
| | Ad Dioſcorum | lib. I. | *Tu me innumerabilium.* |
| | Ad Glorium Eleuſium Fœlicem | lib. I. | *Dixit quidem Apoſtolus.* |
| | Ad Eſycium de fine ſeculi | lib. I. | *Ad ſanctitatem tuam.* |
| 125. | Ad eundem de judicio | lib. I. | *Accepi liceras vene.* |
| | Ad Conſentium de Trinitate | lib. I. | *Cogitationis carnalis.* |
| | De jejunio ſabbati | lib. I. | *Neſcio unde ſit factum* |
| | Ad Hilarium de quæſtionibus | lib. I. | *Ex literis tuis didici.* |
| | De anima Chriſti apud inferos | lib. I. | *Quæſtio quam mihi pro.* |
| 130. | Ad Evodium | lib. I. | *Si ea quæ me magis.* |
| | Ad Sixtum Presbyterum de gratia | lib. I. | *In epiſtola quam per chariſſi.* |
| | Ad Paulinum contra Pelagianos | lib. I. | *Tandem aliquando providit.* |
| | Ad Vitalem | lib. I. | *Cum de te mihi eſſent.* |
| | Increpationis monialium | lib. I. | *Sicuti parata eſt ſeve.* |
| 135. | Ad Julianum comitem | lib. I. | *O mi frater chariſſi.* |
| | De conſuetudine Eccleſiarum | lib. I. | *Lectis literis tuis ubi.* |
| | De orando Deo ad Probam | lib. I. | *Et petiſſe te, & promiſiſ.* |
| | De incarnatione Chriſti | lib. I. | *Quantum ad oculos at.* |
| | De origine animæ ad Optatum. | lib. I. | *Quamvis tuæ ſanctitatis.* |
| 140. | Ad Donatiſtas | lib. I. | *Charitas Chriſti cui.* |

| | | | |
|---|---|---|---|
| | Ad Paſcentium comitem Atianum, | lib. I. | *Volueram quidem petente* |
| | Altercationis cum eodem | lib. I. | *Laurentius vir clariſſ.* |
| | De cauendo Judaismo, | lib. I. | *Literas ſanctitatis tuæ.* |
| | De mirabilibus ſacræ Scripturæ, | lib. III. | *Omnium mirabilium velut,* |
| 145. | De vera innocentia | lib. I. | *Innocentia vera eſt.* |
| | De natura animæ ad Johannem | lib. I. | *Deum nemo vidit unquam.* |
| | Regulam monialium | lib. I. | *Hæc ſunt præcepta quæ.* |
| | Regulam communem canonicorum, | lib. I. | *Ante omnia fratres chariſſi.* |
| | Quæſtiones novi & vet. teſtamenti, | lib. I. | *Deus eſt hoc quod nulla.* |
| 150. | In totum pſalterium tractatus ſeu | lib. CL. | *Diverſa ſunt genera* |
| | In Evangelium Johannis | ho. CXXIII. | *Intuentes quod modo au.* |
| | In Epiſtolam beati Johannis | ho. X. | *Quod erat ab initio.* |
| | Contra quinque hæreſes | lib. I. | *Debitor ſum fateor.* |
| | De LXXXVIII. hæreſibus | lib. I. | *Simoniaci à Simone.* |
| 155. | Ad Julianam de viduitate. | lib. I. | *Auguſtinus Epiſcopus ſervus.* |
| | De renuntiatione ſeculi | lib. I. | |
| | De moribus Donatiſtarum, | lib. I. | |
| | Contra Maximum | lib. I. | *Cum Auguſtinus Hip.* |
| | Contra eundem | lib. I. | *Res jam poſtulat in eo.* |
| 160. | De cantico novo | lib. I. | *Omnes qui baptizati.* |
| | De blasphemia in Spiritum ſanctum | lib. I. | *Magna quæſtio eſt.* |
| | Ad Hieronymum de reprehenſione Petri | lib. I. | *Jampridem tuæ charitas.* |
| | Ad Bonifacium | lib. I. | *Queris à me utrum.* |
| | Conſolationis ad Lætum. | lib. I. | *Legi epiſtolam quam miſiſt.* |
| 165. | Contra Felicianum Arianum | lib. I. | |
| | De perfectione juſtitiæ hominis, | lib. I. | |
| | De cataclysmo | lib. I. | |
| | De miſeria hominis, | lib. I. | *Fratres chariſſimi quam.* |
| | De immortalitate animæ, | lib. I. | *Si alicubi eſt diſcipli.* |
| 170. | De verbis domini homil. LXV. | lib. I. | |
| | Ad Armentarium & Paulinum | lib. I. | *Vir egregius filius me.* |
| | Ad Paulinum de quæſtionibus | lib. I. | *Quid de perventione tam proſ.* |
| | Ad Nebridium de memoria | lib. I. | *A proœmio ſuper ſede.* |
| | De viſione Dei ad Fortunatianum | lib. I. | *Commonitorium ſancto.* |
| 175. | De honeſtate mulierum | lib. I. | *Nemo dicat fratres, quod.* |
| | De vita & moribus clericorum | lib. II. | *Propter quod volui &.* |
| | De charitate | lib. I. | *Divinarum ſcripturarum.* |
| | De viſitatione infirmi, | lib. I. | |
| | De pœnitentia | lib. II. | *Quod ſit utilis & neceſſ.* |
| 180. | De patientia | lib. I. | |
| | De continentia, | lib. I. | *De virtute animæ.* |
| | Expoſitionis ſymboli contra infideles, | lib. II. | |
| | De ebrietate | lib. I. | *Frequenter charitatem.* |
| | De obedientia & humilitate, | lib. I. | *Nihil ſic Deo placet.* |
| 185. | Retractationum operum ſuorum, | lib. I. | *Jam dius eſt ut facere.* |
| | De verbis apoſtoli, Caute ambu. | lib. I. | *Apoſtolum cum legeretur.* |
| | Expoſitionis orationis dominicæ | lib. I. | *Symbolum reddidiſtis.* |
| | De prædeſtinatione divina | lib. I. | *Dum ſacrarum ſcriptura.* |
| | De fide rerum inviſibilium, | lib. I. | *Sunt qui putant.* |
| 190. | De natura rerum, | lib. I. | |
| | De habitatione Dei inacceſſibili | lib. I. | |
| | De illo, Quis eſt homo qui vult vitam | lib. I. | |
| | In Evangelium Matthæi quæſtiones, | lib. I. | *Cum diceret dominus, nemo.* |
| | De tabernaculo | lib. I. | |
| 195. | De concupiſcentia carnis tract. ſeu | lib. IV. | |
| | De incommutabili eſſentia Dei, | lib. I. | |
| | De juramento | lib. I. | |
| | De pulchro & apto, | lib. III. | |
| | Ad Ambroſium Presbyterum, | lib. I. | |
| 200. | De tempore barbarico, | lib. I. | |
| | De verbis apoſtoli tract. ſive | lib. XX. | |
| | De muliere Samaritana, | lib. I. | |
| | De hujus vitæ inſtabilitate, | lib. I. | |
| | De arbore ſcientiæ boni & mali, | lib. I. | |
| 205. | Unde malum, | lib. II. | |



Digitized by Google

| | | | |
|---|---|---|---|
| | De Jacob & Joſeph, | lib. 1. | *In beato Jacob fratres 4.* |
| | De quarta feria, | lib. 1. | |
| | De ſeptem artibus liberalibus, | lib. 1. | |
| | Confutationis falſorum articulorum | lib. 1. | |
| 210. | Contra Porphyrium, | lib. 1. | |
| | Exhortationis ad fidem, | lib. 1. | |
| | De timore Dei, tract. ſive | lib. 1. | |
| | De defectu ſolis, tract. ſive | lib. 1. | |
| | De reſurrectione | tract. II. | |
| 215. | Contra Judæos | tract. II. | |
| | De incompetentibus nuptiis | lib. II. | |
| | De Euchariſtia | tract. 1. | |
| | De ſancto Cypriano. | tract. IV. | |
| | De Jacob & Elau | lib. 1. | |
| 220. | De Grammatica. | lib. 1. | |
| | De temporibus æternis | tract. 1. | |
| | De charitate inquieta, | tract. 1. | |
| | Ad Victorem, | lib. IV. | |
| | De timore caſto | tract. 1. | |
| 225. | De ſpe, | tract. 1. | |
| | De ſuavi jugo domini, | tract. 1. | |
| | De placendo hominibus vel non, | tract. 1. | |
| | De duobus cœcis | tract. 1. | |
| | De Abraham & Iſaac | tract. II. | |
| 230. | De virgis Jacob. | tract. 1. | |
| | De utilitate pœnitentiæ | tract. II. | |
| | De Golia & David | lib. 1. | |
| | De peregrinatione Chriſtianorum, | lib. 1. | |
| | De judicio Salomonis, | lib. 1. | |
| 235. | De cantico Exodi, | lib. 1. | |
| | De cantico Eſaiæ, | lib. 1. | |
| | De vocatione Apoſtoli Pauli, | lib. 1. | |
| | De depoſitione Epiſcopi Carthag. | lib. 1. | |
| | De noviſſimo die | tract. 1. | |
| 240. | De voce & verbo | tract. 1. | |
| | De venatoribus Dei & ſeculi, | tract. 1. | |
| | De Emorroiſſa, ſ) | tract. 1. | |
| | De depoſitione Reſtituti Epiſcopi, | tract. 1. | |
| | De utilitate jejunii | tract. 1. | |
| 245. | De ebrietate Noe | tract. 1. | |
| | De operibus ſex dierum, | tract. VI. | |
| | De luctatione Jacob cum angelo, | tract. 1. | |
| | De virga Moſi in ſerpentem, | tract. 1. | |
| | De operibus miſericordiæ, | tract. 1. | |
| 250. | De muliere forti ex proverb. | tract. 1. | |
| | De octo beatitudinibus | tract. 1. | |
| | De correctione fraterna, | tract. 1. | |
| | De rubo quem vidit Moſes | tract. 1. | |
| | De avaritia quoque | tract. 1. | |
| 255. | De amore Dei, tract. ſive | lib. 1. | |
| | De ordinatione clerici, | tract. 1. | |
| | De eligendo Epiſcopo | tract. 1. | |
| | De adoleſcentum luxuria, | tract. 1. | |
| | De mortuis à Domino ſuſcitatis, | tract. 1. | |
| 260. | De charitate, | tract. II. | |
| | De nativitate Domini, | tract. VII. | |
| | De Epiphania quoque | tract. VII. | |
| | De quadrageſima | tract. V. | |
| | De paſſione Domini, | tract. II | |
| 265. | Per vigilias Paſchæ, | tract. XXIII. | |
| | De ſymbolo | tract. III. | |
| | Exhortationis ad competentes, | tract. 1. | |
| | De aſcenſione domini | tract. II. | |
| | De SS. Perpetua & Felicitate, | tract. III. | |

ſ) ἁιμορροοῦσα. Matth. IX. 20.

De

ized by Google

| | | |
|---|---|---|
| 270. | De ſancto Vincentio, | tract. II. |
| | De eleemoſyna ſpirituali | tract. I. |
| | De eleemoſynis corporalium, | tract. I. |
| | De Samſon, | tract. I. |
| | De Suſanna & Joſeph, | tract. I. |
| 275. | De dedicatione templi | tract. II. |
| | Sermones de diverſis CC. | lib. I. |
| | Epiſtolas plusquam CC. | lib. I. |

Alia quoque multa edidit, quæ ſi quis plenius noſſe deſiderat, Indiculum librorum ejus à Poſſidonio *k*) editum, de quo & nos complura recepimus, legat. Scribit Jacobus Vorago Epiſcopus Januenſis in tractatu ſuo, quem de libris Auguſtini compoſuit, quod numerus librorum, tractatuum, ſermonum & epiſtolarum ejus, ultra mille triginta aſcendat. Concluditque ita: *Et ideo nullus unquam repertus eſt, qui omnes libros Auguſtini potuerit invenire.* Et Poſſidonius: *Mentitur qui ſe totum Auguſtinum legiſſe fatetur.* Ego autem in hoc opere quosdam tractatus non absque conſilio obmiſi, qui à plerisque beato Auguſtino adſcribuntur. Equibus eſt liber *De ſpiritu & anima*, in cujus 37. capitulo Boetius allegatur, qui longo tempore poſt Auguſtinum natus eſt. Sed & ſtilus ipſe Auguſtinum non redolet. Item liber qui *de vera & falſa penitentia* ſub Auguſtini nomine jam impreſſus eſt, illi mendaciter adſcribitur, quoniam in 17. capitulo circa finem ipſe Auguſtinus allegatur. Liber *de conflictu virtutum & vitiorum*, qui incipit, *Apoſtolica vox*, & ſtylum Gregorii Papæ reſonat, & cum antiquioribus exemplaribus concordat. Item liber *de ſcala Paradiſi*, cujus initium eſt: *Cum quadam die*, in antiquis exemplaribus beato Bernhardo inſcribitur, cujus & ſpiritum & phraſin eloqui videtur. Quid multis nitar? Tot ſunt tractatus & ſermones qui beato Auguſtino falſo inſcribuntur, ut eorum recenſio proprium volumen exquirat. Nec meum eſt ut arbiter ſedeam, & quæ aliena ſunt, titulis privem. Lector prudens, quid in his ſibi faciendum vel tenendum ſit, tolerter proſpiciat. Moritur autem ſanctus doctor Auguſtinus in civitate Hipponenſi, cum obſederetur à Wandalis, Anno Domini CCCCXXX. Indictione XIII. ætatis ſuæ LXXVI. ſacerdotii vero XL. ſecundum Marianum Scotum, quinto Calend. Septembris, obſidionis urbis menſe tertio. Libris Juliani Manichæi inter impetus obſidentium Wandalorum, in ipſo dierum ſuorum fine reſpondens, & glorioſe in defenſione Chriſtianæ fidei perſeverans. Teſtamentum nullum condidit, quia unde conderet non habuit, præter bibliothecam Eccleſiæ, quam fratribus diligentiſſime cuſtodiendam etiam in morte commendavit. Rebus pauper, meritis & ſcientia dives Auguſtinus pontifex in Domino quievit, cujus vitam Poſſidonius Calamenſis Epiſcopus deſcripſit.

CXVI. ATTICUS Conſtantinopolitanæ urbis poſt beatum Johannem Chryſoſtomum Epiſcopus, vir tam in divinis ſcripturis, quam in ſecularibus literis eruditus, in hoc tamen reprehenſibilis, quod in locum viventis Epiſcopi & iniurioſe expulſi, ſe paſſus eſt ordinari, ex quare multa ſcandala in Eccleſia Dei ſuborta ſunt. Scripſit autem non ſpernenda nobis opuſcula. De quibus extat *k*) opus inſigne ad reginas, filias Imperatorum Conſtantinopoleos.

| | |
|---|---|
| De fide & virginitate | lib. II. |

Et quædam Epiſtolæ. Et alia non pauca.

Claruit ſub Honorio & Theodoſio principibus Anno CCCCXX.

CXVII. PAULINUS Presbyter, diſcipulus ſancti Auguſtini Hipponenſis, & poſtea Epiſcopus Nolæ Campaniæ, ad quem Auguſtini & Hieronymi multæ feruntur Epiſtolæ, variique tractatus, vir in ſcripturis ſanctis eruditiſſimus, & in ſecularibus literis nulli ſuo tempore ſecundus, non minus ſanctitate quam eruditione clarus effulſit, de quo beatus Gregorius Papa in tertio libro dialogorum *l*) ſcribit, quod tantæ pietatis & miſerationis fuerit, ut poſtea quam omnia ſua in pauperum uſus, & captivorum liberationem expenderat, etiam ſeipſum in ſervitutem pro filio cujusdam viduæ tradiderit, à qua tandem cum multis captivis ob vitæ meritum dimiſſus fuit. Scripſit tam metro quam proſa multa volumina, de quibus iſta feruntur. In primis ſancto Auguſtino petente ſcripſit

| | |
|---|---|
| Vitam ſancti Ambroſii Mediolan. | lib. I. |
| Vitam ſancti Felicis Nolani Epiſc. | lib. I. |
| De ſacramentis quoque | lib. I. |
| De morte baptizati infantis, | lib. I. |
| Panegyricum Theodoſii | lib. I. |
| Hymnorum diverſo carmine. | lib. I. |
| De contemptu mundi | lib. I. |
| De penitentia. | lib. I. |
| De benedictionibus Patriarcharum, | lib. I. |
| De laude martyrum. | lib. I. |
| Ad Severum Sulpitium | epiſt. IV. |
| Epiſtolarum ad diverſos | lib. I. |

Alia quoque nonnulla edidit, quæ ad notitiam meam non venerunt. Claruit ſub Honorio & Valentiniano principibus. Anno Domini CCCCXX.



*k*) Poſſidio. *l*) Ne de Trithemii hoc cum Poſſevino, ſed de Gennadii tempore intelligi. *l*) cap. I.

CXVIII. NICERAS Romaciancæ urbis Episcopus, vir in divinis scripturis studiosus & eruditus, ingenio acutus, sermone apertus & nitidus, scripsit ad ædificationem legentium non contemnendæ lectionis opuscula, de quibus subjecta feruntur: Ad competentes qui ad baptismum disponuntur —

| | |
|---|---|
| Præparatorium, | lib. I. |
| De erroribus gentilitatis | lib. I. |
| De fide unicæ majestatis, | lib. I. |
| Adversus Genealogiam m) | lib. I. |
| De symbolo quoque | lib. I. |
| De victima agni paschalis | lib. I. |
| Ad virginem lapsam, | lib. I. |

Et quædam alia. Claruit tempore Theodosii & Honorii principum. Anno CCCCXX.

CXIX. SIMPLICIANUS Mediolanensis post sanctum Ambrosium Episcopus, vir in divinis scripturis studiosus, & amator paupertatis, multis Epistolis hortatus est Augustinum adhuc Presbyterum, agitare ingenium, & expositionibus vacare scripturarum, ut velut alter Ambrosius Origenis compulsor operis videretur. Unde & multas ad ejus personam Augustinus absoluit quæstiones & epistolas. Sed & ipse ad Augustinum aliosque diversos, utiles conscripsit Epistolas, quæ partim hinc inde reperiuntur. Claruit sub Theodosio & Honorio principibus. Anno Domini CCCCXX.

CXX. ISIDORUS senior, Episcopus Cordubensis, vir in divinis scripturis valde peritus, & secularium literarum non ignarus, ingenio promptus, & satis disertus eloquio, non minus conversatione morum quam scientia scripturarum insignis, cujus eruditio apud veteres in magno pretio existebat: scripsit non pauca in divinis voluminibus opuscula, de quibus ego tamen reperi, n) opus egregium quod edidit ad sanctum Orosium Presbyterum Hispanum

| | |
|---|---|
| In quatuor libros Regum. | lib. IV. |

De cæteris nil reperi. Claruit sub Theodosio & Honorio principibus. Anno Domini CCCCXX.

CXXI. OROSIUS Presbyter, natione Hispanus, beati Augustini quondam auditor, vir in divinis scripturis eruditus, & in secularibus literis peritissimus, vita & conversatione clarissimus fuit. Hunc beatus Augustinus pro discenda quæstione de natura animæ ab Hispania ad se venientem, ad sanctum Hieronymum in Bethleem Judæ miserat, ubi aliquantulum moratus quæstionem pro qua venerat, luculenter didicit, & ad Hipponem remeans, reliquias protomartyris Stephani secum portavit. Ad hunc studiosissimum virum, plura extant beati Augustini opuscula & resolutiones variæ quæstionum scripturarum. Scripsit vero & ipse subjecta volumina,

| | | |
|---|---|---|
| Apologeticum Contra Pelagianos, | lib. I. | |
| De Hormesta o) mundi, chronicam | lib. VII. | *Præceptis tuis parui.* |
| De ratione animæ | lib. I. | *Cum apud vos cœlestis.* |
| Epistolas plures ad Augustinum, | lib. I. | |
| Epistolarum quoque ad diversos | lib. I. | |
| In cantica canticorum | lib. I. | |

Claruit vita & doctrina illustris cum sancto Augustino. Anno Domini CCCCXX.

CXXII. JOHANNES Episcopus & patriarcha Hierosolymitanus, in scripturis sanctis studiosus & eruditus, sed Origenis dogmatibus nimium intentus, patrum in se scripta concitavit, Hieronymi videlicet sanctissimi Presbyteri, & Epiphanii Episcopi, sicut in eorum ad eum missis invenitur epistolis. Ipse autem Johannes studii sui rationem reddens dicit se non fidem Origenis imitatum, sed ingenium. Scripsit enim ob hanc causam vel maxime opus notatu dignum

| | |
|---|---|
| Contra obtrectatores sui studii, | lib. I. |

Et Epistolas quasdam ad diversos. Et quædam alia. Claruit Arcadii & Honorii Imperatorum temporibus. Anno Domini CCCC.

CXXIII. MAXIMUS Episcopus Taurinensis, in scripturis sanctis eruditissimus, in declamandis homiliis ad populum nulli suo tempore secundus, non solum doctrina insignis fuit, sed etiam vitæ sanctitate clarissimus emicuit. Scripsit multa egregia opuscula, quæ sancta mater Ecclesia cum magna authoritate legenda suscepit. E quibus subjecta feruntur:

De

m) immo Genethlologiam sive adversus Astrologos Genethliacos.

n) reperit Trithemius memoratum à Sigeberto, ipse opus illud non inspexit. Et fieri potuit, ut Isidorum Cordubensem, quem omnes alii ignorant, Sigebertus effinxerit. Vide Nic. Antonii Bibl. veterem Hispanam T. I. p. 188. seq.

o) ab ὁρμὴ quod visionem notat, vocabulum Græcobarbarum *Hormestam* Astros composuisse persuasit sibi D. Jo. Schilterus ὁ μαχαιρεὺς observ. 2. ad Chronicon Argentoratense Königshovenii. Sed ab ὁρμὴ, quod motum & agitationem designat, deducere malit Cotelerius notis ad T. 2. monumentor. Ecclesiæ Græcæ p. 621. Jo. Georgius Eccartus Vir Clariss. à Gothico *armen*, misereri, ut *Ormist* sive *armwyst* significet miseriam. Certe *de miseria humana* inscriptum Orosii volumen in antiquissimo Codice reperisse se testatus est Jacobus Bongarsius. Sed hæc de re amplius edocebit nos vir illustris, ac doctissimus Gerhardus non Mastricht, quando ipsi novam quam perinde ut Johannes Clericus jampridem, molitur Orosii editionem dare placuerit. Nam Georgii quidem Hickesii conatibus intercessere fata, qui Anglo-saxonicam Orosii versionem ab Ælfredo olim rege compositam typis vulgare constituit.

| | | |
|---|---|---|
| De Evangeliorum capitulis | lib. I. | |
| In actus Apostolorum | lib. I. | |
| In laudem Apostolorum, | lib. II. | *Glorioſiſſimos Chriſti.* |
| In laudem Johannis Baptiſtæ | lib. II. | *Solennitates nobis.* |
| De vita Euſebii Vercellenſis | lib. II. | *Sanctorum patrum me.* |
| De ſancto Cypriano martyre, | lib. II. | *Sancti Cypriani feſti.* |
| De gratia baptiſmi | lib. I. | |
| De avaritia | lib. I. | |
| De hoſpitalitate | lib. I. | |
| De defectu Lunæ. | lib. I. | |
| De eleemoſynis | lib. I. | |
| De verbis Eſaiæ | lib. I. | |
| De paſſione Domini, | lib. I. | |
| De jejunio quadrageſimæ | lib. I. | |
| De jejunio ſervorum Dei generali | lib. I. | |
| De Judæ traditione | lib. I. | |
| De cruce Domini | lib. I. | |
| De ſepulchro Domini. | lib. I. | |
| De officio miſſæ, | lib. I. | |
| De accuſatione Domini | ho. I. | |
| De reſurrectione Domini, | ho. IV. | *Non immerito fratres hod.* |
| De ſancto Laurentio | ho. III. | *Sanctum eſt fratres ac Deo.* |
| De ſancto Stephano | ho. I. | *Lectio actuum Apoſtolorum.* |
| De Calendis Januariis | ho. I. | |
| De natali Domini. | ho. III. | |
| De Epiphania Domini | ho. II. | |
| De Paſcha | ho. III. | |
| De Pentecoſte | ho. III. | |
| De pœnitentia Ninivitarum. | ho. I. | |
| De non timendis hoſtibus carnalibus | ho. I. | |
| De gratias poſt cibum agend. | ho. I. | |

Scripſit & alia multa: Sermones, Tractatus, Epiſtolas, & homilias, quæ ad notitiam meam non venerunt. Claruit ſub Arcadio & Honorio principibus. Anno Domini CCCCXX. Et ſub Theodoſio juniore moritur. *p*)

CXXIV. JULIANUS Epiſcopus Campanus, *q*) vir acris & vehementis ingenii, eruditus in ſcripturis ſanctis, græco & latino ſermone ſcholaſticus. Priusquam impietatem Pelagii in ſe aperiret, clarus in doctoribus Eccleſiæ fuit. Poſtea vero hæreſim illius defendere cupiens, ſcripſit contra ſanctos doctores ſuæ opinioni convenientia opuſcula. De quibus extant *r*)

| | |
|---|---|
| Adverſus ſanctum Auguſtinum | lib. IV. |
| Adverſus eundem alii | lib. VII. |
| Alercationis partium dialogus | lib. I. |

Et alia plura, quæ omnia propter authoris errores ab Eccleſiaſtica bibliotheca merito abjecta ſunt. Hic tempore famis & anguſtiæ omnia ſua in eleemoſynis pauperibus diſtribuit, & multos nobiles & religioſos, ſub pietatis ſpecie deceptos ſuæ hæreſi ſociavit. Claruit ſub Arcadio & Honorio principibus. Anno Domini CCCCXX.

CXXV. INNOCENTIUS Papa primus, vir doctus atque ſanctiſſimus, natione Albanus, poſt beatum Petrum quadrageſimus & ſecundus, univerſali Eccleſiæ annis quindecim *s*) præfuit, & multa pro ejus utilitate glorioſe ordinavit. Ad hunc cum adhuc eſſet Presbyter, beatus Hieronymus hiſtoriam mulieris ſepties percuſſæ *t*) compoſuit, quod prologus ejusdem operis oſtendit. Qui cum in divinis ſcripturis eſſet eruditiſſimus, ſcripſit nonnulla pro ædificatione fidelium præclara opuſcula. De quibus ego duntaxat iſta reperi:

| | | |
|---|---|---|
| Decretum contra Pelagianos | lib. I. | |
| Contra Bonoſiacos | lib. I. | *Diu mirati ſumus.* |
| Epiſtolarum ad diverſos | lib. I. | *In requirendis de his.* |

De cæteris nihil vidi. Moritur Anno Domini CCCCXVII. Indict. XV. IV. Cal. Auguſti.

CXXVI. EUSEBIUS Cremonenſis monachus, & diſcipulus beati Hieronymi Presbyteri, vir ſtudioſus & eruditus, vita & converſatione venerabilis, orationibus ſanctis & divinis lectionibus magiſtri ſui reverendiſſimi exemplo jugiter intentus magnam ſanctitatis opinionem con-



*p*) imo interfuit ad hunc Concilio Romano A. C. 465. Conſer Tillemontium T. XVI. memor. p. 31. ſeq.
*q*) Capuanus. *r*) De Gennadii temporibus hoc accipe. Nam Trithemii ætate jamdiu intercideranr, exceptis, quæ apud Auguſtinum ſervata, fragmentis.
*s*) ab Calendis Jan. A. C. 402. ad 416. 21. Dec.
*t*) Eſt Epiſtola XVII. in T. IV Opp. S. Hieronymi ed. novæ, in aliis XLIX.

ſecutus eſt. Scripſit ad Damaſum Portuenſem Epiſcopum, & Theodoſium ſenatorem Romanæ urbis, ſatis elegans & prolixum volumen. *w*)

De tranſitu ſancti Hieronymi, lib. 1. *Reverendiſſimo Da.*

Claruit tempore ſancti Hieronymi. Anno Domini CCCCXX.

CXXVII. POSSIDONIUS *x*) Afer, Epiſcopus Calamenſis, beati Auguſtini quondam auditor atque diſcipulus, vir in divinis ſcripturis ſtudioſus, & ſecularium literarum non ignarus, multis annis cum ſancto Auguſtino familiariter converſatus, vita & doctrina inter Eccleſiaſticos præſules clarus effulſit. Scripſit autem inter cætera ad ædificationem fidelium,

Vitam ſancti Auguſtini, lib. 1. *Inſpirante rerum omnium.*

Indiculum librorum ejus lib. 1. *Contra Paganos de.*

Claruit ſub Theodoſio principe. Anno Domini CCCCXXX.

CXXVIII. SIRICIUS Papa, natione Romanus, ſedit poſt Damaſum in pontificatu annis XV. vir doctus & ſanctus, & catholicæ fidei defenſor acerrimus, omnes Manichæos, quos in urbe reperit, exilio damnavit. Converſos autem pro agenda pœnitentia usque in finem vitæ ad monaſterium relegavit. Scripſit autem inter cætera ad Himerium Epiſcopum Tarraconenſem.

Decretale opuſculum lib. 1.

Contra Jovinianum & Auxentium. lib. 1.

Moritur ſub Theodoſio & Valentiniano Imperatoribus. Anno Domini CCCXCVIII. Indict. VI. IX. Cal. Mar.

CXXIX. FASTIDIUS Epiſcopus Britannorum, vir in ſcripturis ſanctis eruditus, & verbi Dei prædicator egregius, vita quoque & converſatione illuſtris, ſermone & ingenio clarus, ſcripſit nonnulla devota opuſcula. De quibus fertur *y*) ad Fatalem volumen quoddam ſana doctrina conſcriptum.

De doctrina Chriſtiana lib. 1.

De viduitate ſervanda lib. 1.

Claruit ſub Honorio & Theodoſio principibus. Anno CCCCXX.

CXXX. CELESTINUS Papa primus, natione Romanus, vir doctus & ſanctus, cujus juſſu beatus Cyrillus Epiſcopus Alexandrinus apud Epheſum ſynodum ducentorum patrum *z*) celebravit, in qua Neſtorius & Pelagius cum ſuis dogmatibus iniquis damnati ſunt. Ibi quoque ſtatutum eſt, ut beatiſſima virgo Maria, Dei mater *a*) deinceps vocaretur. Scripſit autem beatus Celeſtinus inter cætera ſolenne decretum.

Contra Neſtorium lib. 1.

Epiſtolarum ad diverſos lib. 1.

Et quædam alia. Moritur ſub Theodoſio juniore princ. Anno Domini CCCCXXXIII. pontificatus ſui X. Indictione prima VI. Iduum Aprilis.

CXXXI. THEODORITUS Epiſcopus urbis quæ à fundatore ſuo Perſarum rege Cyro, Cyria *b*) eſt vocata, vir in divinis ſcripturis valde doctus, & in ſecularium literarum diſciplinis ſufficienter eruditus, dicitur nonnulla compoſuiſſe in ſanctis voluminibus opuſcula, ſed in manus noſtras non venerunt. Fertur autem ejus inſigne opus, poſt Hieronymum, editum

Eccleſiaſticæ hiſtoriæ, lib. 1. *c*)

De incarnatione Domini contra Eutychen, lib. 1.

Claruit temporibus Theodoſii ſacratiſſimi principis. Anno Domini CCCXC. *d*) Cujus hiſtoria nunc tripartitæ hiſtoriæ inſerta eſt.

CXXXII. EVODIUS Epiſcopus in Africa, diſcipulus beati Auguſtini Hipponenſis Epiſcopi, ad quem idem tractatum ſcripſit de anima Chriſti apud inferos, & multas epiſtolas vir doctus in ſcripturis ſanctis, & converſatione vitæ integerrimus, qui in catalogo ſanctorum merito venerit locandus. Fertur quædam devota ſcripſiſſe opuſcula. De quibus extat volumen de factis in Africa miraculis per reliquias ab Oroſio Presbytero allatis

S. Stephani martyris. lib. 1.

Et plures epiſtolæ ad diverſos. lib. 1.

Et quædam alia. Claruit temporibus ſancti Auguſtini. Anno Domini CCCCXX.

CXXXIII. PALLADIUS *e*) Britannorum ſeu Scotorum inſulæ Hibernienſis à Celeſtino Papa primus ordinatus Epiſcopus, natione Græcus, vir doctus & ſanctus ſua dulciſſima prædicatione gentem ſibi commiſſam ad fidem Chriſti convertit. Poſt quem ſanctus Patricius genere Brittus à ſancto Celeſtino Papa conſecratus, in Archiepiſcopum Hibernienſem per annos XL. ſignis & miraculis coruſcans, totam inſulam convertit ad fidem. Scripſit autem Palladius Vitam ſancti Johannis Chryſoſtomi. lib. 1.

Miſſus

*w*) non ab Euſebio Cremonenſi ſed à longe junioris ætatis ſcriptore compoſitum, plenumque fabulis, ab Erasmo, & aliis viris doctis merito exploſum. *x*) Poſſidius.

*y*) De Gennadii temporibus hoc intelliges. *z*) A. C. 431. *a*) Θεοτόκος.

*b*) Theodorius Epiſcopus Cyri, Auguſtæ Euphrateſiæ in Syria, τῆς πυρρῶν Ἐκκλησίας. Niceph. XIV. 53.

*c*) Hiſtoria Eccleſiaſtica Theodorii quinque libris diſtinguitur.

*d*) immo ultra A. 450.

*e*) De hoc Palladio vide Vitam S. Patricii c. 25. Sed ab illo longe diverſus eſt Palladius Epiſcopus Helenopolitanus, qui vitam S. Chryſoſtomi ſcripſit.

ed by Google

Missus autem fuit in Scotiam à Celestino Papa primo. Anno Domini CCCCXXXII. Indict. XV. secundum Marianum Scotum.

CXXXIV. CYRILLUS Episcopus Alexandrinus, natione Græcus, montis Carmeli *f*) quondam decus & cultor insignis, vir doctus, & sanctus, jussu Celestini Papæ primi, in concilio ducentorum patrum apud Ephesum *g*) præsedit, in quo Nestorium & Pelagium cum erroribus eorum condemnans, multas elegantes sententias dixit. Qui cum in scripturis sanctis esset eruditissimus, multa conscripsit opuscula. De quibus ista feruntur:

| | |
|---|---|
| De fide contra hæreticos, | lib. I. |
| Contra Nestorium | lib. I. |
| De defectu synagogæ, | lib. I. |
| De ortu & laude S. Mariæ, | lib. I. |
| De cyclo paschali, annorum XCV. | lib. I. |
| In Evangelium commentariorum | lib. IV. |

Epistolas insuper, homilias & sermones plures composuit, & alios diversos tractatus, qui ad notitiam meam non venerunt.

Claruit in Concilio Ephesino præsidens sub Theodosio minore Imperatore. Anno Domini CCCCXXXII. Indict. XV.

CXXXV. THEODORUS* Ancyranus Galatiæ Episcopus, vir in divinis scripturis studiosus, & in secularibus literis valde eruditus, in dialectica maxime valens, eloquio disertus & disputator acutus, in concilio Ephesino satis clarus existens, scripsit ibidem dialectico more valde obscure

| | |
|---|---|
| Contra Nestorium | lib. I. |

Et quædam alia. Claruit sub Theodosio juniore principe. Anno Domini CCCCXXX.

CXXXVI. SOZOMENUS natione Græcus, secularium literarum cultor egregius, & in divinis scripturis satis eruditus, fertur nonnulla ad ædificationem Ecclesiæ scripsisse opuscula, De quibus extat opus insigne ad Theodosium juniorem principem, à tertio consulatu Crispi & Constantini Cæsarum, usque ad ejusdem Theodosii XVII.

| | | |
|---|---|---|
| Historiæ Ecclesiasticæ | lib. IX. | *Cogitatio mihi aliquando.* |

Cætera quæ composuit ad notitiam meam non venerunt.

Claruit sub præfato Imperatore Theodosio. Anno CCCCXXX.

CXXXVII. SOCRATES quidam natione Græcus, vir doctus & eloquens, historiographus insignis, & magnarum rerum experientia præclarus, scripsit à tempore primi Constantini magni Imperatoris, usque ad Imperium Theodosii junioris, volumen

| | |
|---|---|
| Ecclesiasticæ historiæ | lib. I. *b*) |

Alia quoque nonnulla scripsisse dicitur, sed in manus nostras non venerunt.

Et notandum quod tres Græci authores, videlicet Theodoritus Episcopus Cyriæ, Sozomenus, & Socrates iste, rerum Ecclesiasticarum singuli scripserunt, pæne uno tempore historias, quas Epiphanius scholasticus in latinum, ut jacebant, transtulit, ex quibus Cassiodorus Senator & monachus unam historiam continuam fecit, quam tripartitam appellavit.

CXXXVIII. VIGILIUS Diaconus & monachus, vir in scripturis sanctis studiosus & eruditus, monasticæ disciplinæ custos & rector, fertur ad ædificationem monachorum quædam cudisse opuscula, quæ ad nostram memoriam venire & locorum & temporum distantia prohibuit. Dicit autem Presbyter Gennadius *i*) scripsisse illum valde utilem regulam

| | |
|---|---|
| De conversatione monachorum | lib. I. |

De cæteris non loquitur. Claruit sub Honorio & Theodosio principibus. Anno CCCCXX.

CXXXIX. OSIUS Episcopus Cordubensis, ante Isidorum, ad quem Chalcidius grammaticus *k*) Timæum Platonis traduxisse memoratur, vir quidem doctus & eloquens, in concilio Sardicensi *l*) præsidens multas egregias sententias dixit sicut in gestis ejusdem synodi continetur. Hic in senectute sua nimis perterritus à Constantio principe Ariano, metuens ne senex & dives, aut exilium pateretur aut damnaretur, Arianæ mox impietati consensit. Sed vitam, ut meruit, non diu post exitus crudelis finivit. Nam post impiam prævaricationem, cum sanctus Gregorius Eliberitanus Episcopus ex Imperiali decreto venisset Cordubam, & nollet communicare Osio, commotus ille rogavit Clementinum Constantii præfecti vicarium, ut in exilium depelleret Gregorium. Cui vicarius: Non audeo inquit Episcopum in exilium mittere, nisi prius ab Episcopatu deposueris illum. Nec moræ patiens Osius, cathedram ut judex ascendit. Gregorium regali citat edicto, quo comparente in conspectu multitudinis, cum Osius fastu superbus, sententiam depositionis conaretur exprimere, Gregorius totis viribus Christum appellat, ne tam injustam ejus præsumptionem sineret inultam. Et ecce Osius impius residens cum sententiam vellet proferre, os vertit distorquens pariter & cervicem, & cadens in terram subito expiravit. Hinc omnes invadit metus, Gregorium post hac nemo audet contingere. Scripsit autem Osius adhuc catholicus, Ad sororem suam



*f*) imo ascetarii Monachorum Nitriæ in Ægypto. *g*) A. C. 431. * Theodotus Ancyranus qui contra Nestorium sex libros ad Lausum scripsit. *h*) Socratis Historia distinguitur libris VII. *i*) cap. 51.

*k*) Hujus Chalcidii Christiani scriptoris commentarium in Timæum nuper recudendum dedi emendatum & illustratum notis. *l*) A. C. 349.

De laude virginitatis. lib. 1.
In concilio præfato: ſententias XVIII. lib. 1.

Et plures Epiſtolas. Claruit ſub Conſtantio ſenex valde, à quo etiam deceptus interiit. Circa Annum Domini CCCXC. *m)*

CXL. IDACIUS Lemicæ Hiſpaniarum urbis Epiſcopus, vir in divinis ſcripturis eruditus cognomento & eloquio clarus, qui cum Urſacio Epiſcopo propter necem Priſcilliani quem Treveris accuſaverant à communione Eccleſiæ ſequeſtratus in exiliumque detruſus ibidem mortuus eſt. Scripſit autem non contemnenda opuſcula. De quibus iſta feruntur:

Adverſus Priſcillianum. lib. 1.
Chronicarum à tempore Theodoſii. lib. 1.

Et quædam alia. Claruit ſub Theodoſio venerabili Imperatore. Anno Domini CCCC.

CXLI. LEPORIUS Presbyter & monachus, in divinis ſcripturis ſtudioſus, ſed nimium præſumens de puritate vitæ, arbitrio & conatu proprio ſe, non gratia Dei vivere religioſe dogmatizabat, Pelagianum defendens errorem. Admonitus autem à Gallicanis doctoribus, & in Africa per ſanctum Auguſtinum correptus, ceſſit errori, & hæreſim quam prius prædicabat, acriter poſtmodum impugnavit. Agens itaque gratias de ſua emendatione, ſcripſit.

Correctorium adverſus hæreſim. lib. 1.

Et quædam alia. Claruit ſub Theodoſio juniore principe. Anno Domini CCCCXXX.

CXLII. SEDULIUS *n)* Presbyter, natione Scotus. Hildeberti Scotorum Archi-Epiſcopi ab ineunte ætate diſcipulus, vir in divinis ſcripturis exercitatus, & in ſecularibus literis eruditiſſimus, carmine excellens & proſa, amore diſcendi Scotiam relinquens venit in Franciam, deinde Italiam perluſtravit & Aſiam, poſtremo Achajæ finibus excedens, in urbe Roma mirabili doctrina clarus effulſit. Scripſit autem & metro & ſoluta oratione plura opuſcula, de quibus ego tantum reperi ſubjecta. Ad Macedonium Abbatem, opus inſigne juxta ſeriem totius Evangelii, quod prænotavit

| | | |
|---|---|---|
| Carmen paſchale, metrice | lib. IV. | *Paſchales quicunque dd.* |
| In omnes epiſtolas Pauli, proſaice | lib. XIV. | *Antequam Apoſtolica verba.* |
| De miraculis Chriſti. | lib. 1. | *A ſolis ortus cardine.* |
| Ad Theodoſium Imperatorem. | lib. 1. | *Romulidum ductor cla.* |
| In majus volumen Priſciani. | lib. 1. | |
| In ſecundam editionem Donati. | lib. 1. | |
| Exhortatorium ad fideles | lib. 1. | *Contemne ſocii Domine.* |
| Epiſtolas plures ad diverſos | lib. 1. | *Sedulius Scotigena.* |
| De miraculis Chriſti, proſaice | lib. II. | |

Alia quoque nonnulla edidit, quæ ad notitiam meam non venerunt. Hic tandem ut Sigebertus * ſcribit, Epiſcopus ordinatus fuit, ſed Eccleſiam vel urbem ubi, non exprimit. Claruit ſub Theodoſio Anno CCCCXXX.

CXLIII. VICTORINUS Maſſilienſis rhetor, vir in ſecularibus literis eruditiſſimus, & in ſcripturis ſanctis admodum ſtudioſus, conatus eſt ſanctas ſcripturas exponere, ſed ſeculari literatura occupatus, & campum divinorum eloquiorum ſine præceptore ingreſſus, quod voluit non perfecit. Unde quæ ſcripſit opuſcula Chriſtiano quidem ſenſu & pio ſtudio præſtant, ſed leviori pondere ſententiæ figurantur. Edidit autem ad filii ſui Etherii perſonam commentariorum à principio usque ad mortem Abrahæ patriarchæ,

In Geneſim. lib. IV.

Et quædam alia, quæ nos latent. Claruit ſub Theodoſio & Valentiniano. Anno CCCCXXX.

CXLIV. PHILIPPUS monachus & Presbyter, beati Hieronymi quondam auditor atque diſcipulus, vir ſtudioſus & eruditus, voluntariæ paupertatis amator præcipuus, qui verbo & exemplo ad pietatem multos erudivit, poſt magiſtri obitum in divinis ſcripturis quosdam commentarios edidit. De quibus extat ** opus ut ferunt egregium

In Job lib. 1.
Epiſtolarum ad diverſos lib. 1.

Claruit ſub Theodoſio & Valentiniano principibus. Anno Domini cccc xxx. Et ſub Marciano moritur.

CXLV. VINCENTIUS monachus & Presbyter monaſterii Lirinenſis inſulæ, natione Gallus, vir in divinis ſcripturis eruditiſſimus, & ſecularium literarum non ignarus, vita & moribus, clarus. Extat ejus inſigne opus quod ſub Peregrini nomine compoſuit, à veteribus doctoribus percelebre laudatum, de erroribus & collegiis hæreticorum fugiendis,

Contra omnes hæreticos lib. II.

Alia quoque nonnulla ſcripſiſſe legitur, quæ ad notitiam meam non venerunt. Claruit ſub Theodoſio & Valentiniano regnantibus. Anno Domini cccc xxx.

CXLVI. PAULUS Presbyter, natione Pannonius, quæ Hungaria nunc dicta eſt, vir in ſacris,

*m)* immo 361. *n)* Videtur Trithemius in unum confundere tres Sedulios, Poëtam ſæculo quinto clarum, & Epiſcopum qui A. C. 721. & auctorem Hibernum collectaneorum in Epiſtolas Pauli, qui centum poſt annis vixit. Vide Labbeum de S. E. T. 2. p. 330. * cap. 6. ** De Gennadii hoc tempore accipe.

cris literis ſtudioſus. & ſatis eruditus, non minus religionis cultu quam ſcientia ſcripturarum venerabilis, Chriſtianæ fidei propugnator zeloſus, fertur non pauca ſcripſiſſe volumina, quorum lectio ad confundendos hæreticos ſatis accommoda perhibetur. Extant ejus ad Conſtantiam Chriſto dicatam virginem

De virginitate & contemptu mundi lib. 11.

De aliis nihil adhuc reperi. Claruit ſub Theodoſio juniore. Anno Domini ccccxxx.

CXLVII. Isaac ex monacho Antiochenæ Eccleſiæ Presbyter, vir in divinis ſcripturis eruditus, & in declamandis homiliis ad populum celeberrimæ opinionis, vita & converſatione Deo dilectus, & hominibus venerabilis, ſcripſit Syro ſermone, ad imitationem ſancti Effrem plura devota opuſcula, quorum lectio religioſis hominibus valde utilis judicatur.

E quibus inter noſtra, ſubjecta reperi:

| | | |
|---|---|---|
| Contra Neſtorianos & Eutychianos, | lib. II, | |
| Exhortatorium vitæ ſpiritalis | lib. I. | *Anima quæ Deum diligit* |
| De pugna vitiorum, | lib. I. | *Multorum honorem de.* |
| De acceſſu ad Deum, | lib. I. | *Quando aliquis in aliquam ruinam* |
| De difficultate virtutum | lib. I. | *Quamlibet virtutem ſine.* |
| Dialogum de profectu ſpiritali | lib. I. | *Quo vinculo retinetur.* |
| De ordine monaſticæ vitæ | lib. I. | *Ex operatione violenta.* |
| De humilitate | lib. I. | *Beatus homo qui ſcit infir.* |
| De tribus ordinibus proficientium | lib. I. | *Tres ſunt ordines in.* |
| De ſolitudine monachorum, | lib. I. | *Homo multa ſollicit.* |
| De diverſis tentationibus | lib. I. | *Virtutes invicem ſibi.* |
| De informatione novitiorum | lib. I. | *Hic eſt ordo ſobrius.* |
| De pœnitentia | lib. I. | *Fortitudinem quam po.* |
| Carmen ſuper Antiochiæ deſolatione. | lib. I. | |

Homilias plures ad populum habuit, ſed in manus noſtras minime venerunt. Claruit ſub Theodoſio juniore. Anno Domini ccccxl.

CXLVIII. Eucherius Epiſcopus Lugdunenſis in Gallia, vir doctus, & monachorum diſciplina à juventute imbutus, ingenio promptus, & ſermone compoſitus, vita & converſatione Deo & hominibus gratus, quippe qui multos & verbo & exemplo ab iniquitate avertit. Scripſit plura egregia volumina, ſed ad notitiam meam adhuc pauca pervenerunt. Reperi enim tantum iſta:

| | | |
|---|---|---|
| De contemptu mundi, | lib. I. | |
| Expoſitiones divinorum nominum | lib. I. | *Formulæ ſpiritalis.* |
| Ad filios Solonis & Urani *o*) | lib. I. | |
| Epitomen Caſſiani | lib. I. | |
| Epiſtolas quasdam ad diverſos | lib. I. | |
| Ad Hilarium Epiſcopum de laude heremi | lib. I. | |

Claruit ſub Theodoſio juniore. Anno Domini ccccxl.

CXLIX. Hilarius Epiſcopus Arelatenſis, ad quem heremi deſerta petentem Eucherius Lugdunenſis antiſtes librum edidit de laude heremi, vir doctus in ſcripturis divinis, & ſatis diſertus eloquio, cujus merita ſanctitatis catholica perſonat Eccleſia. *p*) Tantæ pietatis extitit in pauperes, ut omnibus ſuis in eorum uſus hilariter diſperſis, pater pauperum deinceps vocaretur & eſſet. Scripſit inter cætera ſatis præclaro eloquio prædeceſſoris ſui

Vitam ſancti Honorati Epiſcopi lib. I.

Homilias pene infinitas

Et quædam alia. Claruit ſub Theodoſio principe juniore. Anno Domini ccccxx. Moritur autem ſub Valentiniano & Marciano principibus.

CL. Zosimus Papa, natione Græcus, ſedit in pontificatu poſt ſanctum Innocentium anno uno, menſibus octo, vir doctus, ſanctus, & Deo dilectus, qui verbo & exemplo commiſſam ſibi ſtrenue gubernavit Eccleſiam, pro cujus ædificatione multa eleganter conſtituit, ſicut in geſtis illius continetur. Scripſit pro ſtatu Eccleſiaſtico

| | | |
|---|---|---|
| Ad diverſos Epiſtolarum | lib. I. | *Ex relatione fratris noſtri* |
| De Paſcha ad Hilarium | lib. I. | |
| De ſacerdotio ad Eſytium, *q*) | lib. I. | *Exigit dilectio tua pra.* |

Moritur ſub Honorio & Theodoſio Imperatoribus, Anno Domini ccccxix. Indict. II, ſeptimo Calendas Januarias.

CLI. Bonifacius Papa primus beato Zoſimo ſuccedens, præfuit Eccleſiæ annis tribus & menſibus quatuor, vir magnæ doctrinæ, & ad regimen animarum ſatis idoneus, qui multa pro utilitate Eccleſiaſtica conſtituit, quæ in canonibus ſanctorum patrum ſparſim habentur. Scripſit ad ædificationem fidelium, ut ferunt nonnulla opuſcula. De quibus ego tantum reperi



*o*) lege *Salonium & Veranum.* Et de Eucherio ejusque ſcriptis conſule Tillemontium Tom. XV. memor. H. E.
*p*) vide Martyrologia & Acta Sanctor. V. Maji. In iisdem Actis legitur vita Honorati ab Hilario ſcripta XVI. Januar.
*q*) Heſychium Salonitanum T. 2. Concil. edit. Labbei p. 1556.

Epiſtolarum decretalium lib. 1. *Eccleſia Romana cui.* r)

Moritur ſub Honorio & Theodoſio principibus, Anno Domini CCCCXXII. Indict. V. octavo Calendas Novembris,

CLII. PROBA mulier elegantiſſima, uxor Adelphi proconſulis Romani, s) fœmina in ſecularibus literis eruditiſſima, & divinarum ſcripturarum non ignara, mirabili ſtudio fervens ſexum vicit eruditione ſua: Græcis ac Latinis literis ad perfectum inſtructa, metroque excellens & proſa, cum Virgilium mente teneret ad verbum, cogitavit ex illius verſibus novum & vetus teſtamentum deſcribere, & quaſi ſic ille ſenſiſſet, ſuis carminibus demonſtrare. Aggreſſa itaque fortiter opus mente repoſitum, omnes Virgilii libros ſolicite percurrens, nunc iſtum, nunc illum verſum, aliquando dimidium, nonnunquam particulas minores verſuum aſſumens, mirabili induſtria, ſervata ubique menſura pedum, catholica volumina poetæ carminibus deſcripſit, hocque opus in ſeptingentis ferme verſibus comportatum prænotavit Græco vocabulo:

Virgiliocentonem, lib. 1. *Jam dudum temeraſſe.*

Si quid amplius ſcripſit, neſcio.

Nihilominus hoc opus inter apocrypha t) computatur, quoniam & ſi mulier devota pium ſtudium aſſumpſerit, tamen Virgilius nunquam ad Chriſti honorem, vel ad fidem noſtram ſuos verſiculos referendos æſtimavit. Eſt enim hujus negotii non propria, ſed ficta per Probam aſſumpta interpretatio. Claruit autem ut quibusdam placet ſub Theodoſio minore, Anno Domini CCCCXXX.

CLIII. EUDOXIA u) Theodoſii junioris uxor, mulier in Chriſtiana religione devotiſſima, & tam in divinis ſcripturis quam in ſecularibus literis eruditiſſima, ab Hieroſolymis remeans, reliquias ſanctiſſimi protomartyris Stephani ſecum detulit, & in baſilica beati martyris Laurentii honorifice collocavit. Hæc cum doctiſſima eſſet, carmine & proſa excellens, fertur ad imitationem Probæ uxoris Adelphi, Homeri carmina reflexiſſe ad fidem Chriſtianam, titulum ſimiliter præponens opuſculo edito talem:

Homerocentonas. lib. 1.

Sed & ipſum apocryphum eſt. Scripſit etiam quædam alia. Cum ſanctus Hieronymus in Epiſtola quadam ſe Homerocentonas & Virgiliocentonas legiſſe perhibeat, ante ejus obitum conſcriptæ ſint neceſſe eſt.

Claruit cum Theodoſio marito, qui ſumpſit Imperium. Anno Domini CCCCXXIII.

CLIV. PRIMASIUS Epiſcopus Africanus, & ut quidam volunt beati Auguſtini quondam diſcipulus, vir ſane in ſcripturis ſanctis eruditus, & diſciplinis ſecularium literarum glorioſe imbutus, ingenio ſubtilis, & eloquio diſertus, multa dicitur compoſuiſſe opuſcula, quæ apud veteres magno in pretio habebantur. De quibus ego tantum reperi. x)

Contra hæreſes ad Fortunatum Epiſc. lib. III.
In Apocalypſin Johan. ad Caſtorium. lib. V.
De libro Apocal. beati Johan.

Cætera autem quæ compoſuit, ad notitiam meam adhuc non venerunt. Claruit ſub Theodoſio Imper. II. Anno Domini CCCCXL. y)

CLV. JUNILIUS Epiſcopus cujusdam urbis in Africa, nomen autem civitatis invenire non potui, vir certe in ſacris ſcripturis valde doctus, & in ſecularibus diſciplinis meo judicio ſufficienter inſtructus, ſenſu profundus, eloquio dulcis & ornatus, multa dicitur conſcripſiſſe opuſcula, ſed ego tantum vidi opus inſigne quod ſcripſit ad Primaſium ſupradictum Epiſcopum, quod prænotavit

De partibus divinæ legis. lib. 1. *Sancto ac beatiſſimo Epiſcopo.*

De cæteris nullum vidi. Claruit eo tempore, quo & Primaſius. Anno Domini CCCCXL. z)

CLVI. PROTERIUS Epiſcopus Alexandrinus, vir tam in divinis ſcripturis quam in ſecularibus literis eruditiſſimus, Theologus & computiſta inſignis, quem Leonis Auguſti temporibus, ſucceſſores Dioſcori hæretici ſeditione facta authore Timotheo a) crudeliter peremerunt. Ipſumque Timotheum in locum ejus pro Alexandrino Epiſcopo idolum erexerunt. Scripſit inter cætera ad ſanctum Leonem Papam

De celebratione paſchæ. epiſt. III.
Ad Hilarium de eadem re epiſt. 1. *Quoniam ſanctitas veſtra orta.*

Epiſtolas plures ad diverſos. Et quædam alia. Claruit ſub Leone Imperatore. Anno Domini CCCCLX. b)

CLVII. PASCHASINUS Sicilienſis Epiſcopus, in divinis ſcripturis eruditus, & in ſecularibus

r) T. 2. Concil. p. 1582. incipit: *Eccleſia mea, cui.*

s) Poetriam Falconiam Probam, civem Hortanam diverſam eſſe à Valeria Proba, uxore Adelfii Procos. nec minus ab Anicia Faltonia Proba, contendit V. C. Juſtus Fontanini, lib. 2. de Antiquitatibus Hortæ Coloniæ, Rom. 1708. 4. t) in Gelaſii decreto diſt. 15. *Sancta Romana.*

u) Eudocia, de cujus Homerocentonibus dixi lib. 2, Bibl. Græcæ c. 4. Adde Cangium ad Zonaram p. 47. & Fontaninum libro laudato.

x) reperit Trithemius memorata ab Iſidoro Hiſp. de S. E. c. 9. non ipſe, opinor, inſpexit.

y) imo inca A. C. 550. z) 550. a) Æluro.

b) imo occiſus A. C. 457. cum ſedem Alexandrinam tenuiſſet ab A. 451.

Digitized by Google

bus literis nobiliter doctus, non minus converſatione quam ſcientia reverendus, vice beati Leonis Papæ magni in Chalcedonenſi concilio præſediſſe dicitur, in quo una cum ſanctis patribus numero ducentorum Eutychen & Dioſcorum hæreticos damnavit. Erat autem Eutyches Presbyter & abbas celeberrimi monaſterii Conſtantinopolitani, qui aſſerebat Chriſtum Deum tantum eſſe & non hominem, & varia ſcripſit pro ſuo errore, quæ omnia cum autore damnata ſunt. Paſcaſinus vero ſcripſit ad Leonem Papam

| | | |
|---|---|---|
| De quæſtione paſchali | epiſt. II. | *Apoſtolatus veſtri ſcripta.* |
| Ad eundem de fontis miraculo, | epiſt. I. | *Non nos dies una longi.* |
| Acta Concilii Chalcedonenſis *c)* | lib. I. | *Regulas ſanctorum per ſin.* |

Claruit ſub Theodoſio juniore. Anno Domini CCCCI.

CLVIII. LEO Papa primus, natione Tuſcus, poſt Sixtum tertium ſedit in cathedra Petri annos viginti unum, vir in divinis ſcripturis eruditiſſimus, & in declamandis homiliis ad populum adeo celebris & facundus, ut ſuperiorem in Eccleſia Romana habuerit neminem, quod ſermones ejus clariſſimi teſtabuntur. Fuit enim Eccleſiaſticæ dictionis Tullius, ſacræ Theologiæ Homerus, rationum fidei Ariſtoteles, authoritatis Apoſtolicæ Petrus, & in Chriſtiano pulpito Paulus. Ejus ſermones cor penetrant, afficiunt animum, fidem catholicam dulci breviloquio confirmant. Nec mirum, ignem divini amoris geſtans accenſum in pectore, quid aliud quam verba ardentia loqueretur? Scripſit autem plura opuſcula. De quibus ego tantum reperi ſubjecta, videlicet:

| | | |
|---|---|---|
| Contra Eutychen Presbyterum, | lib. II. | *Sicut peritorum dilectiſſ.* |
| De ſymbolo Nicæno, | lib. I. | *Credimus in unum Deum.* |
| Ad Leonem Auguſtum teſtimoniorum | lib. I. | *Unum igitur hoc immobi.* |
| Ad Inquiſitiones Januarii Epiſcopi, | lib. I. | *Nulla ratio finit ut in.* |
| De paſſione Domini, homiliæ XXIV. | lib. I. | *Semper quidem dilectiſſ.* |
| Homilias multas ad populum | lib. I. | *Multis divinarum ſcrip.* |
| Ad Flavianum Epiſcopum contra Eutychen | lib. I. | *Lectis dilectionis tuæ.* |
| Ad Leonem Auguſtum contra Eutychen | lib. I. | *Promiſiſſe me memi.* |
| Ad Turibium Epiſc. contra Priſcillian. | lib. I. | *Quam laudabiliter pro cato.* |
| Ad Ruſticum Narbonenſem Epiſc. | lib. I. | *Subditis reſponſionibus.* |
| Ad Anaſtaſium Epiſcopum Theſſal. | lib. I. | *Quanta fraternitati.* |
| Epiſtolarum multarum ad diverſos | lib. I. | *Dilectiſſimo filio Eutych.* |

De cæteris nihil reperi. Moritur tandem poſt multos pro Eccleſiaſtica utilitate labores, ſub Leone Auguſto, Anno Domini CCCCLXI. Indictione quartadecima IV. Cal. Julii.

CLIX. PETRUS Epiſcopus Ravennatis, *d)* vir eruditus atque ſanctiſſimus in vita multis coruſcans miraculis, *e)* in declamandis homiliis ad populum excellentis ingenii fuit, multosque tam verbo quam exemplo ad veritatis tramitem convertit, multa ſcripſit pro ædificatione fidelium. De quibus feruntur:

| | | |
|---|---|---|
| Sermones & homiliæ plures, | lib. I. | |
| Ad Eutychen Presbyterum | epiſt. I. | *Triſtia legi triſtes literas. f)* |

Scripſit etiam Epiſtolas alias plures. Claruit ſub Marciano Auguſto. Anno Domini CCCCL.

CLX. FLAVIANUS Epiſcopus Conſtantinopolitanus, ad quem beatus Leo Papa multas ſcripſit Epiſtolas, vir quidem eruditus, & catholicæ unitatis amator præcipuus, qui Eutychen Presbyterum & Archimandritam, impie de Chriſti humanitate ſentientem, depoſuit, & excommunicavit, ſicut in quadam Epiſtola præfato Papæ Leoni miſſa teſtatur, *g)* multa pro hæreſium extirpatione patravit & ſuſtinuit. Scripſit Græco ſermone quædam non contemnenda opuſcula. De quibus feruntur:

| | | |
|---|---|---|
| Acta cum Eutyche Presbytero, | lib. I. | |
| Contra ejusdem errores, | lib. I. | |
| Ad Leonem Papam de eodem, | epiſt. I. | *Nulla res diaboli ve.* |
| Epiſtolarum ad diverſos | lib. I. | |

Et nonnulla alia quæ neſcimus. Claruit ſub Theodoſio juniore & Marciano. Anno CCCCLIV.

CLXI. HILARIUS Papa, natione Sardus poſt Leonem magnum ſedit in pontificatu annis ſex, menſibus totidem, vir in ſcripturis divinis doctiſſimus, & multarum virtutum decore inſignis, qui eleemoſynis & ſanctis operibus jugiter intentus, non ſine magna ſanctitatis opinione reſulſit. Hic Romæ ſynodo quinquaginta Epiſcoporum *b)* habita, nonnulla conſtituit pro Eccleſiaſtica honeſtate. Scripſit autem quædam neceſſaria opuſcula,

De quibus ego tantum reperi:

| | | |
|---|---|---|
| Decretum ſynodale, | lib. I. | *Quoniam religioſus Spiritus ſanctus.* |



*c)* Notandum eſt Acta Concilii Chalcedonenſis Paſchaſino tribui, forteſſe quod Trithemius incidit in Codicem, qui illa huic auctori vindicavit.

*d)* Petrum Chryſologum intellige de quo Baron. ad Martyrolog. 2. Dec. Petrus alius Ravennæ Epiſc. qui interfuit Concilio Romano A. C. 502. *e)* De alio Petro Thaumaturgo Acta Sanctor. T. I. Febr. p. 611.

*f)* Exſtat in Actis Concilii Chalced. T. IV. edit. Labbei pag. 35.

*g)* T. IV. Concil. edit. Labbei p. 18. Confer Paſchaſium Quesnellum ad Leonem M. p. 272. ſeq. & diſſ. VIII.

*h)* A. C. 465. Confer Tillemontium T. XVI. memor. H. E.

| | | |
|---|---|---|
| Ad Epiſcopos Terraconen. provinciæ, | epiſt. 1. | *Poſtquam literas veſtras.* |
| Ad Alcanium Terraconen. Epiſcopum | epiſt. 1. | *Divina circa nos gratia.* |
| De concilio Nicæno, | epiſt. 1. | |
| De concilio Epheſino, | epiſt. 1. | |
| De Concilio Chalcedonenſi | epiſt. 1. | |
| Epiſtolarum ad diverſos, | lib. 1. | |

Moritur ſub Leone Auguſto. Anno Domini CCCCLXVIII. Indictione ſexta, Nono Calend. Martii, cui Simplicius ſucceſſit.

CLXII. EUSEBIUS Epiſcopus Mediolanenſis, in ſcripturis ſanctis valde eruditus, & ſecularium literarum non ignarus, beatiſſimo pontifici Leoni & familiaris & dilectus, pro fide ſancta catholica contra hæreticos fortiter pugnans & ſcribens. Fertur nonnulla ad ædificationem fidelium edidiſſe opuſcula, ſed ad notitiam meam non venerunt. Vidi enim unam ejus duntaxat Epiſtolam, quam in cauſis fidei ſcripſiſſe dicitur.

| | | |
|---|---|---|
| Ad ſanctum Leonem Papam, | epiſt. 1. | *Reverſus Domino annuente. k)* |

Claruit ſub Marciano Imperatore. Anno Domini CCCCL.

CLXIII. ASCLEPIUS Afer, Vagenſis territorii Epiſcopus, *k)* vir ſtudioſus & eruditus, homiliarum ad populum declamator egregius, & hæreticorum expugnator acerrimus, multa volumina ſcripſit ad ædificationem populi, quorum editione glorioſus in omni terra nominatus eſt, quippe qui non tantum verbis, ſed & operibus ſe doctorem utilem plebi exhibuit. Ætatem enim ſuam multi eruditiſſimi viri claram reddiderunt. De cujus ſcriptis feruntur:

| | |
|---|---|
| Adverſum Donatiſtas. | lib. 11. |
| Adverſum Arianos. | lib. 1. |
| Homiliæ infinitæ ad populum | lib. 1. |

Et alia multa nobis incognita. Claruit ſub Theodoſio juniore. Anno Domini ccccxxxx.

CLXIV. PROSPER Epiſcopus Reginenſis, *l)* poſt Faventium, natione Aquitanicus, vir in divinis ſcripturis eruditiſſimus, & in ſecularibus literis nobiliter doctus, carmine excellens & proſa, eloquio diſertus, ſenſu profundus, ingenio ſubtilis, aſſertione nervoſus, vita & converſatione ſanctiſſimus apparuit. Hic beati Leonis Papæ magni quondam notarius fuit & multas in ejus perſona Epiſtolas dictavit. Scripſit etiam de ſua vena multa præclara opuſcula. De quibus ego tantum reperi ſubjecta. Ex ſententiis beati Auguſtini Epiſcopi verſibus hexametris & pentametris, mixtum proſa, opus pulcherrimum quod prænotare voluit.

| | | |
|---|---|---|
| Epigrammata. | lib. 1. | *Dum ſacris mentem placet.* |
| De vita contemplativa | lib. 111. | *Contemplativa vita in.* |
| De libero arbitrio | lib. 1. | *Domino fratri dilectiſſi. Ruſino.* |
| Ad capitula Gallorum reſponſiones | lib. 1. | *Doctrinam quam ſancta.* |
| Ad objecta Vincentianorum. *m)* | lib. 1. | *Quidam Chriſtiane ac.* |
| Ad excerpta Genuenſium | lib. 1. | *In libris beate memo.* |
| Summam grandem CCCXXX. poſitionum. | lib. 1. | *Scientia vera eſt qua.* |
| Contra Caſſianum de libero arbitrio | lib. 1. | |
| Chronicon hiſtoriarum. | lib. 1. | |
| Epiſtolarum ad diverſos | lib. 1. | |
| De illuſtribus viris. | lib. 1. | |
| De captivitate Romæ. | lib. 1. | |

Alia inſuper nonnulla ſcripſiſſe dicitur, ſed ad manus noſtras non venerunt.

Claruit temporibus Leonis Imperatoris magni. Anno Domini ccccLx. Cujus feſtum celebratur ſeptimo Calendas Julii.

CLXV. VICTOR Cartennæ Mauritaniæ civitatis Epiſcopus, in ſcripturis ſanctis doctus, & declamator ſermonum egregius, hæreticorum perſecutor inſignis, multa dicitur conſcripſiſſe volumina, in quibus & populum erudivit devotum, & errantes circa fidem fortiter contrivit. De quorum numero iſta feruntur:

| | |
|---|---|
| Adverſum Arianos, | lib. 1. |
| Adverſum Donatiſtas | lib. 1. |
| Ad Baſilium conſolatorius. *n)* | lib. 1. |
| De pœnitentia quoque | lib. 1. |
| Homiliarum ad populum. | lib. 11. |

Alia quoque non pauca edidit, quæ ad notitiam meam non venerunt. Claruit ſub Marciano Auguſto. Anno Domini ccccl.

CLXVI. VICTORINUS *o)* natione Aquitanicus, vir in divinis ſcripturis admodum ſtudioſus, & in

*k)* Exſtat inter Epiſtolas Leonis M. p. 291. edit. Paſchaſii Quesnelli Lugd. 1700. fol.

*k)* apud Gennadium c. 73. legitur *in Ragenſi territorio vici non grandis Epiſcopus.* Nimirum urbs Numidiæ quam *Βαγαϊ* Plutarchus, Silius Vagam, Plinius Vagenſe opidum appellat. Videſis Chriſtophori Cellarii *τῆς μακαρίτης* Africam p. 174.

*l)* Epiſcopum fuiſſe negant viri docti. Vide Labbeum, Caveum & T. 16. memor. Tillemontium.

*m)* ad capitula objectionum Vincentianarum, Vincentii non Lirinenſis, ſed alterius de quo infra c. 173.

*n)* Exſtat inter ſcripta S. Baſilii & Eucherii. Vide Tillemont. T. 16. p. 612.

*o)* Recte Victorium dici obſervat Launojus p. 61. diſſ. de Victorinis.

Digitized by Google

& in ſecularibus literis eruditiſſimus, dicitur quædam ſui ingenii reliquiſſe opuſcula, quæ ad notitiam meam adhuc minime venerunt. Hic jubente Papa Hilario ſcripſit pro inveniendo termino paſchali

Cyclum magnum annorum DXXXII. lib. I.

Hic dicitur magnus cyclus annorum DXXXII. *p*) quibus evolutis omnes ſupputationes luminarium in idem redeunt, quem Dionyſius Abbas emendavit poſtea, & usque in hanc noſtram ætatem, licet in aliquibus deſecerit, tamen perſeverat. Scripſit etiam Victorinus iſte quasdam Epiſtolas. Claruit ſub Leone Imperatore, Anno Domini CCCCLX. & ſcripſit cyclum ſuum ſub Hilario Papa, Anno ejus tertio. *q*)

CLXVII. PETRUS Edeſſenæ Eccleſiæ Presbyter in ſcripturis ſanctis doctus & exercitus, vim & ingenium declamandi homilias ad populum nactus excellentiſſimum, adeo ut ſuis temporibus ſecundum non haberet. Scripſit Syro ſermone multa præclara volumina. De quibus ad notitiam meam ſolis titulis pauciſſima venerunt:

In Pſalmos commentarii. lib. I.
In Pſalmos etiam metro luſit. lib. I.

Homilias ad populum dictavit, & habuit pene infinitas, quæ apud nos raro inveniuntur. Sed neque tractatuum ejus nobis certus eſt numerus. Claruit ſub Marciano Imperatore, Anno Domini CCCCL.

CLXVIII. SABATIUS Epiſcopus provinciæ Gallicanæ, vir in divinis ſcripturis doctus, & in ſecularibus literis ſufficienter eruditus, ingenio ſubtilis & acer, contra hæreticorum veniam *r*) cum ſcribendo, tum diſputando multotiens certavit. Unde rogatus à Secunda quadam Chriſto dicata virgine, ſcripſit inſigne & memorabile volumen

Contra Marcionem & Valentinum. lib. I.
Contra Eunomium & Aëtium, lib. I.

Alia quoque nonnulla edidit, ſed ad notitiam meam nondum venerunt. Claruit ſub Theodoſio juniore, circa annum Domini CCCCXXXX.

CLXIX. URSINUS monachus, in divinis ſcripturis eruditus, & literarum humanitatis non ignarus, ingenio ſubtilis & cautus eloquio, multos ad utilitatem fidelium tractatus compoſuiſſe dicitur, ſed nihil eorum ad manus noſtras usquam memini perveniſſe. Fertur *s*) autem ejus opus inſigne contra eos qui rebaptizant ſemel rite baptizatos, cujus titulus eſt:

De non rebaptizandis *t*) hæreticis. lib. I.

Claruit ut reperi ſub Theodoſio juniore. Anno Domini CCCCXL.

CLXX. JULIANUS Epiſcopus Eccleſiæ Toletanæ Hiſpaniarum, natione Maurus, ad quem ſanctus Proſper tres libros de contemplatione ſcripſiſſe dicitur, vir in divinis ſcripturis valde eruditus, & ſecularibus doctrinis ſufficienter inſtructus, eloquio ſcholaſticus, ſenſu apertus. Scripſit multa inſignia volumina. De quibus referuntur ſubjecta:

De ſancta virginitate lib. I.
De natura animæ lib. VIII.
De reſurrectione, quæſtionum lib. I.
De contemptu mundi lib. I.
Prognoſticon futuri ſeculi, lib. III. *Naſcentis fidem Eccleſiæ.*
De vitiis & virtutibus lib. I.
Epiſtolarum ad diverſos lib. I.

Alia quoque nonnulla compoſuiſſe dicitur, quæ ad notitiam meam non venerunt. Claruit ſub Marciano Imperatore. Anno Domini CCCCL.

CLXXI. VICTORIANUS Buconius, *u*) Caſtellianæ urbis Mauritaniæ Epiſcopus, vir in divinis ſcripturis jugi ſtudio exercitatus, & ſecularium literarum diſciplinis non mediocriter doctus, hæreticorum malleus fortiſſimus, & fidelium populorum doctor egregius, multa dicitur pro tutatione fidei catholicæ ſcripſiſſe opuſcula. De quibus præcipua feruntur iſta:

Adverſum Judæos, lib. I.
Adverſum Arianos lib. I.
Adverſum omnes hæreticos lib. II.
De Sacramentis quoque lib. I.

Claruit ſub Marciano Imperatore. Anno Domini CCCCL.

CLXXII. MUSÆUS Presbyter Eccleſiæ Maſſilienſis, vir in divinis ſcripturis eruditiſſimus, & in earum ſenſibus ſubtiliſſima exercitatione limatus, lingua ſcholaſticus & nitidus, hortatu ſancti Venerii Epiſcopi, de ſcripturis ſanctis excerpſit lectiones & reſponſoria ſingulis diebus feſtivis totius anni apta, pſalmosque ordinavit ſingulis aptos temporibus in Eccleſia decantandos. Scripſit etiam ad Euſtaſium *x*) Epiſcopum egregium opus



*p*) Edidit Ægidius Bucherius S. I. Antwerp. 1634. fol. cum inſigni Commentario. Vide & Petavii Uranologium p. 172. *q*) A. C. 457. *r*) venena.

*s*) Apud Gennadium c. 27. memoratus, non Trithemio inſpectus, qui prima alioqui verba illius apponere haud omiſiſſet. Creditur tamen hoc ſcriptum adhuc ſupereſſe, & ſine nomine auctoris legi ad calcem Cypriani, in editionibus Rigaltii & Jo. Felli Oxonienſis Epiſcopi. Incipit: *Animadverto quæſitum apud fratres.*

*t*) male in prioribus edit. *de modo rebaptizandis hæreticis.*

*u*) Gennadio c. 78. Voconius. *x*) Euſtathium. Vide ad Gennad. c. 79.

ed by Google

Sacramentorum lib. VII.

Homilias plures ad populum. Et quædam alia. Claruit ſub Marciano & Leone principibus. Anno Domini CCCCXL.

CLXXIII. VINCENTIUS Presbyter, natione Gallus, in divinis ſcripturis multum exercitatus, linguam habens uſu loquendi, & majorum lectione politam, ſecularium quoque literarum non ignarus. Scripſit ut refert Gennadius noſter, *y)* opus egregium & devotis viris maximopere amplectendum,

In Pſalmos commentarios, lib. I.

Et quædam alia. Claruit ſub Marciano Imperatore. Anno Domini CCCCL.

CLXXIV. CYRUS *z)* genere Alexandrinus, arte medicus, ex philoſopho monachus pro Chriſti amore factus, vir in ſecularibus literis eruditiſſimus, dicendi peritia inſignis. In ſcripturis ſuis ſyllogismis magis utens quam authoritatibus divinarum lectionum, dum adverſus Neſtorem *a)* nimis invehitur, Timotheanum dogma *b)* fovere perhibetur, ambiguusque ſui ſuſpendit animum à conſenſu concilii Chalcedonenſis, nec acquieſcendum putat filium Dei poſt incarnationem duabus conſtare naturis. De ſcriptis autem ejus fertur

Adverſus Neſtorem lib. I.
Adverſum hæreticos, lib. I.

Claruit ſub Leone Auguſto. Anno Domini CCCCLX.

CLXXV. SALVIANUS Maſſilienſis Eccleſiæ Presbyter, vir in divinis ſcripturis eruditiſſimus, & in ſecularibus literis ſufficienter inſtructus, Epiſcoporum ſui temporis magiſter, ſcripſit ſermone ſcholaſtico & aperto multa & varia opuſcula, de quibus ſubjecta feruntur:

Ad Claudium Epiſcopum Viennenſem plures ſcripſit Epiſtolas ſale ſapientiæ conditas,

Ad Marcellum Presbyterũ. De bono virginitatis lib. III.
Adverſus avaritiam lib. IV.
De præſenti judicio, lib. V.
Ad Solonum *c)* Epiſcopum lib. I.
Ad Claudium Viennenſem Epiſcopum lib. I.
In principium Geneſ. hexameron. lib. I.
In extremam partem Eccleſiaſtis, *d)* lib. I.
Epiſtolarum ad diverſos lib. I.
Homilias ad Epiſcopos factas lib. I.
De ſacramentis quoque lib. I.
Homilias plures ad populum lib. I.

Alia quoque multa edidit, quæ ad notitiam meam minime venerunt. Claruit ſub Zenone Imperatore. Anno Domini CCCCLXXX.

CLXXVI. SAMUEL Ediſſenæ Eccleſiæ Presbyter, in divinis ſcripturis jugi exercitatione doctus, homiliarum ad populum declamator egregius, Græco & Syro ſermone peritus, claruit primum Ediſſæ, poſtea ad Conſtantinopolim veniens, ibidem in magno pretio habitus, diem clauſit extremum. Scripſit tam Græco quam Syro ſermone pæne infinita opuſcula. De quibus ad notitiam meam pauciſſima pervenerunt. Reperi enim *e)* tantum

Adverſum Neſtorianos lib. I.
Adverſum Eutychianos lib. I.
Adverſum Timotheanos lib. I.

Claruit ſub Zenone Auguſto. Anno Domini CCCCLXXX.

CLXXVII. GENNADIUS Conſtantinopolitanæ urbis Epiſcopus, *f)* vir in divinis ſcripturis eruditus, & ſecularium literarum non ignarus, ingenio ſubtilis & diſertus eloquio, ſcripſit Græco ſermone nonnulla in ſacris voluminibus opuſcula, ſed in manus noſtras minime pervenerunt. Fuit enim homiliarum declamator egregius, & non minus vita quam ſcientia ſcripturarum inſignis. Fertur autem inter cætera opus ejus commentariorum inſtructum

In Danielem Prophetam lib. I.
Homiliæ multæ ad populum lib. I.

Moritur ſub Leone Imperatore primo, qui imperavit Anno Domini CCCCLX.

CLXXVIII. CLAUDIUS *g)* Epiſcopus Viennenſis, ad quem Salvianus Presbyter librum unum compoſuit, vir in divinis ſcripturis doctus, & in ſecularibus literis eruditiſſimus, non minus ſanctitate quam ſcientia clarus, temporibus ſuis emicuit, qui propter frequentes terræmotus litanias primus inſtituit, quas Romana Eccleſia deinceps continuandas ſuſcepit. Scripſit autem

De ſtatu animæ. lib. III.

Epiſto-

*y)* cap. 80. *z)* Male in Gennadii edit. Syrus, c. 81. de Script. Eccleſ.
*a)* Neſtorium. *b)* Confuſas Chriſti naturas & permixtas ſtatuere Timotheani. Vide Elmenhorſtium ad Gennadii c. 2. de dogm. Eccleſ. p. 106. ſeq. De Timotheo ipſo à quo nomen accepere, Gennadium c. 72. de S. E.
*c)* Salonium. *d)* *Eccleſiaſtici*, habent quidam Gennadii Codices 67. male, ut opinor.
*e)* non libros ipſos intellige, ſed eorum titulos, memoratos Gennadio c. 82.
*f)* ab A. C. 458. ad 471.
*g)* Claudianus Ecdicius Mamertus, cujus libri III, de ſtatu animæ ſæpius lucem viderunt.

Digitized by Google

Epiſtolarum quoque. Et quædam alia. Claruit ſub Zenone Imperatore. Anno Domini CCCCLXXX. Et ne quem Claudium nomen offendat ignarum, noverit eundem dici Mamertum.

CLXXIX. SIDONIUS Epiſcopus Arvernorum, in divinis ſcripturis doctus, & in diſciplinis ſecularium literarum ſuo tempore omnium opinione eruditiſſimus, carmine excellens & proſa, ingenio ſubtilis & diſertus eloquio. Scripſit tam metro quam ſoluta oratione multa præclara opuſcula. De quibus ego tantum reperire potui ea quæ ſubjeci, videlicet:

| | | |
|---|---|---|
| Panegiricum Anthemio Auguſto | lib. 1. | *Auſpicio & numero.* |
| Panegiricum Julio Valerio *h)* | lib. 1. | *Concipe præteritos.* |
| Panegiricum ſocero ſuo *i)* | lib. 1. | *Phœbe peragrato tam.* |
| Ad Felicem. *k)* | lib. 1. | *Dic dic quod peto Magne* |
| Epithalamium Ruricio & Hiberiæ | lib. 1. | *Inter cyaneas epiera. l)* |
| Epithalamium Polemio. *m)* | lib. 1. | *Forte procelloſi remeant.* |
| Euchariſticon ad Fauſtum. *n)* | lib. 1. | *Phœbum & ter ternas.* |
| Epigrammatum quoque. | lib. 1. | *Quatuor ante dies.* |
| Ad Pontium Leontium Burgi. *o)* | lib. 1. | *Biſtonii regis ſtabulum.* |
| Laudem Narbonénſis urbis. | lib. 1. | *Salve Narbo potens.* |
| Epiſtolarum ad diverſos | lib. IX. | *Diu præcipis domine major.* |

Scripſit & alia multa brevia quidem, ſed ſatis erudita ſyntagmata, quorum titulos compendii amore tranſivi. Claruit temporibus Zenonis Auguſti. Anno Domini CCCCLXXX.

CLXXX. SIMPLICIUS Papa, natione Tyburtinus poſt ſanctum Hilarium Romanæ & univerſali Eccleſiæ præfuit annis XV. vir doctus & ſanctus, qui non tantum ſimplex juxta nomen ſuum, ſed & rectus apparuit, recedens à malo ac timens Deum, Eccleſias multas nimia vetuſtate collapſas inſtauravit, ſtatuta Chriſtianæ reipublicæ neceſſaria edidit, & ad ædificationem fidelium nonnulla conſcripſit. De quibus legi tantum:

| | | |
|---|---|---|
| Ad Johannem Ravennatis Epiſcopum. | epiſt. 1. | *Si quis eſſe intuitus p) Eccle.* |
| Ad Florentium & Equitium Epiſcopos. | epiſt. 1. | *Relatio nos veſtra.* |
| Ad Severum Epiſcopum. | epiſt. 1. | |

Sed & alias multas & valde utiles ſcripſit Epiſtolas, quas nondum vidi. Moritur ſub Zenone Auguſto. Anno Domini CCCCLXXXIII. Indictione ſexta VI. Nonas Martii, relatus in ſanctos.

CLXXXI. SERVUSDEI, cujusdam Eccleſiæ Epiſcopus, nomen urbis invenire non potui, vir in divinis ſcripturis jugi exercitatione doctus, & veterum lectione dives, ingenio ſubtilis, apertus eloquio, fertur nonnulla cudiſſe opuſcula. De quibus extat *q)* volumen ſacris ſcripturis inſtructum contra eos qui dicunt Chriſtum in hac vita degentem non vidiſſe carneis ſuis oculis Patrem, cujus operis prænotatio eſt:

| | |
|---|---|
| Quod Filius viderit Patrem, | lib. 1. |
| Alia etiam quædam ſcripſit. | |

In hoc opere oſtendit quod filius Dei etiam ex hora conceptionis ſuæ in utero virginis Mariæ de Spiritu ſancto carnalibus oculis ſuis Deum Patrem viderit ſemper & deinceps & nunc carne veſtitus humana. Claruiſſe dicitur ſub Leone Imperatore. Anno Domini CCCCLXXX.

CLXXXII. VICTOR Epiſcopus Capuanus, in ſcripturis ſanctis eruditus, & in ſecularibus literis ſufficienter imbutus, theologus & computiſta egregius, acer ingenio, & eloquio clarus, in ſacris voluminibus fertur nonnulla ſcripſiſſe opuſcula, ſed pauciſſima eorum ad notitiam meam pervenerunt. Redarguit errorem Victorii Aquitanici, qui jubente Hilario Papa, ſcribens cyclos paſchales *r)* docebat eſſe celebrandum paſcha XV. Cal. Maji in Anno Domini CCCCLV. quod rectius erat celebrandum eo anno VII. Calend. Maji. Scripſit ergo hac occaſione ſuborta,

| | |
|---|---|
| De paſcha | lib. 1. |
| Unum Evangelium ex quatuor, | lib. 1. |

Claruit ſub Zenone Auguſto. Anno Domini CCCCLXXX.

CLXXXIII. CEREALIS Epiſcopus Africanus, vir in divinis ſcripturis valde peritus, & ſecularium diſciplinarum non ignarus, rogatus a Maximino Arianorum Epiſcopo, *s)* ſi poſſet paucis divinæ ſcripturæ teſtimoniis absque diſputationis duntaxat aſſertione conſubſtantialitatem Patris & Filii & Spiritus ſancti aſſignare. Reſpondit non paucis ut irridens ille petierat, ſed multis utriusque inſtrumenti teſtimoniis opus inſigne componendo

| | |
|---|---|
| Adverſum Arianos. | lib. 1. |

Scripſit etiam alia. Claruit temporibus Leonis Imperatoris. Anno Domini CCCCLX.

CLXXXIV. JOHANNES Antiochenæ Eccleſiæ presbyter, in ſcripturis ſanctis veterum

 lectione

*h)* Majoriano Auguſto. *i)* Avito Auguſto.
*k)* Magnum Felicem, Præfectum Prætorio. *l)* Ephyræa.
*m)* & Araneolæ. *n)* Regienſem Epiſcopum. *o)* Burgi deſcriptionem.
*p)* male *invisus* legitur T. IV. Concil. edit. Labbei p. 1068.
*q)* de Gennadii temporibus hoc accipe quem adi c. 87. *r)* ſupra cap. CLXXI.
*s)* Cerealis concertatio de fide ad Maximianum Ammionitarum Epiſcopum Arianum lucem vidit in Hæreſiologia Heroldi, inde ſæpius recuſa in Bibl. Patrum. De eadem vide Tillemontium T. XVI. p. 515. ſeq. 794.

lectione dives, cum Antiochiam aliquot annis docuisset grammaticam, *t*) cœpit Clericum velle profiteri, factusque successione legitima presbyter ad divinas lectiones se contulit, quibus doctior effectus, tantum in declamandis homiliis valuit, quod similem suo tempore neminem habuerit. Scripsit satis instructum volumen

| | |
|---|---|
| Contra Timotheanos | lib. I. |
| Homilias plures ad populum | lib. I. |

Et alia multa. Claruit Zenonis Augusti temporibus. Anno Domini CCCCLXXX.

CLXXXV. THEODOLUS Presbyter natione Italus, vir in divinis scripturis eruditus, & in secularibus literis nobiliter doctus, veniens de Italia in Cælesyriam, *u*) ibidem Presbyter & tandem Episcopus ordinatus memoratur, multaque scribens & componens, nomen suum transmisit ad posteros. De cujus opusculis ego tantum reperi opus metricum de miraculis veteris testamenti & fabulis poëtarum, cui titulum imposuit:

| | | |
|---|---|---|
| Eclogarum | lib. I. | *Æthiopum terras.* |
| De consonantia scripturarum | lib. I. | |

De cæteris nihil reperi. Claruit anno Domini CCCC LXXX. sub Zenone Augusto, sub quo & moritur.

CLXXXVI. EUGENIUS Episcopus Carthaginensis in Africa, vir doctus & sanctus, Trinitatis individuæ confessor publicus, multas ab Arianis injurias sustinuit, sub Hunerico rege Wandalorum, qui post Genericum patrem suum Christianos persequebatur in Africa. Nam cum aliis Episcopis multis, linguis abscissis, in exilium missus fuit. Scripsit autem plena fidei & eruditionis nonnulla opuscula. De quibus subjecta feruntur:

| | |
|---|---|
| Expositio fidei catholicæ, *x*) | lib. I. |
| Altercatio cum Arrianis habita, | lib. I. |
| Apologeticus pro fide | lib. I. |
| Ad Ecclesiam suam dum in exilium perg. | epist. I. |

Alia nihilominus scripsisse dicitur, sed ad notitiam meam non venerunt.

Claruit temporibus Augusti Zenonis. Anno Domini CCCCLXXX.

CLXXXVII. FELIX Papa tertius, natione Romanus, post sanctum Simplicium pontificem sedit in cathedra Petri annis octo, vir bonus, doctus & sanctus, qui zelo fidei accensus, Petrum & Acacium Eutychianos Episcopos damnavit, relegans in exilium. Hic ob eam rem synodum Romæ *y*) celebrans, multa ad Ecclesiasticam utilitatem constituit, & scripsit

| | | |
|---|---|---|
| Decretum synodale, | lib. I. | *Flavio Boetio, mi comm.* |
| Epistolas decretales plures | lib. I. | |

Moritur sub Anastasio imperatore. Anno Domini CCCCXCIII. Indict. I.

CLXXXVIII. GENNADIUS Massilienſis Ecclesiæ Presbyter, vir in divinis scripturis eruditissimus & secularium literarum non ignarus, Græco simul & Latino ad perfectum instructus eloquio, multa conscripsit opuscula, & de græco in latinum sermonem non pauca volumina antiquorum patrum traduxit. De suis autem scriptis ipse per se in fine illustrium virorum subjecta recensuit.

| | | |
|---|---|---|
| De fide sua ad Gelasium Papam, | lib. I. | |
| Adversus Nestorium, | lib. VI. | |
| Adversus Eutychen, | lib. XI. | |
| Adversus Pelagium, | lib. III. | |
| Adversus omnes hæreses, | lib. VIII. | |
| De illustribus viris | lib. I. | *Jacobus cognomento.* |
| De hæresi mille annorum | lib. I. | |

Scripsit hæc & alia quædam, sed ad notitiam meam necdum venerunt. Claruit sub Anastasio Imperatore. Anno Domini CCCCXC.

CLXXXIX. GELASIUS Papa primus, natione Afer, sedit post Felicem in pontificatu annis quatuor, vir sanctus & in divinis scripturis eruditissimus, mox inito pontificio munere, Manichæos quos in urbe reperit, in exilium misit, & libros eorum apud basilicam sanctæ Mariæ majorem publice cremavit. Multa pro Ecclesiastica utilitate constituit, & plurima contra hæreticos scripsit. De cujus opusculis subjecta feruntur:

| | | |
|---|---|---|
| Decretum synodale, | lib. I. | *Necessarium rerum dif.* |
| Contra Arianos. | lib. II. | |
| Contra Eutychen & Nestorem, *z*) | lib. V. | |

Hymno-

*t*) Gennad. c. 93. de S. E.

*u*) Diversi utique fuit Theodulus Presbyter in Cœlesyria cujus *de Consonantia Scriptura* memorat Gennadius c. 91. & Theodulus Italus, multis seculis junior, de cujus *Ecloga* Sigebertus c. 134. Hanc habeo exaratam in membrana cum Avieno & Physiologo. Inscribitur *Tetrastichium Theoduli.* Incipit:

*Æthiopum terras cum fervida torruit æstas*
*In cancro solis dum volvitur aureus axis*
*Computerat que suas tilia sub amœna capellas,*
*Natus ab Athenis pastor cognomine Pfenstis.*

*x*) vide ad Gennad. c. 97. *y*) A. C. 484. *z*) Nestorium.

Google

| | | |
|---|---|---|
| Hymnorum inſtar Ambroſii, | lib. I. | |
| Epiſtolarum ad diverſos, | lib. I. | |

Orationes plures & graves. Et quædam alia, Gradalia, Alleluja & Tractus cum præfationibus ad miſſam congruentes ordinavit, & libros ſanctorum patrum authenticos ab apocryphis ſequeſtravit, ſicut habetur diſt. XV. *Sancta Rom.* Moritur imperante Anaſtaſio Auguſto, Anno Domini CCCCXCVI.

CXC. FAUSTUS ex Abbate Lirinenſis monaſterii, Epiſcopus Regienſis in Gallia, vir quidem doctus & eloquens, ſed Pelagiano errore fœdatus, unde & opuſcula ejus inter apocrypha computantur, ſicut patet XV. diſt. *Sancta Rom.* Tandem à beato Fulgentio Ruſpenſi Epiſcopo correptus & emendatus, errorem deſeruit, & ad veritatem catholicæ fidei reverſus eſt, in cujus rei argumentum egregium volumen edidit contra priſtinos errores, quod de gratia Dei prænotavit. De cujus opuſculis feruntur: Idem volumen

| | | |
|---|---|---|
| De gratia Dei, | lib. I. | |
| Adverſum Arianos, | lib. I. | |
| Contra Anthropomorphitas, | lib. I. | |
| De Spiritu ſancto | lib. I. | *Fides catholica in uni.* |
| Ad Gratum diaconum contra Neſtorium | lib. I. | |
| Ad Felicem præfectum | lib. I. | |
| Homiliæ plures ad populum. | | |

Claruit ſub Anaſtaſio Imperatore. Anno Domini ccccxc.

CXCI. FULGENTIUS Epiſcopus Ruſpenſis in Africa, vir in divinis ſcripturis eruditiſſimus, & in ſecularibus literis nobiliter doctus, ingenio ſubtilis, ſenſu profundus, eloquio dulcis, diſertus & nitidus, ad docendum facilis, ad arguendum acer, ad perſuadendum idoneus atque mitiſſimus fuit, qui non minus vitæ ſanctimonia, quam ſcientia ſcripturarum clariſſimus effulſit. Scripſit multa egregia volumina. De quibus ſubjecta feruntur:

| | | |
|---|---|---|
| De gratia Dei & libero arbitrio. | lib. VII. | |
| De ſancta Trinitate | lib. I. | |
| De veritate prædeſtinationis, | lib. II. | |
| De remiſſione peccatorum, | lib. II. | |
| Altercatio cum Traſemundo rege, | lib. I. | |
| Regula veræ vitæ, | lib. I. | |
| De prædeſtinatione ad Monimum | lib. III. | *Litera tua fili chariſſ.* |
| Ad Ferrandum diaconem, | lib. I. | *Epiſtola tua ſancte frater & condi.* |
| De continentia conjugali, | lib. I. | *Epiſtolam tuam ſancte ſollici.* |
| De virginitate ad Probam | lib. I. | *Spirituali deſiderio atque.* |
| De oratione ad eandem | lib. I. | *Domina in Chriſto pluri.* |
| De charitate ad Eugipium abbatem | lib. I. | *Utinam ſancte frater tanta.* |
| De pœnitentia ad Venantiam, | lib. I. | *Sicut vera lux nullatenus.* |
| Ad Theodorum ſenatorem, | lib. I. | *Ut ignotus corpore.* |
| Ad Gallam viduam, | lib. I. | *Ante menſes aliquot.* |
| De fide ad Donatum, | lib. I. | |
| De myſterio mediatoris, | lib. III. | |
| De ſacramento incarnationis, | lib. I. | |
| Epiſtolarum ad diverſos, | lib. I. | |
| Sermonum multorum, | lib. I. | |
| Homiliæ quoque innumerabiles, | lib. I. | |
| Quæſtionum diverſarum, | lib. I. | |
| De Adam ſine a, Abel ſine b, &c. | lib. I. | |
| Mythologiarum ad Catum Presbyterum | lib. III. | *Quamvis ineſficacem pet.* |
| De obſtruſis ſermonibus | lib. I. | *Ne de tuorum præceptorum.* |
| Virgilianæ continentiæ moralizatio | lib. I. | *Expectebat quidem levi.* |
| De immenſitate filii Dei, | lib. I. | |
| De paſſione Domini, | lib. I. | |

Sed & alia multa ſcripſiſſe dicitur, quæ ad notitiam meam non venerunt. Erat enim tam græco quam latino ſermone imbutus. Notandum vero quod libri de Adam ſine à, titulus eſt *Liber ſine literis*: de Adam ſine a, de Abel ſine b, de Cain ſine c, & ſic de cæteris ſecundum conſequentiam literarum. In libro autem cujus titulus eſt, *Expoſitio Virgiliana continentiæ ſecundum philoſophos morales*, mirabili induſtria aurum in luto (ut ſic dicam) quæſivit, & invenit, dum opus poetæ ad phyſicam rationem inclinavit. Scripſit hoc opus ad quendam Diaconum. *a*) Aliud vero *mythologiarum* ad Catum Presbyterum Carthaginenſem, & *de abſtruſis antiquorum ſermonibus* ad Chalcidium grammaticum, jam ſenem, cum ipſe adhuc juvenis eſſet, & literarum humanitatis ſcholæ doctor & rector. Claruit temporibus Traſemundi regis Wandalorum, catholicas Eccleſias perſequentis ſub Anaſtaſio Imperatore. Anno Domini D.



*a*) in editis dicatur Chalcidio Grammatico. Cæterum C. Fabius Plancides Fulgentius horum ſcriptorum auctor, longe diverſus eſt à Fulgentio Ruſpenſi Epiſcopo.

Digitized by Google

CXCII. FERRANDUS *b*) diaconus Ecclesiæ Carthaginensis, ad quem S. Fulgentii supradicti nonnulla extant opuscula, vir in divinis scripturis & studiosus & eruditus, & non minus sanctitate conversationis, quam doctrina venerabilis. Fertur quædam vivacis ingenii cudisse volumina, de quibus ad notitiam meam subjecta tantum pervenerunt. Ad Regium comitem

| | | |
|---|---|---|
| De VII. regulis innocentiæ, | lib. 1. | *Sociatis vita labori.* |
| Ad sanctum Fulgentium, | epist. 1. | |
| Epistolarum ad diversos, | lib. 1. | |

Claruit cum Fulgentio sub Anastasio Imperatore. Anno Domini D.

CXCIII. ANASTASIUS Papa secundus, natione Romanus, sedit post sanctum Gelasium pontificem anno uno, mensibus decem, vir quidem eruditus, sed ab Acacio Constantinopolitano Episcopo seductus, non diu post debitas luit pœnas erroris. Cum enim necessitati naturæ vellet obsequi, intestina cum fecibus à Deo percussus miser effudit, ut patet XIX. dist. *Anastasius*. Et hic infamis Papa secundus *c*) fuit. Scripsit ad Anastasium Imperatorem

| | | |
|---|---|---|
| De pace Ecclesiæ | epist. 1. | *Exordium pontificatus.* |

Alias quoque fertur scripsisse Epistolas, sed in manus nostras non venerunt. Moritur divino judicio percussus, cum Acacium Constantinopolitanum Episcopum, ab Ecclesia damnatum & ejectum, ab exilio revocare occulte voluisset sub Anastasio Augusto. Anno Domini CCCCXCVIII.

CXCIV. PASCHASIUS Romanæ Ecclesiæ Diaconus, vir doctus & sanctus, pater pauperum, elecmosynarum largitioni totus intentus, tantæ virtutis & sanctitatis extitit, ut ejus Dalmaticæ attactu dæmoniacum fuisse curatum post mortem, Gregorius Papa scribat in quarto libro Dialogorum. *d*) Hujus animam in pœnis purgatorii vidit sanctus Germanus Capuanus Episcopus, ob nihil aliud torqueri, nisi quod in electione Symmachi Papæ Laurentium ipse magis elegerit, & in hac sententia, licet cum pace perseveraverit usque ad mortem. Scripsit (Gregorio teste) insigne volumen contra errores Græcorum

| | | |
|---|---|---|
| De Spiritu sancto, | lib. III. | |

Et quædam alia. Claruit sub Anastasio Imperatore. Anno Domini D.

CXCV. SYMMACHUS Papa, natione Sardus, vir doctus & sanctus, non sine discordia partium Laurentii pontificatum adeptus post Anastasium, sedit annis quindecim, mensibus sex. Homo in pauperes clemens & munificus, clerum dilexit, Ecclesias ditavit, ex urbe fugavit hæreticos. Habita synodo Romæ *e*) centum viginti Episcoporum de objectis criminibus, se canonice purgavit, & Petrum Ravennatis Episcopum cum suis complicibus in exilium trusit. Scripsit quasdam Epistolas & non contemnenda opuscula. De quibus ego reperi

| | | |
|---|---|---|
| Decretum primæ synodi, | lib. 1. | *Propter frequentiam.* |
| Decretum synodi Romanæ, | lib. 1. | *Cum in unum apud beatum,* |
| Gesta alterius synodi Romanæ, | lib. 1. | *Quarta Synodus habi.* |
| De excessibus clericorum, | lib. 1. | *Bene quidem fraterni.* |
| Epistolarum ad diversos | lib. 1. | |

Moritur sub Anastasio Imperatore. Anno Domini DXV. Indict. VIII. XIV. Cal. Augusti. Cui Hormisda Papa successit.

CXCVI. SYMMACHUS Patricius, senator & consul Romanus, *f*) socer Boetii, Philosophus & rhetor insignis, ac Christianæ fidei cultor magnificus, quem Theodericus rex Italiæ ob suspicionem affectatæ libertatis una cum Boetio apud Papiam in exilium relegavit, ac non post multum temporis crudeliter jugulavit. Qui cum esset vir eruditus & eloquentissimus, fertur nonnulla composuisse opuscula, De quibus ego tantum reperire potui volumen quidem breve, sed elegans

| | | |
|---|---|---|
| Epistolarum ad diversos, | lib. 1. | *Nempe deridas quod de.* *g*) |

De cæteris nihil vidi. Moritur Imperante Anastasio, à Theodorico rege Italiæ interemptus apud Ravennam. Anno Domini DXXIV. Indict. II.

CXCVII. AVITUS Episcopus Viennensis, vir in divinis scripturis eruditus, & in secularibus literis doctissimus, theologus, rhetor, & poëta clarissimus qui non minus vitæ sanctitate quam eruditione scripturarum suo tempore pretio fuit. Scripsit tam carmine quam soluta oratione non pauca opuscula, sed ad meam notitiam pauca admodum venerunt. E quibus feruntur heroico & eleganti metro composita subjecta:

| | |
|---|---|
| De origine mundi | lib. 1. |
| De peccato originali, | lib. 1. |
| De sententia Dei | lib. 1. |
| De diluvio mundi. | lib. 1. |
| De transitu maris rubri | lib. 1. |
| De virginitate ad Fuscinam sororem | lib. 1. |

Epistо-

*b*) Male in superioribus edit. *Lerrandus.*
*c*) primus Liberius, *d*) cap. 40, *e*) A. 501.
*f*) A. C. 485. Diversus hic à Symmacho scriptore Ethnico, cujus Epistolarum libros non duos, ut est apud Possevinum, sed decem habemus, quique Consul fuit A. C. 391.
*g*) nullam in Symmachi Ethnici Epistolis inveni, quæ ab his verbis incipiat.

| | |
|---|---|
| Epiſtolarum ad diverſos. | lib. IX. |
| Homiliarum multarum, | lib. I. |

Et alia multa. Claruit ſub Zenone & Anaſtaſio principibus. Anno Domini D.

CXCVIII. GODELEBRTUS Presbyter, in divinis ſcripturis jugi exercitatione doctus, & veterum lectione dives, atque in ſecularibus literis eruditiſſimus, theologus profundus, orator clarus & poëta inſignis, ingenio ſubtilis & ornatus eloquio, ſcripſit heroico metro clariſſimum opus per hiſtorias & allegorias elegantiſſime currens *b*) ab initio mundi usque ad partum virginis. Cujus operis titulus eſt:

| | |
|---|---|
| Allegoriæ ſcripturarum, | lib. IV. |

Sed & alia plura ſcripſit. Claruit ut ferunt temporibus Anaſtaſii Auguſti. Anno Domini D.

CXCIX. EUGIPIUS Presbyter & Abbas, in ſcripturis ſanctis eruditus, & in lectione librorum ſancti Auguſtini ſingulariter devotus atque in literis ſecularium artium ſufficienter inſtructus, vita quoque & converſatione monaſticæ inſtitutionis præclarus, ad quem ſancti Fulgentii Ruſpenſis nonnullæ feruntur Epiſtolæ. Scripſit quædam neceſſaria opuſcula. De quibus ego tantum reperi ſubjecta: Volumen grande capitula habens trecenta ex libris beati Auguſtini Epiſcopi defloruit, ad Probam, cujus ſic incipit

| | | |
|---|---|---|
| Prologus | epiſt. I. | *Domina merito venera,* |
| Liber autem ſic, | lib. I. | *Quod ad te ſcripſit he.* |
| Vitam ſancti Severini monachi. | lib. I. | |
| Regulam monachorum ejus | lib. I. | |

Claruit ſub Anaſtaſio Imperatore, ſecundum Honorium Presbyterum. Sed ſecundum Sigebertum, *i*) tunc claruit ſub Tiberio Conſtantino temporibus Pelagii Papæ II. Anno Domini DLXXX.

CC. BENEDICTUS Abbas Caſſinenſis primus & fundator, patria Nurſenſis, *k*) inſtitutor & princeps monachorum occidentalium, vir ſanctiſſimæ converſationis & prophetico ſpiritu illuſtratus, de cujus ordine multi & eruditiſſimi & ſanctiſſimi viri deinceps claruerunt, infinitos populos verbo & exemplo ab iniquitate convertit ad Chriſtum. Ex cujus ordine Romana ſedes pontifices habuit decem & octo. Cardinales plus quam ducentos. Archiepiſcopos in diverſis Eccleſiis mille ſexcentos, Epiſcopos quatuor ferme milia. Abbates inſignes, qui doctrina & ſcriptis claruerunt vel vita, quindecim milia ſeptingentos. Canonizatos autem & ſanctorum catalogo inſertos, ut veterum monumentis inſtruimur, quindecim milia ſexcentos, Exceptis illis, quorum in omnibus his ad nos nomina non venerunt. Et de his illuſtribus viris noſtri ordinis jam quatuor libros *l*) ſpeciales conſcripſimus. In quibus quorundam nomina & ſi non omnium ſignavimus. Sanctus autem Benedictus ſcripſit luculento ſermone & præcipua diſcretione

| | | |
|---|---|---|
| Regulam monachorum | lib. I. | *Auſculta ô fili præcepta.* |

Habet capitula ſeptuaginta tria. Sub hac regula viginti ordines militant, quos in primo libro de illuſtribus viris noſtri ordinis ſingulatim expreſſimus, quamvis apud nos aliqui rari ſint. Claruit ſub Juſtino ſeniore. Anno Domini DXXX. Et moritur, ſicut nonnulli volunt, Anno Domini DXLII. *m*) Indict. V. die XXI. menſis Martii, cum eſſet annorum LXII. ſabbato ſanctæ Paſchæ. Sed Marianus Scotus Computiſta egregius aliter ſcribit, dicens ſic: Si ſanctus pater Benedictus abbas ſicut aliqui ſcribunt XII. Cal. April. ſabbato ſanct. Paſchæ obiit, Anno Domini DCI. videtur obiiſſe. Niſi enim in anno XCVI. ante iſtum annum obitus ejus non habetur, quia tunc ſi natus valde paruus fuit. Moritur ergo ſanctus pater Benedictus ſecundum hanc Mariani ſupputationem, ultimo anno Mauricii Imperatoris. Anno videlicet Domini DCI, Ætatis ſuæ plus minusve nonageſimo. Indict. IV. XII. Cal. Aprilis.

CCI. BOETIUS Manlius Severinus, conſul ordinarius Romanus, *n*) philoſophus, orator & poeta inſignis, in divinis ſcripturis doctus, & in ſecularibus literis omnium ſuo tempore eruditiſſimus, gener Symmachi patricii fuit. Vir Græco & Latino copioſiſſime imbutus eloquio, quippe qui multa volumina tam Ariſtotelis quam aliorum Philoſophorum de Attica lingua tranſtulerit in Latinam, ingenio ſubtilis, ſenſu promptus atque catholicus, ſermone nec Tullio inferior, quem ſancti Benedicti conſtat amicitiam habuiſſe, & in monte Caſſino cum Tertullio Placidi monachi patre ſenatore in ejus menſa comediſſe. Scripſit multa præclara volumina, de quibus ego reperi ſubjecta: Ad Symmachum ſocerum ſuum Romanæ urbis patricium,

| | | |
|---|---|---|
| De ſancta Trinitate, | lib. I. | *Inveſtigatam diutiſſ.* |
| De unitate Trinitatis, | lib. I. | *Quæro an Pater & Filius* |



*i*) Sigbert. c. 23. *n*) c. 39. ubi vide ſi placet Mirai ſcholia. Duo autem fuere Eugippii, unus qui vitam S. Severini ſcripſit A. C. 511. alter junior, qui circa A. 580. clarus floret ex S. Auguſtini ſcriptis collegit.

*k*) in Umbria Italiæ regione.

*l*) Hi libri quatuor Trithemii plus ſimplici vice excuſi viderunt lucem. Ab eo tempore Hiſtoriam ordinis hujus illuſtravit inſigni ſtudio Jo. Mabillonius in Annalibus & Actis Sanctorum Ordinis S. Benedicti, quæ opera non longe ultra ſeculum undecimum producta ſperamus ſuppletum iri præclara induſtria Bernardi Pez, à quo etiam Bibliothecam Ordinis Benedictini locupletiſſimam exſpectamus.

*m*) Vero propior eſt hæc ſententia quam eorum, qui obitum S. Benedicti ad A. 601. rejiciunt. *n*) A. C. 510.

| | | |
|---|---|---|
| De duabus naturis in Chriſto, | lib. I. | *Anxie te quidem diuque.* |
| De fide ad Johannem diaconem, | lib. I. | *Chriſtianam fidem novi.* |
| De unitate & uno, | lib. I. | *Unitas eſt qua una.* |
| De Iſagogis Porphyrii | lib. II. | *Hyemantis anni tempore in.* |
| In ſecundam ejusdem editionem | lib. I. | *Secundus hic arrepta.* |
| In categorias Ariſtotelis, | lib. II. | *Expeditis his, quæ ad.* |
| In Perihermenias ejusdem | lib. I. | *Magna quidem libri.* |
| In editionem ejusdem ſecundam | lib. VI. | *Alexander in commenta.* |
| De diviſionibus, | lib. I. | *Quam magnos ſtudioſis.* |
| De diffinitionibus | lib. I. | *Dicendi ac diſputandi.* |
| Ad categoricos ſyllogiſmos introductio | lib. I. | *Multa veteres philoſo.* |
| In topicam Ciceronis | lib. VI. | *Exhortatione tua pa.* |
| De differentiis topicis | lib. IV. | *Omnis ratio differendi.* |
| De ſyllogiſmo categorico | lib. II. | *Multa Græci veteres.* |
| De ſyllogiſmo hypothetico. | lib. II. | *Cum in omnibus philoſo.* |
| De hebdomadibus o) | lib. I. | *Poſtulas ut ex hebdo.* |
| De Arithmetica | lib. II. | *Inter omnes priſca auctio.* |
| De Muſica | lib. V. | *Omnium quidem perceptio.* |
| De philoſophica conſolatione, | lib. V. | *Carmina qui quondam.* |
| In Geometriam Euclidis | lib. III. | *Qui vero mi patrici.* |
| De diſciplina ſcholarium *) | lib. I. | *Veſtra novit intentio.* |
| De locis rhetoricis, | lib. I. | |
| De prædicatione poteſtatis & paſſi | lib. I. | |
| Epiſtolarum ad diverſos | lib. I. | |

Alia quoque nonnulla ſcripſiſſe dicitur, ſed ad notitiam meam non venerunt. Moritur eodem anno, quo Symmachus patricius & Johannes Papa ſub Anaſtaſio Imperatore, juſſu Theoderici regis ad Rauennam poſt diuturnum exilium in carcere jugulatus. Anno Domini DXXIV. Indict. II. Et ſub nomine Severini p) catalogo ſanctorum inſertus dicitur.

CCII. HORMISDA Papa, natione Campanus, poſt Symmachum pontificem præfuit Eccleſiæ annis novem, vir bonus, doctus & ſtrenuus, qui Romæ congregata ſynodo, q) Eutychianam hæreſim damnavit, ac Manichæos rurſum pullulantes, libris errorum combuſtis, in exilium relegavit. Scripſit inter cætera ingenii ſui opuſcula

| | | |
|---|---|---|
| Decretum ſynodale, | lib. I. | |
| Ad Juſtinum Auguſtum | Epiſt. I. | *Interea quæ ad unitatem.* |
| Ad clericos ſecundæ Syriæ | Epiſt. I. | *Lectis literis dilectionis.* |
| Epiſtolas plures ad diverſos | lib. I. | |

Moritur ſub Juſtino ſeniore Auguſto. Anno DXXI. r) Indict. XIV. VIII. Idus Aug. Johannes ſucceſſit.

CCIII. EVODIUS s) Epiſcopus Ticinenſis, vir in divinis ſcripturis eruditus, & ſecularium literarum non ignarus, ſingularis eloquentiæ, tam græcæ quam latinæ; miſſus ab Hormisda Papa Conſtantinopolim in cauſis fidei ad Anaſtaſium Imperatorem hæreticum, multis acceptis injuriis una cum ſociis ab urbe depellitur, dicente Anaſtaſio: *Quid nobis mandata porrigitis, qui ſub nullius ditione ſumus? Oportet Romanum pontificem nobis obedire, non etiam præcipere.* Scripſit autem Euodius ad Symmachum Papam,

| | |
|---|---|
| De fide catholica. t) | lib. I. |

Et quædam alia. Claruit ſub Anaſtaſio Imper. Anno Domini DX.

CCIV. JORDANUS u) ex monacho Epiſcopus Gothorum, vir in divinis ſcripturis ſtudioſus, & in ſecularibus literis competenter eruditus, ingenio mitis & apertus eloquio, ſcrutator temporum & rerum geſtarum ſcriptor inſignis. Fertur quædam præclara compoſuiſſe volumina, de quibus ad meam notitiam pauciſſima pervenerunt. Reperi enim tantum

| | |
|---|---|
| Hiſtoriarum | lib. II. |

In quorum primo recenſuit geſta Romanorum, in ſecundo vero originem & geſta Gothorum uſque ad finem regni ipſorum. Claruit autem ſub Juſtiniano Imperatore Anno Domini DXXX.

CCV. FAUSTUS monachus, & diſcipulus ſanctiſſimi patris noſtri Benedicti, natione Italus, vir ſcientia & moribus venerabilis, cum ſeptem annorum eſſet, divo patri Benedicto à paren-

o) In Catalogo MSS. Angliæ T. I. p. 94. n. 1900. *Boëthius de hebdomadibus, qui alio modo intitulatur de paradoxis, videtur potius eſſe Alani de maximis Theologiæ.*

*) In edit. Wechel. adjuncta verba: *ut aliqui volunt*, quæ in antiquioribus editionibus non reperio. Caterum conſtat libellum de diſciplina ſcholarium non Boëthii eſſe ſed longe junioris ſcriptoris, Thomæ Cantipratani circa A. C. 1250. p) Alius tamen S. Severinus, cujus vitam Eugippius ſcripſit ſupra, c. 199.

q) A. 518. r) Papebrochius malit A. 523.

s) Lege *Ennodius*. Eſt enim hic, cujus ſcripta edita & illuſtrata habemus a Sirmondo.

t) Innuit Trithemius Ennodii libellum Apologeticum pro Synodo palmari Romana A. 502. habita, qui exſtat in Ennodii operib. p. 317. & T. IV. Concil. edit. Labbei p. 1340.

u) Jornandes aliis. Sed Jordanes Sigeberto, Geographo Ravennati & Honorio Scholaſtico apud Mabillon. T. I. Analect. p. 364.

rentibus ſuis fuit oblatus, à quo tandem poſt perfectam regularis propoſiti inſtitutionem, cum beato Mauro miſſus fuit in Galliam ad conſtruendum cœnobium, ubi in magna ſanctitate multis annis converſatus mortuo ſancto Mauro ad montem Caſſinum reverſus eſt. Petentibus autem fratribus, ſcripſit claro admodum eloquio ad Bonifacium Romanæ urbis Pontificem ſecundum,

Vitam ſancti Mauri Abbatis *x*) lib. I.

Claruit ſub Phoca Imperatore. Anno Domini DC.

CCVI. JUSTINIANUS Imperator magnus, Juſtini ſenioris ex ſorore nepos, Imperavit poſt eum annis XXXVIII. vir magni & excellentis ingenii, locum inter Eccleſiaſticos ſcriptores merito acquiſivit, qui & contra hæreticos volumen clariſſimum *y*) edidit, & Romanas leges amplius quam in duobus milibus libris jacentes per manus Johannis patricii, Theophili ac Dorothei conſulum mirabili brevitate correxit. Nam omnes conſtitutiones principum, quæ in multis voluminibus habebantur, ad XII. libros redigens *Codicem* appellavit. Rurſum leges ſingulorum magiſtratuum & judicum, quæ usque ad duo millia pene librorum (ut diximus) erant extenſæ, ad numerum quinquaginta librorum in tribus voluminibus redigens, Codicem *Digeſtorum* ſive *Pandectarum* nuncupavit. Quatuor etiam *Inſtitutionum* libros compoſuit, in quibus nucleus legum comprehenditur & exponitur. *Novas* quoque *leges* quas ipſe ſtatuerat, in unum volumen redegit. Omnium librorum itaque Juſtiniani Imperatoris, qui ad nos pervenerunt, ordo eſt iſte ſubjectus, videlicet:

| | | |
|---|---|---|
| Codex Juſtiniani | lib. XII. | *Hac quæ neceſſario.* |
| Digeſtum ſive pandecta, | lib. L. | |
| Inſtitutionum, | lib. IV. | *Imperatoriam Majeſtatem.* |
| Epitoma legum | lib. I. | |
| De incarnatione Domini contra Eutychem | lib. III. | |
| Adverſum Epiſcopos Africanos, | lib. I. | |

Quis dubitet eum & alia, præſertim Epiſtolas & multas & elegantes ſcripſiſſe, quæ ad manus noſtras non venerunt? Hic tandem in ſenectute ſua amens & ſtultus effectus moritur. Anno Domini DLXV. Indictione XIII. Juſtinus junior ei ſucceſſit.

CCVII. DIONYSIUS Abbas Romanus, cognomento (ut fertur) *exiguus*, vir certe ingenio & ſcientia magnus atque clariſſimus, in ſcripturis ſanctis eruditus, & in diſciplina ſecularium literarum nobiliter doctus, Græco & Latino eloquio clarus, computiſta & calculator temporum egregius. Scripſit latino ſermone nonnulla opuſcula. De quibus ego tantum reperi ſubjecta,

Annorum DXXXII. Cyclum paſchalem magnum lib. I.

De ratione feſti paſchalis, lib. I. *Paſchalis feſti rationem.*

De cæteris nihil reperi. Tranſtulit autem de Græco in latinum vitam S. Pachomii Abbatis, librum quoque Gregorii Emiſeni *z*) de conditione hominis, & ſcripta Proterii Alexandrini Epiſcopi ad Leonem Papam, & quædam alia. Inchoavit autem cyclum ſuum Anno Domini DXXXII. qui fuit ultimus annus magni cycli paſchalis, qui ſemel exactus, in eundem ſemper revertitur.

Claruit ergo ſub Juſtiniano Imperatore magno. Anno Domini DXL.

CCVIII. FECUNDUS *a*) Epiſcopus Ermianenſis, in ſcripturis ſanctis, veterum lectione & dives & eruditus, atque in ſecularibus literis ſufficienter doctus. Fertur nonnulla pro ædificatione legentium ſcripſiſſe volumina. De quibus ad nos tantum pervenit opus grande & eximium elegantiſtylo conſcriptum, & magnis veterum authoritatibus inſtructum,

Pro defenſione trium capitulorum, lib. XII.

Claruit ſub Juſtiniano Imperatore. Anno Domini DXL.

CCIX. JUSTINIANUS Epiſcopus Valentinus, vir in divinis ſcripturis eruditus, & humanarum literarum non ignarus, de una matre tres fratres habuit Epiſcopos, *Juſtum* videlicet, *Nebridium*, & *Elpidium*, viros doctos & eruditos, qui varia conſcripſerunt opuſcula, quæ tamen ad manus noſtras minime venerunt. Ipſe autem inter cætera compoſuit ad quendam Ruſticum nomine,

De quinque quæſtionibus lib. I.

Et quædam alia. Claruit in Hiſpania ſub Juſtiniano Imperatore. Anno Domini DXL.

CCX. JUSTUS Orgelitanæ Eccleſiæ Epiſc. frater præfati Juſtiniani præſulis, vir & ipſe in ſcripturis ſanctis exercitatus & doctus, in exponendis divinis & canonicis voluminibus excellentis ingenii, Scripſit ſatis elegans & commendabile volumen ſcholaſtico ſermone,

In Cantica Canticorum lib. I.

Et alia multa. Claruit cum fratre ſuo ſub Juſtiniano Imperatore. Anno Domini DXL.

CCXI. APRIGIUS Eccleſiæ Pacenſis Hiſpaniarum Epiſcopus, in divinis ſcripturis doctus, & in ſecularibus literis eruditiſſimus, ingenio ſubtilis, & lingua diſertus, tam glorioſe & profunde



*a*) Exſtat (interpolata ab Odone) apud Surium & in Actis Sanctor. 15. Januar Mabillonium Act. Benedictin. T. I. p. 274. *y*) Edictum adverſus tria capitula T. V. Concilior. edit. Labbei p. 684.

*z*) lege *Nyſſeni*. *a*) lege *Facundus* Hermianenſis, cujus libros XII. edidit atque illuſtravit Sirmondus.

Digitized by Google

ſacras ſcripturas expoſuit, ut in ejus comparatione veteres ſcriptores non expoſuiſſe viderentur. De cujus opuſculis extat inſigne volumen ſubtili ſenſu & illuſtri ſermone.

| | |
|---|---|
| In Apocalypſin Johannis | lib. 1. |
| In Cantica canticorum | lib. 1. |

Alia quoque multa edidit, quæ ad manus noſtras non venerunt.

Claruit temporibus Theodoti regis Gothorum, ſub Juſtiniano Imperatore magno. Anno Domini DXXX.

CCXII. CASSIODORUS monachus, & abbas cœnobii apud urbem Ravennatenſem, vir in divinis ſcripturis valde doctus, & in ſecularibus literis omnium ſuo tempore facile eruditiſſimus, non minus ſanctitate quam ſcientia clariſſimus effulſit. Hic primum fuit Cancellarius Theoderici regis Italiæ, & ſenator Ravennatis, *b*) ac Romanæ urbis conſul, poſtea contemptis vanis honoribus ſeculi, pro Dei amore monachus factus eſt. Extunc ſtudium literarum humanitatis ad expoſitionem ſanctarum Scripturarum conferens, multos elegantiſſimos tractatus compoſuit. De cujus opuſculis ſubjecta feruntur, Ex perſona tam ſui quam regis Theoderici ſcripſit

| | | |
|---|---|---|
| Epiſtolarum ad diverſos | lib. XXVIII. *c*) | |
| De ratione animæ | lib. 1. | *Cum jam ſuſcepti.* |
| In totum Pſalterium | lib. 1. | *Beatus vir, &c. Nimis.* |
| Inſtitutionem divinarum lectionum | lib. II. *d*) | *Cum ſtudia ſecularium.* |
| In Cantica Canticorum | lib. 1. | *Salomon inſpiratus.* |
| Inſtitutionem ſecularium literarum | lib. IX. *e*) | *Intentus nobis eſt de. f*) |
| Hiſtoriam tripartitam comportavit | lib. XII. | *Utiliter nimis in capite.* |
| Catalogum conſulum Romanorum | lib. 1. | |
| De etymologiis | lib. 1. | |
| Sacerdotem prænotatum | lib. 1. | |
| De ſchematibus & tropis | lib. 1. | |
| Memoriale ſcripturarum | lib. 1. | |
| De Orthographia, | lib. 1. | |
| Complexiones in Apocalypſin | lib. 1. | |
| In epiſtolas canonicas | lib. VII. | |
| In actus Apoſtolorum | lib. 1. | |

Alia quoque multa compoſuit, quæ ad notitiam noſtræ lectionis non venerunt. Claruit temporibus Juſtini ſenioris usque ad Imperii Juſtini junioris pene finem, annos habens ætatis plusquam XCV. Anno Domini DLXXV.

CCXIII. ARATOR ſacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ ſubdiaconus, vir in divinis ſcripturis exercitatus, & in ſecularium diſciplinarum literis nobiliter doctus, carmine valens & proſa, ingenio ſubtilis, eloquio clarus & nitidus, ſcripſit valde inſigne volumen ad Florianum quendam Abbatem metro compoſitum

| | | |
|---|---|---|
| In actus Apoſtolorum | lib. II. | *Ut ſceleris Judæa ſui.* |
| Ad Florianum Abbatem | epiſt. 1. | *Qui meritis florem ma.* |
| Ad Vigilium papam | epiſt. 1. | *Manibus undoſis hel. g*) |
| Et quædam alia, quæ non vidi. | | |

Arator iſte poeta clariſſimus & theologus inſignis, Codicem in actus Apoſtolorum, quem eleganti metro compoſuit, Papæ Vigilio ante confeſſionem S. Petri VII. Idus Aprilis, multis Epiſcopis & viris doctis præſentibus obtulit, eumque jubente pontifice magna parte publice coram omnibus recitavit. Hora labente papa Vigilius Codicem, venerabili Surgentio *h*) primicerio in ſcrinio locandum tradidit, ut ejus lectionem vacante tempore perficeret. Cujus ſanctitatem omnes viri docti obnixe rogabant, quatenus librum ex integro coram eis legi præciperet. Quod cum fieri præcepiſſet in Eccleſia S. Petri ad vincula, religioſorum & nobilium laicorum magna turba convenit, atque ipſo Aratore recitante diſtinctis verbis ambo libri quatuor vicibus *i*) ſunt auditi, cum uno die medietas libri tantummodo legeretur propter aſſiduas repetitiones, quas auditores cum multiplici favore poſtulabant. Ubi nunc his temporibus tale ſtudium literarum? Ubi amor ſcientiæ ſalutaris? Religioſi noſtri & nobiles clerici quoque & pontifices non libros, ſed cenſus cumulant, non literas ſed avaritiam colunt. Jam legit Antimachus *k*) plura carmina,

*b*) imo *Senator* eſt Caſſiodori cognomen. Vide Sirmondi præf. ad Sidonium, & F. D. Sammarthanum in Vita Caſſiodori Gallice ſcripta editaque Pariſ. 1695. 12.

*c*) Caſſiodori Variarum Libri XII. tantum exſtant, nec plures Caſſiodorus ſcripſit, qui teſtatur biſſena ſe librorum ordinatione epiſtolas digeſſiſſe. *d*) liber 1.

*e*) imo libris ſive titulis VII. *f*) apparet hinc, primam partem Præfationis librorum de artibus ac diſciplinis Trithemio nonneſſe lectam.

*g*) Hæ duæ Epiſtolæ prologi inſtar Hiſtoriæ Apoſtolicæ Aratoris præmittuntur.

*h*) In calce vetuſti Codicis Aratoris, qui exſtat Cantabrigiæ in Bibl. Collegii SS. Trinitatis, idem annotatum legitur quod hoc loco Trithemius narrat, & Surgentius iſte vocatur primicerius ſcholæ notariorum.

*i*) In Codice jam dicto legitur recitationem factam eſſe his diebus, primam Idibus April. ſecundam XV. Kal. Majas, tertiam VIII. Id. Majas, quartam vero die III. Kl. Junianum, tertium proconſule Baſilio V. C. Indictione ſeptima.

*k*) Cicero in Bruto c. 51. *Antimachus Clarius poëta cum convocatis auditoribus legeret magnum il-*

Digitized by Google

carmina,& recedentibus ſingulis vix unicus Plato invenitur & remanet. Sed de his importune jam loquimur. Claruit Arator ſub Juſtiniano Imp. Anno Domini DXL.

CCXIV. VICTOR Epiſcopus Cumenenſis *l*) Eccleſiæ Africanæ, vir in divinis ſcripturis eruditus, & in ſecularibus literis nobiliter doctus pro defenſione trium capitulorum à Juſtiniano Imperatore & Eutychio Epiſcopo urbis Conſtantinopolitanæ in Ægyptum exilio relegatus fuit,unde rurſus evocatus Conſtantinopolim, dum Imperatori & Epiſcopo obtrectatoribus eorundem capitulorum reſiſteret,in monaſterium ejusdem urbis cuſtodiendus mittitur, atque in eadem damnatione, ut dicunt permanens moritur. Scripſit inter cætera ſui ingenii opuſcula, ab initio mundi usque ad primum Juſtini Junioris Imperii annum, de rebus geſtis & bellis Eccleſiaſticis valde utilem

| | |
|---|---|
| Hiſtoriam | lib. I. |
| Pro defenſione trium capitulorum | lib. I. |

Et quædam alia.

Claruit ſub Juſtiniano Imperatore. Anno Domini DXL.

CCXV. GREGORIUS Papa primus ex monacho ordinis S. Benedicti, *m*) patria Romanus, poſt Pelagium *n*) pontificem ſedit in cathedra Petri annis XIII. menſibus VI. vir in divinis ſcripturis eruditiſſimus, & in ſecularibus literis utique doctiſſimus, theologorum princeps, ſplendor philoſophorum, & rhetorum lumen, vita & converſatione integer atque ſanctiſſimus, cui divinas ſcripturas explananti, Spiritus Sanctus aliquotiens viſibili ſpecie *o*) apparuit, eique arcana myſteriorum eorundem in viſibili magiſterio reſeravit. Hic Romæ apud S. Petrum habita Synodo viginti quatuor Epiſcoporum, * multa ad Eccleſiæ utilitatem conſtituit,& decretum immunitatis monaſteriorum promulgavit. Scripſit autem plura neceſſaria volumina. De quibus feruntur ſubjecta:

Ad Leandrum Hiſpalenſem Epiſcopum

| | | |
|---|---|---|
| Moralium in librum Job | lib. XXIV. | *Inter multos ſæpe.* |
| De cura paſtorali | lib. II. | *Paſtoralis curæ me.* |
| Dialogorum de miraculis ſanctorum | lib. IV. | *Quadam die nimis quo.* |
| In Cantica canticorum | lib. IV. | *Poſtquam à paradiſi gau.* |
| In Ezechielem prophetam | lib. II. | *Dei omnipotentis aſſira.* |
| Homiliæ Evangeliorum, XL. | lib. II. | *Dominus ac redemtor noſter.* |
| Explanatio IV. Evangeliorum brevis | lib. IV. | *Matthæus ſicut in or.* |
| In VII. Pſalmos pœnitentiales | lib. I. | *Si ille rex.* |
| Epiſtolarum ad diverſos | lib. X. | *Gregorius Epiſcopus ſervus.* |
| Rationale divinorum | lib. I. | *Aliter, valde neceſſarium.* |
| Procemiorum nov. & vet. teſt. | lib. I. | |
| De Sacramentis. | lib. I. | |

Cum adhuc eſſet Levita,ex perſona Pelagii Papæ conſcripſit valde inſignem Epiſtolam ad Heliam Aquilegienſem Epiſcopum, *p*) nolentem tria capitula Chalcedonenſis Synodi ſuſcipere, quæ inter Epiſtolas ejus non habetur. Fertur & alia complura conſcripſiſſe, videlicet in Prophetas, in libros Regum,in libros quoque Moyſi, & in alias ſcripturas ſanctas, quæ poſt mortem ejus, necdum multiplicata, æmuli ſui nequiſſimi gloriæ & ſanctitati ejus invidentes igni eas combuſſerunt, ſicut Joan. diaconus in libro vitæ ejus conqueritur. Moritur autem beatiſſimus Papa Gregorius ſecundo anno Phocæ Imperatoris, qui fuit Domini DCV. Indictione octava. IV. Idus Martii, multis coruſcans miraculis.

CCXVI. LEANDER Epiſc. Hiſpalenſis ex monacho, patria Carthaginenſ. provinciæ Hiſpaniæ, patre natus Severiano, vir ſtudioſiſſimus, & tam in Divinis ſcripturis quam in ſecularibus literis nobiliter eruditus, ſuavis eloquio, ingenio præſtantiſſimus, vita quoque & converſatione ſanctus & Deo dilectus,cujus prædicatione & induſtria Hermigildus filius Levigildi regis Gothorum Ariani, ad fidei orthodoxæ confeſſionem reductus, in vigilia Paſchæ à patre hæretico interfectus martyrii coronam accepit.Cujus frater Richardus * mox ut defuncto patre, regnum ſuſcepit, inſtante & prædicante Leandro, hæreſi renuntiavit,& totam gentem Weſogothorum ſibi ſubditam, ad fidem catholicam convertit. Ad hunc Leandrum beatus Gregorius volumina commentariorum in Job edidit. Scripſit autem & ipſe nonnulla opuſcula. De quibus feruntur ſubjecta, Cum propter fidem catholicam eſſet ab Arianis relegatus in exilium: Scripſit

| | |
|---|---|
| Adverſum hæreticos | lib. II. |
| Contra inſtituta Arianorum | lib. I. |



*ſud volumen ſuum, & cum legentem omnes præter Platonem reliquiſſent, legam,inquit,nihilominus: Plato enim unus inſtar eſt omnium.*

*l*) Tunnenſis,cujus Chronicon exſtat cum Euſebio Scaligeri. Ejusdem librum de pœnitentia edidere Benedictini in appendice ad T. 2. operum S. Ambroſii p. 589-606.

*m*) negant Baronius ad A. C. 581. n. 10. Antonius Gallonius aliique. *n*) Pelagium II, intelligo.

*o*) Hinc Gregorii imagines cum columba ad aures. Vide Morinum p. 236. de ſacris Eccleſiæ ordinat. Papebroch. Acta Sanctor. 12. Mart. A. C. 595. * Vide Gregorii M. lib. IV. Epiſt. 44.

*p*) exſtat T. V. Concil. edit. Labbei p. 940. * Reccaredus.

Digitized by Google

| | |
|---|---|
| De virginitate ad Florentinam *q)* | lib. 1. |
| Orationes duplici editione in Pſal. | lib. 1. |
| De contemptu mortis ad fratrem | lib. 1. |
| De ſacrificiorum laude | lib. 1. |
| Epiſtolarum ad diverſos | lib. 1. |

Sed & alia nonnulla edidit, quæ ad notitiam meam non venerunt. Claruit Anno Domini DXC. ſub Mauritio Imp. Moritur ſub Richardo devotiſſimo Gothorum principe miraculis clarens.

CCXVII. PRISCIANUS Grammaticus, patria Cæſarienſis, vir in ſecularibus literis eruditiſſimus, Græco & Latino peritus eloquio apud Cosdram *r)* regem Perſarum in pretium magno habitus, Scripſit in arte Grammatica quædam præclara volumina, quæ apud veteres in magna authoritate habebantur. E quibus iſta feruntur: Ad Julianum patricium

| | |
|---|---|
| De partibus orationis | lib. II. |
| De conſtructione | lib. I. |
| De accentibus | lib. 1. |
| De cosmographia *s)* | lib. 1. |
| De naturalibus quæſtionibus ad coſ. | lib. 1. |

Alia quoque nonnulla ſcripſiſſe dicitur, quæ ad notitiam meam non venerunt. Claruit ut quibusdam placet, temporibus Cosdræ regis Perſarum, & Heraclii Imperatoris. Anno Domini DCXX. *t)*

CCXVIII. MARCUS monachus & diſcipulus ſancti patris Benedicti, & ab eo familiariſſimo dilectus, vir in divinis ſcripturis eruditus, & in ſecularibus literis peritiſſimus, orator & inſignis poeta, moribus & converſatione præclarus. Scripſit poſt beatum Gregorium Papam, ſuperaddens aliqua heroico carmine elegantiſſime currente,

| | |
|---|---|
| Vitam ſancti Benedicti | lib. 1. |

Et quædam alia. Claruit usque ad Imperium Heraclii Auguſti. Anno Domini DCX.

CCXIX. FORTUNATUS *u)* Epiſcopus Pictavienſis, natione Italus, vir in divinis ſcripturis doctus, & in ſecularibus literis eruditiſſimus, ingenio ſubtilis, eloquio diſertus & nitidus, carmine & proſa excellens inter cunctos ſuæ ætatis doctores non minus ſanctitate converſationis, quam ſcientia eruditionis clarus effulſit. Hic virtute S. Martini à dolore oculorum liberatus, pro agenda gratiarum actione, Turonis ad ejus ſepulchrum venit, & Pictavis progreſſus, primo Presbyter, deinde Epiſcopus ibidem ordinatus, magna doctrina & religione claruit. Scripſit eleganti carmine multa utilia & devota opuſcula. De quibus ego tantum vidi ſubjecta: Ad ſanctam Radegundem regis Thuringorum ultimi filiam, & regis Francorum captivam, poſtea Pictavienſis cœnobii abbatiſſam, verſu hexametro,

| | | |
|---|---|---|
| Excidium regni Thuringorum | lib. 1. | *Conditio belli triſtis.* |
| Ad Juvinium de Radegunde | lib. 1. | *Aonias avide qui lam.* |
| Ad Juſtinum juniorem | lib. 1. | *Gloria ſummi patris natique.* |
| Ad Sophiam Auguſtam | lib. 1. | *Cui meritis compar nu.* |
| In perſona Radegundis | lib. 1. | *Poſt patriæ cineres.* |
| In laudem Martini Epiſcopi | lib. 1. | *Lumen Apoſtolicum cum ſpar.* |
| De Leontio venerabili Epiſcopo | lib. 1. | *Inter quos genuit vadi.* |
| De eodem laudis | lib. 1. | *Agnoſcat omne ſeculum.* |
| Hymnorum ſeptuagintaſeptem | lib. 1. | *Agnoſcat omne ſeculum.* |
| De miraculis ſancti Martini | lib. IV. | |
| Vitam S. Hilarii Pictavienſis | lib. 1. | |
| Ad Oporicum vitæ ſuæ | lib. 1. | |
| Vitam S. Maurilii Epiſcopi | lib. 1. | |
| Epiſtolarum ad diverſos | lib. 1. | |
| Carminum ad amicos | lib. 1. | *Rex regionis apex, &c.* |

Alia quoque multa compoſuit, quæ cum brevia ſint, ſub librorum nomine nolui conſignare, plura

*q)* ſororem, qui libellus exſtat in Codice regularum Holſteniano. Trithemius librum de ſacrificiorum laude & Orationes de duplici editione in Pſal. Leandro tribuit ex his verbis Iſidori Hiſp. de S. E. c. 29. *In Eccleſiaſticis officiis non parvo elaboravit ſtudio, In toto enim Pſalterio* (per Pſalterium Nic. Antonius lib. IV. c. 4. Bibl. vet. Hiſpanæ officium Eccleſiaſticum diurnum, quod pſalmis magnam partem abſolvitur, intelligit) *duplici editione orationes conſcripſit. In ſacrificii quoque laudibus atque Pſalmis multa dulciſſime compoſuit.* Miſſa Gothica, quam Mœſarabicam appellant & Leandro deberi contendunt viri docti, exſtat T. 27. Bibl. Patrum edit. Lugd.

*r)* Coſroes I. Perſiæ Rex fuit ab A. C. 531. ad 580. Coſroës II. ab A. 591. ad 628. atque hic poſteride à Trithemio intelligitur, qui Priſcianum Lydum cum Cæſarienſi, & Coſroëm ſecundum cum primo confundit. Nam Coſroes primi tempore in Perſiam profectus Priſcianus Lydus, teſte Agathia lib. 2. p. 69. Sed utroque Coſroe antiquiorem conſtat fuiſſe hunc Priſcianum, qui non in Perſia ſed Cpoli docuit.

*s)* Intelligitur Metaphraſis Periegeſeos Dionyſii quam Priſciano alii, alii Rhemnio Palæmoni tribuunt.

*t)* imo DXX. ut conſtat è Caſſiodoro, & è Codicibus Priſciani MSS. qui exſtant ex recenſione Flavii Theodori, qui Priſcianum doctorem ſuum vocat & libros ejus deſcripſit Olybrio juniore Conſule, h. e. A. C. 526.

*u)* Venantius Fortunatus.

Digitized by Google

plura enim Epitaphia & versus breves scripsit, quos vidi. Claruit sub Justino juniore Augusto. Anno Domini DLXX.

CCXX. GREGORIUS Episcopus Turonensis ex monacho: discipulus quondam S. Aviti praesulis Aruernorum, vir doctus, & nobilis, mitis quoque & humilis, tantae sanctitatis & puritatis extitit, ut etiam in vita miraculis coruscaverit. Hic Apostolorum Petri & Pauli limina visitans, à beato Papa Gregorio cum maxima reverentia & charitate, ut vere sanctus susceptus est & amicus singularis & unicus ab eo dilectus. Scripsit simplici & aperto sermone nonnulla volumina. De quibus extant:

| | | |
|---|---|---|
| De laude sanctorum martyrum | lib. I. | *Hieronymus Presbyter.* |
| De vita quorundam confessorum | lib. I. | *Statueram illa tantum scri.* |
| De miraculis S. Juliani martyris | lib. I. | *Magnum in nobis quo.* |
| De miraculis S. Martini | lib. IV. | *Omnibus sanctis & in Christi.* |
| Historia Francorum | lib. X. | *Scripturus bella regum.* |
| Epitoma ejusdem *x*) | lib. I. | |
| Chronica Ecclesiasticae historiae | lib. I. | |

Caetera, quae composuit, ad notitiam lectionis nostrae nondum venerunt. Claruit temporibus Mauritii Imperatoris. Anno Domini DC. *z*)

CCXXI. MARTINUS Episcopus Dumiensis coenobii rector quondam & Abbas, vir tam in divinis scripturis quam in secularibus literis eruditus, veniens à partibus orientis in Galliam, Suevorum populum doctrina & miraculis ab Ariana impietate ad rectam fidem convertit, regulas orthodoxae fidei constituit, monasteria condidit, Ecclesias reformavit. Scripsit ad Mironem *a*) regem Galitiae de quatuor virtutibus, quas cardinales appellant, instructum volumen, quod praenotare voluit

| | | |
|---|---|---|
| Formulam honestae vitae | lib. I. | *Glorioſissimo & tran.* |
| Epistolarum moralium *b*) | lib. I. | |

Et quaedam alia, quae non vidi. Claruit sub Theudemiro rege Suevorum, imperium Constantinopolitanum gubernante Justiniano Augusto. Anno Domini DXL.

CCXXII. PATERIUS Romanae Ecclesiae Notarius & Secundicerius, vir in divinis scripturis jugi studio exercitatus, & literarum secularium non ignarus, colligens omnia divinae scripturae testimonia, per quae beatus Gregorius papa obscura suae expositionis dilucidavit, tres libros edidit, duos videlicet de testimoniis Veteris testamenti, & unum de testimoniis Novi Testamenti, ipsumque codicem praenotavit

| | | |
|---|---|---|
| Testimoniorum | lib. III. | *Dum beatiſſimi atque Apoſtolici* |

De caeteris nihil vidi. Claruit Romae eodem tempore, quo Gregorius Papa universali Ecclesiae praefuit, & eo hortante praefatum volumen comportavit. Imperium tenente Mauritio Augusto, & post eum Phoca. Anno Domini DC.

CCXXIII. COLUMBANUS primus fundator & Abbas Luxoviensis coenobii, *c*) natione Scotus, vir eximiae sanctitatis, meriti & doctrinae, pater multorum millium monachorum, & monasteriorum plurium fundator, divini verbi seminator egregius, ex Hybernia veniens in Galliam & Germaniam, velut olim Druidum princeps, cultus divini & coenobia auxit & famulos. Cum adhuc junior esset magnum studium literis sanctis impendit, adeo ut eleganti stylo scripserit

| | | |
|---|---|---|
| In totum Psalterium commentariorum | lib. I. | |

Et quasdam ad fratres Epistolas. Moritur sub Mauricio Imperatore. Anno Domini DXCVIII. Indictione prima, XI. Cal. Dec.

CCXXIV. JOHANNES Episcopus Constantinopolitanus, *d*) natione Cappadox, vir in divinis scripturis studiosus & eruditus, inaestimabilis abstinentiae & sanctitatis, adeo intentus eleemosynis & operibus pietatis, ut imperator Mauritius adversus eum avaritiae zelo permotus, omnes pauperes mendicantes de civitate Constantinopolitana expelli praeciperet. Scripsit Graeco sermone ad S. Leandrum Episcopum Hispalensem, de quo supra *e*) diximus,

| | | |
|---|---|---|
| De Sacramento baptismi | lib. I. | |
| Epistolarum ad diversos | lib. I. | |

Et quaedam alia. Claruit sub Mauritio Imperatore, Anno Domini DC. *f*)

CCXXV. LICINIANUS Carthaginis Spartariae *g*) Episcopus, vir in divinis scripturis eruditus, & secularium literarum non ignarus, post multa studiorum exercitia apud Constantinopolim ab aemulis suis veneni poculo extinctus est sub Mauritio Imperatore. Nec eum laesit mors subita, dicente scriptura *h*) *Justus, quacunque morte praeoccupatus fuerit, in refrigerio erit.* Tunc enim veraciter vivere incipit, cum bonis operibus ornatus ad Christum per mortem nunquam



*x*) Fredegario autore. *y*) Chronicon à Gregorio Turonensi scriptum negat, qui opera ejus accuratissime Parisiis 1699. fol. edidit V. C. Theodorius Ruinartus. *z*) Jam A. C. 595. defunctus.

*a*) Mironem, regem Galleciae. Vide Acta Sanctor. 20. Martii, & Nic. Antonium Bibl. vet. Hispana.

*b*) alia vetustior Trithemii editio Paris. habet: *Epistolarum plenum cultura virtutum librum I.*

*c*) Vide Surium 21. Nov. & Chronicon S. Benigni Divionensis T. I. spicileg. Dachet. p. 377. seq.

*d*) Hic est Joannes Nestevtes de quo Menologia 2. Sept. Ejus vitam scripsit Nicephorus Cpol.

*e*) cap. CCXVI. Sed liber ille ad Leandrum, Isidoro Hisp. c. 26. de S. E. memoratus intercidit.

*f*) jam obiit A. C. 595. successorem nactus Cyriacum. *g*) in Hispania. *h*) Sap. IV. 7.

moriturus vadit. Scripſit autem non contemnendæ lectionis quædam opuſcula. De quibus adhuc nullum videre merui. Fertur autem ejus opuſculum

| | |
|---|---|
| De Sacramento baptiſmatis | lib. 1. |
| Ad Eutropium Abbatem, Epiſtolarum | lib. 1. |
| Ad diverſos quoque Epiſtolarum *i*) | lib. 1. |

Et quædam alia. Claruit ſub Mauritio Imperatore. Anno Domini DXC.

CCXXVI. SEVERUS Malacitanæ urbis Epiſcopus, ſocius & collega quondam præfati Liciniani antiſtitis, vir in ſcripturis ſanctis eruditus, & in ſecularium literarum diſciplinis nobiliter doctus, ingenio acutus, eloquio clarus. Scripſit contra Vincentium Cæſarauguſtanæ urbis Epiſcopum, qui de catholica fide in Arianam pravitatem fuerat devolutus,

| | |
|---|---|
| Correctorium | lib. 1. |
| De virginitate ad ſororem | lib. 1. |
| Epiſtolarum ad diverſos | lib. 1. |

Claruit Anno Domini DLXXX. ſub Mauritio Imperatore, ſub quo & moritur.

CCXXVII. EUTROPIUS Epiſcopus Valentinæ Eccleſiæ, quondam Abbas monaſterii Sirbitani ordinis S. Benedicti, ad quem Licinianus Epiſcopus adhuc in præfato cœnobio commorantem multas conſcripſit epiſtolas, vir tam in divinis ſcripturis quam in ſecularibus literis magnifice doctus, & monaſticis diſciplinis apprime imbutus. Cum adhuc eſſet Abbas, ſcripſit ad Licinianum Epiſcopum

| | |
|---|---|
| Cur baptizatis infantibus poſt hæc tribuatur Chriſmatis unctio | lib. 1. |
| De cohortatione monachorum | lib. 1. |
| Et plures Epiſtolas ad diverſos. | |

Claruit temporibus Mauritii Imperatoris. Anno Domini, DC.

CCXXVIII. JOHANNES Epiſcopus Gerundenſis ex monacho ordinis noſtri, *k*) natione Gothus, ex provincia Luſitaniæ, vir in divinis ſcripturis ſtudioſus & eruditus, moribus quoque & converſatione clarus, Græco & Latino ſermone doctus & inclytus fuit, qui cum adoleſcens Conſtantinopolin amore diſcendi peteret, ſeptennio elapſo ad Hiſpanias reverſus eſt. Quem rex Levigildus cum ad Arianam impietatem vellet traducere & non poſſet, per decennium duro ſatis exilio damnavit. Inde à Richardo *l*) rege Chriſtianiſſimo revocatus, monaſterium condidit, ubi fratribus ſuis verbo & exemplo regularis diſciplinæ tramitem oſtendit. Scripſit

| | |
|---|---|
| Exhortatorium ad monachos | lib. 1. |
| Additiones in Chronicam *m*) | lib. 1. |

Alia quoque multa compoſuit, quæ ad notitiam meam non venerunt.

Claruit ſub Richardo Weſogothorum rege Chriſtianiſſimo in Hiſpaniis, temporibus Mauricii & Phocæ Imperatorum. Anno Domini DC.

CCXXIX. MAXIMUS Cæſarauguſtanæ urbis Epiſcopus, in divinis ſcripturis doctus, & in ſecularibus non mediocriter eruditus, ingenio promptus, & nitidus eloquio, carmine excellens & proſa, edidit utroque ſtylo ſatis præclara volumina, quæ ad notitiam lectionis noſtræ adhuc minime venerunt. Fertur *n*) autem ejus inſigne volumen & opus amœnum,

| | |
|---|---|
| De geſtis Gothorum in Hiſpaniis | lib. 1. |

Claruit temporibus Phocæ Imperatoris. Anno Domini DCX.

CCXXX. JONAS monachus & diſcipulus S. Columbani Abbatis & ſocius peregrinationis ejus, natione Scotus, vir ſtudioſus, eruditus & ſcientia clarus non minus religione quam doctrina venerabilis, ad multorum ædificationem rogantibus fratribus compoſito ſermone ſcripſit

| | |
|---|---|
| Vitam ſancti Columbani | lib. 1. |
| Vitam ſancti Attalæ monachi *o*) | lib. 1. |
| Vitam ſancti Euſtaſii Abbatis | lib. 1. |

Claruit ſub Heraclio Imperatore. Anno Domini DCXXX.

CCXXXI. LEONTIUS Neapolitanæ urbis Inſulæ Cypri Epiſcopus, vir in divinis ſcripturis eruditus, & ſecularium literarum non ignarus, vita quoque & converſatione clariſſimus, & dignus Deo præſul. Scripſit inter cætera ingenii ſui opuſcula, volumen inſigne de actibus & converſatione admirabilis illius patriarchæ Alexandrini, *p*) qui ob incredibilem pietatem & miſerationem in pauperes cognominatus eſt

| | |
|---|---|
| Johannes eleemoſynarius, | lib. 1. |

De cæteris nihil reperi. Claruit temporibus Phocæ Imperatoris, Anno Domini DCX.

CCXXXII. ISIDORUS junior, Epiſcopus Hiſpalenſis poſt Leandrum, vir in divinis ſcripturis

*i*) Tres hujus Liciniani Epiſtolæ, una ad Gregorium M. altera ad Vincentium Eboſitanum Epiſc. & tertia ad Epiphanium Diaconum extat in Card. Aguirre T. 1. Concil. Hiſpan. p. 427. ſq.

*k*) Benedictini. Idem Joannes notus nomine Abbatis Biclarienſis. *l*) Reccaredo.

*m*) Ab A. C. 565. in quo Victor Tununenſis deſiit ad A. 590. Exſtat cum Euſebio Scaligeri.

*n*) Iſidori Hiſp. puta tempore, quem vide c. 33. de S. E.

*o*) Abbatis Bobienſis, exſtat apud Surium & in Actis Sanctor X. Martii T. 2. p. 43.

*p*) Vita illa Latine in Rosweidi vitis Patrum, & apud Surium ac Bollandum 23. Januar. Græce adhuc MS. in Bibl. Cæſarea, Colbertina aliisque.

ris eruditissimus, & in secularibus literis nulli suo tempore secundus, ingenio subtilis, sensu clarus, eloquio compositus, carmine excellens & prosa, non minus sanctitate quam doctrina insignis effulsit. Hic dicitur junior ad differentiam senioris Episcopi Cordubensis, cujus supra q) fecimus mentionem, vel alterius etiam, qui eum præcessit, Hispalensis Episcopi.

Scripsit autem iste Isidorus junior multa præclara opuscula. De quibus duntaxat reperi subjecta. Ad Braulionem Episcopum.

| | | |
|---|---|---|
| Etymologiarum | lib. XX. | *Disciplina à discendo.* |
| In Genesim allegoriee | lib. I. | *Historia sacra legit.* |
| In Exodum | lib. I. | *Quadam mysteria.* |
| In Numeros | lib. I. | *Ideo hic liber unus.* |
| In Leviticum | lib. I. | *Sequens Leviticus li.* |
| In Deuteronomium | lib. I. | *Liber Deuteronomii.* |
| In Josue | lib. I. | *Post mortem Mosi.* |
| In Judicum | lib. I. | *Historia Judicum.* |
| In Regum | lib. IV. | *Post librum Judicum sequitur.* |
| In Ruth | lib. I. | |
| In Paralipomenon | lib. II. | |
| In Esdram & Neemiam | lib. III. | |
| In Tobiam | lib. I. | |
| In Judith | lib. I. | |
| In Hester | lib. I. | |
| In Job | lib. I. | |
| In Psalterium | lib. I. | |
| In proverbia Salomonis | lib. I. | |
| In Ecclesiasten | lib. I. | |
| In Cantica canticorum | lib. I. | |
| In librum Sapientiæ | lib. I. | |
| In Ecclesiasticum | lib. I. | |
| In Esaiam Prophetam | lib. I. | |
| In Hieremiam | lib. I. | |
| In Ezechielem | lib. I. | |
| In Danielem Prophetam | lib. I. | |
| In XII. Prophetas minores | lib. XII. | |
| In Maccabæorum | lib. II. | |
| In quatuor Evangelia | lib. IV. | *Liber generationis, &c.* |
| In epistolas Pauli | lib. XIV. | |
| In epistolas canonicas | lib. VII. | |
| In Actus Apostolorum | lib. I. | |
| In Apocalypsin | lib. I. | |
| Interpretationis novi & vet. Test. | lib. II. | *Domino meo & Dei servo.* |
| Procemiorum | lib. I. | *Quinque libri Mosi.* |
| Differentiarum | lib. I. | *Inter Deum & Dominum.* |
| De ortu & obitu sanctorum | lib. I. | *Adam protoplastus & co.* |
| Ad sororem contra Judæos | lib. II. | *Domina sancta, flore r) fi.* |
| Synonymorum vel soliloquiorum | lib. II. | *Venit nuper ad manus.* |
| De illustribus viris | lib. I. | *Ofius Cordubensis civi.* |
| De summo bono sententiarum | lib. III. | *Summum bonum Deus est.* |
| De origine officiorum | lib. II. | *Ea qua de officiis di.* |
| De sancta Trinitate | lib. I. | |
| De corpore & sanguine Domini | lib. I. | |
| De officio missæ | lib. I. | |
| Decretum canonum | lib. I. | |
| De computo & natura rerum | lib. I. | |
| De proprietate rerum | lib. I. | |
| Sermonum | lib. I. | |
| Ecclesiasticorum dogmatum | lib. I. | |
| Lamentum pœnitentis | lib. I. | |
| De astronomia | lib. I. | *Domino & filio charis.* |
| Historiam seu Chronicam | lib. III. | |
| De Cosmographia | lib. I. | |
| De Grammatica & vocabulis | lib. I. | |
| Allegoriarum quoque | lib. I. | *Mysteria sacra scrip.* |
| De hæresibus | lib. I. | |
| Epistolarum ad diversos | lib. I. | |

q) cap. CXX. r) Florentius.



Digitized by Google

Alia quoque multa ſcripſiſſe dicitur, quæ ad notitiam meam non venerunt. Claruit ſub Heraclona Imperatore filio Heraclii. Anno Domini DCXXX. temporibus Siſebuti regis Gothorum in Hiſpania, & ob ſanctiſſimam vitam & converſationem ſuam catalogo ſanctorum inſertus eſt, cujus feſtum celebratur XVIII. Cal. Februarii. *s*)

CCXXXIII. CÆSARIUS ex monacho Lirinenſis cœnobii Epiſcopus Arelatenſis, vir in divinis ſcripturis valde eruditus, ingenio placidus, eloquio dulcis & ornatus, & mira ſententiarum brevitate decorus, vita & converſatione ſanctiſſimus, quippe qui ab adoleſcentia ſua monaſticis diſciplinis inſtitutus, Abbas Lirinenſis multo tempore fuit. Scripſit non ſpernendæ lectionis quædam præclara opuſcula, quæ monaſticis & religioſis Deoque dicatis perſonis valde neceſſaria & utilia ſunt. De quibus extant:

| | |
|---|---|
| De gratia & libero arbitrio | lib. I. |
| Sermonum ad monachos | lib. I. *Verear in Chriſto ne.* |
| Decretum trium conciliorum Arelat. | lib. III. |

De cæteris nihil reperi. In tertio ſermone, qui eſt de pugna monachi contra vitia, & ſe & eos, quibus loquitur, profeſſores & monachos ordinis & regulæ ſanctiſſimi patris noſtri Benedicti confitetur.

Claruit temporibus Conſtantini Imperatoris filii Heraclii & filiorum ejus. Anno Domini DCLXX. ſub quibus, Synodo Arelatenſi *t*) glorioſe præſedit.

CCXXXIV. ANDOENUS qui & Dado, Epiſcopus Rothomagenſis, natione Gallicus, frater ſancti Adonis monachi, vir doctus atque ſanctiſſimus, fundator cœnobii Resbacenſis, cum eſſet eruditus tam in ſcripturis ſanctis quam etiam in literis ſecularibus, ſcripſit elegantiſſimo ſtylo ad Rupertum Epiſcopum Pariſienſem,

| | |
|---|---|
| Vitam S. Eligii Epiſcopi Noviomenſis | lib. III. *u*) |

Et quædam alia. Claruit multa ſanctitate virtutibus & ſignis, temporibus Conſtantini ſupradicti Imperatoris. Anno Domini DCLX.

CCXXXV. THEODORUS ſeptimus Archiepiſcopus Cantuarienſis à Vitelliano Papa conſecratus, natione Græcus ex Tarſo Ciliciæ monachus ordinis noſtri in urbe Roma: vir in divinis ſcripturis eruditiſſimus, & in ſecularibus literis nulli ſuo tempore ſecundus, Græco & Latino ſermone peritiſſimus, carmine quoque excellens & proſa, & non minus ſanctitate quam ſcientia clarus, habita Synodo in Anglia, multa ad Anglicanæ Eccleſiæ utilitatem conſtituit. Scripſit autem inter cætera ingenii ſui monimenta, egregium opus de qualitate pœnitentiæ injungendæ his qui in multis criminibus deliquiſſent. Cujus operis titulus eſt:

| | |
|---|---|
| Pœnitentiale Theodori *x*) | lib. I. |
| Epiſtolas nonnullas ad diverſos. | |

Moritur autem non ſine opinione ſanctitatis, ſub Juſtiniano minore Imperatore. Anno Domini DCXC. Indictione III. Anno ætatis ſuæ LXXVIII. Epiſcopatus autem ſui XXII.

CCXXXVI. LEO Papa ſecundus, natione Siculus, ſedit in cathedra Petri poſt Agathonem menſibus duntaxat undecim, vir in divinis & ſecularibus ſcripturis eruditiſſimus, Græca & Latina lingua ſufficienter inſtructus, ſubtilis & eloquens, & non minus ſanctus quam doctus, tranſtulit de Græco in Latinum ſextam Synodum, *y*) quæ tempore Agathonis Papæ prædeceſſoris ſui celebrata fuit in urbe Conſtantinopoli, in qua damnatus eſt Macarius Antiochenus Epiſcopus cum complicibus ſuis, Cyro, Sergio, Honorio, Pyrrho, Paulo & Petro Epiſcopis, qui unam voluntatem & operationem tantum in Domino noſtro Jeſu Chriſto dogmatizabant. Scripſit etiam

| | |
|---|---|
| Epiſtolas multas ad diverſos | lib. I. |

Et quædam ſimilia. Moritur ſub Conſtantino Imperatore filio Conſtantini. Anno Domini DCLXXVII. *z*) Indictione quinta, V. Nonas Julias.

CCXXXVII. ADAMANNUS Presbyter & Abbas monaſterii Huenſis, quod S. Columbanus quondam conſtruxit in inſula Scotiæ, vir in divinis ſcripturis valde ſtudioſus & eruditus, ſecularium quoque literarum non ignarus, ingenio cautus & dulcis eloquio, vita & converſatione præclarus, non ſine opinione ſanctitatis, pater multorum monachorum fuit. Scripſit inter cætera ſatis compoſito ſermone volumen

| | |
|---|---|
| De locis terræ ſanctæ | lib. I. *a*) |

Et

*s*) imo alius ille videtur Iſidorus, qui 15. Januar. in Martyrologio Rom. celebratur *beatus Iſidorus ſanctitate vitæ, fide & miraculis clarus.* Nam Iſidori Epiſcopi Hiſpal. mentio 4. April. Confer Papebrochium in Actis Sanctor. T. 1. April. p. 327. ſeq. 900. ſeq.

*t*) imo A. C. 524. illa Synodus celebrata eſt. Et Cæſarius diem obiit A. 542. Vide Lud. Jacobum à Sancto Carolo ſub initium libri de ſcriptoribus Cabilonenſibus. *u*) edidit Caniſius T. V. Lect. Antiqu. p. 542.

*x*) Editionem huius pœnitentialis præclaram cum notis dedit Jacobus Petitus Pariſ. 1679. 4. Integrius tamen exhiberi poſſe ex MSto codice Vaticano, cujus mentionem facit Baronius, & ex duobus Britannicis, memoratis à Spelmanno, notat Bailletus T. 2. judic. part. 2. p. 568.

*y*) Celebrata ſexta Synodus Cpoli in Trullo A. C. 680. in qua damnati Monothelitæ. Cæterum Acta illius à Leone II. verſa eſſe Latine, incertum, qua fide Tritbemius affirmat. *z*) imo 684. 23. Maj.

*a*) Libros tres Adamanni de locis Terræ ſanctæ edidit Gretſerus Ingolſtad. 1619. & poſt eum Mabillonius Sec. 3. Benedictin. part. 2. p. 502. Prologum Labbeus T. 1. Bibl. nov. MSS. p. 667. Ex Adamanno excerptus Bedæ liber de ſitu Jeruſalem & locorum ſanctorum. Idem Beda Adamannum laudat lib. 5. Hiſt. c. 15. Obiit A. C. 704. 23. Octobr. ætat. 80. Vide Georgium Mackenzie in vitis ſcriptorum Scotorum Anglice editis Edinburg. 1708. fol. T. 1. p. 358.

Et quasdam Epistolas. Claruit sub Justiniano juniore Augusto. Anno Domini DCXC.

CCXXXVIII. BENEDICTUS Abbas in Britannia, *b*) vir in divinis scripturis & studiosus & eruditus, atque regularis disciplinæ conservator & dilatator egregius, scripsit insigne opusculum ad monachos, in quo omnes regulas sanctorum patrum regulæ beatissimi patris nostri Benedicti conferens, ostendit quod omnium aliorum regulæ eædem consonent, & illa à nulla penitus discordet. Ob hanc causam codicem suum prænotavit

| | |
|---|---|
| Concordiam regularum | lib. I. |

Scripsit & alia. Claruit sub Constantino Imperatore. Anno Domini DCLXX.

CCXXXIX. ADELMUS *c*) Episcopus occidentalium Saxonum ex Abbate Maildubensis cœnobii in Scotia ordinis S. Benedicti, vir devotus & eximiæ sanctitatis in scripturis sanctis studiosus & doctus atque in secularibus literis in Anglia suo tempore omnium eruditissimus, carmine excellens & prosa, prædicator verbi divini ferventissimus. Scripsit gemino stylo quædam instructa volumina. De quibus ego tantum reperi subjecta. Cum adhuc Abbas esset jubente Synodo gentis suæ, scripsit adversus errorem Britonum insigne & utile opus.

| | | |
|---|---|---|
| De celebratione Paschæ | lib. I. | |
| De virginitate sanctorum, metrice | lib. I. | *Omnipotens genitor'mun.* |
| De eadem re prosaice *d*) | lib. I. | *Reverendissimus Christi vir.* |
| Epistolas plures ad diversos | lib. I. | |

Alia quoque multa scripsisse legitur, quæ ad notitiam nostræ lectionis non venerunt. Claruit sub Justiniano minore. Anno Domini DCLXXX.

CCXXXX. CEOLFRIDUS post Benedictum secundus Abbas monasterii *e*) sanctorum Petri & Pauli Apostolorum in Anglia ordinis sancti Benedicti, præceptor & nutritor Bedæ Presbyteri, vir devotus & eruditus, ac regularis disciplinæ gubernator strenuus. Scripsit ad regem Pictorum petentem, satis prolixam epistolam in modum libelli,

| | |
|---|---|
| De observatione Paschæ | lib. I. |

Claruit in Anglia temporibus Justiniani junioris Imperatoris. Anno Domini DCLXXX. Tandem cum limina visitans Apostolorum reverteretur, moritur in civitate Lingonensi *f*) Anno ætatis suæ LXXIV.

CCXLI. EGIDIUS monachus ordinis sancti Benedicti, natione Græcus, in divinis scripturis eruditus, & in secularibus literis peritissimus, medicus, philosophus, & poeta insignis, & non minus conversatione quam scientia venerabilis. Scripsit non spernendæ utilitatis quædam opuscula, de quibus ego duntaxat reperi subjecta: Opus insigne metro compactum,

| | | |
|---|---|---|
| De pulsibus | lib. I. | *Ingenii vires medicis.* |
| De venis *g*) quoque | lib. I. | *Dicitur hinc vena quando fit.* *h*) |

De aliis nihil vidi. Claruit sub Tiberio Imperatore. Anno Domini DCC. *)

CCXLII. BEDA monachus & Presbyter monasterii sanctorum Petri & Pauli Apostolorum, quod est in Anglia, ordinis sancti Benedicti, vir in divinis scripturis studiosissimus, & valde eruditus, atque in secularibus literis peritissimus, philosophus, astronomus, calculator, & poeta insignis, Græci sermonis non ignarus, ingenio præstans, eloquio non curiosus, dulcis tamen & compositus. Multa scripsit volumina, in quibus acumen ingenii ejus comprobatur. Hic cum esset septem annorum, cura propinquorum datus fuit educandus Benedicto Abbati, ac deinde Ceolfrido **) dicti monasterii Muramutha *i*) cunctumque ex eo tempus vitæ in ejusdem monasterii habitatione peragens, omnem meditandis scripturis operam dedit, atque inter observantiam disciplinæ regularis, & quotidianam cantandi in Ecclesia curam semper aut discere, aut docere, aut scribere dulce habuit. Nonodecimo autem ætatis suæ anno diaconatum, tricesimo Presbyteratus gradum, utrumque per ministerium Johannis Episcopi, jubente Ceolfrido Abbate suscepit, ex quo tempore accepti Presbyteratus, usque ad finem vitæ suæ subjecta opuscula composuit.

| | | |
|---|---|---|
| In Genesim usque ad Isaac | lib. IV. | |
| In Exodum | lib. I. | |
| In Numeros | lib. I. | |
| In Leviticum | lib. I. | |
| In Deuteronomium | lib. I. | |
| De tabernaculo & vasis ejus | lib. III. | |
| In principium Regum | lib. III. | |
| In Regum, triginta quæstionum | lib. I. | *Dilectissimo fratri no.* |



*b*) Hujus Benedicti Abbatis in Britannia Gallica Anianensis, Concordiam regularum vulgavit Hugo Menardus Paris. 1638. Codicem Regularum luce publica donavit Romæ A. 1661. Lucas Holstenius, qui observat eum floruisse non A. 670. ut scribit Trithemius, sed longe post, defunctum A. 821. æt. 70.

*c*) de hoc Aldhelmo Acta Sanctor. 25. Mai. T. VI. p. 77. seq.

*d*) Emendatius edidit Henr. Warthonus Lond 1693. 4 Videndus etiam J. Frid. Gronovius in Obs. Ecclesiasticis, Meursius mantissa ad lib. de luxu Rom. c. I. & Cerda Adversar. sacr. c. 165.

*e*) Weremuthensis & Gerwicensis. *f*) in Narbonensi Gallia.

*g*) lege: *de urinis.* *h*) Primus versus Ægidii: *Dicitur urina, quia fit in venibus una.*

*) imo longe est junior, scriptor sæculi duodecimi, ut in Bibl. latina notavi.

**) de hoc Ceolfrido supra c. CCXXXIX. Benedictus alius ab eo de quo c. CCXXXVII.

*i*) Weremuthensis. Vide Mabillonium sæc. 3. Benedictin. & Acta Sanctor. 27. Maj. T. VI.

Digitized by

| | | |
|---|---|---|
| De ædificatione templi | lib. II. | *Hortatur nos vas elec.* |
| In Josue | lib. I. | |
| In Judicum | lib. I. | |
| In Paralipomenon | lib. I. | |
| In Proverbia Salomonis | lib. III. | *Parabole Grece, Lati.* |
| In Ecclesiasten. | lib. I. | |
| In Cantica canticorum | lib. VI. | *Scripturis juvante grā.* |
| In Esdram & Neemiam | lib. III. | *Eximius sacra inter.* |
| In Tobiam | lib. I. | *Liber sancti patris nostri* |
| In Esaiam Prophetam | lib. II. | |
| In Hieremiam | lib. II. | |
| In Ezechielem | lib. I. | |
| In Danielem | lib. I. | |
| In duodecim Prophetas minores | lib. XII. | |
| In Evangelium Marci | lib. IV. | *Expositionem Evangelii.* |
| In Evangelium Lucæ | lib. VI. | *Beatus Evangelista Lucas.* |
| Homilias Evangeliorum | lib. II. | *Exordium nostra redempti.* |
| In Epistolas Pauli | lib. XIV. | |
| In Epistolas Canonicas | lib. VII. | *Jacobus, &c. dixit de.* |
| In Actus Apostolorum | lib. II. | *Actus vero Apostolorum &.* |
| In Apocalypsim | lib. III. | *Apocal. sancti Johannis.* |
| De temporibus & natura rerum | lib. I. | *De natura rerum & ratione.* |
| Aliud minus volumen | lib. II. | |
| Scintillarum ex sententiis Patrum | lib. I. | *Dominus dicit in Evangelio.* |
| Gesta Anglorum | lib. V. | *Britannia oceani insu.* |
| Flores beati Gregorii in Cantica | lib. II. | *In expositione Cantici.* |
| Gesta diversorum sanctorum | lib. I. | |
| De passione sancti Felicis | lib. I. | |
| Vitam sancti Alberti Episcopi | lib. II. | |
| Chronicam sui cœnobii | lib. II. | |
| Martyrologium | lib. I. | |
| Hymnorum diverso carmine | lib. I. | *Primo Deus globum ce.* |
| Epigrammata heroico metro | lib. I. | |
| De locis sanctis | lib. I. | |
| Lectiones in vetus testamen. | lib. I. | |
| Lectiones novi Testamenti | lib. I. | |
| Distinctiones in Hieremiam | lib. I. | |
| Distinctiones in Job | lib. I. | |
| De Christo & Ecclesia | lib. II. | |
| De cantico Abbacuc | lib. I. | |
| De arte metrica | lib. I. | *Qui notitiam metrica.* |
| De Schematibus | lib. I. | *Solet aliquotiens in.* |
| De Orthographia | lib. I. | |
| Epistolarum ad diversos | lib. I. | |

Alia insuper multa edidit, quæ ad nostræ lectionis notitiam non venerunt. Hujus opuscula etiam adhuc eo vivente & semper nova scribente, tantæ authoritatis erant, ut ordinatione præsulum Angliæ in Ecclesiis publice legerentur. Cumque in homiliarum impositione nomen ex more autoris venerabilis Bedæ Presbyteri scriberent, aliter eum cum viveret, *k)* prædicare non valentes, obtinuit usque in hodiernum diem titulus semel à principio attributus, ut Beda venerabilis potius dicatur quam sanctus. Viventem enim aliter nuncupare (& si sanctus fuerit) non licebat. Sunt qui alias rationes hujus tituli venerabilis fingant, alii ex inscriptione Epitaphii, alii cœcum fuisse Bedam somniantes. Sed errant, quoniam Beda nec cœcus fuit, nec sepulchro ejus tale Epitaphium inscriptum novimus. Et quidem, nisi brevitati consulerem, deliramenta hæc facilime confutarem. Moritur sub Leone Imperatore. Anno Domini DCCXXXII. *l)* Indictione XV. Ætatis suæ Anno LXXII. pridie Calend. Junii.

CCXLIII. GREGORIUS Papa secundus, patria Romanus, sedit in cathedra Petri post Constantinum pontificem annis XVI. mensibus. 9. vir certe doctus atque sanctissimus, qui Bonifacium monachum Anglicum natione Moguntinum ordinavit Episcopum. Scripsit plena eruditionis quædam opuscula, de quibus feruntur subjecta:

| | |
|---|---|
| Ad interrogata Justiniani, *m)* Responsionum | lib. I. |
| Contra Leonem Augustum *n)* | lib. I. |

Ad

*k)* Bedæ post fata demum elogium *Venerabilis* attributum, contra Trithemii sententiam contendunt Mabillonius, Natalis Alexander, & alii viri doctissimi.

*l)* vel A. 735. ætatis 59. ut Engelhusius in Chron.

*m)* Rhinotmeti. *n)* Isaurum.

Digitized by G

Ad Johannem Epiſc. Conſtantinop. lib. 1.
Epiſtolarum ad diverſos lib. 1.

Moritur ſub Leone Imperatore. Anno Domini DCCXXXI. Indictione XIV. III. Idus Februarii. Cui Gregorius tertius ſucceſſit.

CCXLIV. BONIFACIUS primus Archiepiſc. Moguntinus, natione Scotus, monachus ordinis S. Benedicti, cum eſſet puer quinque annorum, à parentibus ſuis monaſterio in Anglia, quod Miſchele *o*) dicitur, oblatus eſt, in quo literis ac moribus ſtudium impendens, vir & doctus & ſanctiſſimus evaſit. Ordinatus autem Presbyter, amore peregrinandi pro Chriſto venit in Germaniam, ibique prædicans verbum Dei, à Gregorio Papa primo *p*) Epiſcopus Moguntinenſis ordinatus eſt, & ab ejus ſucceſſore Gregorio tertio in Archiepiſcopum & primatem Germaniæ ſublimatus. Qui cum eſſet vir eruditus, non tantum verbo, ſed & ſcriptis commiſſam ſibi docebat plebem. De cujus opuſculis ego tantum reperi

Epiſtolarum ad diverſos lib. 1.
Vitam quorundam ſanctorum lib. 1.

Moritur in Friſia prædicans, martyrio coronatus, temporibus Pipini Imperatoris. Anno Domini DCCLV. Indictione octava. Epiſcopatus ſui Anno XXXVI. Nonis Junii. Cujus corpus beatus Lullus, quem poſt ſe ordinaverat Archiepiſcopum, ad monaſterium Fuldenſe in Buchonia *q*) ſitum reduci fecit, & honorifice ſepeliri.

CCXLV. VERUS Epiſcopus Hiſpalenſis *r*) provinciæ Bæticæ, ubi Iſidorus olim præſulatum gerebat, vir in divinis ſcripturis eruditus, & ſecularium literarum non ignarus, ingenio acutus, ſermone luculentus, non minus vita quam eruditione ſpectabilis. Scripſit ad ædificationem fidelium, & præcipue Arauſicæ Galliarum Eccleſiæ, virtutibus & miraculis claram

Vitam Eutropii Epiſcopi lib. 1.
Et quædam alia.

Claruiſſe dicitur temporibus Pipini Imperatoris. Anno Domini DCCLX.

CCXLVI. WALAFRIDUS Abbas S. Galli, ut dicitur, natione Germanus, vir in divinis ſcripturis ſtudioſus & in ſecularibus literis omnium ſuo tempore doctiſſimus, ingenio & eloquio clarus, carmine valens & proſa, monarcha diſciplinæ regularis, & multorum pater monachorum. Scripſit ad ædificationem omnium fidelium devote legentium,

Vitam S. Galli proſaice lib. 1.
Eandem poſtea metrice lib. 1.
De officiis divinis lib. 1.
Epiſtolas plures ad diverſos
Et alia nonnulla ſcripſiſſe dicitur, quæ ad manus noſtras non venerunt.

Claruit temporibus Auguſti Tiberii. Circa annum Domini DCC. *s*)

CCXLVII. GREGORIUS Papa tertius Romanæ & univerſali Eccleſiæ præſedit poſt Gregorium ſecundum annis undecim, vir pius, clemens, atque ſanctiſſimus, & tam in ſecularibus literis, quam in divinis ſcripturis eruditiſſimus, Græca & Latina eloquentia inſignis, habita Romæ Synodo Leonem & Conſtantium *t*) Imperatores, imagines ſanctorum contemnentes excommunicavit, ac de Imperio depoſuit. Scripſit etiam inter cætera ad eosdem Imperatores

Commonitorium lib. 1.
Ad eosdem lib. 1.
Contra eosdem lib. 1.
Epiſtolarum ad diverſos lib. 1.

Et quædam alia. Moritur ſub Leone & Conſtantio *u*) Imperatoribus. Anno Domini DCCXLII. Indictione Decima, IV. Cal. Decemb.

CCXLVIII. JOHANNES monachus & Presbyter, *x*) cognomento Chryſoras, *y*) natione Damaſcenus ex Syria, vir in divinis ſcripturis & in ſecularibus literis eruditus, & non minus vita quam ſcientia clarus, animatus & provocatus ſcriptis Gregorii papæ tertii, quibus impugnabat errorem Leonis Imperatoris, ſcripſit & ipſe Græcis ſuis Græco ſermone

Contra Leonem Imperatorem lib. II.

Et quædam alia. Claruit ſub Leone Imperatore. Anno DCCXXX.

CCXLIX. WILLIBALDUS *z*) primus Epiſcopus Eiſtetenſis, natione Scotus, frater S. Walpurgis virginis Abbatiſſæ Heidenhemenſis, monachus & diſcipulus S. Bonifacii martyris, ordinis S. Benedicti, vir doctus atque ſanctiſſimus, ingenio & eloquio clarus. Scripſit ad ædificationem fidelium, petente S. Lullo Archiepiſco Moguntino, ſatis illuſtri ſermone

Vitam S. Bonifacii Epiſcopi lib. 1. *Illuſtrem igitur ac vere.*



*o*) Nuiſcellenſe. *p*) ſecundo.
*q*) Buchenau. Vide Chriſtoph. Broweri antiquitatt. Fuldenſ. lib. 1.
*r*) non Hiſpalenſis ſed Arauſicanus in Gallia, Eutropii, cujus vitam ſcripſit, ſucceſſor. Vide ad Sigebertum c. 73. & Nic. Antonii Bibl. veterem Hiſp. T. 1. p. 203. Acta Sanctor. Maji 27. T. VI. p. 700.
*s*) imo longe ſerius, quippe defunctus A. 849.
*t*) Leonem Iſaurum & Conſtantinum Copronymum. *u*) Conſtantino.
*x*) non diverſus à Johanne Damaſceno de quo ſupra c. XCI. *y*) Chryſorrhoas hic ob eloquentiam dicitur Theophani, Cedreno, auctori Hiſt. Miſcellæ XXI. 26. XXII. 6. Sigeberto c. 75.
*z*) Vide Papebroch. T. 1. Act. Sanctor. Junii p. 453. ſeq. qui vitam Bonifacii à Wilibaldo ſcriptam exhibet p. 460. una, cum ſupplemento Presbyteri Moguntini p. 473-477.

Nescio si quid amplius edidit. Claruit sub Pippino patre Caroli Magni. Anno Domini DCCLX.

CCL. ZACHARIAS Papa, *a)* natione Græcus, post Gregorium III. præfuit universali Ecclesiæ annis decem, vir doctissimus, qui propter eruditionem & vitæ sanctitatem optimis pontificibus comparandus jure censetur. Quatuor libros dialogorum beati Gregorii papæ magni de Latino in Græcum transtulit, & plures Latini sermonis ignaros, lectione eorum illuminavit. Scripsit etiam sua vena Latino sermone valde elegantes & utiles

Ad diversos Epistolas lib. I.

In quibus ad sanctum Bonifacium Archiepiscopum Moguntinum plures extant. Moritur sub Pipino biennio ante martyrium ejusdem S. Bonifacii. Anno Domini DCCLII. Indictione quinta. Idibus Martii.

CCLI. ALCUINUS sive Albinus *b)* monachus & diaconus, Abbas monasterii sancti Martini Turonensis, natione Anglicus, S. Bedæ Presbyteri quondam auditor, vir in divinis scripturis eruditissimus, & in secularium literarum peritia nulli suo tempore secundus, carmine excellens & prosa, de Britannia ab Imperatore Carolo Magno evocatus, in tanta familiaritate apud eum habitus est, ut Imperatoris magister delicioſus fuerit appellatus, cujus magisterio ipse Imperator omnibus liberalium artium disciplinis initiari satagebat. Scripsit multa præclara volumina, de quibus feruntur:

| | | |
|---|---|---|
| De sancta Trinitate & fide | lib. III. | *Domino glorioſo Carolo in.* |
| Ad quæstione Fredigisi | lib. I. | *Desideratissimo filio.* |
| Ad Eulaliam de ratione animæ | lib. I. | *Charissime in Christi cha.* |
| Ad Guidonem comitem de virtutibus | lib. I. | *Dilectissimo filio Guid.* |
| Sententiarum | lib. I. | |
| In Genesim | lib. I. | |
| In Cantica canticorum | lib. I. | |
| In Ecclesiasten | lib. I. | |
| In Evangelium Johannis | lib. VII. | |
| In Epistolas Pauli | lib. XIV. | |
| In Apocalypsin Johannis | lib. I. | |
| De adoptione filiorum Dei | lib. I. | *Venerabili & in Christi.* |
| De Ecclesiasticis dogmatibus | lib. I. | *Credimus unum Deum.* |
| Speculum paruulorum | lib. I. | *In scriptura divina le* |
| De nominum Dei proprietate | lib. I. | |
| Ad discipulos dialogus | lib. I. | |
| Vita S. Vedasti Episcopi | lib. I. | |
| Enchiridion in quibusdam Psal. | lib. I. | |
| Epistolarum ad diversos | lib. I. | |
| De artibus liberalibus | lib. I. | |

Alia quoque multa scripsisse dicitur, quæ tamen ad notitiam meam non venerunt. Claruit sub Imperio Caroli Magni. Anno Domini DCCLXX. *c)*

CCLII. ISUARDUS *d)* monachus ordinis S. Benedicti, natione Gallus, vir in divinis scripturis eruditus, & secularium literarum non ignarus, ingenio promptus & clarus eloquio, jussu Caroli Imperatoris Magni *e)* post Eusebium, Hieronymum, & Bedam ex scripturis veterum comportavit gesta & passiones sanctorum martyrum, confessorum & virginum in unum non paruæ quantitatis volumen, quod nos prænotare solemus

Martyrologium lib. I.

Et quædam alia. Claruit sub eodem Carolo Imperatore. Anno Domini DCCLXX.

CCLIII. PAULUS monachus Cassinensis cœnobii, ordinis sancti Benedicti, natione Italus, vir in divinis scripturis eruditissimus, & in secularibus literis nobiliter doctus, ingenio sudtilis & clarus eloquio, propter scientiam literarum apud Carolum Imperatorem in magno pretio habitus fuit. Hic olim ante conversionem suam diaconus fuit Aquilegiensis Ecclesiæ, & Desiderii ultimi regis Longobardorum cancellarius, & cum eodem captus à Carolo in Galliam ductus, demum monachus factus est. Scripsit tam metro quam prosa non pauca volumina. De quibus ego tantum reperi subjecta: Rogatu Aldeburgæ filiæ Desiderii regis addidit

| | |
|---|---|
| Ad Chronicam Eutropii | lib. II. *f)* |
| Gesta Episcoporum Metensium | lib. I. |
| Vitam Gregorii Papæ primi | lib. I. |
| Vitam S. Arnulphi Episcopi | lib. I. |

Vitam

*a)* Vide Acta Sanctor. 15. Martii T. II. p. 406. seq.
*b)* Vide Henschenium in Actis Sanctor. 19. Maj. T. IV. p. 333. seq.
*c)* defunctus A. 804. *d)* Usuardus.
*e)* imo Caroli Calvi circa A. C. 875. ut post Labbeum, Caveumque, Jo. Baptista Sollerius, qui Usuardi martyrologium diligenter recensitum atque illustratum exhibet T. VI. Act. Sanctorum Junii. Antwerp. 1715. fol.
*f)* imo quinque libros Eutropio à se interpolato & in undecim digesto libros addidit Paulus, qui cum octonis additis à Landulfo Sagace, libros XXIV. Historiæ miscellæ constituunt. De Paulo hoc videndus Petrus Diacopus de viris illustribus Casinensibus p. 12. seq.

y Google

| | | |
|---|---|---|
| Vitam ſancti Benedicti metrice, | lib. I. | |
| Geſta Longobardorum | lib. VI. | *Septentrionalis plaga.* |
| Hymnos plures diverſo metro | lib. I. | |
| Epiſtolarum ad diverſos. | lib. I. | |

Juſſu Caroli ordinavit hiſtorias & lectiones per totum annum ſingulis feſtivitatibus ſanctorum congruentes. Et alia multa digeſſit & ſcripſit. Claruit ejusdem Caroli Magni temporibus. Anno Domini DCCLXXX.

CCLIV. ADRIANUS Papa primus, natione Romanus, poſt Stephanum tertium ſedit in pontificatu annis viginti tribus, vir doctus atque ſanctiſſimus, apud Carolum Imperatorem in maximo honore habitus, multa ad utilitatem Eccleſiaſticam conſtituit, & Felicianam hæreſim in Synodo trecentorum quinquaginta Epiſcoporum, juſſu Caroli Imperatoris apud Francfurdiam *g)* damnavit. Qui cum ſtudioſus & eruditus eſſet in ſcripturis divinis, libros XIII. Epiſtolarum S. Gregorii Papæ abbreviavit in duos, utiliora decerpens. Scripſit etiam de ſua vena ad Leonem juniorem & Conſtantinum filium ejus, Imperatores Conſtantinopoli,

| | |
|---|---|
| De veneratione imaginum | lib. I. |
| Ad Carolum Imperatorem | lib. I. |
| Epiſtolarum ad diverſos | lib. I. |

Moritur Carolo magno Imperatore, Anno Domini DCCXCV. Indictione III. in die natalis Domini VII. Cal. Januarii.

CCLV. RUGGANDUS *h)* Epiſcopus Metenſis, Pippini regis ex ſorore nepos, nobilitatem generis nobilitans ſanctis moribus & ſtudio ſcripturarum, corporum ſanctorum martyrum venerator egregius, clerum & populum ſibi commiſſum verbo & exemplo ad juſtitiam erudire cupiens. Scripſit pro clericis Metenſis Eccleſiæ ſatis inſtructam & utilem

| | |
|---|---|
| Regulam canonicorum *i)* | lib. I. |

Et quædam alia. Hic corpora ſanctorum martyrum Gorgonii, Naboris & Nazarii, de Roma in Franciam tranſtulit, & corpus S. Nazarii in monaſterio Lauriſſa, tunc ordinis divi Benedicti Wormacienſis diœceſis reconditum eſt.

Claruit ſub Pippino rege, patre Caroli Imperatoris. Anno Domini DCCLX.

CCLVI. LEO Papa tertius, natione Romanus, poſt Adrianum pontificem ſedit annis viginti, vir in ſcripturis tam divinis quam ſecularibus valde eruditus, morum quoque & vitæ ſanctimonia clariſſimus, qui Carolum cognomento & opere magnum ad Imperium Romanorum unxit, & hanc dignitatem à Græcis in Francos *k)* tranſtulit. Scripſit inter alia,

| | |
|---|---|
| Epiſtolarum ad diverſos | lib. I. |

Moritur ſub Carolo idibus Junii. Anno Domini DCCCXVI. Indictione IX.

CCLVII. HAYMO tertius Epiſcopus Halberſtatenſis Eccleſiæ in Saxonia ex Abbate Hirſfeldenſis cœnobii ordinis S. Benedicti, natione Teutonicus, Alcuini monachi quondam auditor, ad quem Rabanus Fuldenſis tunc Abbas XXII. libros de univerſo compoſuit, vir certe undecunque doctiſſimus, divinarum ſcripturarum ſagaciſſimus interpres, in declamandis homiliis ad populum excellentis ingenii fuit. Hic primo fuit monachus Fuldenſis cœnobii cum Rabano, poſtea *l)* factus eſt tertius Abbas Hirſteldenſis, poſtremo *m)* tertius Epiſcopus Halberſtatenſis conſecratus. Eandem Eccleſiam verbo & exemplo ſtrenue gubernavit annis tredecim. Scripſit autem pene infinita opuſcula, de quibus iſta, quæ ſubjecimus, feruntur.

| | | |
|---|---|---|
| In quinque libros Moyſi | lib. V. | |
| In Joſue | lib. I. | |
| In Judicum | lib. I. | |
| In Ruth | lib. I. | |
| In Regum | lib. I. | |
| In Paralipomenon | lib. I. | |
| In Tobiam | lib. I. | |
| In Esdram & Neemiam | lib. I. | |
| In Judith | lib. I. | |
| In Heſter | lib. I. | |
| In Job | lib. I. | |
| In Cantica canticorum | lib. I. | |
| In Eſaiam Prophetam | lib. III. | *Eſaias propheta nobili proſap.* |
| In Hieremiam | lib. I. | |
| In Ezechielem | lib. I. | *Et factum, &c. dicit beatus.* |
| In Danielem | lib. I. | |



*g)* Synodus Francofurtenſis, in qua damnata eſt hæreſis Felicis Epiſcopi Urgellenſis, qui Chriſtum hominem filium eſſe Dei adoptivum docuit, celebrata A. C. 794.

*h)* lege *Chrodegandus*, etſi Ruggandi nomen habet etiam Geſnerus in Bibl. Vide Paulum Diaconum de Epiſcopis Metenſibus, in ſcriptoribus Franc. du Chesne T. 2. p. 204.

*i)* exſtat in Conciliis Labbei T. VII. p. 1444. Caroli Cointe Annalibus T. V. ad A. 757. & interpolem in Dacherii ſpicileg. Tom. I. p. 205.

*k)* fabulam refellunt Flacius, Aruſæus, Conringius, Boeclerus, aliique. Ridet è Græcis Cinnamus.

*l)* ab A. C. 839. *m)* ab A. 841.

Digitized by Google

| | | |
|---|---|---|
| In XII. Prophetas minores *n)* | lib. XII. | *Verbum quod factum eſt.* |
| In Pſalmos quoque | lib. I. | |
| In Evangelis homiliarum | lib. II. | *Conſulens dominus homa.* |
| In omnes Epiſtolas Pauli | lib. XIV. | *A Corintho metropoli.* |
| In Epiſtolas canonicas | lib. VII. | |
| In actus Apoſtolorum | lib. I. | |
| In Apocalypſin | lib. I. | *Legimus in Eccleſiaſti.* |
| De veritate librorum | lib. III. | *Cum ſis unicum & ſanctiſſ.* |
| De ſancta Trinitate | lib. I. | |
| De Chriſtianarum rerum memoria **)* | lib. I. | |

Alia quoque multa ſcripſiſſe dicitur, Epiſtolas, ſermones & diverſos tractatus, qui ad notitiam meam non venerunt. Moritur ſub Ludovico Imperatore filio Caroli Magni. Anno Domini DCCCXXXIV. *o)* Indictione XII. Sepultus in Eccleſia S. Stephani Halberſtatenſi.

CCLVIII. CLAUDIUS monachus ordinis S. Benedicti, diſcipulus quondam (ut ferunt) Bedæ in Anglia, & collega Aibini levitæ & Abbatis, natione Scotus, *p)* vir in divinis ſcripturis valde ſtudioſus & eruditus, & ſecularis doctrinæ non ignarus, carmine exercitatus & proſa, multa in ſacris voluminibus compoſuit opuſcula. De quibus feruntur:

| | |
|---|---|
| In quinque libros Moyſi | lib. V. |
| In Judicum quoque | lib. I. |
| In librum Ruth | lib. I. |
| In Evangelium Matthæi | lib. I. |

Et alia multa. Claruit in Gallia ſub Carolo magno. Anno Domini DCCC.

CCLIX. FRECULPHUS Epiſcopus Lexovienſis, in provincia Rothomagenſi, monachus ordinis ſancti Benedicti, ad quem Rabanus adhuc Abbas multis voluminibus exercitavit ingenium, vir in divinis ſcripturis ſtudioſiſſimus & valde peritus, atque in docenda plebe ſatis idoneus non minus converſatione quam ſcientia inſignis, fertur quædam præclara ſcripſiſſe opuſcula. De quibus tantum legi volumen grande & inſigne, continens ab exordio mundi usque ad nativitatem Domini noſtri Jeſu Chriſti,

| | | |
|---|---|---|
| Rerum geſtarum hiſtoriam | lib. VII. *q)* | *Dum aliquam temporis.* |

De aliis nihil vidi. Scripſit autem præfatum opus ad Heliſacharum, *r)* in quo etiam difficiliores quæſtiones ſcripturarum enodavit, & res tam Judæorum quam etiam Gentilium ab initio mundi usque ad partum virginis geſtas, luculento ſermone conſcripſit.

Claruit ſub Ludowico. Anno Domini DCCCXL.

CCLX. THEODULPHUS Epiſcopus Aurelianenſis, ex Abbate Floriacenſis cœnobii ordinis ſancti Benedicti, vir in divinis ſcripturis doctus, & in ſecularibus literis à juventute inſtructus, carmine excellens & proſa. Fertur nonnulla utroque ſtylo compoſuiſſe opuſcula, ſed in manus noſtras adhuc minime venerunt. Hic à Ludovico Imperatore, neſcio ob quam ſuſpicionem, innocenter miſſus in carcerem, hymnum,**) *Gloria laus* compoſuit, quem cum in die Palmarum tranſeunte Imperatore juxta carcerem alta voce cecinisſet, adeo Imperatori complacuit, ut ſtatim abire liberum permiſerit. Scripſit autem inter cætera diverſo metro,

| | |
|---|---|
| Hymnorum | lib. I. |
| Epiſtolarum | lib. I. |

Claruit ſub Imperio Ludovici. Anno Domini DCCCXL. *s)*

CCLXI. EYNARDUS *t)* cancellarius Caroli Magni Imperatoris, natione Teutonicus, & poſtea monachus ordinis divi patris Benedicti, vir in ſecularibus literis eruditiſſimus, & divinarum ſcripturarum non ignarus. Scripſit non ſpernendæ lectionis opuſcula, de quibus feruntur ſubjecta. Imitatus Bedam, qui abbreviavit hebraicum Pſalterium, excerpendo de illo omnes verſus verba orationis habentes, abbreviavit & ipſe gallicanum Pſalterium, excerpens de eo omnes verſus verba orationis habentes. Scripſit etiam tam ex perſona ſui quam Imperatoris,

| | |
|---|---|
| Epiſtolarum ad diverſos | lib. I. |
| Vitam Caroli Imperatoris | lib. I. |
| Hiſtoriam temporum *u)* | lib. I. |

Et

*n)* prodiit Colon. 1533. 8. cum Haymonis commentario in Canticum Canticor. De cæteris notavit Cavens.

**)* genuinus hic titulus Haymoniani Breviarii Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ, quod ex Euſebio in libellos decem diſtributum ſæpius lucem vidit, & Gallice verſum à Claudio Eſpencæo Pariſ. 1573. 8. Latini Latinii quædam caſtigationes leguntur an ejus Bibl. ſacro profana p. 166. Laudatur à Vincentio Bellovac. lib. 12. ſpeculi Hiſt. c. 9.

*o)* imo 853. nam male in Combefiſii Bibl. Concionatoria 852.

*p)* Claudium Clementem Scotum cum Claudio Hiſpano, qui ab A. 821. *Taurinenſis* fuit Epiſcopus, Trithemius confundit. Vide Nic. Antonium lib. VI. Bibl. vet. Hiſpanæ c. 5.

*q)* Priorem igitur partem tantum operis Freculfi evoluit Trithemius. Nam poſterior libris quinque conſtans res à Chriſto nato perſequitur usque ad Bonifacium III. hoc eſt ſeptimi ſæculi initia.

*r)* Præceptorem ſuum.

***)* exſtat inter Theodulfi carmina lib. 2. T. 3. Operum Sirmondi p. 1054.

*s)* imo defunctus jam circa A. 821. vide Sirmond. T. 3. p. 922. Menagiana T. IV. p. 102. ſeq. *t)* Eginhardus aliis.

*u)* intelligit Annales ab A. 741. ad 818. quos ſunt viri eruditi, qui ad alium autorem referendos putant, quoniam qui illos ſcripſit, Eginhardum vocat *ſui temporis prudentiſſimum virorum*. Vide Annales Caroli Cointe ad A. C. 774. n. 128. ſeq. & Antonium Pagi ad A. 826.

Digitized by Google

Et quædam alia. Claruit ſub Carolo & Ludovico ejus filio, Anno Domini DCCCXX.

CCLXII. JOHANNES Scotus *x*) monachus ordinis ſancti Benedicti, Bedæ monachi & doctoris clariſſimi quondam auditor atque diſcipulus, collega Albini, veniens cum eo de Britannia in Galliam, apud Carolum Imperatorem magnum in pretio fuit. Qui cum eſſet vir in omnibus ſcripturis doctiſſimus, edidit claro ſermone clariſſima opuſcula, de quibus iſta feruntur:

| | |
|---|---|
| In Evangelium Matthæi *y*) | lib. III. |
| De officiis humanis *z*) | lib. I. |
| De diviſione naturæ | lib. I. *a*) |

Alia quoque multa compoſuit, quæ ad notitiam meam non venerunt.

Claruit temporibus Caroli Magni *b*) Imperatoris. Anno Domini DCCC.

CCLXIII. HILDUINUS Abbas monaſterii ſancti Dionyſii Pariſienſis, ordinis divi patris Benedicti, ſacri Palatii Archicapellanus, ad quem Rabanus Abbas Fuldenſis in quatuor libros Regum commentarios edidit, vir in divinis ſcripturis eruditiſſimus, & in ſecularibus literis valde peritus, excellens tam metro quam proſa. Scripſit ad Ludovicum Imperatorem utroque ſtylo

| | |
|---|---|
| Vitam ſancti Dionyſii | lib. II. |

Et quædam alia. Claruit ſub Ludovico Imperatoris Caroli filio. Anno Domini, DCCCXL.

CCLXIV. HINCMARUS Archiepiſcopus Remenſis, ex monacho ſancti Dionyſii Pariſienſis, vir in divinis ſcripturis ſingulariter doctus, & in ſecularibus literis nulli ſuo tempore ſecundus, ſapientia & morum honeſtate conſpicuus atque eloquentiſſimus. Scripſit non contemnendæ authoritatis plura opuſcula, de quibus ego tantum reperi ſubjecta: Sub perſona Caroli Magni Imperatoris ſcripſit valde inſtructe,

| | |
|---|---|
| Ad Eccleſiam Ravennatenſem | lib. I. |
| Vitam ſancti Remigii Epiſcopi | lib. II. |
| Ad Walonem Epiſcopum Metenſem | lib. I. |
| Epiſtolarum multarum | lib. I. |

De cæteris nihil vidi. Claruit ſub Carolo Magno & Ludovico ejus filio Imperatoribus. Anno nativitatis dominicæ DCCC. *c*) Et multa dogmata ſcripſit.

CCLXV. HAMULARIUS *d*) Fortunatus, Archiepiſcopus Treverenſis, natione Teutonicus, monachus Lexovienſis, & Romanæ Eccleſiæ Cardinalis, vir doctus & eloquentiſſimus, Græca & Latina eloquentia inſignis, miſſus à Carolo Imperatore magno Conſtantinopolim ad Imperatorem Michaelem,* pacem & amicitiam inter eos mirabili induſtria & eloquentia ſua confirmavit, ſicut in geſtis Treverorum continetur. Scripſit autem inter cætera.

| | | |
|---|---|---|
| De Eccleſiaſticis officiis *e*) | lib. I. | *Satis & nimium quidem.* |
| Ad Ludovicum de eadem re. | lib. IV. | |
| De myſteriis miſſæ | lib. I. | |
| Ad diverſos Epiſtolas | lib. I. | |

Moritur ſub Ludovico Imperatore. Anno Domini DCCCXIII. Indictione VI. Epiſcopatus ſui Anno circiter XVI.

CCLXVI. ANGELOMUS monachus Lexovienſis, ordinis S. Benedicti, vir in divinis ſcripturis exponendis nobile ſortitus ingenium, ut quæ ipſe expoſuit, veteres in ejus comparatione non expoſuiſſe videantur, ſecularium quoque ſcripturarum non ignarus, juſſu Dragonis Epiſcopi Metenſis, qui fuit filius Caroli Magni & frater Ludovici Imperatoris, ſcripſit excellentiſſimum opus, & quale me in ſcripturis ſanctis alias legiſſe, non memini

| | | |
|---|---|---|
| In libros Regum | lib. IV. | *Igitur à quampluribus.* |
| Ad Lotharium in cantica | lib. I. | *Priusquam auguſtale decus.* |
| De divinis officiis | lib. I. | |

Et quædam alia.

Claruit ſub Ludovico & Lothario ejus filio. Anno Domini, DCCCXXX.

CCLXVII. RABANUS Maurus ſextus Archiepiſc. Moguntinus, ex Abbate Fuldenſis monaſterii, ordinis S. Benedicti, natione Teutonicus ex civitate Fuldenſi in Buchonia, *f*) Albini Anglici quondam auditor, vir in divinis ſcripturis eruditiſſimus, & in ſecularibus literis nobiliter doctus Philoſophus, Rhetor, Aſtronomus & Poeta ſubtiliſſimus, cui (ut absque invidia loquar) nec



*x*) Hic eſt qui Erigena vulgo, Matthæo Malmesburienſi Heruligena. Fuit enim Herulus non Hibernus ſive Scotus. Vide Tho. Gale p. 242. ad Jamblichum de Myſteriis Ægypt.

*y*) Johannes Scotus non ſcripſit in Evangelium Matthæi, ſed intelligitur commentarius, quem ſupra in Claudio Scoto memoraverat Trithemius cap. CCLVIII.

*z*) num intelligit verſionem latinam Moralium Ariſtotelis?

*a*) Opus Johannis de diviſione Naturæ in quinque libros diſtributum prodiit cura Thomæ Galei Oxon. 1681. fol.

*b*) imo Caroli Calvi maxime. Defunctus A. 875. ut patet ex literis Anaſtaſii Bibliothecarii ad Carolum Calvum datis 10. Cal. April. illius anni.

*c*) longe etiam poſtea nam A. 882. obiit. *d*) Amalarius. * Michaëlem Ranemble.

*e*) Hujus libri ſui de Eccleſiaſtico officio Amalarius ipſe in exordio quatuor librorum ejusdem argumenti facit mentionem. Auctor autem horum non eſt Amalarius Trevirenſis Epiſcopus, ſed qui circa idem tempus vixit Amalarius Metenſis poſt A. 827. à Ludovico Imp. ad Gregorium IV. Papam ablegatus. Vide Simondi Epiſtolam ad Conſtantinum Cæſarum T. IV. Opp. p. 641. ſeq. *f*) Buchonia, ut ſupra cap. CCXLV.

Digitized by Google

Italia ſimilem, nec Germania peperit æqualem. In monaſterio ſiquidem Fuldenſi adhuc juvenis monachum induit, & tam moribus quam ſcientia mirabiliter profecit, unde & quartus ejusdem cœnobii Abbas conſecratus, ovibus ſibi commiſſis verbo & exemplo XXIV. annis præfuit, & pene infinita opuſcula ſcripturarum compoſuit. Tandem offenſus improbitate monachorum ſuorum, qui eum dicebant nimium ſcripturis intentum temporalia negligere, agente id in eis diabolo, diſplicentiam contra eum acceperunt, ſcandalizati in eo, quo maxime debuerant ædificari. Dans igitur locum iræ, nec cum ingratis ovibus diutius manere conſentiens, monaſterium & habitatores ejus deſeruit, & ad Ludovicum Imp. filium Caroli transmigravit, cum quo & multis diebus permanſit. Monachi autem pœnitentia ducti, legationem ad eum mittentes rogabant, ut rediret ad monaſterium, ſed non impetrarunt. Manſit ergo cum imperatore usque ad mortem Otgarii Moguntinenſis Archiepiſcopi, in cujus locum ſuffectus *g)* præfuit Eccleſiæ præfatæ Moguntinæ annis novem. Habita quoque Synodo multa ad utilitatem fidelium conſtituit. Scripſit autem in monaſterio Fuldenſi adhuc conſtitutus, tam carmine quam ſoluta oratione multa volumina, maxime in ſcripturis ſanctis, quas à principio usque ad finem omnes explanavit. De cujus ſcriptis ſubjecta feruntur. Ad Freculphum Epiſcopum Lexovienſem, cujus ſupra fecimus mentionem, ſcripſit inſigne opus

| | | |
|---|---|---|
| In Geneſim | lib. IV. | *In princi. &c. plurima ſu.* |
| In Exodum | lib. IV. | *Exodus exitus dici.* |
| In Numeros | lib. IV. | *Numerorum librum multi.* |
| In Leviticum | lib. IV. | *Sequentis libri. I. Levi.* |
| In Deuteronomium | lib. IV. | *Filii Iſrael, caſtra mo.* |
| In Joſue | lib. II. | *Domino beatiſſimo vereque* |
| In Judicum | lib. II. | *Poſt mortem Joſue.* |
| In librum Ruth | lib. I. | *Scrutantibus ergo hiſto.* |
| In Regum ad Hilduinum | lib. IV. | *Fuit vir, &c. Dicamus.* |
| In Paralipomenon | lib. IV. | *Adam, &c. decimus ab.* |
| In Esdram & Neemiam | lib. III. | |
| In Tobiam | lib. I. | |
| In Judith | lib. VII. | *Domine electe & merito.* |
| In Heſter | lib. I. | *Liber Heſter quem he.* |
| In Job | lib. I. | |
| In Pſalmos | lib. I. | |
| In Proverbia Salomonis | lib. I. | |
| In Eccleſiaſten | lib. I. | |
| In Cantica canticorum | | |
| In librum Sapientiæ | lib. III. | *Diligite, &c. Admo.* |
| In Eccleſiaſticum | lib. X. | *Omnis ſa. &c. prin. ergo.* |
| In Eſaiam Prophetam | lib. VIII. | *Domino reverendiſſimo &,* |
| In Hieremiam | lib. XX. | |
| In Ezechielem | lib. XX. | *Et factum eſt, &c. uſus.* |
| In Danielem | lib. III. | |
| In XII. Prophetas minores | lib. XII. | |
| In Maccabæorum | lib. III. | *Et factum eſt poſtquam per.* |
| In Evangelium Matthæi | lib. VIII. | *Expectationem itaque.* |
| In Evangelium Lucæ | lib. III. | |
| In Evangelium Marci | lib. IV. | |
| In Evangelium Johannis | lib. I. | *Inter omnia divine hiſto.* |
| In omnes epiſtolas Pauli | lib. XXII. | *Venerando fratri Lupo.* |
| In epiſtolas canonicas | lib. VII. | |
| In Actus Apoſtolorum | lib. I. | |
| In Apocalypſin Johannis | lib. I. | |
| De laude ſanctæ crucis | lib. II. | *Rex regum Dominus mundum.* |
| Ad Haymonem Epiſc. de univerſo | lib. XXII. | *Primum apud Hebræos.* |
| De univerſali natura | lib. I. | *Univerſitatis diſputa.* |
| De inſtitutione clericorum | lib. III. | *Domino re, ac reli. Haiſtul.* |
| De divinis officiis | lib. I. | |
| De computo, dialogum | lib. I. | *Quia te venerande pater.* |
| Ad Ludovicum regem | lib. I. | |
| De quæſtionibus canonum | lib. I. | |
| Ad Reginbaldum Epiſcopum | lib. I. | |
| De benedictionibus patriarcharum | lib. I. | |
| Epiſtolarum ad diverſos | lib. I. | |
| Sermonum innumerabilium pene | lib. I. | |

Alia inſuper multa edidit, quæ ad notitiam meam non venerunt. Moritur ſub Ludovico & Lotha-

*g)* A. C. 849. Conſer. Acta Sanctor. 4. Febr. T. I. p. 590. ſeq.

Digitized by Google

Lothario principibus. Anno Domini DCCCLV. Indictione tertia, Episcopatus sui anno nono. Sepultus in monasterio sancti Albani prope Moguntiam, non sine opinione sanctitatis, cujus epitaphium in viginti ferme ornatis versibus legi.

CCLXVIII. BELLATOR cujusdam Ecclesiæ Presbyter, in divinis scripturis studiosus & eruditus, ac veterum lectione dives, ingenio & eloquio clarus, atque in secularibus literis satis instructus. Multa fertur in scripturis sanctis exposuisse volumina, quibus ingenium suum magnifice excitavit. Extat *b*) ejus præter cætera insigne volumen, quod petentibus amicis edidit.

In librum Sapientiæ lib. VII. *i*)

De aliis nihil reperi. Claruisse dicitur temporibus Ludovici Imperatoris, Anno Domini, DCCCXL. *k*)

CCLXIX. STRABUS *l*) monachus Fuldensis, natione Teutonicus, Rabani Abbatis quondam auditor & scriba, vir in divinis scripturis eruditus & in studiis secularium literarum nobiliter doctus, ingenio subtilis & clarus eloquio. Scripsit in sacris voluminibus expositis non pauca opuscula, in quibus se virum doctum exhibens, nomen suum cum gloria transmisit ad posteros. Imitatus itaque magistrum suum Rabanum Abbatem, Scripsit,

| | |
|---|---|
| In Genesim | lib. I. |
| In Exodum | lib. I. |
| In Leviticum | lib. I. |
| Libri Levitici breviss. | |

Et alia multa. Hic denique Strabus glossam, quæ ordinaria nunc dicitur, super totam Bibliam ex dictis sanctorum patrum primus comportasse memoratur, quam alii multis postmodum adjunctis sententiis patrum ampliarunt.

Claruit sub Ludovico Imperatore Anno Domini, DCCCXL.

CCLXX. LUPUS Servatus Presbyter, ad quem Rabanus *m*) Abbas Fuldensis octo libros in epistolam Pauli Apostoli ad Romanos scripsisse legitur, vir in divinis scripturis studiosus & doctus, atque in secularibus literis juxta ætatem sui temporis copiose peritus. Scripsit nonnulla ingenii sui opuscula, de quibus ad meam notitiam pauciſſima pervenerunt. Extat ejus

| | |
|---|---|
| Volumen de tribus quæstionibus | lib. I. |

Et quædam Epistolæ, Nec non & alia.

Claruit sub Lothario filio Ludovici. Anno Domini, DCCCL.

CCLXXI. JOHANNES dictus Erigena *n*) monachus in divinis scripturis doctus & in disciplina secularium literarum eruditissimus, Græco & Latino ad plenum instructus eloquio, ingenio subtilis, sermone compositus, jubente Carolo filio Ludovici fratre Lotharii Imperatoris transtulit in Latinum.

| | |
|---|---|
| Hierarchiam & libros Dionysii | lib. IV. |
| Scripsit super eisdem | lib. IV. |

Et quædam alia. Claruit sub Lothario Imperatore. Anno Domini, DCCCL.

CCLXXII. ANSEGISUS Abbas Lobiensis cœnobii, ordinis S. Benedicti, & postea Senonensis Archiepiscopus, *o*) vir in divinis scripturis eruditus, & in secularibus literis nobiliter doctus, sermone & ingenio clarus, distinxit & comportavit ad utilitatem Ecclesiæ Catholicæ Imperatorum Caroli Magni & Ludovici leges, quas vidi, ut sequitur, videlicet:

| | | |
|---|---|---|
| Statuta Ecclesiastica Caroli | lib. II. | *Regnante Domino nostro Jesu.* |
| Leges mundanas ejusdem | lib. II. | *De pace admonemur.* |
| Statuta Ecclesiastica Ludovici | lib. II. | *Omnibus vobis aut visu.* |
| Leges mundanas ejusdem | lib. II. | *Si servi per contumaciam.* |

Alia insuper nonnulla edidit, quæ ad notitiam meam non venerunt. Claruit sub Lothario Imperatore filio Ludovici, Anno DCCCXL.

CCLXXIII. HAMULUS *p*) Episcopus Lugdunensis in Gallia, vir in divinis scripturis studiosus, & veterum lectione eruditus, atque in secularibus literis non mediocriter doctus, tam Hebraica quam Latina lingua clarus, ingenio acer & vehemens, eloquio scholasticus atque compositus. Scripsit non contemnendæ lectionis opuscula, de quibus ego tantum legi opus insigne ad Carolum.



*b*) Cassiodori, non Trithemii ætate.

*i*) librum Sapientiæ à Bellatore Presbytero libris octo expositum testatur Cassiodorus cap. 5. divinarum Institutionum: qui cap. 6. memorat ejusdem in Tobiam libris quinque. Esther libris sex. Judith in libris septem. Maccabæorum libris decem. Et in Esdram Origenis homilias duas è Græco translatas. Et cap. 1. narrat svasu suo hunc Bellatorem libros duos in Ruth condidisse.

*k*) imo Cassiodori tempore, qui librum de divinis lectionibus scripsit circa A. C. 556.

*l*) Walafridus Strabus.

*m*) Rabanum præceptorem suum vocat Lupus Epistola 40. Melior operum Lupi editio cum auctioribus V. C. Steph. Baluzii notis prodiit Lipsiæ (etsi titulus Antverpiam præ se ferat) A. 1710. 8.

*n*) Confer quæ de Johanne Scoto supra cap. CCLXII.

*o*) Diversus est Ansegisus Archiepiscopus ab A. 871. Senonensis ab Ansegiso Lobiensi Abbate & Capitularium Carlovingorum collectore defuncto jam A. 833. Vide Sammarthanorum Galliam Christianam T. I. p. 623. Pithœum & Baluzium ad Capitularia &c.

*p*) *Amulo*, cujus librum adversus Judæos sub Rabani Mauri nomine vulgavit Petrus Franciscus Chifletius Divione 1656. Vide Jo. Dallæum in diss. postuma edita Rothomagi A. 1673. 4. de vero auctore Confessionis fidei, Alcuini nomine ab eodem Chifletio vulgatæ. Alia Amulonis scripta edidit cum notis Steph. Baluzius ad calcem Agobardi Paris. 1666. 8.

Digitized by Google

Contra Judæos lib. 1. *Deteſtanda Judæorum.*

De cæteris adhuc nullum vidi. Claruit ſub Ludovico Caroli Magni filio. Anno DCCCXXX.

CCLXXIV. BERTRAMUS Presbyter & monachus, in divinis ſcripturis valde peritus, & in literis ſecularium diſciplinarum egregie doctus, ingenio ſubtilis & clarus eloquio, nec minus vita quam doctrina inſignis. Scripſit multa præclara opuſcula, de quibus ad meam notitiam pauca pervenerunt. Ad Carolum regem fratrem Lotharii Imperatoris ſcripſit commendabile opus,

De prædeſtinatione lib. 1. *p*)
De corpore & ſanguine Domini lib. 1.

Claruit temporibus Lotharii Imperatoris. Anno Domini, DCCCXXX.

CCLXXV. TURPINUS *q*) Archiepiſcopus Remenſis, Caroli Imperatoris magni amicus & Secretarius, vir in divinis ſcripturis eruditus, & in ſecularibus literis nobiliter doctus, carmine & proſa exercitatum habens ingenium, pauperum advocatus, vita & converſatione Deo dilectus, qui ſecum Carolo propriis manibus & armis Sarracenos ſæpe fatetur expugnaſſe. Scripſit eleganter,

Geſta Caroli Magni lib. II.
Epiſtolarum ad diverſos lib. 1.

Claruit ſub eodem Carolo & Ludovico ejus filio. Anno Domini, DCCCXXX.

CCLXXVI. ANASTASIUS Apoſtolicæ bibliothecæ cuſtos & inſtaurator ſagaciſſimus, in divinis ſcripturis eruditus, & in ſecularibus literis nobiliter doctus, Græco & Latino multum peritus eloquio, fertur nonnulla compoſuiſſe opuſcula, ſed ad manus noſtras nihil eorum pervenit. Tranſtulit autem multa Græcorum volumina in Latinum. Nam jubente Nicolao Papa, primo, tranſtulit:

Vitam Johannis eleemoſynarii lib. 1.
Unam Dionyſii hierarchiam lib. 1.
Synodum ſeptimam univerſalem lib. 1.
Vitas multorum patrum lib. 1.

Et alia plura. Claruit ſub Ludovico Imperatore ſecundo. Anno Domini DCCCLX.

CCLXXVII. NICOLAUS Papa primus, patria Romanus, ſedit in pontificatu poſt Benedictum tertium annis VIII. vir in ſcripturis ſanctis magnifice doctus, vita & converſatione ſanctiſſimus, qui multa ad utilitatem Eccleſiæ catholicæ conſtituit, cujus permiſſione & authoritate *ſequentiarum* uſus *r*) in Eccleſiis Gallicanis Notgero Abbate St. Galli procurante, primum coepit.

Scripſit inter alia ex perſona ſui Pontificatus egregium volumen

Epiſtolarum ad diverſos lib. 1.

Moritur ſub Lothario ſive Ludovico ſecundo Imperatore. Anno Domini DCCCLXIX. Indictione ſecunda. VIII. Idus Decembris.

CCLXXVIII. JOHANNES diaconus Eccleſiæ Romanæ, vir in ſcripturis ſanctis eruditus, & ſecularium literarum non ignarus, vita & converſatione non ſecus quam doctrina venerabilis. Scripſit ad multorum ædificationem, ad Johannem Papam ſeptimum ſatis illuſtri ſtylo grande volumen, quod continet.

Vitam S. Gregorii Papæ primi *s*) lib. IV.

Et quædam alia. Claruit ſub Carolo calvo Imperatore. Anno Domini DCCCLXX.

CCLXXIX. NOTGERUS Epiſcopus Leodienſis *t*) ex Abbate monaſterii S. Galli, ordinis divi patris Benedicti, natione Teutonicus, vir in divinis ſcripturis eruditiſſimus, & in ſecularium literarum diſciplinis omnium ſui temporis doctiſſimus Philoſophus, Poeta & Muſicus inſignis, & non minus ſanctitate quam ſcientia venerabilis. Scripſit tam metro quam proſa multa opuſcula, de quibus ad manus noſtras pauca pervenerunt. Legi enim tantum volumen, quod *ſequentiarum* prænotavit, quod ſcripſerat cum adhuc monachus eſſet in cœnobio S. Galli, ad Lutuardum Epiſcopum Vercellenſem & Archicapellanum Caroli Imperatoris magni. Hujus autem operis ſic incipit

Prologus ſive præfatio epiſt. 1. *Summæ ſanctitatis meri.*

Se-

*p*) Libri duo Bertrami de prædeſtinatione ad Carolum Calvum à Gilberto Gangvino editi Pariſ. 1650. 4. inter ſcriptores ſeculi IX. de Prædeſtinatione & Gratia.

*q*) Tilpinus aliis, cui defuncto Carolus Magnus Wulfarium, teſte Frodoardo, ſucceſſorem dedit ante A. 813. quo concilium Rhenenſe conſtat à Wulfario celebratum eſſe. Cæterum libros duos ſub Turpini nomine à Reubero & aliis editos, plenos putidis fabulis & longe juniorис eſſe ſcriptoris nemo eruditiorum dubitat.

*r*) Durandus de Divinis officiis lib. IV. c. 21. *Poſt Alleluja, proſa ſeu ſequentia dicitur, quod ſequitur canticum exultationis. Notkerus Abbas S. Galli in Teutonia primo ſequentias compoſuit & Nicolaus Papa ad miſſas cantari conceſſit.*

*s*) exſtat apud Surium V. Martii, & cum notis in Actis Sanctor. T. 2. Martii p. 136. ſeq.

*t*) Notgerus Balbulus Monachus Sangallenſis A. C. 912. defunctus, auctor Martyrologii à Caniſio T. IV. p. 761. editi, Sequentiarum, & Vitæ S. Galli Dialogo ſcriptæ, & fortaſſe librorum duorum de vita Caroli Magni, qui ſub Monachi Sangallenſis nomine exſtant, longe diverſus eſt à Notgero, qui Epiſcopus Leodienſis fuit ab A. C. 971. ad 1007. & ſcripſit vitam S. Hadelini Act. Sanctor. 3. Febr. T. 1. p. 368. aliaque clariſſ. Caveo memorata. Utroque antiquior fuit Notgerus Leodienſis Epiſcopus Seculo ſeptimo, cujus juſſu ſcripta ab Harigero vita SS. Laudoaldi, Amandi &c. Vide Acta Sanctor. 19. Mart. T. 3. p. 35.

| | | |
|---|---|---|
| Sequentiarius autem ſic | lib. 1. | *Grates nunc omnes reddamus,* |
| De muſica & ſymphonia | lib. 1. | |
| De expoſitoribus ſacræ ſcripturæ | lib. 1. | *Cum prudens ſis & pruden.* |
| Epiſtolarum ad diverſos | lib. 1. | |

De cæteris quæ compoſuit, nihil ad notitiam lectionis noſtræ pervenit. Hujus doctiſſimi viri Sequentiarium Nicolaus Papa primus, approbavit, *w*) & ad miſſas decantari præcepit. Qui propter ſcientiæ & vitæ claritatem primo Abbas, deinde in ſenectute ſua Epiſcopus conſecratus, decimus in ordine Leodienſis Eccleſiæ regimini præfuit, ſub Lothario Imperatore filio Ludovici. Anno Domini DCCCL. ſub quo & moritur non ſine opinione ſanctitatis.

CCLXXX. CHRISTIANUS, qui & Druthmarus, monachus & Presbyter Corbeienſis ordinis ſanctæ memoriæ Benedicti Caſſinenſis, natione Aquitanicus, vir in divinis ſcripturis doctus Græco & Latino ſermone imbutus, veniens ab Aquitania in Galliam, *x*) nomen ſuum ſcribendo notificavit. De cujus opuſculis ego tantum videre hucusque merui opus grande & præclarum ad monachos Stabulenſis & Malmondarienſis cœnobiorum ſub uno abbate conſiſtentium in diœceſi Leodienſis Eccleſiæ aperto ſermone conſcriptum,

| | | |
|---|---|---|
| In Evangelium Matthæi | lib. II. | *Hunc titulum non fecit Evan.* |

De aliis nihil vidi. In prologo expoſitionis Evangelii ſecundum Matthæum etiam in alios Evangeliſtas *y*) ſe ſcripturum promiſit, quod & feciſſe dicitur, ſed à nobis ignoratur.

CCLXXXI. WANDELBERTUS diaconus & monachus Prumienſis cœnobii, ordinis S. Benedicti Treverenſis diœceſis, natione Teutonicus, vir in divinis ſcripturis eruditus, & in ſecularibus literis magnifice doctus, ingenio promptus, & clarus eloquio, ſcripſit tam metro quam proſa non pauca volumina, de quibus ego tantum vidi ad Marcuardum Abbatem quendam,

| | |
|---|---|
| Vitam S. Goaris Presbyteri | lib. 1. |
| Miracula ejusdem | lib. 1. |
| Martyrologium metrice | lib. 1. |

Claruit ſub Lothario Imperatore. Anno Domini DCCCL.

CCLXXXII. ALMANNUS monachus Altuillarenſis cœnobii, ordinis S. Benedicti, vir in divinis ſcripturis eruditus & in ſecularibus literis egregie doctus, ingenio ſubtilis & clarus eloquio. Scripſit tam metro quam proſa varia opuſcula, quibus nomen ſuum etiam poſteris notificavit. Et quia ſuo tempore Francia à Normannis vaſtabatur, *z*) exemplo Hieremiæ prophetæ deſolationem ejusdem terræ & ſui monaſterii

| | |
|---|---|
| Quadruplici deplanxit Alphabeto, componens | lib. 1. |
| Vitam Vinardi *a*) Epiſcopi | lib. 1. |
| Vitam S. Syndulphi | lib. 1. |
| Vitam S. Helenæ Auguſtæ | lib. 1. |
| Translationem ejusdem *b*) | lib. 1. |

Alia quoque nonnulla ſcripſiſſe dicitur, quæ ad notitiam meam non venerunt. Claruit ſub Carolo tertio Impetatore, Anno Domini DCCCXC.

CCLXXXIII. MILO monachus cœnobii S. Amandi, ordinis divi Benedicti, natione Gallus, vir undecunque doctiſſimus, orator, Poeta & Muſicus inſignis, nec minus honeſtate morum quam ſcientia ſcripturarum venerandus. Scripſit tam carmine quam ſoluta oratione non pauca volumina. De quibus iſta præcipue feruntur: ad Carolum Caluum Imperatorem

| | |
|---|---|
| De ſobrietate, metrice | lib. 1. *c*) |
| Vitam S. Amandi *d*) metrice | lib. 1. |
| Epiſtolarum ad diverſos | lib. 1. |

Claruit temporibus Caroli Imperatoris ſecundi, cognomento Calui. Anno Domini, DCCC.XC. & multa egregia compoſuit.

CCLXXXIV. HUGBALDUS monachus Elvonenſis *e*) cœnobii, ordinis S. Benedicti, natione Gallus, vir tam in divinis ſcripturis quam in ſecularibus literis eruditiſſimus, in Muſica, Poetica, Philoſophia & cæteris artibus humanitatis nulli ſuo tempore ſecundus, quod multa utroque ſtylo ab eo conſcripta teſtantur. De quibus ego tantum adhuc reperi ſubjecta, Ad Carolum Cal-



*w*) ſupra cap. CCLXXVII.

*x*) Galliam Belgicam, in qua Somena fluvius & ad eam Corbeienſe Monaſterium.

*y*) Præter Commentarium Druthmari in *Matthæum*, Argentorati primum à Jacobo Wimphelingio 1514. & ex Menardi Moltheri recenſione à Jo. Secerio, Hagenoæ 1530. 8. editum & in Bibliothecis Patrum Pariſ. & Lugd. recuſum, in iisdem occurrit editionibus expoſitio brevis in *Lucæ* initium, & in *Johannem* Epitome. Non ſcripſit ante Bulgaros converſos ad Chriſtum A. 845.

*z*) Hæc è Sigeberto Trithemius c. 98. *a*) Nivardi, Archi-Ep. Remenſis.

*b*) Vide Tillemont. T. VII. memor. p. 18.

*c*) libri II. Milonis, de laude pudicitiæ & ſobrietatis verſibus Hexametris MSS. in Bibl. Cantabrig. Incip. *Glorioſo Regi Carolo, Milo ſupplex. Principibus priſcis Vatum placuiſſe Camenas.*

*d*) Vitam S. Amandi Epiſcopi Trajectenſis à Milone monacho Elnonenſi ſcriptam carmine elegiaco ad Heinricum ſacerdotem & monachum Vedaſtinum edidit Bollandus ad 6. Febr. T. 1. p. 873. Ejusdem ſermonem de translatione corporis S. Amandi p. 889. *e*) Elnonenſis.

vum Imperatorem mirabile opus CXXXVI. verſuum *f)* in quo omnia verba ab una litera, C, incipiunt: ut, *Carmina Clariſona Caluis cantate Camœnæ*, quod prænotatur:

| | | |
|---|---|---|
| De laude Caluorum | lib. 1. | *Carmina clariſona cal.* |
| De arte Muſica | lib. 1. | |
| Geſta S. Lebuini | lib. 1. | |
| Epiſtolarum ad diverſos | lib. 1. | |

Vitas etiam multorum ſanctorum ornato deſcripſit eloquio, & cantus in honore ipſorum dulci & regulari melodia compoſuit. Claruit temporibus Caroli Calui Imperatoris, Anno Domini DCCCLXXX.

CCLXXXV. REMIGIUS monachus Antiſiodorenſis, ordinis S. Benedicti, & poſtea ut ferunt urbis ejusdem antiſtes, *g)* vir in divinis & humanis ſcripturis eruditiſſimus, carmine & proſa ſcriptor inſignis, S. Odonis Cluniacenſis primi Abbatis præceptor, vita & doctrina præclarus. Edidit utroque ſtylo multa volumina, de quibus ſubjecta feruntur.

| | | |
|---|---|---|
| In Cantica canticorum | lib. 1. | |
| In totum Pſalterium | lib. 1. | *Prophetia divina inſpi.* |
| In Evangelium Matthæi | lib. 1. | |
| In Canonem miſſæ | lib. 1. | |
| De officiis divinis | lib. 1. | |
| De feſtivitatibus ſanctorum | lib. 1. | |
| Ad Epiſcopum Eduorum | lib. 1. | |
| Sermones quoque plures | lib. 1. | |

Alia inſuper compoſuit tam in ſacris literis quam etiam in ſecularibus ſcripturis; Donatum & veteres Autores exponendo, quæ à multis habentur.

Claruit ſub Carolo Caluo Imperatore. Anno Domini DCCCLXXX.

CCLXXXVI. CONSTANTINUS monachus Caſſinenſis cœnobii, *h)* ordinis ſancti Benedicti, natione Afer, vir in divinis ſcripturis admodum ſtudioſus, & in ſecularibus literis maxime in Philoſophia & medicina eruditiſſimus, Græco, Latino & Arabico eloquio ad plenum inſtructus. Scripſit in medicinis multa opuſcula quæ apud medicos in pretio habentur. Transtulit etiam antiquorum medicorum multa volumina de Græco & Arabico in Latinum, quæ ſuis prætationibus & epiſtolis præſignavit, de cujus opuſculis iſta vidi:

| | | |
|---|---|---|
| Dietas univerſales | lib. v. | *Quod in primis coegit.* |
| Dietas particulares | lib. III. | *Complevimus in lib. pri.* |
| De ponderibus medicinalibus | lib. 1. | *Pondera medicinalia.* |
| De urinis quoque | lib. 1. | |

De cæteris autem voluminibus ejus, quæ multa & ſcripſit & tranſtulit, ad manus noſtras nullum memini perveniſſe. Medicis notiora ſunt. *i)*

CCLXXXVII. AMBROSIUS Ansbertus monachus, & Presbyter ordinis ſancti Benedicti, vir in divinis ſcripturis ſtudioſus & eruditus, ingenio mitis, & dulcis eloquio, multos in ſacris voluminibus commentarios edidit, quibus nominis ſui famam ad poſteros transmiſit. Pauca tamen ad notitiam meam venerunt. Reperi enim duntaxat ſubjecta.

| | | |
|---|---|---|
| In Cantica canticorum | lib. 1. | *Donum ſapientiæ cum &c.* |
| In Pſalterium quoque | lib. 1. | |
| In Apocalypſin Johannis *k)* | lib. x. | |
| De cupiditate | lib. 1. | |
| Epiſtolarum ad diverſos | lib. 1. | |

Claruit ſub Arnoldo *l)* Imperatore. Anno Domini DCCCXC.

CCLXXXVIII. PASCASIUS Ratbertus Abbas Corbienſis, ordinis S. Benedicti, vir in divinis ſcripturis valde eruditus, & ſecularium literarum non ignarus, Græco & Latino nobiliter inſtructus eloquio, ingenio acutus, ſermone compoſitus. Scripſit metro & proſa non pauca opuſcula, de quibus ego tantum reperi ſubjecta. Ad Placidum Abbatem noſtri *m)* ordinis, opus inſigne

| | | |
|---|---|---|
| De Sacramento altaris | lib. 1. | *Quicquid catholicorum.* |
| Vitam S. Adelhardi Epiſc. | lib. 1. | |
| In Threnos Hieremiæ Prophetæ | lib. 1. | |

De Græco etiam nonnulla tranſtulit in Latinum, & alia multa compoſuit.

Cla-

*f)* Non plures verſus hexametri extant in editis, ut apud Barthium XLVI. 22. adverſar. Miror itaque virum doctum, qui ad Barthium provocans librum trecentorum carminum vocat.

*g)* Remigius hic à Remigio Remenſi & altero Lugdunenſi Epiſcopo diſtinctus, nunquam videtur fuiſſe Epiſcopus, neque à Flodoardo & Sigeberto usquam Epiſcopus vocatur.

*h)* Huic Conſtantino plurimum debuit vicina Caſſinenſi Coenobio Schola Salernitana ſeculo XI. & XII. clara. Vide Conringii introduct. ad artem Medicam III. 26. & ibi animadverſ. præſtantiſſimi Schelhammeri.

*i)* De aliis Conſtantini Afri ſcriptis evolvendus Geſnerus in bibl. & Petrus Diaconus c. 23. de ſcriptoribus Caſinenſibus.

*k)* Commentarius in Apocalypſin ſcriptus ab Ambroſio Autperto Monacho antiquiore, qui defunctus A. C. 778. Vide Labbeum T. 1. de Script. Eccleſ. p. 44.

*l)* Arnulfum innuit qui fuit ab A. 891. ad 903. Sed & alter Autpertus Abbas Caſinenſis, de quo Petrus Diaconus c. 11. jam obierat A. C. 837.

*m)* Benedictini.

Digitized by Google

Claruit temporibus Caroli groſſi *n*) Imperatoris. Anno Domini DCCCLXXX. *o*)

CCLXXXIX. ERICUS monachus, ordinis S. Benedicti, cœnobii Antiſiodorenſis civitatis, vir in divinis ſcripturis doctus, & in diſciplinis ſecularium literarum eruditiſſimus, carmine excellens & proſa, in declamandis ad populum homiliis doctor egregius fuit. Scripſit metrice luculenter

| | |
|---|---|
| Vitam Germani Antiſiodorenſis | lib. VI. |
| Homiliarum ad populum | lib. I. |

Sermones & epiſtolas plures. Alia quoque multa utroque ſtylo compoſuit, quæ ad notitiam meam non venerunt. Claruit circa tempora Caroli groſſi Imperatoris. Anno Domini DCCCLXXX. *o*)

CCXC. OTFRIDUS monachus, Wiſſenburgenſis * cœnobii, ordinis divi patris Benedicti, natione Teutonicus, Rabani Mauri Abbatis Fuldenſis quondam auditor atque diſcipulus, vir in divinis ſcripturis eruditiſſimus, & in ſecularibus literis egregie doctus, philoſophus, rhetor & poeta inſignis, ingenio excellens & diſertus eloquio. Scripſit tam metro quam proſa multa præclara opuſcula, quibus nomen ſuum ad poſteros transmiſit. Exemplo etiam Caroli Imperatoris magni conatus eſt barbariem linguæ Teutonicæ ad regulas Grammaticales reducere, quod & ex parte pertecit. Unde ea, quæ patrio ſermone conſcripſit, non facile noſtra ætate legi, & intelligi poſſunt, etiam ab homine quantumcunque Teutonicæ linguæ perito. De cujus opuſculis extant ſubjecta: Ad Luitbertum *p*) Moguntinenſis Eccleſiæ Archiepiſcopum octavum, in Evangelium opus grande & inſigne, quod prænotavit:

| | | |
|---|---|---|
| Gratiam Theotiſtæ *q*) | lib. V. | *Dignitatis culmine Gratiã. r*) |
| Ad Ludovicum regem *s*) | lib. I. | *Ludovico orientalium.* |
| Ad Salomonem Epiſcopum *t*) | lib. I. | *Salomoni Epiſcopo Otfrid.* |
| Ad monachos S. Galli *u*) | lib. I. | *Otfridus Wiſſenburg.* |
| In Pſalterium volumina tria | lib. III. | |
| De judicio extremo | lib. I. | |
| De gaudiis regni cœleſtis | lib. I. | |
| Carmina diverſi generis | lib. I. | |
| Epiſtolarum ad diverſos | lib. I. | |

Alia inſuper multa compoſuit, quæ priorum negligentia perdita, & ignorantia monachorum raſa & lacerata, ad me non venerunt.

Claruit ſub Ludovico, Lothario, & Carolo *x*) Imperatoribus ſibi invicem ſuccedentibus, Anno Domini, DCCCLXX.

CCXCI. ADREVALDUS, qui & Albertus, monachus Floriacenſis cœnobii, ordinis S. Benedicti, vir undecunque illuſtris atque doctiſſimus, nomen ſuum ſcribendo notificavit, dum ad ædificationem ſimplicium fratrum alterno ſtylo multa volumina in ſcripturis ſanctis compoſuit. Scripſit inter cætera ſui ingenii opuſcula à tempore translationis corporis S. Benedicti, de cœnobio Caſſinenſi in monaſterium Floriacenſe, usque ad tempus Odonis Regis Francorum, hiſtoriam luculento ſermone continentem

| | |
|---|---|
| Miracula S. Benedicti | lib. I. |

Et alia multa, quæ tamen non vidi. Claruit temporibus Arnoldi *y*) Imperatoris Anno Domini DCCCXC.

CCXCII. ODO primus Abbas Cluniacenſis, ordinis S Benedicti, Remigii Antiſiodorenſis monachi quondam auditor, vir in ſcripturis ſanctis ſtudioſus & eruditus, & collapſi ordinis divi patris Benedicti inſtaurator egregius, non minus ſanctitate quam eruditione clarus emicuit. Hic erat inſignis Muſicus, & Archicantor Eccleſiæ Turonenſis, qui audita fama Bernonis Gigniacenſis ſanctiſſimi Abbatis, ordinem ſub eo ingreſſus eſt, & Abbas poſtea Cluniacenſis conſtitutus, magna ſanctitate ordinem illuſtravit. Qui cum eſſet declamator homiliarum præcipuus, multos ad fratres ſermones compoſuit. Scripſit etiam inter cætera ingenii ſui opera,

| | |
|---|---|
| Vitam ſancti Gerardi | lib. I. *z*) |
| Laudes S. Martini | lib. I. |
| Chronicam ſuccinctam | lib. I. |

Hymnos etiam & varios cantus in honore ſanctorum dulci & regulari melodia compoſuit,



*n*) Graſſi. *o*) Imo jam defunctus A. C. 851.

*p*) MS. Cæſareum, teſte Lambecio, *Wizanburgenſis.* *p*) Liutbertum. Lambec T. 2. p. 413.

*q*) non hic titulus operis, ſed Otfridi metaphraſi Evangeliorum, quam Theotiſca lingua condidit, præfigitur hic titulus: *incipit liber Evangeliorum primus, Domini Gratiã, Theotiſce conſcriptus.* Hinc Trithemius titulum illum *Gratiam Theotiſtæ* effinxit. Vide Lambecium T. 2. p. 419. *r*) lege *Gratiã.*

*s*) Non libri ſunt, quæ ſequuntur ſed Epiſtolæ. Metaphraſi Evangeliorum ab Otfrido additæ, ad Ludovicum, Salomonem & Monachos S. Galli. Vide Lambec. T. 2. p. 421. *t*) id. p. 429.

*u*) id. p. 441. Proxime ſperamus inſigne hoc veteris linguæ Theoniſcæ monumentum Otfridi Metaphraſin Evangeliorum ex Codice Cæſareo recenſitum, doctiſſimeque illuſtratum videre à Viro nobiliſſimo, Diederico von Stade.

*x*) Calvo. *y*) Arnulfi, ut ſupra cap. 287. Sed Ludovici Pii temporibus vixiſſe Adrevaldum probat C. V. Theodoricus Ruinartus Apologia de miſſione S. Martini p. 32. ſeq.

*z*) Extant libri IV. de Vita S. Geraldi, Comitis Aurelianenſis.

Digitized by Google

Rogantibus quoque fratribus, libros beati Gregorii Papæ ſuper Job abbrevians, in unum volumen comportavit. Claruit temporibus Arnoldi *a*) Imperatori. Anno Domini CMXX.

CCXCIII. RATHBODUS quartusdecimus Epiſcopus Trajectenſis, natione Teutonicus, vir in divinis ſcripturis valde eruditus & ſecularium literarum non ignarus, ingenio ſubtilis, eloquio clarus, vita & converſatione ſanctiſſimus, multis & vivus & mortuus miraculis coruſcavit. Hunc in omnibus literis humanitatis Nanno *b*) Philoſophus doctiſſimus inſtruxerat, qui advocatus in palatio regis Caroli groſſi *c*) fuit, & poſtea monaſterium ingreſſus, tandem Epiſcopus, ut diximus, conſecratus, Eccleſiam Trajectenſem in gravi Danorum perſecutione decem & ſeptem annis ſtrenue gubernavit. Scripſit autem nonnulla præclara opuſcula, de quibus iſta feruntur.

| | |
|---|---|
| Laudes ſancti Martini | lib. 1. |
| Laudes S. Bonifacii Epiſcopi | lib. 1. |
| De ſancta Amalberga | lib. 1. |
| Homiliarum & ſermonum | lib. 1. |
| De S. Willibrordo flores | lib. 1. |

Integrum quoque de S. Martini translatione officium compoſuit. Et varios cantus in honore ſanctorum. Moritur ſub Ludovico filio Arnoldi Imperatoris. Anno Domini CMXVII. Indictione V. III. Cal. Decembris. Epiſcopatus ſui Anno XVIII. Sepultus apud Daventriam, ubi reſidere in Epiſcopatu antea conſueverat.

CCXCIV. AURELIANUS *d*) Eccleſiæ Remenſis clericus, in ſcripturis ſanctis admodum ſtudioſus, & in ſecularibus literis nobiliter doctus, Muſicus ſuo tempore excellens & inſignis. Scripſit ad Bernardum archicantorem, poſtea Epiſcopum, de regulis modulationum, quas tonos vel tenores adpellant, & de ipſarum vocabulis volumen inſigne, cujus titulus eſt,

| | |
|---|---|
| Tonarius regularis | lib. 1. |

Scripſit & alia quædam. Claruit circa tempora Arnoldi Imperatoris. Anno Domini CM.

CCXCV. REGINO Abbas Prumienſis cœnobii in diœceſi Treverenſi, ordinis S. Benedicti, natione Teutonicus, vir in divinis ſcripturis eruditiſſimus, & in ſecularibus literis nobiliter doctus, inter doctores Germaniæ & Galliæ ſuo tempore facile obtinuit principatum. Scripſit magnæ authoritatis opuſcula, de quibus ego tantum reperi ſubjecta. Ad Alberonem primum Epiſcopum Metenſem, à nativitate Chriſti usque ad annum ejusdem CMVIII. continentem præcipue geſta Francorum & Germanorum, ſcripſit

| | |
|---|---|
| Hiſtoriam ſeu Chronicam | lib. X. *e*) |
| De diſciplina Eccleſiaſtica | lib. II. *In primis inquirendum.* |

De cæteris nihil adhuc vidi. Scripſit autem præfatum opus, quod prænotatur de Eccleſiaſtica diſciplina & religione Chriſtiana, jubente Rathbodo Archiepiſcopo Treverorum, quod ex decretis ſanctorum patrum, & generalium conciliorum in duobus libris comportavit, & in nongenta ferme capitula, per rubricas ex more luculenter diſtinxit.

Claruit ſub Arnoldo Imperatore Anno Domini CMX.

CCXCVI. HILDOVINUS *f*) ex Abbate Lobienſis monaſterii, ordinis S. Benedicti, primum Epiſcopus Laudocienſis, inde pulſus ad Hugonem regem Italiæ venit, cui affinitatis linea jungebatur, à quo Veronenſis Epiſcopus conſtitutus eſt, ac poſtremo poſt Lampertum Archiepiſcopus Mediolanenſis factus, Ratherium monachum Eccleſiæ Veronenſi ordinavit antiſtitem, vir in divinis ſcripturis ſatis eruditus. Scripſit, petentibus fratribus, cum adhuc eſſet Abbas,

| | |
|---|---|
| Geſta Abbatum Lobienſium | lib. 1. |
| Sermones ad fratres | lib. 1. |

Et quædam alia. Claruit ſub Hugone rege Italiæ temporibus Conradi *g*) Imperatoris Romanorum & Germanorum, Anno Domini CMXX.

CCXCVII. RATHERIUS ex monacho Lobienſis cœnobii poſt Hildovinum Epiſcopus Veronenſis, vir in divinis ſcripturis eruditus, & in artibus humanitatis (quas liberales vocant) peritiſſimus, animo ſimplex, ingenio placidus & eloquio ſcholaſticus, cum Hildouino Epiſc. ad Hugonem regem venit in Italiam, & poſt ejus ad Archipræſulatum Mediolanenſis Eccleſiæ translationem, antiſtes Veronenſis civitatis conſtitutus, non multo poſt ab Hugone inde expulſus ob eam cauſam, quod Arnoldum ducem Bavariæ, hoſtem Hugonis Veronam intromiſiſſet, apud Papiam exilio relegatus eſt. *b*) Tandem ad Eccleſiam ſuam reverſus, denuo neſcio an ob eandem cauſam pulſus, pro ſui conſolatione varia utrobique compoſuit, quæ legentium intellectibus non minus placere poterunt quam prodeſſe, de quibus iſta feruntur.

De

*a*) Arnulfus, ut jam dixi, Imperator fuit ab A. 891. ad 903.
*b*) De hoc Nannone Stauriensi vide Valerium Andream & Franciſcum Sweertium de ſcriptoribus Belgicis.
*c*) Craſſi. *d*) Barthius XLV. 7. & 21. Adverſarior. Aurelianum hunc eundem habet cum eo, qui Martialis Lemovicenſis vitam ſcripſit, & ab eodem putat Epiſtolas, quæ ſub Martialis illius ambulant nomine, effictas fuiſſe.
*e*) Libris duobus, non decem Reginonis Chronicon diſtinguitur.
*f*) Alius Hilduinus Abbas, de quo ſupra cap. 263. *g*) Conradus I. imperavit ad A. C. 912-919.
*h*) A. C. 954.

by Googl

| | |
|---|---|
| De primo ſuo exilio | lib. 1. |
| Alius de ſecundo, prænotatus *Frenoſis* | lib. 1. |
| Alius qui vocatur *ineſficax* | lib. 1. |
| De corpore & ſanguine Domini | lib. 1. |
| Contra Anthropomorphitas | lib. 1. |
| Agoniſticon, id eſt præloquiorum | lib. VI. |
| Confeſſionum quoque | lib. 1. |
| Vita S. Ursmari Lobienſis | lib. 1. |

Alia quoque nonnulla ſcripſiſſe dicitur, quæ ad notitiam meam non venerunt. Et poſtremo (ut Sigebertus *i)* monachus ſcribit) Epiſcopus Leodienſis factus etiam inde pulſus fuit. Claruit temporibus Henrici Imperatoris Romanorum primi, Anno Domini CMXXX.

CCXCVIII. STEPHANUS ex clerico Metenſis Eccleſiæ Epiſc. Leodienſis poſt Franconem, vir in divinis ſcripturis doctus, & in ſecularibus literis magnifice peritus, & non minus ſanctitate, quam ſcientia venerabilis. Scripſit non ſpernendæ utilitatis plura opuſcula, quibus nomen ſuum poſteris innotuit. Ad Hermannum Archiepiſcopum Colonienſem,

| | |
|---|---|
| Vitam S. Lamberti | lib. 1. |
| Ad Rupertum Epiſcopum Metenſem | lib. 1. |

Et quædem alia. Scripſit etiam cantum de ſancta Trinitate ex Alcuino, quo in octavis Pentecoſtes utimur, de inventione S. Stephani, & cantum nocturnum, de S. Lamberto Epiſcopo & martyre, quos omnes cum quibusdam aliis authentica & dulci modulatione compoſuit. Claruit temporibus Ludovici, filii Arnoldi *k)* Imperatoris, Anno Domini CMX.

CCXCIX. RADULPHUS Flaviacenſis, *l)* monachus ordinis S. Benedicti, vir in divinis ſcripturis eruditiſſimus, & in omnibus literis humanitatis ſuo tempore doctiſſimus, ingenio ſubtilis, ſenſu profundus, eloquio dulcis, ornatus & diſertus, in exponendis voluminibus ſacris acutus & multum egregius. Scripſit duo magna & præclara volumina,

| | | |
|---|---|---|
| In Leviticum | lib. XX. | *Cum aliquando ſermo de Juda.* |
| In Epiſtolas Pauli | lib. XIV. | |
| Hiſtoriam Francorum | lib. 1. | |
| Chronicam quoque brevem | lib. 1. | |

Alia inſuper multa edidit, quæ ad notitiam meam non venerunt. Sunt qui ſcribant eum monachum fuiſſe Fuldenſis cœnobii in Germania.

CCC. SMARAGDUS Abbas monaſterii S. Michaelis, *m)* ordinis divi patris Benedicti, vir in divinis ſcripturis valde eruditus, & jugi ſtudio earundem exercitatus, regularis diſciplinæ auriga, ſanctas ſcripturas exponendo nomen ſuum longe lateque innotuit, & magnam opinionem ſcientiæ & converſationis ſuæ acquiſivit. Scripſit enim multa præclara opuſcula. De quibus ego tantum reperi ſubjecta.

| | | |
|---|---|---|
| In regulam S. Benedicti | lib. 1. | *Cum turbat plurimorum,* |
| Diadema monachorum. | lib. 1. | *Hunc modicum libellum,* |
| In totum Pſalterium | lib. 1. | |
| In Epiſtolas & Evangelia per annum | lib. II. | |
| Sermones quoque plures | lib. 1. | |

De cæteris autem opuſculis ejus nihil usquam potui invenire, dicitur autem quod multos in divinis ſcripturis commentariorum tractatus ediderit. Sed & Donatum majorem expoſuit, & multos ſecularium literarum authores explanavit.

CCCI. WINDICHINUS *n)* monachus Corbeienſis cœnobii in Saxonia, ordinis ſancti Benedicti, natione Teutonicus, vir in divinis ſcripturis doctus, & in ſecularibus literis eruditiſſimus, ingenio promptus & clarus eloquio, metro excellens & proſa. Scripſit alterno *o)* ſtylo multa præclara opuſcula. De quibus ego tantum adhuc reperi ſubjecta: Ab exordio Saxonum usque ad mortem Ottonis Imperatoris primi, ſcripſit ad Mechtildam ejus filiam,

| | | |
|---|---|---|
| Hiſtoriam Saxonum | lib. III. | *Flore virginali cum ma.* |
| Geſta Ottonis primi | lib. 1. | |
| Paſſionem Theclæ virginis, metrice | lib. II. | |
| Vitam Pauli primi heremitæ | lib. 1. | |

Claruit ſub Ottone Imperatore primo. Anno Domini, CML.

CCCII. EUTRANDUS *p)* Ticinenſis Eccleſiæ diaconus natione Italus, ex Papia civitate oriundus, Berengarii regis Italiæ quondam ſcriba & Secretarius, vir in ſecularibus literis valde eruditus, & divinarum ſcripturarum non ignarus, ingenio acer & vehemens, Græco & Latino ſermone peritus & non minus carmine excellens quam proſa. Fertur nonnulla præclara ſcripſiſſe opuſcula, quibus nomen ſuum notificavit. A Berengario rege Italia pulſus, venit in Germaniam



*i)* cap. 127. de S. E.

*k)* Ludovicus IV. filius Arnolfi Imperator fuit ab A. C. 903-912.

*l)* clarus circa A. C. 1157. ut ex Alberico trium Fontium Monacho probat Labbeus, nec antiquiorem eſſe evincere poteſt Frid. Spanhemius T. 2. Opp. p. 586.

*m)* ad Moſam, in dioceſi Virdunenſi, circa A. C. 810. Alius Ardo Suaregdus ſcriptor vitæ S. Benedicti Aniſanenſis Abbatis. Vide Antonium Pagi ad A. C. 827. n. 15. *n)* alias Wichindus. *o)* utroque.

*p)* Luitprandus. Vide Nic. Antonii Bibl. vet. Hiſpanam. T. 1. p. 385.

by Google

non contemnendæ lectionis opuscula, quorum studio nomen suum cum gloria transmisit ad posteros. E quibus fertur opus insigne à conditione Remensis civitatis, quam milites Remi à fratre Romulo necati fugatos ob memoriam Domini sui construxisse, & sic appellasse commemorant, usque ad sua tempora, in quo multa de sanctis martyribus & aliis rebus ac gestis interserens, volumini hunc titulum dare voluit:

Gesta Remensium pontificum lib. III.
Vitas quoque multorum sanctorum lib. I.

Alia insuper multa scripsisse dicitur, quæ ad notitiam meam non venerunt.

CCCVIII. ALBERTUS *) monachus Lobiensis, & postea Gemblacensis cœnobii Abbas, præceptor Burckardi Wormaciensis Episcopi, vir in divinis scripturis doctus, & in secularibus literis valde eruditus, cum adhuc monachus esset, apud Lobias publicam scholam monachorum tenuit, in qua Burckardum *b)* una cum aliis in utraque literatura erudivit. Scripsit inter alia sui ingenii opera

Vitas plurium sanctorum lib. I.
Cantus in honore sanctorum.

Et quædam alia. Claruit in multa religione & disciplina temporibus Ottonis Imperatoris secundi. Anno Domini, DCCCLXXX.

CCCIX. ARIBO *c)* Moguntinus Archiepiscopus, decimusnonus post S. Bonifacium martyrem, ad quem Berno Abbas Augiensis cœnobii de adventu Domini conscripsit tractatum, vir in divinis scripturis studiosus & eruditus, celebrata Synodo apud Selgenstat cum Burckardo Episcopo Wormaciensi & aliis Episcopis atque Abbatibus suis Anno MXXIII. Indictione VI. multa utilia constituit, quæ in scripturis authenticis habentur. Scripsit etiam,

In Psalmos XV. graduum lib. I.
Ad Bernonem Abbatem epist. I.

Et quasdam ad alios Epistolas. Moritur sub Conrado juniore Imperatore, Anno Domini MXXXI.

CCCX. BURCKARDUS ex monacho Lobiensis cœnobii ordinis S. Benedicti Episc. Wormaciensis in Germania, Alberti *d)* Gemblacensis Abbatis apud Lobias quondam auditor atque discipulus, cujus in canone fit mentio LXXIII. dist. *In nomine Domini*, vir in divinis scripturis studiosissimus & valde eruditus. Scripsit ex sententiis sanctorum patrum & generalium conciliorum atque summorum pontificum, magnum & insigne opus post Isidorum, videlicet

Decretorum, quod divisit in lib. XX. *In novo testamento primi.*
Epistolarum ad diversos lib. I.

Claruit sub sancto Henrico Imperatore. Anno Domini MXX.

CCCXI. BERNO Abbas Augiensis cœnobii, ordinis S. Benedicti Constantiensis diœcesis, natione Teutonicus, vir in divinis scripturis doctus, & in secularibus literis valde nobiliter eruditus Musicus, & Poeta, nulli suo tempore secundus, vita & conversatione præcipuus. Scripsit tam metro quam prosa quædam præclara volumina, de quibus ego tantum reperi subjecta. Ad Piligrinum **) Archiepiscopum Colonienſem egregium, & utile volumen composuit

De Musica seu tonis lib. II. *Omnis igitur regularis Mu.*
De instrumentis Musicæ lib. I. *Musicam non esse contem.*
De adventu Domini ad Aribonem lib. I. *Summa dignitatis.*
De officio quoque missæ lib. I.
De Jejunio quatuor temporum lib. I.
De Jejunio sabbati lib. I.
De mensura monochordi lib. I.
Epistolarum ad diversos lib. I.

Alia insuper multa edidit, quæ ad notitiam meam nondum venerunt. Claruit temporibus S. Henrici Imperatoris primi, *e)* sed regis secundi, quia primus *f)* coronam Imperii non accepit. Anno Domini MXX.

CCCXII. ADELBOLDUS Episcopus Trajectensis, ex monacho, ut ferunt, Lobiensi ordinis S. Benedicti, sub cujus persona Herigerus Abbas *g)* dialogum de adventu Domini composuit, vir in divinis scripturis eruditus & in secularibus literis nobiliter doctus, in curia S. Henrici Imperatoris *h)* in magno pretio habitus, non minus armis quam eruditione prostravit infideles. Scripsit,

Vitam S. Henrici Imperatoris lib. I. *i)*
De laude sanctæ crucis.

De laude beatæ Mariæ. Sed & alia tam metro quam prosa nonnulla edidit, quæ ad notitiam



*) Alii Olbertus. Vide Vossium de Hist. Lat. *b)* de quo infra c. 310.
*c)* alius Aribo Monachus Benedictinus & Episcopus Freisingensis, defunctus A. C. 784. qui scripsit vitam S. Corbiniani, edicam à Surio 8. Sept. & Mabillonio Sec. 3. Benedictin. part. 1. p. 500.
*d)* supra c. 308. **) Piligrinum aliis.
*e)* Henrici II. qui fuit ab A. C. 1002. ad 1025. hunc Bambergensem vocat nostet infra c. 336.
*f)* Henricus Auceps. *g)* supra, c. 306. *h)* Henrici II.
*i)* libros II. Adelboldi de vita S. Henrici edidere Surius 14. Jul. Greiserus in Divis Bamberg. Canisius T. 6. Alioqui Lect.

Digitized by Google

meam non venerunt. Moritur ſub Conrado Juniore Imperatore, Anno Domini MXXVII. Indictione X. Epiſcopatus ſui Anno XVIII. V. Cal. Decemb.

CCCXIII. OSBERTUS *k)* monachus Cantuarienſis, ordinis ſancti Benedicti, vir in divinis ſcripturis eruditus, & in Muſica arte peritiſſimus, ingenio ſubtilis & clarus eloquio, varios in utraque literatura tractatus edidit, quibus famam ſui nominis ad poſteros transmiſit. Scripſit inter alia,

Vitam S. Dunſtani Archiepiſcopi lib. I. *l)*
De Muſica quoque lib. I.

Claruit temporibus S. Henrici Imperatoris. Anno Domini, MXX.

CCCXIV. ODILO Abbas Cluniacenſis IV. ordinis S. Benedicti, vir ſanctus & eruditus, quinquaginta & ſex annis monaſterio præſidens, verbo & exemplo multorum animas direxit ad Chriſtum, cujus vitam virtutibus & miraculis plenam Petrus Damiani Epiſcopus & cardinalis Hoſtienſis luculento ſermone deſcripſit. Compoſuit ad ædificationem fratrum ſuorum

Sermones elegantes lib. I.

Moritur ſub Henrico Imperatore II. *m)* Anno Domini MXLVIII. Inductione. I. Ætatis ſuæ anno LXXXVII. Prima die menſis Januarii.

CCCXV. FULPERTUS *n)* Epiſc. Carnotenſis, in ſcripturis divinis eruditiſſimus, & in ſecularium literarum diſciplinis omnium ſuo tempore doctorum doctiſſimus, poeta clarus & dialecticus, multis annis ſcholæ publicæ præſidens, plurimos doctiſſimos auditores enutrivit. Vita quoque ſanctiſſimus, multis legitur miraculis coruſcaſſe, qui inter cætera ſcripſiſſe dicitur:

Epiſtolarum ad diverſos lib. I.
In laudibus S. Mariæ lib. I.

Hymnos & orationes varias. Et quædam alia devota. Claruit temporibus Henrici regis primi, *o)* Anno Domini MX.

CCCXVI. BRUNO Epiſc. Herbipolenſis, Conradi Imp. ſecundi patruelis, natione Teutonicus, vir in divinis ſcripturis ſtudioſus, vita & converſatione ſanctiſſimus, qui ob meritorum ſuorum excellentiam catalogo ſanctorum *p)* inſcriptus, Franciæ orientalis ſingularis patronus habetur, Comportavit ex antiquorum patrum ſcriptis pulcram expoſitionem

In totum Pſalterium lib. I. *Beatus vir qui non abiit.*

Si aliud ſcripſerit, neſcio. Moritur ſub Henrico Imperatore ſecundo. *q)* Anno Domini MXLV. Indictione XIII. Sexto Calend. Junii.

CCCXVII. RUPERTUS Abbas monaſterii Caſſinenſis, ordinis S. Benedicti, vir in divinis ſcripturis ſtudioſus & eruditus, atque in ſecularibus literis egregie doctus, regularis diſciplinæ zeloſus & ſtrenuus gubernator, ut ovium ſibi commiſſarum verbo & exemplo paſtor utilis poſſet haberi. Scripſit ad ædificationem fratrum ſuorum pulchros & elegantes

Sermones lib. I.

Alia quoque nonnulla edidit, quæ ad notitiam noſtram adhuc non venerunt.

CCCXVIII. GUIDO monachus & Abbas cœnobii de cruce ſancti Leufredi, ordinis divi patris Benedicti, patria Aretinus, vir in divinis ſcripturis exercitatus, atque in ſecularibus diſciplinis eruditiſſimus, Dialecticus & Muſicus inſignis. In hoc etiam præterendus cæteris, quod ignotos cantus etiam pueri & puellæ per ejus regulam *r)* in manu ſua facilius diſcant per ſe, quam per vocem magiſtri, aut per uſum alicujus inſtrumenti. Scripſit inter cætera ingenii ſui opuſcula, contra Berengarium clericum Turonenſis Eccleſiæ,

De corpore & ſanguine Domini lib. I.
De Muſica quoque lib. II. *Igitur qui noſtram diſcipli.*

Et alia quæ non vidi. Claruit ſub Conrado juniore Imperatore. Anno Domini MXXX.

CCCXIX. EGELNOTUS *s)* Archiepiſc. Cantuarienſis Eccleſiæ in Anglia, vir in divinis ſcripturis eruditus & ſecularium literarum non ignarus, vita & converſatione ſanctiſſimus, advocatus pauperum clementiſſimus, cujus hortatu, Cinito *t)* rex Angliæ multas faciebat eleemoſynas: præſertim ad Eccleſiam Carnotenſem, cui tunc vir doctiſſimus Fulpertus Epiſcopus præerat, cujus ſupra *u)* fecimus mentionem. Scripſiſſe dicitur ad honorem Dei omnipotentis pulchrum opus

In laudem S. Mariæ lib. I.
Epiſtolarum ad diverſos lib. I.

Et quædam alia. Claruit temporibus Conradi Imper. junioris. Anno Domini, MXXX.

CCCXX. ADELMANNUS Grammaticus ex clerico Leodienſi Epiſcopus Brixienſis. Fulperti Carnotenſis antiſtitis quondam auditor, vir in divinis ſcripturis ſtudioſus & eruditus, Philoſophus & Dialecticus ſuo tempore famoſus metro excellens & proſa. Scripſit utroque ſtylo quædam

*k)* Osbernus aliis. Surio etiam Osberus 16. Maj. Sed vita Dunſtani, quam ibi edidit non Osberni eſt, neque Osberti Weſtmonaſterienſis Monachi, ſed Eadmeri, ut H. Warthono notatum.

*l)* libri duo exſtant in Actis Sanctor. T. 4. Maj. p. 358. & apud Mabillon. Sec. V. Benedictin. Liber primus in H. Warthoni Anglia Sacra T. 2.

*m)* qui vulgo Henricus III. ab A. C. 1040. ad 1057. Imperator. *n)* Fulbertus aliis.

*o)* imo ſecundi. Vide ſupra c. 311. *p)* Vide Acta Sanctor. 17. Maj. T. IV. p. 38. ſeq.

*q)* qui vulgo tertius. *r)* *Ut, re, mi, fa, ſol, la.* Vide Baron. ad A. 1022. n. 20. ſeq.

*s)* Ailnothus aliis. *t)* Canutus. *u)* cap. 315.

Digitized by Google

dam commendanda opuſcula, de quibus ad lectionis noſtræ notitiam pauca pervenerunt. Scripſit ad Berengarium Turonenſem olim apud Fulpertum condiſcipulum ſuum, tunc errare & dogmatizare incipientem, valde prolixe & amice eum corripiens,

| | | |
|---|---|---|
| De corpore & ſanguine Domini | lib. I. | *Collectaneum x) te voco.* |
| Epiſtolarum ad diverſos | lib. I. | |

Alia inſuper multa tam metro quam proſa ſcripſiſſe dicitur, quæ non vidi. Claruit ſub Henrico rege tertio, Anno Domini MXL.

CCCXXI. HERMANNUS, qui dicebatur Contractus, monachus cœnobii S. Galli, *l)* ordinis divi patris Benedicti, natione Teutonicus, filius comitis *m)* de Veringen in Suevia, vir in divinis ſcripturis eruditiſſimus, & in ſecularibus literis univerſaliter doctiſſimus, Philoſophus, Poeta, Aſtronomus, Rhetor, & Muſicus, nulli ſuo tempore ſecundus, trium linguarum Græcæ, Latinæ, & Arabicæ peritiſſimus. Scripſit carmine & proſa multa præclara volumina, de quibus ego tantum reperi ſubjecta, videlicet,

| | | |
|---|---|---|
| De Muſica | lib. I. | |
| De monochordo | lib. I. | *In conſideranda mono.* |
| De ſex ætatibus mundi *n)* | lib. I. | *Prima eſt mundi hujus.* |
| De compoſitione aſtrolabii | lib. III. | *In metienda igitur ſub.* |
| De utilitate aſtrolabii | lib. I. | *Quicunque Aſtronomicæ.* |
| De eclipſibus | lib. I. | |
| De computo | lib. I. | |
| De quadratura circuli | lib. I. | |
| De conflictu rythmimachiæ | lib. I. | *Qui peritus Arithmet.* |
| De Phyſiognomia | lib. I. | *Clari viri & prudentis.* |
| Vitas plurium ſanctorum | lib. I. | |

Hymnos & proſas varias. Compoſuit etiam dulci & regulari melodia, cantus & proſas pulcherrimas. E quibus eſt illa de beata virgine Maria dulciſſima, *Salve regina. o)* Et, *alma Redemptoris mater*, & cæteræ quarum copioſus eſt numerus. Tranſtulit etiam nonnulla Græcorum philoſophorum & Arabum Aſtrologorum volumina in Latinum. Membris fuit juxta nomen ſuum contractus, ſed ſemper in gratiarum actione perſeverans, unde & per beatam virginem Dei genitricem interius mirabiliter conſolari & illuſtrari meruit.

Claruit temporibus Henrici Imperatoris ſecundi. Anno Domini MXL. *p)*

CCCXXII. GUIMUNDUS *q)* Archiepiſcopus Averſanus, *r)* ex monacho cœnobii de cruce S. Leufredi, ordinis ſacratiſſimi patris Benedicti, vir in divinis ſcripturis ſtudioſus & valde peritus, ſecularium quoque literarum non ignarus. Scripſit ad Rogerium *) monachum, contra errores Berengarii Turonenſis,

| | | |
|---|---|---|
| De corpore & ſanguine Domini | lib. III. *s)* | *Adrem hîc temporibus.* |

Et quædam alia nobis inviſa.

Claruit ſub Henrico Imperatore tertio. Anno Domini, MLX. *t)*

CCCXXIII. ALPHANUS Archiepiſcopus Salernitanus, *t)* ex monacho Caſſinenſis cœnobii, ordinis S. Benedicti, vir in divinis ſcripturis nobiliter doctus, & in ſecularibus literis ad perfectum inſtructus, Philoſophus, & Theologus celeberrimæ opinionis. Scripſit quædam profundi ſenſus opuſcula, quibus ingenium ſuum excitans, nomen etiam ſuum poſteris notificavit. E quibus extant:

| | |
|---|---|
| De unione verbi Dei & hominis | lib. I. |
| De unione corporis & animæ | lib. I. |
| De quatuor humoribus corporis | lib. I. |

Alia quoque *u)* in omni literatura volumina compoſuit, quæ ad nos minime venerunt.

CCCXXIV. CAMPANUS natione Lombardus, Philoſophus & Aſtronomus omniumi opinione ſuo tempore celeberrimus, ingenio acutus, ſermone ſcholaſticus, divinarum quoque ſcripturarum non ignarus, calculator & computiſta inſignis. Edidit ingenii ſui non pauca opuſcula, *x)* quorum lectio Eccleſiarum rectoribus non erit ſpernenda, De quibus ego tantum legi ſubjecta, opus magnum & inſigne,

| | | |
|---|---|---|
| De computo Eccleſiaſtico | lib. I. | *Rogavit me unus ex.* |
| De compoſitione quadrantis | lib. I. | *Scire debes quod circulus.* |

Calendarium quoque. Alia quoque multa in Aſtronomia compoſuit, quæ ad manus noſtras non venerunt.



*x*) Collactaneum. *l*) imo Augiæ majoris. *m*) Wolfradi, vide Lambec. T. 2. p. 470.

*n*) ab orbe condito ad A. 1053. Nam quæ ad A. 1066. ſequuntur, à Bertholdo addita. Editio Caniſiana T. I. Antiqu. Lect. non modo Baſilcenſi & Piſtoriana, ſed quoque Urſtiſiana eſt plenior.

*o*) Hoc alii Petro de Monſoncio, Epiſcopo Compoſtellano tribuunt. Vide Nic. Antonii Bibl. vet. Hiſpan. lib. 6 c. 14.

*p*) natus A. 1013, defunctus 1054. Vide Gundlingiana p. 51. ſeq. *q*) aliis Guitmundus.

*r*) in Apulia Italiæ regione, ut notat Guilielmus Malmesburienſis. *) infra c. 327.

*s*) Primus edidit Erasmus. A. 1530. cum Algero. Vide Erasmi Epiſt. XXVIII. 16. edit. Lond.

*t*) Vixit adhuc A. C. 1090. ut patet ex Urbani II. Epiſtola ad Guimundum Epiſc. quæ refertur in can. *ſane quod ſuper*, 24. qu. 2. *u*) defunctus A. 1086.

*w*) illa vide apud Petrum Diaconum de viris illuſtr. Caſinenſibus c. 19.

*x*) Hic eſt Campanus, cujus Latina verſio Euclidis excuſa Venet. 1482. atque inde Baſileæ 1537.

Digitized by Google

Claruisse dicitur sub Henrico rege tertio, Anno Domini, MXXX. *y)*

CCCXXV. HELPERICUS monachus cœnobii S. Galli, ordinis divi patris Benedicti, natione Teutonicus, vir in divinis scripturis multum eruditus, & in secularibus literis doctissimus, Philosophus, Poeta, & Astronomus insignis, ingenio subtilis & sermone compositus. Scripsit tam metro quam oratione soluta nonnulla opuscula. De quibus ego tantum reperire potui opus præclarum

| | | |
|---|---|---|
| De computo Ecclesiastico | lib. 1. | *Cum fratribus nostris ade.* |
| De Musica quoque | lib. 1. | |

De cæteris nihil vidi. Claruit sub Henrico Imperatore tertio, *z)* Anno Domini MLXIX.

CCCXXVI. BERTHORIUS *a)* Abbas monasterii Cassinensis, ordinis S. Benedicti, vir in sanctis scripturis studiosus & doctus, & in disciplina secularium literarum nobiliter eruditus, Philosophus & medicus insignis. Ante conversionem *b)* suam multa in sua facultate fertur scripsisse opuscula. Sed studium postea mutans, & animarum medicus constitutus, scripsit ad ædificationem fratrum suorum

| | |
|---|---|
| Sermones elegantes | lib. 1. |

Alios insuper variosque tractatus edidit, quorum notitia ad me non pervenit.

CCCXXVII. ROGERIUS monachus ordinis S. Benedicti, ad quem Guimundus *c)* Aversanus Episc. adhuc in cœnobio constitutus, libros tres contra Berengarium scripsisse dicitur, vir doctus & tam in divinis quam in secularibus literis eruditus, ad multorum ædificationem satis luculento sermone descripsit

| | |
|---|---|
| Vitam Brunonis Episcopi Colonienſis | lib. 1. |

Et quædam alia. Claruit sub Henrico Imperatore secundo. Anno MXL.

CCCXXVIII. ALGERUS ex scholastico monachus Corbeiensis in Saxonia, natione Teutonicus, ordinis S. Benedicti, vir in sanctis scripturis jugi studio exercitatus, & veterum lectione dives, atque in secularibus literis magnifice doctus, ingenio cautus & satis disertus eloquio, carmine valens & prosa. Scripsit urbano admodum stylo insigne volumen

| | | |
|---|---|---|
| De Sacramento altaris *d)* | lib. III. | *Quia sancti de corpore.* |
| De gratia & libero arbitrio | lib. 1. | *Sciendum est quod liberum.* |
| Et quasdam Epistolas. | | |

Dicitur autem & alia complura scripsisse, quæ ad manus nostras non venerunt. *e)*

CCCXXIX. ALBERTUS monachus Metensis, ordinis S. Benedicti, natione Gallicus, vir in scripturis sanctis continua exercitatione peritus, & artium humanitatis (quas liberales vocamus) non ignarus. Ut nomen suum transmitteret ad posteros, scripsit quædam non contemnendæ lectionis opuscula. De quibus fertur opus breve, sed utile, *f)* historiam continens rerum gestarum sui temporis, quod dedicavit

| | |
|---|---|
| Ad Episcopum Metensem | lib. 1. |

Et quædam alia. Claruit temporibus Conradi Imperatoris minoris, Anno Domini, MXXX.

CCCXXX. ECKEBERTUS *g)* clericus Leodiensis Ecclesiæ, natione Teutonicus, in divinis scripturis eleganter doctus, & in secularium literarum disciplinis ad perfectum instructus. Scripsit & metro & prosa nonnulla opuscula, quibus nomen suum ad posteritatis notitiam transmisit. E quibus extat volumen metro eleganti compositum, quod prænotavit:

| | |
|---|---|
| De ænigmatibus rusticanis | lib. 1. |
| De eadem re alius major | lib. 1. |

Et quædam alia. Claruit temporibus Henrici Imperatoris tertii. Anno Domini MLX.

CCCXXXI. LEO Papa IX. *h)* Episcopo urbis Leucorum, quæ Tullus vocatur, sub Archiepiscopo Treverensi, sedit in cathedra Petri post Damasum annis VII. Bruno antea vocatus, vir doctus & sanctus. Scripsit nonnulla præclara opuscula, in quibus, eloquii venustas & sententiarum sublimitas merito commendatur. E quibus sunt ista, ad Constantinum monachum *i)* Imp.

| | |
|---|---|
| De extirpandis hæresibus | lib. 1. |
| Ad patriarcham Constantinopolit. *k)* | lib. 1. |
| Contra errores Græcorum | lib. 1. |
| Ad Episcopos Africæ & Ægypti | lib. 1. |
| Epistolarum ad diversos | lib. 1. |

Moritur sub Henrico rege tertio, Imperatore secundo. Anno Domini, MLIV. Indictione septima, multis coruscans miraculis.

CCCXXXII. HUMBERTUS monachus Tullensis, ordinis S. Benedicti, vir in divinis scripturis

*y)* Henricus III, fuit ab A. 1040-1057.
*z)* Hic vulgo Henricus IV. imperavit ab A. 1057. ad 1105.
*a)* Bertharius sive Bertarius aliis A. C. 884. à Saracenis occisus. Vide Petrum Diaconum c. 12. de illustribus Casinensibus.
*b)* Conversionem vocat Trithemius accessionem ad vitam Monasticam. *c)* supra c. 322.
*d)* Editi ab Erasmo A. 1530. & recusi Lovanii 1561. atque inde in Bibl. Patrum T. 21. edit. Lugd. p. 251. Lanfranco & Guimundo præferuntur à Petro Cluniacensi.
*e)* defunctus circa A. 1130. *f)* ex Sigeberto c. 143. de S. E.
*g)* in Sigeberti Codicibus c. 146. Egebertus. *h)* Vide Acta Sanctor. 19. April. T. 2. p. 642. seq.
*i)* Monomachum. *k)* Mich. Cerularium. T. IX. Concil. edit. Labbei p. 949.

Digitized by Google

pturis eruditissimus, & in secularibus literis nobiliter doctus, ingenio & eloquio clarus, quem Leo Papa nonus propter scientiam literarum Romam secum duxit & Episcopum cardinalem ordinavit, missus ab eo Constantinopolim ad confutandas hæreses Græcorum, adeo Nicetam Pectoratum monachum in præsentia Imperatoris Constantini & Michaelis patriarchæ confutavit & devicit, ut librum suum quem contra Latinorum Ecclesiam conscripserat, anathematizaret, & eum manu propria igni comburendum injiceret. Et quicquid ibidem disputando dixit aut fecit, luculenter conscripsit, sub nomine Romani & Constantinopolitani.

Dialogorum more lib. 1. *l)*

Scripsit etiam quædam alia.

Claruit sub Henrico Imperatore secundo. Anno Domini ML.

CCCXXXIII. ANSELMUS monachus Remensis, ordinis S. Benedicti, natione Gallicus, vir in scripturis divinis exercitatum habens ingenium, Scripsit quædam sui studii opuscula, quæ ad manus nostras adhuc minime venerunt. Et inter alia congessit in unum volumen gesta Leonis Papæ noni per Galliam in conciliis & conventibus facta, ut notificaret quanta authoritate Remis, vel in aliis urbibus Synodum celebraverit, quanta industria & subtilitate examinaverit causas Ecclesiasticas, quave districtione peccantes correxerit, quomodoque ei virtus divina cooperata sit, quod satis patuit in una causa Remensis Synodi, ubi dum Episcopus Frisingensis contumaciter ageret contra authoritatem apostolicam, Deo vindicante in omnium oculis repente obmutuit. *m)* Hoc autem opus prænotare voluit:

Itinerarium Leonis Papæ lib. 1.

Claruit sub Henrico rege tertio. Anno Domini, ML.

CCCXXXIV. LANFRANCUS Archiepiscopus Cantuariensis Ecclesiæ in Anglia ex Abbate Codoniensis *n)* cœnobii, ordinis S. Benedicti, natione Italus ex civitate Papiensi, vir in divinis scripturis eruditissimus, & in secularibus literis maxime in dialectica suo tempore omnium opinione doctissimus, & non minus sanctitate quam scientia clarus, reliquit ingenii sui monimenta egregia. De quibus ego reperi duntaxat subjecta,

| | | |
|---|---|---|
| Opus insigne in epistolas Pauli Apostoli omnes | lib. XIV. | |
| In Psalterium commentariorum | lib. 1. | |
| Adversus Berengarium | lib. 1. | *Lanfrancus miserikor.* |
| Gesta Guilhelmi comitis | lib. 1. | |

De cæteris nihil reperi. Claruit sub Henrico Imperatore tertio. Anno Domini MLX. *o)*

CCCXXXV. PETRUS Damiani ex monacho divi patris Benedicti, Episcopus Hostiensis *p)* & sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalis, vir in divinis scripturis studiosus & eruditus, & secularium literarum non ignarus, ingenio mitis & acutus, eloquio placidus & compositus, & ad persuadendum satis idoneus, non minus sanctitate quam eruditione clarus & insignis effulsit. Qui exemplo magni Gregorii antistitis, amore solitudinis & quietis Episcopatum suum deserens, postea quam illum annis aliquot strenue gubernaverat, ad cœnobium suum reversus est, & vitam deinceps cum fratribus suis in tranquillitate animi exegit. Cum autem à summo Pontifice charitativa interpretatione argueretur, cur Episcopatum, utpote vir utilis & idoneus dimisisset amore salutis privatæ, ad tres sibi invicem succedentes, Nicolaum secundum, Alexandrum secundum, & Gregorium septimum Romanos pontifices apologeticos *q)* edidit, in quibus authoritate, ratione & exemplo factum suum humiliter excusans, animos eorum placavit. De cujus opusculis subjecta feruntur. Ad Leonem Heremitam, utrum solitarius orans horas canonicas, debeat etiam dicere, *Dominus vobiscum*, quando nemo sit, qui respondeat, opusculum instructum, quod prænotatur:

| | | |
|---|---|---|
| Dominus vobiscum | lib. 1. | *Domino Leoni amore.* |
| Apologeticorum | lib. III. *r)* | *Domino suo Nicolao sal.* |
| De incontinentia sacerdotum | lib. 1. | *Nuper habens cum nonnullis.* |
| De uxoribus clericorum | lib. 1. | *Vos alloquor ô lepe.* |
| Regula solitariorum | lib. 1. | *Dum fervorem sanctæ con.* |
| Exhortatorium ad monachos | lib. 1. | *Fratribus in Gangens.* |
| Miraculorum sui temporis | lib. 1. | *Dilectissimo Gerardo.* |
| De profectu monachorum | lib. 1. | |
| Antilogion contra Judæos | lib. 1. | |
| De avaritia prælatorum | lib. 1. | |
| Vita Odilonis Abbatis | lib. 1. | *Hugo Cluniac. Abbas.* |
| De terrore mortis | lib. 1. | *Blanca olim comitissa.* |
| De meditatione mortis | lib. 1. | *Pensandum quippe est.* |
| Contra Episcopos Simoniacos | lib. 1. | |
| Contra quendam Episcopum | lib. 1. | |



*l)* Extat apud Baron. ad calcem tomi XI.

*m)* Hæc Trithemius ex Sigeberto c. 152. de S. R. *n)* Beccensis. Vide Acta Sanctor. 28. Maj. T. VI. p. 832. seq. Huetium Orig. Cadomens. c. 24. Warthonum in Anglia sacra &c.

*o)* obiit A. 1089. die 28. vel 24. Maj. vide Antonium Pagi T. IV. Critic. Baron. p. 303. Labbeum de S. R. T. 2. p. 755.

*p)* Ostiensis. *q)* Vide Damiani Opuscula. 19. 20.

*r)* tertium in operibus Damiani Romæ, Lugd. & Paris. junctim editis non reperio. Vide editionem Paris. 1642. fol.

| | | |
|---|---|---|
| De insolentia malignorum hominum | lib. 1. | |
| Gratissimus seu probatissimus | lib. 1. | *Domino Henrico Rammatico.* |
| Declamationis rhetoricæ | lib. 1. | |
| De naturis quorundam animalium | lib. 1. | |
| De Flora & Lucilla | lib. 1. | *Adhuc dilectissimi vir.* |
| De Cassiano martyre | lib. 1. | *Admirabilis & gloriosa.* |
| De S. Bonifacio | lib. 1. | *Beati Bonifacii gloriosa.* |
| De S. Anastasio | lib. 1. | *Adpulchrum fratres eha.* |
| Sermonum & homiliarum | lib. 1. | |

Et alia multa, quæ non vidi. Claruit sub Henrico rege quarto, Anno Domini, ML. *r*)

CCCXXXVI. BRUNO Archiepisc. Ruthenorum ex monacho, ordinis S. Benedicti, natione Italus, vir in divinis scripturis doctus, & declamator homiliarum ad populum egregius, sanctus denique & Deo dignus, quippe qui fidem catholicam in Prussia *s*) prædicans, ab inimicis Christi martyrio legitur coronatus. Scripsit ingenii sui nonnulla præclara opuscula. De quibus extant, commentariorum

| | |
|---|---|
| In Genesim. | lib. 11. |

Et quædam alia. Passus est à Prussis sub S. Henrico Bambergensi, qui fuit secundus hujus nominis rex & Imperator primus. *s*) Anno Domini MVIII. Indictione VI. Quem multis affectum suppliciis, & pedibus manibusque abscissis, postremo capitis truncatione Christi martyrem fecerunt.

CCCXXXVII. ERHARDUS monachus ordinis S. Benedicti, vir in divinis scripturis studiosus, & continua exercitatione doctus, ingenio subtilis & promptus eloquio, in declamandis homiliis ad populum excellentis industriæ fuit, qui divinas scripturas exponendo nomen suum notificavit, & crebra earundem perlustratione doctor egregius factus est. Scripsit autem non contemnendæ lectionis opuscula, de quibus feruntur:

| | |
|---|---|
| Commentariorum in Genesim | lib. 1. |
| In Exodum | lib. 1. |
| In Leviticum | lib. 1. |
| In Numeros | lib. 1. |
| In Deuteronomium | lib. 1. |
| Homiliarum quoque | lib. 1. |

Alia quoque nonnulla edidit, quæ ad notitiam meam non venerunt.

CCCXXXVIII. BERNOLDUS Presbyter Ecclesiæ Constantiensis in Suevia, natione Teutonicus, vir devotus, & in scripturis sanctis studiosus & eruditus, atque in disciplina secularium literarum sufficienter instructus, ingenio clarus, & comptus eloquio, reliquit studii sui nonnulla opuscula, quæ tamen ad notitiam nostræ lectionis minime venerunt. Hic ad utilitatem Ecclesiasticæ reipublicæ compositisse dicitur volumen, quod prænotavit

| | |
|---|---|
| Ordinem Romanum *u*) | lib. 1. |

Claruit temporibus Henrici quarti. Anno Domini, MLX.

CCCXXXIX. MARBODUS Episc. Redonensis, *x*) in divinis scripturis multum studiosus, & veterum lectione doctus, atque in disciplinis secularium literarum nobiliter eruditus, metro excellens & prosa. Scripsit utroque stylo non pauca volumina, quæ legentibus non minus placere possent quam prodesse. Inter quæ præcellit opus insigne, quod triplici sensu eleganti metro composuit

| | |
|---|---|
| In Cantica canticorum | lib. 1. |
| Passionem Thebæorum metrice | lib. 1. |

Et quædam alia. Claruit temporibus Henrici tertii, Anno Domini, ML.

CCCXL. MARIANUS monachus Fuldensis, ordinis S. Benedicti, natione Scotus, vir in divinis scripturis eruditus, & secularium literarum non ignarus, historiographus, & computista insignis, patriam suam relinquens, venit in Germaniam pro Christi amore peregrinus, & primum Coloniæ ad S. Martinum monachus factus, & solitudinis desiderio inclusus, duobus annis ibidem mansit. Postea vero ad Fuldam translatus, XII. annis ibidem inclusus mansit, donec tandem propter eruditionem & sanctitatem jussu Episcopi Moguntini & Abbatis Fuldensis, ad Moguntiam transmigrans annis XVII. apud S. Martinum denuo stans inclusus, in magno ab omnibus honore habebatur. Scripsit ab initio mundi usque ad sua tempora *y*) Chro-

*r*) defunctus A. 1072. ætat. 66. Vide vitam Petri Damiani, quem cum Petro de Honestis Portuensis cœnobii conditore perperam nonnulli confundunt, scriptam à Jacobo Laderchio. Rom. 1702. 4.

*s*) Prussia. Confer de hoc Brunone Martyrolog. Rom. 14. Octob. & Christophori Hartknochii Hist. Ecclesiasticam Prussiæ Germanica lingua editam p. 24. seq. uti eum à Brunone Olmucensi Episcopo distinguit. *t*) supra c. 311.

*u*) Hic videtur esse Ordo Romanus in Georgii Cassandri Operibus p. 97. seq. & in Patrum Bibl. atque in Melch. Hittorpii scriptoribus de Divinis officiis editus, quem alii retulere ad sæculum Octavum. Hittorpius plane pro Gelasiano Codice perperam utique habuit, cum sit potius ex Gelasiano & aliis collectus. Vide Mabillonii Museum Italicum tom. 2.

*x*) Marbodi Redonensis in Gallia Armorica Episcopi opuscula Operibus Hildeberti Cenomanensis subjecit Antonius Beaugendre Paris. 1707 fol. His ad calcem Voluminis appendic s loco subnectitur Canticum Canticorum versibus Leoninis expressum. At Passio Thebæorum sive S. Mauricii & sociorum ejus legitur p. 1535. seq.

*y*) Desinit in A. C. 1083. Nam quæ sequuntur usque ad A. 1200. addita sunt à Dodechino Abbate. Ediderunt Jo. Heroldus Basil. 1559. & Jo. Pistorius Francof. 1583. De hoc Mariano Serarius in Mogunt. & Georgius Mackenzie in vitis scriptorum Scotorum T. 1. p. 99. seq.

| | | |
|---|---|---|
| Chronicam insignem | lib. III. | *Divino informatus.* |
| De concordantia Evangelistarum | lib. I. | *Fuit in diebus Herodis.* |
| De computo quoque | lib. I. | |

Et quædam alia. Moritur sub Henrico quarto. Anno Domini, MLXXXVI. Indictione IX. Ætatis suæ anno LVIII. & Moguntiæ apud S. Martinum in majori Ecclesia non sine sanctitatis opinione sepelitur.

CCCXLI. WENERICUS *z)* Episc. Vercellensis ex clerico Ecclesiæ Trevirensis, natione Teutonicus, vir in divinis scripturis eruditus, & in disciplina secularium literarum sufficienter instructus, nomen suum scribendo notificavit posteris, quamvis ad nostræ lectionis notitiam ejus opuscula non pervenerint. In ea discordia, quæ fuit inter Hildebrandum Gregorium Papam septimum, & Henricum Imperatorem tertium sive regem quartum, scripsit ex persona Theoderici Virdunensis Episcopi cum adhuc Treveris esset clericus, ad eundem Papam Gregorium divinis scripturis instructum volumen, non eum increpans, sed seniorem obsecrans ut patrem, & amicabili affectu quasi dolentis suggerens ei omnia quæ contra jus legum & fas æquitatis eum fecisse vel dixisse loquax fama divulgaverat, quod prænotavit:

| | |
|---|---|
| De discordia regni & sacerdotii *a)* | lib. I. |

De cæteris nihil reperi. Claruit sub Henrico rege quarto. Anno Domini, MLXXX.

CCCXLII. THEODERICUS *b)* monachus ordinis S. Benedicti, natione Teutonicus, vir in divinis scripturis eruditus & in secularibus literis nobiliter doctus, ingenio subtilis, & clarus eloquio. Fertur non spernendæ lectionis quædam opuscula scripsisse, de quibus ad meam notitiam pauca pervenerunt. Legi tantum ad Richardum Abbatem Fuldensem,

| | | |
|---|---|---|
| De vita S. Benedicti | lib. I. | *Cum cælestium sacramenta.* |
| De translatione corporis ejusdem | lib. I. | *Cum dingens Longo.* |
| Epistolarum ad diversos. | lib. I. | |

Alia quoque tam metro quam prosa plura composuit, quæ ad nos non venerunt.

Claruit sub Henrico rege tertio. Anno Domini, MXL.

CCCXLIII. ADAM Abbas de Persema, *c)* ordinis divi patris Benedicti, vir in divinis scripturis jugi exercitatione doctus, & veterum lectione dives, atque in literarum secularium scientia sufficienter eruditus, in declamandis homiliis celeberrimæ opinionis, nomen suum varios componendo tractatus cum laude transmisit ad posteros. Extant ejus devoti & utiles,

| | |
|---|---|
| Sermones ad fratres | lib. I. |
| De sanctis & diversis materiis | lib. I. |

Fertur etiam quosdam sacræ scripturæ explicuisse tractatus, quibus abundantem ingenii sui vepam ostenderit, sed ad notitiam meam non venerunt.

CCCXLIV. ANSELMUS Episcopus Lucensis, **)* vir in divinis scripturis eruditissimus, & in secularibus literis non infime doctus, Gregorii Papæ VII. cooperator indefessus, & contra Guibertum ei subordinatum ab Henrico, defensor egregius, adeo ut omnia ejus facta, dicta, vel scripta contra Henricum Imperatorem authoritate juris & scripturarum defenderet. Reliquit ingenii magni monimenta clarissima, quibus nomen suum ad posteritatis notitiam cum gloria transmisit. E quibus extant:

| | |
|---|---|
| In Hieremiam Prophetam | lib. I. |
| In Psalterium quoque | lib. I. |
| Contra Guibertum antipapam | lib. I. *d)* |
| Et plures Epistolæ ad diversos | lib. I. |

Claruit sub Henrico quarto. Anno Domini MLXXX.

CCCXLV. WILLERAMUS Abbas Mersburgens. ordinis S. Benedicti natione Teutonicus, vir in divinis scripturis eruditus, & secularium literarum non ignarus, carmine exercitatus &, prosa, cum in universitate Parisiensi aliquamdiu literis impendisset studium, ad patriam reversus Bambergensis Ecclesiæ scholasticus factus est. Tandem considerans mundi gloriam transire cum tempore, contempto seculo, in Fuldensi cœnobio pro Christi amore monachum induit, & postremo crescentibus meritis, in monasterio Sancti Petri prope Mersburg Abbas consecratus, nomen suum scribendo posteris notificavit. De cujus opusculis ego tantum legi volumen metro & carmine mixta prosa, pulchra varietate compositum, de nuptiis Christi & Ecclesiæ,

| | | |
|---|---|---|
| In Cantica canticorum | lib. III. *e)* | *Cum majorum studia intu.* |



*z)* aliis Venericus, vel Werricus.

*a)* Similem titulum postea elaboratissimo operi de Concordia Sacerdotii & Imperii imposuit Petrus de Marca, Archiepiscopus Parisiensis.

*b)* Idem ut videtur Theodericus monachus Theologiensis in diœcesi Trevirensi, circa A. 1066. clarus, cujus vitam S. Conradi Sinonis habes in Actis Sanctor. T. I. Junii p. 127.

*c)* al. *Persenna* vel *Persensa*. Hujus Adami leguntur quædam in allegoriis & tropologiis XXX. mysteriorum ab Ottomaro Luscinio atque deinde à Godfrido Tilmanno editis Paris. 1543. 1574.

**)* Vide Acta Sanctor. 18. Mart. T. 2. p. 647. seq.

*d)* libri duo contra Guibertum editi à Canisio T. VI. Antiqu. Lect. atque inde in Bibliothecas Patrum relati.

*e)* in editione Latina Memradi Moltheri, Hagenoæ 1528. 8. & Theotisca Pauli Merulæ Lugd. Bat. 1578. 8. nulla librorum distinctio. Sed Lambecius, qui T. 2. p. 765. seq. specimen Codicis insignis Bibl. Cæsareæ exhibet, in quo per tres columnas sive στηλίδια sic opus est exaratum, ut in prima exhibeatur Willerami metaphrasis latina, mediam occupent ipsa verba Cantici canticor. latinis litteris capitalibus exarata, tertiam denique paraphrasis Theotisca, has tres co-

De cæteris nihil vidi. Claruit sub Henrico tertio. *f*) Anno Domini MLXX.

CCCXLVI. FRANCO scholasticus Leodiensis Ecclesiæ, natione Teutonicus, vir in divinis scripturis magnifice doctus, & in secularium literarum disciplina eruditissimus, Philosophus, Astronomus, & computista insignis, & non minus religione quam scientia venerabilis. Fertur in sacris scripturis nonnullos composuisse tractatus, qui ad notitiam meam adhuc non venerunt. Scripsit ad Archiepiscopum Colonienſ. Hermandum secundum, subtile opus & egregium,

| | |
|---|---|
| De quadratura circuli | lib. 1. |
| De computo Ecclesiastico | lib. 1. |

Et alia plura. Claruit sub Henrico Imperatore tertio. Anno Domini MLX.

CCCXLVII. BERNARDUS monachus Cluniacensis, ordinis S. Benedicti, vir in scripturis sanctis jugi meditatione exercitatus, & secularis literaturæ non ignarus, religione quoque & morum honestate conspicuus. Jubente venerabili Abbate Hugone, omnes consuetudines Cluniacensis monasterii in unum volumen luculento sermone congessit titulum præponens operi,

| | |
|---|---|
| Consuetudines Cluniacensium | lib. 1. |

Scripsit & alia. Claruit sub Henrico Imperatore tertio. Anno Domini ML.

CCCXLVIII. BERNARDUS monachus Corbiensis in Saxonia, ordinis S. Benedicti, natione Teutonicus, vir in divinis scripturis nobiliter doctus & in secularibus literis peritissimus, carmine excellens & prosa, ingenio subtilis & disertus eloquio. Scripsit ad Hartwinum Magdeburgensem Archiepiscopum luculento quidem sermone sed amaro volumen

| | |
|---|---|
| Contra Henricum quartum *g*) | lib. 1. |

Et alia quæ non vidi. Claruit ejusdem Henrici Imperatoris temporibus. Anno Domini MLXX.

CCCXLIX. IVO Episc. Carnotensis *h*) ex præposito S. Quintini Beluacensis, ordinis canonicorum regularium divi patris Augustini, vir in divinis scripturis exercitatus, & canonum sanctorum patrum ac generalium conciliorum cautissimus interpres, nec minus sanctitate quam scientia reverendus, ordinem suum diu collapsum magnifice reformavit. Scripsit post Burkardum *i*) Wormacienſem Episcopum ex canonibus sanctorum compendiosum decretum, quo ante Gratiani tempore utebantur Juristæ, quod prænotavit:

| | | |
|---|---|---|
| Panormiam *k*) | lib. x. | *Excerptiones Eccleſi.* |
| Epistolarum ad diversos | lib. 1. | *Ivo Eccleſiæ Carnotenſis.* |

Et quædam alia. Claruit sub Henrico quarto, Anno Domini, MXC.

CCCL. HILDEBERTUS Episcopus Cenomannensis, & Turonensis postmodum Archiepiscopus, vir in divinis scripturis eruditissimus, & in secularibus doctrinis nulli suo tempore secundus, ingenio acutus & multum disertus eloquio, Berengarii Turonensis quondam discipulus, sed persecutor erroris, qui multas pro Ecclesiastica libertate persecutiones & tribulationes usque ad carceres sustinuit. Scripsit utroque stylo, metrico videlicet & prosaico quædam præclara opuscula, **) de quibus ad lectionis nostræ notitiam adhuc pauca pervenerunt. Scripsit eleganti metro valde pulchram & utilem expositionem

| | | |
|---|---|---|
| Super toto missæ officio *l*) | lib. 1. | *Scribere propoſui quæ.* |
| De suo exilio | lib. 1. | *Nuper eram locuples in.* |
| De miseria hujus vitæ | lib. 1. | |
| De Sacramento altaris | lib. 1. | *Tollimur è medio fa.* |
| Epistolarum ad diversos | lib. 1. | |
| Hymnorum & orationum diverso metro | lib. 1. | |

Epitaphium Berengarii sui quondam præceptoris in versibus quinquaginta duobus comprehendit. Scripsit & alia plura nobis adhuc incognita. Claruit sub Henrico quarto. Anno Domini MXC.

CCCLI. ANSELMUS Archiepiscopus *m*) Cantuariensis in Anglia ex Abbate monasterii Beccensis in Normannia, ordinis S. Benedicti, Lanfranci quondam auditor atque discipulus vir in divinis scripturis eruditissimus, & secularium literarum peritia nulli suo tempore secundus, vita & conversatione integer atque sanctissimus, mente devotus, ore facundus, operatione strenuus, vultu angelicus, incessu maturus, progressu exemplaris, studio scripturarum continuus, & omni virtute ornatus & insignis fuit. Scripsit pene infinita opuscula, de quorum numero feruntur subjecta.

Con-

lemmus pag. 768. putat Trithemio nostro dedisse, ut tribus libris conflare opusculum scriberet. Extat quoque MS. Vratislaviæ in Bibl. Rhedigeriana.

*f*) quarto, qui imperavit ab A. C. 1057. ad 1105.

*g*) vide Sigebert. c. 165. de S. E. *h*) Vide Acta Sanctor. 20. Mai. T. V. p. 247. seq. ubi & vita Ivonis à Joanne Frontone scripta, cum notis Papebrochii. *i*) de quo supra, cap. 310.

*k*) Vocabulum hybridum ex Græco πᾶν & Latino *norma* conflatum. Licet sint qui legant *panamiam*, à πάμος. Caterum non decem libris constat hoc opus sed octo partibus distinguitur. Ut liber decretorum ab Ivone collectus, partibus XVII.

**) Hildeberti Operum non ita pridem præclaram editionem dedit Antonius Beaugendre, Monachus Benedictinus, Paris. 1708. fol.

*l*) Hoc scriptum carmine compositum elegiaco in codice MS. membranaceo, quem possideo, tribuitur Mauricio Scubanensi. Sed Hildeberti esse ex aliorum Codicum consensu, & scribendi ipsa ratione jam non dubito, licet sub Mauritii nomine ante aliquot annos ediderim. *m*) vide Acta Sanctor. 21. April. T. 2. p. 865. seq.

Digitized by Google

| | | |
|---|---|---|
| Contra gentes cur Deus homo | lib. 1. | *Sæpe & studiose à mul.* |
| De incarnatione verbi contra Judæos | lib. 1. | *Domino & patri universæ.* |
| De conceptu virginali | lib. 1. | *Cum in omnibus religiosæ.* |
| Prosologium | lib. 1. | *Eia nunc homuncio fu.* |
| Monologion | lib. 1. | *Si quis unam naturam.* |
| De Spiritu Sancto contra Græcos | lib. 1. | *Negatur à Græcis quod Spi.* |
| De casu diaboli | lib. 1. | *Illud Apostoli, Quid habes.* |
| De diversitate Sacramentorum | lib. 1. | *Domino & amico Walram.* |
| De fermento & azymo | lib. 1. | *Anselmus servus est.* |
| De voluntate Dei | lib. 1. | *Humana ratio cum de.* |
| De S. Trinitate | lib. 1. | |
| In Cantica canticorum | lib. 1. | |
| De pace & concordia | lib. 1. | |
| De libero arbitrio | lib. 1. | *Cum liberum arbitrium vi.* |
| De gratia & libero arbitrio | lib. 1. | *De tribus illis quæstio.* |
| Dialogus de veritate | lib. v. | *Quoniã Deum veritatem esse.* |
| De similitudinibus | lib. 1. | *Voluntas tripliciter in.* |
| De mensuratione crucis | lib. 1. | *Quoniam jubente filio no.* |
| Meditationes | lib. 1. | *Domine Deus meus da cor.* |
| Meditationes de passione Domini | lib. 1. | *Anima Christiana, anima de.* |
| De beata vita | lib. 1. | |
| De beata sufficientia | lib. 1. | |
| De bona occupatione | lib. 1. | |
| De laudibus S. Mariæ | lib. 1. | |
| Stimulus amoris | lib. 1. | *Jesum Nazarenum à Ju.* |
| Pro insipiente | lib. 1. | *Dubitanti utrum sit.* |
| Contra insipientem | lib. 1. | *Quoniam non me reprehend.* |
| De miseria hominis | lib. 1. | *Terret me vita mea.* |
| De Antichristo | lib. 1. | |
| Dialogus Christiani & Gentilis | lib. 1. | |
| De octo beatitudinibus | lib. 1. | |
| De membris Deo attributis | lib. 1. | *Ubicunque sacra scriptu.* |
| De Sacramentis & officiis divinis | lib. II. | *Celebratio missæ in con.* |
| Proverbia. i. de domo conscientiæ | lib. 1. | *Domus hæc in qua habi.* |
| In hexameron | lib. 1. | |
| Ad Lanfrancum Archiepiscopum | lib. 1. | |
| De Grammatico | lib. 1. | |
| De S. Johanne Baptista | lib. 1. | |
| In assumtione S. Mariæ | ho. 1. | *Intravit Jesus, &c. quid.* |
| Ad Guilhelmum Hirsaugiensem | epi. 1. | *Ex quo vestra probitas mi.* |
| Epistolarum ad diversos | lib. 1. | *Servus servorum Dei in.* |
| De peccato originali | lib. 1. | |
| Sermones etiam nonnullos | | |

Sed & alia complura scripsisse dicitur, quæ ad notitiam meam non venerunt.

Claruit sub Henrico Imperatore tertio. Anno Domini MLXXX.

CCCLII. GVILHELMUS *n)* Abbas Hirsaugiensis cœnobii, in diœcesi Spirensi, ordinis S. Benedicti, natione Teutonicus, ad quem beatus Anselmus Cantuariensis Archiepiscopus nonnullas conscripsit Epistolas, vir in divinis scripturis eruditissimus & in secularibus literis nulli suo tempore apud Germanos inferior, Philosophus, Astronomus & Musicus insignis, vita & conversatione sanctissimus, quippe qui multis legitur coruscasse miraculis, regularem disciplinam jamdudum collapsam in multis cœnobiis Germaniæ reformavit. Scripsit ergo pro conversatione monasticæ observantiæ ex veterum statutis,

| | | |
|---|---|---|
| Constitutiones monachorum | lib. II. | *Cum ego frater Guilhelmus.* |
| De Musica & tonis | lib. 1. | *Post quam donante Deo pe.* |
| De horologio | lib. 1. | *Quicquis veracissimum.* |
| De correctione Psalterii | lib. 1. | *Si quis in hac necessaria.* |
| Ad S. Anselmum Cantuar. | epist. III. | |
| Epistolarum ad diversos | lib. 1. | |

Alia quoque nonnulla edidit, quæ negligentia veterum in oblivionem venerunt. Moritur sub Henrico Imp. tertio, rege autem Romanorum quarto, Anno Domini MXCI. Indictione XIV. IV. Nonas Julii. Sepultus in medio Ecclesiæ Apostolorum, magna opinione sanctitatis.

CCCLIII. GISELBERTUS præpositus monasterii West in Anglia, ordinis S. Benedicti, Anselmi Cantuariensis auditor atque discipulus, vir in divinis scripturis eruditus, & secularis Philosophiæ non ignarus, ingenio promtus & cautus eloquio, nomen suum scribendo posteris notificavit



*n)* De hoc Guilelmo multis Trithemius in Chronico Hirsaugiensi p. 62. seqq.

Digitized by Google

ficavit, dum quædam neceſſaria opuſcula compoſuit. De quibus iſta feruntur, diſputatio contra Judæos, o)

| | |
|---|---|
| Ad beatum Anſelmum Epiſcopum | lib. 1. |
| In Eſaiam Prophetam | lib. 1. |

Et quædam alia. Claruit ſub Henrico quarto cum Anſelmo. Anno Domini MXC.

CCCLIV. GUNTHERUS p) monachus Elvonenſis, ordinis S. Benedicti, in divinis ſcripturis jugi exercitatione peritus, & in diſciplinis ſecularium literarum nobiliter doctus, Theologus & Poeta clarus, ingenio ſubtilis & comptus eloquio. Scripſit & metro & proſa quædam præclara volumina, de quibus ad notitiam meam pauca pervenerunt. Extat ejus volumen eleganti metro

| | |
|---|---|
| De paſſione S. Cyriaci | lib. 1. |

Et quædam Epiſtolæ. Claruit temporibus Henrici regis quarti. Anno Domini MC.

CCCLV. THEODERICUS Abbas monaſterii S. Trudonis, Leodienſis diœceſis, ordinis divi patris Benedicti, natione Teutonicus, vir in ſcripturis ſanctis ſtudioſus & eruditus, atque in ſecularibus literis ſufficienter inſtructus carmine excellens & proſa. Scripſit utroque ſtylo quædam præclara opuſcula, in quibus ſuum magnifice exercitavit ingenium. E quibus feruntur ſubjecta, eleganti metro conſcripta.

| | |
|---|---|
| Vita ſancti Trudonis | lib. 1. |
| Vita ſancti Bauonis | lib. 1. |
| Vita ſancti Remoldi * | lib. 1. |

Et alia plura. Claruit temporibus Henrici quarti. Anno Domini, MC.

CCCLVI. PETRUS Alphonſus ex Judæo converſus ad fidem, Moyſes antea vocatus, quem rex q) Alphonſus de ſacro fonte levans ſuo agnomine inſignivit, vir in ſcripturis ſanctis eruditus, & in ſeculari Philoſophia nobiliter doctus, in argumentum ſuæ ſinceræ fidei, ſcripſit ſub nomine Moyſi Judæi, quod fuerat, & Petri Chriſtiani, quod eſſe cœpit inſignem dialogum

| | | |
|---|---|---|
| Contra Judæos | lib. 1. | *Uni & æterno prime.* |
| De ſcientia & Philoſophia | lib. 1. | |

Et quædam alia. Claruit temporibus Henrici quarti. Anno Domini, MC.

CCCLVII. HONORIUS Auguſtodunenſis Eccleſiæ Presbyter & Icholaſticus, vir in ſcripturis ſtudioſiſſimus & valde eruditus, atque in ſecularibus ſcientiis nobiliter doctus, ingenio ſubtilis & clarus eloquio. Scripſit multa præclara opuſcula. De quibus iſte per ſe in libro illuſtrium virorum, quæ prænotavit, de luminaribus Eccleſiæ recenſuit ſubjecta. Opus valde neceſſarium de Chriſto, de Eccleſia & de futura vita, quem prænotavit

| | | |
|---|---|---|
| Elucidarium | lib. III. | |
| De libero arbitrio | lib. 1. | |
| Sigillum S. Mariæ | lib. 1. | *Dicitis vos mirari cur.* |
| Speculum Eccleſiæ ſive ſermonum | lib. 1. | |
| Offendiculum de ſacerdotibus | lib. 1. | |
| Summam hiſtoriarum | lib. 1. | |
| Gemmam animæ de officiis divinis | lib. VI. | *Agmen in caſtris æterni.* |
| De imagine mundi | lib. II. | *Mundus itaque dicitur.* |
| In Cantica canticorum | lib. 1. | *In principiis librorum.* |
| De luminaribus Eccleſiæ | lib. 1. | *Gelaſius urbis Romæ.* |
| De corpore Domini | lib. 1. | |
| In hexameron | lib. 1. | |
| De Deo & vita æterna | lib. 1. | |
| De anima | lib. 1. | |
| Scalam cœli de gradibus viſionum | lib. 1. | |
| Clavem Phyſicæ de naturis rerum | lib. 1. | |
| In toto Pſalterio | lib. 1. | |
| In Evangelia homiliarum | lib. 1. | |
| De Papa & Imperatore | lib. 1. | |
| Dialogum ex opuſculis Auguſtini | lib. 1. | |
| Refectionem menſium de feſtis | lib. 1. | |
| Pabulum vitæ de ſanctis | lib. 1. | |
| Epiſtolarum ad diverſos | lib. 1. | |

Alia inſuper multa edidit, quorum titulos invenire necdum potui. Claruit ſub Henrico quinto. Anno Domini MCXX.

CCCLVIII. SIGEBERTUS monachus Gemblacenſis, ordinis S. Benedicti, natione Gallicus, vir in divinis ſcripturis à juventute ſua ſtudioſiſſimus & multum eruditus, atque in ſecularibus literis nulli ſuo tempore in Leodienſium territorio ſecundus, carmine exercitatus & proſa. Scripſit utroque

o) ſub *Guilelmi de Campellis* nomine exſtat T. XX. Bibl. Patrum edit. Lugd. p. 1884. Sed *Gilberto Criſpino* Abbati Weſtmonaſterienſi ex MSti fide vindicat in Anſelmo ſuo Clariſſimus Vir Gabriel Gerberonius.

p) Non confundendus cum Gunthero Ligurini ſcriptore qui claruit circa A. C. 1210.

* Rumoldi. q) Arragoniæ, Caſtellæ & Legionis.

Digitized by Google

utroque ſtylo multa volumina, quibus nomen ſuum transmiſit ad poſteros. Reprehenditur autem in eo, quod Henrico Imperatori Romanæ Eccleſiæ perſecutori & rebelli adhærens, contra Hildebrandum Gregorium ſeptimum Papam lireras & opuſcula ſcripſit, quæ ſuum propoſitum non decebant. Quid vero ſcripſerit, in fine illuſtrium virorum aperte declaravit. Cum in cœnobio S. Vincentii Metenſi ad inſtruendos pueros eſſet poſitus, ſcripſit heroico metro

| | | |
|---|---|---|
| Vitam S. Theodorici Epiſcopi | lib. 1. | |
| Paſſionem S. Luciæ metrice | lib. 1. | |
| De translatione ejusdem | lib. 1. | |
| Vitam Sigeberti regis | lib. 1. | |
| Paſſionem Thebæorum | lib. 1. | |
| Vitam S. Guiberti | lib. 1. | |
| Geſta Abbatum Gemblacenſium | lib. 1. | |
| Vitam S. Maclovii | lib. 1. | |
| Vitam S. Theobardi | lib. 1. | |
| Contra Papam Gregorium | lib. 1. | |
| Apologiam ad Imperatorem | lib. 1. | |
| Contra Epiſtolam Paſchalis Papæ | lib. 1. | |
| In Eccleſiaſten heroico metro | lib. 1. | |
| Hiſtoriarum poſt Euſebium | lib. 1. | |
| De illuſtribus viris | lib. 1. | *Marcellus Marci ur.* |
| De computo Eccleſiaſtico | lib. 1. | |
| Sermonum quoque | lib. 1. | |
| Epiſtolarum ad diverſos | lib. 1. | |

Alia etiam poſt hæc edidit, quæ cum ſupra ſcriptis opuſculis non ſignavit. Claruit temporibus Henrici Imperatoris tertii, regis quarti. Anno Domini MCX. Chronicam ſuam perduxit usque ad annum MCXI.

CCCLIX. CALIXTUS Papa ſecundus, natione Burgundus, frater ducis Burgundiæ, prius Archiepiſcopus Viennenſis, ſedit in pontificatu poſt Gelaſium *r*) annis ſex, vir in divinis ſcripturis eruditus, & ſecularium literarum non ignarus, amator S. Jacobi Apoſtoli præcipuus ob cujus honorem Eccleſiam Compoſtellanam in Archiepiſcopatum ſublimavit. Scripſit compoſito ſermone & maxima diligentia,

| | | |
|---|---|---|
| De miraculis S. Jacobi | lib. 1. | *Calixtus Epiſcopus ſervus.* |
| Epiſtolarum ad diverſos | lib. 1. | |

Et quædam alia. Claruit ſub Henrico quinto. Anno Domini, MCXX.

CCCLX. STEPHANUS qui & Herrandus Halberſtatenſis Eccleſiæ quartusdecimus Epiſcopus, ex Abbate Illenburgenſis cœnobii, ordinis ſancti Benedicti, natione Teutonicus, vir in divinis ſcripturis eruditus & ſecularium literarum non ignarus, ingenio ſubtilis & diſertus eloquio. Scripſit non contemnendæ lectionis opuſcula, ſed in manus noſtras pauca venerunt. Scripſit in perſona Ludovici comitis elegantiſſimam & utilem epiſtolam ad Waltramum Epiſcopum Nienburgenſis Eccleſiæ, defendentem Henricum rebellem Eccleſiæ Romæ.

| | | |
|---|---|---|
| Defenſorium Papæ | lib. 1. | *Sicut bonus homo de bo.* |
| Et plures Epiſtolas ad diverſos | lib. 1. | |

Et quædam alia. Moritur ſub Henrico quinto. Anno Domini, MCVII. Indictione quintadecima. Et honorifice ſepultus eſt in Reinsburg.

CCCLXI. BERNARDUS Abbas Claræ vallenſis primus, ordinis Ciſtertienſis, natione Burgundus, vir nobilis & ſanctus, qui multis & in vita & poſt obitum miraculis claruit, in divinis ſcripturis eruditus, & ſecularium literarum non ignarus, ingenio ſubtilis, & ornatus eloquio, quippe qui nihil in ſuis neglexit ſcriptis, quod ad ornandam orationem poſſet conducere. Edidit multa præclara opuſcula, de quibus feruntur ſubjecta:

| | | |
|---|---|---|
| De conſideratione ad Eugenium | lib. v. | *Subit animam dictare ali.* |
| Meditationum ſuarum | lib. 1. | *Multi multa ſciunt &* |
| De contemptu mundi ad clericos | lib. 1. | *Ad audiendum ut credi.* |
| De gradibus humilitatis | lib. 1. | *Rogaſti me frater Gotfrid.* |
| De gratia & libero arbitrio | lib. 1. | *Loquente me nuper co.* |
| Ad milites templi | lib. 1. | *Hugoni militi Chriſti &.* |
| Speculum vitæ religioſæ | lib. 1. | *Si quis inter vos emem.* |
| De ſcala clauſtrali | lib. 1. | *Cum dle quadam corpora.* |
| Ad Carthuſienſes | lib. 1. | *Fratribus de monte Dei.* |
| De conſcientia | lib. 1. | *Conſcientia in qua per.* |
| De ordine vitæ | lib. 1. | *Hortatur quidem timidum.* |
| De duobus oculis animæ | lib. 1. | |
| De confeſſione peccatorum | lib. 1. | |
| De præcepto & diſpenſatione | lib. 1. | *Domino Abbati Columbenſi.* |



*r*) Secundum.

Digitized by Google

| | | |
|---|---|---|
| Ad Henricum Senonenſem | lib. 1. | *Placuit præſtantiæ ve.* |
| Ad Hugonem S. Victoris | lib. 1. | *Si tibi videor tardius.* |
| Contra Gerardum *s*) | lib. 1. | *Virtus in pace acqui.* |
| Contra hæreticum *t*) ad Papam | lib. 1. | *Periculoſa quæque &.* |
| De miſeria hujus vitæ | lib. 1. | *Dies hominis ſunt ſicut um.* |
| De tentationibus & ocio | lib. 1. | *Servum Dei gratis Deo.* |
| De voluntate | lib. 1. | *Omnia genera vitiorum.* |
| Ad Cluniacenſes Apologia | lib. 1. | *Usque modo ſi quæme.* |
| De gradibus charitatis | lib. 1. | *Viro illuſtri domino Au.* |
| De paſſione Domini | lib. 1. | |
| Super Magnificat | lib. 1. | |
| De diligendo Deo | lib. 1. | *Venite aſcendamus.* |
| In Pſalmum *qui habitat* | lib. 1. | *Conſidero labores veſtros* |
| In Cantica canticorum. homil. LXXXVI. | lib. 1. | *Vobis fratres alia quam aliis.* |
| Super *Miſſus eſt Angelus* | lib. 1. | *Scribere me aliquid.* |
| Ad ſororem ſuam de modo vivendi | lib. 1. | *Chariſſima mihi in Chriſto.* |
| Vita Malachiæ Epiſcopi | lib. 1. | |
| Epiſtolarum ad diverſos | lib. 1. | *Satis & plus quam ſatis.* |
| Sermones plures | lib. 1. | *Hodie fratres celebramus.* |
| Et quædam alia | | |

Claruit ſub Conrado Imperatore tertio. Anno Domini MCXL. *u*)

CCCLXII. ANSELMUS Laudinienſis *x*) ſcholaſticus, in ſcripturis divinis valde ſtudioſus, & longa exercitatione peritus, atque in ſecularium literarum diſciplinis nobiliter doctus, ingenio acutus, ſermone ſcholaſticus, non minus vita quam ſcientia inſignis, novo expoſitionis genere utriusque teſtamenti ſcripturas *gloſſa interliniali & marginali* ex Patrum ſcriptis explanavit. Scripſit etiam alia quædam opuſcula, quæ ad me non venerunt. Fertur

| | |
|---|---|
| In Pſalterium commentariorum | lib. 1. |

Et quædam epiſtolæ. Claruit ſub Henrico quarto, Anno Domini, MCX.

CCCLXIII. HUGO Presbyter & monachus S. Victoris Pariſienſis, ordinis canonicorum regularium Auguſtini, & Abbas ut ferunt ibidem, natione Saxo, *y*) vir in divinis ſcripturis eruditiſſimus, & in ſeculari Philoſophia nulli priſcorum inferior, qui velut alter Auguſtinus doctor celeberrimus ſuo tempore eſt habitus, ingenio ſubtilis, & ornatus eloquio, nec minus converſatione quam eruditione venerandus. Scripſit multa & pene infinita opuſcula, de quibus ad manus noſtras pauca hucusque pervenerunt.

| | | |
|---|---|---|
| Summa ſententiarum ſuarum | lib. 1. | |
| De anima Chriſti | lib. 1. | |
| De Sacramentis | lib. XII. | *Arduum profecto & la.* |
| Didaſcalion | lib. VI. | *Omnium expetendorum pri.* |
| De arra animæ | lib. 1. | *Loquar ſecrete anima* |
| De modo orandi | lib. 1. | *Quo ſtudio & quo affe.* |
| De laude charitatis | lib. 1. | *Tam multos jam lauda.* |
| De inſtitutione novitiorum | lib. 1. | *Quia fratres largiente De.* |
| In regulam S. Auguſtini | lib. 1. | *Hæc præcepta quæ.* |
| De myſtica arca Noe | lib. V. | *Cum federe aliquando in con.* |
| In Eccleſiaſten, homil. XVI. | lib. 1. | *Quæ de libro Salomo.* |
| In Cantica canticorum | lib. 1. | *In principio laboris.* |
| In Threnos Hieremiæ | lib. 1. | *Quomodo ſedet, &c. quantum* |
| In Hierarchias Dionyſii | lib. XIV. | *Judæi ſigna quærunt.* (*ad.* |
| De laude patrum | lib. 1. | |
| De perpetua virginitate S. Mariæ | lib. 1. | |
| Super Magnificat | lib. 1. | |
| Super *tota pulchra es* | lib. 1. | |
| De amore ſponſi & ſponſæ | lib. 1. | |
| De medicina animæ | lib. 1. | *Homo microcosmos id eſt.* |
| De meditatione | lib. 1. | *Meditatio eſt frequens.* |
| De incarnatione verbi | lib. 1. | *Quidam fuerunt qui.* |
| De ſapientia Chriſti | lib. 1. | *Quæritis de anima.* |
| De vanitate mundi | lib. 1. | *O munde immunde, &c.* |
| De ſubſtantia dilectionis | lib. 1. | |
| De ſeptem donis Spiritus Sancti | lib. 1. | |
| De diſciplina | lib. 1. | |

In

*s*) Engolismenſem Epiſcopum, eſt Epiſtola CXXVI. ad Epiſcopos Aquitaniæ.
*t*) Contra Petrum Abælardum ad Innocentium II. Epiſt. CXC.
*u*) defunctus A. C. 1153. ætat. 63. XIII. Cal. Sept. *x*) Laudunenſis in Gallia.
*y*) Recte hoc Trithemius. Vide Meibomium T. 3. rerum German. p. 429. ſeq. & Leibnitium τὸν μακαρίτην præfat. ad T. 2. accessionum Historicæ.

Digitized by Google

| | | |
|---|---|---|
| In quinque libros Moyſi | lib. I. | |
| De myſteriis Eccleſiæ | lib. I. | |
| De ſpiritu & anima | lib. I. | *Quia dictum eſt mihi.* |
| De oratione dominica | lib. II. | *Septem ſunt petitiones.* |
| De confeſſione | lib. I. | *Solus ſolitudinem, &c.* |
| In Ezechielem Prophetam | lib. I. | |
| Epitoma Philoſophiæ | lib. I. | |
| In quosdam Pſalmos | lib. I. | |
| De nuptiis & concupiſcentia | lib. I. | |
| De natura Dei ſimplici | lib. I. | |
| De triplici voluntate in Chriſto | lib. I. | *Quæris de voluntate.* |
| De poteſtate & voluntate Dei | lib. I. | *Quæritis de poteſta.* |
| De ſacra ſcriptura | lib. II. | *Lectorem divinarum ſcri.* |
| De natura animalium | lib. I. | *Leo fortiſſimus beſtia.* |
| De contemplatione | lib. I. | *Spiritalis domini, &c.* |
| Epiſtolarum ad diverſos | lib. I. | |

Sermones etiam compoſuit plures, & alios diverſos variosque tractatus. Claruit ſub Henrico Imperatore quinto. Anno Domini, MCXXX.

CCCLXIV. RUPERTUS Abbas Tuitienſis cœnobii juxta Coloniam Agrippinam, ordinis ſancti Benedicti, natione Teutonicus, vir in divinis ſcripturis Spiritu Sancto per viſionem illuſtrante doctiſſimus, & ſecularium literarum non ignarus, monachus S. Laurentii Trajectenſis, propter incredibilem eruditionem ſuam à Frederico Colonienſi Archiepiſcopo inde aſſumptus, & in Abbatem Tuitienſis monaſterii ſublimatus, multa præclara opuſcula compoſuit. Ex eo ſiquidem tempore, quo cœnobium in juventute ſua ingreſſus eſt, tantum ſe in Scripturis ſanctis exercitaverat, ut nec dormiens quidem à meditandis illis videretur poſſe quieſcere, quin lingua & labia ejus quaſi legendo moverentur. De cujus opuſculis ego tantum ad præſens reperi ſubjecta. Ad Cunonem Abbatem Sigebertenſem, poſtea Epiſcopum Ratiſponenſem,

| | | |
|---|---|---|
| De victoria verbi Dei | lib. XIII. | *Nuper cum tu hoſpes op.* |
| In Geneſim | lib. IX. | *Quicunque fideli anima dum.* |
| In Cantica canticorum | lib. VII. | *Qui contra hominem ſimilem.* |
| In librum ſancti Job | lib. X. | |
| In libros regum de David | lib. XV. | |
| De ſancta Trinitate in vetus teſtament. | lib. XLII. | |
| In Apocalyſin Johannis | lib. XII. | *Ut tu quoque venerabi.* |
| De officiis divinis | lib. XII. | *Ea quæ per circulum anni.* |
| Meditationes de incendio Tuitienſi | lib. III. | *Ecce quomodo criminator.* |
| In XII. Prophetas minores | lib. XXX. | |
| In Evangelium Matthæi | lib. VIII. | |
| In Evangelium Johannis | lib. XIV. | |
| Super regulam Sancti Benedicti | lib. I. | |
| Apologeticum ejusdem operis | lib. I. | |
| Epiſtolarum ad diverſos | lib. I. | |

Denique fertur & alia plura ſcripſiſſe, & novum ac vetus teſtamentum pro majori parte in multis libris explanaſſe, de quibus usque in præſens nihil vidimus, præter ea quæ ſignavimus. Claruit multa ſanctitate, doctrina & miraculis coruſcans, ſub Henrico quinto. Anno Domini, MCXXIV. Et ſub Lothario tertio moritur. z)

CCCLXV. RUPERTUS Abbas cœnobii Lympurgen. in diœceſi Spirenſi, ordinis S. Benedicti, natione Teutonicus, vir tam in divinis ſcripturis quam in ſecularibus literis magnifice doctus, vita & converſatione inſignis, adeo ut revelationibus crebris meruerit viſitari divinis. Hic multis annis in Gymnaſio Pariſienſi Philoſophiæ ſeculari operam dedit, & Philoſophus nobilis evaſit. Sed conſiderans præſentis vitæ inanem eſſe Philoſophiam, ſtudium vanitatis deſeruit, & ad patriam revertens, in dicto cœnobio monachus, & demum Abbas factus eſt. Scripſit autem non contemnendæ lectionis opuſcula, de quibus ego tantum reperi ſubjecta.

| | | |
|---|---|---|
| In Cantica canticorum | lib. IV. | *Quicunque ſuiipſius rerum.* |
| De contemptu mundi | lib. II. | *Mundus indebito nomine.* |
| De S. Johanne Baptiſta | lib. I. | *Refert hiſtoricus evan.* |
| Revelationum ſuarum | lib. I. | *Anno Dominicæ incarnatio.* |

Scripſit quosdam ſermones de ſanctis, quorum corpora vel patrocinia in eodem Lymburgenſi monaſterio habebantur. Claruit ſub Henrico Imperatore quinto non ſine opinione ſanctitatis. Anno Domini, MCXXIV.

CCCLXVI. RUDOLPHUS Abbas S. Trudonis in diœceſi Leodienſi, ordinis divi patris Benedicti, natione Teutonicus, vir in divinis ſcripturis jugi exercitatione peritus, & in ſecularibus literis non infime doctus, carmine valens & proſa, & Muſicus excellens, nec minus opere quam ſcientia clarus. Scripſit utroque ſtylo non ſpernenda opuſcula, de quibus feruntur:



z) A. C. 1135.

Digitized by Google

Contra Simoniacos lib. VII.
Chronica quoque *a*) lib. I.
Carmina multa

Cantus etiam in laude sanctorum plures dulci & regulari melodia composuit. Claruit sub Henrico quinto. Anno Domini MCXXV.

CCCLXVII. FRANCO secundus Abbas cœnobii Hasligemensis, ordinis S. Benedicti, vir in divinis scripturis eruditus, & seculari doctrina sufficienter iustructus, ingenio valens & clarus eloquio, scripsit tam metro quam prosa quædam commendanda opuscula, quibus nomen suum cum gloria transmisit ad posteros. Cum adhuc in cœnobio prædicto simplex esset monachus, jubente Fulgentio Abbate suo incepit opus insigne, quod postmodum Abbas factus perfecit, scientia & eloquentia ornatum,

De gratia Dei lib. I. *b*)
De statu futuræ gloriæ metrice lib. I.
Epistolarum ad diversos lib. I.
Sermones de beata virgine lib. I.

Et quædam alia. Electus est in Abbatem præfatæ Hasligemensis cœnobii, sub Henrico Imperatore quinto. Anno Domini MCIX. Indictione XIII.

CCCLXVIII. GILBERTUS Episcopus Pictaviensis ex scholastico Parisiensi, cognomento *Porreta*, natione Gallicus, vir in divinis scripturis multum exercitatus, & in secularibus literis magnifice doctus, ingenio subtilis & novitate terminorum confusus eloquio, à beato Bernardo in quibusdam arguitur hæreseos, & in concilio Remensi ab Eugenio celebrato convictus, renuntiasse fertur errori. Sunt qui eum excusent, authoritates in expositionibus suis inductas dicentes ab aliquibus minus sane intellectas. Nos autem cum Romana Ecclesia sentientes, semel per eam conclusa, nulli infringere licere confitemur. Scripsit autem Gilbertus multa opuscula, de quibus feruntur subjecta:

In totum Psalterium lib. I.
In omnes epistolas Pauli lib. XIV.
In Evangelium Johannis lib. I.
In Boëtium de Trinitate lib. I. *Libros quæstionum, &c.*
Sermones plures lib. I.

Et quædam alia. Claruit sub Conrado Imperatore tertio. Anno Domini, MCXL. *c*)

CCCLXIX. LUCAS Abbas montis S. Cornelii, ordinis divi patris Benedicti, *d*) in scripturis sanctis continua exercitatione doctus, & in secularibus literis pro suo statu sufficienter instructus, in exponendis divinis voluminibus nobile sortitus ingenium, nomen suum varia scribendo syntagmata, ad posteritatis notitiam transmisit. Sed nihil eorum ad manus nostras memini pervenisse. Fertur ejus insigne opus ad Milonem Tarvanensis Ecclesiæ Episcopum virum æque doctissimum, quod necdum vidi, ***)

In Cantica canticorum lib. I.
Sermones & epistolæ plures

Et quædam alia. Claruit temporibus Lotharii ultimi Imperatoris. Anno Domini MCXXX.

CCCLXX. WILBERTUS Episc. Carnotensis, in divinis scripturis studiosus & valde peritus, atque in disciplinis secularium literarum nulli suo tempore doctorum inferior, ingenio acutus, & satis ornatus eloquio, moribus & vita insignis, & beatissimæ Dei genitricis Mariæ amator & cultor præcipuus. Scripsit insigne opusculum de hac prophetia: *Non auferetur sceptrum de Juda*,

Contra Judæos lib. I.
De nativitate S. Mariæ serm. I. *Approbatæ consuetud.*
Sermones varios lib. I.

Alia quoque nonnulla scripsisse dicitur, quæ ad notitiam meam non venerunt. Credo eum floruisse sub Henrico quarto. Anno Domini MC.

CCCLXXI. ODO Episcopus Cameracensis, vir in scripturis sanctis eruditus, & in literis humanitatis nobiliter doctus, ingenio subtilis & clarus eloquio, in componendis & declamandis homiliis ad populum veterum more non mediocriter insignis. Scripsit disputationem, quam habuerat cum quodam Judæo de mysterio dominicæ incarnationis sub dialogo, annotatis prima sui nominis litera & Judæi secum disputantis

Ad Wilbodonem monachum lib. I.
In Canonem missæ lib. I.
De villico iniquitatis lib. I. *Homo quidam erat dives.*

Homilias & epistolas plures. Et quædam alia non pauca composuit, quæ ad notitiam meam non venerunt. *e*)

CCCLXXII. EDMUNDUS monachus Cantuariensis in Anglia, ordinis S. Benedicti, Anselmi Archiepisc. quondam auditor atque discipulus, vir in divinis scripturis diuturna exercitatione doctus

*a*) Chronicon Abbatiæ S. Trudonis libris XV. ab A. C. 999. ad 1136. editum à Dacherio T. VII. spicileg.
*b*) libris XII. digestum hoc opus exstat T. XXI. Bibl. Patrum edit. Lugd.
*c*) Defunctus A. 1154. *d*) imo Præmonstratensis.
***) Exstat hoc opus ex Aprenii Commentariis excerptum T. XIV. Bibl. Patrum edit. Lugd.
*e*) Obiit A. C. 1113.

Digitized by Google

doctus, & secularium literarum non ignarus. Scripsit non spernendæ lectionis opuscula, quibus & fidelium ædificationi profuit & nomen suum posteris notificavit. E quibus extat volumen unum de discordia, quæ fuit inter Guilhelmum Anglorum regem & S. Anselmum prætatum Cantuariensem Archiepiscopum,

| | | |
|---|---|---|
| De libertate Ecclesiastica | lib. I. | |
| Vita ejusdem Anselmi | lib. I. | |

Et quædam alia. Claruit temporibus Henrici quarti. Anno Domini, MCXX.

CCCLXXIII. GRATIANUS monachus Bononiensis sive Classensis, ordinis S. Benedicti patria (ut quidam volunt) Etruscus, vir in divinis scripturis eruditissimus, & mirabili studio flagrans ingenio promptus & clarus eloquio, vita quoque & conversatione insignis. Scripsit post Ivonem *p*) Carnotensem Episcopum volumen decretorum insigne ex veterum statutis, sanctionibus & scriptis, quo juris canonici professores usque in præsens utuntur in scholis, ab Eugenio Papa tertio approbatum, *q*) Cujus titulus est :

| | | |
|---|---|---|
| Concordia discordantium canonum | lib. IV. | *Humanum genus duobus.* |

Composuit & alia quædam. Claruit sub Henrico quarto. Anno Domini, MCXX.

CCCLXXIV. HUGO monachus Corbiensis, ordinis S. Benedicti, dictus de Folieto, vir in scripturis sanctis veterum lectione dives & eruditus, ingenio clarus & dulcis eloquio, nec minus conversatione quam scientia venerabilis, nomen suum scriptis notificavit posteritati. Scripsit enim insigne volumen *r*) omnibus religiosis & Deum timentibus non tam utile quam jocundum, in quatuor distinctum libellis, ut sequitur, prænotatis.

| | | |
|---|---|---|
| De claustro materiali | lib. I. | *De ordinatione claustri.* |
| De claustro spiritali | lib. I. | |
| De claustro animæ | lib. I. | *Animæ claustrum contem.* |
| De claustro Paradisi | lib. I. | *In cœlesti Hierusalem clau.* |

Et quædam alia. Cluruit temporibus Henrici quarti, Anno Domini, MCXX.

CCCLXXV. RICHARDUS monachus S. Victoris Parisiensis, ordinis canonicorum regularium S. Augustini, vir in divinis scripturis eruditissimus, & in seculari Philosophia nobiliter doctus, ingenio præstans, eloquio scholasticus, moribus & conversatione præcipuus. Scripsit multa & pene infinita opuscula, quibus utilitati credentium multum profuit, & nomen suum immortalitati consecravit. E quibus ista feruntur.

| | | |
|---|---|---|
| De S. Trinitate | lib. VI. | *Justus meus ex fide vi.* |
| De contemplatione | lib. V. | *Surge Domine in requiem.* |
| De XII. Patriarchis | lib. I. | *Beniamin adolescenti.* |
| In arcam mysticam | lib. V. | *Mysticam illam Moysi.* |
| In Cantica canticorum | lib. I. | *In lectulo, &c. anima qua.* |
| De exterminatione mali | lib. I. | *Quid est tibi mare quod.* |
| De promotione boni | lib. I. | *Omne caput languidum.* |
| Contra Judaizantes | lib. I. | *Ecce virgo concipiet &.* |
| De tabernaculo fœderis | lib. I. | |
| De XLII. mansionibus | lib. I. | |
| De quatuor gradibus charitatis | lib. I. | |
| De sacerdotio Melchisedech | lib. I. | |
| De XII. apparitoribus | lib. I. | |
| De studio sapientiæ | lib. I. | |
| De profectu monachorum | lib. I. | |
| De oratione mentali | lib. I. | |
| De triplici holocausto | lib. I. | |
| De authoritate Petri | lib. I. | *Quodcunque ligaveris.* |
| De potestate judiciaria | lib. I. | *In regeneratione cum se* |
| De differentia peccatorum | lib. I. | *Quoniam quæstioni tuæ, &c.* |
| De instructione novitiorum | lib. I. | *Afferte Domino filios Dei.* |
| De spiritu blasphemiæ | lib. I. | *Quæ in Evangelio.* |
| De officiis Ecclesiæ | lib. I. | |
| De diversis affectibus | lib. I. | |
| Epitoma totius Bibliæ | lib. I. | |
| In Apocalypsin Johannis | lib. I. | |
| In Danielem Prophetam | lib. I. | |
| Chronica ab initio mundi | lib. I. | |
| De gemino Pascha | lib. I. | |
| Divisionum vel exceptionum | li. XXIV. | *Deus summe bonus &.* |
| De visione Nabuchodonosor | lib. I. | |
| De sacrificio Abrahæ | lib. I. | |
| De quatuor ventis | lib. I. | |



*p*) de quo supra, cap. 349. *q*) A. C. 1151.
*r*) Male ab aliis tribuitur Hugoni Victorino. Vide Oudinum supplemento ad Bellarmin. p. 398.

Digitized

| | | |
|---|---|---|
| De verbis Eſaiæ | lib. I. | *In illa die nutriet homo.* |
| De verbis Apoſtoli | lib. I. | *Quæris quomodo, &c.* |
| De actibus Apoſtolorum | lib. I. | *Miſit Herodes rex ma.* |
| De charitate violenta | lib. I. | |
| De novitate vitæ | lib. I. | *Expurgate vetus fermen.* |

Alia inſuper multa compoſuit, epiſtolas, ſermones & varios tractatus.

Claruit ſub Conrado Imperatore tertio. Anno Domini, MCXL. *t*)

CCCLXXVI. GUIDO quintus prior Carthuſiæ, vir in divinis ſcripturis longo ſtudio peritus, & ſecularium literarum non ignarus, ingenio placidus, & eloquio clarus, nec minus converſatione quam doctrina venerabilis. Fertur nonnulla compoſuiſſe opuſcula, quibus nomen ſuum immortalitati donatum eſt. E quibus extat inſigne opus luculento ſermone conſcriptum,

| | |
|---|---|
| De vita Hugonis Granapol. *t*) Epiſcopi | lib. I. |
| De inſtitutionibus Carthuſ. | lib. I. |

Et quædam alia, Epiſtolas beatiſſimi patris Hieronymi nimio ſcriptorum vitio depravatas diligenti ſtudio ad veritatis limam emendavit, & in unum comportavit. Moritur ſub Lothario Imperatore juniore. Anno Domini, MCXXXVII. Indictione XV. ſexto Cal. Auguſti.

CCCLXXVII. PETRUS Lombardus Epiſcopus Pariſienſis *u*) ex ſcholaſtico, vir in divinis ſcripturis ſtudioſiſſimus & nobiliter doctus, ingenio ſubtilis & clarus eloquio, nomen ſuum ſcribendo cum tanta gloria transmiſit ad poſteros, ut usque in hodiernum diem ſuis opuſculis Theologorum ſchola ubique exercitata, ſingulari veneratione *magiſtrum* eum nominet & habeat. Scripſit enim ſagaci ſtudio ex dictis ſanctorum patrum commendabile opus

| | | |
|---|---|---|
| Sententiarum | lib. IV. | *Cupientes aliquid de.* |
| In totum Pſalterium | lib. I. | *Cum omnes Prophetias ſpiritus.* |
| In omnes Epiſtolas Pauli | lib. XIV. | *Principia rerum requiren.* |
| Sermones varios | lib. I. | |

Alia quoque non pauca compoſuit, quæ ad notitiam meam non venerunt. Claruit ſub Conrado Imperatore tertio. Anno Domini, MCXL.

CCCLXXVIII. ECKARDUS primus Abbas monaſterii S. Laurentii, quod Vraugia dicitur, in diœceſi Herbipolenſi in Hircinia ſylua, ordinis S. Benedicti, natione Teutonicus, *x*) vir in divinis ſcripturis eruditiſſimus, & in ſecularibus literis nulli inter Germanos ſuo tempore doctorum inferior, metro excellens & proſa. Scripſit non ſpernendæ lectionis opuſcula, quibus ingenii ſui vivacitatem declaravit. De quibus ego tantum vidi opus inſigne, ad imitationem Boëtii gemino ſtylo compactum ad inſtructionem & conſolationem monachorum & omnium fidelium Deum timentium, valde utile & neceſſarium, quod prænotavit:

| | |
|---|---|
| Laternam monachorum | lib. V. |

Sermones quosdam elegantes, variasque Epiſtolas ad diverſos compoſuit. Claruit ſub Conrado tertio Imperatore. Anno Domini, MCXXX. In medio Eccleſiæ præfati monaſterii ſepultus.

CCCLXXIX. ENGELBERTUS Abbas *y*) cœnobii Admonteſis, ordinis S. Benedicti, natione Teutonicus, vir in divinis ſcripturis valde ſtudioſus & eruditus, atque in ſecularium literarum diſciplinis ſufficienter inſtructus, ingenio & eloquio clarus, nec minus converſatione quam ſcientia reverendus, nomen ſuum varia ſcribendo & exponendo notificavit, & tam verbo quam exemplo ad ædificationem fratrum ſuorum non infima fecit. Scripſit enim

| | |
|---|---|
| Sermones elegantes | lib. I. |
| De vitiis & virtutibus | lib. I. |

Sed & alia nonnulla edidit, quæ ad notitiam meam minime venerunt.

CCCLXXX. PETRUS Presbyter Eccleſiæ Trecenſis, cognomento *Comeſtor* ſive *manducator*, vir in divinis ſcripturis ſtudioſus & eruditus, atque in ſecularibus literis egregie doctus, carmine exercitatus & proſa, ſcripſit utroque ſtylo quædam præclara opuſcula, quorum authoritas ab Eccleſia longo jam uſu comprobatur. Comeſtor autem ſive manducator idcirco dictus eſt, quod ſcripturarum authoritates in ſuis ſermonibus & opuſculis crebrius allegando quaſi in ventrem memoriæ manducarit. Scripſit inter cætera ingenii ſui volumina, inſigne opus ad Guilhelmum Senonenſem Archiepiſcopum, omnes libros Bibliæ hiſtoriales & breviter & utiliter exponendo, quod jam ex uſu prænotatur

| | | |
|---|---|---|
| Hiſtoria ſcholaſtica | lib. XX. *z*) | *Imperatoria majeſtatis.* |
| De laudibus ſanctæ Mariæ | lib. I. | |
| Sermones de tempore | lib. I. | |
| Sermones de ſanctis | lib. I. | |
| Et alia complura | lib. I. | |

Claruit

*t*) defunctus A. C. 1173. Actis Sanctor. I. April.

*t*) Gratianopolitani Epiſcopi Hugonis vita à Guidone ſcripta exſtat apud Surium & in

*u*) Epiſcopus A. 1159. obiit A. 1164.

*x*) Alius Eckardus Teutonicus, de cujus erroribus Natalis Alex. T. VII. Hiſt. Eccleſ. p. 103. ſeq. edit. in fol.

*y*) ab A. C. 1297. Hic eſt cujus liber de ortu progreſſu & fine Imperii Rom. prodiit cum Hudoeporico Bavarico Caſp. Bruſchii: nec non carmen Panegyricum Heroicum in coronationem Rudolphi Habſpurg. factam A. 1273.

*z*) Male XVI. in Hiſtoria literaria præſtantiſſ. Cavei.

Digitized by Google

Claruit sub Frederico Imperatore primo. Anno Domini, MCLX.

CCCLXXXI. PETRUS Dialecticus Parisiensis, dictus *Abelardus* natione Gallus, vir in seculari Philosophia eruditissimus, & in divinis scripturis nobiliter doctus, gaudens novitate terminorum & altiora se scrutari tentans, oppressus à gloria plures incidit errores, & agente sancto Abbate Bernardo in Senonensi concilio *a)* cum pravis suis doctrinis condemnatus. Ab hoc tempore Philosophia secularis sacram Theologiam sua curiositate inutili fœdare cœpit. *b)* Scripsit autem Petrus iste nonnulla opuscula, quibus si errores non miscuisset, utilitati posteritatis profuisse poterat. E quibus extat volumen dialectica obscuritate subumbratum, multis sententiis varium, quod prænotare voluit,

| | |
|---|---|
| Theologiam suam | lib. 1. *c)* |
| Scito teipsum | lib. 1. |

Et quædam alia. Claruit sub Conrado Imperatore tertio. Anno Domini MCXL.

CCCLXXXII. ADELPHUS Abbas ordinis S. Benedicti, *d)* vir in divinis scripturis longa exercitatione peritus, & secularium literarum non ignarus, regularis observantiæ cultor indefessus, ut se verbo & exemplo ovibus Christi sibi commissis utilem posset exhibere pastorem, fertur ad earum utilitatem nonnulla cudisse opuscula in quibus dives ingenii vena ornatum commendat eloquium. De quibus extant elegantes

| | |
|---|---|
| Sermones ad fratres | lib. 1. |
| Contra Sarracenos | lib. 1. |

Cætera quæ composuisse dicitur, ad notitiam meam non venerunt.

CCCLXXXIII. GVILHELMUS Abbas S. Theoderici *e)* & postea ut dicitur monachus *f)* Clarevallensis sub divo patre Bernardo ordinis Cistertiensis vir in divinis scripturis studiosus & eruditus, vita quoque & sanctitate conversationis insignis, & ob id eidem singulariter dilectus, edidit non spernendæ lectionis opuscula. De quibus ad meam notitiam panca pervenerunt. Incepit scribere, sed morte præventus non perfecit,

| | | |
|---|---|---|
| Vitam S. Bernardi Abbatis | lib. 1. | *Scripturus vitam servi tui.* |
| Speculum fidei | lib. 1. | |
| Ænigma fidei | lib. 1. | |
| Sententiarum fidei | lib. 1. | |
| Ad Theophilum de natura animæ | lib. 1. | |
| De contemplando Deo | lib. 1. | |
| De natura & dignitate amoris | lib. 1. | |
| De Sacramento altaris | lib. 1. | |
| Meditationes pro novitiis | lib. 1. | |
| Contra Petrum Abelardum | lib. 1. | |
| In Cantica canticorum imperfectum | lib. 1. | |
| In epistolam Pauli ad Romanos | lib. 1. | |

Et quædam alia. Sunt qui dicant hunc Guilhelmum cum adhuc Abbas esset S. Theoderici, vulgatam ad Carthusienses illam scripsisse epistolam cujus initium est: *Fratribus de monte Dei orientale lumen*, quæ beato Bernardo à multis adscribitur. Claruit sub Conrado Imperatore tertio. Anno Domini MCXL. Et ante Bernardum, cum unum de vita ipsius librum complesset, moritur, cui Arnoldus Abbas Bonævallis quatuor alios adiecit libros.

CCCLXXXIV. CONRADUS monachus Hirsaugiensis cœnobii in confinibus Suevorum, ordinis S. Benedicti, natione Teutonicus, Spirensis diœcesis, vir in divinis scripturis eruditissimus, & in secularibus literis valde peritus, Philosophus, Rhetor, Musicus, & Poeta insignis, sub nomine *peregrini* multa præclara composuit opuscula, in quibus ornata sententiarum dispositio, & venusti sermonis cultura, nulli veterum inferiorem suum declarant authorem. De his ad meam notitiam subjecta tantum pervenerunt. Opus dialogorum insigne sub nomine *Peregrini* Presbyteri, & *Theodoræ* Deo sacratæ virginis, quod prænotavit,

| | | |
|---|---|---|
| Speculum virginum | lib. VIII. | *Collaturo tecum o Theodora.* |
| In Evangelia per annum | lib. 1. | *Quia in litera veteris Test.* |
| De vita spiritus & fructu mortis | lib. 1. | *Cum omnis Divina pagina.* |
| Matricularius | lib. 1. | *Cum manifestum sit mum.* |
| De laudibus S. Benedicti, metrice | lib. 1. | *Luce velut solem.* |
| Diascalon *) | lib. 1. | *Quia te video dimva.* |
| De Musica & tonis | lib. 1. | *Musica est secundum cujusdam* |

De cæteris nihil vidi. Fuit alius quidam declamator ordinis prædicatorum, qui secundum modernorum consuetudinem sermones ad populum composuit sub nomine *Peregrini*, nostro multum eloquio inferior, & tempore quoque posterior. Quicquid autem Conradus iste scripsit Tullianam resonat eloquentiam, quod alter non potuit. Claruit sub Conrado Imperatore tertio. Anno Domini, MCXC.



*a)* A. C. 1140. *b)* Notatu dignum judicium Trithemii de originibus & natura Scholasticæ Theologiæ. Confer Jac. Thomasii diss. de Doctoribus scholasticis Latinis. *c)* libris III. distinguitur.
*d)* clarus circa A. C. 1160. *e)* in Monte aureo prope Remos.
*f)* Signiacensis. Vide Casimirum Oudinum in vita hujus Guilelmi, in opusculis sacris veterum aliquot Galliæ & Belgii scriptorum Lugd. Bat. 1692. 8. *) Didascalon.

Digitized by Google

CCCLXXXV. ARNOLDUS Abbas Bonævallis, *g*) ordinis Ciſtertienſis, beati Bernardi Abbatis quondam familiaris amicus, vir in divinis ſcripturis ſtudioſus & eruditus, ſecularium quoque literarum non ignarus, ingenio promptus, & clarus eloquio, nec minus converſatione quam doctrina conſpicuus, nomen ſuum ſcribendo poſteritati notificavit. Defuncto namque Guilhelmo Abbate S. Theoderici, & opus vitæ S. Bernardi imperfectum *h*) relinquente, ipſo etiam ſancto jam cœleſtia regna tenente, ſcripſit & fecit

| | | |
|---|---|---|
| Vitam S. Bernardi | lib. 1. | *Virorum illuſtrium geſta.* |

Et quasdam Epiſtolas. Claruit ſub Frederico Imperatore primo. Anno Domini, MCLX.

CCCLXXXVI. RICHARDUS *i*) monachus Cluniacenſis, ordinis S. Benedicti, vir in divinis ſcripturis eruditiſſimus, & in ſecularibus literis omnium fama ſuo tempore doctiſſimus, ingenio ſubtilis, & diſertus eloquio, qui varia ſcribendo & componendo ſyntagmata, nomen ſuum cum ingenti gloria ad poſteritatis notitiam transmiſit. Nihil tamen eorum ad manus noſtras hucusque meminì perveniſſe. Fertur autem ejus inſigne & clarum opus,

| | |
|---|---|
| Hiſtoriarum temporum | lib. 1. |
| Epiſtolarum ad diverſos | lib. 1. |

Claruit temporibus Frederici Imperatoris primi. Anno Domini, MCLX.

CCCLXXXVII. GANFREDUS *k*) Antiſiodorenſis monachus Ciſtertienſis ordinis, Petri Abelardi quondam auditor atque diſcipulus, ſed ne fieret etiam imitator erroris, ad magiſterium S. Bernardi Clarevallenſis ſe contulit, ſub cujus diſcipulatu doctrina & religione clarus, non contemnendæ lectionis opuſcula compoſuit, quibus nomen ſuum etiam poſteris notificavit.

| | |
|---|---|
| Contra Petrum Abelardum | lib. 1. |
| In Apocalypſin Johannis | lib. 1. |
| Epiſtolarum ad diverſos | lib. 1. |

Claruit temporibus Frederici Imperatoris primi. Anno Domini, MCLX.

CCCLXXXVIII. PETRUS clericus Eccleſiæ Remenſis, dictus *de Riga*, vir in divinis ſcripturis ſtudioſus & eruditus, atque in ſecularibus literis inter omnes doctores ſui temporis doctiſſimus, Grammaticus & Philoſophus inſignis, carmine excellens & proſa. Scripſit utroque ſtylo non pauca volumina, quibus nomen ſuum poſteris notificavit. E quibus ego vidi opus tantum metricum inſigne ſuper Bibliam quod *Aureram l*) prænotavit, ut ſequitur.

| | | |
|---|---|---|
| In Geneſim | lib. 1. | *Initium mundi quales.* |
| In Exodum | lib. 1. | *Hæc duodena patrum.* |
| In Leviticum | lib. 1. | *Vox autem Domini Moyſen.* |
| In Numeros | lib. 1. | *Alloquitur Moyſen Deus.* |
| In Deuteronomium | lib. 1. | *Hæc ſunt verba Dei.* |
| In Joſue | lib. 1. | *Poſt Moyſen Joſue.* |
| In Judicum | lib. 1. | *Peccat Hebræus, ait.* |
| In Ruth | lib. 1. | *Ad Ruth feſtinat pe.* |
| In Regum | lib. III. | *Monte manens Effra.* |
| In Cantica canticorum | lib. 1. | *Solus Origenes cum do.* |
| In quartum Regum | lib. 1. | *Regnavit Salomon.* |
| In Danielem | lib. 1. | *Poſtquam ſubjectos ſibi.* |
| In Tobiam | lib. 1. | *Qui legis hiſtoriam* |
| In Job | lib. II. | *Librum Job Moyſi quidam.* |
| In librum Judith | lib. 1. | *Euſtochio Paulaque* |
| In librum Heſter *m*) | lib. 1. | *Usque ſub Aethiopes que.* |
| In libros Machabæorum | lib. 1. | *Magnus Alexander.* |
| In Evangelicam hiſtoriam | lib. 1. | *Claruit Herode jam re.* |
| In Actus Apoſtolorum | lib. 1. | *Tiberii nonodecimo.* |
| Recapitulationum | lib. 1. | *Hæc de lege nova vet.* |
| De Grammatica | lib. 1. | |

Alia inſuper multa edidit, quæ ad notitiam meam non venerunt. In præfatis opuſculis libros hiſtoriales Bibliæ mira brevitate expoſuit obſervata diligenter lege metri, hiſtorico allegoricoque ſenſu ſingula declaravit. *n*)

CCCLXXXIX. JOACHIM Abbas Florenſis cœnobii, ordinis S. Benedicti, ex Calabria oriundus, vir in divinis ſcripturis ſtudioſus & exercitatus, qui ut Propheta *o*) ſuo tempore habitus etiam futura prædicere conatus eſt. Sed mihi videtur (ut ſalua opinione ſua vel ſuorum loquar) ex conjecturis ſcripturarum illum magis locutum quam prophetaſſe. Nam ut de cæteris interim

*g*) Hic Arnoldus Bonævallis in Allobrogibus Abbas Ordinis Ciſterc, non confundendus cum Arnold. Abbate Bonævallis in diœceſi Carnotenſi, Ord. Benedicti, cujus ſcripta exſtant ad calcem operum S. Cypriani.

*h*) ſupra c. 383. *i*) patria Pariſienſis, teſte Volaterrano, Hiſtoriam ſui temporis edidit magis illiterate quam inepte ſcriptam.

*k*) alias Gaufredus vel Galfridus, cujus ſermones in feſtum S. Joannis Baptiſtæ & S. Martini producit Combefiſius in Bibl. Concionatoria. Epiſtola ad Epiſc. Albanenſem de rebus in Concilio Remenſi A. C. 1148. de cauſa Gilberti Porretani actis T. X. Concil. edit. Labbei legitur p. 1121. *l*) Vide quæ ad Henr. Gandavenſem de S. E. c. 22.

*m*) Edidit Caſpar Barthius XXXI. 15. Adverſar.

*n*) Creditur diem obiiſſe circa A. C. 1263. Vide Ambroſium de Altamura Bibl. Dominicanæ p. 19. 20.

*o*) Vide Acta Sanctor. 29. Maj. T. VII. p. 134. ſeq.

Digitized by Google

terim taceam, Fredericum Imperatorem hoſtem Eccleſiæ futurum ſomniavit, quem omnes novimus usque ad mortem pacificum, & Romano pontifici ſubjectum & fidelem perſeveraſſe. Scripſit autem aperto ſermone nonnulla opuſcula, In quibus pene omnibus veluti futurorum præſcius conſuevit miſcere pronoſtica.

| | | |
|---|---|---|
| In Hieremiam Prophetam | lib. I. | |
| In Danielem Prophetam | lib. I. | |
| In Evangelium Johannis | lib. I. | |
| In Apocalypſin Johannis | lib. VIII. | |
| Ad Henricum ſextum | lib. I. | *Pie petis aliquid ex.* |
| De ſeptem ſigillis | lib. I. | *Primum tempus ſynago.* |
| Pſalterium decem chordarum | lib. III. | |
| Concordiæ | lib. V. | |
| De XV. pontificibus | lib. I. | *Aſcende calue ut am.* |
| De futuris temporibus | lib. I. | *Quia generale mundi.* |
| Epiſtolarum ad diverſos | lib. I. | |

Alia quoque multa edidit, *p*) maxime contra Judæos & alios fidei catholicæ adverſarios, quæ ad manus noſtras non venerunt. Tractatus autem, quem ſcripſit contra Petrum Lombardum Epiſc. Pariſienſ. in concilio generali damnatus eſt, ut patet in principio decretalium, *damnamus*.

Claruit ſub Henrico ſexto. Anno Domini MCC.

CCCXC. RUPERTUS monachus cœnobii S. Remigii in diœceſi Remenſi, ordinis divi patris Benedicti, natione Gallicus, vir in divinis ſcripturis jugi ſtudio exercitatus, & ſecularium diſciplinarum non ignarus, ingenio clarus & apertus eloquio. Scripſit nonnulla ingenii ſui opuſcula, quibus nomen ejus poſteritati innotuit. E quibus ego tantum vidi geſtorum in terra ſancta per Chriſtianos tempore Urbani ſecundi contra infideles,

| | | |
|---|---|---|
| Hiſtoriam inſignem | lib. X. *q*) | *Inter omnes hiſtoriogra.* |

De aliis nihil vidi. Claruit ſub Henrico quinto. Anno Domini, MCXX.

CCCXCI. ROSVIDA nobilis mulier in Saxonia nata, in Gandeshemenſi *r*) cœnobio quod non longe ab Hildeshem diſtat ſacrimonialis, miro ingenio & doctrina claruit, & in utroque ſcribendi genere admirabilis. Ad virgines enim ſacratas caſtitatem & continentiam hortando Latino ſermone conſcripſit

Comœdias ſex.

De geſtis Ottonum panegyricum *s*) verſu hexametro.

In laudes beatæ virginis elegiaco & hexametro verſu lib. I. *Unica ſpes.*

Item paſſionem S. Dionyſii carmine elegiaco.

Item de S. Gangolpho & aliis ſanctis *t*) plura. Græcæ etiam linguæ notitiam habuit. Coætanea Joannis Anglici *u*) fuit, qui doctrina ſua papatum meruit.

CCCXCII. DUDECHINUS *x*) Prebyter Eccleſiæ in Longenſtein, natione Teutonicus, vir in ſcripturis ſanctis longa exercitatione doctus, & in diſciplinis ſecularium literarum ſufficienter inſtructus, ob ſpem æternæ retributionis cum multis aliis ſub Conrado Imperatore tertio Hieroſolymam profectus, cum Sarracenis navali prælio ſæpe dimicantibus, magna devotione & conſtantia pro fide Chriſti clarus effulſit. Reverſus autem in patriam petente Cunone Abbate montis S. Diſibodi tunc ordinis noſtri, ſcripſit ſatis eleganti ſermone in modum epiſtolæ ſive libelli, eandem peregrinationis

| | | |
|---|---|---|
| Hiſtoriam | lib. I. | *Juſſioni veſtræ pater.* |
| Epiſtolarum ad diverſos | lib. I. | |

Et quædam alia. Claruit ſub Conrado Imperatore tertio, Anno Domini, MCXL.

CCCXCIII. RUPERTUS *y*) Epiſcopus Lincolnienſis, vir in divinis ſcripturis eruditiſſimus, & in ſecularium literarum diſciplinis omnium ſuo tempore doctorum peritiſſimus Philoſophus, Aſtronomus, & calculator inſignis, & Theologorum ſui temporis facile princeps, ingenio ſubtilis & clarus eloquio, nomen ſuum multa & varia ſcribendo cum gloria transmiſit ad poſteros. De cujus opuſculis ad manus noſtras pauca pervenerunt. Feruntur autem iſta.

| | |
|---|---|
| Summa Theologiæ | lib. I. |
| Super libris Dionyſii | lib. IV. |



*p*) Vide Carolum Viſch. in Bibliotheca Ciſterc. p. 172. & Leonhardum Nicodemum in additionibus ad Bibl. Neapolitanam Nic. Toppi p. 91. ſeq.

*q*) Hiſtoria Hieroſolymitana Roberti Monachi novem libris abſolvitur in Bongarſii geſtis Dei per Francos T. I. p. 30-81.

*r*) Gandersheim, de cujus Cœnobii fundatione ac primordiis Carmen Rhoswitæ edidit illuſtris Leibnitius T. 2. ſcriptor. Brunsvicenſ. p. 319-330.

*s*) Cum Henr. Meibomii avi notis A. 1621. editis exſtat T. I. ſcriptor. rerum German. Jo. Henr. Meibomii p. 709.

*t*) ut de S. Pelagio A. 925. paſſo exſtat emendatior T. V. Act. Sanctor. Junii 26. & alia quæ Trithemius commemorat libro de viris illuſtribus Germaniæ. De editione ſcriptorum Rhoswitæ prima Conradi Celtæ Norimb. 1501. & nupera Henr. Leonh. Schurzfleiſchii Witteb. 1707. 4. vide Nic. Hieron. Gundlingii Obſ. ſelect. I. p. 12. ſeq.

*u*) Johannes VIII. Papiſſa ut ferunt A. 854. ſed rectius Trithemius in Annalibus Hirſſaug. refert Rhoswitam ad A. C. 970. & in libro de viris illuſtribus Germaniæ ad tempora Ottonis I. & II. Imperatorum. Alii legunt: *Coætanea Joannæ Britannæ fuit.*

*x*) Hic eſt Dodechinus cujus continuatio Chronici Mariani Scoti exſtat ab A. 1084. ad 1200.

*y*) cognomine *Groſthead*, defunctus A. 1253.

Digitized by Google

| | | |
|---|---|---|
| Summa quæ numerale dicitur | lib. 1. | *Qui bene præsunt pres.* |
| De sphæra cœlesti | lib. 1. | *Intentio nostra in hoc tract.* |
| De computo Ecclesiastico | lib. 1. | *Computus est scientia nume.* |
| Calendarium pulchrum | lib. 1. | |

Alia insuper multa edidit, quæ ad notitiam meam non venerunt.

CCCXCIV. JOHANNES Carnotensis Episc. patria Salesberiensis, z) beati Thomæ Cantuariensis Archiepiscopi quondam clericus atque discipulus, vir in divinis scripturis eruditus, & in secularibus literis nobiliter doctus, ingenio subtilis, eloquio disertus, & pulchra venustate compositus, carmine excellens & prosa, nec minus religione quam scientia venerabilis. Scripsit multa præclara volumina, quibus nomen suum posteris notificavit, sed pauca eorum ad manus nostras pervenerunt. Legi opus insigne de nugis curialium & Philosophorum, quod prænotare voluit

| | | |
|---|---|---|
| Polycraticon | lib. VIII. | *Jocundissimus tum in mul.* |
| Pœnitentiale | lib. 1. | *Cum miserationes Domini.* |
| Vitam S. Thomæ Archiepiscopi | lib. 1. | |
| Epistolarum ad diversos | lib. 1. | |

Claruit sub Frederico Imp. 1, Anno Domini, MCXL.

CCCXCV. PETRUS Blesensis, Archidiaconus Bathonensis, Joannis Carnotensis supradicti præsulis amicus familiaris, ad quem nonnullas dictavit Epistolas, vir in divinis scripturis studiosus & eruditus, atque in secularibus literis egregie doctus, ingenio acutus & vehemens, qui vitia principum & prælatorum non palpare, sed arguere noverat, propter eruditionem & vitæ honestatem apud Reges, Principes, & Episcopos in pretio habitus, multa scripsit opuscula. E quibus ista feruntur.

| | | |
|---|---|---|
| De amicitia Christiana | lib. 1. | *Quoniam diminutæ sunt.* |
| De pœnitentia salutari | lib. 1. | *Rogasti me ut tibi ali.* |
| De accelerando passagio | lib. 1. | *Quis dabit capiti me.* |
| De qualitate pœnitentiæ | lib. 1. | *Nimia tui rigoris au.* |
| De studio sapientiæ | lib. 1. | *Divisus es & cor tuum.* |
| Contra depravatorem | lib. 1. | *Exhortatiunculam tuam.* |
| Exhortatio ad Abbatem | lib. II. | *Electus estis à vestris.* |
| De officio Episcopi | lib. 1. | *Petis instantius re. pater.* |
| De periculo prælatorum | lib. 1. | *Quoties recolo verba.* |
| De vita clericorum curialium | lib. 1. | *Gratias ago gratiæ vestræ.* |
| Epistolarum numero CLXXXIV. | lib. 1. | *Rogatus à vobis epi.* |
| De præstigiis fortunæ | lib. II. | |

Scripsit & alia plura. Claruit sub Frederico Imperatore primo. *a*) Anno Domini, MCLX.

CCCXCVI. ALEXANDER Papa tertius, patria Senensis post Adrianum quartum sedit in cathedra Petri annis uno & viginti, vir doctus & strenuus qui multas injurias à Frederico Imperatore sustinuit, dum tres antipapas *b*) ab illo contra se erectos fortiter contrivit, ipsumque Imperatorem tandem superans, in signum subjectionis ejus collum pede conculcavit *c*) dicens: Scriptum est: *Super aspidem & basilicum ambulabis, & conculcabis leonem & draconem.* Scripsit autem elegantes

| | |
|---|---|
| Epistolas ad diversos | lib. 1. |
| Et de potestate Ecclesiastica | lib. 1. |

Et quædam alia. Moritur temporibus Frederici Imperatoris primi. Anno Domini, MCLXXXI. Indictione quartadecima.

CCCXCVII. CRISOLANUS *d*) Ecclesiæ Mediolanensis Archiepisc. vir in divinis scripturis eruditissimus, & in secularibus literis nobiliter doctus, Græca & Latina eloquentia insignis, edidit quædam magnæ authoritatis opuscula, quibus nomen suum ad notitiam posteritatis cum gloria transmisit, de quibus ad manus nostras nullum pervenit. Fertur ejus de Spiritu Sancto

| | |
|---|---|
| Contra Græcos | lib. 1. |
| De sancta Trinitate. | lib. 1. |

Epistolæ, Sermones, & alii diversi tractatus, qui mihi incogniti sunt.

CCCXCVIII. HUGO Eterianus, *e*) natione Tuscus, in scripturis sanctis omnium suo tempore doctorum facile doctissimus, & in secularibus literis egregie doctus, Philosophus & Rhetor facundissimus, Græco & Latino sermone ad perfectum instructus, quem tota Græcia mirabatur scribentem; ingenio subtilissimus, & disputator nulli secundus. Scripsit multa præclara volumina tam Græce quam Latine, quibus nomen suum cum gloria ad posteros transmisit. E quibus ego reperi tantum opus quidem breve, sed non spernendum, de hæresibus, quas in Latinos Græci devoluunt

Ad

z) Johannes *Sariburiensis*, defunctus A. 1182.
a) Friderici Barbarossæ obitum deplorat Epist. 172. A. 1190.
b) Tres illi Antipapæ fuere Octavianus, Guido Cremensis, & Joannes de Struma.
c) Dicitur hoc factum A. 1177. d) Chrysolanus, de quo Baronium videsis ad A. 1116.
e) de hoc Hugone Ætheriano Allatius de consensu utriusque Ecclesiæ p. 654.

| | |
|---|---|
| Ad Ardoinum cardinalem | lib. I. *Diligens prudentia.* |
| De immortali Deo | lib. I. |

De cæteris nihil reperi. Claruit temporibus Emanuelis Conſtantinopolitani Imperatoris, apud quem magnæ authoritatis erat, ſub Frederico Romanorum Auguſto primo, & Alexandro Papa quarto. Anno Domini, MCLX. *f)*

CCCXCIX. CHRISTIANUS Frederici Imperatoris primi Archicancellarius *g)* natione Teutonicus, vir in ſeculari literatura doctiſſimus, eloquens, & induſtrius, quem ſuo tempore orantem Itali mirati ſunt, divinarum quoque ſcripturarum non ignarus, quem Leo Tuſcus notarius Emanuelis Imperatoris Græcorum laudibus effert. Scripſit ingenii ſui quædam præclara opuſcula, de quibus extant Frederici Imperatoris primi

| | |
|---|---|
| Geſta & vita | lib. I. |
| Epiſtolarum diverſarum | lib. I. |
| Orationes & quædam alia. | |

Claruit ſub eodem Frederico primo. Anno Domini, MCLXX.

CD. LEO natione Tuſcus *h)* Imperialium Epiſtolarum ſub Emanuele *i)* Græcorum principe magno interpres, vir in divinis ſcripturis eruditus, & ſecularium literarum cultor eximius, Græco & Latino ſermone peritus, cujus officium erat epiſtolas miſſas Imperatori vel aliis mittendas de lingua transferre in linguam. Edidit quædam præclara volumina, quibus nomen ſuum etiam ad poſteritatis notitiam transmiſit. E quibus ego legi duntaxat opus egregium, quod prænotavit:

| | |
|---|---|
| De prævaricationibus Græcorum | lib. II. *Græcorum intolerabilia.* |
| Contra errores Græcorum | lib. I. |

Claruit apud Conſtantinopolim temporibus Frederici Imperatoris primi, & Alexandri Papæ tertii. Anno Domini, MCLXX.

CDI. JOHANNES Eccleſiæ cujusdam Horit. *k)* Archidiaconus, vir in divinis ſcripturis eruditus & ſecularium literarum non ignarus, Græci & Latini ſermonis peritus, ingenio præſtans & clarus eloquio. Scripſit quædam ad ædificationem fidelium non ſpernenda opuſcula, quibus nomen ſuum notificavit. E quibus extat opus inſigne & præclarum ad Stephanum regium quendam notarium contra Græcos,

| | |
|---|---|
| De proceſſione Spiritus Sancti | lib. I. *Multa rotundo Græco.* |
| Epiſtolas etiam varias. | lib. I. |

Sed & alia quædam ſcripſiſſe dicitur, quæ ad manus noſtras non venerunt.

CDII. GODEFRIDUS Viterbienſis Presbyter, vir in divinis ſcripturis ſtudioſus & eruditus, & ſecularis literaturæ non ignarus, ingenio præſtans & clarus, metro exercitatus & proſa. Scripſit non ſpernendæ lectionis opuſcula, quibus memoriam ſui poſteris reliquit. E quibus extat grande volumen ad Urbanum Papam tertium carmine & ſoluta oratione mixtum, de mundi principio, de univerſo Veteri & Novo Teſtamento, & ætatibus mundi, temporibus, geſtis, ac hiſtoriis omnibus regum, quod prænotavit

| | |
|---|---|
| Pantheon | lib. XVIII. *De mundi principio &c.* |

De aliis nihil vidi. Claruit ſub Frederico Imperatore primo, & Henrico ejus filio. Anno Domini, MCLXXXV. *l)*

CDIII. ECKBERTUS ſecundus Abbas monaſterii ſancti Florini ordinis divi patris Benedicti, Treverenſis diœceſis, natione Teutonicus, vir in divinis ſcripturis ſtudioſus & eruditus, & non minus converſatione quam ſcientia venerabilis, frater beatæ Helizabet virginis Abbatiſſæ Schonaugienſis fuit. Hic antea Bunnenſis Eccleſiæ canonicus fuit, qui à ſancta ſorore ad Schonaugiam vocatus, primo monachus, ac deinde Abbas factus eſt. Scripſit non contemnendæ lectionis opuſcula, quibus nomen ſuum ad poſteritatis notitiam transmiſit. E quibus ſubjecta reperi.

| | |
|---|---|
| Adverſum hæreſes *m)* | lib. I. *Prophetatum dudum tem.* |
| In principium Evangelii Johannis | lib. I. *Myſteria divini ſer.* |
| Super *Magnificat* | lib. I. *Spiritus Domini ſuper te Ma.* |
| Super *Miſſus eſt angelus* | lib. I. *Sermo Evangelicus omni.* |
| De obitu ſororis ſuæ | lib. I. *Virginibus Deo ſacratis.* |
| Meditationes | lib. I. *Verbum mihi eſt ad te.* |
| Sermones per annum | lib. II. *Erunt ſigna, &c. adventus.* |
| Laudes Saluatoris | lib. I. |
| Epiſtolarum ad diverſos | lib. I. |

Alia quoque nonnulla edidit, quæ ad notitiam meam non venerunt. Fuit enim declamator egregius,



*f)* adhuc A. 1177. *g)* Archiepiſcopus Moguntinus, defunctus A. 1180. Vide Nic. Serarii Mogunt. p. 823.
*h)* Hic Leo præf. ad Miſſam Chryſoſtomi Latine à ſe verſam, fratrem ac præceptorem ſuum vocat Hugonem Etherianum de quo c. 397.
*i)* ſub Emanuele Comneno, qui imperitavit ab A. 1143. ad 1180.
*k)* an Barenſis? de quo Antonius Pagius ad A. 1087. n. 9. *l)* Circa hoc tempus deſinit ejus Chron.
*m)* Eberi Sermones XIII. adverſus Gethenos prodiere Colon. 1530. 8.

egregius, doctus & eloquens, adeo ut quendam hæreticum quem nemo concludere poterat, unica disputatione superaret. Claruit in cœnobio præfato sancti Florini, quod Schonaugia dicitur, in diœcesi Treverensi, sub Frederico Imperatore primo. Anno Domini, MCLX. & propter religionem & doctrinam in precio habebatur.

CDIV. HELIZABET monialis & Abbatissa sororum cœnobii Schonaugiensis, ordinis S. Benedicti (Sunt enim duo monasteria, unum monachorum, alterum monialium, in fine Treverensis diœcesis non longe à Rheno in Hircinia sylua constituta) soror Eckeberti Abbatis supradicti, virgo sanctissimæ conversationis, quæ multas revelationes divinitus acceperat, quas ad ædificationem posteritatis literis demandavit. E quibus legi ista:

| | | |
|---|---|---|
| Viarum Dei utile opus | lib. 1. | *Factum est in exordio.* |
| De XIM. virginum Colonienſium | lib. 1. | *Vobis qui pios affe.* |
| Revelationum diversarum | lib. II. | *Omnes qui lecturi sunt.* |
| Ad fratrem suum Eckebertum | lib. 1. | *Petis à me frater &.* |
| Epistolarum ad diversos | lib. 1. | *Ex episcopatu Metensi de.* |
| Ad sanctam Hildegardem | lib. 1. | |

Et alia quædam. Moritur sub Frederico Imp. primo Anno Domini, MCLXV. Indict. XIII. Ætatis suæ anno XXXVI. Conversionis XXIV. Visitationis autem superni splendoris tertiodecimo. XIV. Calendas Julii. Sepulta in Ecclesia monachorum sancti Florini in medio chori.

CDV. HILDEGARDIS Abbatissa cœnobii S. Ruperti confessoris in oppositio Bingensis oppidi ex altera parte Naji fluvii Moguntinæ diœcesis ordinis divi patris Benedicti, natione Teutonica, ex comitatu Spanhemensi, discipula quondam beatæ Guttæ virginis sororis Megenhardi comitis de Spanhem fundatoris nostri, virgo sanctissimæ conversationis, & à pueritia sua divinis revelationibus illustrata, cujus vita multis miraculis comprobata, odorem suæ sanctitatis in longinquas disperſit regiones, adeo ut Eugenius tertius, Anastasius quartus, Hadrianus quartus, Alexander tertius Romani pontifices, scriptis eam crebrius visitantes, se & Romanam Ecclesiam illius orationibus commendarent. Sed & Eugenius tertius in concilio Treverensi S. Bernardo præsente scripta & opuscula ejus coram omnibus lecta, publice approbavit, eamque ut cœpto perstaret in proposito literis denuo roboravit. Omnia autem quæ scripsit, ex revelatione divina didicit. E quibus ista sunt:

| | | |
|---|---|---|
| In regulam S. Benedicti | lib. 1. | *Et ego paupercula fæ.* |
| Triginta quæstionum | lib. 1. | *Charitas quæ cum abstinen.* |
| Vita S. Ruperti confessoris *n)* | lib. 1. | *Nam ut in vera visione.* |
| Vita S. Disibodi Episcopi | lib. 1. | *In mystica visione, &c.* |
| Homiliæ LVIII. in Evangeliis | lib. 1. | *Homo quidam qui ho.* |
| De Sacramento altaris | lib. 1. | *In visione quæ animæ.* |
| Scivias *o)* grande volumen | lib. 1. | *Et factum est in anno no.* |
| Vitæ meritorum | lib. III. | |
| Simplicis *p)* medicinæ | lib. 1. | |
| Compositæ medicinæ | lib. 1. | |
| Divinorum operum | lib. 1. | *Et factum est in VI. anno* |
| Ad Colonienses | lib. 1. | *Qui erat, & qui est, &.* |
| Ad Treverenses | lib. 1. | *Ego paupercula forma* |
| Exhortatorium secularium | lib. 1. | *O turbæ hominum nascen.* |
| Ad sorores suas | lib. 1. | *O filiæ quæ vestigia.* |
| Ad monachos griseos | lib. 1. | *Ego paupercula in le.* |
| Carmina diversa | lib. 1. | *Qui sunt hi qui ut nu.* |
| Et S. Bernardo | epist. 1. | *In spiritu mysteriorum.* |
| Epistolarum ad diversos CXXXV. | lib. 1. | *O mitis pater ego pau.* |

Scripsit & alia: In omnibus opusculis suis catholica doctrina relucet, quæ vel fidem confirmet, vel instruat mores, nec quicquam dixit aut scripsit unquam quod in dubium possit vocari. Et cum Latini sermonis esset ignara, tamen revelante spiritu Dei omnia Latine & congrue dictavit, notariis excipientibus. Vidimus multas Epistolas Conradi tertii & Frederici primi Imperatorum, & Episcoporum Moguntinensis, Treverensis, Colonienſis, Bremensis, Hierosolymitani, & aliorum pene innumerabilium, qui ex diversis mundi regionibus fama sanctitatis & revelationum ejus provocati, se scriptis commendabant orationibus ipsius & diversarum quæstionum solutiones quærebant. Moritur sub Frederico Imperatore primo. Anno Domini, MCLXXX. Ætatis suæ LXXXII. Indictione tertiadecima. XV. Calend. Octobris.

CDVI.

*n)* Vita S. Roberti, cum Henschenii notis in Actis Sanctor. 15. Maii. T. 3. p. 504.

*o)* Videtur à *sciendo* & *videndo* nomen illud Hildegardis effinxisse. Cæterum Scivias, quod grande volumen etiam vocat Jacobus Philippus Bergomensis, & uno libro comprehendi notat Trithemius, in edito distinguitur, in libros tres.

*p)* Hi simplicis & compositæ medicinæ sunt libri duo Physicorum, quos alteri cuidam Hildegardi de Pinguia tribuendos ex Simlero notat clariss. Caveus. Sed Hildegardis de Pinguia sive in Pinguis eadem omnino est cum Abbatissa visionum auctore. Nam Cœnobium, cui præfuit, vocatur S. Roberti in Pinguis, sive de Pingia, quia vicinum Bingensi opido. Vide Bibl. Patrum T. 23. edit. Lugd. p. 590. & D. Martinum Chladenium in diss. de visionibus Hildegardis §. 12.

CDVI. ALBERTUS patriarcha Hierosolymitanus, vir doctus atque sanctissimus, qui fratribus Carmelitis adhuc in terra sancta degentibus regulam dedit, q) quam iidem fratres jam in Europa constituti per Apostolicam sedem modificatam & approbatam ubique profitentur, ad instantiam Innocentii Papæ tertii descripsit luculento sermone & veraci.

| | | |
|---|---|---|
| Statum terræ sanctæ | lib. 1. | |
| Regulam Carmelitarum | lib. 1. | |

Claruit sub Henrico Imperatore sexto. Anno Domini, MCXC.

CDVII. INNOCENTIUS Papa tertius, natione Campanus; Lotharius ante vocatus, post Cælestinum pontificem tertium, præfuit Ecclesiæ annis XVIII. r) vir in divinis scripturis eruditissimus, quippe qui à pueritia sua in gymnasio Parisiensi operam literis impenderat, & in virum non minus probum quam doctum evasit, reliquit ingenii sui non pauca opuscula, de quibus sub nomine Lotharii Levitæ sive etiam Innocentii Papæ feruntur ista.

| | | |
|---|---|---|
| De utilitate humanæ conditionis | lib. 11. | *Quare de vulva matris.* |
| In septem Psalmos pœnitentiales | lib. 1. | |
| De officio missæ | lib. 11. | *Tria sunt præcipue in quibus.* |
| De Sacramento Baptismi | lib. 1. | |
| De claustro animæ | lib. 1. | |
| Decretales antiquæ | lib. 1. | |
| Sermones plures | lib. 1. | |
| Epistolarum ad diversos | lib. 1. | |

Claruit tempore discordiæ, quæ fuit inter Philippum fratrem Henrici & Ottonem ducem Saxoniæ. Anno Domini, MCC.

CDVIII. GUILHELMUS s) Antisiodorensis ut ferunt Episcopus, vir in divinis scripturis eruditissimus, & in seculari Philosophia nobiliter doctus, ingenio subtilis, sermone scholasticus, in gymnasio Parisiensi Theologicam cathedram ascendens, longo tempore clarus emicuit, & inter omnes doctores illius temporis maxima fama & opinione celebris fuit. Scripsit valde insigne & utile volumen, sive

| | | |
|---|---|---|
| Summam Theologiæ | lib. 1. | *Sicut dicit Apostolus, fides.* |
| De officiis divinis | lib. 1. | |

Alia quoque multa scripsisse dicitur, quæ ad notitiam meam non venerunt.

CDIX. CYRILLUS t) Presbyter & monachus montis Carmeli, & ejusdem ordinis tertius prior generalis, natione ut ferunt Græcus, vir sanctus & prophetico spiritu illustratus, cui omnipotens Deus suam voluntatem angelico ministerio aperuisse dicitur, dum argenteis tabulis digito Dei scriptis honoratur. Scripsit inter cætera ingenii sui opuscula, ad Abbatem Joachim, De oraculo angelico.

| | | |
|---|---|---|
| Prologus sic incipit | epist. 1. | *Domui totius divinæ.* |
| Oraculum vero sic | lib. 1. | *Tempore annorum Christi.* |
| De processu ordinis sui | lib. 1. | |
| Epistolas plures ad diversos. | lib. 1. | |

Claruit sub Philippo & Ottone. Anno Domini, MCC.

CDX. HELMANDUS u) monachus frigidi montis, vir in divinis scripturis longa exercitatione studiosus & eruditus, atque in secularibus literis nobiliter doctus, ingenio acutus, & disertus eloquio, propter doctrinæ excellentiam & vitæ integritatem inter Ecclesiasticos doctores sui temporis non ultimus apparuit. Scripsit enim plura opuscula, quibus nomen suum immortalitati donavit. E quibus feruntur subjecta. Ab exordio mundi usque ad suam ætatem magnum & insigne volumen

| | | |
|---|---|---|
| Historiarum | lib. XLVIII. | |
| De reparatione lapsi | lib. 1. | *G. lamentationes &c.* |
| Sermones plures | lib. 1. | |
| Epistolarum ad diversos | lib. 1. | |

Et alia plura. Claruit sub Henrico sexto, Anno Domini, MCC.

CDXI. GILBERTUS x) monachus ordinis Cistertiensis, & cujusdam cœnobii postmodum Abbas, vir in divinis scripturis studiosus, & egregie doctus, ingenio subtilis, & clarus eloquio. Scripsit post obitum S. Bernardi Abbatis, ubi ille dimiserat, ab eo videlicet loco: *In lectulo meo per noctes* y) usque ad finem, XLVI. z) subtiles & elegantissimos

| | | |
|---|---|---|
| Sermones in Cantica canticorum | lib. 1. | *Varii sunt amantium.* |

Et quædam alia. Claruit sub Henrico sexto. Anno Domini, MCC.

CDXII. ADILREDUS a) Abbas cujusdam cœnobii, b) ordinis Cistertiensis, vir in sanctis



q) A. 1214. Vide eam in actis Sanctor. ad 8. April. T. 1. p. 777. seq.

r) ab A. C. 1198. ad 1216. s) Guilelmus de Selmaco ex Autissiodorensi sive Altissiodorensi Parisiensis Episcopus A. 1223. defunctus. t) Vide Acta Sanctor. 6. Martii T. 1. p. 498. seq.

u) Helmandus cujus chronico sæpius utitur Vincentius Bellovacensis.

x) de Hoilandia in Anglia. y) Cantic. III. 1.

z) Non ad finem Cantici pervenit Gilbertus, sed Homilia ultima illarum XLVIII. quæ sæpe cum S. Bernardi operibus lucem viderunt, desinit in Cantic. V. 10. a) Ælredus, Ealredus vel Ethelredus aliis, A. 1166. defunctus.

b) Abbas Rievallensis in Anglia: vide Bollandum Act. Sanctor. Januarii T. 1. p. 748. Georgium Mackenzie in vitis scriptorum Scotorum Angliæ editor. T. 1. p. 123. seq.

ſcripturis jugi ſtudio exercitatus, & ſecularis Philoſophiæ non ignarus, ingenio mitis, eloquio dulcis, devotione præcipuus. Scripſit ad utilitatem fratrum ſuorum nonnulla opuſcula, quibus & illis profuit, & nominis ſui notitiam ad poſteros transmiſit. E quibus extat opuſculum magnæ utilitatis viris religioſis, ſpiritalibus ſententiis refertum, quod prænotavit:

| | |
|---|---|
| Speculum charitatis | lib. I. |
| In Lucam | ho. I. *Cum eſſet Jeſus annorum.* |

Et alia quæ non vidi. Claruit temporibus Henrici ſexti, circa Annos Domini, MCXX.

CDXIII. MAURICIUS Epiſcopus Pariſienſis, in divinis ſcripturis valde ſtudioſus & eruditus, atque in ſeculari Philoſophia nobiliter doctus, utpote qui Theologiam ante Epiſcopatum multis annis Pariſiis glorioſe docuit, ingenio ſubtilis, ſermone ſcholaſticus, in declamandis ſermonibus ad populum excellentis ſtudii fuit. Fertur quædam præclara compoſuiſſe opuſcula, quibus nomen ſuum poſteritati notificavit. E quibus feruntur per circum totius anni, tam de dominicis quam de feſtivitatibus,

| | |
|---|---|
| Sermones ad populum | lib. II. |
| De cura animarum ad Presbyteros | lib. I. |

Cætera autem quæ ſcripſiſſe dicitur, ad notitiam meam non venerunt.

Claruit temporibus Henrici ſexti, Anno Domini, MCXC.

CDXIV. PAPIAS natione Lombardus, vir in ſecularibus literis eruditiſſimus, Grammaticus omnium ſuo tempore clariſſimus, Græco & Latino ſermone ad plenum inſtructus, in divinis quoque ſcripturis non mediocriter exercitatus. Scripſit gemino ſtylo in utraque literatura quædam egregia opuſcula. E quibus pauca ad notitiam meam pervenerunt.

| | |
|---|---|
| De ordine dicendi | lib. I. |
| De linguæ Latinæ vocabulis *c*) | lib. I. *Omnium in hoc libro inest.* |
| Epiſtolarum ad diverſos | lib. I. |

De cæteris nihil reperi. Claruit temporibus Henrici ſexti. Anno Domini, MCC.

CDXV. JOHANNES Beleth. gymnaſii Pariſienſis olim inſignis Theologus, in divinis ſcripturis eruditus & in ſeculari Philoſophia ſufficienter doctus, ingenio promptus, ſermone ſcholaſticus, inter doctores ſui temporis non ignobilis, ſcribendo & diſputando nomen ſuum ad poſteritatis notitiam cum gloria deduxit. *d*) Scripſit enim non inutilem

| | |
|---|---|
| Summam de divinis officiis | lib. I. *In primitiva Eccleſia.* |
| Sermones quoque varios | lib. I. |

Alia inſuper non pauca ſcripſiſſe dicitur, ſed ad notitiam meam non venerunt.

CDXVI. THEODERICUS Abbas ordinis S. Benedicti, natione Teutonicus, vir in divinis ſcripturis ſtudioſus & ſecularium literarum non ignarus, nec minus converſatione quam ſcientia clarus. Fertur nonnulla compoſuiſſe opuſcula, de quibus ego tantum vidi, ad quosdam Abbates,

| | |
|---|---|
| Vitam ſanctæ Hildegardis | lib. IV. *In Romana Repub.* |

Et quasdam Epiſtolas. Claruit ſub Henrico ſexto. Anno Domini, MCC.

CDXVII. WERNHERUS, alias Hirnerius, *e*) vir illuſtris atque ſpectabilis, juris civilis profeſſor & interpres clariſſimus ac aliarum literarum humanitatis cultor eximius, qui merito *lucerna juris* appellatus eſt, quoniam jus civile gloſſulis primus expoſuit, & ſine exemplo cæteris illuminandi juris exemplum dedit. Et ab hinc utriusque juris profeſſores in copia ſemper claruerunt, & volumina ſuæ inſtitutionis usque in hodiernum diem explanare cœperunt. Docuit autem in utroque tam Romæ quam Bononiæ multo tempore, ubi diſcipulos & plures habuit & egregios, qui ſua eruditione famam & gloriam magiſtri dilatarunt. Extant ejus gloſſulæ & monimenta præclara in legibus, quæ apud profeſſores hujus induſtriæ notiſſima ſunt.

Claruit temporibus Henrici ſexti. Anno Domini, MCC. *f*)

CDXVIII. PETRUS *g*) Abbas Cluniacenſis, ordinis S. Benedicti, vir in divinis ſcripturis jugi exercitatione doctus, ingenio placidus, ſermone dulcis atque compoſitus, & ad perſuadendum ſatis idoneus, converſatione devotus & laudabilis, ac regularis obſervantiæ zelator inſignis, nomen ſuum ſcribendo poſteris notificans, ad utilitatem legentium quædam devota compoſuit opuſcula, de quibus iſta feruntur:

| | |
|---|---|
| Relationes multorum | lib. I. |
| De converſatione heremitica | lib. I. *Suſcepi literas dilectionis.* |
| Epiſtolarum ad diverſos | lib. I. |

Alia quoque nonnulla edidit, quæ ad notitiam meam non venerunt.

CDXIX. PETRUS Cantor Pariſienſis, & poſtea (ut ferunt) Epiſc. *b*) vir in divinis ſcripturis

*c*) hoc eſt celebre illud Papiæ elementarium ſive Lexicon, de quo vide Cangium prolegom. ad gloſſarium mediæ latinitatis.

*d*) clarus ſæculo duodecimo exeunte.

*e*) Irnerius, quibusdam etiam Guarnerius. *f*) defunctus ante A. 1190.

*g*) Hic eſt Petrus Mauricius cognomento Venerabilis, defunctus A. 1156.

*b*) Non fuit Epiſcopus, ſed Tornacenſi Epiſcopatu, qui ipſi oblatus erat, declinato diſceſſit A. 1190. in monaſterium Longipontis, Ord. Ciſterc. dioceſis Syreſſionenſis. Vide Carolum Viſch in Bibliotheca Ciſterc. p. 262. ſeq.

pturis eruditiſſimus, & in ſeculari Philoſophia nobiliter doctus, theologicæ ſcholæ Pariſiis multis annis glorioſe præfuit, & diſcipulos egregios multos erudivit. Scripſit etiam quædam præclara opuſcula, de quibus pauca ad manus noſtras memini perveniſſe. Volumen prænotatum:

| | | |
|---|---|---|
| Verbum abbreviatum | lib. 1. | *Verbum abbreviatum.* |
| Diſtinctionum aliud | lib. 1. | *Abel dicitur principium.* |
| Grammatica Theologorum | lib. 1. | |
| Sermones varios | lib. 1. | |
| De quibusdam miraculis | lib. 1. | |
| De Sacramentis quoque | lib. 111. | *Circuibat populus.* |

Claruit temporibus Henrici ſexti. Anno Domini, MCC. *k*)

CDXX. PILEUS *k*) Modicenſis, utriusque Juris Profeſſor, & interpres celeberrimus, ingenio ſubtilis, ſermone ſcholaſticus, ſcientia clarus & cautus conſilio, apud Juriſtas antiquiores in maximo precio habitus, ſcribendo & docendo in ea facultate varia, nomen ſuum cum gloria transmiſit ad notitiam poſteritatis, de cujus opuſculis invenitur quædam ſumma notabilis & non ſpernenda, quam prænotavit:

| | | |
|---|---|---|
| De ordine judiciorum | lib. 1. | *Invocato Chriſti nomine.* |

De cæteris autem quæ ſcripſit, nihil ad notitiam meam pervenit.

CDXXI. JOHANNES *Boſianus* patria Cremonenſis, legum explanator famoſiſſimus, præceptor Azonis *l*) Bononienſis Juriſconſulti clariſſimus, vir magnæ doctrinæ & opinionis, qui inter expoſitores juris primus apparuit, & multis ſuo exemplo animum & formam ſtudendi dedit. Fertur in ea facultate præclara quædam ſcripſiſſe opuſcula, quibus nomen ſuum immortalitati donavit. E quibus extat ſumma brevis ſuper pandectis, quæ prænotatur:

| | |
|---|---|
| Ventoſa | lib. 1. |
| Super C. Lectura | lib. IX. |

Et quædam alia. Claruit ſub Henrico ſexto. Anno Domini, MCC.

CDXXII. STEPHANUS *m*) *Anglicus*, gymnaſii Pariſienſis quondam decus & rector in divinis ſcripturis ſtudioſus & eruditus, atque in Philoſophia Ariſtotelica nulli ſuo tempore ſecundus, Theologiam multis annis glorioſe docuit, & primus ſcripturam ſacram medullitus, & moraliter exponere cœpit. Et hinc mos inolevit, ut magiſtri Theologiæ divinos libros ſuis lecturis in ſcholis diſcipulis lucidius aperirent. Scripſit autem iſte Stephanus ut accepi, ſubjecta opuſcula:

| | |
|---|---|
| In quinque libros Moyſi | lib. v. |
| In Joſue | lib. 1. |
| In librum quoque Judicum | lib. 1. |
| In Regum quoque | lib. IV. |
| In XII. Prophetas minores | lib. XII. |

Alia inſuper multa edidit, quæ ad notitiam meam necdum venerunt. Claruit circa tempora Imperii Henrici ſexti regis, Imperatoris autem à papa coronati quinti. Anno Domini, MDCC. *n*)

CDXXIII. BAGOROTUS utriusque juris profeſſor inſignis & celeberrimus interpres, aliarum quoque literarum ſecularium non ignarus, cujus apud antiquos Juriſtas non parua authoritas erat, propter excellens ingenium docendi, ſcribendique ſtudio etiam poſteris nomen ſuum notificavit, de cujus opuſculis extat ſumma notabilis, quam prænotavit

| | | |
|---|---|---|
| Cavillationum | lib. 1. | *Cum periculoſum ſit mi.* |
| De ordine judiciorum | lib. 1. | *Precibus & Inſtantia.* |

Alia inſuper complura ſcripſiſſe dicitur, ſed ad notitiam meam non venerunt.

CDXXIV. PLACENTINUS natione Italus, utriusque juris cultor & explanator celeberrimus, in monte Peſſulano docendo & ſcribendo magnam gloriam eſt conſecutus, qui olim apud hujus artis profeſſores inter præcipuos doctores locum obtinuit, propter quædam commendatiſſima volumina, quæ compoſuit. E quibus inter cætera extare dicitur,

| | | |
|---|---|---|
| Summa judiciorum | lib. 1. | *Cum eſſem Mantuæ.* |
| Super codice quoque | lib. IX. | |

De aliis nihil reperi. Claruit temporibus Henrici ſexti. Anno Domini, MDCC.

CDXXV. ROFREDUS *o*) patria Beneventanus, doctor in utroque jure clariſſimus, ingenio ſubtilis, eloquio ſcholaſtico more compoſitus, ad ſolvenda dubia & juris quæſtiones longa exercitatione ſatis idoneus. Scripſit in ea facultate ſtudentibus non contemnenda opuſcula, quibus nomen & opinionem ſuam immortalitati conſecravit. De quibus tamen pauca potuimus invenire, quæ & ſubjecimus, volumen perutile, continens

| | | |
|---|---|---|
| Quæſtiones juris civilis | lib. 1. | *Si conſiderarem ingenium.* |
| Quæſtiones juris canonici | lib. 1. | *Super omnibus actionibus.* |
| Summam juris | lib. 1. | |



*i*) jam defunctus A. 1179. 10. Cal. Octobr.

*k*) Regnante Friderico Barbaroſſa ICtos, Pileum, Bulgarum & Hugonem Bononiæ claruiſſe teſtatur Catellianus Cotta in Memoralibus p 480. *l*) Infra c. 427. *m*) Stephanus Langtonus.

*n*) obiit 1228. *o*) Jac. Philippo Bergomenſi & Catelliano Cotta rectius dicitur Odofredus & diſtinguitur ab Odofredo altero Junibore de quo etiam noſter infra c. 444.

Digitized by Google

Quicquid amplius edidit, ad notitiam meam adhuc minime pervenit.

CDXXVI. PETRUS Archiepiſcopus Senonenſis in divinis ſcripturis jugi ſtudio eruditus & veterum lectione dives, atque in ſecularibus literis nobiliter doctus, ingenio ſubtilis & clarus eloquio. Scripſit non paruæ utilitatis opuſcula, quibus & ſuum ingenium excoluit, & aliorum ædificationi materiam præparavit. Scripſit valde ſubtiliter ſententiis patrum appoſitis,

| | |
|---|---|
| In epiſtolas Pauli omnes | lib. XIV. |
| Sermones etiam varios | lib. I. |

Diverſos etiam libros Bibliæ diligenter expoſuit, aliosque tractatus & varios & utiles ſcripſiſſe dicitur, qui ad notitiam meam non venerunt.

CDXXVII. AZO natione Italus eſt Bononienſi civitate orditus vitæ originem, Johannis Boſiani *p*) Cremonenſis viri doctiſſimi quondam auditor atque diſcipulus, juris civilis famoſiſſimus interpres, fons legum, copia verborum, lucerna juris, qui ſua eruditione & ſcientia omnes Juriſtas, qui eum præceſſerant facile præcellit, multa ad jus civile pertinentia opuſcula edidit, quibus laudem & gloriam immortalem acquiſivit.

| | |
|---|---|
| Summam juris notabilem | lib. I. |
| Super Digeſto veteri | lib. XXIV. |
| Super Codice quoque | lib. IX. |

Præterea optimos in legibus apparatus confecit, & pluribus ſummis additiones appoſuit, ac varia ſcripſit quæ à doctis non ignorantur Juriſtis. Claruit temporibus Frederici Imperatoris ſecundi. Anno Domini, MCCXXX. Et multos inſignes diſcipulos *q*) poſt ſe reliquit.

CDXXVIII. EGIDIUS de Fuſcariis *r*) civis Bononienſis, vir in jure canonico doctiſſimus, & tam legibus Imperialibus quam in aliis diſciplinis humanitatis nobiliter eruditus, ingenio ſubtilis & clarus eloquio, in profeſſoribus hujus facultatis apud veteres magnæ authoritatis doctor. Scripſit quædam præclara in ea diſciplina volumina, de quibus ego tantum vidi:

| | | |
|---|---|---|
| De ordine judiciorum | lib. I. | *In nomine Domini noſtri Jeſu* |
| Da officio Tabellionis | lib. I. | *Reſtat nunc ut de offi.* |
| Quæſtiones juris varias. | | |

Cætera quæ compoſuit, ad manus noſtras adhuc minime venerunt.

CDXXIX. FRANCISCUS ordinis minorum inſtitutor & princeps, natione Italus, ex Aſſiſio civitate Italiæ oriundus, vir ſanctiſſimæ converſationis & Evangelicæ paupertatis ardentiſſimus ſectator, qui verbo & exemplo multos ab iniquitate convertit, & in viam juſtitiæ catholicæ direxit, tantus amator Chriſti extitit, ut in contemptu mundi & conſolationis tranſitoriæ parem vix habuerit. In cujus ordine multi jam deinceps doctiſſimi viri claruerunt, qui ad utilitatem fidelium innumera pene compoſuerunt opuſcula. Ipſe autem Franciſcus ſcripſit brevem

| | | |
|---|---|---|
| Regulam minorum | lib. I. | *Regula & vita minorum.* |
| Teſtamentum breve | lib. I. | *Dominus dedit mihi fratri.* |

Claruit ſub Frederico Imperatore ſecundo. Anno Domini, MCCXX. *s*)

CDXXX. CÆSARIUS monachus in Heiſterbach *t*) ordinis Ciſtertienſis, natione Teutonicus Colonienſis Agrippinæ diœceſis, vir devotus, & in diſciplina regulari præcipuus, atque in divinis ſcripturis longa exercitatione ſtudioſus, compoſuit ad inſtructionem novitiorum quorum inſtitutor erat, ſimplici & aperto ſermone nonnulla opuſcula, quorum lectio devotis & ſimpliciori bus fratribus non eſt ſpernenda, de quibus ego tantum reperi ſubjecta. Opus prolixum de miraculis & viſionibus diverſis ſuo tempore factis in Germania, quod ad imitationem ſancti Papæ Gregorii prænotavit:

| | | |
|---|---|---|
| Dialogorum de variis | lib. XII. | *Colligite fragmenta ne.* |
| In Evangeliis dominicalibus. | lib. II. | *Petrus Cypri dilectus.* |
| In Evangeliis de ſanctis | lib. I. | *Dominus ac Salvator noſter* |
| Sermones ad novitios | lib. I. | *(Jeſus.* |

Alia inſuper complura edidit, quæ ad notitiam meam non venerunt.

CDXXXI. GUILHELMUS monachus cœnobii divi martyris Dionyſii Pariſienſis, ordinis S. Benedicti, natione Gallus vir in divinis ſcripturis jugi ſtudio peritus atque in diſciplinis ſecularium literarum egregie doctus ingenio & eloquio clarus, ac temporum cognitor inſignis, nomen ſuum varia ſcribendo & docendo ad notitiam poſteritatis transmiſit. E quibus extat:

| | |
|---|---|
| Hiſtoriarum volumen | lib. III. |
| Et Epiſtolæ plures ad diverſos | lib. I. |

Fertur autem in divinas ſcripturas commentarios edidiſſe, quos necdum vidi.

CDXXXII. JACOBUS *de Vitriaco*, Epiſc. Achonenſis,*) & poſtea ſacroſanctæ Eccleſiæ Romanæ Cardinalis, Epiſcopus Tuſculanus, vir in divinis ſcripturis eruditus & ſecularium literarum non ignarus, moribus & vita ſpectabilis, in declamandis ſermonibus ad populum excellentis ingenii fuit, & crucem contra Albienſes hæreticos glorioſe prædicans, multos fideles in eos Apoſtolica

*p*) ſupra c. 421.
*q*) Ex his infra c. 438. ſeq. memorantur Bernardus Dorna, Accurſius & Odofredus. c. 444.
*r*) A Joanne Bumaldo in Bibliotheca Bononienſi vocatur Ægidius Foſcherarius & traditur claruiſſe A. C. 1289.
*s*) defunctus A. 1226. 4. Octobr. *t*) clarus circa A. C. 1220.
*) Aconenſis, Ptolemaidis in Syria. Vide Miræi notitiam Epiſcopatuum orbis Chriſtiani p. 155.

ſtolica authoritate ſignavit. Scripſit non ſpernendæ lectionis opuſcula, quibus nomen ſuum poſteris notificavit.

| | |
|---|---|
| Hiſtoriam orientalem | lib. I. *w)* |
| Vitam Mariæ de Oegines *x)* | lib. III. |
| Contra Saracenos | lib. I. |
| De ſanctis mulieribus Leodienſibus | lib. I. |
| Epiſtolarum ad diverſos | lib. I. |

Alia inſuper nonnulla compoſuit, quæ ad notitiam meam non venerunt. Claruit ſub Friderico Imperatore ſecundo. Anno Domini, MCCXX.

CDXXXIII. BONAGUIDA Aretinus, vir in utroque jure omnium ſuo tempore doctiſſimus, apud veteres hujus facultatis profeſſores magnæ authoritatis, ingenio ſubtilis, & clarus eloquio. Scripſit ad utilitatem diſcipulorum juris quædam præclara volumina, quibus ſe & utilem præſentibus, & notum effecit futuris. E quibus extat ſumma nobilis, quam prænotavit:

| | | |
|---|---|---|
| Introductoriam advocatorum | lib. II. | *Cum advocationis off.* |
| Margarita Juris | lib. I. | *Quoniam poſt inventionem.* |

Declarationes variarum cauſarum. Sed & alia quædam compoſuiſſe dicitur, quæ ad notitiam meam non venerunt.

CDXXXIV. PETRUS *de Vineis*, natione Teutonicus, * Frederici Imperatoris ſecundi ſcriba & cancellarius, vir doctus & eloquens, ſed in eo maxime reprehenſibilis, quod eidem Frederico adhærens ejus favore contra Eccleſiam Romanam *y)* ſtolidus latravit, à quo tandem digne remuneratus cum in certis eum offendiſſet, lumen cum oculis amiſit. Scripſit autem quædam ingenii ſui opuſcula, de quibus ego tantum reperi.

| | | |
|---|---|---|
| Epiſtolarum ex perſona Imperatoris | lib. VI. | *Collegerunt pontifices.* |
| De poteſtate Imperiali | lib. I. | |

Claruit ejusdem Frederici ſecundi temporibus. Anno Domini, MCCXXX. *z)*

CDXXXV. ANTONIUS dictus *de Padua*, natione autem Hiſpanus ex Ulixbona civitate oriundus, ordinis minorum, & beati Franciſci diſcipulus, vir in divinis ſcripturis eruditiſſimus, quippe qui ante ingreſſum ordinis Theologiam Toloſæ, Bononiæ, & Patavii multo tempore glorioſe docuit, & diſcipulos poſt ſe inſignes reliquit, tantæ ſanctitatis extitit, ut multis & vivus & mortuus coruſcarit miraculis. Fuit autem excellentiſſimus prædicator, adeo ut ſummus eum pontifex *arcam teſtamenti* conſueverit appellare. Et S. Franciſcus eum ſuum Epiſcopum vocare ſolebat. Scripſit inter cætera ingenii opuſcula valde elegantes & ardentiſſimos,

| | | |
|---|---|---|
| Sermones de tempore | lib. II. | *Erunt ſigna &c. dicit.* |
| Sermones quoque de ſanctis | lib. I. | |

Claruit temporibus Frederici Imperatoris ſecundi. Anno Domini, MCCXXX. Et propter miraculorum frequentiam poſt mortem à Gregorio Papa nono, una cum ſancto Dominico & Helizabet Lantgravia Thuringorum, catalogo ſanctorum ſtatim inſertus eſt. *a)*

CDXXXVI. JORDANUS *b)* ordinis prædicatorum, poſt ſanctum Dominicum (ut dicunt) magiſter generalis, natione Teutonicus, vir in divinis ſcripturis exercitatus & ſufficienter eruditus, verbi Dei prædicator egregius & non minus ſanctitate quam ſcientia venerabilis, ſuo exemplo & melliflua doctrina multos ad pietatem erudivit. Fertur nonnulla ſcripſiſſe opuſcula, quorum lectio declamatoribus ac devotis fratribus non inutilis judicatur. E quibus feruntur ex officio prioratus, ad fratres ſui ordinis,

| | |
|---|---|
| Exhortatoriæ Epiſtolæ plures | lib. I. |
| Sermones ad populum | lib. I. |
| De ordinis *c)* inſtitutione | lib. I. |

Claruit ſub Frederico Imperatore ſecundo, eodem tempore, quo & beatus Dominicus. Anno Domini, MCCXX.

CDXXXVII. HUBERTUS *de Bobio* juris utriusque profeſſor & interpres ſagaciſſimus, ingenio ſubtilis, & ſcholaſtico more luculentus eloquio, qui apud veteres hujus ſcientiæ profeſſores inter præcipuos doctores eſt habitus, nomen ſuum docendo & ſcribendo cum gloria transmiſit ad notitiam poſteritatis, dans cæteris diſcendi exemplum ac proficiendi adjumentum. Scripſit enim notabilem ſummam, quam prænotavit:

| | | |
|---|---|---|
| De ordine judiciorum | lib. I. | *Quia pietas paterna.* |
| Quæſtiones & determinationes. | | |

Et alia non pauca, quæ tamen ad manus noſtras minime venerunt.

CDXXXVIII. BERNARDUS *Dorna* natione provincialis, Azonis *d)* Bononienſis viri clariſſimi quondam auditor atque diſcipulus, utriusque juris profeſſor & interpres doctiſſimus, præ-



*w)* Hiſtoria Orientalis libris tribus diſtincta exſtat in Bongarſii geſtis DEI per Francos.
*x)* Vita Mariæ Ogniacenſis libris II. apud Surium 23. Jun.
* Alii malunt Italum Capuanum. Vide Chriſtoph. Landini commentar. ad Dantem cantu 13. de inferno p. 75. b.
*y)* contra Innocentium IV. infra c. 447.
*z)* miſer ex impatientia ſibi ipſe necem conſcivit capite ad columnam alliſo A. 1249.
*a)* A. 1233. cum obiiſſet Patavii A. 1231. 13. Jun. *b)* Jordanus de Saxonia.
*c)* Dominicani puta, qui liber cum Antonii Matthæi notis prodiit Rom. 1587. 4.
*d)* De Azone ſupra c. 427.

Digitized

ceptoris ſui eruditiſſimi provocatus exemplo, ſe literis totum accommodans, varia ſcripſit opuſcula, quibus nomen ſuum immortalitati dicavit. E quibus extat volumen inſigne,

De libellorum conceptionibus lib. I.

Et alia quæ non vidi. Claruit Frederici Imperatoris ſecundi temporibus. Anno Domini, MCCXL.

CDXXXIX. ACURSIUS *e)* natione Italus, ex Florentia civitate oriundus auditor quondam & diſcipulus Azonis, vir in utroque jure peritiſſimus, atque in cæteris ſecularium literarum diſciplinis non infime doctus, ingenio ſubtilis & clarus eloquio, cujus quanta ſit hoc tempore apud legum profeſſores authoritas, nemo vel modice doctus qui neſciat. Scripſit multa præclara opuſcula, & primus totum jus civile gloſſavit.

| | |
|---|---|
| In ff. vetus | lib. XXIV. |
| In. ff. novum | lib. XII. |
| In. ff. Infortiati | lib. XIV. |
| Super Codice | lib. XII. |
| Super Inſtitutis | lib. IV. |

Alia inſuper non pauca edidit, quæ legum ſtudioſis notiſſima ſunt. Claruit ſub Frederico Imperatore ſecundo. Anno Domini, MCCXL.

CDXL. HUBERTUS *de Bonacurſo*, natione Italus, vir in utroque jure peritus & ſecularis Philoſophiæ non ignarus, ingenio promptus & apertus eloquio, qui apud veteres juris explanatores non obſcuræ opinionis fuit. Compoſuit in ea facultate quædam præclara opuſcula, de quibus nullum ad manus noſtras memini perveniſſe. Fertur autem ejus

De præludiis cauſarum lib. I. *Cum de mandato Imperiali.*
Et de judiciis quædam.

Credimus autem tam iſta quam alia ejus opera, peritis Juriſtis non incognita.

CDXLI. JOHANNES *f)* de Abbatis villa, Archiepiſcopus Biſuntinus, & ſacroſanctæ Eccleſiæ Romanæ cardinalis, natione Gallus, vir in divinis ſcripturis eruditiſſimus, & earundem ſacrarum literarum famoſiſſimus interpres, qui in ſtudio Pariſienſi Theologiam multis annis egregie docuit, in declamandis ſermonibus ad populum excellentiſſimus, qui ob eam rem vel maxime ex magiſtro Pariſienſi factus eſt Archipræſul Biſuntinus. Scripſit valde utiles & inſignes

| | |
|---|---|
| Sermones de tempore | lib. II. |
| Sermones de ſanctis | lib. II. |

Alia quoque multa edidit, quæ ad notitiam meam non venerunt.

Scripſit autem dictos ſermones per circulum anni. Primo quidem breves lectiones Evangelicas & Apoſtolicas breviter exponendo. Poſtea vero alios ſermones tam de dominicis quam de feſtivitatibus adeo prolixos edidit, tot ſcripturarum inducens teſtimonia, ut vix poſſint memoriæ commendari, quæ tamen jam novis ſupervenientibus ex parte viluerunt.

CDXLII. RAYMUNDUS *de Penna forti*, natione Catalanus, ſive provincialis, ordinis prædicatorum tertius magiſter generalis, vir in divinis ſcripturis eruditus, & ſecularium literarum non ignarus, ingenio promptus, & juris canonici notitia inſignis, nomen ſuum varia ſcribendo immortale reddidit & ſibi Eccleſiam ſuis opuſculis perpetue (ut ita dixerim) debitricem obligavit. Nam juſſu Gregorii Papæ noni comportavit

| | | |
|---|---|---|
| Decretales juris *g)* | lib. V. | *Rex pacificus pia mi.* |
| Summam de caſibus *h)* | lib. III. | *Quoniam ut ait Hierony.* |
| Conſtitutiones ordinis ſui | lib. I. | |

Et quædam alia. Claruit ſub Frederico ſecundo Imperatore. Anno Domini, MCCXXX. *i)*

CDXLIII. ALBERTUS *Galioti* patria Parmenſis canonum & legum profeſſor interpresque famoſus, ingenio ſubtilis, conſilio cautus & eloquio ſcholaſticus, qui ob doctrinam & experientiam rerum apud Juriſtas veteres inter præcipuos doctores habebatur. Scripſit quædam in jure non contemnenda opuſcula, quibus nomen ſuum ad notitiam poſteritatis cum laude immortali transmiſit. E quibus extat ſumma

| | | |
|---|---|---|
| Margarita quæſtionum | lib. I | *Cum ego Albertus Galio.* |
| Et declarationes judiciorum | lib. I. | |

Et quædam alia diverſa, quæ nobis incognita, habentur à diverſis.

CDXLIV. ODOFREDUS Beneventanus, *k)* Azonis Bononienſis auditor, & *l)* Jacobi Baldewini poſtmodum præceptor, vir in utroque jure peritiſſimus, ingenio ſubtilis, & clarus eloquio, qui multos inſignes poſt ſe diſcipulos reliquit, propter doctrinam & eruditionem, tum juris, tum aliarum literarum humanitatis, in magna authoritate habebatur apud veteres. Cujus multa feruntur opuſcula, quibus nomen ſuum notificavit poſteritati.

De libellorum formatione lib. I. *Poſtquam opus notarie.*

De

*e)* De ejus filio Franciſco Accurſio JCto infra c. 528. *f)* Johannes Algrinus defunctus A. C. 1233.
*g)* A. 1230. à Gregorio IX. approbati exſtant in Corpore Juris Canonici.
*h)* Noviſſime recuſa Avenione 1715. 4. Vide Ephemerides eruditor. Pariſ. A. 1716. II. p. 536.
*i)* centenarius obiit A. 1275. 5. Jan. Vide Acta Sanctor. T. I. Januar. p. 404. ſeq.
*k)* de Odofredo ſeniore ſupra c. 425. *l)* de hoc Baldewino c. 454.

De ordine judiciario lib. 1. *Quemadmodum Christi.*
De arte notariatus lib. 1.

Et alia, quæ non vidi. Claruit sub Frederico Imperatore secundo. Anno Domini, MCCXXX.

CDXLV. JOHANNES *de Blanosco*, natione Burgundus, vir in utroque jure doctissimus, & in Philosophorum secularium præceptis sufficienter eruditus, ingenio acer & promptus. Scripsit aperto sermone professoribus hujusce facultatis non spernenda opuscula, quibus fama nominis sui & tunc præsentibus & post futuris longe lateque innotuit. E quibus extát volumen magnæ utilitatis, quod prænotavit:

De actionibus advocatorum lib. 1. *Ego Johannes de Blano.*

Et variæ quæstiones. Cætera autem quæ composuit, ad notitiam meam minime venerunt.

CDXLVI. JOHANNES *m*) nomine & natione *Teutonicus*, ex civitate Friburgensi oriundus, Episcopus Bossinensis in Hungaria, ordinis prædicatorum, vir in divinis scripturis multum exercitatus & doctus in Jure & seculari Philosophia egregie peritus, qui propter eruditionem & vitæ sanctitatem ex ordine ad Episcopatum assumptus fuerat, quem postea deferens, ad ordinem suum reversus est & post Raymundum *n*) generalis magister ordinis constitutus, multa bona fecit. Scripsit notabilem

Summam confessorum lib. v. *Quoniam dubiorum nova.*

Et quædam alia. Claruit temporibus Frederici Imperatoris secundi. Anno Domini, MCCL. *o*) Sepultus vero est in conventu suo Argentinensi, multis olim (ut ferunt) coruscans miraculis.

CDXLVII. INNOCENTIUS Papa quartus, Symbaldus *p*) ante vocatus, natione Italus, civitate Genuensi oriundus, sedit in pontificatu post Cœlestinum quartum annis undecim, vir in scripturis divinis & in jure doctissimus, amator religiosorum, qui Concilium generale * Lugdunense celebravit, in quo Fredericum ab Imperio, patrum consensu deposuit, & multa ad Ecclesiæ utilitatem constituit. Scripsit nihilominus quædam præclara opuscula, ob quorum editionem scriptoribus Ecclesiasticis digne annumeratur, ad posteritatis notitiam cum eisdem transmittendus. Contra Petrum de Vineis, *q*)

De potestate Ecclesiastica lib. 1.
Apparatum super decretalibus lib. v. *Legitur in Ezechiele.*
Regulam Clarissarum lib. 1. *Forma vitæ ordinis.*
Authenticas quoque lib. 1.
Epistolarum ad diversos lib. 1.

Et quædam alia. Claruit sub Frederico secundo. Anno Domini, MCCL.

CDXLVIII. ROLANDINUS *de Romantiis*, Juris utriusque professor *r*) & interpres celeberrimus, atque in seculari Philosophia nobiliter doctus, qui apud Juristas veteres non infimus erat. Scripsit in ea facultate quædam præclara opuscula, quibus nomen suum cum gloria transmisit ad notitiam posteritatis. E quibus ego tantum reperi,

Summam de ordine maleficiorum lib. 1. *Incipit parvus libellus.*
Determinationes & quæstiones.

Cætera quæ composuisse dicitur, ad notitiam meam non venerunt.

CDXLIX. BERNHARDUS Presbyter Compostellanus, Innocentii Papæ quarti familiaris & capellanus, vir in Jure doctissimus, ejusdem pontificis studio provocatus, conscripsit in Jure quædam præclara opuscula, quæ in magna authoritate his temporibus apud Juristas habentur. De quibus ego pauca potui invenire, scilicet, apparatum insignem,

Super decretalibus lib. v. *In hujus libri principio.*
Casus decretalium lib. v. *Rex pacificus pia mi.*

De cæteris nihil vidi. Claruit sub Frederico Imperatore secundo. Anno Domini, MCCL.

CDL. GUIDO *de Suzaria*, doctor in Jure peritissimus, & in aliis disciplinis secularis Philosophiæ sufficienter instructus, ingenio subtilis & promptus, cautusque consilio, cujus apud veteres harum rerum peritos magna fuit authoritas. Fertur in Jure quædam præclara cudisse opuscula. Inter quæ extat summa notabilis, quam prænotavit:

De actionibus causarum lib. 1. *Super causarum ordinatione.*
Declarationes quoque variæ.

Et alia complura, quæ ad manus nostras adhuc minime venerunt.

CDLI. BARTHOLOMÆUS Brixianus, Juris canonici professor & interpres eruditissimus, atque in cæteris secularis literaturæ disciplinis egregie doctus, ingenio subtilis & disertus eloquio. Scripsit tam in Jure quam de aliis rebus varia & præclara opuscula, quibus nomen suum immortalitati donavit. E quibus subjecta feruntur:

Repertorium decreti lib. III. *Quoniam suffraganeis ve.*
Disputationes decretalium lib. v.
Chronicam Italiæ lib. 1.



*m*) Johannes Semigacii. *n*) de quo supra c. 442.
*o*) obiit 1273. vel 1254. vide Altamuram in Bibl. Dominicanor. p. 14.
*p*) Sinibaldus. ab A. 1243. 24. Jun. usque ad 1254. 7. Dec. * A. C. 1245.
*q*) de quo supra c. 434. *r*) Bononiæ.

Digitized by Google

| | |
|---|---|
| Epiſtolarum ad diverſos | lib. I. |

Et quædam alia. Claruit ſub Frederico Imperatore ſecundo, Anno Domini, MCCXL.

CDLII. JOHANNES *de Deo*, Juris utriusque profeſſor & enucleator eximius, atque in diſciplinis Philoſophiæ ſufficienter eruditus, ingenio ſubtilis, ſermone ſcholaſticus, qui apud veteres magnæ authoritatis extitit. Scripſit multa & varia in utroque Jure opuſcula, quibus memoria nominis ſui ad multorum notitiam devenit. E quibus pauca ad notitiam meam pervenerunt. Reperi enim ſubjecta duntaxat: *s*)

| | | |
|---|---|---|
| Summam cavillationum | lib. VII. | *Ad honorem ſummæ Tri.* |
| Aliam prænotatam, Judicium | lib. IV. | *Principio noſtro aſſit.* |
| Tabulam decreti | lib. II. | *Liber decretorum diſtin.* |
| Tabulam decretalium | lib. I. | *Volentibus prompte.* |
| Concordantiam decreti & decretal. | lib. I. | *De conſtitutionibus trac.* |

Quæſtiones varias. Docuit autem in civitate Bononienſi, ubi prædicta & alia compoſuit.

CDLIII. HUGO *t*) Barchinonenſis, ordinis prædicatorum ſacroſanctæ Eccleſiæ Romanæ tituli S. Sabinæ Presbyter cardinalis, vir in divinis ſcripturis eruditiſſimus, qui ante ordinis ingreſſum ſacræ Theologiæ magiſter fuerat, multosque inſignes diſcipulos habuit. Scripſit plura egregia opuſcula, quibus nomen ſuum immortalitati conſecravit. Nec minus converſatione & religione quam ſcientia clarus emicans, idem manſit in dignitate qui antea fuit, de cujus libris iſti feruntur:

| | |
|---|---|
| In Geneſim | lib. I. |
| In Exodum | lib. I. |
| In Leviticum | lib. I. |
| In Numeros | lib. I. |
| In Deuteronomium | lib. I. |
| In Joſue | lib. I. |
| In Judicum | lib. I. |
| In librum Ruth | lib. I. |
| In Regum | lib. IV. |
| In Paralipomenon | lib. II. |
| In Esdram & Neemiam | lib. III. |
| In Tobiam | lib. I. |
| In Judith | lib. I. |
| In Heſter | lib. I. |
| In librum Job | lib. I. |
| In Pſalterium | lib. I. |
| In Proverbia | lib. I. |
| In Eccleſiaſten | lib. I. |
| In Cantica canticorum | lib. I. |
| In librum Sapientiæ | lib. I. |
| In Eccleſiaſticum | lib. I. |
| In Eſaiam Prophetam | lib. I. |
| In Hieremiam | lib. III. |
| In Ezechielem | lib. I. |
| In Danielem | lib. I. |
| In XII. Prophetas minores | lib. XII. |
| In libros Machabeorum | lib. II. |
| In Evangelium Matthæi | lib. I. |
| In Evangelium Marci | lib. I. |
| In Evangelium Lucæ | lib. I. |
| In Evangelium Johannis | lib. I. |
| In Epiſtolas Apoſtoli Pauli | lib. XIV. |
| In Actus Apoſtolorum | lib. I. |
| In Epiſtolas canonicas | lib. VII. |
| In Apocalypſin Johannis | lib. I. |
| Summa de caſibus | lib. I. |

Alia inſuper nonnulla compoſuit, quæ ad notitiam meam non venerunt. Claruit ſub Frederico Imperatore ſecundo. Anno Domini, MCCXL. *u*)

CDLIV. JACOBUS Baldewini, Odofredi Beneventani *x*) clariſſimi viri quondam auditor, Juris civilis profeſſor & interpres eximius, ingenio ſubtilis, ſermone ſcholaſticus, conſilio & actione præcipuus. Scripſit in ea facultate quædam præclara opuſcula, quibus nomen ſuum ad notitiam poſteritatis cum laude transmilit. E quibus iſta feruntur:

Super

*s*) Plura perſequitur Nicolaus Antonius Bibl. veteri Hiſpana lib. VIII. c. 1. §. 91. ſeq.

*t*) Hugo de S. Caro Barchinonenſis natus in Delphinatu. Vide Theoph. Raynaudum manuſcripto ad indiculum Sanctorum Lugdunenſium T. 8. Opp. p. 96. ſeq. Altamuram Bibl. Dominicanor. p. 16. ſeq. cui appellatur Hugo de S. Theodorico.

*u*) defunctus A. 1260. *x*) ſupra c. 444.

Digitized by Google

| | |
|---|---|
| Super Codice | lib. XII. |
| Super .ff. veteri | lib. XXIV. |
| Super .ff. novo | lib. XII. |
| Super .ff. infortiati *y*) | lib. XIV. |

Et quædam alia. Claruit sub Frederico Imperatore secundo. MCCXL.

CDLV. DAVID *z*) ordinis, ut ferunt, minorum, natione Teutonicus, vir in divinis scripturis exercitatus, vita & conversatione insignis, in declamandis sermonibus ad populum excellentis ingenii fuit. Scripsit quædam aperto sermone opuscula, quorum lectio devotis fratribus non est contemnenda, de quibus extant subjecta. Ad novitios,

| | | |
|---|---|---|
| De compositione hominis exterioris | lib. I. | *Profectus religiosi VII.* |
| De compositione hominis interioris | lib. I. | *Collationes meæ quas.* |
| Sermones de tempore | lib. I. | |
| Sermones de sanctis | lib. I. | |

Et quædam alia. Claruit non longe post beatum Franciscum. *a*) Sepultus est in Augusta.

CDLVI. HUMBERTUS *b*) ordinis prædicatorum quintus, magister generalis, patria Viennensis, Hugonis *c*) Barchinonensis Theologi quondam auditor, vir in divinis scripturis eruditus, & declamator egregius, vita Evangelicus, conscientia purus, actione præcipuus, eloquio dulcis, & ad persuadendum idoneus, qui Hugonem olim suum præceptorem sacræ Theologiæ pertraxit ad ordinem. Scripsit quædam devota opuscula, quibus nomen suum ad notitiam posteritatis devenit. E quibus ista feruntur,

| | | |
|---|---|---|
| Super regulam S. Augustini | lib. I. | *Cogitanti mihi de ser.* |
| Summa prædicantium | lib. III. | *Omnis homo est exhortandus.* |
| Gesta fratrum prædicatorum. | lib. V. | |
| De officiis sui ordinis | lib. I. | |
| De tribus substantialibus reli. | lib. I. | *Filiis gratia & cohare.* |
| Epistolarum ad diversos | lib. I. | |

Et quædam alia. Claruit Imperio vacante Anno Domini, MCCL. *d*)

CDLVII. VINCENTIUS Gallus natione Burgundus, ordinis prædicatorum, dictus *Bellacensis*, *e*) vir in divinis scripturis studiosus & exercitatus, ac veterum lectione dives, ingenio subtilis, & sermone compositus, tantum literis studium adhibuit, ut nullis unquam laboribus, vigiliis vel occupationibus ab earum cultura potuerit evocari, quin semper aut legeret, scriberet vel prædicaret. Tantus itaque fuit, ut post se necdum habuerit parem, si ardua quæ scripsit opuscula ex multis laboriose collecta, æqua lance cum cæteris ponderemus. Nam petente & sumptus ministrante rege Francorum, grande & admirabile opus speculorum de omni (ut ita dixerim) re scibili in multis voluminibus maximis laboribus comportavit, quod ita prænotavit atque distinxit:

| | | |
|---|---|---|
| Speculum historiale *f*) | lib. XXXII. *g*) | *Deus est substantia in.* |
| Speculum naturale | lib. XXXIII. | *Quoniam multitudo libro.* |
| Speculum morale | lib. III. | *In omnibus tuis memora.* |
| Speculum doctrinale | lib. XIII. *h*) | *Quoniam multitudo libro.* |
| De gratia Dei quoque | lib. IV. | *Liber generationis, &c.* |
| De laudibus S. Mariæ | lib. I. | *Si Deum ore Prophetico ju.* |
| De laudibus S. Johannis Evangelist. | lib. I. | *Beatus Johannes Evangelis.* |
| De institutione puerorum *i*) | lib. I. | *Filii tibi sunt eruditi.* |
| Consolationem super mortuo | lib. I. | *Inprimis igitur advertes.* |
| Epistolarum ad diversos | lib. I. | |

Alia insuper nonnulla edidit, quæ ad notitiam meam non venerunt. Claruit sub Frederico Imperatore secundo. Anno Domini, MCCXL. *k*)

CDLVIII. ALEXANDER *de Ales*, natione Anglicus, ordinis minorum, præceptor Eustachii Cardinalis, *l*) vir in divinis scripturis eruditissimus, & in seculari Philpsophia nulli suo tempore

 secun-

*y*) Notum est Libros quinquaginta Digestorum ex Bulgari ejusque æqualium divisione dispesci in jus *Vetus* à lib. 1. ad lib. 24. tit. 2. *Infortiatum* à tit. 3. libri 24. ad lib. 38 & *jus novum* à lib. 39. ad 50.

*z*) David de Angusta, cujus scripta habes T. 25. Bibl. Patrum edit. Lugd.

*a*) S. Franciscus obiit 1226. ut dictum ad c. 429.

*b*) Humbertus de Romanis cujus scripta in eodem T. 25. Bibl. Patrum edit. Lugd.

*c*) de quo supra c. 453. confer Altamuram Bibl. Dominican. p. 28. seq. *d*) defunctus A. 1274.

*e*) Falluntur qui Episcopum Bellovacensem appellant. Non enim fuit Episcopus sed Lector Regius in Domo S. Ludovici. Vide Bollandum præf. ad T. 1. Act. Sanctor. Januar. p. 19. Labbeum T. 2. de S. E. p. 478. Natalem Alex. T. VII. Hist. Eccles. p. 138. edit. in fol. Jac. Echardum in diss. de scriptis Vincentii Bellovacensis. Paris. 1708. 8. qui speculum Morale à Vincentio scriptum inficiatur.

*f*) Præclara editio speculorum Vincentii curata à Theologis Benedictinis Collegii Vedastini in Academia Duacensi, Duaci 1624. fol. Quanquam in illis reprehenditur, quod loca veterum scriptorum à Vincentio laudata quandoque ex recentibus illorum scriptorum editionibus interpolaverint.

*g*) Speculum *Historiale* quod in A. 1254. desinit, constat libris XXXI. *Naturale* XXXII. Sed Trithemius ut in Plinii Hist. naturali fieri videmus pro libro computat etiam indicem capitum.

*h*) Imo XVII. libris speculum Doctrinale constat.

*i*) De institutione puerorum Regalium ad Margaritam Reginam Franciæ S. Ludovici conjugem.

*k*) defunctus A. 1264. *l*) de quo infra, c. 464. Hunc Alexandrum Alesium *Doctorem irrefragabilem*

Google

ſecundus, ingenio ſubtilis, & clarus eloquio, cum eſſet doctor ſacrarum literarum in gymnaſio Pariſienſi, ut cœleſtis Philoſophiæ verus efficeretur diſcipulus, ordinem pauperum Chriſti intravit, quem ſua eruditione & ſanctitate mirabiliter illuſtravit. Scripſit jubente Innocentio Papa quarto inſigne opus quatuor voluminibus partitum multa utiliter complectens, quod prænotavit:

| | | |
|---|---|---|
| Summam Theologiæ | lib. IV. | *Quoniam ſicut dicit Boetius* |
| Declarationem regulæ minorum | lib. I. | *Reverendo in Chriſto.* |

Cætera ejus non vidi. Dicitur autem quod tam Vetus quam Novum Teſtamentum ex magna parte poſtillaverit, & de concordia juris divini & humani multa ſubtiliter diſſeruerit, aliaque compoſuerit varia, quæ ad manus noſtras non venerunt. Claruit ſub Frederico ſecundo. Anno Domini, MCCXL. *m)*

CDLIX. JOHANNES *de Rupella*, ordinis fratrum minorum, ſacræ Theologiæ magiſter Pariſienſis, in divinis ſcripturis eruditus, & in Philoſophia Ariſtotelica magnifice doctus, qui ſecum Alexandro de Ales in declaratione regulæ minorum ad miniſtrum generalem ſubſcripſit. Edidit quædam præclara opuſcula, quibus nominis ſui famam ad poſteritatis notitiam transmiſit. E quibus ſubjecta feruntur:

| | |
|---|---|
| Super ſententias *m*) | lib. IV. |
| Summa virtutum & vitiorum | lib. I. |
| De anima quoque | lib. I |

Claruit ſub Frederico Imperatore ſecundo. Anno Domini, MCCL.

CDLX. HENRICUS Archiepiſcopus Ebredinenſis & ſacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ cardinalis, *Hoſtienſis* vulgariter nuncupatus, vir in utroque jure peritiſſimus, qui ob excellentiam ingenii, & doctrinæ apud Alexandrum Papam quartum in pretio fuit. E quibus ego tantum vidi opus inſigne, & omnibus notum,

| | | |
|---|---|---|
| Super titulum decretalium | lib. V. | *Alpha & Omega in eſ.* |
| Summam quoque compendioſam | lib. I. | |

Cætera quæ compoſuit, ad notitiam meam adhuc minime venerunt. Claruit Imperio vacante, Anno Domini, MCCL.

CDLXI. GALTERIUS Epiſcopus Pictavienſis ordinis fratrum minorum, vir in divinis ſcripturis eruditus, & in ſecularis Philoſophiæ diſciplinis nobiliter doctus, ingenio ſubtilis, ſermone ſcholaſticus, in declamandis ſermonibus ad populum excellentis induſtriæ fuit. Scripſit quædam non contemnenda opuſcula, de quibus feruntur ſubjecta. Jubente namque Alexandro Papa quarto ſtylo digeſſit valde utiles per anni circulum

| | | |
|---|---|---|
| Sermones | lib. II. | |
| Super ſententias | lib. IV. | |
| Quodlibetorum | lib. I. | *Quæritur quomodo virtus* |

Claruit imperio vacante. Anno Domini, MCCL.

CDLXII. GALTERUS *o)* Epiſcopus Magolenſis ex Inſulis oppido Flandriæ oriundus, vir in divinis ſcripturis longo ſtudio exercitatus, & ſecularium literarum non ignarus, ingenio præſtans, & clarus eloquio, qui ſuo tempore propter doctrinam & eruditionem magnæ opinionis fuit. Scripſit ad petitionem præpoſiti & clericorum Inſulenſis Eccleſiæ

| | |
|---|---|
| Super Pſalterium | lib. I. |

Et quasdam Epiſtolas. Alia quoque nonnulla edidit, quæ ad notitiam noſtram minime venerunt.

CDLXIII. ALEXANDER dictus *de Villa Dei*, patria Dolenſis, ordinis (ut dicunt) fratrum minorum, vir certe undecunque exercitatus, Grammaticus, Philoſophus, Aſtronomus, & calculator inſignis. Scripſit tam metro quam proſa non pauca opuſcula, quibus nomen ſuum ad poſteritatis memoriam transmiſit. E quibus ego tantum adhuc reperi ſubjecta. Volumen metro leonico ſcriptum de Grammatica, cujus hodie in ſcholis puerorum uſus eſt aſſiduus, neſcio ſi tam utilis propter imbecillioris ætatis defectum, & ignaviam præceptorum. Prænotavit autem hoc ipſum opus

| | | |
|---|---|---|
| Doctrinale puerorum | lib. III. | *Scribere clericulis paro* |
| De computo Eccleſiaſtico | lib. I. | *Quamvis modo in fine tem.* |
| De Sphæra | lib. I. | |
| De arte numerandi | lib. I. | |

Fertur & alia complura ſcripſiſſe, ſermones, epiſtolas, variosque tractatus, qui ad manus noſtras adhuc minime venerunt. Claruit magna religione, & doctrina ſub Frederico ſecundo, Anno Domini, MCCXL.

CDLXIV. EUSTACHIUS, *p)* qui & *Bonaventura*, de Balneo regio natus, ordinis fratrum mi-

titulo celebratum cave confundas cum altero Alexandro Aleſio Scoto defuncto A. 1565. De priore videndus Jac. Gaddius in elog. & Hendreichius in pandectis Brandenburg. De poſteriore Bælius in Lex. Hallenſes Obſ. ſelect. VII. 21. & J. C. Becmannus in Vitis Profeſſorum Francof. ad Viadrum p. 97. ſeq. *m*) defunctus A. 1245.

*m*) in Petri Lombardi libros ſententiar. cujus generis alii plures commentarii infra commemorantur.

*o*) Hic priorem Galterium ætate anteceſſit, defunctus A. 1129.

*p*) Bonaventuræ nomine notior, & Doctoris Seraphici. Vide Raynaudum indiculo Sanctor. Lugd. T. VIII. Opp. p. 37. ſeq. Lucam Waddingum in Annalibus Ord. minor. &c.

Digitized by Google

minorum minister generalis, ac deinde Episcopus Albanensis, & sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalis, Alexandri de Ales q) quondam auditor & discipulus, vir in divinis scripturis eruditissimus & in seculari Philosophia nobiliter doctus, ingenio subtilis & clarus eloquio, vita & conversatione devotus atque sanctissimus, cujus ingenium dotem naturæ & vitæ puritatem præceptor ejus Alexander contemplans dicere solebat: *In fratre Bonaventura Adam peccasse non videtur.* Scripsit multa & profunda & devotissima opuscula, quibus ardentia verba proferens non minus affectum legentis in Christi amore accendit, quam intellectum doctrinis sanctis illuminat. Omnes enim sui temporis doctores utilitate operum facile præcellit, si spiritum divini amoris & Christianæ devotionis in eo loquentem attendas. Profundus est, non verbosus, subtilis non curiosus, disertus non vanus, flammantia non inflantia verba proferens, unde & securius legitur, facilius ab amante intelligitur, utilius frequentatur, dulcius & fructuosius retinetur. Multi doctrinam proferunt, devotionem prædicant multi, pauci scribendo libros docuerunt utramque. Bonaventura autem & multos superavit & paucos, dum ejus doctrina devotionem, devotio instruit doctrinam. Si ergo & doctus vis esse & devotus, illius opusculis esto intentus. Quæ sunt:

| | | |
|---|---|---|
| Super sententias | lib. IV. | *Profunda fluviorum.* |
| Breviloquium | lib. VII. | *Flecto genua mea ad.* |
| Soliloquium | lib. I. | *Dic quaso ô homo si.* |
| Itinerarii mentis in Deum | lib. I. | *In principio primum.* |
| Lignum vitæ | lib. I. | *Christo confixus sum.* |
| Exhortatorius ad fratrem | lib. I. | *Quoniam dilecte mi frater.* |
| De reductione artium, &c. | lib. I. | *Omne datum optimum &.* |
| Regimen conscientiæ. i. paruum bonum | lib. I. | *Ecce descripsi eam tibi.* |
| Itinerarii mentis in se ipsum | lib. I. | |
| Compendium scripturarum | lib. I. | |
| De institutione novitiorum | lib. I. | |
| Centiloquium | lib. IV. | *Malum considerare occur.* |
| Pharetra sive scintillarium | lib. IV. | *In conversionis meæ pr.* |
| De paupertate Christi contra Guil. r) | lib. I. | *Quæstio est de pauper.* |
| De quinque festis infantiæ Christi | lib. I. | *Cum secundum viror. venera.* |
| De septem donis Spiritus Sancti | lib. I. | *Primum omnium necesse ha.* |
| De excellentia eucharistiæ | lib. I. | |
| De VI. alis seraphin | lib. I. | |
| Ad Blancam ducissam | lib. I. | |
| Illuminationum insigne opus | lib. I. | *In medio ecclesiæ ape.* |
| De tribus ternariis peccatorum | lib. I. | *Tres sunt ternarii pec.* |
| De septem gradibus contemplationis | lib. I. | *Contemplativorum aquili.* |
| De profectu religiosorum | lib. I. | *Si vis in spiritu proficere.* |
| De decem præceptis | lib. I. | *Si vis ad vitam ingredi.* |
| Apologia pauperum | lib. I. | *Summi legislatoris.* |
| Super oratione dominica | lib. I. | *Pater noster. Oratio hæc prævi.* |
| Legenda S. Francisci | lib. I. | *Apparuit gratia Dei sal.* |
| Constitutiones sui ordinis | lib. I. | |
| In Genesim VII. visionum | lib. I. | |
| In Evangelium Johannis | lib. I. | *In principio, &c. Circa.* |
| In Evangelium Lucæ | lib. I. | *Spirit. Domini super me. Confi.* |
| De tribus quæstionibus | lib. I. | *In nominato magistro.* |
| De sandaliis apostolorum | lib. I. | *Quoniã secundum apostolum* |
| De passione Domini | lib. III. | *Currite gentes undiq; (Johan.* |
| Sermones per annum. | lib. II. | |
| Epistolæ plures ad diversos, | | |

Alia insuper nonnulla edidit, quæ ad notitiam meam non venerunt. Moritur Imperio vacante sub Gregorio Papa decimo, in concilio Lugdunensi. Anno Domini, MCCLXXXIII. Indictione I. Sepultus in Ecclesia cathedrali Lugdunensi. Tandem propter sanctitatem & miracula nostris diebus canonizatur ab Sixto Papa quarto, sub Frederico Imperatore tertio. Anno Domini, MCDLXXXII. Indictione XV.

CDLXV. PHILIPPUS s) cancellarius Parisiensis, vir in divinis scripturis eruditus, & in seculari Philosophia nobiliter doctus, cum esset sacrarum literarum famosus magister, Theologicæ scholæ Parisius t) multo tempore gloriose præfuit, ubi discipulos legendo, populos prædicando magnifice instruxit. Scripsit de singulis Psalmis duos vel tres

| | |
|---|---|
| Sermones elegantes | lib. I. |
| Summam Theologiæ | lib. I. |

Alia quoque plura edidit, quæ ad notitiam nostram minime venerunt.



q) supra c. 458. r) contra Guilelmum Matisconensem Canonicum. Vide Raynum ad A. C. 1257. n. 4.
s) Philippus Grevius sive de Greve clarus circa A. 1230.
t) Parisius pro Parisiis, ut infra c. 466. atque aliis locis. Et apud scriptores illa ætate passim.

Digitized by

CDLXVI. ALBERTUS *w)* Episcopus Ratisponensis, ordinis fratrum prædicatorum, natione Teutonicus, patria Suevus, ex Laugingen oriundus, vir in divinis scripturis valde studiosus & eruditus, atque in seculari Philosophia nulli suo tempore secundus, ingenio subtilis, eloquio scholasticus, vita & conversatione devotus atque sanctissimus, qui propter doctrinam & eruditionem, *magnus* dictus est, docuit sacras literas & Philosophiam Aristotelicam multis annis. Primo Parisius, postea Coloniæ, ubi inter alios Thomam de Aquino *x)* habuit egregium discipulum. Ad Episcopatum deinde Ratisponensis ecclesiæ assumptus, cum illum aliquot annis gubernasset, deseruit, & amore studii salutaris ad conventum suum Coloniam reversus est, ubi usque ad finem vitæ docendo & scribendo perseveravit. Scripsit multa & pene infinita opuscula, de quibus subjecta feruntur.

| | | |
|---|---|---|
| Summa Theologiæ | lib. IV. | *Mirabilis facta est scientia* |
| Super sententias | lib. IV. | |
| De quatuor coævis | lib. I. | |
| De homine | lib. I. | |
| De bono | lib. I. | |
| De vita spirituali | lib. I. | |
| In officium missæ | lib. I. | *Ecce ego declinabo in.* |
| De corpore Christi. | lib. I. | |
| De eodem, XXXII. sermones | lib. I. | *De sacrosancto corpore.* |
| De muliere forti | lib. I. | *Laudes Ecclesiæ de.* |
| Super libris Dionysii | lib. V. | *Mirabile est nomen.* |
| De multiplici timore | lib. I. | *Quoniam plus exẽplo quam ver.* |
| De laudibus S. Mariæ | lib. I. | *Clara est & quæ nunquam.* |
| Defensorium mendicantium | lib. I. | |
| De partu hominis | lib. I. | |
| De formatione hominis | lib. I. | |
| De origine animæ | lib. I. | |
| Super oratione dominica | lib. I. | |
| De arte prædicandi | lib. I. | |
| De reparatione lapsi | lib. I. | |
| De adhærendo Deo | lib. I. | *Cogitanti mihi aliquid.* |
| In quinque libros Moysi | lib. V. | |
| In Josue | lib. I. | |
| In Judicum | lib. I. | |
| In Ruth | lib. I. | |
| In Regum | lib. IV. | |
| In Paralipomenon | lib. II. | |
| In Esdram & Neemiam | lib. III. | |
| In Tobiam | lib. I. | |
| In Judith | lib. I. | |
| In Hester | lib. I. | |
| In Proverbia | lib. I. | |
| In Ecclesiasten | lib. I. | |
| In Cantica canticorum | lib. I. | |
| In librum Sapientiæ | lib. I. | |
| In Ecclesiasticum | lib. I. | |
| In Machabæorum | lib. II. | |
| In Job | lib. I. | |
| In Esaiam | lib. I. | |
| In Hieremiam | lib. I. | |
| In Ezechielem | lib. I. | |
| In Danielem | lib. I. | |
| In XII. Prophetas minores | lib. XII. | |
| Ecclesiastici XLIX. Et XII. | | |
| In Evangelium Matthæi | lib. I. | *Sume tibi librum grã.* |
| In Evangelium Marci | lib. I. | *Ecce vicit leo de tribu.* |
| In Evangelium Lucæ | lib. I. | |
| In Evangelium Johannis | lib. I. | |
| In Epistolas Pauli | lib. XIV. | *Aquila grandis magna* |
| In Apocalypsin | lib. I. | |
| De animalibus | lib. XX. | |
| Sermones de tempore | lib. I. | *Quoniam veritatis testimon.* |
| Sermones de sanctis | lib. I. | *Venite post me faciam.* |
| De animalibus | lib. XX. | |

Paradisus

*w)* De Alberto Magno vide Altamuram Bibl. Dominican. p. 49. seq. *x)* infra c. 467.

Digitized by Google

| | |
|---|---|
| Paradiſus animæ | lib. I. |
| Orationum ſuper ſententias | lib. I. |
| Orationum ſuper Evangelia | lib. I. |
| De differentia ſpiritus & animæ | lib. I. |
| De divinatione & prophetia | lib. I. |
| Diverſarum quæſtionum | lib. I. |
| De natura locorum | lib. I. |
| De cauſis elementorum | lib. I. |
| De moribus animalium | lib. I. |
| De intellectu & intelligibili | lib. I. |
| De juventute & ſenectute | lib. I. |
| De morte & vita | lib. I. |
| De plantis & vegetabilibus | lib. I. |
| Summa Philoſophiæ | lib. I. |
| De unitate intellectus | lib. III. |
| Quæſtiones contra Averroiſtas | lib. I. |
| De unitate formæ | lib. I. |
| Philoſophia moralis | lib. XVI. |
| De monaſtica | lib. V. |
| De Oeconomica | lib. IV. |
| De politica | lib. VIII. |
| De Arithmetica | lib. I. |
| De Geometrica | lib. I. |
| De Muſica | lib. I. |
| De Aſtronomia | lib. I. |
| De Sphæra | lib. I. |
| De Aſtris | lib. I. |
| Speculum Aſtronomiæ | lib. I. |
| De ſomno & vigilia | lib. I. |
| De mineralibus | lib. I. |
| De natura Deorum | lib. I. |
| Quæſtiones XV. | lib. I. |
| De ſecretis naturæ | lib. I. |
| De XII. Alphabetis | lib. I. |
| De magiſtris eligendis | lib. I. |
| De ſomniis | lib. I. |
| De univerſalibus | lib. I. |
| De prædicamentis | lib. I. |
| De ſex principiis | lib. I. |
| De diffinitionibus | lib. I. |
| De cauſis | lib. I. |
| De Grammatica | lib. I. |
| De Rhetorica | lib. I. |
| De medicina | lib. I. |
| De lanificio | lib. I. |
| De agricultura | lib. I. |
| De aratura | lib. I. |
| De navigatione | lib. I. |
| De Metaphyſica | lib. XIII. |
| In Phyſicam Ariſtotelis | lib. VIII. |
| De cœlo & mundo | lib. IV. |
| De generatione & corruptione | lib. II. |
| De ſcientia meteororum | lib. IV. |
| De anima | lib. I. |
| De nutrimento & nutribili | lib. I. |
| De ſomno & vigilia | lib. I. |
| Quæſtiones XV. | lib. I. |
| De perſpectiva | lib. I. |

In omnes libros Ariſtotelis commentatus eſt, ac alia multa compoſuit, quæ ad notitiam meam non venerunt.

Moritur ſub Rudolpho Imperatore. Anno Domini, MCCLXXX. Indictione VIII. Ætatis ſuæ anno octogeſimo. Sepultus in medio choro conventus ſui Colonienſis. Et non ſurrexit poſt eum vir ſimilis ei, qui in omnibus literis, ſcientiis, & rebus tam doctus, eruditus & expertus fuerit. Quod autem de necromantia accuſatur, y) iniuriam patitur, vir Deo dilectus.



y) Pluribus Albertum defendit Gabriel Naudæus in Apologia pro viris doctis Magiæ accuſatis c. 18.

Digitized by Google

CDLXVII. SIMON de Tornaco Presbyter, vir in divinis scripturis eruditus, & in seculari Philosophia subtiliter doctus, Dialecticus acutissimus, & omnium liberalium artium peritissimus, factus Theologicæ scholæ magister, multis annis in gymnasio Parisiensi docuit, ubi plurimos auditores erudivit. Sed dum Aristotelem nimium sequitur, errasse in quibusdam invenitur. z) Scripsit autem quædam ingenii sui opuscula, de quibus feruntur subjecta.

| | |
|---|---|
| Sententiarum suarum | lib. I. |
| Quæstiones variæ | lib. I. |
| In Symbolum Athanasii | lib. I. |

Alia quoque nonnulla edidit, quæ ad notitiam meam non venerunt.

CDLXVIII. THOMAS *de Aquino*, ordinis fratrum prædicatorum, Alberti Magni *a*) in conventu Colonienſi auditor & discipulus, vir in divinis scripturis eruditissimus, & in secularibus literis nobiliter doctus, ingenio subtilis & clarus eloquio, vita & conversatione insignis, inter omnes doctores sui temporis facile obtinuit principatum, *b*) qui velut alter Augustinus se studio scripturarum totum dedit, die ac nocte in illius amore & exercitio commorando, tot ac tanta scripsit volumina, ut paucos inter modernos vel numero vel utilitate habeat æquales.

| | | |
|---|---|---|
| Super sententias | lib. IV. | *Ego sapientia effudi.* |
| Summam Theologiæ | lib. IV. | *Quia catholicæ veri.* |
| Contra gentiles | lib. IV. | *Veritatem meditabitur.* |
| Contra errores Græcorum | lib. I. | *Libellum ab excellentia.* |
| Contra Armenos & Sarracenos | lib. I. | *Beatus Petrus Apostolus.* |
| Compendium Theologiæ | li. III. | *AEterni Patris Verbum.* |
| De præceptis charitatis | lib. I. | *Tria sunt homini necessaria.* |
| De fide & sacramentis | lib. I. | *Postulat à me vestra.* |
| Super oratione dominica | lib. I. | *Pater noster, Inter alias.* |
| Super Ave Maria | lib. I. | *Ave Maria, &c. In sa.* |
| Super Symbolo Apostolorum | lib. I. | *Credo &c. Primum quod est* |
| De centum octo articulis | lib. I. | *Primo considerandum est* |
| De XLII. Articulis | lib. I. | *Reverendo in Christo.* |
| De XXXVI. Articulis | lib. I. | *Lectis vestris literis in eis.* |
| De sex articulis | lib. I. | *Charissimo sibi in Christo,* |
| De differentia divini verbi & humani | lib. I. | *Ad intellectum hujus.* |
| De natura verbi | lib. I. | *Quoniam circa naturam ver-* |
| De substantiis separatis | lib. I. | *Quia sacris angelorum. (bi.* |
| Contra Averroistas de intellectu | lib. I. | *Sicut omnes homines natu.* |
| Adversum detractores religionis | lib. I. | *Christianæ religionis.* |
| De perfectione vitæ spiritalis | lib. I. | *Quoniam quidam perfectionis* |
| Contra impugnatores ordinis | lib. I. | *Ecce inimici tuæ So.* |
| De regimine principum | lib. IV. | *Cogitanti mihi quid.* |
| De forma absolutionis, | lib. I. | *Perlecto libello à vo.* |
| De regimine Judæorum, | lib. I. | *Excellentiæ vestræ re.* |
| Expositionem primæ decretalis, | lib. I. | *Salvator noster discipulos.* |
| Expositionem secundæ decretalis, | lib. I. | *Damnamus ergo & re.* |
| In Esaiam Prophetam, | lib. I. | |
| In Hieremiam, | lib. I. | |
| In Threnos ejusdem, | lib. I. | |
| In Cantica canticorum, | lib. I. | |
| In tres nocturnos Psalmos | lib. I. | |
| In Job ad literam, | lib. I. | *Sicut autem in rebus quæ.* |
| Continuum in Evangelia, | lib. IV. | *Sanctissimo ac reverendiss.* |
| Lecturam in Evangelia, | lib. IV. | |
| In Epistolas Pauli, | lib. XIV. | |
| In Epistolas Canonicas | lib. VII. | |
| De sacramento altaris, | lib. I. | *Memoriam fecit mira.* |
| De humanitate Christi, | lib. I. | *Christus Jesus venit.* |
| De dilectione Dei & proximi, | lib. I. | *Magister quod est mand.* |
| De divinis moribus, | lib. I. | *Perfecti estote sicut.* |
| De beatitudine | lib. I. | *Beati qui habitant in domino.* |
| De puritate conscientiæ | lib. I. | *Quoniam fundamentum &,* |
| De officio sacerdotis | lib. I. | *Quia sacerdotis offici.* |
| De significatione missæ | lib. I. | *In virtute sanctæ crucis.* |
| De vitiis & virtutibus | lib. I. | *Quatuor sunt virtutum.* |
| De emtione reddituum, | lib. I. | *Recepi literas vestras in.* |

De

z) De fastu impio hujus Simonis de Thurnai vide Matthæum Paris p. 198. Hist. & Jo. Baleum Centur. 3. c. 47.
a) supra c. 466. b) De S. Thoma consu'es Acta Sanctor. ad 7. Martii T. 1. & Jac. Echardum O. P. in diss. de scriptis Vincentii Bellov. Bibliothecæ Dominicanæ & Neapolitanæ scriptores &c.

| | | |
|---|---|---|
| De veritate ſummam | lib. 1. | *Quid eſt veritas &.* |
| De potentia Dei diſput. | lib. 1. | *Quæſtio eſt de poten.* |
| De exactione Judæorum, | lib. 1. | *Illuſtri dominæ Atheidi.* |
| Quodlibeta XII. | lib. 1. | *Quæſitum eſt à Deo.* |
| Super Boëthio de Trinitate, | lib. 1. | *Ab initio nativitatis.* |
| Super eodem de hebdomadibus | lib. 1. | *Præcurre prior in do.* |
| Super libris Dionyſii | lib. IV. | |
| De ſortibus, | lib. 1. | *Poſtulavit à me veſtra.* |
| De judiciis aſtrorum | lib. 1. | *Quia petiſti ut tibi.* |
| De æternitate mundi | lib. 1. | *Suppoſito ſecundum fidem.* |
| De fato | lib. 1. | *Quæritur de fato an ſit.* |
| De principio individuationis | lib. 1. | *Quoniam duæ ſunt in homine.* |
| De ente & eſſentia, | lib. 1. | *Quia parvus error in.* |
| De principiis naturæ, | lib. 1. | *Quoniam quoddam poteſt eſſe.* |
| De materia & dimenſionibus, | lib. 1. | *Poſtquam de principiis ſer.* |
| De mixtione elementorum | lib. 1. | *Dubium apud multos.* |
| De occultis operibus naturæ | lib. 1. | *Quoniam in quibusdam natu.* |
| De motu cordis | lib. 1. | *Quia omne quod move.* |
| De inſtantibus | lib. 1. | *Quoniam omnem durationem* |
| De quatuor oppoſitis | lib. 1. | *Quoniam quatuor ſunt opin.* |
| De demonſtratione | lib. 1. | *Ad habendum cognitio.* |
| De fallaciis | lib. 1. | *Quia logica eſt ratio.* |
| De propoſitionibus modalibus | lib. 1. | *Quia propoſitio moda.* |
| De natura accidentis | lib. 1. | *Quoniam omnis cognitio hu.* |
| De natura generis | lib. 1. | *Quoniam omnis natura gent.* |
| De principiis animæ | lib. 1. | *Ut adiutorium homini.* |
| De tempore | lib. 1. | *Sicut vult Philoſophus.* |
| De pluralitate formarum | lib. 1. | *Quoniam ſanctum eſt homo.* |
| De natura ſyllogismorum | lib. 1. | *Quoniam ſcire eſt cauſam rei.* |
| De ſenſu & intellectu | lib. 1. | *Circa conſiderationem.* |
| De inventione medii | lib. 1. | *Quoniam principium ſyllogi.* |
| De natura luminis | lib. 1. | *Conſiderandum eſt de na.* |
| De natura loci | lib. 1. | *Ad ſciendum naturam.* |
| De univerſalibus | lib. II. | *Circa univerſalia mul.* |
| De intellectu & intelligibili | lib. 1. | *Sciendum quod de ratione.* |
| Dictorum ſuorum concordiam | lib. 1. | *Pertranſibunt multi &* |
| Sermones multos | lib. 1. | |
| Contra Guil. de ſancto amore | lib. 1. | |

Jubente Urbano Papa quarto, officium feſti corporis Chriſti compoſuit. In omnes Ariſtotelis ac Porphyrii libros commentatus eſt. Alia quoque multa edidit tam in divinis ſcripturis quam in ſeculari Philoſophia, quæ ad manus noſtras minime venerunt. Moritur ſub Arnolpho *c)* Imperatore, Anno Domini, MCCLXXIV. Indictione. II. Et canonizatus eſt **)* à Papa Johanne XXII.

CDLXIX. THOMAS de Cantiprato, natione Brabantinus, ordinis fratrum prædicatorum. Alberti Magni quondam (ut ferunt) diſcipulus, vir devotus, & tam in divinis ſcripturis quam in ſecularibus literis egregie doctus, ingenio promptus, eloquio ſcholaſticus. Fertur quædam præclara ſcripſiſſe volumina, quibus nomen ſuum ad notitiam poſteritatis deduxit. E quibus extat opus de apibus myſticis, quod prænotavit:

| | | |
|---|---|---|
| Bonum univerſale | lib. II. | *Reverendo in Chriſto.* |
| De rerum natura | lib. 1. | |
| Vita S. Chriſtinæ | lib. 1. | |

Et cætera quæ non vidi. Claruit ſub Rodulpho Imperatore, *d)* Anno Domini, MCCLXX. Et ſunt qui ſcribant eum Græci ſermonis habuiſſe peritiam, & libros Ariſtotelis *e)* quorum jam uſus in ſcholis eſt, tranſtuliſſe.

CDLXX. ALPHONSUS rex Caſtellæ & Legionis, Philoſophus & Aſtronomus inter omnes ſui temporis excellentiſſimus, ingenio ſubtilis, & clarus eloquio, literarum amator & cultor inſignis, cum poſt longam Imperii Romani vacationem contra Richardum fratrem regis Angliæ in Romanorum regem fuiſſet electus, *f)* & eſſet vir bonus & prudens, mortuo Richardo anno electionis ſuæ quintodecimo, intuitu pacis coram Gregorio Papa decimo voluntarie ceſſit, & omni juri ſuo, quod in electione ſua habuerat ſponte renuntiavit. *g)* Scripſit valde utiles & elegantes



*c)* lege Rodulpho **)* A. 1323. *d)* Rodulphus Imperator electus A. 1273. Thomas Cantipratanus jam obiit A. 1263.

*e)* Verſio illa videtur antiquior facta juſſu Friderici II. *per viros lectos & in utriusque Linguæ prolatione peritos*, teſte Petro de Vineis III. 67. Epiſt. *f)* A. 1257. *g)* A. 1273.

In Aſtronomia tabulas *k)* lib. I.
Epiſtolarum ad diverſos lib. I.

Claruit tempore Imperii vacantis, Anno Domini, MCCLXX.

CDLXXI. PETRUS ordinis fratrum prædicatorum, natione Gallus, & ejusdem religionis in Francia prior provincialis, vir in divinis ſcripturis longo ſtudio doctus, & ſecularis Philoſophiæ non ignarus, ingenio acutus, & promptus eloquio, in declamandis ad populum ſermonibus idoneus fuit. Unde ad utilitatem legentium compoſuit per anni circulum non ſpernendos

Sermones de tempore lib. I.
Sermones quoque de ſanctis lib. I.

Sed & alia nonnulla ſcripſiſſe dicitur, quæ ad notitiam meam non venerunt.

CDLXXII. PETRUS *de Tarantaſia* ordinis prædicatorum & poſt Gregorium decimum Papa *Innocentii quinti* nomine canonice conſecratus, ſedit in pontificatu ſummo menſibus tantum quinque, *i)* vir certe in divinis ſcripturis eruditiſſimus, & in Philoſophia Ariſtotelica nobiliter doctus, qui Theologiam multis annis egregie docuit, & magnam ſuæ eruditionis laudem acquiſivit. Scripſit multa præclara opuſcula, quibus & tunc præſentibus, & poſtea futuris nomen ſuum notificavit. E quibus extant:

Super ſententias lib. IV. *Nunquid noſti ordinem*
In Epiſtolas Pauli omnes lib. XIV. *Principia rerum in inquiren.*
In Pſalmos quoque lib. I.
In Cantica canticorum lib. I.

Scripſit & alias in Bibliam lecturas, ut dicitur plures, quas necdum vidi. Claruit in pontificatu ſub Rodulpho Imperatore. Anno Domini, MCCLXXV.

CDLXXIII. JOHANNES Eſculanus de Eſculo, *k)* ordinis fratrum minorum poſt ſanctum Bonaventuram miniſter generalis, vir in divinis ſcripturis eruditus, & declamator ſermonum egregius miſſus Conſtantinopolim à Gregorio Papa decimo, Græcos ad obedientiam Romanæ Eccleſiæ ſuis exhortationibus reduxit, & ſecum ad concilium Lugdunenſe *l)* venire perſuaſit. Scripſit ad ædificationem fidelium non ſpernendos

Sermones de tempore lib. I.
Sermones de Sanctis lib. I.
Epiſtolas plures ad diverſos lib. I.

Et quædam alia. Claruit Imperio vacante, Anno Domini, MCCLXX.

CDLXXIV. RUPERTUS *de Ruſia m)* ordinis fratrum minorum, vir in divinis ſcripturis eruditus, & ſecularis literaturæ non ignarus, quippe qui Theologiam multis annis egregie docuit, & multos inſignes poſt ſe diſcipulos reliquit. Scripſit nonnulla præclara opuſcula, quibus nomen ſuum ad poſteros transmiſit. E quibus extat ad Haymonem Anglicum *n)* ordinis ſui miniſtrum generalem virum æque doctiſſimum, declaratio

In Regulam S. Franciſci lib. I.
Super ſententias quoque lib. IV.
Sermones varii lib. I.

Et quædam alia. Claruit Imperio vacante, Anno Domini, MCCLXX. *o)*

CDLXXV. UDALRICUS de Argentina, natione Teutonicus, ordinis fratrum prædicatorum, Alberti Magni quondam auditor atque diſcipulus, vir in divinis ſcripturis eruditus, & ſecularis Philoſophiæ non ignarus, ingenio ſubtilis, ſermone ſcholaſticus, compoſuit non ſpernendæ lectionis opuſcula, quibus & præſentibus & futuris innotuit. E quibus extant:

Super ſententias lib. IV.
Summa Theologiæ lib. I.
De anima quoque lib. I.

Et alia multa. Claruit ſub Rodulpho Imperatore, Anno Domini, MCCLXXX.

CDLXXVI. HAYMO natione Anglicus, ordinis fratrum minorum miniſter generalis, vir in ſcripturis ſanctis longo ſtudio exercitatus, quippe qui cathedram magiſtralem Theologicæ facultatis conſecutus, in ea multos erudivit diſcipulos, qui juſſu Alexandri Papæ quarti, *Breviarium Romanum* correxit & rubricavit, Fertur inter alia compendioſe ſcripſiſſe

Super ſententias lib. IV.
Et quosdam ſermones lib. I.

Et quædam alia. Claruit Imperio vacante. Anno Domini, MCCLXX.

CDLXXVII. OTTO Epiſcopus *Friſingenſis* in Germania Bavariæ, & ut quidam ſcribunt, nepos Frederici Imperatoris primi, natione Teutonicus, quem Pius Papa ſecundus allegans in quadam oratione commendat, vir in divinis ſcripturis eruditus, & in ſecularibus literis non infime doctus, ingenio ſubtilis, & clarus eloquio. Scripſit quædam non contemnendæ lectionis opuſcula, quibus nomen ſuum ad notitiam poſteritatis cum gloria transmiſit. Inter quæ extat opus inſigne, & omni laude proſequendum

Hiſto-

*k)* De auctoribus, quibus ad condendas tabulas Alfonſinas Rex uſus eſt, vide Nic. Antonium in Bibl. veteri Hiſpan. VIII. 5. T. 2. p. 55.
*k)* Æſculanus de Æſculo.
*m)* de hoc infra c. 476.
*l)* A. 1274.
*m)* de Ruſſia, ſive Ruthenus.
*n)* A. 1276. ab 21. Jan. ad 22. Jul.
*o)* notat Poſſevinus obiiſſe A. 1280.

Digitized by Google

| | | |
|---|---|---|
| Hiſtoriarum | lib. I. *p)* | |

Et alia, quæ non vidi. Claruit Imperio vacante, Anno Domini, MCCLX. *q)*

CDLXXVIII. PETRUS *Hiſpanus* Portugalenſis, Epiſcopus Tuſculanus, & ſacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ cardinalis, ac poſtremo ſummus pontifex, poſt Hadrianum quintum, vir in medicinis valde eruditus, & in ſeculari Philoſophia magnifice doctus, ſedit in pontificatu menſibus tantum VIII. *r)* Scripſit medicis non contemnenda opuſcula, de quibus feruntur ſubjecta:

| | |
|---|---|
| Theſaurus pauperum | lib. I. |
| De problematibus | lib. I. |
| Canones medicinæ | lib. I. |
| Epiſtolarum ad diverſos | lib. I. |

Et quædam alia. Claruit in pontificatu ſub nomine *Johannis XXI.* temporibus Rodulphi Imperatoris, Anno Domini, MCCLXXV.

CDLXXIX. GUILHELMUS civis *Placentinus*, medicinæ artis doctor eruditus, & aliarum literarum humanitatis non ignarus, qui publico ſalario conductus Veronæ, multis annis in ea facultate ſcholam tenuit, & diſcipulos egregios plures erudivit. Scripſit hujus ſcientiæ profeſſoribus non ſpernenda opuſcula, quibus nomen ſuum tam præſentibus quam futuris notum effecit. E quibus extat inſigne volumen, quod prænotari voluit

| | |
|---|---|
| De univerſa medicina | lib. IV. |
| De Chirurgia quoque | lib. I. |

De cæteris nihil reperi. Claruit ſub Arnolpho *s)* Imperatore. Anno Domini, MCCLXX.

CDLXXX. GUILHELMUS Epiſcopus Pariſienſis, patria Alvernus, *t)* vir in divinis ſcripturis eruditus, & ſecularis Philoſophiæ non ignarus, ingenio ſubtilis & apertus eloquio, nec minus converſatione quam ſcientia venerandus, compoſuit non pauca eruditionis ſuæ opera, *u)* quibus & doctum ſe oſtendens magiſtrum & devotum, nominis ſui memoriam reddidit immortalem. De quibus ſubjecta feruntur. Volumen inſigne, prænotatum:

| | | |
|---|---|---|
| De S. Trinitate | lib. I. | |
| De primo principio | lib. I. | |
| De Sacramentis | lib. I. | |
| Cur Deus homo | lib. I. | *Ponam adhuc quatuor.* |
| Summa virtutum | lib. I. | |
| Summa vitiorum | lib. I. | |
| De fide & legibus | lib. I. | *In ordine divinarum ſa.* |
| De animabus humanis | lib. I. | |
| De bono & malo | lib. I. | |
| De univerſo | lib. VI. | |
| De profeſſione novitiorum | lib. I. | |
| De dono ſcientiæ | lib. I. | |
| De operibus virtutum | lib. I. | |
| De XXX. remediis tentationum | lib. I. | |
| Contra pluralitatem beneficiorum | lib. I. | |
| De clauſtro animæ | lib. I. | |
| De Rhetorica divina | lib. I. | *In ſacris ac ſignificati.* |
| De pœnitentia | lib. I. | *Secunda tabula poſt.* |
| De dæmonibus | lib. I. | *Poſtquam auxilio Dei ea.* |
| In Pſalterium | lib. I. | |
| In Proverbia Salomonis | lib. I. | |
| In Eccleſiaſten | lib. I. | |
| In Cantica canticorum | lib. I. | |
| In Evangelium Matthæi | lib. I. | |
| Sermones varii | lib. I. | |
| Epiſtolarum ad diverſos | lib. I. | |

Alia quoque nonnulla edidit, quæ ad notitiam meam minime venerunt. Claruit ſub Frederico Imperatore II. Anno Domini, MCCXXX. *x)*

CDLXXXI. JOHANNES *Valeis*, alias *Galenſis*, *y)* natione Anglicus, ordinis fratrum minorum, vir in divinis ſcripturis eruditiſſimus, qui in gymnaſio Pariſienſi multo tempore Theologiam glorioſe docuit, tantæ eruditionis & eloquentiæ fuit, ut *arbor vitæ* ſit appellatus. Scripſit multa præclara opuſcula, quibus nomen ſuum ad notitiam poſteritatis cum gloria transmiſit. Sed pauca eorum ad manus noſtras pervenerunt. Reperi namque volumen inſigne, quod prædicatoribus verbi Dei valde neceſſarium, & utile judico, quod plerique *communeloquium* appellant, eo quod de omni ſtatu aliquid contineat, ſed ipſe prænotavit illud:

| | | |
|---|---|---|
| Summam collationum | lib. VII. | *Cum doctor ſive prædica.* |



*p)* octo libris diſtinguitur, deſinitque in A. 1146. *q)* imo jam A. 1158. defunctus.
*r)* Johannes XXI. fuit Papa à 16. Sept. 1276. ad 15. Maj. 1277.
*s)* Lege Rudolpho, ut ſupra, c. 467. Licet Rudolphus electus demum A. 1273. *t)* Arvernus.
*u)* Operum Guilelmi Pariſienſis plenior editio lucem vidit Aureliæ A. 1674. fol. 2. Vol.
*x)* defunctus A. 1249. *y)* Wallis ſive Gvallenſis.

Digitized by Google

| | | |
|---|---|---|
| Super ſententias | lib. IV. | |
| De ordinatione vitæ | lib. I. | *Quoniam omni negotio tem.* |
| Manipulum florum | lib. I. | *Abſtinentia bonum eſt in.* |
| In Apocalypſin Johannis | lib. I. | |
| Sermones varios | lib. I. | |
| De diverſis materiis | lib. I. | |

De cæteris nihil reperi. Et nota quod iſte Johannes librum qui dicitur *Manipulus florum*, cujus Prologus incipit: *Ruth paupercula*, inchoavit, quem morte præventus non finivit, ſed frater *Thomas de Hybernia* eundem poſtea complevit. Ipſe autem liber ſic incipit ſecundum ordinem Alphabeti: *Abſtinentia bonum eſt in cibo cum gratiarum actione percipere*, &c. Claruit temporibus Rodulphi Imperatoris, Anno Domini, MCCLXX.

CDLXXXII. GUILHELMUS *Duranti*, z) Epiſcopus Minacenſis, Henrici Hoſtienſis *a)* quondam auditor atque diſcipulus, quem *Speculatorem* nuncupant, doctor in jure peritiſſ. & eccleſiaſticæ obſervationis valde ſtudioſus, ingenio ſubtilis & clarus eloquio. Scripſit ad Ottobonum cardinalem S. Hadriani, poſtea ſummum pontificem Hadrianum quintum, egregium opus in tribus voluminibus partitum, quod prænotavit:

| | | |
|---|---|---|
| Speculum juris | lib. III. | *Reverendo in Chriſto.* |
| Rationale divinorum *b*) | lib. VIII. | *Quacunque in Eccleſiaſti.* |
| Repertorium juris | lib. I. | *Protoplaſti rubigine.* |

Et quædam alia. Claruit ſub Rodulpho Imperatore. Et complevit opus ſuum Rationale divinorum, ſicut per ſe teſtatur, Anno Domini, MCCLXXXVI. *c*)

CDLXXXIII. JACOBUS *de Belviſio*, utriusque juris clariſſimus doctor & cautus interpres, ingenio ſubtilis, eloquio ſcholaſticus, conſilio & ſcientia profundus, & ſecularis Philoſophiæ non ignarus. Fertur in jure quædam præclara ſcripſiſſe opuſcula, quibus nomen ſuum ad memoriam poſteritatis transmiſit. E quibus nullum adhuc videre potui. Fertur autem ejus

| | |
|---|---|
| In authenticis | lib. I. |
| De uſu feudorum | lib. I. |
| Additiones in novellis | lib. I. |

Et diſputationes variæ. Et alia multa. Claruit ſub Rodulpho Imperatore, Anno Domini, MCCLXX.

CDLXXXIV. GUILHELMUS Lugdunenſis, ordinis fratrum prædicatorum, ut ferunt, ejusdem eccleſiæ Epiſcopus, vir in divinis ſcripturis multum eruditus, & ſecularium literarum non ignarus, ingenio dulcis & ſubtilis eloquio, non curioſus attamen compoſitus, in declamandis ad populum ſermonibus ſatis egregius fuit, dicitur nonnulla ſcripſiſſe opuſcula, quibus & tunc præſentes & poſtea futuros magnifice inſtruxit. E quibus feruntur:

| | | |
|---|---|---|
| Super ſententias | lib. IV. | |
| Summa virtutum | lib. V. | *Cum circa ſingula utilia.* |
| Summa virorum | lib. VIII. | *Diſtuni de ſingulis vi.* |
| Sermones ad populum | lib. I. | |

Alia quoque multa ſcripſiſſe dicitur, quæ ad notitiam meam non venerunt.

CDLXXXV. GUILHELMUS *Guarronis*, *d)* natione Anglicus, ordinis fratrum minorum, præceptor Johannis Scoti *e)* ejusdem religionis, vir in divinis ſcripturis ſatis eruditus, & in Philoſophia Ariſtotelica longo ſtudio more Theologorum modernorum valde peritus. Scripſit ingenii ſui quædam non ſpernenda opuſcula, quibus ſe poſteritati notificavit. E quibus extant

| | | |
|---|---|---|
| Super ſententias | lib. IV. | *Quoniam teſte beato Auguſti.* |

De cæteris nihil vidi. Claruit temporibus Rodulphi Imperatoris. Anno Domini, MCCLXX.

CDLXXXVI. GERARDUS monachus cœnobii S. Quintini in Inſula, vir in ſcripturis ſanctis ſtudioſus, & jugi exercitatione peritus, atque in ſecularibus literis ſufficienter inſtructus, ingenio promptus & clarus eloquio. Scripſit quædam non contemnendæ lectionis opuſcula, quibus nomen ſuum præſentibus & futuris notificavit. E quibus fertur hiſtoria translationis coronæ & partis de cruce domini, quas reliquias Ludovicus *f)* Rex Franciæ ab Imp. Conſtantinopolitano conſequutus tranſtulit Pariſios. Scripſit etiam beatæ Helizabeth Lantgraviæ,

| | |
|---|---|
| Miracula poſt mortem | lib. I. |
| Reſponſoria & cantus de eadem | lib. I. |

Et quædam alia. Claruit ſub Rodulpho Imperatore. Anno Domini, MCCLXX. Et utraque literatura varia compoſuit opuſcula.

CDLXXXVII. GUILHELMUS Lamarenſis,*) ordinis fratrum minorum, vir in divinis ſcripturis longo uſu & exercitio doctus, atque in ſeculari Philoſophia juxta morem illius temporis ſatis peritus, ingenio clarus, ſermone ſcholaſticus, compoſuit varia in ſcripturis opuſcula, quibus nomen ſuum ad notitiam poſteritatis transmiſit. E quibus iſta feruntur:

Super

z) Durantes ſive Durandus Mimatenſis in Aquitania Epiſcopus: *Magiſter practica* etiam appellatus.
a) de quo ſupra c. 460. b) officiorum.
c) defunctus 1296. Itaque junior Guil. Durantus, prioris in Epiſcopatu ſucceſſor, qui in Concilio Viennenſi A. 1311. edidit libellum de modo celebrandi Concilii & Eccleſiæ reformatione, defunctus circa A. 1328.
d) ſive de Varra. e) de quo infra c. 516. f) Ludovicus IX. cognomento ſanctus. A Philippo Rege hoc factum ſcribit Rigordus. Vide Raynaldum ad A. 1205. n. 60. *) de Lamara, Anglus.

Digitized by Google

| | |
|---|---|
| Super ſententias | lib. IV. |
| Correctorium operum Thomæ | lib. I. |
| Additiones in Bonaventuram | lib. I. |

Et quædam alia. Claruit ſub Rodulpho Imperatore, Anno Domini, MCCLXXX.

CDLXXXVIII. RICHARDUS Archiepiſcopus Remenſis in Gallia, ordinis fratrum minorum, in ſcripturis ſanctis egregie doctus, in declamandis ad populum ſermonibus nulli doctorum ſui temporis inferior, ſubtilis ingenio, & eloquio clarus, dicitur multa præclara ſcripſiſſe volumina, quibus tunc præſentibus ſe utilem & futuris reddidit notum, ſed nihil eorum ad manus noſtras memini perveniſſe. Feruntur ejus,

| | |
|---|---|
| Sermones de tempore | lib. I. |
| Sermones quoque de ſanctis | lib. I. |

Claruit ſub Rodulpho Imperatore. Anno Domini, MCCLXX.

CDLXXXIX. GUILHELMUS *de Samuco*, *g*) ordinis fratrum beatæ Mariæ ſemper virginis de monte Carmeli, natione Gallus, *h*) vir in divinis ſcripturis eruditus, & ſecularium literarum non ignarus, ingenio & eloquio clarus, & non minus converſatione quam doctrina venerabilis. Edidit magnæ utilitatis plura opuſcula, quibus nominis ſui memoriam ad notitiam poſteritatis transmiſit. E quibus feruntur ſubjecta. Opuſculum quoddam ſpiritualibus perſonis non inutile, quod prænotavit:

| | |
|---|---|
| Decretales religioſorum | lib. I. |
| Super ſententias | lib. IV. |
| In regulam ſui ordinis | lib. I. |
| Chronica ordinis ſui | lib. I. |

Et alia multa. Claruit ſub Rodulpho Imperatore. Anno Domini, MCCLXXX.

CDXC. EGIDIUS de Roma, *i*) ordinis fratrum heremitarum S. Auguſtini prior generalis, ac deinde Bituricenſis Archiepiſcopus, beati Thomæ Aquinatis quondam auditor, vir in divinis ſcripturis eruditiſſimus & in Philoſophia Ariſtotelica nulli ſuo tempore ſecundus, ingenio ſubtilis, ſermone ſcholaſticus, vita & converſatione devotus. Scripſit multa & pene infinita opuſcula, de quibus ad manus noſtras pauca pervenerunt. Feruntur autem ejus ſubjecta:

| | | |
|---|---|---|
| In Hexameron | lib. II. | |
| In Cantica canticorum | lib. I. | *Sonet vox tua in auribus.* |
| In Epiſtolas Pauli | lib. XIV. | |
| Super ſententias | lib. IV. | *Candor eſt enim lucis.* |
| Expoſitio primæ decretalis | lib. I. | *Firmiter credimus &.* |
| De regimine principum | lib. I. | *Ex regia & ſacratiſſi.* |
| Quodlibeta multa | lib. I. | *Quæſtiones propoſitæ.* |
| In officium miſſæ | lib. I. | |
| De intellectu poſſibili | lib. I. | |
| Laudes ſapientiæ divinæ | lib. I. | |
| De ſapientia divina in beatis | lib. I. | |
| De ſubjecto Theologiæ | lib. I. | |
| De bona fortuna | lib. I. | |
| De corpore Chriſti | lib. I. | *Quia inter cætera qua.* |
| De menſura angelorum | lib. I. | *Quid de menſura angelo.* |
| De cognitione angelorum | lib. I. | *Quæſtio, Utrum ange.* |
| De mortuis | lib. I. | |
| Diſtinctio articulorum fidei | lib. I. | |
| De gradibus formarum | lib. I. | *Quæſitum eſt de Deo.* |
| De prædeſtinatione | lib. I. | *Nobili militi domino.* |
| Theorica de eſſe & eſſentia | lib. I. | *Omne eſſe vel eſt, &c.* |
| De generatione & corruptione | lib. I. | *Anima aut teſtatur phi.* |
| De peccato originali | lib. I. | *Ego ſum pulvis &.* |
| De formatione humani corporis | lib. I. | *In quo ponuntur, &c.* |
| De poteſtate Eccleſiaſtica | lib. III. | |
| De carcere | lib. I. | |
| Compendium Theologiæ | lib. VI. | *Veritatis Theologicæ.* |
| De renunciatione Papæ | lib. I. | *Non ei placebit cum.* |
| Adverſus corruptorem Thomæ | lib. I. | *Quare detraxiſti ſermo.* |
| Sermones varii | lib. II. | |
| In omnes libros Ariſtotelis | | |

Epiſtolæ notabiles. Et alia non pauca. Claruit ſub Rodulpho Imperatore. Anno Domini, MCCLXXX. *k*)

CDXCI. GANFREDUS *de Trano*, ſubdiaconus Eccleſiæ Romanæ, & ſummi pontificis (ut



*g*) de Sanvico. *h*) imo Anglus. Vide Caveum parte 2. Hiſt. Literariæ S. E.

*i*) Ægidius Columna doctor fundatiſſimus de quo Cornelius Curtius in elogiis Auguſtinianor. p. 61. ſeq. Proſper Mandoſius Bibl. Romanæ centur. 3. p. 145. ſeq. *k*) defunctus A. 1316.

ferunt) capellanus, vir in jure canonico & Philoſophia ſeculari nobiliter doctus, ingenio præſtans & clarus eloquio, qui inter doctores hujuſce facultatis non ultimus ſuo tempore eſt habitus. Scripſit non ſpernendæ lectionis opuſcula, quibus nomen ſuum poſteritati notificavit. E quibus extat ſumma notabilis, & ſatis vulgata

| | | |
|---|---|---|
| Super titulis decretalium | lib. v. | *Gloſſarum diverſitas in.* |
| Quæſtiones variæ | lib. i. | |

Alia quæ compoſuiſſe dicitur, ad notitiam noſtram minime venerunt.

CDXCII. GUIDO *de Baypho*; Archidiaconus Bononienſis, vir in utroque Jure peritiſſimus, ingenio acutus & clarus eloquio, cujus apud hujus ſcientiæ profeſſores usque in hodiernum diem magna perſeverat authoritas. Scripſit multa inſignia volumina, quibus memoriam nominis ſui (ut ita dicam) reddidit immortalem. E quibus pauca ad notitiam meam hucusque pervenerunt. Reperi enim duntaxat ſubjecta. Volumen grande & valde notabile, quod *Roſarium* prænotavit,

| | | |
|---|---|---|
| Super decreto | lib. III. | *Reverendo in Chriſto.* |
| Super decretalibus | lib. v. | |

Claruit ſub Adolpho *l*) Imperatore. Anno Domini, MCCXC.

CDXCIII. THADEUS natione Florentinus, medicæ artis peritiſſimus doctor, qui eam ſcientiam apud Bononiam certis annis publico ſalario conductus egregie docuit, & theſaurum pene incredibilem congregans, magnam experientiæ ſuæ famam acquiſivit. Cum enim ab aliquo principe vocaretur, non minus quam quinquaginta aureos pro diurna mercede habere volebat. Ab Honorio Papa quarto aliquando vocatus, non prius accedere voluit quam centum aurei illi in diem ſtatuerentur, qui à graviſſima infirmitate curatus decem millia illi aureos condonavit. Scripſit:

| | |
|---|---|
| In Aphorismos Hippocratis | lib. i. |
| In prænoſticos ejusdem | lib. i. |
| In opus acutorum ejusdem | lib. i. |
| In Tegni Galieni *m*) | lib. i. |
| In Iſagogas Johannitii | lib. i. |
| De conſervanda ſanitate | lib. i. |
| Conſilia varia | lib. i. |

Et quædam alia. Claruit ſub Rodulpho Imperatore, Anno Domini, MCCLXXX, & tandem octogenarius Bononiæ mortuus eſt.

CDXCIV. JOHANNES *de Parma* ex Bononiæ finibus oriundus, ordinis fratrum minorum miniſter generalis, vir in divinis ſcripturis eruditus, vita & converſatione devotus, & ſanctæ paupertatis amator inſignis, qui ex gymnaſio Pariſienſi ubi ſcientias legerat, in generalem abſens fuit electus. Fertur multos & varios ſcripſiſſe tractatus, quibus nomen ſuum ad memoriam noſtram devenit. E quibus ego tantum reperi:

| | |
|---|---|
| Super ſententias | lib. IV. |
| De converſatione religioſorum | lib. II. |

Claruit Imperio vacante. Anno Domini, MCCLX.

CDXCV. JOHANNES *Chriſtophori*, *n*) ordinis fratrum prædicatorum, in ſcripturis longo & continuo ſtudio exercitatus, atque in ſeculari Philoſophia nobiliter doctus, ingenio facilis, & ſermone ſcholaſticus, multa in ſanctis ſcripturis fertur cudiſſe opuſcula, quorum editio præſentibus tunc utilem illum futuris reddidit notum. Longo enim tempore divinas literas publice legendo expoſuit, & ſubtili ſenſu explicavit, de cujus commentariis ſubjecta volumina feruntur, videlicet:

| | |
|---|---|
| In Evangelium Matthæi | lib. i. |
| In Marcum | lib. i. |
| In Lucam | lib. i. |
| In Johannem | lib. i. |
| In omnes epiſtolas Pauli | lib. XIV. |

Et alia multa. Claruit Imperio vacante, Anno Domini, MCCLX.

CDXCVI. HAMBALDUS natione Romanus, ſacræ Theologiæ profeſſor, & eximius interpres ſcripturarum, ingenio ſubtilis, & vehemens, & ad diſputandas ſolvendasque earundem difficiles quæſtiones ſatis idoneus, fertur ad inſtructionem diſcipulorum ſuorum quædam præclara ſcripſiſſe opuſcula, quibus nomen ſuum notificavit. Inter quæ extant:

| | |
|---|---|
| Super Sententias | lib. i. |
| Quodlibetorum | lib. i. |

Claruit ſub Rodulpho Imperatore, Anno Domini, MCCLXX.

CDXCVII. HENRICUS de Gandavo, Archidiaconus Tornacenſis, natione Teutonicus, vir in divinis ſcripturis, inter omnes doctores ſui temporis eruditiſſimus, & in Philoſophia Ariſtotelica valde ſubtilis, tantæ opinionis & authoritatis in gymnaſio Pariſiorum extitit, ut *doctor ſolennis* per univerſum Chriſtianum orbem vocatus ſit. Erat enim ingenio ſubtilis & in diſputationibus

*l*) lege Rudolpho, pellatur. *m*) in τέχνην ſive Artem parvam Galeni ſcripſit Thadeus, alter ſua ætate Galenus appellatus. *n*) Moguntinus.

Digitized by Google

tionibus ſcholaſticis acutiſſimus, quod præclara illius teſtantur opuſculu. De quibus ego tantum reperi ad præſens, ſubjecta:

| | | |
|---|---|---|
| Summam Theologiæ | lib. I. | |
| Super ſententias | lib. IV. | |
| De virginitate | lib. I. | *Sacris virginibus compi.* |
| Quodlibeta | lib. II. | |
| De pœnitentia | lib. I. | |
| In Methaphyſicam | lib. XIV. | |
| In Phyſicorum libros | lib. VIII. | |

Cætera quidem multa compoſuit, ſed ad notitiam meam non venerunt. *o)* Moritur ſub Adolpho*) Imperatore. Anno Domini, MCCXCIII. Indictione VI. In feſto Apoſtolorum Petri & Pauli. Sepultus Tornaci in eccleſia ſanctæ Dei genitricis Mariæ.

CDXCVIII. HUGOLINUS *p)* patriarcha Conſtantinopolitanus, ordinis fratrum heremitarum S. Auguſtini, vir in divinis ſcripturis longo ſtudio exercitatus, & ſatis eruditus, ingenio ſubtilis, ſermone ſcholaſticus, moribus & vita ſpectabilis, fertur non ſpernendæ lectionis quædam præclara ſcripſiſſe opuſcula, quibus nomen ſuum ad notitiam poſteritatis transmiſit. E quibus iſta feruntur inter alia potiora:

| | |
|---|---|
| Super ſententias | lib. IV. |
| Quodlibetorum | lib. I. |
| De differentia idiomatum | lib. I. |
| Sermones de tempore | lib. I. |
| Sermones de ſanctis | lib. I. |

Claruit ſub Adolpho *q)* Imperatore. Anno Domini, MCCXC.

CDXCIX. ARLOTUS ordinis fratrum minorum miniſter generalis, natione Hetruſcus, vir in divinis ſcripturis egregie doctus, & in ſeculari Philoſophia ſufficienter inſtructus, dialecticus ſubtilis, & acutiſſimus diſputator, qui magnam doctrinæ ſuæ laudem varia ſcribendo eſt conſecutus, in declamandis ad populum ſermonibus excellentis ingenii fuit. Hic fertur comportaſſe Novi & veteris teſtamenti in unum

| | |
|---|---|
| Concordantias *r)* | lib. I. |
| Sermones varios | lib. I. |

Et quædam alia. Claruit temporibus Adolphi *s)* Imperatoris. Anno Domini, MCCXC.

D. JACOBUS *t)* Epiſcopus Genuenſis, ordinis fratrum prædicatorum, vir in divinis ſcripturis exercitatus, qui ob earundem crebras allegationes *vorago* nuncupatur, ingenio promptus, & apertus eloquio, in ſermonibus ad populum declamandis ſatis idoneus fuit. Scripſit ad utilitatem legentium non pauca opuſcula, quibus nomen ſuum notificavit. E quibus pauca ad notitiam meam pervenerunt, quæ & ſubjeci. Volumen magnæ quantitatis de vita & geſtis multorum ſanctorum, quod prænotavit *Legendam auream* ſive *ſpeculum ſanctorum*, ſed jam communiter appellatur

| | | |
|---|---|---|
| Legenda ſeu Hiſtoria Lombardica | lib. I. | *Univerſum temporis præſen.* |
| Mariale de S. Maria | lib. I. | *Cogitanti mihi dies ac.* |
| Chronicam Genuenſium | lib. I. | |
| De opuſculis S. Auguſtini | lib. I. | *Sacra ſcriptura divini.* |
| Sermones de tempore | lib. I. | |
| Sermones de ſanctis | lib. I. | *Veſtigia ejus ſecutus eſt.* |
| Sermones quadrageſimales | lib. I. | |
| Sermones de S. Maria | lib. I. | |

Alia inſuper nonnulla edidit, quæ ad notitiam meam non venerunt. Claruit temporibus Adolphi *u)* Imperatoris. Anno Domini, MCCXC.

DI. LUCAS ordinis fratrum minorum, natione Italus, ex Padua oriundus, vir in ſcripturis ſanctis jugi ſtudio exercitatus, divini verbi prædicator egregius, ingenio clarus, & apertus eloquio, non minus opere quam ſermone viam Dei populos docuit in veritate, & multorum corda ad amorem Chriſti Spiritu ſancto cooperante convertit. Scripſit non contemnendos, quos ad populum habuit

| | |
|---|---|
| Sermones de tempore | lib. I. |
| Sermones de ſanctis | lib. I. |

Alia quoque nonnulla ſcripſiſſe dicitur, quæ ad manus noſtras non venerunt.



*o)* Mirum à Trithemio non memorari librum de viris illuſtribus, quo tamen uſus eſſe videtur. *) Rudolpho.

*p)* Hugolinus Malebranchius Cardinalis poſt recuperatam A. 1260. CPolin Patriarchæ titulo uſus. Vide Cangii Hiſtoriam CPol. Gallice editam cum Villeharduino p. 244.

*q)* lege iterum *Rudolpho*. Hugolinus autem jam obiit A. 1281. *r)* teſtimoniorum V. & N. Teſt. invicem conſonantiam.

*s)* Lege *Rudolphi*; licet Adolphi nomen repetitum etiam in Sixto Senenſi, Poſſevino; aliisque Trithemium ſequutis.

*t)* *Jacobus de Voragine*, vulgo, quod è Viragine ſive Vico virginis in Liguria ortus eſſet.

*u)* Lege iterum *Rudolphi*. Obiit Jacobus A. 1298. Vide Altamuram p. 62.

Digitized by Google

DII. CONRADUS *de Halberſtat*, natione Teutonicus, ordinis fratrum prædicatorum, vir tam in divinis ſcripturis quam in ſecularibus literis nobiliter doctus, Philoſophus, & Theologus, non futilis, quippe qui in ea facultate publice legens, multos docuerit, & doctrinæ ſuæ laudem ingentem acquiſierit. Scripſit quædam in utraque ſcientia non ſpernenda opuſcula quibus ad memoriam poſteritatis nomen ſuum deductum eſt. Sed pauca eorum mihi innotuerunt. Reperi enim tantum:

| | | |
|---|---|---|
| Summam ſtudentium | lib. III. | *Hoc opuſculum in tres.* |
| De Trivio quoque | lib. I. | *In tribus beneplacitum.* |
| Lecturam in Job | lib. I. | *Usque in tempus juſti.* |
| Sermones etiam | lib. I. | |

In plures quoque Bibliæ libros commentarios ſcripſiſſe dicitur, qui tamen ad manus noſtras adhuc minime venerunt. Hic etiam fertur *concordantias x)* totius Bibliæ novi & veteris teſtamenti primus ordinaſſe.

DIII. RICHARDUS *de Mediavilla*, natione Anglicus, ordinis fratrum minorum, vir in divinis ſcripturis eruditiſſimus, & tam in philoſophia, quam in jure canonico egregie doctus, ingenio clarus, ſermone ſcholaſticus in quæſtionibus & dubiis ſcripturarum ſolvendis ſubtilis & promtus. Fertur multa præclara ſcripſiſſe volumina, quibus nomen ſuum cum gloria transmiſit ad poſteros. E quibus tantum reperi ſubjecta:

| | | |
|---|---|---|
| Super Sententias | lib. IV. | *Abſcondita produxit in.* |
| Super diſ. decreti. | lib. I. | *Patres noſtri omnes ſub nu.* |
| De ordine judiciorum | lib. I. | |
| In quatuor Evangelia | lib. IV. | |
| In Epiſtolas Pauli, | lib. XIV. | |

Dicitur autem quod in plures ſacræ paginæ libros, elegantes commentarios & lecturas ediderit, ſed ad manus noſtras non venerunt. Claruit temporibus Adolphi *y)* Imperatoris & Nicolai Papæ quarti. Anno Domini, MCCXC.

DIV. NICOLAUS *de Bibera*, *z)* natione Teutonicus, vir in ſecularibus literis nobiliter doctus & divinarum ſcripturarum non ignarus, philoſophus & poeta inſignis, qui apud Erfordiam ſuo tempore in pretio exiſtens, magnam doctrinæ ſuæ gloriam acquiſivit. Scripſit tam metro quam proſa non pauca opuſcula, quibus etiam poſteris nomen ſuum notificavit. E quibus ego tantum vidi opus, cujus titulus eſt *occulus*, quod carmine & oratione ſoluta compoſuit Erfordiæ,

| | | |
|---|---|---|
| De cavendo malo, | lib. I. | *Carminis auditor lec.* |
| Epiſtolarum ad diverſos. | lib. I. | |

Claruit Erfordiæ ſub Rodulpho Imperatore. Anno Domini, MCCXC.

DV. JOHANNES *Pariſienſis*, ordinis fratrum prædicatorum theologus, in ſcripturis ſanctis doctiſſimus, & ſecularium literarum non ignarus, quippe qui in utraque ſcientia conſcenſa magiſtrali cathedra in gymnaſio Pariſienſi multo tempore publice docuit & diſcipulos non paucos reliquit. Fertur quædam præclara ſcripſiſſe opuſcula, quibus ſe & præſentibus tunc utilem, & poſtmodum futuris cognitum fecit. E quibus ego tantum reperi opus non ſpernendum

| | | |
|---|---|---|
| Super ſententias, | lib. IV. | |

De cæteris nihil reperi. Claruit ſub Rodulpho Imperatore, Anno Domini, MCCLXXX.

DVI. NICOLAUS *Gallicus*, ordinis fratrum beatæ Mariæ ſemper virginis, de monte Carmeli ſeptimus prior generalis, vir doctus & ſanctus, qui poſteaquam ordinem ſuum viginti ferme annis ſtrenue, prout valuit, rexerat, Chriſti amore officio cedens ad heremi quietem reverſus eſt, ubi usque ad mortem in ſancta converſatione perſeveravit. Scripſit inter alia opus lugubre ſtatum ordinis ſui deplorans cum è terra ſancta fratres fuiſſent expulſi, quod prænotavit,

| | | |
|---|---|---|
| Igneam ſagittam | lib. I. | |

Scripſit & alia. Claruit temporibus Rodulphi Imperatoris, Anno Domini, MCCLXX.

DVII. MATTHÆUS *de Aquaſponta*, *a)* ordinis fratrum minorum, duodecimus miniſter generalis, & poſtea Epiſcopus Portuenſis, & ſacroſanctæ Eccleſiæ Romanæ cardinalis, vir in divinis ſcripturis eruditiſſimus, & in ſeculari philoſophia juxta morem hujus temporis magnifice doctus, compoſuit ingenii excellentis quædam præclara opuſcula, quibus nomen ſuum longe lateque notificavit. E quibus extant iſta:

| | | |
|---|---|---|
| Super ſententias | lib. IV. | |
| Inventarium ſententiarum | lib. I. | |
| In Epiſtolam ad Romanos | lib. I. | |
| Sermones plures. | lib. I. | |

Et quædam alia. Claruit temporibus Rodulphi Imperatoris. Anno MCCXC.

DVIII. GVILHELMUS *Peralt*, *b)* natione Gallicus, ordinis fratrum prædicatorum, vir in

x) Cum Hugone Cardinali de quo ſupra c. 453. Vide D. Jo. Andreæ Schmidii diſſ. de triumviris Halberſtadenſibus Clemente II. Johanne Semeca & Conrado. Helmſt. 1715. y) lege Rudolphi. z) Thuringiæ opido.

a) de Aqua Sparta. Vide Alphonſum Ciacconium de vitis Cardinalium p. 785.

b) de Petraalta, aliis de Peyranta, Vide Altamuram p. 15. & 432. ſeq. qui ait obiiſſe A. 1275. Lugduni, non 1255. ut Poſſevin. & alii. Sed à Sammarthanis inter Archi Epiſcopos Lugdunenſes omittitur.

Digitized by Google

in ſcripturis ſanctis ſtudioſus & eruditus, atque in ſecularibus literis, maxime in Philoſophia Ariſtotelica ſatis egregie doctus, ingenio promptus, eloquio ſcholaſticus, in declamandis ad populum ſermonibus excellentis induſtriæ fuit. Edidit in utraque facultate plura inſtructa volumina, quibus nomen ſuum non ſolum tunc præſentibus, ſed etiam futuris notum fecit. E quibus extant:

| | |
|---|---|
| Summa virtutum & vitiorum | lib. II. |
| De eruditione religioſorum, | lib. I. |
| Sermones de tempore, | lib. I. |
| Sermones de ſanctis | lib. I. |

Et alia complura, quæ ad notitiam meam adhuc minime venerunt.

DIX. GARSIAS natione Hiſpanus, vir in utroque jure exercitatiſſimus, ingenio ſubtilis, conſilio promptus & cautus, & in ſolvendis quæſtionibus cauſarum acutus, apud hujus facultatis profeſſores ſuo tempore in pretio habitus, docendo & ſcribendo nomen ſuum dilatavit. Fertur enim tam in legibus, quam in canonico jure plura conſcripſiſſe opuſcula, quæ ad manus noſtras non venerunt. Extant ejus

| | |
|---|---|
| Super decretalibus | lib. V. |

Et in legibus plura. Claruit temporibus Rodulphi Imperatoris. Anno Domini, MCCXC.

DX. NICOLAUS Papa *quartus*, ordinis fratrum minorum, Hieronymus ante vocatus, natione Picenus, ex Eſculana civitate oriundus, ſedit poſt Honorium quartum in cathedra Petri annis quatuor, *c)* vir in divinis ſcripturis eruditiſſimus, & in ſecularibus literis non infime doctus, ingenio ſubtilis & clarus eloquio, nec minus vita & bonitate, quam doctrina venerabilis. Scripſit ſatis egregium opus

| | |
|---|---|
| Super ſententias | lib. IV. |

Et quosdam ſermones. Fertur etiam in plures Bibliæ libros commentarios utiles ediſſe. Moritur Romæ Imperio poſt Rodulphi mortem vacante. Anno Domini, MCCXCI. Indict. IV.

DXI. BONIFACIUS Papa *octavus*, natione Campanus, Benedictus ante vocatus, ſedit poſt renuntiationem Cœleſtini quinti in cathedra Petri annis octo, menſibus novem, vir quidem doctus, ſed nimis arrogans & ambitioſus, qui pontificatum quibus modis acquiſierit Chronographi non tacuerunt. Hic cum eſſet in jure peritiſſimus, videretque novas cauſarum varietates in foro contentioſo, quæ per decretales non poſſent determinari, quotidie emergere, compoſuit per tres eruditiſſimos in jure viros *d)* novas conſtitutiones, quas appellari voluit

| | | |
|---|---|---|
| Sextum decretalium, | lib. I. | *Sacroſanctæ Romanæ,* |
| Epiſtolas plures ad diverſos, | lib. I. | |

Moritur ſub Alberto Imperatore. Anno Domini, MCCCIII. Indict. I. De quo fuerat ante prophetatum: Intravit ut vulpis, vixit ut leo, mortuus eſt ut canis, &c.

DXII. GUILHELMUS *Mandagoti e)* Archidiaconus Nemauſenſis *f)* & poſtmodum Ebredunenſis Archiepiſcopus, ac ſacroſanctæ Eccleſiæ Romanæ demum cardinalis, vir in utroque jure peritiſſimus, unus eorum qui juſſu Bonifacii Papæ octavi Sextum decretalium codicem ediderunt, ſicut in ejusdem voluminis principio patet. Scripſit in ea facultate non ſpernenda opuſcula, quibus nomen ſuum immortalitati conſecravit. E quibus ego tantum vidi opus inſigne, quod ſcripſit, cum adhuc in Eccleſia Nemauſenſi Archidiaconatus teneret officium, ad Berengarium Beterenſis *g)* Eccleſiæ ſuccentorem, poſtea Epiſcopum,

| | | |
|---|---|---|
| De electione prælatorum, | lib. I. | *Quia cum electiones in.* |
| Expoſitionem ejusdem | lib. I. | *Cum illius non ſim auctor.* |

De cæteris nihil vidi. Claruit ſub Alberto Imp. Anno Domini, MCCC.

DXIII. BERENGARIUS *b)* Beterenſis Eccleſiæ ſuccentor, & poſtea Epiſcopus, ac tandem ſacroſanctæ Eccleſiæ Romanæ cardinalis, ad quem præfatus Guilhelmus Mandagoti, cum adhuc ambo eſſent in minoribus conſtituti, librum de electionibus prælatorum compoſuit, alter ex his qui Bonifacio octavo præcipiente librum Sextum decretalium comportarunt, vir in eadem facultate juridica doctiſſimus, cum adhuc eſſet ſuccentor, ſcripſit ad eundem Guilhelmum tunc Archidiaconum Nemauſenſem, inſigne opus ſuper ſummam Hoſtienſis ſecundum ordinem Alphabeti, quod cum ejusdem ſit quaſi elucidarium ſummæ, prænotavit

| | |
|---|---|
| Oculum | lib. I. |
| De ſententia excommunicationis, | lib. I. |

Alia etiam plura ſcripſiſſe dicitur, quæ ad notitiam meam non venerunt. Claruit ſub Alberto Imperatore. Anno Domini MCCC.

DXIV. RICHARDUS *i) de Senis* Romanæ Eccleſiæ vicecancellarius, & poſtea diaconus cardinalis tituli ſancti Euſtachii, doctor utriusque juris, omnium laude ſuo tempore celeberrimus, tertius eorum qui Sextum decretalium juſſu Bonifacii Papæ octavi comportarunt, cujus nomen in principio ejusdem voluminis expreſſum continetur. Fertur nonnulla in jure ſcripſiſſe opuſcula,



*c)* ab A. 1288. 22. Febr. ad 1292. 14. April.
*d)* Guilelmum, Berengarium & Ricardum, (de quibus Trithemius proximis capitibus) circa A. 1298.
*e)* de Mandagoto. *f)* Nemauſenſis. *g)* Biterenſis.
*b)* Stedelius. *i)* hunc Richardum Malambrum vocari video à Pithœis ad ſextum decretal. Sed Richardus Malumbra alius de quo infra c. 538.

ſcula, ſed nihil eorum ad manus noſtras memini perveniſſe. Lector meus ſtudioſus illa inquirat.

Claruit ſub Alberto Imperatore. Anno MCCC.

DXV. DINUS *k)* Mugelanus utriusque juris profeſſor & enucleator inſignis ingenio ſubtilis, & in diſputandis enodandisque dubiis & quæſtionibus juris valde promptus & acutus, qui docendo & ſcribendo magnam ſibi apud omnes Italiæ doctores gloriam acquiſivit. Edidit in ſua facultate multa præclara opuſcula, de quibus feruntur ſubjecta. De mandato domini Bonifacii Papæ octavi primus ſcripſit eleganter poſt Archidiaconum, *l)*

| | |
|---|---|
| Super ſexto decretalium, | lib. I. |
| Super Codice, | lib. IX. |
| Super. ff. veteri, | lib. XXIV. |
| Super. ff. novo, | lib. XII. |
| Super. ff. Infortiati, | lib. XIV. |
| Conſilia multa, | lib. I. |

Alia inſuper non pauca præter hæc edidit, quæ ad notitiam meam non venerunt. Claruit ſub Alberto Imperatore. Anno Domini, MCCC.

DXVI. JOHANNES *Duns*, natione Scotus, ordinis fratrum minorum, Alexandri Alenſis Anglici *m)* quondam Pariſiis auditor, vir in divinis ſcripturis ſtudioſus & eruditus, & in philoſophia Ariſtotelica doctiſſimus, & adeo profundus, ut ejus ſcripta paucis ſint penetrabilia, & ob id quoque minus uſitata. Edidit quædam inſtructa volumina, quibus nomen ſuum ad notitiam poſteritatis transmiſit. E quibus extant:

| | | |
|---|---|---|
| Super ſententias | lib. IV. | *Cupientes circa prole.* |
| Quodlibeta quoque | lib. I. | *Cunctas res difficiles.* |
| De cognitione Dei. | lib. I. | *Quia ſumma nobis.* |
| In metaphyſicam quæſtiones. | lib. I. | |
| Sermones de tempore. | lib. I. | *Erunt ſigna, &c. In hoc.* |
| Sermones de ſanctis. | lib. I. | |

Commentarios in Evangelium & Apoſtolum ſcripſiſſe dicitur, aliosque varios compoſuiſſe tractatus, qui ad notitiam meam non venerunt. Moritur temporibus Alberti Imperatoris, Anno Domini, MCCCVIII. Indict. VI. Coloniæ apud minores ſepultus.

DXVII. SIMON monachus Hafligemenſis *n)* ordinis ſancti Benedicti, vir in divinis ſcripturis ſtudioſiſſimus & eruditus, ingenio ſubtilis & clarus eloquio, conſilium divi legislatoris noſtri Benedicti, quo monachus divinas ſcripturas amare jubetur, ita convertit in practicam, ut nihil dulcius in hac vita fuerit quam ſacras literas legere, & ſanctorum patrum opuſcula ſedulo ſtudio revolvere. Abbreviavit

| | |
|---|---|
| Moralia Gregorii Papæ. | lib. X. |
| In cantica ſcripſit ſermones | lib. I. |
| Viſionem cujusdam converſi. | lib. I. |
| Sermones plures. | lib. I. |
| Epiſtolas etiam ad diverſos. | lib. I. |

Et alia plura. Collegit etiam excerpta de ſermonibus beati Gregorii Papæ in Ezechielem. De collationibus quoque ſanctorum patrum ex Richardo ſancti Victoris *o)* de XII. patriarchis & contemplatione, & ex variis varia non ſpernenda.

DXVIII. PETRUS *de Bella Parthica*, natione Burgundus, vir in jure tam civili quam canonico peritiſſimus, ingenio ſubtilis & acutus, atque in diſputandis, enodandisque dubiis & quæſtionibus juris promptiſſimus. Scripſit in legibus multa præclara volumina, quibus nominis ſui memoriam ad poſteros transmiſit. De quibus iſta feruntur:

| | |
|---|---|
| Super Codice. | lib. IX. |
| Super inſtitutis. | lib. IV. |
| Super. ff. veteri. | lib. XXIV. |
| Super. ff. novo. | lib. XII. |
| Super. ff. Infortiati. | lib. XIV. |
| Centum diſputationum | lib. I. |
| Conſilia plura. | |

Et quædam alia. Claruit eodem tempore, quo Dinus Mugelanus, *p)* ſub Alberto Imperatore & Bonifacio Papa octavo. Anno Domini, MCCC.

DXIX. REINHERUS Piſanus, natione Italus ordinis fratrum prædicatorum, vir in ſcripturis ſanctis ſtudioſus & eruditus, atque in jure canonico ſatis peritus, ingenio promptus, eloquio ſcholaſticus, conſilio cautus, & non minus religione quam ſcientia venerabilis, ut fratribus ſuis in jure minus expertis, in audiendis confeſſionibus præberet iter. Scripſit maximam & inſignem ſummam de caſibus in duobus magnis voluminibus ſecundum ordinem alphabeti, quam prænotavit:

Pan-

*k)* Dinus Roſſomis, qui Bononiæ docuit. *l)* Guilelmum de quo c. 512.
*m)* de quo ſupra c. 458. & Guilelmi Gvarronis.
*n)* Ex eodem Brabantiæ monaſterio Affligemenſi Guilelmus de quo c. 528. & Henricus c. 535.
*o)* de quo ſupra c. 376. *p)* de Bellapertica, Aurelienſis, *p)* de quo ſupra c. 515.

Digitized by Google

Pantheologiam q) lib. II. *Abſolutio. Circa abſo.*

Et quædam alia. Claruit ſub Alberto Imperatore. Anno Domini, MCCC.

DXX. GERARDUS r) ordinis fratrum prædicatorum, natione Teutonicus, lector conventus Leodienſis, vir in divinis ſcripturis ſtudioſus & eruditus, & in ſermonibus faciendis ad populum declamator egregius, ingenio clarus & ſcholaſtico comptus eloquio. Scripſit valde utilem tractatum devotis & religioſis perſonis, docens ſeptem diſpoſitiones circa cor faciendas, multaque ad ædificationem pertinentia hinc inde de ſcripturis divinis ſagaciter colligens, quem prænotavit:

| | |
|---|---|
| De doctrina cordis. | lib. I. *Præparate corda veſtra.* |
| Sermones de tempore. | lib. I. |
| Sermones de ſanctis. | lib. I. |

Alia inſuper quædam edidit, quæ ad notitiam meam non venerunt.

DXXI. JACOBUS *de Arena* natione Parmenſis, utriusque juris conſultus celeberrimus, ingenio profundus, ſermone ſcholaſticus, cujus ſententiæ in planandis legibus, ut Bartholus teſtatur, tam propriæ & congruæ fuerunt, ut de mente conditoris juris ſemper ſcribere videretur. Edidit in jure civili multa præclara opuſcula, quibus nomen ſuum ad memoriam poſteritatis perpetuam transmiſit.

| | |
|---|---|
| Super Codice. | lib. IX. |
| Super. ff. novo. | lib. XXIV. |
| Super. ff. veteri, | lib. XII. |
| Super. ff. infortiati. | lib. XIV. |
| De excuſationibus | lib. I. |
| Diſputationes varias. | lib. I. |

Sed & alia nonnulla edidit, quæ ad notitiam meam non venerunt. Claruit temporibus Alberti Imperatoris, Anno Domini, MCCC.

DXXII. JOHANNES *de ſancto Geminiano* s) ordinis fratrum prædicatorum, vir in divinis ſcripturis ſtudioſus & apprime eruditus, ingenio clarus, & apertus eloquio, in declamandis ad populum ſermonibus excellentis induſtriæ, magnam doctrinæ & laudem & fructum in animarum ſalute acquiſivit. Scripſit inter cætera;

| | |
|---|---|
| De ſimilitudinibus rerum. | lib. I. |
| Sermones de tempore | lib. I. |
| Sermones de ſanctis | lib. I. |
| Collationum diverſarum. | lib. I. |

Alia inſuper quædam ſcripſiſſe dicitur, quæ ad me non venerunt.

DXXIII. PETRUS *de Dacia*, t) philoſophus, calculator, & aſtronomus, inter omnes ſui temporis excellentiſſimus atque celeberrimus, ingenio ſubtilis, & clarus eloquio, divinarum ſcripturarum, & græci ſermonis non ignarus. Fertur multa in aſtronomia, & arte calculatoria ſcripſiſſe opuſcula, quæ ad computum Eccleſiaſticum non inutilia judicantur, quibus nomen ſuum ad notitiam poſteritatis deſtinavit. Sed pauca eorum ad notitiam meam pervenerunt.

| | |
|---|---|
| De calculo ſeu computo | lib. I. |
| Calendarium quoque | lib. I. |
| Et tabularum ſuarum | lib. I. |

Cætera & ſi multa ſint quæ compoſuit, ad me tamen non venerunt. Claruit temporibus Alberti Imperatoris Anno Domini, MCCC.

DXXIV. NICOLAUS *de Neapoli*, vir in jure civili peritus atque doctiſſimus, in aliis quoque literis ſecularibus nobiliter inſtructus, cujus authoritas apud profeſſores hujus facultatis non mediocriter ſuo tempore vigebat. Scripſit nonnulla in legibus opuſcula, quorum editione nomen ſuum immortalitati condonavit. Sed ego ſubjectorum titulos duntaxat potui invenire.

| | |
|---|---|
| Super Codice | lib. IX. |
| Super. ff. infortiati. | lib. XIV. |

De cæteris quæ compoſuiſſe dicitur, adhuc nihil certi potui invenire. Claruit ſub Alberto Imperatore. Anno Domini, MCCC.

DXXV. HUBERTINUS *de Caſali*, ordinis fratrum minorum, Johannis de Parma u) generalis miniſtri quondam auditor, vir devotus, & in ſcripturis ſanctis ſufficienter eruditus, cum videret ordinem ſuum à prima inſtitutione deficere, novas quasdam ſub ſpecie reformationis ſeparationes incepit, & eas à ſummo pontifice confirmari obtinuit, quæ tamen ad petitiones cuſtodum & miniſtrorum ſtatim per eundem Papam fuerunt revocatæ, quoniam in grave ſcandalum & ſciſſuram ordinis videbantur præſumtæ. Unde commotus Hubertinus, ordinem Carthuſienſium ingreſſus eſt. Scripſit valde præclarum, & inſigne volumen religioſis & devotis perſonis utile, quod prænotavit:



q) Prodiit Norimb. 1473. Venet. 1486. &c. r) Ab Altamura refertur ad A. C. 1270.

s) *Sau Gimignano.* Ab Altamura refertur ad A. 1244. Videndus & Jo. Vincentius Goppi in annalibus & viris illuſtribus San Geminiani, ſcriptis Italice.

t) Daciam pro Dania dicunt ſcriptores illa ætate. Petrus hic addendus Alberto Bartholino de ſcriptis Danorum.

u) de quo ſupra c. 494.

Digitized by Google

| | | |
|---|---|---|
| Arborem vitæ crucifixæ | lib. v. | *Univerſis Chriſti vere.* |
| Sermones & Epiſtolas. | | |

Er quædam alia. Admonent nos quidam catholici doctores Hubertinum in præfato volumine in certis locis, maxime ubi canticum Simeonis aſſumit, caute eſſe legendum, eo quod de quibusdam articulis aliter ſentiat quam mater omnium noſtrum Eccleſia. Autor tamen ipſe excuſandus eſt, quia necdum determinatum fuit &c. Claruit ſub Alberto Imperatore, Anno Domini, MCCC.

DXXVI. JACOBUS *de Ravenna* provincia Lotharingiæ oriundus, vir in jure civili ſacrisque Canonibus doctiſſimus, & tam in divinis ſcripturis, quam in ſecularibus literis omnium ſuo tempore facile peritiſſimus ſacræ paginæ profeſſor, philoſophus, & dialecticus inſignis, qui (ut Cinus *x*) ait) ſimplici ſenſu à majoribus tradita ad dialecticum arguendi modum convertit. Scripſit in utroque jure multa opuſcula. Equibus feruntur:

| | |
|---|---|
| Super Codice | lib. IX. |
| Super. ff. veteri | lib. XXIV. |
| Super. ff. novo | lib. XII. |
| Super digeſtis infortitati. | lib. XIV. |
| Diſputationes variæ | lib. I. |

Claruit ſub Alberto Imperatore, Anno Domini, MCCC.

DXXVII. ALANUS *de Inſulis*, natione Teutonicus, vir in divinis ſcripturis eruditiſſimus, & in ſecularibus literis nulli ſuo tempore ſecundus, theologus, philoſophus, & poeta celeberrimus, qui Eccleſiaſticæ ſcholæ Pariſius multo tempore glorioſe præfuit, ubi in omni ſcientia divina & humana clarus effulgens, *univerſalis* meruit appellari. Scripſit metro & proſa pene infinita opuſcula, quibus memoria nominis ſui apud poſteritatem immortalis facta eſt. Sed pauca eorum ad notitiam meam pervenerunt. Reperi enim duntaxat ſubjecta in titulis.

| | | |
|---|---|---|
| Super ſententias | lib. IV. | |
| Quodlibeta quoque | lib. I. | |
| Oculum ſacræ ſcripturæ | lib. I. | *Reverendiſſimo patri &.* |
| De doctrina quoque | lib. I. | *Omnis ſcientia ſuis nititur re.* |
| In quinque libros Moyſi | lib. V. | |
| In Cantica canticorum | lib. I. | *Cum multi ad ornandum.* |
| De pœnitentia ad Bituricen. priu. | lib. IV. | *Dei gratia Bituricen. pa.* |
| De æquivocis myſticis, | lib. I. | |
| De ſex alis Cherubin. | lib. I. | |
| De planctu naturæ | lib. I. | |
| Summam virtutum & vitiorum, | lib. I. | |
| De parabolis, | lib. I. | *A Phœbo Phœbe.* |
| De arte prædicandi, | lib. I. | |
| Anticlaudianum | lib. I. | |
| De naturis animalium | lib. I. | |
| Sermones plures | lib. I. | |
| Epiſtolarum ad diverſos | lib. I. | |

Fertur denique in multos Bibliæ libros commentarios & lecturas inſignes edidiſſe, præcipue in Prophetas, in Evangelium, & in Apoſtolum. De quibus nihil usque potui invenire. Miranda quædam de eo narrantur, quibus ego fidem nec aſtruo, nec temere infringo. Claruit ſub Alberto Imperatore. Anno Domini, MCCC. *y*)

DXXVIII. GUILHELMUS monachus Hafflighemenſis cœnobii, ordinis ſancti Benedicti, natione Teutonicus, & aliquandiu in eodem monaſterio prior, vir in divinis ſcripturis ſtudioſus, & longa exercitatione doctus, atque in ſecularibus literis ſufficienter eruditus, carmine valens & proſa, edidit utroque ſcribendi genere quædam non ſpernenda opuſcula, quibus memoriam nominis ſui perpetuavit.

| | |
|---|---|
| Sermones non inutiles. | lib. I. |
| Viſiones cujusdam monialis | lib. I. |
| De vita ſanctæ Lutgardis. | lib. I. |

Alia vero quæ compoſuit ad notitiam meam adhuc minime venerunt.

DXXIX. FRANCISCUS *Accurſius*, natione Italus, patria Florentinus. Accurſii doctiſſimi viri *z*) filius, vir & ipſe in jure civili egregie doctus, atque in aliis ſecularis philoſophiæ diſciplinis multum eruditus, cujus opera magnæ authoritatis extant apud hujuſce facultatis profeſſores, docendo & ſcribendo tempora ſua clara reddidit, & nomen ſuum immortalitati donavit. De cujus opuſculis nihil adhuc videre potui. Feruntur ejus variæ,

| | |
|---|---|
| In legibus gloſſulæ. | |
| Diſputationes quoque | lib. I. |

Et

*x*) de quo infra c. 575. *y*) In Epitaphio traditur obiiſſe A. 1294. Confer. Lud. Jacobum à S. Carolo de ſcriptoribus Cabilonenſibus p. 144. ſeq. Alius Alanus de Inſulis A. 1182. defunctus qui ſcripſit vitam S. Bernhardi. De hoc Sammarthani fratres in Epiſcopis Antiſſiodorenſibus T. 2. Galliæ Chriſt. p. 276. ſeq.

*z*) de quo ſupra c. 439.

Et alia plura. Claruit ſub Alberto Imperatore. Anno Domini, MCCC.

DXXX. MARTINUS *de Fano*, utriusque juris profeſſor & interpres omnium ſuo tempore celeberrimus, Johannis Andreæ Bononienſis *a)* præceptor, ingenio ſubtilis & eloquio clarus, in perorandis cauſis judicialibus acutiſſimus. Scripſit in ſua facultate egregia volumina, quibus nomen ſuum etiam poſteritati notificavit. E quibus tantum reperi:

| | | |
|---|---|---|
| De actionibus. | lib. I. | *Ego quidem Martinus.* |
| De judicio cauſarum. | lib. I. | *Quoniam plerique principa.* |

De aliis nihil vidi. Claruit ſub Alberto Imperatore. Anno Domini, MCCC.

DXXXI. ALBERTUS *Patavinus*, ordinis fratrum heremitarum ſancti Auguſtini, Egidii Romani *b)* quondam auditor atque diſcipulus, vir in divinis ſcripturis ſtudioſus & eruditus, & ſecularium literarum non ignarus, in declamandis ad populum ſermonibus excellentis ingenii fuit, & multos ab iniquitate ad ſemitam juſtitiæ ſua prædicatione convertit. Scripſit multa præclara volumina, quibus ſe & præſentibus tunc utilem, & poſteris memorabilem effecit. De quibus iſta feruntur.

| | |
|---|---|
| In Geneſim. | lib. I. |
| In Exodum. | lib. I. |
| In Leviticum. | lib. I. |
| In Numeros. | lib. I. |
| In Deuteronomium. | lib. I. |
| In Evangelium. | lib. IV. |
| In Epiſtolas Pauli. | lib. XIV. |
| Sermones de tempore. | lib. I. |
| Sermones de ſanctis. | lib. I. |
| Sermones per quadrageſimam. | lib. I. |

Et quædam alia. Claruit temporibus Alberti Imperatoris. Anno Domini, MCCC. *c)*

DXXXII. DINUS *de Garbo*, patria Florentinus, artis medicinæ peritiſſimus doctor, **)* atque in ſecularis philoſophiæ inſtitutionibus nobiliter eruditus, ingenio ſubtilis & clarus eloquio. Edidit in ſua facultate ſtudentibus non contemnenda opuſcula, quibus memoriam ſui nominis ad notitiam poſteritatis transmiſit. E quibus feruntur:

Commentaria in Galenum.

| | |
|---|---|
| De malitia variæ complexionis. | lib. I. |
| In Hippocra. de natura fœtus. | lib. I. |
| Diverſarum quæſtionum. | lib. I. |
| In Avicennam quoque | lib. I. |
| In philoſophia etiam varia. | |

Et quædam alia. Hujus pater *Brunus* in arte chirurgica peritiſſimus fuit medicus; qui hunc Dinum *Thadeo d)* medico Florentino tradidit in ea ſcientia erudiendum. Claruit ſub Alberto Imperatore. Anno Domini, MCCC.

DXXXIII. GVILHELMUS *de Cumo*, natione Gallus, juris civilis conſultiſſimus interpres, ingenio ſubtilis & clarus eloquio, qui in ea facultate ſuo tempore paucos habuit doctiores, docendo & ſcribendo Aurelianenſe gymnaſium magnifice illuſtravit. Edidit profeſſoribus legum non ſpernenda opuſcula, quibus nomen ſuum poſteris notificavit.

| | |
|---|---|
| Super. ff. veteri. | lib. XXIV. |
| Super Codice quoque | lib. IX. |

Et alia diverſa. Claruit ſub Henrico Imperatore VII. Anno Domini, MCCCX.

DXXXIV. JACOBUS *de Viterbio*, Archiepiſcopus Neapolitanus, ordinis fratrum heremitarum ſancti Auguſtini, vir in divinis ſcripturis eruditus, & ſecularis literaturæ non ignarus, ingenio ſubtilis, & clarus eloquio, nec minus converſatione quam ſcientia venerabilis. Scripſit ad ædificationem legentium non contemnenda opuſcula, quibus nominis ſui memoriam ad poſteros cum gloria transmiſit. E quibus ego adhuc nullum videre merui. Fertur autem ejus ad Clementem Papam quintum,

| | |
|---|---|
| De regimine Chriſtianorum. | lib. I. |
| Super ſententias. | lib. IV. |
| Quodlibeta quoque | lib. I. |

Et nonnulla alia. Claruit temporibus Henrici Lutzelburgenſis Imperatoris ſeptimi, & Clementis Papæ V. Anno Domini, MCCCX.

DXXXV. HENRICUS *de Bruxella*, monachus Haffligemenſis cœnobii ordinis divi patris Benedicti, vir in divinis ſcripturis ſtudioſus, & continua exercitatione peritus, philoſophus & computiſta egregius, ingenio ſubtilis & clarus eloquio. Scripſit nonnulla commendanda opuſcula, quibus ſuo tempore longe lateque innotuit. E quibus feruntur.

| | |
|---|---|
| De ratione computi. | lib. I. |
| Calend. de incenſionibus | lib. I. |



*a)* de quo c. 574. *b)* de quo c. 490. *c)* defunctus Pariſiis A. 1323.

**)* Primum Bononiæ, deinde Senis. Vide Tiraquellum c. 31. libri de Nobilitate p. 355. Filius ejus Thomas de Garbo de quo infra c. 612. *d)* de quo c. 493. & 543.

Digitized by Google

Et quædam alia, quæ ad notitiam meam adhuc minime venerunt.

DXXXVI. ALEXANDER *de Alexandria*, ordinis fratrum minorum decimus & sextus minister generalis, vir in divinis scripturis eruditissimus, & in Philosophia Aristotelica nulli suo tempore secundus, ingenio subtilis, sermone scholasticus, sensu & intellectu profundus. Composuit quædam in utraque scientia opuscula, quibus ingenium seum exercitans nomen ad notitiam posteritatis deduxit. E quibus feruntur,

| | |
|---|---|
| Super sententias. | lib. IV. |
| Quæstiones variæ. | lib. I. |
| In Metaphysicam Aristotelis | lib. XII. |
| In libros de anima. | lib. III. |

In alios etiam Aristotelis libros commentatus est, & varia scripsit. Claruit sub Henrico Imperatore septimo. Anno Domini, MCCCX.

DXXXVII. ECKARDUS natione Teutonicus, ordinis (ut quidam volunt) prædicatorum, vir in divinis scripturis eruditus & in philosophia Aristotelica omnium suo tempore doctissimus ingenio subtilis & clarus eloquio, sed dum nimis philosophiam insequens, novitatem terminorum contra theologorum consuetudinem ubique curiose immiscuit, varios errores inducit, inter quos extant decem & septem articuli à summo pontifice *e)* damnati, & per eundem magistrum Eckardum in fine vitæ revocati, quorum in expositione sua super Evangelium Johannis multi continentur. Denique magistri theologicæ facultatis gymnasii Heidelbergensis Anno Domini, MCDXXX. eosdem errores cum quibusdam aliis publice condemnatos denuntiarunt. Undecim autem articuli tanquam suspecti relicti sunt, qui omnes seorsum opusculis ejus apponi ad cautelam consueverunt. Nihilominus ubi catholice scripsit, satis profunda & utilia dogmata dedit. De cujus libris reperi:

| | | |
|---|---|---|
| Super sententias. | lib. IV. | |
| In Genesim, | lib. I. | *Exordium hoc scripturæ.* |
| In Exodum, | lib. I. | *Hæc sunt nomina, &c. quia,* |
| In librum Sapientiæ, | lib. I. | *Diligite, &c. Judex sper.* |
| In Cantica canticorum, | lib. I. | |
| In Evangelium Johannis | lib. I. | *In principio, &c. Aqui.* |
| Super oratione dominica | lib. I. | *Pater noster. Ante dominicam* |
| In capitulo prædicatorum sermo, | lib. I. | *Ego quasi vitis fructi.* |
| Positionum suarum, | lib. I. | *Benedictus Deus & pater.* |
| Sermones de tempore, | lib. I. | *Deus pacis ac dilectio.* |
| Sermones de sanctis, | lib. I. | |

Claruit suo tempore in Austria maxime, ubi docendo & prædicando famosissimus est habitus, & alia multa conscripsit volumina.

DXXXVIII. RICHARDUS *Malumbra*, patria Cremonensis, Jacobi de Arena *f)* quondam auditor atque discipulus, vir in jure Cæsario non mediocriter doctus, & in philosophia seculari sufficienter instructus, qui leges multis annis gymnasio Bononiensi publice docuit, ubi eruditionis suæ laudem non paruam acquisivit. Qui & si omnium doctorum sui temporis eruditissimus fuerit, nihilominus hæresis condemnatus fuisse legitur. Scripsit in explanatione juris civilis multa volumina.

| | |
|---|---|
| Super Codice | lib. IX. |
| Super institutis, | lib. IV. |
| Super. ff. | lib. L. |
| Quæstiones varias, | lib. I. |

Et alia multa. Claruit sub Henrico Imp. VII. Anno Domini, MCCCX.

DXXXIX. LAMPERTINUS *de Ramponibus*, vir in utroque jure doctissimus atque in aliis artibus humanitatis nobiliter eruditus, ingenio & eloquio clarus, multarumque operatione virtutum insignis. Scripsit in ea facultate multa præclara volumina, quibus nomen suum ad notitiam posteritatis cum ingenti laude transmisit. E quibus feruntur:

| | |
|---|---|
| Super Codice, | lib. IX. |
| Super ff. veteri, | lib. XXIV. |
| Super ff. novo, | lib. XII. |
| Super ff. infortiati, | lib. XIV. |

Et quædam alia. Claruit sub Henrico septimo. Anno Domini, MCCCX.

DXL. GUILHELMUS *de monte Laudinio*, ut ferunt, Abbas monasterii Pictavensis, ordinis divi patris Benedicti, vir in divinis scripturis egregie doctus, & secularium literarum, maxime philosophiæ Aristotelicæ & juris pontificii, non ignarus, ingenio subtilis, sermone scholasticus. Edidit magnæ authoritatis plura opuscula, quibus memoriam nominis sui posteris notificavit. De quibus feruntur præcipua:

| | |
|---|---|
| De sacramentis, | lib. I. |
| Summa de casibus, | lib. I. |

Declara-

*e)* Johanne XXII. Vide Odorici Raynaldi Annales ad A. 1329. n. 70. T. XV. p. 389.
*f)* de quo cap. 521.

Digitized by Google

Declarationes variæ.

Alia insuper multa in jure maxime opuscula edidit, variasque glossas canonum ordinavit, de quibus ego nihil usquam potui invenire.

DXLI. GUIDO *Ferrariensis* Ecclesiæ Presbyter, & postea (ut ferunt) Episcopus, vir in divinis scripturis longo studio exercitatus & veterum lectione dives, atque in secularibus literis nobiliter doctus, philosophus & poeta insignis. Scripsit tam metro quam prosa non contemnendæ lectionis plura opuscula, quibus nomen suum notificavit. De quibus ego tantum volumen carmine scriptum reperi ad Clementem Papam quintum, super novum & vetus testamentum, imitatus Petrum de Riga, *g)* quod prænotavit:

Margaritam Bibliæ, lib. 1. *Nobile principium ter.*

De aliis nihil vidi. Claruit temporibus Henrici de Luczelburg Imp. VII. & Clementis Papæ V. Anno Domini, MCCCX.

DXLII. PETRUS de Saxonia, *i)* natione Teutonicus, ordinis fratrum minorum, in scripturis sanctis eruditus, & secularis philosophiæ non ignarus, atque in jure Canonico nobiliter doctus, ingenio clarus, sermone scholasticus, divini verbi prædicator egregius. Scripsit ingenii sui quædam præclara volumina, quæ suo tempore in pretio habebantur. E quibus extat insigne opus confessoribus utile,

Summa casuum, lib. 1.
Sermones de tempore, lib. 1.
Sermones de sanctis, lib. 1.

Cætera quæ composuisse dicitur, ad notitiam meam non venerunt.

DXLIII. CRUSIANUS *k)* natione Italus, patria Florentinus, Thadæi medici *l)* quondam auditor atque discipulus, vir in philosophia & medicina doctus quidem & eruditus, sed fortunatus minime, & ob id seculo valedicens, ordinem Carthusiensium ingressus, artem carnis in medicinam spiritus utiliter commutavit. Scripserat antea in sua facultate nonnulla opuscula, quibus nomen suum notificavit. E quibus extat commentum

In Tegni Galeni. *m)* lib. 1.

Et quædam alia. Claruit in ordine Carthusiensium temporibus Alberti Imperatoris Romani. Anno Domini, MCCC. Et varios tractatus ad spiritalem ædificationem pertinentes deinceps fertur conscripsisse.

DXLIV. PETRUS de Verberia, *n)* dictus *Aureoli*, ordinis fratrum minorum, & Archi-Episcopus Aquensis, doctor Parisiensis gymnasii in divinis scripturis eruditissimus, & in philosophia Aristotelica secundum consuetudinem hujus temporis valde peritus, ingenio subtilis & disputator acutus, in declamandis ad populum sermonibus egregius fuit. Scripsit multa præclara opuscula, quibus nomen suum magnifice dilatavit. E quibus extant.

Super sententias lib. IV. *Quia disciplinati hominis.*
Breviarium Bibliæ. *o)* lib. 1. *Venite ascendamus.*
De conceptione sanctæ Mariæ. lib. 1. *Nondum erant abyssi &.*
Sermones de tempore. lib 1.
Sermones de sanctis. lib. 1.

Et alia quæ non vidi. Claruit ante pontificatum suum, Parisiis legens sententias, temporibus Ludovici Bavari Imperatoris IV. Anno Domini, MCCCXVII.

DXLV. GENTILIS *Fulginas* medicinæ professor *p)* insignis, atque in aliis secularis philosophiæ disciplinis magnifice doctus, cujus in ea facultate peritia non modica erat. Scripsit in medicinis multa ut ferunt egregia volumina, quibus nomen suum tunc præsentibus, sed etiam posteris cum laude innotuit. Sed nihil eorum vidi. Feruntur autem: *q)*

In Avicennam commentariorum lib. v.
Contra pestilentiam. lib. 1.
De febribus quoque lib. 1.
De gradibus medicinæ. lib. 1.

Et quædam alia. Claruit sub Henrico Imp. VII. Anno Domini, MCCCX.

DXLVI. DANTES *Aligerus r)* natione Italus, patria Florentinus, vir tam in divinis scripturis quam in secularibus literis omnium suo tempore studiosissimus, & valde eruditus, philosophus & poeta nulli sua ætate inferior, ingenio subtilis & clarus eloquio disputator omnium acutissimus. Scripsit & metro & prosa multa præclara volumina, quibus nomen suum ad posteros transmisit. Pulsus patria omnibus diebus suis exulavit in Gallia aliquandiu, & postea apud Aragonum regem, & de sua calamitate varia composuit. De cujus opusculis ista feruntur:



*g)* de quo c. 389. *h)* defunctus A. 1331. vide Altamuram p. 96. Bibl. Dominican.
*i)* ab Eisengrinio traditur vixisse A. 1319. Sed is ex ordine temporis, quo Petrum collocat Trithemius, hoc videtur collegisse.
*k)* alii *Crucianus*: Tiraquello p. 401. libri de Nobilitate *Trusianus*:
*l)* de quo supra c. 493. 532. *m)* in τέχνην, artem parvam Galeni.
*n)* Vermeriæ sive Verberiæ (à Verberies) in Gallia ad Isaram natus. *o)* scriptum A. 1345.
*p)* Bononiæ. *q)* Vide Gesnerum & Bibl. Medicæ scriptores.
*r)* vide Jovii & Papyrii Massoni elogia, Boissard imagines, Is. Bullartium T. 2. Academ. p. 305. & Jo. Mariam Crescimbenium in Historia Poëseos Italicæ &c.

| | |
|---|---|
| Comœdiarum | lib. I. |
| De monarchia mundi. | lib. I. |
| Epiſtolæ plures. | |

Et quædam alia. Moritur tandem exul apud Ravennam *s*) ſub Ludovico Bavaro Imperatore IV. Anno Domini, MCCCXXI. Indictione quarta. Ætatis vero ſuæ Anno LVI.

DXLVII. MICHAEL *de Ceſena*, ordinis fratrum minorum decimus & ſeptimus miniſter generalis, vir in divinis ſcripturis eruditiſſimus ingenio promptus & clarus eloquio, nec minus religione quam ſcientia venerabilis. Edidit in ſcripturis ſanctis expoſitionum non ſpernenda opuſcula, quibus & tunc præſentibus & nunc poſteris longe lateque innotuit. De quibus adhuc ego pauciſſima potui invenire, videlicet:

| | |
|---|---|
| Super ſententias, | lib. IV. |
| In Ezechielem Prophetam. | lib. I. |
| Sermones de tempore. | lib. II. |
| Sermones de ſanctis. | lib. I. |

In multos Bibliæ libros lecturas & commentarios edidit, quos necdum vidi. Claruit ſub Ludovico Imperatore quarto. Anno Domini, MCCCXX. *t*)

DXLVIII. BERTRANDUS *u*) ordinis fratrum minorum, patria Mediolanenſis ex nobili familia natus, & ſacroſanctæ Eccleſiæ Romanæ ut quibusdam placet, Presbyter cardinalis, *x*) vir certe in divinis ſcripturis egregie doctus, & in philoſophia ſeculari non mediocriter eruditus, in ſermonibus declamandis ad populum excellentis ingenii fuit. Scripſit magnæ utilitatis plura opuſcula, de quibus reperi:

| | |
|---|---|
| Super ſententias. | lib. IV. |
| Sermones de Epiſtolis | lib. I. |
| Sermones Evangeliorum, | lib. I. *Videbunt filium, &c. ver.* |
| Sermones de ſanctis. | lib. I. |

Cætera quæ compoſuit, ad notitiam meam adhuc minime venerunt.

Claruit temporibus Ludovici Bavari Imperatoris quarti, & Johannis Papæ XXII. Anno Domini, MCCCXXV.

DXLIX. GERARDUS *de Bononia*, ordinis fratrum beatæ Mariæ virginis de monte Carmeli, undecimus prior generalis, doctor Pariſienſis, in divinis ſcripturis eruditiſſimus, ingenio ſubtilis & clarus eloquio, non minus converſatione quam ſcientia venerandus, qui ordinem ſuum ſtrenue gubernavit annis viginti. Scripſit non ſpernendæ lectionis plura volumina, quibus memoriam ſui nominis etiam ad poſteros transmiſit. Il quibus feruntur ſubjecta.

| | |
|---|---|
| Super ſententias | lib. IV. |
| Quodlibeta. | lib. I. |
| Quæſtiones ordinariæ. | lib. I. |
| Sermones de tempore. | lib. I. |
| Sermones de ſanctis | lib. I. |

Et alia plura. Summam Theologiæ præclaram inchoavit, quam tamen morte præventus imperfectam dereliquit. Moritur ſub Ludovico Bavaro Imperatore quarto. Anno Domini, MCCCXVII. Indict. XV. In Avinione ſepultus.

DL. JOHANNES *de Columna*, patria Romanus, ordinis fratrum prædicatorum Archiepiſcopus Meſſanenſis, *y*) vir in divinis ſcripturis exercitatum habens ingenium, nec ſecularium literarum ignarus, hiſtoriarum tranſacti temporis ſagaciſſimus perſcrutator. Scripſit ingenii nobilis non ſpernenda opuſcula, quibus nomen ſuum poſteris notificavit. E quibus extat volumen, quod prænotavit:

| | |
|---|---|
| Mare hiſtoriarum | lib. X. |
| Epiſtolæ ad diverſos, | lib. I. |

Alia quoque nonnulla *z*) edidit, quæ ad notitiam meam minime venerunt.

DLI. MARTINUS *a*) ordinis fratrum prædicatorum, domini Papæ *b*) urbis Romæ pœnitentia-

*s*) Ravennæ hoc Dantis memoria decoratur epitaphio:

*Jura Monarchiæ, Superos, Phlegetonta, lacuque*
*Luſtrando cecini, voluerunt fata quousque.*
*Sed quia pars ceſſit melioribus hoſpita caſtris,*
*Factoremque ſuum petiit feciſior aſtris,*
*Hic claudor Dantes patriis extorris ab oris,*
*Quem genuit parvi Florentia mater amoris.*

*t*) Defunctus A. 1343. vide Lucam Waddingum in Annalibus Ordinis Minor.

*u*) *Bertrandus Agerius de Turre.* Rainaldus ad A. 1317. n. 32. Ciacconius in vitis Cardinal. &c.

*x*) Cardinalis Presbyter S. Marcelli. Vide Raynaldi annales ad A. 1320. n. 19.

*y*) A. 1255. Vide Altamuram p. 45. Alius Joannes Columna, Cardinalis ab A. 1327. ad 1347. Vide Sandii notas ad Voſſium de Hiſt. Lat. p. 170. ſeq.

*z*) Eius liber *de vita & moribus illuſtrium*, in quo primo de Socrate & aliis Philoſophis, deinde de Chriſtianis deſſerit, extat MS. Venetiis teſte Thomaſino in Bibl. SS. Johannis & Pauli.

*a*) hic eſt qui Martinus Polonus vulgo. *b*) Nicolai III.

Digitized by Google

tentiarius, & poſtea (ut ferunt) cujusdam urbis *e)* Epiſcopus, vir in ſcripturis ſanctis ſtudioſus & eruditus, & ſecularium literarum non ignarus, in declamandis ad populum ſermonibus excellentis ingenii fuit. Scripſit quædam præclara opuſcula, quibus nominis ſui memoriam ad poſteros transmiſit. E quibus ego tantum vidi

| | | |
|---|---|---|
| Tabulam decreti | lib. I. | *Inter alia quæcunque ſi.* |
| Chronicam ſuccinctam | lib. II. | *Quoniam ſcire tempora ſummo.* |
| Sermones de tempore | lib. I. | *Scientes quia hora eſt.* |
| Sermones de ſanctis | lib. I. | *Ore confeſſio fit ad ſalu.* |
| De diverſis miraculis | lib. I. | *Quidam paterfamilias.* |

De cæteris nihil vidi. Claruit ſub Ludovico Imperatore quarto. Anno Domini, MCCCXX.

Sunt qui ſcribant hunc Martinum ordinis divi patris noſtri Benedicti extitiſſe, quos mea ſententia nominis Mariani Scoti ordinis noſtri, cujus ſupra *d)* memini, ſimilitudo fefellit, qui & ipſe chronicam ſcripſit. Sunt item alii qui Ciſtercienſis *e)* ordinis collegio eum exiſtiment aggregandum, quos aut ignorantia rerum obfuſcavit aut livor.

DLII. GERARDUS *Odonis*, ordinis fratrum minorum, octavus decimus miniſter generalis, vir in divinis ſcripturis eruditiſſimus, & in philoſophia ſcholaſtica nobiliter doctus, ingenio ſubtilis, ſermone apertus, & ad diſputandum ſatis idoneus. Fertur quædam in ſcripturis ſanctis lucubraſſe opuſcula, de quibus mihi pauca innotuerunt.

| | |
|---|---|
| Super ſententias | lib. IV. |
| De Logica quoque | lib. I. |
| Quæſtiones varias | lib. I. |
| In Libros Ethicorum | lib. X. |
| In Philoſophia morali. | lib. I. |

Hic etiam compoſuit officium ſtigmatum ſancti Franciſci, ordinis minorum inſtitutoris. In multos denique Bibliæ libros commentarios edidiſſe dicitur, qui ad manus noſtras adhuc minime venerunt. Claruit ſub Ludovico Bavaro Imp. IV. & Johanne Papa XXII. Anno Domini, MCCCXXX. *f)*

DLIII. NICOLAUS *de Lyra*, natione Anglicus, *g)* ordinis fratrum minorum, vir in ſcripturis ſanctis ſtudioſiſſimus, & longa exercitatione peritus, Hebraica lingua ad perfectum inſtructus, *b)* ingenio promptus, ſermone ſcholaſticus, nec minus converſatione quam ſcientia venerandus. Scripſit in ſacris voluminibus multa præclara opuſcula, quibus nomen ſuum ad notitiam poſteritatis devenit. Quæ quam utilia, quamque neceſſaria ſint omnibus ſacram ſcripturam diſcere cupientibus nemo melius novit, quam qui in ſe in eorum lectione exercitavit. Sunt enim qui eum ob eloquii ſimplicitatem æſtiment contemnendum, qui mihi videntur, & vani, & imperiti, ac ſacræ ſcientiæ ſalutaris philoſophiæ indigni, quoniam & ſimplicitatem Eccleſiaſticam vituperant, & verba non res amplectuntur. De opuſculis autem hujus devoti & eruditi viri ſubjecta feruntur:

| | | |
|---|---|---|
| Super ſententias | lib. IV. | |
| In Geneſim ad literam, | lib. I. | *In principio &c. Omiſ.* |
| In Exodum, | lib. I. | *Secundum quod dicit Iſidorus.* |
| In Leviticum | lib. I. | *Vocavit autem Mo. &c.* |
| In Numeros. | lib. I. | *Locutus eſt dominus &c.* |
| In Deuteronomium, | lib. I. | *Declaratio ſermonum.* |
| In Joſue | lib. I. | *Introduces eos & plan.* |
| In Judicum | lib. I. | *Suſcitavit dominus judices.* |
| In Ruth | lib. I, | *In diebus &c. Hic conſe.* |
| In Regum | lib. IV. | *Per me reges regnant.* |
| In Paralipomenon | lib. II. | *Colligite fragmenta.* |
| In Esdram & Neemiam | lib. III. | *Erit ſacerdos ſuper ſolio ſuo.* |
| In Tobiam | lib. I. | *Hæc oportuit facere.* |



*e)* Gnesnenſis A. 1278. Vide Martinum Hanckium de Sileſiis indigenis eruditis cap. VIII. p. 34-61. Staravolſcium in elogiis centum Poloniæ ſcriptorum p. 45. *d)* cap. 340.

*e)* ita Ughellus, quem confutat Sandius ad Voſſ. de Hiſt. Lat. p. 175.

*f)* defunctus A. 1349. Vide Waddingi Annales fratrum minor.

*g)* imo Normannus, ut patet ex ejus Epitaphio, quod exhibent Mabillonius de ſtudiis Monaſticis p. 673. & Rich. Simon T. 4. Bibl. Criticæ c. 29.

*Lyra brevis vicus Normanna in gente celebris*
*Prima mihi vita janua ſorsque fuit.*

*b)* non memorat Trithemius Lyranum fuiſſe natum parentibus Judæis & ex Judæo factum Chriſtianum. Neque ex Epitaphio hoc colligas, ubi poſt allatos verſiculos ſtatim ſequuntur hi:

*Nulla diu mundi tenuit veſania natum:*
*Protinus evaſi religione Minor*
*Vernolium adjuvit currentem ad ſacra tironem,*
*Et Chriſti docui, me domitare jugo.*

Neque ullo alio idoneo argumento aut teſte Judaismum Lyrani probari poſſe obſervant Jo. Saubertus in palæſtra diſſ. p. 29. & Rev. noſter Jo. Chriſtophorus Wolfius Bibliotheca Hebraica p. 912. ſeq.

Digi — Google

| | | |
|---|---|---|
| In Judith | lib. I. | *Arfaxat &c. Post hi.* |
| In Hester | lib. I. | *In diebus &c. Postquam.* |
| In Job. | lib. I. | *Patientiam habe in me.* |
| In Psalterium | lib. I. | *Propheta magnus fur.* |
| In Proverbia Salomonis | lib. I. | *Ecce descripsi eam tibi.* |
| In Ecclesiasten, | lib. I. | *Verba Ecclesiastis.* |
| In Cantica canticorum | lib. I. | *Osculetur me &c. Expe.* |
| In librum Sapientiæ | lib. I. | *Post libros historiales.* |
| In Ecclesiasticum | lib. I. | *Omnis sapientia &c* |
| In Esaiam Prophetam, | lib. I. | *Hierusalem Evangelistam.* |
| In Hieremiam, | lib. I. | *Prophetam in gentibus.* |
| In Threnos Hieremiæ | lib. I. | *Quomodo sedet. In prace.* |
| In librum Baruch | lib. I. | *Hæc verba &c. Post.* |
| In Ezechielem | lib. I. | *Aperti sunt cæli &c.* |
| In Danielem | lib. I. | *Danieli autem dedit Deus.* |
| In duodecim prophetas minores | lib. I. | *Duodecim prophetarum.* |
| In Machabæorum, | lib. II. | *Et factum est &c. Post* |
| In Evangelium Matthæi | lib. I. | *Quatuor facies uni.* |
| In Marcum, | lib. I. | *Facies leonis à dextris.* |
| In Lucam | lib. I. | *Facies bovis à sinistris.* |
| In Johannem. | lib. I. | *Facies aquilæ desuper.* |
| In Epistolas Pauli. | lib. XIV. | *Ecce descripsi eam tibi.* |
| In Actus Apostolorum. | lib. I. | *Repleti sunt omnes spiri.* |
| In Epistolas canonicas. | lib. VII. | *Jacobus, &c. Liber iste.* |
| In Apocalypsin Johannis | lib. I. | *Oportet te iterum prophe.* |
| Sequentia moraliter exposuit: | | |
| In Genesim iterum. | lib. I. | *Vidi in dextera sedem.* |
| In Exodum. | lib. I. | *Hæc nomina, &c. Per filii.* |
| In Leviticum. | lib. I. | *Vocavit, &c. In hoc ti.* |
| In Numeros | lib. I. | *Locutus est dominus.* |
| In Deuteronomium. | lib. I. | *Hæc sunt verba, sequitur.* |
| In Josue. | lib. I. | *Et factum est, &c. Alle.* |
| In Judicum. | lib. I. | *Post mortem, &c. Alle.* |
| In Ruth. | lib. I. | *In diebus unius judicis.* |
| In Regum. | lib. IV. | *Fuit vir unus. Allego.* |
| In Patalipomenon. | lib. II. | *Anam Seth, &c. In hoc.* |
| In Esdram & Neemiam. | lib. II. | *In anno, &c. Cyrus iste.* |
| In librum Hester. | lib. I. | *In diebus, &c. Ilium ordi.* |
| In librum Job. | lib. I. | *Vir erat, &c. Philoso.* |
| In Psalterium. | lib. I. | *Beatus vir, &c. Sicut.* |
| In Esaiam Prophetam. | lib. I. | *Visio Esaiæ. In hoc.* |
| In Hieremiam. | lib. I. | *Verba Hiere &c. Per.* |
| In Threnos ejusdem. | lib. I. | *Quomodo sedet. Hinc incipit.* |
| In Ezechielem | | *Et factum, &c. In illa pri.* |
| In Danielem | | *Anno tertio, &c. Sequitur.* |
| In XII. Prophetas. | | *Verbum quod, &c Sequitur.* |
| In Evangelium Matthæi. | | *Liber generationis Je.* |
| In Marcum | | *Initium Evangelii, &c.* |
| In Lucam. | | *Fuit in diebus, &c. Inter.* |
| In Johannem, | | *In principio, &c. Johan.* |
| In actus Apostolorum. | | *Primum, &c. Per hoc.* |
| In Apocalypsin. | | *Apocal. &c. Sicut di.* |
| In Tobiam quoque | lib. I. | *Tobias ex tribu, &c.* |
| In librum Judith. | lib. I. | *Arfaxat, &c. Per istum.* |
| In Machabæorum. | lib. II. | *Et factum est, &c. Per.* |
| In Cantica canticorum. | lib. I. | |
| De corpore Christi. | lib. I. | |
| Sermones de sanctis. | lib. I. | |
| Sermones de tempore. | lib. I. | |
| Contra Judæos. | lib. I. | *Primo quæritur utrum.* |

Alia insuper nonnulla edidit, quæ ad manus nostras nondum venerunt.

Claruit temporibus Ludovici Imperatoris IV. & Johannis Papæ XXII. Anno Domini, MCCCXX. *)

DLIV. GUIDO *Perpinianus*, patria Catalanus, ordinis fratrum beatæ Mariæ semper virginis de

*) defunctus A. 1340.

Digitized by Google

de monte Carmeli, duodecimus prior generalis, ac deinde Majoricenſis, Elvenſisque *k*) Eccleſiarum Epiſcopus, vir in divinis ſcripturis eruditiſſimus, & ſecularium literarum non ignarus, ingenio præſtans & dulcis eloquio, diſputator acutus, & non minus converſatione quam ſcientia inſignis. Scripſit multa præclara opuſcula, quibus nomen ſuum poſteritati commendavit. E quibus ſubjecta feruntur. Opus tripartitum elimatum & inſigne

| | | |
|---|---|---|
| De perfectione vitæ catholicæ, ad Johannem Papam XXII. | lib. I. | |
| Super ſententias. | lib. IV. | |
| Quodlibeta ſex | lib. I. | *In primâ noſtra diſpu.* |
| Quæſtiones ordinariæ. | lib. I. | *Utrum verbum in divinis.* |
| De concordantia Evangeliſtarum. | lib. I. | |
| Correctorium decreti. | lib. III. | |
| Ad cardinalem Albanenſem *l*) | lib. I. | |
| In libros Phyſicorum. | lib. VIII. | |
| Quæſtiones de anima. | lib. I. | |

Alia quoque plura compoſuit, quæ ad notitiam meam non venerunt. Claruit temporibus Ludovici Imperatoris quarti, & Johannis Papæ viceſimi ſecundi. Anno Domini, MCCCXXX.

DLV. AUGUSTINUS *m*) *de Ancona*, ordinis fratrum heremitarum ſancti Auguſtini, vir in divinis ſcripturis ſtudioſus & eruditus, & ſecularis philoſophiæ non ignarus, ingenio promptus, & ſermone ſcholaſticus. Scripſit multa non ſpernendæ lectionis volumina, quibus memoriam ſui nominis commendavit poſteritati. De quibus ſubjecta feruntur. Ad Johannem Papam XXII. opus non paruum

| | | |
|---|---|---|
| De poteſtate Eccleſiaſtica. | lib. I. | *Sanctiſſimo ac reveren.* |
| Super ſententias. | lib. IV. | |
| Quodlibeta quoque. | lib. I. | |
| De Spiritu Sancto contra Græcos, | lib. I. | |
| De decem chordis. | lib. I. | |
| De introitu terræ promiſſionis | lib. I. | |
| De potentiis animæ | lib. I. | |
| De reſurrectione. | lib. I. | |
| In Matthæum | lib. I. | |
| In Marcum. | lib. I. | |
| In Lucam quoque. | lib. I. | |
| In Johannem | lib. I. | |
| Super *Miſſus eſt.* | lib. I. | |
| Super *Magnificat.* | lib. I. | |
| In Epiſtolas Pauli. | lib. XIV. | |
| In Epiſtolas canonicas. | lib. VII. | |
| In Actus Apoſtolorum | lib. I. | |
| In Apocalypſin. | lib. I. | |

Et alia complura. Hic volumen inſigne ex ſcriptis divi patris Auguſtini incepit, quod *milleloquium* prænotavit, ſed morte præventus imperfectum reliquit, quod poſtea Bartholomæus Urbinatus *n*) ejusdem ordinis perfecit. Claruit ſub Ludovico Bavaro Imperatore IV. & Johanne Papa XXII. Anno Domini, MCCCXXX. *o*)

DLVI. PETRUS *de Apono*, *p*) natione Italus, patria Patavinus, vir in ſecularibus literis ſtudioſus & eruditus, philoſophus inſignis, & medicus celeberrimæ opinionis, ingenio ſubtilis, & multarum linguarum notitia clarus, multa fertur tam in philoſophia quam in medicinis opuſcula lucubraſſe, quibus memoriam ſui nominis ad poſteros transmiſit. Sunt autem qui ſcribant eum magum fuiſſe, & multa per eam ſuperſtitioſam artem mira oſtendiſſe, quod an verum ſit, affirmare non auſim, quippe qui nihil certi ſuper eo noverim. Nihil enim de illius opuſculis me vel legiſſe recolo, vel usquam vidiſſe. De quibus tamen ſubjecta feruntur. Opus inſigne comtum & decem differentiis partitum, quod prænotavit

| | |
|---|---|
| De omnimoda medicina, | lib. I. |
| Ad Johannem Papam XXII. | lib. I. |
| In librum Johannis Meſue, | lib. I. |
| In problemata Ariſtotelis, | lib. I. |

Et quædam alia. Galenum de cholera nigra, & de regimine ſanitatis cum aliis multis tranſtulit. Claruit ſub Ludovico Imp. IV. Anno Domini, MCCCXX. *q*)

DLVII. SIBERTUS *de Beka*, natione Teutonicus, patria Gelrenſis, ordinis beatæ Mariæ ſemper virginis de monte Carmeli, prior provincialis Alemanniæ inferioris vir in divinis ſcriptu-



*k*) Elnenſis ſive Helenenſis. Vide Sammarthanorum Galliam Chriſtianam T. 2. p. 608.
*l*) Gaucellinum, ſumma de hæreſibus.
*m*) Auguſtinus Triumphus Anconitanus, de quo Cornelius Curtius elog. Auguſtinianorum p. 129. ſeq.
*n*) infra c. 708. *o*) jam 2. April. A. C. 1338. ætat. 85. defunctus.
*p*) Abano, vico Patavino oriundus. Vide Chriſtoph. Hendreichii pandectas Brandenburg. p. 4.
*q*) jam defunctus A. 1316. Vide Raynaldum ad illum annum n. 14.

Digitized by Google

ris eruditissimus & tam in jure canonico, quam in Philosophia Aristotelica egregie doctus ingenio subtilis & clarus eloquio, qui non minus conversatione quam scientia clarus suo tempore effulsit. Scripsit quædam commendanda opuscula, quibus nomen suum ad notitiam posteritatis deduxit. E quibus feruntur:

| | |
|---|---|
| Super sententias | lib. IV. |
| Summa censurarum novi juris, | lib. I. |
| Super regulam ordinis sui, | lib. I. |

Et quædam alia. *r*) *Ordinale* quoque ordinis sui sagaci intentione correxit. Claruit temporibus Ludovici Bavari Imperatoris quarti, & Johannis Papæ XXII. Anno Domini, MCCCXX.

DLVIII. CLEMENS Papa quintus, de Vasconia oriundus, Bernhardus Burdegalensis Episcopus ante vocatus, sedit post Benedictum undecimum in cathedra Petri annis octo, mensibus decem, vir doctus & strenuus, cujus jussu ordo *templariorum* uno die *s*) per totum orbem deletus fuit, *Concilium Viennense t*) celebravit, in quo multa ad utilitatem Ecclesiæ constituit. Septimum decretalium librum composuit, quem Johannes XXII. ejus successor publicavit, sicut in ejusdem principio habetur, Qui vulgariter nominatur

| | | |
|---|---|---|
| Codex Clementinarum | lib. I. | *Fidei catholica fundamento.* |
| Epistolarum quoque ad diversos | lib. I. | *Clemens Episcopus servus ser.* |

Moritur Henrico septimo Imperium Romanum gubernante. Anno Domini, MCCCXIV. Indict. XII.

DLIX. PETRUS *de Perpiniano*, dictus *Rimi*, *u*) natione Catalanus, ordinis fratrum beatæ Mariæ semper virginis de monte Carmeli, vir in scripturis sanctis eruditissimus & philosophiæ scholasticæ subtilis explanator, ingenio promptus & declamator egregius. Edidit multa non contemnendæ lectionis opuscula, quibus uberem ingenii sui venam exercitans, nomen suum etiam posteritati notum fecit. E quibus feruntur:

| | |
|---|---|
| Quæstiones sententiarum | lib. I. |
| In toto Psalterio, | lib. I. |
| Sermones varii | lib. I. |

De aliis autem, quæ composuit nihil ad notitiam meam usquam pervenit.

DLX. ODERICUS *x*) ordinis fratrum minorum, vir sanctissimous & eruditus, verbi divini prædicator egregius, ob cujus ferventissimum amorem peregrinationem assumens, Asiam & Indiam penetravit, *y*) ubi prædicando & docendo fidem Christi Evangelizans, multos ab iniquitate ad semitam justitiæ convertit, cujus sanctissima vita multis signis tam in carne quam post mortem comprobata est. Scripsit inter cætera ingenii sui opuscula

| | |
|---|---|
| Historiam peregrinationis suæ, | lib. I. |
| Sermones quoque varios, | lib. I. |

Et quasdam Epistolas. Claruit Ludovici Imp. quarti, & Johannis Papæ vicesimi secundi temporibus. Anno Domini, MCCCXX. *z*)

DLXI. FRANCISCUS *Maronis*, *a*) ordinis fratrum minorum, Johannis Scoti *b*) quondam auditor, vir in divinis scripturis eruditissimus & in præceptis philosophorum nobiliter doctus, ingenio subtilis, ore facundus, stylo compositus, studio continuus, & ad disputandas solvendasque scripturarum quæstiones satis acutus & valde idoneus. Scripsit ingenii sui non pauca præclara volumina, in quibus & se doctissimum ostendit, & nomen suum cum gloria ad posteros transmisit. De quibus ista feruntur:

| | | |
|---|---|---|
| Super sententias | lib IV. | *Circa proœmium primi.* |
| De formalitatibus, | lib. I. | |
| Quæstiones variæ, | lib. I. | |
| Sermones de tempore, | lib. I. | |
| Sermones de sanctis, | lib. I. | |

Fertur etiam in divinis voluminibus quosdam commentarios, aliosque diversos composuisse tractatus, qui ad notitiam meam adhuc minime venerunt. Claruit temporibus Ludovici Bavari Imp. IV. & Johan. Papæ XXII. Anno Domini, MCCCXX. *c*)

DLXII. BONAVENTURA *d*) Patavinus, ordinis fratrum heremitarum S. Augustini quondam prior generalis, ac deinde sacrosanctæ Ecclesiæ Romanæ tituli S. Cæciliæ Presbyter cardinalis, vir in divinis scripturis eruditus, & secularium literarum non ignarus, ingenio promptus & clarus eloquio, non minus conversatione quam scientia reverendus, in declarandis ad populum sermonibus magnæ opinionis, qui cum Ecclesiæ libertatem acerrime tueretur contra tyrannos, à Ca-

*r*) Franciscus Sweertius in Athenis Belgicis p. 672. memorat etiam ejus fasciculum florum diversarum Historiarum.
*s*) A. 1307. 24. Jan. *t*) A. 1311.
*u*) *de Rin* sive *de Rivo*. Vide Nic. Antonium Bibl. vetere Hispana T. 2. p. 80.
*x*) Alius Odericus Vitalis, Anglus qui in Uticensi Normanniæ cœnobio scripsit Historiæ Eccles. à nato Christo ad A. 1140. libros XIII. quorum editionem promisit Franciscus Crucimanius in Bibl. Gallica p. 252. dedit Andreas du Chesne in scriptoribus rerum Normannicar. Paris. 1619. fol.
*y*) Oderici hujus peregrinatio seu itinerarium de mirabilibus mundi editum in Actis Sanctor. T. I. Januar. p. 986.
*z*) obiit A. 1331. Giornale d' Italia. T. 24. p. 242. seq. *a*) Mayrous.
*b*) de quo supra c. 516. *c*) defunctus A. 1325.
*d*) Alius Bonaventura Cardinalis de quo c. 465.

Digitized by Google

Carrarienſi domino *e*) ſagitta tandem confixus, martyrio coronatus eſt. Scripſit valde utiles & elegantes

| | |
|---|---|
| Sermones de tempore | lib. I. *Veniet deſideratus cunctis.* |
| Sermones de ſanctis, | lib. I. *Mihi autem abſit gloriari,* |

Et quædam alia. Claruit ſub Ludovico Imperatore IV. Anno Domini, MCCCXX.

DLXIII. GUILHELMUS *Ockam*, natione Anglicus, ordinis fratrum minorum, Johanni Scoti quondam diſcipulus, vir in divinis ſcripturis eruditus, & in philoſophia Ariſtotelica nobiliter doctus, ingenio ſubtilis & clarus eloquio. Scripſit quædam in ſcripturis opuſcula, quibus nomen ſuum ad poſteros transmiſit. Hic contra Johannem vicesimum ſecundum, hæreſim *fratricellorum* damnantem, una cum Petro *f*) Piceno, quem Ludovicus Imperator in Idolum *g*) erexerat, & Nicolaum quintum appellari fecerat agens & ſcribens, eumque hæreticum eſſe pronuntians, ab eo excommunicatus eſt. Qui ad Ludovicum Imperatorem æquivoce excommunicatum fugiens, dixit ei; *O Imperator defende me gladio, & ego defendam te verbo.* Manſit itaque excommunicatus cum excommunicato usque ad finem vitæ ſuæ, *h*) & in morte tandem abſolutus fuit. Scoti magiſtri ſui acerrimus impugnator fuit, & omnia pene illius dicta oppugnavit. Scripſit autem:

| | |
|---|---|
| Contra Johannem XXII. de paupertate Chriſti & apoſtolorum Apologiam, | lib. I. |
| Super ſententias, | lib. IV. |
| Quodlibeta etiam, | lib. I. |
| De fautoribus hæreticorum, | lib. VII. *In omnibus curioſis,* |
| De Sacramento altaris, | lib. I. |

Et quædam alia. Claruit Ludovici Imperatoris quarti temporibus, & Johannis Papæ XXII. Anno Domini, MCCCXX. Et ſepultus eſt in conventu ordinis ſui, in Norica provincia, quæ nunc appellatur Bavaria, cujus Imperator Ludovicus antea Dux erat.

DLXIV. ALPHARUS *i*) ordinis fratrum minorum, natione Hiſpanus, Johannis Scoti auditor, vir in divinis ſcripturis eruditiſſimus apud Johannem XXII. in pretio habitus, contra Guilhelmum Ockam Anglicum ſcriptis egit & verbis. Edidit ingenii ſui quædam præclara volumina, quibus nomen ſuum ad notitiam poſteritatis transmiſit. E quibus extat opus magnum & inſigne, defectus Eccleſiaſticarum perſonarum deſcribens, quod prænotavit:

| | |
|---|---|
| De planctu Eccleſiæ *k*) | lib. I. |
| Speculum quoque regum | lib. I. *In nomine Domini noſtri Jeſu.* |
| Super ſententias, | lib. IV. |
| Apologiam, | lib. I. |

Et quædam alia. *l*) Claruit eodem tempore quo & Ockam ſub Ludovico Imperatore IV. & Johanne Papa XXII. Anno Domini, MCCCXX. *m*)

DLXV. MATTHÆUS *Sylvaticus*, patria Mantuanus, genere nobilis, arte & profeſſione medicus, in qua facultate ſuo tempore præ cæteris multis & doctus habebatur & expertus, ingenio ſubtilis & clarus eloquio. Scripſit in ea ſcientia non contemnenda volumina, quibus nomen ſuum ad poſteritatis notitiam deduxit. E quibus ego tantum vidi opus inſigne ad Rupertum Siciliæ regem & medicum de omnibus ſimplicibus medicinis & earum proprietatibus, quod prænotavit:

| | |
|---|---|
| Pandecta *n*) | lib. I. *Aaron græce, Arabice,* |

De cæteris nihil vidi. Claruit ſub Ludovico Imp. IV. Anno Domini, MCCCXX.

DLXVI. JOHANNES canonicus, ordinis (ut dicunt) fratrum minorum, Johannis Scoti quondam auditor atque diſcipulus in gymnaſio Pariſiorum, vir in divinis ſcripturis eruditus, & in ſeculari philoſophia ſubtiliter doctus, juris quoque tam pontificii quam Cæſarii non ignarus. Fertur quædam præclara compoſuiſſe opuſcula, quibus ingenium exercitans, nomen ſuum poſteris etiam notificavit. Sed ego nihil eorum vidi. Feruntur autem:

| | |
|---|---|
| Super ſententias | lib. IV. |
| Quæſtiones diſputatæ, | lib. I. |

Et quædam alia. Claruit ſub Ludovico Imp. IV. Anno Domini, MCCCXX.

DLXVII. DURANDUS *de ſancto Portiano*, ordinis fratrum prædicatorum, & poſtea (ut ferunt) Anicienſis Eccleſiæ Epiſcopus, *o*) vir in divinis ſcripturis ſtudioſus, & eruditus, atque in philoſophia ſeculari non infime doctus, ingenio promptus & eloquio, declamator ſermonum egregius, ſcriptorum Sancti Thomæ Aquinatis primo defenſor, poſtea vero acerrimus impugnator, cujus mutationis cauſa quædam fluctivaga fertur, cui ego fidem nec facile tribuere debeo, nec temere denegare. Scripſit quædam non ſpernenda volumina, quibus nomen ſuum notificavit. De quibus feruntur:



*e*) Albertino Carrario, qui Patavio potitus A. 1337.
*f*) Corbario. *g*) Antipapam, qui captivus Johanni XXII. traditus Pontificatui renunciavit A. 1330. 26. Auguſt.
*h*) obiiſſe putat Waddingus Occamum in annalibus Minorum, non ante A. 1350.
*i*) Alvarus Pelagius. *k*) Hoc opus teſtatur Alvarus cœptum à ſe Avenione A. 1330.
*l*) quæ recenſet Nic. Antonius lib. IX. Bibl. vet. Hiſpan. c. 4. p. 102. & Waddingus Annalibus Ord. Minor.
*m*) ſuperſtes ultra 1340. *n*) Matthæi Sylvatici Pandecta Medicinæ ſive magnum Lexicon Medicum A. 1316. abſolutum prodiit Bonon. 1474. Venet. 1498. fol. In *Bruculas* teſtatur ſe locuſtarum vim viduſſe Salerni Anno Dominicæ incarnationis 1297.
*o*) defunctus A. 1333. Vide Natalem Alexandrum T. VII. Hiſt. Eccleſ. p. 154. ſeq. edit. in fol.

| | | |
|---|---|---|
| Super sententias, | lib. IV. | *Est Deus in celo revc.* |
| De instructione cleri, | lib. I. | *Fratres charissimi & sa.* |
| Summa notabilis, | lib. I. | |
| Quæstiones variæ, | lib. I. | |
| Sermones diversi | lib. I. | |

Cætera quæ composuisse dicitur, ad notitiam meam adhuc non venerunt.

DLXVIII. HERENUS *de Boyo*, natione Brito, ordinis fratrum beatæ Mariæ semper virginis de monte Carmeli, vir undecunque doctissimus, sacræ paginæ insignis professor, acuti & vehementis ingenii, ad solvendas quæstiones scripturarum satis idoneus. Fertur nonnulla præclara scripsisse opuscula, quibus nomen suum ad notitiam posteritatis cum gloria transmisit. E quibus invenitur opus insigne, ut sui ferunt,

| | |
|---|---|
| Super sententias, | lib. IV. |

Et variæ quæstiones. Sed & quædam alia composuisse dicitur, quæ ad notitiam meam non venerunt.

DLXIX. RUPERTUS ordinis fratrum prædicatorum, vir in divinis scripturis longa exercitatione doctus, & philosophiæ scholasticæ subtilis, & profundus interpres, disputator acutus & declamator egregius, ingenio acutus, sermone scholasticus. Edidit quædam non contemnenda opuscula, quibus ingenium fructuose & utiliter exercitans, nomen suum non tantum præsentibus, sed & futuris notificavit. E quibus extant:

| | |
|---|---|
| Super sententias | lib. IV. |
| Sermones de tempore | lib. I. |
| Sermones de sanctis | lib. I. |

Multos præterea libros Aristotelis commentariis elegantissimis exornavit. Claruit sub Ludovico Imp. IV. Anno Domini, MCCCXX.

DLXX. ASTESANUS *de Asi, p)* ordinis fratrum minorum, vir in divinis scripturis nobiliter doctus, philosophus, & jurista insignis, scientia clarus, ingenio profundus, consilio cautus, sententia certus, sermone compositus. Fertur ingenii sui excellentis varia cudisse opuscula, quibus nomen suum tam præsentibus quam futuris notificavit. E quibus ego tantum vidi necessariam

| | | |
|---|---|---|
| Summam de casibus | lib. VIII. | *Dicturi ergo in hoc pri.* |

De cæteris nihil vidi. Claruit sub Ludovico Imperatore quarto. Anno Domini, MCCCXXX.

DLXXI. JOHANNES *de Alerio*, natione Tolosanus, ordinis beatæ Mariæ semper virginis de monte Carmeli, tertiusdecimus prior generalis, vir in divinis scripturis studiosus & eruditus, & non minus religionis fervore quam eruditione venerabilis, ordinem Carmelitanum novem annis strenue gubernavit. Edidit nonnulla præclara volumina, quibus abundantem ingenii sui venam ostendit. E quibus extant:

| | |
|---|---|
| Super sententias | lib. IV. |
| Lectura in Ecclesiasticum | lib. I. |

Et alia plura. Electus fuit in generalem ordinis sui in monte Pessulano in capitulo generali, die Pentecostes sub Ludovico Imperat. IV. & Johanne Papa XXII. Anno Domini, MCCCXXI. Indictione IV.

DLXXII. JOHANNES *de Regno*, natione Gallus, ordinis fratrum beatæ Mariæ semper virginis de monte Carmeli, conventu Tolosanus, vir in scripturis sanctis eruditus, & secularis eruditionis non ignarus, ingenio promptus, sermone scholasticus, in declamandis sermonibus ad populum egregius. Edidit multa præclara volumina, quibus nomen suum etiam posteris notificavit. E quibus ista feruntur:

| | |
|---|---|
| Super sententias | lib. IV. |
| In Evangelium Matthæi | lib. I. |
| Sermones de tempore, | lib. I. |
| Sermones de sanctis | lib. I. |
| Quadragesimale | lib. I. |

Cætera vero quæ composuisse dicitur, ad notitiam meam non venerunt.

DLXXIII. STEPHANUS *de Provincia*, utriusque juris professor & interpres eximius & tam in divinis scripturis quam in secularibus literis sufficienter instructus, ingenio & eloquio clarus, cujus eruditio apud contemporaneos suos comprobata erat. Scripsit quædam non negligenda volumina, quibus ingenium gloriose exercitans etiam nomen suum ad notitiam posteritatis cum laude transmisit. E quibus est opus insigne

| | |
|---|---|
| Super Clementinis | lib. I. |
| Quæstiones variæ | lib. I. |

De cæteris nihil reperi.

Claruit circa tempora Ludovici Imp. IV. Anno Domini, MCCCXXX.

DLXXIV. JOHANNES *Andreæ, q)* natione Italus, patria Bononiensis, Jureconsultus omnium admiratione celeberrimus, *fons canonum*, & dubiorum cautissimus interpres ingenio clarus,

p) Asta subalpina Sabaudiæ hodie, olim Liguriæ civitas.
q) Discipulus Martini de Fano supra c. 530.

Digitized by Google

clarus, scientia profundus, eloquio compositus, qui contra consuetudinem hominum nostri temporis, quamvis uxoris esset vinculis alligatus, incredibile tamen studium literis impendit, ut nihil illi dulcius, quam scribere aliquid ad posteritatis ædificationem esse potuerit, quod ejus præclara volumina testantur, quibus nomini suo memoriam comparavit æternam. De quibus ego pauca merui videre:

| | | |
|---|---|---|
| Super decretales | lib. v. | |
| Super VI. decretalium | lib. i. | *Quia præposterus est.* |
| Super novellis, dupliciter | lib. ii. | |
| In speculum additiones | lib. i. | *Ego Johannes An.* |
| Mercuriale prænotatum | lib. iv | |
| Summa de sponsal. & matrimo. | lib. i. | *Quoniam frequenter in foro.* |
| Super Clementinis | lib. i. | *Johannes: Gratiosum.* |
| De laudibus sancti Hieronymi | lib. iv. | *Hieronymum jugiter ad.* |
| De arbore consanguinitatis | lib. i. | |

De cæteris nihil vidi. Moritur tandem ex peste, Bononiæ sepultus, sub Carolo Imperatore quarto, & Clemente Papa VI. Anno Domini, MCCCXLVIII. Indict. I.

DLXXV. Cinus Pistoriensis, ex nobili Symbaldorum *r)* familia natus Dini Mugelani *s)* clarissimi viri quondam auditor atque discipulus, & Johannis Andreæ familiaris amicus, vir certe in jure civili omnium suo tempore doctissimus, ingenio subtilis, scientia promptus & uberrimus. Edidit multa in ea facultate opuscula, quibus nomen suum ad posteritatis notitiam transmisit. De quibus ista feruntur:

| | |
|---|---|
| Super Codice | lib. ix. |
| In prima parte. ff. veteris. | lib. i. |
| In secunda parte, | lib. i. |
| Additiones in reliquas | lib. i. |

Et alia plura. Claruit sub Ludovico Imperatore IV. Anno Domini, MCCCXXX.

DLXXVI. Monaldus ordinis fratrum minorum Theologus & Jurista eruditissimus, ingenio subtilis, scientia cautus, sermone scholasticus, in declamandis sermonibus ad populum excellentis industriæ vir. Edidit pro utilitate simplicium etiam doctis non spernenda opuscula, quibus & tunc præsentibus & longo postea futuris utiliter providit. De quibus subjecta feruntur: necessaria & perpulchra

| | | |
|---|---|---|
| Summa juris canonici | lib. i. | *Quoniam ignorans ignora.* |
| Quæstiones sententiarum | lib. iv. | |
| Sermones varii, | lib. i. | |

Et alia complura, quæ ad notitiam nostram minime venerunt.

DLXXVII. Oldradus *de Laude*, natione Italus, Dini Mugelani viri doctissimi quondam auditor, & Johannis Andreæ *t)* amicissimus, vir in utroque jure peritissimus, philosophiæ quoque disciplinis optime imbutus, qui multis annis consistorialis advocatus *u)* extitit, & magnam eruditionis suæ laudem & gloriam acquisivit. Scripsit in utroque jure nonnulla præclara opuscula, quibus nomen suum ad notitiam posteritatis transmisit. E quibus vidi tantum,

| | | |
|---|---|---|
| Consiliorum volumen, | lib. i. | *In nomine Domini Amen.* |

De cæteris nihil vidi. Fertur in jure civili multas post se lecturas reliquisse, quos nec dum vidi. Claruit sub Ludovico Imp. IV. Anno Domini, MCCCXXX.

DLXXVIII. Johannes *de Blomendal*, natione Teutonicus, ordinis fratrum minorum, vir in divinis scripturis studiosus & eruditus, & secularis philosophiæ non ignarus, ingenio præstans & clarus eloquio, in declamandis sermonibus ad populum doctor egregius fuit. Scripsit pro ædificatione fidelium non spernenda volumina, quibus nomen suum posteris notificavit, de quibus ego tantum adhuc reperi:

| | | |
|---|---|---|
| Sermones de tempore | lib. i. | *Sume armaturam.* |
| Sermones de sanctis | lib. i. | |
| Sermones per quadragesimam | lib. i. | |

Claruit sub Ludovico Bavaro Imperatore quarto, & Johanne Papa XXII. Anno Domini, MCCCXXX.

DLXXIX. Guido *de monte Rotherii*, *x)* vir in scripturis sanctis admodum studiosus, & veterum lectione dives, ingenio clarus, sermone scholasticus. Scripsit ingenii sui non contemnenda opuscula, quibus memoriam nominis sui etiam apud posteros notam fecit. E quibus ego divulgatum illud opus per impressuram *y)* tantum vidi, quod pro simplicium directione sacerdotum componens, prænotari voluit:

| | | |
|---|---|---|
| Manipulum curatorum | lib. iii. | *Quoniam sicut dicit prophe.* |



*r)* Sinibaldorum, ex qua Innocentius IV. Papa supra c. 448. De Cino & aliis JCtis hujus ætatis consule Gravinam in Originibus Juris Civilis. *s)* de quo c. 515. *t)* de quo c. 574.

*u)* Romæ sub Johanne XXII. & Benedicto XII.

*x)* Oudino *de monte Rocheri.* Rectius *de monte Rochen*, Possevino, & Allatio p. 409. de Georgiis, ubi manipuli curatorum Græcam versionem memorat: Γεωργίου ἀπὸ χώρας κορλιανῆς ἑρμηνεία ἐκ τῆς Λατινικῆς διαλέκτου εἰς τὴν τῶν Ἑλλήνων Γυίδονος δὲ Μόντε Ροκέν.

*y)* Venet. 1491.

Alia reperire non potui. Claruit temporibus Ludovici Imperator. IV. & Johannis Papæ XXII. Anno Domini, MCCCXXX.

DLXXX. JOHANNES *de Ligneriis*, philosophus, & astronomus omnium suo tempore celeberrimus, qui hanc disciplinam à memoria hominum jam pene abrasam magnifice instauravit, in gymnasio Parisiensi eruditionis suæ laudes ingentes acquisivit, ubi hujusce facultatis cooperatores & consocios habuit, viros mathematicæ scientiæ doctissimos, Johannem de Saxonia ; *z)* Johannem de Muris, *a)* & Bernardum philosophos, & astronomos insignes, qui & ipsi varia opuscula conscripserunt. De opusculis autem hujus Johannis de Ligneriis quanquam multa & præclara scripserit, pauciſſima vidi, scilicet :

| | | |
|---|---|---|
| Canones primi mobilis | lib. I. | *Cujuslibet arcus positi.* |
| Tabulas ejusdem | lib. I. | |
| De Sphæra quoque | lib. I. | |

De cæteris nihil reperi. Claruit temporibus Ludovici Bavari Imp. IV. & Johannis Papæ XXII. Anno Domini, MCCCXXX.

DLXXXI. JOHANNES *Dank*, *) *de Saxonia*, natione Teutonicus, Johannis de Ligneriis supradicti contemporaneus, & studiorum ejus consocius, vir undecunque doctissimus, philosophus, & astronomus, inter omnes sui temporis celeberrimus, ingenio subtilis, & præstans. Edidit multa præclara, & admiranda opuscula, quibus nomen suum cum gloria transmisit ad posteros. Sed ego hucusque pauciſſima inveni.

| | | |
|---|---|---|
| Canones Eclipsales, | lib. I. | *Eclipsis solis quantitatem.* |
| Canones tabularum | lib. I. | *Tempus quarti aspe.* |
| De astrolabio, | lib. I. | |
| De incensionibus | lib. I. | |

Claruit temporibus Ludovici Imperatoris quarti, & Johannis Papæ XXII. Anno Domini, MCCCXXX.

DLXXXII. PETRUS *de Palude*, *b)* natione Gallus, ordinis fratrum prædicatorum, vir in divinis scripturis eruditus, ac secularis philosophiæ, & juris Canonici non ignarus, disputator acutus & declamator egregius. Edidit quædam præclara in scripturis sanctis volumina, quibus nomen suum immortalitati condonavit. E quibus feruntur:

| | |
|---|---|
| Super sententias | lib. IV. |
| Quæstiones variæ, | lib. I. |
| Et diversi sermones, | lib. I. |

Et alia multa. Multos etiam Bibliæ libros suis commentariis ornasse dicitur & exposuisse.

DLXXXIII. JOHANNES *Calderini*, natione Italus, patria Bononiensis, Johannis Andreæ *c)* quondam auditor atque discipulus, canonici juris Professor, & celeberrimus interpres, philosophiæ secularis, & divinarum scripturarum non ignarus, ingenio promptus, & apertus eloquio. Scripsit in sua facultate non pauca volumina, quibus ingenium suum sedula exercitatione comprobans, ad memoriam posteritatis nomen suum transmisit. E quibus reperi opus magnum & insigne tribus voluminibus non paruis distinctum, quod prænotavit:

| | | |
|---|---|---|
| Repertorium juris | lib. III. | *A. Hoc dictio A interdum* |
| Super decretalibus | lib. V. | |
| De interdicto Ecclesiastico | lib. I. | *Quamvis dubia plura circa.* |
| Consilia multa | lib. I. | |

De aliis nihil vidi. Claruit sub Ludovico Bavaro Imp. IV. & Benedicto Papa X. Anno Domini, MCCCXL.

DLXXXIV. PAULUS *de Lyazariis*, Johannis Andreæ Bononiensis auditor, & Johannis Calderini condiscipulus, vir in utroque jure peritissimus, & philosophorum præceptis nobiliter instructus, ingenio & eloquio clarus, qui inter doctores juris suo tempore non minimus erat. Scripsit inter cætera ingenii sui opuscula insigne volumen, quod dicitur

| | |
|---|---|
| Super Clementinis | lib. I. |

Et quædam alia. Claruit temporibus Ludovici Bavari Imperator. IV. & Benedicti Papæ XII. Anno Domini, MCCCXL.

DLXXXV. LUPOLDUS *de Bedenburg*, Episcopus Bambergensis, *d)* natione Teutonicus, (ut ferunt) Johannis Andreæ Bononiensis quondam auditor, jureconsultus celeberrimus, & tam in divinis scripturis quam in secularibus literis nobiliter doctus, ingenio subtilis & clarus eloquio. Edidit non spernendæ lectionis, opuscula, quibus nomen suum ad notitiam posteritatis cum ingenti gloria transmisit. E quibus extat opus insigne,

| | |
|---|---|
| De zelo Christianæ religionis veterum principum Germanorum *d)* | lib. I. |
| De juribus Imperii Romani, | lib. I. |

Et

z) de hoc c. 580. *a)* Hic est cujus Arithmeticæ speculativæ libros II. Moguntiæ 1538. 8. editos Gesnerus memorat, nihil monens de ejus ætate, quam hoc loco docet Trithemius.

* Trithemius in Catalogo Virorum illustrium Germaniæ c. 104. vocat *Johannem Danckonis*. Ejus discipulus Joannes Eligerus de Gondersleven laudatur infra, c. 616.

*b)* Obiit Petrus Paludanus A. 1342. *c)* de quo c. 574.

*d)* ab A. 1352. ad 1363. **) Exstat in Bibliotheca Patrum T. 26. edit. Lugd. p. 88. Alias editiones vide in pandectis Brandenburgicis Hendriciani p. 372.

Digitized by Google

Et quædam alia in diverſis materiis volumina, quæ ad me non venerunt. Claruit temporibus Ludovici Imp. IV. & Benedicti Papæ XII. Anno Domini, MCCCXL.

DLXXXVI. NICOLAUS *Mutinenſis*, vir in utroque jure & in legibus præcipue nobiliter doctus, ingenio ſubtilis, ſermone ſcholaſticus, ſcientia & conſilio cautus, Ut poſteris ingenii ſui monimenta relinqueret, ſcripſit in civili jure quædam præclara volumina, quibus ſe præſentibus tunc utilem, futuris autem fecerat notum. E quibus feruntur.

| | |
|---|---|
| Super Codice, | lib. IX. |
| Super. ff. veteri, | lib. XXIV. |
| Super. ff. novo, | lib. XII. |
| Super. ff. inforciati, | lib. XIV. |

Et quædam alia. Claruit temporibus Ludovici Bavari Imp. IV. & Benedicti Papæ XII. Anno Domini, MCCCXL.

DLXXXVII. LAPUS *de Caſtellione*, Abbas ſancti Miniatis, ordinis divi patris Benedicti, jureconſultus inter omnes ſui temporis eruditiſſimus & philoſophorum diſciplinis ab ineunte (ut ajunt) ætate imbutus, ingenio clarus, eloquio ſcholaſticus, & diſputator quæſtionum ſcholaſticalium egregius, cujus authoritas apud Juriſtas non minima cenſenda eſt. Scripſit in ſua facultate plura opuſcula, de quibus extat opus inſigne

| | |
|---|---|
| Allegationum ſuarum, | lib. I. |
| Super Clementinis, | lib. I. |

Et alia complura. Claruit temporibus Ludovici Imp. IV. & Benedicti Papæ XII. Anno Domini MCCCXL.

DLXXXVIII. GUERICUS Abbas *Igniacenſis*, vir in divinis ſcripturis non infime doctus, ingenio facilis, eloquio dulcis & compoſitus, & ad perſuadendum ſatis idoneus, non minus converſatione & regularis obſervantiæ amore quam ſcientia ſcripturarum inſignis. Scripſit pro ædificatione ſimplicium & devotorum fratrum non contemnenda opuſcula, quibus ovium Chriſti paſtorem ſe utilem fidelemque exhibens, nomen ſuum etiam poſteris notificavit. E quibus ego reperi tantum opus ſermonum de tempore & ſanctis per anni circulum, quos habuit

| | | |
|---|---|---|
| Ad fratres ſuos, | lib. I. | *Salvatorem exſpectamus.* |

Epiſtolas etiam ſcripſit.

De cæteris autem quæ compoſuiſſe dicitur, nihil usquam potui invenire.

DLXXXIX. HENRICUS *de Urimaria*, *) ordinis fratrum heremitarum S. Auguſtini, natione (ut ferunt) Teutonicus, vir in ſcripturis ſanctis à pueritia ſtudioſiſſimus, & multum eruditus, in Philoſophia Ariſtotelica nulli ſuo tempore ſecundus, qui multis annis in gymnaſio Pariſienſi *f*) doctor egregius extitit, & celebri doctrina inſignis effulſit. Scripſit multa præclara volumina, de quibus feruntur eſſe ſubjecta.

| | | |
|---|---|---|
| Super ſententias, | lib. IV. | |
| Quodlibeta quoque | lib. I. | |
| De decem præceptis, | lib. I. | *Audi Iſrael precepta.* |
| Flores ex collatione patrum, | lib. XXIV. | *Quia multa prædicabi.* |
| De perfectione hominis, | lib. I. | |
| De incarnatione verbi, | lib. I. | |
| De quadruplici inſtinctu, | lib. I. | *Semen aliud cecidit in.* |
| De exemptione, | lib. I. | |
| Expoſitio decreti de celebr. miſſ. | lib. I. | |
| Sermones de tempore, | lib. I. | |
| Sermones de ſanctis, | lib. I. | |
| In libros Ethicorum, | lib. X. | |

Et alia multa. Claruit temporibus Ludovici Imp. quarti, cognomento Bavari, & Benedicti Papæ XII. Anno Domini, MCCCXL.

DXC. BARTHOLOMÆUS *de Oſa*, patria Pergomenſis, *g*) vir in divinis ſcripturis ſtudioſus, & in ſecularibus literis egregie doctus, philoſophus & hiſtoriographus inſignis, ingenio præſtans & clarus eloquio. Fertur nonnulla excellentis doctrinæ cudiſſe volumina, quibus nomen ſuum ad notitiam poſteritatis transmiſit. In quibus præcellit

| | |
|---|---|
| Opus Hiſtoriarum inſigne | lib. XVI. |

Claruit ſub Ludovico Imp. IV. Anno Domini, MCCCXL.

DXCI. BARTHOLOMÆUS *Piſanus*, ordinis fratrum prædicatorum, vir in divinis ſcripturis eruditus, & in utroque jure peritiſſimus ac in philoſophiæ ſecularis ſcientia nobiliter doctus, ingenio clarus, ſermone apertus, ſcientia & conſilio cautus. Fertur quædam præclara conſcripſiſſe opuſcula, de quibus ego vidi tantum *ſummam*, quam *Piſanam* vocant, opus profecto non abili



*e*) hic Gvarricus ſive Gverricus S. Bernardi diſcipulus obiit A. 1157. & à Trithemio male refertur inter ſcriptores decimi quarti ſæculi. Sermones ejus *vere aureos ac mellitos* vocat Combefiſius qui Bibl. Concionatoriæ ſuæ illos inſeruit. *) al. Frimaria.

*f*) Ab eo tempore Erfordiæ vixit, diemque obiit.

*g*) è Bergamo Italiæ. Sic Pergomenſis etiam infra c. 612. & alibi. Philippus de Pergamo c. 620. Sed Bergomenſis, c. 608. &c.

Digitized by Google

abiiciendum cujus ante paucos annos magnus erat usus apud plebium confessores, quam author prænotavit:

Summam magistruciam, lib. I.

De cæteris nihil vidi. Claruit sub Ludovico Imperatore quarto, & summam suam (ut ipse testatur) perfecit Anno Domini, MCCCXXXVIII.

DXCII. ALBERTUS *Brixiensis*, ordinis fratrum prædicatorum, vir in scripturis sanctis studiosus & eruditus, & in utroque jure non infime doctus, declamator quoque sermonum egregius, & non minus sanctus quam eruditus, quippe qui miraculis in vita etiam coruscasse perhibetur. Scripsit inter cætera ingenii sui monumenta, notabilem

Summam de casibus lib. I.
Sermones varios lib. I.

Et quædam alia. Claruit sub Ludovico Imp. IV. Anno Domini, MCCCXL.

DXCIII. LUDOLPHUS *b*) ordinis Carthusiensis in domo Argentinensi, natione Teutonicus, Saxonica terra oriundus, vir in divinis scripturis studiosus & eruditus & secularium literarum non ignarus, ingenio mitis, eloquio dulcis & compositus, vita quoque & conversatione insignis, edidit magnæ devotionis & profundæ eruditionis quædam præclara opuscula, quibus ingenium nobiliter exercitans, nomen suum immortalitati condonavit. E quibus ego vidi tantum subjecta. Volumen magnum & insigne super Evangelio, quod prænotavit

Vitam Domini Jesu lib. II. *Fundamentum aliud nemo.*
In Psalterium quoque lib. I. *Sicut olim manna ha.*

Feruntur ejus & alia. Claruit sub Ludovico Imper. IV. Anno Domini, MCCCXXX.

DXCIV. HERMANNUS *de Schildis*, ordinis fratrum heremitarum sancti Augustini, vir in divinis scripturis studiosissimus & valde peritus, ingenio præstans, & non minus vita quam eruditione & scientia insignis, edidit multa præclara volumina, quibus abundantem ingenii sui venam ostendit, & nomen suum ad posteritatis notitiam cum ingenti laude & gloria transmisit. E quibus subjecta feruntur:

Super primo sententiarum, lib. I.
In Genesim lectura, lib. I.
Hexameron duplex, lib. II.
In Cantica canticorum, lib. I.
De materia Canticorum lib. I.
Super oratione dominica, dupliciter, lib. II.
Super *Ave Maria*, lib. I.
Breviloquium, lib. I.
De quatuor sensibus scripturæ, lib. I.
Expositionis missæ, lib. I.
Manuale sacerdotum, lib. I.
De vitiis capitalibus, lib. I.
Claustrum animæ, lib. I.
De conceptione S. Mariæ, lib. I.
De modo studendi, lib. I.
Introductorium juris, lib. I.
De vera & falsa amicitia, lib. I.
De horis canonicis, lib. I.
De quinque sensibus, lib. I.
De XLII. mansionibus, lib. I.
Contra flagellatores, lib. I.
De comparatione missæ, lib. I.
De divisione philosophiæ, metricè lib. I.
Super. c. *Omnis utriusque*, lib. I.
Sermones varii, lib. I.
Collationes prædicabiles. lib. I.
Quæstionum diversarum, lib. I.
In Rhetoricam Aristotelis, lib. I.

Alia insuper multa edidit, quæ ad notitiam meam non venerunt. Claruit temporibus Ludovici Imp. IV. & Benedicti Papæ XII. Anno Domini, MCCCXL.

DXCV. GUILHELMUS *de Kayerbo*, *i*) ordinis fratrum prædicatorum, prior provincialis in Francia, vir in divinis scripturis eruditus, & tam in jure canonico quam in philosophia scholastica nobiliter doctus, ingenio subtilis & clarus eloquio in declamandis sermonibus ad populum excellentis ingenii. Scripsit quædam non spernenda opuscula, quibus nomen suum ad notitiam posteritatis cum laude transmisit. Summam Johannis Teutonici, *k*) quæ confessorum dicitur,

Abbre-

*b*) Alius Ludolphus Saxo Abbas Sagamensis A. 1422. defunctus, de quo ad Jo. Henelii Silesiographiam T. I. p. 450. seq.
*i*) Sic ex Trithemio etiam Genebr., Possevinus & alii. Sed Altamura ad A. 1390. *Guil. de Raiseto.*
*k*) de quo supra c. 446.

Digitized by Google

| | | |
|---|---|---|
| Abbreviavit | lib. I. | *Quid eſt ſimonia, &c.* |
| Sermones diverſos | lib. I. | |

Cætera quæ compoſuit, ad notitiam meam minime venerunt.

DXCVI. PETRUS *de Caſa* Lemovicenſis, ordinis fratrum beatæ Mariæ ſemper virginis de monte Carmeli, decimus & quartus prior generalis, deinde vero Epiſcopus Baſionenſis, ac poſtremo (ut ferunt) patriarcha Hieroſolymitanus, vir in divinis ſcripturis eruditiſſimus, ingenio promptus & clarus eloquio, in declamandis ſermonibus ad populum doctus & facundus. Edidit quædam præclara volumina, quibus nomen ſuum ad notitiam poſteritatis transmiſit. E quibus feruntur,

| | |
|---|---|
| Super ſententias, | lib. IV. |
| Sermones de tempore, | lib. I. |
| Sermones de ſanctis, | lib. I. |

Et quædam alia. Claruit & in priorem generalem ordinis ſui electus fuit de conventu Lemovicenſi, ſub Ludovico Imper. IV. & Johanne Papa XXII. Anno Domini, MCCCXXX. Indict. XIII. Rexit ordinem ſuum ſtrenue annis duodecim.

DXCVII. PAULUS *de Peruſio*, ordinis fratrum beatæ Mariæ ſemper virginis de monte Carmeli, vir in divinis ſcripturis ſtudioſus & doctus, atque in ſeculari philoſophia ſufficienter inſtructus, ingenio ſubtilis, ſermone ſcholaſticus. Edidit magnæ authoritatis nonnulla opuſcula, quibus luculentum ingenium exercitans, nominis ſui memoriam cum ingenti gloria transmiſit ad poſteros. E quibus extat opus celeberrimum & prope divinum, quod in gymnaſio Pariſienſi recitavit,

| | | |
|---|---|---|
| Super ſententias | lib. IV. | *Circa primum ſententiæ.* |
| Quodlibeta quoque | lib. I. | |

Et quædam alia. Claruit Pariſiis & ſuam lecturam complevit ſub Ludovico Bavaro Imp. IV. & Clemente Papa VI. Anno Domini, MCCCXLIV. Indictione XII. Et non diu poſt eandem lectionem ſuam Pariſius moritur, & ibidem in conventu ſepelitur.

DXCVIII. BERNARDUS *Parentinus, l)* ordinis fratrum prædicatorum, vir in divinis ſcripturis ſtudioſus, & longa exercitatione peritus, atque in ſcholaſticis diſciplinis non mediocriter doctus, ingenio ſubtilis, & clarus eloquio, in declamandis ſermonibus ad populum excellentis opinionis. Scripſit ad inſtructionem ſimplicium ſacerdotum quædam non ſpernenda volumina, quibus nomen ſuum ad poſteros transmiſit. E quibus extat:

| | | |
|---|---|---|
| Expoſitionis miſſæ | lib. I. | *Quoniam clamitat Sapiens,* |
| Sermonum variorum, | lib. I. | |

Et alia complura. Claruit ſub Ludovico Imp. IV. Anno Domini, MCCCXL.

DXCIX. OSBERTUS *m)* natione Anglicus, ordinis beatæ Mariæ ſemper virginis de monte Carmeli, vir certe in ſcripturis ſanctis eruditiſſimus, & in ſeculari philoſophia egregie doctus, acuti & vehementis ingenii, eloquii ſcholaſtici, in diſputandis ſolvendisque quæſtionibus ſcripturarum ſubtilis. Scripſit quædam præclara opuſcula, quibus memoriam ſui poſteris commendavit, de quibus extant:

| | | |
|---|---|---|
| Super ſententias | lib. IV. | *Concluſio una propoſita.* |
| Determinationes variæ | lib. I. | *Quæritur utrum exp.* |
| Sermones quoque varii | lib. I. | |

Cætera quæ compoſuit ad notitiam noſtræ lectionis non pervenerunt.

DC. JOHANNES *Eſtuidi, n)* natione Anglicus, vir in ſecularibus literis omnium ſui temporis facile doctiſſimus, philoſophus, & aſtronomus nulli ſecundus, ingenio præſtans, & dulcis eloquio. Scripſit ingenii ſui quædam præclara opuſcula, quibus nomen ſuum ad notitiam poſteritatis transmiſit. E quibus extat opus inſigne aſtrologiæ judicialis, de accidentibus mundi, quod vulgo appellatur

| | | |
|---|---|---|
| Summa Anglicana, | lib. II. | *Intentio mea in hoc li.* |

De cæteris nihil vidi. Claruit & complevit eandem ſummam, ſicut in ejus principio fatetur ſub Carolo Imp. IV. & Clemente Papa VI. Anno Domini, MCCCXLVII. Indictione XV. XVIII. Calend. Januarii.

DCI. BERNARDUS Abbas monaſterii Caſſinenſis, ordinis divi patris Benedicti, vir in divinis ſcripturis ſtudioſus & eruditus, & ſecularium literarum non ignarus, ingenio præſtans, & vita præclarus, ac regularis obſervantiæ cultor, & propagator inſignis. Scripſit ad ædificationem monachorum quædam præclara opuſcula, quibus nomen ſuum notificavit. De quibus extant ſubjecta.

| | | |
|---|---|---|
| Speculum monachorum | lib. I. | |
| In regulam ſancti Benedicti | lib. I. | *Legitur in Proverbiis.* |
| De præceptis regularibus | lib. I. | |
| Sermones ad fratres | lib. I. | |

Alia quoque multa compoſuiſſe dicitur, quæ ad nos minime pervenerunt,



*l)* à Poccianto *Florentinus* patriâ traditur, ab Altamura *Toloſanus.*

*m)* De antiquiore Osberno ſupra, c. 313. *n)* aliis *Joannes de Eſchendèn.*

Digitized by Google

DCII. SIMON *de Cremona*, o) ordinis fratrum heremitarum ſancti Auguſtini, vir in divinis ſcripturis ſtudioſus & eruditus, & liberalium artium non ignarus, ingenio præſtans, & clarus eloquio, in declamandis ſermonibus ad populum ſatis egregius, quippe qui Venetiis multo tempore huic inſudavit officio, ubi verbo & exemplo plurimos erudivit. Scripſit ad inſtructionem ſimplicium prædicatorum non ſpernenda opuſcula, de quibus extant ſubjecta. Ad Antonium Germanum ſuum Presbyterum,

| | | |
|---|---|---|
| Sermones ſuper Evangelia, | lib. I. | *Levate capita veſtra quoniam.* |
| Super Epiſtolas quoque, | lib. I. | *Abiiciamus opera tene.* |

Cætera quæ compoſuit, ad notitiam noſtræ lectionis nondum venerunt.

DCIII. PETRUS *Raymundi de Inſula graſſa*, natione Gallus, ordinis fratrum beatæ Mariæ ſemper virginis de monte Carmeli, quintusdecimus prior generalis, qui poſt Petrum de Caſa *p)* Lemovicenſem, ordinem ſuum ſtrenue rexit quindecim annis, vir in divinis ſcripturis eruditus, & ſecularis philoſophiæ non ignarus. Scripſit eleganter,

| | |
|---|---|
| Super ſententias, | lib. IV. |

Et quædam alia. Claruit & in generalem electus fuit de conventu Caracaſſenſi provinciæ Narbonenſis, ſub Ludovico Imperatore quarto, & Clemente Papa ſexto Anno Domini, MCCCXLIII, Indictione XI.

DCIV. REINHERUS Forolivienſis jureconſultus omnium ſuo tempore celeberrimus, Bartholi de Saxoferrato *q)* præceptor, vir ingenio, & eloquio clarus. Fertur in jure civili varia compoſuiſſe opuſcula, quibus memoriam ſui cum gloria transmiſit ad poſteros. Sed ego nihil usquam eorum potui invenire. Moritur ſub Carolo Imperatore IV. & Innocentio Papa VI. Anno Domini, MCCCLVIII. Indict. XI.

DCV. SIMON *de Caſſia*, ordinis fratrum heremitarum ſancti Auguſtini, vir in divinis ſcripturis ſtudioſus & eruditus, ingenio ſubtilis, & diſertus eloquio, nec minus ſanctitate converſationis, quam ſcientia venerandus. Quippe qui in conventu Florentino prophetiæ ſpiritu illuſtratus fuiſſe perhibetur. Edidit magnæ utilitatis præclara volumina, in quibus ſe virum eruditum & devotum oſtendit. E quibus opus inſigne reperi ſuper Evangelium totum, quod vulgo prænotatur:

| | | |
|---|---|---|
| Geſta Salvatoris *r)* | lib. XV. | *A bono & ſuper bono.* |
| De doctrina Chriſtiana, | lib. I. | |
| De patientia | lib. I. | |
| Expoſitionem Symboli | lib. I. | |
| De ſpeculo crucis | lib. I. | |
| De diſciplina ſpiritalium | lib. I. | |
| Epiſtolarum ad diverſos | lib. I. | |

Et quædam alia. Claruit ſub Ludovico Imperatore quarto. Anno Domini, MCCCXL. *s)*

DCVI. SIMON *de Spira*, natione Teutonicus, ordinis fratrum beatæ Mariæ ſemper virginis de monte Carmeli, magiſter Pariſienſis, in ſcripturis ſanctis eruditiſſimus, & in philoſophia Ariſtotelica nobiliter doctus, ingenio ſubtilis, ſermone ſcholaſticus, in gymnaſio Colonienſi multo tempore theologiam gloriose docuit, & magnam eruditionis ſuæ laudem ab omnibus comparavit. Scripſit inſigne volumen

| | |
|---|---|
| Super ſententias | lib. IV. |
| Contra Judæos quoque | lib. I. |
| Poſtillam Coloniæ lectam | lib. I. |

Alia inſuper nonnulla edidit, ſed ad notitiam noſtram minime venerunt.

DCVII. SERTORIUS, quem *Fortanerium* nonnulli appellant, ordinis fratrum minorum decimus & nonus miniſter generalis, natione Anglicus, patria Galenſis, deinde Archiepiſcopus Ravennatenſis, ac poſtremo Gradienſis patriarcha, *t)* & ſacroſanctæ Eccleſiæ Romanæ cardinalis, vir in divinis ſcripturis ſtudioſus & eruditus, & ſecularium literarum non ignarus. Edidit quædam præclara volumina, quibus nomen ſuum etiam poſteris notificavit. E quibus extat opus inſigne

| | |
|---|---|
| Super Auguſtino de civitate Dei | lib. XXII. |

De cæteris nihil reperi. Denique fertur etiam in Bibliæ libros varia ſyntagmata lucubraſſe. Claruit & in generalem ordinis ſui miniſtrum electus fuit in capitulo Maſſilienſi, ſub Carolo Imp. IV. & Innocentio Papa ſexto. Anno Domini, MCCCLVI. Indictione IX.

DCVIII. ALBERICUS *Roxiatus*, *u)* patria Bergomenſis, utriusque juris profeſſor inſignis, & clariſſimus interpres, in cæteris quoque literis ſecularibus egregie doctus, ingenio promptus, eloquio compoſitus. Edidit in legibus multa inſtructa volumina, quibus nominis ſui memoriam cum laude transmiſit ad poſteros. De quibus iſta feruntur:

| | |
|---|---|
| Super Codice | lib. XII. |
| Super ff. veteri | lib. XXIV. |

Super.

*o)* defunctus Patavii circa A. 1400. *p)* de quo ſupra, c. 594.
*q)* de hoc Bartholo JCto c. 637. ubi non Reinerus hic ſed alii cujus Doctores nominantur.
*r)* Hoc opus dicavit Thomæ Corſinio, Florentino JCto. *s)* defunctus A. 1348.
*t)* Gradienſis Patriarchatus Grado Forojulii opido Venetias translatus A. 1451. *u)* de Roſate.

Digitized by Google

| | |
|---|---|
| Super. ff. novo | lib. XII. |
| Super. ff. Infortiati. | lib. XIV. |
| Super inſtitutis | lib. IV. |
| Super VI. Decretalium. | lib. [illegible] |
| In Comœdias Dantis | lib. I. |

Alia quoque nonnulla compoſuit, quæ ad notitiam meam non venerunt. Claruit ſub Ludovico Imperatore IV. Anno Domini, MCCCXL.

DCIX. JOHANNES *de Saxonia*, ordinis fratrum minorum, natione Teutonicus, vir in divinis ſcripturis eruditus, & tam in jure Canonico quam in philoſophia ſcholaſtica ſufficienter doctus, in declamandis ſermonibus ad populum excellentis opinionis, edidit ingenii ſui quædam præclara volumina, quibus nomen ſuum etiam poſteris notificavit. E quibus extat

| | |
|---|---|
| Summa de caſibus | lib. I. |

Et alia quæ non vidi. Claruit ſub Ludovico Imperatore IV. Anno Domini, MCCCXL.

DCX. GERARDUS *de Senis*, natione Italus, ordinis fratrum heremitarum ſancti Auguſtini, vir in ſcripturis ſanctis non mediocriter doctus, & in utroque jure longa exercitatione peritus, ingenio ſubtilis & acutus, cujus eruditionem Johannes Andreas *x*) contemporaneus ejus ſæpe commendans allegat. Scripſit nonnulla præclara opuſcula, quibus memoriam nominis ſui ad poſteros transmiſit. E quibus iſta feruntur potiora;

| | |
|---|---|
| In primum ſententiarum | lib. I. |
| De contractibus & uſura | lib. I. |
| De præſcriptionibus | lib. I. |

De cæteris nihil reperi. Claruit cum Johanne Andrea, ſub Ludovico Bavaro Imp. IV. & Benedicto Papa XII. Anno Domini, MCCCXL.

DCXI. JOHANNES *de Rupeſciſſa*, ordinis fratrum minorum, in divinis ſcripturis admodum ſtudioſus & eruditus, & ſecularis Philoſophiæ non ignarus, neſcio quo ſpiritu ſeductus (ne dicam inductus) deſolationem Eccleſiæ catholicæ, & alia quædam terribilia prædicere quaſi propheta exorſus, in carcerem à miniſtris ſui ordinis conjectus eſt, & inventus eſt ſpiritus mendax in ore ejus. Scripſit in vinculis *y*) ad quendam cardinalem

| | | |
|---|---|---|
| Revelationes ſuas | lib. I. | *Reverendiſſime in Chriſto.* |
| Super ſententias quoque | lib. IV. | |

Et quædam alia. Claruit ſub Ludovico Imperatore IV. Anno Domini, MCCCXL.

DCXII. GERARDUS Epiſcopus Savonenſis, ordinis fratrum heremitarum ſancti Auguſtini, patria Pergomenſis, *) vir in divinis ſcripturis valde eruditus, & in jure canonico nobiliter doctus, ingenio ſubtilis, & eloquio clarus, non minus vita quam doctrina inſignis, compoſuit ad utilitatem legentium non contemnenda opuſcula, quibus ingenium utiliter exercitans, nomen ſuum ad notitiam poſteritatis transmiſit. E quibus feruntur:

| | | |
|---|---|---|
| Super ſententias | lib. IV. | |
| Quodlibeta duo. | lib. I. | |
| In Cantica canticorum | lib. I. | *Ala duæ Cherubin, &c.* |
| In Epiſtolam ad Hebræos | lib. I. | |
| In VI. Decret. de reli. do. *z*) | lib. I. | |

Alia quoque multa dicitur opuſcula ſcripſiſſe, quæ ad notitiam meam non venerunt. In gymnaſio Pariſienſi magiſtralem cathedram aſcendit. Claruit ſub Ludovico Imp. IV. Anno Domini, MCCCXL.

DCXIII. THOMAS *de Garbo*, patria Florentinus, Dini *a*) quondam medici filius, vir in medicinis doctus & peritus, & in philoſophorum diſciplinis nobiliter inſtructus, veſtigiis eruditiſſimi patris inhærens, edidit in ſua facultate medicis non ſpernenda opuſcula quibus nomen ſuum cum gloria ad poſteros transmiſit. E quibus extat valde notabilis

| | |
|---|---|
| Summa medicinæ | lib. I. |

Et quædam alia. Claruit temporibus Ludovici Bavari Imperat. Romanorum quarti. Anno Domini, MCCCXL.

DCXIV. ALPHONSUS Epiſcopus Hiſpalenſis, ordinis fratrum heremitarum S. Auguſtini vir tam in divinis ſcripturis quam in ſecularibus literis multum eruditus, & inter Eccleſiaſticos doctores ſuo tempore celeberrimus, ingenio & eloquio clarus. Edidit nonnulla magnæ authoritatis volumina, quibus nomen ſuum etiam poſteris notificavit. E quibus ego tantum reperi opus ſubtile & inſigne,

| | |
|---|---|
| Super ſententias, | lib. IV. |

De cæteris nihil percepi. Claruit ſub Ludovico Imp. IV. Anno Domini, MCCCXL.



*x*) de quo ſupra. c. 574.

*y*) Jac. Philippus Bergomenſis libro XIV. Chronici de hoc Johanne: *in carcerem truſus multa de futuris tanquam Propheta ſcribere præſumſit, videlicet de duobus antichriſtis, & de Eccleſiæ conciliatione & de converſione omnium gentium ad fidem Chriſti, & alia multa, quæ in januis adeſſe affirmabat.* *) Bergomenſis.

*z*) Sexti decretalium lib. 3. tit. 17. *de religioſis domibus.*

*a*) Dini de Garbo de quo c. 532.

Digitized by Google

DCXV. JOHANNES *de Bacone*, Anglicus, ordinis fratrum beatæ Mariæ semper virginis de monte Carmeli, vir in divinis scripturis eruditissimus & tam in jure canonico quam in philosophia seculari egregie doctus, in gymnasio Parisiensi non minus conversatione quam scientia clarus effulsit, ac deinde in provincialem Angliæ promotus, ordinem suo verbo & exemplo strenue gubernavit. Scripsit multa & insignia volumina, quibus nomen suum ad posteros transmisit. E quibus ista feruntur:

| | | |
|---|---|---|
| In Evangelium Matthæi, | lib. 1. | |
| In Evangelium Marci. | lib. 1. | |
| In Evangelium Lucæ, | lib. 1. | |
| In Evangelium Johannis, | lib. 1. | |
| In Epistolas Pauli, | lib. XIV. | |
| In actus Apostolorum, | lib. 1. | |
| In Epistolas canonicas, | lib. VII. | |
| In Apocalypsin, | lib. 1. | |
| Super sententias, | lib. IV. | |
| Quodlibeta varia, | lib. 1. | |
| Speculum ordinis sui, | lib. 1. | *Filii sanctorum estis hu.* |
| Defensorium ordinis sui, | lib. 1. | *Beatus Bernhardus in quo* |
| Contra Judæos, | lib. 1. | |
| De paupertate Christi, | lib. 1. | |
| In regulam sui ordinis, | lib. 1. | |

Et alia multa. Explanationes insuper edidit super libros beati Augustini de sancta trinitate, & de civitate Dei, & Anselmi, Cur Deus homo, & de incarnatione verbi in quibus omnibus ingenium suum magnifice exercitavit. Claruit temporibus Caroli Imp. IV. & Clementis Papæ VI. Anno Domini, MCCCL. *b*)

DCXVI. JOHANNES *Eligerus de Gondersleven*, natione Teutonicus, Johannis de Saxonia *c*) clarissimi astronomi quondam auditor, vir in secularibus literis eruditissimus, philosophus & astronomus inter omnes sui temporis celeberrimus, ac divinis scripturis sufficienter imbutus, ingenio subtilis & clarus eloquio. Scripsit in mathematica scientia non spernenda volumina, quibus nomen suum ad posteritatem transmisit. E quibus subjecta feruntur.

| | | |
|---|---|---|
| De compositione astrolabii, | lib. 1. | *Rex astrorum Ptolema.* |
| De utilitate astrolabii | lib. 1. | *Zelo principali intelle.* |
| De utilitate quadrantis, | lib. 1. | *Utilitates novi qua.* |
| De magnete quoque | lib. II. | *Tractaturus de magne.* |
| De astrogemetro | lib. 1. | *Summa vorante nobis.* |

Et alia plura. Claruit temporibus Caroli Imp. IV. & Clementis Papæ sexti. Anno Domini, MCCCL.

DCXVII. RUPERTUS natione Gallus, ordinis fratrum beatæ Mariæ semper virginis de monte Carmeli, vir in divinis scripturis studiosus & eruditus, atque in philosophia scholastica egregie doctus, ingenio clarus, sermone apertus. Edidit varia in scripturis sanctis opuscula, quibus ingenium suum magnifice exercitans, memoriam nominis sui etiam posteris notificavit. Erat autem prædicator verbi divini egregius, & multa scripsit declamatoribus sermonum utilia. De quibus ista feruntur.

| | |
|---|---|
| Super sententias, | lib. IV. |
| In Epistolas Pauli, | lib. XIV. |
| Sermones de tempore, | lib. 1. |
| Sermones de sanctis, | lib. 1. |

Alia insuper multa composuit, quæ ad notitiam meam non venerunt.

DCXVIII. CLEMENS Papa *sextus*, patria Lemovicensis, *Petrus Rogerius* ante vocatus, Abbas Fiscanensis ordinis S. Benedicti. Sedit in cathedra Petri post Benedictum duodecimum annis decem, mensibus sex, vir in divinis scripturis eruditus, & secularium literarum non ignarus, juris canonici doctor insignis, non minus conversatione quam scientia venerandus, in declamandis sermonibus ad populum excellentis ingenii fuit. Edidit quædam præclara opuscula, quibus vivacitatem ingenii sui ostendit. E quibus feruntur:

| | | |
|---|---|---|
| Sermones varii, | lib. 1. | |
| In canonizatione Juonis, *d*) | lib. 1. | *Exulta & lauda babi.* |
| In approbatione Caroli regis, *e*) | lib. 1. | *Salomon sedebit super.* |
| Collationes multæ | lib. 1. | |
| Epistolarum ad diversos, | lib. 1. | |

Et quædam alia. Moritur Avinione sepultus sub Carolo Imp. IV. Anno Domini, MCCCLI. Indictione quinta.

DCXIX. GREGORIUS *Ariminensis*, ordinis fratrum heremitarum sancti Augustini prior gene-

*b*) jam defunctus A. 1346. *c*) de quo supra c. 581.
*d*) Ivo Trecorensis in Britannia Gallica Presbyter sanctis adscriptus A. 1347. 19. Ma.
*e*) Caroli IV. in Imperatorem electi. Vide Raynaldum ad A. 1346. n. 7.

Digitized by Google

generalis, *f)* vir in divinis ſcripturis doctiſſimus & in philoſophia ſcholaſtica multum eruditus, ingenio & eloquio clarus, in gymnaſio Pariſienſi magnam eruditionis ſuæ gloriam ab omnibus commeruit, quippe qui vita & doctrina celeberrimus effulſit. Scripſit non ſpernendæ lectionis opuſcula, de quibus iſta feruntur potiora.

| | |
|---|---|
| Super ſententias, | lib. IV. |
| In Epiſtolas Pauli Apoſtoli, | lib. XIV. |

Et quædam alia. Claruit temporibus Caroli IV. Imperatoris, & Clementis Papæ ſexti. Anno Domini, MCCCL.

DCXX. PHILIPPUS *de Pergamo g)* prior monaſterii ſanctæ Mariæ de Avantia in Padua, ordinis ſancti patris noſtri Benedicti, vir in divinis ſcripturis ſtudioſus & eruditus, & ſecularis philoſophiæ non ignarus, ingenio præſtans & clarus eloquio. Scripſit nonnulla doctrinæ ſanæ opuſcula, quibus nomen ſuum ad notitiam poſteritatis transmiſit. E quibus ego reperi tantum volumen magnum

| | | |
|---|---|---|
| Super Ethicam Catonis. *b)* | lib. I. | *Ad gloriam & laudem.* |
| Sermones etiam ſcripſiſſe dicitur. | lib. I. | |

Cætera quæ compoſuit ad notitiam noſtræ lectionis minime venerunt.

DCXXI. JOHANNES *de Beka*, natione Teutonicus, clericus Eccleſiæ Trajectenſis, vir in ſcripturis ſanctis admodum ſtudioſus & doctus, & ſecularis philoſophiæ non ignarus, edidit quædam ingenii ſui non contemnenda opuſcula, de quibus ego vidi tantum opus ſimplici & aperto ſermone conſcriptum ad dominum Johannem Epiſcopum Trajectenſis Eccleſiæ, & Guilhelmum ducem Hollandiæ, de geſtis pontificum Trajectenſium, & comitum Hollandinorum, quod à tempore ſancti Willebrordi primi Epiſcopi usque ad annum Domini MCCCXLVI. deducens, prænotari voluit:

| | | |
|---|---|---|
| Chronicam Trajecten. Eccleſiæ. *i)* | lib. I. | *Igitur ab Annoplasmo.* |

De cæteris nihil vidi. Claruit temporibus Ludovici IV. & Caroli ſimiliter IV. Imperatorum. Anno Domini, MCCCL.

DCXXII. FRANCISCUS Petrarcha, natione Etruſcus, vir in divinis ſcripturis eruditus, & in ſecularibus literis omnium ſui temporis longe doctiſſimus, philoſophus, rhetor, & poeta celeberrimus, qui literas humanitatis poſt longa ſilentia mortuas (ut ita dixerim) ab inferis revocavit ad ſuperos, non minus ſancta converſatione quam ſcientia clarus emicuit. Amore nanque Chriſti & philoſophiæ ſalutaris vitam ſolitariam aggreſſus eſt, in qua usque ad mortem meditando, orando & ſcribendo perſeverans, toto mundo ejus fama ferebatur. De cujus opuſculis reperi:

| | | |
|---|---|---|
| De vita ſolitaria | lib. I. | *Paucos homines novi.* |
| De remediis fortunæ. | lib. II. | *Cum res fortunasque.* |
| In VII. Pſalmos pœnitentiales. | lib. I. | |
| De conflictu curarum. | lib. I. | |
| De præſenti mundo. | lib. I. | |
| De hiſtoria Griſildis | lib. I. | |
| Bucolicorum metrice. | lib. I. | *Monice tranquillo.* |
| Epiſtolarum ad diverſos. | lib. VIII. | *Quid vero nunc ajunas.* |
| Africam, ad Rupertum regem. | Lib. I. | |
| Vitam Scipionis Africani. | lib. I. | |
| De rebus memorabilibus. | lib. I. | |
| De pomeriis ad Sagemor *k)* | lib. I. | |

Alia quoque multa edidit, quæ ad manus noſtras minime venerunt. Moritur *m)* in heremitorio ſuo agri Patavini ſub Carolo Imp. IV. & Gregorio Papa XI. Anno Domini, MCCCLXXIV. Indictione vero XII.

DCXXIII. MICHAEL *de Maſſa*, ordinis fratrum heremitarum ſancti Auguſtini, vir in divinis ſcripturis ſtudioſus, & eruditus, & veterum lectione dives, atque in ſecularibus literis nobiliter doctus, ingenio ſubtilis, eloquio clarus, & ſermonum declamator egregius, vita quoque & converſationis honeſtate inſignis. Edidit multa præclara volumina ad ædificationem fidelium, quibus nomen ſuum cum gloria transmiſit ad notitiam poſteritatis. E quibus ſubjecta feruntur:



*f)* electus A. 1357. obiit anno proximo 1358. Vide Cornelii Curtii elogia Auguſtinianor. p. 121 ſeq. Bælii Lexicon in *Rimini*. *g)* Bergomo Italiæ.

*h)* in diſticha, quæ Catonis nomine circumferuntur.

*i)* prodiit cum continuatione Sutfridi Petri ad A. 1574. & notis Bernardi Furmerii Franek. 1611. 4.

*k)* Vita præclari hujus viri ab Hieron. Squarzaficho, Alexandrino ſcripta operibus Petrarchæ præfigitur, & ſeparatim edita nuper à V. C. Jo. Henrico Ackero. Videnda etiam, quæ ipſe de ſe in teſtamento ſuo Petrarcha & libro XVIII. Epiſtolar. Senilium & lib. I. Epiſtolarum carmine ſcriptarum ad Iacobum de Columna & ad ſeipſum: Jo. Philippus Thomaſinus in Petrarcha redivivo, Jo. Papyrius Maſſo in elogiis parte 2. p. 31. ſeq. Boiſſardus imagg. parte I. p. 78. Martinus Hanckius de Romanar. rerum ſcriptoribus: nec non Paulus Vergerius, Jovius, Xicco Polentonus, Andreas Schrœderen &c.

*l)* quid de hoc libri ſit non potui reperire, licet titulum eodem modo referunt Jacobus Bergomenſis, Gesnerus & alii quà Trithemium ſequuntur. *m)* 14. Jul. ætat. annorum 70. uno minus die.

Digitized by Google

| | |
|---|---|
| Super ſententias. | lib. IV. |
| In Eſaiam Prophetam. | lib. I. |
| In Evangelium Matthæi | lib. I. |
| In Evangelium Marci | lib. I. |
| In Evangelium Lucæ | lib. I. |
| In Evangelium Johannis. | lib. I. |
| De vita Chriſti. | lib. I. |
| De paſſione Domini. | lib. I. |
| De quatuor virtutibus. | lib. I. |
| Sermones varii. | lib. I. |

Et alia multa. In multos denique libros Bibliæ commentarios elegantes lucubraſſe dicitur. Claruit temporibus Ludovici quarti, & Caroli ſimiliter quarti Imperatorum, & Clementis Papæ ſexti. Anno Domini, MCCCL. *n*)

DCXXIV. RICHARDUS *de Bury*, Epiſcopus Dilmelmenſis, *o*) Eduardi Anglorum regis tertii cancellarius, ad quem *p*) Franciſci Petrarchæ de Inſula Tile interrogantis extat Epiſtola, vir in divinis ſcripturis ſtudioſiſſimus & valde eruditus, atque in ſecularibus literis ſufficienter inſtructus, librorum amator ſingularis & celeberrimus, multis expenſis & laboribus in univerſitate Oxonienſi inſignem Bibliothecam fundavit, quam ad publicam utilitatem inibi ſtudentium incredibili ſtudio inſtituit. Scripſit de amore librorum & inſtitutione dictæ Bibliothecæ pulcherrimum tractatum, qui jam impreſſus eſt, *q*) quem græco ſermone prænotavit:

| | | |
|---|---|---|
| Philobiblon | lib. I. | *Theſaurus deſiderabi.* |
| Epiſtolas plures. | lib. I. | |

Et quædam alia. Claruit ſub Carolo Imperatore quarto. Anno Domini, MCCCL. *r*)

DCXXV. JOHANNES *Walsgramm*, *s*) natione Anglus, ordinis fratrum beatæ Mariæ ſemper virginis de monte Carmeli, vir in divinis ſcripturis eruditus, & in ſeculari philoſophia nobiliter doctus, ingenio ſubtilis & acutus, in gymnaſio Pariſienſi magiſtrali inſula decoratus, legendo & diſputando celeberrimus effulſit. Scripſit quædam præclara volumina, quibus nomen ſuum notificavit. De quibus extat opus inſigne

| | |
|---|---|
| Super ſententias. | lib. IV. |
| Quæſtiones variæ. | lib. I. |

Cætera quæ compoſuiſſe dicitur, ad notitiam meam adhuc non venerunt.

DCXXVI. JOHANNES *de Saxo*, *t*) ordinis fratrum minorum, in ſcripturis divinis eruditus, & tam in jure canonico quam in philoſophia ſeculari nobiliter doctus ingenio ſubtilis, ſermone ſcholaſticus, in declamandis ſermonibus ad populum prædicator egregius, & ſuo tempore valde famoſus. Edidit non ſpernendæ lectionis quædam opuſcula, quæ ad inſtructionem ſimplicium ſacerdotum neceſſaria ſunt. E quibus tantum reperi

| | |
|---|---|
| Summam juris | lib. I. |
| Sermones de tempore | lib. I. |
| Sermones de ſanctis, | lib. I. |

Claruit temporibus Caroli Imperatoris quarti, & Clementis Papæ ſexti. Anno Domini, MCCCL.

DCXXVII. THOMAS *de Argentina*, natione Teutonicus, ordinis fratrum heremitarum ſancti Auguſtini, poſt Gregorium Ariminenſem, *u*) prior generalis, vir in ſcripturis ſanctis doctiſſimus, & ſecularis philoſophiæ cultor inſignis, vita & honeſtate converſationis clarus, qui ordinem ſuum verbo & exemplo mirifice ſublimavit. Scripſit nonnulla in ſcripturis præclara volumina, quibus nomen ſuum ad notitiam poſteritatis cum gloria transmiſit. E quibus extat luculentiſſimum opus,

| | | |
|---|---|---|
| Super ſententias | lib. IV. | *Dedit abyſſus vocem.* |
| Conſtitutiones ordines ſui | lib. I, | |

Et quædam alia. Claruit ſub Carolo Imperat. IV. Anno Domini, MCCCL. *x*)

DCXXVIII. JOHANNES *Brammart y)* Aquenſis, natione Teutonicus, ordinis fratrum Beatæ Mariæ ſemper virginis de monte Carmeli, prior provincialis Inferioris Alemaniæ, vir in divinis ſcripturis ſtudioſus & eruditus & ſecularis philoſophiæ juxta conſuetudinem ſcholaſticorum hujus temporis enucleator celeberrimus, ingenio & eloquio clarus, in declamandis ſermonibus ad populum doctor egregius. Scripſit pro utilitate fidelium non ſpernenda opuſcula, quibus ingenium ſuum exercitans, nominis ſui memoriam ad poſteros transmiſit. De quibus extat:

Super

*n*) jam obiit A. 1336. 20. Maj. ut ex Epitaphio ejus, quod Pariſiis exſtat, notat Poſſevinus.
*o*) Dunelmenſis ab A. 1333.
*p*) Petrarchæ Epiſtola III. 1. familiar. de inſula Thule non eſt ad Richardum hunc ſed ad Thomam Meſſanenſem, inqua teſtatur ſe de illa ſermonem quondam feciſſe cum Richardo Angliæ Regis Cancellario, quem *virum ardentis ingenii nec litterarum inſcium, abditarumque rerum ab adoleſcentia ſupra fidem curioſum appellat.*
*q*) Spiræ 1483. ac deinde, poſtquam hæc Trithemius ſcripſiſſet, ſæpius: abſolutus ab auctore A. 1344. 24. Jan. ut ad calcem annotatur.
*r*) jam obiit A. 1345. ætat. 51.
*s*) al. Walſingam.
*t*) Saxo ſive de Saxonia vide Trithem. de ſcriptoribus Germanis cap. CXI.
*u*) de quo ſupra c. 619.
*x*) defunctus Viennæ in Auſtria A. 1357.
*y*) A. 1407. Coloniæ mortuum ſcribit Trithemius cap. 147. ſcriptor. German.

Digitized by Google

| | |
|---|---|
| Super ſententias | lib. IV. |
| Sermones varii | lib. I. |

Multa etiam alia ſcripſiſſe dicitur, quæ ad notitiam meam non venerunt.

DCXXIX. HENRICUS *de Erfordia*, z) natione Teutonicus, in divinis ſcripturis longo ſtudio exercitatus, & non mediocriter eruditus, atque in ſecularibus literis egregie doctus, ingenio ſubtilis, & clarus eloquio. Scripſit ad ædificationem Eccleſiæ nonnulla volumina quibus nomen ſuum & famam multis notificavit. E quibus fertur opus Hiſtoriarum,

| | |
|---|---|
| De factis memorabilibus. | lib. I. |

Et quædam alia. Claruit temporibus Caroli Imperatoris quarti, & Clementis Papæ ſexti, Anno Domini, MCCCL.

DCXXX. JOHANNES *de Erfordia*, natione Teutonicus, patria Thuringus, ordinis fratrum minorum, doctor in divinis ſcripturis illuminatus & peritus, & tam in utroque jure quam in ſeculari philoſophia nobiliter & egregie doctus. Edidit magnæ authoritatis plura opuſcula, in quibus vim ingenii ſui præſtantiſſimi etiam poſteritati oſtendit. E quibus ego vidi tantum volumen magnum, quod prænotavit:

| | | |
|---|---|---|
| Tabulam juris, | lib. I. | *Quoniam ut ſcriptum eſt XII.* |
| Summam de caſibus, | lib. I. | *Rogatus à fratribus quod.* |

De aliis nihil vidi. Fertur autem elegantes compoſuiſſe ſermones, ſed ad me non venerunt.

DCXXXI. JOHANNES *Taceſphale*, natione Anglicus, ordinis fratrum beatæ Mariæ ſemper virginis de monte Carmeli, doctor divinarum ſcripturarum eruditus, & ſecularium literarum non ignarus, ingenio ſubtilis, ſermone compoſitus, declamator ſermonum omnium ſuo tempore celeberrimus. Edidit non contemnendæ lectionis opuſcula, quibus ingenium utiliter exercitans nomen ſuum ad notitiam poſteritatis cum laude transmiſit. E quibus ſubjecta feruntur.

| | |
|---|---|
| Super ſententias | lib. IV. |
| In Apocalypſim Johannis | lib. I. |
| Sermones de tempore, | lib. I. |
| Sermones de ſanctis | lib. I. |

Et quædam alia. Claruit in conventu ſuo Norwicenſi, ubi ſepultus a) in pace quieſcit.

DCXXXII. RUPERTUS *Holkoth*, natione Anglicus, ordinis fratrum prædicatorum vir in divinis ſcripturis eruditiſſimus, & ſecularium literarum non ignarus, ingenio præſtans, & clarus eloquio, declamator quoque ſermonum egregius. Scripſit multa præclara opuſcula, quibus nomen ſuum poſteris notificavit. E quibus iſta feruntur.

| | | |
|---|---|---|
| Super ſententias | lib. IV. | *Utrum quilibet viator.* |
| In librum ſapientiæ | lib. I. | *Dominus petra mea & ro.* |
| De ſeptem peccatis mortalibus, | lib. I. | *Hæc eſt via: ambulate.* |
| Moralizationes, | lib. I. | *Theodoſius de vita.* |
| De immortalitate animæ | lib. I. | |
| In Cantica canticorum | lib. I. | |
| In Eccleſiaſticum, imperfecte | lib. I. | |

Et alia plura. Moritur ex peſte, poſteaquam lecturam ſuper librum Eccleſiaſtici inchoaverat ſub Carolo Imperatore quarto, & Clemente Papa ſexto. Anno Domini, MCCCXLIX. b) Indictione ſecunda.

DCXXXIII. NICOLAUS *Dorbin*, c) natione Anglicus, ordinis fratrum beatiſſimæ Mariæ ſemper virginis de monte Carmeli, vir in divinis ſcripturis eruditus, & in ſeculari philoſophia egregie doctus, qui in univerſitate Oxonienſi legendo & diſputando magnas ab omnibus laudes commeruit. Scripſit non ſpernendæ lectionis opuſcula, quibus ingenii ſui vivaciſſimi venam omnifariam locupletem oſtendit. E quibus extant:

| | |
|---|---|
| Super ſententias | lib. IV. |
| Determinationes quæſtionum, | lib. I. |

Et quædam alia. Claruit in gymnaſio Oxonienſi, & varia multaque conſcripſit volumina.

DCXXXIV. PAULUS *de Peruſio*, utriusque juris Profeſſor & celeberrimus interpres, atque in aliis literis humanitatis egregie doctus, græco & latino ad perfectum inſtructus eloquio, cuſtos & magiſter Bibliothecæ Ruperti regis Siciliæ doctiſſimi & ſtudioſiſſimi principis multo tempore fuit. Scripſit quædam præclara opuſcula, quibus nomen ſuum notificavit poſteritati. E quibus extat volumen inſigne, in quo multa ſunt & jocunda & utilia de diis *) gentilium & aliorum, quod prænotavit:

| | |
|---|---|
| Collectionum. | lib. I. |

Et quædam alia. Claruit temporibus Caroli Imp. IV. Anno Domini, MCCCL.

DCXXXV. BONOMINUS natione Pergomenſis, ex Cluſono oppido natus, medicus doctus



z) Imo Hervordienſis. Vide Altamuram p. 126. & Caſp. Sagittarium in Hiſtoria Bardervici p. 47. ubi notat eum fuiſſe Monachum Dominicanum San Paulinæ ædis apud Mindenſes.

a) alibi tradit diem obiiſſe Romæ. b) Male edit. Trithemii Wecheliana. 1346.

c) alii Dorham vel Durham. *) Ex hoc proſeciſſe dicitur Joannes Boccatius.

Digitized by Google

ctus & omnium ſuo tempore facile peritiſſimus, atque in cæteris philoſophiæ diſciplinis non mediocriter eruditus, in medendis corporibus humanis expertiſſimus. Scripſit in ea facultate non ſpernenda opuſcula, quibus nomen ſuum ad notitiam poſteritatis cum gloria transmiſit. Sed ego nihil eorum vidiſſe me memini. Fertur autem ejus:

De venenis. lib. I.
Quæſtionum diverſarum. lib. I.

Et quædam alia. Claruit temporibus Caroli Imp. IV. & Clementis Papæ VI. Anno Domini, MCCCL.

DCXXXVI. TILMANNUS *Aquenſis*, natione Teutonicus, ordinis fratrum beatæ Mariæ ſemper virginis de monte Carmeli, ſacrarum literarum inſignis profeſſor, ingenio præſtans & declamator egregius, atque in philoſophia ſeculari quam Ariſtotelicam appellant ſatis admodum eruditus, ſcripſit ad utilitatem legentium non contemnenda ſyntagmata, quibus famam nominis ſui ad longinquos deſtinavit. E quibus fertur lectura una ſingulariter notabilis, quam Coloniæ legit publice,

In Evangelium Matthæi. lib. I.
Super ſententias quoque lib. IV.

Sermones etiam & varios in Bibliam commentarios compoſuiſſe dicitur. De quibus cum ſim incertus, nihil certi poſſum judicare.

DCXXXVII. BARTHOLUS *de Saxo Ferrato*, Cini & Jacobi Botigarii *d)* doctorum quondam auditor & diſcipulus, *e)* jureconſultus celeberrimus, cui in ea facultate ſimilem priora ſecula non habuerunt, ingenio ſubtilis & acutus, eloquio comptus & diſertus. Edidit quædam præclara volumina maxime in legibus, quæ quantæ authoritatis hodie ſint apud Juriſtas, nemo vel tenuiter doctus & expertus qui ignorat. E quibus feruntur commentaria inſignia juris civilis ſubjecta.

Super Codice. lib. IX.
Super. ff. veteri. lib. XXIV.
Super. ff. novo. lib. XII.
Super. ff. Infortiati. lib. XIV.
Super inſtitutis lib. IV.
Tiberiadis quoque *f)* lib. I.
Conſiliorum etiam lib. I.
De Guelphis & Gibellinis lib. I.

Et alia multa. Moritur *g)* ſub Carolo Imp. IV. & Innocentio Papa VI. Anno Domini MCCCLV. *h)* Indictione VIII. ætatis ſuæ vero anno LVI.

DCXXXVIII. PETRUS *Thomas*, ordinis fratrum beatæ Mariæ ſemper virginis de monte Carmeli, primum Epiſcopus Pacenſis, deinde Cretenſis Archiepiſcopus, noviſſime vero patriarcha Conſtantinopolitanus, *i)* vir in divinis ſcripturis eruditiſſimus, vita & converſatione ſanctiſſimus, quippe qui vivus & mortuus, ſignis & miraculis multis legitur coruſcaſſe, in declamandis ſermonibus ad populum excellentis ingenii fuit. Scripſit quædam præclara volumina, de quibus iſta feruntur:

Super ſententias. lib. IV.
Sermones quoque varii. lib. II.

Et quædam ſimilia. Claruit temporibus Caroli Imperatoris quarti, & Clementis Papæ ſexti. Anno Domini, MCCCL. Et in Cypro ſepultus. *k)*

DCXXXIX. BARTHOLOMÆUS ordinis fratrum minorum ſancti Franciſci natione *Anglicus*, vir in divinis ſcripturis ſtudioſiſſimus, & non infime doctus, atque in ſecularibus literis ſufficienter imbutus, nec minus religioſa converſatione quam ſcientia inſignis. Edidit non ſpernendæ authoritatis opuſcula, quorum lectio ſimplicioribus fratribus neceſſaria judicatur. E quibus ego reperi tantum volumen, quod prænotavit:

De proprietatibus rerum. *l)* lib. XIX. *Cum proprietates rerum.*
Sermones varios. lib. I.

Alia quoque multa ſcripſiſſe dicitur, ſed ad manus noſtras minime venerunt.

DCXL. PETRUS *Boherius* Abbas ſancti Aviani, *m)* ordinis divi patris Benedicti, jureconſultus & ſacrarum ſcripturarum cultor egregius, ingenio ſubtilis, eloquio clarus, monaſticæ diſciplinæ moderator celeberrimus. Edidit pro fratrum ſuorum ædificatione nonnulla opuſcula, quibus nomen ſuum ad poſteros transmiſit. E quibus reperi tantum,

In regulam ſancti Benedicti. lib. I.
In ſpeculum monachorum. lib. I.

De

*d)* Buttigatius hic Fichardo in vitis JCtor.
*e)* & Reineri Forojulienſis, de quo c. 604. uti de Cino c. 575.
*f)* hic libet Geometriæ non imperitum docet fuiſſe Bartolum.
*g)* ita ſcribitur in antiquioribus Trithemii editt. licet in Wecheliana legas *Claruit*.
*h)* Perusiæ 1356. 13. Jul. obiiſſe ait Auguſtinus Oldoinus in Athenæo Perusino p. 48. Quod vero ibid. p. 47. natus traditur A. 1313. error eſt pro 1309. Licet ſunt qui A. 1303. ajunt hanc lucem primum adſpexiſſe.
*i)* titulo hoc auctus ab Urbano V. poſt Guilelmum Mediolanenſem A. 1363.
*k)* defunctus A. 1366.
*l)* Hoc opus typis excuſum evolvere potuit Trithemius A. 1488.
*m)* Epiſcopus etiam poſtea Urbevetanus in Hetruria. Vide Poſſevin.

De ſignis locutionum. lib. 1.

De cæteris nihil vidi. Qui cum eſſet decretorum doctor celeberrimus, regulam ſancti patris Benedicti, novo & inuſitato expoſitionis genere commentatus eſt, omnia illius non ſolum capitula, ſententias & dogmata, ſed etiam quod amplioris induſtriæ eſt, verba, conſilia & præcepta, juri pontificio conferens, mirabili ſubtilitate canonibus patrum approbavit.

Claruit temporibus Caroli Imp. IV. & Innocentii Papæ VI. Anno Domini, MCCCLX.

DCXLI. JACOBUS *de Altavilla*, natione Teutonicus, patria Rinaugienſis, *n*) diœceſis Moguntinenſis, ſacrarum literarum profeſſor doctiſſimus & in ſeculari philoſophia nobiliter eruditus, ingenio ſubtilis, ſermone ſcholaſticus. Edidit nonnulla in divinis ſcripturis inſignia opuſcula, quibus nomen ſuum ad poſteritatis notitiam deſtinavit. E quibus ego videre hucusque duntaxat merui volumen inſigne

Super ſententias, lib. 1.
Quæſtiones quoque varias, lib. 1.

Claruit temporibus Caroli Imperatoris quarti, & Innocentii Papæ ſexti. Anno Domini, MCCCLX.

DCXLII. JOHANNES *de Imenhuſen*, natione Teutonicus, vir in divinis ſcripturis eruditus, & ſecularium literarum non ignarus, ingenio promptus, ſcientia cautus, & ſermone ſcholaſticus, non minus exemplo quam verbo doctor *o*) inſignis. Scripſit non ſpernendæ lectionis quædam præclara volumina, quibus magnifice ſuum exercitans ingenium, etiam nominis ſui memoriam poſteris notificavit. E quibus reperi tantum,

Super ſententias, lib. IV.
Sermones elegantes, lib. 1.

De aliis nihil vidi. Claruit ſub Carolo Imp. IV. Anno Domini, MCCCLX.

DCXLIII. PETRUS *Berthorii*, natione Gallus, patria Pictavienſis, prior monaſterii S. Eligii Pariſienſis, ordinis divi patris Benedicti, vir in divinis ſcripturis ſtudioſiſſimus & valde eruditus, atque in ſecularibus literis egregie doctus, in declamandis ſermonibus ad populum excellentis ingenii, philoſophus, hiſtoriologus, & cosmographus inſignis. Scripſit multa præclara volumina, quibus nomen ſuum ad poſteritatis notitiam cum gloria transmiſit. E quibus iſta feruntur. Ad Johannem de Pratis Epiſcopum Peneſtrinum *p*) ſacroſanctæ Eccleſiæ Romanæ cardinalem, ſcripſit magnum & egregium opus, quod in tribus voluminibus jam impreſſum eſt, prædicatoribus ſimplicioribus non inutile, quod Dictionarium appellant, ſed ipſe illud prænotari voluit

| | | |
|---|---|---|
| Repertorium morale | lib. III. | *Reverendo in Chriſto pa.* |
| Reductorium quoque morale | lib. IV. | *Videte quoniam non ſolum in.* |
| Inductorium morale | lib. III. | |
| Breviarium hiſtoriarum Bibliæ, | lib. 1. | *Conſiderans hiſtoria.* |
| Cosmographiam ſcripſit, | lib. 1. | |
| Sermones varios, | lib. II. | |

Et alia multa. Denique ad inſtantiam Johannis Regis Franciæ, *Titum Livium* in Gallicam linguam convertit. Et notandum quod trium operum moralium, quæ primo conſignavimus loco, unum quod tribus magnis voluminibus conſtat, quorum reductorii moralis una pars omnes libros Bibliæ hiſtoriales moraliter complectens impreſſa eſt,*) & incipit à Geneſi ſic: *Deus in mundi creatione* &c. Feruntur ejus ad diverſos Epiſtolæ, & parvi, ſed multi tractatus. Claruit temporibus Caroli Imper. IV. & Innocentii Papæ VI. Anno Domini, MCCCLX. *q*)

DCXLIV. JOHANNES *de Tambacho*, natione Teutonicus, ordinis fratrum prædicatorum vir in divinis ſcripturis multum exercitatus & doctus, ſecularis quoque philoſophiæ non ignarus, ingenio præſtans, eloquio, ſcholaſtico nitore compoſitus, edidit quædam non ſpernenda volumina, quibus nomen ſuum poſteris notificavit. E quibus ego reperi tantum ſubjecta. Opus grande & non abiiciendum contra ſævientis adverſæ fortunæ jacula, non minus utile quam jocundum, quod prænotari voluit:

| | | |
|---|---|---|
| Conſolationem Theologiæ | lib. XV. | *Quæcunque ſcripta ſunt.* |
| De ſenſibilibus deliciis Paradiſi | lib. 1. | *In deliciis paradiſi Dei.* |
| Sermones edidit, | lib. 1. | |

Et quædam alia. Claruit ſub Carolo Imp. Anno Domini, MCCCL. *r*)

DCXLV. LEONARDUS *de Chifano*, *s*) ordinis fratrum minorum S. Franciſci, quartus & viceſimus miniſter generalis, ac deinde Romanæ Eccleſiæ Presbyter cardinalis, vir in divinis ſcripturis doctiſſimus & in ſeculari philoſophia valde peritus, ingenio ſubtilis & clarus eloquio. Fertur multa ingenii ſui monimenta reliquiſſe, de quibus ego pauciſſima reperi.

Super ſententias, lib. IV.



*n*) ſive Rinekaugienſis. Vide lib. Trithemii de Script. Germ. c. 119.
*o*) Doctorem Pariſienſem vocat c. 120. de Script. Germ. *p*) Prænestinum. *) Noriberg. 1476.
*q*) Male apud Sixtum Senenſem excuſum 1260. unde perperam dicitur apud Poſſevinum quoque claruiſſe A. 1265. tempore Innocentii V. Nam nec Innocentius V. fuit ante A. 1276.
*r*) adhuc 1360. ut notat Trithem. c. 121. de Script. Germ.
*s*) al. Giphonenſis ex Ciffono, ſive Jovis fano, Campaniæ opido.

| | |
|---|---|
| In Cantica canticorum, | lib. 1. |
| Summam notabilem, | lib. 1. |
| Sermones varios, | lib. 1. |

Claruit ſub Carolo Imp. IV. Anno Domini, MCCCLXX. *t)*

DCXLVI. JOHANNES *Baliſtarii*, patria Catalanus, ordinis fratrum beatæ Mariæ ſemper virginis de monte Carmeli, decimus & ſeptimus prior generalis, vir in divinis ſcripturis ſtudioſus & eruditus, qui ordinem ſuum opere & ſermone annis ſedecim ſtrenue gubernavit. Ingenii ſui præclara monimenta compoſuit. E quibus feruntur:

| | |
|---|---|
| Super ſententias, | lib. IV. |
| De bello militantis Eccleſiæ, | lib. 1. |
| Sermones varii, | lib. 1. |

Et quædam alia. Opus inſigne præfatum de bello ſorti militantis Eccleſiæ & Antichriſti ipſam inpugnantis, Gregorio Papæ XI. dicatum transmiſit. Moritur temporibus Caroli Imper. IV. & Gregorii Papæ XI. Anno Domini, MCCCLXXIV. *u)* Indict. XII. In conventu ſuo Majoricarum.

DCXLVII. JOHANNES *Bocatius* de Certaldo, natione Italus, *x)* patria Florentinus vir in ſecularibus literis omnium ſui temporis facile doctiſſimus & divinarum ſcripturarum non ignarus, poeta, philoſophus, & aſtronomus celeberrimus ingenio ſubtilis, eloquio diſertus. Edidit multa præclara volumina, quibus nomen ſuum ad notitiam poſteritatis duxit, de quibus ſubjecta feruntur. Ad Robertum regem Siciliæ,

| | | |
|---|---|---|
| De genealogia deorum *y)* | lib. XIV. | *Si fatis ex relatis domini.* |
| De illuſtribus viris, | lib. 1. | *Exquirenti mihi quem.* |
| De claris mulieribus | lib. 1. | *Pridie mulierum egre.* |
| De hæreſibus Boëmorum | lib. 1. | |
| De victoriis Sigismundi. | lib. 1. | |
| De bellis Imperatorum | lib. 1. | |
| De montibus | lib. 1. | *Surrexeram quidem feſſus.* |
| De fontibus. | lib. 1. | *Poſtquam de montibus &.* |
| De fluminibus | lib. 1. | *Figmento poëtico tra.* |
| De bellis Florentinorum. | lib. 1. | |
| De rebellione terrarum Eccleſiæ. | lib. 1. | |
| De victoria Tartarorum. | lib. 1. | |
| De ſtagnis & paludibus | lib. 1. | *Et ſi nonnunquam è ſtagnis.* |
| De nominibus maris. | lib. 1. | *Modica laboris aſſum.* |
| Bucolicorum. | lib. 1. | *Tyndare non ſatius fue.* |
| De Conſtantinopoli capta. | lib. 1. | |
| Epiſtolarum ad diverſos. | lib. 1. | |

Et alia multa. Vernacula autem lingua multi ejus extant libri, jocis & vanitatibus *z)* pleni, ſicut liber Centum novorum, Corbatius *a)* & Philoſtratus. Moritur ſub Carolo Imperatore quarto, & Gregorio Papa XI. Anno Domini, MCCCLXXV. Indictione XIII. ætatis ſuæ LXII.

DCXLVIII. JOHANNES *Hildensbemenſis*, natione Teutonicus, ordinis fratrum beatæ Mariæ ſemper virginis de monte Carmeli, in ſcripturis ſanctis eruditus, & in ſecularibus literis nobiliter doctus, theologus, philoſophus & poeta inſignis, in declamandis ſermonibus ad populum excellentis ingenii fuit. Hic beati Petri Thomæ generalis, viri ſanctiſſimi cujus ſupra fecimus mentionem, *b)* in Avinione olim familiaris & devotus miniſter fuit. Scripſit metro & proſa multa præclara opuſcula, quibus nomen ſuum cum gloria transmiſit ad poſteros. E quibus ſubjecta feruntur. Ad Florentinum Epiſcopum Monaſterienſem edidit prolixum volumen,

| | | |
|---|---|---|
| De tribus ſanctis regibus | lib. 1. | *Cum venerandiſſimorum.* |
| Chronicam hiſtoriarum, | lib. 1. | |
| Defenſorium ſui ordinis. | lib. 1. | |
| De monſtris in Eccleſia *c)* | lib. 1. | |
| De fonte vitæ. | lib. 1. | |
| De Antichriſto | lib. 1. | |
| Contra Judæos | lib. 1. | |

In

*t)* defunctus A. 1406. Avenione. *u)* Vide Johannis Balleſter ſive Baliſtarii Epitaphium apud Nic. Antonium T. 2. Bibl. vet. Hiſpan. p 114.

*x)* Petrarchæ diſcipulus, cumquo Etruſci ſermonis elegantiam fere ad ſummum perduxit. Vide Erythræum pinacotheca III. p. 219. Poccianum de ſcriptoribus Florentinis: Papyrium Maſſonium in elogiis T. 2. Hanckium de Rom. rer. ſcriptoribus, Bælii Lexicon Hiſtor. Bullartium Academ. T. 1. p. 262. Boiſſardum 1. imag. p. 96. Jovii elogia, Franciſcum Sanſovinum in vita Boccatii, &c.

*y)* In hoc opere Boccatius dicitur multa delibaſſe ex Pauli Perufini de quo ſupra cap. 634. commentariis ejusdem argumenti. Vide Hendreichii pandectas Brandenburg. p. 609.

*z)* In Actis Sanctor. T. VII. Maj. p. 228. narratur Boccatius monitus à S. Petro Petrono ne ſcriptis ſuis præberet exemplum nequitiæ, & prædicta ei mors. Plura ibi de Boccatii ſcriptis p. 231. ſeq. *a)* *il Corbaccio*, Poëma.

*b)* ſupra c. 638. *c)* Opus metricum vocat Trithemius de ſcriptor. German. c. 122.

In turpia pingentem lib. 1.
Epistolarum octoginta, lib. 1.
Sermones varios lib. 1,

Et quædam alia. Claruit temporibus Caroli Imp. IV. Anno Domini, MCCCLXX.

DCXLIX. JOHANNES *Maronis d)* natione Anglicus, ordinis fratrum beatæ Mariæ semper virginis de monte Carmeli, vir in divinis scripturis eruditissimus, & in seculari philosophia subtiliter doctus, ingenio præstans & disputator quæstionum scholasticarum egregius. Composuit quædam ingenium suum commendantia clara opuscula, quibus nomen suum etiam posteris notificavit. E quibus fertur opus insigne, quod prænotavit

Tabulam originalium, lib. 1.
Contra Wicleffitas. lib. 1.

Et quædam alia. Claruit in gymnasio Oxonienſi, ubi docendo, disputando, & scribendo magnam ab omnibus laudem commeruit, eo ferme tempore quo errores Johannis Wicleffi per Archiepiscopum Cantuariensem condemnati sunt. *e)*

DCL. JOHANNES *Golein*, patria Normannus, ordinis fratrum beatæ Mariæ semper virginis de monte Carmeli, prior conventus Rothomagensis, vir in divinis scripturis studiosus & eruditus, atque in secularibus literis sufficienter doctus, ingenio subtilis, & clarus eloquio. Scripsit non contemnendæ authoritatis opuscula, quibus nomen suum ad notitiam posteritatis transmisit. E quibus extat opus insigne

Super sententias lib. IV.
Super officio missæ lib. 1. *Cantate domino canticum.*

Alia insuper nonnulla edidit, quæ ad manus nostras minime venerunt.

DCLI. HENRICUS *de Dolendarp*, ordinis fratrum beatæ Mariæ semper virginis de monte Carmeli, vir in divinis scripturis longa exercitatione doctus, & disciplinis mundanæ philosophiæ, quam Aristotelicam vocant, ad pertectum instructus, ingenio acutus, & ad disputandas enodandasque quæstiones scholasticas peridoneus. Scripsit ad instructionem legentium quædam præclara volumina. E quibus ego reperi tantum

Super sententias lib. IV.

De cæteris nihil reperi. Claruit temporibus Caroli Imperatoris quarti, & Urbani Papæ quinti. Anno Domini, MCCCLXX. *f)*

DCLII. GALLUS Abbas monasterii Aulæ regiæ in Boëmia, ordinis (ut ferunt) Cistertiensium, natione Germanus, vir in divinis scripturis longa exercitatione peritus, & veterum lectione dives, divinarum rerum contemplator egregius, ingenio subtilis, eloquio apertus & compositus, conversatione vitæ regularis quoque insignis, edidit ad fratrum suorum ædificationem quædam præclara volumina, quibus nomen suum ad notitiam posteritatis destinavit. E quibus extat dialogus inter patrem & filium magnus & insignis quem prænotavit:

Malogranatum lib. III. *Fili accedens ad servi.*
Sermones ad fratres. lib. 1.

Hujus voluminis Malogranati magnus hodie est usus apud religiosos & vere devotos, quia conveniens est incipientibus, proficientibus & perfectis.

DCLIII. RICHARDUS Archiepiscopus Ardmacensis *g)* & primas Hyberniæ, vir in divinis scripturis eruditus, & secularis philosophiæ jurisque canonici non ignarus, ingenio clarus, sermone scholasticus, in declamandis sermonibus ad populum excellentis industriæ. Scripsit ingenii sui nonnulla opuscula, quibus nomen suum ad posteros transmisit. Hic cum aliquando de materia mendicitatis prædicaret populo, novem conclusiones protulit, quibus offensi fratres ordinum mendicantium, ad sedem Apostolicam coram plebe appellaverunt. Comparentibus ergo tam Archiepiscopo quam fratribus in Avinione coram Papa Innocentio sexto, & cardinalibus Anno Domini, MCCCLVII. Octava mensis Novembris. Richardus Archiepiscopus publice protulit, legit, & pronunciat earundem

Propositionum suarum lib. 1. *Nolite judicare secundum.*
Sermones etiam scripsit lib. 1.
Quæstiones sententiarum lib. 1.

Et quædam alia. Claruit temporibus Caroli Imperatoris quarti, & Innnocentii Papæ sexti. Anno Domini, MCCCLXX. *h)*

DCLIV. MATTHÆUS *de Cracovia*, natione Polonus, vir in divinis scripturis eruditus; & secularis philosophiæ non ignarus, ingenio promptus, eloquio scholasticus, qui in gymnasio Pragensi magistrali cathedra sublimatus, magnam ab omnibus doctrinæ suæ laudem commeruit. Scripsit multa præclara opuscula, de quibus tamen pauca ad manus nostras pervenerunt. Vidi ejus ad Henricum Episcopum Warmiensis *i)* Ecclesiæ non abiiciendum opus de prædestinatione, & quod Deus omnia bene fecerit, cujus dialogi interlocutores sunt pater & filius, quem prænotavit:



*d)* Mayronis. Defunctus A. 1407. *e)* A. 1382.
*f)* defunctus Coloniæ A. 1375. *g)* Armachanus.
*h)* defunctus jam A. 1360. Vide appendicem ad Cavei Hist. literariam S. E.
*i)* Wormacienſis. Confer librum Trithemii de scriptor. German. c. 224. qui Matthæum hunc & ipsum deinde Wormacensem Episcopum & Wormaciæ A. 1309. obiisse scribit.

| | | |
|---|---|---|
| Rationale divinorum operum | lib. VII. | *Vellem declarari ipse.* |
| De contractibus quoque | lib. I. | *De translatione rerum tem-* |
| De celebratione missæ | lib. I. | *pora.* |
| Ad Episcopum Warmien. | lib. I. | |
| Epistolarum ad diversos | lib. I. | |
| Sermones & collationes. | | |

Claruit primo in studio Pragensi, inde cum pelleretur cum aliis Teutonibus ab Hussitis, ad tempus in Parisiensi gymnasio literas docuit.

DCLV. JOHANNES *Fust*, natione Teutonicus ex oppido Crutzennach, in comitatu Spanhemensi oriundus, ordinis fratrum beatæ Mariæ semper virginis de monte Carmeli, prior Argentinensis, vir in divinis scripturis eruditus, & secularium literarum non ignarus, in declamandis sermonibus ad populum excellentis ingenii. Scripsit ad institutionem simplicium prædicatorum cum adhuc lector esset in conventu Crutzennacensi non spernenda opuscula, quibus nomen suum ad notitiam posteritatis transmisit. E quibus vidi tantum:

| | |
|---|---|
| Sermones de tempore | lib. I. |
| Sermones de sanctis | lib. I. |
| Sermones feriales per quadragesimam. | lib. I. |

De cæteris autem quæ composuit, ad manus nostras nihil usquam pervenit. Claruisse perhibetur Crutzennachi circa tempora Caroli Imperatoris quarti. *k*) Cujus sermones dicti Fustgin in conventu Crutzennacensi originales habentur.

DCLVI. GERARDUS *magnus l*) Daventriensis, natione Teutonicus, diœcesis Trajectensis, vir tam in divinis scripturis, quam in jure canonico egregie doctus, ingenio subtilis, sermone scholasticus, qui domum fratrum, quos *de communi vita* nuncupant, Daventriæ primus instituit. Scripsit non spernendæ lectionis plura opuscula, quibus ingenium suum exercitans nomen suum ad notitiam posteritatis transmisit. Erat enim non solum doctrina, sed etiam vita religiosa & laudabili conversatione in tota Germania nominatus. De cujus opusculis ista feruntur:

| | | |
|---|---|---|
| De contractibus & usuris | lib. I. | |
| De institutione novitiorum | lib. I. | |
| De locatione curæ pastoralis | lib. I. | *Quæritur an quis possit?* |
| De conversatione interna, | lib. I. | |
| De regimine monialium | lib. I. | |
| De incommoditatibus matrimonii. | lib. I. | |
| Epistolarum ad diversos. | lib. I. | |
| Sermones varii | lib. I. | |

Et alia multa. Moritur sub Wenceslao Imperatore, & Urbano Papa VI. Anno Domini, MCCCLXXXIV. Indictione VII. Ætatis suæ XLIV. anno.

DCLVII. GUILHELMUS *Califorditensis*, natione Anglicus, ordinis fratrum beatissimæ Mariæ semper virginis de monte Carmeli, in divinis scripturis eruditissimus, & secularis philosophiæ cultor egregius, in declamandis sermonibus ad populum excellentis & validi ingenii. Scripsit prædicatoribus divini verbi non spernenda opuscula, quibus nomen suum multis reddidit cognitum. De quibus extant, notabilis

| | |
|---|---|
| Lectura quædam | lib. I. |
| Sermones de tempore | lib. I. |
| Sermones de sanctis | lib. I. |

Claruit in gymnasio Cantaberiensi *m*) in Anglia, ubi scribendo, docendo, & disputando, magnam eruditionis suæ gloriam comparavit.

DCLVIII. FRANCISCUS *Martini*, ordinis fratrum beatæ Mariæ semper virginis de monte Carmeli, natione Catalanus, vir in divinis scripturis eruditus, & secularis philosophiæ non ignarus, ingenio subtilis, & declamator egregius. Edidit præclarum & multa diligentia instructum volumen de sancta & purissima conceptione gloriosæ Dei genitricis & virginis Mariæ, quod prænotavit:

| | |
|---|---|
| Compendium. | lib. VII. *n*) |

Et quædam alia. Claruit in conventu Barcinonensi, ubi præfatum aureum opus se compilasse in ejus capite fatetur temporibus Wenceslai Imperatoris & Bonifacii Papæ noni. Anno Domini MCCCXC.

DCLIX. JACOBUS *de Lusanna* ordinis fratrum prædicatorum S. Dominici, & cujusdam urbis *o*) (ut ferunt) Episcopus, vir in divinis scripturis studiosissimus & longa exercitatione peritus, ingenio promptus, sermone scholasticus, in declamandis sermonibus ad populum satis egregius.

Scripsit

*k*) A. 1370. *l*) *Groyt* sive *Groot*. Vide Valerium Andream in Biblioheca Belgica p. 277. & Francisci Sweertii Athenas p. 280. Trithemium de script. Germ. c. 127. Epitaphium ejus Daventriæ. *Gerardus magnus vixit sicut pius agnus, fecit quod dixit sicut docuit, quoque vixit.*

*m*) Cantabrigiensi. *n*) liber unus, tractatibus sive capitibus septem distinctus MS. Romæ in Bibl. Jesuitar. Vide Nic. Antonium Bibl. vet. Hispan. T. 2. p. 117.

*o*) Lausanensis. Vide Alamannam p. 112. qui an claruerit A. 1334.

Scripſit non contemnendæ utilitatis opuſcula, quibus nomen ſuum poſteris notificavit. E quibus feruntur:

| | | |
|---|---|---|
| In Geneſim | lib. 1. | *In principio creavit Deus.* |
| In Exodum | lib. 1. | *Veniam ad te &c.* |
| In Leviticum. | lib. 1. | |
| In librum Numeri, | lib. 1. | |
| In Deuteronomium | lib. 1. | |
| Sermones de tempore | lib. 1. | *Sicut in die honeſtate.* |
| Sermones de ſanctis, | lib. 1. | *Chriſto confixus ſum.* |
| Sermones quadrageſimales | lib. 1. | |

Alia inſuper multa edidit, lecturas in ſacris codicibus, collationes, determinationes, variosque tractatus, qui ad manus noſtras non venerunt.

DCLX. CONRADUS *de Alzeya p)* oppido, Moguntinenſis diœceſis in Palatinatu, tribus millibus à Wormacia diſtante, natione Teutonicus, vir in divinis ſcripturis eruditus, & in ſecularibus literis egregie doctus, philoſophus, poeta, & mathematicus ſuo tempore inter Germanos celeberrimus, ingenio ſubtilis, & clarus eloquio, carmine excellens & proſa. Scripſit utroque ſtylo quædam præclara opuſcula, quibus nomen ſuum notificavit. E quibus extat volumen verſibus & rhythmis pulchra varietate depictum, de ſanctiſſima & puriſſima Dei genitrice Maria, & redemptione generis humani, prænotatum

| | |
|---|---|
| Figurarum opus, | lib. 1. |
| Epiſtolarum ad diverſos, | lib. 1. |
| Carminum quoque, | lib. 1. |

Et alia multa. Claruit circa tempora Caroli quarti Imperatoris. Anno Domini, MCCCLXX.

DCLXI. STEPHANUS *Petringon*, natione Anglicus, ordinis fratrum beatæ Mariæ ſemper virginis de monte Carmeli, vir in divinis ſcripturis eruditus, & ſecularis philoſophiæ non ignarus, ingenio ſubtilis, & diſputator acutiſſimus, atque in declamandis ſermonibus ad populum valde clarus, edidit non ſpernenda opuſcula, quibus nomen ſuum ad multorum notitiam deduxit. E quibus ſunt:

| | |
|---|---|
| Contra Wicleffitas, | lib. 1. |
| Repertorium argumentorum, | lib. 1. |
| Lectura quædam notabilis, | lib. 1. |
| Sermones de tempore, | lib. 1. |
| Sermones de ſanctis, | lib. 1. |

Et alia non pauca. Claruit in univerſitate Oxonienſi eo tempore, quo Johannes Wicleff exuſtus fuit. *q)*

DCLXII. BERTRAMUS *r)* Epiſcopus *Thefelicenſis*, ordinis fratrum prædicatorum, natione Teutonicus, Metenſis Epiſcopi in pontificialibus vicarius, vir in divinis ſcripturis eruditus & inter doctores ſui temporis famoſiſſimus, ingenio præſtans & clarus eloquio, declamator quoque ſermonum egregius. Scripſit ad Cunonem Archiepiſcopum Trevirenſem inſigne opus, prænotatum:

| | | |
|---|---|---|
| De illuſionibus dæmonum | lib. 1. | *Reverendiſſimo in Chriſto.* |
| Ad eundem de ſchismate, | lib. 1. | *Gloriam ſapientes poſſi.* |
| Sermones varios, | lib. 1. | |

Et alia plura. Moritur ſub Wenceslao Imperatore, & Urbano Papa VI. Anno Domini, MCCCLXXXVII. XIII. Cal. Februarii. Indict. X. Sepultus in conventu ſuo Confluentino.

DCLXIII. THOMAS *Lombe*, ordinis fratrum beatæ Mariæ ſemper virginis de monte Carmeli, natione Anglicus, vir in ſcripturis ſanctis longa exercitatione & continuo ſtudio doctus, & philoſophorum præceptis probe inſtructus, ſubtilis & acer ingenio, qui in gymnaſio Oxonienſi magiſtralem adeptus cathedram eruditionis ſuæ laudes ingentes commeruit. Scripſit egregium opus

| | |
|---|---|
| Super ſententias, | lib. IV. |
| Contra Lolhardos, *s)* | lib. 1. |
| De incarnatione Domini, | lib. 1. |
| Sermones quoque | lib. 1. |
| Et varias quæſtiones. | |

Et quædam alia. Claruit in univerſitate Oxonienſi eo potiſſimum tempore, quo Johannes Wicleffus in Anglia exhumatus & publice combuſtus eſt.

DCLXIV. PHILIPPUS *Riboti*, natione Catalanus, ordinis fratrum beatæ Mariæ ſemper virginis de monte Carmeli, & prior provincialis Cataloniæ, vir in ſcripturis ſanctis ſtudioſus & eruditus, & ſecularium literarum non ignarus, vita & converſatione quoque venerabilis, ordinisque Carmelitani amator & cuſtos egregius. Scripſit pro ædificatione fratrum ſuorum non contemnen-



p) Altsheim. q) Non vivus fuit exuſtus Wicleſus, ſed cum A. 1387. Lutterworthæ obiiſſet, oſſa ejus effoſſa combuſtaque ſunt A. 1428. ut mox dicet noſter c. 463.

r) Poſſevinus Bernardum appellat. Sed Bertramus eſt quoque Trithemio c. 119. de ſcript. German.

s) ſic dicti Wicleſitæ à quodam Galtero Lolhardo. Vide Natalem Alex. T. VII. Hiſt. Eccleſ. p. 103. edit. in fol. Hottinger T. VI. p. 9. Guil. Saldeni otia divina p. 552. ſeq.

temnenda opuſcula, quibus zeli ſpiritalis fervorem erga religionem ſuam oſtendens, etiam poſteris nominis ſui memoriam commendavit. E quibus extat volumen non abiiciendum de ordinis ſui prima inſtitutione, dilatatione & confirmatione, quod prænotavit

| | | |
|---|---|---|
| De geſtis Carmelitarum peculiaribus | lib. x. | *Cum populum Iſraelitici.* |
| De illuſtribus viris Carmel. | lib. i. | |
| Sermones & Epiſtolæ. | | |

Alia inſuper plura compoſuit, quæ ad notitiam meam non venerunt. *e*)

DCLXV. NICOLAUS *Rizonis*, patria Tololanus, ordinis fratrum beatæ Mariæ ſemper virginis de monte Carmeli, & prior provincialis in regno Siciliæ, vir doctus, vita & converſatione præclarus, & declamator ſermonum egregius, ingenio ſubtilis, ſermone luculentus, edidit nonnulla in ſcripturis opuſcula, quorum lectio prædicatoribus verbi non erit contemnenda, de quibus feruntur:

| | |
|---|---|
| Sermones de tempore, | lib. i. |
| Sermones de ſanctis, | lib. i. |
| Quadrageſimale duplex, | lib. ii. |

De cæteris quæ compoſuit, ad notitiam meam adhuc nihil pervenit.

DCLXVI. HENRICUS *de Kalkar*, natione Teutonicus, ordinis Carthuſienſis, & prior domus S. Barbaræ in Colonia Agrippina, vir in divinis ſcripturis illuminatum habens ingenium, ſecularium quoque literarum non ignarus, vita & converſatione ſpectabilis, edidit non ſpernendæ lectionis opuſcula, quorum uſus religioſis & devotis fratribus admodum utilis judicatur. E quibus iſta feruntur:

| | |
|---|---|
| Exercitatorium monachale, | lib. i. |
| Loquagium de rhetorica, | lib. i. |
| Cantuagium de muſica, | lib. i. |
| De ortu ordinis ſui, | lib. i. |

Et quædam alia, ad purgationem conſcientiarum maxime pertinentia. Claruit ſub Wenceslao Imp. Anno Domini, MCCCXC.

DCLXVII. RICHARDUS *Maydeſton*, ordinis fratrum beatæ Mariæ ſemper virginis de monte Carmeli, natione Anglicus, vir in divinis ſcripturis eruditiſſimus & in philoſophia ſeculari (quam Ariſtotelicam vocant) egregie doctus, ingenio clarus, ſermone ſcholaſticus, & declamator inſignis. Scripſit multa commendanda opuſcula, quibus nomen ſuum ad notitiam poſteritatis transmiſit. E quibus ego reperi:

| | |
|---|---|
| Contra Lolhardos Wicleffitas | lib. i. |
| Sermones de tempore, | lib. i. |
| Sermones de ſanctis, | lib. i. |

Cætera me latent. Claruit in gymnaſio Oxonienſi eo potiſſimum tempore, quo hæreſis Johannis Wicleffi pullulare incepit in Anglia, *) & varia ſcripſit.

DCLXVIII. MARSILIUS *de Ingen*, natione Anglicus, vir in divinis ſcripturis eruditiſſimus & in ſeculari philoſophia nobiliſſime doctus, primus Heydelbergenſis gymnaſii plantator, quod Rupertus dux Bavariæ ac comes Palatinus Rheni inſtituens, *) magnifice dotavit, & Urbanus Papa ſextus inſtar Pariſiorum confirmavit, canonicus etiam (ut Wimphelingius teſtatur) & theſaurarius Eccleſiæ S. Andreæ Colon. Edidit non ſpernenda opuſcula, quibus nomen ſuum poſteris notificavit. E quibus in bibliotheca Heydelbergenſi hodie manu ſua ſcripta habentur:

| | |
|---|---|
| Quæſtiones ſententiarum, | lib. iv. |
| Dialectica notabilis, | lib. i. |
| Commentariorum in Ariſtotelem, | lib. plures. |

Et quædam alia. Moritur ſub Wenceslao Imp. & Bonifacio Papa nono. Anno Domini, MCCCXCIV. XIII. Calend. Septemb. Indictione ſecunda. Heydelbergæ ſepultus in Eccleſia S. Petri. Sunt qui ſcribant eum Germanum fuiſſe, quibus ego liberum concedo judicium. Conſtat autem quod de gymnaſio Pariſienſi Heydelbergam fuerit evocatus pro univerſitatis initio.

DCLXIX. JOHANNES monachus *Caſtellenſis* cœnobii, in diœceſi Eyſtetenſi, ordinis S. Benedicti, natione Teutonicus, vir in divinis ſcripturis ſtudioſus, & eruditus, ac ſecularium literarum non ignarus, ingenio excellens & diſertus eloquio, Theologus, philoſophus & rhetor inſignis. Scripſit multa & præclara volumina, quibus nomen ſuum ad poſteritatis notitiam transmiſit. E quibus ego reperi duntaxat, opus magnum & clariſſimum in duobus voluminibus partitum, quod ingenti & commendabili ſtudio edidit

| | |
|---|---|
| Super regulam S. Benedicti, | lib. ii. |
| Breviarium Bibliæ, | lib. i. |
| Sermones de tempore | lib. ii. |
| Sermones de ſanctis, | lib. i. |
| De paſſione domini ſermones, XLII. | lib. i. |
| Epiſtolarum ad diverſos, | lib. i. |

Alia

*e*) obiit 1391. Vide Nic. Antonium T. 2. Bibl. Hiſpan. Vet. p. 117. *) A. 1382. *) A. 1386.

Alia insuper multa edidit, quæ ad notitiam meam adhuc non venerunt.

DCLXX. CONRADUS *de monte Puellarum*, natione Teutonicus, Ratisponensis Ecclesiæ canonicus, vir in divinis scripturis eruditus, & in seculari philosophia doctissimus, ingenio subtilis & clarus eloquio. Primo in gymnasio Erfordiensi rudimenta liberalium artium hauriens, sé deinde ad universitatem Parisiensem contulit, ubi philosophiam & sacras literas publice per octennium scholaribus lectitans, doctoratus insulam consequutus est. Scripsit ad Dominum Lupoldum Episcopum Bambergensem grande & nobile opus, quod prænotavit secundum Græcos

| | | |
|---|---|---|
| Iconomicam *x)* | lib. III. | *Omnes moralis philoso.* |
| Monasticam ad Ducem Austriæ, | lib. I. | |
| Politicam quoque | lib. I. | |
| Quæstiones varias, | lib. I. | |

Et alia multa. Claruit temporibus Wenceslai Imp. & Urbani Papæ VI. Anno Domini, MCCCXC.

DCLXXI. HENRICUS *Boye*, natione Brito, ex diœcesi Leonensi, sicut in principio sui operis super decretalibus testatur, vir in jure canonico eruditissimus, & in philosophia scholastica nobiliter doctus, ingenio præstans & clarus eloquio, diffusus & copiosus sententia. Scripsit in ea facultate non spernenda volumina, quibus nomen suum ad notitiam posteritatis transmisit. E quibus subjecta feruntur:

| | | |
|---|---|---|
| Super decretalibus | lib. V. | *Venerabilibus & dif.* |
| Super VI. decretalium, | lib. I. | |
| Super Clementinis, | lib. I. | |

Fertur etiam commentarios in Decretis edidisse, aliosque de diversis materiis varios tractatus, qui ad manus nostras minime venerunt.

DCLXXII. JOHANNES *Ruebrock*, prior canonicorum regularium Viridis vallis in Brabantia, Cameracensis diœcesis, natione Teutonicus, vir (ut ferunt) devotus, sed parum literatus. Scripsit patrio sermone ad ædificationem simplicium quædam opuscula, quæ per alium *y)* post ejus mortem in latinum conversa, in certis optima, in quibusdam vero à doctoribus feruntur esse erronea. Et de his Johan. de Gerson cancellarius Parisiensis avisamenta composuit. E quibus ista feruntur:

| | | |
|---|---|---|
| De ornatu nuptiarum spiritualium | lib. III. | *Ecce sponsus venit, ex.* |
| De profectu religiosorum | lib. I. | |
| Epistolæ exhortatoriæ, | lib. I. | |

Et quædam alia. Claruit temporibus Wenceslai Imp. & Bonifacii Papæ IX. Anno Domini, MCCCXC. *z)*

DCLXXIII. JOHANNES *Schodeboven*, *a)* natione Teutonicus, ordinis fratrum beatæ Mariæ semper virginis de monte Carmeli, prior Mechilinienſis, vir in divinis scripturis studiosus & eruditus, & secularis philosophiæ non ignarus, in declamandis sermonibus ad populum excellentis ingenii. Scripsit ad utilitatem prædicatorum verbi Dei non spernenda volumina. De quibus extant subjecta. Opus insigne de vitiis & virtutibus & omni materia prædicabili secundum ordinem alphabeti in duobus voluminibus, quod prænotavit:

| | | |
|---|---|---|
| Polypodium | lib. II. | *Abscondunt se multi.* |
| Sermones varii, | lib. II. | |

Alia etiam nonnulla edidit, quæ ad manus nostras minime venerunt.

DCLXXIV. MICHAEL *Angrianus* Bononiensis, natione Italus, ordinis fratrum beatæ Mariæ semper virginis de monte Carmeli, vir in divinis scripturis eruditissimus & in seculari philosophia, ac jure canonico nobiliter doctus, quem Urbanus Papa sextus primo vicarium totius ordinis instituit, & electus demum in generalem, Anno Domini, MCCCLXXXI. ordinem rexit sub obedientia Urbani Papæ novem annis. Scripsit multa præclara volumina. E quibus ista feruntur: Ad Cardinalem Sanctæ Mariæ trans Tiberim insigne opus & præclarum,

| | | |
|---|---|---|
| De conceptione S. Mariæ, | lib. I. | |
| Super toto Psalterio, | lib. V. | |
| Super sententias, | lib. IV. | |
| Quæstiones sententiarum, | lib. I. | |
| Tabula sententiarum; | lib. I. | |
| In Evangelium Matthæi, | lib. I. | |
| In Evangelium Lucæ | lib. I. | *Erant ambo &c. Isido.* |
| Tabula moralium Gregorii, | lib. I. | |
| Tabula Decreti, | lib. I. | |
| Quadragesimale, | lib. I. | |



*x)* Occonomicam. *y)* Gerardum Magnum de quo supra, cap. 656. Postea vertit Laur. Surius. Prodiere Rusbrochii Opera Latine Colon. 1552. fol. 1609. 4. & novissime 1692. fol. Germanice per G. I. C. cum præf. Godfridi Arnoldi. Uffenbaci ad Moenum 1701. 4.

*z)* jam defunctus A. 1381. ætat. 88.

*a)* Schonhoven. Vide Trithem de script. Germ. cap. 833.

Digitized by Google

Dictionarium incepit, lib. III.
In Valerium Maximum, lib. I.
In Ethicam Aristotelis, lib. I.

Et quædam alia. Morte præventus hoc divinum opus novi dictionarii non perfecit, sed ab a usque ad c inclusive in tribus voluminibus tantum perduxit. Moritur ultimo anno Wenceslai Imp. sub Bonifacio Papa nono. Anno Domini, MCDXVI. Calend. Decemb. Indictione octava. Et ante majus altare sui conventus Bononiensis honorifice sepultus, in pace Christi quiescit.

DCLXXV. PHILIPPUS *Ferrariensis*, Tolosanus, Episcopus Pacensis Ecclesiæ in Hispania, ordinis fratrum beatæ Mariæ semper virginis de monte Carmeli, vir in divinis scripturis eruditus, & declamator sermonum egregius, ingenio promptus & clarus eloquio, in regno Siciliæ olim prædicans, multos ab iniquitate convertit, & eruditionis suæ fructus magnos Deo protulit. Scripsit elegantes

Sermones de tempore, lib. I.
Sermones de sanctis, lib. I.

Et quædam alia. Sunt qui scribant eum ad cardinalatus honorem propter eximiam doctrinam & vitæ honestatem assumptum, de quo ego certus non sum.

DCLXXVI. GALTERUS *Disse*, natione Anglicus, ordinis fratrum beatæ Mariæ semper virginis de monte Carmeli, nuntius & legatus Bonifacii Papæ noni, in regnis Angliæ, Hispaniæ, Portugaliæ, Navarræ, Arragoniæ, & in partibus Valconiæ, cæterisque terris & regnis crucem contra infideles & schismaticos prædicans, vir in divinis scripturis eruditissimus & declamator sermonum egregius. Scripsit non spernenda opuscula, quibus nomen suum notificavit. E quibus extant:

Contra Lolhardos, lib. I.
De schismate quoque, lib. I.
In aliquos Psalmos, lib. I.
Sermones de tempore, lib. I.
Sermones de sanctis, lib. I.

Et quædam alia. Claruit temporibus Wenceslai Imperatoris, & Bonifacii Papæ noni. Anno Domini, MCCCXC.

DCLXXVII. GERARDUS *Zutphaniensis*, natione Teutonicus, vir in divinis scripturis studiosus & eruditus, secularium quoque literarum non ignarus, ingenio subtilis & clarus eloquio, nec minus conversatione quam scientia scripturarum præferendus, edidit quædam ad eruditionem devotorum fratrum pertinentia opuscula, quibus nomen suum cum gloria transmisit ad notitiam posteritatis. E quibus vidi tantum,

De reformatione interiori, lib. I. *Homo quidam descendit.*
De ascensione spiritali lib. I. *Beatus vir cujus est.*
Sermones varios, lib. I.

De cæteris nihil reperi. Ex scriptis suis apparet eum virum devotum & religiosum fuisse, & alicujus ordinis, *b)* quanquam ignoretur à nobis. Sunt vero qui scribant eum canonicum extitisse regularem, quod verisimile transimus. Claruit in gymnasio Colonienſi & varia scripsit.

DCLXXVIII. JOHANNES *de Hisdinio*, *c)* ordinis fratrum hospitalis S. Johannis Hierosolymitani, vir in divinis scripturis eruditus, & secularis philosophiæ non ignarus, sacræ paginæ doctor insignis, & declamator sermonum egregius, ingenio acutus & eloquio compositus, edidit multa præclara volumina, & in universitate Parisiensi lecturas & plures & elegantes pronuntiavit. De quibus extant ista:

In Evangelium Marci, lib. I. *Similis factus est leoni.*
In Evangelium Johannis, lib. I.
In Epistolam ad Romanos, lib. I.
In Epistolas ad Corinthios, lib. II.
In Epistolam ad Galatas, lib. I.
In Epistolam ad Ephesios, lib. I.
In Epistolam ad Philippenses, lib. I.
In Epistolam ad Colossen. lib. I.
In Epistolas ad Thessalonicen. lib. II.
In Epistolas ad Timotheum, lib. II.
In Epistolam ad Titum lib. I. *Erudi filium tuum quia ut.*
In Epistolam ad Philemonem lib. I.
In Epistolam ad Hebræos lib. I.
De annuntiatione dominica lib. I. *Ave Maria gratia plena.*
Sermones varii lib. I.

Et

*b)* Hic Gerardus, quem male Conradum de Zutphania vocat liber Trithemii de script. German. c. 134. fuit ex primis fratribus Congregationis Clericorum in communi viventium à Gerardo Magno institutæ, defunctus A. 1398. Vide Valerium Andream Bibl. Belgic. p. 287. *c)* al. *de Isdinio.*

Digitized by Google

Et alia multa. In multos etiam Bibliæ libros commentarios & lecturas ſcripſiſſe dicitur, quæ ad manus noſtras adhuc minime pervenerunt. Claruit temporibus Wenceslai Imp. & Bonifacii Papæ noni. Anno Domini, MCCCXC.

DCLXXIX. PHILIPPUS *de monte Galerio*, ordinis fratrum minorum ſancti Franciſci, vir in ſacris ſcripturis exercitatus, magnus & egregius verbi Dei prædicator. Scripſit pro utilitate eorum, qui declamationibus inſerviunt non contemnenda opuſcula, quibus ingenium nobiliter exercitans, etiam nomen ſuum ad notitiam poſteritatis deſtinavit. E quibus reperi tantum ſubjecta.

| | | |
|---|---|---|
| Sermones de tempore | lib. 1. | *Erunt ſigna in ſole & lu.* |
| Sermones de ſanctis, | lib. 1. | |
| Sermones quadrageſimal. | lib. 1. | |

Fertur præterea & alios diverſos compoſuiſſe tractatus, & nonnullos divinorum librorum explanaſſe, ſed ad me nihil eorum pervenit.

DCLXXX. JOHANNES cognomento *Groſſus*, ordinis fratrum beatæ Mariæ ſemper virginis de monte Carmeli, prior nonusdecimus generalis, alii habent, viceſimusprimus, patria Toloſanus, vir ſtudioſus & eruditus. Scripſit aperto ſermone non ſpernenda volumina, quibus exercitato magnifice ingenio, nomen ſuum etiam poſteris notificavit. E quibus ego vidi tantum opus præclarum, quod ordinis Carmelitani inſtitutionem & progreſſum continens, prænotatur:

| | | |
|---|---|---|
| Viridarium, | lib. III. | *Quibus rebus genera.* |
| Feruntur & ejus ſermones | lib. 1. | |

Et quædam alia. Claruit temporibus Wenceslai Imp. & Bonifacii Papæ noni. Anno Domini, noſtri Jeſu Chriſti MCD.

DCLXXXI. NICOLAUS *de Gorran, d)* ordinis fratrum prædicatorum ſancti Dominici, vir in ſcripturis ſanctis ſtudioſiſſimus, & nobiliter eruditus, ingenio præſtans, edidit ſcholaſtico & aperto ſermone multa volumina, quorum lectio his qui inſtitui cupiunt in ſanctis ſcripturis non erit abjicienda, de quibus ego ad manus noſtras pauca memini perveniſſe. Feruntur autem de pluribus ſubjecta.

| | | |
|---|---|---|
| Super ſententias | lib. IV. | |
| In quinque libros Moyſi | lib. v. | |
| In Eſaiam Prophetam | lib. 1. | |
| In Hieremiam quoque | lib. 1. | |
| In Eccleſiaſticum grande opus | lib. 1. | |
| In Cantica canticorum | lib. 1. | *Benedictionem dabit.* |
| In Evangelium Matthæi | lib. 1. | |
| In Evangelium Marci, | lib. 1. | |
| In Evangelium Lucæ | lib. 1. | |
| In Evangelium Johannis. | lib. 1. | |
| In Epiſtolas Pauli | lib. 1. | *Dedit in lucem gentium,* |
| Sermones varii | lib. 1. | |

Et quædam alia. Fertur præterea in totam pene Bibliam commentarios, & lecturas notabiles edidiſſe, quæ ad notitiam noſtræ lectionis non venerunt.

DCLXXXII. JACOBUS *de Theramo* canonicus Aprucinus, *e)* & Archidiaconus Averſanus *f)* jureconſultus celeberrimus & philoſophiæ ſecularis doctor præclarus, ingenio ſubtilis, eloquio apertus & compoſitus, cujus apud profeſſores hujuſce facultatis magna erat ſuo tempore authoritas, edidit in ea diſciplina quædam egregia volumina, quibus nomen ſuum ad notitiam poſteritatis transmiſit. E quibus ego reperi tantum dialogum de redemptione generis humani, Belial vulgariter nuncupatum, quem author prænotavit;

| | | |
|---|---|---|
| Conſolationem peccatorum | lib. 1. | *Poſtquam per ſcientiæ lignum.* |
| In Clementinis dicitur ſcripſiſſe, | lib. 1, | |

Et quædam alia. Claruit temporibus Wenceslai Imperatoris, & Bonifacii Papæ IX. Anno Domini, MCCCXC.

DCLXXXIII. GUILHELMUS *de Oppenbach*, natione Teutonicus, in ſcripturis ſanctis doctor eruditus & inſignis, atque in philoſophia ſcholaſtica nobiliter exercitatus, ingenio acutus & vehemens, & ad diſputandas, enodandasque quæſtiones ſcripturarum ſatis idoneus. Scripſit in facultate Theologica non abjicienda opuſcula, quibus in gymnaſio Pariſienſi nomen ſuum notificavit, de quibus ego reperi:

| | | |
|---|---|---|
| Super ſententias | lib. IV. | |
| Quæſtiones diſputatas | lib. 1. | |

Sermones etiam & quosdam alios fertur ſcripſiſſe tractatus, atque in ſcholis lucubraſſe lecturas, quæ ad notitiam meam non venerunt.

DCLXXXIV. HENRICUS *de Langenſtein*, dictus *de Haſſia*, natione Teutonicus, vir in di-



*d)* *de Gorham*, Anglus, cujus opera edita Antwerpiæ A. 1617. 1620. 2. Voluminibus in fol. edente Johanne Keerberg.

*e)* Aprutinus. *f)* in regno Neapolitano.

Digitized by Google

vinis ſcripturis eruditus, & in ſeculari philoſophia nobiliter doctus, ingenio præſtans, abundans & diffuſus, quippe qui multis annis in lectura Geneſis conſumptis vix ad quartum caput libri pertingentia totidem volumina complevit. Erat enim ad omnia reſolutus, & in dicendo ſcribendoque copioſus, adeo ut apud eum majoris difficultatis fuerit ſponte memoratu digna occurrentia repellere, quam nova quæ dicerentur invenire. Hunc quemadmodum ex quadam ejus Epiſtola reperi, canonicum Wormacienſis Eccleſiæ fuiſſe crediderim. Claruit primum in univerſitate Pariſienſi, ubi lauream doctoratus promeruit, deinde pro decore novæ plantationis univerſitatis Wienenſis illo ſe contulit, & tum docendo tum ſcribendo magnam gloriam eruditionis ſuæ acquiſivit. De cujus opuſculis feruntur:

| | | |
|---|---|---|
| Super ſententias, | lib. IV. | |
| In Geneſim & prologum | lib. V. | *In principio creavit Deus.* |
| De Antichriſto & ſchismate, | lib. I. | *Reverendo in Chriſto.* |
| De eruditione ſacerdotum | lib. I. | *Tibi dabo claves reg.* |
| De anima contemplativa | lib. I. | |
| De contemplatione | lib. I. | |
| Speculum animæ | lib. I. | |
| De horis canonicis | lib. I. | *Septies in die laudem.* |
| Contra Aſtrologos, | lib. I. | *Multi principes & ma.* |
| Super oratione dominica | lib. I. | *Divina ſapientia rebus.* |
| Super *Ave Maria*, | lib. I. | *Ave Maria gratia plena.* |
| Super Symbolo Apoſtolorum, | lib. I. | *Credo in Deum Patrem.* |
| De contemptu mundi, | lib. I. | *Reverendo Domino Johanni.* |
| Contra fratrem Thelefforum *g)* | lib. I. | |
| Contra quendam Wicleffitam, | lib. I. | |
| Ad canonicos regulares | lib. I. | *Ecce nos reliquimus.* |
| De proprietate monachorum, | lib. I. | |
| Sermones de tempore. | lib. I. | |
| Sermones de ſanctis, | lib. I. | |
| In Cantica canticorum | lib. I. | |
| Epiſtolarum ad diverſos | lib. I. | *H. de Langenſteyn ds.* |
| Quæſtiones variæ. | | |

Alia quoque multa edidit, quæ ad notitiam meam non venerunt. Claruit temporibus Ruperti Palatini Bavari regis Romanorum, & Bonifacii Papæ IX. Anno Domini, MCD. *b*)

DCLXXXV. JOHANNES *de Bromyard*, ordinis fratrum prædicatorum ſancti Dominici, vir in divinis ſcripturis ſtudioſus, & longa exercitatione doctus, ſecularium quoque literarum non ignarus, ingenio excellens, & egregius declamator. Scripſit quædam præclara volumina, quibus memoriam nominis ſui apud poſteritatem ſtabilivit. E quorum numero ſubjecta feruntur. Opus magnum & luculentiſſimum, ac prædicatoribus valde utile, quod prænotavit:

| | | |
|---|---|---|
| Summam prædicantium, | lib. I. | *Prædicantium vita &c.* |
| Summam juris moralis | lib. I. | *Quod in ſequenti opuſcu.* |
| Sermones de tempore | lib. I. | |
| Sermones de ſanctis | lib. I. | |

Alia inſuper multa ſcripſiſſe dicitur, quæ ad notitiam meam non venerunt.

DCLXXXVI. JOHANNES *Gluel*, natione Teutonicus, ordinis fratrum beatæ Mariæ ſemper virginis de monte Carmeli, prior Colonienſis, de Aquisgrani civitate Imperiali oriundus, vir in divinis ſcripturis egregie doctus & ſecularis literaturæ non ignarus, in declamandis ſermonibus ad populum excellentis & præclari ingenii. Scripſit inter cætera ſtudii ſui opuſcula, volumen hujuſce religionis cultoribus non abiiciendum, de origine & profectu ordinis ſui, quod prænotavit:

| | | |
|---|---|---|
| Speculum Carmelitarum | lib. I. | |
| Sermones de tempore | lib. I. | |
| Quadrageſimale, | lib. I. | *Theſaurizate vobis.* |
| Sermones de ſanctis, | lib. I. | |

Claruit in conventu ſuo Colonienſi, varia ſcribens & componens opuſcula, ubi tandem deficiens & diem ſuum obiens, in pace ſepultus eſt.

DCLXXXVII. HENRICUS *Euta i)* ſive *Oyta*, natione Teutonicus, gymnaſii Wienenſis in Auſtria unicum decus & complantator à principio, vir in divinis ſcripturis & eruditiſſimus, & in philoſophia Ariſtotelica nobiliter doctus, ingenio ſubtilis, ſermone ſcholaſticus & declamator ſermonum egregius. Scripſit multa præclara volumina, de quibus ad manus noſtras pauciſſima hucusque pervenerunt. Legi enim duntaxat:

| | | |
|---|---|---|
| Super ſententias, | lib. IV. | *Circa prologum primi.* |
| De contractibus | lib. I. | *Diligite juſtitiam qui.* |

De

*g*) in lib. de ſcriptoribus Germaniæ cap. 138. Trithemius memorat *Contra Thelefforum pronoſticatorem lib. I.*
*h*) defunctus A. 1428. licet alii ponant 1397.
*i*) Male in edit. Wechel, libri Trithemii de ſcript. Germ. p. 149. *Heinricus de Cuta.*

De conceptione ſanctæ Mariæ lib. I. *Conſurget virgo de Iſra.*
Et quosdam ſermones lib. I.

De cæteris nihil vidi. Claruit in gymnaſio Wienenſi ſub Wenceslao Imp. cum Henrico de Haſſia. Anno Domini, MCCCXC.

DCLXXXVIII. HENRICUS *de Andernaco*, natione Teutonicus, ordinis fratrum beatæ Mariæ ſemper virginis de monte Carmeli, vir in divinis ſcripturis ſtudioſus & eruditus, & Ariſtotelicæ philoſophiæ interpres egregius, ingenio excellens & declamator ſermonum inter omnes ſui temporis famoſus edidit non parvi pendendæ authoritatis opuſcula, de quibus feruntur ſubjecta. Opus præclarum

Super ſententias lib. IV.
Sermones de tempore, lib. I.
Sermones de ſanctis, lib. I.
Quæſtiones Philoſophiæ lib. I.

Et quædam alia, quæ ad notitiam noſtræ lectionis minime venerunt. Claruit in conventu Colonienſi potiſſimum, ubi & ſepultus dicitur.

DCLXXXIX. BLASIUS *Andernarius*, natione Gallus ordinis fratrum beatæ Mariæ ſemper virginis de monte Carmeli, vir doctus in ſcripturis ſanctis, & in palæſtra ſcholis diſciplinæ nobiliter exercitatus, ingenio clarus, & diſputator egregius. Scripſit nonnulla præclara volumina, quibus nomen ſuum cum gloria transmiſit ad notitiam poſteritatis. E quorum numero præcellit opus luculentum & inſigne

Super ſententias lib. IV.
Quæſtiones & collationes, lib. I.

Nonnulla etiam ſcripſiſſe in philoſophia morali dicitur, ſed ad me non venerunt.

DCXC. BARTHOLOMÆUS *de Saliceto* jureconſultus *k*) omnium ſui temporis celeberrimus, ingenio ſubtilis, & clarus eloquio, cujus dicta magnæ authoritatis habentur apud juris civilis profeſſores, edidit quædam in legibus luculenta opuſcula, quibus memoriam ſui nominis immortalitati apud poſteros conſecravit, de quibus feruntur:

Super Codice lib. IX.
Super inſtitutis lib. IV.
De uſu Feudorum lib. I.

Et alia complura. Claruit temporibus Wenceslai Imp. & Bonifacii Papæ IX. Anno Domini, MCCCXC.

DCXCI. JOHANNES Abbas monaſterii *S. Bavonis*, *l*) ordinis divi patris Benedicti, natione Germanus, Doctor & Profeſſor divinarum ſcripturarum egregius, ingenio ſubtilis & comptus eloquio, non minus religioſa converſatione quam ſcientia literarum inſignis. Scripſit ad inſtructionem monachorum quædam præclara opuſcula, de quibus extant ſubjecta. Opus quod prænotavit

De eſu carnium, lib. I.
Declarationes in regulam, *m*) lib. I.
Quæſtiones ſententiarum, lib. I.

Varios præterea, multiplicesque feratur ſcripſiſſe tractatus, ſed nihil eorum ad manus noſtras memini perveniſſe, præter eum quem de eſu carnium ſcripſit libellum, in quo pulchre deducit & probe concludit, quod monacho ſano, ſecundum regulam S. Benedicti profeſſo, carnium eſus illicitus ſit, & ideo omnino interdictus.

DCXCII. RICHARDUS *Lauinham*, ordinis fratrum beatæ Mariæ ſemper virginis de monte Carmeli, natione Anglicus, vir in ſcripturis ſanctis egregie doctus, & ſecularis philoſophiæ interpres eximius, in declamandis quoque ſermonibus ad populum excellentis ingenii. Scripſit etiam nonnulla volumina, de quibus iſta feruntur:

Contra Lolhardos, lib. I.
De fundatione ſui ordinis, lib. I.
Pro libro Brigidæ, lib. I.
Sermones varii, lib. I.
De logica quoque, lib. I.
Et variæ quæſtiones, lib. I.

Claruit in univerſitate Oxonienſi eo potiſſimum tempore, quo hæreſis Johannis Wicleffi & Lolhardorum cœpit in Bohœmia. *n*)

DCXCIII. JOHANNES *de Werdena*, ordinis (ut ferunt) fratrum minorum, *o*) natione Teutonicus, vir in ſcripturis ſanctis ſtudioſus & eruditus, ac veterum lectione dives atque in naturali philoſophia ſufficienter doctus ingenio excellens, ſermone & ſcholaſtica ſimplicitate compoſitus, declamator ſermonum popularium ſuo tempore celeberrimus. Scripſit inter cætera ingenii ſui monimenta, prædicatoribus verbi Dei neceſſaria valde opuſcula, quibus nomen ſuum ad notitiam poſteritatis transmiſit. E quibus extant:



*k*) Patavii, Bononiæ & Ferrariæ, ubi Gymnaſii ab Alberto Eſtenſi fundandi fuit auctor. Defunctus Bononiæ in patria A. 1412. Vide Val. Forſterum III. 30. Hiſtor. juris. *l*) apud Gandavenſes. *m*) S. Benedicti.
*n*) Vide Raovium ad A. 1402. n. 8. & 9. *o*) Colonienſis diœceſis. Vide Trithem. de ſcript. Germ. c. 143.

| | | |
|---|---|---|
| Sermones de tempore duplices, | lib. II. | *Induamur &c. vidi.* |
| Sermones de sanctis duplices, | lib. II. | |
| Sermones etiam per quadragesimam, | lib. I. | |

Cætera vero quæ composuit, ad notitiam nostram minime venerunt.

DCXCIV. JACOBUS, qui dicitur *magnus*, patria Toletanus, *p*) ordinis fratrum heremitarum S. Augustini, vir in divinis scripturis eruditus, & philosophiæ naturalis cognitione insignis, ac veterum lectione copiosus. Fertur in divinis libris varios tractatus & commentarios edidisse, qui ad manus nostras necdum venerunt. Reperi volumen ejus unum egregium & insigne de sermone & inquisitione sapientiæ, prænotatum

| | | |
|---|---|---|
| Sophologium | lib. III. | *Illustrissimi principis.* |

De aliis nihil vidi. Claruit temporibus Wenceslai Imp. & Bonifacii Papæ IX, Anno Domini nostri Jesu Christi MCD.

DCXCV. JOHANNES *Campscen*, ordinis fratrum beatæ Mariæ semper virginis de monte Carmeli, natione Anglicus, in scripturis sanctis longo studio exercitatus & continua lectione veterum ingenio copiosus, declamator sermonum egregius. Fertur quædam præclara cudisse opuscula, quibus nomen suum ad notitiam posteritatis cum gloria transmisit. E quorum numero extare perhibentur valde notabiles

| | |
|---|---|
| Sermones de tempore, | lib. I. |
| Sermones de sanctis, | lib. I. |

Cæterorum vero quæ composuit, titulos operum invenire non potui.

DCXCVI. THOMAS *Gualensis*, ordinis fratrum prædicatorum, natione Anglicus, vir in divinis scripturis eruditus & multum studiosus, atque in secularibus literis maxime in philosophia scholastica nobiliter doctus, ingenio subtilis & clarus eloquio, sermonum quoque declamator egregius, & in scholasticis lectionibus disputator acutus. Scripsit multa præclara in scripturis sanctis opuscula, quibus nomen suum ad notitiam posteritatis transmisit. De quibus tamen pauca ad manus nostras pervenerunt. Reperi enim tantum subjecta.

| | | |
|---|---|---|
| In toto Psalterio, | lib. I. | *Beatus qui custodit.* |
| In proverbia Salomonis | lib. I. | *In abscondito parabo.* |
| In Augustinum de civitate Dei | lib. X. | *Fluminis impetus lati.* |
| In Cantica canticorum | lib. I. | |

Claruit in universitate Oxoniensi, ubi multa dicitur composuisse volumina, & præsertim lecturas diversas in plures Bibliæ libros.

DCXCVII. PHILIPPUS Abbas monasterii *Osterburgensis*, diœcesis Wormaciensis ordinis Cistercienſis, natione Teutonicus, vir in divinis scripturis studiosus, & diuturna exercitatione doctus, & secularis literaturæ non ignarus, edidit pro ædificatione legentium non contemnenda volumina, quibus ingenium suum probe exercitans etiam nominis sui memoriam posteris reliquit. E quorum numero subjecta feruntur. Opus præclarum & insigne

| | |
|---|---|
| In Cantica canticorum, | lib. I. |
| Sermones de tempore, | lib. I. |
| Sermones de sanctis, | lib. I. |
| Epistolarum ad diversos, | lib. I. |

Si quid amplius edidit, ad notitiam meam adhuc minime pervenit.

DCXCVIII. NICOLAUS eximiæ doctrinæ medicus, natione Italus, patria *Florentinus*, vir non solum in medicinis, verum etiam in aliis literis secularis philosophiæ eruditissimus, ingenio clarus & comptus eloquio, cujus eruditio quanti sit apud medicos hujus temporis non meis verbis, sed eorum testimoniis comprobatur. Edidit quædam in ea facultate præclara opuscula. De quibus fertur opus insigne,

| | |
|---|---|
| Summa medicinæ | lib. I. |

Et quædam alia. Moritur temporibus Ruperti regis Romanorum, & Johannis Papæ XXIII. Anno Domini, MCDXII. Indict. V.

DCXCIX. JOHANNES *de Duren*, *q*) ordinis fratrum minorum S. Francisci, natione Teutonicus, vir studiosus & in scripturis sanctis nobiliter exercitatus, in declamandis sermonibus ad populum magnæ & præclaræ opinionis. Fertur ad directionem simplicium sacerdotum & prædicatorum quædam cudisse opuscula, quibus nominis sui memoriam apud posteros reliquit. E quibus extant:

| | | |
|---|---|---|
| Sermones de tempore, | lib. I. | |
| Sermones de sanctis, | lib. I. | |
| Quadragesimale | lib. I. | *Sanctificate jejunium.* |
| De septem peccatis mortalibus | lib. I. | *Cum confessor idoneus.* |
| De occultis vitiis | lib. I. | *Est via quæ videtur bo.* |
| De confessione, | lib. I. | |

Alia quoque multa scripsisse dicitur, quæ ad notitiam meam non venerunt.

DCC.

*p*) an Tolosanus potius. Vide Nic. Antonium T. 2. Bibl. vet. Hispan.

*q*) Durenius aliis vel etiam Durandus. Vide Apparatum Possevini T. I. p. 871. In diœcesi Coloniensi vixisse asserit Trithemius c. 144. de Script. German. Alius Michael Herbrand de Duren, infra c. 710.

DCC. TILMANNUS *de Hachenberg*, ordinis fratrum minorum, natione Teutonicus, ex diœceſi Treverorum, vir in divinis ſcripturis ſtudioſus, & longa exercitatione doctus, linguam habens politam uſu loquendi, in declamandis ad populum ſermonibus magnus & clariſſimus effulſit. Scripſit quædam non ſpernenda ſimplicibus opuſcula, quibus ingenium ſuum fructuoſe commodans nominis ſui memoriam poſteris reliquit. E quibus extant:

| | | |
|---|---|---|
| Sermones de tempore | lib. I. | *Erunt ſigna &c. hic prædi.* |
| Sermones de ſanctis, | lib. I. | |
| Sermones per quadrageſimam, | lib. I. | |

Et quædam alia. Claruit in conventu ſuo Confluentino, ubi & moriens ſepultus eſt.

DCCI. JOHANNES *de Lignano*, *r*) jureconſultus celeberrimus, & philoſophorum diſciplinis probe inſtructus, ingenio præſtans, & clarus eloquio. Fertur in jure canonico quædam egregia cudiſſe opuſcula, quibus inſiſtens, & tempus utiliter expendit, & nominis ſui memoriam etiam poſteris reliquit. E quibus (Franciſco de Zabarellis in prologo ſuper Clementinis teſte) extant.

| | | |
|---|---|---|
| Comportationes ſuper Clementinis, | lib. I. | |

Et quædam alia. Claruit ſub Ruperto Bavaro rege Romanorum, & Bonifacio Papa nono. Anno Domini noſtri Jeſu Chriſti MCD.

DCCII. HUGO *de Sleſtadt*, *s*) natione Teutonicus, vir in ſcripturis divinis ſtudioſus & eruditus, atque in philoſophorum diſciplinis egregie doctus ingenio ſubtilis, & quæſtionum ſcholaſticalium diſputator inſignis. Scripſit quædam (ut ferunt) præclara volumina, quibus nominis ſui memoriam poſteris reliquit. E quibus extat opus

| | | |
|---|---|---|
| Quæſtionum ſententiarum | lib. IV. | |

Et quædam alia. Fuit autem divi patris Bonaventuræ, *t*) ordinis minorum, in ſuis determinationibus ſectator & interpres luculentus, enucleans ea quæ in ſingulari philoſophia illius obſcura & rariora ſimplicibus videri potuerunt.

DCCIII. PAULUS *Venetus*, *u*) ordinis fratrum heremitarum S. Auguſtini, vir in divinis ſcripturis eruditiſſimus & in philoſophia Ariſtotelica nulli ſuo tempore in Italia ſecundus, ingenio ſubtilis, ſermone ſcholaſticus, & declamator egregius, multa in philoſophia maxime opuſcula compoſuit, quibus nominis ſui memoriam poſteris reliquit. E quibus feruntur:

| | | |
|---|---|---|
| Contra Judæos, | lib. I. | |
| Summa de naturalibus | lib. I. | *Plurimorum aſtrictus.* |
| Sermones de tempore, | lib. I. | |
| Sermones de ſanctis, | lib. I. | |
| Sermones de quadrageſima | lib. I. | |
| Super lib. Poſteriorum, | lib. II. | *Omnis doctrina, &c.* |
| Super Phyſicorum | lib. VIII. | *Naturali philoſophia.* |
| Super Metaphyſicam, | lib. XII. | *Tecum ſapientiſſime re.* |
| Super de anima | lib. II. | *Tanta literarum &c.* |
| Summa philoſophiæ, | lib. I. | *Colloquium inſa. &c.* |
| Logica duplex | lib. II. | *Conſpiciens, &c.* |
| Super de generatione & corrupt. | lib. II. | *Humanarum divinarumque* |
| Super lib. Porphyr. | lib. I. | *Maxima & forti, &c.* |
| Super lib. prædicamentorum | lib. I. | *Quærenti mihi &c.* |
| Super conſequentiis Strodi, | lib. I. | *Jeſum Deum & hominem.* |

Et alia complura. Claruit ſub Wenceslao Imp. Anno Domini, MCD. Et juvenis decedens in ſacriſtia ſui ordinis, Venetiis ſepultus eſt.

DCCIV. JACOBUS *de Theſſalonia*, *x*) ordinis fratrum prædicatorum, vir in divinis ſcripturis eruditus, & ſecularium literarum non ignarus, ingenio excellens, ſermone nitidus atque compoſitus, in declamandis ſermonibus ad populum, nulli ſuo tempore ſecundus, edidit quædam præclara volumina, quibus nominis ſui laudabilem memoriam poſteris reliquit. E quibus extat opus inſigne, de moribus hominum, & officiis nobilium, ac popularium prænotatum, materiam præferens,

| | | |
|---|---|---|
| De ludo ſcaccorum | lib. IV. | *Inter omnia genera ſigno.* |
| Sermones varii | lib. I. | |

Alia vero quæ ſcripſiſſe dicitur, ad notitiam noſtram minime venerunt.

DCCV. THOMAS *de Haſelbach*, natione Teutonicus, in ſcripturis ſanctis eruditus, & ſecularis philoſophiæ non ignarus, ingenio præſtans & ſermone ſcholaſticus, ſed nimis diffuſus & prolixus, & ob id reprehenſioni quorundam obnoxius. Nam cum eſſet ordinarius ſacræ Theologiæ lector in gymnaſio Wienenſi, uno & viginti annis in Eſaia propheta legens ad finem



*r*) Mediolanenſis. Bononiæ A. 1383. defunctus.
*s*) Seleſtadienſis, *t*) de quo ſupra cap. 464.
*u*) Utinenſis patria ſed Venetiis educatus. Longe diverſus hic à M. Paulo Veneto, qui A. 1272. iter in ultimum Orientem ſuſcepit, & cujus libros III. de regionibus Orientalium emendatiores edidit Andreas Mullerus Greifenhagius. Coloniæ Brandenburg. 1671. 4. *x*) Theſſalonicenſis.

Digitized

primi capituli non pervenit. Scripsit nonnulla in scripturis divinis opuscula, de quibus feruntur subjecta:

| | | |
|---|---|---|
| Multa volumina in Esaiam Prophetam *y*) | | |
| Super sententias, | lib. IV. | |
| De decem præceptis, | lib. I. | |
| De quinque sensibus hominis | lib. I. | *Postquam Dei dono taliter.* |
| Sermones de tempore | lib. I. | |
| Sermones de sanctis | lib. I. | |

Et alia multa. Claruit temporibus Ruperti regis Romanorum, & Gregorii Papæ duodecimi. Anno Domini, MCDX.

DCCVI. THOMASINUS patria *Ferrariensis*, ordinis fratrum prædicatorum sancti Dominici, vir in scripturis sanctis studiosus & doctus, in delictis populorum corripiendis declamator egregius. Fertur quædam ad institutionem simplicium sacerdotum præclara cudisse opuscula, quibus nominis sui notitiam cum laude transmisit ad posteros. De quorum numero potissime feruntur:

| | | |
|---|---|---|
| Sermones de tempore, | lib. I. | |
| Sermones de sanctis, | lib. I. | |
| Sermones per quadragesimam. | lib. I. | |

Cætera vero quæ composuit, ad notitiam nostram hucusque non venerunt.

DCCVII. Thomas *de Kempis*, *z*) natione Teutonicus, ordinis canonicorum regularium sancti Augustini montis divæ martyris & virginis Agnetis, prope Zwollis in diœcesi Trajectensi, vir in scripturis divinis studiosus & eruditus, vita & conversatione devotus; & beatæ Mariæ semper virginis amator præcipuus. Scripsit pro institutione simplicium fratrum non spernenda opuscula. De quibus feruntur subjecta.

| | | |
|---|---|---|
| De contemptu mundi *a*) | lib. IV. | *Qui sequitur me, non.* |
| Sermones ad novicios | lib. III. | *Ecce quam bonum & quam jo-* |
| Sermones ad fratres | lib. I. | *Qui non renuntiaverit. (cum.* |
| Dialogus noviciorum: | lib. I. | *Rogo te Pater charissime.* |
| De vita solitaria | lib. I. | *Charissime cum esses in.* |
| De tribus tabernaculis | lib. I. | *Est scriptum in Prophe.* |
| De vera compunctione | lib. I. | *Flete mecum omnes amici.* |
| Hortulus rosarum | lib. I. | *Cum sancto sanctus eris.* |
| Vallis liliorum, | lib. I. | *Ego flos campi, & lilium.* |
| Alphabetum monachi, | lib. I. | *Vias tuas Domine demon.* |
| Consolatio pauperum, | lib. I. | *Consolamini consolamini.* |
| Epitaphium monachi | lib. I. | *Via justorum recta fa.* |
| Qualis debeat esse monachus | lib. I. | *Audi religiose mona.* |
| Manuale parvulorum | lib. I. | *Sinite parvulos veni.* |
| Doctrinale juvenum | lib. I. | *Fili à juventute tua ex.* |
| De contemptu mundi, alius | lib. I. | *Dominus regit me & nihil.* |
| Epistolarum ad diversos | lib. I. | *Charissime frater liben.* |

Et quædam alia. Claruit temporibus Ruperti Bavari Regis Romanorum, & Gregorii Papæ XII. Anno Domini, MCDX.

DCCVIII. NICOLAUS monachus cœnobii sanctæ crucis in Austria, ordinis Cistertiensis, natione Germanus, vir in divinis studiosus & eruditus, ac veterum lectione dives, ingenio excellens, & clarus eloquio. Scripsit quædam non spernendæ utilitatis opuscula, quibus ingenii sui memoriam ad posteros transmisit. E quibus feruntur subjecta. Opus non abjiciendum in laudem beatissimæ Dei genitricis & virginis Mariæ, prædicatoribus utile, quod prænotavit

| | | |
|---|---|---|
| Imaginem sanctæ Mariæ | lib. III. | *Nomen virginis Maria.* |
| Sermones varii | lib. I. | |

Cætera, etsi multa feruntur quæ composuit, ad nos minime venerunt.

DCCIX. BARTHOLOMÆUS *de Urbino*, ordinis fratrum heremitarum sancti Augustini, vir in divinis scripturis studiosus & eruditus, & secularium literarum non ignarus, operum sanctorum patrum diligens perscrutator. Scripsit non spernenda volumina, de quibus feruntur subjecta.

*y*) Trithemius libro de script. German. c. 146. de hoc Haselbachio: *Scripsit in Esaiam multa volumina, quæ nescio si omnia reperiantur.*

*z*) In eodem libro de script. Germ. c 148. Trithemius notat, quod duo feruntur hujus nominis, ambo de Kempis, ambo regulares in monte S. Agnetis, ambo ingenio præstantes, & ambo varia cudentes opuscula. Quorum primus temporibus magistri Gerardi magni A. 1384. defuncti (de quo supra c. 656.) ad religionem conversus, alter Trithemii temporibus prior (A. 1471. defunctus.) *Et forsan primo*, inquit, *nonnulla sunt adscripta quæ secundus fecisse putatur.*

*a*) Hoc est laudatissimum illud opus *de imitatione CHRISTI* quod Kempilio vindicant Jo. Bollandus, Georgius Heserus, Jo. Fronto & alii. Licet fuerunt qui illud referre voluere ad S. Bernhardum, vel Jo. Gersonem, vel Abbatem Vercellensem Joannem Gersen, vel Gualterum Hilsonum, aut Petrum de Corbari vel denique Ubertinum de Ba.

ſubjecta. Ex opuſculis ſancti Ambroſii & Auguſtini opus ſingulari ſtudio ſecundum alphabeti ordinem in unum comportavit, cui titulum impoſuit:

| | |
|---|---|
| Milleloquium Auguſtini *b)* | lib. I. |
| Milleloquium Ambroſii | lib. I. |
| De bello quoque ſpiritali | lib. I. |

Et alia complura. Claruit temporibus Ruperti regis Romanorum, & Gregorii Papæ duodecimi. Anno Domini, MCDX.

DCCX. FRANCISCUS *de Platea*, *c)* ordinis fratrum minorum ſancti Franciſci, vir in divinis ſcripturis eruditus, & tam in jure quàm in philoſophia ſeculari notabiliter doctus, ingenio excellens, & declamator ſermonum egregius, multa præclara dicitur lucubraſſe opuſcula, quibus nominis ſui memoriam cum laude transmiſit ad poſteros, de quorum numero ſubjecta feruntur. *d)* Opus inſigne & præclarum, quod prænotavit

| | | |
|---|---|---|
| De reſtitutionibus | lib. I. | *Utrum reſtitutio ſit de.* |
| De cenſuris | lib. I. | |
| Sermones varii. | lib. I. | |

Cætera vero quæ compoſuit, ad notitiam noſtræ lectionis non venerunt.

DCCXI. PETRUS *de Candia*, natione Cretenſis, *e)* ordinis fratrum minorum, primo, Epiſcopus Novarienſis, *f)* deinde Mediolanenſis Archiepiſcopus, poſtea ſacroſanctæ Eccleſiæ Romanæ cardinalis, *g)* & poſtremo ſummus pontifex *h)* Alexander quintus nominatus, vir in divinis ſcripturis eruditiſſimus, & in philoſophia ſcholaſtica magnifice doctus, declamator ſermonum celeberrimus, qui olim in gymnaſio Pariſienſi publicæ ſcholæ præfuit, & docendo ac ſcribendo magnas & ingentes laudes acquiſivit. De cujus elegantiſſimis opuſculis extant luculenti utilesque commentarii

| | |
|---|---|
| Super ſententias, | lib. IV. |
| Sermones varii, | lib. I. |

Et quædam alia. Moritur ultimo Ruperti regis Romanorum anno, ſepultus in conventu minorum Bononiæ. Anno Domini, MCDX. Indict. III.

DCCXII. FRANCISCUS *de Bacone i)* patria Catalanus, ordinis fratrum beatæ Mariæ ſemper virginis de monte Carmeli, conventus Gerundenſis, vir in divinis ſcripturis eruditus, & in philoſophia ſeculari nobiliter doctus, tantum docendo & diſputando in Pariſienſi univerſitate valuit, ut *doctor ſublimis* cognominatus ſit. Scripſit inter alia ingenii ſui monimenta opus magnum & inſigne ex ſcriptis ſanctorum patrum, declamatoribus ſermonum ad populum ſatis utile, quod prænotare poſſumus

| | |
|---|---|
| Repertorium prædicantium | lib. I. |
| Super ſententias quoque | lib. IV. |

Fertur præterea & quædam alia ſcripſiſſe, ſed ad manus noſtras non venerunt.

DCCXIII. MICHAEL *Herbrant de Duren*, ordinis fratrum beatæ Mariæ ſemper virginis de monte Carmeli, natione Teutonicus ſacræ theologiæ lector, & prior conventus Crucennacenſis in diœceſi Moguntina, vir doctus & declamator adeo inſignis ut non ſolum in vicino, ſed etiam ad remota loca, & cathedrales Eccleſias evocatus omnium admiratione habitus prædicaret. Hic apud Johannem comitem Spanhemenſem ultimum magnæ familiaritatis & authoritatis erat, & multa ab eo ſuo conventui bona obtinuit. Scripſit inter cætera, elegantes

| | |
|---|---|
| Sermones de tempore, | lib. I. |
| Sermones de ſanctis | lib. I. |
| Collationes ſynodales | lib. I. |

Et quædam alia. Claruit temporibus Ruperti regis Romanorum, & Sigismundi Imp. Anno Domini, MCDX.

DCCXIV. PETRUS *de Spira*, ordinis fratrum heremitarum ſancti Auguſtini, natione Teutonicus, vir in divinis ſcripturis ſtudioſus & eruditus, & in ſeculari philoſophia magnifice doctus, ingenio præſtans, & clarus eloquio, in declamandis ſermonibus ad populum celeberrimæ opinionis. Scripſit quædam præclara opuſcula quibus nominis ſui memoriam ad poſteros transmiſit. E quorum numero feruntur:

| | |
|---|---|
| Sermones de tempore | lib. I. |
| Sermones de ſanctis | lib. I. |
| Super libros Ethicorum | lib. VIII. |

Alia vero quæ compoſuit, ad notitiam noſtræ lectionis nondum venerunt.

DCCXV. REINHARDUS *de Frontheven*, nttione Teutonicus, ordinis (ut ferunt) fratrum prædicatorum, vir in divinis ſtudioſus & longa exercitatione peritus ſcripturis, & ſecularis litera-



*b)* Opus cœptum ab Auguſtino de Ancona, ſupra, c. 555.

*c)* Patria Cremonenſis clarus circa A. 1443. Vide Franciſcum Ariſium T. I. Cremonæ litteratæ, Paris. 1702. fol. p. 304.

*d)* Ejusdem de uſuris & de excommunicationibus prodiere Pariſ. A. 1476. Ejusd. de reſtitutionibus, cenſuris Eccleſ. & de uſuris, in tractatu tractatuum Juris T. XIV.

*e)* Non Candiam Cretæ ſed Italiæ in comitatu Canevenſano diœceſeos Vercellenſis eſſe Alexandri V. patriam, docet Lazarus Auguſtinus Cotta in Muſeo Novarienſi edito Italice Mediolani 1701. fol. p. 47. ſeq.

*f)* A. 1388. *g)* 1405. *h)* 1409.

*i)* defunctus A. 1371. Vide Nic. Antonium Bibl. Vet. Hiſpan. T. 2. p. 114.

Digitized by Google

turæ non ignarus. Scripsit prædicatoribus verbi Dei non abjicienda opuscula, quibus nomen suum etiam posteris notificavit. E quibus ego vidi tantum:

| | |
|---|---|
| Sermones de tempore | lib. I. |
| Sermones de sanctis | lib. I. |

De aliis nihil vidi. Claruit *k*) (ut sui dicunt) in conventu Confluentino, ubi & mortuus est.

DCCXVI. JOHANNES *Capreolus*, ordinis fratrum prædicatorum, patria Tolosanus vir in scripturis sanctis eruditus, & in disciplinis Aristotelicæ philosophiæ egregie doctus, ingenio acutus, & ad disputandum satis idoneus, dictorum sancti Thomæ Aquinatis propugnator & defensor accerrimus. Scripsit ingenii sui monimenta clarissima, quibus nomen suum notificavit. E quibus extant multa volumina

| | |
|---|---|
| Super sententias | lib. IV. |
| Et sermones varii | lib. I. |

Ac quædam alia. Claruit sub Sigismundo Imp. Anno Domini, MCDXV.

DCCXVII. HENRICUS *de Cosueldia*, natione Teutonicus, ordinis Carthusiensis prior domus sanctæ Mariæ, prope montem divæ Gertrudis in Hollandia, vir in divinis scripturis eruditissimus, vita & conversatione devotus, & magnæ famæ, ingenio subtilis, & clarus eloquio, declamator quoque sermonum celeberrimus. Scripsit multa præclara volumina, quorum devotis fratribus & suæ salutis amatoribus utilis frequentatio judicatur. E quibus subjecta feruntur.

| | | |
|---|---|---|
| In Exodum mystice | lib. I. | |
| In Epistolam Pauli ad Roman. | lib. I. | |
| De tribus votis substantialibus | lib. II. | *Nolite diligere mundum.* |
| Contra vitium proprietatis, | lib. I. | |
| De tribus custodiis monasticis. | lib. I. | |
| De institutione novitiorum, | lib. I. | |
| Circumcisorium mysticum | lib. I. | |
| De sacramento altaris, | lib. I. | |
| De annuntiatione dominica | lib. I. | |
| Eulogium Pauli heremitæ, | lib. I. | |
| Sermones de tempore | lib. I. | |
| Sermones de sanctis, | lib. I. | |
| Epistolarum ad diversos | lib. I. | |

Et alia complura. Guilhelmi Parisiensis Episcopi arduum opus de universo *l*) corporeo & incorporeo seu spiritali, mira industria perlustrans, brevi compendio pulchre conclusit. Moritur in domo Vallis gratiæ prope Brugas visitationis actu salubriter occupatus temporibus Sigismundi Imp. Anno Domini, MCDX. Indictione III. VII. Idus Julii.

DCCXVIII. HENRICUS *de Hachenburg*, ordinis fratrum prædicatorum, natione Teutonicus, vir in divinis scripturis magnifice exercitatus & probe instructus, in declamandis ad populum sermonibus excellentis ingenii & celeberrimæ opinionis. Scripsit pro directione simplicium sacerdotum non abjicienda volumina. E quibus extant:

| | | |
|---|---|---|
| Sermones de tempore | lib. I. | *Ego veniam & curabo,* |
| Sermones de sanctis, | lib. I. | |

Claruit (ut sui ferunt) in conventu Confluentino, ubi varia composuit.

DCCXIX. JORDANUS ordinis fratrum S. Augustini de heremo, natione Teutonicus, vir devotus, & scripturarum divinarum explanator & interpres egregius, in declamandis sermonibus excellentissimi ingenii. Scripsit plures elegantes & devotis fratribus utiles tractatus, quibus nominis sui memoriam posteris reliquit. E quibus tamen pauca in manus nostras pervenerunt. Feruntur autem ista:

| | | |
|---|---|---|
| In Apocalypsin Johannis, | lib. I. | |
| Apologia ordinis sui, | lib. I. | |
| De passione domini | lib. I. | *Inspice & fac secundum ex.* |
| Sermones de tempore | lib. I. | |
| Sermones de sanctis | lib. I. | *Ecce dabit voci suæ va.* |
| Quadragesimale, | lib. I. | |
| Quæstiones variæ. | lib. I. | |

Et alia multa. Claruit sub Ruperto rege. Anno Domini, MCDX.

DCCXX. PETRUS Episcopus novæ *m*) civitatis, natione Italus ex oppido *Bruniquelli*, ordinis fratrum heremitarum S. Augustini, vir in divinis scripturis eruditissimus & secularium literarum non ignarus, ingenio præstans & eloquio clarus, edidit magnæ utilitatis plura opuscula, quibus magnifice exercitato ingenio memoriam sui posteris demandavit. E quibus feruntur subjecta. Opus quoddam insigne, in quo omnes novi & veteris testamenti historias ad alphabeti ordinem redegit, & ad singulas materias disposuit.

Super

*k*) A. C. 410. ut in libro de script. Germ. c. 151. Trithemius tradit.
*l*) supra, c. 480. *m*) in Latio. *Passerini.*

Digitized by Google

| | |
|---|---|
| Super ſententias, | lib. IV. |
| In proverbia Salomonis, | lib. I. |
| In Eccleſiaſten etiam, | lib. I. |
| In Cantica canticorum, | lib. I. |

Et alia multa. Præterea vero totam ferme Bibliam optimis commentariis exornaſſe dicitur. Claruit ſub Ruperto rege Romanorum. Anno Domini, MCDX.

DCCXXI. LAURENTIUS *Juſtinianus*, natione Venetus, ordinis Cæleſtini, & Venetus poſtea patriarcha, vir in divinis ſcripturis ſtudioſus & eruditus, moribus & vita inſignis, cum divitias & honores hujus mundi habere quam maximos potuiſſet, omnia pro Chriſti amore contemnens, ordinem præfatum ingreſſus eſt, in quo magna religione & abſtinentia coruſcans, ad ædificationem ſimplicium devotiſſima opuſcula edidit, quorum tituli feruntur ſubjecti.

| | |
|---|---|
| Lignum vitæ, | lib. I. |
| De diſciplina monaſtica, | lib. I. |
| De connubio verbi & animæ, | lib. I. |
| De agone Chriſti, | lib. I. |
| De interiori conflictu, | lib. I. |
| De complanctu Eccleſiæ, | lib. I. |
| De ſacramento altaris, | lib. I. |
| De vita ſolitaria, | lib. I. |
| De contemptu mundi, | lib. I. |
| De ſermone Domini in cœna, | lib. I. |
| De officio paſtorali, | lib. I. |
| De obedientia quoque | lib. I. |
| De gradibus perfectionis, | lib. I. |
| Sermones XL. | lib. I. |

Claruit temporibus Ruperti regis Romanorum. Anno Domini, MCDX. *a)* Sepultus eſt Venetiis in Eccleſia cathedrali. Ad cujus tumbam multa miracula divinitus fiunt. Ejus vitam Bernhardus Juſtinianus nepos ipſius luculenter deſcripſit.

DCCXXII. AUGUSTINUS *de Roma*, ordinis fratrum heremitarum S. Auguſtini, prior generalis, vir in divinis ſcripturis ſtudioſiſſimus & valde eruditus, atque in ſeculari philoſophia nobiliter doctus, ingenio præſtans & clarus eloquio. Scripſit multa egregia volumina, quibus nomen ſuum ad notitiam poſteritatis transmiſit. E quibus extant:

| | |
|---|---|
| Super ſententias, | lib. IV. |
| In Epiſtolas Pauli omnes, | lib. XIV. |
| In Apocalypſin Johannis, | lib. I. |
| De libero arbitrio, | lib. I. |
| De peccato originali, | lib. I. |
| De Chriſto & Eccleſia, | lib. I. |
| De charitate Chriſti erga electos, | lib. I. |
| De perfecta juſtitia Eccleſiæ, | lib. I. |
| De poteſtate Papæ, | lib. I. |
| Super lib. Ethicorum, | lib. VIII. |

Alia inſuper multa ſcripſiſſe dicitur, ſed ad notitiam meam non venerunt. Claruit temporibus Sigismundi Imp. & Johannis Papæ XXIII. Anno Domini, MCDX. *b)*

DCCXXIII. BALDUS Peruſinus, Bartholi de Saxoferrato *p)* quondam auditor atque diſcipulus, jureconſultus omnium ſui temporis celeberrimus, & in ſeculari quoque philoſophia nobiliter doctus, ingenio acutus, ſenſu profundus, conſilio cautus & ſtabilis. Scripſit multa in utroque jure præclara opuſcula, quibus nomini ſuo æternam apud poſteros memoriam comparavit. De quorum numero ſubjecta feruntur

| | |
|---|---|
| Super Codice, | lib. IX. |
| Super. ff. veteri, | lib. XXIV. |
| Super. ff. novo, | lib. XII. |
| Super. ff. infortiati, | lib. XIV. |
| Super Inſtitutis, | lib. IV. |
| De uſu feudorum, | lib. I. |
| Super Autentic. | lib. I. |
| Super ſecundo Decretalium, | lib. I. |
| Additiones Speculi, | lib. I. |
| Conſilia multa, | lib. I. |

Et alia complura. Moritur temporibus Sigismundi Imperat. Anno Domini, MCDXXXIII. *q)*



*a)* defunctus A. 1454. Vide Bollandum Act. Sanctor. T. I. Januar. p. 549. ſeq. ubi vita à Bernhardo Juſtiniano ſcripta, additis Bollandi notis.

*b)* defunctus A. 1445. Vide Poſſevinum, qui Commentarios in Epiſtolas Pauli & Apocalypſin, Auguſtini non Romani ſed Anconitani eſſe ſuſpicatur. *p)* de quo ſupra c. 637.

*q)* imo 1400. ætatis 80. 28. April. Vide Auguſtinum Oldoinum de ſcriptoribus Peruſinis p. 38.

Digitized by Google

Indict. prima. Papiæ in conventu fratrum minorum ſancti Franciſci, menſe Julio cum honore ſepultus.

DCCXXIV. ANGELUS *Perußinus*, Baldi ſupradicti frater, & ſtudiorum ejus comes & ſocius, in jure civili doctiſſimus, ingenio clarus, fama & opinione apud jureconſultos celeberrimus, multa etiam in ſua facultate volumina compoſuit, quibus monimenta ingenii excellentis conſtituens, memoriam ſui nominis ad multorum notitiam deſtinavit. E quorum numero elegantiſſima feruntur commentaria:

| | |
|---|---|
| Super Codice, | lib. IX. |
| Super. ff. veteri, | lib. XXIV. |
| Super, ff. novo, | lib. XII. |
| Super. ff. Infortiati, | lib. XIV. |
| Super Inſtitutis | lib. IV. |

In toto ſiquidem corpore juris civilis, & alia quædam lucubraſſe dicitur. Moritur temporibus Sigismundi Imp. eodem anno quo Baldus frater ejus. Anno Domini, MCDXXIII. *r*) Indictione prima.

DCCXXV. PETRUS *de Ancarano*, *s*) natione Italus, patria Bononienſis, Baldi Perußini quondam auditor, vir in utroque jure peritiſſimus, & Ariſtotelicæ philoſophiæ non ignarus, qui & ſi uxoris vinculo fuerit colligatus, & re familiari occupatus, ſemper tamen in literarum ſtudio verſans, multa in utroque jure opuſcula edidit, quibus nomen ſuum cum gloria ad poſteros transmiſit. E quorum numero feruntur.

| | |
|---|---|
| Super Decretalibus, | lib. V. |
| Super VI. Decretalium, | lib. I. |
| Super Clementinis, | lib. I. |
| De regulis juris, | lib. I. |
| Super. ff. veteri, | lib. XXIV. |
| Super. ff. novo, | lib. XII. |
| Conſilia plura, | lib. I. |

Et quædam alia. Claruit temporibus Sigismundi Imperat. Anno Domini, MCDX. compater Franciſci de Zabarellis.

DCCXXVI. VINCENTIUS *Gruner*, natione Teutonicus, *t*) vir in divinis ſcripturis eruditus, & in ſeculari philoſophia nobiliter doctus, ingenio clarus, ſermone ſcholaſticus. Edidit non ſpernendæ lectionis opuſcula, quibus nomen ſuum ad notitiam poſteritatis cum gloria transmiſit. E quibus extat lectura notabilis, quam in novella plantatione Liptzenſis gymnaſii coram ſcholaribus publice ſcripſit & legit.

| | | |
|---|---|---|
| Super officio miſſæ. | lib. III. | *Ad honorem benedictæ.* |
| Quæſtiones diſputatæ, | lib. I. | |

Et quædam alia. Claruit tempore translationis univerſitatis Pragenſis in Liptzen. Misnenſis Marchionatus provinciam, quam Alexander Papa quintus confirmans privilegiis dotavit. Anno Domini, MCDX.

DCCXXVII. JOHANNES *de Aurbach*, *u*) natione Teutonicus, Presbyter Eccleſiæ Bambergenſis, vir in divinis ſcripturis ſtudioſus & eruditus, ingenio clarus, ſermone ſcholaſticus. Edidit non floccipendendæ authoritatis opuſcula, quibus memoriam ſui nominis poſteris reliquit. E quibus ego vidi tantum opus præclarum

| | | |
|---|---|---|
| De ſacramentis Eccleſiæ | lib. I. | *Ad laudem Dei animarum.* |

De cæteris nihil vidi. Claruit in civitate Bambergenſi, & varia conſcripſit opuſcula.

DCCXXVIII. DIONYSIUS *de Burgo ſancti ſepulchri*, *x*) ordinis fratrum heremitarum divi patris Auguſtini, vir in divinis ſcripturis doctus, & in ſecularibus literis eruditiſſimus, ingenio ſubtilis & diſertus eloquio. Scripſit in utraque literatura non contemnenda opuſcula, quibus ingenii ſui poſteris perpetua monimenta reliquit. E quibus ſubjecta feruntur. Commentarii perpulchri & elegantes

| | |
|---|---|
| Super Valerio Maximo. | lib. I. |
| Super Metamorphoſeos, | lib. I. |
| Super operibus Vergilii, | lib. I. |
| Super tragœdiis Senecæ, | lib. I. |
| Super Politicorum, | lib. I. |
| Super Rhetoricorum, | lib. I. |

Et

*r*) Florentiæ defunctum A. 1423. vel 1424. ætat. 75. notat Oldoinus p. 19.

*s*) *ancora juris* in Epitaphio dicitur quod extat Bononiæ in templo S. Dominici. Vide Forſterum in Hiſtoria juris Civilis p. 664.

*t*) patria Zwickavienſis, Doctor Pragenſis, cujus precibus Fridericus Bellicoſus Dux, & poſtea Elector Saxoniæ fundavit Academiam Lipſienſem. A. 1403. Vide centuriam ſcriptorum a Madero editam c. 27. Georg. Fabricii Origg. Saxon. lib. VII. pag. 687. Joach. Fellori τῶ μακαρίτα Cygnos quaſinodogenitos c. I. Jo Jacobi Vogelii Annales Lipſienſes p. 48.

*u*) male *Aubach* apud Poſſevinum in Apparatu, & Heidenreichium p. 359. paulo Brandenburg. qui tamen *Aurbachium* recte habet p. 355.

*x*) *Burgum ſanctiſepulchri*, civitas ducatus Spoletini in Italia.

Digitized by Google

Et quædam alia. Fabulas insuper omnes ad tropologicum sensum jocundum reduxit. Claruit temporibus Sigismundi Imperatoris, Anno Domini, MCDXII.

DCCXXIX. PETRUS *de Aliaco*, Episcopus Cameracensis, & sacrosanctæ Ecclesiæ Romanæ cardinalis, Parisiensis gymnasii quondam cancellarius, præceptor Johannis de Gerson, vir in divinis scripturis eruditissimus & in secularibus literis, maxime in philosophia Aristotelica nobiliter doctus, ingenio excellens & clarus eloquio, declamator quoque sermonum egregius. Scripsit multa præclara volumina, quibus memoriam nominis sui & ingenii posteris reliquit. De quibus reperi subjecta.

| | | |
|---|---|---|
| Super sententias | lib. IV. | *Quænam doctrina hæc.* |
| De laude sanctæ scripturæ, | lib. I. | *Super hanc petram ædifi.* |
| In principium Marci | lib. I. | *Quænam doctrina hæc.* |
| De stabilitate Ecclesiæ | lib. I. | *Utrum Petri Ecclesia le.* |
| Speculum considerationis, | lib. III. | *Quisquis qui à mundi.* |
| Compendium contemplationis, | lib. III. | *Quoniam multi sapientes.* |
| De spiritali scala | lib. I. | *Quatuor sunt spirita.* |
| In Psalterio breviter | lib. I. | *Verbum abbreviatum fa.* |
| In Psal. LXX. meditationes | lib. I. | *Terret me, Domine Deus.* |
| De legibus & sectis, | lib. I. | |
| De concilio generali, | lib. I. | |
| Expositionis Psalmi LXX. | lib. I. | *Postulavit charitas.* |
| In Psal. XLII. meditationes, | lib. I. | *Summe sacerdos tu.* |
| In cantica canticorum, | lib. I. | *Osculetur, &c. Iste liber.* |
| In septem Psalmos pœnitentiales | lib. I. | *Vera pœnitentia velut.* |
| De oratione dominica | lib. I. | *Sic ergo orabitis: Pater.* |
| Super eadem, anagogice | lib. I. | *Pater noster qui, &c. O pater.* |
| Super Ave Maria, | lib. I. | *Cogitanti mihi ô sanctissi.* |
| Super magnificat | lib. I. | *Summa Trinitatis.* |
| In canticum Zachariæ, | lib. I. | *Dicturi de cantico Zac.* |
| In canticum Simeonis, | lib. I. | *Accedit ultimo canticum.* |
| De electione Papæ | lib. I. | |
| De exercitio spiritali | lib. I. | *Anima devota cupiens ad.* |
| De duodecim honoribus Joseph | lib. I. | *Si colligimus in unum.* |
| De anima & accidentibus ejus | lib. I. | *Veterum tradit auctori.* |
| Concordiam theologiæ & astronomiæ | lib. II. | *De concordia Theologiæ.* |
| De sacramentis Ecclesiæ | lib. I. | *Quoniam me sæpius rogasti.* |
| Sermones varios | lib. I. | |
| Epistolas plures ad diversos. | lib. I. | |

Et quædam alia. Claruit tempore concilii Constantiensis, cui etiam personaliter interfuit. Anno Domini, MCDXVI. *y*)

DCCXXX. NICOLAUS *Clemangis* archidiaconus *z*) Bajocensis, vir in divinis scripturis eruditus, & in secularibus literis nobiliter doctus, metro excellens & prosa, in gymnasio Parisiensi magisterium sacræ paginæ consecutus, magnam eruditionis suæ evidentiam dedit.

Scripsit utroque stylo multa præclara volumina quibus luculentissimi ingenii sui memoriam reliquit. De quibus subjecta feruntur. Ad Dominum Petrum de Aliaco Episcopum Cameracensem, & cardinalem supradictum opus insigne quod prænotavit.

| | |
|---|---|
| De fructu heremi. | lib. I. |
| De corrupto Ecclesiæ statu, | lib. I. |
| De novis festivitatibus | lib. I. |
| De materia schismatis | lib. I. |
| Epistolarum ad diversos | lib. I. |

Et alia multa. Claruit temporibus Sigismundi Imperatoris, & concilii Constantiensis. Anno Domini, MCDXVII. *a*)

DCCXXXI. JOHANNES *Dominici*, tituli sancti Sixti Cardinalis, *Ragusinus* vulgariter nuncupatus, patria Florentinus, ordinis fratrum prædicatorum, qui à Gregorio Papa XII. pro unione ad concilium Constantiense missus fuit, vir in divinis scripturis eruditus, & secularium literarum non ignarus, in declamandis sermonibus ad populum excellentis ingenii. Scripsit quædam præclara volumina, quibus nomen suum posteris notificavit. De quibus subjecta feruntur.

| | |
|---|---|
| In Ecclesiasten, | lib. I. |
| In Cantica canticorum, | lib. I. |



*y*) Obiit Petrus de Alliaco Cameraci A. 1425. De eo copiose viri doctissimi, qui Historiam Concilii Constantiensis tradidere Hermannus ab Hardt & Jacobus Lenfant. *z*) Cantor.

*a*) obiit circa A. 1440. De eo plura Launojus Historia Gymnasii Navarrei parte 2. p. 518. seq. & in diss. de auctore librorum de imitatione Christi p. 7. 19. remarques sommaires p. 10. 19. 56. seq. &c. Merentur hujus eximii scriptoris monumenta accuratiore editione lectoribus commendari.

| | | |
|---|---|---|
| In Evangelium Matthæi | lib. I. | |
| Super Magnificat | lib. I. | |
| In Epistolam ad Romanos | lib. I. | |
| Lucula noctis prænotatus, | lib. I. | |
| Itinerarium devotionis | lib. I. | |
| De amore charitatis, | lib. I. | *Si linguis hominum loquar.* |
| Sermones de tempore, | lib. I. | |
| Sermones de sanctis | lib. I. | |
| Sermones per quadragesimam, | lib. I. | *Beatus vir qui non abiit.* |

Et quædam alia. Moritur in concilio Constantiensi sub Sigismundo Imp. Anno Domini, MCDXVIII. Indict. XI. *b*)

DCCXXXII. JOHANNES Episcopus Lombariensis, *c*) natione Teutonicus, patria Basiliensis, vir in divinis scripturis eruditissimus, & in seculari philosophia egregie doctus, ingenio præstans, & clarus eloquio, declamator sermonum celeberrimus, edidit non contemnendæ lectionis opuscula, quibus memoriam sui nominis *d*) ad posterorum notitiam cum laude transmisit. E quorum numero præcipua feruntur.

| | |
|---|---|
| Super sententias | lib. IV. |
| Sermones diversi | lib. I. |

Et quædam alia. Multas præterea orationes & collationes fecisse dicitur ad clerum, sed & coram summo pontifice, ac cœtu cardinalium, quos ego non vidi.

DCCXXXIII. JOHANNES *Zacharias*, natione Teutonicus, patria Erfordensis, vir in divinis scripturis studiosus & valde eruditus, secularis quoque philosophiæ interpres egregius, ingenio subtilis, & disputator acutissimus, in declamandis sermonibus tam ad clerum quam populum peridoneus. Scripsit quædam præclara opuscula, quibus nomen suum notificavit. E quibus feruntur:

| | |
|---|---|
| Super sententias | lib. IV. |
| In Genesim | lib. I. |
| In Exodum, | lib. I. |
| In Leviticum. | lib. I. |
| In Epistolas Pauli | lib. XIV. |
| Sermones varii | lib. I. |

Et quædam alia. Claruit sub Sigismundo Imperatore & in concilio Constantiensi disputando contra hæreticos magnifice laudatus est. Anno Domini, MCDXX. *e*)

DCCXXXIV. ANTONIUS *de Butrio*, natione Italus, patria Bononiensis, jureconsultus omnium suo tempore facile celeberrimus & in aliis scripturis tam divinis, quam humanis egregie doctus, ingenio & eloquio clarus, acnon minus honesta conversatione quam doctrina venerabilis, edidit in jure plura opuscula, quibus nominis sui memoriam posteris reliquit. E quorum numero subjecta feruntur.

| | |
|---|---|
| Super Decretalibus | lib. V. |
| Super Clementinis | lib. I. |
| Repertorium juris canonici | lib. I. |
| Rerpertorium juris civilis | lib. I. |
| Consilia elegantissima | lib. I. |

Et quædam alia. Claruit temporibus Sigismundi Imp. & Concilii generalis Constantiensis. Anno Domini, MCDXVII. *f*)

DCCXXXV. GABRIEL *de Spoleto*, ordinis fratrum heremitarum sancti Augustini, vir in divinis scripturis eruditus, & secularium literarum non ignarus, ingenio excellens, & declamator sermonum egregius. Scripsit nonnulla commendanda opuscula, quibus notitiam vivacis ingenii sui etiam posteris ostendit. Sed ego nullum eorum hucusque videre promerui. Feruntur tamen ejus præcipui

| | |
|---|---|
| Adversum hæreticos | lib. I. |
| Adversum fratricellos | lib. I. |

Et quædam alia. Claruit temporibus concilii Constantiensis, & Sigismundi Imp. Anno Domini, MCDXVII

DCCXXXVI. FRANCISCUS *de Zabarellis*, natione Patavinus, Ecclesiæ Romanæ Presbyter cardinalis, vir in jure canonico eruditissimus, & tam in divinis scripturis quam in secularibus literis nobilitet doctus, ingenio subtilis, & clarus eloquio. Scripsit in jure non spernenda opuscula, quibus nominis sui memoriam ad posteros transmisit. De quorum numero ista feruntur.

| | |
|---|---|
| In Decretalibus | lib. I. |

In

*b*) Ab Alfonso Ciacconio, in vitis Cardinalium p. 1068. obitus ejus refertur ad A. 1420.
*c*) in Gallia in Archi-Episcopatu Tolosano.
*d*) claruisse circa A. 1410. notat Trithemius c. 156. de script. Germ.
*e*) Concilium Constantiense jam finitum mense Maj. A. 1418. Sed Johannem Zachariam adhuc A. 1430. aliis scriptum vixisse.
*f*) jam A. 1408. nonis Octobris Bononiæ defunctum scribit Valentinus Forsterus de Vitis JCtorum III. 31.

Digitized by Google

| | | |
|---|---|---|
| In Clementinis | lib. 1. | *Nevum nihil esse una.* |
| De horis canonicis | lib. 1. | *Repetiturus decretalem.* |

Repetitiones variæ. Et alia plura. Claruit in concilio Constantiensi sub Sigismundo Imperatore, Anno Domini, MCDXVIII. *g)* Ubi & moritur sepultus apud minores. In cujus laudem Poggius orationem habuit.

DCCXXXVII. PETRUS *Mauroceno*, patricius Venetus, sacrosanctæ Ecclesiæ Romanæ Episcopus cardinalis, vir in divinis scripturis, & in jure canonico doctissimus, & secularium literarum non ignarus, ingenio præstans, sermone compositus, vita & conversatione insignis. Fertur multa præclara cudisse opuscula, in quibus vivacitas ingenii ejus relucere dinoscitur. Sed ego usque in præsens nihil eorum videre commerui. Fertur ejus insigne volumen.

| | | |
|---|---|---|
| Super VI. decretalium | lib. 1. | |

Et variæ determinationes. Claruit in concilio Constantiensi personaliter, sub Sigismundo Imp. Anno Domini, MCDXVIII. *h)*

DCCXXXVIII. NICOLAUS *Dinckelspule*, natione Teutonicus, Wienensis gymnasii in Austria decus & rector, in scriptoris sanctis doctissimus, & in seculari philosophia multum eruditus, ingenio clarus, sermone scholasticus, vita & conversatione insignis. Scripsit multa & præclara volumina, quibus nomen suum ad posteros cum gloria transmisit. E quorum numero subjecta feruntur:

| | | |
|---|---|---|
| Super sententias | lib. IV. | |
| Quæstiones sententiarum | lib. 1. | |
| De septem donis Spiritus sancti | lib. 1. | |
| De decem præceptis | lib. 1. | *Scribitur Matthæi XXII.* |
| Super oratione dominica | lib. 1. | *Si quid petieritis Patrem.* |
| De octo beatitudinibus | lib. 1. | *In Evangelio quod legitur.* |
| De tribus partibus pœnitentiæ | lib. 1. | |
| De octo vitiis capitalibus | lib. 1. | |
| De septem peccatis mortalibus, | lib. 1. | *Notandum quod ut dicit.* |
| De præcepto charitatis | lib. 1. | *Duo sunt præcepta char.* |
| De peccatis linguæ | lib. 1. | *Consequenter dicendum est.* |
| Sermones de tempore | lib. 1. | |
| Sermones de sanctis | lib. 1. | |
| Sermones morales, | lib. 1. | |

Et alia plura. Claruit personaliter in concilio Constantiensi missus ab universitate Vienensi, sub Sigismundo Imperatore. Anno Domini, MCDXX.

DCCXXXIX. PETRUS *de Rosenheim* monachus Mellicensis cœnobii in Austria, ordinis sancti Benedicti, natione Teutonicus, vir in divinis scripturis studiosus & eruditus, & in secularibus literis magnifice doctus, philosophus & poeta præcellens, ingenio promptus & clarus, edidit tam carmine quam prosa non abjicienda opuscula, quibus ingenium suum probe exercitavit. E quibus opus metricum *i)* quod scripsit *Nicolao Dinkelspule* persuadente & rogante, ad dominum *Brandam* cardinalem sancti Clementis legatum Apostolicum in Austria super totius Bibliæ capita, quod prænotavit

| | | |
|---|---|---|
| Roseum memoriale divinorum | lib. 1. | *Astripotens cœlum terram.* |
| Historia temporum notabilis | lib. 1. | |
| Sermones varii, | lib. 1. | |

Claruit temporibus concilii Constantiensis. Anno Domini, MCDXX. *k)* & multa ac varia composuit.

DCCXL. RAPHAEL *Fulgosius*, natione Placentinus, vir in utroque jure *l)* doctissimus, & secularis philosophiæ præceptis probe instructus, ingenio excellens, consilio cautus & stabilis, in jure civili quædam præclara volumina edidit, quibus vim & vivacitatem ingenii sui etiam posteris ostendit. E quibus subjecta feruntur:

| | |
|---|---|
| Super Codice, | lib. X. |
| Super. ff. veteri | lib. XXIV. |
| Super. ff. novo | lib. XII. |
| Consilia multa | lib. 1. |

Et quædam alia. Claruit temporibus concilii Constantiensis, & Sigismundi Imper. Anno Domini, MCDXVI.

DCCXLI. JOHANNES *de Palomar m)* Barcinonensis Ecclesiæ Archidiaconus, doctor decretorum insignis, & tam in divinis scripturis quam in secularibus literis nobiliter doctus, ingenio



*g)* obiit Constantiæ A. 1417. ætat. 78. 6. Nov. sepultus Patavii. Vide Ciacconium p. 1090. seq.
*h)* obiit A. 1424. 11. August. id. p. 1073.
*i)* Elegis distichis succinctum opusculum vocat Sixtus Senensis. Vidit lucem Argentorati 1544.
*k)* Sic etiam Trithemius c. 160. de Script. Germ. Apud Sixtum Senensem male excusum 1440.
*l)* in Epitaphio ejus, quod Patavii in templo S. Antonii legitur.

*Consuluit nemo melius fulsitque docendo Cæsareas leges juraque Pontificum.*

*m)* alii, *Joannes Polemar*, qui A. 1433. interfuit Concilio Basileensi. Vide Nic. Antonium lib. X. Bibl. veteris Hispanæ cap. 4.

Digitized by Google

ſubtilis, ſermone ſcholaſticus, vita & converſatione præclarus, edidit non ſpernendæ lectionis opuſcula, quibus nomen ſuum ad notitiam poſteritatis transmiſit. E quibus extat tractatus inſignis ad Johannem abbatem monaſterii Scotorum ordinis divi Benedicti Wienenſis,

| | | |
|---|---|---|
| De abſtinentia carnium | lib. 1. | *Surgent in judicio filii.* |
| Sermones & quæſtiones. | | |

Cætera quæ compoſuit ad notitiam noſtræ lectionis minime venerunt. Claruit in gymnaſio Wienenſi in Auſtria, & multa compoſuit temporibus Sigismundi Imp. Anno Domini, MCDXX.

DCCXLII. RAAHAEL *Cumanus, n)* juris civilis inſignis profeſſor & celeberrimus interpres, ingenio excellens, & præſtans conſilio, cujus apud jureconſultos non minima authoritas eſt.

Scripſit in ea facultate quædam præclara opuſcula, quibus memoriam ſui nominis ad poſteros transmiſit. E quibus iſta feruntur:

| | |
|---|---|
| Super Codice | lib. IX. |
| Super. ff. veteri. | lib. XXIV. |
| Conſiliorum quoque | lib. I. |

Et complura. Claruit ſub Sigismundo Imp. Anno Domini, MCDXVI.

DCCXLIII. JOHANNES *de Teneramunda*, ordinis Carthuſienſis prior domus Sillimaci in Sabaudia, vir in divinis ſcripturis ſtudioſus & valde eruditus, vita & converſatione devotus, ingenio clarus, ſermone compoſitus, edidit ad ædificationem religioſorum fratrum valde utilia opuſcula, quibus non ſolum tunc præſentes, ſed etiam poſt ſe futuros ad amorem Dei erudivit. Et ſunt iſta:

| | |
|---|---|
| De notitia Dei, | lib. I. |
| De natura & lapſu hominis, | lib. I. |
| De reparatione lapſi, | lib. I. |
| De amore Dei, | lib. I. |
| De gaudio hominis, | lib. I. |
| De Sacramento altaris, | lib. I. |
| De fide Chriſtiana, | lib. I. |
| De honore Dei, | lib. I. |
| De conceptione ſanctæ Mariæ, | lib. I. |

Alia quoque multa eleganter compoſuit, quæ ad notitiam meam non venerunt. *o)*

DCCXLIV. GASPARINUS grammaticus celeberrimus, patria Pergomenſis *p)* ex Barziza ruſculo natus, vir in ſecularibus literis eruditiſſimus, philoſophus & rhetor præſtantiſſimus ingenio ſubtilis, eloquio diſertus, qui latini ſermonis elegantiam ſemimortuam ab inferis reſuſcitavit. Scripſit multa in ea facultate præclara opuſcula, quibus nominis ſui memoriam poſteris reliquit. E quibus extant:

| | | |
|---|---|---|
| De orthographia, | lib. I. | |
| Epiſtolarum ad diverſos | lib. I. | *Gaudeo plurimum ac le.* |
| Orationes variæ, | lib. I. | |
| In Epiſtolas Ciceronis, | lib. I. | |
| In eundem de officiis, | lib. I. | |
| In eundem de oratore, | lib. I. | |
| In eum de ſenectute | lib. I. | |

Et quædam alia. Claruit temporibus Concilii Conſtantienſis, & Sigismundi Imp. Anno Domini, MCDXX.

DCCXLV. ANTONIUS *Januenſis*, ordinis fratrum heremitarum S. Auguſtini vir in divinis ſcripturis eruditus, & juris canonici profeſſor, & celeberrimus interpres, ingenio præſtans & clarus eloquio. Scripſit quædam non ſpernendæ lectionis opuſcula, quibus nomen ſuum cum laude transmiſit ad poſteros. Sed ego nullum eorum videre merui, præter illud quod prænotatur, compendium

| | | |
|---|---|---|
| Figurarum moralium, | lib. I. | *Religioſis viris in Chriſto.* |

Cætera ad me non venerunt. Claruit perſonaliter in generali concilio Conſtantienſi, ſub Sigismundo Imp. Anno Domini, MCDXVIII.

DCCXLVI. JOHANNES, *de Imola, q)* patria Bononienſis, utriusque juris celeberrimus doctor, ingenio excellens & clarus eloquio, cujus eruditio & eloquentia ſuo tempore totam Italiam magnifice illuſtrarunt. Fertur in utroque jure multa præclara volumina edidiſſe, quorum authoritas apud hujuſce facultatis profeſſores maximis laudibus attollitur. De quibus ſubjecta in primis feruntur,

| | |
|---|---|
| Super tribus lib. Decretalium | lib. III. |
| Super VI. Decretalium, | lib. I. |
| Super Clementinis. | lib. I. |

Super

*n)* Comenſis potius, nam in ejus Epitaphio Patavii ad D. Juſtinum:

*Hunc Raimunda domus, hunc Comus patria lugent.*

*o)* A. 1439. adhuc vixiſſe notat Poſſevinus.

*p)* Bergomenſis, cujus de eloquentia ſcriptum cum Fliſco de modis loquendi impreſſum, & Vocabularium Venetiis 1554. editum, Simlerus memorat. *q)* Baldum ſenem audivit.

Super. ff. Infortiati lib. XIV. *Antequam veniamus ad.*
Super. ff. novo,

Et quædam alia. Moritur Bononiæ temporibus Sigismundi Imper. & Eugenii Papæ IV. Anno Domini, MCDXXXVI. Indict. XIV. *r*)

DCCXLVII. ANTONIUS *de Parma* ordinis Camaldulensis prior generalis, vir in divinis scripturis studiosus & eruditus, & secularis literaturæ non ignarus, ingenio excellens, eloquio compositus, in declamandis sermonibus ad populum satis idoneus, scripsit ad directionem prædicatorum verbi Dei nonnulla præclara opuscula, quibus nomen suum notificavit. E quibus præcipua feruntur:

Sermones de tempore, lib. I. *Cum appropinquasset.*
Sermones de sanctis, lib. I.
Sermones per quadragesimam, lib. I.

Et quædam alia. Claruit personaliter in concilio Constantiensi sub Sigismundo Imper. Anno Domini MCDXX.

DCCXLVIII. LEONARDUS *Aretinus*, philosophus, orator & historicus insignis, ac vir undecunque doctissimus, græci & latini sermonis peritus, primum Innocentii septimi, Gregorii duodecimi, Alexandri V. & Johannis XXIII. pontificum Romanorum usque ad concilium Constantiense secretarius, ac deinde à senatu Florentino accitus cancellarius generalis constituitur, in quo officio usque ad finem vitæ cum magna fidelitate & authoritate permansit. Scripsit inter cætera:

Dialogorum insigne opus, lib. I.
Historiam sui temporis, lib. I.
De bene gestis Florentinorum, *s*) lib. XII.
De laudibus Florentiæ, lib. I.
Historiam Gothorum, *t*) lib. IV.
Historiam belli Punici primi, *u*) lib. II.
Vitam Aristotelis, lib. I.
De vita Ciceronis, lib. I.
Epistolarum volumen lib. I.

Alia insuper nonnulla elegantissime composuit, quæ ad notitiam meam non venerunt. Præterea ex græcis multa transtulit in latinum, videlicet tractatum beati sacerdotis Basilii de instituendis discipulis, *x*) vitam quoque Tiberii & **)* Gracci græcorum, Pauli Æmilii, Catonis posterioris ac Sertorii Romanorum, ex Plutarcho transtulit. Libellum quoque Xenophontis de tyranno, Platonis Gorgiam & Phædonem, & quasdam Epistolas, Aristotelis Oeconomicam & Ethicorum & Politicorum libros similiter traduxit. Et alia *y*) quæ ad me non venerunt. Claruit in Concilio Constantiensi personaliter sub Sigismundo Imp. Anno Domini MCDXX. Moritur autem sub Frederico Imperat. tertio, & Eugenio Papa quarto. Anno Domini MCDXLIII. Indict. sexta, VII. Idus Martii, ætatis suæ anno ferme LXXIV.

DCCXLIX. POGIUS *Florentinus* philosophus & rhetor facundus, græco & latino sermone ad perfectum instructus, literarum apostolicarum multis annis scriptor disertissimus. Fertur nonnulla ingenii excellentis composuisse opuscula, quibus nomen suum ad notitiam posteritatis transmisit. Hujus Pogii acerrimus æmulus Laurentius Valla extitit, & varia in eum scripsit. Ipse autem edidit:

De situ Indiæ regionis, lib. I.
In Laurentium Vallam. lib. II.
Epistolarum ad diversos lib. I.
Orationes varias. lib. I.

Et alia complura. Dionysium *z*) Siculum & alios multos græcorum authores latinos fecit. Præterea in Concilio Constantiensi funebres orationes plurimas habuit. Spurcitiarum opus quod *Facetias* prænotavit, ab hoc illustrium virorum catalogo merito censuimus repellendum, quoniam ejus lectio devotos offendit, incautis nocet, carnales inficit. Claruit in concilio Constantiensi personaliter sub Sigismundo Imperatore. Anno Domini MCDXX. *a*)

DCCL. LAURENTIUS *Valla*, Patricius Romanus, grammaticorum hujus ætatis longe



*r*) A. 1435. 18. Febr. Bononiæ obiisse notat Valentinus Forsterus p. 669. Historiæ Juris. Sed 1436. habet etiam Beissardus L. imag. p. 118. cum aliis Trithemium secutis.

*s*) Aretino mortuo Historiæ Florentinæ opus supra pectus & corona capiti imposita justu Reip. à Jannotio Manetto, qui oratione funebri eum celebravit. Vide Jac. Gaddium de scriptoribus non Ecclesiasticis T. I. p. 11. Scripta ejus junctim edere voluit, præmissâ vitâ à Manetto scripta Philibertus de la Mare Senator Divionensis, teste Labbeo Bibl. nova MSS. p. 373. Alia de hoc Aretino scriptores Diarii Veneti (Giornale d' Italia T. IX.. p 201. seq.)

*t*) è Procopii Gothicis libere translatam. *u*) è Polybio. *x*) De gentilium libris cum fructu legendis.

**)* Lege: *Tiberii & Caji Gracchorum.* Neque enim Græci sed Romani fuere Gracchi. *y*) ut Phalaridis Epistolas.

*z*) lege Diodorum. Quanquam versionis illius quinque primorum librorum Diodori verus auctor non Pogius sed Joannes Phreas fuisse dicitur. Vide Jo. Lelandum de scriptoribus Britanniæ p. 467.

*a*) obiit Florentiæ 1439. 30. Octobr. ætat. 78. de cujus vita & in litteras meritis accurate nuper tradidere viri cultissimæ doctrinæ Jo. Baptista Recanati ad Historiam Pogii Florentinam Venetiis Latine primum in lucem editam & Albertus Henricus de Sallengre in Commentariis litterariis Gallica superiore anno vulgatis (*Memoires de literature*)

princeps, philoſophus, rhetor & theologus præſtantiſſimus, ingenio ſubtilis, acer & vehemens, latinam eloquentiam græcæ præferens, multa ad ejus ornatum compoſuit græci & latini ſermonis peritiſſimus, edidit non ſpernendæ lectionis opuſcula, quibus nomen ſuum ad notitiam poſteritatis cum laude transmiſit. E quibus ſubjecta feruntur:

| | | |
|---|---|---|
| Elegantiarum | lib. VI. | *Cum mecum ſæpe majorum.* |
| De reciprocatione ſui & ſuus. | lib. I. | *Singularis tu Johannes.* |
| Epiſtolarum multarum. | lib. I. | |
| In Quintilianum quoque | lib. XII. | |
| Dialectica. | lib. I. | |
| Panegyricus de vero bono. *b)* | lib. III. | *Inſtituenti mihi Paule.* |
| De libero arbitrio. *c)* | lib. I. | *Maxime vellem Garſia.* |
| Apologus in Pogium *d)* | lib. I. | *Audio Pogium alteram.* |
| In Antonium Raudenſem. | lib. I. | |

Et alia multa. In latinum vertit, Homerum, Herodotum, Thucydidem, & plures alios. Claruit in concilio Conſtantienſi perſonaliter, *e)* ſub Sigismundo Imperatore. Anno Domini, MCDXX. De quo ſic quidam ait: Quid ille cenſor Latinæ linguæ mordaciſſimus Laurentius Valla, dira & exacta ſua reprehenſione ſibi peperit? Quid inquam laudis aliud conſecutus eſt poſt fata quam quod de eo juxta merita pulchrum illud epigramma confictum legitur & prædicatur ubique? *Nunc poſtquam manes defunctus Valla petivit, Non audet Pluto verba latina loqui. Jupiter hunc cœli dignatus honore fuiſſet, Cenſorem linguæ, ſed timet eſſe ſuæ.* Quid autem de Conſtantini donatione qua dotavit Eccleſiam Romanam ſenſerit liber ejus pulchre indicat, quem utinam vir tantus nunquam edidiſſet. *f)*

DCCLI. JOHANNES *Tortellius*, natione Aretinus, Laurentii Vallæ amiciſſimus ad quem elegantiarum linguæ latinæ ſex libros perſcripſit. Romani pontificis *g)* ſubdiaconus & cubicularis, ac Nicolai *h)* poſtmodum pontificis contubernalis, & ſtudiorum ejus intimus comes, græcis, latinisque literis ad perfectum inſtructus, philoſophus, rhetor, ac Theologus celeberrimus. Scripſit inter cætera ingenii ſui opuſcula, volumen grande & præclarum quod prænotavit:

| | | |
|---|---|---|
| Commentariorum grammaticæ. | lib. II. | *Græcorum literas quibus.* |
| In Dialecticam quoque | lib. I. | |
| Epiſtolas diverſas edidit. | | |

Et alia plura. Athanaſii Alexandrini *i)* vitam ad Eugenium pontificem in latinum tranſtulit, & Appianum hiſtoricum *k)* ad verbum interpretatus eſt. Et alia. Claruit ſub Sigismundo Imp. Anno Domini, MCDXX.

DCCLII. HERMANNUS *Petra* de Stutdorp, *l)* ordinis Carthuſienſium, natione Teutonicus, vir in divinis ſcripturis ſtudioſus & eruditus, vita & converſatione devotus, vicarius & rector domus ſanctimonialium, ordinis ſui, divæ Annæ juxta Brugas in Flandria, ubi per novem & viginti annos multa religione & doctrina claruit. Scripſit ingenii ſui quædam devota opuſcula, de quibus ſubjecta feruntur: Opus inſigne per circulum anni ſex voluminibus diviſum, continens

| | |
|---|---|
| Sermones de tempore | lib. III. |
| Sermones de ſanctis. | lib. III. |
| Super oratione Dominica ſermones L. | lib. I. |
| De regimine monialium. | lib. I. |

Et alia complura. Moritur ſub Sigismundo Imp. & Martino Papa quinto. Anno Domini, MCDXXVIII. Nono Cal. Maji Indict. VI.

DCCLIII. OMNIBONUS *Leonicenus*, *m)* vir in literis humanitatis eruditiſſimus græco & latino ad perfectum inſtructus eloquio, philoſophus & rhetor omnium ſuo tempore celeberrimus. Emanuelis Chryſoloræ Conſtantinopolitani (qui græcas literas reduxit in Italiam) apud Venetias quondam auditor. Scripſit multa præclara volumina, quibus memoriam ſui poſteris reliquit. E quibus ſubjecta feruntur:

| | | |
|---|---|---|
| In oratorem Ciceronis. | lib. III. | *Quantum Ciceronis ora.* |
| In Lucanum poetam. | lib. I. | *In exponendo hoc au.* |

In

*b)* In his pro voluptate diſputat. Confer Majoli dies Caniculares p. 85.

*c)* Hoc dialogo oppugnat Boëthium. Confer Illuſtris Leibnitzii τὴν μετανοίαν Theodiceam p. 605. ſeq.

*d)* Præter duos libros dialogorum in Pogium exſtant adverſus eundem Vallæ quatuor libri autidoti acerbiſſimæ ſcripti.

*e)* fallitur Trithemius, nam A. 1414. cum cœpit concilium Conſtantienſe celebrarione natus quidem Valla fuit, quem conſtat obiiſſe Romæ A. 1465. ætatis 50. Vide Martinum Hanckium de Rom. rerum ſcriptoribus lib. 2. p. 117.

*f)* Erunt alii qui optabunt Trithemio viro veritatis amantiſſimo votum hujuſcemodi non excidiſſe.

*g)* Eugenii IV. *h)* Nicolai V.

*i)* Præmittitur opuſculis Athanaſii Latine editis Paris. 1520. apud Joh. Parvum, legiturque apud Lipomanum Tomo III. de Vitis Sanctor.

*k)* Hæc verſio lucem, opinor, haud vidit. *l)* Sandorpius, Valerio Andreæ p. 383. Bibl. Belgic.

*m)* Vicentinus patria, cujus ſæpius excuſa commentaria in Valerium Maximum. Hunc propinquitate attigit Nicolaus Leonicenus, de quo infra in additionibus.

Digitized by Google

| | | |
|---|---|---|
| In Quintilianum | lib. 1. | |
| In laudibus eloquentiæ. | lib. 1. | *Quantum admirationis.* |

Orationes multæ. Et alia complura edidit, quæ ad manus noſtras nondum venerunt. Claruit ſub Sigismundo Imp. Anno Domini, MCDXX.

DCCLIV. HENRICUS *de Haſſia* Junior, *n*) ordinis Carthuſienſium, prior domus monachorum Mariæ, vir in divinis ſcripturis eruditus, & ſecularis philoſophiæ non ignarus, ingenio ſubtilis & clarus eloquio, edidit multa elegantiſſima volumina, quibus nominis ſui memoriam poſteris reliquit, & multa eorum in gymnaſiis univerſalibus publice ante religionis ingreſſum legit. E quibus iſta feruntur:

| | |
|---|---|
| Super ſententias | lib. IV. |
| In Geneſim | lib. 1. |
| In Exodum, | lib. 1. |
| In Parabolas Salomonis | lib. 1. |
| In Apocalypſin Johannis, | lib. 1. |
| Dialogus inter Epiſc. & Presbyterum, | lib. 1. |
| Sermones utiles, | lib. 1. |

Et quædam alia. Moritur ſub Sigismundo Imperatore, & Martino Papa V. Annó Domini, MCDXXVIII. Indictione VI.

DCCLV. JOHANNES *de Gerſon*, *o*) natione Gallus, cancellarius Pariſienſis, Petri de Aliaco cardinalis Cameracenſis olim diſcipulus, vir in divinis ſcripturis eruditiſſimus, & ſecularis philoſophiæ non ignarus, ingenio ſubtilis, ſermone ſcholaſticus, ſententia certus & ſtabilis, conſilio cautus, & dubiorum clariſſimus interpres, vita & converſatione inſignis, Theologorum ſui temporis longe princeps. Scripſit metro & proſa multa præſtantiſſima opuſcula, quibus nomen ſuum immortalitatem apud poſteros ſemper obtinebit, quorum lectio devotis & religioſis viris non minus utilis, quam jocunda eſt. E quibus extant;

| | | |
|---|---|---|
| De laude ſcriptorum, | lib. 1. | *Scrutari ſcripturas.* |
| De concordantia Evangeliſtarum | lib. 1. | *Evangelium latum eſſe.* |
| De poteſtate Eccleſiaſtica | lib. 1. | *Poteſtas Eccleſiaſtica de.* |
| De auferibilitate ſponſi | lib. 1. | *Venient autem dies quando.* |
| De modo ſe habendi in ſchismate | lib. 1. | *Ad tollendam quorundam.* |
| De unitate Eccleſiaſtica, | lib. 1. | *Unitas Eccleſiaſtica.* |
| De ſtatibus Eccleſiaſticis | lib. 1. | *Pax quam omnes.* |
| De modo vivendi fidelium | lib. 1. | *Regula prima qua.* |
| De defectibus Eccleſiaſticis, | lib. 1. | *Forte dicitur mihi. &c.* |
| De ſchismate | lib. II. | *In inquiſitione veritatis* |
| De concilio generali | lib. 1. | *Daturus occaſionem.* |
| Trialogus de ſchismate | lib. 1. | *Sæpenumero ſublimem* |
| De nuptiis Eccleſiæ, | lib. II. | *Nuptiæ factæ ſunt in.* |
| Quæ ſint neceſſario credenda | lib. 1. | *Declaratio compendioſa.* |
| De diverſis hæreſibus | lib. 1. | *Proteſtatio ſeu revo.* |
| De appellatione à Papa, | lib. 1. | *Quæritur utrum hæc.* |
| Contra Petrum de Luna xxx. artic. | lib. 1. | *Et primo conſtat, &c.* |
| Contra eundem octo articuli | lib. 1. | *Et primo notandum.* |
| De aſſumptione humanitatis Chriſti, | lib. 1. | *Reverendiſſimo in Chriſto.* |
| Lectiones duæ in Marcum | lib. 1. | *Sicut ſcriptum eſt in.* |
| De literali ſenſu ſcripturæ | lib. 1. | *Qui autem blaſphema.* |
| Contra hæreſim Bohœmorum | lib. 1. | *Oblaturus juxta ſe.* |
| De probatione ſpirituum | lib. 1. | *Probate ſpiritus ſi ex Deo.* |
| De examinatione doctrinarum, | lib. 1. | *Attendite à falſis pro.* |
| Trialogus contra Aſtrologiam, | lib. 1. | *Sapientiam quæ à Domino Deo* |
| De veris & falſis viſionibus | lib. 1. | *Nuper unam ex lectionibus.* |
| De obſervatione dierum ſuperſtitioſa, | lib. 1. | *Culpat Apoſtolus eos qui.* |
| Contra Jacobum Angeli | lib. 1. | *Omne opus Dei ſanctum eſt.* |
| De erroribus Magicæ, | lib. 1. | *Collaudanti mihi nuper.* |
| Contra Matthæum Grabon | lib. 1. | *Reverendiſſimo in Chriſto.* |
| Contra flagellatores | lib. 1. | *Lex Chriſti dicitur lex amo.* |
| Regulæ morales | lib. 1. | *Agamus nunc interim.* |
| De præceptis decalogi, | lib. 1. | *Chriſtianitati ſum qualis.* |
| De differentia peccatorum | lib. 1. | *Qui bene conſiderat.* |



*n*) de ſeniore vide c. 684.

*o*) De inſigni hoc Doctore eiusque Vita, ſatis & ſcriptis diligentiſſime in Gerſonianis ſuis Lud. Elias du Pin, præfixis locupletiſſimæ quam adornavit operum Joannis Gerſonis editioni excuſæ Antwerpiæ ſive Amſtelodami potius A. 1706. fol. Plura Gerſonis elogia è Synodis & Doctorum ſcriptis collegit Jo. Launojus lib. de frequenti communione c. 6. p. 90. ſeq. quem vide ſis etiam in Hiſtoria Gymnaſii Navarrei p. 480. ſeq. Vide etiam quibus argumentis ſe tuetur Natalis Alexander notatus à Cenſoribus, quod Gerſonem *Chriſtianiſſimum Doctorem* appellaſſet T. VII. Hiſt. Eccleſ. p. 92. edit. in fol.

Digitized by Google

| | | |
|---|---|---|
| De confessionibus audiendis, | lib. I. | *Et si virtus quam, &c.* |
| De confessione molliciei | lib. I. | *Quidam magister in ebe.* |
| Remedia recidivantium | lib. I. | *Habet hoc proprium ars.* |
| De absolutione Sacramentali, | lib. I. | *Gratia tibi & pax frater,* |
| Dialogus de potestate ligandi | lib. I. | *Cum Christus dederit.* |
| De indulgentiis | lib. I. | *Quacunque alligaveris.* |
| De quatuor quæstionibus | lib. I. | *Quaeritur an male loqui.* |
| De diversis quæstionibus | lib. I. | *Dubitabat nuper aliquis.* |
| De contractibus | lib. III. | *Qui volunt divites fieri.* |
| De Simonia | lib. I. | *Super materia simoniac.* |
| De sollicitudine Ecclesiasticorum, | lib. I. | *Nolite soliciti esse quid.* |
| De condendo testamento | lib. I. | *Beatus ille servus quem.* |
| Testamentum peregrini, metro, | lib. I. | *Gratia cui nomen, &c.* |
| De pollutione nocturna | lib. I. | *Dubitatum est apud me.* |
| De pollutione diurna | lib. I. | *Scripsi pridem aliqua.* |
| De castitate Ecclesiasticorum | lib. I. | *Sunt Eunuchi qui se cast.* |
| De abstinentia carnium | lib. I. | *Grandis & mira est* |
| De temperantia prælatorum | lib. I. | *Jam in una priori lectio.* |
| De vita clericorum | lib. I. | *Pœnitemini & credi.* |
| De humilitate | lib. I. | *A Deo exivit & ad De.* |
| De nobilitate | lib. I. | *Homo quidam nobilis* |
| De consideratione principis, | lib. I. | *Rex regum Jesu benigne* |
| Dialogus duorum militum | lib. I. | *Milites in heremo.* |
| De consolatione Theologiæ | lib. IV. | *Quæcunque scripta sunt* |
| Dialogus Apologeticus | lib. I. | *Rem inquiris o Monice.* |
| Josephina, metrice | lib. I. | *Fontem fueverunt* |
| Centilogium de conceptibus | lib. I. | *Conceptum de virgine.* |
| De vita spiritali | lib. I. | *Ego vos baptizavi aqua* |
| Centilogium de impulsibus. | lib. I. | *Deposuit potentes de.* |
| De mystica Theologia. | lib. VIII. | *Pœnitemini & credi.* |
| De eadem, practica. | lib. I. | *Tractantes in lectionibus,* |
| Elucidatio ejusdem. | lib. I. | *Vobis datum est nosse.* |
| De perfectione religionis. | lib. I. | *Gratia vobis & pax.* |
| De meditatione cordis. | lib. I. | *Meditatio cordis mei.* |
| De simplificatione cordis, | lib. I. | *In simplicitate cordis* |
| De directione cordis. | lib. I. | *Confitebor tibi in dire.* |
| De illuminatione cordis | lib. I. | *Simile est regnum cœlorum.* |
| De oculo quoque. | lib. I. | *Gavisi sunt discipuli.* |
| Contra pusillanimitatem. | lib. I. | *Qui pusillanimis est.* |
| De diversis tentationibus diaboli, | lib. I. | *At nos sub Dei manu.* |
| De discretione exercitii. | lib. I. | *Deus vult ut sit vari.* |
| De passionibus animæ. | lib. I. | *Passionem fervorem.* |
| De perfectione cordis, | lib. II. | *Diliges Dominum Deum tuum* |
| De monte contemplationis. | lib. I. | *Mirari nonnulli fortasf.* |
| De mendicitate spiritali. | lib. I. | *O mea pauper mea infir.* |
| De valore orationis. | lib. I. | *Oportet semper orare.* |
| De canticis canticorum. | lib. III. | *Cecinimus vobis nec.* |
| Super Magnificat. | lib. XII. | *Canticum Mariæ tractan.* |
| Carmen de eodem. | lib. I. | *Magnificat anima mea.* |
| De hymno Angelico. | lib. I. | *Gloria in excelsis Deo.* |
| Super Cantica canticorum. | lib. I. | *Amo te sacer ordo car.* |
| De nuptiis sapientiæ. | lib. IV. | *Quæsivi sponsam mi.* |
| De duplici logica. | lib. II. | *Et erat Johannes vesti.* |
| Ad rectores puerorum. | lib. I. | *Sinite parvulos veni.* |
| Sermones in concilio Constantien. | lib. I. | *Ambulate dum lucem ha.* |
| Sermones ad clerum | lib. I. | |
| Sermones ad populum. | lib. I. | |
| Dialogus de quolibet | lib. I. | |
| Epistolæ plures ad diversos. | lib. I. | |

Alia insuper multa edidit minora quidem, sed valde utilia opuscula, quorum ad nos certa notitia non pervenit. Claruit personaliter in concilio Constantiensi, in quo pro extirpatione hæresium glorioſe laborans, tandem illo dissoluto, domo, patria, cognatis, amicis, dignitatibus, rebusque propriis, pro veritate tuenda privatus est, & multis insidiis expetitus, unde necessitate compulsus ad civitatem Lugdunensem confugiens, ibidem post paucos annos moritur sub *Sigismundo Imperatore*, & Martino Papa quinto. Anno Domini, MCDXXXX. Indictione septima,

Digitized by Google

ſeptima, ætatis ſuæ anno LXVI. *p*) Quarto Iduum Julias. Ibidem apud Cœleſtinos cum honore ſepultus.

DCCLVI. VINCENTIUS *Ferrarius q*) de Valentia, ordinis fratrum prædicatorum, ad quem Johannis de Gerſon nonnullæ extant epiſtolæ, vir in divinis ſcripturis eruditiſſimus, & ſecularis literaturæ non ignarus, ingenio ſubtilis & clarus eloquio, moribus & converſatione devotus, & declamator ſermonum ſuo tempore omnium celeberrimus, miraculis vivus & mortuus coruſcans. Scripſit elegantes

| | | |
|---|---|---|
| Sermones de tempore. | lib. I. | *Benedictus qui venit in.* |
| Sermones de ſanctis. | lib. I. | *Dives eſt in omnes qui in.* |
| Sermones per quadrageſimam. | lib. I. | |
| Epiſtolas quasdam. | | |

Claruit perſonaliter in Concilio Conſtantienſi. Anno Domini, MCDXVIII. *r*) Mortuus vero propter crebra miracula per Calixtum Papam tertium canonizatus eſt. Anno Domini, MCDLV. Indictione III Cujus feſtum in April. *s*)

DCCLVII. BONIFACIUS *Ferrarius* de Valentia, natione Catalanus, ordinis Carthuſienſis prior XXV. beati Vincentii prædicatoris ſupradicti frater, vir in divinis ſcripturis eruditus, & juris canonici Doctor egregius, vita & converſatione à ſancto fratre non degenerans, Carthuſiam majorem verbo & exemplo ſtrenue gubernavit. Scripſit inter cætera notabilem tractatum, cur in ordine Carthuſienſi pauci canonizati ſint, & miracula publice non faciant,

| | | |
|---|---|---|
| Ad Bonifacium ejusdem ordinis. | lib. I. | |
| De approbatione ordinis. | lib. I. | |

Epiſtolas quasdam. Et alia multa. Claruit temporibus Sigismundi Imper. & Martini Papæ quinti. Anno Domini, MCDXX. *t*)

DCCLVIII. LUPUS *de Oliveto*, *u*) natione Hiſpanus, ordinis monachorum heremitarum ſancti Hieronymi, prior generalis, vir in divinis ſcripturis ſtudioſus & eruditus, ordinisque ſui inſtaurator egregius, ſcripſit nonnulla præclara opuſcula, quibus nomen ſuum ad notitiam poſteritatis transmiſit. E quibus feruntur, ex dictis ſancti Hieronymi,

| | | |
|---|---|---|
| Regula ordinis ſui. | lib. I. | *Fratres chariſſimi non.* |
| Sermones de tempore. | lib. I. | |
| Sermones de Sanctis. | lib. I. | |

Et quædam alia. Hanc regulam noviter compilatam in XXXII. capitulis Martinus quintus confirmavit. Claruit tempore concilii Conſtantienſis. Anno Domini, MCDXX.

DCCLIX. DOMINICUS *de ſancto Geminiano*, *x*) jureconſultus præſtantiſſimus, & tam in divinis ſcripturis quam in cæteris literis ſecularium diſciplinarum nobiliter doctus, ingenio ſubtilis & clarus eloquio, ſcripſit in jure canonico quædam præclara volumina, quibus nomen ſuum ad notitiam poſteritatis cum gloria transmiſit. E quibus extat opus inſigne & celeberrimum in duobus voluminibus partitum,

| | | |
|---|---|---|
| Super VI. Decretalium. | lib. II. | *Quia gloſſa prima ſine.* |
| Et variæ declarationes. | | |

Cætera vero quæ compoſuiſſe dicitur, ad notitiam meam non venerunt.

DCCLX. PAULUS *de ſancta Maria*, genere Judæus, *y*) fide Chriſtianus primo Epiſcopus Carthaginenſis, ac poſtea Burgenſis in Hiſpania antiſtes, Archicancellarius regis Caſtellæ & Legionis, vir in divinis ſcripturis ſtudioſiſſimus & valde eruditus, & magiſter ſacræ Theologiæ, in virili ætate ſua converſus ad fidem Catholicam, vita & doctrina in tantum profecit, ut inter omnes Hiſpaniæ Doctores ſimilem ſuo tempore habuerit neminem. Scripſit ad filium ſuum Alphonſum, decanum Compoſtellanum, legum Doctorem, in Poſtillas Nicolai de Lyra

| | | |
|---|---|---|
| Additiones notabiles | lib. I. | *Quid tibi vis ut vivens.* |
| Scrutinium ſcripturarum, *z*) | lib. II. | *Scrutamini ſcripturas* |

Et quædam alia. Claruit & complevit hoc ſcrutinium ſuum ſub Sigismundo Imperatore & Eugenio Papa quarto. Anno Domini, MCDXXXIV. Indictione duodecima, ætatis ſuæ LXXXI. anno.

DCCLXI. PETRUS *Paulus Vergerius*, patriæ Juſtinopolitanus, *a*) vir in divinis ſcripturis



*p*) A. 1428. 14. Dec. ingreſſus eſt annum ætatis ſuæ 66. ut ipſe teſtatur Gerſon in teſtamento Peregrini. Natus igitur A. 1363. *q*) Ferrerius.

*r*) eo ipſo anno 1418 vel 1419. mortuus. *s*) V. April. vide Acta Sanctor. ad illam diem, & Nic. Antonium lib. X. Bibl. vet. Hiſpan. cap 2.

*t*) jam obiit A. 1419. 20. April. id. cap. 3. *u*) *de Olmeto* ſive *Ulmeto*; defunctus Romæ A. 1423. Vide Nic. Antonium X. 3. p. 143. T. 2. Bibl. vet. Hiſpan.

*x*) De hoc Jo. Vincentium Coppius in Viris inſignibus Sangeminianenſibus.

*y*) Inter Judæos uſus eſt nomine *Salomonis Levitæ*, teſte Abarbanele in Eſaiæ XXIV. vide Rev. Wolfii noſtri Bibl. Hebraicam p. 912. Chriſto nomen dedit Paulus Burgenſis Anno ætatis quadrageſimo, liberis & uxore relictis Vide Thomam de Pinedo ad Stephanum Byz. p. 363. ſeq. & Nic. Antonium operis laudati lib. X. c. 5. p. 157. ſeq.

*z*) editum primum Mantuæ A. 1477. fol.

*a*) in Iſtria. Non confundendus hic Jovio etiam in elogiis laudatus cum altero Petro Paulo Vergerio juniore itidem Juſtinopolitano, ubi etiam Epiſcopum egit, ſed qui apud Paulum III. delatus A. 1542. de hæreſi, cum purgaturus ſe mollireturlibrum *adverſus Apoſtatas Germaniæ*, argumentis illorum diligentius expenſis dedit manus, &

ſtudioſus, & in ſecularibus literis eruditiſſimus, philoſophus & rhetor celeberrimus, Græco & Latino ſermone ad perfectum inſtructus, *Chryſoloræ* Byzantini philoſophi apud Venetias Græcas literas docentis quondam auditor. Scripſit ingenii excellentis quædam præclara opuſcula, quibus memoriam ſui poſteris reliquit. E quibus extat inſigne opus continens de geſtis Carrarienſium dominorum

| | |
|---|---|
| Hiſtoriam perpulchram, | lib. I. |
| De ingenuis moribus, | lib. I. |
| In laudibus divi Hieronymi, | lib. I. |

Et alia multa. *b)* Claruit in concilio Conſtantienſi Anno Domini, MCDXX.

DCCLXII. MAPHÆUS *Vegius*, patria Laudenſis, Martini Papæ quinti datarius, vir in divinis ſcripturis ſtudioſus & egregie doctus, atque in ſecularibus literis eruditiſſimus, orator & poeta celeberrimus, & non minus converſatione quam ſcientia inſignis, cujus procuratione & impenſa, reliquiæ *S. Monicæ* divi Auguſtini matris ex Oſtia Tiberina Romam translatæ, & in nova capella à ſe pretioſe fabricata, conditæ ſunt, in qua & ipſe ſepultus eſt. *c)* Scripſit tam metro quam ſoluta oratione quædam præclara volumina, de quibus extat opus celeberrimum & omnibus religioſis neceſſarium, divina & humana literatura compoſitum ad quosdam ſorores, quod prænotavit,

| | | |
|---|---|---|
| De perſeverantia | lib. VII. | *Cum graves ſæpe ut ſit.* |
| In Pſal. pœnitentiales, | lib. I. | |
| In laudibus divæ Monacæ, | lib. I. | |
| Librum XIII. Æneid. heroico carm. | lib. I. | |
| Epigrammata plura, | lib. I. | |
| De re militari. | | |
| Dialogum, qui dicitur Philalethes. | | |
| Epiſtolas multas. | | |

Et alia complura. Claruit temporibus Sigismundi Imp. & Martini Papæ quinti. Anno Domini, MCDXXX.

DCCLXIII. JOHANNES *Plateh*, natione Teutonicus, gymnaſii Heydelbergenſis decus & columna, vir in divinis ſcripturis eruditiſſimus & in philoſophia Ariſtotelica nobiliter doctus, ingenio ſubtilis, ſermone ſcholaſticus, vita & converſatione (quantum ſecularis patitur ſtatus) inſignis, in declamandis ſermonibus ad populum doctor egregius. Scripſit inter cætera magnum & inſigne volumen, quod in præfata univerſitate Heydelbergenſi *d)* ordinarie & publice legit,

| | | |
|---|---|---|
| Super primo c. Decretalium, | lib. I. | *Venerabiles patres.* |
| Contra Bohœmos | lib. I. | *Sicut ſapiente dicente.* |
| Quæſtiones ſententiarum, | lib. I. | |
| Sermones plures. | lib. I. | |
| Quæſtiones varias. | | |

Et quædam alia. Claruit ſub Sigismundo Imp. Anno Domini, MCDXXX.

DCCLXIV. JOHANNES *Dieppurg* dictus de Franckfordia, natione Teutonicus, Doctor Heydelbergenſis, vir in divinis ſcripturis eruditus, & ſecularis philoſophiæ non ignarus, diſputator acutus, & declamator ſermonum egregius, Ludovici ducis Bavariæ & comitis Palatini Rheni quondam capellanus & ſecretarius, ac in multis arduis cauſſis ſæpe legatus. Scripſit non ſpernendæ lectionis opuſcula, quibus memoriam nominis ſui poſteris reliquit. E quibus ſeruntur ſubjecta:

| | | |
|---|---|---|
| Contra Huſſitas | lib. I. | *Cum nuper anno Domini.* |
| Contra Feymeros, *e)* | lib. I. | *Lex Domini ad extra mor.* |
| De contractibus | lib. I. | *Ut in foro anima ubi in.* |
| De prædeſtinatione | lib. I. | *Gloria in altiſſimis Deo.* |
| Sermones multi | lib. I. | |
| Coram rege Angliæ oratio | lib. I. | *Verbum mihi eſt ad te.* |
| Coram duce Sabaudiæ oratio, | lib. I. | |

Coram

Pontifici nuncium miſit, defunctus A. C. 1564. Vide Sleidanum lib. XXI. & Luc. Oſiandri præf. ad Jo. Ulrici Pregizeri anti-Forerum Tubing. 1624. Menagii ant. Baillerum T. 2. p. 104.

*b)* Vertit etiam Arriani libros de expeditione Alexandri M. Extant Sigismundo Imp. dicati MS. in Bibl. Vaticana. Vide Diarium Venetum (Giornale d' Italia) T. X. p. 422. & de aliis hujus ſenioris Vergerii ſcriptis T. IX. p. 186. ſeq.

*c)* Obiit Vegius A. 14[illegible] de quo præter Jovii elogia conſules additiones ad Naudæana p. 194. ſeq. & Bibliothecam Patrum edit. Lugd. Tomo XXVI. p. 632. ubi recuſi exhibentur eius libri VI. præclari de educatione liberorum, ac totidem de perſeverantia in religione p. 689. De quatuor noviſſimis tractatus p. 745. Philaletes ſeu veritas inviſa & exulans p. 755. Declamatio de præſtantia terræ, Solis & auri p. 777. Denique poemata, Antoniados ſeu de vita S. Antonii libri IV. p. 773. Aſtyanax p. 764. liber tertius decimus Æneidi Virgilianæ ſupplementi loco additus p. 759. Velleris aurei Libri IV. p. 766. Præter hæc etiam vita S. Bernardini Senenſis à Vegio ſcripta exſtat in Actis Sanctor. 20. Maji T. V. p. 287.*

*d)* Condita à Ruperto Ruſo Electore Palatino A. 1386.

*e) contra Scabinos occultri judicii, Feymeros appellatos.* Ita Trithem. c. 165. de ſcript. Germ. De judiciis illis occultis Vemicis & Weſtphalicis in Germania olim obtinentibus vide Erici Mauritii diſſ. p. 590. ſeq. & Beckeri T. 3. diſſ. p. 460. ſeq. Reue Bibl. in Halle XXX. p. 911. ſeq.

Digitized by Google

Comm rege Franciæ oratio, lib. I.
Quæstiones variæ, lib. I.
Epistolæ complures,
Orationes diversæ.

Claruit temporibus Sigismundi Imp. & Eugenii Papæ quarti, Anno Domini, MCDXXX.

DCCLXV. RAYMUNDUS *Sebeide*, *f)* natione Hispanus, vir in divinis scripturis studiosus & eruditus, atque in secularibus literis egregie doctus, artium & medicinæ doctor insignis, qui docendo & scribendo in gymnasio Tolosano magnum eruditionis suæ experimentum dedit. Fertur multa præclara scripsisse opuscula, de quibus ego vidi tantum volumen grande, quod in præfata universitate publice legerat, in cujus principio & multa & glorioſa promittit, de quorum veritate nonnulli sibi applaudunt tanquam experti, quod prænotavit:

Creaturarum sive de homine, *g)* lib. I. *Ad laudem & gloriam.*
Quæstiones disputatas, lib. I.

Cætera me latent. Claruit temporibus Sigismundi Imperatoris, & Eugenii Papæ quarti. Anno Domini, MCDXXX.

DCCLXVI. FRANCISCUS *Barbarus*, patricius Venetus, *Chrysoloræ* Byzantini philosophi in Græcis literis discipulus, vir in secularibus literis eruditissimus & divinarum scripturarum non ignarus, philosophus clarus & summus in utraque lingua orator. Scripsit adhuc juvenis quædam non abjiciendæ lectionis opuscula, quibus nomen suum ad notitiam posteritatis transmisit. E quibus extat opus, quod prænotavit,

De re uxoria, *h)* lib. I.
Epistolarum ad diversos, lib. XVI.

Et quædam alia. Ex Plutarcho traduxit in Latinum ad Zachariam *) fratrem suum vitam Aristidis & Catonis, & multorum illustrium virorum. Similiter & alia.

Moritur temporibus Frederici Imp. tertii, & Nicolai Papæ quinti. Anno Domini, MCDLIV. Indictione secunda.

DCCLXVII. THOMAS *Walden*, ordinis fratrum beatæ Mariæ semper virginis de monte Carmeli, natione Anglicus, & prior provinciæ Anglicanæ generalis, vir in divinis scripturis eruditissimus & in philosophia Aristotelica nobiliter doctus, ingenio acutus & ad disputandum satis idoneus, non minus conversatione quam scientia insignis, egregius quoque declamator sermonum, & Henrici Anglorum regis quinti olim confessor & secretarius. Scripsit inter cætera ingenii sui monimenta, opus insigne tribus magnis voluminibus distinctum contra insanos Wicleffitas & Hussitas hæreticos, quod Martinus Papa quintus examinatum authoritate apostolica confirmavit. Hoc opus prænotatur

Doctrinale Ecclesiæ lib. III. *Exurgat Deus & dissipen.*
Super sententias quoque, lib. IV.
In lib. Ethicorum, lib. X.
In lib. Physicorum, lib. VIII.
In lib. de cœlo & mundo, lib. IV.
In de generatione & corrupt. lib. II.
In lib. Meteororum lib. IV.
In libros de anima, lib. IV.

Alia insuper multa scripsisse dicitur, quæ ad notitiam meam non venerunt. Moritur autem Rothomagi in suo conventu honorifice tumulatus, sub Sigismundo Imper. anno Martini Papæ quinti ultimo. Anno vero Domini nostri Jesu Christi, MCDXXX. Indict. VIII. tertia die mensis Novemb. Id est III. Nonas.

DCCLXVIII. PAULUS *de Castro*, jureconsultus omnium sui temporis celeberrimus, vir magnæ doctrinæ & eloquentiæ, qui jus civile annis multis Senæ, Florentiæ & Patavii conductus publico salario glorioſe docuit, multa in legibus opuscula condidit, quæ hujusce facultatis professoribus, & nota & chara sunt, quibus memoriam nominis sui celeberrimi posteris reliquit. E quorum numero subjecta feruntur:

Super Codice, lib. IX.
Super. ff. veteri, lib. XXIV.
Super. ff. novo, lib. XII.
Super. ff. inforciati, lib. XIV.
Super. ff. institutis, lib. IV.
Consilia elegantissima, lib. I.



*f)* al. *Sebonde* vel *Sabunde*. Vide Nic. Antonium T. 1. Bibl. Vet Hispan. p. 141.

*g)* Opus insigne ab auctore A. 1436. Tolosæ absolutum prodiit post auctoris fata Daventriæ, hinc Argentinæ 1496. fol. postea sæpius aliis in locis, ac denique curante Jo. Amoso Comenio Amst. 1661. 8.

*h)* librum Constantiensis Concilii tempore scriptum & plus simplici vice editum è Latino Gallice vertit Jolius Paris. 1667.

*) Hic *Zachariæ*, pater *Hermolai* fuit Barbari, filius vero *Francisci*, qui Brixiam fortiter defendit & per tres menses eludit obsidentium Mediolanensium impetus A. 1439. Vide Bælii Lexicon qui tres annos pro tribus mensibus scribit.

Digitized by Google

Et alia complura. Moritur temporibus Sigismundi Imperatoris, & Eugenii Papæ quàrti. Anno Domini, MCDXXXVII. Indict. XV.

DCCLXIX. AMBROSIUS Florentinus, *i)* ordinis *Camaldulenſis* generalis Abbas, *k)* Chryſoloræ Byzantini philoſophi Græcas literas apud Venetias docentis quondam auditor, vir tam in divinis ſcripturis quam in ſecularibus doctrinis eruditiſſimus, philoſophus, rhetor & theologus luculentiſſimus & multa & præclara ingenii ſui monimenta poſteris reliquit. Hic fuit nuntius & orator Eugenii Papæ ad concilium Baſilienſe, ubi pro eo ſolemnem orationem habuit ad patres, Scripſit inſigne volumen

| | |
|---|---|
| Epiſtolarum ad diverſos libros | lib. I. |
| Orationes varias. | |

Et alia *l)* complura. In latinum etiam ex græco tranſtulit quatuor libros beati Dionyſii Ariopagitæ, elegantiore & faciliori ſtylo. Vitam quoque originalem *m)* beati Johannis Chryſoſtomi ad Sigismundum Imperatorem. Item Baſilium de virginitate, ad Gabrielem cardinalem, poſtea Papam Eugenium quartum. Item Laërtium de vita philoſophorum, ad Cosmam de medicis. Sed & tres libros divi Johannis Chryſoſtomi ad Stagirium monachum arrepticium luculento & ornato convertit eloquio. Et alia complura *n)* nobis adhuc incognita. Claruit temporibus conciliorum Conſtantienſis & Baſilienſis, & utrumque ſua præſentia illuſtravit. Anno Domini, MCDXXX.

DCCLXX. CAJETANUS patria Vicentinus, Patavinus canonicus, vir in divinis ſcripturis ſtudioſus & eruditus, & in ſecularibus literis nobiliter doctus, philoſophus & medicus inſignis, & theologus celeberrimus, qui in gymnaſio Patavino literas & ſacras & ſcholaſticas publice docuit, & magnam eruditionis ſuæ laudem acquiſivit. Scripſit in utraque literatura (ut ferunt) plura opuſcula, quibus nominis ſui memoriam poſteris reliquit. E quorum numero iſta feruntur:

| | |
|---|---|
| In lib. Phyſicorum, | lib. VIII. |
| In lib. de cœlo & mundo | lib. IV. |
| In libros de anima, | lib. IV. |

Et alia complura. Claruit temporibus Sigismundi Imper. & Eugenii Papæ quarti. Anno Domini, MCDXXX.

DCCLXXI. HENRICUS *Gulpen*, Abbas monaſterii S. Egidii in Nurenberga, ordinis divi patris Benedicti, natione Teutonicus, jureconſultus inſignis, & tam in divinis ſcripturis quam in ſeculari philoſophia egregie doctus, nec minus religioſa converſatione quam ſcientia ſcripturarum venerandus, cujus ingenii promptitudinem & conſilii providentiam Johannes Nider **)* in ſuo de formicis opuſculo commendat expertus. Scripſit eleganter ſuper ſeptem diſtinctionibus

| | |
|---|---|
| De pœnitentia | lib. I. |
| Super de conſecratione, | lib. I. |
| De paſſione Domini, | lib. I. |

Et quædam alia. Claruit in concilio Conſtantienſi perſonaliter cum adhuc ſecularis eſſet artium magiſter & ſtudens juris. Anno Domini, MCDXVII. *o)*

DCCLXXII. JACOBUS *Forlivienſis*, philoſophus & medicus celeberrimæ opinionis, qui cunctos philoſophiæ & medicinæ profeſſores ſui temporis longe præcelluiſſe à multis perhibetur, non ſolum eruditione, verum experientia quoque curandarum ægritudinum humanarum inſignis. Scripſit in ſua facultate deſudantibus perutilia opuſcula quibus nomen ſuum poſteris notificavit. E quibus præcipua feruntur:

| | |
|---|---|
| De extenſione graduum forma *p)* | lib. I. |
| In primum canonem Avicennæ, | lib. I. |
| In Aphoriſ. ejusdem *q)* | lib. I. |
| In tegni *r)* quoque, | lib. I. |

Et quædam alia. Claruit temporibus Sigismundi Chriſtianiſſimi Imperatoris. Anno Domini noſtri noſtri Jeſu Chriſti MCDXXX.

DCCLXXIII. RUDOLPHUS *de Buxella s)* vico Sueviæ, natione Teutonicus, Spirenſis dioce-

*i)* Natus A. 1386. in portico caſtello ad montem Apenninum. Vide ſcriptores Diarii Veneti (*Giornale d' Italia*) T. IX. p. 197. Auguſtinum Florentinum libro 3. Hiſtoriæ Camaldulenſ. p. 321. ſeq.

*k)* ab A. 1431. 26. Octobr. ad 1439. 21. Octobr. quo mortuus eſt.

*l)* Ut *Hodœporicon*, ante paucos annos vulgatum à Nicolao Bartholino. Vide Acta Eruditor. A. 1682. p. 159. Nam *Epiſtolas* eius adhuc ineditas ſperamus luci datum proxime iri à Petro Canneto.

*m)* intelligit Trithemius vitam Chryſoſtomi ſcriptam à Palladio, vocatque originalem, quia cæteri juniores ex illa hauſerunt, quæ de Chryſoſtomo tradidere.

*n)* Vide Warthoni appendicem ad Hiſtoriam literariam Cavei.

**)* de quo infra c. 780. *o)* Deinde in Concilio Baſileenſi jam Doctor & Abbas, ſub Sigismundo Imp. A. 1430. Trithem. de ſcript. Germ. p. 166.

*p)* formationis fœtus. *q)* non ejusdem Avicennæ ſed Hippocratis.

*r)* in Galeni τεχνην ſive Artem parvam. Vide Gesneri Bibl. & Merklini Lindenium renovatum de ſcriptis Med c.

*s)* *de Bruxella* vitioſe excuſum in libro Trithemii de ſcript. Germ. c. 167.

Digitized by Google

diœcesis, vir in divinis scripturis studiosus & eruditus, atque in seculari philosophia, quam Aristotelicam vocant, egregie doctus, sacræ theologiæ Professor insignis, qui in gymnasio Heydelbergensi eruditionis suæ laudes ingentes acquisivit. Scripsit in ea facultate non spernenda opuscula, quibus nomen suum notificavit posteritati, videlicet,

| | |
|---|---|
| Quæstiones sententiarum | lib. 1. |
| Sermones perutiles | lib. 1. |
| Quæstiones variæ. | lib. 1. |
| Orationes plures ad patres | lib. 1. *Etsi sancta mater* |

Et alia multa. Claruit in gymnasio Heydelbergensi tempore concilii Basilienſis & deinceps Anno Domini, MCDXXX.

DCCLXXIV. HUGO *Senensis*, natione Italus, vir in secularibus literis eruditissimus & divinarum scripturarum non ignarus, philosophus clarus, & medicus celeberrimus, ingenio excellens, & præstans. Scripsit in medicina studentibus non parvipendenda volumina, quibus memoriam nominis sui posteris reliquit. E quibus feruntur:

| | |
|---|---|
| Super primo Avicennæ | lib. 1. |
| Super aphoris. Hippocratis, | lib. 1. |
| Super tegni *) Galeni | lib. 1. |

Et alia complura. Claruit temporibus concilii Basilienſis, & Sigismundi Imperatoris. Anno Domini, MCDXXX. *t)*

DCCLXXV. HENRICUS *de Gauda*, natione Teutonicus, in scripturis sanctis magnifice eruditus, ingenio subtilis, & disputator scholasticarum quæstionum acutissimus, in gymnasio Heydelbergensi, tum legendo tum docendo, tumque componendo suo tempore facile principatum obtinuit. Scripsit quædam præclara ingenii sui opuscula, de quibus ad meam notitiam pauca hucusque pervenerunt:

| | |
|---|---|
| Super sententiarum, | lib. 1. *Fons hortorum puteus*, |
| De celebratione (Missæ) | lib. 1. |
| Orationes variæ | |
| Quæstiones disputatæ | |

Et alia quædam. Claruit temporibus concilii Basilienſis, & Sigismundi Imperatoris. Anno Domini, MCDXXXV.

DCCLXXVI.. SANCTES *de Arduinis* ex Pisaurensi urbe natus, vir in Philosophia & Medicina doctissimus, & in medendis corporibus humanis expertissimus, apud Venetos suo tempore magno in precio habitus, edidit hujusce facultatis quædam præclara opuscula, quibus memoriam celeberrimi nominis sui ad posteritatis notitiam destinavit. E quibus extat opus de omnibus naturalibus & artificialibus

| | |
|---|---|
| Venenis notabile | lib. 1. |
| De odoratione quoque, | lib. 1. |
| De prolificatione, | lib. 1. |

Et quædam alia. Claruit sub Sigismundo Imp. Anno Domini, MCDXXX.

DCCLXXVII. NICOLAUS *de Susato*, *u*) natione Teutonicus, sacræ theologiæ Doctor celeberrimus, & tam in seculari philosophia quam in divinis scripturis eruditissimus, apud Ludovicum ducem Bavariæ comitem Palatinum Rheni, in precio habitus, & in concilio Constantiensi ad eligendum summum Pontificem Cardinalibus ex Germanica natione cum cæteris adjunctus, sicut in ejusdem concilii gestis invenitur, scripsit ingenii sui nonnulla præclara opuscula, quibus memoriam nominis sui posteris reliquit. E quibus feruntur:

| | |
|---|---|
| Quæstiones sententiarum | lib. 1. |
| Sermones multi, | lib. 1. |

Variæ quæstiones. Et alia complura. Claruit in concilio Constantiensi sub Sigismundo Imper. Anno Domini, MCDXVII.

DCCLXXVIII. JOHANNES *de Marliano*, Philosophus, & Medicus celeberrimus, ingenio excellens, experientia hujusce artis clarus, & inter medicos suæ tempestatis non infimus, edidit tam in Philosophia quam in Medicina quædam præclara & luculenta opuscula, quorum lectio & studium harum rerum discipulis non parum utilis perhibetur, videlicet

| | |
|---|---|
| De reactione, &c. | lib. 1. |
| De caliditate corporum, | lib. 1. |
| De Antiperistasi, | lib. 1. |

Et alia complura. Claruit temporibus Sigismundi Christianissimi Imperatoris, Anno Domini, MCDXXX.

DCCLXXIX. JOHANNES *Gritsch*, natione Teutonicus, patria Basilienſis, ordinis fratrum minorum, vir in divinis scripturis studiosus & eruditus, & tam in jure Canonico quam in Philosophia seculari sufficienter instructus, ingenio præstans, & clarus eloquio, in declamandis sermonibus ad populum celeberrimæ opinionis, scripsit prædicatoribus verbi Dei non



*) τέχνην. Ut supra c. 772. t) Etiam adhuc A. 1438. Ferrariæ cum concilium celebraret Eugenius IV. Vide Gesneri Bibl.

u) patria Westphalus, Gymnasii Heydelbergensis decus & columna. Trithem. c. 169. de script. Germ.

Digitized by Google

ſpernenda opuſcula, quibus nominis ſui memoriam poſteris commendavit. E quibus iſta feruntur.

| | | |
|---|---|---|
| Sermones de tempore, | lib. 1. | |
| Sermones de ſanctis | lib. 1. | |
| Sermones per quadrageſimam, | lib. 1. | *Cum jejunatis, &c. ſecundum.* |
| De paſſione Domini, | lib. 1. | |

Et quædam alia. Claruit (ut ſui dicunt) temporibus Sigismundi Imper. Anno Domini, MCDXXX.

DCCLXXX. JOHANNES *Nider*, ordinis fratrum prædicatorum, natione Teutonicus, vir in divinis ſcripturis ſtudioſus & eruditus, & in Philoſophia ſcholaſtica ſufficienter doctus, in declamandis ſermonibus ad populum excellentis & præclari ingenii, hæreticæ pravitatis inquiſitor, & mulierculârum, quas malefícas vulgus appellat, acerrimus inveſtigator. Scripſit aperto ſermone nonnulla volumina, quibus nomen ſuum poſteris notificavit. E quibus iſta feruntur.

| | | |
|---|---|---|
| De contractibus mercatorum | lib. 1. | *Cum mercatorum officium.* |
| De lepra morali | lib. 1. | *Olim dum legimus in levi.* |
| De præceptis Decalogi, | lib. 1. | *Decalogi legem ſacratiſſ.* |
| De formicis w) moraliter | lib. V. | *Peragrans crebro quas.* |
| De conſolatione timoratæ conſcientiæ | lib. 1. | *Apud diſciplinas reperi.* |
| Speculum perfectionis. | lib. 1. | |
| Sermones de tempore, | lib. 1. | *Ecce rex tuus, &c. Tria* |
| Sermones de ſanctis, | lib. 1. | *Venite poſt me, &c.* |
| Quadrageſimale | lib. 1. | *Convertimini ad, &c.* |

Et alia complura. Claruit temporibus Sigismundi Imperatoris, & conciliorum Conſtantienſis & Baſilienſis. Anno Domini, MCDXXX. x)

DCCLXXXI. NICOLAUS *Siculus*, Abbas Monacenſis ordinis ſancti Benedicti, ex Catania urbe oriundus, dictus *de Tudeſchis*, primo auditor cauſarum domini Papæ & rotæ, poſtea Panormitanus Archi-Epiſcopus, & demum ſacroſanctæ Eccleſiæ Romanæ cardinalis, y) jureconſultus omnium celeberrimus, ingenio ſubtilis & acutus, conſilio promptus & firmus, ſermone apertus & compoſitus, qui merito *lucerna juris* appellatur. Scripſit multa præclara volumina, quibus nomen ſuum poſteris notificavit, de quibus ſubjecta feruntur:

| | | |
|---|---|---|
| Super decreto imperfectum | lib. 1. | |
| Super Decretalibus, | lib. V. | *Quoniam omnis ratio ſuperna.* |
| Super Clementinis | lib. 1. | |
| Pro concilio Baſilienſi | lib. 1. | *Quoniam veritas verborum* |
| Proceſſus judicarius | lib. 1. | *Rex pacificus cunctorum.* |
| Conſilia centum quatuor, | lib. 1. | *Facti contingentia talis eſt* |
| Diſputationes variæ, | lib. 1. | |

Et alia complura. Claruit in concilio Baſilienſi perſonaliter, Anno Domini, MCDXXXV. Et pro authoritate ipſius concilii coram principibus in Francofordia, præfatum tractatum publice legit, & elegantem orationem ibidem habuit.

DCCLXXXII. LUDOVICUS *Pontanus* de Roma, natione Italus, jureconſultus luculentiſſimus, & non minus in ſcripturis ſanctis, quam in ſeculari Philoſophia ſtudioſus, ingenio excellens, ſententia ſuccinctus & ponderans, edidit in juridica facultate proficere cupientibus non ſpernenda volumina, quibus nomen ſuum ad notitiam poſteritatis cum gloria transmiſit. E quorum numero ego vidi tantum opus, quod prænotatur:

| | | |
|---|---|---|
| Singularia notabilia | lib. 1. | *Verbum omnino intelligitur.* |

De cæteris nihil vidi. Claruit temporibus Sigismundi præſtantiſſimi Imperatoris. Anno Domini, MCDXXX.

DCCLXXXIII. JOHANNES *Noblet*, ordinis fratrum minorum beatæ Mariæ ſemper virginis de monte Carmeli, natione Gallus conventu & ſtudio Pariſienſis, vir in divinis ſcripturis ſtudioſus & eruditus, & ſecularium diſciplinarum non ignarus, quippe qui ante religionis ingreſſum, arte, uſu, & profeſſione corporum ægrotantium ſalutifer medicus extiterat. Scripſit nonnulla præclara opuſcula, de quibus feruntur ſubjecta:

| | | |
|---|---|---|
| Super ſententias | lib. IV. | |
| In Epiſtolas Canonicas | lib. VII. | *Nobilis in partis vir ejus.* |
| Centiloquium ænigmatum | lib. 1. | |
| Sermones varii | lib. 1. | |

Et

w) Formicarius Nideri Prodiit Argentor 1516. 4. Paris. 1519. 4. Duaci 1602. 4. & ſub titulo de Viſionibus & revelationibus, Helmſtad. 1691. 8. curante V. C. Hermanno ab Hardt.

x) Obiit A. 1438. Noribergæ. Vide Altamuram Bibl. Dominican. p. 710. De Nideri *libris tribus de reformatione ſtatus Cœnobitici* qui Helmſtadii bis exſtant MSS. vide laudari ab Hardt præf. ad Tomum tertium Autographi Rudolphin. ubi argumentum illorum enarrat. Prodiere Antwerp. 1611. 8.

y) Cardinalis creatus A. 1440. à Felice V. anti-Papa. Obiit Panormi A. 1445. Vide Ciaconium p. 1168. de Vitis Pontificum & Cardinal.

Digitized by Google

Et alia complura. In multos præterea Bibliæ libros commentarios mirificos & elegantiſſimos ſcripſiſſe dicitur, qui ad notitiam noſtram minime venerunt.

DCCLXXXIV. JOHANNES *de Ragusio*, ordinis fratrum prædicatorum, vir in divinis ſcripturis eruditus, & ſecularis literaturæ non ignarus, ingenio præſtans & clarus eloquio, in declamandis ſermonibus ad populum celeberrimæ opinionis, edidit ingenii ſui præclara quædam opuſcula, quibus nomen ſuum ad notitiam poſteritatis transmiſit. E quibus legi opus inſtructum ad patres concilii Baſilienſis,

| | | |
|---|---|---|
| Contra Huſſitas | lib. I. | *Reverendiſſimi veneran.* |

De cæteris nihil vidi. Claruit in Concilio Baſilienſi perſonaliter, ubi dictum contra hæreticos tractatum pronunciavit publice ad patres, ſub Alberto Imperatore. Anno Domini, MCDXXXVIII.

DCCLXXXV. BLONDUS *Flavius* z) Forlivienſis, a) Eugenii Pontificis quarti Secretarius, vir in omni bonarum artium diſciplina peritus, Philoſophus & Rhetor celeberrimus, & Hiſtoriographus inſignis, ingenio excellens, eloquio diſertus, & dicendi gratia nulli ſecundus. Scripſit multa præclara volumina, quibus nominis ſui memoriam poſteris reliquit. E quibus iſta feruntur. Decades tres, prænotatæ:

| | | |
|---|---|---|
| De geſtis Romanorum, | lib. XXXI. | *Romanorum Imperii.* |
| De Roma triumphante, | lib. X. | |
| De Roma inſtaurata, | lib. III. | |
| De Italia, | lib. VIII. | |
| Epiſtolarum ad diverſos, | lib. I. | |
| Orationes variæ, | lib. I. | |

Et alia complura. *b*) Claruit temporibus Sigismundi Imperat. ſub Eugenio Papa quarto. *c*) Anno Domini, MCDXXXV. Hic quinque filios *d*) ex legitimo matrimonio reliquit bonarum artium cultores.

DCCLXXXVI. HEYMERICUS *de Campo*, natione Teutonicus, gymnaſii Colonienſis vicecancellarius, vir in divinis ſcripturis eruditiſſimus & in philoſophia Ariſtotelica nulli ſuo tempore ſecundus, ingenio ſubtilis & diſputator difficilium quæſtionum egregius. Scripſit multa præclara opuſcula, de quibus tamen pauca in manus noſtras hucusque pervenerunt. In concilio Baſilienſi perſonaliter fuit, miſſus ab univerſitate Colonienſi, ubi ad inſtantiam magiſtri Nicolai de Cuſa, poſtea Cardinalis, edidit

| | | |
|---|---|---|
| Compendium quæſtionum, | lib. I. | *Poſt plerosque octaſio.* |
| Super ſententias, | lib. IV. | *Ut dicit Auguſtinus in libro.* |
| De eſſe & eſſentia | lib. I. | *Eſſe & non eſſe repugnant.* |
| Compendium divinorum, | lib. IV. | *In hoc opuſculo ſub con.* |
| Quæſtiones varias, | lib. I. | |
| Sermones multos, | lib. I. | |
| De authoritate concilii, *e*) | lib. I. | |

Et alia complura. Claruit in concilio Baſilienſi, ubi multa ſcripſit & diſputavit. Anno Domini MCDXXXVIII. ſub Alberto Imperatore.

DCCLXXXVII. GREGORIUS *Trapezontius* Apoſtolicus ſecretarius, vir undecunque doctiſſimus, philoſophus, rhetor & poeta celeberrimus, qui ab Eugenio pontifice gymnaſio publico Romæ præfectus multis annis Rhetoricam, & Poeticam diſciplinam *f*) docuit, & diſcipulos plures in omni ſcientia peritiſſimos poſt ſe reliquit. Scripſit quædam præclara volumina, quibus nomen ſuum notificavit poſteritati. In quibus extant

| | |
|---|---|
| Rhetorica perpulchra, | lib. I. |
| Dialectica ſingularis | lib. I. |
| In orationes Ciceronis, | lib. I. |
| Orationes variæ & Epiſtolæ. | lib. I. |

Et quædam alia. Claruit Romæ temporibus Eugenii Papæ quarti. Anno Domini noſtri Jeſu Chriſti MCDXXXV. *g*)



z) ſic etiam in Epitaphio appellatur, licet alii *Flavium Blondum* vocitent. E familia *Ravaldinorum*. Vide Diarium Venetum Giornale d' Italia T. 12. p. 370. ſeq. Hankium de Rom. rer. ſcriptoribus. &c.

a) male nonnulli vocant Forojulienſem. Vicilſim alii Cornelium Gallum Forlivienſem faciunt (*da Forli*) qui fuit Foroiulienſis (*da Friuli*) ut illuſtri Fontanino pulchre obſervatum.

b) Ut librum de origine & geſtis Venetorum. Et decades tres Hiſtor. ab inclinatione Romanorum ab A. C. 412. ad 1440. c) obiit A. 1463. ætatis 75. de quo Jo. Antonius Campanus:

*Conjuncta eſt ſancto conjux pia Paula marito*
*Feminei ſexus gloria, ut ille viri.*

d) Blondus ipſe Ital. illuſtratæ regione VI. p. 348. *Magnam item ſpem Dei munere conſitutam videmus in quinque Blondis natis noſtris, qui litteris omnes pro ætate ſunt pleni.*

e) Concilii generalis, utrum ſit ſupra Papam.

f) Etiam Latino carmine valuiſſe notat Lilius Gyraldus de Poëtis ſui temporis.

g) Obiit Trapezuntius nonagenario propior Romæ A. 1485 cum natus eſſet in Creta A. 1396. parentibus Trapezunte oriundis. Plura de eo Allatius libro de Georgiis p. 374. ſeq. & Fernandus Alphonſus Herrera in vita Trapezuntii præmiſſa libris V. ejus Rhetoricorum, Compluti A. 1511. Lambecius de Bibl. Vindob. lib. VI. p. 274. &c. Ut omittam Varillaſium lib. IV. anecdotor. Florentinor.

Digitized by Google

DCCLXXXVIII. FLORIANUS *de sancto Petro*, natione Italus, patria Bononiensis, vir in jure civili omnium sui temporis facile doctissimus, & tam divinarum scripturarum quam secularis philosophiæ non ignarus, ingenio acutus, eloquio clarus, disputator subtilis, & consiliator cautus. Scripsit in ea facultate quædam præclara opuscula, quibus memoriam celeberrimi nominis sui posteris commendavit. E quibus feruntur

| | |
|---|---|
| Super Codice | lib. IX. |
| Super ff. veteri. | lib. XXIV. |
| Super ff. novo, | lib. XIII. |
| Super ff. Inforciati, | lib. XIV. |

Claruit temporibus Sigismundi Imperatoris & Eugenii Papæ quarti. Anno Domini, MCDXXXV.

DCCLXXXIX. NICOLAUS *Lackman*, natione Teutonicus, ordinis fratrum minorum sancti Francisci minister *b*) Saxoniæ, vir in divinis scripturis studiosus & eruditus & Aristotelicæ Philosophiæ non ignarus, ingenio præstans, & ad disputandum idoneus, in declamandis sermonibus ad populum excellentis opinionis. Scripsit non abjiciendæ lectionis opuscula, quibus nomen suum ad posteritatis notitiam transmisit. E quorum numero subjecta feruntur potiora.

| | |
|---|---|
| Super sententias, | lib. IV. |
| Quæstiones variæ, | lib. I. |
| Sermones de tempore, | lib. I. |
| Sermones de sanctis, | lib. I. |

Et alia complura. Claruit temporibus concilii Basiliensis, & Eugenii Papæ quarti. Anno Domini, MCDXL.

DCCXC. JOHANNES *de Schonhoven*, natione Teutonicus, ordinis canonicorum regularium S. Augustini, monasterii in Brabantia, Cameracensis diœcesis, quod vulgariter Groenedael, latine Viridis vallis dicitur, in quo Johannes Rusbrugh *i*) olim prioris gessit officium, vir in divinis scripturis studiosus & eruditus, & secularis philosophiæ non ignarus, ingenio cautus, sermone compositus, nec minus conversatione quam scientia illustris. Scripsit ad Simonem nepotem suum,

| | | |
|---|---|---|
| Exhortatorium spiritale, | lib. I. | *Magnam mihi lætitiam.* |
| De cursu monachi, | lib. I. | *Ut tibi charissime ali.* |
| De profectu monachi | lib. I. | *Bonum certamen certa.* |
| Defensorium Johannis Rusbrog. *k*) | lib. I. | *Quoniam doctor quidam e.* |
| Sermones varios, | lib. I. | |
| Epistolarum ad diversos, | lib. I. | |

Et alia complura. Claruit tempore concilii Constantiensis sub Sigismundo Imperatore & Martino Papa quinto. Anno Domini, MCDXX.

DCCXCI. PETRUS *de Colle*, ordinis fratrum minorum S. Francisci, natione Teutonicus, vir in divinis scripturis eruditus, & in seculari philosophia egregie doctus, ingenio subtilis, sermone scholasticus, in declamandis sermonibus ad populum facundus & luculentus, edidit pro ædificatione legentium nonnulla volumina, quibus memoriam præclari nominis sui ad posteros transmisit. E quibus extat opus instructum, quod in Basiliensi concilio patribus recitavit,

| | | |
|---|---|---|
| De authoritate concilii. *l*) | lib. I. | *Pugnavit Ecclesia multi.* |
| Quæstiones sententiarum. | lib. I. | |
| Sermones varii. | lib. I. | |

Et alia complura. Claruit tempore ejusdem concilii Basiliensis, in principio regni Frederici Imperatoris tertii. Anno Domini, MCDXL.

DCCXCII. HERMANNUS monachus in Campo, *m*) Cistertiensis ordinis in diœcesi Monasteriensi, natione Teutonicus, patria Westphalus, vir in divinis scripturis studiosus & eruditus, & tam in jure Canonico quam in philosophia Aristotelica egregie doctus, ingenio promptus & apertus eloquio, scripsit nonnulla exercitii sui opuscula, quibus pro defensione Basiliensis concilii non mediocriter laboravit. E quibus reperi opusculum quod prænotavit, de vocibus diffinitivis

| | | |
|---|---|---|
| In concilio generali. | lib. I. | *Jam sæpius iteratis vi.* |
| De potestate Papæ & concilii. | lib. I. | *Beatus Athanasius.* |
| De schismate quoque. | lib. I. | |
| De neutralitate. | lib. I. | |

De cæteris (& si multa ferantur, quæ composuit) nihil ad me pervenit. Claruit tempore concilii Basiliensis. Anno Domini, MCDXL.



*b*) minister provincialis, uti expressum est in Trithemii lib. de scriptoribus Germ. c. 173.
*i*) supra c. 672. *k*) contra Johannem Gerson, inter cujus opera legitur cum Gersonii responsione ad hanc defensionem Rusbrochii à Johanne de Schoenhavia scriptam.
*l*) Postquam multa disputavit, denique pro concilio concludit. Trithem. cap. 177. de script. Germ.
*m*) Cœnobii Campensis, id. cap. 178.

Digitized by Google

DCCXCIII. JOHANNES *Gauwer*, natione Teutonicus, ordinis fratrum beatæ Mariæ semper virginis de monte Carmeli sacræ paginæ lector conventus Moguntini, vir in scripturis divinis studiosus & eruditus, in declamandis sermonibus ad populum satis idoneus. Scripsit exercitati ingenii sui non spernenda opuscula, quibus nomen suum posteris notum fecit. E quibus extant:

| | | |
|---|---|---|
| Super sententias | lib. IV. | *Ad laudem Dei omnipoten.* |
| In Exodum quoque. | lib. I. | *Lex pro communi utilitate.* |
| Concordia Evangelistarum. | lib. I. | *Quia misit Deus filium.* |
| Sermones de tempore. | lib. I. | |
| Sermones de sanctis. | lib. I. | |
| Quadragesimale triplex. | lib. III. | *Cum jejunatis, &c. scien.* |

Et alia complura. Claruit temporibus concilii Basilienſis, & Eugenii Papæ quarti. Anno Domini noſtri Jeſu Chriſti MCDXL.

DCCXCIV. BERNARDINUS ordinis fratrum minorum, natione Italus, patria *Senenſis*, vir in divinis ſcripturis eruditus, & declamator omnium ſui temporis celeberrimus, vita & converſatione ſanctiſſimus, quippe qui vivus & mortuus infinitis miraculis coruſcavit, ſcripſit ad ædificationem fidelium quædam opuſcula, quibus ingenii ſui vim etiam poſteris oſtendit. E quibus extant:

| | | |
|---|---|---|
| In Apocalypſin Johannis. | lib. I. | *Beatus ille qui le. &c. triplex.* |
| De Evangelio æterno. | lib. I. | *Non enim veni ſolvere leg.* |
| De Chriſtiana religione. | lib. I. | *Nunc manent fides, ſpes.* |
| De conceptione ſanctæ Mariæ. | lib. I. | *Nondum erant abyſſi, &* |
| De paſſione Domini. | lib. I. | |
| Sermones de tempore. | lib. I. | |
| Sermones de ſanctis. | lib. I. | |

Et quædam alia. Moritur apud Aquilam Aprucii urbem regnante Frederico tertio Imperatore ſub Eugenio Papa IV. Anno Domini, MCDXLIII. Indictione VI. ætatis ſuæ anno LXIII. Et propter crebra miracula per Nicolaum Papam quintum catalogo ſanctorum inſertus eſt, anno L. *n*) poſt obitum vero VII. Cujus feſtum colitur XX. die menſis Maji.

DCCXCV. ANTONIUS *Gayneru*, natione Papienſis, artis medicinæ doctor celeberrimus, & in præceptis philoſophorum nobiliter doctus, ingenio excellens, & peritia ſuæ profeſſionis non mediocriter clarus, ſcripſit in ea doctrina quædam luculenta opuſcula, quibus nomen ſuum poſteritati notum reddidit. De quibus iſta feruntur:

| | |
|---|---|
| De ægritudine ſtomachi. | lib. I. |
| De febri quoque. | lib. I. |
| De ægritudinibus in generali. | lib. I. |
| De pleureſi. | lib. I. |
| De matrice. | lib. I. |
| De fluxibus. | lib. I. |
| De artetica *) in juncturis | lib. I. |
| De paſſionibus calculi. | lib. I. |
| In tertium Avicennæ. | lib. I. |

Et alia complura. Claruit tempore concilii Baſilienſis. Anno Domini, MCDXL.

DCCXCVI. GERARDUS *Stredam*, natione Teutonicus, ordinis Carthuſienſium prior domus omnium apoſtolorum juxta Leodium, vir in ſcripturis divinis ſtudioſiſſimus, & longa exercitatione egregie doctus, religione quoque, prudentia & auctoritate venerandus, ſcripſit ad ædificationem ſimplicium fratrum quædam præclara opuſcula, de quibus ſubjecta feruntur. Ad abbatem ſancti Hadriani de Giraldi monte,

| | |
|---|---|
| De cura paſtorali. | lib. I. |
| De decem præceptis. | lib. I. |
| De ſeptem Sacramentis | lib. I. |
| Speculum religioſorum. | lib. I. |
| Dialogus de virtutibus. | lib. I. |
| Dialogus de vitiis. | lib. I. |
| Sermones de tempore. | lib. I. |
| Sermones de ſanctis | lib. I. |

Et quædam alia. Moritur in principio regni Frederici Imperatoris tertii, ſub Eugenio Papa IV. Anno Domini, MCDXLIII. *o*) Indict. VI.

DCCXCVII. MATTHÆUS *Palmerius*, natione Italus, patria Florentinus, hiſtoriographus, philoſophus & orator diſertiſſimus, qui in concilio Florentino *p*) (quod Eugenius Papa quartus contra Baſilienſem ſynodum celebravit) inter præclaros viros annumeratus fuit, ſcripſit plenum erroris de angelis librum, *q*) quem pertinaciter defendens tanquam hæreticus condemnatus,



*n*) A. 1450. Confer. Acta Sanctor. 20. Maj. T. V. & T. VII. p. 821. ſeq. ubi effigies corporis incorrupti.
*) arthritica. *o*) vitioſe excuſum 1444. in libro Trithemii de ſcript. Germ. c 180. *p*) A. 1439.
*q*) Palmerius in tribus libris Italico carmine ſcripſit ſub titulo *Città di Vita*, Civitatis Vitæ, qui MSti exſtant Medio-

Digitized by Google

tus, apud Cornam *r)* civitatem exustus est. *s)* Chronicam *Eusebii* Cæsariensis diligenter perlustrans emendavit, eamque usque ad Annum Domini MCDXLVIII. complens intitulavit. *t)*

| | | |
|---|---|---|
| Petro Cosmi de medicis, | lib. 1. | *Animis nostris innatum.* |
| Epistolarum ad diversos | lib. 1. | |
| Orationes quoque varias. | | |

Et quædam alia. Claruit temporibus concilii Basilienſis, & Eugenii Papæ quarti. Anno Domini nostri Jesu Christi MCDXL.

DCCXCVIII. JOHANNES *Ernesti*, patione Teutonicus, Heydelbergensis gymnasii decus quondam & rector, in scripturis sanctis eruditus, & veterum lectione dives, ingenio subtilis, eloquio singulari venustate disertus, quæstionum disputator egregius. Scripsit quædam (ut ferunt) præclara opuscula, quibus memoriam nominis sui cum gloria transmisit ad posteros. De quorum numero subjecta feruntur:

| | | |
|---|---|---|
| Quæstiones sententiarum | lib. 1. | |
| Quæstiones disputatæ | lib. 1. | |
| Sermones multi | lib. 1. | |
| De nativitate Domini oratio | lib. 1. | *Etsi loquendi de maxi.* |
| De jejunio ad universitatem, | lib. 1. | *Sacratissimam desidera.* |
| Orationes multæ & variæ | lib. 1. | |
| De authoritate concilii | lib. 1. | |

Et alia complura. Claruit tempore concilii Basilienſis in exordio regni Frederici Imperatoris, Anno Domini, MCDXL.

DCCXCIX. BARTHOLOMÆUS ordinis Carthusiensis prior domus Bethleem in Ruremunda oppido Gelriæ, natione Teutonicus, sacrarum literarum acutus devotus & celebratus interpres. Scripsit ad ædificationem fratrum suorum quædam præclara opuscula, quibus magnifice suum exercitavit ingenium. & nominis memoriam posteris reliquit. De quorum numero subjecta feruntur:

| | | |
|---|---|---|
| Exercitium devotionis | lib. 1. | |
| Summa vitiorum | lib. 1. | |
| De abstinentia carnium | lib. 1. | |
| De proclamationibus fratrum, | lib. 1. | |
| De judiciis temerariis | lib. 1. | |
| De juramento | lib. 1. | |
| De voto quoque | lib. 1. | |

Et quædam alia. Moritur sub Frederico Imperatore tertio. Anno Domini MCDXLVI. Indictione IX. quarto Idus Jul.

DCCC. HENRICUS *de Werle*, natione Teutonicus, ordinis fratrum minorum minister provinciæ Colonienſis, *u)* vir in divinis scripturis eruditus, & secularis philosophiæ non ignarus, excellens ingenio & eloquio scholasticus, disputator acutus & declamator sermonum egregius, composuit luculenta quædam volumina, quibus nominis sui memoriam posteris reliquit. E quibus extat insigne opus

| | |
|---|---|
| Super sententias | lib. IV. |
| De potestate Ecclesiastica | lib. 1. |
| Sermones quoque varii, | lib. 1. |

Et alia complura. Claruit temporibus concilii Basilienſis, & Eugenii Papæ quarti. Anno Domini, MCDXL. *x)*

DCCCI. ANDREAS *de Trajecto*, natione Teutonicus, monachus cœnobii nostri Spanheimensis, ordinis sancti Benedicti, quod situm est in finibus diœcesis Moguntinæ, inter Rhenum & Hirciniam sylvam, quæ Saonus dicta Trevirim versus ad occidentem extenditur, vir certe studiosus, & in divinis scripturis eruditus, secularium quoque literarum non ignarus, ingenio præstans, & clarus eloquio. Scripsit tam metro quam prosa, non contemnenda opuscula, de quibus habentur subjecta.

| | | |
|---|---|---|
| Soliloquiorum hominis ad Deum | lib. 1. | *Dum olim divinæ vocæ.* |
| De profectu virtutum | lib. 1. | *Egressus forsan cubiti* |
| De abstinentia carnium | lib. 1. | *Tuæ fraternitatis au.* |
| De usu floccorum, *y)* | lib. 1. | *Reverende pater nuper a.* |
| Epistolarum ad diversos | lib. 1. | *Licet inter omnes qui finistre* |

Col-

lani in Bibl. Ambrosiana, & Florentiæ in Medicea & in Bibl. Strozziana, quæ est hodie Caroli Thomasii inter alia sit animas hominum esse tertium genus angelorum, qui nec cum Lucifero lapsi ac reprobati nec sancti ac beati fuerint.

*r)* Cornam, Alexander Zillioli allegatus in Diario Veneto *Giornale d' Italia* T. X. p. 461.

*s)* Falsum hoc esse, & Palmerium ad extremam pervenisse senectutem, dieinque obiisse Florentiæ & honeste tumulatum neque ossa ejus effossa & post obitum exusta, licet Poema illud condemnatum fuerit, probant viri docti in Diario Veneto, in quo de Palmerio diligenter atque erudite disserunt T. X. p. 463. & p. 468. memorant quoque ejus Annales rerum Florentinarum, ab A. 1432. ad 1474. MStos in Bibl. Strozziana. *t)* dedicavit.

*u)* Doctorem Gymnasii Agrippinensis sive Colonienſis vocat Trithemius c. 181. de script. Germ.

*x)* ita scribendum pro MCCCCXC. Etiam vitiose in libro de script. Germ. edit. Wechel. excusum MCD.

*y)* capitii Monachalis genus, quo utuntur etiam Benedictini.

Digitized by Google

| | | |
|---|---|---|
| Collationes variæ | lib. 1. | *Licet nihil in me ſit quod* |
| Carmina & rhythmi | | |

Et quædam alia brevia. Claruit in præfato monaſterio Spanhem, ante introductionem reformationis noviſſimæ Burſfeldenſis. *) Anno Domini, MCDXLV. z)

DCCCII. ANTONIUS ordinis fratrum prædicatorum, Archiepiſcopus *Florentinus*, natione Italus, vir in divinis ſcripturis eruditiſſimus, & ſecularium literarum non ignarus, ingenio excellens, & clarus eloquio, in declamandis ſermonibus ad populum famoſus & celebris opinionis, nec minus vita & converſatione quam ſcientia reverendus. Scripſit multa & præclara volumina, quibus ad ædificationem militantis Eccleſiæ magnifice laboravit. E quibus extat opus magnum & celeberrimum, in quatuor non paruis voluminibus diviſum, quod prænotatur:

| | | |
|---|---|---|
| Summa caſuum conſcientiæ, | lib. IV. | *Quam magnificata ſunt* |
| Chronica ingens & notabilis a) | lib. III. | *Loquar propoſitiones ab.* |
| Inſtructorium confeſſorum, | lib. I. | *Defecerunt ſcrutantes.* |
| De cenſura Eccleſiaſtica | lib. I. | |
| Sermones de tempore | lib. I. | *Convertimini ad Dominum.* |
| Sermones de ſanctis, | lib. I. | |

Et quædam alia. b) Moritur poſt multos ſtudii ſacrati labores non ſine opinione ſanctitatis, ſub Frederico Imp. tertio. Anno Domini MCDLIX. Indictione VII. ſexto nonas Maji. Sepultus apud ſanctum Marcum ſui ordinis conventum.

DCCCIII. LEONARDUS *de Utino*, ordinis fratrum prædicatorum, vir quidem in divinis ſcripturis ſtudioſus & eruditus, & ſecularis philoſophiæ non ignarus, in declamandis ſermonibus ad populum excellentis ingenii & præceſſæ opinionis. Scripſit pro utilitate prædicantium quædam præclara opuſcula, quibus memoriam ſui nominis ad poſteritatis notitiam cum gloria tranſmiſit. E quibus iſta feruntur:

| | | |
|---|---|---|
| Sermones de tempore. | lib. I. | |
| Sermones de ſanctis. | lib. I. | *Divinorum interpres.* |
| De legibus per quadrageſimam. | lib. I. | |

Et quædam alia. Claruit ſub Frederico Imp. tertio. Anno Domini, MCDXLV.

DCCCIV. JOHANNES *de Capiſtrano* Aprucii oppido non longe ab Aquila urbe, ordinis fratrum minorum ſancti Bernardini Senenſis c) olim diſcipulus, vir in divinis ſcripturis eruditus, & in jure Canonico egregie doctus, ingenio excellens & clarus eloquio, vita quoque & religioſa converſatione devotus, divini verbi prædicator celeberrimus, qui multos verbo & exemplo ab iniquitate convertit, ſcripſit quædam non paruæ utilitatis opuſcula, de quibus ad me pauca pervenerunt.

| | | |
|---|---|---|
| De cupiditate. | lib. III. | *Nolite vobis theſauri.* |
| Contra Huſſitas. | lib. I. | |
| Sermones varios. | lib. I. | |
| De paſſione Domini. | lib. I. | |
| Epiſtolas nonnullas. | | |

Et quædam alia. Claruit ſub Frederico Imp. tertio. Anno Domini, MCDL. & non ſine opinione ſanctitatis.

DCCCV. NICOLAUS *de Cuſa*, Epiſcopus Brixinenſis d) & ſacroſanctæ Eccleſiæ Romanæ tituli ſancti Petri ad vincula Presbyter cardinalis, natione Teutonicus, ex diœceſi Treverenſi vir in divinis ſcripturis eruditiſſimus & Theologorum ſuo tempore facile princeps, atque in ſecularibus literis egregie doctus Philoſophus, Rhetor, & Mathematicus celeberrimus, ingenio ſubtilis & eloquio diſertus, trium linguarum Hebraice, Græce, & Latine peritus, vita & converſatione integerrimus & ſingulariter devotus, animarum ſalutis amator ſyncerus & fervidus, qui legatus in Germaniam miſſus, multa pro reformatione Eccleſiæ, & præſertim ordinis noſtri e) utilia fecit & conſtituit, ſcripſit multa præclara volumina, de quibus extant ſubjecta. f)

| | | |
|---|---|---|
| De viſione Dei. | lib. I. | *Pandam nunc quæ vobis.* |
| De pace fidei. | lib. I. | *Fuit ex his qui apud CPolin.* |
| Reparatio Calendarii. | lib. I. | *Ad laudem omnipotentis Dei.* |
| De mathematicis complementis. | lib. I. | *Tanta eſt poteſtas ſum.* |
| Cribratio Alcorani. | lib. III. | *Sume ſanctiſſime Papa.* |
| De venatione ſapientiæ. | lib. I. | *Propoſitum eſt meæ ſa.* |
| De ludo globi, myſticè. | lib. II. | *Cum te videam ad ſedem.* |
| Compendium. | lib. I. | *Accipe breve compendium.* |



*) De illa infra, c. 806. z) Obiit A. 1463, teſte Trithemio c. 184. de ſcript. Germ.
a) ab Orbe condito ad A. C. 1459.
b) Vide de ſcriptis Antonii Florentini præter Altamuram & Pocciantum, Papebroch. in Actis Sanctor. T. I. Maji p. 322. ſeq. Nam ſanctis adſcriptus hic Antonius ab Hadriano VI. A. 1523. Ejus vitam ſcripſit Euphroſynus Lapini Hetruſco idiomate. Vide & Acta Sanctor. ad 2. Maji T. I. p. 311-358. & T. 7. p. 553. & 681. ſeq.
c) de quo ſupra c. 794. d) in Comitatu Tirolenſi.
e) Benedictini. f) Mirum à Trithemio non memorari Cuſani conjecturam de noviſſimis temporibus ſcriptam A. 1452. quæ ſæpius prodiit etiam ſeparatim, & Gallice verſa Amſt. 1700. 8. cum notis.

Digitized by Google

| | | |
|---|---|---|
| Trialogus de *poſſeſt* g) | lib. I. | *Cum nobis concc.* |
| De mathematica perfectione. | lib. IV. | *Sollicita eſt nobilis mens.* |
| Contra Bohœmos. | lib. I. | *Nicolaus miſeratione.* b) |
| De Beryllo. | lib. I. | *Qui legerit ea quæ in.* |
| De dato patris luminum. | lib. I. | *Et ſi jam ante P. T. nota* |
| De quærendo Deo. | lib. I. | *Deſiderio tuo poſſe te.* |
| De apice theoriæ. | lib. I. | *Video te quadam profun.* |
| De docta ignorantia | lib. III. | *Admirabitur & recte.* |
| De conjecturis. | lib. II. | *Data nunc qualicunque.* |
| De filiatione Dei. | lib. I. | *Tandem me compulit.* |
| De Geneſi. | lib. I. | *Sæpe delectabiliur re.* |
| Idiotæ de ſapientia. i) | lib. IV. | *Convenit pauper quidam.* |
| De quadratura circuli. | lib. I. | |
| De fortuna. | lib. I. | |
| Directorium ſpeculantis. | lib. I. | *Tu noſti noſtres, &c.* |
| Sermones per totum annum. | lib. I. | |
| Epiſtolarum ad diverſos | lib. I. | |

Et alia complura. Circa Cuſam nativitatis ſuæ villam ad ripas Moſellæ in oppoſito Urſicaſtri hoſpitale celeberrimum in honorem ſancti Nicolai Epiſcopi conſtruxit, quod prædiis & redditibus copioſe ditavit, ac libris in omni ſcientia pluribus exornavit, Græcis, Latinis & aliis. Moritur k) ſub Frederico Imperatore III. Anno Domini, MCDLXIV. Indictione XII. undecima die menſis Auguſti, ætatis ſuæ anno LXIII. Romæ ſepultus, cujus cor ad prædictum hoſpitale miſſum, ibidem in medio chori ſub marmore ſepelitur.

DCCCVI. JOHANNES *Rode*, Abbas monaſterii ſancti Matthiæ Apoſtoli extra muros Trevirenſes, ordinis divi patris Benedicti, natione Teutonicus, patria Treverenſis, vir in divinis ſcripturis ſtudioſus & eruditus, & in jure Canonico egregie doctus, moribus & converſatione devotus, & regularis obſervantiæ inſtaurator celeberrimus, ex cujus labore & fundamento noviſſima ordinis noſtri reformatio Burſeldenſis in Germania cœpit. Hic quondam literis operam dedit in gymnaſio Heidelbergenſi, ubi ſacræ Theologiæ Baccalarius, & canonum Licentiatus doctiſſimus evadens, mente & corpore mundum jamiam contemnere videbatur. Factus deinde Metenſis Eccleſiæ Canonicus, & ſancti Simeonis Decanus, atque curiæ Trevirenſis Officialis, omnia pro Chriſti amore contempſit, & ordinem Carthuſienſem extra Treverim cunctis mirantibus intravit, & prius aliquot annos prioratus officium (licet renuens & invitus) ſuſcepit. Cernens autem Otto Archi-Epiſcopus Trevirenſis virum illum eſſe doctum, expertum & zeloſum, authoritate ſummi pontificis de Carthuſia extractum in præfato monaſterio Abbatem conſtituit, & per eum multa cœnobia in ſua diœceſi reformavit. Ipſe etiam authoritate Baſilienſis concilii reformatione magnifice dilatavit. Scripſit autem pro reformatione monachorum,

| | | |
|---|---|---|
| Conſtitutiones utiles. | lib. I. | *Cum divinum officium cui.* |
| De qualitate Abbatis | lib. I. | *Quomodo ab alto procedit omnis.* |

Et quædam alia. Moritur ſub Alberto Imperatore & Eugenio Papa quarto. Anno Domini, MCDXXXIX. Abbatiæ ſuæ XX. Indictione ſecunda, prima die menſis Decembris. Sepultus in dicto monaſterio S. Matthiæ apoſtoli Trevirenſis ante altare protomartyris Stephani, in abſide dextera chori, ſub lapide nomini ejus inſcripto.

DCCCVII. GUARINUS Veronenſis, Chryſoloræ l) Byzantini philoſophi quondam auditor, vir in ſecularibus ſcripturis omnium ſuo tempore facile doctiſſimus & divinarum literarum non ignarus, Græci & Latini ſermonis peritiſſimus, cujus operâ excitata & in lucem revocata ſunt ſtudia bonarum artium, quæ debilitata, & jam prope extincta videbantur. Docuit primo Venetiis, poſtea Ferrariæ, & utrobique diſcipulos celeberrimos habuit. Scripſit ad Leonellum principem, m) opus prænotatum

| | |
|---|---|
| De differentia aſſentatoris & amici, | lib. I. |
| Grammaticam quoque brevem, | lib. I. |
| Comparationem Scipionis & Gaji, n) | lib. I. |
| Epiſtolarum ad diverſos, | lib. I. |
| Orationes complures, | lib. I. |

Car-

g) Dialogus in quo tres interlocutores, *de poſſeſt*, ſive quod in Deo ſint quæ poſſint eſſe & cogitari perfectiones. p. 249. Opp.

b) Epiſtola IV. ad Bohemos p. 846. Operum Cuſani jactim editorum Baſil. 1565. fol.

i) dialogi quatuor, 1. & 2. de ſapientia, 3. de mente, 4. de ſtaticis experimentis. Plane diverſi hi ſunt à libris antiqui ſcriptoris, ſub Idiotæ nomine editis in Orthodoxographis.

k) Tuderti in Umbria, non A. 1466. mexcuſum in Diario Hanoverano (Monathliche Auszug) A. C. 1700. Jul. pag. 366.

l) Conſer Diarium Venetum Giornale d' Italia T. XII. p. 352. ſeq. Emanuel Chryſoloras obiit Conſtantiæ A. 1415. 16. April. m) Marchionem Eſtenſem.

n) Caji Cæſaris, quem Scipioni præferebat Guarinus, contra Pogii ſententiam. Nec tamen ideo deſierunt eſſe amici, ut antea. *neque enim*, inquit Pogius, *disjunctio ſententiarum debet amicos disjungere, cum liceat diverſa ſentire ſalvo jure amicitiæ.*

Digitized by Google

Carmina multa. Et alia non pauca. Jussu Nicolai Papæ quinti, in latinum transtulit Geographiam Strabonis, opus non minus utile quam jocundum. Ex Plutarcho multorum illustrium virorum vitas latinas fecit. Sed & ipsum Plutarchum de liberis educandis cum aliis multis *o)* elegantissime traduxit, quæ partim habentur. Moritur sub Frederico Imperatore tertio, & Pio Papa secundo. Anno Domini, MCDLX. Indict. VIII. pridie Nonas Decemb. *p)* Ferrariæ sepultus in conventu Carmelitarum, sepulchro marmoreo honorifice donatus.

DCCCVIII. HENRICUS *Kalkysen*, Archiepiscopus Ecclesiarum Nydrosiensis & Cæsariensis *q)* ordinis fratrum prædicatorum, natione Teutonicus, patria Confluentinus, ubi & ordinem ingressus primum lector sacri palatii, sanctæ crucis prædicator & hæreticæ pravitatis inquisitor factus, & postea (ut diximus) archiantistes duarum provinciarum authoritate Apostolica consecratus, sua eruditione, & prædicatione toti mundo clarus innotuit. Qui cum esset sacræ Theologiæ Doctor celeberrimus, scripsit inter cætera, notabiles

| | |
|---|---|
| Sermones de tempore, | lib. I. |
| Sermones de sanctis, | lib. I. |
| Sermones per quadragesimam, | lib. I. |
| Super Magnificat, | lib. I. |
| Quæstiones varias, | lib. I. |
| Collationes ad clerum. | |

Et alia complura. Moritur sub Frederico Imperatore tertio, & Paulo Papa secundo. Anno Domini, MCDLXV. Indictione XIII. sexto Nonas Octobris. Sepultus in conventu suo Confluentino.

DCCCIX. JOHANNES *Bertachinus* de Firmo, *r)* jureconsultus celeberrimus, & in ea facultate singulariter studiosus, ingenio præstans & clarus eloquio. Scripsit in jure quædam præclara opuscula, quibus memoriam sui nominis ad posteros transmisit. De quibus extat præclarissimum opus, tribus magnis voluminibus divisum, quod multo labore diligentissime & pulchro ordine comportans prænotavit

| | | |
|---|---|---|
| Repertorium utriusque juris *s)* | lib. III. | *Solent principes immort.* |
| Quæstiones variæ. | | |

Alia insuper complura edidit, quæ ad notitiam nostræ lectionis non venerunt.

DCCCX. PIUS Papa *secundus*, *t)* natione Tuscus, patria Senensis, *Æneas Sylvius* antea vocatus, sedit in pontificatu maximo post Calixtum tertium annis sex, vir undecunque doctissimus, philosophus, orator & poeta insignis, multa ingenii sui monimenta posteris reliquit. Hic quondam in concilio Basiliensi cuidam prælato *u)* servivit pauper. Deinde in scribam cancellariæ Frederici Imperatoris tertii assumptus, *x)* & poeta ab eo laurea recepta creatus, primo Episcopus Tergestinensis, postea Senensis, exinde cardinalis, & novissime Papa omnium suffragio electus est. De scriptis vero ejus subjecta feruntur, magnis eloquentiæ nervis composita:

| | | |
|---|---|---|
| De miseriis curialium | lib. I. | *Stultos esse qui regibus.* |
| De educatione liberorum | lib. I. | *Omnibus qui ad virtutis.* |
| Solutio quæstionum, | lib. I. | *Aderat nuper Cæsarea.* |
| De duobus amantibus | lib. I. | *Urbem Senas unde tibi.* |
| Contra Thaboritas, | lib. I. | *Quamvis apud Bohemos.* |
| Ad Nicolaum de Cusa | lib. I. | *Venit ad me hac ipsa.* |
| De fide ad Turcum | lib. I. | *Scripturi ad te aliqua.* |
| De profectione in Turcos | lib. I. | *Ezechielis Prophetæ.* |
| Ad Episcopum Cracoviensem, | lib. I. | *Heraldus Alphonsive.* |
| De concilio Basiliensi, | lib. I. | |
| De ortu Nili fluminis, | lib. I. | |
| De studio venandi, | lib. I. | |
| De fato quoque, | lib. I. | |
| Abbreviationes Blondi | lib. XX. | *Fuit autem in urbe Con.* |
| De ortu & historia Bohœmorum | lib. I. | *Interitura esse quæque.* |
| Præcepta rhetoricæ, | lib. I. | *Bene esset vir illustris.* |
| Europa, ad Antonium cardinalem. | lib. I. | *Podagrantem me nuper.* |
| De præscientia Dei, | lib. I. | |
| Dialogus contra Turcos, | lib. I. | |



*o)* Parallela quoque Plutarchi minora, excusa Argentorati 1506. 4. & Paris. apud Ascensium.

*p)* Filiorum ejus doctissimus *Baptista Guarinus* (de quo infra, c. 909.) in Epitaphio ei scripto tribuit *lustra* vitæ *nona bis* acta, hoc est annos ætatis 90. Cæteri filii fuere Hieronymus, & Nicolaus Guarinus.

*q)* in Norwegia. Confer librum Trithemii de script. Germ. c. 189.

*r)* Berrachini patria Firmum, clarissima civitas Italiæ in Marchia Anconitana.

*s)* Excusum Noriberg. 1483. ac deinde sæpius variis in locis. Vide Pandectas Brandenburgicas Christoph. Hendreichii pag. 539.

*t)* Vita à Joh. Antonio Campano scripta operibus Pii II. Basil. 1571. fol. excusis præmittitur. Videndus & idem Campanus libro primo Epistola prima de scriptis illius differens. De variis editionibus etiam illorum, quæ in Volumine Basileensi non continentur, adeundæ Ephemerides eruditorum Paris. mense Octobri A. 1708.

*u)* Dominico Capranico. *x)* A. 1442.

Digitized by Google

| | | |
|---|---|---|
| De grammatica, | lib. 1. | |
| Hiſtoriarum opus imperfectum, | lib. 1. | |
| Epiſtolarum ad diverſos, | lib. 1. | *Non cogit me neceſſitas.* |
| De clade Conſtantinopol. oratio | lib. 1. | *Conſtantinopolitana cla.* |
| De clade univerſalis Eccleſiæ, | lib. 1. | *Invitus quidem beatiſſim.* |
| In conventu Mantuano, oratio | lib. 1. | *Cum bellum hodie adver.* |
| Ad Calixtum Papam oratio, | lib. 1. | *Solent plerique omnes.* |
| Coram cœtu cardinalium oratio, | lib. 1. | *Moſes vir Dei beatiſſ.* |
| De rebus à ſe geſtis, | lib. 1. | |
| Orationes variæ. | lib. 1. | |

Epigrammata plura, & quædam alia *y)* elegantiſſima, quæ ego non vidi opuſcula ſcripſiſſe dicitur, quibus nomen ſuum poſteris notificavit. Moritur ſub Frederico Imperatore tertio, Anconæ ut dicitur. Anno Domini, MCDLXIV. Indictione XII. XIX. Calend. Septemb. ætatis ſuæ anno ſimiliter IV. & LX. Sepultus Romæ in Eccleſia ſancti Petri, juxta altare divi Andreæ.

DCCCXI. LANFRANCUS *de Oriano*, jureconſultus celeberrimus, & ſecularis literaturæ non ignarus, ingenio præſtans & clarus eloquio, ſcripſit in ſua profeſſione quædam non ſpernenda volumina, quibus ingenii ſui memoriam ad poſteros transmiſit, & ſe in ſtudio multipliciter & magnifice comprobavit. De quorum numero extant ſubjecta:

| | | |
|---|---|---|
| Repetitiones. *Quoniam contra z)* de prob. | lib. 1. | *Quoniam contra hæc decre.* |
| Commentatio cle. *Sæpe. a)* de ver. ſig. | lib. 1. | *Iſta clementina in-ſe con.* |
| In c. *Diſpendioſam*, *b)* de judi. | lib. 1. | *Non eſt neceſſe divide.* |
| Repeti. c. *Raynucius c)* de teſtam. | lib. 1. | *In textu ubi Raynucius,* |
| De lege *admonendi*, *d)* de jurejur. | lib. 1. | *Hæc lex dividitur in duas.* |
| De interpretatione ſtatutorum, | lib. 1. | *Pro evidentiori intelle.* |
| L. *centurio e)* de vul. & pu. ſubſti. | lib. 1. | *Famoſa eſt iſta lex ha.* |
| Repeti. Rubri. de cauſa poſ. & pro. *f)* | lib. 1. | |

Alia quoque complura edidit, quæ ad notitiam meam non venerunt.

DCCCXII. HENRICUS *Gorrickem*, natione Teutonicus, vir in divinis ſcripturis ſtudioſus *g)* & eruditus, atque in ſeculari philoſophia nobiliter doctus, ingenio clarus, ſermone ſcholaſticus, & diſputator acutus, qui in gymnaſio Colonienſi, legendo & componendo clarus ſuo tempore eſt habitus. Scripſit non contemnendæ lectionis opuſcula, quibus nomen ſuum ad poſteros cum gloria transmiſit. E quibus extant

| | | |
|---|---|---|
| Concluſiones ſententiarum | lib. IV. | *Cupientes aliquid de p.* |
| De ſuperſtitionibus | lib. 1. | *In lectione.* |
| Contra Huſſitas quoque, | lib. 1. | |
| De feſtorum celebratione, | lib. 1. | |
| Summarium ſancti Thomæ, | lib. 1. | |
| Sermones & collationes, | lib. 1. | |

Quæſtiones & determinationes inſuper varias, lecturas, libros & diverſos tractatus edidit, qui ad notitiam noſtræ lectionis minime venerunt. Claruit ſub Frederico Imp. tertio, & Pio Papa ſecundo. Anno Domini noſtri Jeſu Chriſti MCDLX.

DCCCXIII. JOHANNES *Kenneman*, ordinis fratrum minorum, natione Teutonicus, vir in ſcripturis ſanctis eruditus, & ſecularium literarum non ignarus, ingenio ſubtilis, & clarus eloquio, in declamandis ſermonibus ad populum egregius fuit, qui de poteſtate Eccleſiaſtica male ſentiens, cum à miniſtro Saxoniæ *b)* quæreretur, ad carcerem fuga lapſus ad obſervantiales *i)* confugit, & errorem cum vita deinceps emendavit. Corripuerat eum Johannes de Hagen, **)* Carthuſienſis vir doctiſſimus jampridem & ad ſemitas æquitatis revocavit. Scripſit autem

| | | |
|---|---|---|
| Defenſorium ſui | lib. 1. | *Multi famoſi viri, &c.* |
| De paſſione Domini | lib. 1. | *Egredimini filiæ Sion.* |
| Sermones varios, | lib. 1. | |
| Quæſtiones quasdam, | lib. 1. | |

Et alia complura. Claruit temporibus Frederici Imperatoris tertii, & Pii Papæ ſecundi. Anno Domini, MCDLX.

DCCCXIV.

*y)* Miror à Trithemio non memorari Pii II. *bullam retractationis* eorum, quæ pro Concilio Baſilienſi contra Eugenium IV. ſcripſerat, & qua *Æneam rejici, Pium recipi* cupit. Neque *Hiſtoriam Friderici III.* cujus *αὐτόγραφον* duplex non parum inter ſe diſcrepans in Bibl. Vindobonenſi teſte Lambecio lib. 2. p. 972. & quæ ex alio Codice cum ſpecimine notarum Jo. Henr. Boecleri prodiit Argentor. 1685. fol.

*z)* c. 11. tit. 19. libri 2. decretal. *a)* c. 2. tit. 11. lib. 5. Clementin.
*b)* c. 2. tit. 1. lib. 2. Clementin. *c)* c. 16. tit. 26. lib. 3. decretal.
*d)* leg. 31. tit. 2. lib. XII. Digeſt.
*e)* de vulgari & pupillari ſubſtitutione lib. XXVIII. Digeſt. tit. 6. leg. 15.
*f)* de cauſa poſſeſſionis & proprietatis lib. 2. decretal. tit. 12.
*g)* S. Theologiæ Doctorem appellat Trithemius lib. de ſcript. Germ. c. 190.
*h)* Provinciali Ordinis minorum per Saxoniam. *i)* fratres minores de obſervantia. In libro de ſcript. Germ. c. 191. *ad obſervantiam confugit.* **)* de quo infra c. 822.

Digitized by Google

DCCCXIV. JACOBUS *Junterbuck*, natione Teutonicus, ordinis Carthusiensium, *k)* vicarius domus montis sancti Salvatoris prope Erfordiam, vir in divinis scripturis studiosus & eruditus, ingenio clarus, sermone apertus, dubiorum cautus interpres, vita quoque & conversatione devotus. Scripsit multa & varia opuscula, quibus nomen suum ad posteritatis notitiam transmisit. De quibus subjecta feruntur:

| | | |
|---|---|---|
| De anno Jubilæo, | lib. I. | |
| De causis multarum passionum, | lib. I. | |
| De moribus Christianorum, | lib. I. | |
| De triplici statu hominum, | lib. I. | |
| Consolatio malorum hujus seculi, | lib. I. | |
| De modo servandi interdictum, | lib. I. | *Ad amputandum errores,* |
| Apologeticus religiosorum, | lib. I. | |
| De cautelis diversorum statuum, | lib. I. | |
| De cognitione secretorum, | lib. I. | |
| De veritate dicenda vel tacenda, | lib. I. | |
| De cogitationibus, | lib. I. | |
| De contractibus, | lib. I. | |
| De malis hujus seculi, | lib. I. | |
| De obedientia monachorum, | lib. I. | |
| De arte moriendi, | lib. I. | |
| De stabilitate monachorum, | lib. I. | |
| De refrenatione cogitationum, | lib. I. | |
| Soliloquium hominis ad animam, | lib. I. | |
| De arte curandi vitia, | lib. I. | |
| De septem peccatis mortalibus | lib. I. | |
| De eisdem mentalibus, | lib. I. | |
| De potestate dæmonum, | lib. I. | |
| De dignitate prælatorum, | lib. I. | |
| De dignitate sacerdotii, | lib. I. | |
| De observantia mandatorum, | lib. III | |
| De Sabbato, | lib. I. | |
| De statu securioris vitæ, | lib. I. | |
| De intentionis directione, | lib. I. | |
| De profectu vitæ spiritalis, | lib. I. | |
| De indulgentiis, | lib. I. | |
| Sermones varii, | lib. I. | *Ambulans Jesus juxta.* |

Et alia complura. Moritur temporibus Frederici Imp. tertii, & Pauli Papæ secundi. Anno Domini, MCDLXVI. Indict. XIV.

DCCCXV. NICOLAUS *Dorbellus*, *l)* ordinis fratrum minorum S. Francisci provinciæ Turonensis, vir in divinis scripturis eruditissimus & in philosophia scholastica nulli secundus, ingenio clarus, & ad disputandas enodandasque quæstiones scripturarum satis idoneus. Scripsit quædam præclara volumina, quibus nomen suum ad notitiam posteritatis cum gloria transmisit & in gymnasio Pictavienſi tum disputando, tum docendo, tumque scribendo magnam eruditionis suæ laudem commeruit. De cujus opusculis subjecta feruntur, opus insigne ac celeberrimum & prope divinum, singulari utilitate jocundum,

| | | |
|---|---|---|
| Super sententias | lib. IV. | |
| Super summulam Petri Hispani | lib. VII. | *Quia teste sapiente.* |
| De scientia Mathematica | lib. I. | *Sicut dicit philosophus* |
| In lib. Physicorum Aristotelis | lib. VIII. | *Expedita prima parte* |
| In lib. de cœlo & mundo | lib. II. | *Naturalis hic incipit liber* |
| In lib. de generatione & corrupt. | lib. II. | *De generatione, hic inci.* |
| In lib. Meteororum | lib. III. | *De primis. Incipit liber* |
| In lib. de anima | lib. III. | *Bonorum honorabilium* |
| In lib. Metaphysicorum | lib. XII. | *Expedita secunda parte.* |
| In lib. Ethicorum | lib. X. | *Pertractatis compendiose.* |

Et quædam alia. Fuit autem dictorum Johannis Scoti *m)* profundus interpres & acerrimus defensor, ex cujus scriptis philosophiam exponens hoc ipsum opus in tres partes, mathematicam, theologicam, & ethicam dividens compendium nominavit. Claruit temporibus Frederici Imperatoris tertii, & Calixti Papæ tertii. Anno Domini, MCDLV.

DCCCXVI. PETRUS *de Unzola*, civus Bononiensis, jureconsultus celeberrimus, & disciplinis bonarum artium probe instructus, ingenio præstans, & clarus eloquio, multarum rerum, maxi-



*k)* anea Abbatem cœnobii Cistercienſis fuisse narrat Trithemius ibid. c. 192. usque adeo autem deinde Doctoris obtinuisse nomen, *ut ejus verba scriptaque quasi pro Apollinis oraculo haberentur.*

*l)* aliis *Orbellus*, sive *de Orbellis*, patria Andegavensis.

*m)* de quo supra c. 316.

Digitized by Google

maxime judicialium experientia insignis. Scripsit ad utilitatem tabellionum, & in legali scientia studentium egregium volumen, super continuatione quinti, sexti, & septimi capitulorum Summæ domini Rolandini, *) quod prænotavit:

| | | |
|---|---|---|
| Auroram novissimam | lib. 1. | *Scribarum & tabellionum.* |
| Consultationes varias | lib. 1. | |

Alia quoque nonnulla scripsisse perhibetur, sed ad notitiam meam non venerunt.

DCCCXVII. HENRICUS *de Herph*, ordinis fratrum minorum sancti Francisci, natione Teutonicus provinciæ Colonienſis, vir in divinis scripturis studiosus & eruditus, & juris pontificii non ignarus, ingenio præstans, & apertus eloquio, in declamandis sermonibus ad populum celeberrimæ opinionis, non minus religiosa vita, quam scientia scripturarum venerandus. Scripsit non abjiciendæ authoritatis opuscula, quibus nomen suum notificavit posteritati. De quorum numero subjecta feruntur. Volumen magnum & insigne,

| | | |
|---|---|---|
| De præceptis Decalogi, | lib. 1. | *Invenio aliam legem in.* |
| Sermones de tempore, | lib. 1. | *Ecce rex tuus venit* |
| Sermones de sanctis | lib. 1. | *Rabbi ubi habitas?* |
| Sermones per Adventum | lib. 1. | *Quis poterit cogitare.* |
| De tribus partibus pœnitentiæ | lib. 1. | *Nemo potest duobus dominis.* |

Et quædam alia. Claruit sub Frederico Imperatore tertio, & Pio Papa secundo. *) Anno Domini, MCDLX.

DCCCXVIII. JOHANNES *de Turrecremata*, ordinis fratrum prædicatorum, Episcopus Sabinensis, & sacrosanctæ Ecclesiæ Romanæ Presbyter cardinalis, *p*) vir in divinis scripturis studiosus, & declamator sermonum egregius, ingenio promptus, & apertus eloquio. Scripsit ingenii sui multa opuscula, quibus nomen suum notificavit. De quibus subjecta feruntur. Ad Arlenium monachum cœnobii sancti Benedicti (quod ipse in commendis habebat) opus magnum & non abjiciendum composuit,

| | | |
|---|---|---|
| In regulam sancti Benedicti, | lib. 1. | *Quoniam adjuvante Dn. nostro.* |
| In Psalterio toto | lib. 1. | *Beatissimo patri & cle.* |
| In Evangelia dominicalia, quæstiones | lib. 1. | *Sacro & celeudissimo.* |
| In Evangelia de sanctis, quæstiones, | lib. 1. | |
| De aqua benedicta | lib. 1. | *Iniunxit mihi nuper. v. p.* |
| De salute animæ | lib. 1. | *Decet nos divina scrip.* |
| Sermones de tempore, | lib. 1. | |
| Sermones de sanctis | lib. 1. | |

Et alia complura. *q*) Claruit sub Frederico Imperatore tertio, & Pio & Paulo summis pontificibus. Anno Domini, MCDLX. *)

DCCCXIX. JOHANNES *de Mechilinia*, natione Teutonicus, vir in divinis scripturis longo studio exercitatus, & in philosophia scholastica non mediocriter doctus, ingenio excellens, & clarus scientia, in gymnasio Colonienſi theologiam multis annis publice docuit, & magnam eruditionis suæ laudem acquisivit. Scripsit ingenii sui quædam præclara opuscula, quibus memoriam nominis sui ad posteros transmisit. De quibus subjecta feruntur. Opus insigne

| | |
|---|---|
| Super sententias | lib. IV. |
| In Psalterio | lib. 1. |
| Quæstiones variæ | lib. 1. |
| Sermones & collationes | lib. 1. |

Et quædam alia. Claruit temporibus Friderici Imperat. tertii, & Pii Papæ secundi. Anno Domini, MCDLX.

DCCCXX. DIONYSIUS *Rykel*, *r*) alias *de Leeuwis*, natione Teutonicus, ordinis Carthusiensium domus Bethleem, in Ruremunda, vir in divinis scripturis studiosissimus, & continua exercitatione peritus, secularis quoque Philosophiæ non ignarus, ingenio subtilis, sermone scholasticus, vita & conversatione singulariter devotus, adeo ut etiam divinis revelationibus dignus haberetur (ad quem Nicolai Cusæ cardinalis viri eruditissimi plures extant epistolæ) tot ac tanta scripsit, ut numero opusculorum, præter Augustinum apud latinos parem habuerit neminem. Contemplationi & orationi cum tanto feruore instabat, ut eum nihil scribere potuisse unquam putares. Rursum in scribendo, ac legendo tam sedulus erat, ut nec orare nec contemplari eum posse usquam æstimares. Erat parcissimi somni, cibi & potus abstinentiæ admirabilis, qui beati exemplo Hieronymi die ac nocte in lege Domini meditari dulce judicabat, semper aut scribens aliquid utile aut legens, ita ut & aut lectionem oratio sæpe interrumperet, & orationem lectio sacra frequenter exciperet. De cujus opusculis ipse per se subjecta quodam indiculo recensuit,

Super

*p*) Rolandini de Romanciis de quo c. 448.

*q*) in libro Trithemii de script. Germ. c. 195. Henricus de Herp dicitur claruisse sub Paulo II. Anno 1470.

*r*) A. 1439. *q*) De ejus disputatione de purgatorio contra Marcum Ephesium in Concilio Florentino, vide Allatium contra Creyghtonum p. 81 *) obiit octogenarius A. 1468.

*s*) de hoc Dionysio Carthusiano vide Acta Sanctor. ad 12. Martii T. 2. p. 245. seq. Valerium Andream Bibl. Belg. p. 185. seq. Franc. Swertii Athenas p. 215. seq. Bibl. Carthusianæ scriptores Theod. Petrejum &c.

| | | |
|---|---|---|
| Super ſententias | lib. IV. | |
| In Geneſim, | lib. I. | *Dilectus Deo & hominibus* |
| In Exodum, | lib. I. | *Juſti ſunt omnes ſermones.* |
| In Leviticum | lib. I. | *Honora Dominum de tua.* |
| In Numeros | lib. I. | *Qui in numero militi.* |
| In Deuteronomium, | lib. I. | *Serva mandata & legem.* |
| In librum Joſuæ | lib. I. | *Fortis in bello Jeſus* |
| In librum Judicum | lib. I. | *Judices ſinguli ſuo no.* |
| In librum Ruth | lib. I. | *Teſte ſancto Hieronymo* |
| In Regum libros | lib. IV. | *Reges ex te egredientur.* |
| In Paralipomenon | lib. II. | *Deus fecit ex uno homine* |
| In Esdram | lib. III. | *Lex veritatis fuit in ore* |
| In Neemiam | lib. I. | *Neemias in memoria.* |
| In Tobiam, | lib. I. | *Qui pronus eſt ad miſe.* |
| In Judith | lib. I. | *Hæc vocabitur virago,* |
| In Heſter | lib. IX. | *Sicut ſol oriens in mundo* |
| In librum Job | lib. I. | |
| In proverbia Salomonis | lib. I. | *Dixit Deus Salomoni.* |
| In Eccleſiaſten, | lib. I. | *Quemadmodum Salomon.* |
| In Cantica canticorum, | lib. I. | *Gaudebit ſponſus ſuper.* |
| In librum Sapientiæ | lib. I. | *Diſce ubi ſit ſapientia.* |
| In Eccleſiaſticum | lib. I. | *Mirabuntur omnes in verbis* |
| In Eſaiam Prophetam | lib. I. | *Eſaias propheta magnus.* |
| In Hieremiam | lib. I. | |
| In librum Baruch | lib. I. | |
| In Ezechielem | lib. I. | |
| In Danielem | lib. I. | |
| In duodecim Prophetas, | lib. XII. | *Sapientiam omnium antiquo.* |
| In libros Machabæorum | lib. II. | *Juda te laudabunt fratres t.* |
| In Pſalterium | lib. III. | *Dixit David filius Iſai.* |
| In Matthæum | lib. I. | |
| In Marcum | lib. I. | |
| In Lucam, | lib. I. | |
| In Johannem | lib. I. | *Ego quaſi aquæ ductus* |
| In Epiſtolas Pauli | lib. XIV. | *Audite me quoniam de tua.* |
| In Actus Apoſtolorum | lib. I. | |
| In Epiſtolas canonicas | lib. VII. | |
| In Apocalypſin | lib. I. | |
| Expoſitionis hymnorum | lib. I. | *Implemini Spiritu ſancto,* |
| In ſeptem Pſalmos pœnitentiales, | lib. I. | *Scrutemur vias noſtras* |
| De documentis authenticis, | lib. I. | *Sapientiam ſanctorum nar-* |
| Expoſitionis miſſæ | lib. I. | *Memoriam fecit mira. (rant* |
| Dialogum de celebratione *s*) | lib. I. | *Quicunque manducaverit* |
| De communione | lib. I. | *Qui præeſt in ſolicitu.* |
| Compendium philoſophiæ, | lib. I. | *Precioſior eſt ſapientia.* |
| Compendium Theologiæ | lib. I. | *Comparate vobis vinum.* |
| Dialogum philoſophi & theologi | lib. I. | |
| Super lib. beati Dionyſii, | lib. IV. | |
| Super undecim epiſtolis ejus | lib. I. | |
| In lib. Johannis Climaci | lib. I. | |
| Super Boetio de conſulatu, *t*) | lib. V. | |
| Summarium partium S. Thomæ, | lib. I. | |
| Sermones de tempore, | lib. I. | *Labia ſacerdotis cuſt.* |
| Sermones de ſanctis, | lib. I. | |
| Sermones ad religioſos temporis | lib. I. | *Fratres ſancti, vocationes.* |
| Ad eosdem de ſanctis, | lib. I. | *Religio munda eſt viſi.* |
| De Sacramento ſermones ſex | lib. I. | |
| Expoſitionis Dominicæ paſſionis, | lib. I. | |
| Meditationis Dominicæ paſſionis | lib. I. | |
| De laudibus Dei | lib. I. | *O Deus præſtantiſſime* |
| De laudibus ſanctæ Mariæ, | lib. IV. | *Quæ eſt iſta quæ progre.* |
| De fonte ſalutis & ſemitis vitæ | lib. I. | *Quis ſapiens & intell.* |
| De lumine Chriſtianæ theoriæ, | lib. I. | *Omnis proceſſio ſecundorum* |
| De venuſtate mundi, | lib. I. | *Unus eſt altiſſimus* |



*s*) miſſæ, ut ſupra c. 775. *t*) de Conſolatione Philoſophiæ.

| | | |
|---|---|---|
| De natura æterni & veri Dei | lib. 1. | |
| De divina eſſentia | lib. 1. | *Scimus quoniam filius Dei ve.* |
| De diſtantia perfect. divinæ & hum. | lib. 1. | |
| De felicitate animæ | lib. 1. | |
| De beneficiis Dei | lib. 1. | *Anima mea deſidera.* |
| De mutua ſanctorum agnitione | lib. 1. | *Pater gloria det vobis* |
| De donis Spiritus ſancti | lib. 1. | *Quis hominum poterit.* |
| Cordiale prænotatum | lib. 1. | |
| De cuſtodia cordis | lib. 1. | |
| De gaudio & pace interna | lib. 1. | |
| De via purgativa | lib. 1. | *Sicut dicit Apoſtolus: Stul.* |
| Dialogus de fide catholica | lib. 1. | *Magna & mirabilia.* |
| Dialogus Chriſtiani & Sarraceni | lib. 1. | *Sic Deus dilexit mundum.* |
| Contra Magos & Waldenſes | lib. 1. | *Cave ne imitari velis.* |
| Contra ſuperſtitiones | lib. 1. | *Domin. Deum tuum adorabis* |
| De vitiis & virtutibus | lib. 1. | *Qui converti fecerit pec.* |
| Contra ambitionem | lib. 1. | *Reges gentium dominantur.* |
| Contra Sarracenos, | lib. III. | |
| De gravitate peccati, | lib. 1. | |
| De contemptu mundi | lib. 1. | *Indicabo tibi, &c.* |
| De modo judicandi & corripiendi | lib. 1. | *Quæſtionem mihi pro.* |
| De remediis tentationum | lib. 1. | *Militia eſt vita hominis* |
| Speculum peccatoris | lib. 1. | *Convertere ad Domin. Deum.* |
| De quatuor noviſſimis, | lib. 1. | *Deus abſque conſilio & fin.* |
| De reformatione interna | lib. 1. | *Pro omnibus mortuus eſt Chri-* |
| De judicio particulari, | lib. 1, | *ſtus.* |
| De paſſionibus animæ | lib. 1. | *Primus homo de terra ter.* |
| De diſcretione ſpirituum, | lib. 1. | |
| De protectu charitatis, | lib. 1. | |
| De perfectione charitatis, | lib. 1. | |
| Inflammatorium divini amoris, | lib. 1. | *Quid Dominus Deus.* |
| De contemplatione, | lib. 1. | *Sapientiam amavi & ex.* |
| De oratione, | lib. 1. | *Oportet ſemper orare.* |
| De meditatione | lib. 1. | *Cogitationes meæ va.* |
| Sonus epulantis, | lib. 1. | *Omnes qui credebant erant pe-* |
| De modo agendi proceſſiones, | lib. 1. | *Zelus domus tuæ co.* *(ri.* |
| De evelatione mentis in Deum, | lib. 1. | |
| De authoritate Papæ, | lib. 1. | |
| De poteſtate & jurisdictione Papæ | lib. 1. | |
| De authoritate concilii | lib III. | |
| De reformatione Eccleſiæ, | lib. 1. | |
| Contra Simoniam, | lib. 1. | *Gratis accepiſtis gratis.* |
| Contra eandem, | lib. 1. | *Pecunia tua tecum ſit in.* |
| De reformatione clauſtralium, | lib. 1. | *Omnia honeſte fiant.* |
| Contra pluralitatem beneficiorum, | lib. 1. | |
| De regulis vitæ Chriſtianorum | lib. 1. | |
| De reformatione monialium, | lib. 1. | *Aperi mihi ſoror mea.* |
| De profeſſione religioſorum, | lib. 1. | *Excellentiorem viam vobis.* |
| Exhortatorium novitiorum, | lib. 1. | *Nemo mittens manum.* |
| De vita & regimine præſulum | lib. 1. | *Attendite vobis & gre.* |
| De inſtitutione ordinis Carthuſienſis | lib. 1. | |
| De laudibus ejusdem, | lib. 1. | |
| De viſitatione clauſtralium | lib. 1. | |
| De vita canonicorum | lib. 1, | *Maledictus homo qui facit.* |
| De diſciplina ſcholarium *) | lib. 1. | *Quemadmodum Ariſto.* |
| De vita militarium | lib. 1. | *Labora ficut bonus mi.* |
| De virginitate | lib. 1. | *Virgo cogitat quæ Domini.* |
| De officio Archidiaconorum, | lib. 1. | |
| De officio legati, | lib. 1. | |
| De regimine prælatorum, | lib. 1. | |
| De vita & regimine curatorum, | lib. 1. | |
| De vita nobilium, | lib. 1. | |
| De regimine principum, | lib. 1. | |

Dial.

*) Diverſus hic eſt à libello quem ſub iſto titulo habemus, Boëthio à nonnullis falſo tributum cum factus ſit Thomæ Cantipratani. Vide Papebrochium T. VI. Maji p. 706. & Jac. Thomaſium Τῶν μακαρίτης programmate XXV.

Digitized by Google

| | | |
|---|---|---|
| Dial. inter Chriſtum & principem, | lib. 1. | |
| Dial. inter Chriſtum & principiſſam, | lib. 1. | |
| De regimine politiæ, | lib. 1. | |
| Dialogus inter Jeſum & puerum, | lib. 1. | *Complexans Jeſus par.* |
| De viduarum vita, | lib. 1. | *Eo quod caſtitatem amave.* |
| De vita conjugalium | lib. 1. | *Dixit Dominus Deus, non eſt.* |
| De vita incluſarum | lib. 1. | *Quam magna multitudo.* |
| De officio mercatorum, | lib. 1. | *Nolite facere iniquitat.* |
| De vita ſolitaria, | lib. 1. | |
| Dial. inter Chriſtum & ſacerdot. | lib. 1. | |
| Contra proprietatem monachorum, | lib. 1. | |
| Apocalypſis ſibi factæ, | lib. 1. | |
| Epiſtol. ad principes, | lib. 1. | *Univerſis principibus.* |
| Annotationes ſuorum operum, | lib. 1. | *A religioſis aliisque ve.* |
| Epiſtolarum ad diverſos, | lib. 1. | |
| Collationes pro capitulis tres. | lib. 1. | |

Et alia multa nobis inviſa. Moritur ſub Frederico Imperatore tertio, & Paulo Papa ſecundo. Anno Domini, MCDLXXI. Indictione quarta, XII. die menſis Martii. Sepultus non ſine magna opinione ſanctitatis, in cœmiterio fratrum communi, domus præfatæ Ruremundenſis. Denique libros *Johannis Caſſiani*, ad faciliorem ſtylum propter ſimpliciores fratres redegit, cujus operis procœmium ſic incipit: *Declaratio*, &c.

DCCCXXI. BESSARION, natione Græcus, ſacroſanctæ Eccleſiæ Romanæ cardinalis *x)* Nicænus vulgariter nuncupatus, & patriarcha Conſtantinopolitanus, *y)* vir undecunque doctiſſimus Philoſophus & orator in utraque lingua nulli ſecundus. Scripſit ingenii ſui quædam præclara volumina, quibus nomen ſuum ad poſteros cum ingenti gloria transmiſit. E quibus ſubjecta feruntur. Adverſus Marcum *z)* Epiſcopum Epheſinum de Spiritu Sancto more Græcorum male ſentientem in concilio Florentino, ſcripſit inſigne & præclarum opus, quod prænotavit:

| | |
|---|---|
| Confutationem, *a)* | lib. 1. |
| In illo, *Sic eum volo manere*, *b)* | lib. 1. |
| In Philoſophiæ Platonis laudem, *c)* | lib. V. |
| Laudes patriæ ſuæ, | lib. II. |
| Ad Græcorum Imper. conſolationis, | lib. 1. |
| Orationes & Epiſtolæ plures. | |

Et quædam alia. Fundavit etiam Venetiis inſignem bibliothecam, *d)* multis libris tam Græcis quam Latinis ornatiſſimam, cui præfectus eſt non parvo ſtipendio Marcus Antonius Sabellicus vir doctiſſimus, de quo poſtea **)* dicemus. Moritur tandem plenus dierum, in legatione Galliarum ſub Frederico Imp. & Sixto Papa quarto. Anno Domini noſtri Jeſu Chriſti MCDLXXIII, *e)* Indictione ſexta.

DCCCXXII. JOHANNES *Hagen*, alias *de Indagine*, *f)* natione Teutonicus, ordinis Carthuſienſium, domus montis ſancti Salvatoris prope Erfordiam, prior in Yſenach, & in Stetyn, vir in Divinis Scripturis ſtudioſiſſimus & valde eruditus atque in jure canonico egregie doctus, ingenio clarus, conſilio promptus & providus. Scripſit aperto ſermone multa præclara volumina, ad Principes, Epiſcopos & alios Eccleſiarum prælatos, de variis ac diverſis quæſtionibus interrogatus, de quibus pauca ad manus noſtras memini perveniſſe. Nam ſicut ex ſcriptis cujusdam devoti patris ejusdem ordinis accepi, plusquam trecentos tractatus edidit, *g)* de quibus omnibus ego vidi & legi tantum quos conſequenter ſubjeci. Opus inſigne, quod prænotavit

| | | |
|---|---|---|
| De laude paupertatis | lib. 1. | *Beati pauperes ſpiritu, quoniam* |
| De vita religioſorum | lib. 1. | *Simile eſt regnum cælorum.* |
| De caſu religionis, | lib. 1. | *Quomodo ſedet ſola civitas.* |



*x)* Papa etiam futurus A. 1471. poſt Pauli II. obitum, niſi Perottus ipſius janitor conclavis, Cardinales quosdam eum adire volentes, cauſſatus Dominum ſuum intentum ſtudiis, parum comiter intempeſtiva ſedulitate amoviſſet. Vide Menagiana T. 2. p. 127. T. 4. p. 117. ſeq. Lambecium lib. VI. de Bibl. Vindob. p. 274. ſeq.

*y)* titularem intellige.

*z)* de hoc vide Acta Concilii Florentini: Allatium p. 405. de Georgiis, & de Conſenſu p. 778. 779. 824 Contra Creyghton. p. 162. &c. Ejus capita ſyllogiſtica contra Latinos de Proceſſione Spiritus S. usque ad cap. 17. Gregorius protoſyncellus, cætera Beſſario confutavit.

*a)* Exſtat MS. in Bibl. Cæſarea ſub titulo Ἀπολογία εἰς τὰ τῆ Ἐφέσῳ κεφάλαια. Vide Lambec. V. p. 174.

*b)* Contra Georg. Trapezuntium, in locum Joh. XXI. 23. *Si eum volo manere donec veniam, quid ad te?* Vide Allat. de Georgiis p. 379.

*c)* Hi ſunt libri quinque in calumniatorem Platonis (eundem Trapezuntium) editi Venet. 1516. fol. Vide Allatium de Georgiis p. 378.

*d)* Vide Epiſtolas Philologicas Goldaſti p. 500. Lambecium III. p. 380. ſeq. Thomaſinum in Catalogo MSS. Bibl. Venetarum. **)* infra. c. 901.

*e)* imo 1472. Vide Lambec. VI. p. 275. *f)* Diverſus ab hoc Johannes de Indagine eadem ætate clarus Abbas Burſfeldenſis. de quo Jo. Georgius Leuckfeld in Antiquitatibus Burſfeldenſibus. Lipſ. 1713. 4. p. 22. ſeq.

*g)* Vide ampliſſimum eorum Catalogum apud Poſſevin. in Apparatu S.

Digitized by Google

| | | |
|---|---|---|
| De vita adoleſcentulorum | lib. 1. | *Adoleſcentulus ſum ego.* |
| De humilitate & ſuperbia | lib. 1. | *Ego ſum via, veritas.* |
| De ornatu interiori | lib. 1. | *Omnis gloria filiæ regis.* |
| De acceſſu ad novum hominem | lib. 1. | *Ecce ego nova facio.* |
| De gratia & libero arbitrio | lib. 1. | *Non ego ſolus ſed gratia.* |
| De correptione & gratia Dei | lib. 1. | *Corripiet me juſtus in.* |
| De natura & gratia | lib. 1. | *Vidit Deus cuncta quæ fec.* |
| De perſeverantia | lib. 1. | *Qui perſeveraverit.* |
| De ſpiritu, corpore & anima | lib. 1. | *Apoſtolus Paulus vas electi.* |
| De mandatis prælatorum | lib. 1. | *Sic nos exiſtimet homo.* |
| De charitate | lib. 1. | *Fortis eſt ut mors di.* |
| De dilectione Dei. | lib. 1. | *In lege Moyſi poſt mul.* |
| De meditatione | lib. 1. | *Felix anima quæ humili.* |
| De inquiſitione ſummi boni | lib. 1. | *Magnus es Domine & laud.* |
| Contra errores Bohœmorum, | lib. 1. | *In Chriſto Jeſu orationes.* |
| Ad Epiſcopum Ratiſpon. contra eosdem, | lib. IV. | *Reverendiſſime in Chriſto.* |
| Ad Marchionem Brandeburgenſ. | lib. 1. | *Illuſtri Principi & Domino.* |
| Ad univerſitatem Erfordenſ. | lib. 1. | *Sinceram in Domino charita.* |
| In regulam ſancti Benedicti | lib. 1. | *Probate ſpiritus ſi ex Deo.* |
| De doctrinis peregrinis, cavendis | lib. 1. | *Variis & peregrinis.* |
| De cognitione futurorum | lib. 1. | *Annunciate quæ futura ſunt.* |
| De viſione Tundali | lib. 1. | *Circa viſionem Tundali.* |
| De viſione Danielis. cap. VII. | lib. 1. | *Quæſitum eſt de expoſit.* |
| De apparitione cujusdam defunctæ | lib. 1. | *Quædam mulier perducta* |
| De futuris prodigiis, | lib. 1. | *Omnia in menſura, numero.* |
| De planctu ſolitarii | lib. 1. | *Quis dabit capiti me.* |
| De cruciata, contra hæreticos | lib. 1. | *Circa cruciatam quæ da.* |
| De auferibilitate ſponſi ab Eccleſia | lib. 1. | *In nomine Domini noſtri Jeſu.* |
| De tempore ſchismatis, | lib. 1. | *Et quia entia nolunt.* |
| De auctoritate Papæ in Concilio | lib. 1. | *Dubitatum eſt & quæſtum.* |
| De poteſtate Eccleſiaſtica | lib. 1. | *In Chriſti Evangelio le.* |
| De correctione fraterna, | lib. 1. | *Item quæritur in fraterna.* |
| De parvulis non baptizatis | lib. 1. | *Dubitatum eſt & quæſtum.* |
| De judice contra conſcientiam judicante | lib. 1. | *Dubitatum eſt ſi liceat.* |
| Contra flagellatores | lib. 1. | *In nomine Chriſti. Incipit.* |
| An ſine profeſſione religioſus, | lib. 1. | *In nomine Chriſti. Incipit.* |
| De jejunio quintæ feriæ | lib. 1. | *Dubitatur an licitum ſit.* |
| De juſto & injuſto bello, | lib. 1. | *Nota ad juſtum bellum.* |
| De doctrina Eccleſiæ, | lib. 1. | *Tues Petrus & ſuper.* |
| De auditione miſſarum, | lib. 1. | *Sapiens dicit, fili omnia fac* |
| Contra Johannem Kanneman, *b)* | lib. II. | *In nomine Jeſu Chriſti. In.* |
| De vita ſpiritali, | lib. 1. | *Si ſpiritu vivimus, ſpiritu &.* |
| De diſcretione cogitationum. | lib. 1. | *Ut quid cogitatis ma.* |
| De vera & falſa pœnitentia | lib. 1. | *Pœnitentiam agite ap.* |
| De modo confitendi | lib. 1. | *Prophetæ regium Pſal.* |
| De audiendis confeſſionibus, | lib. 1. | *Confitemini alterutrum.* |
| De ſpiritali arte memorativa, | lib. 1. | *Memorare noviſſima.* |
| De quatuor ſenſibus Scripturæ, | lib. 1. | *In nomine Chriſti, & ejus imo.* |
| De contemplatione, | lib. 1. | *Hæc eſt vita æterna.* |
| De interdicto. | lib. 1. | *In ſalicibus in medio.* |
| In dedicatione ſermones quinque | lib. 1. | *Salomon ædificavit.* |
| Ad Rudolphum, Epiſcop. Lavantinum, | lib. 1. | |
| De falſis Prophetis, | lib. 1. | |
| De communione ſub utraque ſpecie, | lib. 1, | *De communione ſub utraque* |
| Epiſtolarum ad diverſos, | lib. 1. | |
| Sermones quoque varios, | lib. 1. | |
| In Regum, quadruplici ſenſu | lib. IV. | |

In multos denique libros Bibliæ commentarios elegantes compoſuit, aliosque tractatus & quæſtionum ſolutiones pene innumeras & inſignes. Claruit ſub Frederico tertio, & Pio Papa ſecundo. Anno Domini, MCDLX.

DCCCXXIII. JOHANNES Abbas monaſterii *Nivicellenſis*, in Scripturis ſanctis ſtudioſus & eruditus, & in jure canonico nobiliter doctus, ingenio ſubtilis, & clarus eloquio, ſcripſit multa & diverſa ingenii ſui opuſcula, quibus memoriam celeberrimi nominis ſui ad poſteros cum gloria trans-

*b)* ordinis minorum, Trithem. c. 198. de ſcript. Germ.

Digitized by Google

transmiſit. De quibus extant ſubjecta: Opus præclarum & inſigne, quod prænotatur, Bibliæ & canonum

| | | |
|---|---|---|
| Concordantia, *i*) | lib. 1. | *In principio creavit Deus.* |
| Sermones de tempore | lib. 1. | *Reſpice & levate cap.* |
| Sermones de ſanctis. | lib. 1. | *In principio creavit Deus.* |

Epiſtolæ & quæſtiones variæ. Cætera quæ compoſuit, ad notitiam noſtræ lectionis non venerunt.

DCCCXXIV. JACOBUS *de Gruytrode*, natione Teutonicus, ordinis Carthuſienſium prior domus omnium Apoſtolorum juxta Leodium, vir in divinis ſcripturis ſtudioſus & eruditus, vita & converſatione devotus, ingenio præſtans & dulcis eloquio. Scripſit præclara quædam, & devota opuſcula, quorum lectio religioſis perſonis, ſalutis propriæ amatoribus non inutilis perhibetur. De quibus ſubjecta feruntur:

| | | |
|---|---|---|
| De veris virtutibus | lib. III. | |
| De ſeptem peccatis mortalibus, | lib. 1. | |
| De quatuor noviſſimis | lib. 1. | |
| Devita Domini Jeſu, | lib. 1. | *Faſciculus myrrhæ dil.* |
| De præparatione ante miſſam, | lib. 1. | |
| De diffinitione nominis monachi, | lib. 1. | |
| Meditationes paſſionis Domini | lib. 1. | |
| Lectionarius menſæ | lib. 1. | *Comedite amici & bib.* |
| Speculum prælatorum | lib. 1. | |
| Speculum ſubditorum | lib. 1. | |
| Speculum ſacerdotum | lib. 1. | |
| Speculum ſecularium hominum, | lib. 1. | |
| Speculum ſenectutis | lib. 1. | |
| Colloquium Jeſu & monachi, | lib. 1. | |
| Colloquium Jeſu & prælati, | lib. 1. | *Fac mecum Jeſu dulciſſ.* |
| Colloquium Jeſu & ſenis | lib. 1. | *Ne indigneris queſo.* |
| Colloquium Jeſu & heremitæ, | lib. 1. | |
| Colloquium Jeſu & diſcipuli, | lib. 1. | |
| Contemplatio ſanctæ Mariæ | lib. 1. | *Vulneraſti cor meum.* |
| Coronula ſanctæ Mariæ | lib. 1. | |
| Dialogus crucifixi & peccatoris | lib. 1. | *Ignoſce quæſo benigniſſ.* |
| Dialogus Mariæ & peccatoris | lib. 1. | *Verbum mihi eſt ad te,* |
| Dialogus alius Mariæ & peccatoris | lib. 1. | |
| Meditationes compaſſionis Mariæ | lib. 1. | |
| De nomine Jeſu & Mariæ | lib. 1. | |
| Sermones de tempore. | lib. 1. | |
| Sermones de ſanctis | lib. 1. | |
| Epiſtolarum ad diverſos | lib. 1. | |

Et alia multa. Moritur quam devotiſſime ſub Frederico Imp. tertio, & Sixto Papa quarto. Anno Domini, MCDLXXII. Indictione quinta, pridie Idus Februarias.

DCCCXXV. JACOBUS *Zenus*, patricius Venetus, Epiſcopus Eccleſiæ Patavinæ, vir in ſcripturis ſanctis ſtudioſus & eruditus, & ſecularium literarum non ignarus, ingenio ſubtilis, eloquio diſertus, conſilio promptus & circumſpectus, ac multarum rerum experientia inſignis. Scripſit quædam præclara volumina, *k*) quibus nomen ſuum ad poſteros cum gloria transmiſit. E quibus extat opus elegantiſſimum,

| | |
|---|---|
| De geſtis ſummorum pontificum | lib. 1. |

Et quædam alia. Moritur autem ſub Frederico Imp. tertio, & Sixto Papa quarto. Anno Domini, MCDLXXVII. Indictione vero nona.

DCCCXXVI. GUILHELMUS *Forleon*, natione Brito, ordinis fratrum minorum ſancti Franciſci, vir in divinis ſcripturis eruditiſſimus, & in ſeculari Philoſophia egregie doctus, ingenio clarus, eloquio ſcholaſticus, qui in gymnaſio Pariſienſi, tum docendo, tum diſputando, tumque ſcribendo magnam eruditionis ſuæ laudem commeruit, edidit quædam præclara in ſcripturis opuſcula. E quibus extat celeberrimum opus

| | |
|---|---|
| Super ſententias | lib. IV. |
| Quæſtiones variæ | lib. 1. |

Et alia complura. Hujus auditor atque diſcipulus olim fuit vir doctiſſimus & theologorum noſtræ tempeſtatis facile princeps, magiſter *Stephanus* dictus *Bruleſer*, natione Gallus ejusdem ordinis, qui in conventu Pariſienſi theologiam docuit, poſtea ad obſervantiam ordinis ſe conferens apud Moguntiacum in Germania, ſententias ibidem legere cœpit, quas in conventu Metenſi magna cum laude continuat. Claruit autem iſte Guilhelmus ſub Frederico Imp. tertio, & Paulo Papa ſecundo. Anno Domini, MCDLXX.



*i*) eſt index locorum S. Scripturæ in jure Canonico allegatorum.
*k*) In his vitam Nicolai Albergati, Epiſcopi Bononienſis, Colon. 1618. 4.

Digitized by Google

DCCCXXVII. ALBERTUS *de Eybe*, natione Teutonicus, Bambergenſis Eccleſiæ canonicus, & Pii II. pontificis maximi cubicularius, vir in ſecularibus literis ſtudioſus & eruditus, & divinarum ſcripturarum non ignarus, ingenio ſubtilis, eloquio diſertus, Rhetor & Poeta inſignis. Scripſit non ſpernendæ lectionis opuſcula, de quibus extant ſubjecta. Ad dominum Johannem ducem Bavariæ, Monaſterienſem Epiſcopum, & Magdeburgenſem poſtea primatem, opus inſigne, prænotatum:

| | | |
|---|---|---|
| Margarita poetica | lib. 1. | *Optaſti ſepenumero re.* |
| De re quoque uxoria | lib. 1. | |
| Epiſtolarum ad diverſos | lib. 1. | |

Et alia complura. Claruit ſub Frederico Imperatore tertio, & Pio Papa ſecundo. Anno Domini, MCDLX.

DCCCXXVIII. RODERICUS Epiſcopus *Samorenſis*, vir in divinis ſcripturis ſtudioſus & eruditus, & ſecularium literarum non ignarus, ingenio præſtans, & clarus eloquio. Scripſit ingenii ſui non contemnendæ auctoritatis opuſcula, quibus memoriam ſui nominis poſteritati commendavit. De quibus ego vidi adhuc tantum volumen unum, quod prænotavit:

| | | |
|---|---|---|
| Speculum *m)* humanæ vitæ | lib. 11. | *Super cunctas humanas.* |

Cætera non vidi. Claruit temporibus Frederici Imper. tertii, & Pauli Papæ ſecundi. Anno Domini, MCDLXX.

DCCCXXIX. AMBROSIUS *Coriolanus*, *o)* ordinis fratrum heremitarum ſancti Auguſtini prior generalis, patria Romanus, vir in divinis ſcripturis eruditus, & ſcientia ſecularium literarum inſignis, excellens ingenio, & eloquio diſertus, doctus & eloquens. Scripſit quædam præclara opuſcula, quibus nomen ſuum immortalitati commendavit, de quibus tamen ad notitiam lectionis noſtræ pauca pervenerunt, quæ ſubjeci.

| | | |
|---|---|---|
| In regulam ſancti Auguſtini, | lib. 1. | *Ex omnium parente doctorum.* |
| Ejusdem regulæ commendatio | lib. 1. | *Poſtquam beatus Auguſtinus* |
| In ſecundam regulam | lib. 1. | *Acer ingenio vita præ.* |
| De vita ſancti Auguſtini | lib. 1. | *Sæpenumero cum in ma.* |
| De ejusdem laudibus | lib. 1. | *Conſuevere beatiſſ. pater.* |
| Orationes varias | lib. 1. | |

Scripſit & alia plura. Claruit autem ſub Frederico Imp. tertio, & Paulo Papa ſecundo. Anno Domini, MCDLXX.

DCCGXXX. BENEDICTUS *Stendel* de Hallis, oppido Saxoniæ, natione Teutonicus, vir in divinis ſcripturis eruditiſſimus, & in Philoſophia ſeculari nobiliter doctus, ingenio excellens, & apertus eloquio, qui in gymnaſio Erfordenſi Theologiam annis multis glorioſe docuit, & tam vita quam doctrina clarus effulſit. Scripſit quædam non ſpernendæ lectionis opuſcula, ex quibus in dicta univerſitate legit ordinarie ſubjecta.

| | |
|---|---|
| In Geneſim, | lib. 1. |
| In Exodum | lib. 1. |
| In Leviticum | lib. 1. |
| In Numeros | lib. 1. |
| In Deuteronomium | lib. 1. |
| Sermones varios | lib. 1. |
| Collationes diverſas. | lib. 1. |

Et quædam alia in logica philoſophia, cæterisque ſtudiis & exercitiis ſcholaſticis. Claruit ſub Frederico Imp. tertio, & Paulo Papa ſecundo. Anno Domini, MCDLXX.

DCCCXXXI. SIFRIDUS *p)* Epiſcopus *Cyrenenſis* titulatus, ordinis fratrum prædicatorum, natione Teutonicus, Archiepiſcopi Moguntini Theoderici in pontificalibus vicarius, vir in divinis ſcripturis eruditiſſimus, & ſecularium literarum non ignarus, hebraicæ & latinæ linguæ peritus, ingenio ſubtilis & clarus eloquio, diſputator acutus, & divini verbi prædicator egregius, conſilio promptus, vita præclarus. Scripſit quædam digna lectione opuſcula, quibus nomen ſuum poſteris notificavit. De quibus extant ſubjecta. Ad Theodericum Archiepiſcopum prædictum,

| | | |
|---|---|---|
| De Judæorum uſura | lib. 1. | *Quæritur in foro conſcientiæ* |
| De cenſibus & reemptione, | lib. 1. | *Quærebatur primo an.* |
| Sermones & collationes | lib. 1. | |
| Quæſtiones variæ | lib. 1. | |

Et quædam alia. Claruit ſub Frederico Imp. & Pio ac Paulo Romanis pontificibus. Anno Domini, MCDLXX.

DCCCXXXII. GODESCALCUS *q)* *de Meſchede*, natione Teutonicus, patria Weſtphalus, vir in divinis ſcripturis ſtudioſus & eruditus, & in ſeculari philoſophia egregie doctus, acer ingenio,

*n)* Zamorenſis in Hiſpania Tarraconenſi.
*o)* Hoc lectu non indignum opuſculum vulgavit Goldaſtus Hanov. 1613. 4.
*o)* alii Coranum appellant. Longe plura hujus Ambroſii ſcripta commemorat Poſſevinus.
*p)* Sifridus de Moguntia. Trithemio c. 202. de ſcript. Germ. qui teſtatur Moguntiæ defunctum A. 1473.
*q)* Godeſchalcus Greſemundus de Meſchede. id. c. 203.

genio, vita præclarus, doctor ſacræ theologiæ profundus, qui multis annis in gymnaſio Erfordenſi eam ſcientiam glorioſe docuit & magnam eruditionis ſuæ laudem ab omnibus commeruit. Scripſit & legit in eadem univerſitate quædam præclara opuſcula, quibus nomen ſuum poſteris notificavit. E quibus feruntur:

| | |
|---|---|
| Quæſtiones ſententiarum | lib. IV. |
| Sermones & collationes, | lib. I. |
| Quæſtiones variæ diſputatæ | lib. I. |
| Et alia complura. | |

Hujus frater Theodericus *Gresmunt de Meſchede* artium & medicinæ doctor vir undecunque doctiſſimus, adhuc ſuperſtes Moguntiæ reſidet, qui & ipſe inter alia tractatum elegantem compoſuit, de regimine ſanitatis tempore peſtilentiali. Filium habet ſub nomine *Theodericum* appellatum, vix tria luſtra ætatis implentem, cujus admirandum ingenium, & ſingularis tum eruditio, tum eloquentia multos provectæ ætatis (doctores etiam) longe præcellit: cujus ad me extat liber inſignis *de ſeptem artibus liberalibus*. Scripſit etiam tam ad me quam ad alios pene infinitas Epiſtolas, cujuscunque argumenti ornatiſſimas, variasque orationes Ciceronianam diſertitudinem præferentes, adeo ut velut alter Adeodatus Auguſtini ſanctiſſimi quondam filius, ſuo ingenio & ſcribendi argumentandique promptitudine, ac ſolertia multis (doctis etiam viris) ſit admirationi & ſtupori. *Godeſcalcus* autem patris ſui frater. Claruit ſub Frederico Imperatore tertio. Anno Domini, MCDLXX. Et ante hoc decennium mortuus eſt.

DCCCXXXIII. STEPHANUS *Hoeſt* Laudenburgenſis, Eccleſiæ Spirenſis olim canonicus, natione Teutonicus, vir in ſecularibus literis eruditus, & divinarum ſcripturarum non ignarus, philoſophus & orator celeberrimus, ingenio acer, & diſertus eloquio: in declamandis ſermonibus ad populum inſignis, quippe qui aliquot annis in caſtro Heydelbergenſi prædicatoris geſſit officium. Scripſit non ſpernenda opuſcula, quibus memoriam ſui nominis poſteris commendavit. E quibus extat

| | |
|---|---|
| In libros Ethicorum | lib. X. |
| Sermones & collationes, | lib. I. |

Carmina & quædam alia. Moritur ſub Frederico Imperatore tertio, & Paulo Papa ſecundo. Anno Domini, MCDLXXI. Indictione quarta.

DCCCXXXIV. BERNARDUS *Juſtinianus*, patria Venetus, Philoſophus & orator celeberrimus, ingenio excellens, & diſertus eloquio, qui ob ſingularem dicendi gratiam non modo apud Senatum ſuum Venetum, verumetiam apud Romanos pontifices, cardinales, & cæteros Italiæ principes, ac urbium ſenatores in precio eſt habitus. Scripſit inter cætera ingenii ſui monimenta Laurentii Juſtiniani, r) patriarchæ Veneti, avunculi ſui,

| | |
|---|---|
| Vitam & ſanctiſſimam converſationem, | lib. I. |
| Hiſtoriarum quoque, | lib. I. |
| Orationes plures & elegantes, | lib. I. |
| Epiſtolas & quædam alia. | lib. I. |

Claruit ſub Frederico Imper. tertio, & Paulo Papa ſecundo. Anno Domini noſtri Jeſu Chriſti MCDLXX.

DCCCXXXV. HENRICUS s) *de Piro*, natione Teutonicus, ex civitate Colonienſi oriundus, ordinis Carthuſienſium, profeſſus domus ſanctæ Barbaræ in eadem civitate, ante ordinis ingreſſum doctor utriusque juris ſubtilis & famoſus & poſtea etiam in divinis ſcripturis exercitatus, ſcripſit quædam præclara volumina, de quibus ſubjecta feruntur:

| | | |
|---|---|---|
| Super Inſtitutis | lib. IV. | *Annuente mihi omnium le.* |
| Ad novitios quoque, | lib. I. | |
| Conſilia in diverſis caſibus | lib. I. | |
| Sermones de tempore, | lib. I. | |
| Sermones de ſanctis, | lib. I. | |

Et quædam alia. Claruit temporibus Frederici Imperatoris tertii, & Pauli Papæ ſecundi. Anno Domini, MCDLXX.

DCCCXXXVI. NICOLAUS *Donis*, natione Teutonicus, ordinis divi patris Benedicti, t) vir in ſecularibus literis ſtudioſus & eruditus & divinarum ſcripturarum non ignarus, philoſophus & Mathematicus inſignis, cosmographiæ *Ptolemæi* vigilantiſſimus repertor, & ſagaciſſimus inſtaurator, ingenio præſtans & clarus eloquio. Scripſit non contemnenda volumina quibus nomen ſuum ad poſteros transmiſit. E quibus extat opus mirandum, cum picturis & novis tabulis elegantiſſime ordinatis, & diligentiſſime correctis in Cosmographiam Ptolemæi

| | | |
|---|---|---|
| Ad Paulum Papam ſecundum | lib. VIII. | *Non me fugit beatiſſ.* |
| De locis quoque mirandis | lib. I. | *Quoniam, ut ait Auguſtinus.* |
| Epiſtolæ variæ ad diverſos. | | |



r) de quo ſupra c. 721. Vide & quæ de Bernardo Juſtiniano Jovius in elog. Voſſius Hiſt. lat. &c. ac de Juſtinianorum gente apud Venetos celeberrima Jac. Gaddius T. I. de ſcriptoribus non Eccleſiaſticis p. 265. Balthaſar Boniſacius lib. IX. Hiſtoriæ ludicræ c. 1. Diarium Venetum Galleria di Minerva T. I. p. 86.

s) Henricus de Colonia Trithemio cap. 205. de ſcript. Germ.

t) Monaſterii ut ferunt Richenbacenſis. id. c. 206.

Digitized by Google

Et quædam alia. Claruit autem ſub Frederico Imperatore tertio, & Paulo Papa ſecundo. Anno Domini, MCDLXX.

DCCCXXXVII. GEORGIUS *de Burbach*, *w*) natione Teutonicus, vir in ſecularium literarum ſcientia peritiſſimus & ſanctarum ſcripturarum non ignarus philoſophus & aſtronomus omnium ſui temporis facile luculentiſſimus, qui in gymnaſio Wienenſi philoſophiam & aſtrorum ſcientiam multo tempore publice docuit, ubi inter alios innumeros diſcipulos Johannem de regio monte virum poſtea doctiſſimum erudivit. Scripſit ingenii perſpicacis præclara quædam opuſcula. De quorum numero ego vidi duntaxat,

| | | |
|---|---|---|
| Theoricas planetarum novas | lib. I. | *Sol habet tres orbes a.* |

De aliis adhuc nihil vidi. Claruit ſub Frederico Imperatore tertio, & Pio ac Paulo Romanis pontificibus. Anno Domini, MCDLXX.

DCCCXXXVIII. DOMICIUS *Calderinus*, *x*) patria Veronenſis, Rhetor luculentiſſimus & omnium bonarum artium diſciplinis ad perfectum imbutus, græci & latini ſermonis egregie peritus, ingenio ſubtilis & diſertus eloquio. Scripſit multa in literis humanitatis præclara opuſcula, quibus memoriam ſui nominis ad poſteros transmiſit. E quibus ſubjecta feruntur:

| | | |
|---|---|---|
| In Juvenalem | lib. I. | *Satyrarum genera duo.* |
| In Marcialem, | lib. I. | |
| In Suetonium, | lib. I. | |
| In Ibin Naſonis, | lib. I. | |
| In Epiſtolas Ciceronis, | lib. I. | |
| Adverſus Brotheum *y*) grammaticum, | lib. I. | *Ultimum Heli & Marce.* |
| Epiſtolarum ad diverſos, | lib. I. | |
| Orationes variæ. | | |

Et alia complura. Moritur ſub Frederico Imp. tertio, & Sixto Papa quarto, cujus ſecretarius fuerat. Anno Domini, MCDLXXVII. Indict. X.

DCCCXXXIX. JOHANNES *Tinctoris*, natione Teutonicus, Colonienſis, vir in divinis ſcripturis ſtudioſus & eruditus, & ſeculari philoſophia nobiliter doctus, ingenio acutus & diſputator egregius, qui in gymnaſio Colonienſi theologiam multo tempore publice docuit, & eruditionis ſuæ laudes ingentes acquiſivit. Scripſit non contemnenda opuſcula, de quibus feruntur ſubjecta:

| | | |
|---|---|---|
| Diſſenſiones Thomæ & Scoti concordare cœpit in | lib. I. | *z*) |
| Quæſtiones ſententiarum, | lib. I. | |
| Collationes quoque variæ. | | |

Et quædam alia. Claruit in præfato gymnaſio ſub Frederico Imper. tertio, & Paulo Papa ſecundo. Anno Domini, MCDLXX.

DCCCXL. NICOLAUS *Perotus* Saxoferratenſis, & Sipontinus Epiſcopus, vir in divinis ſcripturis eruditiſſimus & in ſecularibus literis nulli ſuo tempore ſecundus, egregius theologus, ac Rhetor diſertiſſimus: ingenio acer & vita præclarus ſcripſit quædam luculenta opuſcula, quibus nomen ſuum poſteris notificavit. E quibus extant, Opus inſigne de duobus voluminibus diviſum, in *Marcum Valerium Martialem* poetam, omnem latini ſermonis elegantiam, rationem & enucleationem pulcherrime complectens, quod prænotavit, commentariorum linguæ latinæ volumen, ſive ut vulgo appellatur

| | | |
|---|---|---|
| Cornucopiam, | lib. II. | *Barbara, &c. blanditur.* |
| De puerorum eruditione, *a*) | lib. X. | |
| De generibus metrorum, | lib. I. | |
| Orationes & variæ Epiſtolæ. *b*) | | |

Alia inſuper multa ſcripſiſſe dicitur, tam in divinis literis quam in humanis ac nonnulla è græco *c*) tranſtuliſſe in latinum, ſed ad manus noſtras non venerunt.

Claruit ſub Frederico Imperatore tertio, Pio ac Paulo Romanis pontificibus. Anno Domini, MCDLXX. *d*)

DCCCXLI. ANTONIUS *Roſelus*, *e*) natione Tuſcus, utriusque juris profeſſor eximius, & celeberrimus interpres, ac aliarum bonarum artium diſciplina plurimum decoratus, ingenio præſtans & diſertus eloquio, qui in gymnaſio Patavino multis annis jura docuit, ſcripſit multa præ-

*a*) al. Purbachius ſeu Peurbachius, cujus Theorica planetarum jam A. 1482. 4. per Echardum Kardolt impreſſa, ſæpiſſime deinde variis in locis prodiit.

*w*) Dominicum de Caldariis vocat Colomeſius ad Gyraldum de poëtarum Hiſtoria p. 97. De hoc Calderino conſulendum Dictionarium hiſtoricum Petri Bælii.

*y*) Angelum Brotheum appellat Hendreichius in pandectis Brandenburg. p. 746.

*z*) Hoc volumen morte præventum non perfeciſſe ait Trithem. c. 208. de ſcriptor. Germ.

*a*) è Plutarcho. *b*) Epiſtolis Peroti nihil jucundius eſſe ait Floridus Sabinus in Apologia adverſus Latinæ Linguæ calumniatores, ſed illæ nunquam editæ quemadmodum nec vita Cardinalis Beſſarionis. vide Menagiana T. 4. pag. 121.

*c*) ut Polybium. Et Epicteti Enchiridion, Oldoino teſte, & Ariſtotelis quædam ac Libanii & Ariſtidis nec non Beſſarionis Patroni ſui de quoſupra c. 821.

*d*) defunctus A. 1480. Vide ejus Epitaphium quod ei poſuit Peruſiæ Torquatus Perotus gentilis: apud Auguſtinum Oldoinum in Athenæo Liguſtico p. 253.

*e*) Antonius de Roſcllis, ſeu Roxellis, Aretinus. Vitioſe Reſellus exſtat apud Anton. Sanderum de claris Aſſoniis p. 230.

Digitized by Google

præclara opuſcula, quibus nominis ſui memoriam poſteris commendavit. Sed ego nihil eorum me usquam vidiſſe memini. Fertur autem ejus inſigne opus,

De monarchia mundi. lib. III.
In legibus varii tractatus.

Et alia complura. Moritur ſub Frederico Imper. tertio, vegeta ſenectute, Patavii ſepultus. Anno Domini, MCDLXVII. Indict. XV.

DCCCXLII. JOHANNES *Beetz*, natione Teutonicus, ordinis fratrum beatæ Mariæ ſemper virginis de monte Carmeli, vir in divinis ſcripturis ſtudioſus & eruditus, & ſecularis literaturæ *f*) non ignarus: theologus excellens, & philoſophus ſubtilis, ingenio acer, vita præclarus, diſputator quæſtionum egregius, & in declamandis ſermonibus ad populum inſignis, ſcripſit quædam præclara opuſcula. De quibus feruntur ſubjecta.

In Epiſtolam Pauli ad Romanos lib. I.
Præceptorium divinæ legis lib. X. *Sacra ſcriptura divini.*
De Sacramento altaris lib. I.
Sermones de tempore. lib. I.
Sermones de ſanctis, lib. I.
Quæſtiones variæ diſput. lib. I.

Alia inſuper nonnulla edidit, quæ ad notitiam noſtræ lectionis non venerunt. Moritur ſub Frederico Imp. tertio, & Sixto Papa quarto in conventu ſuo Tenenſi. Anno Domini, MCDLXXVI. Indict. IX. decimaſexta Cal. Auguſti.

DCCCXLIII. BARTHOLOMÆUS *Cepolla*, Veronenſis natione, jureconſultus celeberrimus, & aliarum diſciplinarum ſecularis literaturæ cultor inſignis, qui in gymnaſio Patavino ordinarie legendo, diſputando & ſcribendo magnam eruditionis ſuæ laudem acquiſivit, ſcripſit multa præclara opuſcula, quibus memoriam ſui nominis poſteritati commendavit. E quibus extat opus profecto ſubtiliſſimum, quod prænotavit:

Cautelas juris cauſarum civilium, lib. I. *Notandum ſingulariter.*
De ſimulatis contractibus. lib. I.
De prædiis urbanis lib. I.
De prædiis ruſticorum. lib. I.
De re quoque militari. lib. I.

Et alia complura. Moritur autem tempore Frederici Imperatoris tertii & Sixti Papæ quarti. Anno Domini, MCDLXXVII. Indictione X.

DCCCXLIV. JOHANNES *g*) *de regio monte*, natione Teutonicus, Georgii Burbachii *h*) aſtronomi quondam diſcipulus non minor Anaximandro Mileſio, aut Syracuſano Archimede, græca & latina eloquentia eruditiſſimus, Germanorum decus, ob aſtronomiam, cæterasque mathematicas diſciplinas à Matthia Pannoniæ rege, & conſolatu, **)* civibusque Nurenbergenſibus perpetuo donatus ſtipendio, magnam eruditionis ſuæ laudem non modo apud Germanos ſuos, verumetiam apud Italos, Gallosque conſecutus eſt. Nam à Sixto ſummo pontifice ad emendandum paſchalem Dionyſii computum Romam accitus, dum pleraque poſteritati parat, non ſine maxima ſtudioſorum jactura morbo periit. Scripſit quædam præclara opuſcula, de quibus extant ſubjecta.

Calendarium perpulchrum. lib. I.
Ephemerides, id eſt diarius lib. I.
Contra Gerardum Cremonenſem lib. I. *Poſtquam emiſimus indicem.*
Epiſtolarum & orationum. lib. I.

Et alia complura. Moritur autem Romæ ſub Frederico Imperatore tertio, & Sixto Papa IV. Anno Domini, MCDLXXVI. Indictione nona.

DCCCXLV. GERARDUS *de Elten*, natione Teutonicus, vir in divinis ſcripturis ſtudioſus, & eruditus & ſecularis philoſophiæ non ignarus, acer ingenio, vita præclarus. Poſteaquam theologiam in Colonienſi gymnaſio multis annis glorioſe docuerat, mundi vanitatibus contemptui habitis in ſenectute ſua ordinem prædicatorum pro Dei amore in eadem civitate Agrippina ingreditur, & mox hæreticæ pravitatis inquiſitor & exterminator conſtituitur. Scripſit inter alia (ut ferunt.)

Quæſtiones ſententiarum. lib. I.
Quæſtiones diſputatas. lib. I.
Sermones & collationes. lib. I.
Varia quoque in philoſophia. lib. I.

Et alia complura. Claruit ſub Frederico Imperatore tertio, & ſummo pontifice Sixto quarto. Anno Domini noſtri Jeſu Chriſti MCDLXXV.

DCCCXLVI. ALEXANDER *Tartagin* de Imola, *i*) Jureconſultus & ſtudioſus & eruditus, & in aliis ſecularium diſciplinarum inſtitutionibus probe expertus, ingenio excellens & præ-



*f*) in ſeculari Philoſophia, quam Ariſtotelicam vocant, ita Trithem. c. 209. de ſcript. Germ.

*g*) Cognomen ejus *Muller* ſive *Molitor*. Vitam ejus ſcripſit Petrus Gaſſendus, cui jungere juvavit Jo. Mollerum, Rectorem Flensburg. clariſſimum p. 932. ſeq. homonymoſcopiæ.

*h*) de quo ſupra c. 817. **)* Conſulatum ponit pro Senatu. *i*) Johannis de Imola diſcipulus.

Digitized by Google

clarus eloquio, ſcripſit ad utilitatem eorum, qui ſtudio juris utriusque invigilant, quædam præclara volumina, quibus nomen ſuum ad notitiam poſteritatis transmiſit. De quorum numero ſubjecta feruntur,

| | |
|---|---|
| In ſexto decretalium. | lib. I. |
| In Clementinis quoque | lib. I. |
| Super Codice etiam. | lib. IX. |
| Super ff. veteri. | lib. XXIV. |
| Super ff. novo. | lib. XII. |
| Super ff. Inforciati | lib. XIV. |

Et quædam alia. Claruit tempore Frederici Imperatoris tertii, & Sixti Papæ quarti. Anno Domini, MCDLXX.

DCCCXLVII. JOHANNES *Soreth*, natione Normannus, ordinis fratrum beatæ Mariæ ſemper virginis de monte Carmeli, quintus & viceſimus prior generalis, vir in divinis ſcripturis doctiſſimus & ſecularis Philoſophiæ non ignarus, ingenio ſubtilis, eloquio dulcis & clarus, vita & converſatione devotus, & ſingulariter religioſus & ſanctus, Carmelitici ordinis decus, gloria, ſplendor & reformator, qualem noſtra raro viderunt ſecula, rarius cernent ventura. Totus Deo deditus, totus lectioni & orationi intentus, contemptor mundi; amator, norma & ſpeculum monaſticæ converſationis, angelicæ puritatis imitator, virtutum cuſtos, vitiorum acerrimus hoſtis, ſcripſit præclara ingenii ſui multa commendanda opuſcula, de quibus extant ſubjecta:

| | |
|---|---|
| Super ſententias, | lib. IV. |
| Sermones varii | lib. I. |
| In regulam ordinis ſui, | lib. I. |
| In eandem majus commentum, | lib. I. |
| Conſtitutiones ordinavit | lib. I. |

Scripſit & alia complura. Moritur Andegavis ſub Frederico Imperat. tertio, & Sixto*) Papa. Anno Domini, MCDLXXI. Indictione tertia. VIII. Caſen. Auguſti.

DCCCXLVIII. THEODORUS *Gaza* Theſſalonicenſis, vir in ſecularibus literis egregie doctus, & ſanctarum ſcripturarum non ignarus, græcæ latinæque eruditiſſimus, ingenio excellens, & diſertus eloquio, multa ſcripſit opuſcula, de græco in latinum multa tranſtulit, quibus memoriam ſui poſteris commendavit. De cujus ſcriptis ad notitiam noſtræ lectionis nihil usquam pervenit, de tranſlatis autem feruntur:

| | |
|---|---|
| Theophraſtus de plantis, | lib. I. **) |
| Ariſtotelis problemata | lib. I. |
| Idem de animalibus, | lib I. |

Et quædam alia. Moritur Romæ *k)* ſub Frederico Imp. tertio, & Sixto Papa quarto. Anno Domini, MCDLXXVIII. Indict. undecima.

DCCCXLIX. JOHANNES *de Lutria*, *l)* natione Teutonicus, vir in divinis ſcripturis ſtudioſus & eruditus, & in philoſophia ſcholaſtica egregie doctus, ingenio acer, vita præclarus, & declamator ſermonum celeberrimus, qui primum in gymnaſio Erfordenſi theologiam glorioſe docuit, & poſtea in Eccleſia Moguntina prædicatoris officium ſtrenue geſſit. Scripſit quædam non ſpernendæ lectionis opuſcula, quibus memoriam ſui poſteris reliquit. E quibus ſubjecta feruntur.

| | |
|---|---|
| Super ſententias | lib. IV. |
| Sermones varii | lib. I. |
| Quæſtiones diſputatæ | lib. I. |
| Et quædam in Philoſophia | lib. I. |

Moritur ſub Frederico Imp. tertio, & Sixto Papa quarto. Anno Domini, MCDLXXIX. Indictione duodecima.

DCCCL. ALANUS *de Rupe*, natione Teutonicus, ordinis fratrum prædicatorum, vir in divinis ſcripturis eruditus, in declamandis ſermonibus ad populum excellentiſſimæ opinionis, vita & converſatione Deo devotus, & beatæ Mariæ ſemper virginis amator præcipuus, ejusque roſarii & famulatus promotor venerandus, à qua etiam ſingulari dono ſupernæ conſolationis aliquotiens meruit recreari, & jam in æterna felicitate reſoveri. Scripſit inter alia ingenii ſui opera,

| | | |
|---|---|---|
| Compendium Pſalterii Mariani | lib. I. | *Quia catholica veritas.* |
| De miraculis roſarii, | lib. I | *Quamvis ſpecioſa laus m.* |
| Sermones quoque varios, | lib. I | |

Et quædam alia. Moritur autem in conventu ſuo Zwollenſi, ſub Frederico Imperatore tertio, & Sixto Papa quarto. Anno Domini, MCDLXXIV. Indictione ſeptima, in vigilia aſſumptionis beatæ Mariæ virginis. Cujus roſarium & paſſionis Chriſti recordativum Pſalterium, quod hiujam fuit neglectum, revocavit ad mentes & exercitia hominum, ob cujus honorem contra-

ter-

*) Sixto quarto. **) Theophraſti de plantis libri X, Ariſtotelis Hiſt. animal. libri IX. à Gaza verſi.
*k*) Non Romæ ſed in magna Græcia. Vide Lambecium VI. p. 278.
*l*) de Lutra villula, ita Trithem. c. 214. de ſcript. Germ.

Digitized by Google

ternitatem *m*) instituit, quæ per apostolicam sedem confirmata indies augetur, & multis salutare præbet exercitium.

DCCCLI. CONRADUS *de Zabernia*, natione Teutonicus, vir in scripturis divinis studiosus & exercitatus, & secularis literaturæ, præsertim musicæ non ignarus, ingenio docilis, & vita exemplaris, in declamandis sermonibus ad populum clarus & devotus. Scripsit aperto sermone quædam non spernenda opuscula, quibus ingenium suum utiliter & fructuose exercitans, etiam posteris memoriam nominis sui commendavit. De quorum numero extant subjecta.

| | | |
|---|---|---|
| De monochordo | lib. 1. | *Cum ut quidam sapiens.* |
| De modo bene cantandi | lib. 1. | *In favorem totius cleri.* |
| De fine collectarum | lib. 1. | *Quanquam plerique de.* |
| Sermones multi & varii | lib. 1. | |

Et quædam alia. Claruit Anno Domini, MCDLXX. sub Sixto pontifice quarto, sub quo & mortuus est.

DCCCLII. LAURENTIUS *Calcaneus* Brixianus, vir nobilis, eques auratus, & legum doctor celeberrimus, philosophus, & historiographus luculentissimus, ingenio & eloquentia clarus, ac disputator quæstionum acutissimus. Scripsit quædam præclara volumina, quibus nomen suum ad posteros transmisit, de quibus subjecta feruntur.

| | |
|---|---|
| De commendatione studiorum | lib. 1. |
| De septem peccatis mortalibus, | lib. 1. |
| De conceptione sanctæ Mariæ, | lib. 1. |
| Consilia quoque plura | lib. 1. |

Et quædam alia parua. Moritur sub Frederico Imp. tertio, & Sixto Papa quarto. Anno Domini, MCDLXXVIII. Indictione undecima.

DCCCLIII. JOHANNES *de Dorsten*, *n*) natione Teutonicus, ordinis fratrum heremitarum sancti Augustini, vir in divinis scripturis studiosus & eruditus, & secularis philosophiæ non ignarus, ingenio subtilis, & ad disputandas enodandasque quæstiones scripturarum satis idoneus, in declamandis quoque sermonibus ad populum excellentis opinionis, qui in gymnasio Erfordensi docendo & prædicando in pretio est habitus. Scripsit non contemnenda opuscula, quibus memoriam sui posteris commendavit. De quibus feruntur, *o*)

| | |
|---|---|
| Sermones de tempore, | lib. 1. |
| Sermones de sanctis | lib. 1. |

Et quædam alia. Claruit in conventu Erfordensi sub Frederico Imp. tertio, & Sixto Papa quarto. Anno Domini, MCDLXXV.

DCCCLIV. ANGELUS *p*) Saxo *de Brunsuico*, natione Teutonicus, vir in divinis scripturis eruditissimus, & in seculari Philosophia egregie doctus, ingenio acer, vitæ præclarus, in declamandis sermonibus ad populum celeberrimæ opinionis, quippe qui post adeptum magisterium docendi in gymnasio Erfordensi, apud Moguntiam multo tempore prædicatoris gessit officium, scripsit inter alia opus quoddam insigne,

| | |
|---|---|
| In Canonem missæ, | lib. 1. |
| Sermones varios, | lib. 1. |
| Quæstiones diversas. | lib. 1. |

Et quædam alia. Moritur Argentinæ in cœnobio pœnitentium sepultus, sub Frederico Imp. tertio. Anno Domini, MCDLXXXI. Indict XIV.

DCCCLV. FRANCISCUS *Philelfus*, *q*) ex vetusto Tolentini oppido natus, eques auratus & poeta laureatus, philosophus & orator celeberrimus, Chrysoloræ Byzantini philosophi quondam in juventute apud Venetias auditor, à quo græcam eloquentiam ac latinam perfectissime didicit, vir adeo studiosus & bonarum artium amator & cultor indefessus, ut velut alter Plinius, inter continuas bellorum *r*) occupationes, semper aliquid aut legeret sibi, aut dictaret aliis, scripsit enim utroque sermone, tam prosa quam carmine, multa præclara volumina quibus memoriam celeberrimi ingenii sui posteris reliquit. E quibus extant,

| | | |
|---|---|---|
| Euthyphron de pietate. *s*) | lib. 1. | |
| De morali disciplina. *t*) | lib. VIII. | |
| Vita Nicolai Papæ quinti. | lib. II. | |
| Consolatorius ad amicum. | lib. 1. | *Cupienti mihi aliquid.* |
| De diversitate legum. | lib. 1. | *Quam multarum legum men.* |
| Sphorciadorum versu heroico. | lib. IX. | |



*m*) De fraternitate rosarii B. Mariæ Virginis integris libris Henricus Cakenhausen, Jo. de Sagastizoval &c. Confirmata est à Sixto IV. A. 1478.

*n*) Dorstein. *o*) In libro de script. Germ. c. 217. Trithemius præterea memorat ejus quæstiones sententiarum, & librum de vitiis linguæ.

*p*) de Brunsuico Saxoniæ, Vulgo Magister Engelinus. id. cap. 219.

*q*) natus Philelfus A. 1398. de quo vide Jovii elogia, Gaddium T. 2. p. 254. seq. Vossium de Hist. & poëtis Latin. Isaac Bullartii Academiam scientiar. T. 1. p. 270. Thomæ Pope Blount censuram scriptor. p. 331. Menagiana T. 4. p. 232. seq. Hujus Philelfi filii præter Marium, de quo c. 856. Cyrus, Xenophon &c.

*r*) an *libellorum*. *s*) à Platone. *t*) ex Aristotele.

Digitized by Google

| | | |
|---|---|---|
| Satyrarum eodem metro. | lib. x. | |
| De jocis & ſerlis, hexametro. | lib. vi. | |
| Lyricorum omni genere metri. | lib. vi. | |
| Orationes variæ LX. | lib. i. | *Si fieri poſſe cenſerem.* |
| Epiſtolarum latinarum. | lib. xvi. | *Quam nihil apud me duxe.* |
| Epiſtolarum græcarum. | lib. xxxix. | |
| Græcis verſibus per odas. | lib. iv. | |
| Conviviorum proſaice. | lib. ii. | |
| De exilio quoque. | lib. iii. | |

Et alia complura. Multa præterea vertit in latinum, è quibus ſubjecta feruntur. Rhetorica Ariſtotelis ad Alexandrum regem, lib. i. Ex Platone, lib. ii. Hippocratis de flatibus & corporis paſſionibus, lib. 2. Ex Plutarcho, Theſei & Galbæ Ottonisque vitas. Apophthegmata quoque, lib. ii. Et alia plura. Hic Franciſcus (ut diximus) Chryſoloræ Byzantini clariſſimi viri auditor & gener fuit, à quo cum doctiſſimus evaſiſſet, primum apud Venetos, poſtea apud Florentinos, Senenſes, Bononienſes, & demum Mediolanenſes ſub quatuor ducibus cum annua penſione græcas, latinasque literas plurimos glorioſe docuit. Moritur autem Bononiæ nonagenarius & pauper, imo ut philoſophus & Chriſtianus ſub Frederico Imperatore tertio, & Sixto Papa. Anno Domini, MCDLXXXI. Indictione XIV. Anno poſt obitum Marii filii.

DCCCLVI. MARIUS *Philelfus*, Franciſci Philelfi ſupra dicti filius, eques auratus (quales noſtri, milites appellant) & laureatus poeta, philoſophiæ & artium doctor celeberrimæ opinionis, & tam divinarum ſcripturarum quam utriusque juris ſcientia inſignis, in gymnaſio Mantuano ad lectionem publico conductus ſolario, ibidem & vitæ ſtudii finem fecit, ſcripſit inter cætera, opus præclarum,

| | | |
|---|---|---|
| Præceptorum artis Rhetoricæ. | lib. iii. | *Decreveram jam dudum.* |
| Orationes elegantes. | lib. i. | |
| Epiſtolarum ad diverſos. | lib. i. | |
| Cantilenas & rhythmos. | | |

Sed & alia multa metro & proſa compoſuit, quæ ad me non venerunt. Moritur autem Mantuæ ſub Frederico Imperat. tertio, & Sixto Papa quarto. Anno Domini, MCDLXXX. Indict. XIII.

DCCCLVII. THEODERICUS *de Herxen*, natione Teutonicus, ordinis fratrum clericorum in communi viventium viſitator, x) vir devotus, & in divinis ſcripturis ſtudioſus & eruditus, ingenio promptus, ſermone apertus, vita & converſatione præclarus: Scripſit ad ædificationem ſimplicium fratrum multa devota volumina, quibus ingenium ſuum utiliter exercitans memoriam ſui poſteris reliquit. E quibus iſta feruntur.

| | |
|---|---|
| In toto Pſalterio. | lib. i. |
| Super oratione Dominica. | lib. i. |
| Super Ave Maria. | lib. i. |
| De paſſione Domini. | lib. i. |
| De moriendi deſiderio. | lib. i. |

Et multa alia. Claruit ſub Frederico Imperatore tertio, & Sixto pontifice quarto. Anno Domini, MCDLXXVI.

DCCCLVIII. DOMINICUS *de Dominicis*, patria Venetus, primum Torcellanus, & poſtea Brixianus Epiſcopus, & referendarius apoſtolicus, vir in divinis ſcripturis eruditus, & in ſecularibus literis doctiſſimus, philoſophiæ, dialecticæ & aſtronomiæ, ac eloquentiæ egregie decoratus, qui ob ingentes virtutes ſuas apud Romanos pontifices Pium, Paulum & Sixtum magno in pretio habitus ſæpe legationis munus implevit, ſcripſit excellentis ingenii plura opuſcula, ſed nihil eorum ad manus noſtras memini perveniſſe. Feruntur autem ejus elegantes

| | |
|---|---|
| Orationes de diverſis. | lib. i. |
| Sermones quoque varii | lib. i. |

Et multi tractatus. Moritur apud Brixiam, ſub Frederico Imp. tertio, & Sixto quarto ſummo pontifice. Anno Domini, MCDLXXVIII. Indictione undecima. XIII. Cal. Martii, ætatis anno ſexageſimo.

DCCCLIX. LUDOVICUS *Donatus* Patricius Venetus, & Pergomenſis y) Epiſcopus, vir in divinis ſcripturis eruditus, & Philoſophiæ ſcholaſticæ non ignarus, pietate quoque, religione, clementia, & manſuetudine inſignis, ingenio ſubtilis, & clarus eloquio, ſcripſit quædam luculenta opuſcula, quibus memoriam ſui poſteris reliquit. E quibus nihil usquam videre merui. Fertur autem ejus inſigne opus ad Paulum ſecundum,

| | |
|---|---|
| Super ſententias, | lib. iv. |
| Orationes quoque variæ, | lib. i. |

Mo-

*) Libri XVI. Epiſtolarum ſunt in editione Venet. 1500. 4. Sed exſtat altera longe plenior in fol. librorum XXXVII. rariusque obvia Venet. 1502. fol. Multa in illis, alibi haud legenda lectu tamen jucunda, quæ ad hiſtoriam litterariam illorum temporum apprime faciunt. Quemadmodum & in ejus Poëmatibus.

x) & Rector, ut addit Trithem. in lib. de ſcript. Genn. c. 218. y) Bergomenſis.

Moritur ſub Frederico Imperatore tertio, & Sixto pontifice quarto, Anno Domini MCDLXXXIV. Indictione ſecunda. Sepultus in Eccleſia ſancti Vincentii martyris.

DCCCLX. CONRADUS *de Rodenberg*, *z)* natione Teutonicus, Abbas monaſterii ſancti Johannis Baptiſtæ Rinaugienſis, *a)* Moguntinæ diœceſis, ordinis divi patris Benedicti, vir devotus & eruditus, & regularis obſervantiæ cuſtos & amator præcipuus, qui antea multis annis apud ſanctam Matthiam apoſtolum Treveris, & divum Martinum Coloniæ prioris geſſit officium. Cum eſſet beatæ Mariæ ſemper virginis ardentiſſimus amator, Scripſit in ipſius honorem aperto ſermone celeberrimum volumen, ſumpta de ſingulis membris ejus (ſub typo botri) materiam laudis, cui aptiſſimum titulum impoſuit

| | | |
|---|---|---|
| De vinea Domini Sabaoth | lib. I. | *Fundamenta ejus in mon.* |
| Exercitium novitiorum, | lib. I. | *Videte vocationem ve.* |
| De præparatione *b)* ante miſſam | lib. I. | *Dominus noſter Jeſus Chriſtus* |
| De ruina ordinis, orationem, | lib. I. | *Cecidit corona capitis.* |
| De cauſis ruinæ, orationem, | lib. I. | *Capite nobis vulpeculas.* |
| De cura paſtorali, orationem, | lib. I. | *Beatus ſervus quem inve.* |
| Et varias coll. in capitulis. *c)* | lib. I. | |

Moritur ſub Frederico Imper. tertio, & Innocentio pontifice octavo. Anno Domini MCDLXXXVI. Indict. quarta. VIII. Cal. Januarii. Sepultus in abſide dextera chori ante altare ſancti Benedicti verſus ambitum.

DCCCLXI. STEPHANUS *de Cajeta* Neapolitanus, *d)* vir in divinis ſcripturis ſtudioſus, & eruditus & utriusque juris profeſſor, & interpres doctiſſimus, ingenio acutus, & ad diſputandas ſolvendasque quæſtiones ſcripturarum ſatis idoneus, eloquio clarus atque compoſitus, ſcripſit ad Johannem Baptiſtam de Bentevoleis de Saxo ferrato, Ferdinandi Siciliæ regis conſiliarium opus celeberrimum,

| | | |
|---|---|---|
| De ſacramentis | lib. VII. | *Ad limina beati Petri.* |

Et quædam alia. Claruit tempore Frederici Imp. tertii, & Sixti pontificis quarti. Anno Domini MCDLXX.

DCCCLXII. GEORGIUS *Molitoris*, Nuenburgenſis,*) natione Teutonicus, vir in divinis ſcripturis longo ſtudio exercitatus & egregie doctus, atque in Philoſophia ſcholaſtica (quam Ariſtotelicam vocant) non mediocriter eruditus, ingenio acer, vita præclarus, in gymnaſio Erfordenſi theologiam pluribus annis publice docuit, & magnam eruditionis ſuæ laudem reportavit, ſcripſit ingenii ſui quædam præclara opuſcula, quibus memoriam ſui poſteris commendavit. E quibus ſubjecta feruntur:

| | |
|---|---|
| Super ſententias, | lib. IV. |
| De paſſione Domini, | lib. I. |
| Sermones multi, | lib. I. |
| Quæſtiones variæ. | lib. I. |

Et alia complura. Moritur ſub Frederico Imp. tertio, & Sixto Papa quarto. Anno Domini MCDLXXXIV. Indict. ſecunda.

DCCCLXIII. BARTHOLOMÆUS, *e)* cognomento *Platina*, patria Cremonenſis, apoſtolicus quondam abbreviator, vir undecunque doctiſſimus, philoſophus & rhetor celeberrimus, ingenio ſubtilis & vehemens, eloquio diſertus, & mulcens, animo conſtans & validus, multas à Paulo Papa ſecundo calamitates ſuſtinuit, adeo ut bonis omnibus & dignitate ſpoliatus, poſt eculei *f)* ſuſpenſionem in carcerem crudeliſſime detruſus, usque ad mortem ipſius Pauli detentus eſt. Qui à Sixto mox liberatus, ad imitationem Eutrandi † Ticinenſis diaconi à Berengario rege Italiæ ſimilia paſſi, Pauli mores & vitia per Antipodoſium *g)* non inſulſe notavit. Scripſit enim ad Sixtum pontificem quartum

| | |
|---|---|
| De geſtis Romanorum pontificum, | lib. I. |
| De naturis rerum, | lib. I. |
| Epiſtolarum ad diverſos, | lib. I. |

Et quædam alia. *b)* Moritur Romæ *i)* ex peſte, ſub Frederico Imp. tertio, & Sixto pontifice quarto. Anno Domini, MCDLXXXI. Indict. XIV.



*z)* Male *Crodenberg* excuſum in libro Trithemii de ſcriptis Germ. c. 220.
*a)* Rinckaugienſis. *b)* Sacerdotis.
*c)* Varias orationes collectas, quas in capitulis ad fratres habuit.
*d)* Ord. Dominicani, & Vicarius Archi-Ep. Neapolitani per annos duos & triginta. Vide Nic. Toppi Bibl. Neapolitan. p. 286. *) al. Nurenbergenſis. Sed vide infra, c. 912.
*e)* male ab aliis *Baptiſta*. At *Platina* à patria dicitur, ubi natus eſt, nam nomen familiæ eſt *Sacchus*. Vide Diarium Venetum Giornale d' Italia T. X. p. 290. ſeq. Dan. Gvil. Molleri diſſ. de Platina, Altdorf. 1694. Bayli Dictionar. Hiſtoricum & clariſſ. Hubneri noſtri Bibliothecam Hamburgenſem Hiſtoricam T. IV.
*f)* equleo injectus bonus Platina propter impactum ipſi falſo conjurationis crimen. † Luitprandi. ſupra c. 302.
*g)* ἀντιαποδοσιν. *b)* Ut Hiſtoriam Mantuæ urbis & familiæ Gonzagæ ſex libris traditam, quam cum notis edidit Petrus Lambecius Vindobonæ 1675. 4.
*i)* Epitaphium apud Mabillon. p. 66. Itineris Italici: *Quisquis es, ſi pius, Platynam & ſuos ne vexes. Anguſte jacent & ſoli volunt eſſe.*

Digitized by Google

troducuntur, Angelus & Monachus, Jesus & pater cœlestis, Maria amorosa sanctarum socrus animarum, ipsumque prænotavit:

Tetralogum devotionis. lib. III.

Et quædam alia. Moritur in nova domo sanctæ Sophiæ Constantinopolitanæ prope Buscunducis, *s)* in qua per aliquot annos prioris gessit officium, sub Frederico Imperatore tertio. Anno Domini, MCDLXXXIV. Indictione secunda.

DCCCLXIX. FRANCISCUS *Diedus* nobilis patricius Venetus, vir tam in divinis scripturis, quam in secularibus literis egregie doctus, philosophus & rhetor, doctrina & eloquentia insignis, juris pontificii & civilis celeberrimus interpres, & reipublicæ Venetæ amator & tutor indefessus, scripsit tam metro quam prosa quædam præclara opuscula, quibus memoriam sui posteritati commendavit. E quibus ista feruntur:

Historia sancti Rochi confessoris. lib. I.
Orationes & variæ Epistolæ.

Et quædam alia. Moritur Veronæ sub Frederico Imp. tertio, & Sixto quarto. Anno Domini, MCDLXXXIII. Indict. I.

DCCCLXX. RUDOLPHUS *Agricola*, de Gruningen, natione Friso, vir in secularibus literis eruditissimus, & divinarum scripturarum non ignarus, philosophus, rhetor & poeta celeberrimus, græci & latini sermonis peritus, & hebraicæ linguæ non ignarus, ingenio excellens, sermone disertus, Johannis Camerarii de Dalburg Wormaciensis Episcopi viri æque doctissimi quondam præceptor, in gymnasio Heydelbergensi docendo & scribendo principatum facile obtinuit inter omnes etiam cujuscunque facultatis doctores, scripsit quædam ingenii sui excellentissima opuscula, quibus nomen suum immortalitati consecravit, & posteritati reliquit. De quibus extant subjecta:

Vita Francisci Petrarchæ *t)* lib. I.
Carmen de sancta Anna. lib. I. *Anna parens summa ge.*
Dialectica subtilissima. lib. III.
Epistolæ & orationes variæ. lib. I.

Varia insuper & elegantissima carmina edidit, quibus ingenium suum prope divinum ostendit. Transtulit ex hebraico Psalterium, *u)* ex græco quædam opera Platonis: *x)* Dionysii Ariopagitæ volumina traducere incipiens morte immatura præventus, imperfecta reliquit, scripsit etiam alia. Moritur Heydelbergæ mente in Deum porrectissima, sub Frederico Imperatore tertio, & Innocentio Papa octavo. Anno Domini, MCDLXXXV. Indictione tertia. Cui Hermolaus Barbarus Patriarcha Aquilegiensis hoc Epitaphium scripsit: *Invida clauserunt hoc marmore fata Rudolphum Agricolam Frisii ſpemque decusque soli. Scilicet hoc vivo meruit Germania, Quicquid laudis habet Latium, Gracia quicquid habet.* Sepultus est Heydelbergæ apud fratres minores, non sine jactura latinarum literarum.

DCCCLXXI. TILMANNUS ordinis canonicorum regularium S. Augustini, præpositus cœnobii divi martyris Christophori in Ravengirsburg in fine Moguntinæ diœcesis, juxta Hirciniam sylvam quæ à Rheni flumine caudam dirigit versus Mediomatricum & Treveros, in loco qui ab antiquo *recessus Hunorum* appellatur, natione Teutonicus, in divinis scripturis studiosus, vita & conversatione devotus. Scripsit simplici & aperto sermone pro fratrum ædificatione quædam plena devotionis & charitatis opuscula, quibus ingenium exercitavit. E quibus extant ista.

De vinea spiritali lib. I. *Mirarer chariſſime*
De institutione novitiorum lib. I. *Ingreſſus chariſſime*

Et quædam parva exercitia. Moritur senex & plenus dierum sub Frederico Imp. tertio, & Innocentio Papa octavo. Anno Domini, MCDLXXXV, Indict. tertia.

DCCCLXXII. HENRICUS *Arnoldi*, natione Saxo, professione monachus Carthusiensis domus Basiliensis, vir religione devotus, ingenio clarus, affectu syncerus, moribus gravis, eloquio dulcis, conversatione affabilis, pius, mansuetus, exemplo fulgidus, in sacris literis plurimum exercitatus, & pontificii juris non ignarus. Qui cum officio notariatus in sacro Basiliensi concilio multis annis fungeretur, fidelis, justus, ac prudens cunctorum testimonio probatus est. Hic tandem omnia cernens esse vanitatem, universa pro Christi amore contempsit, clausuram Carthusiensium eligens & ingrediens ubi in priorem ejusdem domus præfectus, multis annis subditos sibi monachos, conversos cæterosque paterno amore prosequens, in pace ac tranquillitate laudabiliter rexit. Scripsit opuscula multa valde devota atque salubria. E quibus ea quæ ad notitiam nostram pervenerunt subjecta sunt.

Multæ de diversis sanctis orationes devotæ. lib. I. *Orationes ſequentes.*



*s)* Sylvam ducis, Hertogenbusch. *t)* Hæc non extat in operibus Rudolphi Agricolæ, quæ ab Alardo Amstelodamo edita Coloniæ 1539. in quarto, 2. Vol.

*u)* *Quod carmen diſtractum usquam simul invenitur*, inquit Trithem. c. 224. de script. Germ. Nec totum Psalterium interpretatus est, sed à Judæo quodam edoctus Hebraica, paucis mensibus tantum profecit, *ut aliquot Pſalmos Davidicos in Latinam linguam citra culpam transtulerit.* Melchior Adamus in vitis Philosophor. p. 19. adde Bælii Lex. *x)* Axiochum Platoni tributum vertit, ac præterea Aphthonii librum & Isocratis Paræneſin & de regno: nec non Luciani Gallum & lib. de non credendis dedictionibus

| | | |
|---|---|---|
| Sermones plures, | lib. I. | |
| Hiſtoriæ de diverſis ſanctis, | lib. I. | |
| Concordantia Evangeliſtarum de paſſione Dom. | lib. I. | |
| Meditationes de vita Chriſti, | lib. I. | |
| De concept. immaculatæ virginis Mariæ, | tract. I. | |
| De novitiorum inſtructione, | tract. I. | |
| Dialogus inter Jeſum & Mariam, | tract. I. | |
| Dialogus de exercitiis, ſcilicet inter ſanctam Margaretam & ejus ſervulum, | tract. I. | |
| Alius dialogus inter eosdem de cruce, | tract. I. | |
| De commendatione charitatis, | tract. I. | *Charitatis excellentia.* |
| De ſancta humilitate ſub forma orationis | tract. I. | *Humilitatis perfectæ* |
| Iterum de humilitate, | tract. I. | *Fratres chariſſimi humil.* |
| Chronica domus Carthuſienſium in Baſil. | tract. I. | |

Feliciter migravit ex hac vita ſub Frederico tertio Romanorum Imperatore. Anno Domini, MCDLXXXVII. Indict. V.

DCCCLXXIII. JUDOCUS *y*) *de Calve*, natione Teutonicus, patria Suevus, vir in divinis ſcripturis longo ſtudio exercitatus, & ſcholaſticæ philoſophiæ non ignarus, ingenio promptus & vehemens, in gymnaſio Heydelbergenſi, legendo, docendo & prædicando multis annis in pretio fuit, ubi etiam juxta morem in Eccleſia ſancti ſpiritus prædicatoris aliquandiu geſſit officium. Scripſit quosdam (ut ferunt) tractatus non abjiciendos, ſed ad notitiam noſtræ lectionis non venerunt. Extant ejus

| | |
|---|---|
| De diverſis Sermones varii | lib. I. |
| Vocabularius prædicantium, | lib. I. |

Et varii tractatus. *z*) Claruit ſub Frederico Imp. tertio, & Sixto Papa quarto. Anno Domini, MCDLXXX. Et ſub Innocentio Papa octavo ante hoc triennium moritur.

DCCCLXXIV. NICOLAUS *de Crutzenach*, natione Teutonicus, ex diœceſi Moguntina & comitatu Spanhemenſi, vir in divinis ſcripturis eruditiſſimus, & ſecularis philoſophiæ non ignarus, ingenio ſubtilis, vita præclarus, diſputator acutus, & declamator ſermonum egregius, qui in gymnaſio Wienenſi theologiam multis annis publice docuit, & tam apud ſcholaſticos ibidem quam Imperatorem Fredericum tertium magnam eruditionis ſuæ & laudem & mercedem obtinuit. Scripſit quædam præclara opuſcula, quibus nomen ſuum poſteris notificavit. E quibus iſta feruntur:

| | |
|---|---|
| Quæſtiones ſententiarum | lib. IV. |
| Sermones varii, | lib. II. |
| Collationes & orationes multæ, | lib. I. |
| De conceptione ſanctæ Mariæ, | lib. I. |

Et alia complura, quæ cum usque ad mortem celaverit, ad notitiam noſtræ lectionis necdum venire potuerunt, quæ tamen indies ventura ſunt. Moritur Viennæ in Auſtria ſub Frederico Imp. tertio, & Innocentio Papa octavo. Anno Domini, MCDXCI. Indict. IX.

DCCCLXXV. PETRUS *Scotus*, *a*) natione Teutonicus, patria Argentinenſis, canonicus ſancti Petri ibidem, vir in divinis ſcripturis exercitatus, & in utroque jure doctiſſimus, atque in cæteris humanitatis artibus vulde eruditus, philoſophus, rhetor, & poeta celeberrimus, ingenio excellens, vita & converſatione præclarus. Scripſit tam metro quam proſa quædam pudica elegantiſſimaque opuſcula, quibus ſe poſteris commendavit. De ſanctis Johanne Baptiſta, Evangeliſta, & Chryſoſtomo ſcripſit pulchrum & delectabile opus

| | | |
|---|---|---|
| Carmine elegiaco, | lib. I. | |
| Laudes Johannis Gerſon | lib. I. | *Johannes Gerſon pari.* |
| Epiſtolas elegantiſſimas | lib. I. | |

Carmina inſuper & diverſa & compunctioni legentis non contraria, ſed probe apta & congrua, vario metrorum genere compoſuit. Moritur Argentinæ in Eccleſia ſancti Petri ſepultus ſub Frederico Imperatore tertio, & Innocentio Papa octavo. Anno Domini, MCDXCI. Indictione nona. Ætatis vero ſuæ triceſimo primo. Conſummatus *b*) in brevi implevit tempora multa & ſublatus eſt, ne malitia mutaret intellectum ejus,

DCCCLXXVI. NICASIUS *de Voerda* Mechilinienſis, natione Teutonicus, patria Brabantinus, captus à tertio ætatis ſuæ anno oculis, & ob id elementorum quoque omnium naturaliter penitus ignarus velut grande miraculum ſecundum noſtra tempeſtate Didymum Alexandrinum exhibuit, dum in omni doctrina & ſcientia tam divina quam humana eruditiſſimus evaſit. Nam in gymnaſio Colonienſi (ubi & mortuus eſt) jura publice docuit, libros utriusque juris, quos nunquam vidit, auditu didicit, tenuit mente, aperte recitavit. In univerſitate Lovanienſi gradum magiſterii in artibus primo ſuſcepit, ſcholas poſtea aliquanto tempore in Mechilinia rexit, deinde ad Lovanium reverſus, in ſacra theologia licentiatus conſtituitur, & ſingulari diſpen-

*y*) *Judocus Eichmann de Calve, vico Suevie oriundus.* Trithem. c. 227. de ſcript. Germ.

*z*) Orationes variæ ad Patres id. *a*) Hujus Petri Schot vitam, mores, & ingenium deſcripta à Jacobo Wimphelingio notat Trithem. c. 333. de ſcript. Germ. *b*) Sapient. IV. 11, & 13.

dispensatione apostolica sacerdos ordinatur, prædicat publice, audit confessiones, ad altare ministrat: Evangelium cæcus coram omnibus (mente utens pro libro) recitat, tantum ad altare divina per se non celebrat. Postremo in Colonienſi Academia omnium doctorum consensu doctor canonici juris factus est, & legum quoque imperialium cautus interpres, edidit celeberrimum opus quod in eadem universitate Colonienſi multis *c*) excipientibus extraordinarie legit,

| | | |
|---|---|---|
| Super institutis. | lib. IV. | *Quia cæpta bene in.* |
| Super sententias. | lib. IV. | |
| Sermones varios. | lib. I. | |

Quæstiones diversas. Scripsit ad me quasdam non inelegantes Epistolas, in quarum una satis copiosa, omnem historiam suæ fortunæ contexuit, & si prædicta opuscula fecisset interrogatus pridem à me humiliter confessus fuit. Moritur Coloniæ in majore ecclesia *d*) sepultus sub Frederico Imperatore tertio. Anno Domini, MCDXCII. Indictione decima, VII. Cal. Septemb.

DCCCLXXVII. CHRISTOPHERUS *Porsena*, *e*) Romanus, prior sanctæ Albinæ de Urbe, ordinis fratrum heremitarum sancti Guilhelmi, *f*) vir in divinis scripturis studiosissimus & valde eruditus, græcæ & latinæ linguæ peritissimus, quippe qui ab ineunte ætate eas literas imbibit in Græcia ipsa, & sub græcis præceptoribus, ut ex Græcia natus videretur, ingenio subtilis & disertus eloquio, scripsit inter cætera:

| | |
|---|---|
| Epistolarum ad diversos | lib. I. |

Et alia complura. Vertit in Latinum Origenem contra Celsum philosophum libros octo, ad Sixtum pontificem quartum. Sermones quoque divi Johannis Chrysostomi morales, numero quinque & viginti, quos dicavit Marco Barbo cardinali S. Marci. Sed & quædam Theophylacti Bulgariæ Archiepiscopi opuscula cum aliis perbelle convertit, *g*) ac latinis legenda donavit. Moritur Romæ peste sublatus, sub Frederico Imper. tertio, & Innocentio Papa octavo. Anno Dominicæ incarnationis MCDLXXXVI. Indict. IV.

DCCCLXXVIII. HERMOLAUS *Barbarus*, *b*) natione Venetus, genere Patricius, Archiepiscopus & patriarcha Aquilegiensis, & demum sacrosanctæ Ecclesiæ Romanæ Episcopus *) cardinalis, vir in divinis scripturis studiosus, & in secularibus literis eruditissimus, Philosophus, Rhetor, poeta, astronomus & geometer celeberrimus, græci ac latini sermonis peritissimus, ingenio subtilis, eloquio disertus, vita & conversatione devotus atque præclarus, omnique honore Ecclesiastico dignissimus, ab adolescentia bonis literis & moribus sanctis studium & operam impendens, talis ac tantus evasit, ut secundum non reliquerit. Ab octavodecimo ætatis suæ anno scribere exorsus, multa elegantissima opuscula composuit, quibus memoriam sui posteris commendavit. De quorum numero subjecta feruntur, opus perpulchrum

| | | |
|---|---|---|
| De cælibatu. | lib. II. | |
| Castigationes Plinianæ. *i*) | lib. I. | *Qui lucubrationes suas.* |
| Contra barbaros philosophos | lib. I. | |
| De re uxoria, metrice. | lib. I. | |
| Quæstiones Geometriæ. | lib. I. | |
| Convenientia astronomiæ & medicinæ. | lib. I. | |
| Præcepta historiæ conscribendæ. | lib. I. | |
| Compendium Philosophiæ. | lib. I. | |
| Compendium Galeni. | lib. I. | |
| Epistolarum ad diversos. | lib. I. | |
| Orationes multiplices. | lib. I. | |
| Carminum plusquam XII. millia. | lib. I. | |

Et alia complura. Castigationes Plinianas opus grande, quod legatus Venetus Romæ inchoans, patriarcha complevit, Alexandro pontifici sexto dicavit, in quo ferme quinque millia librariorum vulnera sanavit. Cum olim Anno Domini octogesimo sexto Moguntiam ascensurus Coloniam præteriret, rogatu Theoderici Flas Nusiensis medici, libellum condidit quantum astronomia medicinæ conveniat. Ad Marcum Antonium Sabellicum historiographum librum edidit de conscribendæ historiæ præceptis. Rhetoricam Aristotelis, & Dialecticam universam, Dioscoridem quoque interpretatus est, & elegias, Epistolas & orationes metricas usque ad car-



*c*) plusquam centum discipulis ad pennam excipientibus. Trithem. c. 234. de script. Germ.

*d*) imo in Ecclesia S. Colu mbæ. ut Trithemius ipse l. c. se corrigendum monet.

*e*) Jovio & aliis *Persona*. Vide Vossii Hist. Lat. & Petri Bælii Lexicon.

*f*) Augustiniani Augustinianum dicunt, Fratres vero Ordinis Servorum B. Mariæ Virginis inter scriptores sui ordinis numerant. Vide Prosperi Mandosii Bibl. Romanam p. 59.

*g*) Præterea libros *Procopii* de bello Gothico, è quibus tertium & quartum in unum contraxit, nec non *Agathiam*, & *S. Athanasii* nonnulla.

*h*) Alius eodem tempore Hermolaus Barbarus Episcopus Veronensis, Onufrio laudatus. Mabillon. T. I. Musei Ital. p. 204. De Francisco Barbaro supra, c. 766.

*) Purpuram Cardinalitiam ipsi ab Alexandro VI. destinatam constat, quando obiit A. 1494. sepultus Romæ in templo S. Mariæ de Populo. Vide Diarium Venetum Giornale d' Italia T. 3. p. 52.

*i*) Cum his etiam prodiere Castigationes Hermolai Barbari in Pomponium Melam.

Google

minum duodecim millia (ſicut diximus) compoſuit. In latinum vertit tractatum patriarchæ Conſtantinopolitani *k*) reſponſalem de fide catholica ad quæſtiones Mahumetis magni Turcæ. Plutarchum quoque *de Iſide & Oſiride*. Et eundem, *quare oracula defecerunt*. Ad Arnoldum Boſtium Carmelitam Gandenſem quoddam Dionyſii Ariopagitæ opuſculum. Tranſtulit & alia complura. *l*) Opus ſuum de re uxoria continet circiter verſus ſexcentos, in quo diſputat elegantiſſime utrum expediat viro ſapienti ducere uxorem, concludens quod non. Moritur non ſine maxima ſtudioſorum jactura, ſub Frederico Imp. tertio, & Alexandro Papa ſexto. Anno Domini, MCDXCIII. *m*) Ætatis ſuæ anno XXXIX. Indictione undecima.

DCCCLXXIX. JUNIANUS *Majus* Parthenopæus, Neapolitanus, vir certe in ſecularibus literis ſtudioſiſſimus & egregie doctus, divinarum quoque ſcripturarum non ignarus, Philoſophus & Rhetor celeberrimus, ingenio præſtans & clarus eloquio, ſcripſit quædam non contemnendæ lectionis opuſcula, quibus memoriam ſui poſteris reliquit. E quibus extat volumen grande & inſigne ad Henricum Acherontinum Archiepiſcopum Ferdinandi regis Neapolitani confeſſorem, atque principaliter ad ipſum regem quod ex veterum libris colligens, prænotavit

De priſcorum proprietate verborum, *n*) lib. I.
Epiſtolarum ad diverſos, lib. I.

Et quædam alia. Claruit ſub Frederico Imp. tertio, & Sixto pontifice quarto. Anno Domini, MCDLXXX. Et incertum habeo an adhuc vivat.

DCCCLXXX. BENEDICTUS *Capra*, *) Peruſinus, vir in utroque jure celeberrime doctus, & tam divinis ſcripturis quam philoſophorum præceptis probe exercitatus, ingenio ſubtilis & diſputator egregius, multarumque rerum antiquarum, novarumque peritia inſignis, in gymnaſio Peruſino jura multo tempore publice docuit, & magnam eruditionis ſuæ famam acquiſivit. Scripſit inter cætera

Super decretalibus, lib. V,
Conſilia quoque plura, lib. I.

Et quædam alia. Claruit ſub Frederico Imperatore tertio, & Sixto Papa quarto. Anno Domini, MCDLXXX.

DCCCLXXXI. JOHANNES *Andreæ*. *o*) Epiſcopus Alerienſis, apoſtolicæ bibliothecæ ſecretarius, Nicolai Cuſæ cardinalis quondam contubernalis, vir in divinis ſcripturis ſtudioſus & in ſecularibus literis eruditiſſimus, jureconſultus & orator eloquentiſſimus, ingenio excellens, vita & converſatione præclarus, ſermonis tam græci quam latini peritus, ſcripſit quædam non mediocris authoritatis opuſcula, quibus memoriam nominis ſui cum gloria transmiſit ad poſteros. De quorum numero ſubjecta feruntur:

In quartum decretalium, lib. I.
De uſu feudorum, lib. I.
De appellationibus, lib. I.
Epiſtolarum ad diverſos, lib. I.

Et alia complura. Moritur ſub Frederico Imp. tertio, & Innocentio Papa octavo. Anno Domini, MCDXCIII. Indict. undecima.

DCCCLXXXII. JOHANNES *Campejus p*) Bononienſis, jureconſultus celeberrimus, & tam in divinis ſcripturis quam in Philoſophia ſeculari non mediocriter doctus, ingenio excellens & clarus eloquio, in gymnaſio Bononienſi multo tempore jura publice docuit, ubi diſcipulos & multos & clariſſimos erudiens, magnum ſcientiæ ſuæ fructum reportavit & laudem, ſcripſit in ea facultate multos egregios (ut ferunt) commentarios atque tractatus, quibus nomen ſuum poſteritati commendavit. Sed nihil eorum ad manus noſtras pervenit. Fertur ejus inſignis

De dote tractatus lib. I.
Et conſilia perpulchra, cum aliis multis.

Claruit ſub Frederico Imp. tertio, & Sixto Papa quarto. Anno Domini, MCDLXXXIV. Et neſcio ſi adhuc ſuperſtes ſit.

DCCCLXXXIII. DOMINICUS *Bolanus*, natione Venetus, vir in divinis ſcripturis exercitatus, & in ſecularibus literis egregie doctus, philoſophus & rhetor non abjiciendus, ingenio acer & vehemens, ſermone compoſitus, edidit nonnulla ingenii ſui præclara opuſcula, quibus ſe devotum fidelemque Chriſtiani nominis cultorem exhibuit, & memoriam ſui poſteris commendavit. De quibus ego tantum vidi opuſculum inſigne contra Marianæ puritatis detractores, quod dicavit Nicolao Marcello, primo & ſeptuageſimo duci Venetorum.

De conceptione ſanctæ Mariæ lib. I. *Non parvo dolore.*

De

*k*) Gennadii. *l*) Veris & Themiſtii in Ariſtotelem paraphraſes.
*m*) 1494. 21. Maj.
*n*) Hoc Juniani Lexicon evolvere Trithemius potuit typis exſcriptum Tarviſii 1477. fol.
*) Hic addendus Auguſtini Oldoini Athenæo Peruſino.
*o*) Ab hoc Johanne Andrea, cujus auſpiciis editiones quædam Latinorum ſcriptorum Romæ proditrunt, diverſus Johannes Andreas JCtus Bononienſis fuit ſupra c. 574.
*p*) Jaſonis ſucceſſor Paſſerii. Vide Jo. Antonii Bumaldi Bibliothecam Bononienſem p. 112.

De cæteris nihil vidi. Claruit Venetiis ſub Frederico Imp. tertio, & Sixto Papa quarto. Anno Domini, MCDLXXXIV. Audio adhuc eum haberi ſuperſtitem.

DCCCLXXXIV. FRANCISCUS *Niger* Presbyter Venetus, vir in divinis ſcripturis ſtudioſus & eruditus, artium & Philoſophiæ Profeſſor doctiſſimus, poeta & orator non futilis, ingenio præſtans, ac diſertus eloquio, ſcripſit ingenii ſui varia opuſcula, quibus nomen ſuum notificavit poſteritati. E quibus extat opus non ſpernendum, ſed magnis attollendum laudibus ad Leonardum Bottam equitem Mediolanenſem

Grammatica prænotatum lib. 1. *Ab Anneo Seneca lit.*
Feruntur & ejus Epiſtolæ. *q)*

Et quædam alia. Claruit Venetiis ſub Frederico Imp. tertio, & Sixto Papa quarto. Anno Domini, MCDLXXX. Neſcio ſi adhuc ſuperſtes ſit.

DCCCLXXXV. JACOBUS *de Stralen*, natione Teutonicus, vir in divinis ſcripturis eruditiſſimus, & in ſeculari philoſophia egregie doctus, ingenio excellens & clarus eloquio, qui in gymnaſio Colonienſi theologiam multis annis docuit, & magnas eruditionis ſuæ laudes ab omnibus commeruit, ſcripſit multa præclara opuſcula, lecturas & varias quæſtiones, de quibus duntaxat vidi

In Apocalypſin Johannis lib. 1. *Vidit Jacob in ſomno.*

De aliis nihil vidi. Claruit in Colonia Agrippina ſub Frederico Imperatore tertio, & Innocentio pontifice octavo. Anno Domini, MCDXC. Senex valde, annos habens ætatis circiter octoginta. Et credo eum adhuc haberi ſuperſtitem. *r)*

DCCCLXXXVI. MARSILIUS *Ficinus*, natione Italus, patria Florentinus, vir in ſecularibus literis eruditiſſimus & divinarum ſcripturarum non ignarus, philoſophus & rhetor celeberrimus, utraque lingua peritiſſimus, Platonicæ theologiæ unicum decus, ornamentum & corona: Scripſit ornato ſermone multa præclara opuſcula, quibus excellentis ingenii ſui venam poſteris oſtendit. De quibus ſubjecta feruntur:

Theologia notabilis, lib. 1. *Quemadmodum in perne.*
De intellectu & intelligentia, lib. 1.
In convivium Platonis, lib. 1. *Plato philoſophorum pr.*
Epiſtolarum lib. plures.

Et alia complura. E græco autem multa tranſtulit in latinum. Ad Petrum Medicen Florentinum quinquaginta ſex Platonis tractatus vertit. Mercurium quoque Trimegiſtum de poteſtate & ſapientia Dei, Librum Zenocratis *s)* Platonici de morte, ad eundem Petrum Medicen. Ad Johannem Cavalcantem Speuſippi, Alcinoi, & Pythagoræ opuſcula traduxit. Ad eundem, librum Alcinoi Platonici de doctrina Platonis. Alia inſuper complura, & traduxit & ſcripſit, quæ ad notitiam noſtræ lectionis minime venerunt. Claruit Florentiæ ſub Frederico Imperatore tertio, & Sixto quarto, ac Innocentio octavo Rom. pontificibus. Anno Domini, MCDXC. Et credo eum adhuc eſſe in humanis. *t)*

DCCCLXXXVII. RUPERTUS *de Licio*, Epiſcopus Aquilæ Marſorum ſeu Aprucii urbis, ordinis fratrum minorum, vir in divinis ſcripturis ſtudioſus & eruditus, & ſecularis literaturæ non ignarus, ingenio excellens, eloquio dulcis & compoſitus, vita & converſatione præclarus, declamator ſermonum celeberrimus, & univerſo Chriſtiano in orbe famoſus, qui verbo & exemplo multos ab iniquitate convertit, ſcripſit ad ædificationem legentium, & maxime prædicatorum verbi divini quædam præclara volumina, de quibus feruntur ſubjecta,

Sermones de tempore lib. 1. *Nox præceſſit, &c. verba.*
De laudibus ſanctorum, lib. 1. *Non glorietur ſapiens in.*
De pœnitentia per quadrageſimam lib. 1. *Multi ſunt vo. &c. propter.*
De peccatis quoque, lib. 1.

Et quædam alia. Claruit ſub Frederico Imp. tertio, & Sixto *) & Innocentio pontificibus. Anno Domini, MCDLXXXVI. Neſcio ſi adhuc vivit.

DCCCLXXXVIII. JOHANNES *Pheffer* de Widenberg, natione Teutonicus, patria Francus orientalis, vir in divinis ſcripturis longo ſtudio eruditus, & in ſeculari philoſophia egregie doctus, ingenio excellens, vita & converſatione devotus, manſuetus & præclarus, qui de univerſitate Heydelbergenſi miſſus, principium Friburgenſis gymnaſii ſua eruditione illuſtravit, in quo jam per annos plurimos theologiam glorioſe docuit, & multos auditores ſuos probe erudivit, ſcripſit quædam præclara opuſcula, de quibus extat opus inſigne ſuper Epiſtolis Pauli, quod publice lectum prænotavit,

Directorium ſacerdotale lib. XIII. *Circa lecturam Epiſtolarum.*



*q)* nec non liber *de modo epiſtolandi.* Sed alius ab hoc fuit Franciſcus Niger Baſſianus, qui medio ſeculo XVI. clarus vertit Jovii Hiſtoriam de rebus Turcicis, & Grammatices rudimenta edidit A. 1541. Vide Gesneri Bibl.

*r)* Adhuc vixiſſe A. 1495. teſtatur Trithem. de ſcript. Germ. c. 240.

*s)* Xenocratis de morte, Speuſippi definitiones Platonis, Pythagoræ aurea carmina & ſymbola, Alcinous, Porphyrii, Jamblichi, Procli & Pſelli & Priſciani Lydi nonnulla, nec non Ficini argumenta & commentar. in Platonem ac Plotinum leguntur in Operibus Ficini junctim editis Paris. 1641. fol. Tomo poſtremo.

*t)* defunctus Florentiæ A. 1499. anno ætatis, ſi Cardano credimus, octogeſimo. Sed vide Jac. Gaddium de ſcriptoribus non Eccleſ. T. I. p. 115. & Lambecium VII. p. 15. ſeq.

*) Sixto IV. & Innocentio VIII.

Et alia complura. Claruit adhuc in humanis ſub Frederico Imp. tertio. Anno Domini, MCDXC. Poteſt adhuc vivere. *u)*

DCCCLXXXIX. JOHANNES *Britannicus*, ex palatiolo agri Brixiani oppido ortus, vir in ſecularibus literis eruditiſſimus & divinarum ſcripturarum non ignarus, philoſophus clarus, poeta inſignis, & Rhetor luculentus, qui apud Brixianos ſuos hodie in pretio habetur, quos inæſtimabili eruditione, doctrina & ſcriptis indies reddit clariores. Multa ac varia ſcripſit, quibus nomen ſuum poſteritati notum præſentibus effecit venerandum. De quibus ſubjecta feruntur. Commentariorum opus celeberrimum

| | |
|---|---|
| In Perſium *x)* | lib. I. |
| In Statium quoque, | lib. I. |
| In Metamorphoſ. Ovidii, | lib. I. |
| Epiſtolæ quoque variæ. | |

Et alia complura. Claret in civitate Brixiana, & varia componit opuſcula ſub Maximiliano Romanorum rege, & Alexandro pontifice ſexto. Anno Domini, MCDXCIII. **)*

DCCCXC. BABTISTA *y) Ferrarienſis*, ordinis fratrum beatæ Mariæ ſemper virginis de monte Carmeli, vir in divinis ſcripturis eruditus, & in ſeculari literatura egregie doctus, metro excellens & proſa, in utraque lingua peritus, in declamandis ſermonibus ad populum celeberrimi ac prope divini ingenii, ſcripſit multa præclara volumina, quibus ſe utilem præſentibus & notum poſteris reddidit. E quibus ſubjecta feruntur. Opus luculentiſſimum hiſtoriarum à Chriſti temporibus usque ad nos, quod prænotavit

| | |
|---|---|
| Floridam, | lib. I. |
| Chronica ſui ordinis, | lib. I. |
| De ruina Romani Imperii, | lib. I. |
| De monte Sina, | lib. I. |
| Vita Mechtildis, | lib. III. |
| Chronica Ferrarienſis | lib. I. |
| Sermones varii | lib. III. |

Epigrammata admodum multa edidit atque diverſa, quæ indies publicanda ſperamus. Convertit etiam de græco in latinum, ſermones beati Johannis Chryſoſtomi complures, & alia multa nobis incognita. Vivit adhuc apud Ferrariam & varia conſcribit ſub Maximiliano Rom. rege clementiſſimo. Anno Domini quo hæc ſcribimus MCDXCIV.

DCCCXCI. PETRUS *Brutus*, natione Venetus, Epiſcopus Catharenſis, vir certe in divinis ſcripturis eruditiſſimus & in ſecularibus literis egregie doctus, ingenio excellens, ſermone diſertus, vita & converſatione præclarus, hebraicæ ac latinæ linguæ peritus, qui pro confirmatione fidei Chriſtianæ multa contra perfidos Judæos diſputationum certamina ſemper victor exegit. Scripſit inter cætera ingenii ſui opuſcula ad ſenatum Vicentinum opus celeberrimum & inſigne ſanctarum ſcripturarum authoritatibus copioſe inſtructum,

| | | |
|---|---|---|
| Adverſus Judæos, *z)* | lib. I. | *Lectitanti mihi pluri.* |

Et quædam alia. Claruit ſub Frederico Imp. tertio. Anno Domini, MCDLXXXV. Et neſcio ſi adhuc vivat.

DCCCXCII. HUBERTINUS clericus *Creſcentinas* **) vir in ſecularibus literis eruditiſſimus, & divinarum ſcripturarum non ignarus, philoſophus, Rhetor, & poeta inſignis, & utriusque linguæ peritiſſimus, ingenio excellens, & diſertus eloquio, qui in celeberrimo gymnaſio Papienſi ſeptem annos maxima cum audientium & attentione & utilitate publico legit ſtipendio. Scripſit tam metro quam proſa multa præclara opuſcula, de quibus extant ſubjecta.

| | | |
|---|---|---|
| In Epiſtolas Ciceronis *a)* | lib. XVI. | *Hujus voluminis Epiſtolas* |
| In Officia ejusdem, | lib. III. | |
| In Metamorphoſeos Naſo. | lib. I. | |
| Epiſtolarum quoque | lib. I. | |
| Carmina multa, | lib. I. | |

Claruit ſub Frederico Imperatore tertio. Anno Domini, MCDLXXX. Et neſcio an adhuc vivat.

DCCCXCIII. GUILHELMUS *de Aquisgrani*, natione Teutonicus, vir in divinis ſcripturis eruditus, & ſecularis philoſophiæ non ignarus, ingenio ſubtilis, eloquio ſcholaſticus, vita & converſatione præclarus, qui olim in Eccleſia Baſilienſi prædicatoris geſſit officium. Scripſit multa

*u)* A. 1493. mortuum teſtatur Trithem. c. 235. de ſcript. Germ.

*x)* Scripſit etiam in Terentium & Juvenalem. Vide Leonardi Cozzandi Bibl. Brixienſem (libraria Breſciana) p. 155. Hendreichii pandectas Brandeburg. p. 738.

**)* Obiit Brixiæ, A. 1510. Vide Ghilini Theatrum hominum eruditorum T. I. p. 78. & Bælii Lex.

*y)* *Panetius* cognomine. Vide Voſſ. de Hiſtor. Lat. & Hendreichium p. 406. Auguſtini Superbi apparatum de illuſtribus Ferrarienſibus editum Italice A. 1620. 4.

*z)* Excuſum Vicentiæ A. 1489. fol.

**) A patria Creſcentino Pedemontii opido, male Ciſtercienſem pro Creſcentinate vocat Cornelius Beughemius p. 76. incunabul. Typographiæ.

*a)* Hi commentarii ſæpius editi poſt primas editiones Vicent. 1479. fol. & Venet. 1484. fol. apud Andream de Aſula & Barthol. Alexandrinum.

multa & commendanda opuſcula, quibus memoriam ſui poſteris commendavit. E quibus in gymnaſio Erfordenſi quædam cum omnium attentione & laude publice legit. Scripſit autem:

| | | |
|---|---|---|
| In Evangelium Johannis, | lib. 1. | |
| In Canonem miſſæ, | lib. 1. | |
| De paſſione Domini, | lib. 1. | *Jeſum tradidit voluntas.* |
| Quæſtiones diſputatas | lib. 1. | |
| Itinerarium terræ ſanctæ | lib. 1. | |
| Sermones varios | lib. 1. | |

Et alia complura. Claruit ſub Frederico Imper. tertio, & Sixto ſummo pontifice quarto. Anno Domini, MCDLXXXV. Et credo eum adhuc vivere. *b)*

DCCCXCIV. JOHANNES *de Lapide*, natione Teutonicus, ordinis Carthuſienſis monachus domus Baſilienſis, vir in divinis ſcripturis eruditiſſimus & ſecularis literaturæ non ignarus, ingenio excellens, eloquio diſertus, vita & converſatione præclarus. Qui olim in gymnaſio Pariſienſi magiſterium in artium facultate aſſecutus, pluribus annis rexit in eadem, ſtudiumque ſacrarum literarum docendo, legendo, ac diſputando diligenter proſequens, doctorali dignitate in ſchola theologorum decorari meruit. Hic doctrinam eorum Pariſienſium qui *Reales* appellantur, primus ad Baſilienſium univerſitatem tranſtulit ibidemque plantavit, roboravit, & auxit. Inter præcipuos quoque Tibingenſis ſtudii *c)* inceptores & authores unus extitit. Qui denique poſt liberam plurium beneficiorum dimiſſionem, ad canonicatum & prædicationis officium inſignis Eccleſiæ Baſilienſis vocatus fuit, ac tandem paucis lapſis annis omnia pro Chriſti amore relinquens, ſacri Carthuſienſis ordinis habitum induit. Hic multa præclara ſcripſit opuſcula, quibus ſe & præſentibus utilem & futuris memorabilem fecit. Paucorum ex his nobis copia obvenit. Extant tamen quæ ſequuntur.

| | | |
|---|---|---|
| Introductorium grammaticæ | lib. 1. | *Cum grammati.* |
| Dialogus de arte punctandi | lib. 1. | *Diſcipulus ſal.* |
| De propoſitionibus exponibilius | tract. 1. | *Ut à juveni.* |
| De arte diſſolvendi ſophiſtica argumenta, | tract. 1. | *Quoniam adomnem.* |
| Explanatio omnium librorum logicæ Ariſtotel. | lib. 1. | *Inveſtigare* |
| Explanatio librorum Phyſicæ ejusdem, | lib. 1. | *Liber Phyſic.* |
| Explanatio ſex librorum Metaphyſicæ ejusdem | lib. 1. | *Quia prima* |
| De his quæ ad dignum ſacerdotem exiguntur, | tract. 1. | *Homo ad imagi.* |
| Reſolutoriũ dubiorum circa miſſam occurrentiũ, | tract. 1. | *Officium quantum.* |
| Summarium paſſionis Jeſu Chriſti | tract. 1. | *Nocte Jeſus* |
| De aſcenſione Domini inter ſermones Meffret *d)* | Ser. 1. | *Conſurge Domine* |
| In ſermones Meffret de conceptione immacu. vir. | tract. 1. | *Cum Dominus ac re.* |
| Sermones tam ad clerum quam ad populum plur. | lib. 1. | |
| Orationes & Epiſtolæ variæ | lib. 1. | |

Complura quoque alia quorum hic non fit mentio.

Multos præterea diverſorum auctorum libros per tractatus & capitula diſtinxit, ſingulis argumenta præmittens, quibus quæ in illis ſit ſcribentis intentio dilucide poteſt agnoſci. E quibus ſunt libri Ciceronis de officiis, de amicitia, de ſenectute, de ſomnio Scipionis. Item libri logicæ Ariſtotelis. Libri ejusdem de anima, & libri Metaphyſicæ. Item libri Effrem diaconi. Libri Johannis Chryſoſtomi de compunctione cordis. Libri divi Auguſtini de contritione cordis. Liber Epiſtolarum ejusdem. Et omnes fere libri ſancti Ambroſii Epiſcopi. Vivit adhuc in Carthuſia Baſilienſi & varia componit, multosque ſuo exemplo & ſcriptis ad ſancta ſtudia provocat, ſub Maximiliano Romanorum rege clementiſſimo, & ſummo pontifice Alexandro ſexto. Anno Domini, MCDXCIV.

DCCCXCV. ANGELUS *de Clavaſio*, *e)* natione Italus, ordinis fratrum minorum ſancti Franciſci, vir in divinis ſcripturis ſtudioſus & eruditus, & jureconſultus celeberrimus, ingenio præſtans, eloquio clarus, vita & converſatione devotus. Fertur quædam præclara cudiſſe opuſcula, quibus nomen ſuum longe lateque divulgavit. E quibus extat notabilis ſumma de caſibus, ſimplicibus confeſſoribus, doctis nihilominus occupatis valde utilis, & neceſſaria ubique jam diſperſa, quæ ex nomine authoris prænotatur:

| | | |
|---|---|---|
| Summa Angelica *) | lib. 1. | *Angelici ſpiritus & ſi.* |
| Additiones in eandem | lib. 1. | |

Et quædam alia. Complevit hanc ſummam ſub Frederico Imp. tertio, & ſummo pontifice



*b)* adhuc in ſenectute bona vixiſſe A. 1495. teſtatur Trithemius c. 241. de ſcript. Germ.

*c)* Academiæ Tubingenſis conditæ A. 1477. ab Eberhardo Barbato cognomine Prudo Duce I. Wurtenbergico.

*d)* Sic etiam ſcribitur in libro Trithemii de ſcript. Germ. c. 243. Nimirum intelligitur Meffretus clarus medio ſæculo XV, cujus ſermones æſtivales & hyemales ſub titulo *bortulorum Regina* impreſſi vagrandi volumine ſine loci notatione Argentor. 1484. & Norib. 1487. fol.

*e)* à patria Clavaſio Liguriæ civitate,

*) ſæpius excuſa, ut Norib. 1488. Argentorat. 1489. 1495. 1513. Aloſti Flandror. 1490. Venet. 1490. fol. Lugdun. &c. & cum additionibus Ungarelli & Vendramini. Venet. 1578. fol. Cætera Angeli ſcripta ſunt tractatus de reſtitutionibus, & tractatus inſcriptus Arca fidei.

Sixto quarto. Et audio eum adhuc esse superstitem, Maximiliano regnum Romanorum & Germanorum gubernante. Anno Domini, quo nos hæc scribimus MCDXCIV. Indict. XII. *f*)

DCCCXCVI. JASON *de Mayno*, patria Mediolanensis, ducalis senator, *g*) vir in utroque jure doctissimus, & tam in divinis scripturis quam in cæteris disciplinis secularibus eruditissimus, philosophus clarus, & orator celeberrimus, ingenio subtilis, eloquio disertus, consilio & actione præcipuus. Fertur quædam præclara cudisse opuscula, quibus ingenium exercitans, etiam memoriam sui posteris commendavit. Sed præter orationem quam Romæ coram Alexandro Papa sexto (quæ & impressa circumfertur) habuisse dicitur, nihil eorum ad manus nostras memini pervenisse. Verum sicut certo didici, eleganter scripsit:

| | |
|---|---|
| Super tit. de actionibus, in institutis | lib. I. |
| Super Codice quoque | lib. IX. |
| Super ff. varia scripsit, | lib. L. |
| Orationes & Epistolas. | |

Et quædam alia. Claret hodie apud principes Mediolanenses maximo in pretio sub Maximiliano Rom. rege clarissimo, & Alexandro summo pontifice sexto. Anno Domini quo hæc scripsimus MCDXCIII. Indict. undecima.

DCCCXCVII. LAURENTIUS *Burellus* Divionensis, ordinis fratrum beatæ Mariæ semper virginis de monte Carmeli, vir in divinis scripturis eruditus, & in secularibus literis egregie doctus, ingenio excellens, & clarus eloquio, metro exercitatus & prosa. Scripsit utroque genere quædam præclara volumina, quibus nomen suum notificavit. E quibus ista feruntur. Opus celeberrimum in laudem Heliæ patriarchæ Carmelitarum, quod prænotavit:

| | |
|---|---|
| Heliadem | lib. I. |
| De illustribus viris sui ordinis, | lib. I. |

Et alia complura. Vivit adhuc magno apud suos in pretio, multa scribens & condens sub Maximiliano Romanorum rege invictissimo, & Alexandro summo pontifice sexto. Anno Domini, MCDXCIV.

DCCCXCVIII. CHRISTOPHERUS *Landinus*, *b*) natione Italus, civis Florentinus, vir secularium literarum apprime eruditus, philosophiæ etiam ac divinæ paginæ non ignarus, longis annis musarum cathedræ præfuit, publicoque munere poeticam edocuit, ingenio præclarus. Scripsit opera magno in pretio apud omnes habita, præcipue

In P. Vergilium Maronem commentarios.
Item, in Q. Horatium commentarios.
Camaldulenses.
Ethicam.

Fertur adhuc florere apud suos Florentinos, quos omnis literaturæ exornat floribus.

DCCCXCIX. JACOBUS *Pergomensis*, *i*) ordinis fratrum heremitarum sancti Augustini, vir in divinis scripturis studiosus & eruditus, & in secularium literarum disciplinis nobiliter doctus, ingenio præstans, eloquio disertus, vita & conversatione præclarus, historiographus celeberrimus. Scripsit quædam luculentissima opuscula, quibus posteritatem memoriæ suæ fecit obnoxiam. E quibus extat *opus historiarum* ab initio mundi, usque ad Annos Domini, MCDLXXXVI. *k*) volumen grande & insigne, quod multo & diuturno labore ex diversis comportans, prænotavit

| | | |
|---|---|---|
| Supplementum chronicarum | lib. XV. | *Pro Ciceronis vestri.* |

De aliis nihil vidi. Vivit adhuc apud Pergomenses suos in pretio, prope sexagenarius, sub Maximiliano Rom. rege & Alexandro Papa sexto. Anno Domini, MCDXCIV. *l*)

CM. BAPTISTA *de sancto Blasio* de Padua, vir in utroque jure peritissimus, & philosophorum eruditione præclarus, ingenio subtilis, & ornatus eloquio, qui in Patavino gymnasio jura publice & egregie docuit, ubi magnam discipulorum copiam erudivit. Scripsit in ea facultate quædam præclara opuscula, quibus ingenii vim præsentibus & posteris ostendit. E quibus legi

| | | |
|---|---|---|
| De privilegiis dotalibus | lib. I. | *Quoniam circa dotes multa.* |
| Correlativorum quoque | lib. I. | *In hoc opere correlativo* |

Quæ-

*f*) Obiit A. 1495. Vide Labbeum T. 1. de S. E. p. 78.

*g*) Cum Patavii jus docuisset, à Duce Mediolani Lud. Sfortia Papiam vocatus est atque inter Senatores adscitus, ubi A. 1519. obiit, ætat. 84. Epitaphium ejus: *Jason Maynus J. C. Eques & Comes quisquis ille fuerit, hic requieſcit.* De celebri hocce JCto vide sis Alciati parerga V. 26. Jovii elog. Boissardum I imag. p. 165. Bælii Lexicon in *Mainus*. If. Bullartii Academiam scientiar. T. 1. p. 211. Bernecggeri Oratt. p. 165.

*h*) Hic Politiani præceptor fuit & Ugolini Verini aliorumque virorum præstantissimorum. Celebratus inprimis commentariis in Dantem quem patriæ quodammodo restituit. Vide Mabillonium T. 1. musei Ital. p. 162. & Jac. Gaddium de scriptoribus non Ecclesiasticis T. 1. p. 284. seq.

*i*) Bergomensis sive Bergomas dicitur à patria. Nomen integrum scriptoris est Jacobus Philippus Foresius, Ord. Eremitarum S. Augustini. Unde aliis *Jacobus de Bergamo* vel *Pergamo*, aliis ut Sabellico *Philippus Eremitanus*. aliis *Jacobus Philippus*.

*k*) Trithemius primam tantum vidit editionem Brixiensem recusam Venet. 1486. fol. Sed editio ab auctore recognita vulgataque Venetiis A. 1503. fol. habet additum librum XVI. qui desinit in A. 1502. Alius deinde Parisiis addidit continuationem ad A. 1535.

*l*) obiit in patria A. 1518. ætat. 85. Vide Labbeum de S. E. T. II. p. 492.

Digitized by Google

| | | |
|---|---|---|
| Quæſtiones de arbi. c. m) | lib. 1. | *In Chriſti nomine. 2. Quoniam* |
| Super prima rubrica decre. *) | lib. 1. | *In nomine Dni. noſtri Jeſu Chriſti.* |

Scripſit & alia. Complevit hæc ipſa opera in gymnaſio Patavino, ſub Frederico Imperatore tertio, & Sixto ſummo pontifice quarto. Anno Domini, MCDLXXX. Indictione XIII. Et credo eum adhuc eſſe ſuperſtitem.

CMI. MARCUS *Antonius Sabellicus*, vir undecunque doctiſſimus, philoſophus, orator & poeta omnium noſtræ tempeſtatis celeberrimus. Venetias ſua eruditione & libris exornans, ingenio excellens, ſermone diſertus, utriusque linguæ peritus, ad quem Hermolaus Barbarus n) Archiepiſcopus Venetus, Aquilegienſis patriarcha librum de præceptis hiſtoriæ conſcribendæ olim compoſuit. Scripſit tam metro quam proſa quædam præclara volumina, quibus nomini ſuo memoriam perpetuam apud poſteritatem comparavit. De quibus ego vidi ſubjecta. Tria magna hiſtoriarum volumina à mundi initio. Ad ſenatum Venetum o) opus celeberrimum ab initio urbis, continens

| | | |
|---|---|---|
| Hiſtoriam & geſta Venetorum | lib. XXXIII. | *Scripturus ego ab urbe.* |
| De venuſtate Aquilegien. patriæ | lib. 1. | *Etſi ex omni ſcriptorum* |
| In munitionem Sontiacam, carmine | lib. 1. | *Funditur Illyricis rapi.* |
| In eædem Sontiacam, carmine | lib. 1. | *Quo præceps fortuna.* |
| In Carnicum incendium | lib. 1. | *Jam fuſis profecta rotis.* |
| In naufragium cymbæ Petri | lib. 1. | *Fluctuat alma ratis.* |
| De rerum artiumque inventoribus | lib. 1. | *Inter grata ſoles ſtudii.* |
| In originem Utini, carmen | lib. 1. | *Hæc ſpanciatis humi.* |
| In laudem ſanctæ Mariæ, eleg. XIV. | lib. 1. | *Virginis alma dies.* |

De cæteris nihil vidi. Claret hodie apud Venetos maximo in pretio, multa ac varia componens, ſub Maximiliano Romanorum rege, & Alexandro Papa ſexto. Anno Domini, quo hæc ſcribimus MCDXCIV. p)

CMII. HUBERTUS *Leonardus*, Epiſcopus Darienſis, ordinis fratrum beatæ Mariæ ſemper virginis de monte Carmeli, vir in divinis ſcripturis ſtudioſus & eruditus, & ſecularis literaturæ non ignarus, ingenio præſtans, & clarus eloquio, qui olim in gymnaſio Pariſienſi theologiam egregie docuit, ſcripſit multa commendatiſſima opuſcula, quibus nomen ſuum notificavit cum gloria. De quibus ſubjecta feruntur. De genalogia nobilium Francorum & geſtis eorum

| | |
|---|---|
| Ad Ludovicum Epiſcopum Leodien. | lib. 1. |
| In Evangelium Lucæ, | lib. 1. |
| De regimine principum, | lib. III. |
| De immunitate Eccleſiaſtica, | lib. III. |
| Contra hæreticos Nivellenſes q) | lib. 1. |
| Sermones varii, | lib. 1. |
| Quadrageſimale notabile, | lib. 1. |

Et alia complura. Hic cum eſſet inquiſitor hæreticæ pravitatis, contra quosdam hæreticos Nivellenſes per diœceſim Leodienſem gladio ſancti ſpiritus eos confutavit & vicit ſcribens præfatum opus celeberrimum octo & viginti propoſitiones principales continens, in quo totidem articulos eorum erroneos fortiter, ac diſerte oppugnans reprobavit. Claruit in Germania unde & oriundus fuit, ſub Frederico Imperatore tertio, & Innocentio Papa octavo. Anno Domini, MCDXC. Et credo eum adhuc vivere.

CMIII. GABRIEL *Byel*, natione Teutonicus, ordinis eorum qui ſe fratres de communi vita, vel in communi viventes r) appellant, vir in divinis ſcripturis eruditus, & in ſeculari philoſophia egregie doctus, ingenio excellens, vita & converſatione præclarus, qui gymnaſio Tibingenſi ab exordio ſuæ inſtitutionis præfuit annis multis, ubi tam in philoſophia quam in ſacris literis multos diſcipulos erudivit, ſcripſit quædam non ſpernendæ authoritatis opuſcula quibus nomen ſuum notificavit. E quibus ordinarie legit in præfato gymnaſio,

| | | |
|---|---|---|
| In canonem miſſæ, | lib. 1. | *Præmiſſa in cubiculo.* |
| De paſſione Domini ſcripſit, | lib. 1. | |
| Sermones quoque varios, | lib. 1. | |

Et quædam alia. Claret hodie ſenex provectæque ætatis apud comitem Wirtenbergenſem maximo in pretio, & quædam ſcribere dicitur, ſub Maximiliano Romanorum rege, & Alexandro Papa ſexto. Anno Domini, quo hæc ſcribimus MCDXCIV.

CMIV. GEORGIUS *de Gemmyngen*, natione Teutonicus, præpoſitus & canonicus Spirenſis inſignis eccleſiæ, vir doctus & nobilis, utriusque juris profeſſor, & celeberrimus interpres, ac in cæteris bonarum artium diſciplinis egregie peritus, philoſophus & rhetor præclarus, ingenio ſub-



m) de arbitrorum cauſis. Vide pandectas Chriſtoph. Hendreichii p. 598. *) Decretalium.

n) ſupra c. 878. o) præmii loco quotannis à Senatu Veneto ducentos aureos tuliſſe legas in Diario Veneto, Giornale d' Italia T. 24. p. 258. quod à multis etiam aliis traditum. De Sabellico ipſo vide Jovii elogia, Voſſium de Hiſt. Lat. Bælii Dictionarium & Dan. Guil. Molleri diſſertationem de Sabellico editam Altdorf. 1698.

p) defunctus A. 1506. Enneades Sabellici deſinunt in A. 1503.

q) quales fuerint errores horum Nivellenſium, vel unde dicti, nondum reperi, qui me doceret.

r) Clericos in communi viventes vocat, c. 242. de ſcript. Germ. quos à Gerardo Magno inſtitutos Daventriæ, dixit ſupra c. 656. De Byelii hujus ſcriptis Hendreichius in pandectis Brandenburg. p. 571.

Digitized by Google

tilis & disertus eloquio, metro excellens & prosa, scripsit quædam prœclara opuscula, quibus ingenium suum laudabiliter exercitans, nomen quoque suum posteritati notificavit. *s*) Celat tamen quæ scribit, ut typum inanis gloriæ fugiat, vel ea quæ scripsit lima maturioris examinis castiget. E quibus tamen nobis subjecta innotuerunt,

| | |
|---|---|
| De ratione duelli, | lib. I. |
| De cura equorum & militum, | lib. I. |
| De machinis bellicis | lib. I. |
| Orationes quædam. *t*) | |

Multas præterea epistolas tam ad me quam ad alios edidit, quibus quantum valeat, tum eruditione, tum eloquentia, tum que multarum rerum experientia facile deprehenditur ab eo qui eas legerit. Claret ætate virili in civitate Spirensi, sacris literis intentus, ac varia scribens sub Maximiliano Roman. rege, & Alexandro summo pontifice sexto. Anno Domini M CD XC IV.

CMV. JOHANNES *Venetus*, ordinis Carthusiensium, domus divi Andreæ apostoli de Litore apud Venetias, vir in divinis scripturis studiosus & eruditus, ingenio præstans, vita & conversatione devotus, & regularis observantiæ cultor eximius, scripsit ad instructionem simplicium non contemnenda opuscula, quibus nomen suum notificavit. E quibus extat opus præclarum, quod prænotavit,

| | | |
|---|---|---|
| Nosce te | lib. III. | *Cum nihil jocundius, nihil.* |
| De patientia & humilitate, | lib. I. | *Fratres in Christo charissi.* |
| Speculum morientium, | lib. III. | *More bonorum parentum.* |
| Corona quoque senum | lib. I. | *Dum mens humana.* |
| Sermones varii, | lib. I. | |
| Epistolæ plures devotæ, | lib. I. | |

Et quædam alia. Claruit Venetiis sub Frederico Imperatore tertio, & Sixto Papa quarto, & complevit præscripta opera. Anno Domini M CD LXXX. Indict. XIII. Et incertum habeo an adhuc vivat.

CMVI. JOHANNES *de Mylbach*, natione Teutonicus, vir in divinis scripturis studiosus & eruditus, & secularis quoque philosophiæ non ignarus, ingenio clarus, sermone scholasticus, qui olim in gymnasio Erfordensi Theologiam multo tempore glorioſè docuit, & plurimos in ea facultate discipulos erudivit, scripsit nonnulla præclara opuscula, quibus ingenium suum magnifice exercitavit, & notitiam sui posteritati commendavit. De quibus ordinarie legit

| | |
|---|---|
| In Epistolas Pauli, | lib. XIII. |
| Sermones varios, | lib. I. |
| In laudibus S. Hieronymi, | lib. I. |
| Quæstiones diversas. | |

Et quædam alia. Claret Erfordiæ senex & debilis, præbendarius in cœnobio S. Petri. Anno Domini quo hæc scribimus M CD XC IV. *u*)

CMVII. JOHANNES *de Arundine*, *x*) natione Teutonicus, Episcopus Usbitensis, ordinis fratrum beatæ Mariæ semper virginis de monte Carmeli, *y*) Davidis de Burgundia Trajectensis Episcopi in pontificalibus vicarius, vir in divinis scripturis eruditus, & secularis philosophiæ non ignarus: declamator sermonum egregius, ingenio subtilis, vita & conversatione præclarus, scripsit multa præclara volumina, quibus nomen suum notificavit. De quibus feruntur subjecta. Lectura notabilis

| | |
|---|---|
| In librum Sapientiæ, | lib. I. |
| In Epistolam Pauli ad Roman. | lib. I. |
| In, *Beati immaculati*, sermones, | lib. I. |
| Sermones de tempore, | lib. I. |
| Sermones de sanctis, | lib. I. |

Et quædam alia. Claruit apud Trajectum, sub Frederico Imperatore tertio, & Innocentio Papa octavo. Anno Domini M CD XC. Et credo eum adhuc haberi superstitem.

CMVIII. GEORGIUS *Valla* Placentinus, vir undecunque doctissimus, philosophus, rhetor & poëta celeberrimus, ingenio excellens & disertus eloquio, qui totam Italiam sua doctrina modo exornans, Venetiis utramque linguam florentissime docet. Scripsit multa præclara volumina, quorum elegantia & utilitate eruditos viros omnes debitores sibi merito sentiat & obnoxios. De quibus extant subjecta:

| | | |
|---|---|---|
| De orthographia, | lib. II. | |
| De quantitate syllabarum, | lib. I. | |
| De figuris oratorum & poetarum, | lib. I. | |
| In Ciceronem de universitate | lib. I. | *Platonis liber qui Ti.* |
| In eundem de fato. | lib. I. | *De fato, Ciceronis.* |
| In topicorum lib. ejusdem | lib. I. | *Observantia præcipuaque.* |

In

*s*) A 1497. septuagenarium fuisse testatur Trithem. l. c. de script. Germ. *t*) in Synodis & alias habitæ. id. c. 257.
*u*) Obiisse Ao. 1494. in Monasterio S. Petri Erfordiæ sepultum, tradit idem c. 236.
*x*) Brugensis patria, A. 1497. Traiecti defunctus. Vide Valerium Andream p. 449. seq. Bibl. Belg.
*y*) Conventus Mechliniensis. Vide Trithem. c. 250. de script. Germ.

Digitized by Google

| | | |
|---|---|---|
| In rhetoricam ad Herennium, | lib. 1. | |
| In Juvenalem, | lib. 1. | *Profecta pridem mihi.* |
| In poeticam Horatii, | lib. 1. | |
| De ratione differendi. | lib. 11. | |
| De rebus expetendis & fugiendis, *z)* | lib. 1. | |
| Epistolarum ad diversos, | lib. 1, | |
| Orationes variæ. | | |

Et alia complura. In latinum vertit ex græco, opusculum Aristotelis de virtute. Ejusdem Ethicorum *a)* libros duos. Opus quoque Nemesii Philosophi Christiani, de natura hominis. Libellum etiam Athenagoræ philosophi acutissimi, de resurrectione. Librum quoque dialectices Brissonis. *b)* Tractatum insuper Galeni medici de hæresibus medicorum. Ejusdem introductorium ad medicinam. Problematum quoque Allendri, *c)* libros quatuor. Et alia multa.

CMIX. JOHANNES *Camerarius* de Dalburg, Episcopus Wormacienſis, natione Teutonicus, jureconsultus celeberrimus, & tam in divinis scripturis quam in secularibus literis eruditissimus. Rudolphi Agricolæ *d)* viri doctissimi quondam auditor, in utraque lingua peritus, Rhetor & poeta clarissimus, ingenio subtilis, eloquio disertus & multa rerum experientia insignis, nobilitatem generis sui moribus & doctrina magnifice illustrans. Scripsit & scribit tam metro quam prosa quædam excellentis ingenii opuscula, quæ nec dum in lucem venire passus est, propterea quod reipublicæ negotiis occupatus, ea non usque adeo ut sui propositi erat, perficere potuit. E quibus tamen aliqua nobis innotuerunt. Carmen sapphicum

| | |
|---|---|
| De morte Rudolphi Agricolæ, | lib. 1. |
| De moneta quoque | lib. 1. |
| Oratio coram Innocentio Papa. VIII. | lib. 1. |
| Carmina & orationes variæ. | |
| Et plures elegantissimæ Epistolæ. | |

Claret hodie ætate virili in cathedra Ecclesiæ Wormacienſis præsul Deo dignus, & varia conscribit, sub Maximiliano Rom. rege clementissimo & summo pontifice Alexandro sexto. Anno Domini, quo ad ipsum *e)* hæc scribimus, M CD XCI VI.

CMX. BAPTISTA *Guarinus* Veronenſis, Guarini doctissimi viri filius, cujus suo loco fecimus mentionem, *f)* vir certe patre non inferior, sed in omni literatura & disciplina bonarum artium eruditissimus Philosophus, orator & poëta omnium celeberrimus, græcæ ac latinæ linguæ peritissimus, & in utraque multum facundus. Scripsit & vertit multa præclara opuscula, quibus vim & acumen ingenii sui prope divini tam præsentibus quam posteris commendat. De quibus subjecta feruntur. Opus dialogorum perpulchrum

| | | |
|---|---|---|
| De secta Epicurea, | lib. 1. | |
| De ordine docendi | lib. 1. | *Et si Maphæo charissimus.* |
| De regno administrando, | lib. 1. | |
| In Epistolas Ciceronis, | lib. 1. | |
| In fastis Ovidii, | lib. 1. | |
| In pharsalia Lucani, | lib. 1. | |
| In Catullum poetam, | lib. 1. | |
| Epistolarum ad diversos, | lib. 1. | |
| Orationes quoque plures, | lib. 1. | |
| Et carmina varii generis. | lib. 1. | |

In latinum vertit subjecta. Ex Xenophonte Agesilai laudationem, quam & dicavit Hermolao Barbaro seniori *g)* Episcopo Veronenſi. Orationes etiam quasdam Demosthenis & Dionis historici. Sed & orationes nonnullas Gregorii Nazianzeni ad Christum & Mariam. Et alia complura edidit & convertit quæ ad notitiam meam non venerunt. Claret usque hodie *h)* Ferrariæ, ubi patri succedens, jam per annos tres & triginta utramque linguam florentissime docet,



*z)* in libros XLIX. divisum opus vægrandi volumine in fol. Venet. 1501. apud Aldum impensis ac studio Joannis Petri Vallæ filii excusum satis nitide: in quod omnium fere disciplinarum capita præcipua ex scriptoribus maxime Græcis, partim etiam ineditis, conjicere G. Vallam volnit non semper accuratus interpres. Unde reprehenditur à Marco Meibomio ad Aristidem Quintilianum p. 204. Bernhardi Moneti in alium Epigramma T. 3. Menagian. p. 450.

*Quem de expetendis atque fugiendis librum*
*Valla edidisti rebus, ingentem librum*
*Non otiosa pervolutavi manu:*
*Quid ergo posthac expetiturus fiem,*
*Quidve fugiturus, si rogas, verbo accipe:*
*Libros ego bonos expetam, fugiam tuum.*

*a)* Magnorum Moralium. *b)* Ubinam illa exstet Brissonis sive Brysonis dialectica adhuc quæro.
*c)* Alexandri, cujus problemata versa à Georgio Valla testatur etiam Petrus Crinitus. Sed illa in duos non in quatuor libros distinguuntur. *d)* de quo supra, c. 870.
*e)* ipsi enim hunc librum de Scriptoribus Trithemius dicavit: quemadmodum & Reuchlinus libros de verbo mirifico, infra c. 919. Laudat eundem Trithemius c. 249. de script. Germ. *f)* supra c. 807.
*g)* Hic diversus ab Hermolao de quo Trithemius c. 878. *h)* defunctus Venetiis A. 1513.

Digitized by Google

cet, & varia conſcribit, ſub Maximiliano Rom. rege, & Alexandro Papa VI. Anno Domini, quo hæc ſcribimus MCDXCIV. Indict. XII. Habet & ipſe filium *i*) græcæ ac latinæ linguæ eruditum, avitam diſciplinam ſequentem.

CMXI. ANGELUS *Politianus*, *k*) vir undecunque peritus atque doctiſſimus grammaticus celebris, philoſophus, orator & poëta inſignis, græco & latino ad perfectum inſtructus eloquio, ingenio excellens, qui ſua eruditione & doctrina Italiam multo tempore illuſtravit. Scripſit & varia & præclara volumina, quibus nominis ſui memoriam poſteris commendavit. De quibus ſubjecta feruntur,

| | |
|---|---|
| Centuriæ quædam *l*) | lib. I. |
| In errores linguæ latinæ, | lib. I. |
| Epiſtolæ variæ ad diverſos | lib. I. *m*) |

Et quædam alia ſcripſiſſe dicitur, quæ ad notitiam meam non venerunt. Hic auſus eſt Iliadam Homeri verſibus latinis legendam exhibere. Claret adhuc in Italia (ut accepi) varia conſcribens, ſub rege Romanorum Maximiliano & Alexandro ſummo pontifice ſexto. Anno Domini, MCDXCIV. *)

CMXII. BAPTISTA *n*) *Mantuanus*, ordinis fratrum beatæ Mariæ ſemper virginis de monte Carmeli, vir in divinis ſcripturis eruditiſſimus, & in ſecularium literarum ſcientia nulli ſecundus, ſacræ theologiæ doctor, Philoſophus inſignis, poeta & orator celeberrimus, ingenio excellens, ſermone diſertus, vita & converſatione præclarus, latinæ linguæ decus, & græcæ clarus interpres, metro excellens & proſa. Scripſit utroque ſtylo multa egregia volumina, quibus nomini ſuo per univerſum orbem Chriſtianum famam celebrem acquiſivit. E quibus ſubjecta feruntur. Ad patrem ſuum,

| | | |
|---|---|---|
| De beata vita dialogus | lib. I. | *Frater Baptiſta, Petro* |
| Suburbanum, Bucolicum carmen | lib. I. | *Fauſtus adit ſegetes* |
| Parthenices vita *o*) | lib. III. | *Sancta Paleſtinæ repe.* |
| De ſancta Catharina *p*) | lib. I. | *Coſtidis aggreſſi pu.* |
| De vita Ludovici Bononienſis *q*) | lib. I. | *Maxime pontificum.* |
| Vita Alberti Carmelitæ, ſapphico | lib. I. | *Menſis Auguſti redeunt.* |
| De calamitate ſuorum temporum | lib. I. | *Cogimur iſtius mala.* |
| Panegyricus Roberti *r*) | lib. I. | *Semideum veteres inſig.* |
| Somnium de eodem | lib. I. | *Maxime juſtitiæ cul.* |
| Ad Falconem *s*) Epigrammatum | lib. I. | *Debeo ſed cura prohib.* |
| Conſolatio ſuper morte *t*) | lib. I. | *Delicia ſacri fontis ce.* |
| De contemptu mortis | lib. I. | *Quid mœres fatumque ti.* |
| Contra poëtas turpiloquos | lib. I. | *Sunt quibus eloquii datur.* |
| De expugnatione Granatæ | lib. IV. | |
| De patientia, proſaice, | lib. I. *u*) | |
| De ortu religionum, | lib. I. | |
| Apologia pro fratre Petro, | lib. III. | |
| Introductorium ſubtil. Scoti, | lib. I. | |
| Orationes elegantiſſimæ | lib. I. | |
| Epiſtolæ multæ ad diverſos. | | |
| Diverſi generis carmina. | lib. I. | |

Et alia complura. Vivit adhuc in Italia, celeberrima opinione ubique nominatus, & varia conſcribit, ſub Maximiliano Romanorum rege. Anno Domini quo nos iſta complevimus MCDXCIV. *x*)

CMXIII.

*i*) Alexandrum Guarinum. Poſtea celebratiſſimum fuit nomen pronepotis Baptiſtæ Guarini, Poëtæ Itali præſtantiſſimi, cujus Adonis, Paſtor fidelis, aliaque poëmata ingenioſiſſima, elegantium hominum manibus teruntur. Obiit Patav. 1675. Ejus vitam Italice ſcripſit Apoſtolus Zenus, quæ legitur in Diario Veneto Galeria di Minerva T. I P. 78. Germanice Jo. Ulricus König, ante poëma Guarini de cæde infantum Bethlehemiticorum pulcherrima Metaphraſi Germanica donatum à Bartholdo Henrico Brockeſio. Hamb. 1715. 8.

*k*) *De monte Pulciano.* Hic male *Baſſus* à quibusdam dicitur cum fuerit è familia *Cinorum*. Vide Diarium Venetum Giornale d' Italia T. 6. p. 255. & T. 18. p. 255. ſeq. Ubi ab ejus nomine abſtergitur calumnia de propudioſo contemptu ſacrarum litterarum, quam recoquit etiam Tho. Pinedo ad Stephanum Byz. p. 308.

*l*) Tantum prima Centuria Miſcellaneorum Politiani lucem vidit, qua erudite loca ſcriptorum Græcorum Latinorumque & amœne illuſtrantur. Illam Gunterus quoque recudi curavit tomo primo Lampadis artium.

*m*) Epiſtolæ Politiani libris XII. diſtinguuntur, edita ſæpius cum ſeparatim tum inter Politiani opera Venet. 1498. fol. Lugd. 1536. & 1550. 8. duobus Vol. Baſil. 1553. fol. Florent. 1582. fol. &c.

*) obiit Florentiæ A. 1509. vide Mabillon. T. I. muſei Ital. p. 178. Burch. Gothelf Struvii Bibliothecam Antiquam T. I. p. 364. *n*) cognomento Spagnolus.

*o*) Parthenices Marianæ, ſive de S. Maria Virgine. *p*) De S. Catharina Coſtide ſive filia Coſti regis, itidem tres libri à Mantuano ſcripti exſtant. Sed ſinguli de SS. Margarita, Agatha, Lucia, Apollonia & Cæcilia, Carmine Heroico.

*q*) de vita divi Ludovici Morbioli Bononienſis ad Innocentium VIII.

*r*) Roberti Severinatis ductoris militum fortiſſimi. *s*) Falconem Protonotarium, cujus beneficio è periculis liberatum ſe celebrat. *t*) Collæ Aſculani. *u*) imo libri III.

*x*) obiit A. 1516. Mantuæ in patria. Vide Reineſii Epiſtolas ad Dammium p. 51. Alia de Mantuano Jovius in elog. Gyraldus de poëtis ſui temporis, Voſſius Hiſt. Latin. Boiſſardus I. imagg. p. 168. Andreas Suiſſæus appendice ad

Digitized by Google

CMXIII. JOHANNES *Bertram* Nuenburgenſis, natione Teutonicus, Georgii Molitoris Nuenburgenſis *q*) quondam auditor, vir in divinis ſcripturis ſtudioſus & eruditus, & ſecularis Philoſophiæ non ignarus, ingenio clarus, ſermone ſcholaſticus, primum Erfordiæ, & tunc in gymnaſio Moguntino theologiam publice docens, ac multos erudiens. Scripſit in ea facultate quædam præclara opuſcula, quibus nomen ſuum notificavit. E quibus extat opus grande

| | | |
|---|---|---|
| In prologum Bibliæ, | lib. 1. | *Cogitanti mihi in priſt.* |
| Collationes multæ ad clerum | lib. 1. | |
| De valore miſſarum, | lib. 1. | *Reverendiſſimo in Chriſto.* |
| Quæſtiones variæ. | | |

Et quædam alia. Claret ætate virili in gymnaſio Moguntino, theologiam ordinarie docens, ac varia componens, ſub Maximiliano Romanorum rege clariſſimo, & ſummo pontifice Alexandro ſexto. Anno Domini quo hæc ſcribimus MCDXCIV.

CMXIV. RUPERTUS Gaguinus, natione Gallus, ordinis ſanctæ Trinitatis generalis miniſter, doctor decretorum inſignis, & tam in divinis ſcripturis quam in ſæcularibus literis eruditiſſimus, poeta clarus, & orator facundiſſimus, qui Italos ſæpe ſtupidos ſua eloquentia reddidit, ingenio excellens, vita & converſatione devotus. Scripſit utroque genere multa præclara opuſcula, quibus nomen ſuum longe lateque notificavit. E quibus extant ſubjecta. Opus inſigni carmine ad Arnoldum Boſtium Carmelitam Gandavi morantem, contra Vincentium de Caſtronovo, ordinis prædicatorum,

| | | |
|---|---|---|
| De conceptione ſanctæ Mariæ, *) | lib. 1. | *Eſt mihi mens aquiſte.* |
| De eadem re, proſaice | lib. 1. | *Nemo Chriſtiana reli.* |
| De miſera hominis conditione, | lib. 1. | *Inter multa quibus ſe.* |
| De arte metrificandi | lib. III. | *Qua de conficiendis ver.* |
| Orationes multæ elegantiſſimæ, | lib. 1. | |
| Epiſtolarum quoque, | lib. 1. | |
| Epigrammata innumera. | | |

Et alia complura. Vivit adhuc Pariſiis apud ſanctum Maturinum reſidens. *r*) Et varia ſcribit indies publicanda, ſub Maximiliano Romanorum rege, & Alexandro ſummo pontifice ſexto. Anno Domini quo nos hæc ſcripſimus MCDXCIV.

CMXV. HARYNGHUS *Sifridi Sinnama* de Hagis Phryſiæ oriundus, qui vulgo *Hermannus* appellatur, natione Teutonicus, utriusque juris profeſſor & celeberrimus interpres, & tam in divinis ſcripturis quam in ſeculari Philoſophia egregie doctus, ingenio ſubtilis, ſermone ſcholaſticus, conſilio promptus & ſtabilis, cujus apud principes & eccleſiarum prælatos magni habetur autoritas: in gymnaſio Colonienſi docendo, ſcribendo, & conſultando facile obtinet principatum. Scripſit inter alia opus grande & celeberrimum, titulos legales enucleatiſſime declarans, omnibus in utroque jure ſive in altero ſtudere incipientibus valde utile & neceſſarium,

| | | |
|---|---|---|
| Super titulos Codicis, | lib. XII. | *Et ſi verboſitas ſine f.* |
| Super titulos ff. Veteris | lib. XXIV. | *Quanquam autem nova pla.* |
| Super tit. ff. Inforciati | lib. XIV. | *Sciendum erit hic in.* |
| Super tit. ff. novi. | lib. XII. | *Quia ſeptem ſunt partes* |
| Super tit. authenticorum, | lib. 1. | *Quamvis conſtitutiones* |
| In uſus feudorum, | lib. 1. | *Quia hic liber feudorum* |
| De pace conſtantiæ | lib. 1. | *Quia Imperator Frede.* |
| Super tit. inſtitutionum | lib. IV. | *Quanquam ab hoc libro.* |
| Super tit. Decretalium, | lib. V. | *Quoniam ut dicit Imperator.* |

Extant & alia quædam. Vivit ætate virili in civitate Colonienſi, ſua illam doctrina illuſtrans, ſub Maximiliano Romanorum rege clariſſimo, & ſummo pontifice Alexandro ſexto. Anno quo hæc ſcripſimus MCDXCIV. Indictione XII.

CMXVI. RAPHAEL *Regius*, natione Italus, vir undecunque doctiſſimus, Philoſophus clarus, poeta celebris, & orator inſignis, utriusque linguæ peritus, ingenio excellens, & diſertus eloquio, qui in Patavino gymnaſio maximas eruditionis ſuæ laudes docendo, diſputando, ac componendo acquiſivit. Fertur multa præclara cudiſſe opuſcula, quibus nomen & ingenium ſuum cum gloria notificavit, de quibus extant ſubjecta,

| | | |
|---|---|---|
| In Quintilianum correctiones, | lib. 1. | *Solent magnamini be.* |
| De laudibus eloquentiæ | lib. 1. | *Si quis, unquam præclari.* |
| In Epiſtolam unam Plinii | lib. 1. | *In operis hujus inſcriptione.* |



Bellarminum de Script. Eccleſ. p. 5. Bakh. Bonifacius Hiſt. ludior. p. 433. Elias du Pin Bibl. Eccleſ. T. 14. p. 97. &c. Opera Mantuani tribus tomis carminum & uno proſaicorum edita Junii in Pariſ. apud Aſcenſium 1513. fol. percenſet Gesnerus in Bibl.

*q*) de quo ſupra c. 862. ubi idem Nuenburgenſis quemadmodum & in libro de ſcriptoribus Germ. c. 254. pro quo male Nurembergenſem vocant Poſſevinus, Hendreichius &c.

*s*) Vide infra c. 934. *r*) Obiit Paris. 1502. celebratus inprimis ob editos libros XI. de rebus Francorum, quibus Hiſtoriæ illius Annales usque ad A. 1499. & Ludovici XII. imperium deduxit. Vide Aub. Miræi elogia Belgica p. 176. Juſtum Ryckquium Centur. nov. Epiſt. 85. Jac. Gaddium de ſcriptoribus non Eccleſ. T. 1. p. 193. ſeq. If Bullartii Academiam ſcientiar. T. 1. p. 137. Thomæ Pope Blount cenſuram ſcriptor. &c. De ejus Epiſtolis & Orationibus conſulendus liber Gallicus: Eſſais de literature T. 2. p. 178. ſeq.

Contra Johannem Calphurnium lib. 1. *Tametſi grauiſſimo*
In eundem Dialogus, lib. 1. *Heri puerorum turbaſti.*
Orationes variæ.
Epiſtolæ quoque multæ.

Et alia complura. Vivit adhuc Patavii ut accepi, & varia conſcribit, ſub Maximiliano rege Rom. & ſummo pontifice Alexandro ſexto. Anno Domini, MCDXCIV. *s*)

CMXVII. LAURENTIUS *Bonicontrius*, *t*) Philoſophus & aſtronomus inſignis, atque in cæteris bonarum artium diſciplinis egregie doctus, ingenio præſtans, & clarus eloquio, metro valens & proſa. Fertur multa præclara cudiſſe opuſcula, quibus nomen ſuum ad multorum notitiam transmiſit, ſed nihil eorum hucusque videre potui. Fertur autem ejus inſigne opus per circulum anni,

Faſtorum prænotatum lib. 1.
Et quædam commentaria.

Et certa alia. *u*) Vivit adhuc in Italia multa & varia conſcribens tam metro quam proſa ſub Maximiliano Romanorum rege, & Alexandro Papa ſexto. Anno Domini, MCDXCIV.

CMXVIII. JOHANNES *x*) *de Keiſersberg*, natione Teutonicus, vir in divinis ſcripturis ſtudioſus & eruditus, & ſecularis Philoſophiæ non ignarus, ingenio præſtans, vita & converſatione præclarus, declamator ſermonum celeberrimus, qui in cathedrali Eccleſia Argentinenſi à multis annis prædicatoris gerit officium. Scripſit nonnulla commendanda opuſcula, ſed ad notitiam noſtræ lectionis adhuc minime venerunt. Feruntur autem ejus elegantes

Sermones ad populum lib. 1.
Orationes variæ ad clerum lib. 1.

Et quædam alia. Magnis hic ſumptibus & labore diuturno collegit opera Johannis Gerſon, quorum multa ex Gallia tandem ad nos perduxit, dividens ea in tres patres *y*) ordine pulcherrimo, ac tabulam utilem admodum conficiens, id totum impreſſuræ donavit. Vivit adhuc in civitate Germaniæ Argentinenſi, ac varia componit, ſub Maximiliano Rom. rege clariſſimo. Anno Domini, MCDXCIV. *z*)

CMXIX. JOHANNES *Picus*, natione Italus comes Mirandulæ & Concordiæ dominus, vir omnis bonæ literaturæ ſtudioſiſſimus, & ſicut præclaro ſanguine, ita divino admodum ingenio nobiliſſimus, magna familiæ omnigenum artium ſtipatus caterua, cum quibus literis & ſtudiis latinis, pariter hebraicis & græcis palæſtram exercet, dignus & optime meritus, cujus profectionem Muſæ ſequantur, doctiſſimus noſtra ætate philoſophus eſt atque diſputator acerrimus. Scripſit ſtylo elegantiſſimo nonnulla, quæ ætas noſtra tum comprobare, tum vel maxime admirari habebit, quibus nominis & gloriæ ſuæ memoriam non indigne ſempiternam reddidit, de quibus extant quæ jam prodiere.

Hetaplus ſuper principium Geneſis.
Item: Nongentæ concluſiones philoſophicæ.
Apologia
Item ſuper Pſalmos lib. 1.

Et plura alia, quæ nondum conſpectui noſtro ſeſe exhibuere. Vivit adhuc hodie inter ingenioſorum adoleſcentum ſuorum gregem apud Italos, neque altiora ſcribere, neque benefacere poſteritati ceſſat, ſub Alexandro ſexto Pontifice maximo, regeque Romanorum Maximiliano. Anno Domini, quo hæc ſcribimus MCDXCIV. *a*)

CMXX. JOHANNES *Capnion*, *) alias *Reuchlin*, natione Teutonicus, ex Phorcen oppido Sueviæ, legum imperialium doctor eximius, illuſtrisque comitis Eberhardi de Wirtenberg conſul cum facundiſſimus tum juris fideique integerrimus, omnis antiquiſſimæ philoſophiæ & literaturæ indagator ſolertiſſimus. Trium principalium linguarum Hebraicæ ſcilicet ſimiliter & Chaldaicæ,

*s*) adhuc Rhetoricam docuit Patavii A. 1508. quo tempore auctum ipſi honorarium refert Jacobus Philippus Tomaſinus in Gymnaſio Patavino p. 340. Circa idem tempus cum jam ſeptuagenarium ætatis eſt Erasmus quem vide XXIII. Epiſt. 5. data A. 1524. quo Regius jam ante aliquot annos obierat.

*t*) Mirandenſis, qui in Manilii Poetæ Aſtrologica A. 1416. reperta à Pogio, commentarium primus auſus eſt edere Bonon. 1474. & Florent. 1484. fol.

*u*) Ejus rerum naturalium & divinarum libri III. carmine Heroico ad Ferdinandum Aragoniæ & Siciliæ Regem, quorum primus eſt de Deo, Angelis & inferis: ſecundus & tertius de planetis eorumque motibus & effectibus. Hi altera editione à Luca Gaurico recogniti viderunt lucem Baſil. 1540. 4. Eorum *argumento ſtylum longe inferiorem* judicat Julius Cæſar Scaliger VI. Poëtic. p. 736. *Non paucatamen attentius legenti placere poſſunt.*

*x*) Jo. Geilerus à Keiſersberg, quem gravem & ſanctum Theologum vocat Beatus Rhenanus præf. ad Tertullianum de pœnitentia. Idem Rhenanus vitam illius ſcripſit præmiſſam Geileri naviculæ ſive ſpeculo ſtultorum per Jacobum Otherum edito Argentorat. 1513. 4.

*y*) Opera Joannis Gerſon in tres partes diviſa prodiere Baſil. 1489. fol. apud Nicolaum Keslerum.

*z*) Obiit A. 1510. 10. Mart. Argentorati.

*a*) Obiit non 1484. ut in Rev. D. Buddei Philoſophia Hebræorum p. 186. typorum errore excuſum, ſed illo ipſo anno 1494. 17. Nov. eadem die, qua Carolus VIII. Galliæ Rex Neapolim petens Florentiam eſt ingreſſus. Vide vitam Joannis Pici à fratris filio Jo. Franciſco Pico ſcriptam & operibus utriusque præmiſſam Baſil. 1601. fol. & Ægid. Menagium T. I. anti-Bailleti p. 283. Obiit autem eodem Jo. Franciſco Pico teſte *dum ipſe ſecundum & vigeſimum ætatis annum impleret*, non anno ætatis 36. ut legas apud Mabillonium T. I. muſei Ital. p. 178.

*) Capnionis Græcum nomen pro Reuchlino accepit ab Hermolao Barbaro, cum apud eum eſſet legationis tempore ad Coronationem Maximiliani Imp.

Digitized by Google

daicæ, Græcæ pariter & Latinæ interpres peritiſſimus Gallicanæ etiam atque politioris linguæ noſtræ vernaculæ inprimis clarus. Et tam in divinis ſcripturis ſecretarius, quam in ſecularibus literis eruditiſſimus. Quin imo in omni genere doctrinæ hac tempeſtate præcipuus, puta qui Græcorum, Hebræorum ſecreta myſteria multis jam annis enixiſſime penetravit. Dignus profecto qui ſolis literis, non etiam perſtrepenti populari curiæ incumberet. Nullum enim nobis non modo Italia, ſed nec ſeculum quidem noſtrum huic tanto viro parem objiceret. Scripſit nonnulla opera, quibus memoriam ſui præſentibus commendavit & poſteris. Ad Epiſcopum Vangionum Camerarium Dalburgi, *b)* Dialogum in quo omnia ſecreta philoſophiæ Græcæ, Hebraicæ, & Chriſtianorum portentifica verba explicat, quem præſcripſit

| | | |
|---|---|---|
| Capnion, vel de verbo mirifico, | lib. III. | *Rerum arcanarum.* |
| De præexercitamentis rhetoricis | lib. I. | *Eſt à veteribus.* |
| De diverſitate quatuor idiomatum græcæ linguæ, | lib. I. | |
| Orationem funebrem in mortem Rudolphi Agricolæ. | | |
| Epigrammaton & elegiarum, | lib. I. | |
| Epiſtolas quoque & orationes ſcholaſticas ſine numero plures, | | |

Multa præterea utilitati noſtræ communi è græco in latinum vertit opuſcula, Xenophontis apologiam pro Socrate, Neſtorium hæreticum, *c)* Confeſſionem Cypriani, *d)* Proclum *e)* de beata virgine, Luciani aliquos mortuorum dialogos, Ejusdem dialogum de concilio Deorum, Monomachiam Iliados Homeri de Paridis & Menelai duello in lingua Germanica metrice. Epiphanium de vita & morte prophetarum. Maximum Tyrium Platonicum philoſophum in oratione, *Si Deus fecit bona, unde veniant mala.* Vivit usque hodie literis incumbens, ſub Maximiliano rege, principeque ſuo Eberhardo de Wirtenberg, cujus illuſtre nomen inſignis ille Capnion ingenio ſuo illuſtrius reddit. Anno quo hæc ſcribimus MCDXCIV. *f)*

CMXXI. CONRADUS *Leontorius*, vulgariter *de Leonberg*, natione Teutonicus, monachus cœnobii Mulbronenſis, *g)* ordinis Ciſtertienſium: vir in divinis ſcripturis ſtudioſus & eruditus, & in ſecularibus egregie doctus, philoſophus, orator & poeta non abjiciendus, trium (ut ferunt) principalium linguarum peritus, ingenio ſubtilis & diſertus eloquio, ſcripſit metro & proſa nonnulla opuſcula, quibus nomen ſuum notificavit. De quibus extat,

| | |
|---|---|
| Volumen Epiſtolarum ad diverſos, | lib. I. |
| Orationes variæ. | |
| Carmina multa. | |

Et quædam alia. Vivit usque hodie apud Ciſtertium & cœpto perſtat in ſtudio, ſub Maximiliano Romanorum rege clariſſimo. Anno Domini MCDXCIV. Indict. XII. *h)*

CMXXII. CONRADUS *Celtis*, Protucius, natione Teutonicus, ex Francia *i)* Germaniæ oriundus, vir undecunque doctiſſimus philoſophus clarus, orator facundus, aſtronomus & cosmographus inſignis, & poeta laureatus *k)* divinarum quoque ſcripturarum non ignarus, utriusque linguæ peritus, ingenio excellens, & diſertus eloquio, ſcripſit tam metro quam proſa quædam præclara opuſcula, quibus memoriam ſui poſteris commendavit. De quibus mihi pridem legit ſubjecta. Ad Maximilianum Romanorum regem clariſſimum in utramque M. Tullii Ciceronis rhetoricam

| | | |
|---|---|---|
| Epitoma, id eſt, Breviarium | lib. I. | *Qui in concione quip.* |
| De laudibus eloquentiæ | lib. I. | *Morine aeternis cele.* |
| De arte verſificandi | lib. I. | *Accepi illuſtriſſ. prin.* |
| De condendis epiſtolis, | lib. I. | *Epiſtola ſeu apoſtolus eſt.* |
| De ſitu Nurenberg, *l)* | lib. I. | *Cum nuper relaxandi ani.* |
| Peregrinationem Sarmaticam | lib. I. | *Cui dedit nomen volu.* |
| Carminum | lib. IV. | *Urſe doctorum ſpecimen.* |
| Amorum qui ſecundū quatuor latera ger. inſcri. | lib. IV. | *Scribere qua noſtra fatalia* |
| Panegyrin duci Bavariæ | lib. I. | *Italicas tentare lyras.* |
| De vita ſancti Sebaldi, carmine | lib. I. | *Regia ſtirpis ſoboles.* |
| Germaniæ ſitum | lib. III. | *Germaniam ſcripturus.* |
| Orationes varias, | lib. I. | |

Epiſtolas multas ad diverſos elegantiſſimas metro & proſa edidit, ac diverſa epigrammata, & in coſmographia, cujus ſcientiſſimus eſt, varia ſcripſit, quæ poſt hac in lucem ventura confidimus.



*b)* de quo ſupra c. 908. *c)* Puto intelligi Acta Synodi Epheſinæ contra Neſtorium de quibus Melanchton in Orat. de vita Capnionis ſive Reuchlini T. I. declamationum p. 630.

*d)* Cypriani Græci, Trithem. c. 251. de ſcript. Germ. *e)* Procli CPolitani Homiliam.

*f)* Obiit inſignis hic litterarum in Germania reſtaurator, quem Trithemius c. 251. libri de ſcript. Germ. præceptorem ſuum Græcum appellat, Stutgardiæ A. 1522. 30. Jul. ætatis 67. Ejus vitam ſingulari ſtudio compoſitam vulgavit civis ejus Rev. D. Jo. Henricus Majus, Durlaci 1687. 8. Merita ejus pluribus ſcriptis etiam celebrata ſunt ab eruditiſſimo Viro Hermanno ab Hardt, qui Helmſtadii A. 1712. & 1713. memoriam ſæcularem ſuſcitatorum per Reuchlinum ſtudiorum Hebraicorum ſolenniter recoluit, & in Hiſtoria literaria Reformationis A. 1717. fol. edita Reuchlini Apologias adverſus Hochſtratum & Pepericornum, cum eſſent rariſſimæ, recuſas lectoribus obtulit.

*g)* in Svevia. *h)* anno tunc ætatis 34. Vide Trithem. de ſcript. Germ. c. 281.

*i)* ex Francia Orientali, id. c. 260. *k)* manu ipſius Imp. Friderici III. Noribergæ A. 1491. Vide W. Erneſti Tentzelii dialogos menſtruos (monatliche Unterredungen) A. 1693. p. 964. ſeq. *l)* Hujus libri ante-

Vivit adhuc annos ætatis hujus quinque & triginta, *) ac varia ſcribit ſub Maximiliano Romanorum rege illuſtriſſimo, & ſummo pontifice Alexandro ſexto. Anno Domini quo nos hæc ſcribimus MCDXCIV. m)

CMXXIII. PETRUS *Bonomus* Tergeſtinus, imperialis aulæ protonotarius, vir latinæ linguæ eruditiſſimus & in cudendis omnifariis carminibus tum facillimus, tum exercitatiſſimus: puta ex cujus promptuario Muſæ canoræ eructuant, ac propterea multi nominis & fama celeberrimus, ſcripſit plurima & ſoluta oratione, & varii generis carmine. E quibus præcipue extant:

Libri Epigrammaton.
Epiſtolarum indefeſſa congeries.

Nec unquam ſcribere ceſſat. Vivit adhuc ſub rege ſuo Maximiliano literis mancipatus, atque ingenium ſuum bonis excolens artibus. Anno quo hæc ſcribimus MCDXCIV. Indictione XII.

CMXXIV. SEBASTIANUS *Titio*, alias *Brandt*, Argentinenſis, natione Teutonicus, utriusque juris profeſſor **) inſignis, & tam in divinis ſcripturis quam aliis ſecularis literaturæ diſciplinis egregie doctus poeticam non mediocriter callens, ingenio ſubtilis, eloquio diſertus, conſilio & actione præcipuus, qui ſua eruditione atque lucubratione Baſileam inclitam Germaniæ urbem mirum in modum exornat. Scripſit tam metro quam proſa quædam haud contemnendæ lectionis opuſcula quibus nomen ſuum divulgatum reddidit. E quibus extant:

| | | |
|---|---|---|
| Super titulis utriusque juris. | lib. I. | *Cum difficile.* |
| Roſarium divæ Mariæ, ſapphicum. | | *Stirpis humanæ.* |
| In laudem virginis ænigmata Vet. Teſtam. | | *Quæ paris.* |
| Virginalem conceptum poſſibilem probat. | | *Huc ades ô.* |
| Admiratio Mariæ, adveniente Angelo. | | *Quid tibi vis.* |
| Salutatio Angeli. | | *Miſſus ab excelſo.* |
| De locis mirificis beatæ virginis. | | *Si tua virgo.* |
| Compaſſio virginalis. | | *Nate patris.* |
| Conſolatio Chriſti ad matrem. | | *Quid gemis ô.* |
| De colaphis Chriſti. | | *Reſpice quæ tulerim.* |
| De ingratitudine edentium manna | | *Sorte ſub hac.* |
| In laudem ſancti Sebaſtiani. | | *Quid tuas coner.* |
| Vita ſancti Onophrii. | | *Noſtris carminibus.* |
| In laudem ſancti Valentini. | | *Laudibus ô præſul.* |
| In laudem ſancti Ivonis. | | *Carminis exorſum.* |
| Vita ſancti Bernardi. | | *O utinam mihi* |
| In laudem ordinis Carthuſienſ. | | *Spiritus ſancti.* |
| De contemptu ſeculi. | | *Tu quicunque voles.* |
| Laudes beatæ Chriſtianæ prope Baſileam. | | *Poſtea quam meritis.* |
| Contra advocatos calumniantes. | | *Advocatorum mores* |
| De captivitate regis Maximiliani n) | | *Accipite ô reges.* |
| Elegia in mortem Imperatoris Frederici | | *Mirum nuper erat.* |
| Ad divum Maximilianum regem. | | *Quid juvat inclyte rex* |
| Variorum epigrammaton. | lib. I. | |
| Commendaticia carmina in varias impreſſiones. | | |

Compilavit præterea mira arte & ingenio, vulgari tamen & vernacula lingua libellum quendam, quem *navem Narragonia* appellavit. In quo cauſam & radicem omnium ſtultitiarum adeo eleganter expreſſit, mores hominum carpit, & quædam ſalutaria remedia ſingulis tradit, ut non jure ſtultorum librum, ſed divinam potius Satyram opus illud appellaſſet. Neſcio enim ſi quid tempeſtatis noſtræ uſibus ſalubrius, aut jocundius legi poſſet. Ajunt eum magnopere anniti, ut & latine, o) carmine pariter & oratione ſoluta opus illud quam primum prodeat. Vivit adhuc apud Baſileam, annos habens ætatis XXXVI. ejusque opera & induſtria impreſſores plurimum in exornandis libris ſuis uruntur. Varia enim conſcribit ſub Maximiliano Rom. rege, quem ſingulariter diligens plura de eo & ad eum ſuaviſſima (etiam ſecreta ut ajunt) condidit carmina. Anno quo hæc ſcribimus MCDXCIV. p)

CMXXV. JACOBUS *Wimphelingus* Sletſtetenſis, natione Teutonicus, Presbyter Eccleſiæ Spirenſis, vir in divinis eruditiſſimus, & in ſecularibus literis egregie doctus, theologus celeberrimus, Philoſophus, orator & poëta omnium præſtantiſſimus, primum apud Erfordiam, ac deinde in Heidelbergenſi gymnaſio philoſophiam, ſacramque ſcripturam publice ediſſerens, magnam eru-

graphum ſervatur in Bibliotheca Norimbergenſi teſte GeorgioRemo Epiſt. ad Jo. Kirchmannum inter Gudianas p. 219. *) natus A. 1459. Swinfurti.

m) Eloquentiæ ac Poëſeos Profeſſor & Cæſaris Bibliothecæ præfectus obiit Vindobonæ A. 1508. 4 Febr. Vide Lambecium T. I. p. 31. ſeq. & V. C. Nic. Hieron. Gundlingii Oria T. I. obſervat. 1. quæ eſt de vita fatis & ſcriptis Conradi Celtis. **) *Doctor* in libro Trithemii de ſcript. Germ. c. 258. n) Brugis facta A. 1488.

o) Stultiferam navem Latino carmine expreſſit *Jacobus Locher* cognomento Philomuſus, Svevus qui Sebaſtianum Brand Præceptorem ſuum jucundiſſimum appellat. Argent. 1497. 4. De aliis metaphraſibus Anglica, Belgica &c. nec non de aliis Brandi ſcriptis vide Heudreichii pandectas Brandenburg. p. 703. ſeq.

p) Obiit Baſileæ A. 1520.

Digitized Google

eruditionis ſuæ gloriam acquiſivit. Vir, inquam, undecunque doctiſſimus, ingenio ſubtilis, eloquio diſertus, qui & metro excellit & proſa, ſcripſit utroque genere quædam præclara opuſcula, quibus nomen ſuum longe lateque divulgavit. Equibus extant ſubjecta. Ad Bertholdum Archiepiſcopum Moguntinum, opus celeberrimum hexametro & pentametro verſu elegantiſſime compoſuit, quod prænotavit, de triplici candore

| | | |
|---|---|---|
| In laudem divæ Mariæ | lib. 1, | *Maxima noſtrarum ſpes.* |
| Præcepta Rhetorices. | lib. 1. | *Neſcio ſi tuum Theoderi.* |
| Laudes Spirenſis Eccleſiæ. | lib. 1. | |
| De Spiritu ſancto oratio. | lib. 1. | *Quemadmodum expeſt.* |
| Ad regem Franciæ oratio. | lib. 1. | *Luſtra jam octo fruenda.* |
| De arte poetica. | lib. 1. | *Carmina variigeneris multa.* |

Epiſtolas tam ad me quam ad alios multas, elegantesque compoſuit, quarum incertus eſt numerus. Ad inſtantiam Ludovici Spirenſis Epiſcopi officium de compaſſione beatæ Mariæ ſemper virginis compoſuit, quod per eandem diœceſim annuatim ſolenniter peragitur. Ad hunc Jacobum librum de luminaribus ſive illuſtribus viris Germaniæ *q)* jam pridem dedimus. Vivit ætate virili annos habens ferme tres & quadraginta, in inclyta civitate Spirenſi, & varia conſcribit, ſub Maximiliano Romanorum rege. Anno Domini quo nos hæc ſcripſimus. MCDXCIV. *r)*

CMXXVI. BAPTISTA *de Salis*, ordinis fratrum minorum provinciæ Januenſis, vir in divinis ſcripturis ſtudioſus & eruditus, & tam in utroque jure quam in ſeculari philoſophia egregie doctus, ingenio ſubtilis, ſermone ſcholaſticus: vita & converſatione devotus, & regularis diſciplinæ obſervantia præclarus, edidit quædam ad inſtructionem ſimplicium ſacerdotum neceſſaria opuſcula, quibus nomen ſuum longe lateque divulgavit. De quibus extat ſumma de caſibus in foro conſcientiæ valde utilis, quæ juxta nomen autoris vocatur

| | |
|---|---|
| Summa Baptiſtiniana. | lib. 1. |

Et quædam alia. Complevit eandem ſummam ſub Frederico Imperatore tertio. Et vivit adhuc ejus filio Maximiliano regnum tenente. Anno Domini, MCDXCIV.

CMXXVII. ENGELHARDUS *Funck s)* de Suobach, Francus orientalis, natione Teutonicus, vir doctus & undecunque peritus, philoſophus, orator & poeta inſignis, divinarum ſcripturarum & juris pontificii non ignarus, ingenio præſtans, & diſertus eloquio, metro excellens & proſa. Fertur utroque genere ſtyli quædam cudiſſe opuſcula, quibus nomen ſuum notificavit. Carmine elegiaco,

| | |
|---|---|
| De laude patriæ ſuæ. | lib. 1. |
| De annulo ſibi donato, | lib. 1. |
| Epiſtolas plures ad diverſos. | |
| Epigrammata varia. | |

Et alia complura. Claret Romæ, actor ſive advocatus cauſarum, & varia componit, ſub Maximiliano Rom. rege. Anno Domini, MCDXCIV.

CMXXVIII. JOHANNES *Langer* de Bolkenhan, Presbyter Vratislavienſis, vir in divinis ſcripturis ſtudioſus & eruditus, & ſecularis literaturæ non ignarus, ingenio præſtans, & diſertus eloquio, metro excellens & proſa, vita & converſatione Presbyterio dignus. Scripſit utroque ſtyli genere multa præclara opuſcula, quibus nomen ſuum notificavit. De quibus extat opus inſigne ad Georgium de Lapide dominum Steynaviæ, quod prænotavit,

| | | |
|---|---|---|
| De cenſibus & re. empt. *t)* | lib. 1. | *Ingenti hodie premor.* |
| Epiſtolarum ad diverſos | lib. 1. | |
| Carmina multa. | | |

Et alia complura. Vivit adhuc in Vratislavia & varia conſcribit, ſub Maximiliano Rom. rege, & Alexandro ſummo pontifice VI. Anno Domini, MCDXCIV.

CMXXIX. WERNERUS *Rolevinck*, de Laer, natione Teutonicus, patria Weſtphalus, *u)* ordinis Carthuſienſium, domus ſanctæ Barbaræ in Colonia Agrippina, vir in divinis ſcripturis ſtudioſiſſimus, & valde eruditus, ingenio excellens, vita & converſatione devotus, edidit multa præclara opuſcula, quibus ſe utilem præſentibus, & memorabilem reddidit futuris. E quibus extant ſubjecta: opus grande ſuper omnes epiſtolas Pauli, quod prænotavit,

| | | |
|---|---|---|
| Doctrinam Pauli | lib. XIV. | *Doctrina Pauli apoſtoli.* |
| De vita quoque Pauli | lib. VII. | *Sicuti fui cum Moyſe ſic.* |
| De valore miſſarum | lib. 1. | |
| De regimine principum, | lib. 1. | |
| De ſtudio theologiæ | lib. 1. | |



q) hic eſt liber Trithemii poſt præſentem de ſcriptoribus Eccleſiaſticis Catalogum A. 1495. editus de ſcriptoribus ſive viris illuſtribus Germaniæ, quem Jacobo iſti Sletſtatenſi auctor dicavit, & in ejus capite 263. plura Wimphelingii ſcripta memorat.

r) Obiit octogenario propior A. 1528. 16. Nov. Vide Erasmum XXIII. 10. Epiſt. Eliam du Pin T. XIV. Bibl. Eccleſiaſt. p. 117. & Burchardi Gotheiff. Struvii Bibl. antiquæ T. 1. p. 237. ſeq.

s) alias *Scintilla.* Trithem. c. 282. de ſcript. Germ. t) de recemptionibus. id. c. 283.

u) ex dioceſi Monaſterienſi. id. c. 246. ubi plura hujus Wereneri ſcripta commemorat.

Digitized by Google

| | | |
|---|---|---|
| Fasciculus temporum *x*) | lib. 1. | *Generatio & genera.* |
| Paradisus conscientiæ | lib. 1. | *Tulit Dominus Deus hominem.* |
| Sermones multi. | lib. 1. | |

Et alia complura. Vidi olim in ejus cellula tractatus paruos quidem, sed plures & utiles, quorum titulos jam à memoria tulit oblivio. Vivit adhuc in Carthusia Colonienſi, provectæ ætatis, & varia conscribit sub Maximiliano Roman. rege. Anno Domini quo ista scripsimus MCDXCIV. Indict. XII. *y*)

CMXXX. ARNOLDUS *Bostius*, natione Teutonicus, ordinis fratrum beatæ Mariæ semper virginis de monte Carmeli conventus Gandensis, vir in divinis scripturis studiosus & eruditus, & in secularibus literis egregie doctus, theologus, philosophus, orator, & poeta præclarus, ingenio acutus, eloquio disertus, vita & conversatione devotus, cujus ad me plures extant Epistolæ. Scripsit metro & prosa multa præclara opuscula, de quibus extant subjecta: volumen insigne carmine & prosa conscriptum, in quo luculenter ostendit ordinis sui Marianæ protectionis intuitu prærogativam originem & progressum, quod idcirco prænotari complacuit.

| | | |
|---|---|---|
| De patronatu Mariæ | lib. 1. | *Petisti vir clarissime* |
| De illustribus viris Carthusiensium | lib. 1. | *Venerabili & inter mis.* |
| De illustribus viris ordinis sui | lib. 1. | *Frater Arnoldus Bostius* |
| Contra Vincentium in novo castro, *z*) | lib. 1. | *Usquequo semper desipis.* |
| Epistolarum ad diversos | lib. 1. | |
| De quatuor novissimis | lib. 1. | |
| Carmina diversa. | | |

Et alia complura. Vivit adhuc Gandavi *) ætate virili & varia componit, multosque suo exemplo & scripturis ad sancta studia provocat. Anno Domini quo hæc scripsimus MCDXCIV.

CMXXXI. HENRICUS *Eusicus* Francus orientalis *a*) utriusque medicinæ *b*) professor egregius, multa edidit quæ posteritati parat. Item diverso & venusto charactere carminum opusculum pulcherrimum, quod intitulavit,

Scommata seu urbanos, & lepidos juvenum jocos.
In medicina opuscula plura.
Satyram in sophistas & dialecticos & humanitatis studii inimicos.
In laudes beatæ virginis

Et alia plura. Vivit adhuc quando hæc scripsimus sub Maximiliano rege. Anno Domini, MCDXCIV.

CMXXXII. EYTELWOLFUS *de Lapide*, vir nobilis, natione Teutonicus & Suevus, magni ingenii vir, & eloquentiæ Romanæ vehemens æmulator, & ob id *c*) magnum honorem apud Marchionem Brandenburgensem consecutus. Scripsit ad Georgium de Lapide avunculum suum, virum literarum amantissimum.

| | |
|---|---|
| De laudibus heroum & virorum illustrium | lib. 1. |
| Epistolare cultissimum. | |

Et alia quibus magnam Germaniæ laudem apud Rom. linguæ cultores pariet. Vivit adhuc hodie sub rege Maximiliano. Anno quo hæc scripsimus MCDXCIV.

CMXXXIII. RUDOLPHUS *Langius*, natione Teutonicus, monasterienſis Ecclesiæ in Westphalia canonicus, vir in divinis scripturis studiosus, & in secularibus literis eruditissimus philosophus, orator, & poeta celeberrimus, ingenio subtilis, & disertus eloquio. Scripsit tam metro quam prosa multa præclara opuscula, quibus nomen suum cum ingenti gloria longe lateque divulgavit, de quibus extant subjecta. Ad Hermannum Langium ejusdem Ecclesiæ decanum,

| | | |
|---|---|---|
| De urbe Hierosolyma, | lib. II. | *Splendidissima quondam.* |
| Ad decanum Colonienſem carminum, | lib. 1. | *Clara quem virtus supe.* |
| De obsidione Nusienſis urbis, *d*) | lib. 1. | |
| De tribus Magis carmen, *e*) | lib. 1. | |
| Epistolæ plures ad diversos. | | |
| Carmina quoque varia. | | |

Et alia complura. Vivit adhuc admodum senex in civitate Monasterienſi, multa componens sub Maximiliano rege Rom. Anno Domini quo ista scripsimus MCDXCIV.

CMXXXIV. SEBASTIANUS *Murrho* Colmarienſis, natione Teutonicus, Presbyter & canonicus in Colmaria, vir in divinis scripturis studiosus & eruditus, & in secularibus literis doctissimus

*x*) Chronicon ab orbe condito ad tempora Sixti IV. sive A. 1470. quod deinde ad 1474. & denique ad 1480. continuavit. Plenior editio est in Scriptoribus Germanicis Jo. Pistorii T. 2. p. 580.

*y*) Obiit A. 1502. ætat. 77. *z*) Ord. Prædicatorum, purissimam Dei genitricis conceptionem impugnantem. Trithem. c. 269. de script. Germ. Vide & infra c. 934. 937.

*) A. 1495. in nova Sion, coenobio monialium prope Brugas, annos ætatis XLV. supergressus id.

*a*) de monte Norico alias Nurenberga. id. c. 256. ubi ait eundem Augustæ ac deinde in Francfordia practicam artis suæ professum. *b*) Theoreticæ & Practicæ.

*c*) ob eruditionem & sapientiam naturalem. Trithem. c. 295. de script. Germ. ubi notat eum fuisse discipulum Magistri *Grafthonis Udenhemii* optimi & vigilantissimi juventutis Sletstatinæ institutoris.

*d*) à Carolo Duce Burgundiæ. Trithem. c. 239. de script. Germ. *e*) sapphicum, id.

Digitized by Google

ctiſſimus, philoſophus, orator, poeta & cosmographus inſignis, trium linguarum, hebraicæ, græcæ ac latinæ peritiſſimus, legum & canonum notitia celebris, in architectura, muſica & toto quadruvio *g)* nulli ſecundus, ſcripſit inter alia: Ad Jacobum Wimphelingum Sletſtetenſem (cujus ſupra *h)* meminimus) breve, ſed perpulchrum,

Epitoma de laudibus Germanorum. lib. 1.
In Baptiſtæ Mantuani opera. lib. 1.
Epiſtolas ad diverſos.

Et quædam alia. Vivit hodie in Colmaria ubi canonicus eſt & varia conſcribit, quæ indies publicanda ſperamus, ſub Maximiliano Rom. rege. Anno Domini quo nos iſta ſcripſimus, MCDXCIV.

CMXXXV. CAROLUS *Phernandus*, *) natione Teutonicus, Brugis oppido Flandriæ ortus, à parua ætate captus oculis *i)* & ob id elementorum quoque penitus ignarus, tantum ſui miraculum præbet, ut velut alter Homerus poeta, muſicus, philoſophus & orator celeberrimus evaſerit, divinarum quoque ſcripturarum ſagaciſſimus interpres, carmine excellens & proſa, ingenio ſubtilis, eloquio diſertus, vita & converſatione integerrimus, qui à rege Gallorum publico & perpetuo donatus ſtipendio in celeberrimo gymnaſio Pariſienſi multo tempore literas humanitatis egregie docuit, & authores complures pulcherrime expoſuit. Demum contemptis omnibus, mundum cum ſuis ſtipendiis deſeruit, & ante biennium ferme ordinem divi patris noſtri Benedicti intravit, in monaſterio probe reformato quod Caſale Benedictum appellatur, ſitum in quadam ſylva denſiſſima decem à Bituricenſi civitate ferme millibus diſtante, in quo usque hodie perſeverat, magno fervens zelo animarum, adeo ut diſpenſatione apoſtolica Levita ordinatus, verbum Dei cum maximo omnium fructu & admiratione publice prædicet. Scripſit tam metro quam proſa multa præclara volumina, quibus nomen ſuum poſteritati commendavit. In decertationem metricam Ruperti Gaguini *k)* de puriſſima conceptione ſacræ Dei genetricis & virginis Mariæ, adverſus Vincentium de Caſtronovo ordinis prædicatorum opus elegantiſſimum,

Commentariorum lib. 1. *Non ambigimus ab Apoſtolo.*
Laudes ordinis Carmelitarum. lib. 1. *Dum tela vertit Parthus.*
Odarum in laudem Chriſti. lib. IV.
De conceptione contra Vincentium. lib. 1.
Carmen Jambicum de eadem. lib. 1. *Quantum creatis antecel.*
Orationem de conceptione ad Carthuſienſes lib. 1.
De S. Catharina orationem. lib. 1.
Epiſtolarum multarum. lib. II.
Carmina ferme innumera lib. 1.
Elegias de contemptu mundi. lib. 1.

Et alia multa. Vivit hodie cæcus, ſed doctiſſimus in præfato cœnobio multa ac varia componens, ſub Maximiliano Romanorum rege, & ſummo pontifice Alexandro VI. Anno Domini quo iſta ſcripſimus. MCDXCIV. Indictione XII. *l)*

CMXXXVI. JOHANNES *Phernandus* frater prædicti Caroli, natione & ipſe Teutonicus, vir undecunque doctiſſimus, philoſophus, orator & poeta celeberrimus, & divinarum ſcripturarum non ignarus, ingenio ſubtilis & diſertus eloquio, quem rex Gallorum perpetuo ſtipendio donans ſibi in mulcum deſumpſit, ſcripſit tam metro quam proſa multa utilia & devotioni congrua opuſcula, quibus nomen ſuum ad multorum notitiam deduxit. E quibus extant ſubjecta.

De ſancto Johanne Baptiſta. lib. 1. *Quo vite plectro quam.*
Orationes multæ & variæ. lib. 1.
Epiſtolarum ad diverſos. lib. 1.
Carmina & Epigrammata plura,

Et alia multa. Scripſit etiam horas ſanctæ Crucis, & compaſſionis ſanctæ Mariæ virginis eleganti carmine, quæ Pariſiis nuper impreſſæ circumferuntur. Vivit usque hodie apud regem Franciæ *m)* maximo in pretio, & varia componit, ſub Maximiliano Rom. rege. Anno Domini quo nos hæc ſcripſimus MCDXCIV.

CMXXXVII. HIERONYMUS *Donatus* Patricius Venetus, vir clariſſimus, in divinis ſcripturis ſtudioſus, & in ſecularibus literis eruditiſſimus, utriusque linguæ celeberrimus interpres, ingenio excellens & diſertus eloquio, qui licet uxoris & filiorum cura jam diſtrahatur, mirabili tamen diligentia & incredibili ſtudio fervet literarum, multa indies ſcribens. E græco multa transferens, quæ ſi alius etiam omni cura ſolutus conderet, poſſet eſſe miraculi. E quibus extant,



*f)* quanquam ſunt qui illum vita exceſſiſſe dicant hoc anno 1495. id.
*g)* *Quadrivium* Caſſiodoro lib. 1. Variar. Epiſt. 45. *quadrifaria Matheſeos janua*, Arithmetica, Geometria, Muſica & Aſtronomia, quemadmodum *Trivium* Grammatica, Rhetorica, Logica.
*h)* ſupra cap. 924.
*) Fernandus aliis. *i)* ſimile exemplum cœci eruditi fuit cap. 876.
*k)* de quo c. 913. *l)* obiit A. 1496. Vide Valerii Andreæ Bibl. Belgic. p. 121. *m)* Carolum VIII.

| | |
|---|---|
| Oratio ad regem Luſitaniæ. | lib. 1. |
| Orationes quoque variæ. | lib. 1. |
| Epiſtolarum ad diverſos. | lib. 1. |

Et alia complura. In latinum vertit Johannem Damaſcenum de immaculatis myſteriis. Dionyſium quoque de divinis nominibus, & quasdam ipſius Epiſtolas. Volumen etiam de anima Alexandri Aphrodiſei philoſophi. Et alia multa. Vivit usque hodie Venetiis annos natus ſeptem & triginta, varia conſcribens & vertens ſub Maximiliano Romanor. clariſſimo rege. Anno Domini, MCDXCIV. *n*)

CMXXXVIII. JUDOCUS *Badius* Gandenſis, *o*) natione Teutonicus, vir in ſecularibus literis eruditiſſimus, & divinarum ſcripturarum non ignarus, philoſophus, rhetor & poeta clariſſimus, ingenio excellens, & diſertus eloquio, qui olim Ferrariæ Baptiſtam Guarinum *p*) literas græcas docentem audivit, & in ea quoque ſcientia doctus evaſit. Lugdunum modo eruditione ſua exornat, *q*) poetas legit publice & privatim, plures magnatum filios inſtruens, ſcripſit carmine & proſa multa præclara opuſcula, de quibus extant ſubjecta. Opus metricum inſigne contra vitia quod prænotavit,

| | |
|---|---|
| Sylvam moralem | lib. 1. |
| Contra Vincentium *r*) quoque. | lib. 1. *Vincenti infelix qua.* |
| Pſalterium Mariæ ſapphicis | lib. 1. *Quam chorus vatum re.* |
| De grammatica quoque, | lib. 1. |
| Epigrammata plura, | lib. 1. |
| Epiſtolæ variæ. | |

Et alia complura. Vivit usque hodie annos natus duos & triginta, multa & varia componens ſub Maximiliano inclyto rege. Anno Domini, MCDXCIV. Indict. XII. *s*)

CMXXXIX. HELIAS *Regnier*, jureconſultus celeberrimus, & tam in divinis ſcripturis quam in ſæculari philoſophia egregie doctus, ingenio ſubtilis, eloquio clarus, conſilio cautus, qui in gymnaſio Pictavienſi jura multo tempore publice docuit, ſcripſit quædam præclara opuſcula, quibus memoriam ſui poſteris commendavit. E quibus ego vidi tantum ſubjecta, opus celebre, quod continet

| | |
|---|---|
| Caſus ſexti Decretalium | lib. 1. *Bonifacius octavus condi.* |
| Caſus Clementinarum | lib. 11. *Johannes Epiſcopus. Divide.* |

De aliis nihil vidi. Vivit adhuc in univerſitate Pictavienſi, ſub Maximiliano rege. Anno Domini, MCDXCIV.

CMXL. RUTGERUS *t*) *Venray*, natione Teutonicus, ordinis canonicorum regularium ſancti Auguſtini cœnobii divi apoſtoli Petri, *u*) quod non longe à Wormacia ſitum, Heyne dicitur, vir in divinis ſcripturis ſtudioſus. & ſecularis literaturæ non ignarus, metro exercitatus & proſa. Scripſit utroque genere quædam non ſpernenda opuſcula, de quibus extant ſubjecta, Tetralogus, quem prænotavit

| | |
|---|---|
| De inſtitutione puerili | lib. 11. *Cum pueriles animadverte.* |
| De inquiſitione beatæ vitæ | lib. 11. *Sub anno quo Ceres je.* |
| Hymnorum de ſancta Maria | lib. 11. *Ecce Dei matris Mariæ.* |
| De vario uſu literarum | lib. 11. *Tametſi optime Petre.* |
| De re mirabili | lib. 11. *Adcognoſcendam verſu.* |
| De rebus novis | lib. 11. *Complura animo voluntati.* |
| De metrorum generibus | lib. 1. *Familiariſſime in Chriſto.* |
| De accentibus Latinorum, | lib. 11. *Hic tetralogus qui de.* |
| Panegyricus ad me, | lib. 1. *Reverendo in Chriſto patri.* |
| Epigrammata varia. | |

Et quædam alia. Audio eum ad me opus cudere de calamitatibus horum temporum, quod necdum vidi. Epiſtolas tam ad me quam ad alios carmine ac oratione ſoluta plurimas perſcripſit non inelegantes. Vivit usque hodie *x*) & varia componir ſub Maximiliano rege Rom. & Alexandro Papa ſexto. Anno Domini, quo nos iſta ſcripſimus. MCDXCIV.

CMXLI. JUDOCUS *Berſſeline* regiæ urbis Aquenſis patricius, *y*) natione Teutonicus, vir in ſcripturis ſanctis ſtudioſus, & in ſecularibus literis eruditiſſimus, philoſophus clarus, orator facundus, & poeta inſignis, qui licet uxoris & rei familiaris curaſit neceſſario diſtractus, incredibili tamen amore fervet ſcripturarum, multa indies ſcribens & componens, quibus nomen ſuum cum ingenti gloria ubique divulgatur. E quibus extant ſubjecta, Dialogus pulcherrimus ad Hermolaum Barbarum, Platonicorum more,

De

*n*) Obiit circa A. 1515. ut colligas ex Jovii elog. p. 110.

*o*) ex Gandavo. Trithem. c. 271. de ſcript. Germ. Sed natum conſtat A. 1462. in Aſca agri Bruxellenſis municipio, licet Gandavi educatus ſit. Unde Aſcenſius vulgo appellatur. Confer Valerium Andream in Bibl. Belgica p. 588. ſeq. Aub. Miræum elog. Belg. &c. *p*) de quo ſupra, c. 909.

*q*) Poſtea Pariſios ſe contulit, plurimis inſignibus libris ex typographia ſua emiſſis celeberrimus.

*r*) eum de quo c. 929. & 934. *s*) obiit valde ſenex A. 1535. Vide Bælii dictionar. in *Badius*.

*t*) Rutgerus Sicambet de Venray, patria Gelrenſis. ita Trithem. de ſcript. Germ. c. 262.

*u*) Petri Dumetenſis, vulgariter Heynenſis. id.

*x*) annos ferme habens tres & quadraginta. id. *y*) & amicum decus, id. c. 270.

Digitized by Google

| | | |
|---|---|---|
| De optimo genere muſicorum, | lib. 1. | *Perduxi vos ô Hermo,* |
| De Chriſtiano ambitu, | lib. 1. | *Eſt tibi omnia ſuppetunt.* |
| Epitoma ſtimuli amoris | lib. 1. | *Cum per hac Chriſti na.* |
| De roſacea Mariæ corona | lib. 1. | *Roſaceam Auguſtiſſime,* |
| Roſarium metricum, | lib. 1. | *Quisquis amat roſeam,* |
| De roſarii myſteriis | lib. 1. | *Egredimini filiæ Sion.* |
| Roſarium de ſacramento altaris, | lib. 1. | *Pane ſub hoc modico.* |
| Geſta Flandrenſium, | lib. 1. | |
| Orationes elegantiſſimæ, | | |
| Epiſtolæ quoque plures. | | |
| Carmina & Epigrammata multa. | | |

Et quædam alia. Vivit usque hodie Aquisgrani utriusque juris clariſſimus interpres & varia conſcribit ſub Maximiliano Romanorum rege. Anno Domini quo nos iſta ſcripſimus MCDXCIV.

CMXLII. HIERONYMUS *Balbus*, *z*) vir celeberrimæ opinionis, in omnibus diſciplinis, bonarum artium egregie doctus, philoſophus clarus, & rhetor facundus, metro excellens & proſa, ingenio præſtans, & diſertus eloquio, qui docendo, legendo publice & ſcribendo, magnam gloriam apud Gallos & Pariſienſes commeruit. Scripſit quædam ingenii ſui præclara opuſcula, quibus nomen ſuum poſteritati commendavit. E quibus ego adhuc vidi tantum, volumen magnis eloquentiæ ſalibus conditum, in quo calumniis reſpondet cujusdam Guilhelmi Tardivi rhetoris, per modum dialogi ſub ſuo, Caroli Phernandi, *) Petri Cohardi, & ipſius inſenſoris nominibus, cui titulum impoſuit,

Rhetoris glorioſi lib. 1. *Inter ea officia quibus.*

De aliis nihil vidi. Vivit adhuc in Gallia ſcribens & varia componens, ſub Maximiliano Rom. rege illuſtriſſimo. Anno Domini, MCDXCIV.

CMXLIII. EGIDIUS *Neteelet*, decanus Eccleſiæ Cameracenſis, vir in divinis ſcripturis ſtudioſus & eruditus, & ſecularis literaturæ non ignarus, ingenio præſtans, vita & converſatione præclarus, & ſingulari devotione conſpicuus, edidit quædam præclara volumina, quibus nomen ſuum notificavit. E quibus extat opus celeberrimum omni ſtatui neceſſarium quod mirabili induſtria, pulcherrimaque conſequentia in unum comportavit ex epiſtolis

Sancti Hieronymi Presbyteri, lib. IV.

Cætera me latent. Vivit usque hodie in civitate Cameracenſi, vita & doctrina celeberrimus & varia componit, ſub Maximiliano Romanorum rege clariſſimo & ſummo ponrifice Alexandro ſexto. Anno Domini, MCDXCIV.

CMXLIV. PHILIPPUS Callimachus, *a*) natione Italus, patria Florentinus, *b*) regis Poloniæ ſecretarius, undecunque doctiſſimus philoſophus clarus, orator facundus & poeta inſignis, ac divinarum ſcripturarum non ignarus, ingenio præſtans & diſertus eloquio. Fertur multa præclara cudiſſe opuſcula, quibus memoriam ſui poſteris reliquit. De quorum numero ſubjecta feruntur. Opus inſigne de geſtis Attilæ regis impii, quod prænotavit:

| | |
|---|---|
| Attilam | lib. 1. |
| Hiſtoria Polonica contra Turcum | lib. 1. |
| De moribus Tartarorum, | lib. 1. |
| Amorum, diverſo metro, | lib. 1. |

Et alia complura. Vivit usque hodie apud regem Poloniæ, *c*) maximo in pretio, & varia conſcribit, ſub Maximiliano Romanorum rege Anno Domini, quo hæc ſcripſimus. MCDXCIV. Indictione duodecima. *d*)

CMXLV. PAULUS *Niavis*, *e*) natione Teutonicus, vir in literis humanitatis *ee*) egregie doctus, & divinarum ſcripturarum non ignarus, philoſophus & rhetor celeberrimus, ingenio præſtans & diſertus eloquio, docendo & ſcribendo varia in gymnaſio Lyptzenſi magnam nomini ſuo famam acquiſivit, ſcripſit enim quædam præclara opuſcula, quorum lectio non venit contemnenda. De quibus ſubjecta feruntur. Opuſculum pro novitiis religioſis,

| | | |
|---|---|---|
| De inſtitutione latinizandi. | lib. 1. | *Cum ego ſepius cogita.* |
| Viſio cujusdam heremitæ. | lib. 1. | *Nemus ingens liquide.* |
| Colores artis rhetorices. | lib. 1. | *Voluiſti quondam eleg.* |
| Dialogus idiotæ. *f*) | lib. 1. | *Cum repeterem ſæpe nu.* |
| Epiſtolæ breves formales, | lib. 1. | *Magnam ſolet vim.* |
| Epiſtolæ ad idem mediocres, | lib. 1. | *Politicus ſum vir bo.* |
| Epiſtolæ quoque longiores. | lib. 1. | *Magnam concipio & in.* |



*z*) Hendreichius in Pandect. Brandenb. p. 390. Hieronymum hunc Balbum, natione quem vocat Gallum ab Hieronymo Balbo Veneto diſtinguit, & tamen de Veneto laudat Trithemium. *) de quo ſupra. c. 934.

*a*) Philippus Bonaccurſius Græco nomine Callimachi notior, Experiens etiam cognominatus, quod magnis & multis legationibus functus eſſet & in aula Polonica uſu & auctoritate plurimum poſſet.

*b*) Jaënſis è Geminiano Hetruriæ opido, ditionis tum Florentinæ. Vide Diarium Venetum Giornale d' Italia T. 26. p. 383. ſeq. Et de ſcriptis hujus Callimachi accuratam diſſertationem p. 419. ſeq.

*c*) Caſimirum IV. & Jo. Albertum. *d*) obiit A. 1496. 1. Nov.

*e*) vulgo: Schnefogel. Trithem. c. 284. de ſcript. Germ. *ee*) maxime in Rhetorica, id.

*f*) inter idiotam beatum & doctum Gymnoſophiſtam. id.

tized by Google

Et quædam alia. Vivit usque hodie in Germania, varia componens sub Maximiliano rege Romanorum illustrissimo. Anno Domini quo nos ista scripsimus MCDXCIV.

CMXLVI. BOUSLAUS *de Hassenstein*, natione Germanus, vir nobilis & undecunque doctissimus, orator & poeta insignis, qui præter consuetudinem cæterorum nobilium hujus tempestatis & arma tractat, & mirabili studio literas colit, fovet & celebrat, ut velut alter Plinius secundus etiam militando libros & carmina conficiat, scripsit tam metro quam prosa quædam præclara opuscula, quibus nomen suum notificavit. E quibus extant subjecta,

Opus præclarum de Germanorum & Italorum inventis propriis. lib. 1.
Carminum quoque. lib. 1.
Epistolæ variæ.

Et alia complura. Vivit usque hodie in castro suo Hassenstein & varia conscribit sub Maximiliano Romanorum rege præstantissimo. Anno Domini MCDXCIV. Indict. XII.

CMXLVII. HENRICUS *Northeymensis, g)* natione Teutonicus, vir in secularibus literis studiosus & eruditus, & divinarum scripturarum non ignarus, ingenio subtilis & disertus eloquio, metro excellens & prosa; scripsit quædam non spernendæ lectionis opuscula, quibus nomen suum posteritati cum gloria commendavit. E quibus ego vidi duntaxat, opus illud præclarum quod metro & prosa conscripsit ad Fredericum Marchionem Mysnæ, *h)* ac ducem Saxoniæ, Dimetromachiam prænotatum,

De virtutum & vitiorum conflictu. lib. 1. *Te mea laurigeros*

De cæteris quæ composuit, nihil ad notitiam meam pervenit. Vivit usque hodie varia conscribens, sub Maximiliano Romanorum rege illustrissimo & summo pontifice Alexandro sexto. Anno Domini MCDXCIV.

CMXLVIII. AQUINUS ordinis fratrum prædicatorum ex Suedia *i)* habens vitæ originem, vir in divinis scripturis studiosus & secularis literaturæ non ignarus, philosophus celebris & mathematicus præclarus, ingenio excellens, & comptus eloquio, imitatus Boëtium, scripsit commendatissimum opus de numerorum & sonorum

Proportionibus. lib. 1.
Epistolas quasdam.

Et quædam alia. Vivit usque hodie apud ducem Bavariæ Ottonem in pretio, & varia conscribit, sub Maximiliano rege invictissimo. Anno Domini MCDXCIV. Indictione XII.

CMXLIX. ALBERTUS *de Prusa*, natione Polonus, Gymnasii Cracoviensis collegiatus, vir in divinis scripturis studiosus & eruditus, in sæcularibus quoque literis egregie doctus, Theologus, Philosophus, & Astronomus insignis. Carmine Conradi Celtis *k)* astrorum peritia laudatus, ingenio præstans & clarus eloquio, scripsit non contemnendæ lectionis plura opuscula, quibus nomen suum notificavit. Sed pauca eorum ad notitiam meam pervenerunt,

In Georgii Burbachii *l)* Theoricas, commentariorum lib. 1.
Ad ephemeridas Konisperg. **)* lib. 1.

Et quædam alia. Vivit adhuc in Gymnasio Cracoviensi, varia componens sub Maximiliano Romanorum rege. Anno Domini quo ista scribimus MCDXCIV. Indicti. XII.

CML. THEODERICUS *de Ofenbruck*, natione Teutonicus, ordinis fratrum minorum provinciæ Colonienlis, vir in divinis scripturis exercitatus, declamator sermonum popularium famosissimus, cujus vitam omnes qui eum noverunt sanctissimam hoc tempore prædicant, in sermonibus faciendis ad populum tanta gratia divinitus illustratur, tanta facundia loquitur, tanta denique compunctione dulcedine afficit auditores suos, ut similem apud Germanos habuerit neminem. Unde & per totam provinciam generalis prædicator constitutus est. Legit mihi nuper dum Coloniæ mecum esset, opusculum insigne & devotioni congruum, quod composuerat ad instantiam Hermanni Archiepiscopi Colonienlis,

De passione Domini, lib. 1. *Reverendissimo in Christo.*
Manuale simplicium, lib. 1. *Quia sicut Augusti.*
De exercitio interiori lib. 1. *Qui perseveraverit.*

Et quædam alia. Vivit adhuc in provincia Colonienli, cœpto fortiter instans officio, sub Maximiliano Rege, & Alexandro Papa sexto. Anno Domini MCDXCIV.

CMLI. BARTHOLOMÆUS *Colonienlis, m)* natione Teutonicus, vir in secularibus literis egregie doctus, ingenio subtilis, & disertus eloquio, philosophus, & poeta præclarus, cujus carmina etiam doctissimi poetæ & mirantur, & laudibus attollunt. Scripsit utroque stylo nonnulla celebranda opuscula, quibus nomen suum notificavit. E quibus ego hucusque vidi tantum opusculum de laudibus Philosophiæ, metro compositum quod prænotavit:

Sylvam carminum, lib. 1. *Cur Plutoni aurum pra.*
De secta Diogenis, lib. 1. *Quisquis avet cynicè.*
Epistolam mythologicam.

De aliis nihil vidi. Vivit usque hodie Daventriæ varia componens, sub Maximiliano rege, & Alexandro summo pontifice sexto. Anno Domini, quo hæc scripsimus MCDXCIV.

CMLII.

*g)* ex Northeym oppido Saxoniæ, id. c. 285. *h)* Misniæ.
*i)* Suevum Germanum vocat Altamura p. 215. Bibl. Dominican. *k)* de quo c. 922. *l)* de quo c. 317.
**)* Joannis Regiomontani. *m)* de Colonia Agrippina Trithem. c. 287. de script. Germ.

CMLII. JOHANNES *Thurotus* Pannonius, vir in ſecularibus literis ſtudioſus & exercitatus, ac divinarum ſcripturarum non ignarus, ingenio præſtans, & clarus eloquio. Fertur nonnulla cudiſſe opuſcula, quibus nomen ſuum notificavit. E quibus extat volumen non abjiciendum, quod multa induſtria comportavit, continens

Chronicam Hungariæ *p*) lib. III. *Jugi ocio his annis no.*

Et quædam alia. Vivere adhuc dicitur, & varia componere, ſub Maximiliano rege. Anno Domini, MCDXCIV.

CMLIII. HIERONYMUS *q*) *de Padua*, natione Italus, vir in divinis ſcripturis ſtudioſus, & in ſecularibus literis egregie doctus, philoſophus, & poeta præclarus, ingenio excellens, & diſertus eloquio. Scripſit quædam non contemnendæ lectionis opuſcula, quibus memoriam ſui poſteris commendavit. E quibus extat libellus *r*) pulcherrimus, *Jeſuida s*), prænotatus, ad Petrum Donatum Paduanæ urbis Epiſcopum, metrice,

De paſſione Domini lib. I. *Maxime cœlicolum ſu.*

Extant ejus & alia. Vivere adhuc dicitur, & varia componere, ſub Maximiliano rege. Anno Domini, MCDXCIV. *t*)

CMLIV. FRANCISCUS *Mataracius u*) Peruſinus, vir in ſecularibus literis eruditus, & divinarum ſcripturarum non ignarus, philoſophus, orator, & poeta celeberrimus, & in utraque lingua peritiſſimus, ingenio excellens, & diſertus eloquio. Scripſit quædam præclara opuſcula, quibus memoriam ſui poſteris reliquit. E quibus extat opuſculum celeberrimum ad Petrum Paulum Cornelium, adoleſcentem,

De componendis verſibus lib. I. *Poeticam artem veteres.*
Epiſtolarum ad diverſos lib. I.
Epigrammata multa.

Et alia complura. Claruit ſub Frederico Imperatore tertio, & Sixto ſummo pontifice quarto. *x*)

CMLV. DOMINICUS *Mancinus*, *y*) vir in divinis ſcripturis admodum eruditus & in ſecularibus literis egregie doctus, metro excellens & proſa, ingenio ſubtilis, & clarus eloquio. Scripſit quædam probata opuſcula, quibus nomen ſuum divulgavit. E quibus ego legi duntaxat tractatum illum quem eleganti metro compoſuit

De paſſione Domini, lib. I. *Non hominum laudes, nec.*

Scripſit & alia. Vivere adhuc dicitur, & varia conſcribere, ſub Maximiliano Romanorum rege nobiliſſimo. Anno Domini, quo nos iſta ſcripſimus MCDXCIV.

CMLVI. LUDOVICUS *Brunus*, natione Italus, de Marchionatu montis Ferrati, vir undecunque doctiſſimus, utriusque juris Profeſſor & celeberrimus interpres, poeta Laureatus, philoſophus, & orator inſignis, ac divinarum ſcripturarum non ignarus, ingenio excellens, & diſertus eloquio. Fertur utroque genere ſcribendi multa præclara cudiſſe opuſcula, ſed nihil eorum ad manus noſtras memini perveniſſe, præter illum tractatum quem eleganti carmine deſcripſit,

In coronatione Maximiliani regis *z*) lib. I. *Sancta per æternum pe.*

De cæteris nihil vidi. Vivit adhuc, & varia conſcribere dicitur, ſub eodem rege Maximiliano. Anno Domini, MCDXCIV.

CMLVII. JACOBUS *Sprenger*, natione Teutonicus, ordinis fratrum prædicatorum, provincialis Colonienſis, vir in divinis ſcripturis ſtudioſus & eruditus, & ſæculatis Philoſophiæ non ignarus, ingenio præſtans, & apertus eloquio, cum pridem eſſet ab Innocentio Papa octavo inquiſitor hæreticæ pravitatis conſtitutus una cum *Henrico Inſtitoris a*) ejusdem ordinis theologo, comportavit, & ſcripſit eodem collega ſuo juvante volumen contra maleficas mulierculas Diaboli inſtrumenta pro cautela ſimplicium quod prænotavit:

Malleum maleficarum lib. III. *Utrum aſſerere maleſi.*

Sed quid amplius ſcripſerit neſcio.

Vivit usque hodie in Conventu ſuo Colonienſi ſub Maximiliano Rege Romanorum clementiſſimo. Anno Domini, quo hæc ſcripſimus MCDXCIV. Indict. XII.

CMLVIII. JOHANNES *Tholoſus*, *b*) natione Teutonicus, ex Francia orientali, quæ Fran-



*p*) De hac Thurocii Hiſtoria Hungariæ ab Attila ad Coronationem Regis Matthiæ Corvini A. 1464. factam edita primum Auguſtæ Vindel. 1482. & inter ſcriptores rerum Hungar. Francof. 1600. fol. recuſa, vide Davidis Czwittingeri ſpecimen Hungariæ literatæ p. 392. ſeq. *q*) Valle.

*r*) Hunc velut priſci ſcriptoris ineditum poëma in antiquiſſima, ut ait membrana, repertum edidit & Abdiæ ſuo præmiſit Wolfg. Lazius Baſil. 1550. fol. Cum jam ſub Hieronymi Paduani nomine prodiiſſet Viennæ A. 1510. 4.

*s*) *Jeſuida* dixit, ut Æneida, Male in edit. Wechel. Trithemii *Jeſuita*.

*t*) Illo tempore jam obierat. Vide Diarium Venetum Giornale d' Italia T. X. p. 487.

*u*) Maturantius. Vide Auguſtinum Oldoinum in Athenæo Peruſino p. 116 ſeq.

*x*) obiit A. 1518. (al. 1512.) id. *y*) Hujus libellum pulchrum elegis ſcriptum de quatuor Virtutibus & officiis ad bene beateque vivendum pertinentibus, quem Mancinus jam ſenex Friderico Severinati Epiſcopo Malleacenſi dicatum Lipſiæ A. 1516. edidit, recuſum habemus Helmſtad. 1691. 8. curante eruditiſſ. Viro Hermanno ab Hardt.

*z*) Exſtat in Tomo II. rerum Germanicar. ſcriptorum Marqu. Freheri, T. 2. Francof. 1637. & nuper C. V. Burchardo Gotthelf Struvio curante recuſorum Argentorat. 1717. fol.

*a*) conſer de utroque Altamuræ Bibl. Dominicanam p. 205. & 215.

*b*) Perperam in aliis *Tholoſus* vel in libro de ſcript. Germ. c. 273. p. 177. edit. Wechel. *Tholaſus*.

conia dicitur oriundus, canonicus Ratiſponenſis, & præpoſitus Forchemenſis, vir in divinis ſcripturis ſtudioſus & eruditus, & in ſecularibus literis egregie doctus, pontificii juris doctor inſignis, Aſtronomus, Cosmographus, & Poeta celeberrimus, ingenio ſubtilis & diſertus eloquio, ſcripſit tam metro quam proſa quædam præclara opuſcula, quibus nomen ſuum poſteris commendavit. Sed nihil eorum ad manus noſtras memini perveniſſe. Feruntur autem ab his qui hominem probe noverunt, ejus in diverſis rebus

Epiſtolæ elegantes. lib. 1.
Et quædam in Mathematica.

Et quædam alia. Vivit usque hodie in civitate Ratiſponenſi provinciæ Noricorum & varia conſcribit, maximus doctorum hominum fautor, ſub Maximiliano rege Romanorum, & Alexandro Papa ſexto. Anno Domini, MCDXCIV. Indictione duodecima.

CMLIX. ADAM *Wernerus*, *c)* Themarenſis, natione Teutonicus, vir in ſecularibus literis egregie doctus, & divinarum ſcripturarum non ignarus, philoſophus & poeta non futilis, ac juris Cæſarei clariſſimus interpres, ingenio præſtans & diſertus eloquio, varia ſcribit, metro ludens & proſa, quibus nomen ſuum longe lateque notificavit. Extant ejus & multa & elegantiſſima carmina ſparſim de diverſis rebus & materiis,

Carminum ad me. lib. 1. *Reverendo in Chriſto patri.*
Epiſtolæ quoque multæ.
Ad me cudit de ſancta Anna. lib. 1.

Alia inſuper complura ſcripſit & ſcribit indies publicanda. Vivit usque hodie apud Heydelbergam pædagogus juvenum principum, ſub Maximiliano rege. Anno Domini quo iſta conſcripſimus MCDXCIV.

CMLX. JOHANNES *de Duſeldorp*, natione Teutonicus, ordinis fratrum beatæ Mariæ ſemper virginis de monte Carmeli, prior Argentinenſis, vir in divinis ſcripturis ſtudioſus & eruditus, & ſæcularis philoſophiæ non ignarus, Theologicæ facultatis celeberrimus interpres, ingenio præſtans & vita præclarus, dicitur multa ſcribere, ſed celare. Vidi quosdam ipſius tractatus, quorum titulos nunc ad memoriam revocare non potui. Vivit usque hodie apud Argentinam ſub Maximiliano Romanorum Rege clementiſſimo. Anno Domini, MCDXCIV. Indictione duodecima.

CMLXI. THEODERICUS *Ulſenius* homo Phryſius ſingularis eruditionis & peritiæ in carmine & oratione. Inter quæ extant ejus,

Elegiæ cultæ.
Et alia Epigrammata.

Et alia plura *d)* quæ ad poſteritatem ventura ſunt. Vivit adhuc ſub Maximiliano Rege Romanorum. Anno Domini, MCDXCIV.

CMLXII. HARTMANNUS *Schedel* Nurenbergenſis natione Teutonicus, artium & medicinæ doctor, divinarum quoque ſcripturarum non ignarus, ingenio præſtans & clarus eloquio, comportavit & ſcripſit inter alia ingenii ſui opuſcula, ex Jacobo Pergomenſi *e)* & aliis hiſtoriographis addens nonnulla maxime de rebus Germanorum, opus grande & inſigne, quod continet

Hiſtorias temporum, *f)* lib. 1.
De cæteris nihil vidi.

Vivit usque hodie apud Nurenbergam, ſub Maximiliano Rege. Anno Domini, MCDXCIV.

CMLXIII. JOHANNES *g)* Abbas monaſterii ſancti Martini Epiſcopi in Spanhem, ordinis divi patris Benedicti, Moguntinæ diœceſis, natione Teutonicus, patria Moſellanus, ex villa *Trittenheim* Treverenſis diœceſis oriundus, quamvis non ſim dignus quod nomen meum cum ſcriptoribus Eccleſiaſticis poneretur, propter ingenii paupertatem, tamen amicis urgentibus compulſus ſum in fine hujus catalogi, mearum quoque lucubrationum titulos & exordia ponere, exemplo divorum patrum, Hieronymi, Gennadii, Honorii Presbyteri Auguſtudunenſis, & Sigeberti monachi Gemblacenſis, qui ſe quoque in fine ſuorum tractatuum de his ipſis rebus editorum poſuerunt. Scripſi ergo præter hoc opus etiam ſubjecta. Et primo quidem ex mandato præſidentium generalis capituli, abbreviavi

Sta-

*c)* In eodem libro c. 289. Trithemius laudat hujus Werneri diſcipulum *Johannem Herbſt* Luterburgenſem Capellanum in arce Heydelbergenſi *qui & ipſe de S. Anna multa ad me carmina & Epiſtolas ornatiſſimas miſit.*

*d)* Ejus de pharmacandi comprobata ratione libros duos carmine ſcriptos memorat Valerius Andreas editos Noribergæ 1496. *e)* de quo ſupra cap.

*f)* Opus in ſeptem diviſum ætates & in A. 1493. quo Fridericus III. obiit deſinens, editum eſt ſumptus & impenſas miniſtrantibus, uti Trithemius c. 274. de ſcript. Germ. teſtatur, Sebaldo Schreyer & Sebaſt. Kamermeiſter civibus Norimbergenſibus; Latine quidem Noribergæ A. 1493. recuſum Auguſtæ Vindel. A. 1497. & Germanice Georgio Alto interprete Notib. 1493. & Auguſtæ Vindel. 1496.

*g)* Johannes de monte ſive Heidenberg, natus eſt A. 1462. 1. Febr. inde Treviris & Heidelbergæ operam litteris cum non ignaviter dediſſet in S. Benedicti Ordinem adſcitus A. 1482. Abbas mox Spanhemenſis A. 1483. & A. 1506. Abbas S. Jacobi apud Herbipolim, ubi obiit A. 1519. 13. Dec. non 1499. ut Andreas Theyetus, vel 1516. ut Phil. Labbeus, vel 1517. ut Hieron. Ghilinus. Vide Paulum Langium in Chronico Citizenſi, Poſſevinum in Apparatu, & H. Warthonum in appendice ad Hiſt. literariam S. E. Guilelmi Cavei.

| | | |
|---|---|---|
| Statuta ejusdem capituli | lib. I. | *Quoniam volenti singula.* |
| De visitatione monachorum | lib. I. | *Fratres tuos visitabis.* |
| De modo servandi capitulum | lib. I. | *Quoniam in celebrandis ca.* |
| In regulam sancti Benedicti | lib. II. | *Venite filii audite me.* |
| Exhortationem ad monachos. | lib. II. | *Militia Christiana est.* |
| De tentationibus | lib. II. | *Humanum genus per.* |
| De vita Sacerdotum. | lib. I. | *Petis à me Nicolae frater* |
| De vitio proprietatis. | lib. I. | *Omnes ad vitam aeternam.* |
| De miseria hujus vitæ. | lib. I. | *Cum nihil sit vita presens,* |
| De ruina ordinis nostri. | lib. I. | *Cum ordinis nostri pristinum.* |
| De illustribus viris nostri ordinis. | lib. IV. | *Cogitanti mihi ac crebri.* |
| Laudes ordinis Carmel. | lib. II. | *Precibus & instantia.* |
| De laude scriptorum. | lib. I. | *Venerabili patri domino g.* |
| De luminaribus Germaniæ | lib. I. | *Quoniam sunt nonnulli.* |
| Epistolarum ad diversos. | lib. I. | *Petitis ut copias e.* |
| De sancta Anna. | lib. I. | |
| Sermones varios. | lib. I. | |

Collationes vero tam in capitulis generalibus quam in observantialibus vel alias habitæ sine certo numero, partim habentur, partim subtractæ sunt. Hæc ergo sunt *b)* (præter ea quæ adhuc in manibus imperfecta versantur) quæ me scripsisse ad præsens recolo. Anno ætatis meæ quarto & tricesimo, assumpti Abbatiæ officii decimo, conversationis vero duodecimo, sub Maximiliano Romanorum rege, & summo pontifice Alexandro sexto. Anno Domini (quo hunc catalogum jam tertio emendavi, augmentavi, & complevi) per septennium ferme in eo laborans MCDXCIV. Indictione XII.

JAM nunc igitur post multos tandem labores operi nostro finem imponamus, quoniam etsi multi restant scriptorum illustrium catalogo digni, nobis tamen impossibile fuit omnium vel sola nomina invenire. Eos quorum certitudinem habere potui, diligenter consignavi, nec quemquam scienter omisi, cujus opuscula, ingenium & tempora scire potuissem. Neque ignoro quam multi eruditissimi viri hodie superstint varia componentes, quorum ego nullam feci mentionem, non quod eos judicaverim indignos nostro catalogo, sed propterea quod opuscula sua vel celare maluerunt, vel non usque adeo multiplicata sunt, ut in notitiam meam venire potuerint. Feci quantum potui, non quantum volui, quippe qui omnes quotquot sunt vel unquam fuerunt (si licuisset) scriptores mihi conciliassem. Relinquo posteris eam provinciam, ut de sua vena addant, ubi ego fatigatus destiti. Cæterum vos oro patres conscripti, qui cœlica regna tenetis, qui hunc nostrum catalogum vestris nominibus, ingeniis & lucubrationibus exornatis, quatenus si vera, si justa, si digna, si denique grata de vobis scripsimus, omnipotentis Dei clementiam pro nobis exoretis, ut culpas abluat, veniam tribuat, sanctum propositum confirmet, intellectum illuminet, affectum purificet, participes gaudiorum vestrorum clementer efficiat. Quod si in aliquibus minus quam res ipsa requirebat potuimus, veniam nobis ô sacratissimi donate, quoniam sicubi erratum est, vitium est ignorantiæ, non voluntatis. Vos etiam ô clarissimi viri scriptores, qui adhuc vitam terrenam & mortalem agitis, vos interpello, vos obtestor & oro, si quid minus vestris meritis, ingeniis vel lucubrationibus dignum in hoc catalogo peregimus, non voluntati, sed imperitiæ nostræ ascribatis, veniam quam petimus non negantes, quoniam sicubi defecimus, eorum culpa fuit qui nobis aliter quam se res habet, opuscula vestra vel ingenia descripserunt. Lectorem deinde hujus catalogi monemus & obtecramus, ne facile contra nos moveatur, si scriptorum nomina, dignitates, patriam, vel opuscula secus exarata invenerit, quam ipse forsitan alibi legit, cum historiarum transacti temporis dissonantiam, nemo unquam potuerit conciliare. Neque nos aliquid scripsimus, quod non multis locis vel testimoniis fuerit comprobatum. Verum sicut in principio hujus operis professi sumus, libenter cedimus opinioni cujuscunque benevoli correctoris, quam & veritas solidam, & charitas reddiderit sinceram. Novissime vero nobis deridendi sunt æmuli, qui morę canum ex consuetudine pessima latrantes, omnia damnant, omnia vituperant, omnia lacerant, quæ vel ipsi non fecerint, vel suis opinionibus invenerint esse contraria. Mox enim ut vel modicum legere cœperint, stomachantes, illud non verum esse dicunt, judices temerarii priusquam examinatores veritatis effecti. Sed quæ nobis causa cum istis, qui nihil vituperant nisi bonum, nihil laudant nisi malum? Contemnendi sunt igitur invidi canes, non docendi. Nos autem & si displicere malevolis existimemus gloriosum, bonis tamen & eruditis viris placuisse multo gloriosius arbitramur, à quibus sicubi erratum esset libenter corripimur, correcti fructuosius emendamur. Exciet nos amor scripturarum, pro quibus hoc onus grave intrepida cervice subivimus.

*FINIS Libri de scriptoribus Ecclesiasticis Domini Johannis de Trittenhem Spanhemensis Abbatis. Sequuntur additiones nonnullorum illustrium Virorum.*



*b)* Longe ampliorem quam hoc loco vel in extremo libri de script. German. Catalogum scriptorum suorum texit Trithemius Epistola ad Rogerium Sicambrum scripta A. 1507. anno post hunc Catalogum editum duodecimo, lib. 2. Epist. familiar. p. 317. seq. & ad calcem Annalium Hirsaugiensium è Bibl. Sangallensi, Codice MS. in lucem prolatorum A. 1698. fol. De editis Historicis præcipue scriptis illius accurate Clariss. Vir Jo. Huberus noster in Centuria secunda Bibliothecæ Hamburgensis Historicæ, quam si placet consule.

# AD SUPERIORES, ILLUSTRIUM VIRORUM PARTIM HINC INDE EXCERPTORUM, PARTIM RECENTER INSERTORUM ADDITIO.

I. MARIANUS, natione Romanus, patria Zinizanensis, ordinis heremitarum S. Augustini, Theologus consultissimus, ac totius ordinis generalis Prior, hoc ævo nostro tanquam lucifer, & quidam sol perfulgidus suis exquisitissimis declamationibus, & novo quodam concionandi genere emicuit, ac veluti alter electionis vas mundo oblatus, tantam ingenii vim & docendi robur de se ostendit, ut dicere ausim, neminem in hoc seculo inveniri unquam potuisse qui cum eo exquireret comparari. Erat profecto talis ac tantus, ut nihil ex eo esset in omni politiore disciplina frustra desiderandum. Nam in suis declamationibus ad populum ita verbis lectis disertus erat & sententiosus etiam canora voce, vultuque ac cæteris corporis motibus ad rem erat accommodatus, ut nihil ad laudis cumulum addere possis. Quanta autem hujus viri doctrina, quanta eloquentiæ vis ac majestas fuerit, partim ex sermonibus, partim ex epistolis & orationibus à se eruditissime editis quisque dilucide elicere potest. Scripsit enim Sermones varios.

Orationum, lib. 1.
Epistolarum, lib. 1.

Obiit autem cum magna reipub. Christianæ jactura, Anno Domini, MD.

II. FELINUS Sandeus, ex nobilissima Sandeorum familia, patria Ferrariensis, utriusque juris doctor consummatissimus, reliquarum quoque bonarum literarum non ignarus. Ferrariæ primum, inde Pisis publico earum urbium gymnasio cum magna omnium admiratione jura pontificia professus. Ab Innocentio octavo Romam accitus Rotæ collegio (ubi ardua & maximi momenti tractantur negotia) præficitur. Qui & si mille negotiis, tum illic, tum in summi pontificis consultationibus occuparetur, attamen cum ingenii prope divini & consummatissimæ in utroque jure esset prudentiæ, multa in eo opuscula & commentaria edidit. Et ea quidem ita dilucide, ita docte, ita exacte, ut omnes hujus disciplinæ nodos enodaverit, obscura in lucem restituerit, dubia recto adhibito judicio, facilia & pervia reddiderit, in quo non parum nostris jurisperitis attulit adjumentum. Quæ autem emisit subnectuntur:

Primo super libros Decretalium Grego.
De constitutionibus.
De rescriptis.
De officio ordinarii.
De Majo. & obedien.
De Treug. & pace.
De Lite contesta.
De probatio.
De Testibus.
De Testibus cog.
De fide instrumentorum.
De præsumptionibus.
De jurejurando.
De exceptionibus.
De præscriptionibus.
De Senten. & re judicata.
De appellationibus.
De accusat. & inquisitionibus.
Additiones in Decretum ad initiatum ab Abbate opus.
De jure patronatus tractatus unus.
De indulgentia plenaria sermo, cujus thema est: Hodie mecum eris in Paradiso, &c.
In historia libellus unus de regibus Neapolitanis.
Sunt & alia ejus commentaria.
Floruit Romæ sub Innocentio octavo, & Alexandro sexto.

III. MATTHÆUS Bossus, patria Veronensis, ordinis canonicorum regularium beati Augustini, vir in omnigena eruditione egregie doctus, sed in dicendi elegantia & gravitate doctior, magno apud omnes in pretio habitus est, tamen ex concionandi, docendique (in quo diu versatus est) munere, tum ex variis operibus à se compositis, quibus Ecclesiasticum dogma oratoriis pigmentis sic venustavit & expolivit, ut tersius mundiusve invenias nihil. Scripsit autem subscripta opuscula.

Dialogum de tolerandis adversitatibus in duos libros distinctum.
De gerendo magistratu, colendaque justitia ad Johannem Ludovicum Bossum jurisconsultum, equitemque auratum, lib. 1.
Orationum, lib. 1.
Epistolarum ad diversos, lib. 1.

Edidit & alia quædam, in quibus omnibus cum varia scateat doctrina, & ubique sit lu-

eu-

Digitized b

culentus, nullibi ullum arrogantiæ evomuit fumum, ſed quod decet religioſum, ubique ſanctitatis & divinæ ſapientiæ ſtudioſiſſimus.

Obiit Patavii, Anno Domini, MDII.

IV. ANTONIUS *Cornazanus*, patria Ferrarienſis, orator & poeta luculentiſſimus, adeo terſus, copioſus, ſuavis, & præſertim in poeſi, ut plerique autument ipſum ex angelorum ore poeſim accepiſſe. Nam inter cætera vitam & obitum deiparæ virginis ita devote, pie, copioſe, luculenter, ac ſancte cecinit, ut non mortalem ejus poeſim, ſed divinam prorſus omnes proclament. Ipſum opus Hippolitæ Neapolitanorum reginæ, dum adhuc virgo eſſet, inſcripſit, dicavitque.

Elegias quasdam, atque poemata varia emiſit.
Scripſit & oratione ſoluta vitam Bartholomæi Colonei Imperatoris Venetorum maximi.
Orationes quoque plurimas atque alia quædam.

V. GEORGIUS *Merula*, patria Alexandrinus, orator & philoſophus utriusque linguæ eruditiſſimus, & docendo & ſcribendo rei literariæ ſemper bene conſuluit. Scripſit autem Ludovici Sphorciæ, ſuorumque majorum res geſtas multis voluminibus.

Commentaria in Juvenalem.
In Statium atque alios plures.
Emiſit centurias quasdam.
Epiſtolarum libros multos.

Obiit Mediolani. Anno Domini, MCDXCIV.

VI. HIERONYMUS *a) Ferrarienſis*, Ordinis Prædicatorum, Declamator ardentiſſimus, & multarum litterarum vir fuit apprime eruditus, quibus fretus ambitionem in religioſis damnabilem (quam ſummopere in ſe ſtrangulare debuerat) complexus eſt. Quæ quidem contagioſa peſtis ſuæ ruinæ & acerrimæ mortis, ac religionis ſuæ ſcandalum non mediocre extitit. Cum enim multa attentaret præſumeretque, & adverſus ſuæ profeſſionis primores cornu erigeret, ſchisma non paruum per totam Italiam ſuſcitavit. Quod non niſi ipſius complicumque morte extingui potuit: dolenda profecto tanti viri jactura: ſi eas quas præ ſe ferebat animi dotes ad ædificationem, non autem ad ſui ſuorumque ruinam & perniciem applicaſſet. Quandoquidem omni genere doctrinæ refertus magnum Chriſtianæ litteraturæ adjumentum attuliſſet: verum hunc virum nobis invidit callidus ille tentator circuiens & quærens ſemper quem devoret. Scripſit

Quadrageſimale unum lib. 1.
Super Pſalmos Pœnitentiales, commentum
Super Prophetas multos commentatus eſt.

Prophetiam quoque emiſit: qua multa de hoc noſtro ævo regnorumque commotione prædixit. Alia quoque multa ſcripſit. Tandem damnatus ſub Alexandro ſexto, Anno Salutis milleſimo, CDXCIX. in foro Florentino cum ſociis duobus arſit.

VII. BERNARDINUS *Gadolus* Brixianus Camaldulenſis Abbas, vir bonarum literarum, philoſophiæ, juris canonici apprime eruditus, vitæ & religionis ſanctimonia clarus, nobis multa ſuæ doctrinæ monimenta reliquit, in quibus ſe eruditiſſimum oſtendit.

Scripſit autem in omnes Bibliæ libros commentaria.
De fugiendo ſeculo, & amplexanda religione, tractatum unum,
Contra ſuperbiam & ambitionem, lib. 1.
Opera Hieronymi in ordinem redegit,
Extant ejusdem ſermones varii.

Item: Epiſtolæ multæ. Et quædam alia hincinde diſperſa. Vita functus ſepelitur honorifice in Camaldulenſi coenobio.

VIII. MARINUS *Sanutus*, patricius Venetus, non ſolum bonarum literarum vir eruditus, ſed etiam adminiſtrandæ Reipublicæ eruditus, eloquentia plurimum valuit, ut ex ejus opuſculis dignoſci facile poteſt. Scripſit enim quæ ſubjiciuntur.

De magiſtratibus Venetis lib. 1.
De vitis principum Venetor. lib. 1.
De bello Gallico libros quosdam & latine & vulgariter,
Scripſit & alia quædam.

IX. RUGERUS, natione Teutonicus, ordinis ſancti Auguſtini, in divinis ſcripturis apprime clarus, & ſecularis literaturæ non ignarus & ſoluta & pedeſtri oratione quædam non ſpernenda conſcripſit opuſcula, de quibus extant ſubjecta,

Primo de inſtitutione lib. 11.
De inquiſitione vitæ beatæ lib. 11.



a) Hoc caput de Hieronymo Savonarola neſcio quam ob cauſam in edit. Wechel. omiſſum, ex Pariſienſi & aliis revocavi. De magni illius Viri cauſſa legere & comparare inter ſe eſt operæ pretium, quæ Guicciardinus lib. III. Comineus libro VIII. Jo Burchardus Argentinenſis in hiſtoria Arcana Alexandri VI. ab illuſtri Leibnitio edita, Jo Franciſcus Picus in vita Savonarolæ, Jacobi Quetifi notis illuſtrata, Epiſtola Petri Delphini, nec non ad Leonh. Aretinum Epiſtola Pogii, Papebrochius in Actis Sanctor. Maji T. V. p. 234. ſeq. D. Jo. Franciſcus Buddeus in parergis Hiſtor. Theol. Wilhelmus Ernelius Tenzelius in dialogis menſtruis vernaculis A. 1696. &c.

Digitized by Google

De beata Maria hymnorum lib. II.
De vario literarum uſu lib. II.
De rebus mirabilibus lib. II.
De rebus novis, lib. II.
De metrorum generibus, lib. I.
De accentibus Latinorum, lib. II.
Panægyricus ad Johannem Spanhemenſem ſancti Martini abbatem.
De calamitatibus horum temporum, tract. I.
Epigrammata ad diverſos multa.
Epiſtolæ tam proſa quam metro permultæ.

X. PHILIPPUS *Beroaldus*, patria Bononienſis, utriusque linguæ peritiſſimus grammaticorumque ac Rhetorum, oratorumque omnium ſui ſeculi facile princeps, fœcundiſſimi ſui ingenii teſtimonia non vulgaria reliquit.

Orationes in diverſorum authorum enarratione habitas.
Panægyricum ad Lodovicum Sphortiam.
De nuptiis Bentivolorum orationem unam.
Giſippi & Titi *b)* hiſtoriam.
Item Galeſi & Symonis.
Orationem proverbialem unam.
Libellum de ſeptem ſapientum ſententiis unum.
Symbolorum Pythagoræ lib. I.
De optimo ſtatu lib. I.
De felicitate lib. I.
Philoſophi, medici & oratoris declamationem.
Ebrioſi, ſcortatoris, & aleatoris declamationem.
De paſſione dominica næniam.
De fortuna carmen.
De duobus amantibus carmen
De cupidine Deo amoris carmen
In maledicam carmen.
Epigrammata varia.
De terræmotu & peſtilentia cum annotamentis, Galeni opuſculum.
Annotationes in Servium,
Annotationes in jus civile.
Commentaria in Propertium
In Suetonium.
In Tuſculanas quæſtiones
In Apulejum.
In Titum Livium annotationes
In Rhetoricam Ciceronis.
In Horatium Flaccum
In Perſium.
In Silium Italicum.

Scripſit & plura alia quæ nondum ad nos pervenere. Obiit Bononiæ non ſine magni rei literariæ jactura. Anno Domini, MDX.

XI. PONTICUS *Virunius*, *c)* patria (ut ajunt) Tarviſinus, eruditiſſimus philoſophus, latinæ græcæque literaturæ ſtudioſus, induſtria, labore, ingenii vivacitate, ſine ullo parentum auxilio eo doctrinæ evaſit, ut ob ingentem eruditionem magno apud Ludovicum Sphortiam, & per totam Inſubriam habitus ſit in pretio. Scripſit autem quæ ſubjiciuntur:

In Claudianum commentaria.
In Johannis Sacroboſcenſis ſphæram commentaria.
De obſcuris authorum locis & corruptis nominibus, libri tres.
De miſeria literarum lib. II. carmine.
De laudibus Beatricis Mediolanenſis reginæ, librum unum carmine.
Elegiarum & Epigrammatum lib. II.
In Erotemata Chryſoloræ commentarium.
In Achilleida Statianam *d)* commentarium.
In Ovidianam metamorphoſin commentaria.
In Vergilii opera commentaria.

De

*b)* Joſephi & Titi Livii. *c)* Ludovicus Ponticus Virunius, de cujus vita & ſcriptis accurate in T. XXIV. Diarii Veneti (Giornale d' Italia) p. 235. ſeq. Vita Virunii ab Andrea Ubaldo ſcripta prodiit Bononi 1655. 4. Non Tarviſii natus, ſed Belluneniſis fuit, licet Tarviſii docuit, & Bellunum ad diſtrictum Tarviſinum ſive Tarviſinum à Geographis refertur.

*d)* et *Sylvas*; addimur in Jacobi Philippi Bergomenſis Chronico lib. 16. è quo catalogum ſcriptorum Virunii accepit qui hæc capita Trithemii operi adnexuit.

Digitized by Google

De arte divinandi, libri ſedecim
Odyſſeam Homeri tranſtulit in latinum.
Hymnorum ejusdem Homeri, lib. IV.
Euripidis tragœdias ſex.
In medicina traduxit Theophilum de pulſibus & urinis
Item Æneum *e)* de pulſibus & urinis.
Invectivarum, lib. I.
De intitulationibus. lib. 1.

Apollonii argonautica in latinum vertit in lib. IV. Alia quoque multa & latina fecit & emiſit. Floruit ſub Ludovico Sphortia. *f)*

XII. NICOLAUS *Leoniceus* oratorum omnium ſuæ ætatis elegantiſſimus, in philoſophia conſummatiſſimus, & rerum naturalium non ignarus, multa in medicina eleganter & copioſe tractavit.

In Galeni opera commentarios, quos etiam latine loqui compulit, edidit.

Item opuſculum in eadem diſciplina, in quo omnibus ægris ſalutem & vitam reſtitui conciliarique poſſe docuit.

Extant & quamplurimæ ejusdem epiſtolæ, qui maximam ejus doctrinam præ ſe ferunt & elegantiam. Floruit hoc eodem tempore in Italia ſub Ludovico Sphortia.

XIII. AMBROSIUS *Calepinus* Bergomenſis, ordinis ſancti Auguſtini hac ætate floruit, divinarum & humanarum literarum indagator ſtudioſiſſimus. Unde opus pergrande ſua induſtria magno labore ex innumeris prope auctoribus collectum de vocabulorum notitia, ac præpoſitionum interpretatione græca & latina cum authorum atteſtatione nobis commune fecit. In quo non ſolum quæ ad literaturam & poetarum & oratorum cognitionem plurimum conferunt, ſed etiam quæ ad medicos, philoſophos, nec non doctores eccleſiaſticos pertinent vocabula, docte ſatis eleganterque explicuit, explicita in veriorem lucem, quam in quibusdam aliis codicibus conſiliaribus *g)* legenda reliquit. Quæ profecto doctis pariter & indoctis non mediocre attulerunt ſubſidium. Hinc enim factum eſt ut quæ apud barbaros jam barbara evaſerant, latina fiant. Quæ vero apud doctos in dubium revocabantur, nunc pateant diſcuſſa dubietatis nebula.

XIV. PETRUS *Burrus* Belgicus, patria Brugenſis, canonicus Ambianus, divinis & humanis literis clarus, Parrhiſiis ſub Carolo octavo Francorum rege floruit, ubi ea bonarum diſciplinarum, virtutum, probatiſſimorum morum, pietatis, religionis, celebritate adolevit. Ut plerique & potiſſimum Gandincurtorum familia hoc uno ſolo ſuis pro liberis inſtituendis aliisque permultis nobilioribus adoleſcentulis uti voluerit præceptore. Nec plane mirandum, utpote qui unus inter paucos hac noſtra ætate, eloquentiam, poeſim, cæterasque artes bonas cum ſapientia jungere doceret, nec artes ſine moribus, mores vero ſine literis prodeſſe. Quod quidem ejus opera indicant, in quibus quid potiſſimum admireris, neſcias ſententiarumne graviſſimarum ſanctiſſimarum pondera, an ſtyli poematisque varietatem. An rerum verborumque decorem. An callidas juncturas. An lepidum vocularum contextum. An carminis ſubinde fluorem & concentum. Denique an ſexcenta alia ornamenta ita ut omnes gratias, charitates, lepores, ac dicendi veneres huc cumulatiſſime congeſtas merito dixeris, cum tamen aut turgidum, aut inflatum conſpicetur nihil. Quocirca ſi hic Burrus Quintiliani ſcripſiſſet tempore, non utique dixiſſet: Ab lyricorum Horatius fere ſolus legi dignus. Nam & hic qui & legatur etiam à ſanctis monialibus digniſſimus eſt. Siquidem cum (quod ille non eſt) totus ſit caſtus, totusque Chriſtianus, & Chriſtianam religionem ſuaviter redolens. Non minus tamen quam ille inſurgit aliquando plenus jucunditatis, gratiæ, & variis figuris, & verbis feliciſſime audax. Ut ex ejus operibus ſubſcriptis, & in lucem emiſſis, cui promptum eſt dignoſcere. Sunt autem hæc fœcundiſſimi illius ingenii monimenta.

Odarum lib. IV.
Exametrorum, lib. I.
Apologorum, lib. I.
Elegiarum, lib. II.
Epigrammatum lib. I.
Moralium.
Canticorum de duobus feſtis,
De adventu Domini.
De vigilia Domini.
De nativitate Domini.
De Circumciſione Domini.
De Epiphania.
De Jejunio.
De ingreſſu in Hieruſalem.



*e)* In ver. edit. eſt apud Bergomenſem legitur *Æninm* an *Aëtium* ?
*f)* obiit Bononiæ A. 1520. teſte Leandro Alberto in deſcript. Italiæ p. 430.
*g)* *conſimilibus* legitur apud Bergomenſem è quo petita quæ de Leoniceno & de Calepino hic afferuntur.

Digitized by

De confeſſione & Euchariſtia.
De cœna Dominica.
De laude crucis.
De paſſione Dominica.
De reſurrectione Dominica,
De communione Paſchali.
De inventione crucis.
De aſcenſione Domini.
De Pentecoſte.
De Trinitate.
De corpore Domini.
De exaltatione crucis.
De facie Dominica.
Hymni de omnibus ſanctis.
De feſto beatæ Mariæ.
Epiſtolæ & orationes non paucæ.

Sunt & quædam alia. Obiit Ambianis, anno MDVII.

XV. Jacobus *Faber*, Stapulenſis, celeberrimus noſtri ſeculi Philoſophus Belgicæ, quinimo totius Galliæ unicum decus. Hac noſtra tempeſtate divino quodam munere in rei literariæ remedium datus, omnes philoſophiæ partes à caliginoſa quorundam ſophiſtarum barbarie vindicavit. Et quæ jam omnino latine loqui dedidicerant ac longe ab Ariſtotelis, cæterorumque vere philoſophantium mente abierant, in priſtinam & ſermonis & doctrinæ majeſtatem reſtituit ea ſtructura & ſerie, ut nihil deſit addendum, nihilque ſine vitio ſe offerat demendum, tantæ induſtria, tantumque in omnibus ſuis operibus artificium, tanta in dicendo dignitas ut cum philoſophia quisque vel mediocriter doctus eloquentiam (quod antea non licebat) conſequi uberrime poſſit. Primus enim apud Gallos (ut Cicero apud Romanos) philoſophiam rudem adhuc & impolitam cum eloquentia junxit. Nam cum antea Pariſiis peregrinaretur, civitate donavit. Unde non ſolum philoſophiæ rudes, ſed etiam docti aliquantum ſe arbitrantur adeptos, & ad dicendum & ad judicandum. Eſt enim in dicendo ſublimis. In ſententiis gravis. In inventione exquiſitus. In compoſitione diligens & curioſus, nec ſuorum tantum, ſed etiam alienorum operum: ad hoc ſi quidem unum natus videtur, ut palæſtræ literariæ conſulat, bonas artes inſtauret, & in antiquum ſplendorem reducat. Ea eſt hujus viri cura, ea oblectatio ad ſtudium, eo cogitatus omnis, eo mens, eo animus dirigitur. Quod ut liberius fiat non modo patrimonium quod non contemnendum Stapulis habebat, inſtar Demetrii ſuis condonavit, ſed & dignitates, officia, beneficia, & honorificia & opulenta abjecit cum Thebano Crate, ratus talia raro virtutibus cohærere. Denique ut exiguo concludas omnia verſu.

*Ditavit Sophia ſecula noſtra Faber.* Sequuntur autem quæ in artibus liberalibus à ſe contexta ſunt. Primum eſt:

Paraphraſis in logicam Ariſtotelis miro artificio elaborata.
In phyſicen Ariſtotelis introductio. Et paraphraſis ſtylo non inerudito contexta.
In Ethicen ejusdem paraphraſis & introductio.
In œconomica commentarius.
In Politica commentarius & introductio.
In Arithmeticam Jordani commentarius & demonſtrationes.
In Severini Boetii libros arithmeticos epitome.
In Muſicam elementa quædam.
In Aſtronomicum introductorium Johannis de ſacro Boſco commentarius.
Aſtronomici theorici corporum cœleſtium, lib. II.
Introductio in ſex lib. Methaphyſices Ariſtotelis & in eandem commentarius.

Cætera quidem majora in liberalium artium facultate expectantur. Sed neque his contentus vir religioſiſſimus rebus divinis animum intendit, & ſe illis totum dedidit, magnum theologis noſtris & divini verbi ſcrutatoribus ornamentum & adjumentum allaturus, utpote qui implicita explicet, obſcura elucidet, innodata enodet, trunca & mutilata paſſim loca reſtituat. Quod ex his quæ in hac ſacratiſſima divinæ ſapientiæ diſciplina, aut traduxit, aut ſcripſit, aut correctius emendatiusque imprimi curavit, facile deprehendi poteſt.

Sunt autem ſubſcripta.

Jo. Damaſceni translatio.
Commentaria in Ricardum.
De Trinitate.
Commentaria in Eccleſiaſten.
Commentaria in epiſtolas Pauli.
Scholia in Dionyſii Areopagitæ opera.
De ornatu ſpiritalium nuptiarum. Commentaria in Hugonem de S. Victore.

Vivit Pariſiis quotidie nova quædam fabrili ſua incude cudens.

XV..

Digitized by Google

XVI. GUILHELMUS *Budeus*, Pariſienſis ex clariſſima Budæorum familia natus, hiſtoricus, poeta, philoſophus, oratorque diſertiſſimus. Non modo fortunæ, ſed etiam animi dotibus pulcherrime inſignitus. Hac noſtra tempeſtate per univerſam Italiam, nedum per Gallias ob incredibilem ipſius omnium ſapientiarum notitiam clareſcit, indies utraque lingua eruditiſſimus, ingenio prope divino, eloquio gravi & terſo, in omni diſciplinarum genere doctiſſimus, & præter doctrinam ſingularem vir certe perhumanus, affabilis, modeſtus, ac multa veneratione dignus. Scripſit autem orationes & epiſtolas quamplurimas. Elegias & epigrammata diverſa. Annotationes in quatuor & viginti pandectarum, ſeu digeſtorum libros edidit. In reliquos editurus ut ipſe in ea, quam ad Johannem de Ganayo magnum Franciæ cancellarium ſcribit, epiſtola teſtatur. Quandoquidem annotationes quantæ ſint eruditionis & doctrinæ cuique perpendendum relinquitur. Vivit Pariſiis magna omnium expectatione, à quo majore propediem in lucem prodibunt.

XVII. GUILHELMUS *Caſtellus* ſeu *Caſtalius*, Gallus, poeta & orator terſiſſimus Turonenſis, patre Chriſtiano Caſtello Doctore Pariſienſi Regio Medico, Martina parente Biturica, Turonis naſcitur, Anno Domini MCDLXVIII. ubi prima literarum cunabula edoctus Pariſiis (ut moris eſt) ad fructuoſiores, ſolidioresque diſciplinas capeſſendas mittitur Johanni Anglico fratri Materno viro in divinis humanisque literis apprime erudito. In burſam (ut trivjali utar verbo) Navarricam ſucceſſurus, ubi liberalibus ſtudiis, & præſertim humanioribus eam navavit operam, ut brevi temporis curriculo ſocios omnes ætate & doctrina præcedentes non modo æquaverit, ſed etiam longe ſuperaverit. Tanta rei literariæ ſitis, tantus amor, tanta cura, tantum ſtudium. Hinc ſubito fama ſuper æthera notus, in gymnaſium Burgundiacum ad inſtituendam melioribus, politioribusque literis juventutem à Bernhardo Roilleto Viro omnium bonarum diſciplinarum cumulatiſſimo ejusdem Gymnaſii Rectore primario accerſitus, primæ humanitatis claſſi præficitur. Hinc exantlato dialectices agone & diſcipulis laurea donatis Navarricum Gymnaſium repetit humanis diſciplinis divina (ad quas ſemper anhelaverat) adjuncturus. Tandem adepto in ſacratiſſima theologiæ facultate doctoratu, Turonum ſeceſſit, ubi honorificis eccleſiæ beneficiis archidiaconatu & canonicatu honeſtatus cum ſuis vivit, orationi & prædicationi intentus. Quod ſupereſt temporis, bonis diſciplinis impertit nomini & poteſtati conſulens, ut jam cœpit multis operibus quæ in lucem emiſit. Quorum nomina ſubjiciuntur.

Sibyllinum de judicio extremo carmen.
Ecloga, cui nomen, Eumorphus.
Carmen de ſtultis mulierum votis.
Dialogus in Jacobi Fabri Stapulenſis laudem.
Elegiarum lib. 1.
Epigrammatum lib. 1.
Epiſtolæ ad diverſos multæ & variæ.

Expectantur longe majora.

XVIII. JOHANNES *Bartholus*, Pariſien. Doctor Medicinæ, omnium hujus ætatis excellentiſſimus, & ob id Apollinis & Æſculapii nomine à variis etiam cujusvis diſciplinæ & amantiſſimis & peritiſſimis peculiariter donatus. Tantæ eſt apud omnes & authoritatis & doctrinæ, ut quem illi conferas invenias profecto neminem, ſive quæ ſuæ ſunt profeſſionis quæſieris, ſive quæ ſint alterius cujusvis dogmatis. Quandoquidem in omni diſciplinæ genere conſummatiſſimus, de omnibus ita docte, ita eleganter, ita ſcite, prompteque diſſerit, ac profunde ſapit, ut unus omnes tam divinas quam humanas artes ſtudioſiſſime complexus ſit.

XIX. ANTONIUS *Sylvius*, Pariſien. poeta & orator inſignis, cum multa linguarum genera calleat, tribus tamen, Gallica ſcilicet, Latina & vulgari Itala excellit, quibus cum apud omnes, tum apud quosque & doctiſſimos & nobiliſſimos, & præſertim domus Amboſianæ Francæ gentis, maxime & nominatiſſime proceres eam ſibi famam & gratiam concilavit, quam nulla invidorum obtrectatio diſſolvat, nulla edacis caries vetuſtatis aboleat, utpote qui jam hoc triplici linguæ dono immortalitatem ſibi quæſierit, nec minoris hac ſuaviſſima Gallicæ linguæ volubilitate apud noſtros habeatur, quam Dantes apud Florentinos. Quanta vero eloquentia laboret, ſuo ingenii lumine polleat, qua inventionis ſubtilitate emineat, quo diſpoſitionis artificio præſtet, quavarietatis fœcunditate ſcateat, qua denique rerum ſententiarumque gravitate incedat, locupletiſſimum præclara ejus opera dant teſtimonium. Scripſit enim multa & præclara imprimis in vulgari ſuo comedias plures, in quibus oſtendit quam varius, quam abundans, quam facundus, quam elegans, quam facetus, denique quam urbanus fuerit, latine vero ſubnexa emiſit:

Elegiarum lib. 1.
Epigrammatum lib. 1.
Dialogos plures & graves.
De Venetis triumphum.

Scripſit & indies ſcribit alia longe majora, quibus Gallis & ſuos eſſe poetas & oratores, Italis non inferiores, quin & illis ſuperiores oſtendat. Si his linguæ involueris (quibus Italus omnis aut blanditur, aut auram aucupat) jugem & irrequietum laborem impenderent. Vivit

adhuc & veſcitur aura ætherea, reverendi in Chriſto patris Georgii Amboſiani archipræſulis Rothomagien. orator.

XX. Guilhelmus *Copus* Baſilienſis, eruditiſſimus philoſophus, latinæ græcæque peritiſsimus, hac noſtra ætate Pariſiis arte medica (cujus eſt Doctor & Profeſſor eminentiſsimus) excellit, ad cujus ædes non modo Pariſien. tanquam ad unicum ſalutis remedium confugiunt, ſed etiam qui huic noſtro regno præſunt audita viri fama ociſsime mittentes acciunt, ejus opem ſentiunt. Unum unus inter omnes hujusce profeſsionis antiſtites nomen ſibi peperit, neſcio an immortale, an invidioſum potius. Eſt autem hic Guilhelmus ingenio ſubtilis, eloquio terſus, ſermone diſertus, doctrina admirabilis, & rerum naturalium ſcientia nulli poſtponendus. Vivit Pariſiis ſub Ludovico hujus nominis duodecimo magna ſui apud omnes & celebritate & expectatione. Cudit enim quæ poſteritas legat, inter quæ jam habemus:

Pauli Cegmetæ *) præcepta ſalubria ab ipſo latino decore veſtita,
Item Hippocratis prænoſtica.

XXI. Judocus *Clithoveus* Neoportuen. Doctor theologus conſummatiſsimus, philoſophus nitidiſsimus, oratorque adeo inſignis, ut ferinos hominum mores, & omne mortale genus divina potius quam mortali facundia componat. Qui ad hæc natus officia, ut literatum ignaros rectis habeas dirigat, inſulſos terſo eloquio erudiat, philoſophiæ ſplendore deſtitutos, pulſa procul caligine nitidiſsimo fulgore illuminet. Hunc his nobiliſsimis animi dotibus & dignitate, natura parens inſignivit, ut quicquid hoc in mundo ſenſibili moliatur, rei literariæ propagandæ accommodet. Quæ enim ſcabra, fœda, hiantia, barbaraque ſunt expolire, & ſuum philoſophiæ reparare nitorem ſummopere nititur, & maxime in ſacris eloquiis interpretandis ſtudium conterere animo, menteque decernit. Divina hunc adeo exornant eloquia, rerumque ſupramundanarum cognitiones, ut eum in terris mortalem adhuc vitam ſpirantem fulgentiſsimis cœleſtium choris admiſceant. Suæ profuſiſsimæ doctrinæ eximia monumenta magno voluminum numero nobis venturæque poſteritati reliquit, majora tandem relicturus. Scripſit enim quæ hac ſerie digeſta ſcribuntur.

In Auguſtini Dathi elegantias commentarium.
In introductionem Arithmeticam Severini Boetii commentarium.
De praxi numerandi compendium.
In Johannem Damaſcenum commentarium.
De vera nobilitate librum eximium.
In paraphraſim phyſices Ariſtotelis ſcholia.
In introductionem paratam in phyſicen Ariſtotelis commentarium.
In introductionem paratam in libros metaphyſices Ariſtotelis commentarium.
In introductionem elaboratam in Ethica Ariſtotelis commentarium.

XXII. Carolus *Bouillus* Beromandius Samarobrinus, vir & rhetorico liquore, poetica varietate, & totius philoſophiæ micantiſsimo ſplendore expolitus, geometraque inſignis. Quem quidem ad divina potius perveſtiganda rerum ſecreta, entiumque omnium latitantes eſſentias natura produxiſſe creditur, quam ut mortali corpore interceptus humanam vitam duceret. Adeo n. evecto ingenii acumine inſignitus, ut non modo terrenorum entium naturas (prius cæca caligine obductas) in lucem educat, verum & ſtelliferos orbes, patulamque cœlorum machinam duce philoſophia, profundiſsime penetret, entium ſupernaturalium naturas mundanorum philoſophica proportione præmonſtret indiſſerabilem cœleſtis curiæ Trinitatem, & numerorum philoſophica oſtenſione, & terrenarum rerum unitiſsima ſcrutatione exacte præfiguret. Hic prorſus & maxime philoſophiæ contemplativæ, geometricisque abſtractionibus deditus eſt, ut ſæpe numero horis novem trunco arboris innixus immotis oculis, immoto corpore ſui, ſuorum humanique victus oblitus & mole corporea ſolutus rerum naturas contemplari viſus ſit, ut potius anima corpore ſoluta in cœlis degere quam humanis vinculis aſtricta hoc in mundo ſenſibili auras vitales capere videretur. Multa ſui ingenii acumine adinuenit priſcis ſeculis inviſa. Quadraturam enim circuli, ſuis geometricis machinamentis contexuit, quam philoſophorum nullus antea ſatis exacte adinuenerat. Librum de nihilo magna cum omnium admiratione mira ingenioſitate perſcripſit, aliaque quamplurima philoſophica opera quæ nullus mortalium exactis retro ſeculis præviderat, poſteritati reliquit.

In Geometriam libros ſex introductorios.
De circuli quadratura. lib. 1.
Introductionem in ſcientiam perſpectivam.
Librum de intellectu divino, angelico, & humano.
Librum de ſenſu.
Librum de nihilo.
Artem oppoſitorum.
Librum de generatione.
Librum de ſapiente.
Librum de duodecim numeris.
Epiſtolas philoſophicas complures.

*) Æginetæ.

XXII.

XXIII. GUILHELMUS *de Querco* Doctor Theologus insignis, hac nostra tempestate, ceteros inter omnes mortales consilio, moribus, sacrisque eloquiis eminentissimus qui dum illa Gallorum majestas horrifico summi pontificis, Anglorum, Hispanorumque insultu & atroci bellorum apparatu premeretur, solus suo consilio & sana animi sententia Gallorum angustiæ & necessitati benignissimus occurrit. Hic nempe Alpes transvectus Pisanam accessit ad urbem, ubi maximam & cardinalium episcoporumque concionem super re Gallica, & tanto bellorum prodigio differentem sola sua animi sagacitate corroboravit, tantique concilii partes sibi vendicavit eminentiores. Nec minori in populo ad divina officia subeunda utitur eloquio. Tanta enim & sententiarum gravitate & divinorum consiliorum cognitione excultus, ut indomitos mortalium mores, barbarosque populos facili componat eloquio, ad nitidamque summi creatoris agnitionem, benigna voce, gratis oculis, gestu moderato, & similitudinibus jucundis facile reducat.

XXIV. RENATUS *Garnerius* Luxionensis in utroque jure Doctor, nostræ ætatis peritissimus, qui ob suam in omnigeno disciplinarum genere, tum maxime præclara legum facultate claritudinem sui famam atque decus per varios terrarum tractus disseminavit, meritoque in condendis interpretandisque passim legibus Lycurgi, Socratisque partes facile sibi vendicaverit. Tersiori etenim vocis eloquio, spectata professione, animo sagaci, placido gestu, legum ænigma solvit, ut Pictavicos fines perpetuo decoravit honore, totamque Galliam indies sua nobilitat eminentia.

XXV. CHRISTOPHORUS *Longolius* Parisiensis philosophus ingeniosissimus nostriqui seculi orator clarissimus, quem ut natura parens maximis decoravit animi dotibus, & naturali ad rerum indagandas naturas præparamento insignivit: Ita fortuna bonorum cumulis ingentissimis & gravissima dexteritate eum uberrime donavit. Qui naturam ei benevolam, nobilissimasque animi dotes inspirasse animo repetens, ita naturæ munera & labore & exercitio exauxit, ut nostræ ætatis philosophus clarissimus, oratorque exuberantissimus evaserit. Hic Plinium in præclara Pictavica academia inenarrabili structura professus est, ut non mortali eloquio fretus, sed potius cœlorum penetralibus educta sententiarum varietate roboratus omnium sine discrimine videretur. Hunc Parisiana (disciplinarum alumna) academia & moribus, & oratorio succo, literisque philosophicis non ineleganter erudivit, nihilominus tamen non Gallico satiatus eloquio Italicos lares (majora conjectans assequi) festino pede aggreditur, ubi & facile rerum experientia, tersoque edoctus eloquio Gallicos tandem fines pede reverso accessit, ubi, suæ eloquentiæ & doctrinæ edidit testimonia. Quartum enim vix & vigesimum annum exagitans innumera voluminum varietate (posteritati consulens) suæ doctrinæ monimenta edidit, sequacibusque suis hac digesta serie reliquit. Orationem de divi Ludovici Francorum rege, & gentis Gallorum laudibus ad Franciscum Valesium Delphinum.

Orationes & epistolas prope innumeras.

Elegias & Epigrammata varia.

Commentaria in Plinium, quæ Pictavii publice cum summa omnium admiratione docte & eleganter interpretatus est.

Quædam in jure civili, dum illud Pictavii publice profiteretur.

XXVI. JOHANNES *Stephanus* floruit hac nostra tempestate, natione Italus, Versellarum episcopus, cardinalis Bononiensis, & rei literariæ cultor exactissimus, quem quanto excellentioribus & eminentissimis fortuna dignitatibus evexit, tanto natura nobilioribus decoravit animi dotibus. Hic nempe cuncta etiam dignitatum clarissima fastigia otio literario & rerum exquisitis naturis semper postposuit. Et suo tandem infatigabili labore & industria effecit, ut Aristotelis magna moralia priscis seculis nunquam præcognita nobis communia fecerit, quæ Jacobus Faber nostri seculi philosophus eminentissimus, & philosophiæ defensor acerrimus ipsius auspicio impressioni commisit posteris fructus non exiguos allatura.

XXVII. GUILHELMUS *de Mara* floruit hac tempestate, natione Neustrius, ex deserto Constantini pago oriundus, à parentibus nobilis prosapiæ, atque sanctissimæ vitæ procreatus. Nunc cathedralis ecclesiæ Constantiensis canonicus ac thesaurarius, orator ac poeta insignis. Hunc adhuc puerum existentem insignis theologus doctor Johann. Boucardus quondam Abrinsen. Episcopus ac confessor regius suscepit in disciplinis educandum ob præclaras animi dotes quas in puero cernebat. Nec solum ipsum per alios curabat erudiendum, sed etiam ipsemet quando per otium vacabat, erudiebat non parum se oblectans in tam fertili agricultura. Ac tantum de præclara ejus indole sperabat, ut non dubitaverit eum in ea ætate beneficio donare, majora profecto daturus si supervixisset. Denique Guilhelmus ipse ad præclarum studium Parisiense profectus in modico temporis intervallo eo evasit, ut nullus in arte oratoria aut poetica eo celebrior haberetur. Unde Ro. Brissonetus quondam Remensis Archiepiscopus, ac Franciæ cancellarius in tanti viri famam audiens eum sibi in secretarium accersivit. Quo quidem Roberto mortuo Carolus Octavus dedit hunc Guilhelmum cancellario suo Guidoni de Rupeforti. Carolus enim ipsum Guilhelmum diligebat propter rhythmos non insulsos, quos ipse lingua gallica noverat elegantissime componere, & etiam propter artem scribendi in quocunque literarum genere in qua sibi parem non inveniebat. Postea reverendissimus cardinalis S. Maclovii Guilhelmus Brissonetus hunc sibi à Guidone de Rupeforti impetravit ut esset ejus auricularius, apud quem diu mansit. Sed demum curialium miseriarum pertæsus, ac temporis jacturam ægre ferens concessit

in ſtudium Cadomenſe ubi rectoria dignitate, & poſtmodum laurea doctorali in utroque jure donatus eſt. Eſtque in eo ſtudio jura pluribus annis profeſſus, tandem in canonicum ac theſaurarium cathedralis eccleſiæ Conſtantienſis aſſumptus, ubi reſidet ſoli Deo ſerviens, & bonis literis quibus poſteritatem ditaturus eſt.

Hæc ſunt quæ jam extant ſuæ doctrinæ teſtimonia.

Conflictus in Chimæram ad Johan. de Ganayum magnum Franciæ cancellarium opus ſane egregium atque ſanctum, in quo illa tria præcipua vitia quibus totus roundus inficitur atque venenatur, ſuperbiam ſcilicet, libidinem, atque avaritiam eleganter infectatus eſt.

Opuſculum de ſacroſancta euchariſtia ad Guilhelmum Conſtantienſem Epiſcopum.

Paraphraſis in Muſæum de Herone & Leandro ad Nicolaum de Ceriſay ſancti Germani Pariſienſis decanum.

De amoribus liber unus ad eundem.

De laudibus liber unus ad Joh. Briſſonetum regiorum calculorum præſidentem.

De probris liber unus ad Carolum Guillart Pariſei ſenatus præſidentem.

Næniarum ac Epitaphiorum, lib. 1.

De divinis. lib. 1.

Multa præterea in oratione pedeſtri ſcripſit quæ nondum in lucem prodiere.

XXVIII. MATTHEUS *Ebroicenſis* Normannus, ordinis fratrum prædicatorum, profundiſſimus ſcripturarum indagator, vir utique religione plenus, ac literis ſuper pentateuchum, Eſaiam & alios quamplures veteris ac novi teſtamenti libros egregiam fecit poſtillam, quæ in libraria communi conventus Ebroicen. ſupradicti ordinis cujus alumnus fuerat repoſita habetur. Floruit autem, ut ex quibusdam ejus ſcriptis apparet, circa tempora Caroli ſexti Francorum regis. Hujus libros cum per quaternos diſperſi eſſent recollegit frater Robert. Baiguardus Theologiæ doctor & confeſſor Chriſtianiſſimi Francorum regis Caroli ſeptimi eorundem ordinis & conventus, ipſoque repoſuit in communi libraria ejusdem domus.

XXIX. GUIDO *Ebroicenſis* egregiorum ſermonum compilator, circa hæc etiam tempora floruiſſe creditur, ejusdem ordinis frater, qui etiam præter regulas Tichonii quædam aptiſſima dedit documenta ad ſacræ ſcripturæ ſenſum capeſſendum, oſtendens ex quarum rerum ignorantia in doctrinæ ſacræ expoſitione errare ſæpius contingit, quæ in quorundam conventuum bibliothecis inter cætera ejus opera recollecta inveniuntur.

XXX. LAURENTIUS *Gervaſii* de conventu Lexovienſi, ordinis prædicatorum in Normannia, Regnante Ludovico undecimo Francorum rege apud Pariſios clarus habitus eſt, doctor, Theologus, vir utique ſcientia & doctrina famatiſſimus, qui propter excellentem ejus ſapientiam cum maxime ſanctiſſimi doctoris Thomæ Aquinatis doctrinam calleret, ad reformandum in melius Colonienſe ſtudium miſſus, cum ibidem ſupra modum proficiſſet exinde rediens apud Divionum Burgundiæ oppidum ſpiritum reddidit, ibique cum fratribus ſui ordinis ſepultus, utilia valde opera quæ copulata magiſtri Laurentii Gervaſii dicuntur, ſuper totam ſummam theologiæ angelici doctoris (cujus videlicet doctrinæ dum viveret emporium dicebatur) reliquit.

XXXI. SILVESTER *de Prierio*, Bononienſis, ordinis fratrum prædicatorum doctor venerabilis, ac clariſſimus ſane doctrinæ ſancti Thomæ Aquinatis expoſitor pariter & acerrimus defenſor, circa tempora Innocentii octavi pontificis maximi in Lombardia floruit. Scripſit enim defenſorium doctrinæ S. Thomæ quæſtion. Jo. Capeoli ſcripta brevians, luce clarius doctrinam ſanctiſſimi doctoris irrefragabilem demonſtrat, ex ipſius dictis omnium adverſantium argutias diſſolvens. Scripſit etiam introductorium logicæ.

Item ſummam ſermonumquæ roſa aurea nuncupatur.

Item ſummam de caſibus conſcientiæ.

Item malleum Scotiſtarum.

Item ſuper IV. libros ſententiarum.

Ad hæc usque tempora perſeverat ſcribendo, Bononiæ degens usque videlicet ad Annum Domini, DXII. ſupta milleſimum.

XXXII. DOMINICUS *de Flandria*, doctor clariſſimus, ejusdem ordinis, Bononienſis, eisdem temporibus quibus & præcedens.

Scripſit quæſtiones metaphyſicales.

Quæſtiones de anima. Item ſuper libros poſteriorum.

Obiit autem præſidente in cathedra Petri Alexandro octavo ſummo pontifice.

XXXIII. PAULUS *Soncinas*, ejusdem ordinis, hiſce temporibus.

Scripſit quæſtiones Metaphyſicales.

Item ſuper prædicabilia & prædicamenta.

Eodem tempore, vel eo circa quo & præcedens vita functus eſt.

APPEN-

# APPENDIX.

## EPISTOLA MAGISTRI JACOBI WIMPHELINGI SLETSTATENSIS, AD REVERENDUM PATREM, DOMINUM JOHANNEM TRITHEMIUM ABBATEM SPANHEMENSEM, IN ADDITIONES CATALOGI GERMANORUM.

JACOBUS Wimphelingus Sletſtatinus, reverendo religioſiſſimoque patri, Domino Johanni Trithemio Abbati Spanhemenſi, ſacroſanctiordinis divi patris Benedicti, ſalutem plurima m dicit. Tanta eſt tuæ paternitatis innata quidem humanitas, clementia, comitas, quæ indigniſſimum me homuncionem, & amare, & amorem lucubratione tua coegerit aperire, qui de te nihil bene meritus ſum, neque unquam propter ſtatus anguſtiam tibi benefacere poſſe confido. Dulciſſime pater, fruor ingenio tuo, fruor donis, fruor laude tua: omnia hæc tuæ liberalitati, tuæ clementiæ, tuæ manſuetudini tribuo. Et utinam vel mortuis characteribus tibi gratias agere poſſem (nunquam enim factis aut operibus potero referre) quod tibi ex uno labore duplicem feci. Poſtea, enim quam Catalogum Scriptorum Eccleſiaſticorum (opus profecto clariſſimum) conſummaviſſes, quieſcendum tibi fuit. Nunc ego te permovi, ut ex abyſſo & denſa virorum illuſtrium ſylva, qui in Chriſtiana religione ſub quacunque gente ſcripſiſſent, ſeparatam atque ſingularem mihi Germaniæ luminum partem excerpſeris (adjunctis non paucis qui tibi interea occurrerunt) quam tanto jocundius legi, quanto minus tam ingentem excellentium virorum copiam in Germania fuiſſe credidiſſem. Adieci ego (veluti videbis) nonnullorum vel ſola nomina, quoniam eorum opera perquirere mihi non licebat. Committamus hoc onus poſteritati, ut ſi futuri ſunt unquam in Alemania qui nationis & patriæ ſuæ laudem ac gloriam amabunt, addant de ſua vena, ubi nos jam deſtitimus, ipſi quidem poſthac incepturi. Non etenim de cætero regnabit inter Germanos illepida crudaque barbaries, nec verum ſemper prædicabitur, quod apud Lucanum quondam introducitur Cato dixiſſe: *Me gemina figant acies: me barbara telis Rheni turba petat.* Exiſtimant enim plerique gloriam propriam exaggerare, alienam attenuare ſoliti, eam Rheni aut Germaniæ barbariem à Julii temporibus ad noſtram usque ætatem invaluiſſe. Id quam verum ſit, ut intelligant, utinam meditarentur divi Hieronymi verba, qui inter cæteras terrarum calamitates, Alemaniæ quoque miſerabilem ruinam deflet, excelſas Rheni quidem urbes nequaquam prætergreſſus: *Moguntiacum*, inquiens, *nobilis quondam civitas capta atque ſubverſa eſt, & in eccleſia multa hominum millia trucidata. Vangiones longa obſidione deleti: Nemetis*, (quæ jam Spira eſt) *Argentoratum* (quæ nunc Argentina vocatur) *populata ſunt.* Nunquid divus Hieronymus Moguntiæ, Wormaciæ, Spiræ, & Argentinæ illuſtriſſimarum ſuæ tempeſtatis urbium, præclara mœnia, locosque munitiſſimos aut opes, magis doluit vaſtari quam in eisdem florentiſſima plurimorum ingenia miſerabiliter interire? An Hieronymus illarum civitatum cladem aut exitium meminiſſet, ſi non in eis fuiſſe tum pientiſſimos Chriſticolas, tum doctrinis & ſapientia præſtantes viros cognoviſſet? An non eſt prævalidum & victorioſum argumentum, extitiſſe quondam in Germania doctos plurimos, tam affluens vetuſtiſſimorum voluminum copia? An indocti fuere vel auctores eorundem, vel ſcriptores, aut qui ſcribi mandaverunt, aut qui eis quotidie uſi ſunt? An vero hujuſcemodi clariſſima volumina, ex Hiſpaniis, ex Auſonia, ex Anglia, in Germanorum bibliothecas olim translata ſunt? De oratore Tullium, & Quintilianum ipſum in Alemanorum latebris inuentos eſſe, Itali confitentur. Æneas quoque Silvius inter Germanos educatus Gregorio Heimburgenſi Teutonico diſertiſſimo jureconſultiſſimoque ſcribens, intercætera ſic ait * *Inveni apud ſanctum Gallum (quod Suevorum eſt oppidum) in veteri monaſterio bibliothecam pervetuſtam, ubi & libros repperi ornatiſſime conſcriptos, quorum auctores fuerunt Teutones. Mirabar, cur pridem nihil eloquentiæ hic in regionibus eluxiſſet: ſed venit in mentem, apud Italos quoque tempus fuiſſe, quo ſepulta diſcendi facultate barbarorum inſcitia dominabatur. Antè centum ferme annos & antea trecentis quadringentisque non invenies, qui per Italiam ſermonem habuerit terſum & lucidum.* Neque Cornelius Tacitus negat, non ſemper apud Italos eloquentiam floruiſſe, ita exorſus: *Sepe ex me requiris, Juſte Fabi, cur cum priora ſeculæ tot eminentium oratorum ingeniis gloriaque effloruerint, noſtra potiſſimum ætas deſerta & inculta vix nomen ipſum oratoris retineat.* Quocirca ne deinceps Alemanos cæteræ nationes ob interceptam aliquando fortaſſis bonarum literarum notitiam deſpiciant, dignentur meminiſſe & apud ſuos quandoque temporum infelicitate philoſophiæ & eloquentiæ ſtudium interpolatum intercluſumque fuiſſe. Neque enim ex interceptione diſciplinarum, quæ tempore quocunque facta creditur, cenſendum eſt omnibus retro ſeculis Germaniæ literarum defuiſſe cultores. Non defuerunt Caroli Magni filiorumque ejus temporibus Germaniæ doctiſſimi viri. Teſtes ſunt, qui utrumque teſtamentum gloſſa nobiliſſima interpretati ſunt. Teſtis eſt qui ſanctum & admirabile opus de Dominicæ crucis laudibus carmine ſine cujusquam imitatione conſcripſit. Teſtimonium præbent ornatiſſima vetuſtiſſimaque diverſis in locis Epigrammata, quæ hodie extant, quæ in Moguntiaco, cœnobiisque plurimis Rheno finitimis, nos ipſi ſumma cum jucunditate vidimus, & lectitavimus. Profecto ſi nunc videat Cornel. Tacitus Germaniam, non ſcri-

beret (ut olim) *informem terris asperam cœlo, tristem cultu aspectuque.* Sic & qui quondam Barbaros vocavere Germanos, si plerosque nostrates, eorumque ingenia pernoscerent & contemplarentur, labris suis digitum admoverent.

Aut si vetustatis præclara vestigia contuerentur, suapte confirmarent, difficile posse numerari quot viri præstantes, quanta scientia, quantaque in studiis suis copia fuerit, & quanta varietas aput Germanos, qui non una aliqua in re separatim elaborarunt, sed omnia, quæcunque possent, vel scientiæ perveſtigatione, vel differendi ratione comprehenderunt. Quis ignorat fuisse inter nostrates summos ac præcipuos Mathematicos, & astrorum exploratores? Quis denique ignorat eam cœli syderumque notitiam ex Germania nuper ad externas nationes præsertim ad illustres Italos esse profectam. Itaque quocunque me animo & cogitatione convertam, per multos excellentes in quocunque genere video Germanos non mediocrium artium, sed prope maximarum. Ne vero nationum externarum candidi laudatores mendacii nos arguant, tuo Pater reverende Catalogo, quid de Germanis sentire debeant, admonentur. Quidnam deinceps objicerent? An Deus, à quo omne datum optimum & omne donum perfectum & desursum est, sicut à Simonide Metaphysicen divinamve scientiam mortalibus invidere falso creditum est, ita & singulari quadam invidia solos prosequitur Alemanos, non tavens, neque donans eis mentis aciem, vivax ingenium, elevatum intellectum, alacrem industriam, firmam memoriam exercitationes ingenii, curricula mentis, in quibus desudent atque elaborent? Absit, nam sine invidia Deus. Est enim gentilis Poeta qui canit: *Sua cuique exorsa laborem fortunamque ferent, Rex Jupiter omnibus idem.* Taceo de doctissimis Germaniæ viris, qui hac nostra tempestate tum in Gymnasiis & Cœnobiis, tum in Ecclesiis, Principumque curiis in omni arte & quarumcunque rerum notitia florent, in regulari Grammatica, in omni Dialectica, in Musicis, in Geometrica, in astrorum scientia, in Aristotelica philosophia, in cunctis naturalium rerum mysteriis, in moralibus disciplinis, in oratoria, in poetica, in omnibus humanitatis literis, in sacratissimis legibus, in pontificiis canonibus, in divinis institutionibus, doctissimi sunt, & ingenio præstantes: qui carmina in omni genere cudunt, qui Historias & Cosmographiam egregie norunt, qui ornatissima syntagmata scribunt. Taceo & de his Alemanis nostris, qui Græcas literas non ignorant. Imo hodie susperſunt Alemani, qui libros Græcos in Latinam linguam non ineleganter transtulerunt. Etsi forte quidam Germanorum res sanctas utiles & honestas solidissimasque sententias humili stylo scripserunt, an ideo floccipendendi sunt? Absit. Non sunt abjiciendi veteres jureconsulti (etiam Itali) non medici, non theologi, qui suas veras & optimas doctrinas, non verborum fuco & ventositate, sed quieto genere dicendi & mediocri latinitate sparserunt. An rejiciendus est Bonaventura Italus? quo non est major, non profundior, non devotior in scripturis sacris. An rejiciendus est Johannes Andreæ? an Hostiensis? an Bartholus? an Baldus? an Abbas Siculus? an isti omnes rejiciendi sunt, tanquam horridi, impoliti, rudes & informes, propterea quod Scholasticorum more suas institutiones pedestri campo transcurrunt? an non est censendus doctus: nisi qui more Tulliano elegantissime scribit? an universi qui leves, lubricas, inutiles, & obscœnas sententias phalerato stylo, lascivia verborum, & licentia compositionis exornare studeant, doctissimi sunt judicandi? Falsum est utrumque. Quanquam is certe provectior est, qui egregiis, gravibus atque profundis sententiis melliti sermonis dulcedinem intermiscet: Sed non possumus omnes esse Scipiones, non omnes Nestori similes, ex cujus (licet vetuli & pene decrepiti) lingua melle dulcior fluebat oratio. Quapropter si nostrates aliqui non accurato quidem, sed doctrinali quotidianoque sermone usi fuere, non sunt aspernandi. Namque satis erat eis ita loqui, ut in rebus honestis intelligerentur. Enimuero sicut rustico illa non solum colenda est terra, quæ vel aromata preciosissima vel præstantissima Bacchi munera profert: ita nec Tullianas solum orationes, aut tersiora nobilium vatum carmina boni viri suscipiunt, sed amplexantur etiam mediocres: legunt humili quoque cothurno perambulantes. Denique meminerint (obsecro) detractores invidi, & acerrimi linguæ nostræ censores, mutari cum temporibus genera dicendi, nec statim deterius esse, quod diversum est, vitio autem malignitatis humanæ vetera semper in laude, præsentia in fastidio esse. Satis constat, nec Ciceroni quidem obtrectatores defuisse, quibus inflatus & tumens, nec satis pressus, supra modum exultans, & supereffluens, & parum antiquus videretur, Crediderim ego nostrates philosophos non eloquentiæ insciti a deflexisse ab illa veteri & ornatissima via scribendi: Sed temporum argumenti & auditorum conditione pensata formam atque speciem orationis mutavisse. Desinant igitur exteri lacessere Germanos, qui sub plano & humili stylo negotia quondam altissima sanctissimaque descripserunt. Quid ille censor Latinæ linguæ Valla mordacissimus, dirâ & exactâ sua reprehensione sibi peperit? quid aliud (inquam) laudis consequutus est post fata, quam quod de eo juxta merita, pulchrum illud epigramma confictum, legitur & prædicatur ubique. *Nunc postquam manes defunctus Valla petivit, non audet Pluto verba latina loqui. Jupiter hunc cœli dignatus parte fuisset, Censorem linguæ sed timet esse suæ.* Demum ut ad rem ipsam descendamus, reverende pater, aliquid nos ad tuum Catalogum addituri, à Romanis pontificibus Teutonicis exorsi sumus, quos non arbitramur non excellentes, & cæteris multis non longe præstantiores. Reliquos deinde passim sine ordine, ita ut animum subierunt, conjunximus: Brevitatis, confusionis, indigesti & illepidi styli à candido Lectore veniam postulantes. Vale elegantissime Pater, ordinis divi Benedicti unicum decus & exemplar honesti, ex Spiris. XV. calend. Octobris. Anno MCDXCII.

PRO-

# PROSTHESIS SIVE ADDITIO.

## ILLUSTRIUM GERMANORUM, JACOBI WIMPHELINGI SLETSTATENSIS, POST CATALOGUM DOMINI JOHANNIS TRITHEMII ABBATIS SPANHEMENSIS COMPOSITA.

Cum nuper Catalogum illustrium virorum Germaniæ meis precibus inductus, reverendus pater Trithemius Abbas Spanhemensis edidisset, eumque ipsum ad me transmisisset, comperi deesse summos Romanæ urbis pontifices ex Teutonicis assumptos, & quosdam alios (meo judicio) memoria dignos: & indolui, statimque induxi animum, quatenus neglectos adjungerem, & vel solis nominibus posteritati commendarem. Trithemius etenim noster pientissimus pater hoc propositum me conscio dudum assumpserat, nullum penitus suo Catalogo inserere, nisi cujus & tempora vitæ & opuscula ingenii certa sibi memoria innotuisset. Ego vero, qui Germanum quempiam non sine singulari eruditione ad fastigium summi pontificatus assumi potuisse crediderim, quamvis opera ad nos eorum non pervenerint, nequaquam illos pertranseam.

XXXIV. Stephanus igitur Papa octavus, ex Germania natus, non est censendus absque singulari & virtutum & doctrinarum excellentia, in sanctissimum Romanæ sedis culmen sublimari potuisse, quamvis Romanorum tyrannide vexatus, ut nihil magnificum aut præclarum, memoriave dignum agere posset, adversam sibi fortunam expertus sit cum dolore. Hujus quoque meminit Sebastianus Murrho Colmarienſis de virtutibus & magnificentia Germanorum. Claruit sub Ottone Imperatore primo Anno Domini, MCDXLII.

XXXV. Gregorius Papa Quintus, genere Saxo, statutis ordinatisque Romani Imperii Electoribus (quibus Imperatoris electio irrefragabili perpetuitate commissa est) mirifica prudentia sua sacrosancto Romano Imperio feliciter atque salubriter consuluit, veritus aliquando prolem ab avitis patriisque virtutibus degenerare posse. Claruit sub Ottone tertio. Anno Domini, MCDXCV.

XXXVI. Clemens Papa secundus, Synderus antea vocatus, Bambergensis Episcopus: Henricum secundum coronavit, qui Romanos in verba sua jurare coegit, *Pontificum electioni se nunquam interfuturos*, optimum & saluberrimum decretum à Pontifice & Principe Romanis (utroque licet Teutone) institutum. Claruit sub Henrico tertio Imperatore secundo. Anno Domini, MXLVII.

XXXVII. Leo, Papa nonus, Alsaticus natione, ex comitibus de Egesheim, sanctitate clarus, prius Bruno episcopus Tullensis, monachus divi patris Benedicti, vocem è cœlo audire meruit: *Ego cogito cogitationes pacis, & non afflictionis.* Et de hoc in Catalogo suo Trithemius noster mentionem fecit, & similiter Sebastianus Murrho. Claruit sub Henrico tertio, Anno Domini MXLVIII.

XXXVIII. Victor, Papa secundus, Gebhardus ante vocatus, episcopus Eichstettensis, magnam synodum Florentiæ habuit, in qua multos episcopos propter Simoniam & fornicationem damnans deposuit. Hic optime rexit & reformavit clerum, & multa bona fecit atque constituit. Claruit sub Henrico tertio, Anno Domini MLIV.

XXXIX. Stephanus, Papa nonus, Fridericus ante vocatus, monachus ordinis divi patris Benedicti. Statim curavit, ut Mediolanensis ecclesia, quæ à Romana ducentis fere annis se subtraxerat, nunc demum eidem obtemperaret, ut veræ omnium ecclesiarum parenti. Claruit autem sub Henrico hujus nominis tertio, Anno MLVII.

Et tantum de Romanis pontificibus ex nostratibus assumptis, jam de reliquis in Catalogo obmissis, quantum nobis constare potuit, breviter aliquid perscribamus.

XL. Bruno inceptor ordinis Carthusiensis, ex Colonia Agrippina oriundus, vir sanctus & clarissimus, tum philosophus, tum theologus, scholarum Parisiensium rector & moderator, cum in Galliis legendo, disputando & scribendo excellentissimus haberetur, relicto seculo & pompis ejus, cum septem viris doctissimis in Heremum Carthusiæ secessit, ibique monasterio extructo, hunc ipsum ordinem feliciter instituit. Ex ejus discipulis fuit Urbanus Papa secundus. Claruit autem Bruno, circa annum Domini MLXXXV.

XLI. Hugo de sancto Victore Parisiensi, natione Germanus, oriundus ex Saxonia fuit, unde nostris merito connumerandus est. Qui quanta scripserit, in Catalogo de scriptoribus ecclesiasticis Trithemius noster non tacuit. Claruit autem eodem tempore, quo Divus Bernhardus abbas Clarevallis, Anno Domini MCXX.

XLII. Johannes ex Turghem Sveviæ vico oriundus, primum Eichstettensis, deinde Argentinensis Episcopus, vir omnium tum divinarum tum humanarum literarum doctissimus sagacissimusque non sine memoria & laude transeundus est, quamvis nihil suorum ad nos operum pervenerit. Vidimus Bibliam & Decretum, quæ sua manu scripsit, quæ hodie in Molsheim extant. Mortuus est Anno Domini MCCCXXVIII.

XLIII. JOHANNES Buridanus philoſophus maximus, primum in Gymnaſio Pariſienſi philoſophiam multis annis glorioſe docuit, ac deinde in Univerſitate Wienneaſi in Auſtria multos in eadem facultate non ſine admiratione omnium erudivit. Scripſit inter multa ingenii ſui opuſcula, Quæſtiones ethicæ Ariſtotelis, ſolidas, veras & profundas, teſte Johanne de Gerſon, cætera multa compoſuit, nobis jam non occurrentia.

XLIV. APOLLONIUS ſummus & perſpicaciſſimus medicus Erffurdenſis, quo in loco plurimis philoſophiam docentibus perpetua ſtipendia inſtituit, quæ & magnifice dotavit. Scripſit in ſua profeſſione nonnulla opuſcula, quæ tamen in manus noſtras adhuc minime venerunt.

XLV. SIGISMUNDUS, Romanorum Imperator, virtum doctrina, tum multarum linguarum peritia inſignis: in concilio magno Conſtantienſi orationem latinam habuit, omni religioſa pietate & vera Chriſtiana religione plenam, quam auribus ſuis Joannes Gerſon non ſine pia compunctione ſe lætum audiviſſe narrat. Nec Davidi ſanctiſſimo eum comparare dubitavit.

XLVI. JOHANNES dictus Sonnemannus, id eſt vir Solis, ordinis fratrum beatæ Mariæ ſemper virginis de monte Carmelitarum, Doctor ſacræ Theologiæ, conventus Caſſellenſis in Haſſia, vir in divinis ſcripturis ſtudioſus & eruditus, & ſecularis philoſophiæ interpres egregius, ingenio ſubtilis, ſermone ſcholaſticus, declamator ſermonum popularium facundiſſimus. Scripſit de decem præceptis lib. 1. ſuper Symbolo Apoſtolorum lib. 1. de præparatione cordis lib. 1. de ſuperſtitionibus lib. 1, de contractibus lib. 1. caſus contra reemptiones cenſuum lib. 1. Sermones de tempore & de ſanctis lib. 11. alia quoque nonnulla edidit, quæ ad notitiam meam non venerunt. Claruit in conventu ſuo Caſſellenſi, ſub Friderico Imperatore tertio, Anno Domini MCDLX.

XLVII. GERARDUS de Caſtris, ordinis fratrum beatæ Mariæ ſemper virginis, de monte Carmelitarum, prior conventus Moguntinenſis, vir doctus & eruditus, ingenio præſtans, ſermone ſcholaſticus, vita quoque & converſatione devotus, ac regularis obſervantiæ cultor celeberrimus, declamator ſermonum egregius. Scripſit de paſſione Domini lib. 1. Sermones de tempore & de ſanctis lib. 11. Et alia non ſpernenda. Claruit ſub Friderico Imperatore tertio, Anno Domini MCDLXX.

XLVIII. GREGORIUS Heimburgius non mediocris Jurisconſultus & Orator, nec ab Italis (maxime Venetis) ſine laude orationum ſuarum abſcesſit. Quanquam admirabile ejus ingenium non ſola quidem inani verborum ventoſitate, ſed etiam ſacratiſſimis legibus probe inſtitutum, aliorum invidiam ſibi comparavit. Summa enim petit livor, perflant altiſſima venti. Orationes & epiſtolas varias ſcripſit pro defenſione Sigismundi ducis Auſtriæ: Et appellationem à ſententia ſummi pontificis, & alia.

XLIX. JOHANNES Simlerus Argentinenſis, Jureconſultus celeberrimus, ingenio præſtans, eloquio diſertus, prudentia ſummus, multas ſcripſit elegantiſſimas epiſtolas, tum ad me, tum ad alios. Et quædam alia non aſpernenda opuſcula, quibus vivax ſuum exercitavit ingenium. Moritur ſub Innocentio Papa octavo.

Habes à me nunc; candide Lector, Proſthecin, quam promiſi, additionem ſcilicet quorundam ingenio præſtantium ad Catalogum inſignem reverendi Patris Domini Johannis Trithemii, Abbatis Spanheimenſis, quo viros illuſtres Germaniæ noſtræ maxima alacritate deſcripſit. Nec dubitamus reſtare pene innumeros, quorum nullam fecimus mentionem: eo quod nobis eorum & nomina & opuſcula penitus ſunt incognita. Sed unusquisque poſt nos addat quos invenerit, & gloria Alemanorum ſemper aucta omnibus exteris nota fiet. Nos enim quantum nobis licuit, pro laude nationis noſtræ animo promptiſſimo laboravimus.

INDEX

Digitized by Google

# INDEX GENERALIS
## IN TRITHEMIUM
## Auctariumqve AUBERTI MIRÆI
## ET IN SCRIPTORES VETERES
### *Bibliotheca hâc Eccleſiaſtica*
### *comprehenſos.*

*T. Trithemii librum, & numerus additus caput, aſteriſcus vero caput appendicis ad Trithem. M. Miraei auctarium, numerusque additus paginam denotat.*


| A.C. | A |
|---|---|
| 970 | Abbo al. Albo Abbas Floriacenſis *Sigebert. cap.* 139. T. cap. 303 |
| | Abdias Babylonius M. pag. 3 |
| | Abſalon Abbas Spinchisbac. M. 57 |
| 350 | Achacius, (Acacius) *Hieron. c.* 98. *Honor. lib.* 1. *c.* 99. T. 69 |
| | Achelinus Epiſcopus. *Anon. Mellicenſis* c. 72. |
| 1240 | Accurſius, Pater, Ictus, T. 439. |
| 1300 | Filius Ictus. T. 529 |
| 1320 | Adalardus. M. 104 |
| | Adamus Canonicus præmonſtrat. M. 66 |
| 1320 | Adamus Godhamus M. 77 |
| | Adamus Sasboldus. M. 102 |
| | Adam, Abbas de perſenna. T. 343 |
| 1424 | Adam Wernerus. T. 959 |
| 1077 | Adamus Bremenſis Canonicus M. 104 |
| 690 | Adamannus Scotus Abbas Hujenſis *Sigebert. c.* 64 *Anon. Mellicenſis* c. 29 T. 237 |
| †1027 | Adelboldus Epiſc. Traject. *Sigebert.* c. 138 T. 312 |
| 1040 | Adelmannus Ep. Brixienſ. *Sigebert.* c. 153 T. 320 |
| †709 | Adelhelmus al. Aldhelmus Ep. Schirburn. in Anglia *Sigebert.* c. 66. 132 T. 239. M. 37 |
| 829 | Adelmus Mon. Lauricham. M 43 |
| 1160 | Adelphus, Abbas Benedict. T. 383 |
| | Ademarus Engolismenſ. presb. M. 43 |
| †1166 | Adilredus, al. Ælredus S. Ethelredus *Henr. Gandav.* c. 13 T. 412 |
| 879 | Ado Viennenſ. Archiep. *Anonym. Mellicenſ.* c. 40 M. 47 |
| 1076 | Ado Treverenſ. M. 47. |
| 890 | Adrevvaldus S. Albertus Floriacenſis. *Sigebert. c.* 100 T. 291 |
| †795 | Adrianus 1. Papa *Sigeb. c.* 79. T. 254 |
| †1286 | Ægidius Aſſiſius. M. 73 |
| 1374 | Ægidius Bellamerius Ictus. M. 78 |
| 514 | S. Ægidius Abbas. M. 26 |
| 1289 | Ægidius de Fuſcoriis ſive Foſcherarius. T. 428 |

| A.C. | |
|---|---|
| † 822 | ÆgilAbbas Fuldenſis. M. pag 42 |
| 1413 | Ægidius Rojus. M. 85 |
| 1433 | Carlerius. M. 86 |
| †1316 | Columna ſ. de Roma. T. c. 490 M. 75 |
| 1343 | Muiſius. M 80 |
| 1494 | Nettel. T. 943 |
| 1190 | Aimoinus *Sigeb. c.* 101 T. 305 M. 104 |
| 1307 | Aitonus ſive Haidonus. M. 76 |
| †1544 | Ælius Antonius Nebriſſenſis. M. 104 |
| | Ægidius, Monachus Benedict. T. 241 |
| 1246 | Ægidius Mon. Ciſtertienſis. M. 80 |
| | Ælnothus vide Egelnotus. |
| | Æneas Sylvius vide Pius II. |
| 480 | Æneas Gazæus. M. 22 |
| | Agapetus CPol. Diac. M. 26 |
| | Agathias Scholaſticus M. 30 |
| | Agnellus Ravennenſ. Epiſc. M 23 |
| | Agrippa Caſtor, *Hieron. c.* 21. *Honor. lib.* 1. *c.* 22 |
| † 840 | Agobardus Lugdun. Epiſc. M. 43 |
| †1474 | Alanus de Rupe. T. 850 |
| †1294 | de Inſulis. *Henr. Gandav. cap.* 21 T. 527 |
| †1182 | alius. ibid. |
| | Albericus Diaconus Cardinal. *Petrus Diac.* p. 179 |
| 1340 | Albericus de Roſale T. 608 |
| 1256 | Piſanus. M. 73 |
| 1241 | Monach. Ciſterc. M. 73 |
| †1329 | Albertinus Muſſatus. M. 104 |
| | Albertus Aquenſis Canonicus M. 60 |
| 1378 | Albertus Argentinenſis. M. 104 |
| 1340 | Albertus Brixianus. T. 592 |
| 1246 | Albertanus Brixienſis. M. 74 |
| | Albertus Catanæus. M. 93 |
| †1517 | Cranzius. M. 96 |
| 880 | Albertus al. Olbertus Abbas Gemblacenſ. T. 308 |
| 1460 | Albertus de Eybe. T. 827 |
| | Albertus Galioti. T. 443 |
| †1280 | Albertus Magnus, *Henr. Gandav. c.* 43 T. 466 |
| | Albertus Monachus, *Anon. Mellicenſ.* cap. 77 |




Digitized by Google

A. C.
1030 Albertus, Monachus Metenſis *Sigeb.* c.143 T.cap.329
†1323 Albertus Patavinus. T.531M.pag.80
1535 AlbertusPius. M.100
1190 AlbertusPatriarchaHieroſol.T.406 M.67
1494 Albertus de Pruſa. T. 949
500 Alcimus Avitus Viennenſis Epiſc. *Sigebert. cap.22 Anonymus Mellicenſis* c. 41 *Iſidor.c.23 Honor III.* 27. T.197
†804 Alcuinus ſ. Albinus *Sigebert.c.83. Honor.IV.2* T. 251
Aldhelmus. *Anon. Mellicenſ.* c.30
Alexander ab Alexandro. M.98
Alexander I. Papa. *Anon. Mellicenſ.* c. 6.
† 1181 Alex. III. *Henr.Gandav.* c.59 T. 396
† 1245 Alex.de Ales, Cardinalis. *Henr. Gandav.* c.46 T.458
†253 Alexander Cappadociæ Epiſc.*Hieron.* c.62 *Honor. lib.*1. *c.*63 T.37
1310 de Alexandria. T.536
1230 Dolenſis. *Henr.Gandav.*c.59
1240 de Villa Dei. T.463
1470 Tartagin,lctus.T.846. M.90
Alexandrinum Chronicon. M.33
1130 Algerus Monach. Corbej. T.328
Alitgarius ſive Halitgarius Cameracenſis Epiſc. *Sigebert.* c.122
890 Almannus ſive Adelmannus.*Sigebert.* c.153 T.282
Almannus Altvillarenſis. *Sigeb.c.*98
†1086 Alphanus, Archiep. Salernit. *Petrus Diac.* p.177 T.323
1339 Alphonſus Bonushomo. M.77
1340 Alphonſus Ep. Hiſpal. T.614
† 1454 Toſtatus. M. 87.
1270 Alphonſus Rex Caſtellæ. T.470
1166 1. Rex Luſitaniæ. M.67
†1359 Vargas. M. 85
1320 Alvarus Pelagius. T. 564 M.77
Alvarus de Luria. M. 67
Amalarius al. Attularius. *Sigebert. c. 87. Honor.*IV. 3. *Anon. Mellicenſ.* c.712.
†662 S. Amandus Tungrenſis Ep. M.35
346 Amandus Argentinus M. 36
Amatus Epiſc. *Petrus Diac.* p.178
890 Ambroſius Ansbertus ſive Autbertus Monachus. *Sigebert.* c.91. *Anon. Mellicenſ.* c.51
230 Ambroſius ἐξηγοδιώκτης Origenis. *Hieron. c.56. Honor. lib.*1. *c.*57 T.32
Ambroſius Alexandrinus junior. *Hieron.*c.126. *Honor. lib.* 1. *c.*127
Ambroſius Calepinus, T. *13
1430 Camaldulenſis Abbas, T.769M.88
1480 Ambroſius Coriolanus ſive Coranus T.319. M.97
1473 AmbroſiusContarenus. M.95
380 Ambroſius Mediolanenſis *Hieron.* *cap.*125. *Honor, lib.*1. c.126. *Anon. Mellicenſ.* c.11. T.cap.83
400 Ambroſius presbyter. T.87
1144 Amedeus Ep. Lauſan. M.pag.68
Ammianus Marcellinus. M.8
990 Ammonius al. Aimoinus. T.305 M. 104
230 Ammonius Alexandrinus *Hieron. cap.*55. *Honor.* I. 56
Amoënus Poëta. M.11.
390 Amphilochius *Hieron.* c.133. *Honor. I.* 134 *Sigebert.* c.7 T.94 M.6
†666 Anaſtaſius Apocriſiarius Rom. M.35
AnaſtaſiusMonachus. M. ibid.
†598 S. Anaſtaſius 1. Patriarcha Antiochenus. M. 31
†609 II. item Patriarcha. M. ibid.
†498 Anaſtaſius II. Papa. T. 193
749 Abbas S. Euthymii. M. 38
860 Anaſtaſius, Bibliothecarius. *Sigebert.* cap.103 T.276
Ep. Nicænus. M.42
Anaſtaſius Sinaita. *Sigebert.* c.42
285 Anatolius Alex. *Hieron.* c.73. *Honor. lib.* 1. *cap.*74 T.48
663 Andoenus al. Dado Ep. Rothom. Vide Audœnus.
Andreas Ratisponens. M.95
1499 Andreas Abbas S. Michaël. M.96
Archiep. Cretæ. M.33
1460 Andreas Barbatius. M.90
1300 Andreas Novo Caſtrenſis. M.77
Cæſareæ Epiſc. M. 6
Dominicus Floccus. M. 97
†1462 Andreas de Trajecto. T. 801
†1463 Andreas à Sueſſa. *Placidus Rom.* pag. 199
AndronicusConſtantinopolit.M.76
830 Angelomus Luxovienſis Monachus. *Sigebert c.*86 T.266
†1495 Angelus de Clavaſio. T. 895. M. 80. 89
†1423 Angelus Peruſinus. T.724
†1509 Politianus. T.911. M.94
Angelus Sangrinus. *Placidus Rom.* p.195
†1481 Angelus Saxo de Brunſvico, vulgo Magiſter Engelin T. 854
Angradus Monach. Fontanell.M.37
Anianus vir ſpectabilis. *Sigebert.* cap.70
400 Anianus Monach. Ægyptius. M.9
Anna Comnena. M. 52.
†833 AnſegiſusAbbasLobienſ.T.272M.44
1080 Anſelmus, Archiep. Cantuar. *Sigeb.* c.168 *Henr. Gandav.* cap.5. *Honor.* IV. 15. *Anon. Mellicenſ.* c.96 T.358 M.104
1136 Abbas Gemblac. M.58
1110 Laudunenſis, *Henr. Gandav.cap.*30 *& append. cap.*1. T.362

Legi-

Digitized by Google

A.C. Anſelmus Legienſis. *Sigebert.* c. 163
1080 Anſelmus *Lucenſis, Sigeb.* c. 161 T. c. 344
1050 Anſelmus Monach. Remenſ. *Sigebert.* cap. 152 T. 333
614 Antiochus Monachus Palæſtin. M. pag. 18
390 Antiochus Ptolemaid. Ep. *Gennad.* c. 20. *Honor. Il.* 20 T. 97
1459 S. Antoninus. M. 87
Antonius Andreas. M. 77.
1495 Antonius Bonfinius. M. 95
†1408 Antonius de Butrio, Ictus. T. 734 M. 84
Anton. Conſt. in Afric. Ep. M. 23
Anton. Cornazanus. T. * 4
330 Eremita *Hieron.* cap. 88. *Honor. lib.* 1 cap. 89 T. 61
Auditor aliqvis Simeonis Stylitæ M. 18.
†1419 Florentinus Archiep. T. 802
Frachenſis. *Placidus Rom.* p. 197
1440 Gaynerus, Medicus. T. 795
1418 Januenſis. T. 745
Meliſſa Monachus. M. 42
1230 de Padua. T. 435
1485 Panormitanus. M. 92
1420 de Parma. T. 747
†1231 Patavinus. M. 69
1430 Rampelogus. M. 90
1467 Roſelus al. de Roſellis Ictus. T. 841
Sylviolus. T. * 19
165 Apollinaris, Ep. Hierapolit. *Hieron. cap.* 26. *Honor. lib.* 1. *cap.* 27
380 Apollinaris Laodicenus Ep. *Hieron cap.* 104. *Honor.* lib. 1. c. 105
Apollinaris à Bauco. *Placidus Rom.* p. 199
180 Apollonius, Montani adverſarius. *Hieron. cap.* 40. *Honor. lib.* 1. *cap.* 41. T. 26 M. 4
†187 Apollonius, Senator Rom. *Hieron. cap.* 42. *Honor. lib.* 1. *cap.* 43. T. 28. M. 4
812 Aponius. M. 48
Apion. *Hieron. c.* 49. *Honor. lib.* 1. *c.* 50
530 Aprigius *Iſidor.* cap. 17. *Honor.* III. 19 T. 211
Aqvila Ponticus. M. 3
Aqvilius Severus. *Hieron. c.* 111. *Honor. lib.* 1. *c.* 112.
1494 Aqvinus. T. 948
Arabianus. *Hieron. c.* 51. *Honor. lib.* 1. *cap.* 51
540 Arator. *Sigebert. cap.* 38. *Anon. Mellicenſ. cap.* 17 T. 213
690 Arculphus Epiſc. Gallicanus. M. 36
280 Archelaus Meſopot. Ep. *Hieron.* c. 72 *Honor. lib.* 1. *cap.* 73. T. 42
Arethas Cæſarienſis. M. 6
540 Cæſareæ Cappadociæ Epiſc. M. 27
Aretinus, Ictus vide Bonagvida
Aretinus (Franciſcus) M. 86
A.C. Aretinus (Petrus) M. pag. 86
Arialdus. *Petrus Diac.* p. 180
† 1031 Aribo Archiep. Mogunt. *Sigebert.* cap. 140 T. c. 309 M. 50
761 Epiſc. Friſingenſis M. ibid.
Aribo Cirinus Muſicus. *Anon. Mellicenſ.* cap 106
Aribo Cirinus Friſing. id. c. 63
Ariſtæas ſive Ariſtæus. M. 2
120 Ariſtides *Hieron.* cap. 20. *Honor.* lib. 1. cap. 21 T. 13.
1290 Arlotus. T. 499
Arno Archiep. Salisburgenſ. M. 54
300 Arnobius *Hieron. cap.* 79. *Honor. lib.* 1. c. 80 T. 53
Junior. M. 23
Arnoldus Abbas Lubec. M. 66
1160 Arnoldus Bonævallis in Allobrog. *Henr. Gandav.* c. 11 T. 386
alius Dioeceſ. Carnot. T. ibid. M. 64
†1499 Arnoldus Boſtius. T. 930 M. 91
Ferronus. M. 98
Luidius. M. 90
1141 Arnulphus Ep. Lexovienſ. M. 64
Arnulphus Monachus. *Sigebert.* c. 157
Arnulfus Ratisbonenſis. *Anon. Mellicenſ.* c. 62
1330 Arteſanus de Aſta. T. 570 M. 80
440 Aſclepius Afer *Gennad.* c. 73. *Honor.* II. 72 T. 163
Aſterius Arianus. *Hieron.* c. 94. *Honor.* lib. 1. c. 95
1330 Aſteſanus Italus. M. 80
Aſturius Toletanus. *Ildefonſ.* c. 2
†379 Athanaſius *Hieron.* c. 87 *Honor.* lib. 1 c. 88 T. 64 M. 7
177 Athenagoras Athen. Presbyt. M. 4
S. Athenagoras. M. ibid.
420 Atticus Epiſc. Conſtantinopol. *Gennad.* c. 52. *Honor.* II. 51 T. 116
Atto. *Petrus Diac.* p. 181.
Attularius vide ſupra, Amalarius.
Audentius *Gennad.* c. 14. *Honor.* II. 14 T. 101
663 Audœnus Rotomagenſis Epiſc. *Sigebert.* c. 58 T. 234 M. 32
430 Auguſtinus Hipponenſis Ep. *ad Hieron. Appendic.* 2. c. 1 *Gennad.* c. 38. *Honor. Il.* 38
1530 Juſtinianus. M. 99
Patavinus. *Placidus Rom.* p. 194
Patricius. M. 94
1328 Auguſtinus Triumphus Anconitanus T. 555 M. 76
1445 Auguſtinus de Roma. T. 722
Avitus Presbyter. *Gennad.* c. 47
Avitus vide ſupra *Alcimus.*
Auraſius Toletanus. *Ildefonſ.* c. 5
900 Aurelianus Eccleſ. Remenſ. Cleric. *Sigebert* c. 110 T. 294
Aurelius ſive Aurelianus. Ep. Lugd. M. 27



Digitized by Google

A.C.
†1498 Aurelius Brandolinus. M. pag. 97
410 Auſonius Poeta. T.114 M. 7
Autbertus Abbas. *Petrus Diac.* p.172
Auxilius. *Sigebert.* c.112
1230 Azo Ictus. T.427

B

Bacchylus Corinthi Epiſcopus. *Hieron.* c.44 *Honor. lib.*1. c.45
Bachiarius *Gennad.* c.24. *Honor. II.* 24 *Anon. Mellicenſ.* c.53 M.12
Bagorotus Ictus. T.412
†1117 Baldericus Dolenſis Epiſc. M.59,60
Noviom. Epiſc. M.56
1285 Balduinus Aveſnenſis. M.73
†1206 Flandriæ Comes Imperator Conſt. M.68
†1400 Baldus Peruſinus. T.723 M.81
Bandoninia monialis. M.34
1480 Baptiſta de S. Blaſio. T.900
Fulgoſus. M.91
†1513 Guarinus T.910
†1516 Mantuanus, Spagnolus. T.912 M.98
1494 Panætius, Ferrarienſis. T.890
†1481 Platina. M.89
de Salis. T.926
1480 Trovamola. M.89
Bardeſanes *Hieron.* c.33 *Honor.* lib.1, cap.34
Barlami Epiſc. duo Hierac. M.76
Barnabas Apoſtolus, *Hieron.* c.6. *Honor. lib.*1. c.6
1240 BartholomæusBrixianusIctus.T.451
†1477 Bartholomæus Cepolla Ictus. T.843
1494 Colonienſis T.951
†1446 Bartholomæus.Carthuſ.Mon.T.799
1440 Facius. M.88
Bartholomæus Mon. Minor. T.639
†1481 Bartholomæus Platina. T.863.M.89
1340 Barthol. de Oſa. T.590
1347 Bartholomæus Piſanus. T.591 M.80
1390 Bartholomæus de Saliceto, Ictus. T.690
1410 Bartholomæus de Urbino. T.709
†1356 Bartholus de Saxoferrato, Ictus. T.637 M.81
Baſilius Ancyranus. *Hieron.* c.89. *Honor. lib.*1. c.90
380 Baſilius Cæſarienſis. *Hieron.* cap.116 *Honor. lib.*1, c.117 T.77
Cilix M.14
448 Seleuciæ Epiſc. M.13
†886 Macedo Imperator CPol. M.45
Baſſatius Abbas. *Petrus Diac.* p.170
Baudemundus Abbas. M.36
†735 Beda Venerabilis. *Sigebert.* cap.68. *Anon. Mellicenſ.* c.31. *Honor. IV.* 1. T.242
Beetz, vide Joannes Beetz.
556 Bellator. *Sigebert.* cap.88. T.268
Belli ſacri ſcriptores. M.60
Bemarchius Cæſarienſis Sophiſta M.6

A.C.
†821 Benedictus Abbas in Brit. Gal. T.238
Benedictus Capra. T.880
†542 Benedictus Abbas Caſſinenſis. *Sigebert.* c 61 *Honor.* III. 30. *Anonymus Mellicenſ.* c.20. *Petrus Diac.* p.165.
Abbas Indenſis. *Sigebert.* c.62 M.43
Portuenſis. M.93
1470 Benedictus Stendel. T.810
Benedictus Capuanus. *Placidus Rom.* p.197
Benedictus Guaiferius Salernitanus. *Petrus Diac.* p.182
Benedictus à S. Severino. *Placidus Rom.* p.194
Benedictus Canophilus Sanguinus. *id.* p.196
Benedictus à S. Germano. *id.* p.197
Berengarius Andegavenſis. *Sigebert.* c.154 *Anon. Mellicenſ.* c.88.
1300 Berengarius Stedellus Cardinalis. T.513
Berengoſus Abbas. M.36
Bernardus Abbas Caſin. *Petrus Diac.* c.187 T.601
Bernardus Ayglerus Cardinalis. *Placidus Rom.* p.192
Bernardus de Janua. *id.* p.197
Breidenbachius. M.96
†1153 Abbas Clarævall. *Henr. Gand.iv.* c.9. & *appendic.* c.4 T.361
1050 Bernardus Cluniacenſis Monachus *Henr. Gand.* cap.2 T.347
Compoſtellanæ Eccleſ. Theſaurarius. M.104
1070 Monach. Corbej. *Sigebert.* c.165 T.348
1240 Bernardus Dorna, Ictus. T.438.
1340 Bernardus Florentinus al. Parentinus. T.598
1320 Bernardus Guido. M.104
1470 Bernardus Juſtinianus. T.834. M.87
Bernardus Olerius. M.90
1250 Bernardus Presbyter Compoſtell. T.449
Ultrajectenſis. *Sigebert* c.169
Bernardinus Gadolus. T.*7
†1499 Corius. M.94
†1443 Bernardinus Monach. Minor. T.794 M.87
1060. Bernoldus Presbyt. Conſtantin. *Honor.* IV. 13. *Anon. Mellicenſ.* c.101
1020 Berno Augienſis *Sigebert.* c.156. *Anon. Mellicenſ.* c.81 T.311
Berolus. M.2
Berta. M.66
Bertholdus Conſtantienſis. *Anon. Mellicenſ.* c.92.
†884 Bertarius ſive Bertharius, *Petrus Diac.* p.170 T.326 M.104.
830 Bertramus ſive Ratramus Presbyter & Monach. *Sigebert.* c.95. *Anon. Mellicenſ.* c.47 T.274 Bertra-

A. C.

†1387 Bertramus Epiſc. Thefelicenſ. T. 662
1325 Bertrandus Agerius de Turre. T. 548
235 Beryllus *Hieron.* c. 60. *Honor.* 1. 61 T. 35
†1472 Beſſarion, Cardinalis. T. 821 M. 85
Blaſius Andemarius. T. 689
†1463 Blondus Flavius. T. 785
†524 Boëtius Conſul Rom. Philoſ. *Sigebert.* c. 37. *Honor.* III. 22. *Anon. Mellicenſ.* cap. 15 T. 201
Bonaguida Aretinus, Ictus. T. 433
†1274 Bonaventura (Euſtachius) Doct. Seraph. Card. *Henr. Gandav.* c. 47 T. 464 M. 72
1337 Patavinus, Cardin. T. 562 M. 81
†422 Bonifacius I. Papa. T. 151
†1303 VIII. Papa T. 511 M. 72
†1419 Bonifacius Ferrarius. T. 757
†755 Archiep. Mogunt. T. 244 M. 38
Bonifacius Epiſcopus & Poëta. *Sigebert.* c. 121
Bonizo. *Anon. Mellicenſ.* c. 112
1350 Bonominus, Medicus. T. 635.
1499 Bouslaus de Haſſenſtein. T. 946
Brabianus. Vide Arabianus.
Braulio. *Ildefonſ.* c. 12
†1373 S. Brigitta Suecica. M. 82
1260 Brocardus Argentoratenſis. M. 104
†1008 Bruno Archiep. Ruthen. T. 336
†1101 Carthuſiani ordinis inſtitutor. M. 56
†1045 Epiſc. Herbipol. *Anon. Mellicenſ.* c. 84 T. 316 M. 51
†1120 Berengarii Adverſarius. M. 57
Signienſis, *Anon. Mellicenſ.* c. 83 *Petrus Diac.* p. 185
Bruno Tullenſis. *Anon. Mellicenſ.* c. 85
1010 Burkardus Ep. Wormat. *Sigebert.* c. 141 *Anon. Mellicenſ.* c. 94 T. 310
Buconius, *Gennad.* c. 78 *Honor.* II. 77

C

†542 Cæſarius Arelatenſ. Epiſc. *Gennad.* c. 86 *Sigebert.* cap. 119 *Honor.* II. 85 *Anon. Mellicenſ.* c. 39 T. 233 M. 25
Gregorii Nazianzeni frater. M. 6
1220 Monach. Heiſterbach. T. 430 M. 69
1430 Cajetanus. T. 770
Cajus. *Hieron.* c 59 *Honor.* I. 60
1120 Calixtus II. Papa. T. 359
1292 Calliſtus Patriarcha Conſtantinop. M. 81
1360 alius M. 81
1040 Campanus. T. 324
Candidus. *Hieron.* c. 48. *Honor.* l. 1. c. 49
Capreolus Ep. Carthagin. M. 12
Candidus Iſaurus. M. 24
Monachus Fuldenſ. M. 42
Carolus Bouillus. T. *22
†1496 Carolus Fernandus ſive Phernandus T. 935 M. 92
Carolus Magnus Imp. *Sigebert.* c. 81
†1378 IV. Imperator. M. 80
Verardus Cæſenas. M 95

A. C.

†435 Caſſianus (Johannes) *Gennad.* c. 61 *Honor.* II. 60 T. 111
575 Caſſiodorus. *Sigebert.* c. 40. *Honor.* III. 21. *Anon. Mellicenſ.* c. 16 T. 212
†1380 S. Catharina Senenſis. M. 86
Celeſtius. *Gennad.* c. 44. *Honor.* II. 44
†433 Celeſtinus I. Papa *Gennad.* c. 54. *Honor.* II. 53 T. 130 M. 12
680 Ceolfridus. *Sigebert.* c. 67 T. 240
460 Cerealis Africanus. *Gennad.* c. 96. *Honor.* II. c. 95 *appendix ad Ildefonſ.* c. 10 p. 71 T. 183
†1180 Chriſtianus Archiep Mogunt. T. 399
Druthmarus Monach. Corbej. *Sigebert.* c. 72 T. 280
Chriſtianus Guitmundus. *Anon. Mellicenſis* c. 102 M. 100
†1546 Chriſtianus Maſſarus M. 100
Chr. Apuliæ Ep. *Anonym. Mellicenſ.* c. 90
Chriſtianus Landinus. T. 898
1491 Chriſtophorus Longolius. T. * 25
†1486 Chriſtophorus Porſena. T 877
760 Chrodogandus ſive Ruggandus *Sigebert.* c. 78 T. 255
S. Chromatius Aqvilej. Epiſc. M. 9
1116 Chryſolanus, Archiepiſc. Mediol. T. 397
Chryſippus Hieroſolymit. M. 11
Chryſoſtomus, vide Johannes.
Chryſoſtomus de S. Gemiliano. *Placidus Rom.* p. 196
1330 Cinus Piſtorienſis Ictus. T. 575
Cirinus, vide Aribo.
395 Claudianus Poëta M. 9
480 Claudius ſive Claudianus Mammertus *Gennad.* c. 83 *Honor.* II. 82 T. 178
Clarevaldus Atrebatenſis. *Append. ad Henr. Gandav.* c. 10
Claudius Claſſitanus Abbas. *Sigebert.* c. 44
800 Claudius, Monachus Benedict. T. 258 M. 44
200 Clemens Alexandrinus. *Hieron* c. 38 *Honor.* lib. 1. c. 39 *Anon. Mellicenſ.* c. 5. T. 24
†103 Clemens Romanus. *Hieron.* c. 15 *Honor.* lib. 1. c. 15 T. 1
III. Antipapa. *Anon. Mellicenſ.* c. 98
†1314 V. Papa. T. 558
†1352 VI. Papa. T. 618
Cogitoſus M. 25
†598 Columbanus Luxov. *Sigebert.* c. 60 *Anon. Mellicenſ.* c. 25 T. 223
Commodianus. *Gennad.* c. 15. *Honor.* II. 15 M. 104
Conantius Palentinus. *Ildefonſ.* c. 11
1370 Conrad. de Alzey ſive Altsheim, T. 660
†1508 Conrad. Celtis Protucius. T. 922 M. 96
Conradus de Halberſtadt. T. 502
1494 Leontorius, vulgo de Lemberg T. 921




Digitized by Google

A. C.
1190 Conradus, Monachus Hiſſanus T. cap. 385
1191 Monach. Bruviler. M. 65
†1240 Lichtenav. Abb. Urſperg. M. 69
1390 Conradus de monte Puellarum. T. 670
†1205 Ep. Moguntinus. M. 66
†1484 Conradus de Rodenberg. T. 860
1470 Conradus de Zabernia. T. 851
1150 Conſtantinus Manaſſes. M. 53
†337 M. Imperator. M. 5
Conſtantinus Africanus Monach. Caſin. *Petrus Diac.* p. 180 T. 286
Porphyrogenitus. M. 51
Conſtantius presbyter Lugd. M. 21
155 Cornelius Epiſc. Rom. *Hieron.* c. 66. *Honor.* lib. 1. c. 67 T. 40
1126 Cosmas Epiſc. Pragenſ. M. 57
Cosmas Hieroſolymit. M. 37
1300 Cruſianus ſive Crucianus it. Truſianus, Medicus. T. 543
640 Cumianus Hiberniæ Epiſc. M. 34
†249 Cyprianus *Hieron.* c. 67. *Honor.* lib. 1. c. 68 T. 41
S. Cæſarii auditor. M. 25
Benetus. M. 92
Presbyter. *Petrus Diac.* pag. 167
432 Cyrillus Alexandrinus. *Gennad.* c. 57 *Honorius* II. 56. *Sigebert.* cap. 24 T. 134
Conſtantinop. M. 90
Cyrillus Hieroſol. *Hieron.* c. 112. *Honor.* lib. 1. c. 113
1200 Cyrillus Monach. Montis Carmel. T. 409
460 Cyrus Alexandrinus Monachus. *Gennad. Honor.* II. 80

D

S. Dacius Mediolan. Ep. M. 29
Dacrianus Abbas Benedict. M. 42
Dado vide Audœnus.
370 Damaſus Papa. *Hieron.* c. 103 *Honor.* lib. 1. c. 104 T. 73
†1321 Dantes Aligerus. T. 546
1226 David de Auguſta. T. 455
Ordin. minor. M. 73
640 Deſiderius Ep. Cadurc. M. 27. 31
Presbyter Hiſp. M. 10
Deusdedit Cardinalis. *Anon. Mellicenſ.* cap. 113
Dexter. *Hieron.* c. 132. *Honor.* lib. 1. cap. 133
Diadochus Ep. Photic. M. 6
†1577 Didacus Covaruvias. M. 102
395 Didymus Alexandrinus *Hieron.* c. 109 *Honor.* lib. 1. c. 110 T. 75
Dietgerus Epiſc. Metenſis. *Anon. Mellicenſ.* c. 109
1300 Dinus de Garbo, Medicus. T. 532
1299 Magellanus. M. 74
1300 Dinus Roſſomit. T. 515

A. C.
360 Diodorus Tarſenſ. Ep. *Hieron.* c. 119 *Honor.* lib. 1. c. 120 M. 7
255 Dionyſius Alexand. Ep. *Hieron.* c. 69 *Honor.* lib. 1. c. 70 T. 43
†96 Dionyſius Areopagita. *Honor.* lib. 1. c. 16 *Sigebertus* c. 4 T. 2
1412 de Burgo S. Sepulchri. T. 728
170 Corinthi Epiſc. *Hieron.* cap. 27. *Honor.* lib. 1. c. 28. T. 17
540 Exiguus. *Sigebert.* c. 27. *Anon. Mellicenſ.* c. 19 T. 207
†1471 Rykel ſive de Leevis T. 820 M. 89
1200 Dodechinus Presbyt. Langenſtein. T. 392 Abbas. M. 73
†1477 Domicius Calderinus al. Dominicus de Caldariis T. 838
1484 Dominicus Bolanus. T. 883
†1478 Dominicus de Dominicis. T. 858
de Flandria. T. * 32
Dominicus de ſancto Geminiano. T. 759
1494 Mancinus. T. 955
†1560 Sotus. M. 101
969 Dudo Decanus S. Qvintin. M. 104
Donatus à qvo Donatiani. *Hieron.* c. 93 *Honor.* lib. 1. c. 94
Donatus Monachus. *Ildefonſ.* c. 4
†1473 Donatus Accievolus. M. 94
1489 Boſſius. M. 94
Dorotheus Archimandrita. M. 6.
S. Dorotheus Presbyter. M. 5
alius Tyri Epiſc. M. ibid.
Dracontius. *Iſidor.* c. 24 *Honor.* III. 28
Drepanius Florus. M. 31
†1178 Drogo Epiſc. Morinenſ. M. 65
Epiſc. Oſtienſ. M. 60
†1333 Durandus de ſancto Portiano. T. 567 M. 76
Dungalus. M. 46
†988 S. Dunſtanus Ep. Cantuar. M. 50
†1296 Durantes (Guilelmus) Senior. T. 482 M. 76
†1328 Junior. T. ibid.
593 Dynamius Patricius. *Sigebert.* c. 14. M. 31

E

1305 Eberhardus Altahenſis. M. 85
Ebrardus Betunienſis. *Henr. Gandav.* c. 60
1130 Eckardus, Abbas S. Laurentii T. 378
1329 Teutonicus. T. 537
1060 Eckebertus ſive Egebertus Cleric. Leod. *Sigebert.* c. 146 T. 330
Egebertus Hersfeldenſis. *Anon. Mellicenſ.* c. 68
1160 Eckbertus, Abbas Schonaug. T. 403 M. 64
Eckerhardus Decanus S. Galli, *Anon. Mellicenſ.* c. 70
Efrem, Vide Ephræm.

Egchar-

Digitized by Google

A.C. Egehardus Vragienſ. Abbas. M. 73
1030 Egelnotus al. Ælnotus, Archiepiſc. Cantuar. T. 319
360 Egeſippus. *Hieron.* c. 22. *Honor.* lib. 1. c. 23 T. 10
820 Eginhardus ſive Einhardus. *Sigeb.* cap. 84 T. 261 M. 104
658 S. Eligius Noviom. Ep. M. 32
1165 Eliſabeth, monialis. T. 404 M. 66
1390 Emanuel Chryſoloras. M. 79
1120 Emondus, Monach. Cantuar. *Henr. Gandav.* c. 7 T. 372
Enchiriades Muſicus. *Sigeb.* c. 109
1197 Engelbertus Abbas Admontens. T. 379
1494 Engelhardus Funck al. Scintilla. T. 927
Langheim. Abbas. M. 66
510 Ennodius. T. 203. M. 24
380 S. Ephræm. *Hieron.* c. 115. *Honor.* lib. 1. c. 116 T. 78
Ephræm hiſtoricus & Poëta. M. 95
†546 Ephræmius ſive Ephraimus Patriarch. Antioch. ibid.
390 Epiphanius *Hieron.* c. 114. *Honor.* lib. 1 c. 115 *Anon. Mellicenſ.* c. 55
Erchempertus. Vide Herempertus.
Erhardus. T. 337
880 Ericus, Monach. Benedict. *Sigebert.* c. 104 T. 289
Ernaldus. Vide Arnoldus.
Eſaias Abbas. M. 36
Eſytius, vide Heſychius.
Evagrius Antiochenus. *Hieron.* c. 125 *Honor.* lib. 1. c. 126
380 Evagrius, Monachus. *Gennad.* c. 11 *Honor.* II. 11 T. 85
Evagrius alter. *Gennad.* c. 50. *Honor.* II. 49
600 Scholaſticus. M. 30
590 Evantus ſive Evantius Abbas. M. 29
†451 Eucherius, Ep. Lugdun. *Gennad.* c. 63. *Honor.* II. 62. III. 17. *Iſidor.* c. 17 T. 148 M. 14
529 alius junior. M. 15
423 Eudoxia Auguſta. T. 153 M. 52
837 S. Everhardus Dux Forojul. M. 47
1149 Everhelmus Abbas Blandin. M. 65
480 Eugenius, Epiſcopus, Carthagin. *Gennad.* c. 97. *Honor.* II. 96 T. 186 M. 23
Eugenius Toletanus. *Ildefonſ.* c. 13.
Eugenius Toletanus junior. *Id.* c. 14
511 Eugippius Abbas Lucullan. *Iſidor.* c. 13 *Honor.* III. 15. *Sigebert.* c. 39. T. 199 M. 19
580 Junior. T. ibid. M. ibid.
Eulogius Patriarch. Alexandrinus. M. 30
†859 Archiep. Tolet. M. 45
Eunomius hæreticus. *Hieron.* c. 120 *Honor.* lib. 1. c. 121
A. C.
420 Evodius Uzalenſis. *Sigebert.* c. 15 T. 132. M. 11
320 Euſebius Cæſarienſis. *Hieron.* c. 81 *Honor.* lib. 1. c. 82 T. 57
Carthag. Vide Eugenius.
420 Cremonenſis. T. 126
Doryletanus. *appendix ad Ildefonſ.* c. 9. p. 71
350 Emiſenus. *Hieron.* c. 91. *Honor.* lib. 1. c. 92. T. 66 M. 10
260 Laodicenus. M. 5
450 Mediolan. Ep. *Gennad.* cap. 34. *Honor.* II. 34. T. 162
Vercellenſis. *Hieron.* c. 96 *Honor.* lib. 1. c. 97 M. 7.
330 Euſtathius, Antiochen. Ep. *Hieron.* c. 85 *Honor.* lib. 1 c. 86 T. 63
Euſtathius interpres. *Sigebertus* cap. 21
Euſtachius Bonaventura, vid. Bonav.
627 S. Euſtaſius ſive Euſtathius. M. 33
Euſtathius Epiphanienſ. M. 24
Euſtratius Presbyter Conſtantinop. M. 34
430 Eutropius Presbyter *Gennad.* cap. 49 *Honor.* II. 48 T. 81
Hiſtoricus. M. 7
600 Valent. Epiſc. *Iſidor.* cap. 32 *Honor.* III. 38
1118 Euthymius Zigabenus. M. 63
Euzoius. *Hieron.* c. 113. *Honor.* lib. 1. cap. 114
1494 Eytelvvolffus de Lapide. T. 932

F

Fabius Planciades Fulgentius. M. 105
540 Facundus Hermianenſ. *Iſidor.* c. 19 *Honor.* III. 23 T. 208.
Falco Beneventanus. M. 56
420 Faſtidius Britann. Ep. *Gennad.* c. 56 *Honor.* II. 55 T. 129
390 Fauſtinus presbyter. *Gennad.* cap. 16. *Honor.* II. 16 T. 99
600 Fauſtus, Monachus Caſſinenſis. *Sigebert.* c. 32. *Petrus Diac.* p. 166 T. 205 M. 31
490 Fauſtus Regienſis Ep. *Gennad.* c. 85. *Honor.* II. 84 T. 190. M. 20
Felinus Sandæus. T. *2
Felix III. Papa. T. 187
Epiſc. Narbon. M. 31
†1480 Petantius. M. 95
500 Ferrandus Diaconus. *Sigebert.* c. 29 *appendix ad Ildefonſ.* c. 11. p. 71 T. 192 M. 26
†1484 Feus Belchamus al. Belcharius. M. 95
1503 Finus Hadrianus. M. 92
† 966 Flavaldus al. Flodoardus. *Sigebert.* c. 131 T. 307



Digitized by Google

A. C.

454 Flavianus, Epiſc. Conſtantinop. T.160 M.21
1463 Flavius Blondus. M. 88
Flavius de Ferraria. *Placidus Rom.* p.196
Flodoardus. Supra, in Flavaldo.
†1119 Florentius Monachus. M.57
1435 Florianus de S. Petro. T.788
Florus. *Sigebert.* c. 192
570 Venantius Fortunatus Pictav. Ep. *Sigebert.* c.45 T. 229 M.29
Fortunatianus. *Hieron.* c.97. *Honor.* lib. 1. c.98
†1226 Franciſcus Aſſiſius ordinis minor: Inſtitutor. T.429 M.69
Acurſius filius, vide Acurſius.
1372 de Bacone. T. 712
1454 Barbarus. T.766
Caſtellionius. M.94
†1483 Diedus. T. 869 M.95
†1540 Guicciardini. M.93
†1510 Georgius. M. 92
1315 Maronis ſive *Maironus.* T. 561 M. 77
†1518 Maturantius. T. 954
Moncada. M. 68
1390 Martini. T. 658
1480 Niger. T. 884
Petrarcha vide in Petr.
1484 Patavinus. M. 96
†1481 Philelfus. T. 855 M.94
1534 Puteanus. M. 100
de Platæa. T. 710
†1516 Ximenius Cardin. M.99
†1417 de Zabarellis. T. 736 M.84
†1553 Titelmannus. M. 102
†1546 Victorius. M. 101
1060 Franco Scholaſticus Leodienſ. *Sigebert.* c. 164 T. 346
1109 Franco ſecundus, Abbas Affligem. *Henr. Gandav.* c. 39 T. 367
840 Freculphus, *Sigebert.* c.90 *Anon. Mellicenſ.* c.61 T. 259
†1550 Fredericus Nauſea. M.101
768 Fredegarius Scholaſticus. M. 41
Fridericus Cardinalis. *Anon. Mellicenſ.* cap. 86
Fucradus *Anon. Mellicenſ.* c.107
Fulbertus Carnotenſis. *Henr. Gandav.* c. 1. *Anon. Mellicenſ.* c.93
Fulcuinus Lobienſis Abbas. *Sigebert.* c.136
500 Fulgentius Ruſpenſis. *Sigebert.* c.28 *Iſidorus* c.14. *Honor.* III. 16. *Anon. Mellicenſ.* c. 14. T. 191. M.25. 105
1124 Fulgerius. M.61
1020 Fulpertus ſive Fulbertus. T. 315

G

1494 Gabriel Byel. T. 903 M. 89
1417 Gabriel de Spoleto. T. 735

A. C.

1180 Galfridus. M. 63
Gallus Abbas in Bohemia. T. 652
1150 Galterius Epiſc. Pictav. T. 461
1115 Galterius ſive Gauterius Cancellarius. M. 61
1129 Galterus, Epiſc. Magolenſ. T. 462
1390 Galterus Diſſe. T. 676
1160 Ganfredus al. Galfredus Gaufridus, *Henricus Gandav.* c.55 T. 387
Ganfredus de Trano. T. 491
1290 Garſias Ictus. T. 509
1420 Gaſparinus Grammaticus. T. 744
S. Gaudentius Brixienſis Epiſcop. M. 8
1097 Gaufredus Monach. Bened. M. 105
1270 Gaufridus de bello loco. M. 70
1204 Toparcha Villæ Harduini M. 68
†1088 Gebhardus Salisburg. M. 55
†496 Gelaſius I. Papa *Gennad.* c.94 *Honor.* II. 93 *Anon. Mellicenſ.* c. 2. T. 189
Gelaſius II. Papa. *Petrus Diac.* p. 189
476 Cyzicenus. M. 21
Cæſar. Ep. *Hieron.* c. 130 *Honor.* lib. 1 c. 131 M. 22
Geminus Antioch. Epiſcopus. *Hier.* c. 64. *Honor.* lib. 1. c. 65
†471 Gennadius Epiſc. Conſtantin. *Gennad.* cap. 90 *Honor.* II. 89 T. 177 M. 20
490 Maſſilienſis. *Sigebert.* c. 30. *Gennad.* c. 100. *Honor.* lib. 2. c. 97 T. 188
†1460 alius, Scholarius dictus. M. 85
1310 Gentilis Fulginas, Medicus. T. 545
420 Georgius Alexandrinus Epiſcopus M. 21
1057 Cedrenus. M. 52
Codinus Curopalates. M. 58
1470 Georgius de Burbach ſive Purbachius T. 837
Florus. M. 93
1494 de Gemmingen. T. 904
†1444 Merula. T. * 5 M 94
†1487 Georgius Molitoris. T. 862
1477 Phranza. M. 85
†630 Patriarcha Alexandr. M. 33
639 Piſides. T. 908 M. 34
Valla. T. 908
Hamartolus. M. 38
Gemiſtus Pletho M. 85
Logotheta. M. 68
1280 Pachymeres. M. 78.
792 Georgius Syncellus. M. 39
790 Theophanes. M. 39
Geraldus monachus S. Blaſii. *Anon. Mellicenſ.* cap. 116
1317 Gerardus de Bononia T. 549 M. 39
1475 de Elten. T. 845


Laodi-

Digitized by Google

A. C.

Gerardus Laodicenus Epiſc. M. 90
†1384 Magnus ſive Groot. T. 656 M. 82
1250 Lemovicenſis. M. 105
1270 Monachus S. Qvintini *Henr. Gandav.* c. 52 T. 486
1270 Monachus Leodienſ. *Henr. Gandav.* c. 53 T. 520
†1349 Odonis. T. 552
1340 Ep. Savonenſis. T. 612
1340 de Senis. T. 610
†1443 Stredam. T. 796
Tarracinenſis Epiſc. *Petrus Diac.* p. 184
†1398 Zutphanienſis. T. 677 M. 89
726 Germanus I. Patriarcha Conſtantinop. M. 37.
*Sec. XIII.* Germanus II. & III. Patriarch. Conſtant. M. 67
Gerbertus Archiep. Ravenn. poſtea Sylveſter II. Papa. M. 50
Gerhous ſive Gerochus. M. 74
Præpoſitus Reichersperg M. 56
†1154 Gilbertus Porretanus Ep. Pictavienſ. *Henr. Gandav.* c. 17. & *append.* c. 8. T. 368
1200 de Hoilandia. T. 411
Gilbertus Tornacenſis. Vide Wibertus.
1170 Gilbertus ſive Gislebertus præpoſitus. M. 63
†580 Gildas Sapiens. M. 27
†1117 Giſelbertus Abbas Weſtmonaſt. *Henr. Gandav.* 6. *Anon. Mellicenſ.* c. 97 T. 353 M. 56
Gislebertus Giſtercienſis. *Henr. Gandav.* c. 12
1045 Glaber Rodulphus *Sigebert.* c. 50 M. 53
Gobelinus. M. 72
alii. M. 105
1185 Godefridus Viterbienſis. T. 402 M. 66
500 Godelbertus presbyter. *Sigebert.* c. 23. T. 198
Godeſchalcus Deckingenſis. *Anon. Mellicenſ.* c. 114
1470 Godeſchalcus Greſemundus de Meſcheda. T. 832
770 Canonicus Leodienſ. M. 39
1129 Goffridus Abbas Vindocin. M. 57
Goffridus Monach. Claræval. M. 63.
Golphilas vide infra, Ulphilas.
Gordianus. M. 26
1120 Gratianus Monach. Bonon. *Henr. Gandav.* c. 49 T. 373
†1358 Gregorius Ariminenſis. T. 619 M. 80

A. C.

Gregorius Bæticus Eliberitanus Epiſc. *Hieron.* c. 105 *Honor.* lib. 1. c. 106
Gregorius Corteſius Cardinal. *Placidus Rom.* p. 200
Emeſenus. T. 79
390 Gregorius Nazianzenus. *Hieron.* c. 117 *Honor.* lib. 1. c. 118 T. 80
240 Neocæſarienſ. *Hieron.* c. 65. *Honor.* lib. 1. c. 66 T. 39
Gregorius Nyſſenus. *Hieron.* c. 128 *Honor.* lib. 1. c. 129
Gregentius Tephrenſis Archiep. M. 20
†605 Gregor. I. Papa *Sigeb.* c. 43. *Ildefonſ.* c. 1 *Iſidor.* c. 27 *Honor.* III. 32. *Anon. Mellicenſ.* c. 8
†731 II. *Sigebert.* cap. 74 T. 243
†742 III. *Sigebert.* c. 76 *Anon. Mellicenſ.* c. 9 T. 247 M. 38
VII. M. 55
Patriarcha. M. 86
†1485 Trapezuntius. T. 787 M. 98
Gregorius Sinueſſanus Epiſc. *Petrus Diac.* p. 185
Scholarius vide Gennadius.
Gregorius Thavmaturgus. Vide Gregor. Neocæſarienſis.
†595 Turonenſis *Honor.* III. 33. *Anon. Mellicenſ.* c. 37 *Sigebert.* cap. 49 T. 220 M. 31
Gregorius de Viterbio. *Placidus Rom.* p. 196
Gvaiferius Salernitanus. Vide Benedictus.
†595 Gualterus Caſtellionenſis. *Henr. Gandav.* c. 20
Inſulenſis id. c. 19.
Gualterus Tarvanenſis Canonicus M. 58
†1460 Guarinus Veronenſis T. 807
Guericus Abbas Igniacenſ. T. 588 M. 63
Guibertus Abbas. M. 61. 105
Guibertus Tornacenſis. *Henr. Gandav.* c. 54
1030 Guido Abbas. *Anon. Mellic.* c. 8 T. 318.
Guibertus Antipapa. *Anon. Mellicenſ.* cap. 98
Guido Aretinus. *Sigebert.* c. 144
Guido Caſinenſis, presbyter. *Petrus Diac.* p. 188
1187 Ciſtertienſis. M. 67
†1137 a Caſtro. M. 79
1290 de Baypho. T. 492 M. 74
Ebroicen. T. * 29
1310 Ferrarienſis. T. 541

A. C.
†1268 Gvido Groſſus poſtea Clemens IV. Papa. M. 74
1330 de monte Rochen. T. 570
1330 Perpinianus. T. 554 M. 81
†1137 Prior Carthuſ. T. 376
Presbyter Ravenn. M. 105
de Suzaria, Ictus. T. 450
Guidmundus Averſanus. *Anon. Mellicenſ.* c. 102
Guilelmus Abbas Andrenſis. M. 73
1597 Aſſonlevillius. M. 92
Guilelmus Apulus M. 105
†1485 Guilelmus de Aquisgrani. T. 893
†1337 Baldenſelius. M. 78
Budæus. T. * 16
*Sec. XIII.* Carnutenſis. M. 71
Guilelmus Caliſford. T. 657
Caxtonus. M. 95
Caſtellus. T * 17
Copus. T * 20
1310 de Cumo Ictus. T. 533
1470 Forleon. T. 826
1270 Guarronis ſive de Varra. T. 485
Gemeticenſis. M. 105
Haſſligem. Monachus. *Henr. Gandav.* c. 58 T. 528
†1526 Heda. T. 100
†1098 Hirsaug: Abbas. *Anonymus Mellicenſ.* c. 108 116 T. 352
1280 Lamaſenſis. T. 487
†1142 Malmesburienſis. M. 65
1300 de Mandagozzo. T. 512 M. 76
de Mara. T. * 27
de Montelaudinio. T. 540
1285 Nangius. M 53
1197 Neubrigenſis. M. 65
Guilelmus Lugdunenſis. T. 484
†1350 Occam. T. 563 M. 78
de Oppenbach. T. 683
†1244 Pariſienſis Ep. T. 480 M. 73
†1223 alius, antea Autiſiodor. Ep. M. ibid.
Monachus Pariſ. T. 431
Pictavienſis. M. 105
1270 Placentinus. T. 479
1275 de Petra alta ſive Peralt. T. 508
de Qvercu. T. 23
1390 de Rajotto ſive Kajotto. T. 595
900 Romanus Bibliothec. M. 48
1280 de Sanvico. T. 489
de Sancto amore. *Henr. Gandav.* c. 44
de Seliniaco. T. 408

A. C.
1140 Guilielm. S. Theodorici Abbas. *Henr. Gandav.* c. 10. & *appendic.* c. 6 T. 384
1188 Tyri Archiep. M. 61
1127 alius. M. 63
1060 Guimundus ſive Guitmundus. T. 322 M. 55
1100 Guntherus Monachus Elnon. *Sigeb.* c. 66 T. 354
1204 Monachus Ciſtert. M. 68

H

†795 Hadrianus II. Papa. M. 40
VI. M. 99
1410 Carthuſianus. M. 84
Halitgarius Epiſc. Cameracenſis. *Sigebert.* c. 122
†813 Hamularius S. Amularius Epiſc. Trevir. T. 265
830 Hamulus ſive Amulo Epiſcopus Lugd. T. 273
1270 Hambaldus. T 496
Hariulfus Abbas. M. 63
1494 Haringhus Sifridi Sinnama. T. 915
1494 Hartmannus Schedel. T 962 M. 96
†836 Harto S. Hetto Baſil. Epiſc. *Anon. Mellicenſis* c. 43 M. 44
1270 Haymo ordin. minorit. Generalis. T. 476
†853 Ep. Halberſtad. *Honor. IV.* 70 *Anon. Mellicenſ.* c. 76. *Sigebert.* cap. 135. T. 257
†838 Hectus S. Hetto Ep. Trever. M. 45
Hector Boëthius. M. 100
Sec. X. Hegeſippus junior. M. 49
†1510 Helias Capreolus, Brixienſis. M. 105
1494 Helias Regnier. T. 939 M. 55
1033 Heligaudus S. Helgaldus Mon. Flor. M. 53
1200 Helinandus ſive Helmandus. T. 419 M. 69.
Heliconius Sophiſta Byzant. M. 8
Heliodorus Presbyter. *Gennad.* c. 6 *Honor.* II. 6
Heliodorus presb. Antioch. *Gennad.* c. 29. *Honor.* II. 29
Helladius Toletanus. Ildefonſ. cap. 7
1168 Helmoldus Canonicus Lubec. M. 66. 105
1069 Helpericus. T. 325
Helvidius. *Gennad.* cap. 32. *Honor.* II. 32

Hen-

Digitized by Google

A. C.

Henricus. *Honor. IV. 8*

Henricus Affligemenſis. *Henr. Gandav. c. 58*

Henricus de Andernaco. T. 688

†1487 Arnoldi. T. 872

Boyk. T. 671

de Bruxellis. T. 535

†1410 de Cosveldia. T. 717

†1375 de Dolendorp. T. 651

1390 Euta ſive Oyta. T. 687

1494 Euticus. T. 931

1293 de Gandavo *videque ante ejus. lib. de S. E.* & T. 497

de Gauda. T. 775

1460 Gorrikem. T. 812

1417 Gulpen. T. 771

de Hachenburg. T. 718

1478 Harpius. M. 91

1428 Henricus de Haſſia junior. T. 754 M. 79

1460 Henricus de Herph. T. 817

Hervordienſ. al. de Erfodia. T. 629

1153 Huntingdon. M. 65

1499 Inſtitor. M. 91

1390 de Kalkar. T. 666

†1465 Kaltyſen. T. 808 M. 85

†1428 de Langenſtein. al. de Haſſia. T. 684

1494 Northeimenſis. T. 947

1250 Oſtienſis: Archiep. Ebred. T. 460

1470 de Piro al. de Colonia. T. 835

†1484 Prudens. T. 868

Sanvicenſis. M. 90

†1281 Scauſius Cardin. M. 74

1273 Stero. M. 72

1365 Suſo. M. 80

1340 de Vrimaria ſive Frimaria. T. 589 M. 80

1440 de Werbis. T. 800

380 Heraclides. T. 93. M. 8

Heraclius (Heraclitus) *Hieron. c. 46 Honor. lib. I. c. 47*

Hercules Tombenſius. Vide Flavius de Ferraria.

887 Herempertus Monach. Caſſin. *Petrus Diac.* p. 173 M. 48

Herenus de Bogio. T. 568

990 Herigerus Abbas Lobienſ. *Sigebert. c. 137.* T. 306

A. C.

†922 Heriveus Ep. Rem. M. 48

1440 Hermannus Campenſ. Monach. T. 792

†1054 Hermannus Contractus *Honor. IV. 12. Anon. Mellicenſis c. 91*

†1428 Petra de Studorp. T. 752

1340 de Schildis. T. 594

S. Hermas. *Hieron. c. 10. Honor. lib. 1. cap. 10*

†1493 Hermolaus Barbarus. T. 878. M. 95

Herrandus, vide Stephanus.

†1325 Herveus Natalis. M. 77

433 Heſychius S. Eſytius Presbyter. T. 82. M. 11

Mileſius. M. 25

Ep. Hieroſol. M. 32

Hetto Baſileenſis. Vide Hatto.

Hetericus Uxamenſ. Ep. M. 39

1438 Heymericus de Campo. T. 786

†422 Hieronymus. *Hieron. c. 135 Gennad. poſt præfat. Honor. lib. I. c. 136* T. 100. M. 8.

1494 Balbus. T. 942

Hieronymus Paulus. M. 105

Hieronymus Caracciolus. *Placidus Rom. p. 197*

†1494 de Padua. T. 953

†1515 Donatus. T. 937

†1494 Savanarola ſive Ferrarienſis T. * 6

Hieronymus Serſalius Coſentinus, *Placidus Rom. p. 199*

1412 a Sancta fide. M. 83

440 Hilarius Arelatenſis. *Gennad. c. 69 Iſidor. c. 16. Honor. II. 68. III. 18* T. 149

397 Hilario (Qvintus Julius) M. 9

†371 Hilarius Pictavienſis. *Hieron. c. 100. Honor. lib. 1. c. 101* T. 70

†468 Papa. T. 161

1090 Hildebertus Cenomanenſis Archiep. *Henr. Gandav. c. 8* T. 350

657 Hildefonſus Epiſc. Tolet. T. 55

†1180 Hildegardis Abbatiſſa. T. 405 M. 67

Hildericus Abbas. *Petrus Diac. p. 170*

920 Hildovinus. T. 296

840 Hilduinus Abbas S. Dionyſii. *Sigeb. c. 82.* T. 263



Digitized by Google

A. C.

†882 Hincmarus Archiep. Rem. *Sigeb.* c. 99 *Anon. Mellicenſ.* cap. 46 T. 264 M. 48

220 Hippolytus *Hieron.* c. 61. *Honor.* I. 62 T. 36

Thebanus. M. 51

Honoratus Iſernienſis. *Placidus Rom.* pag. 195

Honoratus Epiſcopus. *Gennad.* c. 95 *Honor.* II. 94

Honoratus Maſſilienſis. *Gennad.* cap. 99

1120 Honorius Auguſtodun. *Honor. IV.* 17. T. 357 M. 58. 105

†638 I. Papa. M. 34

†523 Hormisda Papa. T. 201 M. 16

1480 Hubertinus Clericus Creſcentinas T. 892

Hubertus de Bobio Ictus. T. 437 de Bonacurſo. T. 440

1300 de Caſali. T. 525

1490 Leonardus T. 902

Henricus Vercellenſis Epiſc. *Sigeb.* c. 160

880 Hugbaldus S. Huabaldus. *Sigebert.* c. 107 T. 284

1160 Hugo Ætherianus. T. 398 M. 64

1227 Canonicus Floreſſ. M. 69

†1260 de S. Caro Barcinon. alias Hugo Cardinalis vel Hugo de S. Theodorico *Henr. Gand.* cap. 40 T. 453 M. 69

Hugo Farſitus, Abbas, *Henr. Gandav.* cap. 36

1120 de Folieto. T. 374

1168 Pictavinus. M. 105

Seleſtadienſis. T. 702

1438 Senenſis. T. 774

1130 de S. Victore. *Henr. Gandav.* cap. 25 & *appendic.* cap. 7 T. 363

1281 Hugolinus Malebranchius Cardin. T. 498

Verinus. M. 98

1050 Humbertus Monach. Tull. & Cardinalis. *Sigebert.* c. 150. *Anon. Mellicenſ.* cap. 87 T. 332

1276 ordin. Dominicani Generalis. M. 72

A. C.

Hugo Montmoretanus. M. 105

1274 de Romanis. T. 456

I.

1360 Jacobus de Altavilla. T. 641

S. Jacobus Apoſtolus. *Hieron.* c. 2. *Honor. I.* 2

1300 de Arena, Ictus. T. 521

1240 Baldevvini Ictus. T. 454

Bracellius. M. 91

1270 de Belviſio. T. 483

1490 Berezius. M. 91

†1518 Bergomenſis. T. 899

Faber Stapulenſis T. * 15

1410 Forlivienſis Medicus. T. 772

1295 Cajetanus Cardin. M. 76

†1472 de Gruytrode. T. 814 M. 89

†1399 Guiſius. M. 81

1350 Heinricurtius. M. 81

†1666 Junterbuck. T. 814

de Luſanna. T. 659

Manilius. M. 106

1400 Magnus Toloſanus. T. 694

†1518 Philippus Foreſtus. M. 92

1300 de Ravenna Ictus. T. 526

†1489 Piccolomineus. M. 94

†1547 Sadoletus. M. 101

330 Sapiens, Niſſibenus. *Gennad.* c. 1. *Honor.* II. 1. T. 59

1494 Sprenger. T. 957 M. 91

1490 de Stralen. T. 885

1390 de Theramo. T. 682

Theſſalonicenſis. T. 704.

1310 de Viterbio Archiepiſc. Neap. T. 534

†1244 de Vitriaco Cardin. *Henr. Gandav.* c. 37. T. 431 M. 62

†1528 Wimphelingus. T. 915

†1298 de Voragine Epiſc. Genuenſ. T. 500

†1477 Zenus Ep. Patav. T. 825

†1459 Jannutius Manettus. M. 97

1439 Jaſon de Mayno. T. 896

Idatius

Digitized by Google

A. C.

400 Idacius *Iſidor.* c. 2. *Honor.* III. 2. *appendix ad Ildefonſum* c. 8. p. 69. *Sigebert.* c. 18. T. 140. M. 19.
†836 Jeſſe Ep. Ambian. M. 47.
1381 Idiota ſive Raymundus Iordanus M. 48.
†111 Ignatius *Hieron.* c. 16. *Honor.* lib. 1, c. 17. T. 8.
Ignatius Squarcialupus. *Placidus Rom.* p. 193
Ildefonſus de quo Juliani Toletani appendix p. 65.
Imbrico Ep. Herb. M. 54.
†1109 Ingulphus. M. 57
†417 Innocentius I. Papa *Gennad.* c. 43. *Honor. H.* 43. T. 125. M. 10.
†1216 III. *Henr. Gandav.* c. 35. T. 407.
†1254 IV. T. 447. M. 73
Innocentius de Novaria. *Placidus Rom.* p. 194.
Interpretes LXX. M. 2
1200 Joachim Abbas Florenſis. T. 389 M. 72
S. Joannes Evangeliſta & Apoſt. *Hieron.* c. 9. *Honor.* lib. 1. c. 9.
†572 Joannes III. Papa M. 29
†642 Joannes IV. Papa, M. 34
874 VIII. M. 47
XX. ſive XXI. M. 74.
†1334 Joannes XXI. ſive XXII. Papa M. 78.
Joannes de Abbatis Villa *Henr. Gandav.* c. 38. T. 441.
1270 Joannes Æſculanus (de Æſculo.) T. 773
- Ægeates Presbyter. M. 22.
1321 - de Alerio T. 571.
†1233 - Algrinus ſive de Abbatis Villa Cardinalis T. 441
†1455 - de Anania M. 86
†1384 - Andreas Ictus. T. 574 M. 78
†1493 - Ep. Alerienſ. T. 881
- Anglicus Muſicus. *Anon. Mellicenſ.* c. 59
†1501 - Annius Viterbienſis. M. 97
480 - Antiochenus *Gennad.* c. 93. *Honor.* II. 92. T. 184
†1477 - Antonius Campanus. M. 86
- Antonius Flaminius. M. 106
1087 - Archidiaconus. T. 401
†1497 - de Arundine. T. 907
- de Aurbach. T. 727
†1346 - de Bacone. T. 615. M. 81. 90
1374 - Baliſtarii. T. 691.
- Baſilianus. *Sigebert.* c. 36
- Belethus *Henr. Gandav.* c. 18.
- Bartholus T. *18
- Baſſolus. M. 77
1322 - S. Bavonis Abbas. T. 691
†1476 - Beetz T. 842
1342 - Becanus M. 80
- Beccus Patriarch. Pol. M. 85.
1350 - de Beka T. 621

A. C.

Joannes Bertachinus de Firmo. T. 809
1494 - Bertram. T. 913
- de Blanoſco, Ictus. T. 445
1330 - de Blomendal. T. 578.
663 - Bobienſis Abbas. M. 36
†1375 - Bocatius de Certaldo. T. 647 M. 81.
1200 - Boſianus Ictus. T. 421
†1407 - Brammart. T. 618
1413 - Brando. M. 85
†1510 - Britannicus T. 889
- de Bromgard. T. 685.
†1536 - Bronchorſtius. M. 106
†1473 - Brugmannus. T. 842
1464 - Buſchius. M. 90
- Cæſar auguſtanus. *Ildefonſ.* c. 6
- Cagnatius M. 91
1240 - Calderini Ictus. T. 583. M. 78
1494 - Camerarius Dalburg. T. 909
1484 - Campejus, Ictus. T. 882
- Campſen. T. 695
1320 - Canonicus. T. 566
1360 - Cantacuzenus. M. 79
- Capnio vide Joann. Reuchlinus.
†1464 - Capgravius. M. 97
1415 - Capreolus. T. 756
1450 - de Capiſtrano. T. 804. M. 87
1456 - Cappadox. *Iſidor.* c. 26. *Honor.* III. 31.
- Capuanus *Petrus Diac.* p. 173
1140 - Carnotenſis Ep. T. 394
- Carpathior. Ep. M. 37
- Caſtellenſis Monach. T. 669
1260 - Chriſtophori. T. 495
730 - Chryſorrhoas. vid. Damaſcen.
†411 - Chryſoſtomus. T. 103 *Hieron.* c. 129. *Honor. lib.* 1. c. 130 & III. 6. *Iſidor.* c. 6. *Anon. Mellicenſ.* c. 12.
580 - Climacus vulgo Scholaſticus. T. 54. M. 28
†1552 - Cochleus. M. 101
1255 - de Columna. T. 550.
1475 - Conſobrinus T. 867
1162 - Crita. M. 67
1081 - Curopalates. M. 58
730 - Damaſcenus *Sigeb.* c. 75. T. 91. & 348
1330 - Dank de Saxonica T. 581
- de Deo Ictus. T. 452.
- Diaconus, Caſinenſ. *Petrus Diac.* p. 187
870 - Diaconus Rom. T. 278. M. 47 *Anon. Millicenſ.* c. 60. *Sigebert.* c. 106.
1430 - Dieppurg T. 764
†1420 - Dominici, vel Raguſinus T. 731
1475 - de Dorſtein. T. 833




Digitized by Google

| A. C. | | |
|---|---|---|
| †1331 | Joannnes | Driedo. M. 100 |
| 1479 | - | Dufajus ſ. Fayus. M. 93 |
| †1308 | - | Duns Scotus T. 516. M. 74 |
| | - | de Duren. ſ. Durenius. T. 699 |
| 1494 | - | de Duſſeldorf. T. 960 |
| †1543 | - | Eckius. M. 101 |
| | - | de Erfordia. T. 630 |
| 1350 | - | Eligerus de Gondersleben. T. 616 |
| | - | Erigena vid. Joan. Scotus. |
| 1440 | - | Erneſti. T. 798 |
| 1347 | - | Eſtuidi ſ. de Eſchöden. T. 600 |
| | - | Evangeliſta Mormilius Neapolitanus *Placidus Rom.* p. 198 |
| †1541 | - | Faber. M. 101 |
| 1494 | - | Fernandus ſ. Phernandus. T. 936 |
| †1314 | - | Friburgenſis. M. 90 |
| †1494 | - | Ferrarienſis. M. 97 |
| 1370 | - | Fuſt. T. 685 |
| †1535 | - | Fiſcherus. M. 100 |
| | - | Franciſcus Patavinus. M. 90 |
| 1400 | - | Froſſardus. M. 83 |
| | - | Gauwer. T. 793 |
| 1440 | - | Garzonius. M. 106 |
| 1294 | - | de ſancto Geminiano. T. 522 |
| 1480 | - | Gerbrandus. M. 97 |
| †1428 | - | de Gerſon. T. 755. M. 84 |
| †1510 | - | Geilerus à Keiſersberg. T. 918 |
| 600 | - | Gerundenſ. Epiſc. *Iſidor.* c. 31. *Honor.* III. 37. T. 228 |
| | - | Gluel. T. 686 |
| 1460 | - | Gobelinus. M. 88 |
| | - | Golein T. 650 |
| 1430 | - | Gritſch. T. 779 |
| 1400 | - | Groſſus. T. 680. M. 90 |
| 400 | - | Hieroſolymitanus. T. 122 *Gennad.* c. 30. *Honor.* II. 30 |
| 1370 | - | Hildeſienſis. T. 648. |
| 1390 | - | de Hisdinio ſ. Isdinio T. 678 |
| 1460 | - | Hagen. al. de Indagine. T. 822 |
| | - | alius item de Indagine Abbas Burſfeldenſ. T. ibid. |
| 1348 | - | Hocſemius. M. 81 |
| 1360 | - | de Imenhuſen T. 642 |
| † 1435 | - | de Imola Iſtus T. 746 M. 84 |
| † 1505 | - | Jovianus Pontanus M. 93 |
| 1187 | - | Iperius Abbas M. 63 |
| 1460 | - | Kannemann T. 813 |
| 1494 | - | Langer T. 918 |
| 1494 | - | de Lapide T. 894 |
| 1330 | - | de Ligneriis T. 580 |
| | - | Leo M. 98 |
| 1514 | - | Linturius M. 89 |
| 1410 | - | Lombarienſ. Epiſc. T. 732 |
| † 1479 | - | de Lutria T. 849 |
| †1480 | - | Longinus ſ. Dlugoſſius M. 98 |
| † 1407 | - | Mayronis T. 649 |
| † 1372 | - | Mandevillius M. 78 |
| | Ioannes | Margarinus M. 95 |
| | - | Major M. 100 |
| 1430 | - | de Marliano Medicus T. 778 |
| | - | Mauburnus M. 100 |
| | - | Maxentius M. 14 |
| 1460 | - | de Mechlinia T. 819 |
| | - | Medicus *Petrus Diac.* p. 186. |
| | - | Molinius M. 90 |
| 1505 | - | Molinetus M. 84 |
| 1494 | - | de Monte ſive Heydenberg T. 963 |
| 1464 | - | Monſtreletus M. 83 |
| †1476 | - | Muller de Regiomonte T. 844 |
| | - | Monachus Turonenſ. M. 106 |
| † 1494 | - | de Mylbach T. 906 |
| 1477 | - | Nauclerus M. 96 |
| 600 | - | Neſteutes T. 224 |
| † 1438 | - | Nider T. 780 |
| | - | Nivicelle nſ. Abbas T. 813 |
| | - | Noblet T. 783 |
| † 1507 | - | Palæonydorus M. 91 |
| 1433 | - | de Palomarſ. Polemar T. 741 M. 86 |
| | - | Pariſienſis T. 415 M. 73 |
| 1280 | - | alius Pariſienſis T. 505 M. 74 |
| † 1200 | - | Pechanus ordin. min. M. 74 |
| 1260 | - | de Parma T. 499 |
| † 1493 | - | Pheffer de Widenb. T. 888 |
| † 1494 | - | Picus Mirandul. T. 919 M. 91 |
| † 1523 | - | Franciſcus Picus. ibid. M. |
| 1430 | - | Plaeth T. 763 |
| 1438 | - | de Raguſio T. 784 M. 85 |
| | - | de Regno T. 571 |
| † 1522 | - | Reuchlinus al Capnio T. 920 |
| † 1439 | - | Rode, Abbas Bened. T. 806 |
| 1250 | - | de Rupella T. 459 |
| 1340 | - | de Rupeſciſſa T. 611 |
| † 1381 | - | Rusbroch T. 672 M. 82 |
| † 1180 | - | Sarisberienſis M. 64 |
| | - | Sapiens Cypariſſiota M. 56 |
| 1350 | - | de Saxo T. 626 |
| 1340 | - | de Saxonia T. 609 |
| | - | Scholaſticus vide Joannes Climacus |
| | - | Schonhoven Prior Mechlin. T. 673 |
| 1410 | - | de Schonhoven, Canonicus ord. Auguſt. T. 790 |
| †875 | - | Scotus, vulgo Erigena *Honor.* III. 12. *Sigebert.* c. 94. 65. T. 262 271 |
| † 1253 | - | Sernigacii T. 446 |
| 1490 | - | Simoneta M. 98 |
| † 1471 | - | Soreth T. 847 |
| † 1449 | - | Stabulanus M 93 |
| | - | Stephanus T. *26 |
| | - | Rom. Subdiaconus. *Sigebert.* cap. 116 |
| | - | Tacesphale T. 631 |


1360 Jo-

Digitized by Google

A. C.

1360 Joannes de Tambacho. T.644. M.83

1370 - Taulerus. M. 83

1439 - de Teneramunda. T.743

- de Thimato. M. 90

1494 - Tholosus. T. 918

1494 - Thurotus. T. 952

- Tiburtinus. *Petrus Diac.* p. 190

1470 - Tinctoris. T. 839

- Toparcha Jonvillæ. M. 72

1420 - Tortellius. T. 751

†1511 - Trithemius. T. ult. M. 99

†1468 - de Turrecremata. T. 878. M. [illegible]

1160 - Tzetzes. M. 59

1270 - Valeis s. Galensis. T. 481

1480 - Venetus s. Vinetus. T. 905. M. 90

- Villaneus. M. 80

- Walsgram sive Walsingam T. 625

1500 - Wimphelingus. M. 96

- de Werdena. T. 693

†1078 - Xiphilinus. M. 52

1420 - Zacharias. T. 733

1118 - Zonaras. M. 52

Ionas Episc. Aurel. M. 44

630 Ionas Italus natione (non ut Trithemio visum Scotus.) Monachus Luxovienſis *Sigebert.* c. 61. T. 230. M. 36

729 - Monachus Fontanell. M. 37

530 Iordanus al. Iornandes *Sigebert.* c. 35. *Anon. Mellicenſ.* c. 22. T. 204

1410 - Monach. Auguſtin. T. 719

1220 - de Saxonia. T. 436. M. 87

1474 Ioſephus Barbarus M. 95

†100 Ioſephus Iudæus Hiſtoricus *Hieron.* c. 13. *Honor. lib.* 1. c. 13. T. 7.

820 - Theſſalon. Archiep. M. 44

A. C.

Joſephus Methonenſis Epiſc. M. 86

175 Irenæus *Hieron.* c. 35. *Honor. lib.* 1. c. 36 T. 21

1189 Irnerius s. Wernerus s. Guernerius. T. 414.

Iſaac Monachus Syrus *Gennad.* c. 26. *Honor. II.* 26. M. 30.

440 Iſaac Antiochenus *Gennad.* c. 65. *Honor. II.* 65. T. 147

431 Iſidorus Peluſiota. M. 12

410 Iſidorus Senior, Cordubenſ. *Sigebert.* c. 51. T. 120. M. 11.

630 Iſidorus junior Hiſpal. Ep. *Sigebert.* c. 55 *Honorius III.* 40. *Ildefonſ.* c. 9. *Anon. Mellicenſ.* c. 26. T. 232. M. 11

Iſidorus Pacenſis. M. *ibid.*

S. Iudas Apoſtolus. *Hieron.* c. 4. *Honor. I.* 4.

Iudas de LXX. hebdomad. *Hieron.* c. 52. *Honor.* I. 53.

†1535 Iudocus Badius T. 938

1494 Iudocus Beyſſelius. T. 941

Iudocus Cliſtoveus T. * 21

1480 Iudocus Eſchmann de Calwe T. 873

420 Julianus Ep. Capuanus *Gennad.* c. 45. *Honor. II.* 45. T. 124

Julianus Pomerius. *Gennad.* c. 98. *Iſidor.* c. 12. *Sigibert.* c. 54. *Honor.* III. 14.

450 Julianus Ep. Toletanus *Sigebert.* c. 56. *Felicis Toletani appendix ad Ildefonſum* p. 66. *Anonymus Mellicenſis* c. 52. T. 170

Julius Romæ Epiſc. *Gennad.* c. 2. *Honor.* II. 2.

220 Julius Africanus *Hieron.* c. 63. *& appendix ad Hieron.* s. II. II. *Honor. lib.* 1. c. 64. T. 38

- Firmicus Maternus M. 6. 7.

- Pomponius Lætus. M. 94

- Florus. M. 106

550 Junilius Ep. Afric. T. 155. M. 27

1480 Junianus Majus. M. 879.

1090 Jvo Epiſc. Carnotenſis. *Sigebert.* c. 167 *Anon. Mellicenſ.* c. 95. T. 349

†565 Juſtinianus Imperator *Sigebert.* c. 46. *Iſidorus* c. 18. *Honor.* III. 20. T. 296



Digitized by Google

A. C.
540 Juſtinianus Epiſc. Valentin. *Iſidor. c.* 20. *Honor.* III. 24. T. 209

150 Juſtinus Martyr. *Hieron.* c. 23. *Honor. lib.* 1. c. 24. T. 11.

70 Juſtinus Hiſpanus *Placidus Rom.* p. 194.

Juſtus Tiberienſis. *Hieron.* c. 14. *Honor. lib.* 1. c. 14.

540 Juſtus Epiſc. Orgelitanus *Iſidor. c.* 21. *Honor.* III. 25. T. 210. M. 25.

1300 Juſtus Abbas Ciſtertienſ. M. 76

Juſtus Toletanus *Ildefonſ.* c. 8

Juſtus Viennenſis. *Anon. Mellicenſ.* c. 42

330 Juvencus *Hieron.* c. 84. *Honor. lib.* 1. c. 85. T. 62

L.

320 Lactantius (Firmianus) *Hieron. c.* 80. *Honor. lib. I. cap.* 81. T 56

1058 Lambertus Schafnaburgenſis M 55.

1210 - Ardenſis Presbyter. M 106

1310 Lampertinus de Ramponibus T 539

- Landenulphus *Petrus Diac.* p. 188

- Landenulphus Capuanus. *id.* p. 182

†1089 Lanfrancus Archiep. Cantuar. *Sigebert.* c. 115. *Honor. IV.* 14. *Anon. Mellicenſ.* c. 89. T. 334.

Lanfrancus de Oriano Jctus. T. 811

1490 Laonicus Chalcocondylas. M. 85

1440 Lapus de Caſtellione. T. 587

†1194 Latinus Frangipanus Card. M. 79.
Latronianus. *Hieron.* c. 122. *Honor. lib.* 2. c. 123.

1494 Laurentius Bonincontrius T. 917

1494 Laurentius Burellus. T. 897

1478 Laurentius Calcancus Jctus T. 852
Laurentius Epiſcopus *Petrus Diac.* p. 168

Laurentius Gervaſii. T. *30

†1454 Laurentius Juſtinianus. T. 721. M. 87.

1177 Laurentius Leodic. M. 63

A. C.
507 Laurentius Novarienſ. Epiſ. Melliſluus *Sigeberto* c. 120. *Anon. Mellicenſ. c.* 48. M. 23

†1457 Laurentius Valla T. 750. M. 92

Leander Albertus. M. 92

590 Leander Ep. Hiſpal. *Iſidor.* c. 28. *Honor.* III. 34. T. 216

Leidradus Ep. Lugd. M. 43.

†461 Leo I. Papa *Gennad.* c. 70 *Anon. Mellicenſ.* c. 7. *Honor.* II. 69. T. 158. M. 18

†684 - II. *Sigebert.* c. 59. T. 236

†815 - III. T. 256.

†1054 - IX. *Sigebert. c.* 149. *Anon. Mellicenſ.* c. 85. T. 331

- AcridanusEpiſc. *Sigebert.* c. 147

454 - Bituricenſis Ep. M. 18

- Cardinalis Diaconus *Petrus Diac.* p. 184.

1170 - Epiſtolarum Imperialium Interpres. T. 400

†911 - VI. Sapiens Imperator Conſtantinop. M. 49

†1110 - Marſicanus Ep. Oſtienſ. *Petrus Diac.* p. 183. M. 58

†1443 Leonardus Brunus Aretinus. T. 748. M. 86

Leonardus Juſtinianus. M. 94.

†1406 Leonardus de Chiſano S. Giphornenſ. T. 654

1445 Leonardus de Utino T. 803

620 Leontius Epiſc. in Cypro *Sigebert.* c. 59. T. 231

606 Leontius Byzantinus Advocatus. M. 30

430 Leoporius *Gennad.* c. 58. *Honor.* II. 57. T. 141

538 Libertus Archidiac. Carthag. M. 27.

590 Licinianus Carthag. Ep. *Iſidor.* c. 29. *Honor.* III. v. 35.

†70 Linus *Sigebert.* c. 5. M 5.
S. Lucas Evangeliſta. *Hieron.* c. 7. *Honor.* I. 7.

1130 Lucas Abbas montis S. Cornelii *append. ad Henr. Gandav.* c. 9. T. 369.

Lucas

Digitized by Google

A. C.

Lucas Antonius de Firmo. *Placidus Rom.* p. 197

Lucas Fratenſis. *id.* p. 197

Lucas Epiſc. Tudenſis. M. p. 70

Lucas Monachus Minorit. T. cap. 501

240 Lucianus Epiſc. Nicomed. T. 50

- Presbyt. Antioch. *Hieron.* c. 77. *Honor. lib.* 1. c. 78. M. 4.

410 - Presbyt. Hieroſol. *Gennad.* c. 46. *Honor.* II. 46. T. 112

Lucifer Calaritanus Epiſc. *Hieron.* c. 95. *Honor. lib.* 1. c. 96 M. 106

Lucius Alexandrinus. *Hieron.* c. 118. *Honor. lib.* 1. c. 119

†809 S. Ludgerus Epiſc. Monaſter. M. 42

1330 Ludolphus. Monach. Carthuſ. T. 593

†1422 Ludolphus Saxo Abbas Sagan. T. ibid. M. 79

1336 Ludolphus Rector. Eccleſ. Suchenſ. M. 78

1494 Ludovicus Brunus. T. 956

†1474 Ludovicus Donatus Epiſc. Bergom. T. 859

1430 Ludovicus Pontanus. T. 782

1508 Ludovicus Vartomannus M. 98.

850 Lugdunenſis Eccleſiæ Libri quidam M. 47

950 Luitprandus ſ. Eutprandus. *Sigebert.* c. 126. T. 302. M. 88

†787 Lullus Archiep. Mogunt. M. 39

†1363 Lupoldus de Bedenburg Ep. Bamberg. T. 585. M. 78

840 Lupus Abbas Ferrar. M. 47

†1423 Lupus de Olmeto ſ. Ulmeto. T. 758

†479 S. Lupus Tricaſſinus. M. 22

1102 - Protoſpatarius. M. 56

836 - Servatus *Sigebert.* c. 93. T. 270 M. 44

## M.

350 Macarius Ægyptius Monachus *Gennad.* c. 10. *Honor.* II. 10. T. 98. M. 9.

A. C.

Macarius Alexandrinus *Gennad.* c. 28. *Honor.* II. 28. M. p. 9.

Macer Poëta. *Sigebert.* c. 13

Macrobius Presbyter. *Gennad.* c. 5. *appendix ad Ildefonſum* c. 2. p. 68. *Honor.* II. 5. T. 107

270 Malchion *Hieron.* c. 71. *Honor. lib.* 1. c. 72 T. 45

Malchus Sophiſta Byzantinus. M. 23

Manegoldus *Anon. Mellicenſ.* c. 105
Manegundus. *Henr. Gandav.* c. 28
Manetho. M. 3.

Manuel Caleca. M. 74

*Sec. XIII.* Manuel Patriarcha. Conſtantinopol. M. 67

†1458 Maphæus Vegius. T. 761. M. 88

1050 Marbodus Epiſc. Redonenſ. *Sigebert.* c. 158. T. 339

534 Marcellinus Comes Illyric. *Anon. Mellicenſ.* c. 56. M. 26

717 S. Marcellinus Presbyter *appendix ad Ildefonſum* c. *ult.* p. 71. M. 37

50 Marcellus diſcipulus Petri Apoſt. *Sigebert.* c. 1. T. 4

Marcellus Ancyranus. *Hieron.* c. 86. *Honor. lib.* 1. c. 87

660 Marculphus Monachus. M. 36

S. Marcus Evangeliſta. *Hieron.* c. 8. *Honor. lib.* 1. c. 8.

†1506 Marcus Antonius Sabellicus. T. 907. M. 92

750 - Epiſc. Hydruntinus. M. 38

- Eremita. M. 6 & 49

610 - Monachus. T. 218. M. 31

403 - Diaconus Gazenſ. M. 10

- Poëta. *Sigebert.* c. 33. *Petrus Diac.* p. 167.

†1272 - Venetus. M. 78

†1086 Marianus Scotus Monach. Fuld. *Sigebert.* c. 159. T. 340

†1500 Marianus Eremit. Auguſt. T. *1

†606 S. Marius Lauſann. Ep. M. 29

†1480 Marius Philelfus. T. 856

A. C.

Michaël Ritius. M. p. 94

1080 Micrologus (Joannes.) T. 55

870 Milo Elnonenſis Monachus *Sigebert.* c. 105. T. 283

170 Miltiades. *Hieron.* c. 39. *Honor. lib.* I. c. 40. T. 25

230 Minutius Felix. *Hieron. c.* 58. *Honor. lib.* 1. c. 59. T. 34

Mochimus. *Gennad.* c. 71. *Honor.* II. 70

175 Modeſtus *Hieron.* c. 32. *Honor. lib.* 1. c. 33. T. 20

Monaldus Monach. minorit. T. 576

†1332 - Archiep. Benevent. M. 77

†1508 - de Roſariis. M. ibid.

Montanus Carthaginienſis. *Ildefonſ.* c. 3.

*Sec. X.* Moſes Barcepha Ep. Syrus. M. 49

440 Muſæus Presbyt. Masſilienſ. *Gennad.* c. 79. *Honor.* II. 78. T. 172

Muſanus. *Hieron.* c. 31. *Honor. lib.* I. c. 32

# N

380 Nemeſius Epiſc. M. 8

Neſtor ſive Neſtorius hæreticus. *Gennad.* c. 53. *Honor.* II. 52

†1492 Nicaſius de Voerda. T. 876. M. 92

Nicetas David. M. 46

1205 Nicetas Choniates. M. 59

Nicetas Pectoratus. *Sigebert.* c. 14

560 S. Nicetius Trever. Epiſc. M. 28.

420 Niceas. T. 118 *Gennad. c.* 22. *Honor. II.* 22.

1305 Nicephorus Calliſtus. M. 79

†1361 Nicephorus Gregoras. M. 79

†828 S. Nicephorus Patriarcha Conſt. M. 42

- Chartophylax. M. 37

867 Nicolaus I. Papa *Sigebert.* c. 102, T. 277 M. 47

A. C.

1291 Nicolaus IV. T. c. 510

1290 Nicolaus de Bibera T. 504.

1350 - Cabaſilas M. p 81.

†1440 - de Clemangis T 730

†1464 - de Cuſa ſive Cuſanus Ep. Brixienſ. T. 805. M. 88.

- Ciſtercienſ. Monach. T. 708.

†1491 - de Crutzenach T. 874.

1420 Dinkelſpuhl T. 738. M. 87.

1470 Donis T. 836.

1455 Dorbellus ſ. Orbellus T. 815.

- Dorhin ſ. Durham T. 633.

1270 Gallicus T. 506.

- de Gorham T. 681. M. 80.

1440 Lackmann T. 789.

1120 - Leòdienſis Canonicus. M. 39.

- Leonicenus T. 12. *

†1340 - de Lyra ſ. *Lyranus* T. 553. M. 78.

1340 Nicolaus Mutinenſis JCtus T. 586.

1300 - de Neapoli JCtus T. 524.

- Notarius S. Bernardi M. 60.

†1480 - Perotus T. 840. M. 94.

1454 - Ritzonis T. 665.

- Secundinus M. 85.

†1445 - Siculus, Cardinalis T. 781.

†1511 - Simonius M. 97.

1417 - de Suſato T. 777.

†1445 - Tudeſcus M. 85.

1480 - de Wachenheim T. 864.

S. Nilus Abbas Conſtantinop. M. 13.

843 Nithardus M. 44.

Noboas vide Roboas.

†1134 S. Norbertus Fundator Ordinis Præmonſtrat. M. 59.

S. Norberti Archiep. Magdeb. vitæ auctor M. 66.

A. C.
Nonnitus Gerundenſis *Ildefonſ. c.10*
Nonnus M. 25.
†Notgerus, Monach. Sangall. T. 279. *Sigebert. c. 108. Honor. IV. Anon. Mellicenſ. c. 65.*
250 Novatianus *Hieron. c. 70. Honor. lib. I. c. 71.* T. 44.
Novatus, Monachus Catholicus M. 9.

# O

†1350 Occam (Guilelmus) T. 563.
†1331 Odericus T 560.
- Vitalis T. ibid.
Oderiſius abbas. *Petrus Diac.* p. 182.
†1048 Odilo Abbas Cluniac. T. 314. M. 49. 65
†937 Odo Abbas Cluniac. *Sigebert.* C. 124. *Anon. Mellicenſ.* C. 75. T. 292. M. 49.
†1113 Odo Epiſc. Camerac. *Henr. Gandav.* C. 4. T. 371
1230 Odofredus Beneventanus. T. 444
Odofredus ſ. Rofredus Jctus. T. 425
1045 Odoramnus. M. 106
1080 Oecumenius. M. 55
Olbertus Gemblacenſis Abbas. *Sigebert.* C. 142
1330 Oldradus de Laude. T. 577.
*Sec. XI.* Olympiodorus Diac. Conſtantinopolitanus. M. 55
- Monach. Græcus. M. 45
425 - Thebæus M. 11.
Olympius *Gennad. c. 23. Honor. II. 23.*
1420 Omnibonus Leonicenus T. 753.
†1568 Onuphrius Panvinius M. 102.
370 Optatus Milevitanus *Hieron. c. 110. Honor. lib. I. c. 111.* T. 76.
Ordericus Vitalis M. 107.
Oreſius Abbas M. 9.
Orentius ſ. Orientius Poëta. *Sigebert. cap. 34.*
420 Orieſieſis *Gennad. c. 9. Honor. II. 9.* T. 710.
†261 Origenes *Hieron. c. 53. Honor. I. 54.* T. 30.
420 Oroſius *Gennad. c. 39. Honor. II. 39. Anon. Mellicenſ. c. 69.* T. 121.
1020 Oſbertus S. Osbernus Mon. Cantuar. T. 313.
Osbertus Monach. de Monte Carmel. T. 599
390 Oſius Cordubenſis *Iſidor. c. 1. Honor. III. 1. Sigebert. c. 48.* T. 139.
870 Otfridus Monach. Wizanburg. T. 290.

A. C.
1050 Othlonus Monach. Fuldenſ. T. c. 50.
†1158 Otto Friſingenſis T. 477. M. p. 66.

# P

390 Pachomius Abbas *Gennad. C. 7. Honor. II. 7.* T. 89
Pacianus, *Hieron. C. 106. Honor. lib. I. C. 107*
1480 Pacificus. M. 89
432 Palladius Hiberniæ Epiſc. T. 133
Palladius Helenopol. Epiſc. M. 8.
S. Pamphilius Presbyter. M. 5.
†240 Pamphilus Cæſarienſ. *Hieron. C. 75. Honor. lib. I. C. 76.* T. 47
Pandulphus Capuanus. *Petrus Diac.* p. 182
1510 Pandulphus Collenutius. M. 93
Pandulphus Oſtienſis. *Petrus Diac.* p. 181
Panodorus Monachus Ægyptius. M. 10
Pantænus. *Hieron. C. 36. Honor. lib. I C. 37.*
100 Papias, auditor S. Johannis Apoſtoli. *Hieron. C. 18. Honor. lib. I. C. 19* T. 9. M. 3.
1200 Papias Lombardus. T. 414
†851 Paſcaſius Ratbertus Abbas Corbeinſ. *Anon. Mellicenſ. C. 34. Honor. IV. 10. Sigebert. C. 97* T. 288. M. 45
Paſchaſinus Lilybætanus Epiſc. *Sigebert. C. 25. Iſidor. C. 11. Honor. III. 1.*
500 Paſchaſius Diaconus Rom. *Sigebert. C. 171* T. 194. M. 24
Paſchaſius Diaconus Dumienſ. M. 29
450 Paſchaſius Sicilienſis. T. 157
1530 Paſſeyaldus Belligenius. M. 92
Paſtor Epiſcopus. *Gennad. C. 76. Honor. II. 75.*
†491 S. Patricius Hibernorum Apoſtolus M. 23
600 Paterius *Sigebert. C. 43. Anon. Mellicenſ. C. 24. Honor. IV. 5.* T. 222.
S. Patiens Lugdun. Ep. M. 23
804 S. Paulinus Aquilej. Ep. M. 40
Paulinus. *Gennad. C. 68. Honor. II. 67.*
420 Paulinus Epiſc. Nolanus. *Gennad. C. 48. Honor. II. 47. Sigebert. C. 14.* T. 117
410 Paulinus Epiſc. Bitter. M. 10
Paulinus presbyter. *Iſidor. C. 4. Honor. III. 4.*
Paulonas presbyter. *Gennad. C. 3. Honor. II. 3*

S. Paulus

Digitized by Google

A.C. S. Paulus Apoſtolus *Hieron. c. 5. Honorius lib. 1. c. 5.*
Paulus Epiſcopus. *Gennad. c. 31. Honor. II. 31.*
1499 Paulus Atavantius M. 97.
†1529 Paulus Æmilius M. 98.
Paulus Aquilejenſis, vide Paulus Monachus Benedictin.
†1437 Paulus de Caſtro JCtus. T. 768.
1400 Paulus Carthagena Ep. Burgenſ. M. 83.
589 Paulus Emeritenſ. Diac. M. 32.
Paulus Judæus Fuldenſ. *Anon. Mellic. c. 57.*
Paulus Langius Monachus. M. 96.
Paulus è Liguria, Grammaticus *Petrus Diac.* pag. 187.
1340 Paulus de Lyazaris. T. 584.
Paulus Bernriedenſis. M. 56.
Paulus interpres. *Sigebert.* c. 151.
1434 Paulus de S. Maria Ep. Burgenſ. T. 760.
Paulus de Altavilla. *Placidus Rom.* p. 197.
Paulus Jctus. *Anon. Mellicenſ.* c. 67.
780 Paulus Monach. Benedict. *Anon. Mellicenſ.* c. 57. *Sigebert.* c. 80. *Petrus Diac.* pag. 167. T. 253.
Paulus Neapolitanus Diac. *Sigebert.* c. 96.
1494 Paulus Niavis vulg. Schnevogel T. 945.
†767 Paulus I. Papa. M. 39.
1344 Paulus de Perufio, Monach. T. 597.
1350 Paulus Jctus T. 634.
430 Paulus Presbyter T. 146.
Paulus Soncinnas. T. *33.
Paulus Theanenſis Diaconus. *Petrus Diac.* p. 188.
1400 Paulus Venetus. T. 703.
1272 - - - alius ejusdem nominis. T. ibid.
†559 Pelagius Papa. M. 29.
Pelagius Diaconus Rom. *Sigebert. c. 115.*
Pelagius hæreticus. *Gennad. c. 42. Honor. II. 42.*
970 Pelegrinus ſ. Peregrin Ep. Laure. M. 50
†1374 Petrarcha (Franciſcus). T. 622. M. 81.
†385 Petronius Ep. Bononienſ. *Gennad. c. 41. Honor. II. 41.* T. 88.
S. Petrus Apoſtolus *Hieron. c. 1. Honorius lib. 1. cap. 1.*
†1316 Petrus de Abano. T. 556.
1140 Petrus Abelardus *append. ad Henr. Gandav.* c. 3. T. 381.
Petrus Alexandrinus Ep M. 6.
†1425 Petrus de Aliaco Ep. Camerac. T. 729. M. 84.
1100 Petrus Alphonſus. T. 356. M. 58.
1410 Petrus de Ancora Juris ſ. Ancharanus Jctus. T. 725. M. 84.
Petrus Apollonius Collatius. M. 36.
1320 Petrus Aureolus. M. 77.
1300 Petrus de Bella Pertica. T. 518.
1160 Petrus Bleſenſis. T. 305. M. 64.
1360 Petrus Berthorius. T. 643. M. 76.
†1348 Petrus Bertrandus. M. 77.
1360 Petrus Boherius, T. 640
1494 Petrus Bonomus Tergeſtinus, T. 923.
1485 Petrus Brutus Ep. Catharenſ. T. 891

A. C.
†1507 Petrus Burrus. T. *14.
†1410 Petrus de Candia, poſtea Alexander. V. Papa. T. cap. 711.
†1179 Petrus Cantor Pariſ. *Henr. Gandav. c. 16.* T. 419.
Sec. XII. Petrus Carnutenſ. Epiſc. M. pag. 64.
1330 Petrus de Caſa. T. 596.
450 Petrus Chryſologus. *Anon. Mellicenſ. c. 28.* T. 159. M. 12.
1440 Petrus de Colle. T. 791.
1160 Petrus Comeſtor. *Henr. Gandav. c. 32.* T. 380.
†1072 Petrus Damiani Ep. Oſtienſ. T. 335. *Sigebert.* c. 162. *Honor.* IV. c. 11. *Anon. Mellicenſ.* c. 33.
1300 Petrus de Donin, Philoſophus. T. 523.
Petrus Diaconus. *Petrus Diac.* pag. 190. M. 26.
†1507 Petrus Dorlandus. M. 97.
450 Petrus Edeſſenus *Gennad. c. 74. Honor. II. 37.* T. 107
1275 Petrus Hiſpanus Cardinal & Papa ſub nomine Joannis XX. T. 478. M. 74
†1119 Petrus Honeſtus Abbas M. 67.
Petrus Ilerdenſis *appendix ad Ildefonſum* c. 12. p. 71.
1410 Petrus Epiſc. in Latio. T. 720.
Petrus Laodicenus. M. 36.
†1164 Petrus Lombardus. *Henr. Gandav.* c. 31. *& append. c. 11.* T. 377.
†1156 Petrus Mauritius Abb. Cluniac. *Henr. Gandav.* c. 29. T. 418.
†1424 Petrus Maurocenus. T. 737.
1470 Paulus Natalis. M. 94.
Petrus Ord. Predicatorum. *Henr. Gandav.* c. 41.
†1342 Petrus de Palude ſ. *Paludan.* T. 582. M. 79
Petrus Pannonius. *Gennad.* c. 75. *Honor.* II. 74.
1420 Petrus Paulus Vergerius. T. 761.
†1564 - - - alius junior. T. ibid.
Petrus de Perpiniano, vulgo de Rin T. 559.
Petrus Prior ordin. prædicat. T. 471.
Petrus Ranzonus. M. 95.
1343 Petrus Raymundi de Inſula graſſa. T. 603.
†1263 Petrus de Riga. *Henr. Gand.* c. 22. T. 388
1420 Petrus de Roſenhem. T. 739.
Petrus Sarnenſis Mon. Ciſtert. M. 73.
1319 Petrus de Saxonia. T. 541
†1491 Petrus Scotus ſ. Schot. T. 875. M. 92.
Petrus Senon. Archiep. T. 426.
870 Petrus Siculus. M. 75.
†1563 Petrus Sotus. M. 101.
Petrus de Spira. T. 714.
Petrus Subdiaconus. *Petrus Diac.* p. 188.
†1276 Petrus de Tarantaſia, Papa ſub nomine Innocentii V. T. 472. M. 74.
†1366 Petrus Thomas. T. 638.
Petrus Venerabilis, ſupra in Petro Mauritio.



Digitized by Google

A.C.
1317 Petrus de Verberia. T. cap. 544.
†1249 Petrus de Vineis. T. 434.
Petrus de Unzola, Jctus. T. 816.
380 Philastrius Brixiens. *appendix ad Ildefonsum* c. 3. p. 68. T. 84.
240 Phileas Ep. Theb. *Hieron.* c. 78. *Honor.* lib. 1. c. 79. T. 52.
Philippus de Bergomo T. 620.
†1510 - - - Beroaldus. T.* 10.
†1496 - - - Callimachus Experiens T. 944. M. pag. 94.
- - - Cancellarius Paris. *Henr. Gandav.* c. 50.
†1509 - - - Cominæus. M. 83. 93.
170 - - - Cretensis Episc. *Hieron.* c. 30. *Honor.* lib. 1. c. 31. T. 19.
†1322 - - - Ep. Eichstädt. M. 49.
- - - Eleemosynarius. M. 59.
- - - Ferrariensis. T. 675.
1230 - - - Grevius. T. 465.
430 - - - Monachus. T. 144.
- - - de monte Galerio. T. 679.
- - - Otterburgens. Abbas. T. 697.
- - - Presbyter. *Gennad.* c. 62. *Honor.* II. 61.
†1391 - - - Riboti. T. 664. M. 86.
- - - Sideta. M. 10.
1105 - - - Solitarius. M. 58.
50 Philo Judæus, *Hieron.* c. 11. *Honor.* lib. 1 c. 11. T. 6.
374 Philo Carpathius. M. 6.
Philostorgius Historicus. M. 11.
Phœbadius. *Hieron.* c. 108. *Honor.* lib. 1. c. 109.
Photinus hæreticus, *Hieron.* c. 107. *Honor.* lib. 1. c. 108.
†886 Photius Patriarcha Constantin. M. 46.
290 Pierius Alex. *Hieron.* c. 76. *Honor.* lib. 1 cap. 77. T. 51.
Pileus Movicensis, Juris Profess. T. 420.
Pinytus Cretensis, *Hieron.* c. 28. *Honor.* lib. 1. c. 29.
†1464 Pius II. papa, al. *Æneas Sylvius.* T. 810. M. 88.
Pius Lottherius. *Placidus Rom.* p. 198.
1200 Placentinus Jctus. T. 424.
Placidus Nonantulanus. *Anon. Mellicens.* c. 115.
Platina, vide Baptista Platina.
†1439 Pogius Florentinus. T. 749.
1490 Politianus (Joannes Maria). M. 97.
†1509 - - - - (Angelus) T. 911. M. 94.
Polycrates Ephes. Episc. *Hieron.* c. 45. *Honor.* I. 46. *Sigebert.* c. 3.
Polydorus Virgilius. M. 98.
400 Polychronius Apameæ Episc. M. 10
Pomponius poëta. *Sigebert.* c. 35.
1520 Pontius Virmius s. Virunius. T.* 11.
Pontius *Hieron.* c. 68. *Honor.* lib. 1. c. 69. M. 42.
A.C. Porcharius Lirinensis. *Anon. Mellicens.* c. 58.
430 Possidomus s. Possidius *Sigebert.* c. 16. *Isidor.* c. 8. *Honor.* III. 8. T. 127.
1152 Potho Prumiens. presbyt. M. 60.
Praxagoras Athenien. M. 6.
550 Primasius Africanus *Isidor.* c. 9. *Honor.* III. 9. T. 154.
590 Priscianus Grammaticus. *Anon. Mellicens.* c. 18. T. 217.
Priscillianus, *Hieron.* c. 121. *Honor.* lib. 1. c. 122.
430 Proba Falconia *Sigebert.* c. 52. *Isidor.* c. 5. *Honor.* III. 5. T. 152.
†446 S. Proclus Ep. Constantinop. M. 13.
Prochorus. M. 3.
Procopius Gazæus Sophista. M. 29.
- - - - Historicus. M. 30.
460 Prosper Reginensis. T. 164.
- - Aquitanus *Gennad.* c. 84. *Honor.* II. 83. M. 19.
- - Tyro. M. 20.
†457 Proterius Alexandrius Ep. *Sigebert.* c. 26. *Isidor.* c. 10. *Honor.* III. 10.
380 Prudentius poëta. *Gennad.* c. 13. *Honor.* II. 13. T. 90.

Q.

120 Quadratus. *Hieron.* c. 19. *Honor.* lib. 1. c. 20. T. 12.

R.

†855 Rabanus Maurus, Archiep. Mogunt. *Anon. Mellicens.* c. 45. *Sigebert.* c. 89. *Honor.* IV. 4. T. 267.
*Sec. XII.* Radevicus præpos. Friling. M. 66.
Radulphus, vide Glaber. *Sigebert.* c. 50.
1100 - - - Ardens. M. 66.
1157. - - - - Flaviacensis. T. 299. M. 49.
†1403 - - - Rivius. *M.* 54.
Rangerius Lucensis Ep. M. 55.
Raphael Comensis, Jctus. T. 742.
1416 - - - Fulgosius Jctus. M. 740.
1494 - - - Regius. T. 916.
1505 - - - Volaterranus. M. 98.
976 Rasis Maurus. M. 49.
†917 Rathbodus Ep. Traject. T. 293.
930 Ratherius Veronensis Episc. *Sigebert.* c. 127. T. 297.
Ratramus, vide Bertramus.
Raymundus Agilæus. M. 60
†1275 - - - de penna forti *Henr. Gandav.* c. 48. T. 442.
1290 - - - Lullus. M. 70.
1430 - - - de Sebeide, s. Sabunde. T. 765
Raynaldo Subdiacono, *Petrus Diac.* p. 189
- - - Viceliacensis Abbas. *Henr. Gandav.* c. 3.
†989 Reginoldus Ep. Eickstädt. M. 50.
910 Regino Abbas Prumiensis. *Sigebert.* c. 111. *Anon. Mellicensis* c. 54. T. 295.
1410 Reinhardus de Fronthovem. T. 715.



Digitized by Google

A. C.
†1358 Reinherus Forolivienſis Jctus. T. 604.
1300 - - - Piſanus T. 519.
1254 - - - Sachonus. M. 70.
†888 S. Rembertus Ep. Brem. M. 48.
500 S. Remigius Rem. Ep. M. 26.
880 Remigius Monach. Autiſiodor. *Sigebert.* c. 123. *Anon. Mellicenſ.* c. 66. T. 285. M. 46.
840 Remigius Lugd. Ep. M. 46.
Renatus Garnerius. T*24.
320 Reticius *Hieron.* cap. 82. *Honor.* lib. 1. c. 83. *T.* 58.
1130 Renerus Monachus. M. 39.
Reuchlinus vide Joannes Reuchlin.
200 Rhodon. *Hieron.* c. 37. *Honor.* lib. 1. c. 38. *T.* 23.
†1360 Richardus Armach. Archiep. *T.* 653.
- - - Bartholinus M. 98.
†1345 - - - de Bury Epiſc. Dunelm. *T.* 624.
- - - Cardinalis de *Molaria. Placidus Rom.* pag. 192.
1160 - - - Cluniacenſ. *Monach. T.* 386.
1402 - - - Lauinham *T.* 602.
1310 - - - *Molumbra* Jctus *T* 538.
1382 - - - *Maydeſcon T.* 667.
1290 - - - de *Mediavilla T.* 503. *M.* 75.
1359 - - - Radulphus *M.* 82.
1270 - - - Remenſis Archiep. *T.* 488.
1300 - - - de Senis. *T.* 514.
†1173 - - - de S. Victore. *Henr. Gandav.* c. 26. *T.* 375.
Rigerus Monachus, M. 73.
1223 Rigordus *M.* 53.
Riparius presbyter Hiſp. *M.* 10.
Roboas Diaconus. *Petrus Diac.* p. 188.
Robertus vide in Rupertus.
Rodericus Santius Arevolus M. 95.
†1245 - - - - Semenus *M.* 70.
1470 - - - - Zamorenſis Epiſc. *T.* 828.
Rodolphus vide ſupra, Radulphus.
1117 Rodulfus Abbas S. Trudonis. *M.* 57.
1494 - - - Langius. *M.* 96.
1040 Rogerius *Monachus Sigebert* cap. 130. T. 327
1204 - - - - Hovedenus *M.* 65.
Rolandinus de Romantiis Jctus *T.* 448.
1177 Romualdus II. Ep. Salernitanus *M.* 107
970 Roſwitha monialis, T. 391. M. 107.
Rudolfus Abbas. *Anon. Mellicenſ.* c. 103
- - - Fuldenſis. *Anon. Mellicenſ.* c 49
†1485 Rudolphus Agricola *T.* 870. *M.* 92.
1430 - - - de Bruxella *T.* 773
1404 - - - Langius *T.* 933.
1125 - - - S. Trudonis Abbas *T.* 366.
400 Ruffinus *Gennad.* c. 17. *Honor.* II. 17. *appendix ad Ildefonſum* c. 5. p. 69. *T.* 102
Rugerus *T.* *9.
1210 Rupertus Caſſinenſis Abbas *T.* 317. *M.* 59.
†1501 - - - Gaguinus, *T.* 914. M. 93.

A. C.
†1253 - - - Groſthead ſ. Groſeteſtus Ep. Lincoln *T.* 393. M. 70.
1280 Rupertus Halſus M. 75.
†1349 - - - Holkoth, *T.* 632. M. 80.
†1143 - - - Ketenenſis, M. 65.
1486 - - - de Licio *T.* 887.
1124 - - - Limpurgenſis Abbas *T.* 365
- - - Monachus de monte Carmeli, T. 617
1320 - - - Monachus ordin. præd. *T.* 569
1120 - - - - - - S. Remigii *T.* 390. M. 60.
†1213 - - - Præmonſtratenſis Canonicus M. 69
†1031 - - - Rex Franciæ, *T.* 304
†1280 - - - de Ruſſia *T.* 474
1252 - - - Sorbonius Collegii Sorbonæ Inſtitutor, M. 74
†1135 - - - Tuitienſis Abbas *append. ad Henr. Gandav.* c. 5. *Anon. Mellicenſ.* c. 117. Honor. IV. 16. *T.* 364
Ruricius Lemovic. Ep. M. 23
Ruſticus Ep. M. 17
- - - Helpidius, M. 107
- - - Roman. Diac. M. 27
1494 Rutgerus Sicamber de Venray, *T.* 940

S.

440 Sabbatius *Gennad.* c. 25. *Honor.* II. 25 *T.* 168
†919 Salomon Epiſc. Conſtantienſ. M. 49
Salonius Ep. M. 17
480 *Salvianus* Maſſilienſis *Gennad.* c. 67. *Honor.* II. 66. *T.* 175
Salvus Abbas Alveldenſis *de quo Appendix ad Ildefonſum* p. 68
†1483 Salvus Caſſetta, M. 97
Samona Archiep. Gazæ, M. 57
480 Samuel Presbyt. Edeſſenus *Gennad.* c. 82 *Honor.* II. 81. T. 176
1072 - - - Marochianus Rabbinus M. 51
Sangallenſis Monachus quidam, M. 48
1430 Sanctes de Arduinis, T. 776
†1541 - - - Pagninus, M. 107
1200 Saxo Grammaticus, M. 72
1494 Sebaſtianus Murrho, T. 934
- - - - - Brantius, M. 96
- - - - - Caſinenſis, *Petrus Diac.* pag. 168
†1520 - - - - - Titio, al. Brandt, T. 924
Secundus, Langobardorum Hiſtoricus M. 39
430 Sedulius presbyter *Sigebert.* c. 6. *Iſidor.* c. 7. *Anon. Mellicenſ.* c. 35. *Honor.* III. 7 T. 142
50 Seneca (Lucius Annæus) *Hieron.* c. 12. *Honor.* lib. 1. c. 12. T. 3.
193 Serapion Antiochenus, *Hieron.* c. 41. *Honor.* lib. 1. c. 42. T. 27
340 - - - Thmueos Ep. *Hieron.* c. 99. *Honor.* lib. 1. c. 100. T. 68

480

Digitized by Google

A.C. Sergius Confessor, M. 42
- - - I. papa, *Anon. Mellicens.* c. 4
1356 Sertorius al. Fortanerius, T. 607
480 Servus Dei *Gennad.* cap. 87. *Honor.* II. 86 T. 181
400 Severianus *Gennad.* c. 11. *Honor.* II. 21 T. 104. M. 9
S. verus Endelechius, M. 8
580 Severus Malag. Episc. *Isidor.* c. 30. *Honor.* III. 36. T. 226
Severus Milevitanus Ep. M. 11
423 Severus Ep. in Minorca, M. 11
420 Severus Sulpicius *Gennad.* c. 9. *Honor.* II. 19. T. 113.
Sextus, *Hieron.* c. 50. *Honor.* lib. 1. c. 51
1320 Sibertus de Beka l. Becanus, T. 557. M. 90
480 Sidonius Apollinaris *Gennad.* c. 92. *Honor.* II. 91. T. 179
1307 Sifridus Misnensis presbyt. M. 73
1470 Sifridus de Moguntia T. 831
1110 Sigebertus Mon. Gemblac. *Sigebert.* c. 171. T. 358
1483 Sigismundus Monachus M. 96
Sillebertus, *append. ad Henric. Gandav.* c. 2.
Simon Affligemensis, *Henr. Gandav.* c. 56
†1348 Simon de Cassia, T. 605
†1400 Simon de Cremona, T. 602. M. 80
†1348 Simon Fidatus, M. 80
770 Simon l. Simeon Metaphrastes vulgo Simon Magister, M. 51
Simon de Spira, T. 606
† 460 Simon l. Simeon Stylita M. 18
600 Simeon Stylita secundus, M. ibid.
- - - - - tertius, M. ibid.
- - - - Thessal. Archiep. M. 50
- - - - Junior dictus, M. 60
*Sec. XII.* Simon de Tornaco, *Henr. Gandav.* c. 24 T. 467
420 Simplicianus *Gennad.* c. 36. *Honor.* II. 36 T. 119
Simplicius S. Benedicti Discipulus, *Sigebert.* c. 31. *Petrus Diac.* p. 168
†483 Simplicius papa, T. 180
†398 Siricius papa *Isidor.* c. 3. *Honor.* III. 3. T. 128
Sixtus I papa, *appendix ad Ildefonsum* c. 1. p. 68. *Anon. Mellicens.* c. 4.
†259 S. Sixtus II. papa, *Sigebert.* c. 47. M. 5
Sixtus III papa, M. 12
†1484 Sixtus IV papa, T 866
810 Smaragdus Abbas, *Sigebert.* c. 118. *Honor* IV. 6. *Anon. Mellicensis* cap. 50 T. 300
Socci sermones, *Sigebert.* c. 47 M. 107
430 Socrates Histor. *Sigebert.* c. 10. T. 137
636 S. Sophronius Patriarch. Hieros. M. 33
Sophronius amicus Hieronymi *Hieron.* c. 134. *Honor.* lib. 1. c. 135.

A.C.
430 Sozomenus *Sigebert* c 11. T. 136
†1203 Stephanus Abbas ad S. Genov. Paris. M. 66.
1470 Stephanus de Cajeta, T. 861
1107 Stephanus Cistertiensis Abbas, M 67
†1107 Stephanus l. Herrandus Episc. Halberstad. T 360
†1471 Stephanus Hoest, T. 833
1458 Stephanus Juliacus, M 96
†1228 Stephanus Langtonus Anglicus, *Henr. Gandav* c 27. T. 422
910 Stephanus Leodiensis Ep. *Sigeber.* c 125 T. 298. M. 39
Stephanus Musicus, *Anon. Mellicensis* c. 79.
†942 Stephanus VIII. papa M. 39
†1058 Stephanus IX. papa, *Anon. Mellicensis* c. 86.
Stephanus X. papa *Petrus Diac.* p. 174
Stephanus Petringon, T. 661
1330 Stephanus de provincia, T. 573
840 Strabus, T. 269. M. 46
1107 Sugerius Abbas S Dionys. M. 53
*Sec. XI.* Suidas, M. 52
630 Sulpitius Episc. Bituric. M. 31
Syagrius. *Gennad.* c. 65. *Honor.* II. 64.
Sylvester Giraldus, M. 63
Sylvester Mozolinus, M. 99
Sylvester de Prierio, T. *31
†515 Symmachus papa, T. 195
200 Symmachus Interpres S. S. Græcus T. 4
†524 Symmachus patricius Consul Roman. T. 196
Symposius, *Sigebert.* c. 132. *Anon. Mellicensis* c. 73
410 Synesius Ep. Ptolemaidis, M. 10
Syrus vide Cyrus

T.

1000 Tangmarus, M. 50
170 Tatianus *Hieron.* c. 30. *Honor.* lib. 1. c. 31 T. 18. M. 4
†138 Telesphorus papa, *Anon. Mellicensis* c. 1
200 Tertullianus *Hieron.* 53. *Honor.* I. 54. T. 29
1457 Thadæus Abbas Scotorum, M. 95
1280 Thadeus Medicus, T. 493
Thalassius Monachus, M. 36
837 Theganus M. 45
1100 Theodericus Abbas S. Tridonis, T. 355 M 59
1200 - - - - Abbas Benedict. c. 416
1040 - - - - monachus theologiensis T. 342
- - - - Gresmundus de Meschede, T. 832
1476 - - - - de Herxen, T. 857
1494 - - - - de Osenbrück, T. 950
1494 - - - - Ulsenius, T. 961
480 Theodolus *Italus Sigebert.* c. 134. vide Theodulus, T. 185



Digitized by Google

A.C.

Theodoricus Thuringus, M.70
- - - - Caſinenſis, *Petrus Diac.* pag. 174
390 Theodoritus Cyri Epiſc. *Gennad.* c.89. *Honor.* II 88. *Sigebert.* c.9. T. 131
Theodorus Abucara, M. 45
- - - - Ancyranus, *Gennad.* c. 55. *Honor.* II. 54
- - - - Antiochenus Presbyter (poſtea Mopſveſt. Epiſcopus) *Gennad.* c. 12. *Honor.* II. 12, *appendix ad Ildefonſum* c. 4. p. 69 T. 106
1320 - - - -Anagnoſtes ſ. Lector, M.79
†690 - - - - Archiep. Cantuar. *Anon. Mellicenſ.* c. 27 T. 235. M. 64
430 - - - - ſ. Theodotus Ancyranus, T. 135
1191 - - Balſamon Patriarch. Antioch. M.65
- - - - Gaza, T. 848
340 - - - - Heracliæ Epiſc. *Hieron.* c. 90. *Honor.* lib. 1. c. 91. T. 65
†1332 - - - - Metochita, M. 79
420 Theodorus Monachus, T. 109
- - - Papa, M. 34
668 Theodorus & Theodoſius } fratres, M. 35
Theodorus Presbyter, *Gennad.* c. 8. *Honor.* II. 8
- - - - Scotus Archiep. *Sigebert.* c. 63
†826 - - - - Studites, M. 44
180 Theodotion, T. 22. M. 4
†821 Theodulphus Aurelian Ep. T. 160. M. 43
Theodulus *Gennad.* cap. 91. *Honor.* II. 90. alius III. 13. *Anon. Mellicenſis* c. 36
Theofridus Abbas, M. 36
Theophanes Byzant. *Anon. Mellicenſis* c. 74
Theophanius Diaconus, *Petrus Diac.* pag. 170.
Theophanes Cerameus, M. 45
173 Theophilus Alexandriæ Epiſc. *Gennad.* c. 33. *Honor.* II. 33. T. 15
390 - - - - alius T. 96
Theophilus Imp. Cpol. *Sigebert.* c. 96
- - - - Antiochenus, *Hieron.* c. 25 *Honor.* lib. 1. c. 26
- - - - Cæſarienſis, *Hieron.* cap. 43 *Honor.* lib. 1. c. 44
- - - Senenſis, *Placidus Rom.* p. 198
1071 Theophylactus Bulgarienſis Archiep. M. 53
612 - - - - - Simocatta, M. 33
1170 Theorianus, M. 64
Theotimus Scythiæ Epiſc. *Hieron.* cap. 131. *Honor.* lib. 1, c. 132

A. C.

Thomas Ænigmaticus, *Sigebert.* cap. 133
1400 - - Anglicus, M. 84
†1274 - - de Aqvino, T. 468
†1357 - - de Argentina, T. 627. M. 80
†1263 - - de Cantiprato, *Henr. Gandav.* c. 51 T. 469
- - ab Ebulo, *Placidus Rom.* p. 199
1340 - - de Garbo Medicus, T. 613
- - Gualenſis, T. 696
1410 - - de Haſelbach, T. 705. M. 107
1410 - - de Kempis, T. 707
†1471 - - - alius T. ibid. M. 88
†1277 - - Lentinus, M. 107
- - Lombe, T. 663
†1535 - - Morus, M. 100
†1534 - - Vius, Cajetanus M. 100
†1491 - - Scropæus, M. 97
†1430 - - Walden, T. 767. M. 86
1442 - - Wallingamus, M. 95
Thomaſinus Ferrarienſis, T. 706
Tiberianus, *Hieron.* cap. 123. *Honor.* lib. 1. cap 124
390 Ticonius Afer, *Gennad.* cap. 18. *Honor.* II. 18. T. 92
Tilmannus Aqvenſis, T. 636
- - - de Hachenberg, T. 700
†1485 - - - Præpoſitus Canonic. Regul. Auguſt. T. 871
Timotheus Gazæus, M. 22
- - - - Epiſc. *Gennad.* c. 58. *Honor.* II. 57
Timotheus Alexandrinus, *Gennad.* cap. 72. *Honor.* II. 71
340 Titus Boſtrenſis, *Hieron.* c. 101, *Honor.* lib. 1. cap. 102, T. 72
350 Triphyllius, *Hieron.* c. 92. *Honor.* lib. 1. cap. 93 T. 67
230 Tryphon, *Hieron.* cap. 57. *Honor.* lib. 1, cap. 58 T. 33
449 Turrius Rufius Aſterius, M. 13
830 Turpius ſ. Tilpinus, T. 275
†811 - - - Archiep. Rem. M. 42
Tyrannius Rufinus, vide Rufinus

## U.

450 S. Valerianus Cemelienſ. Epiſc. M. 13
902 Valerius Aſturicenſis, M. 49
1280 Udalricus Cluniacenſis, *Anon. Mellicenſis* c. 110.
- - - - de Argentina, T. 475. M. 75
Udalſcalcus, M. 54

A. C.
Venantius Fortunatus, ſupra in Fortunato,
Veranus ſ. Veranius, M. pag. 17
†460 - - - Lugdun. Ep. M. ibid.
760 - - - Vencienſ. Ep. M. ibid.
Vergundus Epiſc. *appendix ad Ildefonſum* c. 6. p. 69
760 Verus Ep. Arauſicanus *Sigebert.* cap. 73. T. 245
634 - - Rutenenſ. Ep. M. 31
Victor Antiochnius, M. 9
450 - - Cartennæ Epiſc. *Gennad.* c. 77. *Honor.* II. 76. *Anon. Mellicenſis* cap. 23. T. 165
480 - - Capuanus Epiſc. *Sigebert.* c. 20. *Anon. Mellicenſ.* c. 21. T. 182
- - Epiſc. Martyritanus, M. 27
- - Romanus Epiſcopus, *Hieron.* c. 34. *Honor.* lib. 1. c. 35
- - III. Papa *Petrus Diac.* p. 176.
540 - - Tununenſis Epiſc. *Iſidor.* c. 25 *Honor.* III. 29. T. 114
490 - - Uticenſis Epiſc. M. 22
450 Victorianus Buconius, ſive Voconius T. 171
360 Victorinus Afer, *Hieron.* c. 100. *Honor.* lib. 1. c. 101. T. 71
460 - - - - ſ. Victorius Aqvitanicus, *Gennad.* c. 88. *Honor.* II. 87 T. 166
- - - - Epiſcopus, *append. ad Ildefonſum* cap. 7. p. 69.
430 - - - - Maſſilienſis, *Gennad.* c. 60 *Honor.* II. 59 T. 143
270 - - - - Petavionenſ. Epiſc. *Hieron.* c. 74. *Honor.* lib. 1. c. 75. T. 46
Vigilantius, *Gennad.* cap. 37. *Honor.* II. 35
420 Vigilius Diaconus, *Gennad.* c. 51. *Honor.* II. 50. T. 138
Vigilius Epiſcopus, *Gennad.* c. 37. *Honor.* II. 37
Vigilius Neſtorii Impugnator M. 10
Vigilius alius Epiſcopus Trident. M. ibidem
†1418 Vincentius Ferrerius, T. 756. M. 85
†1264 Vincentius Gallus Beluacenſ. *Henr. Gandav.* c. 42. T. 457
1410 Vincentius Gruner, T. 726
430 Vincentius Lirinenſis *Gennad.* c. 65. *Gennad.* c. 61. *Honor.* II. 64. T. 145
450 Vincentius Presbyter, *Gennad.* c. 80. *Honor.* II. 79. T. 173
360 Vitellius Afer, *Gennad.* c. 4. *Honor.* II. 4. T. 105
S. Viventiolus Lugd. Epiſc. M. 24
Ulphilas, *Sigeberto* c. 8. Golphilas, Gothor. Epiſcopus,
Ulricus Molitor, M. 107
431 Uranius ſ. Uranus, M. 12
A. C.
Urbanus II. Papa, *Anon. Mellicenſis* cap. 99
Urbanus IV. Papa, M. 74
440 Urſinus Monachus, *Gennad.* c. 27. *Honor.* II. 37. T. 169. M. 107
770 Uſuardus, ſ. Iſuardus Monachus, *Sigebert.* c. 85. *Anon. Mellicenſ.* c. 81. T. 252
Vuconius, vide Victorianus & Buconius

W.

†849 Walafridus Strabo Abbas S. Gallenſis *Sigebert.* cap. 71. *Anon. Mellicenſis* c. 44. T. 246. M. 46.
Waldrammus, M. 107
Walterus, vide Gvalterus
850 Wandelbertus *Sigebert.* c. 128. T. 287 M. 54
Weingartenſis Monachus qvidam M. 107
1080 Wenericus, ſ. Werricus, ſive Venericus, T. 341
1200 Wernerus Abbas S. Blaſii, M. 65
†1502 Wernerus Rolevinck, T. 929. M. 89
Wibertus ſive Gvibertus Tornacenſis *Henr. Gandav.* c. 54. M. 54
950 Widichindus Corbejenſis, *Sigebert.* c. 129, vide Witekindus
760 Wilobaldus, Epiſcopus Eichſtadt. T. 249. M. 39
1100 Wilbertus Epiſc. Carnotenſ. T. 370
Wilhelmus, vide Gvilhelmus
1010 Willeramus Abbas Merſeb. *Anon. Mellicenſ.* c. 78. T. 345
†739 S. Willibrodus, M. 37
Wippo, M. 54
950 Witekindus Saxo, vide Widichindus T. 307. M. 55
900 Wolfhardus Monachus, M. 49

X.

Ximenius, vide Franciſcus Ximenius
Xiphilinus, vide Joannes Xiphilinus.

Z.

1508 Zacharias Benedictus Carthuſianus, M. 107
1501 Zacharias Lilius, M. ibid.
†752 Zacharias Papa, *Sigebert.* c. 77. *Anon. Mellicenſ.* c. 32. T. 250. M. 38
553 Zacharias Ep. Mitylen. M. 28
1101 Zacharias Ep. Chryſopolit. M. 57
S. Zeno Veronenſ. Ep. M. 5
1505 Zenobius Acciajolus, M. 107
Zenophirus, vide Theophanes Byz.
†419 Zoſimus Papa *Anon. Mellicenſis* c. 3. T. 150
Zoſimus Hiſtoricus, M. 10
Zoſimus Gazæus, ibid.
S. Zoticus Ep. Oſirenus, M. 5.

AUBER-

Digitized by Google

# AUBERTI MIRÆI
# AUCTARIUM
DE
# SCRIPTORIBUS
# ECCLESIASTICIS.

Digitized by Google

AUBERTI MIRÆI

# AUCTARIUM

DE

## SCRIPTORIBUS

## *ECCLESIASTICIS*

*Quorum opera ex toto, vel pro parte apud veteres Nomenclatores ſacros, Hieronymum, Gennadium, Iſidorum, Ildefonſum, Honorium, Sigebertum & Henricum Gandavenſem deſiderantur.*

I.

INterpretes ſeptuaginta duo (vel ut rotundo numero paſſim dicuntur, ſeptuaginta) ſacra Biblia ex Hebræo in Græcum ſermonem, annis circiter ducentis octoginta quatuor ante Chriſtum natum, primi tranſtulerunt; petente *Ptolemæo Philadelpho*, Ptolemæi Lagi filio, Ægyptiorum Rege. Is cùm bibliothecam ampliſſimam Alexandriæ inſtrueret, hortatu Demetrii Phalerei, ad *Eleazarum*, Oniæ Primi filium, ſummum Judæorum Pontificem, legationem miſit, & illos LXXII. ſeniores ad ſe evocavit. Teſtantur id *Ariſtæus* in hiſtoria de 72. Interpretibus, *Joſephus* lib. 12. Antiq. cap. 2. & lib. 2. contra Apionem, *Philo* lib. 2. de vita Moſis, *Tertullianus* in Apolog. c. 18. *Athanaſius* in Synopſi, *Epiphanius* lib. de menſur. & ponderibus, *Auguſtinus* lib. 8. de civ. Dei, & alii. Interpretationem hanc tanti fecerunt ipſi etiam Judæi, ut in ſuis eam ſynagogis legendam ſuſceperint. Apoſtoli eamdem citarunt, & Eccleſiæ legendam tradiderunt.

At verò cùm malitiâ aut ignorantiâ eorum, qui exſcripſerunt, multis in locis fuiſſet vitiata, primùm ab *Origene*, deinde à *S. Luciano* martyre, poſtea ab *Heſychio*, quartò demùm à *S. Hieronymo* à mendis fuit expurgata. Quo factum eſt, ut dum alii correctam ab Origene, alii à Luciano, alii verò ab Heſychio emendatam ſequerentur, non leves in Eccleſia contentiones excitarentur. Atque his quidem & aliis rationibus permotus Hieronymus ſacram Scripturam ex Hebræo in Latinum vertit: ut ipſe præfat. In Paralip. ad Chromatium teſtatur: *Si*, inquit, *pura eſſet editio ſeptuaginta Interpretum; qualis ab illis in lucem edita fuit, ſuperfluè me rogares, ut Hebraica volumina tibi in linguam Latinam transferrem.* Cæterum Græcam hanc ſeptuaginta Interpretum verſionem *Gregorius* XIII. & *Sixtus* V. Pontifices Maximi, *Antonii Caraffæ* Cardinalis, linguarum Orientalium peritiſſimi, *Flaminii Nobilii* & aliorum doctiſſimorum virorum ſtudio, recenſendam noviſſimè curarunt. Exſtatque ea Græcè typis Vaticanis anno 1588. publicata, cum Latina interpretatione. Quanta porrò fide ac diligentia hæc omnia ſint præſtita, Lector ex præfatione plenè cognoſcet. Poſt Græcam porrò ſeptuaginta duorum ſeniorum Interpretationem ſecunda eſt *Aquilæ Pontici*, tertia *Theodotionis*, quarta *Symmachi*: de quibus & aliis infrà ſuis locis agemus.

II. ARISTÆAS ſeu Ariſtæus, ſcriptor jam olim laudatus à Joſepho lib. 2. contra Apionem, Euſebio lib. 9. Præparat. Evangelicæ, & Epiphanio lib. de menſuris & ponderibus, vixit temporibus ejusdem Ptolemæi Philadelphi, Ægyptiorum Regis. Extat in Bibliotheca veterum Patrum, tomo 1. editionis Colonienſis, liber ſub Ariſtææ nomine *de traslatione ſacræ Scripturæ per LXXII. Interpretes.* Sed an is ſit genuinus, Ludovicus Vives Comment. in Auguſtini librum 18. de civit. Dei cap. 42. Leo Caſtrius prol. in Jeſ. 6. & Alfonſus Salmeron in prolegom. 6. dubitant. Bellarminus tamen lib. de Scriptoribus Eccleſiaſticis, ubi de LXXII. Interpreteribus agit, cenſet genuinum Ariſtææ fœtum eſſe: *Qui*, inquit, *fuerint viri illi doctiſſimi, & nomina, exponit Ariſtæus in ſuo libro de ſeptuaginta duobus Interpretibus, qui exſtat in Bibliotheca Patrum, tomo 7. editionis ſecundæ Pariſienſis. Et quamvis aliqui recentiores exiſtiment, Ariſtæam, qui nunc exſtat, non eſſe illum, qui vixit tempore ipſorum ſeptuaginta Interpretum, ſed confictum ab Hebræis; tamen verè eſſe illum ipſum, ſatis probatur ex eo, quòd omnia, quæ citant ex Ariſtæa Joſephus lib. 12. Antiq. cap. 2. Tertullianus in Apologet. cap. 18. Euſebius libro 8. de Præparatione Evangelica capite 1. & S. Hieronymus præfatione in Pentateuchum, in hoc noſtro ad verbum.*

III. BEROSI, ut veri hiſtorici, ac *rerum Chaldaicarum* ſeu *Babylonicarum ſcriptoris*, meminerunt plurimi antiquorum: in his *Vitruvius* lib. 9. c. 9. *Tertullianus* in Apologetico c. 19. *Clemens Alexandrinus* lib. 1. Stromatum & alibi. Ex eo opere præclara quædam fragmenta Joſephus lib. 1. contra Apionem, & lib. 1. c. 5. Antiquitatum Judaicarum, & Euſebius in Præparatione Evangelica nobis conſervarunt. Vixit autem Beroſus temporibus Ptolemæi Philadelphi, Ægyptiorum Regis, & hiſtoriam ſuam Antiocho Soteri, Syriæ Regi, aut ejus filio Antiocho dicavit. At verò Beroſus, à *Joanne Annio* Viterbienſi editus, prorſus eſt ſuppoſititius, ut & adjuncti ſcriptores: quod Ludovicus Vives, Joannes Goropius, Caſper Barrerius, Joſephus

ſephus Scaliger, & alii abundè demonſtrarunt. Ut inſanum ſit velle ex iſtis nugis mendacibus metiri magnum illum Beroſum, *cui Athenienſes publicè in gymnaſio ſtatuam, inaurata lingua, poſuere*: ut Plinius lib. 7. c. 37. prodit.

IV. MEGASTHENES (non, ut Annius Viterbienſis nominat, *Metaſthenes*) hiſtoricus celebris, ſcripſit *Indica*, apud Reges Indorum idcirco verſatus, ut omnia fideliter traderet: quod Plinius lib. 6. c. 17. & Solinus c. 49. produnt. Ejusdem meminit Strabo lib. 1. Geograph. & Clemens Alexandrinus lib. 1. Stromatum, & Euſebius in libris Præparat. Evangelicæ. Sed cave, genuina eſſe putes quæ ſub hujus nomine edita ſunt ab Annio Viterbienſi. Nam cuncta iſta ab ipſo aut alio quopiam ſunt conficta: adeò ut ne verum quidem Hiſtorici nomen Annius ſciverit. Megaſthenis Athenæus, Arrianus, Cicero & alii veteres meminerunt: cujus ſi germana aliqua legere lubet, Strabonem lib. 15. Joſephum lib. 1. contra Apionem, & Euſebium lib. citato conſule.

V. MANETHOS ſeu Manetho Sebenuta, Dioſpolitanus, ſub Ptolemæo Philadelpho floruit, Beroſo ſene adolceſens ac ſuperſtes; teſte Euſebio in Chronico. Scripſit Græcè *Hiſtoriam Ægyptiacam & de ſacris Ægyptiorum.* Horum operum fragmenta reperies apud Joſephum lib. 1. contra Apionem, & apud Euſebium in Præparat. Evangelica. Cæterùm ſub Manethonis nomine quædam edidit Annius Viterbienſis: de cujus nugis ac commentis piget toties loqui.

VI. PROCHORUS fuit unus ex ſeptem diaconis, quos Apoſtoli ipſi ordinarant; ut Lucas in Actis cap. 6. narrat. Sed narratio de Joanne Theologo & Evangeliſta, ab hæreticis Græcè & Latinè edita Baſileæ in 8. Latinè autem in Bibliotheca veterum Patrum, non eſt ab Eccleſia recepta. Ita Joannes Molanus in ms. Bibliotheca ſacra. Fabulis certè mendaciisque abundat; ut Baronius in geſtis anni 44. & 99. Bellarminus in Catalogo, Lorinus in acta Apoſtolorum c. 6. & alii notarunt. Sunt qui arbitrantur hunc librum eſſe eumdem, qui *Circuitus Joannis* vocari antea ſolet; atque hoc nomine inter apocrypha refertur à S. Athanaſio in Synopſi.

VII. ABDIAS Babylonius dicitur Hebraicè ſcripſiſſe *libros decem de hiſtoria certaminis Apoſtolici;* quos ex Hebraica lingua in Græcam Eutropius, & ex Græca in Latinam Julius Africanus, celebris Chronographus, tranſtulerit; primum Baſileæ 1551. poſtea Pariſiis, & alibi editos. Sed opus eſſe apocryphum, & falſò dictis auctoribus adſcribi, à multis doctis eſt animadverſum. Sic ferè Molanus in ms. Bibliotheca ſacra & lib. 1. cap. 6. de fide hæreticis ſervanda.

VIII. S. PAPIAS Hierapolitanus in Phrygia Epiſcopus, S. Joannis Evangeliſtæ auditor, S. Polycarpi condiſcipulus ac ſodalis, Martyrologio Rom. ad diem 22. Februarii inſcriptus eſt. De eo ex Irenæo Euſebius hiſt. lib. 3. cap. 30. & 33. item Hieronymus in Catalogo cap. 18. ſcribunt. De eodem ſic Baronius in Notis ad citatum Martyrologii locum: *Exſtabant ejus ſcripta uſque ad S. Hieronymi tempora, ut ipſe ſcribit epiſtola 28. ad Lucinium. Eadem de eo Nicephorus lib. 3. cap. 18. & 20. refert. Hic monitum velim Lectorem, ne qua ſuſpicio de Papia in mentem irrepat, eo quòd aſſertor fuerit improbatæ ſententiæ de mille annis, unde dicti ſunt hæretici Millenarii. Nam ſancta Dei Eccleſia catholica aliquamdiu de ea re judicium ſuſpendit, nec aliquid de his, qui ea ſentiebant, definivit; cùm præſertim non vulgares homines, ſed ſanctiſſimi atque doctiſſimi viri id affirmarent, ut poſt Papiam Irenæus, Juſtinus martyr (mittimus Tertullianum & Nepotem, extra claſſem Catholicorum vagantes) Lactantius, Victorinus, Severus & alii: prout teſtatur S. Hieronymus in comment. ſuper Ezechielem cap. 36. lib. 11. & in proœm. lib. 18. in Iſaiam. De quorum ſententia idem auctor in Jeremiam cap. 19. lib. 4. hæc habet:* Quæ licet non ſequamur, tamen damnare non poſſumus: quia multi Eccleſiaſticorum virorum & martyrum iſta dixerunt: & unusquisque in ſuo ſenſu abundet, & Domini cuncta judicio reſerventur. *Hæc S. Hieronymus, quo tempore nihil adhuc ab Eccleſia de ea re fuiſſe definitum apparet.*

*Paulò poſt autem, cùm Apollinaris hæreſiarcha hanc de Millenario ſententiam niteretur adſtruere, totisque nervis defendere conaretur, ſcriberetque (ut ait S. Hieronymus in proœm. lib. 18. in Iſaiam) duo volumina adverſus Dionyſium Alexandrinum, qui de ea re contra Irenæum librum ediderat: mox in eum atque in alios Millenarios zelus ſanctorum Patrum exarſit, ita ut in hæreſim ac patronum ejus liberius inveherentur: cùm præſertim ille adderet alias ad eam opinionem impietates, diceretque homines reſurrecturos eſſe ad legem, circumciſionem & ſabbata ſervanda, ad cibos electos, ut olim, & templum materiale conſtructuros. Id de eo ſcribit S. Baſilius in epiſtola 74. ad Occidentales. Tunc autem, ſicut cæteræ pravæ opiniones Appollinaris, ita hæc de Millenario à Damaſo Papa Romæ putatur eſſe damnata.* Hactenus Baronius. His ferè ſimilia Lector in noſtris Prolegomenis ad Gennadii Catalogum, & in Scholiis ad cap. 6. & 85. ejusdem Gennadii reperiet, ubi de Joanne Caſſiano & Fauſto Reienſi agitur.

IX. AQUILA Ponticus Synopæus, ſecundus divinorum voluminum Græcus interpres cùm quotidie, ſecundum vanam Aſtrologiam, poſitionem nativitatis ſuæ obſervaret, nec redargutus ſe corrigeret, ex Chriſtiano Judæus factus, irruens in ſeptuaginta duorum Interpretum translationem, nonnulla de Chriſto prolata aliter edidit: ut ſcribit Epiphanius libro de menſuris. Vixit ſub. Imp. Hadriano, præfectus reædificationi Hieroſolymitanæ urbis. Sic ferè Molanus in ms. Bibliotheca ſacra. Epiphanius certè tradit, Aquilam eo ani-

mo hoc opus aggreſſum, ut vaticinia de Chriſto, quoad poſſet, ſubverteret: ideoque vocat Judaizantem hæreticum.

X. THEODOTION, Hadriano imperante, ſub annum Chriſti centeſimum quadrageſimum octavum, ſuam veteris Teſtamenti translationem Græcam publicavit, quæ vulgò *Tertia translatio* cenſetur. Epiphanius tamen libro de menſur. & ponderibus, Athanaſius in Synopſi, & Auguſtinus de civit. Dei lib. 18. cap. 43. verſionem iſtam Theodotionis numerant, collocantque poſt Symmachi Interpretationem. Idque ex eo factum videtur, quòd ordinem ab Origene in Hexaplis ſervatum tres iſti Patres ſint ſecuti. Theodotionem porrò Tatiani auditorem ac ſectatorem fuiſſe tradunt; moxque Marcionitis ſe adjunxiſſe, & ab eis ad Judæos tranſiſſe. Euſebius lib. 3. Hiſt. cap. 8. Ebionitam vocat. Hieronymus præfat. in Job, &, in Apolog. adverſus Ruffinum, inter hæreticos Judaizantes illum numerat.

XI. SYMMACHUS, quartus ſacræ Scripturæ interpres Græcus, Severi Imp. ævo, circa annum Chriſti ducenteſimum vixit; & ut Hieronymus in cap. 32. Jeremiæ docet, non verbum ex verbo, ſed ſententias ex ſententiis reddidit. Fuit (teſte Epiphanio lib. de menſur. & ponderibus) genere Samaritanus: & cùm nullum à ſua gente ſibi honorem deferri conſpiceret, ad Judæos tranſiit, fuitque circumciſus ſecunda circumciſione. Hieronymus, præfat. in Eſdram & Job, ſcribit eum ex Chriſtiano factum fuiſſe Ebionitam.

QUINTA interpretatio Græca (ut Epiphanius loco citato prodit) ſine nomine auctoris reperta fuit in quibusdam doliis apud urbem Jericho, anno ſeptimo Caracallæ, qui Severo patri in imperio ſucceſſit. SEXTA ſimiliter, ſine auctoris nomine, & doliis incluſa, reperta eſt apud Nicopolim, imperante Alexandro Mamææ filio. Ex iſtis ſex Græcis interpretationibus (ut Euſebius lib. 6. hiſt. cap. 13. fuſè narrat) Origenes *Hexapla* ſua concinnavit: de quibus ſuprà in Scholiis ad caput 54. Hieronymi egimus.

Poſt hos omnes *S. Lucianus* Antiochenus presbyter, ab Hieronymo in Catalogi cap. 77. laudatus, cùm libros ſacros ab ethnicis adulterari, & in pravum ſenſum detorqueri ægrè ferret, eosdem ad fidem exemplarium Hebraicorum (cujus linguæ erat peritiſſimus) emendavit. Cujus editionis meminit Hieronymus, ſub nomine *Octavæ editionis*; & Athanaſius eam ſub Conſtantino Nicomediæ, ipſius Luciani manu deſcriptam, inventam fuiſſe narrat. Baronium an. 230. conſule, & Martyrolog. Rom. 7. Jan.

XII. TATIANUS, natione Syrus ex Platonico philoſopho Chriſtianus, Juſtini martyris diſcipulus, Romæ primùm cum laude docuit: ut Euſebius 5. hiſt. 15. teſtatur. Sed poſteà in varias hæreſes lapſus, Encratitarum auctor exſtitit. Scripſit multa, ex quibus hodie ſolùm exſtat *Oratio contra Græcos*, hoc eſt, *Gentiles*, & *Harmonia Evangelica*, in Bibliotheca veterum Patrum. Sed Baronius in geſtis anni 174. cenſet illam Harmoniam, quæ à Victore Capuano, Sixto Senenſi, Georgio Edero, & aliis tribuitur Tatiano, eſſe *Ammonii Alexandrini*; & è contra illam Harmoniam, quæ ſæculo ſequenti in citata Bibliotheca ſub nomine Ammonii habetur, eſſe Tatiani.

XIII. ATHENAGORAS Athenienſis presbyter, philoſophus Chriſtianus, ſcripſit librum *de reſurrectione mortuorum*, qui Græcè editus eſt Baſileæ, Lovanii, Lutetiæ; item Latinè 1557. Pariſiis, Petro Nannio & Henrico Stephano interpretibus. Scripſit etiam *Apologiam pro Chriſtianis*, quam Marco Aurelio Antonini & Commodo Impp. anno 177. obtulit. Hæc in utraque lingua exſtat Pariſiis & Baſileæ edita, interprete Conrado Geſnero. Poſt hos utrumque opuſculum Suffridus Petrus Leovardienſis tranſtulit, commentariis illuſtravit, & Coloniæ edendum curavit; fuitque poſtea recuſum in Bibliotheca veterum Patrum. Sic ferè Molanus in ms. Bibliotheca ſacra. Eadem illa Athenagoræ Apologia ſeu Legatio exſtat Græco-Latinè cuſa Pariſiis 1615. cum operibus Juſtini martyris.

XIV. S. ATHENOGENES antiquus Theologus, per ignem conſummaturus martyrium, hymnum lætus cecinit, quem & diſcipulis ſcriptum reliquit: ut in Martyrologio Rom. die 18. Januarii legitur. De ipſo egregium S. Baſilii elogium, in libro de Spiritu ſancto ad Amphilochium, cap. 29. exſtat: qui & teſtimonium ejus citat de divinitate Spiritus ſancti. Baronius in Notis ad citatum Martyrologii locum dicit, ſe aliquando dubitaſſe, an liber ille pereruditus adverſus Gentiles ſcriptus, qui nomen Athenagoræ præfert, non ſit hujus Athenogenis. Facilè enim potuit error irrepſiſſe, ut pro Athenogene librarii ſcripſerint nomen Athenagoræ.

XV. S. APOLLONIUS Senator Romanus, ſub Commodo Imp. à ſervo proditus, quòd Chriſtianus eſſet, anno 187. recitata in Senatu Oratione Apologetica pro fide Chriſtiana, nihilominus ſententia Senatus capite damnatus eſt: ut Euſebius in chron. & lib. 5. hiſt. cap. 20. Nicephorus l. 4. c. 26. narrant. vide & Martyrolog. Rom. 18. April. Hic primus Latinè pro Chriſtiana fide ſcripſit; ſecundus verò Scriptorum eccleſiaſticorum Latinorum fuit *Victor* I. Papa; tertius autem *Tertullianus*: ſi Genebrardo credimus.

XVI. APOLLONIUS, alter illius ævi ſcriptor celebris, ab Hieronymo in Catalogo præmittitur S. Apollonio Senatori: reverà tamen Senatore poſterior fuit, cùm *adverſùs Montaniſtas ſeu Cataphrygas* ſcripſerit, annis quadraginta poſt eorum primordia; quæ in annum Chriſti circiter centeſimum ſeptuageſimum tertium inciderunt. Perperam autem Nicepho-

rus

rus l. 4. hist. c. 25. 26. hunc Apollonium eundem esse putat cum S. Apollonio Senatore: nam apertè distinguuntur ab Eusebio lib. 5. cap. 17. 20. & ab Hieronymo in Catalogo cap. 51. & cap. 52.

XVII. S. Zoticus Ostrenus in Armenia Episcopus, sub Severo Imp. martyrio coronatus est, postquam verbo scriptoque adversùs Montanistas decertasset. Meminit ejus magna cum laude apud Eusebium lib. 5. c. 18. Apollinaris Episcopus Hierapolitanus, & discernè inter Episcopos numerat. Nicephorus tamen lib. 5. c. 23. nonnisi presbyterum nuncupat. Meminit & Martyrolog. Rom. 21. Jul.

XIIX. S. Martialis, Lemovicensis Episcopus primus, dicitur scripsisse *duas epistolas unam ad Burdigalenses, alteram ad Tolosanos:* quæ in Bibliotheca veterum Patrum extant Latinè, & à Gulielmo Morelio Græcè * sunt editæ. Sed eas esse supposititias, multis probat Bellarminus in Catalogo. Atque inter cætera testimonium Gregorii Turonensis producit, qui lib. 1. hist. cap. 10. tradit, Martialem Lemovicensibus Episcopum esse datum, Decio Augusto & Grato Consulibus, hoc est, anno Christi ducentesimo quinquagesimo. Sic & fictitia est *Vita S. Martialis*, quæ ab *Aureliano* Lemovicensi Episcopo scripta dicitur. Nam meminit Gothorum, quorum tunc nomen erat ignotum; meminit Hildeberti, Sigeberti, Arnulphi; quæ nomina sunt Germanica, neque tunc nota. Alia quoque argumenta, quibus larva personato illi Aureliano detrahitur, vide apud Joannem Hesselium Louanienscm, cap. 6. in Censura de quibusdam Sanctorum historiis, typis edita Lovanii cum Martyrologio Usuardi 1568. Mentio hujus Martialis in Martyrologio Rom. 30. Jun.

XIX. S. Sixtus II. Papa natione Græcus, patria Athenienscs, menses XII. sedit, anno Christi ducentesimo quinquagesimo nono martyr in cœlum vocatus est; succedente *S. Dionysio*, qui diœceses per orbem terrarum constituit. Sixto II. Papæ falsò tribuitur *liber sententiarum Sixti seu Xysti Philosophi*, qui in Bibliotheca Patrum, tomo 3. editionis Colonienscs habetur: ut in Scholiis ad cap. 7. Catalogi Gennadiani docuimus. Mentio hujus Sixti in Martyrolog. Rom. 6, August.

XX. E Usebius, Alexandrinus primùm diconus, deinde Episcopus Laodicenus, inter antiquos Homiliastas numeratur. Deo eo Eusebius l. 7. cap. 10. & in chronico, Genebrardus in Sixto II. & Baronius an annum 260.

XXI. S. Zeno, Veronensis Episcopus, sub Galieno Imp. martyrium fecit, ejusque meminit Mart. Rom. 12. April. Gregorius Magnus lib. 3. cap. 19. in Dialogis. Sub ejus nomine editi sunt *Sermones varii*, primùm Venetiis 1508. & postea emendatiùs 1586. Veronæ. Horum non paucos ex Basilio, Hilario & aliis posterioribus auctoribus transcriptos esse, notarunt Sixtus Senensis, Molanus, Bellarminus & alii. Præter hos & Baronius in Notis ad Martyrologium consuli poterit.

XXII. S. Dorotheus presbyter, patria Tyrius, sub Diocletiano Imp. multa passus, & usque ad Juliani tempora superstes, sub eo, annum agens septimum supra centesimum, venerandam senectam martyrio honestavit: ut in Martyrologio Romano, 5. Junii & in Menologio Græcorum legitur. De eodem Eusebius lib. 7. cap. 26. & Nicephorus lib. 6. cap. 37. agunt, & presbyterum tantummodò nominant. Quapropter Baronius in Notis ad Martyrologium dicit eos labi, qui hunc Dorotheum Tyri Episcopum appellant. Sub nomine Dorothei Tyrii, in Bibliotheca veterum Patrum, extat *Synopsis de vita & morte Apostolorum, Prophetarum ac Discipulorum Christi;* quæ plena est fabulis: ut Molanus in libro de Picturis & in Bibliotheca sacra; item Baronius tomo 1. Annalium, Bellarminus in Catalogo, & alii observarunt. Vixit autem temporibus Leonis Imp. alius *Dorotheus*, verè *Episcopus Tyri*, cujus & aliorum Episcoporum, egregia epistola, ad ipsum Leonem Augustum, de Fide catholica exstat in tomis Conciliorum.

XXIII. S. Pamphilus presbyter & martyr, Eusebii Cæsarienscs Episcopi amicus intimus, scribere cœpit ante ipsum Eusebium. *Apologeticus pro Origene*, qui Pamphilo ab Hieronymo in Catalogo cap. 75. attribuitur, non est Pamphili, sed ipsius Eusebii Cæsarienscs. Fraudis illius auctorem S. Hieronymus, in epistola ad Ctesiphontem contra Pelagianos, facit Ruffinum Aquileienscm: *Ruffinus*, inquit, *fecerat hoc & in sancti Pamphili martyris nomine, ut librum; primum sex librorum defensionis Origenis, Eusebii Cæsarienscs, quem fuisse Arianum nemo est qui nesciat, nomine Pamphili martyris prænotaret.* Ejusdem fraudis meminit Hieronymus Apolog. adversùs Ruffinum lib. 2. epist. 65. ad Pammachium & Oceanum, & in cap. 18. Ezechielis, & dialogo adversùs Pelagianos. Quam quidem fraudem nondum detexerat S. Hieronymus, cùm scriberet Catalogum Scriptorum ecclesiasticorum: ut ex citato ejusdem capite 75. liquet. Ita Baronius in gestis anni 256. & Bellarminus in Catalogo, ubi de Eusebio Cæsarienscs agit. Mentio S. Pamphili in Martyrologio Rom. 1. Junii.

XXIV. C Onstantinus Magnus, Imperator felicissimus, multas scripsit *Orationes Latinas*, earumque complures recitavit: ut Eusebius lib. 4. de vita ejusdem cap. 29. narrat. Ex quibus unica super est, inscripta *Ad Sanctorum cœtum*; ab eodem Eusebio lib. 4. cap. 32. non solùm memorata, sed etiam ad calcem libri illius quarti transcripta. Oratio sanè pulchra ac luculenta est *de Christi adventu ac divinitate:* cui etiam inseruntur carmina *Sibyllæ Erythrææ*, quarum litteræ capitales reddunt hanc sententiam, Jesus Christus, Dei Filius



* Fallitur Miræus. Nunquam enim Græce prodierunt hæ Epistolæ.

Servator, Crux. Scripsit insuper Constantinus *Epistolas multas*, quarum aliquæ apud Eusebium partim in Historia ecclesiastica, partim in libris de vita ejusdem Constantini exstant. At verò Epistolæ possent fortasse tribui Secretariis: sed Orationes proprio ipsius Constantini labore ac studio sunt scriptæ. Sic ferè Bellarminus in Catalogo. Obiit autem Constantinus anno salutis trecentesimo tricesimo septimo, ex Fausta, Maximiani Imp. filia, tribus relictis filiis, imperii heredibus, *Constantino*, *Constantio*, & *Constante*.

XXV. Praxagoras Athenienſis, cùm esset annorum viginti & duorum, publicavit libros duos *De gestis Constantini Magni*: ex quibus Photius in Bibliotheca cod. 62. quædam excerpta recitat. Ubi & testatur, ipsum, etsi Gentilis esset, tanti tamen fecisse Constantinum, ut prioribus eum Imperatibus anteferret, atque adeò eorum gloriam à Constantino diceret obscuratam. Vixit temporibus liberorum ipsius Constantini.

XXVI. Bemarchus Cæsariensis, Cappadox sophista, scripsit libros decem *De rebus gestis ejusdem Imp. Constantini*; teste Suida in Lexico: sed ætatem ejus, qua vixerit, non explicat. Gregorius Codinus, in Selectis de Originibus Constantinopolitanis, recenset & alios rerum à Constantino M. gestarum præcones. Ubi, cùm locutus fuisset de urbis Byzantinæ muris à Constantino exstructis, deque ejusdem encæniis, & tempore, quo hæc contigerunt, mox addit: *Quemadmodum memorant* Eutychianus, *primus à Secretis*, *grammaticus*; Eutropius *sophista*, *qui Juliano Apostatæ in Perside simul aderat*; Constantinus, *qui ab Epistolis erat Imperatori*; Eleusius *diaconus*, *philosophus*; Troilus *orator*, *qui in magistratu magno cum honore versatus fuit*; & Hesychius *notarius*. *Hi omnes*, *quæ suis oculis tunc viderunt*, *accurate scriptis mandarunt*. Postrema verba satis ostendunt, vixisse eos Constantino M. encænia urbis Constantinopolitanæ seu novæ Romæ celebrante. Ex his *Eutropius* scripsit Latinè: quem Græcè versum fuisse à *Capitone Lycio* testatur idem Suidas.

XXVII. Julius Firmicus Maternus senior floruit temporibus filiorum Imp. Constantini Magni: ad quos scripsit egregium librum *de mysteriis & erroribus profanarum religionum*. Exstatque is in Bibliotheca Patrum, tomo 4. editionis Colonienſis.

XXVIII. Andreas, Cæsareæ in Cappadocia Episcopus, scripsit *commentarium in Apocalypsim*, qui exstat in Bibliotheca veterum Patrum. Quando vixerit, certò non constat; visum tamen fuit hunc illi locum dare, quia post S. Basilium Cæsariensem Episcopum floruit, utpote quem sæpè suo in commentario citat. *Ex eo Arethas Cæsariensis* suum compendium in Apocalypsim decerpsit.

XXIX. Philo Carpathius, à S. Epiphanio Episcopus ordinatus (ut in vita S. Epiphanii legitur) scripsit *commentaria in Cantica canticorum*, quæ in Bibliotheca veterum Patrum exstant. Bellarminus in Catalogo suspicatur, multa esse inserta ex commentario S. Gregorii Papæ in Cantica, quæ cum reliqua explicatione non cohærent. Vixit sub annum trecentesimum septuagesimum quartum.

XXX. Diadochus, Episcopus Photices, scripsit insignem libellum *De perfectione spirituali*, centum capitibus constantem; quem in Bibliotheca veterum Patrum, tomo 1. editionis Parisiensis, reperies.

Dorotheus Archimandrita scripsit *Sermones* seu *Doctrinas XXIV. de victa rectè instituenda*: exstantque in citata Patrum Bibliotheca. Hi duo quando vixerint, nondum comperi: constat tamen antiquos esse Scriptores.

XXXI. S. Methodius, Tyri Episcopus ac martyr, quem Epiphanius hæresi 64. *Eubulium* quoque nominat, scripsit multa, quæ Hieronymus in catalogo cap. 83. Sixtus Senensis in Bibliotheca, & alii enarrant. Sed nunc solùm exstat *Homilia de Simeone & Anna*, quam Petrus Pantinus è Græco Latinam fecit, & Antuerpiæ 1600. foras dedit. Legitur eadem tomo 3. Bibliothecæ veterum Patrum, *cum Revelationibus quibusdam* illi falso tributis.

Alterius cujusdam *Methodii* Episcopi *libellum ad eos quos pudet Crucis Christi*, & alterum ejusdem ferè argumenti tractatum Jacobus Gretserus ex Græco Latinum reddidit; exstatque tomo 12. Bibliothecæ Patrum, editionis Colonienſis.

XXXII. Petrus, Alexandrinus in Ægypto Episcopus, qui Arium excommunicavit, *Canones de pœnitentia* edidit, quibus Balsamon scholia adjecit: exstantque tomo 3. Bibliothecæ Patrum. Diocletiano & Maximiano imperantibus, ob fidei Christianæ defensionem capite plexus, in cœlum transiit. vide Martyrolog. Rom. 26. Nov.

XXXIII. Cæsarius, Gregorii Nazianzeni frater, quem ipse Gregorius vita functum egregia oratione laudavit, varia opera, potissimùm adversùs Græcos, conscripsit: ut auctor est Suidas. Sed nunc solùm exstant *Dialogi quatuor*, cum operibus Gregorii Nazianzeni, & in Bibliotheca veterum Patrum editi. Hi tamen Dialogi ab alio nescio quo posteà aucti sunt; adjectis subinde Gregorii Nyssæni & aliorum auctorum narrationibus.

XXXIV. Marcus eremita sub Theodosio seniore vixit: ut constat ex Palladio, qui eum jam centenarium invisit. Scripsit multa, quæ Nicephorus lib. 14. recenset: ex quibus nonnulla à Joanne Pico Parisiensi, & alio quodam Latinè reddita, exstant tomo 4. Bibliothecæ Patrum.

XXXV. S. Amphilochio Iconii Episcopo (quem Hieronymus in Catalogo cap. 133. laudat) falsò inscribitur narratio de S. Basilii Magni vita: quam ut supposititiciam meritò rejici-

rejiciunt Baronius ad annum 369. & Bellarminus in Catalogo, his ferè argumentis adducti. Primùm enim narrat ille ſcriptor, Baſilium factum Epiſcopum ante mortem Juliani: quod repugnat hiſtoriis, & ipſi Gregorio Nazianzeno in oratione de S. Baſilio. Deinde narrat, S. Baſilium oſtenſum fuiſſe per revelationem Euſebio Cæſarienſi, cùm anteà eum non noſſet. Quod etiam falſum eſſe certum eſt; eò quòd Nazianzenus ſcribat, Euſebium cum Baſilio de Epiſcopatu contendiſſe, & ea de cauſſa inimicum Baſilio factum. Exſtantque Epiſtolæ utrimque datæ, in opere Epiſtolarum. Tertiò conſtat, S. Baſilium obiiſſe anno ultimo Imp. Valentis, & octo annis ac menſibus ſex Epiſcopatum adminiſtraſſe (ut Nazianzenus & alii tradunt) proinde Epiſcopum factum anno ſexto Valentis. At juxta ſuppoſititium Amphilochium, Baſilius vel ſediſſet annis quindecim, vel antè mortuus eſſet, quàm Epiſcopus fieret, ſi vivente Juliano jam Epiſcopus erat. Omitto multa alia, quæ perperam narrantur in illa vita de Libanio ſophiſta & aliis. Amphilochii porrò *Homiliam egregiam*; cum Methodii & aliorum homiliis, è Græco Latinam fecit Petrus Pantinus, & Antverpiæ 1600. publicavit: exſtatque eadem tomo 3. Bibliothecæ Patrum.

XXXVI. DEcius Magnus Ausonius, patria Burdigalenſis, cùm Latinas Græcasque litteras, Æmilio Magno Arborio avunculo, & Tiberio Minervio præceptoribus, didiciſſet, atque in poëtica maximè excelleret; Grammaticam primùm, deinde Rhetoricam in patria docuit. Quæ profeſſio hominem apud ſuos Gallos exterasque gentes adeò clarum reddidit, ut *Valentinianus* Imp. eum delegerit, cui filium ſuum *Gratianum* in diſciplinam traderet. Auguſtis autem ſuis cùm ob ſingularem eruditionem eſſet acceptiſſimus, illorum beneficio varios honores adeptus fuit: in quibus *Comitivam*, *Quæſturam*, *Præfecturas*, ac *Conſulatum* ipſe variis in locis recenſet. Chriſtianus fuit, & litterarum Chriſtianarum adprimè ſciens; ut teſtantur ipſius *verſus Paſchales & Rhopalici*, & Paulini epiſtola *Defore*. Uxorem habuit *Attuſiam Lucanam Sabinam*: cujus mortem deflet in nono carmine Parentalium. Eam juvenis amiſit, annos natam non plùs viginti octo; nec poſtea duxit aliam. Ternos aut quaternos ex illa ſucepit liberos. Conſulatum porrò ſenex anno Urbis conditæ milleſimo centeſimo triceſimo ſecundo, hoc eſt Chriſti trecenteſimo ſeptuageſimo nono, cum Hermogeniano Olybrio geſſit: ſed quo anno è vita migrarit, nusquam legimus. In carmine de Aquileia mentionem facit de *Maximi* tyranni nece, qui Aquileiæ à ſuis militibus proditus, & prælio à Theodoſio Imp. victus, anno Chriſti trecenteſimo octogeſimo octavo, die 27. Auguſti occubuit. Quanti porrò *Theodoſium* Auſonium fecerit, ſuis ipſe litteris ad eum ſcriptis teſtatus eſt: quæ ante Auſonii Epigrammata collocari ſolent. Ex amicis, quos ſuis ipſe ſcriptis celebravit, hi ferè ſunt primarii: *S. Paulinus* Epiſcopus Nolanus, qui & diſcipulus ejus fuit; *Probus* Præfectus prætorio, *Latinus Pacatus Drepanius*, *Symmachus*, *Proculus*, *Tetradius*, *Axius Paulus* orator ac poëta, *Urſulus* grammaticus, & *Theon Medulenſis*. Quorum quæ ſuperſunt ad Auſonium epiſtolæ, pauculæ ſunt: una illa Imp. *Theodoſii*, quattuor *Paulini*, & ſex aut ſeptem *Symmachi*. Opera omnia Auſonii, quæ hactenus inveniri potuerunt, *Elias Vinetus* commentariis illuſtravit, & Burdigalæ 1590. ſecundum excuſa fuerunt. Ubi & Vinetus obiit anno Chriſti milleſimo quingenteſimo octogeſimo ſeptimo, ætatis ſuæ ſeptuageſimo octavo.

XXXVII. JUlius Firmicus, ſcriptor egregius, Conſtantini Magni filiis imperantibus, floruit: quem ſupra cap. 27. laudavi.

XXXVIII. DIodorus, ex monacho & presbytero Antiocheno Tarſenſis in Cilicia Epiſcopus, Magiſter S. Joannis Chryſoſtomi, à Suida memoratus, vixit ſub annum trecenteſimum ſexageſimum. Scripſit pænè *in totum vetus ac novum Teſtamentum*, litterali ſenſui ubique inhærens. De eo Sixtus Senenſis in Bibliotheca.

XXXIX. EUtropius, non ille Grammaticus à Priſciano lib. 1. neque Medicus à Marcello Empirico præfat. operis de Medicamentis, neque presbyter diſcipulus S. Auguſtini, à Gennadio cap. 49. memoratus, ſed ſophiſta Italus, qui expeditioni Juliani Apoſtatæ adverſùs Perſas interfuit (ut ipſe ſub finem libri 10. teſtatur) ſcripſit *Breviarium rerum Romanarum*, ab urbe condita usque ad Valentem Auguſtum, cui & opus ſuum dicavit. Definit autem in geſtis anni trecenteſimi ſexageſimi quarti. Sunt qui Chriſtianum fuiſſe putent, eò quòd de Juliano Apoſtata ſcribat; *Religionis Chriſtianæ infectator, perinde tamen ut cruore abſtineret.* Ego quod certò ſtatuam, non habeo. Sanè quanti à Græcis fieri ſoleat, vel illud argumento erit, quod, *Capito*, hiſtoricus Lycius, *epitomes Eutropianæ metaphraſin* ſcripſerit Græcè, ut Suidas tradit. Eutropii compendio Paulus diaconus Aquileienſis, malo ſanè exemplo, ſua inſerſit: ut liquet ex undecim prioribus Hiſtoriæ Miſcellæ libris. Qua de re vide quæ in Scholiis ad Sigeberti caput 80. diximus.

XL. S. Eusebius Vercellenſis in Italia Epiſcopus, ab Hieronymo in catal. cap. 96. laudatus ſcripſit in exilio *Epiſtolam de ſtatu ſuo ac vita ad presbyteros & quosdam Italiæ plebes*: item *libellum quendam ad Patrophilum*: exſtantque ea in Bibliotheca veterum Patrum. Obiit ſub annum 370.

XLI. S. Athanasius, Alexandrinus in Ægypto Epiſcopus, præter alia de quibus Hieron. c. 87. ſcripſit Græcè *vitam S. Syncleticæ*, in Martyrologii Rom. & Menologii tabulas ad diem 5. Januarii relatæ. *Scripſit*, inquam *eadem ratione, qua vitam S. Antonii ſcripſerat; ut ſicut in hoc viri, ita*

*in illa haberent mulieres, quod imitari aſſiduè poſſent:* ut Nicephorus Calliſtus lib. 8. cap. 4. loquitur. Exſtat Græcè Scuriaci in bibliotheca Regia Hiſpanienſi: quam *Coſmas Fontejus*, Regius Græcorum interpres Latinam fecit; brevi, ut ſpero, typis publicandam. Hæc porrò Lectori, iſtarum rerum curioſo, indicare viſum fuit, eò quod Baronius putaverit eam deperiiſſe, *non ſine gravi totius orbis Chriſtiani jactura:* ut ipſe in ſuis ad citatum Martyrologii locum Notis loquitur, & graviter deplorat. Errant verò, qui vitam *S. Theclæ* virginis Iconienſis ab eodem S. Athanaſio ſcriptam fuiſſe, & Scuriaci ſimiliter exſtare exſtimant: decepti nimirum teſtimonio *Guilielmi Lindani*, primùm Ruræmundenſis, poſt Gandavenſis Epiſcopi, quod idem Baronius in Notis ad Martyrologium 23. Septembris recitat. Nam, ut ex fide digniſſimis teſtibus mihi conſtat, Index librorum manuſcriptorum, qui Scuriaci ſervantur, anno 1579. Lindanò in Hiſpania agenti exhibitus, cum minus fideliter concinnatus eſſet, & Lindanum & Baronium fefellit; *Theclæ* ſcilicet nomen præferens, loco *Syncleticæ*.

XLII. AMmianus Marcellinus ſub Gratiano ac Valentiniano Impp. floruit, & hiſtoriæ libros XXXI. ſcripſit: ex quibus tredecim primores perierunt. Cujus fuerit nationis ac profeſſionis, unde item hiſtoriam inchoarit, & quò usque deduxerit, ipſe in epilogo teſtatur: *Hæc*, inquam, *ut miles quondam & Græcus, à principatu Cæſaris Nervæ exorſus, ad usque Valentis interitum*, (obiit A.C. 378.) *pro virium explicavi menſura.* Eſt verò hic ſcriptor planè ſerius ac gravis, multisque nominibus à Lipſio & aliis commendatus. Dignus autem, qui à Belgis in primis, Celtis, Aquitanis ac Germanis aſſiduè legatur. Mirificè enim Gallicas ac Germanicas ſui ævi res illuſtrat: eoque majorem hac in parte fidem meretur, quod in Gallia ipſe ſtipendia meruerit adverſus Germanos. Habet idem non pauca ad rem Chriſtianam pertinentia: & ſunt qui ipſum fuiſſe Chriſtianum contendunt. Qua de re *Claudium Chifletium* Veſontinum, Academiæ Dolanæ Regium Anteceſſorem, conſule in vita ejusdem Marcellini, 1627. Lovanii edita.

XLIII. SEverus Endelechius, prænomine Sanctus, ſcripſit *carmen bucolicum* ſive *de mortibus boum;* quod tomo 5. Bibliothecæ Patrum exſtat. Vixit autem paulò poſt tempora Conſtantini Magni, cùm religio Chriſtiana toto orbe eſſet recepta, ſed reliquiæ gentilitatis adhuc ſupereſſent. Poſſevnius hunc poëtam inter Scriptores eccleſiaſticos numerandum cenſuit, propter ea quæ in hoc ſuo carmine de uſu & efficacia ſigni Crucis ſcribit, ſub finem.

XLIV. NEmesius, ex philoſopho Epiſcopus, ſcripſit librum *de natura hominis*, quem ex Græco Latinum fecerunt Georgius Valla Italus, & Nicaſius Ellebodius Flander, Vallæ interpretationem Gryphius 1538. Lugduni; Ellebodianam Plantinus Antverpiæ 1565. publicarunt. Molanus ſcribit Nemeſium vixiſſe anno trecenteſimo octogeſimo: alii juniorem faciunt.

XLV. HEliconius, Byzantinus ſophiſta, libris decem ſcripſit *compendium Annalium* ab Adamo usque ad Theodoſium Magnum. Sunt qui putant eos in Italiæ bibliothecis etiamnum latere.

XLVI. PAlladius, natione Galata, Helenopoleos in Cappadocia Epiſcopus, anno ætatis quinquageſimo tertio, Epiſcopatus viceſimo, vitæ ſolitariæ triceſimo tertio anno, poſt luſtratam & pedibus obitam eremum, ſcripſit Græcè *Hiſtoriam Lauſiacam*, quam Gentianus Heruetus Latinè reddidit: exſtatque in vitis Patrum, libro 8. editionis Plantinianæ. Fuit Origeniſta & Pelagianus, ut Evagrii Pontici diſcipulus; ideoque cautè legendus. Annis ſuperioribus Fronto Ducæus, S. I. Theologus, ex ms. codice Regio (quem etiam cum Palatino per Meurſium Lugduni Batavorum edito contulit) Palladium Pariſiis edendum curavit. Hiſtoriæ hujus Lauſiacæ Socrates lib. 4. cap. 23. Caſſiodorus lib. 8. Hiſt. Trip. cap. 23. ex Socrate Joannes Damaſcenus libro de iis qui in fide obierunt, & Nicephorus lib. 11. cap. 44. meminerunt. Dicta eſt autem *Lauſiaca*, quia ad *Lauſum*, virum illuſtrem & ſacro cubiculo præpoſitum, ſcripta fuit. Palladianæ porrò hiſtoriæ magna pars eſt *Paradiſus Heraclidis*.

XLVII. HEraclides, Epiſcopus Cappadociæ aut Bithyniæ, ſcripſit *Paradiſum ſeu librum de Vitis Patrum;* in quo eadem ferè cum Palladio tractat. Is liber olim Pariſiis, curante Jacobo Fabro Stapulenſi 1503. editus fuit: quem deinde Lipomanus, Palladii nomine, tomo ſuo tertio de vitis Sanctorum, anno 1554. Venetiis edito, inſeruit. Exſtat idem ex veteri interpretatione, in Appendice ad vitas Patrum, editionis Plantinianæ. Fuit autem Heraclides Origeniſta ac Pelagianus (ut & Palladius) ideoque cum cautela legi debet.

XLVIII. S. Gaudentius, Brixienſis in Italia Epiſcopus, S. Philaſtrio illa in cathedra ſuffectus eſt, procurante S. Ambroſio Epiſcopo Mediolanenſi: ut ipſe Gaudentius teſtatur in ſermone, quem de ordinatione ſua habuit. De peregrinatione in Orientem à ſe ſuſcepta idem ipſe agit in Sermone de dedicatione eccleſiæ. Scripſit tractatus varios, quos Bellarminus in Catalogo recenſet: exſtantque in Bibliotheca veterum Patrum. De eodem conſuli poterit Helias Capreolus lib. 3. Chronicorum. Martyrolog. Rom. 25. Octob. Sacra ejus lipſana quieſcunt Brixiæ in Baſilica S. Joannis Evangeliſtæ: ut Philippus Ferrarius in Catalogo Sanctorum Italiæ narrat.

S. Chro-

XLIX. S. Chromatius Epiſcopus Aquileienſis, quem Hieronymus, præfatione in Paralipomena, *Epiſcoporum ſui temporis doctiſſimum & ſanctiſſimum* appellat, ſcripſit commentaria in Matthæum. Ex iis ſolùm nunc exſtant *Homiliæ de octo beatitudinibus*, in cap. quintum & ſextum Matthæi; quæ primùm Baſileæ 1528. & poſtea Lovanii 1546. recognoſcente Martino Lipſio, ac demum in Bibliotheca Patrum editæ fuerunt. Eumdem Chryſoſtomus, epiſt. 155. ad ipſum ſcripta, ſic laudat: *Clariſſima*, inquit, *ferventis tuæ & ſinceræ caritatis tuba ad nos usque ſonum ſuum diffundit &c.* Exſtat & S. Ambroſii ad eumdem epiſtola. Cæterùm tomo 4. operum S. Hieronymi exſtat epiſtola, ſub nomine Chromatii & Heliodori ad Hieronymum, cum reſponſione ejusdem Hieronymi: ſed utramque falſam ac ſuppoſititiam eſſe, docuit Baronius cap. 5. & 7. in Prolegomenis ad Martyrologium. Vixit autem Chromatius Honorii Imp. ævo, & ſucceſſorem habuit *S. Nicæam* quem tabulæ Martyrologii Romani 22. Junii, & Gennadius in Catalogo cap. 22. vocant Epiſcopum *Romatianæ civitatis*, hoc eſt, *Aquileiæ*: ut quidem Baronius interpretatur. Vide Martyrolog. Rom. 2. Decembr.

L. Claudianus poëta, natione Ægyptius, Alexandriæ natus, Stiliconis fautor, partim hiſtorica partim fabuloſa ſcripſit. Anno Chriſti trecenteſimo nonageſimo quinto, edidit *Panegyrim duorum fratrum Aniciorum*: tunc Conſulum. Auguſtinus lib. 5. cap. 26. de civitate Dei, & Oroſius lib. 7. cap. 735. dicunt ipſum *à Chriſti nomine alienum* fuiſſe. Exſtat quidem inter ejus opera inſigne *poëma de Chriſto*: ſed quidam putant illud eſſe *Claudiani Mamerci*. Si tamen de Chriſto ſcripſerit Claudianus Ægyptius, haut dubiè in gratiam Honorii Imp. id fecerit: ut *Tribonianus* Jureconſultus, etſi ethnicus, ex Juſtiniani ſententia in Pandectis de Chriſto ac religione Chriſtiana agit.

LI. Quintus Julius Hilario ſcripſit Latinè Chronicon, ſive *de mundi duratione* libellum, primùm à Petro Pithæo, poſtea tomo 5. Bibliothecæ P. P. evulgatum. Putatur ſcripſiſſe Cæſario & Attico Conſulibus, hoc eſt anno Chriſti 397. ſed miror neminem antiquorum ejus meminiſſe. In eo libello dicit Hilario, ſe ſcripſiſſe librum *de die Paſchatis*; qui videtur interiiſſe.

LII. Severianus Gabalorum in Syria Epiſcopus, à Gennadio cap. 21. memoratus, ſcripſit inter alia *Sermones varios*: ex quibus unus exſtat tomo 5. operum S. Joannis Chryſoſtomi. Fragmentum orationis ejusdem Severiani *in S. Crucem* Jacobus Gretſerus edidit tom. 2. de Cruce.

LIII. Victor Antiochenus ſcripſit Græcè commentarium *in Marci Evangelium*, quem Theodorus Antonius Peltanus, Soc. Jeſu Theologus, Latinè vertit: exſtatque in Bibliotheca veterum Patrum. Peltanus exſtimat hunc Victorem ante tempora Juliani Apoſtatæ vixiſſe: alii Juliano poſteriorem faciunt. Nam in ſcholiis ad cap. 13. S. Marci citat *Joannem regiæ urbis Epiſcopum*, hoc eſt, *Chryſoſtomum*, qui tempore Juliani non niſi puer eſſe potuit.

LIV. Novatus monachus catholicus (quem ſeculo quarto vixiſſe putat Margarinus Bignæus) ſcripſit homiliam *de humilitate & obedientia*, quæ tomo 5. Bibliothecæ Patrum exſtat.

LV. Oreſius Abbas ſcripſit Græcè libellum *de ſex cogitationibus ſanctorum*, à Caniſio tomo 5. Antiquæ Lectionis, Latinè vulgatum. Joannes Moſchus in Prato ſpirituali meminit *Orenti Abbatis in monte Sina*. Gennadius in Catalogo cap. 9. memorat *Oriesium monachum*, S. Pachomii collegam. Uter ſit hic noſter Oreſius, non facilè dixerim: imò nec divino, nam fortè alius eſt.

LVI. Macarios duos, utrumque Abbatem in Ægypto, veteres præ cæteris celebrant. Ex his ſenior, qui *Macarius Ægyptius* vulgò dicitur, deſertum Scetes ſeu Scitæ incoluit: junior, qui *Macarius Alexandrinus* ſeu *Nitrienſis* appellatur, in monte Nitriæ, cum quinque millibus monachorum, ſedem præcipuam habuit; ut Palladius cap. 19. hiſt. Lauſiacæ, & Hieronymus epiſt. 22. tradiderunt. Vide quæ ſuprà in Scholiis ad caput 10. & 28. Gennadii diximus. Petrus Roverius, S. I. Theologus, in Hiſtoria monaſterii Reomaenſis 1637. Lutetiæ ex duobus mss. codicibus, Beccenſi & Thuano, edidit *Regulam B. Macarii, qui ſub ſua diſpoſitione habuit quinque millia monachorum*. Qua numeri nota is, qui hanc Regulam concinnavit, docere voluit, ſe eam delineaſſe atque hauſiſſe ex piis monitis S. Macarii Nitrienſis. Neque enim ipſe Macarius eam ſcripſit aut dictavit, ſed aliquis aſſecla, qui ante annos ampliùs mille vixit. Macarii tamen eſt, non ut ſcriptoris quidem, ſed ut informatoris; non quidem manu, ſed moribus ac præceptis ejus delineata. Citant eam *Jonas* Bobienſis Abbas in vita S. Joannis Reomaenſis, item ſcriptor vitæ S. Philiberti; *Benedictus* Indenſis Abbas in Concordia Regularum; & *Smaragdus* in commentario ad Regulam S. Benedicti. Exſtat eadem ms. Brugis in Collegio Soc. Jeſu, inter reliquias bibliothecæ Jacobi Pamelii.

LVII. Anianus, monachus Ægyptius, ſub Arcadio, Theodoſi Magni filio, ſub annum 400. vixit; ſcripſitque *Chronologiam*, in qua Euſebium Cæſarienſem ſequitur. Subinde tamen eum reprehendit: ut ex Georgio Syncello conſtat. Videtur alius eſſe ab *Aniano*

Chryſoſtomi interprete, quem Sigebertus in catalogo cap. 70. non monachum aut ſanctum, more Orientalium, ſed *ſpectabilem virum* nuncupat.

Panodorus, monachus & ipſe Ægyptius, ſub Arcadio Imp. & Theophilo Alexandrino Epiſcopo vixit. Scripſit itidem *Chronographiam*; & in ea ſimiliter multa ex Euſebio hauſit, eumque errantem non rarò caſtigavit. Multa ex Panodoro producit Syncellus.

LVIII. Eusebius, Emeſenus ſeu Emiſſenus Epiſcopus, temporibus Imp. Conſtantii, qui fuit Conſtantini Magni filius, vixit; & multa Græce ſcripſit, quæ Hieronymus in Catalogo cap. 91. recenſet. Hodie tamen ex iis non niſi fragmenta quædam reſtant apud Theodoretum in Dialogis, apud Lipomanum in Catena Geneſeos, & alibi. Scio varias *Homilias* ſub nomine hujus Euſebii, Pariſiis, Lovanii, Antverpiæ & alibi excuſas, circumferri: ſed verſimile eſt, eas ſi non omnes, ſaltem plerasque Latinis ſcriptoribus deberi. Molanus, Baronius, Bellarminus & alii *Eucherio Lugdunenſi*, aut *Cæſario Arelatenſi*, aut *Fauſto Reienſi*, Epiſcopis, illas pro parte attribunt. Hoc conſtat, *Homilias in Evangelia totius anni*, quæ ſub hujus etiam Euſebii titulo leguntur, ſtilo differe ab aliis ſub ejusdem nomine publicatis: videnturque illæ ex diverſis auctoribus ab aliquo collectæ.

LIX. Vigilius, doctiſſimus Neſtorii & Eutychetis impugnator, & acerrimus Chalcedonenſis concilii propugnator (alius à *Vigilio* Epiſcopo Tridentino, quem Gennadius in catalogo cap. 39. laudat) ſcripſit *libros quinque valde eruditos contra Neſtorium & Eutychen* pro defenſione Epiſtolæ S. Leonis Papæ & Chalcedonenſis Concilii: item *librum unum, ſub nomine Athanaſii, contra Sabellium & Photinum.* Qui libri omnes exſtant in Bibliotheca Patrum, tomo 5. editionis Colonienſis. Baronium in geſtis anni 400. in Notis ad Martyrologium 26. Junii, Bellarminum in catalogo, & Scholia noſtra ad Gennadium capite 37. conſule.

LX. Polychronius Apameæ Epiſcopus, Theodori Mopſueſtiæ Epiſcopi frater, Diodori Tarſenſis Epiſcopi auditor, ſcripſit *commentaria in Job & Ezechielem*: ex quibus multa Theodoretus Cyrenſis deſumpſit. Vixit ſub annum qaadringenteſimum. De eo conſuli poterit Sixtus Senenſis in Bibliotheca, & Baronius in geſtis anni 433.

LXI. Marcus, Gazenſis in Palæſtina diaconus, vixit ſub annum quadringenteſimum tertium, & ſcripſit fideliſſimè *acta S. Porphyrii* Gazenſis Epiſcopi ac martyris, in Faſtos Romanos relati ad diem 26. Februarii. Acta illa Græcè apud Metaphraſten, Latinè apud Lipomanum & Surium exſtant.

LXII. Synesius patria Cyrenenſis, celeberrimus ſuo ævo philoſophus apud Alexandrinos in Ægypto, ne ad Epiſcopatum evehetur, epiſtola ad Euoptium fratrem data, miris criminibus ſe ipſum infamare conatus fuit; ſed fruſtrà. Nono enim Innocentii primi Papæ anno, id eſt Chriſti quadringenteſimo decimo, invitus & reluctans à *Theophilo* Patriarcha Alexandrino creatus eſt Epiſcopus Ptolemaidis. Scripſit juvenis *de Venatione*, *de Inſtrumento aſtronomico*, *de laudibus Calvitii*, *de Inſomniis* &c. ſenior autem *de Providentia*, *de Regno* ad Arcadium, vel (ut Evagrius lib. 1. hiſt. cap. 15. tradit) ad Theodoſium juniorem, *Epiſtolas plurimas*, & alia. Quæ omnia, partim ſoluta partim vincta oratione ſcripta, Dionyſius Petavius in unum collegit, & Pariſiis edenda curavit: ex inde in Bibliotheca veterum Patrum pro parte repræſentata.

LXIII. Paulinus, Bitterenſis in Gallia Epiſcopus, ſub annum quadringenteſimum decimum vixit. Exſtat ejus *epiſtola*, quâ enarrat ſigna terrifica Biterris effecta. Roſueidus, in Notis ad Paulinum Nolanum, dubitat an huic Puulino Biterrenſi non ſit adſcribenda elegans *Homilia in S. Geneſium* martyrem Arelatenſem; quam Surius ad diem 25. Auguſti edidit, & quæ inter Paulini Nolani opera legitur.

LXIV. Zosimus, Comes & Exadvocatus fiſci, vixit temporibus Theodoſii junioris: ut Evagrius lib. 3. hiſt. cap. 41. tradit. Scripſit *hiſtoriæ libros ſex*, ab Auguſto usque ad Alaricum Gothorum Regem. Nonnulla tamen deſiderantur ſub finem. Ex libris iſtis duo priores Henricus Stephanus Græcè cum Herodiano excudit; Leunclavius univerſum opus Latinè redidit. Homo fuit paganus, adeòque frequenter in Chriſtianos Principes invehitur: quo etiam nomine à Photio cod. 98. & 102. item ab Evagrio, Nicephoro, Baronio & aliis caſtigatur. Ab hoc Zoſimo diverſus eſt *Zoſimus Gazæus*, quem Anaſtaſii Imp. ævo vixiſſe tradit Suidas.

LXV. Desiderius & Riparius Hiſpani presbyteri, *Vigilantium* Barcinonenſem presbyterum, Pompelone natum, Sanctorum; qui cum Chriſto regnant in cœlo, honorem cultumque vellicantem, de ſcripto impugnarunt: ut ex S. Hieronymo narrat Mariana lib. 4. de rebus Hiſpaniæ cap. 4.

LXVI. Philippus Sideta (ſic dictus à Sida, Pamphiliæ urbe patria) cùm eſſet junior, uſus eſt familiariter S. Joanne Chryſoſtomo. Photius cod. 35. dicit, ipſum ſcripſiſſe *Hiſtoriam Chriſtianam*, ſed ſtilo prorſus Aſiatico: adeò ut plus oſtentationis haberet, quàm fructus. De eodem & Socrates lib. 7. hiſt. cap. 27. agit.

LXVII. Innocentius I. Papa, à Gennadio cap. 43. laudatus, anno 417. vivere deſiit; ſuccedente Zoſimo. Epiſtolæ 95. S. Auguſtini reſpondit ſuâ 33. epiſtola. Apud eumdem Auguſtinum, epiſt. 91. 92. 93. reperies ipſius reſponſa ad epiſtolas ipſi ſcriptas à Conci-

Concilio Carthaginiensi & Milevitano. Decreta & aliæ Innocentii epistolæ exstant in tomis Conciliorum.

LXVIII. AMOENUS poëta scripsit (ut quidam sentiunt) versu *Enchiridion veteris & novi Testamenti*, quod inter opera Prudentii habetur. Victor tamen Giselinus, suo ad Prudentium commentario, contendit Enchiridion sive Tetrasticha illa esse Prudentii: *De horum*, inquit, *Tetrastichorum auctore ambigant qui velint: ego ut ingenuè fatear, etiamsi velim, dubitare non possum. Omnes codices scripti, excusi, quos quidem mihi videre licuit, Prudentii nomen adscriptum habent. Stilus deinde, verba, sententiæ, phrases, allegoricæ traductiones, omnia denique Prudentium sapiunt, redolent, loquuntur.*

LXIX. HESYCHIUS sub annum Christi quadringentesimum decimum scripsit ad S. Augustinum *De novissimo die*, ut Baronius in Annalibus commemorat. Inter epistolas itidem Augustini poterunt epistolæ 78. 79. & 80. legi. De *Hesychio Illustri Milesio* & *Hesychio Episcopo Hierosolymitano* suis infrà locis agemus.

LXX. ISIDORUS Cordubensis in Hispania Episcopus, à Sigeberto Gemblacensi cap. 51. breviter laudatus, sub annum Christi quadringentesimum vicesimum vixit, & *libros quatuor commentariorum in libros Regum* scripsit; quod Paulo Orosio historico dicavit. Isidorum hunc vulgò *seniorem* appellant, respectu *Isidori Hispalensis*, itemque *Isidori Pacensis*: qui uterque dicitur *junior*; ut in Scholiis ad Ildefonsi caput 9. explicui.

LXXI. SEVERUS, Milevitanus in Africa Episcopus, S. Augustini discipulum se fuisse, epistola 37. profitetur: *Deo gratias, frater Augustine, cujus donum est, quidquid in nobis bonorum gaudium est.* Huic ipse Augustinus epistola 129. respondet. Obiit autem Severus ante Augustinum, cujus jam mortui epistola 110, meminit.

LXXII. SEVERUS, minoris insulæ Balearis Episcopus, Asclepiodoro & Mariniano Consulibus, hoc est, anno Christi quadringentesimo vicesimo tertio, circularem ad omnes Ecclesias epistolam misit *De Judæorum ea in insula conversione, deque miraculis ibidem factis ad reliquias S. Stephani*, quas Paulus Orosius de quo ad Gennad. c. 39. de S. E. quia in Hispaniam à Gothis obsessam trasmittere non poterat, illic reliquerat. Ex Vaticana eam bibliotheca Baronius in gestis anni 418. edidit.

LXXIII. EVODIUS, Uzalensis in Africa Episcopus, floruit temporibus S. Augustini, cujus & epistolæ ad Evodium exstant. Ad hunc Evodium scripti sunt *libri duo de miraculis ad sacras S. Stephani reliquias, nuper inventas, factis*: sed quia nomen auctoris ignoratur, libri isti vulgò adscribuntur Evodio; ut Bellarminus in catalogo notat, ubi de S. Luciano presbytero Hierosolymitano, istarum reliquiarum inventore, agit. Quarum quidem elevationem *Joannes Episcopus Hierosolymitanus XLIV.* fecit: ut ex ejusdem Luciani epistola, his de rebus scripta, & à Surio 3. Augusti edita, constat. Ex eadem porrò epistola datur intelligi, *primum Concilium contra Pelagium Diospoli in Palæstina*, anno quadringentesimo decimo quinto, celebratum fuisse: cui & Joannes Episcopus Hierosolymitanus interfuit.

LXXIV. CHRYSIPPUS Hierosolymitanus presbyter scripsit *Historiam de Gamaliele & Nicodemo*, à Photio in Bibliotheca cod. 171 memoratam. Chrysippus porrò Luciani *meminit, ejusdem aquè Ecclesiæ presbyteri, quo tempore* Joannes *Præsul eam sedem tenuit. Hic* Lucianus *nocte quadam, hora ferè tertia, revera non insomnis, dicitur ista didicisse. Hæc enim adstantem ipsi* Gamalielem *omnia revelasse: verum nimirum esse se* Gamalielem, *ab Apostolis, unà cum* Abibo *filio, baptizatum, & in eadem capsa collocatum, Esse &* Stephanum protomartyrem *in theca Orientem versus conditum, atque ad ejus pedes in altero scriniolo* Nicodemum *jacere:* quæ irem, *per quos, & sub quibus passus esset, indicavit: thecamque post hæc proximam suum ac filii corpus continere. His dictis*, Gamalielem *præcepisse* Luciano, *ne posthac reliquias illas in Sole & pluvia corrumpi per negligentiam sineret.* Terræ *motum insuper ad hoc visum exortum, multaque plurimorum genera morborum hìc curata esse; protomartyris maximè theca medelam adferente.* Hactenus ex Photio. De Luciano presbytero vide Scholia nostra ad caput 46. Catalogi Gennadiani.

LXXV. OLYMPIODORUS Thebæus scripsit *duos & viginti historiarum libros*, ab Honorii Consulatu septimo & Theodosii secundo, hoc est, ab anno Christi quadringentesimo septimo usque ad annum quadringentesimum vicesimum quintum aut sextum. Dicavit historiam suam Theodosio juniori, Arcadii filio: cujus excerpta admodum luculenta apud Photium cod. 80. reperies.

LXXVI. PHILOSTORGIUS, Arianæ hæresi addictus, eodem tempore vixit, quo Olympiodorus; scripsitque *Historiam Ecclesiasticam.* Ab Arii in hæresim studio incepit, & desiit in gestis anni, quo post mortem Honorii Theodosius junior Valentinianum minorem, patruelem suum, imperii consortem fecit, ut Photius cod. 40. tradit: ubi plura de eo, scriptisque illius narrantur. Nicephorus initio operis sui *Deo invisum* vocat, nempe ob hæresim. Eumdem; ut ineptum Eunomii laudatorem, lib. 12. cap. 29. taxat. Suidas ex Philostorgio non pauca recitat, variis in locis. Putantur fragmenta quædam Philostorgianæ historiæ supereſſe inter libros Didaci Hurtadi, qui nunc Scuriaci in bibliotheca Regis Catholici adservantur.

LXXVII. BACHIARIUS natione Hibernus, S. Patricii discipulus, S. Augustino coævus, scripsit *epistolam de recipiendis lapsis*, ad Januarium: quæ exstat in Bibliotheca veterum Patrum, tomo 1. editionis secundæ & tertiæ. Reliqua ejus opera Gennadius in catalogo cap. 24. & Joannes Pitseus lib. de Scriptoribus Britanniæ recensent.

LXXVIII. CAPREOLUS, Carthaginiensis in Africa post Aurelium Episcopus, scripsit epistolam *De una Christi veri Dei & hominis persona*, contra hæresim Nestorii recens damnatam. Eam Jacobus Sirmondus, Soc. Jesu Theologus, cum opusculis dogmaticis aliorum quatuor Scriptorum veterum, qui ante annos amplius mille ducentos claruerunt, Parisiis 1630. edendam curavit. Atque hujus quidem epistolæ, ad Vitalem & Constantium seu Tonantium, Hispanos, scriptæ (cùm ibi Nestoriani dogmatis semina spargerentur) fragmentum, ex Pithæanis schedis, jam antea Baronius in gestis anni 432. ediderat. Vincentius porrò Lerinensis, in posteriore Commonitorio, insuper cum laude meminit *epistolæ ab eodem Capreolo scriptæ ad Synodum Ephesinam:* exstatque in Actione I. ejusdem Synodi. Sed & legationis Ephesum à se missæ Capreolus ipse meminit in epistola à Sirmondo edita.

LXXIX. S. CÆLESTINUS Papa I. anno quadringentesimo tricesimo secundo obiit. Scripsit inter alias *epistolam ad Ecclesiam Narbonensem, & alteram ad Viennensem:* quæ tomo 1. Conciliorum Galliæ exstant. Reliquas in tomis Conciliorum omnium reperies. De illo Martyrolog. Rom. 6. April.

LXXX. S. SIXTUS III. Papa scripsit *insignem epistolam ad Joannem Antiochenum*, cujus fragmentum exstat in libro Vincentii Lerinensis. Scripsit item *alteram ad omnes Orientales.* quæ tomo 1. Conciliorum legitur. Exstant insuper *alia duæ* in tertia parte Concilii Ephesini. In Bibliotheca veterum Patrum legitur liber *De divitiis, & alter de castitate, & epistola de malis doctoribus:* quæ tria opuscula falsò adscribuntur Sixto III. Papæ, cùm sint plena erroribus Pelagianorum. Sixtus enim, cum adhuc presbyter esset, primus damnavit Pelagium (qua de re exstat epistola 105. Augustini ad Sixtum) ac deinde magno zelo Pelagianos insectatus est; ut Prosper testatur. Sic ferè Bellarminus in catalogo. His consona tradit Molanus in ms. Bibliotheca sacra: *Sixti tertii*, inquit, *Romani Pontificis titulo, liber de divitiis, epistola de malis doctoribus, & operibus fidei, & judicio futuro, liber de castitate, exstant, curante Jacobo Salvatore, editi Romæ* 1573. *& Antverpiæ* 1575. *apud Plantinum. Verùm Henricus Gravius, Doctor Theologus ac Professor Lovanienſis* (qui Romam postea à Sixto V. evocatus, ibidem anno 1591. vivere desiit) *primus animadvertit hos libros esse non Sixti tertii Papæ, sed Pelagiani alicujus, aut ipsius Pelagii.*

LXXXI. URANIUS sive Uranus, S. Paulini Nolani discipulus, magistro suo morienti anno 431. adfuit, & narrationem de ejus obitu ad posteros tansmisit; quam Surius a. d. 22. Junii publicavit. Uranii ipse Paulinus epistola 17. & Isidorus in catalogo cap. 4. meminerunt.

LXXXII. S. ISIDORUS PELUSIOTA, presbyter Ægyptius, S. Joannis Chrysostomi discipulus, *duo millia epistolarum ad ædificationem Ecclesiæ scripsit, & pro vitæ ac sapientiæ suæ meritis à beato Cyrillo (Episcopo Alexandrino) honoratus & vocatus fuit*: ut Facundus Hermianensis Episcopus lib. 2. loquitur. Ne quis verò miretur, Isidori epistolas in universum non nisi bis mille à Facundo numerari, monet Sirmondus in suis ad illum locum Notis, visos fortasse à Facundo fuisse codices Acœmetensis monasterii in urbe Constantinopolitana, in quibus totidem continebantur: ut in veteri manuscripto adnotatum repperit idem Sirmondus ab antiquo earum interprete, his verbis: *Has omnes beati Isidori presbyteri & Abbatis Pelusiotæ recensui & transtuli ex epistolis ejus duabus millibus, quæ sunt per quingentas distributæ in Acœmetensis monasterii codicibus vetustissimis quatuor.* Nec plures hactenùs triplici editione in lucem prodierunt, quàm bis mille tredecim. Cæterùm ad decem millia epistolarum scripsisse Isidorum, atque in his ter mille Scripturam sacram exposuisse, auctor est Suidas, vel quem Suidas exscripsit. Harum libros tres *Jacobus Billius* Latio donavit, & utraque lingua Lutetiæ 1585. publicavit. Exstant & aliæ ab *Andrea Schotto* Græcè 1623. Antverpiæ, & Latinè postea Romæ editæ. De Isidoro Evagrius Scholasticus l. 1. c. 15. Nicephorus hist. l. 14. c. 24. 28. 30. & 53. Martyrolog. Rom. & Menologium 4. Februarii agunt. Claruit temporibus Theodosii junioris: ad quem ejus epistola exstat apud Baronium in gestis anni 431.

LXXXIII. S. PETRUS CHRYSOLOGUS, sic dictus ob auream dicendi vim & eloquentiam, nobili genere natus in Foro Cornelii, quod nunc *Imola* vocatur, monitu S. Apollinaris Ravennatum patroni, sub annum Christi quadringentesimum tricesimum tertium, à Sixto III. Papà Ravennatibus datus est Episcopus. Vide Martyrolog. Rom. 2. Dec. Scripsit *Homilias centum viginti duas*, breves quidem sed disertas, quas in Bibliotheca Patrum tomo 5. editionis Colonienſis reperies. Scripsit item *Epistolam ad Eutychen* hæresiarcham, qua illum ad obedientiam S. Leoni Papæ præstandam, in rebus fidei potissimùm, hortatur: quæ cum alia ejusdem epistola legitur præfixa concilio Chalcedonensi, in tomis Conciliorum. Obiit circa annum Christi quadringentesimum quinquagesimum: ut constat ex epistola 37. Leonis Papæ, ad Leonem Episcopum Ravennatem, Chrysologi successorem, Martiano Augusto & Adelphio Consulibus, hoc est, anno Christi quadringentesimo quinquagesimo primo

primo ſcripta. Errant igitur, qui Chryſologum Romano concilio ſub Symmacho interfuiſſe, & usque ad annum Chriſti 502. ſupervixiſſe exiſtimant. Nam Petrus ille, qui Romanæ Synodo ſubſcripſit, non fuit Chryſologus, ſed *Petris Altinas*, à Theoderico Gothorum Rege Romam miſſus, quem Anaſtaſius Bibliothecarius, in Symmacho, vocat *Romanæ ſedis invaſorem.* Baronium in geſtis anni 502. lege. Chryſologi opera omnia, cum operibus S. Leons I. Papæ, Pariſienſes annis ſuperioribus ediderunt.

LXXXIV. BASILIUS, Seleuciæ in Iſauria Epiſcopus, Zenone & Poſtumiano Conſulibus, hoc eſt, anno Chriſti quadringenteſimo quadrageſimo octavo, Conſtantinopolitanæ ſynodo, à Flaviano CP. Epiſcopo contra Eutychetem habitæ, interfuit, ejusdemque damnationi ſubſcripſit. Et quamquam in pſeudepheſina Dioſcori ſynodo ſecunda ſeu latrocinali, quæ anno proximè inſequenti coacta fuit, eumdem Eutychetem ſuo cum aliis ſuffragio reſtituerit, & in Flaviani injuſtam abdicationem conſenſerit: tamen cùm eo nomine in Chalcedonenſi concilio argueretur, vi metuque compulſum id ſe feciſſe cauſſatus eſt. Quin Epheſi quoque, poſtquam aliqua in eos protuliſſet, qui duas in Chriſto naturas adſerebant, ſtatim revocavit, & quæ dixerat, emendari petiit. Quo etiam factum eſt, ut in prædicta Synodo Chalcedonenſi, anno quadringenteſimo quinquageſimo primo celebrata, Patres Baſilium ut orthodocum Actione 4. in gratiam receperint; ut ex Actis dictæ Synodi, itemque ex Evagrio lib. 2. cap. 14. Nicephoro Calliſto lib. 5. cap. 30. Cedreno, Leontio Byzantino, Theophane & aliis conſtat. Quod ad lucubrationes attinet, ſcripſit hic noſter Baſilius *Orationes* XLIII. quas Claudius Dausqueius, Canonicus Tornacenſis, amicus noſter, Latinè reddidit: item *Demonſtrationem adverſus Judæos de adventu Chriſti*, interprete Franciſco Turriano; quæ omnia, cum aliquot *Orationibus*, in Bibliotheca veterum Patrum exſtant. Idem metro ſeu carmine ſcripſit *vitam S. Theclæ virginis* ac martyris Iconienſis; ut Photius cod. 168. teſtatur: ſed liber iſte metricus periit. Exſtant quidem *libri duo de vita ac miraculis ejusdem S. Theclæ* Græcè conſcripti, quos *Petrus Pantinus*, Decanus Bruxellenſis, Latinos fecit, & typis Plantinianis 1608. ſub nomine Baſilii Seleucienſis publicavit. Sed multi dubitant, an iſti duo libri ſint à Baſilio Seleucienſi conſcripti. Neque enim ſtilus convenit, qui ſanè alius eſt in narratione ejusdem Baſilii. Cæterum Baſilius hic noſter fuit S. Joannis Chryſoſtomi æqualis ac familiaris: & ad hunc *libros de Sacerdotio* ſcripſit Chryſoſtomus; ut Photius tradit.

LXXXV. S. NILUS ex Præfecto urbis Conſtantinopolitanæ monachus, deinde Abbas eadem in urbe, ſub Theodoſio juniore doctrina & ſanctitate claruit; Martyrologio Rom. & Menologio Græcorum 12. Novembris adſcriptus. Fuit S. Joannis Chryſoſtomi diſcipulus, & multa ſcripſit, quæ Nicephorus lib. 14. hiſt. cap. 53. recenſet. Ex his in Bibliotheca veterum Patrum exſtant *Paranetica capita* 229. *De oratione capita* 148. *Aſceticus liber*, *Inſtitutio monachorum juniorum*, *Epiſtolæ aliquot*; *tractatus de octo vitioſis cogitationibus*, & alia. Item ſcripſit *hiſtoriam de incurſione Saracenorum*, & *de martyrio occiſorum in monte Sina*, à Nicephoro lib. citato cap. 54. memoratam; quæ apud Metaphraſten 14. Januarii, & apud Lipomanum tom. 5. legitur. Exſtat item ſeorſim liber S. Nili *de Chriſtiana Philoſophia*, quo vocabulo Monaſticen ſignificat. Ad hæc in Synodo ſeptima Act. 4. citantur *epiſtolæ* Nili: ſed loca quædam ab hæreticis depravata eſſe ſubindicat Bellarminus in catalogo.

LXXXVI. S. PROCLUS, primùm Cyzicenus, poſt Conſtantinopolitans Epiſcopus, antea S. Joannis Chryſoſtomi anagnoſtes, Martyrologio Rom. & Menologio Græcorum a. d. 24. Octobris adſcriptus, ſcripſit *epiſtolam inſignem de fide ad Armenos*, quæ Græco-Latina legitur tomo 1. Concilioium generalium, Romæ excuſorum, & Latinè in Bibliotheca veterum Patrum. Ibidem reperies *Orationem panegyricam in S. Andream Apoſtolum*, Interprete Carolo Fabiano. Scripſit & alia, à Theodoreto hiſt. eccleſ. lib. 5. cap. 36. à Nicephoro hiſt. lib. 14. cap. 38. & ſeqq. memorata. Obiit autem an. quadringenteſimo quadrageſimo ſexto, & ſucceſſorem habuit *S. Flavianum*, Martyrologio Rom. & Menologio 18. Februarii adſcriptum. Procli, ut æqualis ſui, meminit S. Cyrillus Alexandrinus in expoſitione Symboli Nicæni, & epiſtola 31. ad Joannem Antiochenum.

LXXXVII. TURCIUS RUFUS ASTERIUS, cum Protogene collega ſuo, anno Urbis conditæ milleſimo ducenteſimo ſecundo, hoc eſt, anno Chriſti quadringenteſimo quadrageſimo nono, Conſulatum geſſit. Scripſit *Collationem veteris ac novi Teſtamenti*, quæ à quibusdam *Sedulio*, ab aliis *Mamerco Claudiano* adſcribi ſolet: exſtatque in Bibliotheca veterum Patrum, tomo 6. editionis Colonienſis. Idem Aſterius *Sedulii verſus*, poſt ejus mortem ex ejusdem ſcriniis collectos, recenſuit; ut in Scholiis ad cap. 7. Iſidori Hiſpalenſis fuſè docui.

LXXXVIII. S. VALERIANUS Cemelienſis Epiſcopus floruit ſub annum Chriſti quadringenteſimum quinquageſimum, ea ætate qua Eucherius Lugdunenſis, Hilarius Arelatenſis, Epiſcopi, Vincentius Lerinenſis, Proſper & Salvianus presbyteri, in Gallia vixerunt. Exſtant politiſſimæ ejus *Homiliæ XX.* quas ex ms. codice Corbeienſi Jacobus Sirmondus Lutetiæ 1612. primus edendas curavit. Fuit autem *Cemelenum*, ſive ut poſterior ætas locuta eſt, *Cemelium* aut *Cemela*, Vediantiorum in Alpibus maritimis opidum: cujus hodieque priſca rudera ac nomen haud procul Nicæa reſtant in colle, quem *Cemelum* vocant.

cant. Plinius lib. 3. cap. 5. & Ptolemæus Cemelium in Italia locant; quia Italiæ initium à Varo fl. ducunt. Antoninus in Itinerario, quia Galliam juſtis finibus ad Alpem usque ſummam porrigit, Galliæ adſignat. Et verò ad Galliam pertinuiſſe, fidem facit vetus Notitia civitatum Galliæ, Honorio imperante, circa annum Chriſti quadringenteſimum decimum ſeptimum ſcripta, quæ ſub Ebreduno metropoli numerat civitatem Cemelenenſium.

LXXXIX. EUCHERIUS Lugduni ad Rhodanum Epiſcopus an unicus fuerit, an duo, diſputant eruditi. Inter alios *Theophilus Rainaudus*, Soc. Jeſu Theologus, in ſuo Indiculo Sanctorum Lugdunenſium, ea in urbe 1629. edito, in hunc ferè modum diſſerit: Eucherius Præſul Lugdunenſis, duplex diſtinguendus eſt. Sed quia res eſt admodum implexa, diligens diſcuſſio adhibenda erit. De Eucherio igitur in hunc modum Ado in Martyrologio 16. Novembris: *Natalis S. Eucherii Lugdunenſis Epiſcopi, qui ex nobiliſſimo Senatorum ordine ad religioſam vitam habitumque converſus, diu in agro ſuo ſuper fl. Durentiam, intra ſepta ſpeluncæ ſponte concluſus, Chriſto ſervivit. Defuncto autem Pontifice Lugdunenſi, ipſum clerus & populus* (Angeli monitu) *ſibi eligens ſacerdotem, in pontificali cathedra ſolemniter collocavit. Hujus uxor Galla, in ſancto habitu Deo ſerviens, ſpeluncam ejus ingreſſa, omne illic vitæ ſuæ tempus in ſtudio religionis exegit. Duæ ipſorum filiæ*, Conſortia & Tullia, *virginitatis gratiâ & ſignorum gloriâ claruerunt.*

Sed quia hæc minùs cohærere videntur cum iis quæ veteres prodiderunt, accuratè ſunt excutienda. Aliqui ergò, contra quàm ferat Adonis narratio, Eucherium primò presbyterum, deinde Lugdunenſem Epiſcopum ſtatuunt: eò quòd à Gennadio in catalogo cap. 100. Eucherius vocetur *presbyter Lugdunenſis*. Quamquam hoc argumentum imbelle eſt: nam in quibusdam (ut aiunt) Gennadii mss. exemplaribus non habetur *presbyter* ſed *Epiſcopus*. Ut taceam, interdum apud iſtius ævi ſcriptores nomine *presbyteri* etiam *Epiſcopum* deſignari.

Fortiùs contra Adonis narrationem opponi poſſe videtur, quòd multi ſtatuunt S. Eucherium, ante Epiſcopum, fuiſſe monachum inſulæ Lerinenſis. Idque putant doceri ex eo, quòd Eucherius ipſe, eleganti de eremi laudibus opuſculo, Lerinenſes ſuas ſpiritus delicias adeò extulerit, quòdque Sidonius, in Fauſti Reienſis encomio metrico, *magnis montibus conſpicuam Lerinum* referens, etiam celebret *Eucherii venientis iter, redeuntis Hilarii*. En, inquiunt, Eucherium venientem quò redierat Hilarius, utique Lerinum: Eucherius igitur vixit ibi monachus; ut ferunt quoque Indices Lerinenſes, & colligi inſuper videtur ex Homiliis ejus ad monachos Lerinenſes.

Nihilominùs nec hoc telum repulſu difficile eſt. Nam S. Hilarius Arelatenſis in panegyri S. Honorati, deſcribens S. Eucherii receſſum, ita loquitur: *Pulcherrime ſplendidus mundo, ſplendidior Chriſto, æmulus virtutis ejus (Honorati) B. Eucherius, cum ab eremo in tabulis, ut aſſolet, cera illitis, in proxima ab ipſo degens inſula, litteras ejus ſuſcepiſſet: Mel, inquit, ſuum ceris reddidiſti.* Audin, *in proxima inſula degens?* Non igitur Lerini. Libellus porrò S. Eucherii de laudibus eremi ad Hilarium, non eſt hortatio, ſed gratulatio, ob jam factum ab Hilario regreſſum; qui quidem Eucherium de ſuo reditu commonuerat. Ex quo perſpicuè liquet, Eucherium non vixiſſe Lerini. Quomodo enim ad Hilarium, eò jam regreſſum, dediſſet litteras? Neque verò regreſſus ille factus eſt ab Hilario jam Epiſcopo Arelatenſi, ut Paradinus ſcripſit; ſed Hilarius, derelictis Epiſcopatus S. Honorati principiis, amore eremi, eò ſe retulit (relicto apud Arelatenſes S. Honorato, quem Lerino abeuntem, ad capeſſendam Arelatenſem ſedem, fuerat comitatus) unde poſtea abductus eſt ad eamdem S. Honorati ſedem: ut Eucherius dicti libelli ſui initio, & ipſe S. Hilarius, laudans S. Honoratum, tradunt. Itaque futile eſt argumentum pro Lerinenſi S. Eucherii monachatu, quod ducitur ex argumento libelli ab Eucherio conſcripti de laude eremi.

Nec fortius eſt quod ducitur ex adventu S. Eucherii in *ſuam Lerinum*. Advenit enim non ut maneret ac profiteretur ibi monaſticen, ſed ut inſulam ſanctam viſeret, & colloquio virorum ſanctiſſimorum in ea agentium frueretur. Memoratis enim iis, qui inſulam illam incoluerant; *Honorato*, *Maximo*, *Lupo*, *Vincentio*, & qui tunc ibidem ſupererat, *Caprario*, illisque ſanctis ſenibus, qui diviſis cellulis Ægyptios Patres in Gallia exprimebant, ſubdit: *Quos ego illic, Jeſu bone, ſanctorum cœtus conventusque vidi? Prorſus ipſa protinus contemplatione Angelicæ quietis agmen oſtendunt.* Quæ liquet ab abſente ſcribi, & ab eo qui hoſpes tantùm, nec niſi in tranſitu ſanctos illos viros viſerat: in quorum laudes adeò effunditur, ut non potuerint ab homine ejusdem cœtus, niſi cum legentium offenſione ac modeſtiæ violatione, tantoperè celebrari. Ex familiaritate porrò, per eum acceſſum, cum ſanctis illis monachis contracta, natus eſt in Eucherio affectus erga Lerinum, quam propterea vocavit *Lerinum ſuam.*

Nec eſt quòd nos turbet argumentum, quod ex homilia de S. Blandina promitur. Nusquam enim in illa homilia nominatur Lerinus, vel monaſtica dicentis profeſſio; quam item non adfert laudatum à Sidonio *Eucherii venientis iter*. Ad lucem faciendam, libet ipſos verſus adſcribere, quibus Sidonius Fauſtum Reienſem Epiſcopum alloquitur:

Sen

*Seu te Lerinus priſcum complexa parentem eſt,*
*Quà tu jam fractus pro magna ſæpe quiete*
*Diſcipulis ſervire venis, vixque otia ſomni,*
*Vix coctos capture cibos, abſtemius ævum*
*Ducis, & inſertis pingis jejunia pſalmis:*
*Fratribus inſinuans, quantos illa inſula plana*
*Miſerit in cœlum montes, quæ ſancta Caprasi*
*Vita ſenis, juvenisque Lupi, quæ gratia patrem*
*Manſit Honoratum, fuerit quis Maximus ille,*
*Urbem tu cujus monachoſque Antiſtes & Abbas*
*Bis ſucceſſor agis; celebrans quoque laudibus illis*
*Eucherii venientis iter, redeuntis Hilarii.*

Ad extremum Indices Lerinenſes, quippe recentioris operæ, non admodum moror. Multò minus hæreo in homiliis ad monachos, quas Eucherii non eſſe, ſed partim Cæſarii Arelatenſis, partim Fauſti Reienſis, partim aliorum, Baronius in Annalibus, Bellarminus libro de ſcriptoribus Eccleſiaſticis, & alii jam pridem rectè adnotarunt.

Ut porrò meum judicium interponam, exiſtimo narrationem Adonis ſuprà recitatam non cadere in Eucherium Lugdunenſem Epiſcopum, S. S. Honorati & Hilarii Arelatenſis æqualem, ſed in alium Eucherium, item Lugdunenſem Epiſcopum, aliquantò poſteriorem, & S. Cæſarii Arelatenſis æqualem. Cur autem ita ſejungendos cenſeam duos Eucherios Lugdunenſes, hæc ratio eſt: quia in *Actis S. Conſortiæ* virginis, quam Ado filiam S. Eucherii agnoſcit, fuſè continetur univerſa illa narratio de ſpecu, uxore ac filiabus Eucherii. Teſtaturque ſcriptor illorum Actorum, ſe ea comperiſſe teſtimonio *Vrani* & *Celſi* ſubdiaconi, qui S. Conſortiæ viventi adhæſerant, itemque *Aureliani* presbyteri, qui, quo tempore ipſe ſcriberet, ad ſepulcrum ejusdem virginis Deo ſerviebat. Et haud dubiè Ado ex Actis illis deſcripſit ea quæ ſuprà recitavimus. In illis ergò Actis, quæ integra leguntur in veteri ms. codice eccleſiæ S. Juſti Lugdunenſis, & typis excuſa ſubjunguntur paræneſi de contemtu mundi, ad Valerianum, in antiquioribus editionibus, fuſè deſcribitur ſeceſſus *S. Eucherii* è conjugio ad ſpecum in territorio Aquenſi ſitam, in agro montis Martii, imminente flumini Druentiæ; itemque obſequium ei in victu per feneſtellam ſubminiſtrando à *Galla* uxore præſtitum; item *Tullia* filiæ obitus, & *Conſortiæ* alterius ex filiabus nuptiæ ab Aurelio expetitæ, ſed in caſſum; pia nimirum virgine nuptias Chriſti præeligente.

Hæc cùm ita ſe habuerint, perſpicuum videtur, Eucherium illum Lugdunenſem Epiſcopum, in quem narratio Adonis cadit, longè alium eſſe ab illo Eucherio, itidem Lugdunenſi Epiſcopo, politiſſimo ſcriptore, quem S. Hilarius Arelatenſis celebravit. Nam hic Eucherius, quem *ſeniorem* dicere poſſumus, obiit Valentiniano & Martiano regnantibus, ſi Gennadio in catal. c. 63. credimus, hoc eſt, ſub annum Chriſti quadringenteſimum quinquageſimum quintum, quo Valentinianus Imp. in campo Martio confoſſus eſt. Ado in chron. dicit eum obiiſſe anno quadringenteſimo quinquageſimo quarto: quod rectè cohærere videtur cum eo quod Sigebertus Gemblacenſis in Chron. ſcribit, tradens eum Lugduni claruiſſe Epiſcopum anno quadringenteſimo triceſimo quinto. Et poteſt quoque eſſe hic Eucherius Epiſcopus, qui concilio primo Arauſicano, unà cum S. Hilario Arelatenſi, anno quadringenteſimo quadrageſimo primo ſubſcripſit.

Poſterior autem Eucherius fuit æqualis S. Cæſarii Arelatenſis Epiſcopi, & cum eo ſubſcripſit concilio II. Arauſicano, quod habitum eſt anno Chriſti quingenteſimo viceſimo nono, hoc eſt, annis amplius nonaginta poſt primum concilium Arauſicanum. Nam quendam S. Eucherium Lugdunenſem Epiſcopum fuiſſe S. Cæſarii Arelatenſis æqualem, docet Cyprianus, S. Cæſarii diſcipulus, in ejus vita, narrans eorum iter circa Alpes. Quare omnino ſtatuendum videtur, duos fuiſſe Eucherios, & Lugdunenſes Epiſcopos & Sanctos: videturque anterior Eucherius conflatus in unum cum ſecundo; accedente præſertim communitate nominis & generis Senatorii, q[uo] uterque celebrabatur.

Porrò S. Eucherius prior etſi videatur non [fu]iſſe monachus Lerinenſis, vixit tamen in eremo ſeu inſula Lerino vicina, piis ſtudiis & ſacris exercitationibus intentus. Id planè teſtantur illa S. Hilarii Arelatenſis de Eucherio verba, in panegyri S. Honorati, quæ & ſuprà recitavimus: *Æmulus virtutis ejus B. Eucherius, cùm ab eremo in proxima ab ipſo Honorato degens inſula &c.* Hunc ipſum Eucherium, ante converſionem, ſuſcepiſſe ex legitimo conjugio *Salonium ac Veranum*, poſteà Epiſcopos, mihi videtur longè verius. Hos filios ſuos Eucherius, ut ex Chriſtianæ pietatis regulis à prima ætate componerentur, admodum

humili ætate in Lerinenſem diſciplinam ablegavit: non ut monaſtici inſtituti tirones, ſed (quod antiquus *S. Baſilii*, à Gregorio Nazianzeno in Monodia laudatus, & *S. Benedicti*, aliorumque priſcorum cœnobitarum uſus ferebat) ad teneram ætatem ſanctorum illorum monachorum exemplis ac doctrina imbuendam. Ita enim ad Salonium ſuum præfatur Eucherius, initio libri de difficilioribus ſacræ Scripturæ Quæſtionibus: *Dignum eſt quacumque cura mea ingenium tuum remunerari, qui vixdum decem natus annos, eremum ingreſſus, inter illas ſanctorum manus non ſolùm imbutus, verùm etiam enutritus es, ſub Honorato patre, illo, inquam, primùm inſularum, poſtea etiam Eccleſiarum magiſtro; cùm te illic beatiſſimi Hilarii, tunc inſulani tironis, ſed jam nunc ſummi Pontificis, doctrina formaret, per omnes ſpiritalium rerum diſciplinas; ad hoc etiam te poſtea conſummantibus ſanctis viris Salviano atque Vincentio, eloquentia pariter ſcientiaque præeminentibus.*

De hujus prioris Eucherii operibus ita Marcellinus Comes in Chronico: *Conſulibus Varrane & Joanne* (hoc eſt, anno Chriſti quadringenteſimo quinquageſimo ſexto) *Eucherius Lugdunenſis eccleſiæ Pontifex multa ſcripſit, tam eccleſiaſticis quàm monaſticis ſtudiis neceſſaria.* Ex his Iſidorus in catal. c. 15. profert libellum elegantiſſimum *de laudibus eremi;* quem in ſeceſſu prope Lerinum Eucherius ſcripſit ad *Hilarium*, poſtea Arelatenſem Epiſcopum: ubi & epiſtolam paræneticam *de contemptu mundi ad Valerianum* conſcripſit. Quam quidem paræneſim Eraſmus mirificè laudat, omnesque dicendi Veneres in eam confluxiſſe teſtatur.

Habemus inſuper hujus Eucherii jam Epiſcopi, ut ex Salviani Maſſilienſis reſponſo liquet, *libellum ad Veranum de formulis ſpiritualis intelligentiæ*, & *alterum ad Salonium de difficilioribus Scripturæ ſacræ Quæſtionibus.* Quos libellos Ruſticus Epiſcopus ampliſſimis verbis celebrat, ea ad Eucherium ipſum epiſtola, quam Sirmondus in Notis ad Sidonii librum 2. epiſt. 11. exhibet. Hos ipſos libellos quia plerumque exſcribit Beda, malè cenſet Sixtus Senenſis ex eo deſcriptos eſſe.

Huic item Eucherio Gennadius cap. 65. attribuit *Joannis Caſſiani epitomen;* ea voce obducens expurgationem operum Caſſiani, à S. Eucherio factam. *Homilias* item ſeu conciones hujus Eucherii Claudianus Mamercus, presbyter Viennenſis, lib. 2. de ſtatu animæ cap. 9. memorat: *Haut quaquam*, inquit, *Eucherium præterierim, mihimet viventem doctrina & præſentaneis coram diſputationibus cognitum: qui viridis ævi, maturus animi, terræ diſpuens, cæli appetens, ingenii ſublimiſſimus, ſcientiæ plenus, eloquii profluus, magnorum ſeculi ſui Pontificum longè maximus, editis in rem Fidei multijugis variorum operum voluminibus, ad populum quoque his ſuper ſtatu animæ concionatus eſt. Quærere, inquit, quidam ſolent, quomodo in Chriſto miſceri potuit homo & Deus &c.* Cæterùm obſerva, cùm ea ſcriberet Claudianus, defunctum jam fuiſſe Eucherium. Id enim ferunt illa ejus verba, *Mihimet viventem doctrina & præſentaneis coram diſputationibus cognitum;* utique Lugduni, in tanta Viennenſium, inter quos Claudianus, & Lugdunenſium vicinia. Itaquè cum Claudianus (quod ex ejus epiſtola apud Sidonium notavit Joannes Savaro) opus de ſtatu animæ, ante Sidonii Epiſcopatum, ſcripſerit, & Sidonio dicaverit; Sidonius autem Flavio Antiocho & Anicio Baſſo Conſulibus (hoc eſt, anno Chriſti quadringenteſimo triceſimo primo) natus, è tribunalibus ad Epiſcopatum adductus ſit ævo adhuc florente; concluditur, Eucherium hunc priorem non tamdiu in vivis fuiſſe, quantùm ferunt ſubductiones Bellarmini & aliorum, qui unicum agnoſcentes Eucherium, ad annum usque Chriſti quadringenteſimum nonageſimum nonum ejus vitam prorogant.

Demum ex deſcripto Claudiani loco habemus, Eucherii hujus *Homilias* aliquas illo ævo vulgatas fuiſſe; inter quas non dubito annumerandas eas, quæ de quibusdam Sanctis Lugdunenſibus, ut de *S. Blandina*, deque *SS. Alexandro & Epipodio*, exſtant. Aberravit enim à vero Gagneius, & alii, qui Homilias illas Euſebio Emiſſeno adſcripſerunt. Quo minùs tamen omnes illas quinquaginta Homilias, per errorem Emiſſeno tributas, Eucherio vindicare velim (nam cæteræ quæ *de tempore* dicuntur, & Euſebio item Emiſſeno perperàm adſcribuntur, ne pilum quidem nativæ Eucherii elegantiæ habent) facit ſtili in plerisque diſſimilitudo; & quòd aliquas ex eis *Fauſti Reienſis*, aliquas *Maximi* item *Reienſis*, nonnullas *Cæſarii* aut *Hilarii Arelatenſis* eſſe, evictum jampridem videam a Bellarmino in catalogo, aliisque recentioribus. Ut autem eas, quas dixi, de SS. Lugdunenſibus Homilias ſeniori potiùs Eucherio Lugdunenſi quàm juniori adſcriptas velim, facit earum concinnitas & acuta venuſtas, quam in hoc ſeniore Eucherio priſci omnes ſuſpexerunt, & quæ ex indubitatis ejus operibus, *libro*, inquam, *de laudibus eremi ad Hilarium*, & *paræneſi de contemptu mundi ad Valerianum*, perſpicuè liquet. De poſteriore autem Eucherio nullum certum habemus facundiæ ſpecimen.

Eucherius porrò junior, Lugdunenſis item Epiſcopus, is eſt, in quem cadunt omnia, quæ de S. Eucherii in ſpecu ad Druentiam fl. incluſione, deque abductione ad Lugdunenſem ſedem, Angeli monitu, Ado in Marryrologio 16. Novembris narrat. Atque adeò ipſe etiam eſt, qui genere Senatorio illuſtris in Phocenſi provincia vixit, *Gallæ* maritus, & *Conſortiæ* ac *Tullia* virginum pater. In hunc eumdem cadit narratio illa inſignis miraculi, quam Cyprianus, S. Cæſarii Arelatenſis diſcipulus, in ejus vita his verbis profert: *Cum aliquan-*

*aliquando circa Alpes Cæsarius inter ageret, vir venerabilis S. Eucherius Lugdunensis Episcopus cum illo erat. Accidit tum, ut in media via infelix & morbida mulier eis occureret, manibus & pedibus contractis per terram reptans. Quam cùm esset intuitus B. Cæsarius, dixit Eucherio: Mitte in nomine Domini manum tuam, & erige eam. Tum ille obediens, porrigit femina manum, & sublevat eam. Illa verò mox integrè sanata abiit ad hospitiolum suum.*

Baronius in gestis anni 529. censet, huic posteriori Eucherio tribui *librum de laude eremi* ab Honorio Augustodunensi, sed labitur. Nam Honorius nusquam scribit aut prodit, sibi notum fuisse juniorem Eucherium Lugdunensem; sed eum dumtaxat, quem seniorem vocavimus, suo operi de Scriptoribus ecclesiasticis bis inseruit, videlicet libro 2. cap. 62. Gennadium, & lib. 3. cap. 17. Isidorum suo more exscribens. Et quamquam juniorem quoque Eucherium (ut ea ferebant tempora, verè aureorum in Gallia Episcoporum) eruditum virum fuisse facilè persuadear, idque significet, quæ eidem probabiliter tribuitur, Eucherii Episcopi subscriptio in Concilio secundo Arausicano, cui S. Cæsarius Arelatensis præfuit: tamen nullus supereſt ingenii fœtus, quem doctrinæ ejus indicem habeamus, præter *historiam SS. Thebæorum martyrum*, à Surio 22. Septembris, & seorsim à Stevartio Ingolstadii 1617. editam. Quæ quidem cùm sit S. Eucherii Lugdunensis Episcopi, ut titulus in manuscriptis etiam codicibus præfert, prioris tamen Eucherii venustatem atque elegantiam nullo modo redolet. *Commentarii* verò *in Genesim* ac *libros Regum*, cùm in eis citetur S. Gregorius Magnus, hoc quoque juniore Eucherio posteriores sunt, & Anglum hominem, non Gallum sapiunt: ut ex libro 3. commentarii in libros Regum cap. 22. colligi datur. Quare verissimum mihi videtur, *elogium admirandæ fidei ac doctrinæ*, quod in Martyrologiis 16. Novembris Eucherio tribuitur, cadere in priorem Eucherium. Cætera autem, quæ attexta sunt, quæque in juniorem Eucherium cadere monstravimus, arbitror, ex indistinctione duplici Eucherii, adjuncta fuisse ab Usuardo; quem Ado & alii posteà absque penitiori examine descripserunt. *Sic ferè Rainaudus in suo Indiculo Sanctorum Lugdunensium.* Sunt tamen viri magni, qui argumentis istis, à Rainaudo productis, nihil moti persistant in unico Eucherio Lugdunensi statuendo. Ego rem istam criticis Celtis, ad quos ut domestica potissimùm pertinet, enucleatiùs discutiendam relinquo. Hoc unum tamen significo; anno Urbis conditæ millesimo centesimo octogesimo quinto, hoc est, anno Christi quadringentesimo tricesimo secundo, ab Eucherio scriptam esse *paræsim de contemptu mundi ad Valerianum:* ut ipsemet in ejus contextu testatur.

LXXXX. SALONIUS Episcopus, S. Eucherii Lugdunensis, ante conversionem, ex matrimonio filius, S. Honorati in Lerino insula vixdum decem natus annos, & postea Salviani Massilienſis ac Vincentii Lerinensis discipulus (ut superiore capite dictum est) Eucherio patre cum Salviano adhuc superstite, ad episcopatum assumptus fuit: ut Salviani ejusdem ad Eucherium epistola docet. Ad cujus porrò urbis aut loci episcopatum evectus fuerit, nemo veterum exprimit. Ioannes Savaro in Notis ad lib. 7. Sidonii epist. 15. censet *Salonium* ad Genavensem, Veranum autem, ejus fratrem, ad Vencienſem episcopatum fuisse evectos. Ut ut sit, Salonius scripsit *Explicationem mysticam in Parabolas Salomonis*, per modum dialogi, cujus interlocutores sunt *Verantus* & *Salonius*. Exstatque tomo quinto Bibliothecæ Patrum, editionis Colonienſis. Inter epistolas Leonis I. Papæ legitur epistola à *Ceretio*, *Salonio* & *Verano* episcopis ad Leonem scripta.

VERANUS seu *Veranius*, S. Eucherii Lugdunensis Episcopi itidem filius, patre Eucherio etiamnum Lugduni superstite, Magister ecclesiæ sive Episcopus fuit: ut habet Salviani ad Eucherium epistola jam citata. Itaque ab isto Verano, Eucherii filio, alius fuit *S. Veranus Lugdunensis Episcopus*, Martyrologio Rom. die 11. Novembris adscriptus, qui sub annum Christi quadringentesimum sexagesimum decessit. Alius item ab utroque fuisse videtur *Veranus Vencienſis in Gallia Episcopus*, ad quem data exstat epistola Hilarii Papæ.

LXXXXI. RUSTICUS Episcopus (an Burdigalensis, an Narbonensis, aut cujus loci, nescitur) scripsit *elegantem epistolam ad S. Eucherium Lugdunensem Episcopum*, qua duos ejus libellos ad *Veranum* & *Salonium* scriptos, *De formulis seu phrasibus spiritalis intelligentiæ*, & *difficilioribus Scripturæ sacræ Quæstionibus*, mirificè laudat. Epistolam illam Sirmondus in Notis ad Sidonii 2. librum, epist. 11. ex codice Corbeiensi edidit: in quo, post dictas Eucherii Quæstiones in Scripturam, subjicitur epistolis Salviani Massilienſis & Hilarii Arelatensis ad eumdem Eucherium. Duo autem isti libelli, à Rustico laudati, exstant in Bibliotheca Patrum, tomo 5. editionis Colonienſis, cum aliis aliquot S. Eucherii operibus.

LXXXXII. MAXIMUS ex Abbate Lerinensi, sub annum Christi quadringentesimum tricesimum tertium, creatus Regiensis seu Reiensis in Gallia Episcopus, scripsit inter alia *Homiliam quartam de Paschate*, quæ inter Homilias Eusebii Emisseni nomine publicatas circumfertur: ut Joannes Savaro in Notis ad Sidonium lib. 4. epist. 3. censet. Tres præcedentes eidem Maximo titulus vindicare videtur. *Homiliam* porrò de *S. Maximo* à Fausto (qui Maximi in Abbatiali primùm munere, pôst in Episcopatu successor fuit) conscriptam esse, Dynamius in vita ejusdem Maximi testatur. *Homilia de vidua*, quæ duo era misit in Gazophylacium, est etiam Fausti.

LXXXXIII. SIMEONES STYLITÆ tres leguntur apud Scriptores antiquos. Primus è Cilicia, vico Siſa vel Seſa oriundus, omnium Stylitarum auctor, Kalendis Septembris à Græcis, juxta Menologium & Menæa; à Latinis verò die quinto Januarii, juxta Faſtos Romanos, colitur. De hoc Theodoretus cap. 26. hiſt. Antonius in Vitis Patrum, Nicephorus Calliſtus, Glycas, Cedrenus & alii agunt. Vixit annos novem ſupra centum, & anno Chriſti quadringenteſimo ſexageſimo ad cœlos evolavit. In Bibliotheca Patrum, tomo 5. editionis Colonienſis, exſtat *epiſtola* ſive *Sermo de morte aſſiduè cogitanda*, quem huic Simeoni Stylitæ Bellarminus in catalogo adſcribit. Scripſit inſuper epiſtolas pro concilio Chalcedonenſi, quarum Baronius an. 458. meminit.

SIMEON STYLITA ſecundus Antiochiæ in Syria, imperante Juſtino, natus, vixit annos octoginta quinque; & ſub Mauritio Imp. defunctus eſt. Hic in Menæis & Menologio die 24. Maji celebratur, & à Nicephoro lib. 18. cap. 14. laudatur.

SIMEONEM STYLITAM tertium vulgò vocant Fulminatum, eò quòd fulmine dejectus fuerit. Nec eſt hæc nota impietatis aut ſceleris, cum viri ſancti inexpectato mortis genere è medio tolluntur, ſive apoplexia percellantur, ſeu fulmine ſternantur, ſive ruinis elidantur, ſeu peſtilentia, fame, ſiti, ferro, igne, aqua extinguantur. Nullum mors facit impium, ſed in impia vita deprehenſos inuſitata via ad lethum ducit; nec id ſemper. Sæpè ſceletati pacatè obeunt, innocentes cum ingenti tormento. Enimverò Simeon ſingulari voto hoc fulmen extorſit, ut videretur non ſanctus, nec coleretur, ut qui tamquam noxius à cœleſtis iræ vindicta cenſeretur plexus. Fuit hic natione Syrus, & à Sophronio cap. 24. laudatur.

Cæterùm ea nunc ſunt tempora & mores hominum, ut non ſolùm nihil eorum tentemus vel audeamus, quæ veteres aſcetæ maximo animorum robore muniti deſignarunt, ſed fidem etiam factis majorum quodammodò abrogemus, quòd ab illorum virtute tàntis intervallis diſtemus, ut vix perſuaderi nobis poſſit, tam ſeverum vitæ genus quemquam mortalium voluiſſe vel etiam potuiſſe tot annis ſuſtinere. Ut verear ne (quod Plinus junior de ſuo ſæculo quæritur) poſtquam tam fortia & illuſtria facere deſivimus, laudare quoque deſita ineptum putemus, quando jam omnia egregia & conſtantia virtutis exempla exoleverunt. Philoſophorum patientia, Gymnoſophiſtarum tolerantia, Maſiniſſarum, Severorum, Spartanorum labores meritò ruborem nobis exprimunt, qui Chriſti tot acerba paſſi nomine gloriamur.

STYLITA porro dicitur qui columnam inſiſtit, ſeu in columna aut ſupra columnam degit. Quod ſtandi & vivendi genus invenit & exercuit Simeon ille primus, paulò ante laudatus, qui ut publicus mundi Eccleſiaſtes ex alta ſtatione & excelſa columnæ cathedra, ſic gentes dictis erudiebat, factisque permovebat: ut ex toto penè terrarum orbe, ad eum audiendum ac ſpectandum, inſtar acceſſus ac receſſus exæſtuantis maris, frequentes hominum concurſus fierent. Inter eos numerantur à Theodoreto *Agareni*, *Perſæ*, *Armenii*, *Itali*, *Hiſpani*, *Galli*, *Britanni*, *Homeritæ*, *Latini*, *Græci*, *Barbari*. Tanta verò erat opinio de ſanctitate viri ab omnibus concepta, ut Romæ in omnium penè officinarum veſtibulis & porticibus ſigilla ſeu minutas icones, Simeonis os habitumque referentes, exponerent, quibus ſibi abſentem repræſentarent, & abſentis opem præſentem ſentirent. De his & aliis Stylitis plura admiranda legere qui volet, Matthæum Raderum, S. I. Theologum conſulat, in Viridario Sanctorum, parte 3. cap. 4.

LXXXXIV. ANTONIUS, S. Simeonis Stylitæ primi (qui Martyrologio Rom. 5. Januarii adſcriptus eſt) diſcipulus, magiſtri ſui vitam ſcripſit, quæ in Hiſtoria Patrum, tomo 1. editionis Plantinianæ legitur. Vixit ipſe cum Simeone, & vermes de corpore ejus fluentes collegit, & in ulcerum cavernis repoſuit, ut ipſe de ſe in hæc verba narrat: *Quidam juvenis adſtitit ei Antonius nomine, qui vidit hæc & ſcripſit. Juxta præceptum illius colligebat vermes de corpore ejus, qui cadebant in terram, & porrigebat illi rurſum. At ille ponebat eos ſibi in ipſo vulnere, ad ſimilitudinem juſti Job dicens: Manducate quod vobis Dominus dedit.* Et infra ad finem: *Ego humilis peccator Antonius, in quantum potui, lectionem brevem hanc expoſui.*

LXXXXV. S. LEO I. Papa, cognomento Magnus, Herculano & Sporatio Conſulibus, hoc eſt, anno Chriſti vulgari quadringenteſimo quinquageſimo ſecundo, *cum Avieno viro conſulari, legationem obiit ad Attilam; quo ſuadente abiit trans Danubium:* ut in manuſcripto Proſperi Chronico legitur. Obiit autem Leo anno quadringenteſimo ſexageſimo primo, cum annis viginti laudatiſſimè præfuiſſet. Ingenii ejus monumenta Romani, Pariſienſes, Colonienſes & alii non ſemel typis evulgarunt.

LXXXXVI. LEO, Bituricenſis in Gallia Epiſcopus, ſub annum Chriſti quadringenteſimum quinquageſimum quartum, unà cum Victurio Cenomanenſi & Euſtochio Turonenſi ſcripſit *Epiſtolam ad Epiſcopos & presbyteros provinciæ*, non Thraciæ (ut inter Leonis I. Papæ epiſtolas vulgatum eſt) ſed *Tertiæ:* quo nomine Turonica provincia deſignatur, quæ eſt Tertia Lugdunenſis; ut Sirmondus in Notis ad Concilia Galliæ obſervavit. Monet autem Leo iſtâ epiſtolâ, *Ut clerici ſæcularia judicia non expetant.*

LXXXXVII.

LXXXXVII. IDatius Lemicæ in Gallæcia Epiſcopus (alius, & quidem longè poſterior Idatio ſeu Itachio Epiſcopo, cujus meminit Sulpitius Severus ſub finem ſuæ hiſtoriæ) ſcripſit Chronicon ab anno Chriſti trecenteſimo octogeſimo usque ad annum quadringenteſimum ſexageſimum ſeptimum. Quod quidem Chronicon integrum (nam antea illius excerpta tantùm exſtabant) Jacobus Sirmondus Lutetiæ 1619. typis edendum curaravit. In geſtis anni 445. Idatius hæc narrat: *In Aſturicenſi urbe Gallæciæ, quidam ante aliquot annos latentes Manichæi geſtis Epiſcopalibus deteguntur, quæ ab Idatio & Turibio* (Aſturicenſi) *Epiſcopis, qui eos audierant, ad Antonium Emeritenſem Epiſcopum directa ſunt.* Sunt qui ad Idatium hic memoratum ſpectare putant *librum Idatii adverſus Varimundum*, qui in Bibliotheca Patrum exſtat, tomo 5. editionis Colonienſis.

LXXXXVIII. EUgippius ſive Eugipius, Lucullanenſis in Italia propè Neapolim Abbas, ab Iſidoro in catalogo cap. 13. laudatus, biennio poſt Conſulatum Opportuni (al. Importuni,) hoc eſt, anno Chriſti quingenteſimo undecimo, ſcripſit vitam magiſtri ſui *S. Severini* Abbatis, ac Noricorum Apoſtoli: quam Surius mutilam a. d. 8. Januarii, Marcus Velſerus integram Auguſtæ Vindelicorum evulgavit. De eo Caſſiodor. c. 23. divin. inſt.

Eugippius Africanus Abbas, à Sigeberto in catalogo cap. 39. memoratus (alius, & quidem poſterior Eugippio Lucullanenſi) collegit *Theſaurum ex operibus S. Auguſtini:* quod opus Caſſiodorus divin. lect. cap. 3. laudat. Vide quæ in Scholiis ad citatum Sigeberti locum diximus, & ex iis corrige ea quæ ad cap. 13. Iſidori ex Molano produximus.

LXXXXIX. PRosperum Aquitanum alii *Reienſem* in Gallia, alii *Regienſem* in Italia Epiſcopum faciunt. Sed is, mea quidem ſententia, Epiſcopus numquam fuit. Reienſi ſanè (quod multis magnisque viris placuiſſe video) in Provincia ſecunda eccleſiæ præeſſe non potuit: cùm certum ſit, vel Sidonio auctore, in ea cathedra poſt Maximum ſediſſe Fauſtum. Quorum quidem ille Hilarii Arelatenſis temporibus (ut ex Reienſi & Arauſicano Conciliis, atque ex Hilarii ipſius vita conſtat) Epiſcopus jam erat, ac proinde ſuperſtite adhuc Proſpero; qui ultra Hilarii ætatem, hoc eſt, usque ad Urbem Romam à Vandalis captam ſua Chronica produxit. Fauſtus verò, Maximi ſucceſſor, ut ex ejusdem Sidonii Epiſtolis liquet, Proſperi annos exceſſit, quem omnes conſentiunt ad Anthemii Imp. tempora non perveniſſe. Unde ſequitur, Proſperum Aquitanum neque ante Maximum, neque poſt Fauſtum, cathedram Reienſem regere potuiſſe. Sed ut Epiſcopum prorſus non fuiſſe ſentiam, facit veterum omnium auctoritas, Victorii lib. de Cyclo Paſchali ad Hilarum, Gennadii lib. de Scriptoribus eccleſ. cap. 84. Gelaſii I. Papæ in cenſura de libris apocryphis, Marcellini Comitis in chronico ſincero & non vitiato, Bedæ in Martyrologio VII. Kalendas Julii, & aliorum: qui cùm de Proſpero alia omnia narrent, de Epiſcopali ejus honore mentionem nullam faciunt. Quare Proſperum, qui inter Regii Lepidi Epiſcopos numeratur, alium ab Aquitano fuiſſe crediderim, adeoque falli eos qui cum Trithemio & Flaminio utrumque confundunt. Sic ferè Sirmondus in ſuis Notis ad Sidonii epiſtolam 15. lib. 8.

Haut abs re fuerit his ſubnectere, quæ de quatuor iſtius ævi Proſperis Ægidius Bucherius, in ſuo commentario ad Victorii Aquitani Canonem Paſchalem, cap. 6. notavit: Primus *Proſper Aurelianenſis Epiſcopus*, Aniani (qui Attilæ tempore & in Gallias eruptione præfuit) ſucceſſor, Sidonio Apollinari familiaris fuit: ut ex hujus epiſtola 15. lib. 8. conſtat. Ejusdem Proſperi Beda in Martyrologio IV. Kalendas Auguſti meminit. Secundus ſit *Proſper Regii Lepidi in Æmilia Epiſcopus:* ſi Eccleſiæ iſti, quæ Feſtum & Officium de eo celebrat, ac propium etiam hymnum cantat, & Romano Martyrologio ad Junii 25. diem fides eſt, ut eſſe debet. Tertius denique ſit *Proſper Aquitanus;* quem Gennadius in catalogo cap. 84. *Chronicon* ſcripſiſſe dicit, ab orbe condito usque ad Romam à Genſerico Vandalorum Rege captam. Et hunc quidem Trithemius, Flaminius, aliique cum Regienſi in Æmilia Epiſcopo confundunt, & unum faciunt. Sed numquam Epiſcopum fuiſſe contendit Sirmondus in Notis ad Sidonium: quamquam nominis æquivocatio fecerit, ut quæ Chronographo & Gallo contra Pelagianos ſcripta ac ſimilia conveniunt, Regienſi pariter adſcribantur. Horum alteri ultimam Cycli Paſchalis 84. annorum caſtigationem & expanſionem adſcribamus, neceſſum eſt.

Atque ego quidem *Chronographo* laudem iſtam lubens adſcriberem; quem harum rerum in primis curioſum ac peritum ex Chronico ejus manuſcripto fuiſſe conſtat: ubi binam binorum Paſchatum dubiorum mentionem facit, & Cycli iſtius, quaſi fœtus proprii, capita ſeu principia quinque adnotat. Sed repugnare videtur ætas ejus ſatis nota. Nam cum Chronicon ſuum ad annum Chriſti vulgarem quadringenteſimum quinquageſimum quintum (ut ex ipſo codice manuſcripto & Victorii Aquitani Canone Paſchali conſtat) perduxerit; ſi idem Cyclum iſtum anno Chriſti trecenteſimo octogeſimo ſecundo aut circiter caſtigavit & edidit, totos ſeptuaginta quatuor annos in ſcriptionem incuberit. Tum verò ſi vitam ad annum quadringenteſimum ſexageſimum tertium (ut Marcellini Comitis Chronicon ſignificat) extendit; annum ætatis centeſimum exceſſerit. Nemo enim negaverit, annorum, ut minimùm, viginti quinque eſſe debuiſſe, ut tam ſubtilis caſtigationis opus

aggrederetur & expediret. Ad hæc Gennadius cap. 84. cùm Proſperi hujus opera recenſet, de Cyclo Paſchali ne verbum quidem adfert; tametſi cap. 88. ubi de Victorio Aquitano calculatore agit, Proſpero cuidam ſimile opus attribuat.

At verò *Proſperi Regienſis* (de quo nihil Gennadius) paulò obſcurior eſt memoria & ætas: quam ſi ad annum Chriſti circiter trecenteſimum octogeſimum referre certò poſſemus, planè Cycli hujus interpolatorem & extenſorem diceremus. Huc enim nos ducit paſchalis illa *S. Ambroſii* 84. epiſtola, anno vulgari 381. ad Æmiliæ Epiſcopos data. Quorſum enim ad Æmiliæ Epiſcopos, & de dubio per idem tempus, Latinos inter & Alexandrinos, Paſchate; niſi quòd tum primùm Canon iſte Proſperi, Regienſis probabiliter in ipſa Æmilia Epiſcopi, juxta Latinorum placita prodiret, & Theophiliano Canoni, paulò antè edito, opponeretur? quem cæteri iſtius provinciæ Antiſtites, ut & Latinorum alii, complecti vellent, & quos Ambroſius ad Alexandrinorum ſententiam reducere moliretur. Sed me rurſum ab hac ſententia abducit tum vetus Eccleſiæ Regienſis hymnus, à Joanne Ferrario in Catalogo Sanctorum Italiæ productus, qui Proſperum ſuum canit à S. Leone I. Papa miſſum Epiſcopum; tum Martyrologium Romanum, quod hunc Regienſem contra Pelagianos quoque ſcripſiſſe teſtatur: quæ omnia eumdem cum Chronographo faciunt.

Eſt & *Proſper Tyro*, quem Beda in fine libelli de re Metrica memorat, & conjugatum fuiſſe dicit; cùm exhortatorium illius carmen ad uxorem refert, *Age jam precor mearum comes irremota rerum.* Et hujus *Chronicon*, à vulgato Proſperi valdè diverſum, primus Petrus Pithæus evulgavit, ad Valentiniani quoque mortem perductum; unde cum alterius ætatis, quàm vulgatus, eſſe vix potuerit, nihil magis ad ipſum pertinere videtur poſtrema Cycli annorum caſtigatio. Hæreo itaque, & exſpecto dum major aliunde lux affulgeat, perlubenter à quovis monitore docendus. Sic ferè Bucherius in ſuo commentario ad Victorii Canonem Paſchalem.

Cæterùm *Proſperi opera Theologica* Joannes Soteallus, Theologus Lovanienſis, ad fidem veterum codicum mss, emendavit, & Lovanii 1566. in 4. edenda curavit: quæ tomo 5. Bibliothecæ Patrum 1618. Coloniæ recuſa leguntur. Proſperi, ut & Hilarii Arelatenſis, cum laude meminit Cæleſtinus I. Papa epiſt. 2. ad Epiſcopos Galliæ, ſub annum Chriſti quadringenteſimum triceſimum primum, data: *Filii*, inquit, *noſtri præſentes, Proſper & Hilarius, ſunt apud nos proſecuti &c.*

Quod ad libros tres *De vita contemplativa* attinet, qui inter Proſperi opera, Lovanii, Coloniæ & alibi edita, leguntur; illos non eſſe Proſperi, ſed *Juliani Pomerii*, docet Iſidorus Hiſpalenſis cap. 12. de Scriptoribus Eccleſiaſticis: ſit in Scholiis ad cap. 84. Gennadii dictum eſt. Ibidem reperies diſſertationem de tribus diverſis editionibus Chronici Proſperiani.

C. FAUSTUS, Reienſis in Gallia Epiſcopus, circa annum Chriſti quadringenteſimum ſeptuageſimum quintum ſcripſit *libros duos de gratia Dei, & humanæ mentis libero arbitrio.* Scribendi occaſionem dedit hæreſis Prædeſtinatorum, quæ, ut Proſper & Sigebertus in chronicis tradunt, ſub Honorio Imp. orta, ex libris S. Auguſtini malè intellectis initium ſumpſiſſe ferebatur. Hi de prædeſtinatione ita differebant, quaſi fatalem quandam neceſſitatem afferret, quæ bonorum operum ſtudium omne præcideret: quippe qui nec mala opera obeſſe hominibus poſſe dicerent, ſi eſſent prædeſtinati, nec bona prodeſſe, ſi non eſſent. Cui abſurdo quia nonnullis quorumdam librorum ſuorum ſententiis viam munire, aut vim addere S. Auguſtinus, quorumdam in Gallia Epiſcoporum aliorumque judicio, videbatur, ab illo propterea, cùm in cæteris maximi facerent, vehementer hac in parte diſſidebant. At contrà, qui pro S. Auguſtini placitis cum *Proſpero* dimicabant, ejus adverſarios, quòd naturæ humanæ plus æquo tribuere viderentur, ut Semipelagianos inſimulabant. Quâ notâ in ſuis etiam libris ſuprà nominatis Fauſtus Regienſis non caruit. Nam & à Gelaſio Papa hoc nomine inter apocryphos relati ſunt, & ab Avito Viennenſi, atque à Fulgentio Ruſpenſi, & aliis pluribus oppugnati. Cæterùm gravi ac diuturnæ contentioni, quæ ſanctiſſimos & doctiſſimos utrimque viros in Gallia centum ampliùs annos exercuit, finem poſtea tandem attulit Synodus Araufficana ſecunda, anno quingenteſimo viceſimo nono celebrata: quæ totam de gratia & libero arbitrio controverſiam ex S. Auguſtini ſententia compoſuit. Sic ferè Sirmondus tomo 1. Conciliorum Galliæ; ubi & plura huc ſpectantia reperies. De Fauſto vide item quæ in prolegomenis ad Gennadii catalogum, itemque in Scholiis ad eumdem diximus, cap. 84. & 100.

CI. GREGENTIUS Tephrenſis Archiepiſcopus edidit *Diſputationem cum Herbano Judæo à ſe habitam*, quam Nicolaus Gulonius, Græcarum litterarum Lutetiæ Profeſſor Regius, Latinè reddidit; exſtatque tom. 5. Bibliothecæ Patrum, à Colonienſibus editæ.

CII. GENNADIUS Conſtantinopolitanus Epiſcopus anno quadringenteſimo quinquageſimo octavo electus, & à Gennadio in catalogo cap. 90. memoratus, demùm anno quadringenteſimo ſeptuageſimo primo vivere deſiit. Scripſit *Homilias plurimas & commentarium in Danielem.* Iſto multis ſæculis poſterior fuit *Gennadius Scholarius*, itidem Conſtantinopolitanus Epiſcopus; qui anno milleſimo quadringenteſimo ſexageſimo vivere deſiit; infrà ſuo loco à nobis memorandus.

CIII. CON-

CIII. CONSTANTIUS, presbyter Lugdunensis (non autem Episcopus, ut Isidorus in catalogo cap. 4. putavit) à Sidonio Apollinari sæpè laudatus, scripsit *libros duos de vita S. Germani Episcopi Antisiodorensis*, qui in tomis Surianis exstant. Ejusdem res gestas postea carmine eleganti *Ericus*, in Antisiodorensi S. Germani cœnobio monachus, descripsit, Caroli Calvi temporibus.

CIV. GEORGIUS, Alexandrinus in Ægypto Episcopus, scripsit *vitam S. Joannis Chrysostomi*, ex qua Photius cod. 96. dedit excerpta. Negat idem, certò se posse affirmare, quis hic Georgius sit. Sed placet, quod amicus olim noster Andreas Schottus ibidem annotavit, illum videri, qui S. Joanni Eleëmosynario successit, circa annum quadringentesimum vicesimum.

CV. S. FLAVIANUS Constantinopolitanus Episcopus S. Proclo successor anno 447. datus, ad Leonem I. Papam *varias* scripsit *epistolas*, quæ olim in bibliotheca S. Antonii apud Venetos asservabantur. Exstant & Leonis litteræ, vicissim ad Flavianum datæ. Idem porrò Flavianus scripsit *Acta cum Eutyche, & librum de ejus erroribus.* Obiit exul anno quadringentesimo quadragesimo nono.

CVI. GELASIUS patria Cyzicenus, Cæsariensis in Palæstina Episcopus, *Res in primo œcumenico Concilio Nicæno gestas libris tribus* descripsit: ut Photius in Bibliotheca cod. 88. disertè tradit. Horum librorum duos Græcè & Latinè Robertus Balforeus edidit: tertii autem loco non nisi tres Constantini Imp. epistolas exhibuit. Ex isto Gelasii commentario, itemque ex exemplari quodam Arabico, & veterum aliquot Patrum monumentis *Alfonsus Pisanus* quatuor suos de hac Synodo libros contexuit, & ejusdem Canones, post Franciscum Turrianum, illustravit. Idem porrò Gelasii commentarius exstat Græco-Latinus tomo 1. Conciliorum generalium, Romæ 1608. editorum, hac censurâ additâ:

In hoc commentario non pauca leguntur, quæ meliorum Scriptorum sententiis repugnant. Initio enim operis auctor affirmat, Arianos concilii Nicæni tempore non solùm contra filium Dei, sed etiam contra Spiritum sanctum blasphemasse; & lib. 3. introducit disputationes de divinitate Spiritus Sancti in eodem Concilio cum philosophis habitas. At id repugnare videtur verbis Epiphanii, hæresi 74. quæ sic habent: *Non fuit tunc* (id est, tempore Nicæni concilii) *de Spiritu sancto quæstio:* item verbis S. Basilii in epist. 78. quæ fidei Nicænæ confessionem continet: *Spiritus sancti ratio*, inquit, *in transcursu posita est, nulla diligentia digna judicata, propterea quòd nondùm mota esset hæc quæstio, sed sententia de ipso in animis credentium nullas adhuc insidias sustinuisset.* Præterea idem auctor lib. 2. cap. 1. Eusebium Cæsariensem ab Arianismi suspicione purgare nititur: cùm tamen S. Athanasius librum integrum scripserit de decretis Nicænæ Synodi adversus Eusebium Cæsariensem Arianum; & S. Hieronymus, lib. 20. Apologiæ adversus Ruffinum, eumdem Eusebium Arianum nominaverit.

Denique (ut alia leviora sileantur) hic ipse auctor l. 2. c. 32. scribit, Synodum Nicænam prohibere voluisse, ne Episcopi, presbyteri, diaconi & subdiaconi cum uxoribus, quas antea, cum laici essent, deduxissent, consuetudinem habere possent: obsistente autem Paphnutio, nihil de hac re decretum fuisse, & uniuscujusque arbitrio relictum, si ab eis abstinere vellent. Sed hoc esse manifestum figmentum, à veritate prorsus alienum, facilè deprehenditur ex S. Epiphanio, Hæres. 59. qui paulò post celebratum Concilium Nicænum scribens, disertis verbis affirmavit; sacris Canonibus adversari, quòd Episcopus, presbyter, aut diaconus ex uxore liberos gignat. Item S. Ambrosius & S. Hieronymus, Epiphanii æquales, ille lib. 1. de officiis cap. ult. iste in libro adversus Vigilantium, scribunt, non licere in Occidente, neque in Oriente, ad sacrum ministerium assumi nisi virgines aut continentes, aut qui, si uxores habeant, mariti esse desistant. Quod ipsum in Conciliis paulò post Nicænum celebratis, ut in Arelatensi II. can. 2. & in Carthaginiensi II. can. 2. confirmatum legimus. Quid, quòd in ipsa Nicæna Synodo exstat Canon tertius, quo cavetur, ne ulli Episcopo, vel presbytero, vel diacono liceat feminam aliquam domini retinere, præter matrem, sororem, vel amitam? Quo Canone satis apertè excluditur uxor, quæ primo loco nominanda fuerat, si vera essent quæ in hoc loco dicuntur. Sed nimirum Gelasius Cyzicenus non in Actis Concilii hanc narrationem repperit, sed à Socrate lib. 1. cap. 8. vel à Sozomeno lib. 1. cap. 22. (qui ptimi eam tradiderunt) sumptam, huic suo commentario inseruit.

Quemadmodum autem nonnulla in eo legimus à Concilio Nicæno aliena, si veteribus Patribus credimus, sic etiam contrà multa desunt, quæ ex eorumdem Patrum sententia in Actis ejusdem exstare deberent. Testatur enim S. Athanasius in oratione 1. adversus Arianos, & Theodoretus l. 1. hist. c. 8. Arii scripta & Epistolam Eusebii Nicomediensis lecta fuisse in Synodo Nicæna. Testatur quoque Julius Papa in epistola ad Athanasium, in Concilio Nicæno examinata fuisse Acta Synodi Alexandrinæ. At horum omnium in hoc commentario nulla fit mentio.

Nihilominus tamen, cùm ex Photii testimonio, in Bibliotheca cod. 15. & 88. constet, hujus operis auctorem fuisse *Gelasium Cyzicenum*, atque in eo nonnulla habeantur quæ usui

esse possunt, & propterea veteres scriptores, in his *Nicetas Choniates* lib. 5. de orthodoxa fide cap. 6. & *Joannes Cyparissiota* decadis 3. cap. 4. & decadis 10. cap. 2. illius mentionem faciant tanquam *Actorum concilii Nicæni*, ne à quopiam fortasse desideraretur, ad calcem primi tomi Conciliorum generalium Romani editores adjiciendum censuerunt.

Cæterùm Gelasius Cyzicenus vixit temporibus Basilisci tyranni (hoc est, circa annum Christi quadringentesimum septuagesimum sextum) ut ipse in præfatione testatur. Librum porrò *De duabus Christi naturis contra Eutychen*, qui tom. 5. Bibliothecæ Patrum, editionis Coloniensis, exstat, non esse Gelasii Cyziceni, sed *Gelasii I. Papæ*, jam olim censuit Fulgentius Ruspensis Episcopus; multa ex eo citans resp. 2. ad Ferrandum Diaconum: ut in Scholiis ad cap. 94. Catalogi Gennadiani retulimus.

Præter Gelasium Cyzicenum fuit & alius *Gelasius*, Cæsareæ item in Palæstina Episcopus, ab Hieronymo in catalogo cap. 130. laudatus; sed Cyziceno senior, & Euzoii in cathedra Cæsariensi successor: qui *Rufini libros duos*, historiæ Eusebianæ adjectos, ex Latino Græcos reddidit: ut Photius in Bibliotheca cod. 89. testatur.

CVII. S. Lupus Tricassinus, & S. Germanus Antisiodorensis, Episcopi, de quibus Martyrol. Rom. 19. & 31. Julii (anno Christi quadringentesimo vicesimo nono, ut Prosper in chronico & Baronius censent, aut anno quadringentesimo quadragesimo sexto, ut Beda & Sigebertus in chron. verisimiliùs scribunt) in Britanniam hæresi Pelagiana laborantem missi, totam Insulam ab ea labe repurgarunt. Exstat ejusdem S. Lupi & S. Euphronii Augustodunensis Episcopi *epistola ad Talasium Andegavensem Episcopum*, anno quadringentesimo sexagesimo primo data, *De solemnitatibus & de Bigamis clericis, & iis qui conjugati assumuntur.* Quam epistolam Sirmondus ex mss. còdicibus primus publicavit, tomo 1. Conciliorum Galliæ. Sidonius lib. 6. epist. 1. hoc elogio Lupum donat ac celebrat: *Cùm sis*, inquit, *procul ambiguo primus omnium toto, quà patet, Orbe Pontificum, cùm post desudatas militiæ Lerinensis excubias, & in Apostolica sede novem jam decursa quinquennia, utriusque sanctorum ordinis quendam te conclamatissimum primipilarem spiritalia castra venerentur: tu nihilominùs ultimos calones tuos lixasque non despicis.* Idem Sidonius lib. 7. epist. 13, *Gallicanorum Pontificum facilè principem* vocat. Eucherius Lugdunensis lib. de laude eremi hoc encomium addit: *Qui nobis illam ex tribu Benjamin Lupum retulit.* Sigonius lib. 13. de Imperio occidentali refert, Hunnos dicere solitos, Attilam à duabus feris, *Lupo* scilicet & *Leone*, victum fuisse; Lupum hunc Tricassinum, & Leonem Magnum Papam designantes.

Frater porrò germanus Lupo nostro fuit *Vincentius Lerinensis* monachus, à Gennadio in catal. cap. 64. laudatus: in qua insula & ipse Lupus olim monachum egerat. Inter Lupi discipulos recensentur *Pulchronius* Virdunensis, *S. Severus* Treverensis de quo Martyrolog. Rom. 15. Octob. & *Albinus* Catalaunensis, Episcopi. Ad Superos autem transiit Lupus anno Christi quadringentesimo septuagesimo nono, Episcopatus quinquagesimo secundo; ut Baronius supputat. In loco sepulturæ ejus, intra muros hodie Tricassinos, visitur illustris Abbatia Canonicorum ex formula Augustiniana viventium, S. Lupi titulo clara. De miraculis porrò, ad tumulos SS. Lupi & Germani fieri solitis, disertè scribit *Nicetius* Treverensis Episcopus, in epistola ad Clodosuindam Longobardorum Reginam anno quingentesimo sexagesimo primo data: *Quid dicam*, inquit, *de domino Germano, Hilario, vel Lupo, Episcopis? ubi tanta mirabilia hodie apparent, quantum nec dicere verbis valeo.*

CVIII. Joannes Ægeates, presbyter, scripsit libros quinque Historiæ ecclesiasticæ. Orsus à Theodosio juniore & Nestorio hæretico, definit in Zenone Imp. & dejectione Petri cognomento Fullonis. Non fuisse catholicum seu orthodoxum, ex eo probat Photius, quod Synodum Ephesinam, quæ latrocinatrix vocatur, divinam appellet; quòdque Dioscorum cum asseclis laudet, & Chalcedonense concilium probris insectetur.

CIX. Æneas Gazæus, ex Platonico Philosopho Christianus, scripsit *insignem dialogum de animæ immortalitate & corporum resurrectione*, quem inscripsit *Theophrastum*: quia persona primaria in dialogo Theophrastus nominatur. Ex Græco Latinè primùm redditus est ab Ambrosio Camaldulensi monacho, & Basileæ 1516. editus. Exstat idem tom. 5. in Bibliotheca Patrum, à Colonienſibus 1618. publicata. Ætatem ipse suam aperit sub finem dialogi, ubi dicit, se vidisse sanctos illos martyres, qui in persecutione Vandalica, abscissis linguis, optimè loquebantur. Hoc autem contigit imperante Zenone: ut ex Victoris Uticensis Episcopi libro de persecutione Vandalica constat.

Ab Ænea Gazæo longè alius fuit *Timotheus Gazæus*: qui sub Anastasio Imp. egregium, Historici, Philosophi & Grammatici nomen habuit. Suidas in Lexico narrat, ipsum scripsisse *de quadrupedibus & feris Indicis, Arabicis, Ægyptiis ac Lybicis*: item *de avibus peregrinis ac prodigiosis, & de serpentibus libros quatuor.*

CX. S. Victor, Uticensis in Africa Episcopus, laudatus in Martyrolog. Rom. 23. Aug. scripsit *libros tres de persecutione Vandalica, sub Genserico & Hunerico Regibus*, lectu dignissimos, ob insignium martyrum fortitudinem qui in ea persecutione claruerunt: exstantque in Bibliotheca Patrum, tomo 5. editionis Colonienſis. Testatur ipse lib. 3. se vixisse Zenone imperante, hoc est, sub annum salutis quadringentesimum nonagesimum. Cæterùm Utica, urbs Africæ olim celebris, hodie ab Italis *Porto Farina* nuncupatur. Alius eodem tempore

tempore *Victor*, Cartennæ in Mauritania, Africæ provincia, Episcopus floruit, à Gennadio in catal. cap. 77. memoratus.

CXI. RURICIUS Lemovicensis Episcopus scripsit *Epistolarum libros duos*, quos ex ms. codice monasterii S. Galli apud Helvetios primus edidit Henricus Canisius, tomo 5. Lectionis antiquæ. Scripsit eas partim Episcopus, partim ante Episcopatum. Inter illas sunt aliquot Epistolæ ad Sidonium Apollinarem, atque in his octava, cui Sidonius lib. 4. epist. 16. respondet. Eidem nondum Episcopo Sidonius lib. 5. & 8. alias in super epistolas scripsit. Vir fuit longè eruditissimus, & ante Episcopatum uxorem habuit *Iberiam*; exstatque Epithalamium Ruricio & Iberiæ versu à Sidonio scriptum.

CXII. S. PATRICIUS, Episcopus & Hibernorum Apostolus, cujus memoria in Martyrolog. Rom. 17. Mart. sub annum Christi quadringentesimum nonagesimum primum, ætatis octogesimum secundum, in Domino obdormivit; si Mariano Scoto chronographo credimus. In Bibliotheca Patrum, Coloniæ 1618. edita, sub finem tomi quinti, sub nomine S. Patricii legitur brevis *epistola, de ejus legatione seu missione ad Hibernos*, quæ sic incipit: *In nomine D. N. Jesu Christi, ego Patricius humilis servunculus Dei, anno Incarnationis ejusdem quadringentesimo tricesimo in Hiberniam à sanctissimo Papa Cælestino legatus* &c. Hanc epistolam primus edidit Gerardus Vossius, S. Ephræmi ex Græco interpres: dicitque se eam repperisse inter schedas Mariani Victorii, Episcopi Reatini. Sed mihi suspecta est, ob æram Incarnationis Dominicæ adjunctam, quæ S. Patricii ævo nondum erat in usu; utpote à Dionysio Exiguo, Abbate Romano, primùm excogitata sub annum quingentesimum vicesimum quintum, ac demùm sub annum 750. potissimùm in usum recepta. Joannes Pitseus, lib. de Scriptoribus Britanniæ, varia scripta S. Patricio attribuit: quæ si uspiam exstant, utinam quis proferat.

Porrò ante S. Patricium *Palladius* Episcopus sub annum 429. à Cælestino I. ad Scotos missus, Britannias à morbo Pelagiano liberavit: *qui dum Romanam insulam studet servare catholicam, fecit Barbaram Christianam*: ut Prosper lib. contra Collatorem loquitur. Per *insulam barbaram* Prosper hic designare videtur *Hiberniam*, utpote Romanis numquam armis subactam.

CXIII. LUGENTIUS, Carthaginiensis in Africa Episcopus (cujus ut viventis Gennadius in catalogo cap. 97. meminit) in Galliam relegatus, pulsusque à Vandalis, extremum vitæ spiritum reddidit Albæ Helviorum: ut Baronius in gestis anni 495. narrat.

CXIV. ANTONIUS, Constantiniensis in Africa Episcopus, scripsit *epistolam consolatoriam ad Arcadium*, actum in exilium à Genserico Vandalorum Rege: quam reperies tomo 5. Bibliothecæ Patrum, à Colonienſibus 1618. evulgatæ.

CXV. AGNELLUS Ravennensis Episcopus scripsit *epistolam de ratione Fidei* ad Armenium, quæ in citato tomo legitur. Coccius hunc auctorem sæculo quinto vixisse existimat.

CXVI. MALCHUS sophista Byzantinus, patria Philadelphiensis, teste Suida, scripsit historiam ab imperio Constantini Imp. usque ad Anastasium. Ejus stilum Photius cod. 78. commendat, & dicit sibi visos fuisse septem historiæ ejus Byzantinæ libros; nempe à Leonis Imp. obitu usque ad mortem Julii Nepotis, quæ in annum quadringentesimum octogesimum incidit.

CXVII. ARNOBII catholici & Serapionis Ægyptii *Conflictus de Deo trino & uno, de duabus in Christo substantiis in unitate personæ, de gratiæ & liberi arbitrii concordia*, in duos libros distributus, à Francisco Feu-ardentio 1593. Leodici in monasterio S. Jacobi repertus, & ab eodem 1595. Coloniæ cum Notis est editus. Eumdem Conflictum post ea Colonienses 1618. in tomum 5. Bibliothecæ Patrum retulerunt. Hujus porrò lucubrationis parens vulgò vocatur *Arnobius junior*, & putatur ætate S. Leonis Magni, aut paulò pòst vixisse.

Cæterùm eo ferè tempore, quo Hadrianus VI. creatus est Pontifex, in Francodalensi cœnobio, inter Wormatiam & Spiram, inventi sunt *commentarii in omnes Psalmos Davidis*; quos Trithemius, Erasmus, Barræus & alii *Arnobio seniori* (de quo Hieronymus in catalogo c. 79.) non rectè attribuunt. Bellarminus lib. de Scriptor. Eccles. suspicatur, istos commentarios esse fœtum hujus Arnobii junioris. Ut ut sit, sapiunt Pelagianismum.

CXVIII. S. PATIENS, Lugdunensis in Gallia Episcopus, Martyrologio Rom. a. d. 11. Septembris inscriptus legitur. Exstant ad eum epistolæ aliquot Sidonii Apollinaris. Gregorius Turonensis lib. 2. cap. 24. Patientis munificentiam prædicat, cùm fames in Burgundia grassaretur. Papirius Massonus, in Descriptione fluminum Galliæ, huic Patienti tribuit elegantem *Homiliam in S. Genesium martyrem Arelatensem*, quam Surius 25. Augusti publicavit, quamque Paulino Nolano aut Biterrensi alii adscribunt. Cæterùm ad hunc Patientem Constantius, suprà cap. 103. à me laudatus, scripsit vitam *S. Germani* Antisiodorensis Episcopi.

CXIX. LAURENTIUS Novariensis Episcopus scripsit *homilias duas satis prolixas, quam de Pœnitentia, & alteram de Eleëmosina*: quæ exstant tomo 6. Bibliothecæ Patrum, editionis Colonienſis. Sunt qui conjiciunt, ipsum ex Novariensi Episcopo sub annum Christi quingentesimum septimum creatum esse Mediolanensem Archiepiscopum; ipsumque laudari

ab Ennodio Ticinenſi, in Dictione miſſa Honorato Novarienſi Epiſcopo, cùm baſilica Apoſtolorum dedicaretur. Qui etiam Honoratus, poſt Novarienſem Epiſcopatum annis 38. adminiſtratum, evectus fuit ad archiepiſcopatum Mediolanenſem.

CXX. EUSTATHIUS EPIPHANIENSIS, teſte Suida, condidit *Annalium compendium ab Æneа usque ad Imp. Anaſtaſium* (ſub quo vixit) & alia quædam: ut Nicephorus lib. 14. hiſt. eccleſ. cap. 57. tradit.

CXXI. S. PASCHASIUS, R. E. diaconus, ſub Gelaſio, Anaſtaſio & Symmacho Pontificibus vixit; ſcripſitque *libros duos de Spiritu ſancto contra Macedonium*; qui à Gregorio Magno l. 4. dial. c. 40. laudati, exſtant tomo 5. Bibliothecæ Patrum, editionis Colonienſis. Horum librorum Sigebertus in catalogo cap. 17. meminit. Gregorius Magnus *Paſchaſium* de ſchiſmate excuſans, hæc habet: *Quia non malitiæ, ſed ignorantiæ errore peccaverat, purgari poſt mortem à peccato potuit.* Baronium in Notis ad Martyrologium 31. Maji conſule.

CXXII. S. VIVENTIOLUS Lugdunenſis Epiſcopus, concilio Epaonenſi (habito in Colonia Equeſtri, ut volunt quidam, non procul à Bellicio) & Lugdunenſi 1. anno 517. interfuit. Virum fuiſſe doctiſſimum Agobardus itidem Lugdunenſis Epiſcopus affirmat, & ex eo Maſſonus præfatione ad Agobardum. Vide & Martyrolog. Rom. 12. Jul.

CXXIII. CANDIDUS ISAURUS Græcè ſcripſit *Hiſtoriam ab electione Zenonis Imp. usque ab obitum ejusdem.* Eclogas quasdam ex ea Photius cap. 79. recitat: ubi & ſtilum ejus, ut poëticum magis, damnat. Vixit ſub Anaſtaſio, Zenonis ſucceſſore.

CXXIV. BASILIUS CILIX partim ſub Zenone, partim ſub Anaſtaſio Impp. vixit. Scripſit *Hiſtoriam eccleſiaſticam* (cujus Nicephorus operis ſui initio meminit) à temporibus Marciani Imp. usque ad initia Juſtini Thracis: item *libros XVI. contra Joannem Scythopolitam*, ſeu cauſidicum. Quæ omnia ex Photii Bibliotheca cod. 42. & 107. diſcimus: qui uno loco tradit ipſum Neſtoriana hæreſi infectum fuiſſe; alibi narrat eumdem pro Eutychianis ſcripſiſſe adverſus Neſtorium.

CXXV. JOANNES MAXENTIUS monachus, & ut quidam volunt, presbyter Antiochenus, vixit tempore Hormiſdæ Papæ: contra cujus epiſtolam ſcripſit, negans illam eſſe Hormisdæ, ne videretur contra Pontificem Romanum ſcribere; quæ tamen revera eſt epiſtola ipſius Hormisdæ. Scripſit adhæc Profeſſionem *catholicæ fidei*, *libellum contra Acephalos*, *& contra Neſtorianos libros duos.* In quibus Pelagianos & Fauſtum Reienſem Semipelagianum egregiè refellit ex libris S. Auguſtini: ſed Neſtorianos ita refellit; ut ad Eutychianos declinare videatur; quod Bellarminus in catalogo notavit. Opera iſta Maxentii exſtant tomo 6. Bibliothecæ Patrum, editionis Colonienſis: de quibus vide & Baronium tomo 7. Annalium.

CXXVI. MAGNUS FELIX ENNODIUS, Epiſcopus Ticinenſis, cujus memoria in Martyrolog. Rom. 17. Jul. Gallum ſe proſapia, Gallisque parentibus procreatum non ſemel teſtatus eſt. An verò in Gallia, hoc eſt Arelate, unde illi origo, & quam dulcem ſedem vocat, an quod potiùs reor, in Liguria Mediolani natus ſit, incertum reliquit. Mediolani certè a puero larem habuit. Et quamquam loco humilem ſe ipſe dicere ſoleat, liquet tamen illum præcipuas ævi ſui familias vel ſanguinis nexu vel affinitate complexum eſſe: cùm inter propinquos affinesque ſuos numeret Fauſtum, Boëtium, Avienum, Exconſules, Cæſarium Arelatenſem & Aurelianum, Epiſcopos, Senarium, Florianum, Olybrium, Eugenetem, & alios genere atque honoribus clariſſimos. Sexdecim annos natus, ſub Theoderici Regis adventum in Italiam, ut in Euchariſtico vitæ ſuæ ſcribit, amitæ quæ ipſum aluerat ſolatio deſtitutus, ſubſidium per nuptias nactus eſt, uxore ducta prædivitis ac nobiliſſimæ feminæ filia, ex cujus opibus deinceps abundavit; ex qua & filium ſuſtulit: quod ſignificare quodam loco videtur. Poſt hæc relicta ſæculi militia, in ſacram adſcriptus, atque inter diaconos relatus eſt: uxore itidem ad religioſæ vitæ cultum pari ſtudio converſa. Hoc in gradu magnam vitæ partem duxit. Ac licet Rhetorum, Poëtarumque ſtudia, quibus à prima ætate deditus fuerat, jam inde cùm clero nomen dedit, negligere cœpiſſet, ac poſtea etiam in letali morbo, ex quo S. Victoris martyris ope recreatus eſt, deſtinato animi propoſito refugere: ea tamen ingenii fama floruit & doctrinæ, ut non ſolùm in pretio eſſent, quæ ſua ſponte ſcriberet, ſed amicorum etiam, quos impenſiſſimè coluit, rogatu, in dictandis aliorum nomine orationibus, epiſtolis, epitaphiis, ac diverſarum rerum epigrammatis, aſſiduam operam dare cogeretur. Quo in genere multa ſanè ad gloriam Ennodio illuſtria fuerunt, ſed nihil illuſtrius *Apologetico* & *Panegyrico*: quorum altero Theodericum Regem publicè laudavit, altero Symmachi Papæ, Synodique Romanæ cauſam tanta cum approbatione defendit, ut à Synodo univerſa honorificentiſſimo elogio, decretoque ornatus ſit. Atque hæc ferè ſub Symmacho.

Sub Hormisda verò cùm eccleſiæ Ticinenſis Epiſcopus jam eſſet, gemina in Orientem ad Imp. Anaſtaſium, Fidei orthodoxæ cauſa, legatione functus eſt. Primùm quidem cum Fortunato Catanenſi Epiſcopo, & aliis, quo tempore Synodus Heracleæ futura dicebatur: deinde cum Peregrino Epiſcopo Miſenate, fidei formulam deferens, cui ſubſcriberent Orientales. Sed in utraque ſubdoli principis veſaniâ, irritus fuit eventus, ſpectata fides & virtus

Enno-

Ennodii. Quem fruſtra tentatum Anaſtaſius, cùm flecti ad ſententiam ſuam non poſſe cerneret, indignis modis vexatum, rimoſoque ac fragili navigio impoſitum, cum interdicto ne ad ullum Græciæ portum appelleret, contumelioſè dimiſit. Reverſus ad eccleſiam ſuam, paucis pòſt annis ſuperſtes, ævo adhuc integer, annorumque non amplius quadraginta octo, exceſſit à vita, ea ſanctitatis opinione, ut inter ſanctos Chriſti confeſſores anniverſariis honoribus colatur XVI. Kalendas Auguſti: quo die receptus eſt in cœlum, anno Domini quingenteſimo viceſimo primo. Diem enim iſtum, & Valerium Conſulem, notat epitaphium, quod hodieque Ticini in æde D. Michaëlis parieti, qui ſacrario cohæret, inſertum in tabula marmorea viſitur.

Sic ferè Sirmondus in prolegomenis ad opera Ennodii, quæ in ordinem digeſſit, auxit, recenſuit, Notisque illuſtrata Pariſiis 1611. publicavit. Eorumdem operum partem, ad fidem mss. codicum à ſe emendatam, Andreas Schottus 1610. Tornaci antea publicarat.

CXXVII. COGITOSUS ſcripſit *acta S. Brigidæ* virginis Scoto-Hibernæ, quæ ſub annum 521. vixit: eſtque Martyrologio Romano a. d. 1. Februarii inſcripta: Actorum iſtorum Baronius in Notis ad Martyrologium meminit; eaque primus ex ms. codice Caniſius, tomo 5. Lectionis antiquæ, evulgavit.

CXXVIII. NONNUS Panopoli in Ægypto natus (teſte Suida) *Evangelium S. Joannis carmine heroico* eſt interpretatus: quod opus Græcè Aldus Manutius excudit; Joannes Bordatus & Erardus Hedeneccius Latinè reddiderunt, & Franciſcus Nanſius emendavit. Exſtat tomo 6. Bibliothecæ Patrum, editionis Colonienſis. Sixtus Senenſis hunc Nonnum inter Græcos poëtas Chriſtianos principem facit. Ejusdem exſtant libri quadriginta octo Dionyſiacorum: ſed ii ad rem Eccleſiaſticam nihil conferunt. Vixit ante tempora Imp. Juſtiniani: nam Agathias, qui ſub Juſtiniano floruit, lib. 4. de bello Gothico, auctoritate ejus utitur.

CXXIX. HESYCHIUS ILLUSTRIS MILESIUS ſcripſit *Hiſtoriam univerſalem*, quam *Romanam & omnigenam* inſcripſit, & ſex libris diſtinxit. Incepit à Belo Aſſyriorum Rege, & in morte Anaſtaſii Imp. finiit; ut Photius cod. 69. narrat. Suidas addit, ipſum quoque edidiſſe *Nomenclatorem* ſive *Indicem virorum eruditionis fama illuſtrium*, ſed in eo nullius eccleſiaſtici ſcriptoris meminiſſe; atque hinc colligi poſſe, hominem fuiſſe gentilem. Sed Gerardo Voſſio & aliis ſecùs videtur, propter illa quæ in Sibylla de Chriſto dicit. Libellum hunc Græcè edidit Sambucus. Latinè veterunt & Notis illuſtrarunt Hadrianus Junius & Joannes Meurſius. Horum poſterior libellum ejusdem Heſychii de rebus patriis Conſtantinopoleos, ex codice ms. bibliothecæ Palatinæ, typis evulgavit. Vixit autem Heſychius ſub Impp. Anaſtaſio, Juſtino Thrace & Juſtiniano: ut Conſtantinus Porphyrogenetes lib. 1. themate 11. tradit.

CXXX. S. CÆSARII Arelatenſis Epiſcopi, à Gennadio c. 86. & Sigeberto c. 102. laudati, *Homiliæ XLVI. item Exhortatio ad cuſtodiendam charitatem; homilia de decem virginibus*, & alia exſtant in Bibliotheca Patrum, tomo 5. editionis Colonienſis. Ruricius Lemovicenſis epiſtola 31. & Deſiderius Cadurcenſis Epiſcopus epiſtola 13. Cæſarium hunc ſalutarunt. Mentio ejus in Martyrolog. Rom. 27. Aug.

CXXXI. CYPRIANUS S. Cæſarii Arelatenſis Epiſcopi diſcipulus, de magiſtri ſui vita librum ſcripſit: alterum adjecerunt *Meſſianus* presbyter & *Stephanus* diaconus, uterque ejusdem Cæſarii diſcipulus. Opus hoc poſt Surium plenius edidit Vincentius Barralis in Chronologia Lerinenſi; exſtatque integrum Lutetiæ ms. ad S. Martinum Pratenſem.

CXXXII. S. JUSTUS, Urgelitanus in Hiſpania Epiſcopus, de quo Mart. Rom. 28. Maji. ab Iſidoro in catalogo cap. 21. laudatus, Juſtiniano imperante floruit, & concilio Toletano ſecundo interfuit. *Explicatio ejus myſtica in Cantica canticorum Salomonis* exſtat tomo 6. Bibliothecæ Patrum, editionis Colonienſis.

CXXXIII. FABIUS Claudius Gordianus FULGENTIUS, de quo Mart. Rom. 1. Jan. ab Iſidoro in catal. cap. 14. laudatus, ſæculo ſexto ineunte ſanctitatis palmam litteris excultam tulit. Anno quingenteſimo Romam adiit: eo ſcilicet anno, quo Theodericus Gothorum in Italia Rex Romam intravit, & copioſam ad muros, & palatia Urbis inſtauranda, pecuniam attribuit: ut Caſſiodorus in chron. narrat. Anno quingenteſimo quarto Ruſpenſis in Africa creatus Epiſcopus, à Traſimundo Rege cum aliis in Sardiniam inſulam relegatus eſt. Poſt Tranſimundi obitum, anno quingenteſimo viceſimo ſecundo (ut Iſidorus in chron. tradit) pace Africanis eccleſiis ab Hilderico Hunerici filio reſtitutâ, ad ſuos in Africam rediit; ac demùm Kalendis Januariis anni quingenteſimi viceſimi noni in Domino obdormivit. Poſt Plantinianam & alias operum ejus editiones, accuratiſſimam variisque acceſſionibus inſtructam *Theophilus Rainaudus*, Soc. Jeſu Theologus, 1633. Lugduni publicavit. Quam quidem *octoginta S. Fulgentii Sermonibus*, antea non viſis, ex mss. codicibus cumulavit; appoſitâ Cenſurâ, qua *librum de prædeſtinatione & gratia*, ex quisquiliis tomi ſeptimi operum S. Auguſtini erutum, eidem S. Fulgentio vindicavit, & nitentem purumque adverſùs obtrectatores præſtitit.

CXXXIV. PEtrus diaconus, & alii qui in causâ Fidei à Græcis ex Oriente Romam missi fuerant, scripserunt *librum de Incarnatione & gratia D. N. Jesu Christi*, ad Fulgentium Ruspensem & alios Episcopos Africæ. Legitur is inter opera ejusdem S. Fulgentii.

CXXXV. FErrandus Carthaginiensis diaconus, S. Fulgentii Ruspensis Episcopi discipulus. scripsit *Paræneticum ad Reginum Comitem*, & *amplam epistolam ad Anatolium diaconum urbis Romæ*: item *epistolas duas ad eumdem S. Fulgentium*, & *aliam ad Eugypium Abbatem*, Thesauri ex operibus S. Augustini concinnatorem. Exstant hæc omnia tomo 6. Bibliothecæ Patrum, editionis Colonienſis.

CXXXVI. S. Ægidius, Abbas in Gallia Narbonensi, de quo Martyrolog. Rom. 1. Sept. sub annum Christi quingentesimum decimum quartum, Symmacho Papæ libellum supplicem misit ad obtinendam privlegiorum Arelatensis ecclesiæ confirmationem. Quod & Symmachus præstitit epistolâ ad Cæsarium Arelatensem Episcopum datâ III. Idus Junias; magno illo Cassiodoro Senatore Consulatum gerente. Libelli & epistolæ exempla tomo 1. Conciliorum Galliæ reperies.

CXXXVII. S. Hormisda, natione Campanus, Symmacho Papæ, anno quingentesimo decimo quarto, medio mense Julio, è vivis sublato, post dies septem suffectus est. Et sic sublato schismate optata Romanæ Ecclesiæ concordia, Cassiodoro Consule, rediit: ut ipse in Chronico loquitur. Obiit autem anno quingentesimo vicesimo tertio: exstantque variæ ejus Epistolæ in tomis Conciliorum. Vide Martyrolog. Rom. 6. Aug.

CXXXVIII. S. Remigius, Remorum Episcopus, de quo Martyrolog. Rom. 1. Octobr. meritò Clodovei Regis ac Francorum Apostolus nominatur, utpote qui Clodoveum anno regni ejus decimo quinto post victoriam Alemannicam baptizavit. Is est, juxta æram nostram, annus Christi desinens quadringentesimus nonagesimus sextus. In Natali enim Domini, exeunte anno, baptizatum fuisse, Alcimus Avitus, Viennensis Episcopus, testatur in epistola ad ipsum Clodoveum data, quam Sirmondus, tom. 1. Conciliorum Galliæ, publici juris fecit. Sigebertus noster Gemblacensis triennio seriùs' videlicet anno quadringentesimo nonagesimo nono Clodovei baptismum statuit; sed more suo. Omnia enim triennii ferè spatio posteriùs narrare solet quàm gesta sunt: ut in Chronico Belgico annotavi. Cæterùm anno quadringentesimo septuagesimo primo Remensem sedem Remigius adiit, duos & viginti annos tunc natus; ut præter Hincmarum Flodoardus in Historia Remensi l. 1. c. 11. & 18. asserit. Nam in epistola, quam ad tres Episcopos anno quingentesimo vicesimo tertio scripsit (exstat ea tomo 1. Conciliorum Galliæ) testatur se jam annis quadraginta tribus Episcopatum gessisse. Idem porrò ad Superos transiit ante annum quingentesimum tricesimum quintum: siquidem hoc ipso anno Flavius Remorum Episcopus concilio Arvernensi subscripsit. Falsò itaque Hincmarus & Flodoardus referunt, illum annis septuaginta quatuor sedisse, & annis nonaginta sex vixisse.

Remigii *Epistolæ*, *ad Hormisdam Papam*, *Clodoveum Regem* & *alios scriptæ*, exstant in citato tomo Conciliorum Galliæ, & apud Marquardum Freherum in Corpore Historiæ Francicæ. Sidonius Apollinaris lib. 9. epist. 7. ad Remigium data, *Declamationes* seu *Orationes* ejus à doctrina atque eloquentia mirificè commendat; sed, quod dolendum, nullæ ad nos pervenerunt. Nec recens hæc jactura est: cùm Hincmarus ac Flodoardus eas penitus ignorasse videantur. Joannes Bap. Villalpandus S. J. Theologus, Moguntiæ 1624. edendas curavit, Remigii Remensis nomine, *Explanationes epistolarum Paulinarum*, ex ms. codice monasterii S. Cæciliæ in Urbe: sed critici nasutiores eas Remigio Lugdunensi vel Antisiodorensi tribuendas censent.

CXXXIX. AGapetus, Constantinopolitanæ ecclesiæ diaconus, ad Justinianum Imp. jam coronatum habuit *paræneticam Orationem*, *qua eum monet*, *quomodò in Imperio se gerere debeat*: exstatque tomo 6. Bibliothecæ Patrum, editionis Colonienſis. De Agapeto vide Baronium in gestis anni 527.

CXL. MArcellinus Comes Illyricianus, Justiniani Imp. Cancellarius (à Cassiodoro Instit. divin. cap. 17. laudatus) à Theodosii Magni Imp. anno primo *Chronicon* suum deduxit usque ad quartum sui domini Justiniani Consulatum, hoc est, Christi annum quingentesimum tricesimum quartum: ut ipse in præfatione sua testatur. Ultra hunc annum igitur non processerat Marcellinus: nec plura his fuerant in editione *Antonii Sconhovii*, Canonici Brugensis, qui Chronicon istud primus in lucem dedit. Quæ deinceps sequuntur usque ad finem Imp. Justiniani, ab alio postea quopiam adjecta sunt, & ab *Onuphrio Panuinio* primum, deinde ab aliis, nullo discrimine pro Marcellinianis edita. At verò *Sirmondus*, ex vetustissimo Tilianæ bibliothecæ codice, omnia multò quàm hactenùs emendatiora, tum Appendicem, quæ & ipsa perantiqui est scriptoris, multis partibus auctiorem Lutetiæ 1619. publicavit. Idem porrò Marcellinus *Constantinopolitanam Civitatem & urbem Hierosolymorum quatuor libellis*, *minutissima narratione*, *descripsit*: ut Cassiodorus lib. citato cap. 25, loquitur. Hi libelli, quod sciam, hactenus in lucem non prodierunt.

CXLI. GOrdianus quidam dicitur scripsisse, jussu Imp. Justiniani, *vitam & passionem S. Placidi*, qui fuit discipulus S. Benedicti Cassinensis Abbatis, *ejusque fratrum Victorini*, *Eutychii & aliorum*, Messanæ in Sicilia à Manucha pirata anno 539. necatorum: quæ apud Surium

Surium 5. Octobris exstat. Sed Baronius, in Notis ad Martyrologium, operis hujus ita meminit, ut inscriptionem ejus videatur suspectam habere. Sic enim inquit: *Acta à Gordiano conscripta, ut ferunt, jussu Imp. Justiniani.*

CXLII. Desiderius Cadurcorum in Galliâ Celticâ Episcopus, scripsit *epistolas varias*, quas primus Canisius tom. 5. in Lectionibus antiquis, & postea Colonienses tomo 5. Bibliothecæ Patrum ediderunt. In his sunt epistolæ ad *Modoaldum* Trevirensem, *Dadonem* Rotomagensem, *Sulpitium* Bituricensem, *Felicem* Narbonensem, & *Gallum* Arvernensem, & alios Galliarum illustriores tunc Episcopos. Vixit sub annum sexcentesimum quadragesimum.

CXLIII. Ephræmius, Nicephoro Ephraimus, anno quingentesimo vicesimo sexto Antiochenus Patriarcha creatus, demùm anno quingentesimo quadragesimo sexto moriens, successorem reliquit Domnum. Post quem Antiochenam sedem obtinuit *S. Anastasius Sinaita*, infrà cap. 169. laudandus. Ephræmii libros recenset Photius cod. 218. in Bibliotheca, selectis inde summariis. Et dolendum est ipsa opera periisse.

CXLIV. Gildas Sapiens, Bannocorensis cœnobii in Britannia Abbas, scripsit *epistolam sive libellum de excidio Britanniæ*, itemque *Reprehensionem acrem in Britanniæ* Clerum. Uterque libellus in omnium est manibus. Prioris libelli (in quo calamitates Britanniæ à Saxonum adventu ad suum usque ævum commemorat) Beda Hist. lib. 1. cap. 22. & Guil. Neubrigensis in præfat. meminerunt. Natus est autem Gildas anno quadringentesimo nonagesimo tertio: scripsit autem anno quingentesimo quadragesimo tertio, & usque ad annum quingentesimum octogesimum primum superfuisse videtur. Vir fuit summæ eruditionis ac fidei, adeòque falsò ipsi attribuntur ridicula illa atque inepta oracula, à nugatore quopiam conficta: ut Polydorus Vergilius historiæ Anglicæ lib. 1. testatur. Cæterùm codices quidam mss. Gildæ etiam tribunt *Querolum* sive *Aululariam*, quæ Plauti nomine falsò prodiit.

CXLV. Victor, Martyritanus in Africa Episcopus, Joannis Cassiani dicta ita purgavit, & quæ minùs erant addidit, ut ei rerum istarum palma meritò conferatur: quem inter alia de Africæ partibus citò nobis credimus esse dirigendum. Ita Cassiodorus Institut. divin. cap. 29. loquitur. Ex his Cassiodori verbis collegi videtur, à Victore Martyritano antidotum contra veneni intimationem, quod scriptis suis Cassianus inseruit, appositum fuisse. Baronius tamen existimat, Cassiodorum spe frustratum non accepisse quod ex Africa exspectabat. Siquidem Ado Viennensis in Chronico, ab ipso Cassiodoro id operis, ut Cassianum corrigeret, elaboratum affirmat, dum ait: *Opera Cassiani à catholicis cautissimè legenda, maximè de libero arbitrio & gratia: sed & Encratitarum hæresi incautiùs favit. Errores illius Cassiodorus purgare volens, non ad plenum omni ex parte potuit.*

CXLVI. Martinus, Mindonensis in Hispania Episcopus, vixit sub annum quingentesimum quadragesimum. Scripsit *libellum de Virtutibus*, qui Senecæ operibus vulgò subnecti solet. Martini Mandonensis seu Mindonensis Trithemius meminit, & Dumiensem Abbatem facit; dicitque scripsisse, ad Mironem Galleciæ Regem, *Formulam honestæ vitæ:* quam ex fide veterum codicum restitutam Boetius Epo Duaci edidit, in Heroicis suis Quæstionibus.

CXLVII. Liberatus, Carthaginiensis Archidiaconus, sub Silverio Papa & Justiniano Imp. vixit: scripsitque *Breviarium de causa Nestorii & Eutychetis:* quod exstat tom. 2. Conciliorum, sed cautè legendum; ut Bellarminus in catalogo monuit. Sive enim ab aliquo depravatum fuerit, sive ipse auctor non sit assecutus historiæ veritatem, non pauca in eo videntur esse perperam scripta. Baronium in gestis anni 538. consule.

CXLVIII. Junilius, Africanus Episcopus, ad Primasium Episcopum Africanum scripsit *libros duos de partibus divinæ legis:* qui tomo 6. Bibliothecæ Patrum, editionis Coloniensis, exstant. Floruit sub annum quingentesimum quadragesimum quintum. Falsò autem adscribuntur Junilio *commentaria in prima capita Geneseos*, quæ sunt Bedæ; atque inter ejus opera quoque exstant.

CXLIX. Rusticus, S. R. E. diaconus, scripsit *Disputationem à se habitam contra Acephalos;* quæ exstat tomo 6. Bibliothecæ Patrum, editionis Coloniensis.

CL. Arethas, Cæsareæ in Cappodocia Episcopus, circa annum quingentesimum quadragesimum floruit; ut censet Coccius. Ex commentariis Andreæ, ejusdem Cæsareæ Episcopi, concinnavit *Explicationem Apocalypseos:* quæ à Maximo Florentino, monacho Cassinensi, in Latinum versa, exstat in Bibliotheca Patrum, tomo 6. editionis Coloniensis.

CLI. Aurelianus, aut', ut apud Gregorium Magnum lib. 7. epist. 125. & in subscriptionibus Concilii V. Aurelianensis nominatur, *Aurelius*, Lugdunensis Episcopus, Vigilium Papam, damnatorum Capitulorum trium infamia laborantem (quasi Theodori Mopsuesteni, Ibæ ac Theodoreti damnatione, Chalcedonensem Synodum, quæ illos exsolverat, convulsisset, atque unà Catholicam fidem labefactasset) scandali commonefecit. Id constat ex Vigilii ad Aurelianum responso, quo inustam sibi labem abstergit, ipsumque Aurelianum laudat.

CLII. ZACHARIAS, ex ſcholaſtico ſeu ſophiſta Epiſcopus Mitylenenſis, concilio Conſtantinopolitano generali V. anno quingenteſimo quinquageſimo tertio interfuit. Scripſit *Diſputationem contra ea quæ de duobus principiis à Manichæo quodam ſcripta, & in viam publicam projecta repperit:* quam Franciſcus Turrianus Latinè reddidit, & Caniſius tomo 5. Lect. antiquæ publicavit. Item ſcripſit *Dialogum de univerſitatis procreatione, contra mundi & materiæ æternitatem:* quem Genebrardus Latio donavit. Opus utrumque legitur tomo 6. Bibliothecæ Patrum, editionis Colonienſis.

CLIII. S. JOANNES Scholaſticus, Abbas montis Sina, qui vulgo *Climacus* appellatur, de quo Martyrolog. Rom. 30. Mart. vixit ſub annum quingenteſimum ſexageſimum; ſcripſitque *Scalam paradiſi*, & *librum ad religioſum Paſtorem.* Quæ opera Matthæus Raderus, S. I. Theologus, ex Græco Latina reddidit, ſcholiisque illuſtravit; & Pariſienſes junctim 1633. utraque lingua publicarunt. Prioris libri fui, quem Climacus Scalam appellavit, inſcriptionem ex Geneſos capite 28. ſine dubio hauſit, ubi de ſcala Jacob patriarchæ tractatur. Ejus occaſionem videtur præbuiſſe Climaco *Joannes* Antiſtes Raithuni cœnobii, qui Climacum ad librum hunc conſcribendum per epiſtolam, in qua Scalæ Jacobææ mentionem facit, cohortatus eſt. Scripſit ergò, & ædificavit tralatitiam ſeu metaphoricam hanc Scalam religioſam Climacus; cujus gradus ſeu radii tringinta omnem orbem & poſteritatem illuſtrarunt.

Cæterùm mons Sina (qui & *Sinai*, & *Oreb*, & *Sinæus* Joſepho & Juſtino) ſuper omnes Olympos, Hæmos, Caucaſos & Tauros orbe toto eſt notiſſimus; ubi ſupremus orbis conditor Hebræis leges dixit & ſcripſit; S. Catharinæ virginis & martyris corpus, cœlitum miniſterio Alexandria delatum, ſalutari olei fonte redundat; ubi Climacus noſter cum religioſiſſimo monachorum cœtu Deo militavit; ad cujus radices Juſtinianus Imp. religioſis viris nobile cœnobium poſuit. Ex hoc monte multi viri ſancti & ſcriptis illuſtres prodierunt; quos inde *Sinaitas* nuncupant. Mons in orbem erigitur, regionis illius longè altiſſimus, quo per gradus ſepties mille ad faſtigium aſcenditur; demtis clivis, quâ per ſe patet aſcenſus. Nomen ab rubo, quo abundat, invenit. De monte *Oreb* & *Sinai* multa Bellonius, & alii rerum orientalium ſcriptores narrant.

Ad exemplum Climaci, alii religioſi & eruditi viri ſcalas item in cœlum moliti ſunt. *Dionyſius* Scalam religioſorum quinque gradibus diſtinctam compoſuit, quos Pentateuchum dixit; *Gabriel Inchinus* Scalam cœli, *Bellarminus* librum De aſcenſione mentis in Deum concinnavit. Inde & *S. Romualdo*, Camaldulenſis familiæ conditori, ſcala, ſcalæ Jacobi patriarchæ perſimilis, divinitus demonſtrata eſt, per quam candidati magnis paſſibus in cœlum contendebant. De id genus ſcalis ſimilia leguntur in Annalibus Dominicanorum, Franciſcanorum, & aliorum Ordinum. Eadem metaphora virgo Deipara dicitur *Scala cœli*, & *Scala Jacob.* Melliſluus Bernardus Scalam illam interpretatur religionem: *Scala hæc*, inquit *eſt diſciplina religioſa, vel regula ordinis; v. g. dilectus Dei Benedictus aſcendit in cœlum. Scala enim arctam diſciplinæ viam, quæ ducit ad cœlum, ſignificat.* Cæterùm de ſcala Jacob plurima Pererius, in commentariis ad Geneſim, ex variis ſcriptoribus collegit.

At enim & Lucifer, & Babylonii gigantes, & omnes impii ſcalas ipſo cœlo altiores moliuntur, ipſumque Deum cœlo deturbare conantur. His ſcalis ad inferos deſcenditur. Iſaiam audiamus de Lucifero divinitatem affectante: *In cœlum conſcendam, ſuper aſtra Dei exaltabo ſolium meum.* Sed quis finis hujus aſcenſus? *Veruntamen ad infernum detraheris in profundum laci.* Ita Nemrodus Babyloniùs turrim cœpit ædificare: cujus hiſtoriam poëtæ more ſuo ad gigantum fabulas traduxerunt, qui montes montibus injiciebant, ſicque viam muniebant, ut bellum cœlo inferrent.

Librum porrò ſuum Climacus *aſceticum* quoque appellavit. Aſceſis Græcis eſt exercitatio corporis vel animi: ſed ſcriptores ſacri vocem illam ad religioſam vitam adhibent, & *Aſcetica* vocant quæ ad eam vitam pertinent. Qualia præter & ante Climacum ſcripſit *Baſilius Magnus*, quibus monachis vivendi præcepta tradit, & leges dicit. Huc *Dorothei* Parænetica pertinent; Collationes *Caſſiani*; *Philippi Solitarii* Dioptra ſive Amuſſis ad Callinicum monachum; *Joannis Carpathii* capita hortatoria; *S. Maximi*, *Marci monachi*, *Iſaaci*, *Diadochi*, *Iſaiæ Abbatis*, *Nili*, & aliorum complurium: quorum omnium ſummam & ſynopſim in *Baſilii*, monachi & præfecti lauræ Maleini, Deſcriptione vitæ aſceticæ cognoſces, quam Jacobus Pontanus, S. I. Theologus, è Græco vertit, & Simeonis junioris Theologi orationibus adjecit.

CLIV. S. NICETIUS, Treverorum Epiſcopus, de quo Martyrolog. Rom. 5. Dec. Arvernenſi I. concilio anno Chriſti quingenteſimo triceſimo quinto; Aurelianenſi V. anno quingenteſimo quadrageſimo nono; Arvernenſi II. anno eodem, & Pariſienſi II. anno quingenteſimo quinquageſimo quinto ſubſcripſit. Tomo 1. Conciliorum Galliæ duas reperies *inſignes Nicetii epiſtolas*: quarum priore *Juſtinianum* Imp. in hæreſim lapſum, ſub annum quingenteſimum ſexageſimum tertium, ab errore revocat; altera *Clodoſuindam*, Clotarii Francorum Regis filiam, ſub annum 565. hortatur, ut maritum ſuum Alboinum Longobardorum Regem ad Fidem catholicam reducat.

Ante Nicetium porrò fuerunt & alii Treverenſes Epiſcopi doctrina ac ſcriptis illuſtres: in

in his S. Maximinus & S. Paulinus, qui temporibus S. Athanasii floruerunt. De quibus & ipse Athanasius, orat. 1. contra Arianos, sic loquitur: *Si scripta ista ab orthodoxis proficiscerentur, qualia sunt Maximini Galliæ, aut ejus successoris Paulini, aut Julii & Liberii Romanorum Pontificum, vel Eustorgii Italiæ aut Capitonis, Siciliæ, Episcoporum &c.*

CLV. S. Dacius Medoilanensis Episcopus, de quo Martyrolog. Rom. 14. Januar. Justini Imp. ævo floruit; ut Gregorius lib. 3. dialog. cap. 4. testatur. Scripsit *Chronicon*, in quo lib. 1. cap. 10. tradit, canticum, *Te Deum laudamus*, compositum fuisse à SS. Ambrosio & Augustino; ut Bellarminus in catal. narrat. Ad hunc Dacium exstat egregia Cassiodori epistola 27. lib. 12. Variarum, de frumento in famelicam plebem ex regiis horreis dividendo. De rebus à Dacio præclarè gestis plura qui volet, Josephi Ripamontii Historiam Mediolanensem legat, dec. 1. lib. 7.

CLVI. Pelagius Papa, anno quingentesimo quinquagesimo nono defunctus, putatur ex Græco in Latinum transtulisse librum *De vitis Patrum* ab incerto auctore scriptum, qui in Plantiniana editione est quintus ordine.

*Joannes III.* Pelagii in Pontificatu successor, anno quingentesimo septuagesimo secundo mortuus, Græcum librum *De vitis Patrum* ab anonymo scriptum, qui in Plantiniana editione est ordine sextus, putatur Latinum fecisse: ut in Scholiis ad caput postremum Catalogi Gennadiani diximus.

CLVII. Venantius Honorius Clementianus Fortunatus, non procul ab urbe Tarvisina in Italia natus, Ravennæ liberalibus artibus excultus, sub annum 575. in Galliam transiit: ut Regino & Sigebertus tradunt. Domicilium apud Pictavos habuit, & ibidem Episcopus tandem creatus fuit. Imperabat, eo vivente, Justinus junior: ad quem, uti & ad uxorem ejus Sophiam, *Hodoeporicon* exaravit. Poëta, ut illa ferebant tempora, nobilis, præter alia, *vitam ac miracula S. Martini Turonensis* libris quatuor metricis complexus est. Occasionem scribendi ideò sibi præbitam narrat, quòd cùm ipse, & simul socius suus *Felix*, vehementi oculorum dolore vexaretur, uterque ope S. Martini hoc morbo fuerit liberatus, postquam oculos oleo lampadis, ad effigiem ejus ardentis, inunxisset. Scripsit præterea vitas *S. Hilarii Pictavensis*, *S. Albini Andegavensis*, *S. Germani Parisiensis*, *S. Medardi Noviomensis*, *S. Mauritii Andegavensis*, *S. Remigii Remensis*, *S. Marcelli Parisiensis*, *S. Amantii Rutenensis*, *Episcoporum*, *item S. Radegundis Reginæ.* Quæ quidem historiæ ferè omnes in tomis Surianis leguntur. Fortunati opera metrica Christophorus Broverus S. J. Notis illustravit, & Moguntiæ foras dedit. Coævus & amicus fuit Gregorio Turonensi Episcopo.

CLVIII. S. Marius Aventicensis seu Lausannensis Episcopus, anno Christi quingentesimo octogesimo quinto, concilio Matisconensi II. subscripsit. In Episcopatu annos viginti, menses octo exegit, & ætatis anno sexagesimo quarto pridie Kalendas Januarias obiit: qua die nomen ejus sacris Fastis est adscriptum. Sepultus fuit Lausannæ in æde sancti Thyrsi, quæ exinde, ob novi hospitis celebritatem, S. Marii nuncupata est. Scripsit Chronicon à tempore quo Prosper Aquitanus definit, sive à Consulibus Valentiniano VIII. & Anthemio, hoc est, à Christi æra vulgari 455. usque ad annum quingentesimum octogesimum primum. Quod Chronicon amicus noster Petrus Franciscus Chiffletius, Soc. Jesu Theologus, primus eruit, & Andreas Quercetanus tomo 1. Scriptorum Historiæ Francicæ inseruit.

CLIX. Paschasius, diaconus monasterii Dumiensis in Gallæcia, librum *De vitis Patrum*, Græcè ab incerto auctore conscriptum (qui in editione Plantiniana est ordine septimus) Latinum reddidit, & Martino Abbati Dumiensi dicavit. Alius ab isto fuit *S. Paschasius*, R. E. diaconus, Martyrologio Rom. a. d. 31. Maii adscriptus, à Sigeberto in catal. c. 17. & à nobis supra c. 121. memoratus.

CLX. Evantus sive Evantius Abbas scripsit *epistolam contra eos, qui sanguinem animalium immundum esse judicant, & carnem mundam esse dicunt*: quam epistolam ex membranis cœnobii S. Galli Canisius Lectionis antiquæ tomo 5. & Colonienses in fine tomi 6. Bibliothecæ Patrum ediderunt. Putatur autem vixisse circa annum Christi quingentesimum nonagesimum. At verò quis hic Evantus vel Evantius? An Evantius, cujus meminit Fortunatus l. 3. epist. ad Euphronium, qui & Eventius & Aventius nominatur? Christophorus Brouverus, in suis Notis, illum Evantium Fortunati putat fuisse Viennensem in Gallia Episcopum: quem lib. 8. c. 39. diem obiisse testatur Greg. Turonensis anno undecimo regni Childeberti in Austrasia, hoc est, anno Christi quingentesimo octogesimo sexto. Eum ceu sanctum Ado in chron. & Molanus ad Usuardum 3. Februarii, memorant. Ut ut sit, Evantius Viennensis Episcopus *Matisconensi I.* concilio anno quingentesimo octogesimo secundo; *Lugdunensi III.* anno quingentesimo octogesimo tertio; *Valentino II.* anno proximè sequenti, & *Matisconensi II.* anno quingentesimo octogesimo quinto subscripsit. Quod ad argumentum epistolæ ab Evantio (quisquis is fuerit) scriptæ attinet, Lorinus cap. 15. in Acta Apostolorum, & alii docent, primitivam Ecclesiam à sanguine animalium abstinuisse.

CLXI. Procopius Gazæus, sophista (cujus meminit Photius cod. 206. 207.) concinnavit ex aliorum libris commentaria in Octateuchum, libros Regum, & Paralipomena.

Tiguri 1555. excusa. Ejusdem commentaria in Esaiam, interprete Joanne Curterio 1580. excusa sunt Parisiis Græcè & Latinè. Quando vixerit, certò non constat.

Longè diversus ab isto est *Procopius* Cæsareæ in Palæstina natus, Historicus, Notarius ac comes Belisarii, cujus & res gestas concinnavit. Continet ejus Historia libros octo: quorum duo primores sunt de bello Persico; duo sequentes de bello Vandalico; quatuor postremi de bello Gothico. Primores duos in compendium Photius cod. 63. redegit: sed omnium synopsim sive compendium habes apud Agathiam in præfatione: qui historiam suam inde orditur, ubi Procopius desinit. Octo istis libris posteà nonum Procopius adjecit: & eum, quia complecteretur res antè non editas, *Anecdota* sive Inedita aut *Arcana* appellavit, teste Suida: qui etiam tradit, Procopium hoc libro invectum fuisse in Justinianum Imp. ejusque conjugem Theodoram, itemque in Belisarium & ejus uxorem. Anecdota, studio Nic. Allemanni Romæ & Lugduni 1623. typis edita fuerunt. Cæterùm præter octo quos dixi libros, exstat volumen Procopii de Justiniani ædificiis, in sex narrationes divisum; cujus operis Georgius Codinus in Selectis de Constantinopoli meminit.

Eodem tempore, quo Procopius, vixit & *Agathias* Murinæ in Asia natus, Scholasticus sive Advocatus Smyrnæus; teste eodem Suida. Præter epigrammata multa, scripsit libros quinque de imperio & rebus Imp. Justiniani. Putatur gentilis fuisse.

CLXII. Isaacus junior, monachus Syrus (diversus ab Isaaco seniore, itidem monacho Syro, quem Gennadius in catal. cap. 66. memorat) vixit usque ad extrema Gothorum tempora: ut Gregorius l. 3. dialogorum c. 14. narrat. Junior Isaacus putatur parens libri *De contemptu mundi*, qui tomo 6. Bibliothecæ Patrum, à Colonienſibus editæ, legitur: eò magis quòd Gregorius inter alia ibi asserat, *Monachum qui in terra possessiones quærit, non esse monachum.* Quod quidem ad citati libri argumentum facit quàm maximè.

CLXIII. Leontius Byzantinus Advocatus, posteà monachus ad S. Sabam, vixit circa tempora S. Gregorii Magni: ut constat ex ejus libro de sectis hæreticorum, actione quinta, ubi inter Alexandrinos Episcopos ultimum recenset Eulogium, qui tempore S. Gregorii sedit. Scripsit autem *Excepta ex ore Theodori Abbatis de sectis hæreticorum, in Actiones decem distincta: libros tres contra Nestorianos: libros duos adversus fraudes Apollinistarum: Solutiones ad argumenta Severi: Dubitationes hypotheticas & definitiones contra eos qui negant in Christo duas naturas.* Exstant hæc omnia Latinè edita in Lectionibus antiquis Canisii tomo 4. & in Bibliotheca Patrum, tomo 6. editionis Colonienſis. Scripsit & alia multa, de quibus vide Canisium loco citato.

CLXIV. Eulogius Alexandrinus Patriarcha, familiari epistolarum usu cum S Gregorio Magno conjunctus, scripsit *contra hæresim Eutychianam:* sed præclarissima ejus opera invidit nobis vel mortalium negligentia, vel temporum injuria. Eclogas quasdam & excerpta reperies in Bibliotheca Photii, cod. 208. 218. 225. 226. 230.

CLXV. Evagrius Scholasticus, Epiphanienſis, ex præfectis oriundus, scripsit *Historiæ ecclesiasticæ libros sex*, quos anno Mauritii Imp. duodecimo absolvit: ut Photius cod. 29. testatur. Zachariam rhetorem, cujus auctoritate magnam partem scriptorum suorum confirmat, Eutychianum hæreticum fuisse, plurimaque rerum benè à Catholicis gestarum silentio supprimere, atque ea quæ Eutychiano errori favent ad verbum recensere, constat. Meminerit igitur Lector catholicus, ut cautè legat ea quæ ab eodem Zacharia, in causa præsertim Eutychianorum, apud Evagrium citantur. Id ipsum & Evagrius subodoratus fuisse videtur: ut ex lib. 3. cap. 9. datur intelligi. Evagrii porrò historia exstat tomo 6. Bibliothecæ Patrum, editionis Colonienſis; additis Notis Jacobi Billii, Curterii, Suffridi & Baronii. De aliis Evagriis vide Scholion nostrum ad cap. 125. Catalogi Hieronymiani.

CLXVI. Dynamius, Patricius & rector patrimonii S. R. E. in Gallia, à Sigeberto in catalogo cap. 114. memoratus, laudatur à Gregorio Magno, epistolâ ad ipsum data mense Aprili, Indictione undecima, anno Christi quingentesimo nonagesimo tertio. Idem Gregorius anno quingentesimo nonagesimo quinto in Dynamii locum suffecit *Candidum* presbyterum; eique mandavit, ut ex solidis patrimonii Ecclesiæ Romanæ, in Gallia recipiendis, pueros Anglos paganos 17. aut 18. annorum compararet, in monasteriis utique Deo dandos, & Christiana doctrina imbuendos. Scripsit autem Dynamius *Vitam S. Maximi Reiensis in Gallia Episcopi*, à Surio editam: scripsit, inquam, ad Urbicum, Fausti in Episcopatu successorem; quem Faustum S. Maximus præcesserat. Vide Martyrolog. Rom. 27. Nov.

CLXVII. Drepanius Florus *Psalmos*, *Hymnos* & alia vario carminum genere scripsit; quæ in Bibliotheca Patrum, editionis Colonienſis, leguntur sub finem tomi quinti. Fuit natione Gallus: ut ex ejus epistolis versu scriptis colligi datur. Ex quibus una est ad *Moduinum* Episcopum, qui ætate Gregorii Magni vixit. Baronius ad Martyrologium 8. Maii, & Possevinus in Apparatu sacro, existimant hunc Drepanium esse illum, cujus Sidonius lib. 8. epist. 11. meminit. Alii Sidonianum illum Drepanium interpretantur *Latinum Pacatum Drepanium*, qui Imp. Theodosio seniori Panegyricum scripsit.

CLXVIII. S.

CLXVIII. S. Gregorius Turonenſis Epiſcopus, patria Arvernus, ut genere, ita virtute ac doctrina nobilis, de quo Martyrol. Rom. 17. Nov. Euphronio in Epiſcopatu ſucceſſit anno quingenteſimo ſeptuageſimo ſecundo: ut Matthæus Weſtmonaſterienſis annotavit. Scripſit libris decem *Hiſtoriam Francorum*; & eam ad ſua usque tempora perduxit. In fine libri decimi commemorat & alia, quæ litteris conſignavit: *Decem*, inquit, *libros Hiſtoriarum, ſeptem Miraculorum, unum de vitis Patrum ſcripſi: in Pſalterii tractatum librum unum commentatus ſum: de curſibus etiam eccleſiaſticis unum librum condidi.* Octo inſuper alios compoſuit libros, quos etiamnum habemus. Eorum argumentum explicat in præfatione libri de gloria Confeſſorum: *In primo*, ait, *libello inſeruimus aliqua de miraculis Domini ac SS. Apoſtolorum, reliquorumque martyrum, quæ hactenùs latuerunt, quæ Deus ad corroborandam Fidem quotidie dignatur augere. In ſecundo poſuimus de virtutibus S. Juliani. Quatuor verò libellos de virtutibus S. Martini, ſeptimum de quorundam felicioſorum vita, octavum hunc ſcribimus de miraculis Confeſſorum.*

Scripſit etiam de virtutibus *Senoch* Abbatis, *S. Nicetii* Caluppæ reclauſi, *Patrocli* reclauſi, *S. Medardi* Noviomenſis, *S. Illidii* Arvenorum Epiſcopi, *Quintiniani* & *Abrahæ* Abbatis, quorum omnium libellorum Gregorius ipſe mentionem facit, variis in locis. Ex iis ſola *S. Medardi vita* non exſtat; quod ſciam. Sidonii inſuper libro de Miſſis præfationem addidit; cujus ipſe lib. 2. hiſtoriæ Francicæ cap. 22. meminit. Hiſtoriam porrò ſuam concluſit in geſtis anni quingenteſimi nonageſimi ſexti, quo & obiit, XV. Kalendas Decembris. Vide ſuprà Catalogum Honorii cap. 33, & Sigeberti cap. 49.

CLXIX. S. Anastasius, de quo Martyrolog. Rom 21. April. ex Monacho montis Sinai Patriarcha Antiochenus anno quingenteſimo ſexageſimo primo creatus, à Juſtino Imp. anno quingenteſimo ſeptuageſimo ſecundo in exilium pulſus, ac demùm anno quingenteſimo nonageſimo quintò à Mauritio Imp. reſtitutus, migravit ac Dominum anno quingenteſimo nonageſimo octavo aut nono. Scripſit *Ducem viæ contra Alcephalos; Anagogicarum contemplationum in Hexaëmeron libros undecim: Orationes quinque de Trinitate; de Incircumſcripto, de Incarnatione, de paſſione & impatibilitate Chriſti; Orationem de ſacra Synaxi, Orationem in Pſalmum ſextum; Quæſtiones variæ & Reſponſiones ad easdem.* Quæ omnia Latinè reddita exſtant tomo 6. Bibliothecæ Patrum, editionis Colonienſis. Scripſit & alia nondum typis edita, de quibus legi poterit Gretſerus in præfatione ad Ducem viæ, quem Latinum fecit. Errat autem Sixtus Senenſis, qui libros XI. in Hexaëmeron Anaſtaſio juniori, hujus noſtri Anaſtaſii ſucceſſori, tribuit.

CLXX. S. Anastasius, illo nomine ſecundus Patriarcha Antiochenus, de quo Martyrolog. Rom. 21. Decemb. anno 598. aut 599. in illa cathedrea ſucceſſit *S. Anaſtaſio* Sinaitæ, à nobis jam laudato. Is de ſua ad Epiſcopatum promotione Gregorium I. Papam mox certiorem de more fecit, ſuamque Fidei orthodoxæ profeſſionem ad eum miſit: ut idem Gregorius lib. 7. epiſt. 48. teſtatur. Ea tamen hodie non exſtat, quod ſciam. Item ſcripſit *compendiariam orthodoxæ Fidei Explicationem*, quæ ſub nomine Anaſtaſii & Cyrilli Alexandrini exſtat in Bibliotheca Patrum editionis Colonienſis. Anno demùm ſexcenteſimo nono aut undecimo à Judæis crudeliter occiſus, inter ſanctos martyres cooptari meruit.

CLXXI. Faustus Caſſinenſis in Italia monachus, S. Benedicti diſcipulus, ſcripſit *vitam S. Mauri Abbatis in Gallia*, condiſcipuli ſui, à Surio 15. Januarii editam. Scripſit autem ſub Chriſti 606. annum: quod colligi datur ex præfatione, in qua ſic loquitur ipſe Fauſtus: *Hoc opuſculum beatiſſimo Papæ Bonifacio oſtendi: quod ipſe ſanctiſſimus Pontifex approbans laude dignum duxit, ſuaque ſancta auctoritate roboravit.* Fuit is Bonifacius III. Papa (ut Leo Oſtienſis in Caſſinenſi Chron. lib. 1. cap. 3. teſtatur) qui anno 606. ſedere cœpit, & anno eodem deceſſit; ſuccedente Bonifacio IV. Papa.

Marcus Caſſinenſis monachus, à Sigeberto in catal. cap. 33. laudatus, eodem tempore, quo Fauſtus, floruit, & *vitam S. Benedicti*, magiſtri ſui, à Gregorio Magno deſcriptam, verſibus heroicis expreſſit. Hoc carmen Marci, cùm hactenùs delituiſſet, Mantuæ in cœnobio S. Benedicti inventum, & Romæ, cum tertio Proſperi Martinengi poëmatum libro, 1592. excuſum fuit.

CLXXII. Sulpitius, eo nomine ſecundus Bituricenſis Epiſcopus, cognomento Pius, Vaſtino Biturigum oppido (vulgò *Vatan*) oriundus, cum Modoaldo Treverenſi, Cuniberto Colonienſi, Bertoaldo Cameracenſi & aliis Epiſcopis, anno ſexcenteſimo triceſimo, interfuit Remenſi Concilio: quod tomo 1. Conciliorum Galliæ exſtat. Apud Caniſium tomo 5. Lect. antiquæ, inter epiſtolas ad Deſiderium Cadurcenſem Epiſcopum ſcriptas, *duæ* hujus Sulpitii *epiſtolæ ad eundem Deſiderium* datæ leguntur, itemque *tertia ad Verum Rutenenſem Epiſcopum.*

Verus, Rutenenſis in Gallia Epiſcopus, ſub annum ſexcenteſimum triceſimum quartum, Remenſi Synodo Sonnatii (de qua Flodoardus lib. 2. cap. 5.) interfuit. Apud Caniſium citato tomo exſtant hujus Veri *epiſtolæ duæ ad Deſiderium Cadurcenſem Epiſcopum datæ.*

Felix, Narbonenſis Epiſcopus, litterarum commercium cum eodem Deſiderio Cadurcenſi

censi Episcopo habuit: ut intelligi datur ex epistolis ultrò citroque missis, quæ apud Canisium citato tomo leguntur.

CLXXIII. S. Eligius & S. Audoenus, ille Noviomensis, hic Rotomagensis, uno eodemque die creati sunt Episcopi, anno tertio Clodovei Francorum Regis, Christi sexcentesimo quadragesimo sexto, die 14. mensis tertii (qui est Majus) quæ Dominica fuit ante Litanias majores. Obiit autem Eligius anno ætatis septuagesimo, sub initium Clotarii III. Regis (ut Audoenus in ejus vita testatur) hoc est, anno Christi sexcentesimo sexagesimo, aut proximè sequenti. Audoenus porrò (qui alio nomine *Dado* à Veteribus nuncupatur) nonagenarius Clipiaci ad Dominum migravit, cùm annum Episcopatus quadragesimum quartum ageret.

Cæterùm Eligius & Audoënus anno sexcentesimo quinquagesimo Cabilonensi concilio, & anno sexcentesimo quinquagesimo octavo privilegio libertatis, monasterio S. Dionysii concesso à Landerico Parisiensi Episcopo, subscripserunt. Anno proximè sequenti idem Eligius subscripsit præcepto Clodovei II. Regis de libertate ejusdem monasterii Dionysiani. Anno Clotarii III. Regis quarto, Christi sexcentesimo sexagesimo quarto, Mummolenus, S. Eligii in Episcopatu successor, & Audoënus privilegium libertatis, monasterio Corbeiensi concessum à Bertefrido Ambianensi Episcopo, signarunt. Anno sexcentesimo octogesimo secundo Ansbertus Episcopus, Audoëni successor, Rotomagensi concilio præfuit & subscripsit.

Eligius porrò scripsit *Homilias sexdecim*, a Bellarmino in catalogo memoratas; quæ exstant tomo 7. Bibliothecæ Patrum, editionis Colonienſis. Ejusdem *Sermo ad omnem plebem* exstat in Appendice tomi 9. operum S. Augustini, tractatu 20. sed sine nomine auctoris. Revera autem est S. Eligii Noviomensis Episcopi: ut ex veterum exemplarium mss. consensu, & S. Audoëni testimonio, in vita ejusdem S. Eligii, constat. Id primus, in Notis ad Concilium Antisiodorense, sub annum Christi 588. habitum, Sirmondus observavit; ubi & nonnulla obscuriora illius Sermonis vocabula explicuit. Apud Canisium tomo 5. Lect. antiquæ, inter epistolas ad Desiderium Cadurcensem Episcopum datas, legitur epistola hujus nostri Eligii, quæ sic incipit: *Domno semper suo atque Apostolico patri Desiderio Papæ Eligius, servus servorum Dei. Quoties aditum scribendi gratiæ vestræ reperimus, toties nobis cumulus gaudii videtur accrescere: & quamvis nos terrarum interpositio longè ab alterutro separet, nec queat nos subinde corporalis conjunctio sociare, in Christo semper simul versemur: & ita vivere elaboremus, ut non post longum spatium anima simul ac corpore societmur, sociatique in æternum vivamus. Saluto te supra modum sinceriſsimo affectu: salutat & Dado, fidelis utrorumque sodalis.*

Exstat ibidem Dadonis sive Audoëni Rotomagensis Episcopi ad eumdem Desiderium Cadurcensem epistola: qui Audoënus scripsit insuper, ad Rodobertum Parisiensem Episcopum, *libros tres de vita S. Eligii*, sodalis fuit. Exstant ii mss. in Bibliotheca ecclesiæ cathedralis Noviomensis, eosque Gallicè reddidit Ludovicus Montignius Archidiaconus Noviomensis, & Parisiis 1626. edendos curavit. Surius in suis tomis non nisi duos priores libros publicavit; tertio omisso cum præfatione.

Porrò quòd ad Desiderium Cadurcensem Episcopum attinet, habuit is jam inde à prima ætate *Eligium* & *Dadonem* sibi familiarissimos, & cum eis in aula Francorum Regis enutritus fuit; ut ipse Desiderius in epistola ad Dadonem testatur: *Illud*, inquit, *peroro, ut quem quondam in ipso flore primævæ juventutis unico mihi amore præbuisti, semper concedere digneris illum meum Dadonem. Maneat pristina inter nos atque illum tuum, imò nostrum, Eligium inconvulsa caritas, indisuncta, ut fuit quondam, fraternitas. Mutuis nos juvemus precibus, ut quemadmodum in aula terreni Principis socii fuimus, ita in illa supernı Regis cælesti palatio simul vivere mereamur.*

CLXXIV. Paulus Emeritensis in Hispania ecclesiæ diaconus (exemplo Gregorii Magni, qui de vita ac miraculis Patrum Italicorum scripsit) librum *De vita & miraculis Patrum Emeritensium* concinnavit; quem Thomas Tamaius, Philippi IV. Regis Catholici Historiographus, ad fidem veterum codicum, Antverpiæ 1638. primus edendum curavit; additis Notis, brevique commentario de rebus Emeritensibus. Pauli hujus meminerunt Baronius in gestis anni 589. Loaisa in Notis ad Concilium III. Toletanum, Ambrosius Morales l. 11. Chron. hist. c. 71. Mariana l. 5. c. 13. Bernardus Brittus l. 6. Monarch. Lusit. c. 19. & 20. Hieronymus Romanus J. I. c. 16. hist. Emeritensis, Gaspar Escolanus l. 2. hist. Valentinæ, Franciscus Padilla cent. 6. Hist. eccl. c. 50. & cent. 7. c. 17. Martinus Carillus in Annalibus, & alii.

CLXXV. Hesychius sive Isychius Episcopus Hierosolymitanus (ad quem S. Gregorii M. epistola 40. l. 9. exstat) præter alia scripsit *libros septem in Leviticum*: item *Sermones duos de Deipara*, à Joanne Pico Parisiensi Latinè redditos. Exstant tomo 7. Bibliothecæ Patrum, editionis Colonienſis. Ibidem sub nomine Hesychii presbyteri exstat *Sermo de temperantia, & de ratione reluctandi ac precandi, ad Theodulum.* Sed utrum Sermo hic sit Hesychii Hierosolymitani, nobis est incompertum, cum plures Hesychios presbyteros Photius in Bibliotheca numeret inter Scriptores ecclesiasticos. Idem Photius *Sermonem de S. Jacobo* adscripit Hesychio Episcopo: sed non videtur exstare.

CLXXVI.

CLXXVI. THEOPHYLACTUS SIMOCATTA Ægypto oriundus, sed in Græcia natus, sub annum sexcentesimum duodecimum vixit. *De rebus à Mauritio Imp. gestis lib. octo* posteris reliquit, quos ex Græco Iacobus Pontanus S. I. Latinos fecit, Augustæ Vindelicorum. Singulorum librorum excerpta Photius cod. 65. recitat. Circumferuntur & hæc ejusdem Simocattæ, *Problemata Physica*, ab Andrea Schotto, post Bonaventuram Vulcanium, auctiùs edita; *Legationum excerpta* ex libris illis historiarum; item *Epistolæ mixtæ*, ab Aldo Manutio majore olim Epistolarum Græcarum volumini insertæ. Simocattæ meminerunt Suidas & Cedrenus: & hinc Nicephorus Callistus pleraque, ad vitam Mauritii Imp. spectantia, sublegit. Quæ verò fusiòs Simocatta suis libris exponit, ea breviùs perstringunt Theophanes, Zonaras, Cedrenus & Callistus.

CLXXVII. ANTIOCHUS, monachus Palæstinus in laura S. Sabæ prope urbem Hierosolymitanam, sub annum sexcentesimum decimum quartum vixit, & tempore cladis Hierosolymitanæ, cùm urbe capta Crux Dominica inde in Persidem fuit avecta. Scripsit de ea calamitate *Homilias* CXXIX, à Godefrido Tilmanno Latinè redditas; *Exomologesim*, & *librum de vitiosis cogitationibus*, *ad Eustathium*, quem Petrus Pantinus Latio donavit. Hæc omnia exstant tomo 7. Bibliothecæ Patrum, editionis Colonienſis.

CLXXVIII. S. EUSTASIUS, sive Eustathius, de quo Martyrolog. 29. Mart. magistro suo S. Columbano in regimine monasterii Luxovienſis (quod apud Burgundos in diœcesi Vesontionensi est situm) successit, & sexcentorum plus minus monachorum pater exstitit. Vir fuit non solùm vitæ sanctitate, sed & scientia clarus: ut in concilio Matisconensi, quod anno sexcentesimo vicesimo septimo (non tricesimo septimo, ut Baronius putavit) celebratum fuit, publicè ostendit. Cùm enim *Agrestinus*, ex Theodorici Francorum Regis notario monachus Luxovienſes, ut erat arroganti ingenio, adversùs S. Columbani Regulam, velut inanem ac superstitiosam, obtrectare cœpisset; Eustasius in Synodo Clotarii Regis jussu Matisconе congregata, Agrestinum cum suis assectis fortiter repressit ac retudit. Quæ omnia fusè narrat *Jonas* primùm monachus, pòst Abbas Bobienſis, in vita hujus nostri Eustasii, à Surio 29. Martii edita. Idem porrò Eustasius *S. Columbani Itinerarium* litteris consignavit; quod utinam quis in lucem proferat! Illo usus fuisse videtur *Jonas*, Eustasii vitam contexens: usque adeò accuratè exprimit, ad quæ loca, & ad quos Columbanus diverterit. Cæterum Eustasius corpore quievit in *Worgavillensi* monialium Abbatia, apud Lotharingos, in diœcesi Metesi, frequentibus clarus miraculis. Multi enim energumeni & mente capti ibi juvantur.

CLXXIX. GEORGIUS, Alexandrinus Patriarcha, scripsit *vitam S. Joannis Chrysostomi*, quem Godefridus Tilmannus Latinam fecit. Obiit anno sexcentesimo tricesimo.

CLXXX. ALEXANDRINI CHRONICI scriptor putatur Heraclii Imp. temporibus vixisse, utpote qui omne ævum usque ad vicesimum Heraclii annum digesserit. Hoc opus in vetusta Siciliæ bibliotheca primus invenit Hieronymus Surita, rerum Hispanienſium scriptor: atque inde, ejusdem & Antonii Augustini, tunc in urbe Auditoris Rotæ, ut vocant, opera, Romam advectum fuit. Hæc causa est, cur Sigonius, Panuinius, & alii olim *Fastos Siculos* appellarint. Partem illius, à Casaubono acceptam, Eusebio suo Græcè Scaliger adjecit. Sed integrum, adeoque nummis 36. aureis emptum, Augustanæ Vindelicorum bibliothecæ postea accessit. Inde (postremorum duorum annorum narrationibus exceptis, quæ ita vestutate erant arrosæ, ut legi non possent) deprompsit, exscripsit, & cum sua interpretatione publicavit Matthæus Raderus, S. I. Theologus: ac *Chronici Alexandrini nomen* libro imposuit, eò quòd in frontispicio ms. illud commendet Petrus Alexandrinus. Quem quidem verisimiliter suspicatur, esse Petrum illum, qui anno Christi sexcentesimo quadragesimo Alexandrinus Episcopus fuit. Opus est Chronologis perutile, vel ob multa ex Julio Africano & Eusebio Cæsarienſi excerpta, quæ ibi legas, & non alibi.

CLXXXI. S. SOPHRONIUS, de quo Martyrolog. Rom. 11. Mart. patria Damascenus, Patriarcha Hierosolymitanus (cujus anniversariam memoriam Græci & Latini die 11 Martii agunt) floruit temporibus Imp. Heraclii. Cujus quidem anno decimo nono ad sedem illam evectus, anno vicesimo sexto ejusdem (hoc est, Christi sexcentesimo tricesimo sexto) mortuus est; *cùm diu multumque adversùs Heraclium*, & *cum eo sentientes Sergium & Pyrrhum*, *Constantinopolitanos Patriarchas*, *Monothelitas decertasset*, & *multa scripta Ecclesiæ reliquisset*: ut Cedrenus tradit. Inter scripta numerantur ista: *Vita S. Mariæ Ægyptiacæ*, *Enconomia varia in Sanctos*; *Homiliæ seu Orationes item variæ*; & *Epistola synodica ad Joannem Papam & Sergium Constantinop. Episcopum.* Ex his *Vitam S. Mariæ Ægyptiacæ* lib. 1. de Vitis Sanctorum; *Homilias de Natali Domini*, *de Angelis*, *in Exaltationem & adorationem Crucis* tomo 7. Bibliothecæ Patrum, editionis Colonienſis: *Epistolam synodicam* in tomis Conciliorum, & apud Photium cod. 231. reperies.

CLXXXII. ANDREAS Archiepiscopus Cretæ, cognomento Hierosolymitanus, Damasco oriundus, 14. ætatis suæ anno Grammaticæ studia aggressus, & in omni disciplinarum genere probè excultus, Hierosolymam pervenit, vitamque ibi monasticam iniit. Multa, Dei Ecclesiæ fructuosa, ingenii sui monumenta reliquit; in his *varias Orationes & Canones.* Inter alios *magnum Canonem*, infinita animi compunctione refertum, pro quinta

feria quintæ hebdomadis, elaboravit. Fecit autem hunc Canonem eo tempore, quo Sophronius *Patriarcha* Hierosolymitanus vitam Mariæ Ægyptiacæ litteris mandavit: quæ & ipsa compunctionis plenissima est. Hunc præclarissimum Canonem & Orationem in Mariam Ægyptiacam ipsemet Andreas primus Constantinopolim tulit, quando ab Hierosolymorum Patriarcha *Theodoro* ad sextam Synodum subsidio missus est. Tunc enim monasticam vitam adhuc profitens, cùm adversus Monothelitas fortiter decertasset, Constantinopolitanæ ecclesiæ clero adscriptus est; deinceps in eadem diaconus, & pupillorum curator atque altor constitutus. Non longo pòst tempore Archiepiscopus Cretæ ordinatus est. Postea proximè apud locum qui *Hierusus* dicitur, cùm Mitylenem pervenisset, migravit ad Dominum; cùm sedis suæ fructum copiosum percepisset. Hæc ex rituali Græcorum libro, qui *Triodium* inscribitur, fideliter hausi.

Andreæ Cretensis diem festum Græci 4. Julii celebrant: ut ex Menologio Typici S. Sabæ constat. Porrò ex producta Triodii narratione colligi datur, *Andream* Cretæ Episcopum, patriâ Damascenum, non Hierosolymitanum aut Constantinopolitanum (ut quidam scripserunt) coævum fuisse *Sophronio* & *Theodoro* Patriarchis Hierosolymitanis. Apud Gretserum, tomo 2. de Cruce, leguntur *duæ Orationes* Græco-Latinæ hujus Andreæ Cretensis *in Exaltationem vivificæ Crucis*. Exstat ejusdem *Sermo in Salutationem Angelicam*, à Marco Hoppero Latinè redditus.

CLXXXIII. BANDONIVIANA, monialis ex disciplina Venantii Fortunati Pictavienfis Episcopi, vixit temporibus S. Radegundis Francorum Reginæ: & *acta vitæ ejusdem, à Fortunato inchoata, explevit.*

CLXXXIV. GEORGIUS PISIDES, Constantinopolitanæ ecclesiæ diaconus, & Chartophylax seu Referendarius, *Opus sex dierum, sive mundi opificium, tribus versuum Jambicorum millibus Græcè descripsit*, & Sergio CP. Patriarchæ sub annum 639. dicavit: ut Suidas & Nicephorus hist. lib. 18. cap. 48. narrant. Hæc poemata Latinis versibus Fredericus Morellius, Frederici filius, expressit, & fragmenta ejusdem Pisidæ ex Suida & aliis adjecit. Notet autem Lector *Sergium CP. Patriarcham*, qui à Pisside variis locis laudatur, initio virum fuisse probum; sed epota hæresi impium, & magnarum turbarum in Ecclesia causam exstitisse: ut Baronius tom. 8. fusè docet. Pisides porrò scripsit insuper *de Imp. Heraclio, de bello Persico*, item *Avarica*, sed soluta oratione; adhæc *laudationem Anastasii martyris*: ut Suidas tradit.

CLXXXV. HONORIUS I. Papa an. 626. ordinatus, anno sexcentesimo tricesimo octavo decessit. Scripsit *ad Sergium Patriarcham Constantinopolitanum Epistolam contra Monothelitas*: quæ in sexta Synodo actione 12. recitatur. Item scripsit versu heroico *epigramma de Ascensione Domini in cœlum, & de Apostolis in ea obstupescentibus*: quod tom. 7. Bibliothecæ Patrum, à Colonienfibus editæ, reperies. Baronius in gestis anni 645. ipsum à calumniis purgat ac tuetur.

CLXXXVI. JOANNES IV. Papa anno 641. *pro Honorio prædecessore suo scripsit Apologiam ad Imp. Constantinum*, Heraclii filium. Scribendi occasio nata est ex Pyrrho Patriarcha Constantinopolitano, & aliis Monothelitis, qui Honorii ad Sergium, Pyrrhi prædecessorem, epistola abutebantur, quasi ipsorum hæresi faveret: quum Joannes recto atque orthodoxo sensu dictatam fuisse probat. Apologiæ hujus testimonio usus est *S. Maximus* in Disputatione sua cum Pyrrho, quæ paucis post annis in Africa secuta est. Ipsam verò Apologiam Sirmondus, inter Collectanea Anastasii S. R. E. Bibliothecarii, 1620. Lutetiæ edendam curavit: addiditque nonnulla Excerpta ex duabus aut tribus epistolis ejusdem S. Maximi, huc spectantibus.

CLXXXVII. THEODORUS Papa Joanni IV. defuncto anno sexcentesimo quadragesimo secundo in pontificatu successit; scripsitque *Epistolam synodicam ad Paulum Patriarcham Constantinopolitanum, qua ejus synodicæ respondet*: arguitque illum duplici de causa. Primùm quidem, quòd Ecthesis Heraclianæ chartam, publicis in locis à Pyrrho suspensam, non sustulerit. Deinde quòd Pyrrhi, qui Patriarchatum odio compulsus abdicarat, adhuc superstitis, & nondum damnati, sedem occuparit. Quare Synodum coram Apocrisiariis suis convocari jubet, ut illius causa examinetur. Quod ipsum etiam in altera epistola scribit ad Episcopos, qui Paulum consecrarant. Epistolam utramque Sirmondus cum Collectaneis Anastasii Bibliothecarii, superiore capite memoratis, edidit.

CLXXXVIII. CUMIANUS Episcopus Hiberniæ vixit sub annum sexcentesimum quadragesimum; scripsitque *epistolam de festi Paschalis ratione*: quam Ægidius Bucherius in commentario ad Victorii Aquitani Canonem Paschalem recitat. Hiberni enim seu Scoti, Picti & Britanni indigenæ, cùm antiquos Ecclesiæ suæ ritus in celebrando Paschate retinerent, quos ante Anglorum irruptionem in Britanniam à majoribus suis acceperant, multas super hac re cum Anglis jam Christianis contentiones ac disputationes habuerunt; ut Bucherius, ex Bedæ historia, citato libro cap. 9. docet.

EUSTRATIUS, ecclesiæ Constantinopolitanæ presbyter, scripsit tractatus tres *De vita functorum animis*, à Photio in Bibliotheca cod. 171. memoratos. In tertio studiosè hoc persequitur, oblata pro iis, qui in fide obierunt, à sacerdotibus sacrificia, atque donaria vel

pro-

preces alioquin, ſupplicationesque, & eleëmoſynas pro iisdem factas, ad fidelium ſalutem ac delictorum remiſſionem iis valere omninò, pro quibus hæc offeruntur. In his autem *tertia* offerre *ſacra* refert, qui Dominicæ ac triduanæ Reſurrectionis myſterium in precationis ſubſidium atque auxilium adſumunt. *Novendialia* ſimiliter, quòd poſt octavum à Reſurrectione diem viſus iterum eſt à diſcipulis Chriſtus. Præterea *quadraginta*, quòd poſt dies totidem à diſcipulis poſtremùm viſus, in cœlos cum humana noſtra natura aſcendit. *Hactenus ex Photio.* Notet hic pius Lector antiquum morem vitâ functos ſacrificiis, precibus atque eleëmoſynis juvandi. De quo & *S. Joannis Damaſceni* exſtat oratio, in qua etiam tria hæc ſacrificandi intervalla, obſervari olim ſolita, videre datur,

CLXXXIX. S. Martinus I. Papa, de quo Martyrolog. Rom. 16. Sept. anno ſexcenteſimo quadrageſimo nono ordinatus, eodem anno (hortante in primis S. Maximo CP. Abbate, qui nuper Conſtantinopoli Romam advenerat) Synodum 105. Epiſcoporum contra Monothelitas in Urbe celebravit. Cujus quidem Synodi acta, anno proximè ſequenti, ad S. Amandum Tungrenſem ſeu Trajactenſem Epiſcopum miſit, eidemque prolixa epiſtola (quam in Annalibus Baronianis, & tomo 1. Conciliorum Galliæ reperies) diſſuaſit, ne Epiſcopatum abdicaret. Anno ſexcenteſimo quinquageſimo tertio, menſe Junio, Martinus, à Calliopa, Exarcho Ravennate, Roma abductus, annum unum in Naxo inſula exul tranſegit. Inde Conſtantinopolim perductus, dirisque modis vexatus, demùm in Cherſonem eſt relegatus: ubi & obiit anno ſexcenteſimo quinquageſimo quinto. Inter Collectanea Anaſtaſii Bibliothecarii, à Sirmondo 1620. edita, *quatuor* leguntur *S. Martini epiſtolæ.* Prima commemorat ea, quæ in illum Conſtantinopoli acerbè crudeliterque ſunt geſta, priusquam in Cherſonem relegaretur. Reliquas duas è Cherſone de exilii ſui calamitate ſcripſit.

CXC. S. Maximus, de quo Martyrolog. Rom. 13. Aug. ex Commentarienſi Regio primum monachus Conſtantinopoli, pòſt Abbas creatus, ſtrenuè adverſus Monothelitarum hæreſim decertavit. Diſputatione publica cum Pyrrho Patriarcha CP. habita, eumdem confudit, & ad ſanam doctrinam traxit: ut Theophanes & Photius tradunt. *Diſputationis illius acta integra*, prout à Notariis tunc excepta fuerunt, Baronius in geſtis anni 645. Græcè & Latinè edidit. In Bibliotheca veterum Patrum, tomo 7. editionis Colonienſis, ex operibus ejusdem S. Maximi hæc leguntur Latinitate donata: *Sententiarum de caritate centuriæ quatuor; Theologicorum & Oeconomicorum capitulorum de virtute & vitio centuriæ quinque; De duabus in Chriſto naturis libellus; De incarnatione Verbi dialogus; de Myſtagogia eccleſiaſtica liber; Diſputatio cum Pyrrho;* item *contra Monothelitas & Acephalos opuſcula tredecim*, Franciſco Turriano interprete. De iis vide Bellarminum in catalogo. Inter Collectanea Anaſtaſii Bibliothecarii, à Sirmondo 1620. edita, exſtat inſuper *Collatio à S. Maximo cum Judicibus, in palatio Conſtantinopoli, anno 655. habita:* item *Diſputatio cum Theodoſio Cæſareæ in Bithynia Epiſcopo* anno ſexcenteſimo quinquageſimo ſexto, Bizyæ (quod eſt oppidum Thraciæ) in exilio peracta: item *Epiſtolæ variæ.* Cæterùm tertio exilio S. Maximus, in Lazica, anno ſexcenteſimo ſexageſimo ſecundo, 13. Auguſti, in Domino obdormivit, ut Anaſtaſius Apocriſiarius in ſua epiſtola ad Theodoſium Gangrenſem teſtatur. Operum ejusdem S. Maximi fragmenta varia, eaque perampla, Photius in Bibliotheca cod. 164. 192. 193. 194. 195. recitat. Ex ſcriptis porrò S. Maximi in primis ea ſunt ſuſpicienda, quibus Pontificis Romani ſummum in eccleſias omnes imperium ac poteſtatem extollit; ut mirum non ſit, apud Græcos, poſtquam ab Eccleſia Romana deſciverunt, trunca ferè, quò ad hanc partem & mutila ejus opera reperiri.

CXCI. Anastasius S. R. E. Apocriſiarius, in Lazica exulans, anno ſexcenteſimo ſexageſimo quinto, inde miſit *epiſtolam ad Theodoſium presbyterum Gangrenſem;* quæ præter ea, quæ de S. Maximi CP. Abbatis obitu narrat, ampla fragmenta continet ex S. Hippolyti Portuenſis Epiſcopi Sermonibus. Anaſtaſii Apocriſiarii epiſtola iſta exſtat in citatis Anaſtaſii Bibliothecarii Collectaneis. Obiit autem anno ſexcenteſimo ſexageſimo ſexto.

CXCII. Anastasius monachus, S. Maximi CP. Abbatis diſcipulus, ſcripſit *epiſtolam ad Calaritanos in Sardinia monachos, contra Monothelitas hereticos*, eo tandem prolapſos, ut duas & unam, id eſt, tres in uno eodemque Chriſto voluntates & operationes prædicarent.

THeodosius & Theodorus fratres, anno ſexcenteſimo ſexageſimo octavo, cùm exemplum epiſtolæ ab Anaſtaſio Apocriſiario ad Theodoſium Gangrenſem ſcriptæ accepiſſent, ſcripſerunt *Scholion ſive Hypommeſticum de ejusdem Anaſtaſii & aliorum athleticis certaminibus.* Quæ omnia inter citata Anaſtaſii S. R. E. Bibliothecarii Collectanea invenies.

CXCIII. S. Amandus, de quo Martyrolog. Rom. 6. Febr. Tungrenſis ſeu Trajectenſis ad Moſam Epiſcopus, vir verè Apoſtolicus, Antverpienſium, Flandorum, aliorumque populorum Apoſtolus, in Domino obdormivit die 6. Februarii anno ſexcenteſimo ſexageſimo ſecundo, juxta ſtilum Romanum, qui annum à Kalendis Januariis orditur. Sed juxta Sigebertum Gemblacenſem, & ſtilum Gallicanum (qui initium anni ducit à Paſchate) deceſſit anno ſexcenteſimo ſexageſimo primo. In faſtis Belgicis edidi *codicillum S. Amandi, quo mandat corpus ſuum in Ebonenſi monaſterio, à ſe in diœceſi Tornacenſi fundato, ſepeliri, nec*

*inde avehi.* Labuntur autem; qui Amandum Tungrenſem cum Amando Argentinenſi Epiſcopo confundunt; quorum poſterior noſtro longè eſt antiquior; utpote qui cum Maximino Treverenſi, Servatio Tungrenſi, Superiore Nerviorum & aliis Epiſcopis, anno trecenteſimo quadrageſimo ſexto interfuit Agrippinenſi ſeu Colonienſi concilio.

CXCIV. BAUDEMUNDUS Abbas tertius in monte Blandinio, olim extra, nunc intra muros Gandavenſes ſito, ſcripſit *vitam S. Amandi Tungrenſis Epiſcopi*, à Surio 3. Februarii editam. Idem ut Notarius ſignavit codicillum S. Amandi, ſuperiore capite memoratum.

CXCV. MARCULFUS monachus, ad Landericum Pariſienſem Epiſcopum, qui anno ſexcenteſimo ſexageſimo floruit, ſcripſit *Formularum libros duos.* Hieronymus Bignonius eos, cum aliis veteribus Formulis incertorum auctorum, ex bibliotheca Regis Galliæ 1613. primus Lutetiæ edidit, & poſtea Colonienſes in tomum 7. Bibliothecæ Patrum retulerunt. Libri ſunt longè utiliſſimi ad Francicas ac Germanicas antiquitates illuſtrandas: eoque nomine ab eruditis paſſim laudantur.

CXCVI. JONAS primùm monachus, poſtea Abbas Bobienſis, à Sigeberto in catalogo c. 61. laudatus, ſcripſit vitas SS. *Columbani*, *Attalæ*, & *Berthulphi*, *Abbatum Bobienſium*, item *S. Euſtaſii Abbatis Luxovienſis*; quæ apud Surium, & in Chronologia Lerinenſi apud Barralem leguntur. Idem ſub annum Chriſti ſexcenteſimum ſexageſimum tertium à Clotario Francorum Rege, ejusque matre Bathilde Regina, ad urbem Cabilonenſem miſſus, cùm divertiſſet Reomaum, petente *Humna* illius loci Abbate, ſcripſit *vitam S. Joannis Abbatis primi & inſtitutoris monaſterii Reomaenſis*, in tractu Lingonenſi: quam Petrus Roverius, Soc. Jeſu Theologus, Notis illuſtravit, & Lutetiæ 1637. publicavit, cum Hiſtoria Abbatum Reomaënſium ab anno 425. ad noſtra usque tempora. Labitur autem Trithemius, & alii eum ſecuti, qui aſſerunt hunc Jonam gente Hibernum, & S. Columbani inde ab Hibernia diſcipulum exſtitiſſe. Hæc enim duo falſitatis coarguit ipſe Jonas. Nam Italum ſe gente fuiſſe, non Hibernum, liquidò affirmat in vita S. Attalæ, dum ſcribit ſe, flagitantibus parentibus, miſſum ab illo in patriam, cujus ſitum ita deſcribit: *Ad deſtinatum*, inquit, *pervenimus locum, à monaſterio diſtantem centum quadraginta millibus; ubi cùm venimus, gratuita pietate à genitrice, poſt tantorum intervallum annorum, ſuſcepeus ſum.* Erat monaſterium illud Bobienſe ad fluvium Trebiam, haut procul à Placentia ſitum: à quo ſi metiaris centum quadraginta millia paſſuum more Italico, non tantum procul ab Hibernia aberis, ſed etiam in aliquam Italiæ regionem incides. Quod verò ſcribit Trithemius, Jonam inde ab Hibernia diſcipulum fuiſſe S. Columbani, adverſatur etiam ipſi Jonæ, qui, in citata S. Attalæ vita, aſſerit ſe in cœnobio Bobienſi monaſticen eſſe amplexum decennio ante mortem ejusdem Attalæ Abbatis; quod tempus biennio poſterius eſt morte S. Columbani. Bobienſem porrò præfecturam Attala ſuſcepit anno circiter ſexcenteſimo decimo quarto, quo S. Columbanus in terris vivere deſiit. Fuit itaque Jonas non S. Columbani, ſed diſcipulorum S. Columbani, ac nominatim S. Attalæ diſcipulus. Sic ferè Roverius in ſuis Notis. Ab iſto Jona alius, ac quidem ætate poſterior, fuit *Jonas Fontanellenſis*, infrà c. 206. laudandus, qui *acta S. Vulframni Senonenſis Epiſcopi* memoriæ commiſit.

CXCVII. ARCULPHUS Epiſcopus Gallicanus, poſt Hieroſolymam, Damaſcum, Conſtantinopolim, Alexandriam, multasque maris inſulas luſtratas, *in patriam navigio revertens; vi tempeſtatis in occidentalia Brittanniæ littora delatus eſt. Ac poſt multa ad Adamnanum Abbatem Huenſem perveniens, lubentiſſimè eſt ab eo ſuſceptus, & lubentiùs auditus: adeò ut, quæ Arculphus ſe in locis ſanctis memoratu digna vidiſſe teſtabatur, cuncta mox Adamnanus litteris mandare curaverit:* ut Beda l. 5. hiſt. Angl. c. 16. loquitur. Vixit ſub annum Chriſti ſexcenteſimum nonageſimum. Libros tres *De ſitu terræ ſanctæ*, quos Adamnanus, à Sigeberto c. 64. laudatus, ex ore dictantis Arculphi compoſuit, Serarius integros 1619. Ingolſtadii edidit, cum Epitome eorumdem librorum, per Bedam concinnata.

CXCVIII. PETRUS Laodicenus, & GERMANUS Patriarcha Conſtantinopolitanus, dicuntur ſinguli ſcripſſe brevem *Expoſitionem Orationis Dominicæ.* Exſtat utraque tomo 7. Bibliothecæ Patrum, à Colonienſibus editæ. De Germano infrà in ſæculo VIII. agemus, cap. 207.

CXCIX. THALASSIUS monachus ſcripſit, ad Paulum presbyterum, *De ſincera caritate ac vera continentia, nec non de regimine mentis hecatontides quattuor.*

BERENGOSUS, Abbas ad S. Maximinum extra muros urbis Treverenſis, ſcripſit *De laude & inventione Crucis Dominicæ libros tres*; *De myſterio ligni Dominici librum unum*; *item Sermones varios.*

ESAIAS Abbas ſcripſit *ad fratres, qui cum ipſo vivebant, Præcepta ſive Orationes viginti novem.*

THEOFRIDUS Abbas ſcripſit *Sermones duos de Sanctorum reliquiis & veneratione.* Horum quattuor auctorum opuſcula exſtant tomo 7. Bibliothecæ Patrum, à Colonienſibus editæ. Quando præciſè vixerit, certò non conſtat.

CC. PETRUS Apollonius Collatius, *presbyter Novarienſis, *De excidio Hieroſolymitano libros quattuor* verſu heroico non ineleganti ſcripſit: quos Hadrianus Burchius emendavit, &

*Scriptor recens, ſæculo decimo quinto clarus.

& Notis marginalibus illuſtravit. Reperies eos tomo 7. Bibliothecæ Patrum, editionis Colonienſis.

CCI. NICEPHORUS Chartophylax ſcripſit, ad Theodoſium monachum & Corinthi incluſum, *Solutiones aliquot quæſtionum; item epiſtolam de ligandi ſolvendique poteſtate.* Exſtant ea tomo 7. Bibliothecæ Patrum, à Colonienſibus editæ. Margarinus Bignæus hunc Scriptorem ſæculo ſeptimo, Coccius ſæculo octavo collocat.

CCII. IOANNES Carpathiorum Epiſcopus, à Photio cod. 201. memoratus, ad monachos Indos, eorum rogatu, ſcripſit *Hortatoria capita ſeu documenta ſpiritualia nonaginta ſeptem:* quæ à Jacobo Pontano S. I. Theologo Latinè reddita, exſtant tomo 7. Bibliothecæ Patrum, editionis Colonienſis. Ejusdem Joannis *Documenta octoginta duo*, ſed *concinniora*, habentur tomo 12. citatæ Bibliothecæ, poſt Simeonis junioris Theologi opuſcula.

CCIII. ANGRADUS, Fontanellenſis in Normannia monachus, ſcripſit *vitam S. Ansberti Epiſcopi Rotomagenſis*, ad Hilbertum, S. Ansberti in Fontanella ſucceſſorem: quam Surius 9. Februarii edidit. Obiit autem S. Ansbertus anno ſexcenteſimo nonageſimo quinto.

CCIV. ADELHELMUS (Sigeberto in catalogo c. 66. & 132. Adelmus, aliis Althelmus) primùm Abbas Maildubenſis in Scotia, poſtea Schireburnenſis apud Saxones occidentales Epiſcopus, anno ſeptingenteſimo nono vivere deſiit. Scripſit varia; ex quibus leguntur iſta tomo 8. Bibliothecæ Patrum, à Colonienſibus editæ: *De laude virginum liber; De octo principalibus vitiis liber*, uterque verſu heroico conſcriptus; *Ænigmatum liber*, carmine item heroico; *Poëtica varia*, à Martino Delrio ex codice S. Laurentii Leodicenſis deſcripta; *De laude virginitatis liber*, oratione ſoluta; additis ad marginem correctionibus Joannis Meurſii.

CCV. S. MARCELLINUS presbyter, vir Apoſtolicus, de quo Martyrolog. Rom. 14. Julii ſcripſit *acta S. Suitberti*, anno ſeptingenteſimo decimo ſeptimo defuncti: cui in convertendis Friſiis, Weſtfalis, Boructuariis & aliis Germaniæ populis ſocius ac piæ peregrinationis comes fuerat. Exſtant ea apud Surium: ſed (quod dolendum) corrupta & violata à recentiore aliqua manu, quæ novitia aliquot provinciarum nomina interſeruit. Utinam quis ſinceram & integram hiſtoriam in lucem proferat!

CCVI. IONAS monachus Fontanellæ in diœceſi Rotomagenſi, mandante Baino Abbate ſuo, ſcripſit *vitam S. Vulframni Senonenſis Epiſcopi*, non ineleganter pro illo ævo. Vixit autem anno Chriſti ſeptingenteſimo viceſimo nono: cujus anni ad extremam hiſtoriam ſuam meminit; exſtatque ea apud Surium.

CCVII. S. GERMANUS Patriarcha Conſtantinopolitanus de quo Martyrolog. Rom. 12. Maji. vixit temporibus Imp. Leonis Iſauri: cujus impietati contra ſacras imagines (quæ anno ſeptingenteſimo viceſimo ſexto, impellente quodam Judæo, primùm in publicum erupit) fortiſſimè reſtitit. Exinde, nequidquam ſe furori illius interponens, Epiſcopatu ſponte ſe abdicavit anno Chriſti ſeptingenteſimo triceſimo, cùm centiſimum fere ætatis ageret. Nam Gregorius II. Papa, in 2. epiſt. quæ in Synodo 7. exſtat, adſerit Germanum anno Chriſti ſeptingenteſimo viceſimo ſexto habuiſſe annos quinque & nonaginta. Cæterùm *tres epiſtolæ S. Germani* in concilio II. Nicæno Græcè & Latinè leguntur. Ejusdem *fragmentum Græco-Latinum ex Oratione contra hæreſes* Caniſius tom. 3. Lect. antiquæ recitat. Scio à Bellarmino in catalogo, & ab editoribus Bibliothecæ Patrum, tomo 8. editionis Colonienſis, huic S. Germano attribui *Theoriam rerum eccleſiaſticarum*, & *Expoſitionem orationis Dominicæ*, ex iſta Theoria verbotenus deſumptam. Sed Gretſerus, in Notis ad tomum 2. de Cruce, putat illam Theoriam eſſe alterius cujuspiam Germani, ætate poſterioris. Idem ſentit de Encomio Deiparæ, quod Petrus Pantinus Latinè reddidit.

CCVIII. COSMAS Hieroſolymitanus ſcripſit *Hymnos tredecim in præcipuas anni feſtivitates:* quos legere eſt tomo 7. Bibliothecæ Patrum, editionis Colonienſis. Floruit eodem tempore, quo *Joannes Damaſcenus:* ut Suidas teſtatur, cujus verba produxi in Scholiis ad cap. 75. Sigebertini catalogi. Ab iſto Hymnographo alius, & quidem antiquior, fuit *Coſmas Abbas Hieroſolymitanus;* cujus Joannes Moſchus cap. 40. in Prato ſpirituali meminit. Apud Græcos eſt liber ritualis, quem *Triodium* vocant, & quo utuntur in divinis Officiis celebrandis à Septuageſima usque ad octavam Pentecoſtes. In cujus liminari pagina legitur, librum illum exaratum eſſe à *S. Coſma;* auctum verò à *Theodoro & Joſepho Studitis*, aliisque Patribus: inter quos nominatur *Nicephorus Calliſtus*, cognomento *Xantopulus*. Ita Baronius in anni 842. geſtis. Cæterùm quando Cosmas iſte, Triodii concinnator, vixerit, nondum comperi.

CCIX. S. WILLIBRORDUS, natione Anglo-Saxo, cum *S. Suitberto* & aliis decem ſociis, Evangelicæ prædicationis cauſa, ex Britannia in Friſiam anno 690. trajecit, & Trajectum ad Rhenum (Utrecht) venit. Inde ad *Pipinum Heriſtallium*, Majorem domus regiæ, profectus, prædicandi facultatem ab eo impetravit. Romam exinde ſe contulit, & à Sergio Papa anno 696. Friſonum Archiepiſcopus eſt conſecratus. Anno proximè ſequenti ſedem Epiſcopalem in Trajectenſi ad Rhenum urbe ſtatuit: ut Beda lib. 5. cap. 12. narrat. Anno demum ſeptingenteſimo triceſimo nono S. Willibrordus *Epternaci* (quod eſt Ducatus

Luxenburgenſis & diœceſis Treverenſis oppidum) piiſſimè obiit: ubi etiamnum quieſcit in ſui nominis monaſterio, à ſe ædificato. Vitæ hiſtoria, a *Theofrido* Abbate Epternacenſi litteris conſignata, exſtant ms. ibidem. At verò *Teſtamentum à S. Willibrordo ſcriptum* in Scribanii Antverpia, & in noſtro Codice Donationum piarum reperies.

CCX. S. Gregorius III. Papa, S. Gregorii II. ſucceſſor, à Sigeberto in catal. cap. 76. & in Martyrolog. Rom. 28. Nov. laudatus, anno ſeptingenteſimo quadrageſimo primo deceſſit. Scripſit *epiſtolas plurimas, ad Bonifacium Moguntinum Archiepiſcopum, ad Bajoarios, Thuringos, Haſſos, Alemannos, & alios Germaniæ populos:* item *ad Carolum Martellum, aliosque optimates.* Has & alias epiſtolas reperies in Codice Epiſtolarum Pontificiarum, quem Gretſerus edidit, & in tomo 1. Conciliorum Galliæ.

CCXI. Georgius Hamartolus Græcè ſcripſit *Chronicon ab exordio mundi usque ad imperium Conſtantini Copronymi*, qui fuit Leonis Iſauri filius. Exſtatque in bibliotheca Bavarica manuſcriptum. Adnotavit neſcio quis, idem Chronicon attribui Georgio Syncello Taraſii Patriarchæ Conſtantinopolotani; ſed errat. Nam verus & germanus Syncellus Chronicon ſuum deduxit tantummodo usque ad tempora Maximiani & Maximini tyrannorum: ut infrà ſuo loco docebimus. Ejusdem porrò Hamartoli nomine edita exſtat *Homilia de Inventione S. Crucis*, Græcè & Latinè, apud Gretſerum tomo 2. de Cruce.

CCXII. Anastasius, Abbas monaſterii S. Euthymii in Palæſtina (cujus Jo. Damaſcenus initio libelli de Triſagio, & Baronius in geſtis anni 749. meminerunt) ſcripſit *librum contra Judæos*: quem, ex Græco Latinè à Turriano redditum, Caniſius tomo 3. Lect. antiquæ, & Colonienſes to. 8. Bibliothecæ Patrum publicarunt. Atque hic quidem Anaſtaſius, cùm de Triſagio non ſincerè ſentire videretur, Damaſceno occaſionem præbuit ſcribendi opuſculum de iſto hymno.

CCXIII. Marcus Epiſcopus Hydruntinus anno ſeptingenteſimo quinquageſimo floruit, ut cenſet Coccius: ſcripſitque Græcè *hymnum in magnum Sabbatum.* Exſtat is Latinè redditus tomo 8. Bibliothecæ Patrum, editionis Colonienſis.

CCXIV. S. Zacharias Papa, S. Gregorii III. in Pontificatu ſucceſſor, in Martyrol. Rom. 15. Mart. & à Sigeberto in catal. cap. 67. laudatus, vir Græcè ac Latinè doctiſſimus, ſcripſit *epiſtolas plurimas, ad Pipinum Majorem domus regiæ, poſtea Regem Franciæ, ejusque fratrem Griphonem, ad Bonifacium Archiepiſcopum Moguntinum*, & alios: quæ apud Gretſerum in Codice Epiſtolarum Pontificiarum, & apud Sirmondum tomo 1. Conciliorum Galliæ leguntur. Idem *Gregorii Magni Papæ dialogos ex Græco Latinos reddidit:* & exſtant utraque lingua editi, Ingolſtadii. Obiit anno ſeptingenteſimo quinquageſimo ſecundo.

CCXV. S. Bonifacius, natione Anglo-Saxo, de quo Martyr. Rom. 5. Jun. ex Britannia in Friſiam anno ſeptingenteſimo quarto, Evangelicæ prædicationis ergo, trajecit. Anno 718. Romam profectus, à Gregorio II. Papa prædicandi in Germania poteſtatem accepit. Exinde mortuo *Radbodo* Friſiorum Rege, idololatra, anno 719. in Friſiam ſecundò ivit, & *S. VVillibrordo* Ultrajectenſi Epiſcopo tribus circiter annis cooperator fuit. Anno ſeptingenteſimo viceſimo ſeptimo Romam ſecundò profectus, ab eodem Gregorio II. creatus eſt Epiſcopus, ad Germanicam vineam fructuoſiùs excolendam. Acceptis à Carolo Martello litteris ſecuritatis, *Chattos* ſeu *Haſſos* aliosque Germaniæ populos doctrina Evangelica imbuit. Roma tertiò redux, ut Archiepiſcopus & Apoſtolicæ ſedis per Germaniam Legatus, *Bajoariam* in diœceſes quattuor, *Salisburgenſem, Friſingenſem, Ratisponenſem* & *Patavienſem*, an. 739. diſtribuit; conſentiente *Othilone* Bajoariorum Duce. Anno 742. *Ratiſpona* ſynodum habuit, cui *Burchardus* Herbipolenſis, *VVillebaldus* Eiſtatenſis, & *Wittanus Birburgenſis*, Epiſcopi, cum ſuis presbyteris interfuerunt; adjuvante *Carlomanno* Caroli Martelli filio. Anno proximè ſequenti *Liptinis* alteram ſynodum celebravit: in qua *S. Abel* Remenſis, *Grimo* Rotomagenſis & *Harbertus* Senonenſis, Archiepiſcopi præſentes exſtiterunt, una cum *Carlomanno* Principe, qui Liptinis tunc palatium ac ſedem habebat. Liptinas porrò diu à Serario & aliis quæſitas (cùm ante annos plures ad vicinum Laubienſe monaſterium fortè divertiſſem) primus detexi. Eſt autem nunc vicus Hannoniæ, vulgò *Eſtines*, primo lapide à Binchio oppido ſitus, in via militari Romana. Quo loco veteris palatii ac villæ regiæ rudera hodieque ſuperſunt.

Anno 744. Zacharias Papa Bonifacio ſuas vices non in Bajoaria ſolùm, ſed per Galliam omnem delegavit. Pridie Nonas Novembris, imperante Conſtantino anno 32. poſt Conſulatum ejus anno undecimo, indictione V. (hoc eſt, anno Chriſti ſeptingenteſimo quinquageſimo primo) idem Zacharias ſanxit, *ut eccleſia Moguntina perpetuis temporibus eſſet Metropolis, habens ſub ſe has quinque civitates, Tungrenſem, Colonienſem, VVormatienſem, Spirenſem & Trajectenſem ad Rhenum, & omnes Germaniæ gentes, quas S. Bonifacius per ſuam prædicationem Chriſto lucrifecerat.* Anno 752. Childerico III. Francorum Rege, qui ultimus Merovingorum fuit, exauctorato, & in monaſterium Bertinianum retruſo, Bonifacius in urbe Sueſſionenſi *Pipinum*, Caroli Magni patrem, in Regem unxit ac coronavit, juxta mandatum ejusdem Pontificis Zachariæ. Anno 755. Bonifacius in villa *Dockum* (hodia *Deccomium* vocant, Friſiæ occidentalis oppidum) ab impiis occiſus fuit, Fuldæ ſepultus in monaſterio à ſe fundato. Scripſit *Epiſtolas plurimas*, pietatis atque eruditionis plenas, à Serario cum Notis

1605. Moguntiæ editas. Scripsit insuper *librum de vita ac martyrio S. Livini Episcopi* Gandavensium in Flandria patroni: quem ms. dono à me acceptum idem Serarius cum Epistolis Bonifacianis publicavit.

CCXVI. S. Willebaldus, de quo Martyrol. Rom. 6. Julii, primus Eistatensis Episcopus, anno 728. ex Anglia in Germaniam veniens, in laboribus Evangelicis S. Bonifacio Archiep. Moguntino socium se adjunxit. Anno 742. in Ratisponensi, & anno proximè sequenti in Liptinensi synodo fuit. Patrem habuit *S. Richardum* Regem Anglorum; fratrem *S. Vvinnibaldum* presbyterum; sororem *S. Vvalburgam* Abbatissam: suntque omnes Martyrologio Rom. adscripti. Willibaldus porrò dicitur scripsisse *librum de vita ac passione S. Bonifacii*, eumque *Lullo* Moguntino, & *Megingozo* Herbipolensi, Episcopis dicasse: sed Brouverus suspicatur non esse fœtum Willibaldi. Hunc librum Canisius tom. 4. Lect. antiquæ 1603. Ingolstadii, & Serarius cum Epistolis S. Bonifacii 1605. Moguntiæ ediderunt. Apud eumdem Canisium exstat *Hodœporicon* sive *Itinerarium Hierosolymitanum S. Vvillibaldi*, ab ejus consanguinea sanctimoniale Heidenheimensi conscriptum: quod ab ipso Willibaldo priùs litteris mandatum existimo.

CCXVII. Stephanus Papa Zachariæ an. 753. successit, anno 757. decessit. Cùm in Francia ageret, in Carisiaco palatio, ad Isaram fl. sito (nunc Cressiaco, *Cressy*) & in Britanniaco monasterio diœcesis Noviomensis, *Responsa* dedit *ad varia consulta, de quibus fuerat interrogatus.* Exstant ea apud Jacobum Sirmondum in Conciliis Galliæ.

CCXVIII. Lullus natione Anglo-Saxo, S. Bonifacii discipulus & in sede Moguntina successor, anno septingentesimo octogesimo septimo vivere desiit; ut Marianus Scotus tradit: aut anno præcedenti, ut in Pithœanis Annalibus legitur. Scripsit *Epistolas varias*; quas Centuriatores Magdeburgenses sibi visas fuisse fatentur: atque utinam quis eas luce publica donet!

CCXIX. Paulus I. Papa, Stephani II. successor, *ad Pipinum Francorum Regem triginta amplius Epistolas* dedit; quæ à Baronio in Annalibus ex Vaticana bibliotheca commemorantur, exstantque in Codice Carolino, editionis Gretserianæ; sed ordine temporum utrobique neglecto & perturbato. Argumenta earum Sirmondus serie temporum digessit tomo 2. Conciliorum Galliæ. Paulus anno 767. obiit; succedente Stephano III. Papa, cujus item *Epistolæ variæ* exstant in citato tomo, & alibi.

CCXX. Godescalcus diaconus & Canonicus Leodicensis, mandante *Agilfrido* Episcopo Leodicensi, sub annum Christi 770. primus scripsit *vitam S. Lamberti Episcopi Leodicensis ac Martyris.* Post Godescalcum *Stephanus* Leodicensis Episcopus sub annum 903. *Nicolaus* Canonicus Leodicensis sub annum 1120. & *Renerus*, ad S. Laurentium prope Leodicum monachus, sub annum 1130. idem præstiterunt. Quorum omnium scripta ex ordine Chapeavillus 1612. edidit, tomo 1. Leodicensium rerum.

CCXXI. Secundus, Longobardorum Historicus, paulò ante tempora Pauli Longobardi, à Sigeberto in catal. cap. 80. laudati, floruit: de quo ita Paulus lib. 4. de gestis Longobard. cap. 42. *Sequenti mense Martio defunctus est apud Tridentum Secundus, servus Christi, qui usque ad sua tempora succinctam de Longobardorum gestis composuit historiolam.*

CCXXII. Georgius monachus, Taasii Constantinopolitani Patriarchæ Syncellus (quomodo dicebatur qui proximus erat Patriarchæ, eique defuncto successor destinabatur) vixit temporibus Caroli Magni, & anno septingentesimo nonagesimo secundo *Chronicon* adornavit: quod *à mundi exordio usque ad Maximianum & Maximinum tyrannos* perduxit; sed morte præventus ulteriùs perducere non potuit. In hoc volumen Syncellus universum Eusebii Cæsarienſis chronicon verbotenus transtulit: sic tamen ut in Eusebio reprehendendo penè sit perpetuus. At verò fatemur quidem, meritò ipsum sæpè ab Eusebio dissentire: sed habet & suos nævos Syncellus non paucos, nec exiguos; ut Scaliger in Animadversionibus Eusebianis docuit.

CCXXIII. Georgius Theophanes, itidem monachus, Georgio Syncello familiaris fuit, & *hujus Chronicon à temporibus Maximiani & Maximini pertexuit usque ad Michaëlis & Theophili ævum:* ut Cedrenus & Michaël Glycas narrant. Unde & in codice ms. bibliothecæ Regis Christianissimi Syncellum hic Theophanes excipit. Cæterùm Anastasius S. R. E. Bibliothecarius, Miscellæ historiæ collector, ut in prioribus libris *Eutropium & Paulum diaconum* exscripsit; sic in posterioribus (puta ab initio libri decimi septimi) sequitur *Theophanem:* & ita sequitur, ut merum interpretis nomen mereri videatur. Atque id constare potest ex fragmentis, quæ *Dionysius Petavius* suis in Nicephorum Notis inseruit. Nam integer necdum prodiit in lucem. Solummodò fragmentum ejus de Mahometicæ sectæ origine ac dogmagtibus præcipuis *Fredericus Silburgius* in suis Saracenicis edidit; qui & versionem ex Anastasii Bibliothecarii Historia ecclesiastica adjecit. Expendat autem curiosus lector, an hic *Georgius Theophanes* sit idem cum *Theophane Byzantio*, ex cujus Historiarum libris decem excerpta quædem de Justino & Chosroë Photius cod. 64. recitat.

CCXXIV. Heterius Uxamensis in Hispania Episcopus, & *Beatus* presbyter, *adversùs Elipandum Toletanum Archiepiscopum* scripserunt *libros duos de adoptione Christi Filii Dei;* quos ex Toletana bibliotheca descriptos Petrus Stevartius Ingolstadii primùm edidit, &

Colonienſes poſtea in tomum 8. Bibliothecæ Patrum retulerunt. De Elipandi & Felicis Urgellitani Epiſcopi hæreſibus Mariana lib. 7. Annalium Hiſpaniæ cap. 8. conſuli poterit.

CCXXV. S. Paulinus, Aquileienſis Epiſcopus, ſub annum Chriſti ſeptingenteſimum nonageſimum quartum, *contra Elipandum Toletanum Epiſcopum ſcripſit libellum*, qui exſtat tomo 2. Conciliorum Galliæ: item *libros tres contra Felicem Vrgellitanum Epiſcopum*, 1617. Lutetiæ editos. Obiit anno octingenteſimo quarto, in majore Foro-Julienſis urbis baſilica ſepultus; & dies ejus natalis III. Nonas Januarii ab Aquileienſi Eccleſia quot annis celebratur: ut ex monumentis ejusdem Eccleſiæ narrat Philippus Ferrarius in Catalogo Sanctorum Italiæ.

CCXXVI. Hadrianus II. Papa anno 772. ſedere cœpit, & an. 795. vivere deſiit. Præter *epiſtolas plurimas*, quæ partim in 7. Synodo actione 2. partim inter Pontificias epiſtolas leguntur, ſcripſit *inſignem librum pro defenſione ſeptimæ Synodi*, & *Reſponſionem ad libros quatuor à Carolo magno Francorum Rege, ex Concilio Francofordienſi anno* 794. *ad ſe miſſos*. Reſponſionem hanc in Romana Conciliorum generalium editione Græco-Latina reperies poſt ſeptimam Synodum. Apud Sirmondum tomo 1. Conciliorum Galliæ exſtant hujus *Hadriani Papæ Capitula* (al. *Canones*, *Decreta* ſeu *ſententiæ*, nam & his quoque nominibus appellari ſolent) quæ ex Græcis & Latinis Canonibus, & Synodis Romanis, atque decretis Pontificum ac Principum Romanorum ſparſim collecta ſunt, & *Ingilramno* Metenſi Epiſcopo, Romæ exiſtenti, ab ipſo Hadriano tradita, anno ſeptingenteſimo octogeſimo quinto.

Apud Caniſium tomo 6. Lect. antiquæ, & apud Binium tomo 3. Conciliorum, legitur *Epitome Canonum orientalium & Africanorum*, cum titulo, qui ab Hadriano Papa hanc *Carolo Magno* Francorum Regi, Romæ agenti, ad uſum occidentalium Eccleſiarum oblatam ſignificat. Atqui conſtat Carolo anno 787. oblatam fuiſſe non Epitomen, ſed *integram Collectionem*, *tum Canonum*, ex quibus Epitome illa deinceps conflata eſt, *tum Decretorum etiam Pontificiorum, à Siritio ad Gregorium junior.* Denique illum ipſum Carolo datum eſſe librum, qui *Codex Canonum*, diſt. 19. cap. *Si Romanorum*, à Nicolao Papa dicitur, quique à Dionyſio Exiguo Abbate Romano collectus, Moguntiæ primùm 1525. & poſtea Lutetiæ 1609. typis excuſus fuit, cum iſta inſcriptione: *Codex Canonum vetus Eccleſiæ Romanæ.* Hoc enim declarant plurima, quæ in bibliothecis Galliæ viſuntur, Collectionis hujus exemplaria: quorum in fronte, velut oblati muneris dedicatio, præfixa eſt Hadriani ad Carolum epiſtola, quæ primis ſingulorum verſuum litteris hunc titulum reddit: Domno Eccelli Filio Carulo Regi Hadrianus papa. Epiſtolam ipſam Sirmondus tomo 2. Conciliorum Galliæ recitat.

Cæterùm haut abs re fecerim, ſi ex citato tomo hic ſubjecerim ejusdem *Sirmondi Admonitionem ad Lectorem de libris quatuor, quos adverſus ſecundam Synodum Nicænam ſcriptos, Carolus Magnus Hadriano II. Papæ ex Concilio Francofordienſi anno* 794. *miſit*, & *de Canone ſecundo ejusdem Concilii Francofordienſis, quo rejecta eſt eadem Synodus Nicæna*:

Quæſitum eſt, *inquit*, à multis noſtra & patrum ætate doctiſſimis viris, de Canone iſto, & de libris Carolinis; primùm an veri eſſent, an falſi & ſubditicii: deinde an Synodus illa Græcorum, cui adverſantur, Nicæna pro Imaginibus Synodus fuerit, an alia. Nec injuria fortaſſe de utroque capite, re nondum comperta, dubitabatur. Nunc verò & Synodi Canones, librosque Carolinos pro legitimis omnes ferè agnoſcunt, & de Synodo Nicæna quæſtionem fuiſſe, quod ex libris ipſis patet, ſimiliter conſentiunt. Ac de libris ſanè Carolinis (ut *Hincmarum Remenſem* omittam, qui hos à ſe lectos teſtatur, ſcribens ad Hincmarum Laudunenſem cap. 20.) inficiari nemo poteſt, niſi qui *Hadriani Papæ* ad eosdem libros Reſponſioni ſeu Confutationi, quæ in omnium manibus verſatur, fidem detractam velit. De Canonibus verò, qui ſequuntur, quin ii quoque veri ſincerique ſint, nobis certè, propter antiquiſſimi codicis auctoritatem, ambigere non licet: ut de multis ejus ſæculi ſcriptoribus nihil dicam, qui dum ſeptimam Synodum à Francofordienſi rejectam tradunt, ſecundum hunc Canonem, de quo agimus, tacitè ſignificant. Nec difficilè porrò iſta ſibi de Gallorum Epiſcopis perſuadebit, qui meminerit illos *Ludovici Pii* Imp. temporibus non diſſimilia in conventu Pariſienſi anno 824. ſenſiſſe; & *Anaſtaſii Bibliothecarii* apud Joannem VIII. Papam cenſura perſtrictos fuiſſe, quòd adverſùs Synodi Nicænæ decretum, in approbanda Imaginum veneratione, cunctarentur.

Reſtat ergò, ut quænam illorum de Imaginibus mens fuerit, aut qua ratione purgari queant, qui Synodum Nicænam, quam inter œcumenicas numeramus, explodere auſi ſint, conſideremus. Quamquam quod ad Synodi nomen attinet, in promptu habent, quo invidiam depellant. Conſtat enim ſic in hac quæſtione verſatos eſſe tum Synodi Francofordienſis, tum Carolini voluminis auctores, ut ſibi non cum œcumenico Concilio, ſed cum peculiari Græcorum, ut appellabant, Synodo rem eſſe contenderent. Ita enim paſſim in libris illis profitentur, queruntur que propterea, illam ſibi aut univerſalis, aut ſeptimæ Synodi nomen arrogare, cùm oecumenicam dici poſſe negarent, ad quam ſoli Græci conveniſſent, reliquarumque provinciarum Eccleſiæ convocatæ, aut ſententiam per epiſtolas, more Eccleſiaſtico, rogatæ non fuiſſent. Et quidem, ſi rem ſuis momentis expendamus, ſatis omnino cauſæ videbatur, cur Synodum, cui tot adhuc provinciarum, ac totus penè Occi-

Occidentis ſuffragia deeſſent, pro oecumenica nondum haberent: nec Hadrianus ipſe aliter ſe ſentire oſtendebat, qui allatam è Græcia Synodum (ut Hincmarus eodem loco docet) in Galliam miſit, Conciliumque, ejus cauſâ, convocari à Carolo juſſit; & libris Carolinis quibus oppugnata eſt, ita reſpondit, ut oecumenicæ Synodi nomen illis auctoritatemque nusquam objiciat. Quare habebant, ut dixi, hac in parte Galli, quo ſe defenderent; haut perinde in re ipſa, hoc eſt, in quæſtione Imaginum, in qua vehementer à Synodo diſſentiebant. Nam cùm in Synodo Nicæna de ſacris Imaginibus duo eſſent conſtituta; & retinendas nimirum, & adorandas Imagines eſſe: prius illud Galli libenter amplectebantur, quod ipſi quoque jam ante in *Synodo Gentiliaca* contra Græcos iconoclaſtas adſtruxerant: alterum verò penitus reſpuebant, Imaginesque non adorandas, ſed memoriæ tantùm cauſa & inſtructionis habendas affirmabant; *Gregorium Magnum*, ut ajebant, ducem ſecuti, qui in eam ſententiam Sereno Maſſilienſi Epiſcopo reſcripſiſſe videbatur. Ac meritò ſanè adorandas Imagines negarent, ſi adorare id erat, quod interpretabantur, hoc eſt, divinum honorem cultumque deferre; Sic enim vitandam Imaginum adorationem docuerat *S. Gregorius*, & adorari Deum ſolum oportere, manifeſtum eſt. Sed mirum profectò, ſuſpicari id Gallos de Græcis potuiſſe, aut Synodum Nicænam, quod Francofordienſis Canon declarat, hoc nomine traducere, quaſi Imagines divino cultu adorandas ſtatuiſſet: cùm in Synodo illa nihil ſit expreſſius, quam adorationis, quæ Imaginibus tribuitur, nomine non intelligi veram latriam, quæ naturæ divinæ debetur; ſed honorariam tantùm venerationem, qua dum Imagines proſequimur, protòtypa ipſa per eas honoramus. Quo utique ſenſu idem Gregorius, qui adorandas divino cultu Imagines negabat, in aliis ad Januarium & ad Secundinum epiſtolis, lib. 7. epiſt. 2. & 5. congruentem hanc illarum venerationem apertè confirmarat; & Hadrianus Papa, ſub finem epiſtolæ, qua libris Carolinis reſpondet, Gregorii Magni & Synodi Nicænæ diverſas de Imaginum cultu ſententias non fuiſſe demonſtrat. Denique Galli ipſi, qui adorari ſacras Imagines vetabant, Crucis tamen effigiem, reliquias Sanctorum, codicem Evangelii & alia, quorum par atque Imaginum eſt ratio, adorare conſueverant.

Unde adverſùs illos non inſcitè pro ſeptima Synodo argumentatur idem Anaſtaſius: *Ajunt*, inquit, *quòd non ſit quodlibet opus manuum hominum adorandum. Quaſi non ſit codex Evangelicorum opus manuum hominum, quem quotidie oſculando adorant; ſimiliter & forma Crucis, quam ſe adorare omnes ubique Chriſtiani fatentur &c.* Cæterùm qui Synodo Nicænæ, nondum ſatis intellectæ, adorationique Imaginum, religioſa, ut apparet, ſed inani trepidatione, pertinaciùs initio reſtiterant, iidem poſtea, rebus explicatis atque perſpectis & Synodum eamdem ſunt amplexi, & ſacrarum Imaginum venerationem religioſiſſimè coluerunt. Quare libros Carolinos, quos majores noſtri re tandem ipſa damnarunt, vel Hadriani Papæ ad eos reſponſionem repræſentari hoc loco, ſupervacaneum cenſuimus. *Ita Sirmondus tomo 2. Conciliorum Galliæ, in geſtis anni 794. ubi de Concilio Francofordienſi agit. Idem tomo eodem, ubi de conventu Pariſienſi anno 824. habito tractat, hæc antidoti loco addit:*

Cùm ad Imp. Ludovicum Pium, anno octingenteſimo viceſimo quarto, Michaëlis & Theophili Græcorum Imperatorum Legati veniſſent, atque inter cætera diſſidium expoſuiſſent, quod in Eccleſia orientali propter Imagines erat, quas alii adorandas, alii non adorandas eſſe contenderent, ſeque hac de cauſa Romam etiam ad Eugenium II. ituros ſignificaſſent: Ludovicus pacis componendæ ſtudio Epiſcopos, Pontificis permiſſu, Pariſiis in palatio convenire, Patrumque veterum de Imaginibus ſententias colligere juſſit, quæ Pontifici ad rem definiendam adjumento, ut ajebat, futuræ viderentur. Hanc illorum Collectionem, cum epiſtola, quam Eugenii Papæ ad eosdem Imperatores nomine concinnarant, cùm accepiſſet Ludovicus, utramque mox Romam miſit ad Eugenium, cum altera privata epiſtola ſua: quam nos ſolam hoc loco, cum ſubdito ad Hieremiam Senonenſem & Jonam Aurelianenſem, Epiſcopos Romam miſſos, commonitorio, edendam cenſuimus; cæteris quæ in hujus conventus actis continentur prætermiſſis; quòd Gallorum ejus ſæculi ab Imaginum adoratione abhorrentium hæreſim redoleant. Nam ut de aliis nihil dicatur, in quibus Hadriano Papæ & ſecundæ Synodo Nicænæ inquiores ſunt, in iſta ſua Collectione ſanctorum Patrum ſententias eò detorquere conantur, ut Imagines indebito, ut videri volebant, cultu honorandas non eſſe ſtatuant: & Eugenium in epiſtola ita ſcribentem faciunt, ut de Imaginibus, easne habere vel non habere, honorare vel non honorare placeat, liberum cuique in Eccleſia permitti velit; quaſi hæc in mentum ſummo Pontifici venire, aut illi perſuaderi à ſe poſſe confiderent. Hæc igitur prætermittemus, utpote quæ abſurda ſunt, ideoque à Baronio & Bellarmino accuratè refutata, atque à Gallis poſtea ipſis, mutato conſilio, receptaque Imaginum veneratione, damnata. *Sic ferè Sirmondus.*

CCXXVII. REDEGARIUS Scholaſticus, jubente Childebrando Comite, Pipini Francorum Regis Patruo, *Chronicon* ſcripſit, & à fine Hiſtoriæ Gregorii Turonenſis usque ad Pipini ipſius coronationem perduxit: quod hactenus, nomine *Appendicis*, ad eumdem Gregorium additæ, vulgatum fuit. Fredegarii Chronicon excipit *Appendix*, à Pipini Regis coronatione ad annum usque ſeptingenteſimum ſexageſimum octavum, auctoritate *Nibelungi* Comitis, Childebrandi filii, ſcripta. Utrumque opus accuratè emendatum, & pleris-

que in locis auctum, subsidio duorum vetustissimorum mss. codicum, Quercetanus tomo 2 Scriptorum Historiæ Francorum publicavit.

CCXXVIII. ANastasius Nicænus Episcopus vixit post Trullanum concilium. quod Græci quinisextum nuncupant: scripsitque *Responsionem ad interrogationes de multis capitibus ecclesiasticis;* quæ tomo 1. Bibliothecæ Patrum, secundæ editionis Parisiensis exstat. Bellarminus in catalogo monet, Notas ibi marginales delendas esse; quòd non sanam doctrinam contineant.

CCXXIX. DAcrianus Abbas ordinis Benedictini, de quo Possevinus in Apparatu sacro, scripsit *Speculum Monachorum, & XII. brevia spiritualis vitæ documenta;* quæ tomo 8. Bibliothecæ Patrum; editionis Colonienſis, leguntur. Sunt qui Speculum istud *Ludovico Blosio* attribuant; sed Froius, operum Blosii editor, dicit hunc librum pro fœtu proprio non agnitum à Blosio, ut qui non solus ejus esset parens. Dacrianum Bignæus in sæculo octavo collocavit, sed quo argumento motus, nescio.

CCXXX. ANtonius Melissa, monachus, scripsit *libros duos Locorum communium ad virtutes sequendas, & vitia fugienda;* quos ex Patribus collegit. Exstant ii in Bibliotheca Patrum; sed cautè legendi, utpote ab hæreticis Latinitate donati: ut Bellarminus in catalogo, Billius in Notis ad Isidorum Peluſiotam, Ducæus, & Magister sacri palatii in Indice expurgatorio monent. Quando vixerit, fatetur idem Bellarminus se ignorare.

CCXXXI. SLudgerus, de quo Martyrolog. Rom. 26. Mart. primus Episcopus Monasteriensis in Westfalia; scripsit *vitam magistri sui S. Gregorii Ultrajectensis Episcopi:* quam ex ms. codice Fuldensi Christophorus Brouverus 1616. Moguntiæ edidit, *cum historiæ narratione de passione S. Bonifacii Moguntini Archiepiscopi*, ab eodem Ludgero conscripta. Apud Surium Kalendis Maji exstat ejusdem Ludgeri *epistola ad Rixfridum Ultrajectensem Episcopum de vita ac miraculis S. Suitberti Episcopi.* Obiit autem Ludgerus anno octingentesimo nono: ut Dithmarus in chron. testatur. Ludgeri porrò magistri sui vitam libris duobus *Othelgrimus* contexuit: quos integros, adeoque Surianis pleniores, ex ms. Fuldensi idem Brouverus 1616. publicavit. Fastos nostros Belgicos die 1. & 26. Martii consule.

CCXXXII. TUrpinus, primùm monachus ad S. Dionysium prope Lutetiam, postea Carolo Magno petente, ab Hadriano Papa Remensis Archiepiscopus creatus, anno 811. decessit. Turpino à Trithemio & aliis vulgò adscribitur *liber de gestis Caroli Magni;* sed critici eruditores rectè censent, esse fœtum hominis imperiti, qui meras fabulas conscripserit. Sanè nec Hincmarus, nec Flodoardus, nec ullus veterum illarum quisquiliarum meminit. Accedit, quod scriptor iste c. 32. mentionem facit obitus Caroli Magni. At Turpinum ante Carolum decessisse, eique Vulfarium successisse, Flodoardus l. 1. c. 18. testatur.

CCXXXIII. ÆGil, Fuldensis Abbas quartùs anno 818. ordinatus, *vitam magistri sui Sturmii, seu Sturmionis primi Abbatis Fuldensis* scripsit, quam ex ms. Bambergensi 1616. Moguntiæ in lucem Brouverus edidit. Sturmius anno septigentesimo sexagesimo octavo: Ægil autem decessit anno octingentesimo vicesimo secundo; & successorem habuit Rabanum Maurum.

Candidus Fuldensis monachus, Mauro hortante, *vitam Ægili seu Ægilis Fuldensis Abbatis* prosa & versu heroico conscripsit. Utrumque opusculum Brouverus an. 1616. Moguntiæ edidit. Idem Candidus scripsit *vitam Baugolfi Abbatis Fuldensis*, quam hactenus non vidi.

CCXXXIV. SNicephorus Constantinopolitanus Patriarcha, Theodoro Studitæ familiaris, in Menologio ad diem 13. Maji, & à Photio cod. 66. laudatus, anno Christi octingentesimo undecimo *ad Leonem III. Papam scripsit epistolam prolixam*, quam Baronius tomo 9. recitat; item *opuscula aliquot contra Iconomachos*, quæ apud Canisium tomo 4. Lect. antiquæ, & tomo 9. Bibliothecæ PP. à Colonienſibus editæ reperies. Scripsit insuper *Epitomen historicam*, sive *Breviarium de rebus gestis à Mauritii Imp. cæde usque ad annum Christi septingentesimum sexagesimum nonum*: quod Dionysius Petavius Latinum fecit, & Lutetiæ publicavit. Adjecit *luculentum ejusdem fragmentum ex Theophane;* sed aliùs, ut videtur, operis; quo cultum imaginum adversùs Imperatorem defenderit. Præfuit ecclesiæ Constantinopolitanæ annis novem: post id tempus ab. Imp. Leone Armeno in exilium ejectus fuit; ubi & anno 828. obiit; ut *Nicephorus junior* tradit in sua Chronologia, quam Græcè cum Eusebii Chronico Scaliger, & Latinè Joachimus Camerarius ediderunt. Nicephorum porrò juniorem, seu Chronologum esse alium à Nicephoro breviarii conditore, sunt qui inde colligi putant, quòd Chronologus enumeret Patriarchas Constantinopolitanos usque ad Photium; quodque breviarii conditor obierit anno (ut dixi) octingentesimo vicesimo octavo, exilii decimo quinto: nempe totis triginta annis priusquam Photius Patriarchatum invaderet. Quare aut verum est quod illi censent, aut postea quædam Nicephori breviario fuerunt adjecta; ut Gennadio & aliis plurimis contigit.

CCXXXV. SErgius confessor historiam suam inchoavit à Michaëlis Imp. CP. rebus gestis, atque inde recurrit ad impia Constantini Copronymi facinora: à quibus porrò narrare ex ordine pergit, usque ad octavum Michaelis Balbi annum, res partim in Ecclesia, partim

partim in Republica gestas. Dictio Sergii perspicua fuit, & minimè affectata, sed nativa venustate florida; qualis maximè Ecclesiasticæ historiæ scriptorem decet. Hic autem Sergius, ob defensum cultum sacrarum Imaginum, excruciatus, fortunis exutus, atque in exilii ærumnis mortuus est: ideoque *confessor* à Photio & aliis nuncupatur. Ejusdem, nisi fallor, nomen Menologio Græcorum a. d. 13. Maji adscriptum legitur.

CCXXXVI. THEODULFUS, ex Floriacensi Abbate Aurelianensis Episcopus, sub annum septingentesimum nonagesimum septimum *Capitulare ad diœcesis suæ sacerdotes* edidit: in quo saluberrima, tum presbyterorum propria, tum communia, quibus subditam sibi plebem informare debeant, vitæ Christianæ documenta describuntur. Hos Theodulfi Canones primus in lucem dedit Baronius, cumque de tempore, quo scripti sunt, certi nihil haberet, in annum octingentesimum tricesimum quintum eos conjecit: at seriùs omnino, quàm par fuit. Theodulfum namque ad ea tempora non pervenisse, ostendit *Jonas* ejus in Aurelianensi cathedra successor, qui à Ludovico Pio ad Eugenium Papam anno octingentesimo vicesimo quarto missus est. Sirmondus, tomo 2. Conciliorum Galliæ, Canones istos ad annum 797. aut circiter aptiùs referri posse censuit; quòd id tempus propiùs absit ab exordio pontificatus Theodulfi, quem anno septingentesimo nonagesimo quarto episcopum jam fuisse, constat ex concilio Francofordiensi, & Alcuini epistola 4. ad Carolum Regem. Theodulfi *poëmata varia, cùm sacra tum profana*, apud Canisium tomo 5. Lect. antiquæ, & tomo 9. Bibliothecæ Patrum, editionis Colonienfis, reperies.

CCXXXVII. ADELMUS (ut eum Marquardus Freherus nuncupat) monachus Laurishamensis, in diœcesi Wormatiensi, scripsit *Annales** ab anno septingentesimo quadragesimo primo usque ad octingentesimum vicesimum nonum; quos inde *Annales Laurishamenses* vocant. Gesnerus verò & Divæus horum Annalium conditorem vocant *Heribertum.*

CCXXXVIII. ADEMARUS, Engolismensis presbyter, temporibus Caroli Magni & Ludovici Pii floruit. Extat ejus *Chronicon*, quod *Engolismense* vocant, in quo res gestas Francorum ad sua usque tempora prosequitur.

CCXXXIX. BENEDICTUS Indensis Abbas temporibus Ludovici Pii floruit, & scripsit *Concordiam Regularum*; quam Hugo Menardus Benedictinus Notis illustravit, & primus 1638. Lutetiæ edendam curavit.

CCXL. AGOBARDUS ex Coëpiscopo, sive ut nunc loquimur, Coadjutore, jussu Leidradi sui antecessoris, à tribus Episcopis consecrato, ad Lugdunensem cathedram provectus est anno octingentesimo decimo tertio (ut habet Ado in Chronico) cùm Leidradus in monasterium Suessionense secessisset. In ea dignitate constitutus, hæresea *Felicis Urgellitani*, tunc Lugduni exulantis (teste eodem Adone) itemque *Fredegisi* Abbatis, libris editis exagitavit. Judæos, qui eo tempore partim muneribus, partim donis contra Christianam libertatem pleraque impetrabant, scripto multiplici ad eos, qui huic malo mederi poterant, dato repressit. Adversùs legem duelli à Gundebado Burgundionum Rege latam, qua lites & dissidia, deficientibus testibus, ferro definienda statuebantur, tanquam barbaram & Christiano nomine indignam fortiter disputavit. Vulgarem insuper probam aquæ frigidæ, & ferri candentis, aliosque id generis errores populares improbavit. Cæterùm quæ *de picturis & imaginibus* scripsit Agobardus, à Baronio in gestis anni 825. item à Magistro sacri palatii in Indice, & ab aliis meritò rejiciuntur. Enim verò (ut *Theophili Rainaudi* Soc. Jesu Theologi, verbis hic utar) negari non potest, Agobardum duriùs, quàm exacta Theologiæ amussis ferat, locutum esse. Re ipsa tamen videtur ab errore Iconomachorum fuisse immunis. Quod item (*subnectit Rainaudus*) dixerim de ejus æquali *Jona Aurelianensi Episcopo*, qui Claudii Taurinensis Episcopi & Iconoclastæ hæresim debellavit: & tamen, ob similem cùm Agobardo loquendi modum, castigatur & notatur à Baronio ac Bellarmino, quasi ex eodem ore calidum simul ac frigidum efflaverit. Agobardus porrò, in expeditione pro Ludovico Pio susceptа, anno octingensimo quadragesimo apud Santones defunctus est, ut Ado in chron. narrat. Clarum miraculis Lugdunensis Ecclesia cœlitum honore prosequitur, & Kalendario suo insertum VIII. Idus Junii duplicis officii ritu celebrat. Ut dubitandum non sit, quin vel ab impactis noxis immunis fuerit, vel eas ante obitum condignis pœnitentiæ imbribus eluerit. *Ita Rainaudus in Indiculo Sanctorum Lugdunensium*, 1629. *ea in urbe typis evulgato.* Vide & ea, quæ suprâ, cap. 226. in hoc nostro auctario, ex Sirmondo repræsentavimus. Quod ad LEIDRADUM, Agobardi prædecessorem, attinet, tomo 9. Bibliothecæ Patrum, à Colonienfibus editæ, leguntur *duæ ejus epistolæ:* quarum altera, ad Carolum Magnum datâ, statum ecclesiæ suæ Lugdunensis explicat.

CCXLI. APONIUS scripsit, ad Armenium presbyterum, *libros sex in Cantica canticorum Salomonis*, juxta LXXII. Interpretum editionem: in quibus allegorico sensu nuptias Christi & Ecclesiæ describit. Hos libros *Lucas Abbas montis Cornelii prope Leodicum*, ab Henr. Gandavensi c. 9. laudatus, in epitomen redegit; & *Angelomus Luxovienfis*, in Stromatis Canticorum, locos inde plurimos, non dissimulato auctoris nomine, decerpsit. Claruit eodem tempore quo Beda, aut paulò ante ævum Bedæ, à quo & citatur lib. 4.



* Hos Eginhardo infra Miræus tribuit, in Mantissa.

cap. 25. commentarii in Cantica. Ita Molanus in ms. Bibliotheca ſacra. Bellarminus dicit illum floruiſſe anno octingenteſimo duodecimo. Aponii libros, cum Lucæ Abbatis breviario, 1538. Friburgenſes, & tomo 9. Bibliothecæ Patrum 1618. Colonienſes publicarunt.

CCXLII. CLAUDIUS Scotus, monachus ordinis S. Benedicti, Alcuini in fundanda ſchola Pariſienſi collega, ſcripſit (ut mihi eſt veriſimile) *enarrationem epiſtolæ ad Galatas*, Dructeramno Abbati dicatam: quam Claudio Autiſiodorenſi Epiſcopo inſcriptam Pariſienſes 1542. in 8. ediderunt. Ita Molanus in Bibliotheca ſacra. De eodem, niſi fallor, ſic Bellarminus in ſuo catalogo: Claudius Scotus vixit tempore Imp. Ludovici Pii: cujus expeditioni contra Normannos anno 815. interfuit; ut ipſe narrat præfatione commentarii in Matthæum. Fertur autem ſcripſiſſe non ſolùm *in Matthæum*, ſed etiam *in Geneſin*, *Exodum*, *Leviticum*, *Numeros*, *Deuteronomium*, *Joſuë*, *libros Judicum & Ruth*.

CCXLIII. S. THEODORUS STUDITES, Abbas monaſterii quod Studium appellabant, vixit ſub iconomachis Impp. Copronymo, ejusque filio Leone, & ſub orthodoxis Conſtantino, Irene, & Nicephoro. Scripſit *Orationem in adorationem vivificæ Crucis media Quadrageſima*; quæ Græco-Latina exſtat apud Gretſerum tomo 2. de Cruce: item *Encomium in S. Platonem* ſuum in gubernatione monaſterii Studiani anteceſſorem. Dogmaticus ejus *liber de honorandis imaginibus*, vel potiùs fragmentum ex quadam de imaginibus catecheſi, ut & aliud fragmentum ex epiſtola quadam de hæreſibus, leguntur tomo 9. Bibliothecæ Patrum, editionis Colonienſis. In ritualibus Græcorum libris exſtant ejusdem *varii hymni*: ideoque inter poëtas eccleſiaſticos & hymnographos Theodorus iſte à Græcis collocatur. Anno 1602. Coloniæ typis edendas curavi CXXXIV. *Catecheſes* hujus noſtri Theodori; quas Joannes Levinejus, Canonicus Antverpienſis, ex Græco in Latinum verterat. Multa cum ſuis pertulit, tum propter imaginum venerationem, cujus invictus propugnator erat, tum propter diſſenſionem cum Taraſio CP. Patriarcha, ejusque ſucceſſore Nicephoro: de qua, præter Cedrenum & Zonaram, ipſe nonnulla refert in vita S. Platonis. Græci feſtum ejus celebrant 11. Novembris, ut ex Menologio conſtat. Obiit autem anno Chriſti octingenteſimo viceſimo ſexto, ætatis ſexageſimo ſeptimo.

CCXLIV. JOSEPHUS Theſſalonicenſis Archiepiſcopus (cujus anniverſariam memoriam celebrant Græci quotannis 13. Julii, ut ex Typico S. Sabæ datur intelligi) ſcripſit *Orationem in Exaltationem Crucis Dominicæ*, quam Gretſerus tomo 2. de Cruce Græcorum Latinam edidit. Joſephum hunc fuiſſe fratrem Theodori Studitæ, teſtatur Credenus: *Anno ſeptimo Imp. Nicephori Theodorus, Studiani monaſterii præpoſitus, ejusque frater Joſephus Archiepiſcopus Theſſalonicæ, cum Platone Incluſo & reliquis monachis, ſe à communione Nicephori Patriarchæ ſegregarunt, propter Joſephum Oeconomum, quòd is contra leges Conſtantinum & Theodoram coronaſſet. Imperator ea arrepta occaſione juſſit contra eos Concilium inſtitui: quod eos & monaſterio & urbe ejecit.* Qua de re & ipſe Theodorus Studites orat. in S. Platonem: *Exilium*, inquit, *jam decretum fuit, & pater ipſe Plato circumſcriptus eſt in una quadam inſula ex his quæ ante urbem ſunt: quemaddum & frater noſter in alia quadam valdè aſpera; munito quodam carcere ad exilium accedente.* Manſerunt autem tres iſti, Plato, Theodorus & Joſephus, in exilio usque ad Imperium Michaëlis Rangabis: qui eosdem cum Patriarcha in gratiam reductos, liberos abire permiſit, auctore Zonara.

CCXLV. ANSEGISUS Abbas Laubienſis (quod eſt illuſtre Benedictinorum cœnobium ad Sabim fl. in diœceſi Cameracenſi, ſed ſub ditione Leodicenſi) *Capitula* ſive *Edicta Caroli Magni & Ludovici Pii Imperatorum*, à ſe in ordinem digeſta, anno octingenteſimo viceſimo ſeptimo publicavit: ut ipſe in præfatione teſtatur. Petrus Pithœus ea Lutetiæ 1588. edenda curavit; pòſt ibidem 1603. recuſa. Anſegiſi exemplo Jacobus Sirmondus *Capitula Caroli Calvi* unum in faſcem redegit, & Pariſiis 1623. edidit.

CCXLVI. JONAS Epiſcopus Aurelianenſis, Theodulfi ſucceſſor, imperante Ludovico Pio, ſcripſit *libros tres adverſus Claudium Epiſcopum Taurinenſem, pro defenſione ſacrarum Imaginum, & ſigni S. Crucis, & peregrinationum ad loca ſancta.* Sed hic auctor cautè legendus eſt, quoniam laborat eodem errore, quo *Agobardus*, & reliqui ejus ætatis Galli, qui negabant ſacris Imaginibus ullum deberi cultum religioſum. Qua de re vide Anaſtaſium Bibliothecarium præfatione in VII. Synodum. Ita Bellarminus in catalogo. Vide & ſuprà cap. 240.

CCXLVII. LUPUS SERVATUS anno octingenteſimo triceſimo ſexto, ad Bunonem Hirſfeldenſem Abbatem, ſcripſit *vitam S. VVigberti Fritislarienſis*, à Joanne Buſæo, Moguntiæ editam. Sunt qui putant hunc eſſe eumdem cum *Lupo Ferrarenſi Abbate in Gallia*; cujus Epiſtolas primùm Maſſonus edidit.

CCXLVIII. NITHARDUS patrem habuit *Angilbertum*, matrem verò *Bertam*, Caroli Magni & Hermengardæ filiam. Scripſit *libros quatuor de diſſidio filiorum Imp. Ludovici Pii*: orditur ab exceſſu Caroli Magni, & deſinit in geſtis anni octingenteſimi quadrageſimi tertii. Exſtat ea hiſtoria à Pithœo edita cum aliis XI. Scriptoribus coætaneis.

CCXLIX. HATTO ſive Herto, Baſileenſis Epiſcopus, una cum aliis aliquot, juſſu Caroli Magni, ad Nicephorum Imp. Conſtantinopolitanum legationem obiit, anno octin-

octingenteſimo undecimo : ut in Annalibus Pithœanis legitur. Hac occeſione *Hodaporicon* ſive *Itinerarium* contexuit : quo iter à ſe in Græciam ſuſceptum expoſuit. Scripſit quoque Viſiones S. Wettini monachi. Senex ad monaſterium Augiæ majoris, in quo primus Abbas fuerat, reverſus, obiit ibidem anno octingenteſimo triceſimo ſexto : ut Hermannus Contractus in chronico ait.

Hectus, al. Hetto, ex Abbate Epternacenſi Epiſcopus Treverenſis, ſcripſit *epiſtolam*, ad Frotarium Tullenſem Epiſcopum, *de regula Canonicorum obſervanda, & de monaſticis habitationibus inſtaurandis*, juxta decreta Concilii Aquisgranenſis, annno 816. habiti. Epiſtolam hanc ex ſchedis S. Petri Carnutenſis deſcriptam pro parte producit Sirmondus in Notis ad tomum 1. Conciliorum Galliæ. Obiit an. 838.

CCL. Theganus, Treverenſis eccleſiæ Chorepiſcopus, *librum de geſtis Ludovici Pii usque ad annum Chriſti octingenteſimum triceſimum ſeptimum* contexuit : quem Pithœus, cum aliis Francicarum rerum Scriptoribus foras dedit. Scripſit autem Theganus verè magis, quàm eleganter.

CCLI. Eulogius, de quo Mart. Rom. 11. Martyr. patria Cordubenſis, electus Archiepiſcopus Toletanus, ſcripſit *Memoriale martyrum*, ſive *libros tres de martyribus Cordubenſibus*; item *Apologeticum pro geſtis eorumdem martyrum*; item *Epiſtolas non paucas.* Quæ & alia ejusdem opera Petrus Poncius Leo, Epiſcopus Placentinus, primùm eruit, & Ambroſius Moralis commentariis illuſtravit. Exſtant tomo 9. Bibliothecæ Patrum, apud Ubios 1618. editæ. Eulogius autem & ipſe tandem martyr occubuit an. 859.

CCLII. Olympiodorus, monachus Græcus, ſcripſit *Commentarium in Eccleſiaſten*; qui exſtat in Bibliotheca Patrum, tomo 11. editionis Colonienſis. Quando vixerit, certò nondum comperi. Bellarminus in catalogo ipſum ad ſæculum undecimum, Coccius ad quintum, alii ad nonum referunt. Exſtat & *Catena ex antiquis Patribus in Jobum ab Olympiodoro collecta.*

CCLIII. Theophanes Cerameus, Tauromeniæ in Sicilia Epiſcopus, diverſus ab auctore Miſcellæ hiſtoriæ, ſcripſit *Annales à temporibus Diocletiani usque ad Michaëlis Imp. Conſtantinopolitani ævum*; item *Homilias in Evangelia Dominicalia & feſta anni primaria*; & alia varia, nondum typis edita. Apud Gretſerum tomo 2. de Cruce, & tomo 9. Bibliothecæ Patrum, editionis Colonienſis, exſtant ejusdem *Orationes duæ de exaltatione vivificæ Crucis, & Hymnus in Annunciationem Deiparæ.*

CCLIV. Basilius Macedo, Imp. Conſtantinopolitanus, ad Leonem filium cognomento Philoſophum, imperii collegam, ſcripſit *Epiſtolam exhortatoriam, capita 66. continentem*; quæ tomo 9. Bibliothecæ Patrum, editionis Colonienſis, legitur : item *Epiſtolam ad Nicolaum Papam*, quæ inter Epiſtolas Pontificum exſtat : item *Orationes aliquot*, cum VIII. Synodo editas. Obiit anno 886.

CCLV. Theodorus Abucara Archiepiſcopus Cariæ, vixit temporibus Baſilii Macedonis Imp. Conſtantinopolitani & VIII. Synodi. Scripſit *varia opuſcula contra Hæreticos, Judæos & Saracenos*; quæ Græcè & Latinè exſtant edita, interpretibus Genebrardo, Turriano & Gretſero. Ex iis non pauca Colonienſes in tomum 9. Bibliothecæ Patrum retulerunt. Gretſerus porrò arbitratur, hunc Theodorum Abucaram alium non fuiſſe, quàm illum, qui cùm Photianas partes contra Ignatium, legitimum CP. Patriarcham ſecutus fuiſſet, atque adeò, cum Zacharia Ep. Calchedonenſi, pro Photio ad Ludovicum II. Imp. legationem obiiſſet (ut in vita Ignatii narrat Nicetas) poſtea Photii fraudibus in apertum prolatis, vela retrorſum vertit, & in VIII. Synodo œcumenica admiſſi piaculi veniam impetravit.

CCLVI. Petrus Siculus vixit poſt Chriſtum natum præter propter octingenteſimum ſeptuageſimum : quo tempore ex mandato Baſilii & filiorum Conſtantini ac Leonis, Imperatorum Orientis, Legatus Tibricam Armeniæ urbem miſſus eſt, ut de captivorum permutatione ageret : cauſamque feliciter tranſegit, cùm novem Tibricæ menſes ſubſtitiſſet : ut ipſe in extremis hiſtoriæ ſuæ paginis narrat. Scripſit autem Græcè *hiſtoriam de varia & ſtolida Manichæorum hæreſi* : cujus partem à Sirmondo translatam Baronius ſuis Annalibus inſeruit. Exinde libellum hunc integrum, ex ms. codice bibliothecæ Vaticanæ deſcriptum, Marco Velſero Româ Auguſtam Vindelicorum idem Sirmondus miſit; Velſerus Matthæo Radero, ea lege ut Latinè redderet : quod & præſtitit. Exſtat is tomo 9. Bibliothecæ Patrum, editionis Colonienſis.

CCLVII. Ambrosius Ansbertus, Sigeberto in catalogo c. 91. Autbertus, ſcripſit *libros decem in Apocalypſim* : qui tomo 9. Bibliothecæ Patrum, editionis Colonienſis, leguntur. Ad calcem libri decimi hæc ipſe attexuit : *Ambroſius, qui & Ansbertus, ex Galliarum provincia ortus, intra Samnii regionem apud monaſterium martyris Chriſti Vincentii maxima ex parte divinis rebus imbutus, temporibus Pauli Pontificis Romani, nec non & Deſiderii Regis Longobardorum, ſed & Arrochiſi Ducis ejusdem provinciæ, quam incolo, hoc opus confeci atque complevi : quod, propter facilitatem ipſum intelligendi*, Speculum parvulorum *vocavi.*

CCLVIII. Paschasio Ratberto, Abbati Corbeienſi, prima Chriſtianæ inſtitutionis tirocinia fuerunt apud ſacras B. Mariæ virgines Sueſſionenſes, quarum cura puerulus

rulus est educatus. Monasticam inde vitam aggressus in cœnobio Corbeiensi, magistrum habuit *S. Adalardum* Abbatem, *VVala* Comitis (qui postea monachus & Abbas Adalardo successit) & *Theodradæ* Suessionensis Abbatissæ fratrem. Synodo apud Carisiacum contra Godescalci errores celebratæ anno 840. interfuit. Doctrinæ monumenta reliquit plurima; in quibus notissimus est liber *De corpore & sanguine Domini:* in quo genuinum Ecclesiæ catholicæ sensum, contra eos, qui temerè de sanctissimo Sacramento, Ludov. Pii ævo, quæstionem excitarunt, ita primus explicuit, ut viam cæteris aperuerit, qui de eodem argumento multi postea scripserunt. *Matthæi Evangelium* 12. libris exposuit: *in Psalmum* quoque 44. insignem tractatum tribus libris contexuit. Vitam præterea *Adalardi* institutoris sui, & *Walæ* fratris ejus, agonemque SS. martyrum duorum perpolivit, & elegantiore stilo edidit. Alia item, præter *Epistolas*, non pauca scripsit: tum denique in *Threnos Hieremiæ* multiplicis expositionis libros quinque exaravit; quod postremum Ratberti opus fuisse creditur. Senex, cœloque jam maturus felici exitu vitam clausit: die *S. Richarii*, quem præcipuo semper amore coluerat, memoriæ sacro, VI. Kalendas Majas, anno octingentesimo quinquagesimo primo. Libros XII. commentariorum in Matthæum ex mss. codd. Sirmondus primùm edidit: quos, cum aliis ejusdem operibus, Colonienses tomo 9. Bibliothecæ PP. inseruerunt.

CCLIX. DUNGALUS sub Ludovico Pio Imp. ejusque filio Lothario vixit. Pro cultu sacrarum Imaginum scripsit *Responsiones, ex doctrina SS. Patrum excerptas, contra perversos Claudii Taurinensis Episcopi errores;* quas ex ms. codice 1608. Lutetiæ Massonus, & postea Colonienses in Bibliotheca PP. 1618. publicarunt.

CCLX. REMIGIUS monachus Autisiodorensis, à Flodoardo lib. 3. cap. 9. & à Sigeberto in catal. cap. 123. laudatus (nulla tamen facta Episcopalis dignitatis mentione, quam illi attribuunt quidam) scripsit *Expositionem Missæ; Enarrationem in Prophetas minores, & in Psalmos Davidis:* quæ omnia exstant tomo 9. Bibliothecæ Patrum, editionis Colonienses.

CCLXI. WALAFRIDUS STRABO seu Strabus, à Sigeberto in catal. c. 71. breviter memoratus, primùm monachus Fuldensis, postea Decanus ad S. Gallum in Helvetiis, demùm Abbas Augiæ divitis in diœcesi Constantiensi, obiit ibidem anno octingentesimo quadragesimo nono. Errat autem Trithemius, eumque secuti Surius & Bellarminus, qui Walafridum San-Gallensem & Strabonem Fuldensem diversos esse arbitrantur. Walafridi scripta in Scholiis ad citatum Sigeberti caput recensuimus.

CCLXII. REMIGIUS Lugdunensis Episcopus floruit regnante Lothario, Ludovici Pii filio. Ejus opera quædam *de libertate & prædestinatione* ante triennium, quam historiam suam rerum Lugdunensium ederet, refossa fuisse ab Episcopo Meldensi, Paradinus lib. 2. cap. 24. scripsit. An hæc ipsa sunt, quæ *nomine Lugdunensis Ecclesiæ* de eo argumento contra errores quosdam vulgata sunt, & conscripta putantur paulò post annum Christi octingentesimum? Argumentum certè & ævum non abhorrent; Confirmaturque ex eo, quòd Concilium Valentinum sub Lothario Imp. celebratum, præsidie hoc Remigio, in eadem caussa discutienda versatum est: ut patet ex illius Concilii initio. Est qui, ex Maldonato, tribuat huic Remigio *commentarios in Pauli epistolas*, qui apud S. Ambrosium exstant. Hoc tamen nullo modo admitti potest. Nam auctor commentariorum illorum profitetur se vixisse tempore Damasi Papæ, quem constat fuisse S. Ambrosii æqualem. Et confirmatur ex eo, quod S. Augustinus lib. 4. contra duas epistolas cap. 4. locum ex illis commentariis in caput 9. epistolæ ad Romanos profert nomine *Hilarii:* nempe illius, qui aliquando schismaticus, ob anabaptismum hæreticorum invectum, dictus est à S. Hieronymo, lib. contra Luciferum, *Deucalion* orbis; postea tamen videtur conversus ad cor. Sic ferè Rainaudus in Indiculo Sanctorum Lugdunensium.

CCLXIII. METHODII Episcopi fragmenta duo *Orationum ad eos qui dicunt, Quid profuit nobis filius Dei crucifixus in terra, & quæ utilitas Crucis? & ad eos, quos pudet Crucis Christi*, exstant Græco-Latina apud Gretserum tomo 2. de Cruce. Sed quis iste Methodius fuerit, non constat. Illud exploratum est, non esse veterem illum Methodium Tyri Episcopum, ab Hieronymo in catal. c. 83. laudatum, qui sub Diocletiano martyrium fecit; cùm hic Methodius meminerit vexillorum à Christianis Imperatoribus in formam Crucis commutatorum. Fortassis igitur Methodius iste fuerit Episcopus Constantinopolitanus, quem doctrina ac moribus insignem, anno octingentesimo quadragesimo secundo illa dignitate auctum fuisse, Baronius in Annalibus narrat.

CCLXIV. NICETAS DAVID scripsit Græce *vitam S. Ignatii Patriarchæ Constantinopolitani*, patre Michaële Traulo Imp. geniti. Quo quidem Ignatio pulso, & in Mytilenem insulam relegato, Photius anno octingentesimo quinquagesimo nono Patriarchatum invasit.

CCLXV. PHOTIUS Constantinopolitanus primùm Senator, postea per nefas, anno octingentesimo quinquagesimo nono, in locum S. Ignatii Patriarchæ Constantinopolitani intrusus, posteris reliquit *Bibliothecam*, sive *librorum à se lectorum Recensionem, Censuram atque Excerpta.* Quam Bibliothecam Andreas Schottus è Græco Latinè reddidit, scholiis illustravit, & Augustæ Vindelicorum 1606. typis edendam curavit. Scripsit *item in S. Pauli*

*Pauli Epiſtolas commentarium:* unde pleraque hauſta in Catenam ſuam Oecumenius tranſtulit. Exſtant & Photii operâ *Canones Apoſtolorum, Conciliorumque veterum leges*, in volumen unum collatæ, diſtinctæque capitibus. Quod opus *Nomocanona* nominavit, viſiturque Græcè in Germaniæ bibliothecis: quod *Theodorus Balſamon* illuſtrandum cenſuit, verteruntque Latinè Gentianus Hervetus & Henricus Agylæus. Edidit *& ſeptem oecumenicorum Conciliorum acta:* viſunturque in tomis Conciliorum. *Epiſtolæ* ejus in Auguſtana Vindelicorum bibliothecâ mss. habentur. Encyclicam ad Patriarchales Orientis Sedes (ſive ejus eſt, ſive Siſinnii, ut quidam putant) Apoſtolica Sedes, ut & prædatoriam ejus Synodum, meritò damnavit. Exſtat ejusdem *epiſtola ad Michaëlem Bulgarorum Principem*, à Turriano Latinè reddita, ut & *Diſſertationes ſex de divinitate & incarnatione Chriſti:* legunturque tomo 5. Lection. antiquæ apud Caniſium. Photius porrò bis Patriarchatum per nefas invaſit, bis quoque abdicare coactus, tandem inglorius in Armeniarum monaſterum ſecedens, anno octingenteſimo octogeſimo ſexto aut nono ibidem obiit.

CCLXVI. ESSE Epiſcopus Ambianenſis, à Carolo Magno Conſtantinopolim ad Nicephorum Imp. Legatus anno 802. miſſus fuit, & Caroli teſtamentarias tabulas anno 811. ſignavit. Longam ſcripſit *Epiſtolam catecheticam ad ſacerdotes, & omnes in ſua diœceſi Chriſto militantes:* quam Cordeſius Hincmari opuſculis, Lutetiæ 1615. editis, ſubtexuit. Obiit autem Jeſſe anno octingenteſimo triceſimo ſexto.

CCLXVII. EVERARDUS, Dux Foro-Julienſis in Italia, & toparcha Ciſonii in agro Inſulenſi apud Gallo-Flandros, ex *Gisla* Ludovici Pii Imp. filia, Caroli Calvi Imp. ſorore, inter alios liberos genuit *Berengarium*, illo nomine primum Italiæ Regem anno octingenteſimo octogeſimo octavo creatum. Ex veteri formula. Everardus anno octingenteſimo triceſimo ſeptimo ſcripſit *Teſtamentum:* quod ex autographo Ciſonienſi amicus olim noſter Florentius Haræus, Canonicus & Theſaurarius Inſulenſis, lib. de Caſtellanis Inſulenſibus, primus publicavit, & nos deinde in Notitia eccleſiarum Belgii repræſentavimus.

CCLXVIII. LUPUS à Sigeberto in catal. c. 94. laudatus, ab *Aldrico* Senonenſi Epiſcopo in Germaniam (quòd ibi tunc florerent litteræ) miſſus, Fuldæ ſtudiorum cauſa ſubſiſtit. In patriam reverſus, *Ferrariæ* (quod eſt monaſterium diœceſis Senonenſis) Abbas datus, concilio Sueſſionenſi anno 843. & Moguntino 848. interfuit. Exſtat ejus *liber Epiſtolarum* à Papirio Maſſono (quem Lutetiæ an. 1610. ſenem novimus) primum luce donatus, & poſtea à Colonienſibus tomo 9. Bibliothecæ Patrum inſertus. Sunt autem Epiſtolæ iſtæ non contemnendæ, propter rerum præſtantiam, & eorum, ad quos ſcribuntur, dignitatem. Scripſit enim ad *Lotharium* Cæſarem, *Carolum* Galliæ & *Edilulfum* Angliæ Reges, ad *Einhardum* & *Rabanum*, quos præceptores ſuos vocat, ad *Hincmarum* Remenſem, *Jonam* Aurelianenſem, Epiſcopos, ad *Hilduinum* Dionyſianum & *Marcuvadum* Prumienſem, Abbates, & alios. Fuit curioſus & amans optimorum librorum; quos ex Italia, Gallia, Germania, Britannia ſibi ad exſcribendum mitti petiit: ut ex pluribus ejus epiſtolis liquet. Vide ſupra cap. 247.

CCLXIX. LUGDUNENSIS Eccleſiæ nomine exſtat liber, ſub annum octingenteſimum quinquageſimum ſcriptus *adverſus opinionem Joannis Scoti Erigenæ:* item libellus alter *de tribus epiſtolis quorundam Epiſcoporum, quid de earum ſenſu juxta Catholicæ veritatis regulam ſentiendum ſit.* Uterque libellus cum Notis *Andreæ Duvallii*, Doctoris Sorbonici, legitur tomo 9. Bibliothecæ Patrum, editionis Colonienſis. Vide ſuprà cap. 262. ubi de Remigio Ep. Lugdunenſi egimus, & infrà ubi de Prudentio Trecenſi.

CCLXX. NICOLAUS I. Papa anno 858. ſedere cœpit, & anno octingenteſimo ſexageſimo ſeptimo deceſſit. Vir fuit ſanctitate ac doctrina clariſſimus, ſcripſitque *Epiſtolas plurimas*, ſeorſim excuſas. Has inter laudatur ea in primis, quæ ad *Michaëlem Imp. CP.* eſt data: quam ab ipſo Pontifice compoſitam fuiſſe teſtatur Anaſtaſius Bibliothecarius, in ejus vita. Et verò quoniam omnium epiſtolarum idem eſt ſtilus, inde colligi poſſe videtur, omnium auctorem fuiſſe Nicolaum, non autem Secretarios ipſius, aut amanuenſes.

CCLXXI. JOANNES S. R. E. diaconus (poſtea Pontifex Romanus illo nomine octavus, ſi Roſweido credimus) à Sigeberto in catal. c. 106. laudatus, Anaſtaſio S. R. E. Bibliothecario familiaris, ſub annum octingenteſimum ſeptuageſimum quartum, *libros quatuor de vita S. Gregorii Magni Papæ* edidit. Leguntur ii præfixi operibus ejusdem Gregorii.

CCLXXII. ADONEM Viennenſem in Gallia Archiepiſcopum, de quo Martyrolog. Rom. 16. Decemb. non *Adonem Treverenſem* (quod exſtimarunt Lipomanus, Moſander, Bellarminus & Gualterius) ut *Martyrologii*, ita & *libelli de feſtivitatibus SS. Apoſtolorum*, auctorem eſſe, fidem facit codex ms. cœnobii Averbodienſis, qui hunc titulum præfert: *Ado Viennenſis Archiepiſcopus quaſi epilogatum compilavit, incipiens à feſtivitatibus Apoſtolorum, aut diſcipulorum, aut ſucceſſorum eorum.* Viennenſis autem Ado multò eſt antiquor Treverenſi. Nam ille floruit tempore Joannis VIII. Papæ circa annum Chriſti octingenteſimum ſeptuageſimum nonum; ad eum enim annum Chronicon ſuum perduxit: alter verò *Ado* ſive *Vdo Treverenſis*, tempore Gregorii VII. Papæ circa annum milleſimum ſeptuageſimum ſextum vixit. Adde, hoc ipſum, quod dixi, omnino evinci ex tanta, tamque diſtincta rerum ac locorum provinciæ

ber ſextus, cum XII. Regulis vitam Chriſtianam complectentibus, & Notis in Pſalmum XV. exſtant tomo 10. Bibliothecæ Patrum, editionis Colonienſis.

CCLXXIX. VALERIUS Aſturicenſis Archipresbyter, æra nongenteſima nona, hoc eſt, anno Chriſti nongenteſimo ſecundo, *multas Vitas Patrum orientalium*, longè diverſas ab editis, collegit in unum volumen; quod Gothicis litteris ſcriptum in Toletanæ eccleſiæ bibliotheca exſtare, narrat ex oculato teſte Rosweidus, in fine prolegomeni IV. ad Vitas Patrum, typis Platinianis editas.

CCLXXX. LEO, illius nominis ſextus Imp. Conſtantinopolitanus, cognomento *Philoſophus* & *Sapiens*, decimum ſæculum, alioqui re ipſa & appellatione obſcurum ac barbarum, ſua doctrina mirificè illuſtravit. Scripſit inter alia *inſignem epiſtolam ad Regem Saracenorum de Chriſtianæ fidei veritate, & Saracenorum impietate*: in qua diſertis verbis Spiritum ſanctum à Patre & Filio procedere affirmat. Ejusdem *Orationes plurimæ*, à Baronio in geſtis anni 911. ex ms. Græco codice Vaticano recenſentur: exſtantque Latinè Ingolſtadii ſtudio Gretſeri ſeorſim excuſæ; ut & nonnullæ tomo 2. de Cruce.

CCLXXXI. MARCUS eremita vixit eodem tempore, quo Imp. Leo Philoſophus. Nam ſaucium curavit, eique decennium vitæ prædixit; ut Zonaras & alii Græci hiſtorici narrant. Ejus nomine in Bibliotheca Patrum edita leguntur *varia opuſcula Theologica*; quæ erroribus contra Fidem catholicam ſcatent. Ex quo Bellarminus in catalogo ſuſpicatur, ea ab hæreticis noſtri temporis aut conficta, aut valdè depravata eſſe.

CCLXXXII. WOLFHARDUS, monachus & presbyter, Hafenrietanus ſcripſit *vitam S. Walburgis virginis & Abbatiſſæ Heidenheimenſis*; eamque dicavit *Erchemboldo* Epiſcopo VIII. Eiſtatenſi, qui anno 884. electus, vivere deſiit anno nongenteſimo ſecundo. Ejusdem virginis res geſtas litteris etiam conſignavit PHILIPPUS Epiſcopus XXXIX. Eiſtatenſis, qui anno milleſimo trecenteſimo viceſimo ſecundo obiit. Utriusque lucubrationem Caniſius tomo 4. Lectionis antiquæ publicavit.

CCLXXXIII. RADULPHUS Flaviacenſis monachus, ordinis Benedictini, anno nongenteſimo decimo floruit. Scripſit *libros viginti in Leviticum*: quos Coloniæ ſeorſim 1536. & tom. 10. Bibliothecæ Patrum 1618. editos habemus. Scripſit item *in S. Pauli epiſtolas*; putaturque omnes ferè veteris ac novi Teſtamenti codices illuſtraſſe.

CCLXXXIV. SALOMON, Conſtantienſis ad Rhenum Epiſcopus anno octingenteſimo nonageſimo primo creatus, vivere deſiit anno nongenteſimo decimo nono. Ejus *carmina varia, de variis rebus ad Dadonem Epiſcopum ſcripta*, exſtant tomo 1. Lectt. antiquæ apud Caniſium, & tom. 9. Bibliothecæ Patrum. Ibidem reperies verſus quosdam *Waldrammi* ſive Baltramni, Argentoratenſis Epiſcopi, qui anno nongenteſimo quinto obiit.

CCLXXXV. STEPHANUS, Æduenſis ſive Auguſtodunenſis in Burgundia Epiſcopus, ſcripſit *librum de Sacramento altaris, & variis Eccleſiæ miniſtris*; qui in Bibliotheca Patrum, tom. 10. editionis Colonienſis, exſtat. Claruit anno nongenteſimo quinquageſimo.

CCLXXXVI. HEGESIPPUS junior (alius ab Hegeſippo vicino Apoſtolicorum temporum, ut Hieronymus in catalogo c. 22. loquitur) *de geſtis Judæorum, à temporibus Machabæorum usque ad urbis Hieroſolymitanæ excidium*, ſcripſit librum haut ſpernendum: ut Lipſius in Notis ad lib. 2. hiſt. Taciti cenſet. Eum Cornelius Gualterus Gandenſis ad fidem mss. Codicum caſtigavit, Notisque illuſtratum Coloniæ 1580. edidit: quod & Renatus Laurentius Barrenſis præſtitit. Inter alia meminit *Antiochiæ* Perſis anno nongenteſimo ſexageſimo octavo ereptæ. Quapropter non multò poſt hæc tempora ipſum vixiſſe exiſtimo. Jacobus Gualterus in tabula chronographica ipſum refert ad ſæculum quartum, quod miror. Vide ſcholia noſtra ad citatum Hieronymi caput.

CCLXXXVII. MOSES Bar-Cepha, Epiſcopus Syrus, floruit ſæculo decimo; ſcripſitque Syriacè *libros tres de Paradiſo*, quos Andreas Maſius Bruxellenſis Latinos reddidit, & Plantinus 1598. in 8. excudit. Exſtant iidem tom. 10. in Bibliotheca Patrum, ſed cautè legendi (ut Bellarminus in catalogo monet) eò quòd non pauca in iis affirmentur contra veram Theologiam.

CCLXXXVIII. RASIS Maurus, hortatu Balharabi Miramamolini Africæ, ſcripſit Arabicè *commentarios de rebus Hiſpaniæ*: quos eidem miſit anno Chriſti nongenteſimo ſeptuageſimo ſexto; ut Mariana lib. 8. de rebus Hiſpaniæ cap. 8. narrat.

CCLXXXIX. S. ODONIS & S. ODILONIS, Abbatum Cluniacenſium, opera omnia, quæ reperiri potuerunt, leguntur in Bibliotheca Cluniacenſi, Lutetiæ ſtudio Martini Marrerii & Andreæ Quercetani edita. Colonienſes ea poſtmodum in tomum 10. Bibliothecæ Patrum retulerunt. Ex his Odo obiit anno nongenteſimo triceſimo ſeptimo; Odilo autem anno milleſimo quadrageſimo octavo.

CCXC. LUITPRANDUS Ticinenſis diaconus, poſtea Cremonenſis Epiſcopus, *Berengario* illius nominis ſecundo (non autem primo) Italiæ Regi à Secretis fuit. Quo quidem defuncto; adhæſit *Othoni I.* Cæſari: à quo ad *Nicephorum Phocam* anno nongenteſimo ſexageſimo octavo Legatus Conſtantinopolim miſſus eſt, ad conciliandas nuptias inter Othonem, ipſius Othonis I. filium, & Theophaniam, Romani Imp. Conſtantinopolitani

filiam, Nicephori privignam : ut Curopalates tradit. Legatio ista à Luitprando descripta exstat. Item litteris consignavit *Historiarum libros sex de rebus in Europa suo tempore gestis*. Sed capita, quæ à sexto usque ad undecimum libri sexti caput adjiciuntur, non sunt Luitprandi, utpote ab aliquo anonymo adjecta: ut Baronius tomo 10. Annalium observavit. Desinit autem Luitprandus in descriptione Legationis suæ Constantinopolitanæ, quam nomine Berengarii II. Italiæ Regis obiit. Scio insuper exstare librum de vitis Pontificum Romanorum, titulo nostri Luitprandi, Moguntiæ 1602. ex ms. codice à Joanne Busæo editum. Sed fatetur ipse Busæus, se nullum nomen adscriptum in dicto codice inveniisse; & conjecturam facit, libelli istius auctorem fuisse Germanum aliquem, qui sub annum 850. vixerit. De aliis suppositiis fœtibus judicium cuique Luitprandinæ dictionis perito relinquimus.

CCXCI. PEREGRIMUS seu Peregrinus, Laureacensis in Germania Episcopus, vixit sub annum nongentesimum septuagesimum; si Coccio credimus. Scripsit *breve Symbolum fidei*; quod tomo 10. Bibliothecæ Patrum Colonienses recitant.

CCXCII. S DUNSTANUS Episcopus Cantuariensis anno nongentesimo octogesimo octavo, ad superos transiit. *Concordiam ejus regularem*, pro Benedictinis in Anglia monachis, ex ms. codice Clemens Reinerus Duaci edendam curavit.

CCXCIII. REGINOLDUS Eistatensis XI. Episcopus annis 24. præfuit, ac demùm anno nongentesimo octogesimo nono, die 4. Aprilis vivere desiit. Scripsit *vitas SS. Nicolai, Blasii, item VVillibaldi & VVinnibaldi fratrum*, suprà cap. 216. laudatorum: ut Bruscius in catalogo Episcoporum Eistatensium narrat.

CCXCIV. GERBERTUS primò Remorum, dein Ravennatum Archiepiscopus, postea Romanus Pontifex Silvester eo nomine secundus, scripsit *Epistolas pluimas*; 1611. Lutetiæ editas, cum *Epistolis Joannis Saresberiensis*, Episcopi Carnotensis, & *Stephani Episcopi Tornacensis*.

CCXCV. TANGMARUS, gente Saxo, in celebri Hildeshemensi clericorum Gymnasio Primicerii & Scholarchæ munus obiit. Exinde Bernuvardo Episcopo Hildeshemensi comes in Italica peregrinatione exstitit, anno 999. & legatione pro ipso ad Silvestrum II. Papam, & ad Othonem III. Imp. perfunctus fuit: ac demùm Decani Hildeshemensis honorem gessit. Scripsit *vitam ejusdem Bernuvardi*, Moguntiæ 1616. à Brouvero editam; non tamen omnia ejus acta pertexuit. Nam extrema vitæ Bernuvardi, cum mortis ac funeris historia, videntur ab alio quopiam adjecta, & stilo discrepant à Tangmari scriptione. Obiit autem S. Bernuvardus anno millesimo vicesimo tertio, à Cælestino Papa anno Pontificatus secundo in Divos relatus. Bullam canonizationis, ut vocant, apud Brouverum citato libro invenies.

CCXCVI. SIMEON Thessalonicensis Archiepiscopus ante annos plùs minùs sexcentos floruit, & inter alia scripsit commentarium *De divino templo, de ejus ministris, de sacris eorum vestibus, de sacro sancta Mystagogia sive Missa*: quem ex bibliotheca Ducis Bavariæ depromptum, & Latinitate a se donatum Jacobus Pontanus, S. I. Theologus, 1603. Ingolstadii publicavit, cum Simeonis junioris Theologi & aliorum opusculis. Idem Simeon Thessalonicensis scripsit librum *De septem Sacramentis Ecclesiæ*, quem Latinum reddidit Fredericus Metius: ut Possevinus l. 6. Bibliothecæ selectæ c. 10. testatur. Ejusdem porrò libri versionem jam olim Genebrardus promiserat. Ex eodem libro, nisi fallor, multa recitat Turrianus ad librum 7. & 8. Constitutionum Apostolicarum. Idem verò argumentum, quod Simeon hic noster in libro per Pontanum verso, tractavit olim *S. Maximus* in sua Mystagogia; *Germanus* Patriarcha Constantinopolitanus in Theoria rerum Ecclesiasticarum; & *Nicolaus Cabasila* in Expositione sacræ Liturgiæ: qui auctores exstant in Bibliotheca veterum Patrum.

CCXCVII. OTHLONUS, Fuldensis monachus, ad Liudolfum Treverensem Episcopum, scripsit *vitam & res gestas S. Pyrminii Episcopi*: quas Brouverus 1616. Moguntiæ edidit. Putatur autem Othlonus vixisse sæculo undecimo curente, sub annum millesimum quinquagesimum. Adolescentior itaque vitam S. Pyrminii scripserit: nam Liudolfus anno millesimo vicesimo octavo obiit. Apud Canisium tom. 4. Lectionis antiquæ, & apud Serarium l. 3. Moguntinarum rerum, exstat *vita S. Bonifacii Moguntini Episcopi*, huic nostro Othlono ab utroque attributa. Sed Brouverus rectè monet, utramque vitam componenti discrimen mox ingens appariturum; adeoque dubitat, an illa Bonifacianæ vitæ exegesis Othlono sit adscribenda.

CCXCVIII. ARIBO, quartus Frisingensis Episcopus anno septingentesimo sexagesimo primo creatus, annis tribus & viginti sacrum istud onus sustinuit. Scripsit *vitam S. Corbiniani primi Frisingensis Episcopi*. Diversus ab eo fuit *Aribo Moguntinus Archiepiscopus*, qui interpretatus est XV. *Psalmos graduum*, ut vocant, & anno millesimo tricesimo primo decessit.

CCXCIX. METELLUS, monachus Tegerensis seu Tegerseensis in Germania, circa annum millesimum sexagesimum vixit, Boicorum poetarum antiquissimus. Horatium æmulatus, diverso metri genere scripsit Quirinalia, hoc est, laudes S. Quirini martyris. Exstant ea apud Canisium tomo 1. Lect. antiquæ, sub finem.

CCC.

CCC. BRUNO Herbipolenſis Epiſcopus, patruelis Conradi Imperatoris, ſcripſit *commentaria in Pſalterium, & in Cantica tam novi quàm veteris Teſtamenti; item in Orationem Dominicam, in Symbolum Apoſtolorum & Athanaſii.* Quæ omnia, à Joanne Cochlæo recognita, leguntur tomo 10. Bibliothecæ Patrum, apud Ubios editæ. Obiit anno 1045.

CCCI. SAMUEL Marochianus Rabbinus, ex Judæo factus Chriſtianus, ſcripſit librum *de adventu Meſſiæ, quem Judæi fruſtrà exſpectant, & de iis quæ Judæi moderni negant, & ob quæ in Judaiſmo perſeverant*: exſtatque tomo 10. Bibliothecæ Patrum, editionis Colonienſis. Scripſit autem, ut ipſe teſtatur, *poſt mille annos ab ultima everſione Hieroſolymæ ſub Imp. Tito*, id eſt, poſt annos mille ſeptuaginta duos à Natali Domini.

CCCII. SIMEON METAPHRASTES dictus *vitas Sanctorum orientalis Eccleſiæ* collegit, & elegantiore ſtilo conſcripſit: quæ ſolæ in Græcorum eccleſiis leguntur. Exſtant eæ in tribus tomis Aloyſii Lipomani, videlicet quinto, ſexto & ſeptimo; interpretibus *Sirleto, Hervето & Zino*: unde & Surius pleraque hauſit. Quidam ejus ætatem referunt ad Conſtantini IV. Imp. CP. tempora, ſive ad annum Chriſti ſeptingenteſimum ſeptuageſimum. Reperitur autem ſubinde citatus ſub nomine Simonis Magiſtri. *Ita Molanus in ms. Bibliotheca ſacra; qui paulò infrà hæc ſubdit:*

*Simon Magiſter* dictus, quòd *ludum litterarium Conſtantinopoli aperuerit, ſacri palatii Quæſtor, qui etiam dicitur *Simon Logotheta & Metaphraſtes*, collegit *vitas Sanctorum* ſuperiùs notatas. Idem *ex operibus S. Baſilii de vita & moribus Homilias* XXIV. collegit; interprete Simone Maillæo, Turonenſi Archiepiſcopo, Pariſiis 1558. Antuerpiæ cum operibus S. Baſilii 1568. interprete Stanislao Ilovio; & Venetiis 1564. editas. Ita Molanus.

Cæterùm de ætate Simeonis Metaphraſtæ inter eruditos gravis eſt quæſtio. Baronius in geſtis anni 859. cenſet ipſum vixiſſe ſub Michaele III. CP. Imperatore, hoc eſt, circa annum Chriſti octingenteſimum ſexageſimum. Movet illum, quod Michaël Pſellus in oratione, à Surio 27. Novembris edita, quam in Metaphraſtæ laudem habuit, hunc in modum ſcribit: *Non enim eum veluti abſciſſum aut diviſum fuiſſe dicunt ii qui viderunt; ſed videbatur veluti à quodam vinculo liberari, & hilari vultu ſe extendere ad ducentes Angelos, & quodammodo ſe ipſum tradebat illorum manibus, ut citò demigraret è corpore.* Ait ſe audiviſſe hæc ab iis qui viderunt Metaphraſtæ ad Deum tranſitum: unde colligit Baronius, non ita multò obiiſſe antequam Pſellus hæc diceret. Baronium hac in parte Bellarminus in catalogo ſequitur. Uterque autem extra controverſiam ponit, Michaëlem Pſellum ſub Michaële III. Imp. claruiſſe. Nec poteſt negari, iis temporibus, vel paulò antè vixiſſe quemdam Michaëlem Pſellum (nam id apertè teſtatur Joannes Curopalates) ſed Joannes Veſſius negat, iſtum eſſe nobilem illum Philoſophum, cujus permulta hodieque ſuperſunt. Qua de re vide ea quæ ſequenti capite dicentur.

Metaphraſtes porrò ſcripſit *Vitas Sanctorum*, ut diximus, easque ad menſium dies digeſſit, ſed non integra ſemper fide. Nam, ut Bellarminus in catalogo notavit, *multa addidit ex proprio, non ut res geſtæ fuerunt, ſed ut geri potuerunt.* Uterque etiam, tam Baronius quam Bellarminus, agnoſcit aliquas Vitas à junioribus eſſe adjectas: nempe omnium eorum qui vixerint poſt annum octingenteſimum quinquageſimum, quo Metaphraſten claruiſſe arbitrantur. In quo univerſè iis aſſentire non poſſumus, cùm ducentis ferè annis poſteriùs, quàm illi exiſtimarunt, Metaphraſtes vixerit: ut mox liquebit.

CCCIII. MICHAEL PSELLUS, temporibus Michaëlis VI. Stratiotici, Fl. Iſaaci Comneni Conſtantini XII. Ducæ, uxoris ejus Eudociæ, Romani Diogenis, & Michaëlis VII. Ducæ, vixit. Laudatur à Cedreno, à Zonara lib. 3. Annalium, & ab Anna Comnena lib. 5. Alexiados. Fuit præceptor Michaëlis Ducæ, & ad ipſum verſibus politicis ſcripſit *Synopſin legum*, item *Reſponſiones ad diverſas quæſtiones Theologicas*, & *Doctrinam omnifariam*, quæ centum nonaginta octo capitibus conſtat. Tria hæc opuſcula in bibliotheca olim Palatina exſtitiſſe ſcripſit Marquardus Freherus, in Chronologia ſua Iuri Græco-Latino præfixa. Atque ex his Joannes Voſſius Baronii & Bellarmini errorem arguit, de quo in Simeone Metaphraſta paulò antè dictum eſt. Poſſevinus in Apparatu ſacro dicit eumdem Pſellum ſcripſiſſe librum *De fide*, ad Michaëlem Ducam, atque eum exſtare Viennæ in Bibliotheca Cæſarea. Præter librum *De ſeptem Synodis*, præter *Dioptram* ſive *Diſſertationem animi & corporis*, præter alia multa, quorum idem Poſſevinus meminit, ſcripſit quoque *Hiſtoriam*, quam Cedrenus initio hiſtoriæ ſuæ memorat. Et inde quædam ſe hauſiſſe, fatetur Zonaras lib. 3. in Iſaacio Comneno, & in Romano Diogene. Similiter facit Theodorus Metochita lib. 11. Hiſt. ſacræ. Ejusdem meminit Glycas in Annalibus. Pſelli quædam Theologica exſtant tom. 11. Bibliothecæ. PP.

CCCIV. HIPPOLYTUS THEBANUS vixit poſt tempora Simeonis Metaphraſtæ, qui hunc Hippolytum ** in ſuis libris citat. Scripſit *Chronicon*, à Glyca 3. part. memoratum; cujus fragmentum Caniſius ex codice ms. Bavarico edidit.

CCCV. CONSTANTINUS Porphyrogenitus Imp. Conſtantinopolitanus, Leonis cognomento Philoſophi filius, litterarum & litteratorum amantiſſimus fuit: ut Cedrenus,



* Veterra de Simeone Allatius lib. de Pſellis, & Simeonibus. ** Imò Hippolytus Simeonem.

Zonaras, Metochita, Glycas & alii teſtantur. Ejus juſſu collecti fuerunt LIII. *libri Pandectarum, ſeu Digeſtorum politicorum & hiſtoricorum.* Ex iſtis unus dumtaxat hodie ſupereſt, nempe ille qui *Excerpta legationum* continet.

CCCVI. GEORGIUS CEDRENUS, monachus, *Annales* ſive potiùs *Hiſtoriæ compendium* ſcripſit ab orbe condito usque ad Iſaacium Comnenum; cujus & temporibus vixiſſe creditur. Iſaacius autem Michaeli Stratiotico ſucceſſit anno milleſimo quinquageſimo ſeptimo, & anno 1070. deceſſit. In hoc centone ac quisquiliis iſtis, ut Voſſius nuncupat, aliquos purpuræ pannos reperire eſt, ex Africano ab Euſebio, atque inde à compilatore iſto adiutos. Nam ut Africanum Euſebius, Euſebium Georgius Syncellus; ita Syncellum, itemque Theophanem, qui Syncellum continuavit, verbotenus exſcripſit Cedrenus. Vocavit autem hoc opus ſuum *Synopſin*, aut *Conſpectum hiſtoriarum.* Sed ut ipſe mutilarat priores, ita volumen ejus quoque mutilarunt juniores: idque judicio nullo, & ſine ordine temporum, ſine delectu rerum. Erit tamen fortaſſe, cùm Cedreni opus integrum prodibit. Cedreni porrò Hiſtoria, à morte Nicephori usque ad imperium Iſaaci Comneni, etiam legitur ſub nomine JOANNIS CUROPALATÆ, paucis exceptis: quod Gesnerus, Voſſius & alii monuerunt. Adeò quidem, ut alteruter plagiarius fuiſſe videatur.

CCCVII. EUDOCIA Imperatrix Conſtantinopolitana, uxor Conſtantini XII. cognomento Ducæ (qui anno milleſimo ſexageſimo ſeptimo obiit) *Centonem Homericum de Chriſto* concinnavit.

CCCVIII. JOANNES illo nomine ſeptimus, cognomento XIPHILINUS, Patriarcha Conſtantinopolitanus, temporibus Imp. Conſtantini XII. Ducæ vixit, & 1078. obiit. De quo ſic Glycas parte 3. Annalium: *Conſtantino Patriarcha mortuo, Joannes Xiphilinus monachus in ejus locum ſuffectus eſt, vir omnino propter eloquentiam, doctrinam, prudentiam, virtutem admirandus. Trapezunte oriundus, vitam in Olympo religioſis exercitiis deditam agebat: unde vi pertractus eſt ad hanc dignitatem, tanquam inter alios eximius.* Xiphilinus *hiſtoriam Dionis Nicæni in compendium redegit.* Sunt tamen, qui id à nepote ejus præſtitum velint. Xiphilini Oratio in Crucis adorationem exſtat tom. 2. de Cruce.

CCCIX. SUIDAM temporibus Alexii Comneni (qui anno 1081. Græcis imperare cœpit, & annis triginta octo imperavit) vixiſſe, cenſet Joannes Voſſius. Ante annos quingentos eum claruiſſe, judicat Caſaubonus. Præter *Lexicon*, quod Græco-Latinum exſtat, putatur Suidas & alia ſcripſiſſe; ſed ea perierunt. At verò cùm Suidas ipſe meminerit *Hermolai*, qui Stephani epitomen confecit; vel alius iſte Suidas dicendus erit, vel antiquior multò fuerit, quàm diximus. Illa autem, propter quæ junior creditur, à recentioribus adjecta videri poſſint.

CCCX. JOANNES ZONARAS poſtremis Alexii Comneni Imp. CP. temporibus, item ſub Joanne Comneno floruit. Hic junior cùm eſſet, maximos in Conſtantinopolitano imperio honores geſſit. Nam magnus in eo Drungarius & Protoſecretarius cum laude fuit. Poſtea monachus factus, concinnavit *Expoſitionem Epiſtolarum canonicarum SS. Patrum, Dionyſii Alexandrini, Petri Alexandrini, Gregorii Thaumaturgi & Baſilii Cæſarienſis,* Quod opus Antonius Salmatia, Ambroſiani collegii apud Mediolanenſes Doctor Theologus, Latinè reddidit, & Lutetiæ Græco-Latinum 1622. publicavit, cum operibus Gregorii Thaumaturgi. *Canonum* porrò, *& reliquarum Epiſtolarum Expoſitio*, quæ apud Zonaram occurrit, eadem eſt cum illa quam Theodorus Balſamon adfert; eamque à Zonara mutuatus cenſetur. Præter illa quæ dixi, Zonaras ſcripſit & *Hiſtoriam catholicam ſeu univerſalem*, ab initio mundi usque ad Alexii Comneni obitum: qui in annum Chriſti milleſimum centeſimum decimum octavum incidit. Sunt qui majorem in ejus ſcriptione curam atque induſtriam meritò deſiderent.

CCCXI. ANNA COMNENA, Alexii Imp. Conſtantinopolitani filia, Zonaræ in ſcribenda hiſtoria defectum ſupplevit. De ejus doctrina hoc teſtimonium dat ipſe Zonaras: *Studiis erat addicta, & exquiſitè Atticiſſabat, & acutiſſimo erat ingenio ad abſtruſiſſimas quasque contemplationes.* Scripſit hæc libros quindecim de rebus geſtis patris ſui, quos *Alexiada* vocavit. Horum octo primores ex Auguſtana Vindelicorum bibliotheca David Hœſchelius edidit. Multa verò de parente ſuo, ut Voſſius notavit, longè aliter narrat, quam Latini ſolent: qui omnes ferè (ſi unum excipias Albertum Aquenſem Canonicum) deſcribunt ut Principem fraudulentum ac perfidum. Sed veriſimile eſt, tum Latinos ſuo erga Græcos odio, tum filiam Comnenam ſuo erga patrem amori aliquantulùm indulſiſſe.

CCCXII. MICHAEL GLYCAS, Siculus, ſub Alexio & Joanne Comnenis Impp. Conſtantinopolitanis vixit, & ſcripſit *Annales quadripartitos*, opus non modò hiſtoricum, ſed etiam theologicum & phyſicum. Prima parte agit de operibus ſex dierum: altera de rebus geſtis ab orbe condito usque ad Chriſtum natum. Tertia perſequitur res à Chriſto, usque ad Conſtantinum Magnum: quarta Byzantinorum Impp. res tractat usque ad obitum Alexii Comneni; qui anno 1118. moriens, Joannem Comnenum habuit ſucceſſorem. Exinde usque ad captam à Latinis Conſtantinopolim perſtrinxit res Byzantinas *Leunclavius:* qui & primus Glycæ interpretationem nobis dedit.

CCCXIII.

CCCXIII. CONSTANTINUS MANASSES, Michaële Glyca paulo junior, Hiſtoricus Græcus, ſcripſit verſibus politicis *Synopſin Hiſtoricam*: quam Latinè vertit Leunclavius; Græcè autem primus edidit Joannes Meurſius. Comprehendit res ab initio mundi usque ad initium imperii Alexii Comneni, quod in annum milleſimum octogeſimum primum incidit. Vixit autem octoginta circiter annis poſt; nempe circa annum milleſimum centeſimum quinquageſimum, temporibus Imp. Manuelis Comneni, cui diuturnum precatur imperium. Opus verò ſuum dicavit Manuelis hujus fratriæ, Irenæ, Andronico nuptæ.

CCCXIV. THEOPHYLACTUS Bulgarorum Archiepiſcopus ſub annum milleſimum ſeptuageſimum primum vixit: ut Baronius ex epiſtolis illius demonſtrat. Scripſit *in Prophetas minores, Oſeam, Jonam, Naum & Abacuc*: item *in quatuor Evangelia & in omnes epiſtolas S. Pauli.* In poſterioribus iſtis commentariis ita Chryſoſtomum ſequitur, ut ejus abbreviator dici poſſit. Theophylactum porrò ſchismaticum fuiſſe, intelligi datur ex commentario in caput 3. Joannis: ubi Latinos reprehendit, quod credant Spiritum ſanctum etiam à Filio procedere. Baronium conſule an. 1071.

CCCXV. GLABER RODULPHUS, primùm Autiſiodori ad S. Germanum, poſtea Cluniaci monachus, ad Odilonem Abbatem Cluniacenſem ſcripſit *Hiſtoriarum libros quatuor*, ab anno Chriſti nongenteſimo, vel potiùs ab anno milleſimo, qui Roberti Francorum Regis decimus tertius fuit, ad annum milleſimum quadrageſimum quintum. Litteris item conſignavit *vitam Guilielmi Abbatis Reomaënſis*, anno 1031. defuncti: quam ex ms. codice Divionenſi Petrus Roverius in ſuo Reomao 1637. Lutetiæ edidit.

HELGAUDUS ſive Helgaldus, monachus Floriacenſis, *epitomen vitæ Roberti Francorum Regis* (qui Hugonem Capetum patrem habuit) ex alterius monachi ſcriptis, concinnavit. Obiit autem Robertus Rex anno milleſimo triceſimo tertio.

SUGERIUS, Abbas monaſterii S. Dionyſii prope Lutetiam, ad Goſlenum Sueſſionenſem Epiſcopum ſcripſit *vitam Ludovici VI. cognomento Craſſi Francorum Regis*; qui Chriſti milleſimo centeſimo ſeptimo, ætatis 60. regni 30. deceſſit.

RIGORDUS Chronographus regius, natione Gothus, profeſſione phyſicus, S. Dionyſii clericorum minimus, ut ſe ipſum in præfatione nuncupat, *geſta Philippi Auguſti Francorum Regis* ſoluta oratione deſcripſit, & Ludovico VIII. Auguſti filio ac ſucceſſori dicavit. De ejusdem Regis Philippi vita GUILIELMUS BRITO Armoricus *libros undecim Philippidos* verſu heroico conſcripſit. Obiit Philippus anno 1223.

GUILIELMUS NANGIUS, monachus S. Dionyſii prope Lutetiam, ſcripſit *geſta S. Ludovici IX.* Francorum Regis, ejusque filii ac ſucceſſoris *Philippi audacis*, anno 1285. defuncti.

Omnes iſti Hiſtorici, & alii aliquot anonymi, ex bibliotheca Petri Pithœi, anno 1596. Francofurti typis Wechelianis primùm in lucem ſunt dati. Continent autem *hiſtoriam Francorum ab anno Chriſti nongenteſimo usque ad annum milleſimum ducenteſimum octogeſimum quintum*: hoc eſt, narrant extrema ſtirpis Carolinæ, & Capetiorum Regum res geſtas, usque ad Philippum Auguſtum, S. Ludovici filium. Ex ejusdem Pithœi divite bibliotheca (cujus uſum menſibus aliquot mihi Lutetiæ 1610. agenti, beneficio Nicolai Fabri Pariſienſis, cum fructu obtigiſſe glorior) jam antea prodierant *Scriptores veteres XII. coætanei*, qui Caroli Magni & ejus familiæ Regum Francicorum geſta litteris prodiderunt.

CCCXVI. MARTYROLOGI, ſive Martyrologiorum ſcriptores olim varii exſtiterunt: in his *Notarii* S. Romanæ Eccleſiæ, *Euſebius* Cæſarienſis Epiſcopus, *S. Hieronymus*, *Beda*, *Florus*, *Uſuardus*, *Wandelbertus*, *Ado* Viennenſis, *Rabanus*, *Notkerus Balbulus*, *Radulphus Rivius*, & alii. *Romanum* Martyrologium vetus omnium aliorum Martyrologiorum fons fuit, utpote ab ipſo naſcentis Eccleſiæ exordio, Pontificum Romanorum juſſu colligi cœptum, & ab iisdem in Romani orbis diœceſes transmiſſum. Martyrologium iſtud, à Baronio & aliis diu deſideratum, *Heribertus Roſweidus*, 1613. typis Plantinianis, ex ms. codice monaſterii S. Pantaleonis Colonienſis, edendum curavit. Quod quidem Martyrologium *Ado* Viennenſis Epiſcopus, cùm Ravennam fortè divertiſſet, à ſancto quodam Epiſcopo nactus, qui id à Romano Pontifice acceperat, ſuo Martyrologio præfigendum duxit: ut ipſe Ado in præfatione narrat.

EUSEBII Cæſarienſis in Palæſtina Epiſcopi librum *De Martyribus Cæſarienſibus* Scoriaci in bibliotheca Regis Catholici exſtare Græcè, à fide dignis accepimus; quem typis hactenus non editum utinam quis proferat!

BEDA, quem Alcuinus nobiliſſimum ſui temporis magiſtrum appellat, inter alia ſcripſit *Martyrologium*, ut ipſemet teſtatur in catalogo operum ſuorum, ad calcem Hiſtoriæ eccleſ. Anglorum: *Scripſi*, inquit, *Martyrologium de natalitiis ſanctorum martyrum diebus: in quo omnes, quas invenire potui, non ſolùm qua die, verùm etiam quo genere certaminis, vel ſub quo judice mundum vicerint, diligenter annotare ſtudui.* Dolendum verò eſt, nos hodie non habere purum putum Bedæ Martyrologium, prout ab ipſo editum fuit; *quàm pluribus ſcilicet Kalendarum diebus intactis*, ut loquitur Uſuardus.

Poſt Hieronymum & Bedam *Florus*, & poſt Florum *Uſuardus* Martyrologium ſinguli

concinnarunt ; ut ipſemet Uſuardus in ſua præfatione ad Carolum M. Auguſtum teſtatur: *Venerabilium*, inquit, *Hieronymi ac Bedæ presbyterorum pia, quamvis ſuccinctis, ſuper hoc provocabar deſcriptis. Quorum prior brevitati ſtudens, alter verò quàm plures Kalendarum dies intactos relinquens, multa invenimtur hujus operis præteriiſſe neceſſaria. Quos tamen ſecutus, cenſui & Flori memorabilis viri latiora jam in eo ipſo negotio ſequi veſtigia, præſertim in ſecundo ejusdem libro. Ibi enim multa, quæ in priori omiſerat, & correxit & addidit.* Florum hunc Martyrologum Trithemius ſcribit fuiſſe monachum ad S. Trudonem in diœceſi Leodicenſi : ſed unde id hauſerit, neſcio. Sigebertus quidem in catalogo cap. 49. meminit *Flori commentatoris in S. Paulum*, ſed nulla Martyrologii facta mentione. USUARDI porrò Martyrologium, juſſu Caroli Magni concinnatum. Molanus Notis illuſtravit, & ſecundò 1573. Lovanii edidit, poſtea recuſum à Nutio 1583. Antverpiæ.

WANDELBERTUS, monachus Prumienſis in diœceſi Treverenſi, *metrico ſtilo* (ut Sigebertus in catal. cap. 128. loquitur) hoc eſt, verſu heroico ſcripſit Martyrologium : quod idem Molanus 1568. Lovanii cum Uſuardo evulgavit, quodque, *falſo titulo Ephemeridum Bedæ*, exſtat tomo 1. operum ejus. Vixit autem Wandelbertus ſub annum octingenteſimum quadrageſimum: ſcripſitque inſuper *vitam S. Goaris*, à Surio a. d. 6. Julii editam.

De *Adone* Viennenſi in Gallia Epiſcopo, ſuprà in Auctario cap. 272. egimus. RABANI (ſive is Moguntinus Epiſcopus, ſive alius quispiam fuerit) Martyrologium Caniſius, ex ms. codice monaſterii S. Galli apud Helvetios, tomo 6. Lect. Antiquæ 1604. primùm publicavit; ut & Martyrologium NOTKERI cognomento BALBULI, monachi San-Gallenſis, qui anno nongenteſimo duodecimo obiit.

RADULPHUS RIVIUS Decanus Tungrenſis, præter alia ſcripſit *Kalendarium Eccleſiaſticum*, Lovanii ex codice Jac. Pamelii 1568. typis editum ; obiitque anno milleſimo quadringenteſimo tertio.

MENOLOGIUM Græcorum, ex bibliotheca & interpretatione Guilielmi Sirleti Cardinalis, Caniſius tomo 2. Lect. antiquæ 1602. primùm foras dedit : quod ipſum à Sirleto acceptum & Baronius habuit. Exſtant & *tomi* MENÆORUM, ſed Græcè tantùm Venetiis excuſi ; ex quibus Matthæus Raderus ſuum *Viridarium Sanctorum* legit, & Latine edidit. Cæterum Menæa planè diverſa ſunt à Menologio, quod non niſi Sanctorum continet faſtos (ut Latinæ Eccleſiæ Martyrologia) in quibus genus vitæ & mortis tribus verbis indicatur potiùs quàm explicatur. Menæa autem, perinde quaſi rituales libri, quid precandum ſit, & quomodo, præſcribunt, proque maxima parte canonicis precibus & Horis Latinorum reſpondent. Docent enim, quæ ad Matutinas, Laudes, Primam, Tertiam, Nonam, Veſperas canenda aut recitanda ſint; & habent etiam nonnulla quæ cum poſtrema & completa Hora noſtra conferri poſſunt. Ad preces autem Matutinas & reliquas Horas, habent pſalmos, verſiculos, doxologias, abſolutiones & lectiones, ex litteris ſacris, Patrum homiliis, & Sanctorum tam Latinorum quàm Græcorum hiſtoriis petitas. Habent denique antiphonas & alia odaria, uti nos reſponſoria, verſiculos, capitula, benedictiones, hymnos, tractus & id genus alia.

CCCXVII. MEGINFREDUS, Magdeburgenſis Præpoſitus & magiſter, ſcripſit *vitam S. Emmerami Ratiſponenſis Epiſcopi.* Putatur autem Meginfredus vixiſſe anno milleſimo decimo ; & primùm Fuldæ monachum egiſſe, inde Magdeburgum migraſſe : & idem fortè ut celebris Chronographus à Trithemio in Hirſaug. chron. laudatur. De ejusdem S. Emmerami miraculis libros duos ſcripſit ARNOLFUS, ex Comite Vochburgenſi monachus Ratiſponenſis ad S. Emmeramum ; qui & ipſe ſub S. Henrico & Conrado Salico Impp. floruit.

WIPPO ſeu Wipo, Henrici III. Imp. Sacellanus, ſcripſit *vitam Imp. Conradi Salici*, & verſu heroico *Panegyricum Henrici III. Imp.*

UDALSCALCUS edidit narrationem *de controverſiis inter Hermannum Epiſcopum Auguſtanum & Eginonem Abbatem S. Udalrici* ; vixitque temporibus Paſchalis II. Papæ, & Arnoldi Moguntini Archiepiſcopi ; quorum & litteras ſuæ narrationi intexuit.

IMBRICO Epiſcopus Herbipolenſis edidit *Laudationem funebrem S. Othonis Epiſcopi Bambergenſis, & Pomeranorum Apoſtoli*, anno milleſimo triceſimo nono ad Superos evocati. De ejusdem S. Othonis vita exſtant apud Henr. Caniſium libri tres, ab anonymo ſynchrono ſcripti.

ARNO Salisburgenſis Archiepiſcopus, qui temporibus Caroli Magni floruit, concinnavit *Indicem eorum quæ eccleſiæ Salisburgenſi data ſunt à Theodone, Othilone, Taſilone, aliisque Bavariæ Ducibus ac proceribus.* Hæc & alia id genus monumenta Caniſius tomo 2. Lect. antiquæ 1602. primus publicavit.

CCCXVIII. WIBERTUS, ſeu Guibertus Archidiaconus ſcripſit *vitam S. Leonis IX. Papæ*, antea Tullenſis Epiſcopi, ſui coætanei: quam Sirmondus 1615. Pariſiis publicavit. Leonis ejusdem *Itinerarium*, quod ab Anſelmo Remenſi monacho ſcriptum Sigebertus cap. 153. memorat, utinam ſimiliter proferatur!

CCCXIX. LECKERHARDUS, Decanus ad S. Gallum in Helvetiis, ſcripſit *vitam Notkeri Balbuli*, ſupra cap. 316. à nobis laudati : quam Caniſius tomo 6. Lect. antiquæ publicavit, unà

unà cum *Proceſſu*, ut vocant, *canonizationis ejusdem Notkeri*, permiſſu Leonis IX. Papæ inſtituto & à Notariis publica fide conſcripto.

CCCXX. OLYMPIODORUS, novæ Romæ ſeu Conſtantinopolis diaconus, Peripateticæ ſcholæ philoſophus, præter commentarium in Meteora Ariſtotelis, ſcripſit Enarrationem in Salomonis Eccleſiaſten; quam, à Zenobio Acciajolo Florentino Latinè redditam, Pariſienſes ſeorſim 1511. & poſtea in Bibliotheca Patrum, ut & Colonienſes tomo undecimo, ediderunt. Quando vixerit, certò non conſtat: Bellarminus ipſum in ſæculo undecimo collocat. Exſtat & *Catena ex antiquis Patribus in Jobum, ab eodem Olympiodoro* concinnata.

OECUMENIUS ex antiquis Patribus concinnavit *Catenam in Acta Apoſtolorum, & in omnes Epiſtolas novi Teſtamenti*; Græcè 1532. Veronæ, & Latinè, ſtudio Joannis Hentenii, Antverpiæ 1545. & alibi editam. Quo tempore floruerit, adhuc ſub judice lis eſt. Joannes Garetius, lib. de Euchariſtia, putat eum vixiſſe ſub annum milleſimum octogeſimum. In Bibliotheca Patrum exſtat *Catena in epiſtolam S. Pauli ad Romanos, ſub nomine Theoduli presbyteri Cœleſyriæ*; quæ tota ferè excerpta eſt ex Oecumenii Catena. Itaque videtur falſò Catena iſta *Theodulo Cœleſyro* adſcribi, utpote qui Zenone imperante (teſte Gennadio in catal. cap. 91.) vixit, adeoque multò antiquior eſt ipſo Oecumenio, qui in iſta Catena citatur.

CCCXXI. WITICHINDUS Saxo, monachus Corbeienſis in Weſtfalia, ſcripſit *libros tres de rebus Saxonum*, & nominatim de geſtis Henrici I. & Othonis I. Imperatorum, Deſinit in geſtis anni nongenteſimi ſeptuageſimi tertii, quo Otho I. obiit.

CCCXXII. LAMBERTUS Schafnaburgenſis, anno milleſimo quinquageſimo octavo, veſtem monaſticam ex Meginheri Abbatis Herfeldenſis manibus accepit, & presbyter ordinatus peregrinationem Hieroſolymitanam aggreſſus eſt. Anno proximè ſequenti ad monaſterium ſuum Herfeldenſe, peracta feliciter peregrinatione, medio menſe Septembris rediit; ut ipſemet narrat. Scripſit autem *Hiſtoriam*, à Lipſio & aliis laudatam: quæ in geſtis anni milleſimi ſeptuageſimi ſeptimi deſinit.

CCCXXIII. MICROLOGUS, quem aliqui *Joannem Micrologon* nominant, ſcripſit librum *de eccleſiaſticis obſervationibus*; quem integrum, ex ms. codice cœnobii ſeptem fontium in agro Bruxellenſi, primus edidit Pamelius. Exſtat idem liber, cum aliis ejusdem argumenti, Romæ & Coloniæ, itemque tomo XI. Bibliothecæ Patrum editus. Quisque autem hujus libri auctor fuerit (nam modeſtiæ ergò nomen ſuum ſuppreſſiſſe videtur) vixit ævo Gregorii VII. Papæ, hoc eſt, circa annum Chriſti milleſimum octogeſimum; fuitque S. Anſelmo Lucenſi Epiſcopo familiaris: ut ipſe cap. 14. & 17. ſubindicat.

CCCXXIV. GUITMUNDUS, primùm monachus Benedictinus ad Crucem S. Leufredi in Gallia, pòſt Averſanus in Italia Epiſcopus, vixit Gregorii VII. Papæ temporibus; ut ipſe initio ſui libri 1. teſtatur. Scripſit autem libros tres *de veritate corporis & ſanguinis Chriſti in Euchariſtia, contra Berengarium*; qui cum aliis ejusdem argumenti libris ſeorſim, & tomo 11. Bibliothecæ Patrum, editionis Colonienſis, exſtant. De Guitmundo vide judicium Bellarmini in catalogo.

CCCXXV. GREGORIUS VII. Papa, antea monachus Benedictinus, nomine Hildebrandus, anno milleſimo ſeptuageſimo tertio ordinatus eſt: quem vitæ integritate, multisque miraculis claruiſſe tradit Lambertus Schafnaburgenſis. Quod addo, ne temerè quis credat Sigeberto Gemblacenſi, & aliis, multa falſa in odium illius Pontificis fingentibus. Anno proximè ſequenti Gregorius cœlibatum ſacerdotum, ſecundum veteres Canones, ſeverè indixit. Sigebertus id malignè ſuo in chronico interpretatur: ſed nihil eum novi ſanxiſſe, idem Schafnaburgenſis, Baronius, Bellarminus & alii docent. Exſtant *Epiſtolæ plurimæ*, ab ipſo Gregorio, utpote viro doctiſſimo, compoſitæ.

CCCXXVI. GEBHARDUS Salisburgenſis, qui an. 1088. obiit, Sigefridus Moguntinus, Stephanus Halberſtadienſis, & alii Antiſtites ac Principes, ſcripſerunt *varias epiſtolas pro Gregorio VII. aliisque Pontificibus Romanis contra ſchismaticos*: quas cum aliis veteribus monumentis, ex ms. codicibus Sebaſtianus Tengnagelius, Bibliothecarius Cæſareus, 1612. Ingolſtadii primùm in lucem dedit; unà cum libris duobus metricis DOMNIZONIS *presbyteri de rebus geſtis Mathildis Comitiſſæ*, & cum BERNALDI *Conſtantienſis presbyteri libello de vitandis excommunicatis*. In eodem volumine Tengnageliano reperies *Vitas Altmanni Paſſavienſis, Thiemonis Salisburgenſis & Anſelmi Lucenſis*, Epiſcoporum, ab anonymis ſcriptas; item *Heſſonis Scholaſtici brevem commentarium de rebus* A. 1119. *geſtis inter Calliſtum Papam & Henricum V. Imperatorem*. Cæterum Bernaldus presbyter Conſtantienſis, præter libellum à Tengnagelio publicatum, ſcripſit & alia *opuſcula pro Gregorio VII. contra ſchiſmaticos: quæ Gretſerus ſua Apologiæ pro eodem Pontifice inſeruit; ubi & docet quis fuerit iſte Bernaldus.*

CCCXXVII. RANGERIUS, Lucenſis Epiſcopus à S. Anſelmo tertius, oratione ligata ſcripſit *vitam & miracula ejusdem S. Anſelmi*; ut teſtatur Domnizo l. 2. c. 3. de vita Mathildis Comitiſſæ: *Tertius*, inquit, *exiſtens ab eo Lucenſis, & ille Rangerius Rector dictavit*

*ram sibi metro.* Addit Domnizo, ab eodem Rangerio egregium librum *de controversia Investiturarum scriptum fuisse : Dictavit pulchrum nuper librumque secundum, qui baculi litem definit.* Sed hæc monumenta aut perierunt, aut alicubi cum blattis ac tineis adhuc luctantur. Principium libri primi inseruit suo operi Domnizo.

CCCXXVIII. PAULUS Bernriedensis scripsit *de rebus gestis Gregorii VII. Papæ, & Herluçæ virginis :* quas lucubrationes Gretserus publicavit cum Apologia pro Baronio contra Goldastum.

GERHOHUS, Reicherspergensis in Bavaria Præpositus, scripsit *syntagma de Henrico IV. & V. Imperatoribus*, & de Gregorio VII. nonnullisque consequentibus Pontificibus Romanis : quod Gretserus edendum curavit, cum Refutatione alogiarum Annæ Comnenæ in Alexiade.

CCCXXIX. S. BRUNO Coloniæ Agrippinæ natus, ex Theologo Parisiensi Remensis Canonicus & scholarum magister, de quo Martyrolog. Rom. 6. Octob. in eremum secedens cum sex sociis, Cartusiani ordinis initia ac fundamenta anno millesimo octogesimo sexto posuit : adjuvante S. Hugone Gratianopolitano Episcopo. Cujus quidem ordinis exordia Petrus Cluniacensis l. 2. de Mirac. c. 28. describit, ut & Guibertus Abbas Nongentinus, qui S. Brunonis æqualis fuit, in tractatu de vita sua : neque tamen Canoniti aut Doctoris illius Parisiensis meminerunt, qui post obitum redivivus denunciatione feralis de se judicii circumstantes exterruisse fertur ; uti nec Sigebertus Gemblacensis meminit, qui eadem vixit ætate. Quam tamen historiam complures docti gravesque viri litteris prodiderunt. Sic ferè Petavius l. 8. c. 19. in suo Rationario temporum. Obiit autem S. Bruno in Calabria anno millesimo centesimo primo ; in cœlitum classem à Leone X. anno millesimo quingentesimo decimo quarto relatus. Cæterum ut præstantissimus Theologus fuit Bruno, sic & scripsit amplissimos commentarios *in omnes Psalmos Davidis, & in omnes epistolas S. Pauli ; Sermones* item *plurimos de primariis anni festivitatibus*, & alia varia opuscula : quæ Theodorus Petrejus, Cartusiæ Colonienſis alumnus, in unum collegit, recensuit & 1611. eadem in urbe edenda curavit.

CCCXXX. LUPUS PROTOSPATA, natione Apulus, officio, ut creditur, Protospatarius, sive Palatinorum militum Primipilus, scripsit *de rebus in regno Neapolitano ab anno octingentesimo sexagesimo ad annum millesimum centesimum secundum gestis Chronicon*, breve quidem sed accuratum. Quod cum appendice incerti auctoris usque ad annum millesimum quingentesimum decimum nonum, Ant. Caracciolus, ex ordine Clericorum regularium, quos vulgò Theatinos vocant, Theologus, typis Neapoli 1626. in 4. edidit; additis Heremperti Langobardi, & Falconis Beneventani Chronicis : quorum posterior Lupi Protospatæ narrationem excipit.

FALCO BENEVENTANUS, sacri palatii Notarius ac Scriba, ab Innocentio II. Papa, ob fidei constantiam, qua pontificias partes in maximis illorum temporum turbis tutatus fuerat, Judex suæ patriæ renuntiatus fuit. *Chronicon* sive *Historiam* posteris reliquit, qua ab anno millesimo centesimo secundo usque ad annum millesimum centesimum quadragesimum res præsertim Beneventi gestas produxit; & adeò accuratè descripsit, ut qui eas legit, non legere, sed præsens interesse videatur. Stilus quidem barbarie est horridus, pro genio illius ævi: quoad cætera Baronio in Annalibus, & Gordono in Chronologico opere placuit.

CCCXXXI. BALDERICUS, primùm Gerardi primi, Lietberti & Gerardi secundi, Cameracensium ex ordine Episcoporum Secretarius, deinde Canonicus & Cantor Taruanensis, pòst Archidiaconus Noviomensis, demùm Episcopus Noviomensis ac Tornacensis, (quæ duæ ecclesiæ sexcentis plùs minùs annis fuerunt unitæ) obiit anno millesimo centesimo duodecimo. Is *Historiam Cameracensis & Atrebatensis ecclesiarum*, olim unitarum, tribus libris conscripsit, quos titulo Chronici Cameracensis Georgius Colvenerius, Doctor Th. Duacensis, meus olim in grammaticis ac philosophicis magister, cum Notis 1615. Duaci in lucem edidit. Putatur insuper scripsisse *Chronica ecclesiarum Morinensis seu Taruanensis & Ambianensis :* quæ aut perierunt, aut fœdo pulvere obsita alicubi latent. Balderici porrò Chronicon Cameracense *Lambertus Waterlosius*, Canonicus regularis ad S. Autbertum in urbe Cameracensi, continuavit : quem non contemnendum scriptorem ex ejusdem Colvenerii bibliotheca brevi proditurum speramus.

CCCXXXII. GILBERTUS, al. Gislebertus aut Giselbertus, monachus Anglus in cœnobio Westmonasterienſi juxta Londinum, litteras ibi humaniores didicit. In studiis deinde sacris magistrum habuit S. Anselmum Ep. Cantuarienſem. Lustratis demùm Galliæ & Germaniæ Academiis, cùm in patriam per Germaniam cogitaret, Moguntiæ in quemdam Judæum incidit. Contra hunc doctissimam habuit disputationem, quam in formam dialogi redegit, & S. Anselmo dicavit, hoc titulo : *de fide Ecclesiæ contra Judæos.* Obiit anno millesimo centesimo decimo septimo.

CCCXXXIII. JOANNES Sapiens, cognomento Cyparissiota, scripsit *Expositionem materiarum eorum, quæ de Deo à Theologis dicuntur, in decem decades partitam :* quam Franciscus Turrianus Latinam à se redditam Antonio Augustino Archiepiscopo Tarraconensi dica-

dicavit; additis Maximi & Georgii Pachymeri ſcholiis. Exſtat tomo 11. Bibliothecæ Patrum editionis Colonienſis.

Samona Archiepiſcopus Gazæ edidit *Diſceptationem à ſe habitam cum Achmedo Saraceno ſuper veritate corporis & ſanguinis Chriſti in Euchariſtia*; quæ cum Notis Gerardi Voſſii exſtat eodem tomo Bibliothecæ Patrum. Uterque porrò, videlicet Cypariſſiota & Samona, putatur vixiſſe ſæculo undecimo.

CCCXXXIV. Zacharias Chryſopolitanus Epiſcopus anno milleſimo centeſimo primo floruit, & ſcripſit *libros quatuor in Ammonii Concordiam Evangelicam*: quo quidem opere ipſe Ammonius quatuor Evangelia in unum volumen continuum redegit. Libri quatuor Zachariæ exſtant in Bibliotheca Patrum, tom. 12. editionis Colonienſis. De Ammonio vide quæ ſuprà diximus.

CCCXXXV. Ingulphus Londini in Anglia natus, Weſtmonaſterii grammaticis, Oxonii philoſophicis ſtudiis operam dedit. Vir factus, in Galliam transfretavit, & Guilielmo Nortmanniæ Duci à Secretis fuit. Exinde ſacrum iter aggreſſus, Hieroſolymis Sophronium Patriarcham, & Conſtantinopoli Alexium Imp. ſalutavit. Roma luſtrata, in Nortmanniam rediit; & Fontanellæ monachum induit. Inde anno milleſimo ſeptuageſimo quinto à Guilielmo Duce, qui tunc Angliæ regnum tenebat, vocatus in Angliam, creatus eſt Abbas Croylandenſis: obiitque anno milleſimo centeſimo nono. Scripſit *Hiſtoriam ſui monaſterii & aliorum in Anglia*: in qua multa narrat de Regibus Angliæ, ab anno ſexcenteſimo ſexageſimo quarto usque ad annum milleſimum ſexageſimum ſeptimum, quo Guilielmus I. regnare cœpit. Exſtat hic liber 1601. editus cum aliis Britanniæ hiſtoricis. Scripſit & *vitam S. Guthlaci*.

CCCXXXVI. Florentius, Vigornienſis in Anglia monachus, ex Mariano Scoto & aliis concinnavit *Chronicon ab initio mundi usque ad finem vitæ ſuæ, hoc eſt, ad annum Chriſti milleſimum centeſimum decimum nonum*. Eo defuncto, alius monachus Vigornienſis adjecit res geſtas annorum plùs minùs quinquaginta.

CCCXXXVII. Robulfus, Abbas celeberrimi monaſterii S. Trudonis, in oppido ejusdem nominis, & in diœceſi Leodicenſi, floruit anno milleſimo centeſimo decimo ſeptimo; ſcripſitque *Chronicon Trudonenſe*: quod ab aliis loci monachis continuatum, apud me exſtat manuſcriptum.

Absalon, primùm Canonicus Lutetiæ ad S. Victorem, poſteà Abbas Spinchirbacenſis in diœceſi Treverenſi, ſcripſit *Sermones feſtivales quinquaginta & unum*: quos ejusdem loci Abbas Daniel Scillincus 1534. Coloniæ in fol. edendos curavit. Claruit anno milleſimo centeſimo viceſimo.

CCCXXXVIII. S. Bruno, Soleriæ in agro Alexandrino apud Inſubres natus, doctrina clariſſimus, anno milleſimo ſeptuageſimo nono, in Synodo à Gregorio VII. celebrata Berengarium hæreſiarcham jam ſenem confutavit. Exinde renitens ab eodem Pontifice Signinus in Italia Epiſcopus creatus, annis aliquot ſumma cum laude paſtorale munus exercuit. Cumque deſiderio vitæ contemplativæ captus monachum in monte Caſino induiſſet, inſtante populo, ad eccleſiam ſuam redire juſſus eſt: ac demùm, Calliſto II. ſedente, ad meliorem vitam tranſiit, ſub annum Chriſti milleſimum centeſimum viceſimum; à Lucio III. in Divos relatus. Scripſiſſe dicitur *commentaria in Exodum & in Apocalypſim*, & varia opuſcula pia. Sunt tamen qui lucubrationes iſtas *Brunoni Cartuſianorum fundatori*, alii autem *Brunoni Herbipolenſi Epiſcopo* attribuunt.

CCCXXXIX. Cosmas, Pragenſis eccleſiæ in Bohemia Decanus, & poſtea Epiſcopus, *Bohemorum Hiſtoriam* libris tribus conſcripſit; in quibus gentis origo, & priſci Duces usque ad Vratislaum, Regem primum ab Henrico III. Imp. anno milleſimo centeſimo viceſimo ſexto creatum, commemorantur: quo tempore & ipſe Cosmas floruit.

CCCXL. Goffridus Vindocinenſis Abbas, & S. R. E. Cardinalis (ad quem Ivonis Epiſcopi Carnutenſis epiſtola 41. exſtat) ſcripſit varia, quæ Notis illuſtrata Sirmondus 1610. Lutetiæ primùm edidit. Sunt in his *Epiſtolarum ad Pontifices, Cardinales, Epiſcopos, Abbates & alios libri quinque; Sermones XV. in primariis anni feſtivitatibus habiti*; itemque opuſcula varia. Cæterùm Goffrido patria fuit in Andegavis; genus clarum in primis ac nobile; quod indicat ejus epiſtola ſecunda & aliæ. Prima ætate, inter monachos Vindocinenſis cœnobii, quod *Goffridus Martellus*, Comes Andegavenſis, paucis antè annis in Carnutum finibus fundarat, nomen dedit. Nec multò poſt, novitius adhuc & juvenis, ac diaconus tantùm, Bernone mortuo, quintus ejusdem cœnobii Abbas renunciatus eſt. Tum ab Ivone Carnutenſi Epiſcopo inauguratus, Romamque ad Urbanum II. Papam, Guitbertinæ factionis metu latitantem, profectus, magno Pontificem beneficio devinxit; pecuniâ, unde Lateranum & turrim Creſcentiam redimeret, affatim collatâ. Quo nomine primus omnium pedem Urbano in ſede Pontificia, cum Laterano reſtituta, oſculatus eſt. A quo & presbyter ſacratus, eccleſiam quoque S. Priſcæ, unde vi à Guitbertinis dejecti fuerant Vindocinenſes, cum annexa Cardinalis dignitate, poſtliminiò recepit. Reverſus in Galliam, Salmurum ad Ligerim, anno Chriſti milleſimo nonageſimo quarto, ab



Digitized by Google

Hugone Lugdunenſi Archiepiſcopo, Sedis Apoſtolicæ Legato, ad Fulconis Andegavorum Comitis expiationem accitus eſt. Tum ſequenti mox anno, ad *Claromontanum* apud Arvernos Concilium ab Urbano II. vocatus, interfuit: adfuturus etiam *Lateranenſi* Paſchalis II. & *Romano* item Calliſti II. (à quibus pariter evocabatur) niſi alterum iter brevitas temporis, alterum hiemis aſperitas excluſiſſet. *Urbano* ſanè, quoad vixit, unici filii inſtar carus fuit: quem etiam Vindocini, ac poſtea Paſchalem undecim dierum ſpatio hoſpitem habuit. *Calliſto* autem veteri neceſſitudine conjunctus, &, quod mutuæ ejusdem epiſtolæ oſtendunt, intimus fuit.

Quo præterea in numero apud *Ludovicum* VI. Francorum Regem Goffridus fuerit, hoc declarat, quòd à Rege delectus eſt inter arbitros controverſiæ, quæ de Majoratu & Seneſcalcia Franciæ ab Andegavorum Comite movebatur. Monaſterium ſumma cura ac vigilantia rexit: ita ut nullum totâ Gallia illo ordinatius ea ætate haberetur. Proventus verò atque opes externas ſic amplificavit, ut monaſterium duplo, quàm acceperat, locupletius copioſiusque reliquerit. Sed multæ illi, ut fieri ſolet, dum antiqua illius jura ac poſſeſſiones tuetur, cum Epiſcopis, Abbatibus & Principibus viris ſubeundæ moleſtiæ & contentiones fuerunt. Ingenio fuit acri & vivido; quod in ſacris præcipuè litteris Canonibusque exercitatum omnia paſſim opera, cum ſingulari ejus pietate, teſtantur. Libertatem vel unica ad Paſchalem II. de inveſtituris ab eo conceſſis epiſtola loquitur; fidem verò ac ſtudium erga Sedem Apoſtolicam tum impenſæ, quas pro ea maximas fecit, tum ſuſceptorum itinerum labores: in quibus Alpes, pro Eccleſiæ Romanæ utilitate, duodecies tranſcendit, ter etiam ab ejus adverſariis captus fuit. De obitu nihil compertum: ad extrema Honorii II. tempora perveniſſe, Honorii ipſius ad Goffridum litteræ, anno milleſimo centeſimo viceſimo nono ſcriptæ, fidem faciunt. *Sic ferè Sirmondus.*

CCCXLI. PETRUS ALFONSUUS, ex Judæo Chriſtianus, antea Moyſes vocatus, ab Alfonſo Hiſpaniæ Rege ad Baptismi fontem ſuſceptus, ſcripſit *Dialogum*, quo impiæ Judæorum opiniones cùm naturalis tùm cœleſtis philoſophiæ argumentis confutantur, & abſtruſiora quædam Prophetarum loca explicantur. Exſtat is tomo 12. Bibliothecæ PP. editionis Colonienſis. Coccius cenſet hunc Alfonſum floruiſſe ſub annum milleſimum centeſimum.

CCCXLII. LEO MARSICANUS, à Paſchali II. Pontifice Epiſcopus Oſtienſis creatus, ſcripſit *Chronicon monaſterii Caſinenſis*, à temporibus S. Benedicti usque ad Deſiderium Abbatem, qui poſtea Victor III. Papa fuit. Leo autem obiit anno milleſimo centeſimo decimo.

CCCXLIII. PHILIPPUS SOLITARIUS, ad Callinicum monachum, anno poſt Chriſtum natum milleſimo centeſimo quinto ſcripſit *Dioptram*, id eſt, *Regulam ſive Amuſſim rei Chriſtianæ*, quatuor libris per dialogum explicatam. Spirat ubique pietatem, & nos Deo gratiores efficiendi ſtudio flagrat. Usus eſt verſibus politicis: de quibus fuſè agit Jac. Pontanus præfatione in orationes Simeonis junioris Theologi. Philippi Dioptram *Michaël Pſellus*, & *Phialitus*, hortatu Dionyſii Metropolitæ Mitylenenſis, Notis illuſtrarunt. Quæ omnia idem Pontanus Latinitate donavit, & Gretſerus Notis clariora reddidit. Exſtantque tomo 12. Bibliothecæ PP. à Colonienſibus editæ.

CCCXLIV. HONORII Auguſtodunenſis presbyteri, ſuprà pag. 130. laudati, opera omnia, philoſophica ac theologica, quæ reperiri potuerunt, ab Andrea Schotto recenſita, habentur tomo 12. Bibliothecæ PP. editionis Colonienſis. Sunt in his, *De mundi imagine* libri tres; *De mundi philoſophia* libri quatuor; *De ſolis affectibus* liber ſingularis; *Romanorum Pontificum ſeries*; *De luminaribus Eccleſiæ*, ſive de Scriptoribus eccleſiaſticis; *Catalogus Hæreſeon* ſive de Hæreticis Judæorum, Paganorum & Chriſtianorum; *Gemma animæ*, ſive de divinis officiis, & antiquo ritu Miſſarum libri quatuor; commentaria *in Salomonis Proverbia*, *Eccleſiaſten & Cantica canticorum.* Floruit autem Honorius anno milleſimo centeſimo viceſimo: quo anno ipſemet in ſua Synopſi l. 2. c. 93. teſtatur ſe ſcripſiſſe libros *De imagine mundi*; quadraginta videlicet annis poſt Anſelmum Cantuarienſem. Ex quo etiam colligi datur, libros illos duos *De imagine mundi*, Anſelmo Cantuarienſi falſò à quibusdam adſcribi.

CCCXLV. GUALTERUS, Taruanenſis eccleſiæ Canonicus, ad Joannem Epiſcopum Taruanenſem, ſcripſit *vitam ac martyrium Caroli cognomento Boni*, Flandriæ Comitis; quam ex bibliotheca S. Mariæ Igniacenſis 1615. Sirmondus primùm edidit.

CCCXLVI. ANSELMUS, Abbas Gemblacenſis, Sigeberti monachi Gemblacenſis Chronicon, quod in geſtis anni milleſimi centeſimi duodecimi deſinit, ſuo ſtilo continuavit usque ad annum milleſimum centeſimum triceſimum ſextum. Anſelmi Chronicon, cum Gemblacenſi, Affligemienſi & Aquicinctino Auctariis usque ad annum milleſimum ducenteſimum quintum, ex mss. codicibus Antverpiæ 1608. edendum curavi.

CCCXLVII. JOANNES CUROPALATES Græcè ſcripſit *Hiſtoriam ab anno Chriſti octingenteſimo undecimo usque ad annum milleſimum octogeſimum primum.* Vide ea quæ ſuprà cap. 306. diximus.

GEORGIUS Codinus Curopalates ſcripſit librum *De Officiis & Officialibus eccleſiæ & aulæ Conſtan-*

*Conſtantinopolitanæ :* quem Gretſerus Latinè vertit. Idem edidit Excerpta de originibus Conſtantinopolitanis, quæ Georgius Douza tranſtulit & publicavit.

CCCXLVIII. IOANNES TZETZES, Iſaaci Tzetzæ, ejus qui in Lycophronem ſcripſit, frater, circa annum milleſimum centeſimum ſexageſimum vixit, & præter commentarios in Heſiodum, ſcripſit *Variam hiſtoriam* verſibus politicis; non autem jambicis, quod Gesnerus putavit. Politici porrò verſus apud Græcos (ſic dictos opinor, quaſi civiles ac populares rythmos) quindecim ſyllabis ſinguli conſtant; ſic tamen ut cujusque verſus pars prior integra dictione octavam abſolvat, more Jambici dimetri. Hoc metri genere & *Michaël Pſellus* Cantica canticorum explicavit, *Conſtantinus Manaſſes* ſuos Annales Byzantinos, & alii alia ſcripſerunt.

EPHRAEM, hiſtoricus & poëta, ſcripſit *vitas Principum Conſtantinopolitanorum* jambico carmine: quod opus in Vaticana bibliotheca adſervari tradit Raphael Volaterranus.

CCCXLIX. NICETAS CHONIATES, magnus Logotheta ſecretorum, Inſpector & Judex Veri, Præfectus ſacro cubiculo, ſcripſit *Theſaurum orthodoxæ Fidei*, multis libris comprehenſum: ex quibus priores quinque Petrus Morellus Latinè reddidit, & anno 1561. primùm publicavit. Exſtant iidem tomo 12. Bibliothecæ PP. à Colonienſibus editæ: unà cum fragmento ejusdem Nicetæ *De ordine ſervari ſolito, cùm quis à Saracenismo ad Chriſtianismum tranſibat ;* quod fragmentum ex libro 20. Theſauri orthodoxiæ reſtat. Idem Nicetas ſcripſit *Hiſtoriam* ab anno milleſimo centeſimo decimo octavo ad annum milleſimum ducenteſimum quintum : quæ cum aliis Hiſtoriis orientalibus exſtat excuſa. Nicetas porrò, Conſtantinopoli à Latinis expugnata, & virgine illa Beliſſaridide, quam è manibus hoſtium eripuerat, in uxorem ducta, Nicæam, quæ Bithyniæ eſt metropolis, ſe contulit; & ibi quod vitæ reliquum ſupererat, litterario otio impendit. Quod quidem quanta diligentia præſtiterit, teſtantur lucubrationes, quas recenſui.

MICHAEL CHONIATES, Athenarum Metropolita, ſcripſit *Monodiam*, ſive Orationem in funere fratris ſui Nicetæ Choniatæ habitam; quam idem Morellus Latinam fecit: exſtatque citato Bibliothecæ PP. tomo. Michaël porrò, poſt Conſtantinopolim & Athenas à Latinis expugnatas, ejectus fuit in inſulam *Ceo*, ad Prodromi monaſterium.

CCCL. BALDRICUS, Dolenſis in Britannia Armorica Epiſcopus, ſcripſit *vitam Roberti de Abrezello*, qui ordinem monaſticum Fontis Ebraldi, in Gallia celebrem, fundavit, & anno milleſimo centeſimo decimo ſeptimo piisſimè obiit. Fons autem Ebraldi duodecim leucis Gallicis ab urbe Pictavienſi diſtat. Baldricus porrò ſcripſit inſuper Hiſtoriam belli ſacri, cum aliis ejuſdem argumenti à Bongarſio editam. Vide infrà c. 358.

CCCLI. ROBERTUS, Abbas Montis S. Michaëlis apud Nortmannos, in diœceſi Abrincenſi, & in mari Oceano ſiti, Chronicon Sigeberti Gemblacenſis, quod in geſtis anni 1112. deſinit, excipiens, res ſui ſæculi uſque ad annum milleſimum ducenteſimum decimum proſecutus eſt. Roberti Chronicon, cum Sigebertino, Guilielmus Parvus, Doctor Theologus ex ordine Prædicatorum, Lutetiæ typis Henrici Stephani, primùm 1513. in lucem emiſit, cum inſertionibus ex Hiſtoria Galfridi Aſaphenſis Epiſcopi; ut in fronte libri legitur. Inſertiones iſtas, utpote fabuloſas ac mendaces, quæ Sigeberti Chronicon hactenus fœdaverant, nos ſemovimus, cùm Sigebertinum Chronicon, ad fidem autographi collatum, Antuerpiæ 1608. edidimus.

CCCLII. S. NORBERTUS Sanctis Cliviæ oppido natus, relicto Canonicatu, quem in patria poſſederat, *Præmonſtrati*, loco ſilvis horrido ac ſolitario, in diœceſi Laudunenſi, anno milleſimo centeſimo viceſimo cœnobium fundavit; adjutante Bartholomæo Laudunenſi Epiſcopo: unde Ordini Præmonſtratenſi nomen eſt natum. Magdeburgenſis in Germania Archiepiſcopus creatus, ſanctiſſimè ibidem 1134. obiit. Scripſit varia, quæ Guilielmus Eiſengrenius in Catalogo teſtium veritatis, & alii recenſent: ſed ex iis unicus exſtat *Sermo*, qui ad calcem vitæ ejus ſubjungi ſolet.

CCCLIII. PHILIPPUS Eleemoſynarius, cognomento Harvengius, Abbas ſecundus fuit cœnobii Bonæ ſpei, quod eſt Canonicorum ordinis Præmonſtratenſis, primo lapide à Binchio Hannoniæ oppido ſitum, haud procul à via militari Romana, quæ Bavaco Nerviorum ducit Aduatucam Tungrorum. Vir fuit diſertiſſimus, & S. Bernardo Abbati Clarevallenſi familiaris; ſcripſitque eleganti ſtilo *Vitas SS. Auguſtini Hipponenſis, Amandi Tungrenſis, & S. Gisleni*, Epiſcoporum; *S. Landelini Abbatis Criſpinienſis, SS. Foillani, Salvii, Quirici & Julittæ* martyrum, *S. Waldetrudis Abbatiſſæ Montenſis*, item *Odæ & Agnetis* virginum. Scripſit inſuper commentaria *in Cantica canticorum ;* item *De lapſu primi hominis & de damnatione Salomonis* librum unum; *De clericorum dignitate, ſcientia, juſtitia, continentia, de obedientia & ſilentio* libros tres. Denique ſcripſit *Epiſtolas* plurimas ad varios, & *poëmata* nonnulla. Sunt hæc omnia junctim edita Duaci 1620. in fol.

CCCLIV. THEODERICUS, ex Gandenſi monacho Abbas Trudonenſis in diœceſi Leodicenſi, ſcripſit *Vitas S. Bavonis* Gandenſium patroni, *S. Rumoldi* Epiſcopi, *S. Trudonis* Abbatis, *S. Landradæ* Abbatiſſæ Beliſienſis, *S. Amelbergæ* virginis Tamiſienſis; & Sermonem de translatione *SS. Trudonis & Eucherii* Aurelianenſis Epiſcopi. Vita *S. Amelbergæ* exſtat apud me & alibi manuſcripta, typis hactenus non edita. Hiſtoria *S. Landradæ* apud

Surium, 8. Julii, eſt mutila : integram reperies in Rubeæ Vallis cœnobio prope Bruxellam.

CCCLV. SIMEON JUNIOR, Theologus, presbyter & præpoſitus monaſterii S. Mamantis martyris ad Xylocercum, putatur vixiſſe ſæculo XII. ſub Imp. Joanne aut Manuele Comneno. Scripſit *De fide & moribus, cùm Chriſtianis tum monaſticis, Orationes tres & triginta: Divinorum amorum ſive commentationum ſacrarum librum ſingularem: Capita* item *moralia, ſeu Gnomas hortatorias ducentas duodetriginta.* Quæ omnia Jac. Pontanus Latinitate donavit, Notis illuſtravit, & Ingolſtadii edenda curavit. In eodem volumine à Pontano ſubnexa ſunt ſequentia:

Scholaſtici cujusdam *Dialogus de Deo*, ad Simeonem Theologum : *Baſilii* monachi ac presbyteri Deſcriptio vitæ aſceticæ : *Joannis Carpathiorum Epiſcopi*, ſuprà c. 202. laudati, ad monachos Indos capita duo & octoginta : *Theodori Edeſſeni* capita quinquaginta : ex vita S. *Syncleticæ* (quæ ſub Conſtantino Magno vixit, & 5. Januarii à Græcis ac Latinis colitur) capita decem : Florilegium ex *Eliæ presbyteri* Florilegio ſententiarum : Decerpta ex Florilegio *Petri Abbatis* : *Leonis Imp.* CP. Canticum compunctionis : Ejusdem argumenti Canon *Theolepti Epiſcopi Philadelphienſis :* Canon agentis animam, ex Græcorum Euchologio : Canon alius peccatoris ad Deiparam ex eodem : *Simeonis Archiepiſcopi Theſſalonicenſis* liber de Myſtagogia, ſuprà cap. 296. memoratus. Hæc omnia Pontanus ex bibliotheca Bavarica eruit, & Latinè vertit. Nos auctores & opuſcula aſcetica, uti diſpoſita erant, reliquimus ; quamvis aliqua ante & poſt ſæculum XII. potuerint eſſe conſcripta.

CCCLVI. OTHO, Prumienſis presbyter, anno milleſimo centeſimo quinquageſimo ſecundo ſcripſit libros quatuor *De ſtatu Domus Dei*, & librum unum *De magna domo ſapientiæ.* Exſtant tomo 12. Bibliothecæ PP. à Colonienſibus editæ.

CCCLVII. NICOLAUS, ex Cluniacenſi monachus Clarevallenſis, Notarius ſeu Secretarius S. Bernardi Abbatis Clarevallenſis, ſcripſit *volumen epiſtolarum* ; quod Joannes Picardus, Canonicus regularis ad S. Victorem, Pariſius publicavit. Exſtat idem tom. 12. Bibliothecæ PP. à Colonienſibus editæ.

DROGO, primùm Laudunenſis ad S. Joannem Abbas, pòſt Epiſcopus Oſtienſis, claruit temporibus S. Bernardi Clarevallenſis ; ut Poſſevinus & Alfonſus Ciacconius cenſent. *Sermo* ejus *de paſſione Domini* exſtat tomo 12. Bibliothecæ PP. editionis ejusdem.

CCCLVIII. BELLORUM ſacrorum, ſive expeditionum Orientalium (quas frequentes, ſæculis aliquot, majores noſtri ab anno 1096. pro terra ſancta recuperanda aut retinenda ſuſceperunt) hiſtorias multi veteres ſcripſerunt. Eas in duos tomos *Bongarſius* redegit, & typis Wechelianis 1611. Hanoviæ edidit. In his primum locum tenet *anonymus* quidam natione Italus, qui in comitatu *Boamundi*, Apuliæ Ducis, viam ingreſſus, primæ expeditioni interfuit. Orditur ab *Urbani* II. Papæ in Galliam profectione, & prima crucis prædicatione. Finit poſt captam Hieroſolymam, victo ad Aſcalonam Ammiravilo Babylonis. Res geſtas annorum quinque narrat, ab anno ſcilicet milleſimo nonageſimo quinto ad annum milleſimum nonageſimum nonum.

2. ROBERTUS, monachus S. Remigii Remenſis, Claromontano concilio (à quo hic pius Occidentis in Orientem motus cœpit) & poſtea ipſi expeditioni ſacræ interfuit. In Galliam redux, juſſu *Bernardi* Abbatis ſui, *Hieroſolymitanam hiſtoriam* libris novem deſcripſit : & definit in illa victoria de Ammiravilo Babylonio.

3. BALDRICUS, primùm Burgulienſis in Andegavis, aut Burgidolenſis in Biturigibus Abbas, poſtea Dolenſium in Britannia Armorica Epiſcopus, ab Orderico Vitali hiſt. eccleſiaſt. lib. 9. laudatus, *libros quatuor Hieroſolymitanæ hiſtoriæ* litteris conſignavit. Manum penè ſexagenarius operi admovit : neque viſa narravit ; ſed ab anonymo verè quidem, ſed ſtilo ruſticano ſcripta ſecutus eſt. Inſeruit multa ab iis audita qui interfuerant ; cùm & ipſe Claromontano concilio 1095. adfuiſſet. Scripſit & vitam *Roberti de Arbrezello*, ſuprà cap. 350. à me laudatam ; itemque res geſtas *S. Sampſonis Epiſcopi.* In epiſtola hiſtoriæ præpoſita pollicetur, ſe emendaturum *Gloſſulas ſuper Moyſis Pentateuchum.* Obiit 27. Januarii, anno milleſimo centeſimo viceſimo tertio.

4. RAIMUNDUS AGILÆUS, Canonicus Podienſis, Capellanus Comitis Toloſani ſeu S. Ægidii, adfuit cùm effoderetur *Lancea ſacra*, quam & in prælio tulit. Ad ſacerdotium promotus in hoc ſacro itinere (petente Pontio Baladunio viro nobili, qui Comiti Toloſano familiaris erat) ſcripſit *Hiſtoriam Francorum, qui ceperunt Hieruſalem*, eamque Epiſcopo Vivarienſi & aliis tranſalpinis omnibus dicavit. Incipit à Comitis Toloſani in Sclavoniam ingreſſu ; & quinquennii jam dicti narrationem perſequitur ; ſcilicet usque ad illam de Ammirato ſeu Admiravilo Babylonis victoriam.

5. ALBERTUS, Aquenſis ſive Aquisgranenſis Canonicus & Cuſtos, Canonicum Podienſem excipit. Alberti hiſtoriam, ſanè accuratam, debemus *Reinero Reineccio*, qui 1584. eam Helmſtadii primus, ſed ſine nomine auctoris edidit. Nomen autem auctoris debemus *Davidi Hæſchelio*, præfatione in Alexiadem, & poſtea *Jacobo Gretſero*, ex ms. codice S. Martini Lovanienſis id adſtruenti. Scripſit autem Albertus, ardens deſidero ipſius expeditionis, quæ auditu & relatione nota habuit ab iis, qui præſentes adfuerant : ut ipſe variis locis teſta-

teſtatur. Initium facit ab ipſo expeditionis initio; finem in anno ſecundo Balduini II. Regis Hieroſolymitani ſtatuit: & complectitur res geſtas annorum ſex & viginti.

6. Fulcherius Carnutenſis quinquennium illud, intra quod ſcriptores paulò antè recenſiti (excepto Alberto Aquenſi) ſe continuerant, egreſſus, *hiſtoriam belli ſacri ab anno milleſimo nonageſimo quinto ad annum milleſimum centeſimum viceſimum quartum deduxit.* Iter ſacrum ingreſſus eſt cum *Roberto* Nortmanniæ Duce, & cum *Stephano* Bleſenſi ac Carnutenſi Comite. Cumque non longè abeſſet ab Antiochia Syriæ, *Balduinum*, Godefridi Bullonii fratrem, ſecutus eſt, cujus tum erat Capellanus: ut ipſemet narrat. Laudatur ab Orderico Vitali lib. 9. a Guilielmo Malmesberienſi lib. 4. & aliis. Scripſit autem Fulcherius *libros tres*; qui Brugis, in collegio Soc. Jeſu, inter reliquias bibliothecæ Pamelianæ exſtant pleni & integri. Quod monere viſum fuit, eò quòd exemplaria, quibus Bongarſius uſus fuit, nec integra nec ſatis emendata fuerint; ut ipſe fatetur.

7. Gauterius ſive Galterius, dignitate Cancellarius, natione Gallus, *Antiochena bella* deſcripſit. Narrat autem res ad Antiochiam anno milleſimo centeſimo quinto feliciter, & anno milleſimo centeſimo decimo nono infeliciter geſtas. Totum ſcriptum cancellari dignum eſt: niſi quod hiſtoria eſt, quæ quomodocunque ſcripta ſervanda eſt. Ipſe vi carceris hebetatum ingenium queritur.

8. Guibertus, Abbas monaſterii S. Mariæ Novigenti, quod ſitum eſt prope caſtrum Codiciacum ſeu Cociacum, in pago Laudunenſi, vixit illa ipſa ætate, cujus hiſtoriæ partem deſcripſit. Scripſit autem Balduino, Godefridi Bullonii fratre, regnante: ut ipſe lib. 2. c. 12. & lib. 7. c. 21. tradit. Interpretem ſe profitetur alienæ ſcriptionis lib. 2. c. 10. & 13. & in epiſtola ad Liſiardum Sueſſionenſem Epiſcopum, itemque in præfatione. Quod ipſum in eodem argumento à *Roberto* monacho Remenſi, & à *Baldrico* Dolenſi Epiſcopo eſt factum. Supplevit, ut & illi, quæ deerant, ex eorum qui viderant relatione: ut idem ipſe lib. 2. c. 3. l. 3. c. 13. l. 7. c. 24. & alibi narrat. Titulum hunc operi ſuo Guibertus impoſuit: Gesta Dei per Francos: quem titulum & Bongarſius ſuæ collectioni dedit. Nobili porrò loco natum fuiſſe, inde apparet, quòd lib. 4. cap. ult. narret, dominem militarem, equeſtri officio inſignem, parentum ſuorum beneficia tenuiſſe, iisque hominium debuiſſe. Cæterùm Guibertus hiſtoriam ſuam orditur *ab orientis perfidiæ Mahometicæ ſucceſſibus*, & ab auxilio Chriſtianorum Occidentis Principum, per epiſtolam Conſtantinopolitani Imperatoris ad Robertum Flandriæ Comitem, petito; (quod Claromontanum Concilium præceſſit:) & deducit usque ad Balduini I. regnum. Appendix Guiberto ſubnexa rem anno milleſimo duodecimo geſtam narrat.

9. Belli ſacri nonus ſcriptor ex *Franciſci Pithœi* bibliotheca prodiit anonymus: nec aliud ferè continet, quàm abbreviatam ex Fulcherii Carnutenſis hiſtoria, & iis quæ ab aliis didicerat, narrationem. Sed Fulcherius ſuam hiſtoriam usque ad annum milleſimum centeſimum viceſimum quartum produxit; hic in geſtis anni milleſimi centeſimi ſexti deſinit: & cap. 54. ſatis indicat, cum ſcriberet, in Chriſtianorum poteſtate Tripolim nondum fuiſſe; cujus expugnationem Fulcherius anno milleſimo decimo nono adſcribit. Lector itaque judicet. Inſcriptio eſt iſta: *Geſta Francorum expugnantium Hieruſalem.*

10. Secundæ partis *hiſtoriæ Hieroſolymitanæ* (prima enim deeſt in codice quo Bongarſius uſus fuit) auctor, ſimiliter anonymus, eumdem ſecutus eſt Fulcherium; ita ut verba eadem ſæpiùs reddat, & cum eo narrationem finiat: vixitque eodem illo tempore. Continet autem pars hæc ſecunda res geſtas *ab anno milleſimo centeſimo ad annum milleſimum centeſimum viceſimum quartum*, id eſt, à Balduini Edeſſani ad fratrem, Godefridum Bullonium, viſendum profectione usque ad obſidionem Tyri.

11. Guilielmus, Tyrius ſeu Tyrenſis Archiepiſcopus, inter Hiſtoricos iſtos ſacros princeps, vir fuit doctrina non vulgari, & ſupra ſæculum illud amœna, judicio acri, experientia varia, dictione elegans & gravis. De parentibus ejus & prima origine nihil certò conſtat. Putatur autem natione Syrus fuiſſe. In pueritia, ſub annum milleſimum centeſimum quadrageſimum, vidit *Radulphum* Patriarcham Antiochenum, ut ipſe l. 15. c. 17. narrat. Cùm divortium inter Amalricum Regem Hieroſolymitanum & Agnetem Edeſſanam fieret, *in ſcholis transmare adauc agebat, & circa liberalium artium ſtudia detinebatur*; l. 19. c. 4. tradit. Id verò in annum Chriſti milleſimum centeſimum ſexageſimum ſecundum incidit. Gallici ſcriptores ipſum in Francia litteris operam dediſſe tradunt, & quidem Pariſiis; quod veroſimile eſt. Ob doctrinam *Amalrico* Regi Hieroſolymitano carus, eodem rogante, Archidiaconatum Tyrenſis eccleſiæ à *Friderico* Archiepiſcopo ſub annum 1167. obtinuit. Exinde, Legatus de re ſumma, Conſtantinopolitanum Imp. adiit: & legatione feliciter peractâ domum rediit. Sub annum 1169. Romam ſe contulit: reduci *Balduinum* puerum regium, annos novem natum, liberalibus ſtudiis imbuendum *Amalricus* tradidit. Ab eodem poſtea Rege Cancellarii munere honoratus eſt: *ut regiarum* (ſic ipſe loquitur) *epiſtolarum curam haberet.*

Anno milleſimo centeſimo ſeptuageſimo quarto ad regimen Tyrenſis eccleſiæ vocatus, per manus *Amalrici* Patriarchæ Hieroſolymitani, in templo ſepulcri Dominici, munus conſecrationis VI. Idus Junii ſuſcepit: & anno proximè ſequenti ipſe electis *Sidonienſi* & *Berythenſi* Epiſcopis idem munus impendit. Anno 1176. funus *Guilielmi* Marchionis Montis

ferrati, Regis fororii, procuravit. Anno 1177. *Romam* vocatus, ad *Lateranenſem Synodum* ſe contulit: cujus & *ſtatuta atque Epiſcoporum nomina* ſcripto complexus eſt. A Synodo rediens, *Henricum* Campaniæ ſeu Trecarum Comitem, in Orientem magno procerum comitatu tendentem, reliquit Brunduſii. Conſtantinopoli menſibus ſeptem continuis apud *Manuelem* Imp. moram fecit, *eccleſiæ ſuæ*, ut inquit, *perutilem*. Tyrum reverſus paulò pòſt *Odoni*, eccleſiæ ſuæ Archidiacono, ad Berythenſem Epiſcopatum evecto, ſacerdotii gratiam & pontificalem dignitatem contulit. Hieroſolymitana urbe à Saracenis occupata, anno milleſimo centeſimo octogeſimo octavo, deſperatis regni illius rebus, in occidentem Legatus nullus eſt. Rogerus Hovedenus ſcribit, eum interfuiſſe colloquio Regum Franciæ & Angliæ, inter Giſortium & Triam. Matthæus Pariſius addit, ipſum à Pontifice Romano officium Legationis, ſuper negotio Crucis, ſuſcepiſſe.

Cæterum ſcribendæ hiſtoriæ conſilium Guilielmus longè antè ceperat, quàm inciperet; & ad tantum opus neceſſaria paulatim collegerat. Cœpit tandem, poſtulante *Amalrico* Rege: ut ipſe in præfatione, & extremo lib. 20. narrat. Hiſtoriam ſuam libris ſeu tractatibus, ut ipſe vocat, viginti tribus diſtinxit: ſed viceſimum tertium non plenè abſolvit. Complexus eſt res geſtas annorum octoginta quatuor. Aliud præterea volumen Guilielmus noſter compoſuit *de Principibus Orientalibus, & eorum actibus*, a temporibus Mahometi usque ad annum Domini milleſimum centeſimum octogeſimum quartum: quod & abſolvit, eodem *Amalrico* Rege rogante, inſtante, & exemplaria Arabica miniſtrante. Utinam quis illud proferat.

12. Jacobus Vitriacus, Gallus, Aconis ſeu Ptolemaidis in Syria Epiſcopus, & S. R. E. Cardinalis, Latinè, Græcè & Arabicè doctus, itemque in ſacrarum litterarum lectione diligenter verſatus, *tribus libris res Chriſtiani populi deſcripſit*. Libro primo *res Orientis*, ſecundo *ſtatum eccleſiaſticum Occidentis* explicat: tertio, ab Occidente in Orientem regrediens, ea narrat quæ propris oculis in Oriente viderat. Librum primum & ſecundum, cum vita ipſius Jacobi Vitriaci, ab *Andrea Hoio* compoſita, Bellerus 1597. Duaci ſeorſim edidit. Præfationem, quæ in editione Duacenſi deeſt, Caniſius tomo 6. in antiquis lectionibus ex ms. codice ſupplevit. Tertium librum, cum *Epiſtola*, Greteſerus Horto Crucis inſeruit. Quæ præmittit Vitriacus *de Saphadini filiis, & locis Terræ ſanctæ*, eadem Gallicè leguntur ſcripta à quodam Patriarcha Hieroſolymitano (neque enim nomen ſcitur) juſſu Innocentii Papæ: quibus & ſua auxit *Vincentius Bellovacenſis* in ſpeculo hiſtor. l. 31. c. 54. & alibi. Reliqua illius libri tertii conſonant cum *Oliverii Colonienſis* Scholaſtici Epiſtola, infrà num. 41. laudanda.

Orditur autem Vitriacus hiſtoriam ſuam ab ipſo *Mahometo*, & ab eo deſcendens ad *Petri Eremitæ* primam peregrinationem, tranſit ad ſacras expeditiones: definitque in coronatione Regis *Joannis Brenenſis*, quæ facta eſt anno milleſimo ducenteſimo decimo, poſt receptam à Latinis Ptolemaidam. Liber tertius obſidionem atque expugnationem Damiatæ ex profeſſo tractat, quæ anno milleſimo ducenteſimo decimo octavo contigit. Vitriacus porrò rebus non ſolùm adfuit, ſed etiam præfuit: ut ex lib. 3. & ex epiſtola Oliverii datur intelligi. Obiit autem *Romæ* anno milleſimo ducenteſimo quadrageſimo quarto. Corpus inde *Ogniacum*, quod eſt cœnobium Canonicorum regularium in diœceſi Namurcenſi, eſt tranſportatum: ut teſtamenti tabulis juſſerat. De aliis Vitriaci ſcriptis ſuprà ad Henricum Gandavenſem de S. E. cap. 37. diximus.

13. Decimus tertius Hieroſolymitanæ hiſtoriæ ſcriptor, à Bongarſio tom. 1. editus, fuit Anglus natione, homo, ut illo ſæculo, eleganter doctus: ſed nomen ejus ignoratur. Res geſtas, adhuc calente memoria, *ab anno milleſimo centeſimo ſeptuageſimo ſeptimo ad annum milleſimum centeſimum nonageſimum* ſtilo complexus fuit.

14. Numero XIV. Borgarſius recitat *Epiſtolas* ab *Amalrico* Rege, *Amalrico* Patriarcha Hieroſolymitano, *Raimundo* Principe Antiocheno, *Gilberto* Cuſtode hoſpitalis Hieroſolymitani, & aliis ſcriptas ad Regem Francorum *Ludovicum* juniorem. His ſubnectitur Epiſtola Oliveri Scholaſtici Colonienſis *de expugnatione Damiatæ*, ad S. Engelbertum Colonienſem Archiepiſcopum data: item Innocentii Papæ diploma, cum *Andreæ* Regis Hungarorum ad *Honorium* Pontificem litteris, ex Nicolai Fabri Pariſienſis ms. codice repræſentatur. Incidit autem expeditio *Andreæ Regis* in annum milleſimum ducenteſimum decimum ſeptimum. Oliverius porrò vir pius, eruditus ac facundus fuit: qui a Romano Pontifice ad prædicand. m Crucem auctoratus, in *Barbantia*, *Flandria*, *Friſia*, aliisque vicinis provinciis, cum *Arnoldo* diſcipulo ſuo, fortiter ac feliciter id præſtitit: ut Cæſarius Heiſterbacenſis, qui eodem tempore vixit, Albertus Stadenſis & alii narrant.

Ad calcem tomi 1. Bongarſiani legitur *Epiſtola S. Ludovici Francorum Regis*, quam *de captione & liberatione ſua* anno 1250. ſcripſit ad ſubditos ſuos in regno Franciæ conſtitutos: item *Bonifacii Papæ diploma de canonizatione ejusdem Regis*, datum anno pontificatus ejus tertio. Quod ad tomum 2. Bongarſianum attinet, illum ſolus ferè explet

Marinus Sanutus Torſellus, Patricius Venetus. Scripſit hic libros tres *de terræ ſanctæ recuperatione & conſervatione*: in quibus ejusdem hiſtoria ab origine, vicinarumque provinciarum deſcriptio continetur. Ex his libris duos anno milleſimo trecenteſimo viceſimo primo

Sanu-

Sanutus Pontifici Romano obtulit. Idem ſcripſit *Epiſtolas plures ad varios* : in his ad *Joannem* Papam, *Andronicum Palæologum* Imp. Conſtantinopolitanum, Joannem Brabantiæ Ducem; ad varios Cardinales aliosque Antiſtites.

Sanuto comitem anonymum Bongarſius addidit, argumento & ætate affinem, videlicet auctorem libelli *de recuperatione Terræ ſanctæ*, natione Aquitanum, & cauſarum eccleſiaſticarum in Aquitania patronum. Quem librum ipſe auctor dicavit *Eduardo* Angliæ Regi & Aquitaniæ Duci, ſub annum milleſimum trecenteſimum quintum. Idem citat librum à ſe ſcriptum *ſuper abbreviatione guerrarum & litium*.

CCCLIX. GUILELMUS natione Anglicus, dignitate Tyrenſis in Syria Archiepiſcopus, plures *Epiſtolas* ad Bernardum Patriarcham Antiochenum (is circa annum milleſimum centeſimum viceſimum ſeptimum obiit) ſcripſit: quas Simlerus & Poſſevinus Guilielmo Tyrenſi Archiepiſcopo, ſuperiore capite à nobis laudato, non rectè attribuunt.

CCCLX. EUTHYMIUS Zigabenus, monachus ordinis S. Baſilii, ex veterum Patrum ſcriptis collegit *commentarium in omnes Pſalmos*; qui, interprete Philippo Saulo, Epiſcopo Brugnatenſi, editus eſt Veronæ, Venetiis, Pariſiis & Lugduni. Item dedit *commentarium in quatuor Evangelia*, interprete Joanne Hentenio, Lovanii 1544. & Pariſiis 1562. in 8. excuſum. Item ſcripſit *Panopliam dogmaticam orthodoxæ Fidei, adverſus omnes hæreſes*; interprete Petro Franciſco Zino, Venetiis 1535. editam. Vixit anno milleſimo centeſimo decimo octavo, quo Alexius Angelus Comnenus CP. Imp. obiit; ut ipſe initio Panopliæ teſtatur.

CCCLXI. GOFFRIDUS monachus Clarevallenſis, poſt Guilielmum S. Theodorici, & Bernardum Bonæ Vallis, Abbates, ſcripſit *tres libros de vita magiſtri ſui S. Bernardi Abbatis Clarevallenſis*: qui cum operibus ejusdem S. Bernardi paſſim exſtant. Is libro 3. cap. ultimo enumerat opera à S. Bernardo conſcripta: quæ ſine dubio ſunt illius. Sed alias multa falſò adſcribuntur S. Bernardo: ut Bellarminus in catalogo docet.

GUERRICUS, primùm Tornacenſis Canonicus & ſcholæ magiſter, pòſt S. Bernardi diſcipulus, demùm Abbas Igniacenſis in diœceſi Remenſi, ſcripſit *Sermones de tempore & Sanctis*, Pariſiis 1547. à Joanne Gagneio, & Antverpiæ 1566. à Joanne Coſterio editos.

CCCLXII. LAURENTIUS Leodicenſis, in cœnobio S. Laurentii, ad muros urbis Leodicenſis, monachus Benedictinus, ſcripſit *Geſta Epiſcoporum Virdunenſium & Abbatum S. Vitoni* in Lotharingia, ab anno milleſimo quadrageſimo octavo usque ad annum milleſimum centeſimum ſeptuageſimum ſeptimum. Exſtant mss. Leodici, Virduni & alibi; nosque eorum exemplar ms. olim dono dedimus *Joanni Cordeſio*, Canonico Lemovicenſi, cum Lutetiæ ageremus.

HARTULFUS, Aldeburgenſis Abbas in Flandria, ſcripſit vitam S. Arnulfi Epiſcopi Sueſſionenſis, anno milleſimo octogeſimo ſeptimo defuncti: quam Surius 15. Auguſti, & alii eum ſecuti, non rectè attribuunt *Liſiardo* Sueſſionenſi Epiſcopo. Cæterùm S. Arnulfus, Martyrologio Rom. 15. Auguſti adſcriptus, patrem habuit *Folbertum*, matrem *Meinſindem*, aviam *Godam*, quæ fuit filia Alberti I. Comitis Namurcenſis: ut Quercetanus in ſua Luxenburgenſi hiſtoria docet.

GILBERTUS ſeu Gislebertus, Præpoſitus eccleſiæ S. Waldetrudis in urbe Montenſi apud Hannonios, Balduini Magnanimi Flandriæ & Hannoniæ Comitis, anno 1170. defuncti, Cancellarius, ſcripſit *Hiſtoriam à creatione mundi ad ſua usque tempora*: quæ manuſcripta exſtat in archivio nobilium virginum Canonicarum Montenſium. Citat eam frequenter *Jacobus Guiſius* in ſuis Annalibus Hannoniæ; quorum autographum ms. memini me videre Montibus in bibliotheca Franciſcanorum.

JOANNES IPERIUS, Bertinenſis in urbe Audomaropolitana apud Arteſios anno milleſimo centeſimo octogeſimo ſeptimo Abbas creatus, ſcripſit *Chronicon Bertinenſe*; quod ibidem & alibi adſervatur manuſcriptum.

CCCLXIII. GALFRIDUS, ex Monumethenſi Archidiacono Aſaphenſis ſive Aſſavenſis in Cambria Epiſcopus, Henrico II. apud Anglos regnante (is regnum anno milleſimo centeſimo quinquageſimo quarto iniit, & anno 1189. obiit) ſcripſit, ſeu potiùs ex Britannico in Latinum tranſtulit, *librum de rebus Britannicis*; qui ineptas fabulas de Merlino, Arthuro & aliis rebus admixtas continet.

SILVESTER GIRALDUS, Cambrenſis, apud Henricum II. Angliæ Regem (qui anno milleſimo centeſimo ſeptuageſimo ſecundo Hiberniam ſubegit) ſumma in gratia fuit. Huic Regi, ejusque filio Richardo, *Hiſtoriam naturalem ac topographiam Hiberniæ*, à ſe luſtratæ, dicavit. Cujus quidem epitomen *Richardus Stanihurſtius* Hibernus, genere ac doctrina nobilis, noſter olim in Oratorio Alberti Belgarum Principis collega, typis 1584. edendam curavit, cum ſuis commentariis de rebus Hibernicis. Giraldus porrò Menevenſis in Cambria ſeu Wallia Archidiaconus exiſtens, cum Balduino Cantuarienſi Archiepiſcopo, Cambrenſes ad bellum Hieroſolymitanum excitante, illam Britanniæ provinciam peragravit. Quod *iter* à Giraldo poſtea deſcriptum, & à ſe viſum, Harpsfeldius lib. 12. hiſt. Angl. c. 47. citat. Idem Giraldus *varias Sanctorum vitas*, & alia litteris conſignavit, ac demum Menevenſis Epiſcopus obiit.

CCCLXIV. EBERTUS, frater Elizabethæ Abbatissæ Schonaugiensis, primùm Canonicus ecclesiæ Bonnensis, postea monachus & Abbas cœnobii Schonaugiensis (quod & S. Florini dicitur, situm in diœcesi Treverensi) floruit anno millesimo centesimo sexagesimo. Scripsit varia, quæ Trithemius enumerat. Ex iis tomo 12. Bibliothecæ PP. editionis Colonien sis extant *Sermones XIII. adversus Catharos hæreticos*, & *Excerptum ex S. Augustino de Manichæis.*

CCCLXV. THEORIANUS natione Græcus, vir doctus, ab Imp. CP. Manuale missus fuit ad Armenos anno millesimo centesimo septuagesimo, ut eos ab erroribus revocaret: quod & præstitit. In Bibliotheca Patrum, tomo 12. editionis Colonien sis, extat *dialogus Theoriani orthodoxi cum Generali Armenorum*: quem lectu digniss imum censet Bellarminus.

CCCLXVI. HUGO ETERIANUS, Tuscus, vir Græcè & Latinè doctus, Constantinopoli apud Manuelem Imp. agens, scripsit libros tres *De processione Spiritus sancti adversus errores Græcorum*: quos anno millesimo centesimo septuagesimo septimo ad Alexandrum III. Pontificem transmisit: ut Baronius in Annalibus narrat. Idem ad Clerum Pisanum scripsit librum *De regressu animarum ab inferis*. Extant tomo 12. Bibliothecæ PP. à Colonien sibus editæ.

CCCLXVII. ARNOLDUS CARNUTENSIS (Henrico Gandavensi cap. 11. Ernaldus) Abbas Bonæ Vallis, S. Bernardi Clarevallensis Abbatis discipulus, scripsit *De septem verbis novissimis à Christo in Cruce prolatis; de laudibus Deiparæ*; librum secundum de vita *S. Bernardi*; item tractatum *de operibus sex dierum*. Quæ omnia leguntur junctim edita tomo 12. Bibliothecæ Patrum, editionis Colonien sis.

ARNULPHUS, ex Sagiensi Archidiacono Lexovien sis in Gallia Episcopus anno millesimo centesimo quadragesimo primo ordinatus, expeditioni transmarinæ Ludovici VII. Francorum Regis 1147. interfuit, ut Guilielmus Tyrius l. 7. cap. 1. narrat. Contra schismaticos pro Alexandro III. fortiter steterit; & post Episcopatum laudabiliter annis quadraginta administratum, secessit ad Parisiense S. Victoris cœnobium: ubi & conditus jacet. Scripsit *Epistolarum* volumen, quod Odo Turnebus, Hadriani filius, primùm edidit, unà cum *Sermonibus & Epigrammatibus* ejusdem: extantque hæc ipsa tomo 12. Bibliothecæ PP. à Colonien sibus editæ.

CCCLXVIII. S. THOMAS Londini in Anglia natus, ex regni Angliæ Cancellario Archiepiscopus Cantuarien sis, ab impiis 1171. cæsus, martyr occubit. Scripsit *Epistolas amplius septingentas*, quæ partim Romæ in Vaticana, partim Cantabrigiæ & Oxonii in bibliothecis publicis adservantur. Scripsit & alia, quæ Pitseus lib. de scriptoribus Britanniæ enumerat.

CCCLXIX. JOANNES SARESBERIENSIS, natione Anglus, patria Wiltunen sis, politioris litteraturæ flores adolescens in Britannia collegit; ætate provectior, studiorum causa, Galliam & Italiam peragravit: poëta, orator, philosophus, theologus egregius, & quod illo ævo rarum, trium linguarum eruditarum peritus. Quo nomine *Theobaldo* Cantuarien si Episcopo carissimus, ejusque successori *S. Thomæ* individuus etiam in exilio comes, imò manus & oculus (ut Petrus Blesen sis loquitur) ad extremum usque fuit. Scripsit ad eumdem *Thomam*, tunc Angliæ Cancellarium, *libros octo de nugis curialium*, & *vestigiis philosophorum*: quibus titulum *Polycratici* indidit. *In quo centone* (ait Lipsius ad lib. 12. Annalium Tacit.) *multos pannos purpuræ agnosco*, & *fragmenta melioris ævi*. Item scripsit *vitam S. Thomæ Cantuarien sis*, *Epistolas ad diversos*, Lutetiæ 1611. editas, & alia plurima, quæ Pitseus lib. citato recenset. Joannes autem, virtutis ac doctrinæ meritis, demùm ad Episcopatum Carnuten sem evectus, ibidem anno 1180. vivere desiit, cùm annis decem illi ecclesiæ summa cum laude præfuisset; sepultus in Abbatia S. Mariæ de Josaphat, quæ est Benedictinorum.

CCCLXX. PETRUS primùm Cellen sis ad muros urbis Trecen sis, postea Remis ad S. Remigium Abbas, Joanni Saresberien si in cathedra Carnuten si succes sit. Scripsit *de Panibus*, *de Tabernaculo*, & *de Conscientia*: quæ opuscula ex bibliotheca Nicolai Fabri Parisien sis primùm prodierunt. Ejusdem *libros novem Epistolarum* postea Sirmondus Lutetiæ edidit, cum *Alexandri III. Papæ epistolis octo & viginti*. Extant hæc omnia tom. 12. Bibliothecæ PP. à Colonien sibus editæ. Huic Petro Abbati de Cella *Bernardus* epistola 293. *Saresberien sis* epist. 75. 77. 81. *Nicolaus Clarevallen sis Epist.* 20. 24. & 28. scribunt: eidem ut Abbati S. Remigii, idem *Saresberien sis* epist. 280. & *Alexander* Papa III. passim. *Stephanus* verò *Tornacen sis* ejusdem ut Episcopi Carnuten sis meminit epist. 136.

CCCLXXI. PETRUS BLESENSIS, natione Gallus, Bathonien sis in Anglia *Archidiaconus*, & apud Cantuarien sem *Archiepiscopum* Cancellarius, natus est Blesis, urbe celebri ad Ligerim fl. sita; unde & cognomen accepit. Scripsit *Epistolas ad diversos*, *Sermones plures super primariis anni festivitatibus*, & alia multa opuscula: quæ Joannes Busæus, S. I. Theologus, typis Moguntinis 1600. ex vetustis bibliothecis primùm in lucem produxit, Notisque illustravit; præmissa relatione historica de ejusdem Petri vita, moribus ac scriptis.

Extant

Exſtant eadem tomo 12. Bibliothecæ PP. à Colonienſibus editæ. Obiit circa annum Domini milleſimum ducenteſimum.

Wernerus Abbas S. Blaſii in Nigra ſilva, diœceſis Conſtantienſis, ex vetuſtis Patribus collegit *librum defloratorum, qui continet Sermones poſtiliares* (ut loquitur) Baſileæ 1449. editum. Floruit ſub annum milleſimum ducenteſimum.

CCCLXXII. Theodorus Balsamon, primum Conſtantinopolitanæ eccleſiæ diaconus Nomophylax & Chartophylax, ac Prætectus Blachernarum, poſtea Theopolis ſeu Antiochiæ magnæ Patriarcha, ſcripſit *libros duos commentariorum, unum in Nomocanonem Photii, alterum in Canones variorum Conciliorum ac veterum Patrum:* quos Gentianus Hervetus Latinè reddidit, & Pariſis 1561. publicavit. Opus ſuum *Georgio Xiphilino*, Patriarchæ Conſtantinopolitano (qui anno milleſimo centeſimo nonageſimo primo ſedere cœpit) dicavit; fuitque ſchismaticus & Romanæ Eccleſiæ infenſus, ut Photius. Baronium in geſtis anni 1191. conſule.

CCCLXXIII. Robertus Ketenenſis, natione Anglus, poſt Galliam, Italiam, Dalmatiam & Græciam luſtratas, in Aſiam tranſiit, & inter Saracenos ibi agens linguam Arabicam perfectè didicit. Inde in Hiſpaniam navigio transvectus, ubi innotuit hominis eruditio, ad Archidiaconatum Pompelonenſis eccleſiæ eſt evectus. Petro Cluniacenſi Abbate dein petente *Alcoranum Mahometanum in epitomen redegit, & ex Arabico in Latinum tranſtulit;* ut Nicolaus Cuſanus in cribratione Alcorani lib. 1. narrat. Obiit autem Pompelone ſub annum milleſimum centeſimum quadrageſimum tertium. Alcoranum porrò *Joannes Albertus Widmanſtadius*, Auſtriæ Cancellarius, ordinis S. Jacobi miles, & alii multi refutarunt; quorum opuſcula, cum Roberti Ketenenſis verſione, 1543. Norimbergæ, & 1550. Baſileæ typis ſunt edita.

CCCLXXIV. Guilielmus Malmesberienſis monachus & Bibliothecarius, natione Anglus, ſcripſit *De rebus geſtis Regum Angliæ libros quinque; Hiſtoriæ novellæ libros duos;* & *de geſtis Pontificum Anglix libros quatuor:* qui omnes typis 1601. editi habentur. In libris illis quinque deduxit hiſtoriam ab Anglo-Saxonum in Britanniam tranſitu usque ad viceſimum octavum Henrici I. Regis annum. Scripta ſua pleraque (nam & alia multa Cantabrigiæ & Oxonii in bibliothecis publicis mss. exſtant, à Pitſeo recenſita) dicavit *Roberto* dicti Regis filio naturali, aut *Henrico Soltaco*, Epiſcopo Vintonienſi, Stephani Regis fratri. Obiit Malmesberiæ anno milleſimo centeſimo quadrageſimo ſecundo.

Henricus Huntingdonenſis, Canonicus & Archidiaconus Lincolnienſis in Anglia, poëta, orator, Hiſtoricus, à Polydoro Virgilio & Joanne Lelando laudatus, ſcripſit *de rebus geſtis Regum Angliæ libros decem*, ex quibus octo ſunt typis 1601. publicati; *De ſanctis Angliæ librum unum*, qui ms. exſtat Antverpiæ in bibliotheca Soc. Jeſu; & alia varia opuſcula, quæ Pitſeus enumerat. Libri ejus hiſtorici deſinunt in obitu Stephani Regis, qui in annum milleſimum centeſimum quinquageſimum tertium incidit.

Guilielmus Neubrigenſis (qui à Neubrigenſis eccleſiæ clero, in Eboracenſi provincia, ſe in Chriſto à puero educatum profitetur) ad Abbatem Rhiæ-Vallis ſcripſit *libros quinque rerum memorabilium ſuo tempore in Anglia geſtarum;* ab anno ſcilicet milleſimo ſexageſimo ſexto (quo Guilielmus Nothus Normanniæ Dux Anglos ſubegit) usque ad annum milleſimum centeſimum nonageſimum ſeptimum. Excudit eos Silvius Antverpiæ 1565. in 8.

Rogerus Hovedenus, Eboraci in Anglia nobilibus parentibus natus, diu vixit in aula Henrici II. Angliæ Regis. Ab anno circiter ſeptingenteſimo triceſimo, ubi Beda deſinit, exorſus, diligenter & accuratè ſcripſit *libros duos Annalium Anglicanorum*, usque ad annum milleſimum ducenteſimum quartum. Exſtant ii typis 1601. editi, cum aliis ejusdem argumenti.

CCCLXXV. Odilo Cluniacenſis Abbas (qui anno milleſimo quadrageſimo octavo, ætatis octogeſimo ſeptimo obiit) ſcripſit *vitam Adelheidis*, quæ conjux Othonis I. Imp. fuit. Legitur apud Caniſium tomo 5. Lectionis antiquæ.

Drogo, ex Bergenſi ad S. Winocum monacho primùm presbyter ſeu Parochus Giſtellenſis in Flandria, pòſt Epiſcopus Morinenſis ſeu Taruanenſis, decrepitus anno milleſimo ſeptuageſimo octavo aut nono vivere deſiit. Scripſit, ab Radbodum Epiſcopum Tornacenſem, *vitam ac martyrium S. Godolevæ*, à Surio 6. Julii editam: *vitam & miracula S. Levinnæ virginis ac martyris Anglæ; vitam & paſſionem S. Oſualdi Angliæ Regis*, & de eodem *Sermones duos.* Inſuper ad librum *de vita S. Winoci Abbatis*, ab anonymo conſcriptum, adjecit ſecundum & tertium. Exſtant hæc omnia mss. Bergis S. Winoci, Camberonæ in Hannonia, & alibi.

Everhelmus, primùm Altimontenſis ad Sabim fl. in Hannonia, pòſt Blandinienſis in Flandria Abbas, juxta Gandavum, ſcripſit *vitam cognati ſui Popponis Abbatis Stabulenſis*, qui anno milleſimo quadrageſimo nono, die 25. Januarii defunctus, Martyrologio Romano adſcriptus legitur. Everhelmi opuſculum exſtat apud *Surium* 25. Maji.

Conradus, monachus Bruvilerenſis in diœceſi Colonienſi, ſcripſit *vitam ſui Abbatis*

*Wolfelmi*, anno Chriſti milleſimo nonageſimo primo defuncti, à Surio 22. Aprilis editam. Wolfelmò ſoror fuit nomine *Bertrada*, alio nomine *Berta*, quæ vitam *S. Adelheidis*, primæ Abbatiſſæ Vilicenſis in eadem diœceſi Colonienſi, litteris conſignatam ad poſteros transmiſit. De ea ſic Conradus: *Exſtiterat huic beatiſſimo viro* Wolfelmo *frater germanus* Frumoldus *nomine, ſorores ſanctimoniales duæ, quarum una*, Oſuvenda *nomine, miræ ſanctitatis & innocentiæ fuit femina; altera verò*, Berta *nuncupata, litterarum plurimùm emicuit ſcientia. Hæc vitam* B. Adelheidis *primæ Vilicenſis Abbatiſſæ eleganti ſatis admodùm ſtilo conſcripſit, & plurimum religionis vel ſcientiæ ſuæ fructuum in eodem loco dereliquit.*

Engelhardus, Laſcheimenſis in Germania Abbas, ſcripſit vitam *Mechtildis* virginis & Abbatiſſæ Dieſſenſis: quæ exſtat tomo 5. Lect. antiquæ apud Caniſium.

S. Norberti, Magdeburgenſis Archiepiſcopi, vita à coætaneo (ſed cujus nomen ignoratur) eſt ſcripta: *nam aut vidit ea, quæ de ipſo ſcripſit, aut audivit à veris relatoribus qui viderunt:* ut cap. 54. legitur. Fſt autem ſcripta juſſu Hugonis, qui S. Norberto primùm ſocius, pòſt ſucceſſor in regimine cœnobii & ordinis Præmonſtratenſis fuit. Errant autem, qui illam lucubrationem iſti Hugoni, aut *Hugoni Floreffienſi* attribuunt, utpote ætate multùm poſteriori: ut infrà docebimus.

CCCLXXVI. Radulphus Ardens, Pictavus, Guilielmi IV. Aquitanorum Ducis eccleſiaſtes ſeu concionator, ſcripſit *Sermones de Tempore & Sanctis*; Pariſiis, Lovanii & Antverpiæ typis editos. Claruit anno milleſimo centeſimo:

Adamus, Canonicus ordinis Præmonſtratenſis, ſcripſit *Sermones quatuordecim de ordine & habitu Præmonſtratenſi*; item *de triplici tabernaculo Moyſis, & de triplici genere contemplationis.* Exſtant omnia junctim edita Pariſiis 1518. in folio.

CCCLXXVII. Otho Friſingenſis Epiſcopus, Frederici I. Imp. patruus, Conradum III. Imp. fratrem ſuum uterinum in Aſiatica expeditione ſecutus eſt: ut Guilielmus Tyrius c. 1. narrat. Primùm monachus, pòſt Abbas Morimundenſis in diœceſi Lingonenſi, ordinis Ciſtertienſis, ac demùm Friſingenſis in Bavaria Epiſcopus exſtitit. In qua functione annis aliquot ſumma cum laude ſe geſſit: ſed monaſticæ quietis amans, ſenex ad Morimundum rediit; ubi & obiit anno milleſimo centeſimo quinquageſimo nono. Scripſit *libros ſeptem Chronicorum*, ab orbe condito ad annum milleſimum centeſimum quadrageſimum ſextum; quibus librum octavum *De fine mundi & Antichriſti perſecutione* adjecit. Scripſit inſuper *De geſtis Frederici I. libros duos*; quibus alios totidem addidit Radevicus, Friſingenſis eccleſiæ Præpoſitus, & Othonis Friſingenſis Epiſcopi ſcriba ſeu amanuenſis. Idem Radevicus lib. 2. cap. 11. narrat, eumdem Othonem ante obitum revocaſſe, ſi quid in Gilberti Porretani (cujus articulos quosdam Eugenius III. damnarat) laudem fortaſſe dixiſſet, quod Chriſtianæ fidei contrarium videri poſſet. Porrò cùm Friſingæ reſideret, præter beneficia variis monaſteriis præſtita, illa in urbe *Novam Cellam*, ordinis Præmonſtratenſis cœnobium, anno milleſimo centeſimo quadrageſimo primo, fundavit.

CCCLXXVIII. Helmoldus, Butzovienſis in agro Lubecenſi Canonicus, ſcripſit *hiſtoriam Henetorum ſeu Slavorum*, à temporibus Caroli Magni usque ad annum milleſimum centeſimum ſexageſimum octavum. Supplementum adjecit Arnoldus Abbas Lubecenſis.

Godefridus Viterbienſis, presbyter, Conradi III. Frederici I. & Henrici VI. Impp. Capellanus ac Notarius, partim proſa, partim metro, ad Urbanum III. Papam ſcripſit *Chronicon univerſale*, quod *Pantheon* nuncupavit, & in libros ſeu partes viginti partitum perduxit usque ad annum milleſimum centeſimum octogeſimum ſextum.

Stephanus, in urbe Aurelianenſi ad S. Evurcium, pòſt in urbe Pariſienſi ad S. Genoveſam Abbas, demùm Tornacenſis Epiſcopus, ſcripſit *Epiſtolas ducentas quadraginta*; quæ rebus ab anno milleſimo centeſimo quinquageſimo nono usque ad milleſimum centeſimum nonageſimum ſextum geſtis plurimum lucis adferunt. Prodierunt eæ Pariſiis 1611. ex bibliotheca Papirii Maſſoni, unà cum Epiſtolis Silveſtri II. Papæ, & Joannis Saresberienſis. *Sermones* ejusdem Stephani mss. exſtant Lutetiæ in bibliotheca collegii Navarræi. Obiit anno milleſimo ducenteſimo tertio.

Conradus Moguntinus Epiſcopus ſcripſit *Chronicon rerum Moguntinarum*, ſub Frederico I. Henrico VI. & Frederico II. Impp. geſtarum; quod editum eſt Baſileæ 1569. cum Othonis Friſingenſis hiſtoria. Obiit autem Conradus Patavii in Bavaria, anno milleſimo ducenteſimo quinto.

CCCLXXIX. S. Elizabetha, virgo & Abbatiſſa Schonaugienſis, ordinis S. Benedicti, in diœceſi Treverenſi, cujus meminit Mart. Rom. 18. Junii, ſcripſit *Viſionum* ſeu *Revelationum libros tres*, & *Epiſtolarum librum unum*: qui Coloniæ 1628. poſtremò typis ſunt editi, unà cum libro Ecberti Abbatis Schonaugienſis, quem ſcripſit *De tranſitu ſeu obitu S. Elizabethæ*, ſororis ſuæ germanæ. Obiit ipſa anno ætatis triceſimo ſexto, Chriſti milleſimo centeſimo ſexageſimo quarto, die 18. Junii.

Notet autem Lector, tria olim monaſteria apud Germanos *Schonaugiæ* nomine clara exſtitiſſe. Primum fuit monachorum ordinis S. Benedicti, in Silva Hircinia, ſub ditione Comi-

Comitum Naſſaviorum, in finibus diœceſis Treverenſis ſitum : quod alio nomine *S. Florini mon ſterium* nuncupatur, atque etiamnum floret. Hujus loci Abbas ſecundus fuit *Ecbertus*, S. Elizabethæ jam laudatæ frater, antea Canonicus Bonnenſis. Secunda Schonaugia, monialium Benedictinarum, dicto S. Florini cœnobio olim vicina, à 40. aut 50. annis deſiit ; fundo ac poſſeſſionibus in uſum monachorum S. Florini translatis. Schonaugiæ hujus ſecundæ Abbatiſſa fuit hæc ipſa *Elizabetha*. Tertia verò Schonaugia, quæ eſt monachorum ordinis Ciſtertienſis, in diœceſi Wormatienſi, & altero lapide ab Heidelberga, Palatinatus Rhenani urbe primaria, loco amœno viſitur : in qua *Hildegundis* virgo, virili veſte virum mentita, aſſumptoque *Joſephi* nomine, usque ad obitum vixit. Hæc viſum fuit monere, ne quis in errorem trahatur à Chryſoſtomo Henriquez, aut aliis hæc tria monaſteria confundentibus.

CCCLXXX. SHILDEGARDIS, Abbatiſſa in Monte S. Ruperti ad fl. Naham, prope Bingam diœceſis Moguntinæ oppidum, S. Bernardi & Conradi II. Imp. temporibus, ſanctitatis nomine ac revelationibus admodùm illuſtris fuit : adeò ut tres ſummi Pontifices, *Eugenius III. Anaſtaſius IV.* & *Hadrianus IV.* ad eam litteras dederint, ſeque ipſos ac Romanam Eccleſiam ejus precibus commendarint. Hæc anno Chriſti milleſimo centeſimo quadrageſimo, ætatis quinto, monaſticen amplexa, mox totam ſe Deo dicavit. Scripſit *Revelationum ſeu Viſionum libros tres*, Coloniæ 1628. poſtremo editos : item *Epiſtolas plures ad utriuſque ordinis viros principes*, ibidem 1566. & alibi excuſas, cum aliis opuſculis. Litteris inſuper conſignavit *vitam S. Diſibodi Epiſcopi ;* item *vitam S. Ruperti* ſeu *Roberti Bingionum Ducis :* quam poſteriorem Buſæus 1602. Moguntiæ, cum Hincmari epiſt. publicavit. Ad cœlites tranſiit anno milleſimo centeſimo octogeſimo.

CCCLXXXI. PETRUS HONESTUS, Abbas, Monachis S. Mariæ de Portu, prope Ravennam, ſcripſit vitæ præcepta, quæ vulgò *Conſtitutiones Portuenſes* nuncupantur, & falsò adſcribuntur Petro Damiani : ut Pennotus in hiſtoria Canonicorum regularium lib. 2. prodit. Cæterùm Abbatia S. Mariæ de Portu hodie poſſidetur à Canonicis congregrationis Lateranenſis. Obiit autem Petrus Honeſtus anno 1119.

ALBERTUS, Patriarcha Hieroſolymitanus, ſub annum milleſimum ducenteſimum monachis Carmelitanis, in Syria agentibus, *Regulam vitæ* præſcripſit ac publicavit, tunc in urbe Aconenſi ſeu Ptolemaide reſidens ; quòd Hieroſolymam eo tempore Saraceni tenerent. Habui diu nummum argenteum, ipſius juſſu aut ſaltem ævo cuſum, cum hac inſcriptione : *Albertus Patriarcha Hieroſolymitanus M. CC. VI. Hieroſolymâ à Saracenis captâ. Sede Aconem translata. Nummus peregrinorum.*

CCCLXXXII. GERMANUS illo nomine ſecundus, & Germanus illo nomine tertius, uterque Patriarcha Conſtantinopolitanus, vixerunt ſeculo decimo tertio ; ut Genebrardus ſupputat. Germani ſecundi *Oratio de exaltatione Crucis vivificæ*, contra Bogomilos ſcripta, exſtat Græco-Latina apud Gretſerum tomo 2. de Cruce. Cæterùm hic Germanus fuit ſchismaticus, & acer hoſtis Latini nominis. Hujus item Germani, aut alterius poſterioris videtur eſſe *Homilia in Deiparam*, ex qua Petrus Caniſius lib. 1. de B. Virgine multa citat ; item *Homilia in Præſentationem Deiparæ*, à Petro Pantino Græco-Latina Antverpiæ 1600. edita ; item *Homiliæ in cædem infantium ab Herode patratam, in Dominicam primam jejuniorum, & in ſanctarum Imaginum reſtitutionem ;* item *Theoria rerum eccleſiaſticarum*, quæ in Bibliotheca Patrum legitur, & alia. De quibus Gretſerum loco citato conſule.

MANUEL Patriarcha Conſtantinopolitanus vixit ſæculo decimo tertio. Reſponſa ejus ad Bellæ Epiſcopi interrogationes exſtant tomo 12. Bibliothecæ Patrum, editionis Colonienſis.

CCCLXXXIII. STEPHANUS, tertius Ciſtertii Abbas, anno milleſimo centeſimo ſeptimo ſcripſit *primas ordinis Ciſtertienſis Conſtitutiones*, ſeu *Chartam caritatis*, ut vulgò nuncupant. Quæ quidem Conſtitutiones, ut & inſtituta Converſorum ejusdem ordinis Ciſtertienſis, à S. Bernardo ſcripta, exſtant in Menologio Ciſtertienſi, typis Plantinianis 1635. edito a. d. 5. Julii. Vidi & alias *Conſtitutiones antiquas ordinis Ciſtertienſis*, circa annum 1490. Divione in Burgundia excuſas. *Liber Uſuum ſeu Rituum ordinis Ciſtertienſis*, anno 1188. ſcriptus (ut ex cap. 124. colligi datur) cum *Uſibus Converſorum ejusdem ordinis*, exſtat jam olim editus ; eſtque anno 1628. Pariſiis recuſus. Occurrunt in eo nonnulla, quæ juxta ritus ſacros hodie in Eccleſia uſitatos, videntur mutanda aut explicanda.

JOANNES CIRITA, Abbas Tharoucanus ordinis Ciſtertienſis, anno milleſimo centeſimo ſexageſimo ſecundo, *Regulam militibus ordinis Aviſii*, apud Luſitanos clari, ſcripſit. Exemplo nimirum *S. Bernardi* Clarevallenſis, qui *Regulam Templariorum militum, ſive Pauperum commilitonum Chriſti, Templique Salomonici*, anno 1128. conſcripſit ; hortatu *Balduini* Regis Hieroſolymitani, & Patrum concilii Trecenſis.

ALFONSUS I. Luſitanorum Rex, anno milleſimo centeſimo ſexageſimo ſexto, *Conſtitutiones militum S. Michaëlis ſive de Ala* publicavit. GUIDO Abbas Ciſtertienſis, pòſt S. R. E. Cardinalis, anno 1187. *Conſtitutiones militum Calatravæ* foras dedit. Hæc omnia habentur in Privilegiis ordinis Ciſtertienſis, 1630. Antverpiæ à Moreto excuſis. ALVARUS de Luria &

Mendoza, miles Calatravenſis, *Conſtitutiones militum Monteſiæ* in ſcriptum redegit; jubente Jocobo II. Aragoniæ & Valentiæ Rege.

CCCLXXXIV. AMEDEUS, Epiſcopus Lauſanenſis, ſcripſit *Homilias octo perelegantes de laudibus gloriosæ Virginis Mariæ:* quas Theophilus Rainaudus Lugduni 1633. edendas curavit; cum operibus Leonis I. Papæ, Maximi Taurinenſis, Petri Chryſologi, Fulgentii Ruſpenſis, ValerianiCemelienſis & Aſterii Amaſeni. Cæterùm Amedeus in caſtro *Coſta*, juxta Viennam Allobrogum, natus, à nobilibus parentibus originem duxit. Hic morum integritate, litterarum inſtitutione, atque virtutum decore ſtirpis generoſitatem longè ſuperans, in cœnobio *Altæ-Cumbæ* Ciſtertienſe inſtitutum profeſſus, demùm Abbas præficitur. Succedentibus inde temporibus, circa annum quadrageſimum quartum ſupra milleſimum centeſimum, Lauſanenſis eccleſiæ Epiſcopus ordinatus, multa eidem eccleſiæ impendit beneficia. Amedeum Gebennenſem Comitem, qui arcem munitiſſimam, ad expugnandam urbem Lauſanenſem, in eminentiori prope urbis mœnia loco, per longam obſidionem erexerat, non tam armis, quàm prudentia devictum, machinam ipſam funditus evertere compulit. Eugenium III. Pontificem, Conradum II. & Fridericum III. Impp. ad indulta jam dudum confirmanda, & ad nova donanda eccleſiæ ſuæ privilegia faventiſſimos habuit. Frequens illi mora apud *Ponidonem*, in vicino *Altæ-Criſtæ* cœnobio, ut qui ejusdem ordinis monachus eſſet. Fama eſt, illum in die S. Agnetis natum, imbuendum litteris traditum, monaſticen profeſſum, & Abbatem factum. Quare eidem virgini devotior, ſacra illius duplici feſto inſtituit per totam Lauſanenſem diœceſim peragenda. Scripſit, ut dixi, *Homilias in laudem Civiſtiparæ octo*, tam dicendi ſuavitate, quàm myſteriorum profunditate delitioſas. Præfuit Lauſanenſi eccleſiæ annis quatuordecim: mortuus illic, & ante altare S. Crucis, in æde D. Mariæ, ſepultus. Ex his refellitur error *Henrici VVilloti*, qui in Athenis ſuis Franciſcanis, neſcio cui alteri Amedeo homilias iſtas conatur aſſerere. Noſter porrò Amedeus eximiè laudatur l. 2. cap. 8. in vita S. Bernardi, & alibi.

CCCLXXXV. BALDUINUS Flandriæ & Hannoniæ Comes, Balduini Magnanimi filius, anno milleſimo ducenteſimo quarto, ex Latinorum genere primus Conſtantinopoli, à noſtris occupatæ, datus eſt Imperator, annum ætatis 32. agens: à Niceta Choniate aliisque Græcis (quod magnum virtutis eſt argumentum) ſummoperè laudatus. Scripſit Balduinus ipſe Latinè, ad ſuos in Belgio ſubditos, *longam epiſtolam de Conſtantinopolitanæ urbis expugnatione:* quam ex ms. Sonegienſi, in Codice donationum piarum, c. 99. publicavimus. Balduinus porrò 1205. die 25. Aprilis à Bulgaris prælio captus, & menſes ſexdecim in vinculis habitus, demum juſſu Joannis Bulgarorum Regis crudeliter peremptus fuit. Succeſſit ei in CP. Imperio *Balduinus* frater.

GAUFRIDUS, toparcha Villæ Harduini (id vici nomen eſt, quinto lapide ab urbe Tricaſſina ſiti) Mareſcallus Campaniæ & Romaniæ, libris novem; & quidem Gallico ſermone, ſcripſit *Hiſtoriam captæ à Latinis anno milleſimo ducenteſimo quarto Conſtantinopoleos:* quam Blaſius Vignerius, vetiri idiomate, quo ſcripta eſt, & moderno, Pariſiis 1585. in 4. publicavit. Scriptor eſt fide digniſſimus, utpote qui iſti expeditioni interfuit, & illa ſcripſit quæ geſſit, & quorum pars magna fuit. Belgica noſtra, itemque Francica Nobilitas ſuos hic proavos ac majores leget, quos imitetur.

CCCLXXXVI. GUNTHERUS, monachus ordinis Ciſtertienſis, in cœnobio Pariſienſi diœceſis Baſileenſis, ex ore *Martini* Abbatis ſui Pariſienſis, qui expugnationi Conſtantinopolitanæ interfuit, deſcripſit *hiſtoriam Conſtantinopoleos à Latinis ſubactæ*: quam ex ms. codice Academiæ Ingolſtadienſis, tomo 5. Antiquæ Lectionis, Caniſius edidit. Hanc ipſam capti Byzantii hiſtoriam *Nicetas Choniates* expreſſit in Annalibus Conſtantinopolitanis: quos Græco-Latinos iteratò editos 1593. quidam ineptis & hæreticis ſcholis contaminavit. Nicetam *Nicephorus Gregoras*, Andronici junioris Conſiliarius, excipit. Cæterum in citato Caniſii tomo exſtat inſuper *Frederici I. Imp. cognomento Barbaroſſæ Expeditio Aſiatica; fuſè ab æquævo auctore deſcripta.*

GEORGIUS LOGOTHETA, Acropolita, Græcè ſcripſit *Hiſtoriam captæ à Latinis Conſtantinopoleos*, eamque à Balduini I. temporibus usque ad Balduinum ultimum ex noſtris in Græcia Imperatorem produxit. Hanc ms. Perâ in Belgium *Georgius Douſa* attulit, & frater ejus *Theodorus* Latinè reddidit. Exſtat utraque lingua 1615. editus Logotheta, cum Nicephoro Gregora, & Laonico Chalcocondyla.

CCCLXXXVII. FRANCISCUS MONCADA, Marchio Aitonæ & Comes Oſſonæ, vir Græcè ac Latinè doctus, & litteratorum in primis amans (cujus in obitu Belgæ 1635. jacturam ſuam magno dolore teſtati ſunt) ſcripſit Hiſpanico idomate *Expeditionem Catalaunorum & Aragoniorum, duce Rogerio Floro, Brundufino*, ſub initium ſæculi decimi tertii *contra Turcos & Græcos ſuſceptam:* eamque Barcinone 1623. in 4. typis edendam curavit. Rogerius porrò cùm eſſet Vice-Amiralius, ut vocant, regni Siciliæ, ſub annum milleſimum trecenteſimum primum, Conſtantinopolim ſe contulit, & pro *Michaële Andronico* CP. Imp. contra *Joannem Laſcarem* copias duxit. Exinde *Andronico*, Michaëlis filio militans, *Philadelphiam* à Caramano Turcorum duce obſeſſam 1303. liberavit. Virtutis præmium fuit *Maria*, Andro-

Andronici cognata, in conjugem data. Rogerio à Græcis cæso in militari præfectura ſucceſſit *Berengarius de Entenza*, & huic *Ferdinandus* Regis Majoricæ filius. Univerſæ hiſtoriæ ſeriem, partim ex *Raimundo Montanero*, qui expeditioni interfuit, partim ex Georgio Pachymero & Nicephoro Gregora, noſter Moncada concinnavit.

CCCLXXXVII. S Franciscus, Aſſiſii in Umbria natus, ordinis Minorum fundator, anno milleſimo ducenteſimo viceſimo ſexto ad Superos tranſiit. *Regulam & opuſcula ejus*, quæ reperiri potuerunt, Lucas Waddingus, Hibernus, Notis illuſtravit, & typis Plantinianis 1623. publicavit. Vitam S. Franciſci ſcripſit *S. Bonaventura*: quam erudito *Henricus Sedulius*, noſter olim amicus, commentario illuſtravit, typisque Plantinianis 1597. edidit.

Antonius Patavinus (ſic dictus ab ea urbe Italiæ, quam ſuo incolatu & obitu nobiliorem reddidit) patria Oliſiponenſis, ſodalibus ordinis Minorum ſe adjunxit, vivente adhuc S. Franciſco. Exſtant ejus *Sermones de Tempore & Sanctis*, Lutetiæ, Venetiis & alibi typis excuſi. Ad meliorem vitam abiit anno milleſimo ducenteſimo triceſimo primo; cœlitum numero anno proximè ſequenti adſcriptus à Gregorio IX.

CCCLXXXVIII. Cæsarius, Heiſterbacenſis in Valle S. Petri monachus, ordinis Ciſtertienſis, in diœceſi Colonienſi, prima ætate litteris operam in urbe Colonienſi dedit. Anno ſalutis 1188. *Henricum* Cardinalem & Epiſcopum Albanenſem, quem Clemens III. in Germaniam, Crucis prædicandæ cauſa, miſerat, in baſilica S. Petri, eadem in urbe concionantem puer audavit, & plurimos cruce ſignantem vidit; ut ipſe lib. 10. Miraculorum cap. 44. narrat. Anno milleſimo centeſimo nonageſimo nono veſtem monaſticam Heiſterbaci induit; & ibi poſtea Magiſter novitiorum, & apud Gallo-Brabantos Prior in Villari exſtitit. Anno 1226. libros tres de vita ac paſſione S. Engelberti Archiepiſcopi Colonienſis ſcribere cœpit, & anno demùm milleſimo ducenteſimo triceſimo ſeptimo tertium librum, qui totus eſt in miraculorum inſigniorum enarratione, abſolvit. Quos quidem tres libros, Notis & auctario à ſe illuſtratos, *Ægidius Gelenius*, ad S. Andream Canonicus Colonienſis, 1633. eadem in urbe edidit. Scripſit item Cæſarius, per modum dialogi, libros XII. *de miraculis & viſionibus ſuo tempore in Germania potiſſimum factis*: Coloniæ 1591. & alibi excuſos. Scripſit denique *Sermones*, & alia plurima: quæ omnia ipſe Cæſarius particulatim enumerat in epiſtola ſua ad Petrum Priorem Locì S. Mariæ: quam Andreas Coppenſteinius, ordinis Prædicatorum Theologus, præfixit Faſciculo moralitatis Cæſarianæ, in Ubiis edito.

Helinandus, monachus ordinis Ciſterienſis in Frigido Monte, diœceſis Bellovacenſis cœnobio, præter *Sermones & Epiſtolas*, ſcripſit *Hiſtoriam ab orbe condito ad ſua usque tempora*, hoc eſt, usque ad annum Chriſti milleſimum ducenteſimum duodecimum. Ex Helinando multa hauſerunt Vincentius Bellovacenſis & S. Antoninus.

Conradus Lichtenavius, Abbas Urſpergenſis in diœceſi Auguſtana, ord. Præmonſtratenſis, obiit anno milleſimo ducenteſimo quadrageſimo. Scripſit Chronicon à temporibus Nini Aſſyriorum Regis usque ad annum Chriſti milleſimum ducenteſimum viceſimum nonum. Adjecit neſcio quis malæ fidei homo notationes & paralipomena, à Cenſoribus Tridentinis meritò damnata. Vide & cenſuram Bellarmini in catalogo.

Hugo Floreffienſis Canonicus, ordinis Præmonſtratenſis, in diœceſi Namurcenſi, ſcripſit *vitas Idæ Nivellenſis & Idæ Lewenſis*, virginum ac monialium ordinis Ciſtertienſis, in Rameia Gallo-Brabantiæ monaſterio; item *geſta Juettæ viduæ & reclusæ apud Hujum*, ditionis Leodicenſis opidum, anno milleſimo ducenteſimo viceſimo ſeptimo defunctæ. Exſtant omnia mss. in Villarienſi apud Gallo-Brabantos cœnobio, monachorum Ciſtertienſium.

Robertus, ordinis Præmonſtratenſis Canonicus ad S. Marianum apud Autiſiodorum, ſcripſit *Chronologiam ab orbe condito usque ad annum Chriſti milleſimum ducenteſimum undecimum*: obiitque anno proximè ſequenti. *Hugo*, ejusdem loci Canonicus, appendicem adjecit usque ad annum milleſimum ducenteſimum viceſimum tertium. Utriusque lucubrationes Nicolaus Camuzæus, Canonicus Tricaſſinus, 1561. illa in urbe typis edendas curavit.

CCCLXXXIX. Hugo de S. Caro, vel ut alii vocant, *de S. Theodorico* Barchinonetenſis (non ex Barcinone Hiſpaniæ, ut Mariana & alii vocis affinitate decepti prodiderunt) ſed ex oppido *Delphinetum* in valle quæ ad Ebredunum eſt, cui Barchinonetæ nomen. Vir fuit inſigni eruditione ac pietate, quo *Humbertus Romanenſis* (is qui poſtea ordinis Prædicatorum Magiſter generalis quintus fuit) præceptore in ſæculo uſus eſt, factus ei viciſſim in pietatis ſchola magiſter. Nam Hugo, diſcipuli ſuaſu, ordinem Prædicatorum expetiit, & à Jordano, ejusdem ordinis ſupremo præfecto, viro ſanctiſſimo, obtinuit: ac poſtmodum primus ex ea familia Doctoratus Theologici lauream eſt conſecutus. In concilio Lugdunenſi creatus Cardinalis, ab Innocentio IV. Pontifice, primus ex S. Dominici familia, moxque miſſus in Germaniam, Legatus de rebus graviſſimis, in iis conficiendis fidem ſuam atque induſtriam omnibus probavit: & præter cætera Eccleſiam Leodicenſem ad formam Eccleſiæ Lugdunenſis compoſuit. Scripſit quàm plurima, nominatimque *Gloſſas*,

*juxta quadruplicem ſenſum, in Scripturam univerſam :* ut omittam percelebre, immenſique laboris ac temporis opus, cui *Concordantia Bibliorum* nomen eſt, quod mira induſtria confecit, adhibitis ad rem celeriùs conficiendam quingentis monachis. Hanc lucubrationem, ut facile eſt inventis addere, *Conradus Halberſtadius* eodem ſæculo; anno 1290. additis dictionibus indeclinabilibus (nam *Hugo* ſolas declinabiles digeſſerat) inſigniter locupletavit. Inventum non minùs ingenioſum & oportunum quàm mirabile : adeò ut poſteriores Rabbini & Græci tantæ utilitatis artificium in Hebraicis Græcisque Bibliis ſimiliter digerendis ſint æmulati. Ita porrò litteras excoluit Hugo, ut in virtutem ac pietatem nihilo ſegnius incumberet : atque etiam ad dignitatem in Eccleſia eminentiſſimam evectus, de prioris vitæ accuratiſſima diſciplina nihil omnino remitteret. Quin etiam deprehenſo cominùs onere, & exitii periculo quod honorum culminibus impendet, vicem ſuam non rarò doluit. Laudaturque hæc ejus vox in extrema vita : *Maluiſſem potiùs, morbo elephantino in ordine meo Prædicatorio captum, egiſſe vitam ; quàm mihi galero iſto caput onerari.* Demùm piè anno 1260. obiit Lugdini ; ubi hodieque in æde ſacra S. Dominici ſepulcrum ejus viſitur, hoc lemmate prænotatum : *Hic jacet D. Hugo de S. Theodorico, ordinis Fratrum Prædicatorum, hujus conventus, S. Theologiæ Doctor & praedicator egregius, quondam Cardinalis Sabinenſis : qui obiit anno Domini milleſimo ducenteſimo ſexageſimo, XIV. Kal. Aprilis.* Ex his leviter corrige ea, quæ in Scholiis ad cap. 40. Henrici Gandavenſis ſunt dicta de patria Hugonis & anno obitus.

CCCXC. LUCAS, Tudenſis in Hiſpania Epiſcopus, ſcripſit *libros tres adverſus Albigenſium haereticorum errores ;* quos Joannes Mariana primùm eruit, Notisque illuſtravit, & Jac. Gretſerus, cum aliquot ſuccedaneis ſcriptoribus contra ſectam Waldenſium, typis Ingolſtadienſibus publicavit. Fuit autem hic Lucas patria Legionenſis, vir ardenti ingenio, qui Romam, Conſtantinopolim, Cyprum, & Hieroſolymam præſens luſtrarat. Gregorio IX. Pontifice ſedente, *Iſidori Hiſpalenſis Chronicon* locupletavit ac produxit ad ſuam ætatem, ſtilo magis gravi quàm nitido. Id opus à plerisque Iſidori nomine per errorem citatur, cùm ſit ejus minima ex parte, multaque ſint addita & commutata, vix ut antiqua dignoſci poſſint, niſi cum germano Iſidori Chronico conferantur. Idem Lucas, multis hortantibus, tum S. Iſidori vitam, tum miracula juſto volumine conſcripſit : monente præſertim *Berengaria* Regina, Ferdinandi Regis cognomento Sancti matre ; cui ut obtemperaret, in priore etiam opere laborarat. Quo in opere diaconum ſe ipſe vocat in præfatione, his verbis : *Nos verò ad libros Chronicorum, à Doctore Hiſpaniarum Iſidoro editos, manum mittimus ; ſecundo libro quosdam alios Hiſpanorum Regum, & aliorum quorumdam ſeriem proſequendo, præcepto glorioſiſſimæ Hiſpaniarum Reginæ Berengariæ omni deſiderio deſiderantes fideliter ſatisfacere. Ipſa enim mihi Lucæ indigno diacono, ut hoc perficerem, imperavit.* Poſtea verò Epiſcopum Tudenſem creatum fuiſſe, in confeſſo eſt ; atque in ea urbe ſepulcrum monſtratur, *B. Petri Gonſalvi* ex ordine Dominicano, quem viventem coluerat, ſepulchro olim conjunctum ; uti ipſe moriens teſtamento fieri mandarat. Fuit *Roderico Semeno*, Toletano Archiepiſcopo, fermè æqualis ; *Heliæ* autem familiaris, ei qui à S. Franciſco inſtitutum Ordinem, eo abdicante ac concedente, gubernandum ſuſcepit. Nam quæ ab eo audierat, ipſe commemorat, non absque honoris præfatione. *Sic ferè Mariana in ſuis prolegomenis ad Tudenſem. Idem lib. 12. de rebus Hiſpaniæ cap. 12. hæc habet :* Lucas Tudenſis primùm diaconus, deinde Epiſcopus, Italiam & Orientis provincias, religionis eruditionisque ergò luſtravit ; Roderico Præſuli Toletano æqualis, & in ſimili conſcribendæ hiſtoriæ ſtudio verſatus, ingenio ſtiloque non ineleganti, neque prorſus vaſto. *Hiſtoriam* edidit *de rebus Hiſpaniæ, S. Iſidori Chronico inſerto ;* unde opinionea nata eſt, primam ejus operis partem Iſidoro attribuentium. Præterea *S. Iſidori vitam* conſcripſit, & ſeparato volumine ipſius miracula : cujus voluminis pars altera in confutandis Albigenſibus conſumitur.

CCCXCI. REINERUS Sachonus, Placentinus, Theologus ordinis Prædicatorum, ſcripſit *librum contra VValdenſes haereticos*, quem integrè Gretſerus ex ms. codice primùm eruit : & cum aliis ejusdem argumenti 1614. Ingolſtadii edidit. Vixit autem Reinerus anno milleſimo ducenteſimo quinquageſimo quarto ; ut Antonius Senenſis in ſua bibliotheca teſtatur. Adverſùs eosdem Waldenſes ſcripſerunt, *Eberardus Betunienſis*, ab Henrico Gandavenſi cap. 60. memoratus ; *Bernardus* Abbas Fontis calidi, & *Ermengardus* : ut Pamelius in ſcholiis ad epiſt. 63. narrat ; item *Moneta Cremonenſis*, ab eodem Senenſi laudatus, & alii.

CCCXCII. RODERICUS SEMENUS, patria Vaſco ſeu Navarrus, anno milleſimo ducenteſimo octavo Epiſcopus Toletanus eſt electus. Anno proximè ſequenti, ejus hortatu, *Palentiæ* publicum ſapientiæ gymnaſium ab Alfonſo Rege eſt conſtitutum, ad juventutem litteris & humanitate informandam ; artium profeſſoribus ex Gallia atque Italia evocatis : quæ Academia inde poſtea Salmanticam à Ferdinando, Alfonſi nepote, anno 1239. eſt translata. Anno milleſimo ducenteſimo decimo tertio, cum in Hiſpania fames graviſſima graſſaretur, Rodericus ſuis opibus, aliosque ſacris concionibus adhortando, ut egenorum calamitatibus ſubveniretur, multum contulit. Quo factum eſt, ut *Alfonſus* Caſtellæ Rex in Eccleſiam Toletanam, quoniam apud eam, tamquam in publico ærario, optime

optime deponi thesauros cogitabat, nova multorum oppidorum ditione auxerit: Toletanum denique Præsulem jure perpetuo, legeque in omne tempus lata, regni Cancellarium dixerit, confirmaritque datum ante septem annos Martino decessori diploma; quo quidem magistratu suprema & maxima auctoritas secundum Regiam olim continebatur. Anno millesimo ducentesimo decimo quinto, peregrinatione suscepta, Rodericus noster *Romam* abiit, & Patrum concilio, quod mense Novembri inchoatum est in templo Lateranensi, interfuit. In eo conventu orationem ad Patres habuit, Latina quidem lingua conceptam, cæterum aliarum linguarum, quarum expers non erat, Italicæ, Germanicæ, Anglicæ, Gallicæ floribus ornatam, sententiisque distinctam: ut miraculi instar Patribus esset, tantam Hispanum hominem linguarum facultatem assecutum esse, quantam ab Apostolorum ætate ulli homini negabant contigisse.

Ex his rebus magnam Rodericus auctoritatem nactus est; quam ille litterarum atque eruditionis, ut ea ferebant tempora, eximia opinione tuebatur. Exstant *de rebus Hispaniæ, & de Arabum gente historiæ, duobus ab eo conscriptæ voluminibus*, non omnino inelegantes. Anno millesimo ducentesimo vicesimo secundo, Rodericus duodecim Canonicos, cum quatuor Dignitatibus, Toleti constituit ac dotavit, ea lege, ut Toletanæ basilicæ maximæ sacerdotibus subditi essent, & anniversario Assumptionis Virginis-matris die festo quinque æreos numinos, quasi vectigales, templo Toletano penderent. Anno demum millesimo ducentesimo quadragesimo quinto (aliis 1247.) vivere desiit, *Hortæ*, quod est monachorum ordinis Cistertiensis cœnobium, in Aragoniæ finibus, honorificè conditus: ubi ad aram maximam cippus monstratur, cum hac inscriptione: *Mater Navarra, nutrix Castella, schola Parisius, sedes Toletum, Hortus mausoleum, requies cœlum.* Roderici semper in Hispania vivet auctoritas, memoria vigebit. Defuncti manibus in templi Toletani maximi pluribus sacellis ad hanc diem parentatur; aliquot sacerdotiis, ejus jussu atque impensa, ea de causa constitutis.

CCCXCIII. Raimundus Lullus in majore insula Baleari, quam hodie *Majoricam* vocant, natus, vixit circa annum millesimum ducentesimum nonagesimum, ambigua fama. De eo l. 15. c. 4. sic Mariana: Raimundus genere Catalaunus, in Baleari majore natus, juvenis mercaturam exercuit spe quæstus, majorum vestigia in eo secutus. Cum ætate, rerum humanarum tædio, abscessit in solitudinem, vitato hominum congressu. Quo tempore artem conscripsit, quæ novis tramitibus compendio artium ingenuarum, philosophiæ, atque adeo divinarum rerum cognitionem promittit, magna hominum admiratione: cum litterarum omnino expers, ut ne Latinè quidem sciret, sermone patrio, viginti amplius voluminibus justi ponderis evulgatis, ea de rebus tum divinis tum humanis tradat, quæ vix, ac ne vix quidem expoliti doctrina homines assequantur legendo; ut præstigiæ oculorum, & ludibria potius artium, quam veræ artes quibusdam videantur. Ipse ea se divinitus accepisse affirmat, in monte objecta Christi Dei specie, quasi cruci affixi: Eo haud dubiè meritus laudem, quod studio religionis in Africa propagandæ, *Bugiam* in ora Mauritaniæ sitam delatus, cum operi insistens, monendi castigandique finem non faceret, lapidibus petitus occubuit. Corpus in Balearem majorem translatum, magnam à populis venerationem habet, tantum non memoria consecrata, nomineque in fastos dato. De libris non una opinio fuit; pleriſque accusantibus quasi ineptos ac noxios, alii defendunt quasi delapsos cœlo. Quingenti errores de religione ex iis libris decerpti nihilominus, Gregorii XI. Papæ jussu, Avenione anathematis ignominia notati fuerunt; agente *Aimerico*, ex familia Prædicatorum Inquisitore adversus hæreticos in Hispania. Ex iis propositionibus *Petrus Tarraconensis Præsul* centum evulgavit, Directorii Inquisitorum parte altera. In quibus si verum fateri convenit, non paucæ duriores sunt & absonæ, cum Ecclesiæ placitis pugnantes. Sed nos bardi scilicet assequi non possumus ea, in quibus Raimundi sectatores reconditas significationes & arcana majora quærunt, & videre se fingunt, aut somniant, quod non vident; & digito conantur ostendere, quod nusquam est. Quorum est nostra etiam ætate magnus numerus, schola Barcinone (quod mireris) iis libris explicandis dicata, postquam reprobati sunt. *Sic ferè Mariana.*

CCCXCIV. Theodoricus Thuringus, ex ordine Prædicatorum, scripsit *libros octo de S. Elizabetha, Andreæ Regis Hungarorum filia, Ludovici Landgravii Thuringiæ vidua*; quos ex mss. codicibus Canisius tomo 5. Lect. antiquæ primum publicavit, & Raderus, tom. 1. Bavariæ sanctæ, in compendium eleganti stilo redegit. Ipsa Marburgi anno 1231. sanctissimè obiit, in tabulas publicas 1235. à Gregorio IX. relata.

CCCXCV. Robertus, cognomento Grosetestius, Lincolnienſis in Anglia Episcopus, anno millesimo ducentesimo quadragesimo secundo, è Græco-Latinum fecit *Testamentum duodecim prophetarum**, primo Hebraicè scriptum. Citatur id ab Origene homilia 15. in Josuë, & à Procopio ad 38. Geneseos. Exstat Parisiis 1549. in 12. seorsim, & in Bibliotheca Sixti Senensis† editum. *Ita Molanus in ms. Bibliotheca sacra.*

CCCXCVI. Gaufridus de Bello-Loco, ordinis Prædicatorum Theologus, jussu Gregorii X. Papæ, scripsit *historiam vitæ S. Ludovici IX. Galliæ Regis*; cui annis viginti à sacris confessionibus ac consiliis fuerat, & cui anno millesimo ducentesimo septuagesimo



* Leg. Patriarcharum. † Non exstat in Sixti Bibl.

ageſimo in caſtris ad Tunetum piiſſimè in Domino morienti extrema Sacramenta adminiſtraverat. Alterum librum *de vita ac miraculis ejusdem Regis* adjecit GUILLELMUS CARNUTENSIS, familiæ itidem Dominicanæ Theologus, & dicti Regis Capellanus.

BONIFACIUS VIII. Papa *Sermones duos*, de Canonizatione ejusdem Regis à ſe, apud Urbem-Veterem, anno 1297. habitos, ad poſteros tranſmiſit.

JOANNES toparcha Jonvillæ, Seneſcallus Campaniæ, annis ſex S. Ludovico Galliæ Regi in bellis ſacris & alibi adhæſit. Senex admodum ad Ludovicum, S. Ludovici filium, ſcripſit Gallico ſermone *libros ſeu partes duas de rebus geſtis ejusdem ſancti Regis*. Quæ omnia Claudius Menardus, Conſiliarius Regius & Proprætor Andegavenſis 1617. Lutetiæ junctim excudenda curavit: addita *Ordinatione*, ut vocant, *à S. Ludovico facta* 1228. *pro extirpatione hæreſis Albigenſium;* addita item *Epiſtola, quam idem Rex de captione & liberatione ſua ſcripſit*, cum aliis monumentis huc ſpectantibus.

CCCXCVII. JOACHIMUS I. Abbas & fundator monaſterii Florenſis, propheta à nonnullis habitus (cujus librum contra Petrum Lombardum Lateranenſe Concilium damnavit & ſuppreſſit) ſcripſit *commentaria in Iſaiam, Hieremiam, Apocalypſin & alia*, partim Venetiis, partim Coloniæ edita. Vixit anno 1200. Baronium conſule.

CCCXCVIII. SAXO Grammaticus, Sialandicus, ſcripſit *hiſtoriæ Danicæ libros ſexdecim*, ad Andream in Dania Epiſcopum; excuſos Baſileæ, Pariſiis & Francofurti. Claruit anno milleſimo ducenteſimo.

HENRICUS STERO, monachus in Altaha inferiore apud Germanos, ſcripſit *Annales* ab anno milleſimo centeſimo quinquageſimo ſecundo uſque ad annum milleſimum ducenteſimum ſeptuageſimum tertium: qui primum Francofurti, & poſtea multis partibus auctiores Ingolſtadii 1601. fuerunt editi, Caniſiano tomo I. Lect. antiquæ.

GOBELINUS ſcripſit *vitam S. Meinulphi Archidiaconi Paderbornenſis* in Weſtfalia, quam Brouverus 1616. edidit, una cum vita *Meinwerci Paderbornenſis Epiſcopi*, ab anonymo ſcripta.

CCCXCIX. HUMBERTUS, à priſcis Burgundiæ finibus Burgundus appellatus, nobilibus parentibus natus eſt, Romone in Viennenſi apud Gallos diœceſi: quod oppidum vulgò *Romans* vocant. Cum adoleſcens Lutetiæ ſtudiis incumberet, divino inſtinctu & vocatione ſingulari, familiæ S. Dominici adſcriptus eſt. Litteras ſacras Lugduni & alibi variis in locis explicuit. Anno demùm milleſimo ducenteſimo quinquageſimo quarto, quintus ſui ordinis Magiſter generalis renunciatus eſt: quam præfecturam ſumma cum laude totis undeviginti annis geſſit. Utque erat vir modeſtiſſimus, in generali Ordinis univerſi conventu, anno milleſimo ducenteſimo ſexageſimo tertio, miſſionem petit, & obtinuit: S. Thoma Aquinate tunc ſuffragii jure, pro Romana provincia, potiente. Conſtat eum & Patriarchatum Hieroſolymitanum, à Nicolao III. Pontifice oblatum, reſpuiſſe. Poſito itaque magiſtratu, Lugduni ad Rhodanum annos undecim, qui vitæ reliqui fuerunt, docendo ac ſcribendo conſumpſit: obiitque ibidem anno milleſimo ducenteſimo ſeptuageſimo ſexto. Scripta ejus Sixtus & Antonius Senenſes, Poſſevinus, Bellarminus & alii recenſent.

CD. S. BONAVENTURA Balneoregium in Tuſcia patriam habuit, & Lugduni ad Rhodanum anno milleſimo ducenteſimo ſeptuageſimo quarto, ætatis quinquageſimo tertio, in Domino obdormivit. Luculentum ſanctimoniæ ejus teſtimonium dedit *Alexander Alenſis*, qui Bonaventuram inter alios habuit auditorem. Nam ut Sixtus IV. Papa in diplomate canonizationis memorat, dicere ſolebat Alexander, *videri Adamum in Bonaventura non peccaſſe*. Scripta ejus, præſertim aſcetica, ubique ſpirant ſanctitatem: Et nominatim quæ de religioſorum hominum inſtitutione ſcripſit, talia ſunt, ut nihil videatur prudentius, & ad præcavendam religioſæ diſciplinæ labefactationem accommodatius potuiſſe conſcribi. Quod ad Theologiæ cognitionem attinet, quam ſeptimo anno à cooptatione in S. Franciſci ordinem publicè in Academia Pariſienſi, ſummo concurſu audientium, profiteri cœpit, ab omnibus eruditis mirificè laudantur plurimi ejus de rebus Theologicis commentarii, non minus ordinata tractandi ratione ac perſpicuitate, quàm ſubtilitate diſquiſitionis, & quod caput eſt, reſolutionum ſolidiate inſignes. Vidit id Sixtus V. Pontifex, magnus ingeniorum æſtimator, qui ipſum 1587. ſolemni ceremonia *Doctorem Eccleſiæ* renuntiavit. Cæterùm ſtudiis ac laboribus in Concilio potiſſimùm Lugdunenſi fractus, anno eodem, quo ejus intimus amicus S. Thomas Aquinas, ſed quadrimeſtri tardiùs, ſpiritum puriſſimum quinquagenarius Deo in urbe Lugdunenſi reddidit. Elatus eſt funere, quale à memoria hominum glorioſius non legitur. Nam interfuit, & exequias ſua præſentia *Gregorius X.* Pontifex ſummus cohoneſtavit. Adfuit *Imperator Græcorum* per Græcos proceres: Latinus verò Orientis Imperator *Balduinus* II. per ſe ipſum. Occidentis autem imperio tunc vacante, adfuit *Jacobus Rex Aragoniæ*: adfuerunt *Patriarchae Conſtantinopolitanus & Antiochenus, Cardinales univerſi*, Præſules ex Archiepiſcoporum & Epiſcoporum ordine quingenti, Abbates ſexaginta, alii minorum gentium Antiſtites ac ſacerdotes ſupra mille; Regum ac Principum complurium Oratores, Tartarorum & aliorum populorum Legati; ſacri demùm ac politici ordi-

ordinis homines innumerabiles. Sacris funeralibus ſolenniter operatus eſt, & laudationem funebrem dixit *Petrus Tarantaſienſis*, ordinis Prædicatorum, ex Archiepiſcopo Lugdunenſi Cardinalis & Epiſcopus Oſtienſis, ac demùm Innocentius V. Papa.

CDI. GUILIELMUS Autiſiodorenſis primùm, dein Pariſienſis illo nomine ſecundus Epiſcopus, obiit an. milleſimo ducenteſimo viceſimo tertio; ſepultus Pontiniaci, quod eſt ord. Ciſtertienſis cœnobium. Guilielmus iſte, quem vulgò Autiſiodorenſem vocant, ſcripſit *Summam Theologicam in quatuor libros Sententiarum*, 1500. Pariſiis excuſam. De qua vide cenſuram Bellarmini in catalogo.

GUILIELMUS Pariſienſis illo nomine tertius Epiſcopus, patria Aruernus, mathematicus, philoſophus ac theologus eximius, obiit anno milleſimo ducenteſimo quadrageſimo quarto; cujus tumulus hodieque apud Victorinos, ad muros urbis Pariſienſis, viſitur. Scripſit opera varia, duobus tomis in fol. 1592. Venetiis edita. Illo ſedente, obiit 1236. Pariſiis *Joannes de Sacro-Boſco*, ad S. Maturinum conditus.

CDII. RICERUS natione Italus, ex Matchia oriundus, unus ex S. Franciſci ſociis, brevi tractatu explicuit, *Quomodo homo poſſit citò pervenire ad agnitionem veritatis.* Exſtat is Lovanii 1554. editus, cum aliis ejusdem argumenti.

ÆGIDIUS ASSISIAS, unus ex primis monachis ordinis Minorum, ſcripſit *Verba aurea*, Antverpiæ 1534. & alibi excuſa. Plura ejus opera recenſet Radulphus lib. 1. hiſt. Seraphicæ, quæ nondum ſunt edita. Obiit anno milleſimo ducenteſimo octogeſimo ſecundo.

DAVID Auguſtæ Vindelicorum natus, ordinis Minorum Theologus, ſcripſit *Formulam novitiorum de exterioris hominis reformatione*, item *Formulam interioris hominis*, & libellum *de ſeptem proceſſibus religioſis.* Quæ tria opuſcula primùm ſeorſim, & poſtea à Colonienſibus tomo 13. Bibliothecæ PP. edita fuerunt.

ALBERTUS PISANUS Etruſcus, aliis Germanus, ex Abbate Benedictino primùm monachus, poſtea Miniſter generalis Minorum, ſcripſit inter alia *Chronicon ab orbe condito uſque ad annum milleſimum ducenteſimum quinquageſimum ſextum;* quod Helmſtadii 1587. cum ſcholiis hæreticis eſt editum.

CDIII. DODECHINUS Abbas monaſterii S. Diſibodi, ordinis Benedictini, in diœceſi Moguntina, *continuavit Chronicon Mariani Scoti* uſque ad annum 1200.

PETRUS SARNENSIS, monachus ordinis Ciſtertienſis, in diœceſi Carnutenſi, ſcripſit *hiſtoriam belli ſacri contra Albigenſes hæreticos geſti*, hortatu Innocentii III. Pontificis; cui & illam dicavit. Exſtat typis 1615. edita Trecis in Campania Galliæ.

ALBERICUS, monachus ordinis Ciſtertienſis in cœnobio Trium fontium, *ſcripſit Chronicon*, quod in geſtis anni milleſimi ducenteſimi quadrageſimi primi definit; brevi edendum, ut ſpero, ab Andrea Quercetano, cum *Hiſtoria Epiſcoporum Virdunenſium & Abbatum S. Vitoni, à Laurentio Leodicenſi conſcripta*, & aliis id genus monumentis antiquis.

GUILIELMUS, Abbas Andrenſis in Gallia, ſcripſit *Chronicon Andrenſe* vulgò nuncupatum; quod deſinit in geſtis anni milleſimi ducenteſimi viceſimi ſeptimi. Nos illo ms. uſi ſuimus in concinnando Chronico Belgico.

MATTHÆUS PARIS ſeu Pariſius, monachus ad S. Albanum in Anglia, ſcripſit *Hiſtoriam Anglicanam ab anno milleſimo ſexageſimo ſeptimo uſque ad milleſimum ducenteſimum ſexageſimum.* Alius quiſpiam addidit *Appendicem* uſque ad annum milleſimum ducenteſimum ſeptuageſimum tertium. Bellarminus in catalogo monet, hiſtoriam iſtam cautè legendam, utpote à Tigurinis hæreticis vitiatam. Scripſit inſuper Matthæus *res geſtas Abbatum S. Albini*, & alia.

JOANNES PARISIUS, Canonicus regularis Lutetiæ ad S. Victorem, ſcripſit *Memoriale hiſtoriarum*: quod ab alio quopiam auctum deſinit in geſtis anni milleſimi trecenteſimi viceſimi ſecundi. Nos illud manu exaratum eo in loco legimus, & non pauca inde in Chronicum noſtrum Belgicum tranſtulimus.

BALDUINUS AVESNENSIS ſub annum 1285. idiomate Latino ſcripſit *Hiſtoriam genealogicam Comitum Hannoniæ*, & aliorum procerum: quæ Gallicè & Latinè exſtat ms. Pariſiis apud Andream Quercetanum, & Bruxellæ apud Chifletios. Ex Balduini opere *Engueramus Magnus*, dominus de Coucy, Oiſy & Montmirel, *Genealogiam familiæ de Coucy & Dreux* deſumi, & uſque ad annum milleſimum trecenteſimum tertium produci mandavit, hoc titulo: *Le Lignage de Coucy & Dreux.*

EGEHARDUS Vragienſis Abbas, ſad Egbertum Corbeienſem Abbatem, ſcripſit breve *Chronicon de Epiſcopis Hildesheimenſibus*, à temporibus Caroli Magni uſque ad annum milleſimum ducenteſimum nonageſimum, aut circiter: quod Brouverus 1616. Moguntiæ edidit, cum vita Godehardi Hildesheimenſis Epiſcopi.

SIFRIDUS, Miſnenſis presbyter, *Epitomen hiſtoriarum* ab anno quadringenteſimo quinquageſimo octavo uſque ad milleſimum trecenteſimum ſeptimum libris duobus concinnavit. Exſtantque editi cum aliis Germaniæ Hiſtoricis.

CDIV. INNOCENTIUS IV. Pontifex, illuſtri Fliſcorum ſtirpe Genuæ natus, vir doctrina & prudentia clarus, obiit anno milleſimo ducenteſimo quinquageſimo quarto. *Apparatum ad Decretales epiſtolas*, brevem ſed eruditum, ipſi Bellarminus in catalogo attribuit,

V. de an non ſit idem Apparatus, quem Alfonſus Ciaconius, lib. de vitis Pontificum Romanorum, adſcribit *Bernardo presbytero Compoſtellano.*

Urbanus IV. Papa ſcripſit commentarium *in Pſalmum quadrageſimum*: qui exſtat tomo 12. Bibliothecæ PP. à Colonienſibus editæ.

Guido Grossus, nobili Groſſorum familia, in Gallia Narbonenſi, oppido S. Ægidii natus (qui poſtea Clemens IV. Papa fuit) ante pontificatum multa ſcripſit *ad Jus civile pertinentia*, itemque *in primum & ſecundum libros Decretalium.* Obiit anno milleſimo ducenteſimo ſexageſimo octavo, Viterbii; conditus ibidem apud Dominicanos.

Petrus Tarantaſienſis, ex ordine Prædicatorum, à Gregorio X. Cardinalis, unà cum S. Bonaventura, creatus, eidem Gregorio in pontificatu ſucceſſit, aſſumpto *Innocentii V.* nomine; & anno milleſimo ducenteſimo ſeptuageſimo ſexto deceſſit, Scripſit *in libros Sententiarum.*

Joannes XX. dictus XXI. Papa, civis Oliſiponenſis, litteratorum amantiſſimus, & multiplicis doctrinæ, præſertim philoſophiæ ac medicinæ ſtudiis clarus fuit: ut libri editi indicio ſunt *Petri Hiſpani* titulo, quod illi nomen ante pontificatum fuit. Exſtat de re medica liber ejus, *qui Theſaurus pauperum* nuncupatur. Octo menſibus & diebus octo, cùm pontificatum tenuiſſet, anno milleſimo ducenteſimo ſeptuageſimo ſeptimo Viterbii obiit; ſuccedente Nicolao ex Urſinorum gente.

CDV. Robertus Sorbonius, à natali vico *Sorbona* ſic dictus, S. Ludovici Galliæ Regis Oeconomus pœnitentiarum, ſcripſit *de Conſcientia, de Confeſſione & Iter paradiſi:* quæ tria opuſcula exſtant tomo 13. Bibliothecæ PP. editionis Colonienſis. Fundavit in Academia Pariſienſi famoſum iſtud Theologorum collegium, quod vulgò *Sorbona* nuncupatur, ſub annum 1252.

Joannes Pariſienſis Doctor, ordinis Prædicatorum, ſub annum milleſimum ducenteſimum nonageſimum vixit. Præter *commentaria in quatuor libros Sententiarum*, ſcripſit *Quodlibeta varia*, & quidem præcipuè *De poteſtate Papæ & Regis*, excuſa cum aliis libellis ejusdem argumenti. Videtur autem propenſior fuiſſe erga Regem, quàm erga Pontificem: quia Pariſiis agebat & docebat, ſtante diſcordia inter Bonifacium VIII. & Philippum Pulchrum Galliæ Regem.

CDVI. Gerhohus ſive Gerochus, Reicherſpergenſis in Bavaria Præpoſitus, ejusque frater germanus Decanus Reicherſpergenſis, ſcripſerunt *contra errores Folmari*, Præpoſiti Petræ-ſtillantis in Franconia. infra Herbipolim. De Gerhoho ſi plura deſideras, Chronicon Reicherſpergenſe, à Chriſtophoro Geuvoldo, Conſiliario Bavarico, evulgatum, itemque Gretſerum conſule.

Joannes Pechanus, Anglus, ordinis Minorum, S. Bonaventuræ diſcipulus, Pariſiis, Oxonii & Romæ in palatio Apoſtolico Theologiam docuit, & 1200. vivere deſiit. Sententias ſacræ Scripturæ in locos communes redegit, & titulo *Collectanei Bibliorum* exſtant 1514. Pariſiis 1541. Coloniæ editæ. *Officium S. Trinitatis*, ab eodem compoſitum, Fr. Titelmannus ſua expoſitione illuſtravit.

Manuel Caleca ſcripſit *libros quatuor contra Græcorum errores de proceſſione Spiritus ſancti:* quos, mandante Martino V. Papa, Latinè vertit Ambroſius Camaldulenſis, & Petrus Stevartius Notis a ſe illuſtratos Ingolſtadii edidit. Caleca ſub Gregorio X. Papa interfuit Concilio Lugdunenſi: Ambroſius Camaldulenſis anno milleſimo quadringenteſimo nonageſimo obiit. Calecæ ejusdem librum *De Fide catholica* Jac. Pontanus Latinitate donavit; ut & *Michaëlis Glycæ* Diſputationes, & *Theophylacti Simocatæ* hiſtoriam de Mauritio Imp.

CDVII. Albertanus Brixienſis, cauſidicus, pro filii ſui Stephani inſtitutione ſcripſit libellum *De arte loquendi & tacendi* Lovanii & Antverpiæ 1485. itemque Lipſiæ 1491. excuſum. A Frederico Imp. anno 1246. cuſtodiæ traditum fuiſſe ſcribunt.

Henricus Seguſius, natione Gallus ab Urbano IV. Cardinalis & Epiſcopus Oſtienſis creatus, illo hortante, ſcripſit *in Epiſtolas Decretales.* Ejusdem *Summa* ut vulgò nuncupatur, *Canonum ſacrorum doctrinam continens*, eſt in omnium manibus. Obiit Lugduni 1281. apud Dominicanos conditus.

Guido Baifius, Archidiaconus Bononienſis, claruit anno milleſimo ducenteſimo octogeſimo tertio. Titulo *Roſarii* ſcripſit commentarium *in Decretum Gratiani*, & *in Decretales epiſtolas.*

Dinus Mugellanus, Juris pontificii peritiſſimus, vixit ſub annum milleſimum ducenteſimum nonageſimum nonum. Scripſit in titulum *De regulis Juris*, in ſexto.

CDVIII. Joannes Duns, Scotus, ordinis Minorum, inter Scholaſticos nobilis (quem *Doctorem ſubtilem* appellant) Oxoniæ publicavit *Quodlibeta, & commentaria in libros quatuor Sententiarum.* Quod ſcriptum vulgò dicitur *Opus Anglicanum* ſive *Oxonienſe*; Venetiis 1514. & alibi poſtea impreſſum. Poſtea Pariſiis *Lecturam contractiorem & magis frugiferam* edidit. *Quam nos* (ait Joannes Major) *chalcographis imprimendam hiſce diebus dedimus.* Obiit Coloniæ anno milleſimo trecenteſimo octavo. Sic ferè Molanus in ms. Bibliotheca ſacra.

Digitized by Google

ſacra. Tumulus ejus viſitur Coloniæ in medio chori apud Franciſcanos. Fabuloſum illi mortis genus Paulus Jovius in Elogiis Virorum illuſtrium affinxit : fabuloſum dico, utpote cujus nulla ſit Coloniæ memoria in archivis monaſterii, aut in epitaphiis variis monumento appenſis.

Udalricus Argentinenſis, ordinis Prædicatorum, Alberti Magni auditor, vixit anno milleſimo ducenteſimo octogeſimo. Scripſit *in libros quatuor Magiſtri ſententiarum*, item *Summam Theologiæ*, & *librum de anima.*

Rupertus ſive Robertus Haiſus, ordinis Minorum, vixit ſub annum milleſimum ducenteſimum octogeſimum; ſcripſitque *commentaria in quatuor libros Sententiarum*, & *in Regulam S. Franciſci.*

Richardus de Media-Villa, Anglus, Middeltonus, ordinis Minorum, in ſacris litteris & Jure pontificio egregiè verſatus, vixit ſub annum milleſimum ducenteſimum nonageſimum, & pro more illius ævi ſcripſit *in libros quatuor Sententiarum; in quatuor Evangelia; in Regulam S. Franciſci; & Quodlibeta varia*, *Brixiæ* 1591. *poſtremà edita.*

CDIX. Ægidius Columna, ex illuſtri Columnenſium procerum ſtirpe natus Romæ (unde & *Ægidius Romanus* vulgò nuncupatur) adoleſcens Auguſtinianis eremitis ſe adjunxit. Primis litterarum ac philoſophiæ ſtudiis inſtructus, Lutetiam ſe contulit, & *Thomam Aquinatem* ſacras ibi explicantem litteras, unà cum *Auguſtino Triumpho*, audivit. Et verò audivit ſummo cum fructu : ejusque veſtigia tam religioſè legit, ut qui à Thoma diſſentiret, Ægidium, hominem alioqui manſuetiſſimum, inveniret adverſarium. Invenit certè *Guilielmus Lamarenſis*, ex familia Franciſcana Theologus Oxonienſis, qui *S. Thomæ Reprehenſorium* publicare non erubuerat. In hunc ergò ſtrinxit Ægidius ſtilum, & magiſtri ſui doctrinam fortiter defendit: ut illo nomine omnes Thomiſtæ plurimùm Columnæ debeant. Non id latuit *Philippum III. Audacem*, Galliæ Regem, qui iptum *Philippi Pulchri*, filii ſui, ſtudiis moribusque præfecit. Huic diſcipulo ſuo Ægidius didacticon opus *De regimine Principum* dicavit. Porrò cathedram magiſterii, quam ex Ordine ſuo primus Lutetiæ aſcendit, tanta cum laude implevit, ut illi Academia titulum *Doctoris fundatiſſimi* detulerit. Apud ſuos verò eam doctrinæ famam collegit, ut in comitiis generalibus, Florentiæ 1287. habitis, Patres ſanxerint, *Ægidii Romani doctrinam in ſcholis eſſe tenendam ac propugnandam.* Quam deinde ſemitam ſecuti ſunt plerique omnes : præ aliis *Jacobus Viterbienſis*, poſt Archiepiſcopus Neapolitanus, *Gerardus Senenſis*, *Joannes Dathus*, Imolenſis Epiſcopus, & alii quàm plurimi.

At verò inter Pariſienſis Academiæ parietes latere vir tantus non diu potuit. Sub initium anni 1292. coactus Patrum ſenatus Romæ, concordibus ſuffragiis, *Columnam* ad univerſi Ordinis clavum alligarunt. Nec umquam plus incrementi accepit familia Auguſtiniana, quàm ſub hoc præfecto, quem ob vitæ integritatem ac ſapientiam totus orbis venerabatur. Fratres pœnitentiæ, à vili veſte *Saccitæ* nuncupati, cùm à primævo vitæ inſtituto paulatim ſe deficere animadverterent, fundum, quem Lutetiæ à *S. Ludovico Rege* ſibi donatum annis amplius 30. incoluerant, Ægidio, ceu ordinis eremitici ſupremo præſuli, anno milleſimo ducenteſimo nonageſimo tertio ceſſerunt; *Philippo Pulchro* Rege & *Simone* Pariſienſi Epiſcopo approbantibus. *Regem Angliæ* ſibi deuinxit Ægidius commentario illo, quem *in libros Ariſtotelis* ſcripſit: ut huic uni ejus lucubrationi debeantur quodammodò monaſteria, quæ in Britannia olim plurima Auguſtiniani poſſederunt. *Guidonem Flandriæ Comitem* ſibi conciliavit, cùm filio ejus *Philippo* roganti *libros Elenchorum ſophiſticorum* explicuit: ut huic etiam ſcripto acceptum referri poſſit monaſterium Gandavenſe, quod *Borluuii* illa ætate ſuo in fundo erexerunt. Quid dicam de immortali beneficio, quo Eccleſiam univerſam Ægidius affecit? Exemplum numquam antea viſum, neque repetitum poſtea, *Cæleſtinus V.* præbuerat cùm ex eremi latebris ad ſummum pontificatum evectus, onus, cui ſe imparem agnoſcebat, ſponte depoſuit, & ad ſolitudinem ſemper amatam liber revertit. Principes interea quidam obloqui (ſcilicet qui, Cæleſtino ſedente, S. R. E. patrimonia arrodere cœperant) & Bonifacium VIII ſucceſſorem, prædiis iſtis recuperandis aut retinendis intentum, ſugillare atque ambitionis arguere. Et jam propè aberat, ut in ordinem Bonifacius, acerbis multorum clamoribus, magno cum damno ſcandaloque univerſi orbis Chriſtiani, redigeretur; niſi Ægidius, qui apud Reges ac Principes omnes ſumma auctoritate valebat, libro apologetico, cui titulum *De renuntiatione Papæ* præfixit, ſuffecti Pontificis innocentiam defendiſſet, eumque legitimè electum ſolidè docuiſſet. Bonifacius porrò hominem benè de ſe, benè de Eccleſia univerſa meritum pontificia infula 1296. honoravit, & Biturigibus Archiepiſcopum dedit; Philippo Pulchro laudante, bonisque omnibus applaudentibus. Exinde in numerum Cardinalium adſcriptus fuit; ſed non enuntiatus: morte interveniente Pontificis, an ipſius Ægidii, incertum. Hoc conſtat, ipſum Concilio Viennenſi, in quo *Templariorum* ordo damnatus eſt, 1311. adſediſſe, & ædem, quam Biturigis iſti habuerant, ſuis ſodalibus impetraſſe. Studiis demùm ac laboribus exhauſtus, Avenione 1316. deceſſit; Lutetiæ, ut teſtamenti tabulis mandarat, in æde Auguſtiniana, juxta aram templi principem, conditus, hoc elogio addito : *Hic jacet aula morum, vitæ munditia, archiphiloſophiæ Ariſtotelis perſpicaciſſimus commentator, clavis & Doctor Theologiæ, lux in lucem reducens dubia, F. Ægidius de Roma, ordinis*

*FF. Eremitarum S. Auguſtini, Archiëpiſcopus Bituricenſis : qui obiit anno Domini* 1316. *die* 22. *menſis Decembris.* Bibliothecam ſuam, quam ſanè amplam Lutetiæ me videre an. 1610. memini, reliquit monaſterio ſui ordinis, ea in urbe à ſe excitato. Scripta ejus theologica, philoſophica & alia Poſſevinus, Bellarminus, Angelus Rocca in ejusdem vita, Thomas Gratianus & Cornelius Curtius enumerant.

CDX. GUILIELMUS DURANDUS, ſeu Durantes, cognomento *Speculator*, Podiomiſſone ( quod Provinciæ eſt oppidum ) nobili genere natus, Henrici Seguſii, Cardinalis Oſtienſis, diſcipulus, ut erat juris peritiſſimus, ad Othobonum Cardinalem, qui poſtea Hadrianus V. Papa fuit, ſcripſit *Speculum Juris*, in tria volumina diſtinctum: item *Rationale divinorum officiorum:* quod anno milleſimo ducenteſimo octogeſimo ſexto ſe abſolviſſe, ipſe lib. 8. cap. 9. narrat. Scripſit & alia, Lugduni, Pariſiis & alibi edita. Anno 1311. Viennenſi concilio interfuit, ac demùm Romæ obiit; in cœnobio Domicanorum ad Minervam conditus. Noſtra ætate vixit & *Jaannes Stephanus Durantus*, Præſes Toloſanus: cujus libri tres, *De ritibus Eccleſiæ catholicæ*, ſunt editi Romæ 1591. & Coloniæ 1592.

CDXI. DURANDUS à S. Portiano, ex ordine Dominicanorum, Doctor Theologus 1313. Pariſiis renuntiatus, cùm in Italiam ſe contuliſſet, Romæ in ſchola palatii Apoſtolici ſacras litteras diu explicuit. Exinde Avicienſis ſeu Podienſis, ac demùm Meldenſis in Gallia Epiſcopus 1327. creatus, vixit ultra annum milleſimum trecenteſimum triceſimum tertium. Tumulus ejus in odejo ſeu choro etiamnum Meldis cernitur. Scripſit *commentaria in quatuor libros Magiſtri ſententiarum:* de quibus vide cenſuram Bellarmini in catalogo. Liber *de origine juriſdictionum, & de legibus*, an ſit hujus Durandi, an Durandi Speculatoris, dubitat Molanus. Errant enim, qui Durandum hunc cum Durando Speculatore confundunt, aut ex duobus unum faciunt.

CDXII. PETRUS BERCHORIUS, Prior cœnobii Pariſienſis ad S. Eligium, claruit anno milleſimo ducenteſimo ſexageſimo. Præter alia, ſcripſit *Dictionarium morale Biblicum;* Pariſiis, Lugduni, Antverpiæ & alibi ſæpiùs recuſum.

ANDRONICUS Conſtantinopolitanus, ex Imperatoria Comnenorum familia oriundus, ſcripſit *Dialogum contra Judæos*; quem Joannes Livinejus, Canonicus Antverpienſis, Latinè reddidit, & Petrus Stevartius, Doctor Theologus, Ingolſtadii edendum curavit. Exſtat idem tomo 14. Bibliothecæ Patrum, à Colonienſibus editæ.

JUSTUS, Abbas ordinis Ciſtertienſis, vixit anno milleſimo trecenteſimo. In conventu multorum Abbatum illius ordinis habuit *Sermonem*, à Joanne Picardo ſeorſim primò Lutetiæ, & poſtea à Colonienſibus tomo 14. Bibliothecæ PP. editum. Sermo totus verſatur in iis caſtigandis, qui iniqvum juſtitiæ monaſticæ induxerant juſtitium. Vir fuit omnium ſcientiarum doctrina præditus, ac facundus.

CDXIII. MARTINUS POLONUS, patria Carſulanus, ordinis Prædicatorum, Pœnitentiarius Innocentii IV. *Papæ*, demùm Archiëpiſcopus Coſentinus, ſcripſit *Chronicon*: in quo breviter res geſtas *Pontificum* & Imperatorum uſque ad Honorium IV. perſequitur. Exſtat à Plantino 1574. & poſtea in Germania excuſum. Scripſit item *Sermones de Tempore & Sanctis*, Argentorati 1486. & 1488. excuſos.

AITONUS ſive Haitonus, Armenus, Aitoni Armeniæ Regis filius, ſcripſit *hiſtoriam Tartarorum;* quæ aliàs vocatur *Itinerarium & Flos hiſtoriarum Orientis.* Vixit anno milleſimo trecenteſimo ſeptimo. Præmonſtratenſes ſcribunt, eum ſuo Ordini nomen dediſſe: Dominicani quoque ad ſuam claſſem illum trahere conantur.

CDXIV. JACOBUS CAIETANUS, Anagninus, Bonifacii VIII. Papæ nepos ( à quo creatus fuit Cardinalis anno milleſimo ducenteſimo nonageſimo quinto ) ſcripſit librum *de centeſimo ſeu Jubilæo anno:* quem Julius Roſeus ſcholiis à ſe illuſtratum primùm edidit, & poſtea Colonienſes in tomum 13. Bibliothecæ PP. retulerunt.

GUILIELMUS MANDAGOTUS, ex Archidiacono Nemauſenſi & Ebredunenſi, S. R. E. Cardinalis, cum aliis, juſſu Bonifacii VIII. *Papæ*, concinnavit *librum ſextum Decretalium.* Item ſcripſit tractatum *de electionibus novorum Prælatorum;* qui cum additionibus Boërii, 1573. excuſus fuit. Claruit anno milleſimo trecenteſimo.

CDXV. AUGUSTINUS TRIUMPHUS, patria Anconitanus, profeſſione Auguſtinianus Eremita, S. Thomam Aquinatem, cum Ægidio Romano, audivit. Præter alia ſcripſit *Summam de poteſtate Eccleſiæ*, 1582. Romæ in fol. editam: item commentarios *in Orationem Dominicam*, *Salutationem Angelicam*, & *Canticum Deiparæ*, ibidem 1590. excuſos, ſtudio Angeli Roccæ. Obiit Neapoli anno 1328. æt. 85.

BARLAAM duo fuerunt Epiſcopi Hieracenſes. Prior anno milleſimo trecenteſimo tertio, alter anno milleſimo trecenteſimo quadrageſimo ſecundo ſedem illam tenuit. Alteruter eorum ſcripſit *Epiſtolam ad Græcos de unione cum Romana Eccleſia, & proceſſione Spiritus ſancti;* item *Ethica ſecundum Stoicos.* Lucubrationes iſtas primùm in lucem edidit Caniſius in Lect. antiquis, & poſtea Colonienſes in Biblioth. PP.

ALVA-

CDXVI. ALVARUS *Pelagius*, Hiſpanus, ex Jureconſulto Bononienſi monachus ordinis Minorum, & Joannis Scoti auditor, exinde Joannis XXII. *Papæ Pœnitentiarius*, demùm Silvenſis in Algarbia Epiſcopus, ſcripſit libros duos de *planctu Eccleſiæ*; Lugduni, Venetiis & alibi excuſos. Reliqua ejus opera Henricus Willotus in Athenis Franciſcanis, Poſſevinus & alii recenſent.

ANDREAS Novocaſtrenſis, Anglus, ordinis Minorum, vixit anno milleſimo trecenteſimo; & ſcripſit *commentarium in librum primum Sententiarum*, 1514. in fol. Lutetiæ excuſum. Alia ejus opera recitavit Pitſeus.

ANTONIUS ANDREAS, natione Aragonius, profeſſione monachus Franciſcanus, Joannis Scoti diſcipulus, ſcripſit *commentarium in libros quatuor Sententiarum*; 1578. & 1584. Venetiis excuſum.

CDXVII. PETRUS AUREOLUS, Vermetiæ ſeu Verbetiæ ad Iſaram fl. in Gallia natus, ex ordinis Minorum Theologo Pariſienſi Archiepiſcopus Aquarum Sextiarum, & (ut quidam produnt) S. R. E. Cardinalis, ſcripſit *commentarium in primum librum Sententiarum*, 1596. Romæ excuſum; item *Epitomen univerſæ Scripturæ ſacræ juxta litteralem ſenſum*. Quam Epitomen Georgius Ederus, initio ſuæ OEconomiæ Bibliorum, mirificè commendat: eamque Stephanus Novellerius, Theologus Pariſienſis, à ſe recenſitam, 1589. publicavit. Floruit Aureolus ſub annum milleſimum trecenteſimum viceſimum.

ADAMUS GODHAMUS, Anglus, ordinis Minorum, vixit anno milleſimo trecenteſimo viceſimo: & *commentaria in libros quatuor Petri Lombardi*, Magiſtri ſententiarum, poſteris reliquit, excuſa Pariſiis 1502. in fol.

CDXVIII. HERVEUS NATALIS, natione Brito Armoricus, Magiſter generalis XIV. ordinis Prædicatorum, ſcripſit *opera varia, cùm Theologica, tum Philoſophica*; quæ Sixtus & Antonius Senenſes, Poſſevinus, Bellarminus & alii enumerant. *Commentarius ejus in epiſtolas S. Pauli* fallò hactenus Anſelmo Cantuarienſi adſcriptus fuit. Obiit anno milleſimo trecenteſimo viceſimo quinto.

ALFONSUS BONUS-HOMO, Hiſpanus, ordinis Prædicatorum, annó milleſimo trecenteſimo triceſimo nono, ex lingva Arabica in Latinam tranſtulit *Samuelis Judæi epiſtolam de adventu Jeſu veri Meſſiæ, quem Judæi fruſtrà exſpectant.*

CDXIX. PETRUS BERTRANDUS Jus pontificium & cæſareum Avenione, in Monte Peſſulo, Aureliæ & Pariſiis explicuit. Ex Conſiliario Regio primùm Nivernenſis, poſtea Auguſtodunenſis Epiſcopus, anno milleſimo trecenteſimo viceſimo nono, coram Philippo Valeſio Rege, Galliæque Epiſcopis ac Baronibus, *pro Juriſdictione eccleſiaſtica*, adverſus Petrum Cunerium feliciter diſſeruit. Qui tractatus, cum altero *de ſpirituali & temporali poteſtate*, exſtat tomo 14. Bibliothecæ PP. editionis Colonienſis. In S. R. E. Cardinalium claſſem exinde cooptatus, Lutetiæ collegium Auguſtodunenſe, anno 1341. ſuo ære excitavit, ac dotavit. Obiit demùm anno milleſimo trecenteſimo quadrageſimó octavo, aut proximè ſequenti. Opera ejus mss. varia, multis voluminibus comprehenſa, & diu Pariſiis inſtar theſauri adſervata, 1575. plagio perierunt.

CDXX. FRANCISCUS MAIRONUS, Joannis Scoti diſcipulus, inter Theologos Scholaſticos titulo *Doctoris acuti* clarus, exercitationem à Theologiæ ſtudioſis Lutetiæ in ſchola Sorbonica haberi ſolitam, quam vulgò *Actum Sorbonicum* nuncupant, anno 1315. (ut Genebrardus tradit) primus inſtituit. In cujus rei memoriam primus hujus exercitationis dies Franciſcano, ultimus Dominicano hodieque conceditur; ſive ut vulgò dicitur, *Franciſcanus aperit, Dominicanus Sorbonam claudit.* Rem ipſam, in gratiam exterorum, paucis aperiam. Feriis ſextis, præſertim æſtivis, Diſputatio ſolemnis in atrio majore collegii Sorbonici inſtituitur: & ex Baccalaureorum, ut vocant, claſſe unus, ad gradum altiorem adſpirans, ab ortu Solis ad occaſum, in ſuggeſtu eminentiore ſtans aut ſedens, omnia aliorum ejusdem ordinis argumenta in propoſitas à ſe theſes objecta excipit, & pro ſuo virili diſſolvit, nullius Præſidis auxilio ſuffultus; illumque diem impaſtus tranſigit, in iſta animi & corporis contentione uſque ad noctis initium perſtans. Facinus inexpertis formidabile: quod tamen hactenus neminem in valetudinis damnum traxit. Maironi porrò opera varia partim Venetiis 1567. partim Baſileæ 1498. exſtant edita. Obiit autem Placentiæ, temporibus Ludovici Bavari.

CDXXI. JOANNES BASSOLUS, Scotus, ordinis Minorum, Joannis Scoti diſcipulus, ſcripſit *Lecturam in 4. libros Sententiarum*, Pariſiis 1516. in fol. excuſam: quam Petrus Crabbius notat prælectam fuiſſe Mechliniæ anno milleſimo trecenteſimo viceſimo ſecundo. Ita Molanus in ms. Bibliotheca ſacra. Labitur itaque Bellarminus, qui ſcribit Baſſolum vixiſſe anno milleſimo quadringenteſimo ſexageſimo.

MONALDUS natione Dalmata, ex monacho ordinis Minorum Archiepiſcopus Beneventanus, litteris conſignavit *Summam Juris canonici*, titulo *auream*, Lugduni 1516. editam: item *Quæſtiones in quatuor libros Sententiarum.* Poſſevinus tradit, ipſum anno milleſimo trecenteſimo triceſimo ſecundo à Saracenis cæſum, occubuiſſe martyrem. Alius ab iſto fuit *Monaldus de Roſariis*, ex ordine Carmelitano Doctor Pariſienſis, qui libros tres *de par-*

*partibus pœnitentiæ*, item *Sermones Quadrageſimales*, & alia ſcripſit; obiitque Burdigalæ anno milleſimo quingenteſimo octavo.

CDXXII. NIcolaus Lyranus, ordinis Minorum, conventus Vernolienſis in Normannia, Hebraicæ linguæ peritiſſimus, ſcripſit commentarium ſeu *poſtillam in univerſa Biblia*, Pariſiis & Lugduni, cum Gloſſa ordinaria, excuſam: item tractatum *de incarnatione contra Judæos*; item *Præceptorium*, & alia ibidem edita. Obiit Pariſiis anno milleſimo trecenteſimo quadrageſimo; ubi in epitaphio ejus ſic legitur; *Lira, brevis vicus, Normanna in gente celebris:, prima mihi vitæ janua, ſorſque fuit.* Bellarminus in catalogo & alii addunt, ipſum ex Judaiſmo converſum fuiſſe ad fidem Chriſtianam.

Guilielmus Occamus, Anglus, Joannis Scoti diſcipulus, damnatus eſt *quoad dialogos & ſcripta contra Joannem XXII. Papam.* Commentarius ejus *in libros quatuor Sententiarum* Lugduni 1495. & *Quodlibeta*, cum tractatu *de Euchariſtia*, Pariſiis 1487. & Argentorati 1491. exſtant edita. Ita Molanus in ms. Bibliotheca ſacra. Obiit autem Occamus Monachii in Bavaria, anno milleſimo trecenteſimo quadrageſimo ſeptimo: ut in tumulo ejus ibidem apud Franciſcanos legitur.

CDXXIII. Marcus Venetus, anno milleſimo ducenteſimo ſeptuageſimo ſecundo iter terrâ faciens, in Syriam, Perſiam, Indiam & ultimas Orientis provincias penetravit; librumque condidit *de regionibus Orientis*, typis editum cum Itinerariis Joannis Mandevillii & Ludolphi Suchenſis.

Joannes Mandevillius, Anglus, vir nobilis, profeſſione Medicus, ſcripſit *ſuum viginti trium annorum Itinerarium*; quod variis lingvis excuſum in omnium eſt manibus. Obiit Leodici anno milleſimo trecenteſimo ſeptuageſimo ſecundo, conditus apud Guilielmitas.

CDXXIV. Ludolphus, Suchenſis eccleſiæ rector, anno milleſimo trecenteſimo triceſimo ſexto ſcripſit librum *de Terra ſancta, & de profectione ad eandem*; excuſum cum Itinerariis Mandevillii & Marci Veneti.

Guilielmus Baldenſelius, Eques Hieroſolymitanus, anno milleſimo trecenteſimo triceſimo ſeptimo ſcripſit *Hodœpericon ad Terram ſanctam*, & Petro Abbati Aulæ regiæ, ordinis Ciſtertienſis, in diœceſi Pragenſi, dicavit: quod ex ms. codice Caniſius tomo 5. Antiq. lectionis primùm evulgavit. Sic noſtra ætate, inter alios, *Nicolaus Chriſtophorus Radzivilius*; Dux Olicæ ac Nieſviſii in Polonia, & *Nicolaus Cotovicus* Ultrajectinus, I. V. Doctor, ſuam ſinguli *Hieroſolymitanam peregrinationem* publici juris fecerunt.

CDXXV. Joannes XXI. dictus XXII. Papa, natione Gallus, patria Caturcenſis, anno milleſimo trecenteſimo decimo ſeptimo *librum ſeptimum Clementinarum* publicavit. Obiit anno milleſimo trecenteſimo triceſimo quarto; & ſucceſſorem habuit *Benedictum* XI. al. XII. patria Toloſanum, antea monachum ordinis Ciſtercienſis.

Joannes Andreas, Bononienſis, celeberrimus Jureconſultus, obiit anno milleſimo trecenteſimo quadrageſimo octavo. Scripſit *in libros quinque Decretalium* (quam lucubrationem *Novellas* appellavit) item *Lecturam in Regulas libri ſexti Decretalium*, quam *Mercuriale* vocavit, quòd illi operi diebus Mercurii ſolitus eſſet inſudare. Exſtant ejusdem *Gloſſæ in Clementinas*, & liber *de laudibus S. Hieronymi.*

Joannes Calderinus, Bononienſis, Joannis Andreæ filius adoptivus, ſcripſit ſimiliter *in libros Decretalium*; item *Conſilia* & *Deciſiones.* Sub idem tempus *Albericus Roxiatus*, Bergomas, ſcripſit *in ſextum Decretalium.* Vivebat anno milleſimo trecenteſimo quadrageſimo primo.

Lupoldus Bebemburgius, Epiſcopus Bambergenſis, Juris canonici peritiſſimus, obiit anno milleſimo trecenteſimo ſexageſimo tertio. Scripſit *de veterum Germaniæ Principum zelo ac fervore in Chriſtianam religionem*: item *de juribus Imperii Romani, ejusque translatione.* Exſtant ea Pariſiis 1540. Coloniæ 1564. & alibi typis publicata.

Ægidius Bellamerius, Romanus, I. V. Doctor, primùm Auditor Apoſtolicus, pòſt Epiſcopus Morinenſis & Vaurenſis, ac demùm Avenionenſis, poſteris reliquit commentarios *in Decretum & Decretales epiſtolas*; tractatum *de permutatione beneficiorum*, & alia Lugduni excuſa. Floruit anno milleſimo trecenteſimo ſeptuageſimo quarto.

CDXXVI. Georgius Pachymeres, Conſtantinopoli oriundus, ſed Nicææ ortus, educatus, atque in ſacerdotum numerum cooptatus, anno milleſimo ducenteſimo octogeſimo vixit, ſub *Michaële Palæologo*: à cujus temporibus *hiſtoriam* ſuam orditur. Opus hoc, ſed mutilum, adſervatur in bibliotheca Auguſtana apud Vindelicos: ex quo Hieronymus Wolfius quædam excerpſit, & Nicephoro Gregoræ ſubjecit. Partem illorum, quæ in Auguſtano codice deſiderabantur, cum Nicephori CP. Patriarchæ Breviario, Dionyſius Petavius Lutetiæ evulgavit.

Nice-

CDXXVII. NICEPHORUS CALLISTUS Xanthopulus vixit ſub annum milleſimum trecenteſimum quintum, & Andronico Palæologò ſeniori Imp. CP. hiſtoriam ſuam dicavit. Exſtant hodie libri octodecim, qui exordium ducunt à Chriſto nato, & deſinunt in anno ejusdem ſexcenteſimo viceſimo quinto. Reliqui ejus libri putantur periiſſe. Calliſtus porrò, ut fuit ſchiſmaticus, hiſtoriæ ſuæ immiſcuit errores Græcis proprios; ut de proceſſione Spiritus ſancti à ſolo Patre, & alios: de quibus Baronius in Annalibus conſuli poterit.

THEODORUS, Anagnoſtes ſive Lector eccleſiæ Conſtantinopolitanæ (ut Suidæ continuator teſtatur) ſcripſit *Collectanea hiſtoriæ Eccleſiaſticæ*, excerpta ab ore *Nicephori Calliſti Xanthopuli*. Incipit à morte Theodoſii junioris, & deſinit in Iuſtino Thrace, qui anno quingenteſimo decimo octavo impetare cœpit. Vixit autem Theodorus Anagnoſtes ſub annum milleſimum trecenteſimum viceſimum.

CDXXVIII. THEODORUS METOCHITA, ab Imp. Andronico Palæologo illius nominis primo magnus Logotheta creatus, ad poſteros tranſmiſit *compendium Romanæ hiſtoriæ, à Julio Cæſare usque ad Conſtantinum Magnum*; quod Joannes Meurſius, cum interpretatione ſua ac Notis, primus edidit. Item ſcripſit *Hiſtoriæ ſacræ libros duos, & Conſtantinopolitanæ hiſtoriæ librum unum:* quod opus utrumque in bibliotheca ejusdem Meurſii exſtat. Metochitæ paraphraſin *in Phyſica Ariſtotelis* Gentianus Heruetus Latinè reddidit. Ejusdem *centum viginti capita philoſophica & hiſtorica*, ut & alia non pauca, deliteſcunt in bibliothecis Germaniæ & Hiſpaniæ. Ab Andronico juniore Didymothicum (quod eſt maritimum Bithyniæ oppidum) relegatus, demùm obiit anno milleſimo trecenteſimo triceſimo ſecundo. Defunctum oratione funebri laudavit *Nicephorus Gregoras*; ipſumque nuncupat *Bibliothecam vivam*. De eodem Phranzes lib. 1. cap. 9. & Cantacuzenus lib. 1. cap. 69. & lib. 2. cap. 1. conſuli poterunt.

CDXXIX. NICEPHORUS GREGORAS ſcripſit *hiſtoriæ Byſantinæ libros undecim*, quibus res annorum centum quadraginta quinque complexus eſt, à Conſtantinopoli per Latinos capta, ſive à Theodoro Laſcare ſeniore, usque ad ſuam ætatem, ſive uſque ad obitum Andronici Palæologi junioris, qui in annum milleſimum trecenteſimum ſexageſimum primum incidit. Hos libros primus, cum ſua translatione, Hieronymus Wolfius publicavit. Fragmenta verò nonnulla, quæ in vulgatis editionibus deſiderabantur, cum Nicephori CP. Breviario, Lutetiæ Petavius edidit. De eo vide judicium Lipſii in Notis ad lib. 1. Politicorum.

CDXXX. JOANNES CANTACUZENUS, ex Imperatore monachus anno milleſimo trecenteſimo ſexageſimo factus, & pro Joanne *Joſaaphus* dictus, ſub nomine *Chriſtoduli*, libris quatuor condidit *hiſtoriam de imperio Andronici Palæologi junioris, & ſuo.* Hos libros Jac. Pontanus S. I. è Græco in Latinum vertit; ut & *Georgii Phranzæ* Chronica orientalis Imperii.

EMANUEL CHRYSOLORAS, tempore Bonifacii IX. Papæ, circa annum milleſimum trecenteſimum nonageſimum nonum in Italiam veniens, Græcarum litterarum doctrinam in eam provinciam invexit, cum Græcæ litteræ in Italia jamdiu exoleviſſent.

CDXXXI. GUIDO à CASTRO, Valentinus, Prior quintus Cartuſiæ majoris, ſcripſit *Meditationes pias*, Antverpiæ 1550. excuſas; item *vitam S. Hugonis Epiſcopi Gratianopolitani*, à Surio a. d. 1. Aprilis editam. Obiit anno milleſimo centeſimo triceſimo ſeptimo.

LUDOLPHUS natione Saxo, poſt triceſimum ſuæ in ordine Dominicano profeſſionis annum Cartuſianus Argentoratenſis, *vitam Chriſti è quatuor Evangeliſtis* concinnavit, & commentaria *in Pſalmos*, juxta ſpiritualem præcipue ſenſum, poſteris reliquit. Claruit anno milleſimo trecenteſimo triceſimo.

HENRICUS HASSUS, ex S. Th. Licentiato Cartuſianus & Prior in Domo monachorum B. Mariæ, ſcripſit varia à Bellarmino & aliis enumerata. Ex his *Regulæ ad diſcernendum peccatum mortale à veniali* exſtant excuſæ 1483. cum Antonini Confeſſionali: *Liber de contractibus & ordine cenſuum*, in appendice Ioannis Gerſonis: *Secreta ſacerdotum*, 1501. Daventriæ & alibi ſunt edita.

CDXXXII. LATINUS Frangipanus, Romæ nobili genere natus, ordinis *Prædicatorum*, à Nicolao III. patruo ſuo creatus Cardinalis, putatur compoſuiſſe proſam illam pro defunctis cantari ſolitam, *Dies iræ, dies illa*, & alias quaſdam *in honorem Deiparæ*. Obiit in Urbe anno milleſimo ducenteſimo nonageſimo quarto.

PETRUS PALUDANUS, ordinis Prædicatorum, Patriarcha Hieroſolymitanus, ſcripſit *commentarium in 3. & 4. libros Sententiarum*, Pariſiis 1530. & Venetiis excuſum: *Sermones per totum annum*, titulo *Theſauri novi*, Antverpiæ 1571. editum: item *tractatum de cauſa immediata Eccleſiaſtica poteſtatis*, Pariſiis 1506. publicatum. Ita Molanus in ms. Bibliotheca ſacra. Bellarminus addit, fuiſſe Burgundum natione, & vixiſſe ſub annum milleſimum trecenteſimum triceſimum.

Nicolaus Gorramus, ordinis Prædicatorum, *Philippo* Galliæ Regi à ſacris confeſſionibus fuit: ſcripſitque varia, ab Ant. Senenſi, Bellarmino & aliis enumerata. Ex his *commentarii in quatuor Evangeliſtas* 1537. Coloniæ; *in epiſtolas S. Pauli* 1502. Haganoæ & Pariſiis in fol. cum Sermonibus ſunt editi.

Robertus Holcotus, natione Anglus, profeſſione Dominicanus, poſteris reliquit *Prælectiones* 213. *in* 4. *libros Magiſtri ſententiarum; Lecturam in Cantica canticorum, & in ſeptem priora capita Eccleſiaſtici*, & alia; partim Lutetiæ, partim Lugduni typis publicata. Vixit ſub annum 1349. & obiit lue epidemica correptus, Carolo IV. imperante.

Henricus Suso, natione Suevus, ex ordine Prædicatorum, obiit Ulmæ anno milleſimo trecenteſimo ſexageſimo quinto. Scripſit *Horologium ſapientiæ, librum de novem rupibus; Meditationes de paſſione Domini*, & alia, Coloniæ 1535. edita, interprete Laurentio Surio.

CDXXXIII. Albertus Patavinus, Auguſtinianus eremita, Ægidii Romani diſcipulus, ſcripſit *Sermones in Evangelia Quadrageſimalia, & de Tempore*; Pariſiis 1544. Venetiis 1584. excuſos. Obiit Lugduni in Gallia anno milleſimo trecenteſimo viceſimo octavo: & Patavini, ob nominis celebritatem, ei ſtatuam marmoream poſuerunt. Ita Molanus in ms. Bibliotheca ſacra. Reliqua ejus ſcripta Trithemius, Poſſevinus & alii recenſent. *Sumpta Pariſiis infula magiſtrali tam clarus evaſit, ut Paulum Apoſtolum, Moyſen, Evangelia ac librum Sententiarum expoſitione ſplendidiſſima reſeraverit, & ante omnes ſuæ ætatis viros facundiſſimus prædicator exſtiterit:* ut Patavinæ ſtatuæ inſcriptio loquitur.

Simon Fidatus, Caſſiæ in Hernicis natus, Auguſtinianis eremitis Florentiæ ſe adjunxit; ubi & obiit anno milleſimo trecenteſimo quadrageſimo octavo. Scripſit *libros quindecim de geſtis Domini Salvatoris*, 1540. Coloniæ & alibi excuſos: *de ſpeculo Crucis; de juſtitia & dominio; librum epiſtolarum ad diverſos*, & alia; quæ Bellarminus præter ceteros recenſet.

Simon Cremonensis, ex ordine eremitarum S. Auguſtini, ſcripſit poſtillam *ſuper Evangelia Dominicalia*, 1484. Reutlingæ in fol. excuſam. Obiit Patavii circa annum milleſimum trecenteſimum quadrageſimum octavum.

Thomas Argentinenſis, natione Germanus, Auguſtinianorum Eremitarum Prior generalis, obiit Viennæ in Auſtria anno milleſimo trecenteſimo quinquageſimo ſeptimo. Commentaria ejus *in libros Magiſtri ſententiarum*, Argentinæ 1490. Papiæ & Venetiis 1594. ſunt edita. Exſtant inſuper ejuſdem *Sermones, Epiſtolæ, Meditationes, & Solutiones quæſtionum ex Scriptura ſacra.*

Gregorius Arimini in Romandiola natus, Lutetiæ Doctor Theologus creatus, Thomæ Argentinenſi in ſuprema ordinis Auguſtiniani præfectura ſuffectus, obiit anno milleſimo trecenteſimo quinquageſimo octavo, Viennæ in Auſtria; ubi communem habet tumulum cum prædeceſſore ſuo & Jordano Saxone. Pro more illius ævi ſcripſit *commentaria in libros Sententiarum*, Pariſiis, Valentiæ 1500. Venetiis 1503. edita: *librum de Uſuris* 1522. Arimini excuſum, & alia.

Henricus Vrimarius ſeu Frimarius, Thuringus, Auguſtinianus eremita, ſcripſit *Sermones de paſſione Domini, de Sanctis & de quadruplici inſtinctu;* Pariſiis 1514. Haganoæ 1513. & alibi editos. Sunt qui Vrimario etiam attribunt *Præceptorium*, nomine Nicolai Lirani editum.

CDXXXIV. Astesanus Italus, patria Aſtenſis, ord. Minorum, ſcripſit *Summam caſuum conſcientiæ*, libris octo comprehenſam, & Venetiis editam. Vivebat anno milleſimo trecenteſimo triceſimo.

Bartholomæus Piſanus, à S. Concordio, ordinis Prædicatorum, Juris pontificii Doctor, ſcripſit *Summam*, quæ *Piſanella* dicitur. Hanc *Angelus Clavaſius ſuæ Summæ Angelicæ* pro parte inſeruit. Exſtant ejuſdem *Sermones Quadrageſimales*, Lugduni in 4. editi. Piſanus anno milleſimo trecenteſimo quadrageſimo ſeptimo; Clavaſius autem anno milleſimo quadringenteſimo nonageſimo quarto deceſſit.

CDXXXV. Ægidius Muisius, Abbas S. Martini Tornacenſis, ſcripſit *Chronicon de geſtis Comitum Flandrenſium ab anno nongenteſimo ſeptuageſimo ſecundo uſque ad annum milleſimum trecenteſimum quadrageſimum tertium:* quod ms. ibidem adſervatur.

Joannes Villaneus, Florentinus, Italico ſermone ſcripſit *Annales Florentinos*, ſive *Hiſtoriam ſui potiſſimum temporis*: quam libris duodecim uſque ad annum milleſimum trecenteſimum quadrageſimum octavum ipſe deduxit, & frater ejus *Matthæus* continuavit.

Carolus IV. Imp. ſcripſit *vitæ ſuæ hiſtoriam*, Helmſtadii à Reneccio editam. Obiit anno milleſimo trecenteſimo ſeptuageſimo octavo; cùm biennio antè filium *Wenceslaum* Romanorum Regem creandum procuraſſet.

CDXXXVI. Joannes Becanus, Canonicus Ultrajectenſis, à temporibus S. Willibrordi uſque ad annum circiter milleſimum trecenteſimum quadrageſimum ſecundum, conſcripſit *res geſtas Epiſcoporum Ultrajectenſium, & Comitum Hollandiæ.* Quod opus ad noſtra uſque tempora Suffridus Petrus deduxit.

Ægidius monachus ordinis Ciſtertienſis in Aurea Valle, Ducatus Luxemburgenſis cœnobio, ſcripſit *Geſta Epiſcoporum Leodicenſium*, uſque ad annum milleſimum ducenteſimum

mum

mum quadrageſimum ſextum. Ægidii ſcriptionem Joannes Hocsemius, Leodici ad S. Lambertum Canonicus, continuavit uſque ad annum milleſimum trecenteſimum quadrageſimum octavum. Utrumque ſcriptorem, cum aliis ejusdem argumenti, Joannes Chapeavillus 1613. publici juris fecit.

Jacobus Guisius, Montenſis, Hanno, Doctor Theologus ex ordine S. Franciſci, Latinè ſcripſit *Chronica Hannoniæ*; quæ tribus tomis comprehenſa aſſervantur mss. Montibus Hannoniæ apud Franciſcanos. Horum epitome exſtat Gallicè Pariſiis edita, hoc titulo: *Extraict des Chroniques de Jaques de Guiſe.* Obiit Valentianis apud Hannones anno milleſimo trecenteſimo nonageſimo nono, juxtà ſtilum Romanum.

Jacobus Hemricurtius, Eques ordinis S. Joannis Hieroſolymitani, ſcripſit Gallico ſermone *Speculum nobilium familiarum Hasbaniæ & vicinarum provinciarum;* quod ms. in ditione Leodicenſi & alibi paſſim viri nobiles legunt. Vixit ſub annum 1350.

CDXXXVII. Bartholus Saxoferrati (quod eſt Umbriæ oppidum, olim *Sentinum* nuncupatum) natus, Jureconſultus Peruſinus famoſiſſimus, obiit anno milleſimo trecenteſimo quinquageſimo quinto. *Conſilia* ejus & *Quæſtiones* omnium manibus teruntur.

Baldus Ubaldus, Peruſinus, Bartholi auditor, Jureconſultus celeberrimus, præter ea quæ ad Jus civile pertinent, ſcripſit *commentaria in libros Decretalium.* Vixit uſque ad annum milleſimum quadringenteſimum, aut circiter.

CDXXXVIII. Guido de Monte Perpiniano, Catalaunus, XII. Prior generalis Carmelitarum, poſt Epiſcopus Majoricenſis & Elnenſis, Inquiſitor generalis Fidei, ad Cardinalem Albanenſem ſcripſit volumen ingens *de omnibus hæreſibus*; Pariſiis in fol. 1528. à Badio excuſum. Vixit ſub Joanne XXII. Papa, ſepultus Avenione.

Joannes Baconius, ſeu Bacandorpius, Anglus, ordinis Carmelitarum, Juris utriuſque & Theologiæ Doctor Pariſienſis, ſcripſit varia, quæ Trithemius, Petrus Lucius & Joannes Pitſeus enumerant. Ex iis exſtat *commentarius in libros Sententiarum*, Mediolani 1510. in folio, Pariſiis & Venetiis editus: item *Compendium legis Chriſti*, & *Quodlibeta*, Venetiis excuſa. Obiit Londini circa annum 1346.

CDXXXIX. Nicolaus Cabasilas (cujus in hiſtoria ſua meminit Jo. Cantacuzenus l. 3. c. 73. & 99.) ſcripſit libros ſex *de vita in Chriſto*; item librum *de Euchariſtia Baptiſmo & Unctione.* Quæ & alia Jac. Pontanus S. J. Latinè reddidit, & Ingolſtadii publicavit. Idem Cabaſilas ſcripſit *Liturgiæ ſeu ſacrificii divini expoſitionem:* quam Gent. Hervetus Latinè vertit. Exſtant hæc omnia tomo 14. Bibliothecæ PP. editionis Colonienſis, ſed cautè legenda. Fuit enim Cabaſilas ſchismaticus, & Eccleſiæ Romanæ hoſtis: ideoque opera ejus univerſa cautiſſimè ſunt legenda, ut Bellarminus in catalogo monuit. Vixit ſub annum milleſimum trecenteſimum quinquageſimum.

CDXL. Callistos duos invenio Patriarchas Conſtantinopolitanos: ex iis unus ſub Manuele II. Palæologo; alter ſub Joanne Cantacuzeno anno milleſimo trecenteſimo ſexageſimo vixit. Apud Gretſerum, tomo 2. de Cruce, exſtat *homilia in Exaltationem honorificæ Crucis*, ab alterutro conſcripta: quam ex Cæſarea bibliotheca Viennenſi erutam Gretſerus Latinè reddidit, & lingua utraque publici juris fecit.

CDXLI. Franciscus Petrarcha, Aretii ex Florentinis parentibus natus, Archidiaconus Parmenſis, Canonicus Patavinus, Joanni XXII. Papæ, Stephano Columnæ Cardinali, & aliis multis viris principibus ſummè carus, uno eodemque die Romam & Lutetiam ad accipiendam lauream evocatus, primus lingvæ Latinæ inſtaurator, varia ſcripſit in quatuor tomos digeſta. Conſenuit, & obiit in Euganeis montibus Angradæ anno 1374. *Ita Molanus in ms. Bibliotheca ſacra.* Luſit aliquando elegantiſſimis verſibus Italicis amores ſuos erga *Lauram*, ſeu veros ſeu confictos: ut haberet materiam exercendæ Muſæ. Sed pœnitentia ductus, & tempus in cantiunculis illis conſumptum deflevit, & in ſolitudine poſitus vitam Chriſtiano pioque homine dignam egit; & multa opera gravia atque utilia ſcripſit, ac tandem anno Domini 1374. ætatis ſuæ 70. piè ſanctèque obiit. *Ita Bellarminus in catalogo.*

Joannes Bocacius, Etruſcus, Petrarchæ coævus, ſcripſit libros novem *de caſibus virorum illuſtrium*, 1514. in fol. Auguſtæ Vindelicorum & alibi editos. Obiit anno 1376. ætatis 72. ſcripſitque de viris & mulieribus illuſtribus.

CDXLII. Bonaventura Patavinus, Cardinalis, antea Prior generalis Eremitarum S. Auguſtini, ſcripſit *Speculum B. Mariæ* 1476. Auguſtæ editum; *Meditationes de vita Chriſti:* & *in libros Sententiarum tomos quatuor*, typis excuſos. Ita Molanus in ms. Bibliotheca ſacra. Ad clavum Ordinis ſui, anno milleſimo trecenteſimo ſeptuageſimo ſeptimo, à Patribus Veronæ congregatis adhibitus, exinde ab Urbano VI. anno 1384. galero purpureo donatus, demùm anno 1389. cùm ſe fortiſſimum eccleſiaſticæ libertatis defenſorem præſtaret, ſagittâ ab incerto emiſſâ in ponte Ælio transfixus, animam Deo reddidit; Romæ apud ſuos ad S. Triphonem tumulo marmoreo conditus. Fratrem habuit germanum, nomine *Bonſemblantem*, ejuſdem inſtituti monachum: cujus ſcripta Jordanus Saxo, Joſephus Pamphilus &

Cornelius Curtius recenſent. Bonſemblantis virtutes Petrarcha lib. 11. Senilium, epiſtolâ 14. ad noſtrum Bonaventuram datâ, graphicè depingit. Fuit autem Bonaventura oriundus ex nobili apud Patavinos familia *Baduaria Peraghina:* ut Scardeonius l. 1. c. 7. Antiq. Patav. & alibi docet. Inter alios amicos eruditos in primis coluit *Petrarcham*, cui defuncto & funebrem laudationem dixit: ut idem Scardeonius l. 2. tradit. Exſtat & S. Catharinæ Senenſis epiſtola ad hunc noſtrum Bonaventuram.

CDXLIII. S. Birgitta vidua, de qua Martyrol. Rom. 23. Jul. in Suecia illuſtriſſimo genere nata, fundatrix ordinis S. Salvatoris, *per gratiam Spiritus ſancti promeruit multis cogitationes & affectiones intimas, & geſta ſecretiſſima propalare, Viſiones ac Revelationes varias videre & audire, ac ſpiritu prophetico multa prædicere, quorum nonnulla effectu jam completa fuere:* ut Bonifacius IX. Papa in diplomate canonizationis ejusdem loquitur. Scripſit *volumen Revelationum*, quod à Joanne Cardinale de Turrecremata recognitum, & à Conſalvo Duranto, Theologo, Notis illuſtratum, Romæ & Coloniæ 1628. typis exſtat publicatum, unà cum *Regula ordinis S. Salvatoris*, & cum ſynopſi privilegiorum ejusdem ordinis. Obiit autem ipſa anno 1373.

CDXLIV. Gerardus Magnus, Daventriæ ad Iſalam fl. in Germania noſtra inferiore natus, adoleſcens Lutetiæ in Sorbona ſacris litteris ac pietate inſtructus, æqualibus vitæ ac doctrinæ exemplum mirificum dedit. Ad ſuos reverſus, Ultrajectenſem & Aquiſgranenſem Canonicatus, ut vocant, obtinuit. His opimis beneficiis eccleſiaſticis demum abdicatis, *Clericos* ſeu *Fratres vitæ communis* Daventriæ in patria inſtituit, qui ſcholas Latinas juventuti aperirent, & non bonis tantùm litteris, ſed & benè vivendi moribus diſcipulos inſtituerent. Quod inſtitutum poſtea per Germaniam inferiorem latiſſimè propagatum fuit. Scripſit *Proteſtationem de veridica prædicatione; Concluſa & Propoſita;* item *de ſtudio ſacrorum librorum:* quæ tria opuſcula leguntur typis edita cum operibus Thomæ Kempenſis. Reliqua ejus opera in bibliothecis variorum apud Belgas cœnobiorum exſtant manuſcripta; videlicet *De contractibus & uſuris; De inſtitutione Novitiorum; De locatione curæ paſtoralis; De incommoditatibus matrimonii; De focariis; contra Turrim Trajectenſem; De paupertate; De quatuor generibus meditabilium; De vitio detractionis; Sermones de nativitate Chriſti, de die Palmarum, & alii; Epiſtola de ſchiſmate, & aliæ ad diverſos: de Simonia; de beneficiis curatis; De cohabitatione & exercitiis devotorum; Concordia Evangeliſtarum de paſſione Domini; commentarius in lectiones Officii eccleſiaſtici de defunctis; De compunctione & eruditione ſcholarum*, & alia. Ex his non pauca exſtant Lovanii ad S. Martinum, in Rubea & Viridi Valle prope Bruxellam, Huii apud Crucigeros, Coloniæ & Lierdæ apud Cartuſianos, & alibi. Idem Gerardus *Joannis Rusbrochii Ornatum ſpiritualis deſponſationis, & librum de XII. virtutibus*, aliaque ejusdem ſcripta ex Teutonico in Latinum tranſtulit: quæ verſiones in Viridi Valle, & Namurci apud Crucigeros manuſcriptæ leguntur. Ad meliorem vitam anno 1384. die 20. Auguſti, ætatis ſuæ 44. tranſiit; à Thoma Kempenſi, Joanne Buſchio, Iodoco Badio, aliisque eximiè laudatus.

CDXLV. Richardus Radulphus, Archiepiſcopus Armachanus in Hibernia, obiit anno milleſimo trecenteſimo quinquageſimo nono. Scripſit varia, ſed cautè admodum legenda (ut Bellarminus in catalogo & alibi monuit) eò quòd multos errores variis locis habeat de poteſtate presbyterorum, de paupertate Chriſti, de ſtatu Religioſorum mendicantium &c. De quibus conſuli poterit Thomas Waldenſis, & idem Bellarminus lib. de monachis cap. 45. & 46.

CDXLVI. Joannes Rusbrochius, exemplo SS. Benedicti, Franciſci & aliorum, magis divinam ſapientiam, quàm humanam ſcientiam adamavit. Bruxellæ apud Brabantos presbyteris templi majoris adſcriptus, nefandam ac veneream mulieris cujusdam, cognomento *Blomardinæ*, hæreſim jugulavit, ac velut in herba oppreſſit. Annos natus ſexaginta, cum Joanne Hincartio conſanguineo ſuo, & Francone Frigidomontano, ejusdem templi ſacerdotibus, in eremum, ad *Viridem Vallem*, tertio ferè lapide à Bruxellâ in meditullio ſilvæ Soniæ ſitam, ſe contulit; & cœnobio Canonicorum regularium ibi excitato, ſuis titulo Prioris laudatiſſimè præfuit. Hic more aquilæ, renovata mentis juventute, tam clarè in æternos Solis radios aciem intelligentiæ fixit, ut alterum quaſi Joannem Evangeliſtam ſuo ævo expreſſiſſe videatur. Scripſit autem vir divinæ contemplationi addictiſſimus, lingva ſua patria, *Summam totius vitæ ſpiritualis; Speculum ſalutis æternæ; De nuptiis ſpiritualibus; commentaria in Tabernaculum fœderis, & alia varia*, quæ Latinè à Surio reddita Coloniæ 1552. & 1609. typis ſunt edita.

Famâ, ut fit, ſanctitatis ac doctrinæ longè lateque ſparsâ, *Gerardus Magnus* ſuprà c. 444. laudatus, *Joannes Taulerus*, & alii viri magni, ad viſendum & audiendum Rusbrochium, in Viridem Vallem variis è locis idemtidem confluxerunt. Ex his Gerardus, exemplo ac ſancta converſatione Canonicorum regularium in dicta Valle commotus, cùm ad ſuos rediiſſet, auctor ac ſuaſor fuit monaſteriorum ejusdem ord. in *Emſteimo* prope Dordracum, & in *Windeſemio* prope Suollam, ædificandorum; ut ex Joannis Buſchii Chronico Windeſemenſi datur intelligi. Quibus quidem cœnobiis multiplicatis, Congregatio ſeu *Capitulum Windeſemenſe* eſt inſtitutum, octoginta ampliùs virorum cœnobia ſub ſe complectens:

inter

inter quæ, antiquitatis ac fundationis ordine, primum est *Viridis Vallis* cœnobium. Caterùm Rusbrochius anno Christi 1381. ætatis 88. sanctissimè in Domino obdormivit. *Hunc doctorem* (ut Bellarminus in catalogo loquitur) *carpsit Joannes Gerson, & defendit Dionysius Cartusianus. Id enim accidere solet iis, qui scribunt de mystica Theologia, ut eorum dicta ab aliis reprehendantur, ab aliis laudentur; quia non eodem modo ab omnibus accipiuntur.*

CDXLVII. JOANNES THAULERUS, Colonienſis, ordinis Prædicatorum, ſcripſit Germanica lingva *Sermones & varia opuſcula pia*: quæ Laurentius Surius Latinè reddidit, Coloniæ identidem recuſa. Vixit anno milleſimo trecenteſimo ſeptuageſimo. Hunc virum (Bellarmini in catalogo verba ſunt) *ut ſuſpectum circa fidem, contempſit Joannes Eckius; ſed egregiè eum defendit Ludovicus Bloſius.*

CDXLVIII. JOANNES TAMBACUS, Teutonicus, ordinis Prædicatorum, primus ſacras litteras Pragæ in Bohemia docuit. Libros ſuos quindecim *de conſolatione Theologiæ*, alio nomine *Speculum patientiæ*, anno milleſimo trecenteſimo octogeſimo ſexto abſolvit. Exſtant ii libri Pariſiis 1493. Coloniæ 1502. Noribergæ 1509. editi.

NICOLAUS HANAPUS, natione Gallus, in diœceſi Remenſi natus, profeſſione Dominicanus, dignitate Patriarcha Hieroſolymitanus, obiit anno milleſimo ducenteſimo octogeſimo octavo. Collegit ex utriusque Teſtamenti libris *Exempla virtutum ac vitiorum*, Tubingæ 1533. Pariſiis 1547. & alibi excuſa. Vocantur vulgò *Biblia pauperum*; falsò S. Bonaventuræ à quibusdam adſcripta: ut ex mss. codicibus Neapolitanis Ant. Senenſis in ſua bibliotheca tradit.

CDXLIX. PAULUS CARTHAGENA ſub annum milleſimum quadringenteſimum vixit, cognomento *Burgenſis* à patria, unde ortum habuit, & ubi Epiſcopum egit; profeſſione antea Judæus, copiis, nobilitate, doctrinæ opinione in ea gente facilè princeps. Is D. Thomæ Aquinatis ſcripta de Theologia pervolutando, facilè intellexit, quantum Chriſtiana religio Judaicæ ſuperſtitioni præſtaret. Noſter effectus, religionis, quam ſuſceperat, placita litteris illuſtravit: libroſque edidit in ſuo genere mirandos. Erat enim ingenio facili, copioſo, perſpicaci, & divinarum litterarum cognitione præſtabat; Trevigni Archidiaconus primùm, deinde Carthaginienſis Epiſcopus, poſtremò Burgenſis creatus. Id probitatis eruditioniſque præmium fuit; addita conſequentibus annis ſcrinii regii præfectura: perſpectæ fidei argumento, quod rarum in ea gente eſt. Ejuſque illa vox fuiſſe dicitur; *Ex ea gente progniatis nullam Reipublicæ partem committendam videri, moribus ex fraude atque mendacio compoſitis, ſimulare mentirique natis, neque bello bonis, neque pace.* Tres filios ex unis nuptiis reliquit, priuſquam noſter eſſet, ſuſceptos, *Alfonſum*, *Gonſalvum*, & *Alvarum*. Ex his *Alfonſus* primùm Decanus Segobienſis, poſtea in defuncti patris locum ſubrogatus, Burgenſis Epiſcopus fuit; exſtatque ejus de Hiſpaniæ Regibus opus non inelegans, cui *Anacephaleoſi* nomen fecit. *Gonſalvum*, virtutum merito, Placentini Epiſcopum habuerunt. *Alvarus Garſias*, familiæ propagator exſtitit; ſanguine, uti erant ejus tempeſtatis mores, cum nobilibus Hiſpaniæ familiis confuſo; cujus exſtant *commentaria de rebus à Joanne II. Caſtellæ Rege geſtis*, non ineleganter conſcripta. Hæc nos Mariana l. 19. c. 8. docuit.

CDL. HIERONYMUS à ſancta Fide, ex Judæo Chriſtianus, ſub annum milleſimum quadringenteſimum duodecimum ſcripſit *libros duos contra Judæorum perfidiam & Talmuth*: qui exſtant tomo 14. Bibliothecæ PP. à Colonienſibus editæ. Ex horum librorum recitatione quinque ampliùs millia Judæorum converſa ſunt ad fidem Chriſti.

CDLI. VINCENTIUS FERRERIUS, de quo Mart. Rom. 5. April. Valentinus, Hiſpanus, ex Dominicano ordine, ſub initium ſæculi decimiquinti apud omnes ferè nationes Europæ, ad quas Evangelii lumen intulit, eximia ſanctitatis atque eruditionis fama inclaruit. Conſtat, patrio ſermone concionantem ab externis gentibus auditum libenter, atque intellecta quæ diceret: quod paucis ab Apoſtolorum temporibus contigit. Doctrina miraculis confirmata; cæcorum aperta lumina; claudis gradiendi facultas data; omne genus morbi depulſum; mortui ad vitam revocati. Quò minùs mirum ſit, ejus operâ innumerabilem hominum multitudinem, altiſſimis eatenus ignorantiæ tenebris oppreſſam, cœleſti illuſtratam lumine, Chriſto nomina dediſſe. In una Hiſpania Mauri ad octo millia, Judæi ad triginta quinque millia, ac præſertim *Palentiæ* multò maxima Judæorum pars Chriſtiana ſacra ſuſcepit. Scripſit autem *Sermonum tomos tres*, Lugduni, Antverpiæ & Venetiis editos; *tractatum de vita ſpirituali ſeu interiore homine*, brevem quidem, ſed plenum optima inſtitutione; *Epiſtolas varias* & alia. Sanctiſſimè in Domino obdormivit anno milleſimo quadringenteſimo decimo nono; à Calliſto III. in Divos 1455. relatus. Res ejus geſtas, poſt Petrum Rauſanum, litteris conſignavit *Vincentius Juſtinianus Antiſtius*, & juſſu Conſulum Valentinorum typis 1575. publicandas curavit.

CDLII. JOANNES FROSSARDUS, Valentianis in Hannonia natus, Canonicus ac Theſaurarius Chimacenſis, commentarios rerum geſtarum ab anno milleſimo trecenteſimo vicesimo quinto uſque ad annum milleſimum quadringenteſimum perduxit. Ejus narrationes à Paſchate anni milleſimi quadringenteſimi proſequitur JOANNES MONSTRELETUS, Cameracenſi urbi tunc præpoſitus, qui ſexaginta quatuor annorum hiſtoriam contexuit. His tertio velut pedatu acceſſit PHILIPPUS COMINÆUS, laudatiſſimus hiſtoricus. Poſt iſtos

Joannes Molinetus, Valentianis in Aula Comitis Canonicus, res ætate sua gestas ab anno millesimo quadringentesimo septuagesimo tertio usque ad millesimum quingentesimum quintum scripto complexus est: ubi & anno millesimo quingentesimo septimo vivere desiit, conditus in dictæ Aulæ sacello, ad tumulum præceptoris sui *Georgii Castellani*, qui de rebus gestis Philippi Boni Burgundiæ Ducis, & Jacobi Lalaini commentarios posteris reliquit. De his aliisque Belgis, qui res suo ævo gestas Gallicis (ut tum Latinæ tacebant ac jacebant) litteris consignarunt, fusiùs egi in Elogiis illustrium Scriptorum Belgii.

CDLIII. Petrus Ancharanus, Bononiensis, Baldi auditor, anno millesimo quadringentesimo decimo floruit. Scripsit *commentaria in Decretales & Clementinas*; itemque *Consilia*.

Antonius Butrius, Bononiensis, Ancharano coævus, similiter *Decretales & Clementinas* suo studio illustravit. Exstat ejusdem *Repertorium Juris canonici*.

Franciscus Zabarella, patria Patavinus (ex cujus schola Nicolaus Abbas Panormitanus prodiit) dignitate Archiepiscopus Florentinus, & S. R. E. Cardinalis, anno millesimo quadringentesimo decimo septimo Constantiæ obiit. Corpus inde in Italiam avectum, honorifico tumulo Patavii est conditum. Scripsit *commentaria in Decretales & Clementinas*; item *Consilia & Repetitiones varias*; item *libellum de Horis canonicis*. Tractatum ejus *de Schismate* Censores Tridentini non admittunt, nisi purgatum. De quo vide & Bellarmini judicium in catalogo.

Joannes Imolensis, Jureconsultus celeberrimus, pro more illius ætatis similiter scripsit *in Decretales & Clementinas*: obiitque anno millesimo quadringentesimo tricesimo sexto.

CDLIV. Petrus Alliacus, Theologus & Cancellarius Academiæ Parisiensis, dein Cametacensis Episcopus, S. R. E. Cardinalis & Legatus Apostolicus per Galliam, scripsit *opera varia theologica & philosophica*, quæ Sixtus Senensis, Possevinus, Bellarminus & alii enumerant. Litteris insuper consignavit *vitam S. Petri Celestini*, à Surio a. d. 19. Maii editam. *Unum est* (ut Bellarminus in catalogo loquitur) *in quo Alliacus reprehenditur, quod videlicet sensisse videatur, Christi nativitatem præscisi potuisse ex genethliacis observationibus &c.* De qua re vide Sixtum Senensem & alios. Cæterùm Alliacus anno 1425. Avenione moriens bibliothecam suam legavit Navarræo Parisiis collegio; quam ibi magna cum voluptate aliquando vidimus. Tumulus ejus Cametaci in basilica majore visitur, quò corpus extremis tabulis devehi mandarat.

CDLV. Joannes Gerso (sic dictus à pago natali in agro Remensi) adolescens Lutetiam studiorum causa missus, præter cæteros *Petrum Alliacum* nactus est præceptorem. Tantumque profecit in sacris litteris, ut Cancellarius Academiæ Parisiensis creatus fuerit, & *Doctoris Christianissimi* cognomentum retulerit. Labores immensos, quos ad eradicationem schismatis, Ecclesiam tunc infestantis, exhausit, densa de illo argumento scripta ejus declarant. Est verò tribuendum iniquitati temporum, & calamitati quæ tunc Ecclesiam utgebat, quòd quædam placita tradiderit, quæ nunc non probantur. Constantiensi demùm Concilio (ad quod cum aliis Theologis convenerat, & in quo causam Clericorum vitæ communis, à Gerardo Magno institutorum, præter alia, fortiter egerat) absoluto, pertæsus turbarum Parisiensium, & quòd sibi, post Ludovici Ducis Aurelianensis cædem 1407. patratam, metueret à Burgundionibus, in quorum odium incurrerat, ob impugnatum *Joannem Parvum*, Theologum Franciscanum, Joannis Intrepidi Burgundiæ Ducis patronum, sponte sua primum in Germania exulavit. Lugdunum postea, à fratre suo Cælestinorum monachorum illic præfecto invitatus, se contulit. Ibi quod reliqvum erat vitæ, meditando, scribendo, sacras conciones habendo, puerós sacra catechesi in S. Pauli templo quotidie instruendo, rem denique Christianam omni ratione promovendo, exegit. Ac demùm ad meliorem vitam transiit anno millesimo quadringentesimo vicesimo nono. Sepultus est non in templo Cælestinorum, ut malè scripsit Trithemius, sed in æde S. Laurentii, quæ Paulinæ ædi est contigua, ante locum, in quo nunc stat concionale suggestum. Tumulum ejus Calviniani per rabiem 1562. everterunt, & ossa refossa in Ararim projecerunt. Quæ fors Gersoni cum multis cœlitibus Lugdunensibus communis fuit.

CDLVI. Thomas Anglicus, patria Galensis, ex ordine Prædicatorum, vixit sub annum millesimum quadringentesimum. Ejus esse creduntur (ait Sixtus Senensis) *commentaria in Genesim, Esaiam, Hieremiam, Epistolas canonicas, Apocalypsin & Boëthium de consolatione Philosophiæ*; quæ vulgus Thomæ Angelico Doctori attribuit.

Hadrianus Cartusianus, exemplo Fr. Petrarchæ, scripsit librum *de remediis utriusque fortunæ*, excusum sine nomine loci & anni. Vixit anno millesimo quadringentesimo decimo, in Cartusia vicina Monti S. Gertrudis, quod est oppidum in confinibus Brabantiæ & Hollandiæ situm.

CDLVII. Joannes Capreolus, Tolosanus, ex oppido Ratinensi oriundus, ordinis Prædicatorum, floruit Parisiis sub annum millesimum quadringentesimum decimum. Pro consuetudine illius ævi, scripsit *commentaria in 4. libros magistri sententiarum*, Venetiis 1484. & 1514.

& 1514. edita. In quibus S. Thomæ Aquinatis doctrinam ex ipsius S. Thomæ scriptis explicat, & egregiè tuetur.

Joannes Ragusinus, Dalmata, Theologus ordinis Prædicatorum, post S. R. E. Cardinalis, in Basileensi concilio per dies octo anno 1433. doctissimam habuit *Orationem de communione sub utraque specie*, contra Hussitas; à Canisio editam tomo 3. Lect. antiquæ.

Henricus Calteisenius, Doctor Th. Colonienſis ex ordine Dominicano, in Basileensi concilio per triduum anno 1433. habuit *Orationem contra Hussitas de libera prædicatione verbi Dei:* quam Canisius tom. 4. Lect. antiquæ publicavit.

CDLVIII. Joannes Beccus, Constantinopolitanus Patriarcha, collegit *Epigraphas seu Sententias pro processione Spiritus sancti ex Patre & Filio.* Gregorius Palama, Episcopus Thessalonicensis, schismaticus, scripsit refutationem istarum Sententiarum Joannis Becci. Sed *Bessarion* Cardinalis insignem Apologiam pro Becco contra Palamam composuit. Hæc tria opuscula exstant mss. Monachii in bibliotheca Ducis Bavariæ. Contra eumdem scripsit & *Gregorius Acyndinus*, Græcus: de quo vide Gretserum in Notis ad Jo. Cantacuzenum.

Gregorius Scholarius nomen *Gennadii* assumpsit, cùm Patriarcha Constantinopolitanus anno millesimo quadringentesimo quinquagesimo secundo esset electus. Concilio Florentino anno 1440. interfuit. Varia ejus opera seorsim Romæ & alibi exstant edita, & junctim tom. 14. Bibliothecæ PP. à Colonienſibus publicatæ. Obiit anno 1460.

CDLIX. Bessarion Trapezuntius, natione Græcus, Georgii Gemisti Plethonis discipulus, ex monacho ordinis S. Basilii Archiepiscopus Nicenus, post Patriarcha Constantinopolitanus, & S. R. E. Cardinalis anno 1439. ab Eugenio IV. creatus fuit. Ut erat vir longè eruditissimus, in Florentina Synodo pro Latinis stetit. Nemo certè suorum æqualium illo pietate spectabilior, nemo admirabilior doctrina, nemo denique generosis moribus ornatior exstitit: singularis litterarum & litteratorum, Græcia præsertim exulantium, patronus & hospes. Præter *commentarios de fidei Christianæ articulis contra Marcum Ephesium*, multas lucubrationes in omni doctrinæ genere publicavit. In primis vero *Platonem* à calumniis Georgii Trapezuntii vindicavit, *Aristotelis* metaphysica, & *Xenophontis* quædam in Latinum sermonem convertit. Legatus ex Gallia rediens, morbo correptus, Ravennæ obiit anno Christi millesimo quadringentesimo sexagesimo sexto, ætatis septuagesimo septimo; conditus Romæ in Basilica SS. Apostolorum. Bibliothecam suam, optimis libris refertam, moriens Reipublicæ Venetæ legavit.

CDLX. Georgius Gemistus, philosophus, mathematicus & historicus, cognomine *Pletho*, patria Constantinopolitanus, Bessarionis Cardinalis magister, scripsit *libros duos de gestis Græcorum post pugnam ad Mantineam.*

Georgius Phranza, Protovestiarius, hoc est, regiarum vestium custos, scripsit *Chronicon de rebus Byzantinis ac Peloponnesiacis*, quarum magnam partem viderat. Finivit hoc opus anno Christi millesimo quadringentesimo septuagesimo septimo; ut ipse in calce testatur. Exstat typis Ingolstadii editum, interprete Jac. Pontano.

Laonicus Chalcocondylas, Athenienſis, *historiam Turcicam libris decem* Græcè condidit. Orditur ab Othomanno, qui sub annum millesimum trecentesimum regnare cœpit, & desinit in anno millesimo quadringentesimo sexagesimo tertio, quo Mahometus II. bellum à Matthia Hungariæ Rege ac Venetis illatum repulit. Vixit ipse Laonicus ad annum usque millesimum quadringentesimum nonagesimum, vel ultrà. Laonici historiæ subnectitur appendix usque ad annum millesimum quingentesimum sexagesimum quintum. Notat autem Bellarminus in catalogo, Laonicum ab homine hæretico Latinitate donatum, & annotationibus in margine auctum, ideoque à Censoribus Tridentinis notatum.

CDLXI. Nicolaus Secundinus, Græcus, post captam Constantinopolim (ubi magno in honore vixerat) in Italiam transiit, & tam exactè linguam Latinam didicit, ut Florentiæ, sub Eugenio IV. Pontifice, argumenta Græcis & Latinis utrimque interpretaretur. Epitomen ejus *de rebus Turcicis, ab Othomanno usque ad captam Constantinopolim*, unà cum auctario, Joannes Ramus IC. Lovanii 1553. in 8. edidit.

Eberhardus Altahenſis, Archidiaconus Ratisponenſis, scripsit *Annales*, ab anno millesimo ducentesimo septuagesimo tertio ad millesimum trecentesimum quintum: quos Canisius tomo 1. Lect. antiquæ, ex ms. codice Augustano, primus evulgavit.

Joannes Brando, Dunenſis in Flandria monachus, ordinis Cistertienſis, *Chronicon* ab origine mundi ad annum millesimum quadringentesimum decimum tertium deduxit: quod Ægidius Royus, ejusdem cœnobii sodalis, ad annos octodecim continuavit.

CDLXII. Alfonsus Vargas, Toletanus, Archiepiscopus Hispalenſis, ex ordine Eremitarum S. Augustini, scripsit *commentarium in primum librum Sententiarum*, Venetiis 1490. excusum; quem suis auditoribus anno millesimo trecentesimo quadragesimo quinto Lutetiæ dictaverat. Obiit Hispali anno millesimo trecentesimo quinquagesimo nono.

Nicolaus Tudescus, natione Siculus, patria Catanenſis, Abbas ordinis Benedictini, post Archiepiscopus Panormitanus, demùm Cardinalis, sed in schismate à Felici V. Antipapa creatus, Juris pontificii peritissimus, obiit anno millesimo quadringentesimo quadra-

gesimo quinto. Ejus opera tomis octo Veneti 1592. evulgarunt: de quibus vide Bellarmini in catalogo judicium.

Joannes de Anania', Archidiaconus Bononiensis, edidit *volumen Consiliorum, & commentaria in Decretales.* Vivere desiit anno millesimo quadringentesimo quinquagesimo quinto.

CDLXIII. Philippus Ribotus, Doctor Theologus ordinis Carmelitarum, Provincialis præfectus Catalauniæ in Hispania, scripsit *libros decem de institutione & peculiaribus gestis Carmelitarum*, Venetiis 1507. excusos, Trithemius illum refert ad annum millesimum trecentesimum sexagesimum quintum. Narrat autem Ribotus, se quatuor potissimùm auctoribus usum fuisse. *Joanne* Episcopo Hierosolymitano, *Cyrillo* Constantinopolitano presbytero, *Gulielmo Sanvicensi* Anglo, & *Siberto Becano* Gelriensi, Doctore Theologo.

Thomas Waldensis, patria Londinensis, Carmelitarum in Angliâ præfectus, invictus hæreticorum antagonista, publicavit *tres tomos doctrinales contra VVicleffistas & Hussitas*; à Martino V. Pontifice laudatos. Exstant ii typis editi Lutetiæ, Salmanticæ, & Venetiis 1571. cum scholiis *Joannis Bap. Rubei*, Magistri generalis ejusdem ordinis. Obiit magna sanctitatis opinione Thomas Rotomagi, anno millesimo quadringentesimo tricesimo.

CDLXIV. Ægidius Carlerius, Doctor Theologus, Decanus ecclesiæ Cameracensis in Concilio Basileensi anno 1433. per quatriduum respondit ad articulum Bohemorum *De corrigendis peccatis publicis.* Exstat ea oratio tomo 4. Conciliorum, & emendatior tomo 3. Antiq. lectionis apud Canisium. Scripsit idem diversas *Casuum*, ut vocant, *consultationes*, duobus voluminibus comprehensas, & Bruxellæ 1478. excusas. Priori titulum dedit *Sportæ fragmentorum:* posterius *Sportulam fragmentorum* inscripsit. Exstat insuper Lovanii, in Valle Martiniana, *Scutum veritatis*, à Carlerio scriptum.

Joannes Polemarius, Archidiaconus Barcinonensis in Hispania, per triduum in Concilio Basileensi anno 1433. declamavit contra Hussitas *de civili clericorum dominio.* Oratio exstat to. 4. Canisiano.

CDLXV. Leonardus Brunus Aretinus, vir Græcè ac Latinè pereruditus, apud Innocentium VII. magister epistolarum, ita officio functus est, ut succedentibus tribus Pontificibus, amplificata dignitate, eamdem operam exinde præstiterit. Ad suos in Etruriam reversus, Reipublicæ Florentinæ Cancellarius exstitit, & *historiam de gestis Florentinorum* scripsit. Ut *libros quatuor de bello Italico adversùs Gothos*, Parisiis 1534. excusos; itemque *dialogum de moribus*, & *Epistolarum libros octo*, Basileæ 1535. editos, omittam: Leonardi beneficio *Morales Aristotelis libros*, ex Græco in Latinum optima fide traductos, hodieque legimus. Obiit senex Florentiæ, divitiis & gloria plenus, anno Domini millesimo quadringentesimo quadragesimo tertio, ætatis septuagesimo quarto. Sepulchrum marmoreum in æde S. Crucis spectatur, cum hac inscriptione: *Postquam Leonardus è vita migravit, Historia luget, Eloquentia muta est: ferturque Musas, cùm Græcas tum Latinas, lacrymas tenere non potuisse.*

Franciscus Aretinus (alius à Leonardo) nomen à patria Aretio, Etruriæ urbe, mutuatus videtur. Vir fuit infinitæ lectionis, magnique judicii: Joanni Antonio Campano familiaris. Præter *Diogenis Cynici & Phalaridis epistolas* Latinè redditas, insuper vertit *Chrysostomi in Joannem commentarios, itemque viginti homilias*, & alia. Exstat ejusdem liber *De balneis Puteolanis.* Vixit & superiore sæculo apud Venetos *Petrus Aretinus*, homo atheus ac maledicentissimus: ut qui calamum in omnes ferè sui temporis Principes stringere ausus fuerit; inde *Flagellum Principum* vulgò appellatus. In hunc *Joachimus Perionius* disertam scripsit orationem.

Joannes Antonius Campanus, Cavellis obscuro Capuani agri vico natus, Pii II. & Sixti IV. Pontificum favore, primùm Tudertinus, post Fulginiensis, postremò Tipherninas Episcopus, scripsit *vitam Pii II.* & alia varia, Venetiis 1495. excusa. Obiit Senis anno millesimo quadringentesimo septuagesimo septimo.

CDLXVI. Mechtildis, monialis ordinis Benedictini in Helfeldensi cœnobio, Comitatus Mansfeldensis, circa annum millesimum trecentesimum divinis revelationibus clara, scripsit *Spiritualis gratiæ libros quinque;* Parisiis 1513. Coloniæ 1536. Venetiis & Lipsiæ editos.

S. Catharina Senensis, de qua Martyrol. Rom. 29. April. monialis ordinis S. Dominici, anno millesimo trecentesimo octogesimo in Domino obdormivit; in cœlites, anno millesimo trecentesimo sexagesimo primo, à Pio II. relata. Scripsit *Dialogos, tractatibus sex comprehensos*; Ingolstadii 1583, & Coloniæ 1601. typis evulgatos. *Epistolarum ejus volumen* Veneti 1506. publicarunt.

CDLXVII. Gregorius Protosyncellus & postea Patriarcha, item Josephus Methonensis Episcopus, scripserunt singuli *Responsionem pro Concilio Florentino ad librum Marci Ephesii.* Utriusque lucubratio Græcè & Latinè legitur ad calcem ejusdem Concilii.

S. Ber-

CDLXVIII. S. Bernardinus, de quo Martyrol. Rom. 20. Maji. patria Senensis, professione monachus Franciscanus, fuit ecclesiastes seu concionator prorsus admirandus. Quantum fructus in Dominicum intulerit horreum, vita ejus à *Jo. Capistrano* & Lud. Vincentio scripta palam docet. Obiit autem Aquilæ in Vestinis anno millesimo quadringentesimo quadragesimo quarto, in Divos 1450. à Nicolao V. relatus. Opera ejus omnia tomis 4. sunt edita Venetiis 1591. in 4.

Joannes Capistranus, ex S. Francisci ordine, cognomen tulit à patrio solo *Capistrano*, Aprutii oppido. Duabus maximè rebus ævo suo præstabat, excellenti doctrina (fuit enim omnis juris divini atque humani consultissimus) & vitæ morumque innocentia. Magistro vitæ ac disciplinæ usus fuit *S. Bernardino* Senensi; à quo cælestes sapientiæ fontes hausit. In Florentinorum Patrum consessu velut sol quidam effulsit. Volumen, quod *Speculum clericorum* inscripsit, & alia ingenii monumenta Veneti typis publicarunt. Quatuor Pontificibus summis *Martino V. Eugenio IV. Nicolao IV. Calisto III. gratissimus*, demum in Hungariam missus, ad Taurunum seu Belgradum, quà Deum rogando, quà milites adhortando, nostris insignem de Turcis victoriam procuravit. Viennensis populi mores correxit; apud Moravos Bohemosque Hussitarum hæresim coërcuit; magnumque eorum numerum ad Romani Pontificis auctoritatem traduxit. Lapsam quoque sui Ordinis disciplinam ad primam pietatem revocavit. Vixit annos septuaginta; & obiit *VVilacæ* (quod est oppidum diœcesis Quinqueecclesiensis) anno millesimo quadringentesimo quinquagesimo sexto; colituruque ut Beatus Capistrani, ex decreto Leonis X. Papæ. Scripsit varia Venetiis & alibi edita, quæ Trithemius, Willotus & Bellarminus enumerant. Historiam vitæ ejus Henricus Sedulius ex variis scriptoribus concinnavit, & historiæ suæ Seraphicæ inseruit.

CDLXIX. S. Antoninus patria Florentinus (sic dictus ob pusillam staturam) ordinis Prædicatorum, primùm Apostolici palatii Auditor, post Florentinus Archiepiscopus, ad meliorem vitam transiit anno millesimo quadringentesimo quinquagesimo nono; ab Hadriano VI. in Sanctorum classem 1523. relatus. Scripsit *Chronica*, tomis tribus distincta: *Summam Theologicam*, in tres partes divisam; *Summam confessionalem*, & alia, quæ Sixtus & Antonius Senenses enumerant.

CDLXX. Laurentius Justinianus, Venetus, ex Canonico regulari primus patriæ urbis Patriarcha, doctrina, sanctitate ac miraculis clarus, obiit anno Christi millesimo quadringentesimo quinquagesimo quinto. Opera ejus, in volumina quindecim tributa, Veneti, Lugdunenses & alii excuderunt.

Bernardus Justinianus, patricius Venetus, à Senatu ad Romanum Pontificem varioque Principes Orator frequenter missus, scripsit *libros quindecim de origine atque incremento urbis ac Reipublicæ Venetæ*, 1534. ibidem typis editos: *vitam S. Marci Evangelistæ*: item *vitam patrui sui Laurentii Justiniani*, Patriarchæ Veneti, cum ipsius Patriarchæ operibus publicatam. Obiit anno millesimo quadringentesimo octogesimo.

CDLXXI. Jordanus Saxo, Quedelimburgius, Augustinianus eremita, scripsit *commentarios in Apocalypsin; Sermones de Tempore & Sanctis; Meditationes de passione Domini*; item *Vitas Patrum sui ordinis*, Romæ 1587. excusas. Obiit Viennæ in Austria.

Nicolaus Dinchelspuhelius, Suevus, Viennensis in Austria Academiæ Rector, concilio Constantiensi interfuit: scripsitque *de præceptis Decalogi*, *Oratione Dominica*, *octo Beatitudinibus*; item *Confessionale*, & alia Argentorati 1516. edita. Vixit anno millesimo quadringentesimo vicesimo: *cujus Sermones hodie* (ut Æneas Silvius epist. 165. loquitur) *avidè à doctis leguntur*.

CDLXXII. Alfonsus Tostatus, ex Doctore Salmanticensi Episcopus Abulensis, tanta rerum sacrarum cognitione excelluit, ut eo sæculo doctior aut sapientior sit inventus nemo. Memoriam quoque tam habuisse fertur, qua lecta à se cuncta veluti thesauro contineret. Laboris verò patientia usque eò enituit, ut, quod de Didymo Alexandrino jactatum ferunt, ænea habere intestina putaretur. Matricalium nobili quidem vino est memorabile, sed longè celebrius Tostati natalibus, viri multiscii: cujus numerosa & variis de rebus cùm sacra tum profana scripta Didymo illi Alexandrino, ut diximus, parem faciunt. Tot enim, tantaque sunt ejus *in sacram Scripturam commentaria*, ut si vel à primo natali dies numerando, terna cuique folia attribuas, plura scripsisse comperias. Leguntur hæc ejus opera, semel iterumque à Venetis edita: *quinque volumina in libros quinque Moysis*: *commentarius in Josue*, *in lib. Judicum*, *in Ruth*, *in quatuor libros Regum*, *in Paralipomena*: *quinque libri in S. Matthæi Evangelium*. Concilio Basileensi, cum *Joanne Capreolo* Theologo Dominicano, interfuit. De mira & inusitata ejus disputandi acrimonia cum *Cardinale de Turre-cremata* Marianam lib. 2. c. ultimo lege, si voles. Obiit anno millesimo quadringentesimo quinquagesimo quarto; hoc elogio ab Hispanis donatus: *Hic stupor est mundi, qui scibile discutit omne*.

CDLXXIII. MAPHÆUS VEGIUS Laudenſis, Martini V. Datarius, & primariæ ædis in Urbe Canonicus, oſſa S. Monicæ ex Oſtiis Tiberinis Romam transferenda curavit, & Romæ anno primo Pii II. Pontificis obiit; conditus ibidem apud Auguſtinianos in ſacello S. Monicæ; *cujus & Officium eccleſiaſticum* compoſuit. Idem ſcripſit *libros ſeptem de perſeverantia religionis*, *libros ſex de educatione liberorum*, *Diſputationem inter ſolem*, *terram & aurum*; *Dialogum veritatis*: quæ omnia Pariſiis ſunt edita. Ejusdem *libri quatuor Antoniados*, verſu ſcripti, 1559. Antverpiæ prodierunt.

CDLXXIV. ÆNEAS SILVIUS, ex nobili Picolomineorum familia Senis natus, vir doctus, prudens & magnanimus, Imperatori primùm à Secretis, dein Epiſcopus Senenſis & S. R. E. Cardinalis, demum Papa Pius illo nomine ſecundus, cùm expeditionem ſacram adverſus Turcos Chriſtiani nominis hoſtes moliretur, obiit Anconæ anno milleſimo quadringenteſimo ſexageſimo quarto. Baſileenſes opera ejus 1551. excuderunt, ſed marginibus pravas notationes adjecerunt, & *tractatum de capite S. Andreæ Apoſtoli Romam allato*, & *canonizationem*, *ut vocant*, *S. Catharinæ Senenſis*, aliaque nonnulla omiſerunt, quæ Joannes Antonius Campanus in vita *Pii* II. commemorat. Quæ porrò Æneas, cum juvenis eſſet, pro Concilio Baſileenſi ſcripſerat, retractavit ſenex & Pontifex maximus: exſtatque doctiſſimum ejus *diploma Retractationis* in tomis Conciliorum. Bellarminum in catalogo & alios conſule. Æneæ *liber de ſitu & origine Prutenorum* 1551. Viennæ ſeorſim fuit editus: item *commentaria rerum memorabilium*, *quæ temporibus ejus contigerunt*, Fr. Picolomineus recognovit, & Romæ 1584. edenda curavit.

JOANNES GOBELINUS *Pii* II. Secretarius fuit. Exſtant, ſub nomine Gobelini, *commentaria de Pii II. rebus geſtis*; ſed putant nonnulli eſſe fœtum ipſius Pii.

CDLXXV. BARTHOLOMÆUS FACIUS, Genuenſis, ad Alfonſum Regem ſcripſit *dialogum de vitæ felicitate*, à Plantino 1556. editum; *de hominis excellentia*, ad Nicolaum V. Pontificem; *de rebus geſtis Alfonſi I. Neapolitanorum Regis*; & *de geſtis Genuenſium adversùs Venetos*. Vixit anno milleſimo quadringenteſimo quadrageſimo, acer *Laurentii Vallæ* adverſarius; contra quem ſcripſit *de immortalitate animæ*: ut Leander Albertus teſtatur.

MATTHÆUS PALMERIUS, Florentinus, vixit tempore concilii Florentini, ut ipſe in Chronico teſtatur. Scripſit autem *Chronicon*, ab anno quadringenteſimo quadrageſimo nono, ubi Proſper Aquitanus deſinit, uſque ad annum milleſimum quadringenteſimum quadrageſimum nonum. Matthæi ſcriptionem MATTHIAS PALMERIUS, *Piſanus*, ab anno milleſimo quadringenteſimo quinquageſimo ad milleſimum quadringenteſimum octogeſimum ſecundum produxit.

FLAVIUS BLONDUS, Forolivienſis, Eugenii IV. *Papæ* Secretarius, ſcripſit *Hiſtoriam Romanam*, ſive de geſtis Romanorum ab inclinatione imperii ad ſua uſque tempora, hoc eſt, ab anno Domini quadringenteſimo ſeptimo uſque ad milleſimum quadringenteſimum: *Item de Roma triumphante*; *de Roma inſtaurata*; *de Italia inſtaurata*; *de origine & geſtis Venetorum*; & alia, Baſileæ 1531. & alibi edita. Obiit Romæ anno milleſimo quadringenteſimo ſexageſimo tertio.

CDLXXVI. NICOLAUS CUSANUS (ſic dictus à natali municipio, ad ripam Moſellæ ſito) vir variè doctus, ex Archidiacono Leodicenſi Epiſcopus Brixinenſis, & S. R. E. Cardinalis à Nicolao V. creatus, pro Sede Apoſtolicâ varias legationes, in his Germanicam & Conſtantinopolitanam, ſumma cum laude obiit. Tuderti demùm in Umbria deceſſit anno Chriſti milleſimo quadringenteſimo ſexageſimo quarto, ætatis ſexageſimo tertio. Cor ſepultum Cuſæ in patria, ubi domum hoſpitalariam copiosè dotarat. Opera ejus junctim Baſileæ 1565 & alibi ſunt edita. Quod ad librum ejus *de concordia catholica* attinet, lege epiſtolam ipſius Cuſani ad Card. Rodericum, itemque cenſuram Bellarmini in catalogo.

AMBROSIUS, Camaldulenſis ordinis Abbas generalis, Chryſoloræ Byzantini diſcipulus, vir Græcè ac Latinè doctus, non ſolùm multa ex Græco in Latinum vertit, ſed etiam Græcè ad Græcos Florentiæ declamavit. Scripſit *Orationes*, *Epiſtolas* & alia varia, quæ Poſſevinus, Bellarminus, & cæteri recenſent. Volaterranus dicit eum fuiſſe oriundum ex Porticu, Flaminiæ oppido: alii Florentinum faciunt.

CDLXXVII. JOANNES de Turre-cremata, Hiſpanus, ordinis Prædicatorum, ex Magiſtro ſacri palatii Cardinalis, in concilio Florentino, ab Eugenio IV. creatus, *titulo Annuntiatæ Virginis* inſtituit Romæ piorum hominum ſodalitium, qui in feſto Annunciationis Deiparæ, virgines inopes Romanas, addita dote, nuptui quotannis tradunt. Obiit Romæ anno milleſimo quadringenteſimo ſexageſimo octavo. Scripſit varia Lutetiæ, Venetiis, Lugduni, Coloniæ & alibi edita.

CDLXXVIII. THOMAS KEMPENSIS natus eſt *Kempis*; quod permodicum eſt in diœceſi Colonienſi oppidum. Studiorum curſu Daventriæ peracto ſub diſciplina Clericorum vitæ communis: ad *Montem S. Agnetis*, qui proximè Suollenſi urbi imminet, conceſſit, & Canonicis regularibus ſeſe adjunxit; ibidemque anno Chriſti 1471. ætatis 92. in Domino obdormivit. Sacræ lectionis, cellæque ſuæ ita amans fuit, ut hoc ſymbolum ſæpius

ſæpius ore proferret, libriſque ſuis inſcriberet: *In omnibus requiem quæſivi, ſed non inveni, niſi in angello cum libello.* Scripſit varia, unum in corpus ab Henrico Sommalio digeſta, & Antverpiæ 1600. edita. Inter quæ eminet verè aureus *de imitatione Chriſti* libellus: quem ſanctiſſimi viri *Car. Borromæus*, *Ignatius Loiola*, *Ph. Nerius*, *Rob. Bellarminus*, & alii quotidie lectitare ſunt ſoliti. Vitam illius ſcripſerunt *Judocus Badius*, *Franciſcus Tolenſis* & *Heribertus Roſweidus*; quorum poſtremus & *Chronicon Montis S. Agnetis*, à Kempenſi ſcriptum, curavit 1615. edendum Antverpiæ, cum Joannis Buſchii Chronico Windeſemenſi. Cæterùm præter Thomæ opera à Sommalio publicata, exſtant inſuper non pauca in variis Belgii bibliothecis, hactenus typis non edita.

CDLXXIX. Dionysius Richelius, Cartuſianus, quem *Doctorem ecſtaticum* vocant, *univerſa ſacræ Scripturæ libros* illuſtravit, & adeo multa variis de rebus poſteritati legenda reliquit, quam ut legere quidquam alienum, inter tot diurnas nocturnaſque monaſticas exercitationes, potuiſſe videatur, ac retrò plura legiſſe, quàm ut ſcribendi otium ſuppeteret. De ejus vita ſcriptiſque lege, ſi placet, libellum voluminibus operum adhærentem, quem *Theodoricus Loërius*, Cartuſianus Colonienſis, ſcripſit. Vixit autem Dionyſius, ad extremum uſque ætatis tempus, in Ruremundenſi apud Gelros Cartuſia, & ad beatam vitam tranſiit anno milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo primo.

Jacobus Gruitrodius, Cartuſiæ Leodicenſis Prior, ſcripſit *Speculum quintuplex, Prælatorum, ſubditorum, ſacerdotum, ſæcularium hominum, & ſenum:* quod falsò eſt editum nomine Dionyſii Cartuſiani; ut Paulus Langius, Trithemii æqualis, in Chronico Citizenſi, & Molanus in ms. Bibliotheca ſacra rectè monuerunt. Scripſit & alia, quæ Trithemius, Theodorus Petreius in Bibliotheca Cartuſiana, & alii enumerant. Obiit autem Gruitrodius anno milleſimo quadringenteſimo nonageſimo ſecundo.

CDLXXX. Baptista Platina (ſic eum vocat Jacobus Philippus Bergomas, illius temporis chronographus) patria Cremonenſis, Abbreviator, ut vocant, Apoſtolicus, & Vaticanæ bibliothecæ præfectus, ad Sixtum IV. ſcripſit librum *de vitis Pontificum Romanorum*: cui Notas & auctarium uſque ad Pium V. adjecit *Onuphrius Panvinius*. Exſtant ejuſdem *Dialogi de falſo & vero bono*, *contra amores*, *de vera nobilitate*, *de optimo cive*; *Panegyricus in Beſſarionem Cardinalem*; *Oratio de bello Turcis inferendo*; *Epiſtolæ ad diverſos*, & alia. Obiit lue epidemica correptus, anno milleſimo quadringenteſimo octogeſimo primo.

Wernerus Rolevincus, Weſtfalus, Cartuſianus Colonienſis, ſcripſit *Faſciculum temporum*, ab initio mundi uſque ad annum milleſimum quadringenteſimum octogeſimum quartum: quod opus *Joannes Linnarius* uſque ad annum milleſimum quingenteſimum decimum quartum continuavit. Scripſit inſuper *Paradiſum conſcientiæ*; *Formulam vivendi Canonicorum*; de regimine ruſticorum: de viſitatione monaſtica; de fraterna correctione; de laudibus Weſtfaliæ, & alia partim Coloniæ, partim Pariſiis & Antverpiæ edita.

CDLXXXI. Gerardus Suffanus, ab urbe patria ſic dictus, ex primis Clericis vitæ communis, apud Daventrienſes à Gerardo Magno inſtitutis, ſcripſit pios duos libellos, *de reformatione virium animæ*, *& de ſpiritualibus aſcenſionibus*; Lutetiæ & Coloniæ 1539. typis editos. De quibus præclarum dat teſtimonium, in Gerardi vita, Thomas Kempenſis: *Licet, inquit, brevi vixerit tempore, gratiſſima tamen nobis reliquit doctrinæ monumenta. Erat enim ſtudioſus valdè in ſcripturis ſanctis; ſicut patet in duobus libellis ab eo editis, quorum unus incipit:* Homo quidam, *& alius:* Beatus vir, *intitulatur.* Obiit autem Gerardus ætatis 31. Chriſti anno 1398.

Gabriel Biel, ſidus illuſtre inter Clericos vitæ communis, quos cap. 450. laudavi, S. Theologiæ Licentiatus ac profeſſor publicus apud Germanos in Academia Tubingenſi, *Lectiones in Canonem Miſſæ*, diſcipulis ſuis à ſe dictatas, publicavit: exſtantque Lugduni, Baſileæ, Pariſiis, Brixiæ 1580. & 1576. Venetiis excuſæ. Commentaria ejusdem *in libros 4. Magiſtri ſententiarum*; *Sermones de Tempore & Sanctis*, & alia Brixiæ in 4. poſtremò typis ſunt publicata. Vivere deſiit anno milleſimo quadringenteſimo nonageſimo quinto. Cæterùm quod ad Academiam Tubingenſem attinet, eam anno milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo ſeptimo *Everardus Comes Wirtembergenſis*, Hieroſolymis reverſus, fundavit; *Gabrielo Bielio* Theologo, *Joanne Nauclero* Juris pontificii Doctore, aliiſque viris præſtantiſſimis illuc, ad publicas ſcientiarum ac diſciplinarum profeſſiones, evocatis. Everardus porrò ex Comite Dux Wirtembergenſis anno 1495. à Maximiliano I. Cæſare, & Eques Velleris aurei anno 1491. à Philippo Pulchro, Maximiliani filio, creatus, anno demùm 1496. è vita deceſſit.

CDLXXXII. Angelus Clavasius, & Baptista Trovamala, Ligures, item Pacificus, tres monachi ordinis Minorum, ſub annum Chriſti milleſimum quadringenteſimum octogeſimum, ſinguli ſcripſerunt *Summam caſuum conſcientiæ.* Primi nuncupatur *Angelica*, ſecundi *Roſella* vel *Baptiſtiana*, tertii *Pacifica.* Ex his Clavaſius Cunii anno milleſimo quadringenteſimo nonageſimo quarto deceſſit.

CDLXXXIII. JOANNES Friburgenſis, Teutonicus, ordinis Prædicatorum, Epiſcopus Oſſiunenſis in Hungaria, ſcripſit *Summam Prædicatorum*, Reutlingæ 1487. & *Summam Confeſſariorum*, Lugduni 1518. excuſam. Sepultus fuit Friburgi anno milleſimo trecenteſimo decimo quarto; multis, ut fertur, miraculis coruſcus. Niderus ei cognomentum *Runſic* tribuit. Sic ferè Molanus in ms. Bibliotheca ſacra.

MARSILIUS Inghemius, natione Germanus, Canonicus & Theſaurarius Colonienſis, Heidelbergenſis Academiæ in Palatinatu Rhenano primus plantator, pro genio ſui ævi ſcripſit *commentaria in quatuor libros Sententiarum*, non inutilia; Argentorati 1501. edita. Claruit anno milleſimo trecenteſimo nonageſimo quarto.

ANTONIUS RAMPELOGUS, Genuenſis, Auguſtinianus eremita, in concilio Conſtantienſi adversùs Huſſitas diſputavit, & ſcripſit *Figuras Bibliorum*; 1516. Argentotati 1558. 1570. Lugduni, & ſub nomine *Antonii Ampigolli* 1511. Pariſiis in 4. à Badio editas.

CDLXXXIV. ANDREAS BARBATIUS, Siculus, anno milleſimo quadringenteſimo ſexageſimo floruit; ſcripſitque *in Decretales*; item *de Cardinalium præſtantia*, & *Conſilia varia*.

ALEXANDER Tartaginus, patria Imolenſis, præter alia ſcripſit *in ſextum Decretalium & Clementinas*; item *Conſilia*, & alia varia. Vivebat anno milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo.

CDLXXXV. JOANNES Franciſcus Pavinus, civis & Canonicus Patavinus, à Paulo II. Romam evocatus, & Judex ſacri palatii creatus, ſcripſit *Baculum paſtoralem* ſive *librum de Viſitationibus*; Pariſiis 1503. 1508. in 4. editum: *tractatum pro Canonizatione S. Bonaventuræ*, & *Conſilium in cauſa B. Simonis Tridentini*, à Judæis occiſi.

ARNOLDUS LUIDIUS, Tungrenſis, Theologus Colonienſis, & ibidem ad S. Cunibertum Canonicus, obiit ſenex Leodici ad S. Lambertum Canonicus, & bibliothecam ſuam Canonicis regularibus in oppido Tungrenſi legavit. Scripſit *librum adversùs ſpeculum Joannis Reuclini*; 1512. Coloniæ editum.

CDLXXXVI. CYRILLUS Conſtantinopolitanus, eremita montis Carmeli, ſcripſit *de incolis ejusdem montis, à tempore Joannis XLIV. Patriarchæ Hieroſolymitani uſque ad tempora Henrici VI.* Imperatoris; quo ipſe Cyrillus floruit. HENRICUS SANVICENSIS, natione Anglus, aliquot annis vixit in Terra ſancta, & in monte Carmelo. Acone anno 1251. à Saracenis capta, in Angliam rediit, & ſcripſit *Chronicon de multiplicatione ordinis Carmelitani per Syriam & Europam, & de vaſtatione monaſteriorum Terræ ſanctæ.* Vixit temporibus Imp. Rudolphi. SIBERTUS BECANUS, patria Gelrienſis, Doctor Theologus, ævo Henrici VII. Imp. vixit; ſcripſitque *librum de inſtitutione & peculiaribus geſtis Carmelitarum.* Horum trium auctorum lucubrationes *Philippus Ribotus* ſuo operi, ſuprà c. 463. laudato, inſeruit. De ſcriptis *Joannis XLIV. Patriarchæ* Hieroſolymitani ex profeſſo agit *Petrus VVaſtelius* in ſuis Vindiciis Carmelitanis, quas eruditi omnes avidè exſpectant.

GERARDUS Laodicenus Epiſcopus, ad Guilielmum presbyterum, ſcripſit *librum de converſatione virorum Dei in Terra ſancta commorantium.* JOANNES MOLINUS, Brito Armoricus, & JOANNES DE THIMETO, ut in mss. codicibus vocatur, aliis Joannes de Chimero, Profeſſor ſacræ Theologiæ, ſcripſerunt ſinguli *Speculum ordinis Carmelitani.*

JOANNES BACONIUS, ſuprà c. 438. laudatus, poſteris reliquit *tractatus duos de Regula ordinis Carmelitani*: item *compendium hiſtoriarum & Jurium pro defenſione ejuſdem ordinis.*

BERNARDUS OLERIUS, ad N. Cardinalem, cognatum S. Andreæ Feſulani, ſcripſit libellum *pro defenſione ordinis Carmelitani adversùs quoſdam æmulos.* Finis ſcriptionis fuit, ut Cardinalis iſte Bernardi libello redderetur doctior, ad Urbanum VI. Papam plenius iis de rebus informandum.

JOANNES VINETUS, Brito Armoricus, ſcripſit *breve Chronicon de origine ac progreſſu ordinis Carmelitani.* In fine ſui Chronici narrat, anno milleſimo ducenteſimo triceſimo octavo, propter Saracenorum incurſus, quoſdam monachos, relicto monte Carmelo, partim in Cyprum, partim in Siciliam, partim in Galliam ad Maſſilienſes transfretaſſe: demum anno milleſimo ducenteſimo quadrageſimo *Ivonem* & *Radulphum* monachos ejuſdem ordinis, cum duobus viris nobilibus Anglis, *Joanne Veſcio* & *Richardo Greye*, in Angliam tranſmiſiſſe, & prima illius ordinis cœnobia apud Britannos condidiſſe.

JOANNES GROSSUS, Toloſanus, Prior generalis Carmelitarum, ſcripſit *brevem catalogum de Sanctis & de Prioribus generalibus ſui ordinis.* Atque horum quidem auctorum libelli, iſto capite à me recenſiti, junctim leguntur in *Speculo ordinis Carmelitani*, quòd *Baptiſta Cabanenſis*, Venetus, ejuſdem ordinis Doctor Theologus, 1507. in fol. typis excudendum curavit.

CDLXXXVII. JOANNES Buſchius, Trithemio Arnoldus, Canonicus regularis in cœnobio Windeſemenſi, prope Suollam Tranſiſalanæ provinciæ oppidum, vixit anno milleſimo qvadringenteſimo ſexageſimo quarto. Scripſit librum *de origine cœnobii & Capituli ſeu Congregationis VVindeſemenſis*; 1622. Antverpiæ editum. Buſchii liber alter, *de viris illuſtribus cœnobii VVindeſemenſis*, quos ipſe pleroſque aut novit aut vidit, legitur ms. Lovanii ad S. Martinum.

Hen-

Digitized by Google

CDLXXXVIII. HENRICUS HARPIUS, ordinis Minorum, obiit Guardianus, ut vocant, Mechliniæ anno milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo octavo. Scripſit *Sermones de Tempore & Sanctis*; item *de tribus pœnitentiæ partibus, & triplici adventu Chriſti*; Haganoæ 1509. in folio editos. Tres ejus libros *de Theologia myſtica* Petrus Paulus Philippus, ordinis Prædicatorum Doctor Theologus, repurgavit, & Romæ 1585. edendos curavit. Scripſit & alia, de quibus Willotus & Bellarminus in catalogo conſuli poterunt.

CDLXXXIX. JACOBUS PEREZIUS, natione Valentinus, Hiſpanus, Auguſtinianus eremita, poſt Epiſcopus Chriſtopolitanus, floruit anno milleſimo quadringenteſimo nonageſimo. Ad Rodericum Borgiam Cardinalem, poſt Alexandrum VI. Papam, ſcripſit *commentaria in Pſalmos, & in Cantica Salomonis, Zachariæ, B. Virginis, & Simeonis:* item *libellum contra Judæos de Chriſto reparatore generis humani.* Quæ omnia Pariſiis, Lugduni & Venetiis ſæpius ſunt recuſa.

CDXC. JACOBUS SPRENGERUS, Germanus, ordinis Prædicatorum, vixit anno milleſimo quadringenteſimo nonageſimo quinto: & cudit, cum Henrico Inſtitore, *Malleum maleficarum.* Quod opus *Raphaël Maffæus* Venetus recenſuit, & 1574. Venetiis edidit. HENRICUS INSTITOR, Sprengeri collega, ſcripſit inſuper *librum contra Monarchiam Antonii Roſelli*, IC. Patavini; 1499. Venetiis editum, & alia plurima.

JOANNES Cagnatius, Tabiæ (quod oppidum eſt Liguriæ, generoſis vinis nobile) natus, monachus Dominicanus, compoſuit *Summam*, à nomine patriæ *Tabienſem* inſcriptam.

CDXCI. JOANNES PICUS, Mirandulæ & Concordiæ Princeps, ob corporis & animi venuſtatem *Phœnix* appellatus, varia ſcripſit, Argentorati & Baſileæ tomis duobus excuſa. Obiit Florentiæ anno milleſimo quadringenteſimo nonageſimo quarto, & bibliothecam ſuam Prædicatoribus legavit. *Ita Malanus in ms. Bibliotheca ſacra.* Vir ingenio & doctrina (pro ætate) maximus: vixit enim annos ſolùm triginta tres. Quid, ſi hoc ingenium alius ttiginta annis excoli potuiſſet? Omnino enim nihil ei defuit niſi maturitas. *Sic Bellarminus in catalogo.*

JOANNES Franciſcus Picus, Mirandulanus, ſcripſit multa, cum operibus patrui Joannes Pici excuſa. Crudeliter trucidatus fuit anno milleſimo quingenteſimo viceſimo tertio.

CDXCII. MARSILIUS FICINUS, patre Medico Florentiæ anno milleſimo quadringenteſimo triceſimo tertio natus, obiit anno milleſimo quadringenteſimo nonageſimo nono. Vir fuit peritus non vulgariter cùm ſacræ Theologiæ (ut Bellarminus in catalogo loquitur) tum Platonicæ philoſophiæ. Opera ejus ab Aldo Manutio Venetiis 1516. & Baſileæ 1561. ſunt excuſa.

CDXCIII. JACOBUS BRACELLIUS, Genuenſis, Senatus patrii Scriba, libris quinque *Hiſtoriam belli Hiſpanienſis*, quod cum Alfonſo, Aragoniæ, Siciliæ ac Neapolis Rege, Genuenſes geſſerunt, complexus fuit; vir ingenii, prudentiæ & eloquentiæ gloria illuſtris. Vixit ſub annum milleſimum quadringenteſimum quadrageſimum, quo & civis ejus *Bartholomæus Facius*, ſuprà laudatus, eidem Alfonſo Regi ab epiſtolis, floruit.

BAPTISTA FULGOSIUS, Dux Reipublicæ Genuenſis, Perini itidem Ducis filius, Valerium Maximum imitatus, *Dictorum & factorum memorabilium libros novem* lingva Italica conſcripſit: quos *Camillus Gilinus*, Mediolanenſis, Latinitate donavit; Baſileæ, Antverpiæ, Pariſiis & alibi editos. In quo opere Fulgoſius omnium nationum, omniumque temporum exempla ita collegit, ut cunctorum ſæculorum hiſtoriam breviter perſtrictam ante oculos hominum poſuerit. Sic & noſtra ætate Lipſius *Exempla ac Monita politica* è varia multiplicique lectione ſepoſuit, & ad uſum communem eleganti ac facili ſtilo repræſentavit: ut in hoc genere paria cum Valerio Maximo facere potuiſſe videatur.

CDXCIV. ARNOLDUS BOSTIUS, Carmelita Gandenſis, theologus, philoſophus & poëta, cum Hermolao Barbaro, Roberto Gaguino, Trithemio, & aliis illius ævi viris eruditis amicitiam, commercio litterarum, coluit. Scripſitque proſa ac metro multa, quæ Trithemius enumerat. Ejus *liber de Scriptoribus Carmelitis* exſtat ms. Mechliniæ: item *liber de patronatu B. Mariæ*, carmine & proſa ſcriptus, adſervatur Coloniæ in monaſterio Carmelitano. Quos libros utinam quis proferat! Scripſit inſuper *librum de viris illuſtribus Cartuſianis*, Coloniæ editum: ex quo *Petrus Sutor*, in ſuis de vita Cartuſiana libris, multa citat. Obiit autem Boſtius Gandavi anno milleſimo quadringenteſimo nonageſimo nono.

JOANNES Palæonydorus, apud Batavos in oppido, quod Aquas veteres nuncupant, natus, Carmelita, Trithemio familiaris, obiit anno milleſimo quingenteſimo ſeptimo, ætatis ſeptuageſimo quarto. Scripſit *Faſciculum ſui ordinis tripartitum*; item *Manuale ejusdem ordinis.* Opus utrumque Moguntini typis ediderunt. Poſteris inſuper reliquit *librum de antiquitate & ſanctimonia eremitarum montis Carmeli*, quem titulo *Propugnaculi Carmelitarum* inſignivit; Venetiis 1570. in 4. excuſum. Reliqua ejus ſcripta Trithemius & Valerius Andreas recenſent.

CDXCV. PETRUS SCHOTTUS, Argentoratenſis, I. V. Doctor, ſacerdos & Canonicus, *Quæſtiones variæ de rebus ad conſcientiam pertinentibus* explicuit: quæ, *cum ejus Epiſtolis & poëmatibus*, Argentorati excuſæ habentur. Obiit anno milleſimo quadringenteſimo nonageſimo nono.

FINUS HADRIANUS, Ferrarienſis, vivebat ſenex anno milleſimo quingenteſimo tertio. Scripſit in ultima ſua ætate *Flagellum in Judæos*, libris novem diſtinctum, & Venetiis 1538. editum.

CDXCVI. MARCUS Antonius Coccius Sabellicus *Hiſtoriæ Venetorum* libros triginta tres, *Exemplorum ethnicorum* libros decem, & alia ad poſteros tranſmiſit: quæ junctim Venetiis 1502. & Baſileæ 1538. fuerunt edita. Obiit Venetiis anno milleſimo quingenteſimo ſeptimo.

JACOBUS Philippus Foreſtus, Bergomas, Auguſtinianus eremita, edidit *Supplementum chronicorum*, ab initio mundi uſque ad annum milleſimum quingenteſimum tertium; quod poſtea Venetiis 1506. recuſum vocavit *Supplementum ſupplementi*. Item ſcripſit *librum de præclaris mulieribus*, 1497. Ferrariæ, Pariſiis & alibi editum: *Confeſſionale* 1506. in 8. excuſum. Obiit Bergomi anno milleſimo quingenteſimo decimo octavo, ætatis ſeptuageſimo quinto.

LEANDER ALBERTUS, Bononienſis, ordinis Prædicatorum, libros ſex *De viris illuſtribus ſui ordinis* Bononiæ 1617. in folio editos; & *Italiæ univerſæ deſcriptionem*, & *Ephemeridas* poſteris reliquit.

CDXCVII. FRANCISCUS Georgius, Venetus, ordinis Minorum, edidit *Problematum in ſacram Scripturam tomos ſex*, Venetiis 1536. Pariſiis 1574. in 4. editos; ob Platonicas tamen & Thalmudicas opiniones, quibus hinc inde aſperſi ſunt, cenſura gravi & diligenti dignos: ut animadvertit Sixtus Senenſis. Ejuſdem *Cantica tria de Harmonia mundi* 1544. in fol. Pariſiis ſunt excuſa. Obiit anno milleſimo quingenteſimo decimo. Sic fere Molanus in ms. Bibliotheca ſacra.

CYPRIANUS BENETUS Aragonius, ordinis Prædicatorum, Doctor Pariſienſis ad Julium II. & Leonem X. Pontifices ſcripſit tractatus quatuor, Romæ 1512. in 4. editos, *de prima orbis Sede, de Eccleſiaſtica poteſtate, & de Papæ dominio.*

CDXCVIII. CAROLUS FERNANDUS, Brugenſis, licet cœcus, Pariſiis tamen litterarum humaniorum publicus profeſſor exſtitit; orator, poëta, philoſophus, theologus ac concionator inſignis. Poſt ſpretis omnibus, monaſticen in Caſalino apud Cenomanos cœnobio amplexus, ſcripſit *de animi tranquillitate libros duos*; *de immaculatæ Virginis conceptione libros totidem*; *Collationum monaſticarum libros quatuor*, & alia à Badio Lutetiæ edita. Obiit ibidem anno milleſimo quadringenteſimo nonageſimo ſexto. Tres alios *Belgas Didymos* libet ſubnectere.

NICASIUS VORDANUS, Mechliniæ natus, jam inde à tertio ætatis anno oculis captus, Theologiæ lauream Lovanii adeptus, inde Coloniam profectus, cùm Juriſprudentiæ totum ſe dediſſet, *Leges cæſareas*, quas numquam legerat, ſed auditu tantùm perceperat, ſic mente tenuit, & ore privatim ac palàm recitavit, ut ab Academicis Doctor ſit renuntiatus. Scripſit *in libros quatuor Inſtitutionum Juſtiniani Imp.* commentarios, identidem excuſos. Vita ibidem deceſſit anno milleſimo quadringenteſimo nonageſimo ſecundo, in majore baſilica honorificè conditus.

PARSEVALDUS BELLIGENIUS, Brugas communem cum Fernando patriam habuit: & cœcus natus, Lutetiæ ſimiliter anno milleſimo quingenteſimo triceſimo profeſſor floruit. Utque ſe ipſe conſolaretur, ſcholia luſit & edidit *in Declamationem Quinctiliani* (ut falsò creditur) *pro cæco contra novercam.* Triumviris iſtis quartus accedat GUILIELMUS ASSONLEVILLIUS, Chriſtophori regii in Belgio Senatorius filius, 1597. defunctus: cujus exſtat *Atheomaſtix*, ſeu *Diſſertatio adversùs religionis hoſtes univerſos*, typis Plantinianis edita.

CDXCIX. LAURENTIUS VALLA, patricius Romanus & Canonicus Lateranenſis, præter *libros ſex Elegantiarum linguæ Latinæ*, ſcripſit *de falſo & vero libros tres*; item *Ferdinandi Aragoniæ Regis geſta*, à Badio excuſa. *Annotationes ejus in novum Teſtamentum* à Pauli IV. Cenſoribus ſunt damnatæ. Obiit Romæ anno milleſimo quadringenteſimo quinquageſimo ſeptimo.

ANTONIUS PANORMITA, Siculus, Alfonſo Aragoniæ, Siciliæ ac Neapolis Regi ſtudiorum atque expeditionum comes, & ſecretioris ſcrinii magiſter fuit. Scripſit *aureum libellum de factis dictisque optimi Regis*: quem Pius II. Pontifex exemplis paribus intertextis nobiliorem reddidit. Exſtat Baſileæ 1538. typis editus, cum *Triumpho ejuſdem Regis Victoriæ.* Obiit autem Alfonſus, ſummus litterarum ac litteratorum cultor, Neapoli, anno 1458. ætatis 66.

D. RUDOLPHUS AGRICOLA, apud Friſios in agro Groningano natus, puer Lovanii in noſtro olim gymnaſio Falconenſi philoſophicis ſtudiis operam poſuit. Guſtatis ibidem Theologiæ rudimentis, in Galliam, indeque in Italiam, excolendo ingenio, proficiſcitur. Ferrariæ *Theodorum Gazam* hominem Græcum, Ariſtoteleæ philoſophiæ dogmata tradentem, perſtudiosè audivit; dignus ſanè tanto magiſtro diſcipulus, etiamnùm *Præceptiones inventionis dia-*

*dialectica*, non minus avidè quàm fructuosè, expetuntur. Fuit vir omnino egregius, Musicæ, Picturæ, cæterarumque artium apprimè studiosus, idemque eruditissimus & Græcis litteris & Latinis, Poeticesque benè peritus. Quo nomine plerisque Italiæ ac Germaniæ clarissimis doctrina viris innotuit. In patriam reversus, annos aliquot Groninganæ Reipublicæ Syndicum egit. Cumque famæ celebritate esset jam absentibus notus, Antverpienses & alii certatim honesto amploque eum stipendio ad scholæ præfecturam invitarunt. Heidelbergensem tamen conditionem prætulit: qua in Academia, totaque adeò Germania, Græcas litteras primus excitavit, ac philosophicis studiis juventutem tres ipsos annos exercuit. Obiit Heidelbergæ anno millesimo quadringentesimo octogesimo quinto, apud Franciscanos (sic enim jusserat) habitu illius instituti conditus. Tumulum posuit *Hermolaus Barbarus* apud Cæsarem Legatus, & Aquileiensis Patriarcha designatus. Agricolæ opera omnia, studio Alardi Amstelodami, tomis duobus Coloniæ 1539. in 4. sunt edita. Ejusdem *sacra poëmata* seorsim Antverpiæ 1511. in 4. fuerunt excusa.

DI. JOANNES STABULANUS, ad S. Laurentium Leodici monachus, *gesta Episcoporum Leodicensium* usque ad annum millesimum quadringentesimum quadragesimum nonum perduxit; quo & obiit. Stabulanum excipit JOANNES *Lossensis*, ejusdem loci monachus.

JOANNES FAYUS, alias Dufayus, Betuniensis, IC. & Consiliarius in Belgio crlebris, sub annum 1479. librum Gallicè scripsit, in quo multis rationibus adversùs Francos docet, utramque Burgundiam, Arteliam, aliasque provincias ad Mariam Burgundam, Caroli Audacis filiam, jure pertinere. Liber apud me & alios ms. exstat.

DII. ROBERTUS GAGUINUS, Duaci in Gallo-Flandria natus, adolescens in Niepensi apud Morinos cœnobio Trinitariis se adjunxit. Lutetiam deinde studiorum causa missus, apud sodales suos (quos ibi *Maturinos*, à S. Maturino loci patrono, vulgus nuncupat) perpetuò hæsit. Juris pontificii Doctor renuntiatus, demùm universi Ordinis sui Minister seu rector supremus exstitit. Cumque facundia & rerum usu valeret, sæpè Regis Galliarum nomine in Italia, Germania, ac Britannia publicas legationes obiit. Ludovico XII. in primis carus, qui cùm veterum librorum colligendorum studio teneretur, ingentem ei pecuniæ vim eo nomine appendit, regiæque suæ bibliothecæ præfecit. Vir certè non in historia modò, sed in oratoria quoque ac poëtica facultate, omnique politiore litteratura, ut illa ferebant tempora, egregiè versatus. Obiit anno millesimo quingentesimo primo, Lutetiæ apud suos ante aram summam conditus. Scripsit *Annalium Francicorum libros duodecim*, Parisiis, Lugduni & Francofurti 1577. editos; *Orationes*, *Epistolas*, & alia cùm versu, tum prosa, quæ Trithemius præter ceteros enumerat.

DIII. PHILIPPUM COMINÆUM, prænobili apud Flandros familia Clitæa natum, Lipsius cum quovis veterum Historicorum conferre non dubitat: ut qui, Polybii exemplo, utilissima præcepta & civilia paradigmata frequenter adhibeat. Principes itaque ut hunc legant, suadet: quòd *dignus Alexandris sit omnibus hic Philippus*. Scripsit autem luculentam 34. *annorum historiam*; qua *Ludovici XI. & Caroli VIII.* Galliæ Regum, itemque *Philippi Boni* & *Caroli Audacis*, Burgundiæ Belgiique Principum, res gestas complexus est. Annos ferè sexaginta quatuor natus, obiit anno millesimo quingentesimo nono, *Argentoni* Pictonum oppido, quod uxoriæ dotis nomine possidebat; indeque Lutetiam delatus, apud Augustinianos, in sacello quod vivus exstruendum curarat, tumulo marmoreo est conditus.

DIV. GEORGIUS FLORUS, Mediolanensis, IC. *De bello Italico*, *deque rebus sub Carolo VIII. & Ludovico XII. Franciæ Regibus in Italia gestis*, libros sex ad posteros transmisit: quos cum aliis ejusdem argumenti edet Quercetanus.

ALBERTI CATANÆI, Archidiaconi Cremonensis, Reges Francorum usque ad Ludovicum XII. exstant mss. apud Quercetanum.

BENEDICTUS PORTUENSIS, Reipublicæ Genuensis Cancellarius, descripsit *Adventum Ludovici XII. Fr. Regis in urbem Genuam anno* 1502.

PANDULPHUS COLLENUTIUS, Pisaurensis, IC. legationibus clarus, vixit sub annum millesimum quingentesimum decimum; & scripsit sermone Etrusco *libros sex historiæ Neapolitanæ*, quos Jo. Nicolaus Stupanus, Rhætus, Latinos fecit, & Basileenses 1572. exuderunt. Jovius tradit, Collenutium à Joanne Sfortia, Pisaurensium tyranno, in carcerem conjectum, atque ibidem strangulatum fuisse.

DV. JOANNES Jovianus Pontanus, Cereti in Umbria natus, Alfonsi junioris Neapolitani Regis præceptor fuit. Bartholomæi Facii scriptionem continuando, complexus est historiam belli quod Ferdinandus Neapol. Rex contra Joannem Andegavensem gessit. Ejusdem *libros quinque de obedientia*, *ac totidem de prudentia*, & quædam alia Aldus Manutius primùm Venetiis evulgavit; Basileæ & Lugduni exinde recusa. Dialogum ejus, *Quatenus credendum sit Astrologiæ*, 1544. Colonienses ediderunt. Obiit anno millesimo quingentesimo quinto, ætatis septuagesimo octavo. Pontani historiam excipit *Franciscus Guicciardinus*, qui anno 1540. decessit.

Michael Ritius, patricius Neapolitanus, I. V. Doctor, & Ludovici XII. Galliæ Regis Conſiliarius, ad poſteros tranſmiſit libros tres *de Regibus Hiſpaniæ*, & totidem *de Regibus Franciæ*. Scripſit item *de Regibus Hieroſolymorum, Neapolis, Siciliæ, & Hungariæ.*

DVI. Georgius Merula, Alexandriæ Statiellorum apud Inſubres natus, Philelphi diſcipulus, annis quadraginta partim Venetiis, partim Mediolani juventutem inſtituit. Præter philologica, ad Ludovicum Sfortiam libris decem ſcripſit *Antiquitates Vicecomitum, ſive Ducum Mediolanenſium geſta*; Romæ excuſa. *Montis Ferrati deſcriptionem, & Veſuvii montis conflagrationem* Aldus excudit. Obiit admodùm ſenex Mediolani, anno milleſimo quadringenteſimo quadrageſimo quarto.

Franciscus Philelphus, Anconitanus, Emanuelis Chryſoloræ gener, Græcas Latinaſque litteras docuit Bononiæ, Romæ, Mediolani, Florentiæ, Pataviі & Mantuæ; obiitque octogenario major anno 1481. Præter *duos Conviviorum libros*, ſcripſit *libros Sforziados*, & *vitam Nicolai V. Papæ*, vel ut alii putant, *S. Nicolai Pontificis.*

Donatus Bossius, Mediolanenſis, ad poſteros tranſmiſit *Chronicon* ab initio mundi uſque ad ſua tempora; item *Epiſcoporum Mediolanenſium geſta* uſque ad annum milleſimum quadringenteſimum octogeſimum nonum, Mediolani 1492. excuſa. Quod argumentum Joſ. Ripamontius noſtra ætate tractavit fuſiùs.

Bernardinus Corius, Mediolanenſis, rudi quidem & impolita dictione, ſed magno labore *Chronica rerum Mediolanenſium* perſcripſit, eaque ſumptibus propriis excudenda curavit. Obiit nondum ſexagenarius, anno milleſimo quadringenteſimo nonageſimo nono.

DVII. Nicolaus Perottus, Saxoferratenſis, Archiëpiſcopus Sipontinus, vir Græcis Latiniſque litteris pereruditus, floruit anno milleſimo quadringenteſimo ſexageſimo. Polybii hiſtoriam Latinè vertit; quam translationem Aldus Manutius excudit. *Geſta Frederici III. Imp.* oratione complexus fuit.

Augustinus Patricius (quem Ant. Campanus vocat *Ciceronis Simiam*) Franciſco Picolomineo Cardinali Senenſi, ad conventum Ratiſponenſem per Palum II. legato, Secretarius fuit, & ea, quæ in illo conventu acta ſunt, deſcripſit: exſtatque pars illius lucubrationis inter epiſtolas Jac. Picolominei, 1506. Mediolani editas.

DVIII. Franciscus Caſtellionius, Canonicus Florentinus ad S. Laurentium, octo annis vixit in *contubernio S. Antonini Archiëpiſcopi Florentini*, cujus & res geſtas poſtea conſcripſit. Leander Albertus eas ſuo operi, de Dominicanis illuſtribus, inſeruit.

Donatus Accievolus, antiqua ſtirpe apud Florentinos natus, vir in Republica magnus, Plutarchi Hannibalem, Scipionem, & alios Viros illuſtres Latinè reddidit. Ex Eginhardo & aliis *vitam Caroli Magni* concinnavit: quæ cum Plutarchi opere conjungi ſolet. Obiit Mediolani anno milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo tertio; inde Florentiam relatus, & apud Cartuſianos conditus.

DIX. Jacobus Picolominæus, Lucenſis, Leonardi Aretini diſcipulus, Calliſto III. & Pio II. ex ordine Pontificibus à Secretis fuit. A poſteriore Papienſis Epiſcopus & Cardinalis creatus, præter *Epiſtolarum opus*, ſcripſit *libros ſeptem commentariorum, quibus geſta ſui temporis per quinquennium eſt complexus.* Utrumque opus Mediolani 1506. typis publicatum fuit. Obiit anno milleſimo quadringenteſimo octogeſimo nono, ætatis quinquageſimo ſeptimo; Romæ apud Auguſtinianos marmoreo tumulo conditus.

Julius Pomponius Lætus, Sabinus, vir antiquitatis ſcrutator diligens, & puræ dictionis amator, poſt Pii II. obitum Venetias migravit. Scripſit inter alia *de Mahomete, & de Magiſtratibus Romanis*; obiitque ſeptuagenarius.

DX. Angelus Politianus, ſic dictus à Monte Politiano, Etruriæ urbe natali, in Græcis Andronici Theſſalonicenſis diſcipulus, Canonicus Florentinus, Joannis Pici Mirandulani ſtudiorum ſocius, liberos Coſmi Medicæi, in his *Leonem* poſtea X. Papam inſtituit, & Florentiæ obiit anno ætatis quadrageſimo, Chriſti milleſimo quadringenteſimo nonageſimo quarto: eo ipſo anno, quo *Hermolaus Barbarus* & *Joannes Picus* deceſſerunt. Præter *Epiſtolas*, reliquit brevem commentarium *de conjuratione Pactiorum & Salviatorum adversùs Medicæos*, à Jovio laudatum, & alia.

Philippus Callimachus Experiens, Florentinus, Caſimiri Poloniæ Regis Secretarius, ſcripſit *geſta Attilæ Gothorum Regis*, item *Vladislai Poloniæ atque Hungariæ Regis*: & alia, quæ Trithemius recenſet. Obiit Cracoviæ anno milleſimo quadringenteſimo nonageſimo ſexto.

DXI. Petrus Natalis, Epiſcopus Equilinus, ſub annum milleſimum quadringenteſimum ſeptuageſimum *quaſdam Sanctorum hiſtorias* breviter concinnavit, *Argentorati* 1502. & alibi editas.

Leonardus Juſtinianus, Laurentii Juſtiniani, primi Venetiarum Patriarchæ, frater, ex variis ſcriptoribus Græcis conſarcinavit *vitam S. Nicolai Myrenſis Epiſcopi*; quæ apud Surium legitur.

Fran-

Franciscus Diedus, patricius Venetus, IC. & philosophus, obiit Veronæ anno millesimo quadringentesimo octogesimo tertio. Præter *Orationes* & *Epistolas*, scripsit *vitam S. Rochi confessoris.*

Feus Belchamus, al. Belcharius, Florentinus, obiit senex anno millesimo quadringentesimo octogesimo quarto. Scripsit *vitam S. Columbani, qui Ordinem Jesuatorum instituit.*

DXII. Josephus Barbarus, patricius Venetus, posteris reliquit librum *de Itinere suo, quod anno 1436. ad Tanaim instituit*: item librum alterum *de Itinere suo in Persiam*; quo à Republica Veneta anno 1474. missus fuit, ad Asambeium Persiæ Regem. Itinerarium utrumque, ex Italico Latinè redditum, legitur inter Persicæ historiæ scriptores.

Ambrosius Contarenus, patricius Venetus, à Venetorum Republica ad Usumcassanum Persiæ Regem anno millesimo quadringentesimo septuagesimo tertio missus fuit. Anno 1477. domum reversus, scripsit *Itinerarium Persicum*; quod ex Italico Latinè versum reperitur inter Persicæ historiæ scriptores.

Hermolaus Barbarus, patricius Venetus, Patriarcha Aquileiensis, obiit anno millesimo quadringentesimo nonagesimo quarto, ætatis tricesimo nono. Præter *philologica* & alia typis edita, exstant mss. *Conciones ejus sacræ* Patavii apud Augustinianos eremitas; quas utinam in lucem aspectumque quis proferat!

DXIII. Antonius Bonfinius, Asculanus, multa ex Græcis Latinè vertit. Hortatu Matthiæ Corvini, Hungariæ Regis, *Hungaricarum rerum commentarios*, titulo *Decadum*, confecit, & usque ad annum millesimum quadringentesimum nonagesimum quintum deduxit; Basileæ & Francofurti editos, cum Joan. Sambuci appendice. Tractatus ejus *de pudicitia* à Censoribus Romanis est damnatus.

Petrus Ranzanus apud Matthiam Corvinum, Hungariæ Regem, triennio Legatum egit. Scripsit *de omnium penè gentium rebus libros Annalium sexaginta & unum*: ex quibus ultimum dumtaxat habemus inter Hungaricarum rerum scriptores, beneficio Sambuci, qui & auctarium addidit. Ab eodem Ranzano scripta putatur *vita S. Vincentii Ferrerii.*

Felix Petantius, vir legationibus Turcicis clarus, ad Uladislaum Hungariæ & Bohemiæ Regem libello scripto, docuit, *Quibus itineribus Turci sint impetendi.* Exstat is inter rerum Hungaricarum scriptores. Vixit anno millesimo quadringentesimo octogesimo, ac deinceps.

DXIV. Rodericus Santius Arevalus, Palentinus in Hispania Episcopus, castro S. Angeli in Urbe præfuit, Paulo II. Papa sedente. Scripsit ingens *volumen de rebus Hispanicis*, quod tomo 3. Hispaniæ illustratæ exstat.

Joannes Margarinus, Gerundensis Episcopus, *Paralipomena Hispaniæ* complexus est libris decem, quos Ferdinando atque Isabellæ Regibus dicavit. Exstantque tomo 1. Hispaniæ illustratæ. Paralipomena inscripsit, non quòd dicat antiquis indicta, sed quod referat omissa à proximorum sæculorum historicis.

Carolus *Verardus* Cæseneas, Innocentii VIII. Cubicularius, *Granatensis urbis & regni expugnationem* in litteras retulit. Idem *Baticam historiam* dialogis pluribus est complexus.

DXV. Matthæus Westmonasterienſis *Flores historiarum* ab exordio mundi usque ad annum millesimum trecentesimum septuagesimum septimum collegit; *Florilegus* inde dictus. Scripsit insuper *Chronicon VVestmonasterienſe*, & *alterum sani S. Eadmundi.*

Thomas Walsingamus, Norfolcensis, Anglus, monachus Benedictinus ad S. Albanum, vir multæ lectionis, & in perscrutandis antiquitatibus diligens, adolescens Oxonii litteris operam dedit. *Historiam suæ gentis, ab adventu Nortmannorum in Angliam*, hoc est, *ab anno 897. usque ad annum 1417. perduxit*; Londini 1574. & Francofurti 1602. editam; *Chronicon ejusdem gentis ab anno millesimo ducentesimo septuagesimo tertio usque ad millesimum quadringentesimum vicesimum tertium extendit*: quod an. 1574. fuit excusum. *Ad polychronicon Ranulphi monachi Cestrensis* adjecit auctarium. Claruit anno 1442.

Guilielmus Caxtonus, Anglus, apud Margaritam Burgundiæ Belgijque Principem, Eduard. Regis Angliæ sororem, annos ferè triginta inter Belgas transegit. Scripsit *Chronicon Angliæ*, quod Joannes Schotus Latine reddidit, & Scoticæ suæ historiæ inseruit.

DXVI. Thadæus, Abbas Scotorum Ratisponæ, ex mss. Chronicis Scotorum anno 1457. excerpsit fragmentum *de SS. Kyliano, Virgilio, Lullo* & aliis; quod Canisius to. 4. Antiq. lect. repræsentat.

Andreas Ratisponensis presbyter temporibus Sigismundi Imp. claruit, & composuit *Chronicon de Ducibus Bavariæ.*

Sigismundus, monachus Augustæ Vindelicorum, anno millesimo quadringentesimo octogesimo tertio scripsit *Chronicon illius urbis ecclesiasticum*; quod primus, cum aliis rerum Germanicarum scriptoribus, Jo. Pistorius edidit.

Franciscus Patavinus, anno millesimo quadringentesimo octogesimo quarto, Innocentio VIII. Papa & Frederico III. Imp. præsentibus, Romæ in consistorio publico habuit orationem historicam *de vita ac moribus S. Leopoldi*, Marchionis Austriæ, a Surio editam 15. Novembris.

DXVII. Rodulphus Langius, Westfalus, Monasterienſis Canonicus, vivebat anno millesimo quadringentesimo nonagesimo quarto. Præter *Novesianam obsidionem*, scripsit *libros duos de urbe Hierosolymitana*. Giraldus eum refert inter celebres sui ævi poetas.

Bernardus Breidenbachius, Decanus ecclesiæ Moguntinæ (alius à Bernardo Bredenbachio Tilmanni patre) descripsit *Itinerarium*, sive, ut ipse vocat, *Passagium suum in Terram sanctam*: 1488. Moguntiæ editum lingua Germano-Belgica.

Andreas, Abbas monasterii S. Michaelis extra Bambergam, anno millesimo quadringentesimo nonagesimo nono libris quatuor *de vita S. Othonis, Pomeranorum Apostoli*, finem imposuit: quos Gretserus in Divis Bambergensibus publicavit.

DXVIII. Hartmannus Scedelius, Norimbergensis, scripsit *Chronicon* ab origine mundi usque ad annum millesimum quadringentesimum nonagesimum secundum, quo vivebat; editum Norimbergæ 1493.

Conradus Celtes Protucius, Sueinfurti ad Mœnum natus, Rudolphi Agricolæ in Germania, Ficini, Guarini, Beroaldi, Sabellici & Pomp. Læti in Italia auditor, primus Germanorum laurea poëtica à Frederico III. decoratus, obiit anno millesimo quingentesimo quinto, Viennæ in templo S. Sthephani conditus. Præter alia, scripsit *libros Odarum* 1513. Argentorati excusos: item *vitam S. Sebaldi*; *historiam Norimbergæ*, *Hercinia silvæ*, & *reliquæ ferè Germaniæ*: ut ipse lib. 3. od. 11. testatur.

Sebastianus Brantius, IC. civis & Cancellarius Argentoratensis, orator & poëta, eoque nomine à Giraldo laudatus, præter *Chronicon*, scripsit *vitas SS. Onuphrii, Bernardi, & aliorum*. Varia ejus poëmata sacra Basileæ 1498. in 4. sunt excusa.

DXIX. Maximilianus I. Imp. parenti suo Frederico III. anno 1594. successit, & annis 25. imperavit. Dicitur *de rebus à se gestis*, exemplo Julii Cæsaris, Latinè commentarios scripsisse. Gerardum Roium lib. 8. Austriacæ hist. sub finem lege.

Jacobus Wimphelingus, Sletstatensis, presbyter Spirensis, orator, poëta & historicus, floruit sub annum millesimum quingentesimum. Scripsit varia partim prosa, partim versu, variis locis edita. *Epitome rerum per Germaniam gestarum*, quam non infeliciter scripsit, Basilcæ 1532. & alibi fuit edita.

Joannes Nauclerus, Suevus, ex nobili Nauclerorum familia oriundus, Decretorum Doctor & Theologus, ab Everardo Duce Wirtembergensi Tubingam, ad novam Academiam 1477. excitatam, evocatus, Jus pontificium ibidem explicuit; Præpositi & Cancellarii dignitate cohonestatus. Scripsit *Chronica ab initio mundi usque ad annum millesimum quingentesimum*; excusa non semel cum Nic. Baselii, monachi Hirsaugiensis, & Laur. Surii supplementis: item *de Simonia libros tres*, 1500. in 4. editos.

DXX. Matthæus, Udalrici Marescalci Bappenheimensis filius, IC. & Canonicus Augustanus, sub annum 1504. condidit *Annales suæ gentis Bappenheimensis*: ex quibus multa se hausisse Lazius profitetur. Annales istos, cum aliis aliquot *Chronicis*, à Matthæo concinnatis, Freherus evulgavit inter alios Germanicarum rerum scriptores.

Paulus Langius, monachus, Zuiccavii in Voitlandia natus, Trithemio peramicus, scripsit *Chronicon Citizense*, ab anno millesimo quadringentesimo sexagesimo octavo ad annum millesimum quingentesimum decimum quintum; quod Pistorius, cum aliis Germaniæ historicis, edidit.

DXXI. Albertus Crantzius, Hamburgensis ecclesiæ Decanus, Theologiæ & Decretorum Doctor, scripsit *Metropolim*, sive *Historiam ecclesiasticam de ecclesiis Caroli M. ætate fundatis aut instauratis*: item *Historiam Saxonicam & Vandalicam*; item *Chronicon* Daniæ, Sueciæ & Norvegiæ. Orditur à Caroli M. ævo, & anno 1504. desinit. Quæ omnia Basileæ, Argentorati, Coloniæ & Francofurti sunt excusa; sed per hæreticos, post ipsius obitum, vitiata *, & impiis ad marginem Notis fœdata: eoque nomine in Indice Romano notata, donec expurgantur. Cranzii libellus, *de officio Missæ*, Rostochii 1505. excusus fuit. Obiit autem anno millesimo quingentesimo decimo septimo, quo Lutherus Ecclesiam Dei turbare † cœpit: de quo morti vicinus dixisse fertur: *Frater, abi in cellam, & dic. Miserere mei Deus.*

DXXII. Stephanus *Juliacus* scripsit *vitam B. Coletæ Corbeiensis*, quæ ordinem S. Claræ reformavit. Coleta obiit anno millesimo quadringentesimo quinquagesimo octavo, cui coævus fuit Juliacus.

Joan-

* Merum hoc commentum, parumque credibile, licet repetitum etiam à Theoph. Raynaudo T. XII. Opp. p. 448.

† Sic turbare Israëlem arguebantur veri Doctores Prophetæ & Apostoli, & Christus ipse Salvator Opt. Max.

Joannes Brugmannus, ordinis Minorum, concionator suo ævo celeberrimus. scripsit *vitam Liduinæ virginis Schidamensis in Hollandia.* Obiit Noviomagi in Geldria, anno millesimo quadringentesimo septuagesimo tertio. Coletæ & Liduinæ vitas edidit Surius.

Joannes Ferrariensis, Doctor Th. ordinis Minorum, scripsit librum *de vita cælesti*, Venetiis 1494. in fol. editum: in quo agit *de natura, immortalitate & felicitate animæ; de paradiso & inferno.*

DXXIII. Salvus Gabetta, Panormitanus, ex Magistro sacri palatii Magister generalis ordinis Prædicatorum, obiit anno millesimo quadringentesimo octogesimo tertio. Scripsit *vitam S. Vincentii Ferrerii.*

Ambrosius Coriolanus, aliis Corsnus, Prior generalis Dominicanorum, obiit Romæ anno millesimo quadringentesimo octogesimo quinto. Scripsit *vitam S. Augustini*, item *Christinæ Spoletanæ virginis.*

Joannes Annius, Viterbiensis, ordinis Prædicatorum, sacri palatii Magister, reliquit *Antiquitatum libros viginti septem*, sæpius recusos; sed nugis mendacibus plenos. Nam Berosius, Manetho, & alii scriptores veteres, quos se producere dicit, prorsus sunt supposititii: ut suprà cap. 3. & sequentibus docui. Suis porrò nugis Annius in errorem traxit Jo. *Nauclerum*, *Jo. Driedonem*, *Leand. Albertum*, *Valerium Anselmum*, *Jo. Lucidum*, *Michaëlem Medinam*, *Sixtum Senensem*, & alios. Quod monere visum fuit, ne quis errantium vestigiis insistat. Annius porrò obiit Romæ sub initium sæculi decimi sexti; conditus apud suos in æde supra Minervam.

DXXIV. Joannes Capgravius, Cantianus, Anglus, monachus Augustinianus, Doctor Th. Oxoniensis, obiit Linnæ (quod est Nordovolgiæ oppidum) anno millesimo quadringentesimo sexagesimo quarto. Præter *commentarios in Scripturam sacram* scripsit *Catalogum sive Legendam*, ut illo ævo loquebantur, *Sanctorum Angliæ*, 1516. in fol. Londini editam.

Aurelius Brandolinus, cognomento Lippus, Florentinus, Augustinianus eremita, orator & poëta egregius, obiit Romæ anno millesimo quadringentesimo nonagesimo octavo. Ad Matthiam Coruinum, Hungariæ Regem, scripsit *de humanæ vitæ conditione, & toleranda corporis ægritudine; de ratione scribendi; Paradoxa Christiana*, & alia Basileæ 1498. edita.

DXXV. Thomas Scropæus, nobilis Anglus, primùm monachus Carmelita, post Dromoriensis in Hibernia Episcopus, & ad Rhodios milites Legatus, obiit propè centenarius, anno millesimo quadringentesimo nonagesimo primo. Præter *compendium historiarum*, & *Juris libros novem*, scripsit *de sectarum introitu in Angliam, & de profectione sua ad Rhodios.*

Joannes Maria Politianus, Carmelita, vixit sub annum millesimum quadringentesimum nonagesimum. Præter *vitam S. Alberti Drepanensis*, scripsit varia junctim Venetiis excusa.

Joannes Gerbrandus, Leidensis, Carmelita Harlemensis, ibidem Prior obiit anno millesimo quingentesimo quarto. Scripsit *Chronicon Episcoporum Ultrajectensium & Comitum Hollandiæ*, à temporibus S. Willibrordi usque ad annum millesimum quadringentesimum octogesimum: quod typis Aubrianis 1619. est editum, cum *Reineri Snoii* Annalibus Hollandicis, & *Ægidii Reii* Chronico.

Nicolaus Simonius, Hollandus, Carmelita, senex Harlemi anno millesimo quingentesimo undecimo decessit. Scripsit *Sermones de Tempore & Sanctis*; quibus titulum, *Vade mecum*, dedit. Idem scripsit commentarium *in lib. 2. Decretalium*, *de potestate Papæ Imperatoris & Concilii*, 1595. Mediolani excusum.

DXXVI. Paulus Atavantius, Florentinus, ordinis Servorum B. Mariæ, obiit anno millesimo quadringentesimo nonagesimo nono, ætatis octogesimo. Scripsit *historiam sui ordinis*; item *vitam B. Philippi Benitii*, & *Francisci Senensis*, qui ejusdem ordinis fuerunt.

Petrus Dorlandus, Prior Cartusiæ Zelemensis prope Distemium Brabantiæ oppidum, obiit anno millesimo quingentesimo septimo. Ejus *Chronicon Cartusiense* Theodorus Petrejus 1608. Coloniæ edidit, & Notis illustravit.

DXXVII. Jannutius Manettus, Leandro Alberto *Janetus*, Senator Florentinus, Manuelis Chrysoloræ discipulus, vir trium linguarum eruditarum peritus, & variis legationibus clarus, obiit Neapoli anno millesimo quadringentesimo quinquagesimo nono. Præter alia scripsit *de vita Nicolai V. Papæ libros quatuor*, qui Romæ in bibliotheca Vaticana adservantur; item *de rebus Genuensium libros duos; & de rebus Pistoriensium libros tres.*

Andreas Dominicus Floccus, civis & Canonicus Florentinus, Chrysoloræ discipulus, scripsit *libros duos de Magistratibus Romanorum*; qui sub nomine *Lucii Feneſtellæ* passim circumferuntur.

DXXVIII. JOANNES SIMONETA, Calaber, Philelpho amicus, *de rebus gestis Francisci Sfortiæ*, Mediolanensium Ducis, libros 31. scripsit, & Joanni Galeatio Mariæ, Francisci nepoti, dicavit; Mediolani typis excusos. Fratris ejus filius *Bonifacius Simoneta*, Abbas monasterii Cornuensis in districtu Placentino, *Epistolarum sex libros* concinnavit; in quibus *Christianarum persecutionum, & Pontificum historiam* descripsit. Vivebat an. 1490.

HUGOLINUS VERINUS, Petri Criniti magister, Michaelis Verini poetæ pater, & ipse poëta egregius, *libros tres de illustratione Florentiæ* versu conscripsit; Lutetiæ 1588. editos. Similiter *gesta Caroli Magni, vitam S. Antonini Florentini, laudes B. Philippi Benitii, expugnationem Granatæ*, & alia metro consignavit.

MARINUS BARLETIUS, Dalmata, Scodrensis sacerdos, tredecim libris elegantèr descripsit *gesta Georgii Castrioti, cognomento Scanderbegi*, Epirotarum Principis, anno 1466. defuncti. Libros suos dicavit Ferdinando Castrioto, Scanderbegi nepoti: exstantque Argentorati 1537. & alibi excusi.

DXXIX. ALEXANDER AB ALEXANDRO, IC. Neapolitanus, ad posteros transmisit *Genialium dierum libros sex*, verum antiquitatis ac veteris historiæ promptuarium. In adolescentia *Philelphum* jam senem audivit docentem; Jovianum Pontanum, Nic. Perottum, & Theodorum Gazam coætaneos habuit.

RAPHAEL VOLATERRANUS, vir variæ eruditionis, scripsit *Urbanorum commentariorum libros octo & triginta*; Basileæ 1530. 1544. editos. Ex iis primus * *Geographiam*, secundus *Anthropologiam*, tertius *Philologiam* continet. In Anthropologia componenda distinebatur anno millesimo quingentesimo quinto, Commentarios autem suos vocat *Urbanos*, quia in Urbe Roma eos conscripsit.

DXXX. JOANNES Longinus, qui & Dugloſſus, ** ex Canonico Cracovienſi Episcopus Leopolienſis, Scripsit *Polonicarum rerum commentarium usque ad annum millesimum quadringentesimum octogesimum*; quo & obiit: item *vitam S. Stanislai Episcopi* Cracovienſis ac martyris. Polonicas res postea prosecuti sunt *Philippus Callimachus*, *Martinus Cromerus*, & alii.

GEORGIUS Trapezuntius origine, sed in Creta insula natus, multa è Græcis vertit, nec pauca ipse Latinè scripsit, atque inter alia *Martyrium Andreæ Chiensis*, à Surio a. d. 22. Maij editum. Romæ decrepitus obiit anno millesimo quadringentesimo octogesimo sexto; relicto filio *Andrea*, cujus filia nupsit *Fausto Madalenæ*, Romano poëtæ, qui Leoni X. pergratus fuit, & Româ à Cæsareanis captâ periit.

DXXXI. LUDOVICUS VARTOMANNUS, patricius Romanus, sed patria Bononiensis, sub initium sæculi decimi sexti lustravit Æthiopiam, Ægyptum, Arabiam, Syriam, Indiam intra & extra Gangem. Quam peregrinationem suam 1508. in fol. edendam curavit; postea recusam cum aliis ejusdem argumenti libris.

JOANNES LEO, Granatensis, patria à Ferdinando & Elizabetha Regibus occupatâ, in Mauritaniam profugit, & omnem propè Africam lustravit. Exinde circa insulam *Zerbi* à nostris captus, Leoni X. Pontifici donatus fuit; qui Mahumetanam superstitionem ejuranti nomen Joannis Leonis in baptismo imposuit. Cùm verò Romæ linguam Italicam didicisset, *Africæ descriptionem*, quam Arabicè composuerat, Italicè vertit. Eam postea Latinè reddidit *Joannes Florianus*.

DXXXII. POLYDORUS VIRGILIUS, Urbinas, Pontificis Romani in Anglia Quæstor & Wellensis Archidiaconus, scripsit *Anglicanam historiam*; item *libros tres dialogorum, de prodigiis, Adagia sacra & profana*; *de vita perfecta*; *de veritate & mendacio*; & alia Basileæ edita. Libros ejus *De inventoribus rerum* hæretici corruperunt: sed purgati prodierunt Romæ 1575. & 1585.

PAULUS ÆMILIUS, Veronensis, Canonicus Parisiensis, ad Franciscum I. Regem scripsit *libros decem de gestis Francorum*, à Lipsio laudatos: qui in gestis anni 1489. desinunt. Ejusdem liber *De rebus à recentiore Francia gestis* (in quo res Francicæ à Ludovici Pii Imp. obitu, usque ad Caroli Simplicis tempora, longè fusius, quàm in generali ejusdem auctoris historia referuntur) exstat ms. apud Quercetanum. Obiit anno millesimo quingentesimo vicesimo nono. ARNOLDUS FERRONUS Burdigalensis, regius Consiliarius, Æmilio *libros novem* adjecit, & historiam usque ad obitum Henrici II. Regis perduxit.

DXXXIII. BAPTISTA MANTUANUS, ex Spagnola familia Mantuæ natus, poëta, orator & philosophus, suo ordini Carmelitano ut supremus rector cum laude præfuit; ac demùm anno millesimo quingentesimo decimo sexto, ætatis septuagesimo octavo, in patria vivere desiit. Soluta oratione scripsit *libros tres de patientia, unum de beata vita, & dialogum contra detractores. Poëmata ejus varia*, partim sacra, partim profana, Bononiæ, Parisiis, Francofurti, Antverpiæ, & alibi idemtidem fuerunt excusa.

RICHARDUS Bartholinus, Perusinus, *libros XII. Austriados* versu conscripsit, & Maximiliano I. Imp. dicavit. Typis primùm an. 1515. editi fuerunt; postea recusi cum aliis rerum Germanicarum scriptoribus.

Augusti-

* Geographia lib. 1–12. Anthropologia lib. 13–23. Philologia lib. 24–38. ** Dlugoſſus.

DXXXIV. AUGUSTINUS JUSTINIANUS, patria Genuenſis, ex monacho Dominicano Nebienſis in Corſica Epiſcopus, novo & ingenti auſu, primus omnium, *vetus & novum Teſtamentum* in unum corpus redigere conatus eſt, quod *Biblia octapla* nuncupabat. Origenem itaque imitatus, in ſingulis paginis octo columnas diſpoſuit: in quarum *prima* Hebraicum textum, in *ſecunda* Latinam ejuſdem interpretationem verbotenus, in *tertia* Latinam communem ſeu vulgatam editionem, in *quarta* Græcam, in *quinta* Arabicam, in *ſexta* Chaldaicam, in *ſeptima* Latinam ejuſdem interpretationem, in *octavo* notationes & ſcholia collocavit. Sed quod dolendum eſt, non niſi *Pſalterium octuplum* edidit; quod Genuæ 1516. excuſum Leoni X. dicavit. Lateranenſi concilio interfuit, & Genua versùs Corſicam ſolvens, 1530. tempeſtate obrutus fuit; longiore vita & meliore exitu dignus.

FRANCISCUS XIMENIUS, ex monacho Franciſcano Card. & Epiſcopus Toletanus, felicore ſucceſſu Origenem æmulatus, accitis undequaque linguarum peritiſſimis viris, & vetuſtiſſimis mss. codicibus ex Vaticana, Veneta, Medicæa, aliiſque bibliothecis ſtudiosè petitis, *Biblia ſacra* variis linguis Compluti, immenſis ſumptibus & ſumma accuratione, excudenda curavit: quæ inde vulgò *Complutenſia* dicuntur. Obiit Chriſti 1516. ætatis fermè 80. anno.

At verò cùm editionis Ximenianæ exemplaria omnia jam diſtracta eſſent, & vehementer ab omnibus expeterentur, Philippus II. Rex Catholicus ea typis *Plantinianis* ac ſumptu verè regio Antverpiæ recudenda curavit. Cui quidem editioni BENEDICTUS ARIAS MONTANUS, Hiſpalenſis, Doctor Theologus, linguarum eruditarum peritiſſimus, præfuit. Obiit is in patrio ſeceſſu; multis aliis lucubrationibus clarus. Exinde SIXTUS V. Pontifex Græcam Interpretum LXXII. translationem cum Latina interpretatione typis Vaticanis 1588. publicavit. Qua in re *Antonius Caraſa*, Cardinalis, peritia lingvarum ornatiſſimus, & *Flaminius Nobilius* inſignem operam præſtiterunt: ut Fabianus Juſtinianus, Genuenſis, Oratorii Romani presbyter, narrat, in ſuo *de Scriptura ſacra, ejuſque uſu & interpretibus* commentario, Romæ 1614. edito. Obiit Caraſa anno 1591. Bibliothecarius Apoſtolicus.

DXXXV. JOANNES TRITHEMIUS, à vico natali ad Moſellam fl. ſito ſic dictus, in *Spanheimenſi* Benedictinorum cœnobio, primo lapide à Crucenaco Palatinatus Rhenani oppido, monachum anno 1482. induit: ubi cella ejus hodieque viſitur. Exinde primùm Spanhemenſis, pòſt Herbipolenſis ad S. Jacobum Abbas, ibidem anno 1511. vivere deſiit. Inter operoſas diligentiſſimi viri lucubrationes eminet *Scriptorum eccleſiaſticorum catalogus*, 1492. Spanhemii ab ipſo concinnatus: ut *de illuſtrium Germaniæ virorum catalogo*, aliisque ejus operibus, quæ potiſſimùm hiſtorica ſunt, nihil dicam. Exſtat de iis epiſtola à *Joanne Duraeluſio*, Trithemii diſcipulo, anno 1515. ſcripta.

DXXXVI. HADRIANUS VI. in urbe Trajectenſi, ad veterem Rheni alveum, apud Batavos natus, cùm ſacris ſe ſtudiis totum Lovanii conſecraſſet, eos in doctrina & virtute progreſſus fecit, ut baſilicæ D. Petri Decanus, & Academiæ Cancellarius renuntiaretur; Scripſitque, ut ejus ævi genius erat, *Quæſtiones quodlibeticas XII. & in librum quartum Sententiarum commentarios, variis in locis identidem excuſos.* Non id fugit *Maximilianum I.* Cæſarem, qui Caroli V. ſeptennis adhuc ſtudiis eum præfecit. Quibus decurſis, Hadrianus in Hiſpaniam ad *Ferdinandum* Regem ampliſſimo legationis munere mittitur. A quo *Derтuſanus Epiſcopus*, deinde à Leone X. *Cardinalis* creatus, eadem ſemper animi moderatione ſibi conſtitit. Ferdinando vita functo, *Carolus* hæres Franc. Ximenio, Card. Toletano, regni adminiſtrandi jus demandat; Hadriano in ſocietatem conſiliorum addito. Pòſt eodem Carolo in avi Maximiliani locum ſuffecto, atque ex Hiſpania in Germaniam ad diadema capiendum cogitante; Hadrianus cum imperio toti Hiſpaniæ præficitur. Leone jam demortuo, inopinato & abſens, raro & inuſitato ſanè exemplo, *Pontifex maximus*, unde quadraginta purpuratorum PP. ſuffragiis, creatur. In Urbem ut venit, *diploma mox Apoſtolicum ad Fredericum Saxoniæ Ducem* (cujus in ditione Lutherus graſſabatur) promulgavit, monuitque ut religionis veterum Saxonum memor eam peſtem pelleret. Dedit & *Epiſtolas ad Germaniæ principes viros*, ut priſtinam majorum virtutem imitati, junctis armis Turcos imminentes à finibus arcerent. Lovanii quoque auguſtum Theologorum collegium, *Pontificium* hinc dictum, ære ſuo exſtruendum curavit. Sic magna Eccleſiæ commoda, ut depravatorum morum correctionem, ſectarum everſionem, & Principum concordiam ſeriò agitantem, Deus optimum Pontificem, quòd eo indignus orbis eſſet, altero pontificatus anno, humanis rebus exemit; feliciore ſanè ſæculo dignum, quòd *magni referat, in quæ tempora vel optimi cujuſque virtus incidat.* Ejuſdem & illa vox eſt memoranda: *Nihil ſibi imperio infelicius in vita accidiſſe.*

DXXXVII. SILVESTER Mozolinus, patriâ Prierias, natione Pedemontanus, ordinis Prædicatorum, ex Bononienſi profeſſore Magiſter ſacri palatii, primus omnium orthodoxorum, *libro contra Lutherum de Eccleſia & Romano Pontifice* typis edito, velut ſignum ſuſtulit, ad novas hæreſes oppugnandas ac debellandas. Scripſit inſuper ad Leonem X. *Summam moralem*, à Plantino & aliis excuſam; quæ *Silveſtrina*, & *Summa ſummarum* vocatur: *Roſam auream*, ſeu *Evangeliorum Expoſitionem*; Papiæ, Haganoæ, Lugduni, & ultimò

Venetiis 1599. editam: *De Strigibus libros tres;* Romæ 1585. typis evulgatos; & alia multa ab Ant. Senensi enumerata.

Thomas Vius, patria Cajetanus, ex Priore generali ordinis Prædicatorum Episcopus patriæ urbis, & Cardinalis à Leone X. creatus, vir summi ingenii, nec minoris pietatis, Romæ anno 1534. obiit, ætatis sexagesimo sexto. Scripsit *commentaria in majorem Scripturæ sacræ partem, & in Summam D. Thomæ Aquinatis;* præter opuscula permulta, Romæ, Parisiis, Venetiis, Lugduni, Antuerpiæ & alibi edita.

DXXXVIII. Joannes Mauburnus, Bruxellensis, primùm Canonicus regularis in Monte S. Agnetis Prope Suollam, postea Liuriacensis Abbas in Diœcesi Parisiensi. Scripsit *Rosetum exercitiorum spiritualium, & sacrarum meditationum* Basileæ 1491. Parisiis 1510. Mediolani 1603. & Duaci 1620. in fol. editum. Posteris item reliquit *Venatorium Canonicorum regularium*; quod Lovanii ad S. Martinum ms. legitur.

Franciscus Puteanus, Lugdunensis. I. V. Doctor, post Cartusianorum generalis Prior, claruit anno millesimo quingentesimo tricesimo quarto. *Auream* nexuit *Catenam in Davidicos psalmos*, ex Latinæ Ecclesiæ Patribus; 1520. in fol. Lutetiæ editam. Scripsit & *vitam S. Brunonis*, familiæ Cartusianæ conditoris, quam postea Petrus Blomevenna & Surius auxerunt. Daniel Barbarus, Patriarcha Aquileiensis, *Catenam auream Græcorum PP. in Psalmos* 50. *Latinam reddidit;* Venetiis 1569. excusam. Interfuit concilio Tridentino.

DXXXIX. Guilielmus Heda, Alsenus, Philippi I. Hisp. Regis Secretarius, cum ipso ex Hispania in Belgium 1503. revertit. Decanus exinde ad S. Joannem apud Ultrajectinos, & Præpositus apud Arnhemienses in Gelria renuntiatus, scripsit *Chronicon Comitum Hollandiæ, & Episcoporum Ultrajectinorum;* 1612. Lugduni Batavorum editum, cum Joannis Becani Chronico. Obiit Antuerpiæ (ubi & Canonicus erat) anno millesimo quingentesimo vicesimo sexto.

Christianus Massæus, Wastenæ ad Lisam fl. in Flandria natus, primùm Gandavi, dein Cameraci (à Jacobo Croyo Episcopo 1509. evocatus) juventutem optimis & disciplinis & moribus imbuit. Præter *Grammaticæ præceptiones*, scripsit *contra Merlinum librum unum; De psalmorum titulis & auctoribus alterum; Chronicorum libros XX. ab orbe condito usque ad 1540. annum; Kalendaria quatuor Ægyptium, Hebraicum, Macedonicum, Romanum; vitam S. Hieronymi, & Chronicon breve Cameracense*, quod ms. exstat Cameraci in Abbatia S. Sepulchri. Vita docendique munere in eadem urbe Cameracensi defunctus est anno millesimo quingentesimo quadragesimo sexto, apud suos conditus.

DXL. Joannes Fischerus, Rossensis in Anglia Episcopus, ab Henrico VIII. Rege in vincula, ut alter Joannes Baptista, conjectus, quòd nefario divortio subscribere nollet, à Paulo III. Cardinalis S. R. E. renuntiatus, securi, gentis more, percussus, martyr obiit anno millesimo quingentesimo tricesimo quinto. Ingenii monumenta reliquit varia; in his *Confutationem adsertionis Lutheriana; de Eucharistia libros quinque*, adversùs Oecolampadium; *Defensionem sacri Sacerdotii; de unica Magdalena*; & alia Parisiis, Coloniæ, Antverpiæ identidem recusa. Thomas Morus Londinensis, Angliæ Cancellarius, multiplicis eruditionis, virtutis ac martyrii titulis clarissimus, jussu ejusdem Regis, eamdem ob caussam, eodem illo anno, capite mulctatus est: vir omni tyrannide major. Scripsit varia, Lovanii 1565. & Coloniæ junctim edita.

DXLI. Joannes Driedo, Turnhautano in municipio apud Brabantos natus, Doctor Th. Lovanienſis, cùm linguarum peritia valeret, Luthero agressus, scripsit eruditè *De gratia ac libero arbitrio, hujusque cum divina prædestinatione concordia;* item *de captivitate, humanique generis redemptione, deque libertate Christiana.* Edidit & *de ecclesiasticis dogmatibus libros quatuor*, canonicis voluminibus asserendis apprimè utiles. Obiit anno 1535. *vir multijugæ eruditionis & pietatis, humanitatis & modestiæ singularis*: ut in tumulo ejus Lovanii ad S. Jacobum, ubi Parochi munus gessit, legitur.

DXLII. Joannes Maior, Hadingronensis, Scotus, Theologus Parisiensis, scripsit *commentaria in quatuor Evangelia, & in libros Sententiarum*; à Badio Lutetiæ edita. Jacobo V. Scotorum Regi *Historiam majoris Britanniæ*, hoc est, *Scotiæ & Angliæ*, Parisiis in gymnasio Montis acuti à se compositam, dicavit: definitque in Henrici VIII. Anglorum Regis connubio cum filia Ferdinandi Aragoniæ Regis. Joannes porrò ad suos in patriam reversus, senex ibidem decessit. Sub idem ferè tempus vixit Hector Boethius Deidonanus, Aberdonensis in Scotia gymnasii rector: qui & ipse studiis Lutetiæ operam dedit, & *Scoticam historiam* (à Joanne Ferrerio Pedemontano postea auctam) ad posteros transmisit. Sed fabulas multas historiæ suæ immiscuit; eoque nomine à variis castigatur. Exstat & commentarius de Episcopis Aberdonensibus ab ipso editus.

DXLIII. Albertus Pius, Carporum in Italia Princeps, Aldi Manutii in humanioribus litteris discipulus, legationibus ad Julium II. Leonem X. & Clementem VII. obitis clarissimus, *Lutherum* aliosque novatores stilo egregiè oppugnavit. Scripsit & *contra Erasmum Roterodamum libros tres ac viginti;* Venetiis & Parisiis 1531. in folio excusos: obiitque Lutetiæ anno millesimo quingentesimo tricesimo quinto. Pro defuncto *Joannes Gene-*

*Geneſius Sepulveda*, Cordubenſis theologus, philoſophus & hiſtoricus inſignis, ſcripſit *Antapologiam*: & anno 1572. ætatis 81. vivere deſiit.

DXLIV. JACOBUS SADOLETUS, Mutinenſis, orator, philoſophus & theologus elegans, Carpentoratenſem in Gallia Epiſcopatum annos plurimos diligenti curâ adminiſtravit. Magnâ purpuratorum Patrum gratulatione in collegium à Leone X. adoptatus, etſi graviſſimis Eccleſiæ ac Reipublicæ Chriſtianæ negotiis diſtrictus, à lucubrando tamen nunquam ceſſavit. Præter philologica, ſcripſit ſacra plurima: *in Epiſtolam D. Pauli ad Romanos*; *in Pſalmos aliquot*; *de recta puerorum inſtitutione*, *variaſque homilias*. Obiit ſeptuagenarius Romæ, anno milleſimo quingenteſimo quadrageſimo ſeptimo; *vir doctrinâ & eloquentiâ cum iis, quos admirata eſt antiquitas, comparandus*: ut in ejus cenotaphio, in æde S. Petri ad Vincula, quæ curationis ipſius fuerat, legitur. *De Petro Bembo*, *Reginaldo Polo*, *Stanislao Hoſio*, & aliis doctrina illuſtribus illa ætate Cardinalibus Alf. Ciacconius in ſua Hiſtoria Pontificia ex profeſſo diſſerit.

DXLV. JOANNES FABER, natione Helvetius, primum Conſtantienſis ad Rhenum Canonicus, poſt Viennenſis in Auſtria Epiſcopus, vir linguarum orientalium in primis peritus, in colloquiis & comitiis Imperii crebrò cum Lutheranis fortiter congreſſus fuit. Ex primis orthodoxis Lutherum aggreſſus, *Malleum hæreticorum* cudit, & Hadriano VI. Pontifici dicavit; Coloniæ 1524. in fol. & Romæ 1569. editum. Obiit anno milleſimo quingenteſimo quadrageſimo primo, & ſucceſſorem habuit FREDERICUM NAUSEAM, Blancicampianum, invictum ſimiliter Lutheri antagoniſtam; anno milleſimo quingenteſimo quinquageſimo defunctum. Utriuſque ſcripta multiplicia Cornelius Callidius & Poſſevinus enumerant.

DXLVI. JOANNES ECKIUS, natione Suevus, validus fidei catholicæ in Germania, unà cum Jo. Cochlæo, adversùs Lutherum propugnator & athleta exſtitit. In comitiis Imperii ac colloquiis publicis, ſæpè cum religionis orthodoxæ adverſariis certamen iniit. Scripſit multa, Ingolſtadii, Auguſtæ, Coloniæ, Antverpiæ & Pariſiis edita. Obiit autem anno 1543. Ingolſtadii, ubi ſacras litteras in Academia explicabat.

JOANNES COCHLÆUS, Noribergenſis, Doctor Theologus, primùm Francofurti ad Mœnum Decanus, poſtea Moguntiæ, dein Uratislaviæ in Sileſia Canonicus; anno 1552. obiit; ibidem in primaria æde conditus. Scripſit perplurima adversùs Lutherum, Bucerum, Melanchthonem, Muſculum, Calvinum & ſimiles ſectarum impiarum * magiſtros; quæ Cornelius Callidius & Poſſevinus recenſent.

DXLVII. MEDINÆ plures ſcriptis celebres ſæculo XVI. exſtiterunt, JOANNES MEDINA, Doctor Th. in ipſa Complutenſis Academiæ infantia floruit: & poſteritati reliquit opus utiliſſimum *De pœnitentia*, *reſtitutione & contractibus*; primùm Compluti & Salmanticæ, poſt Ingolſtadii evulgatum. Obiit Complùti anno milleſimo quingenteſimo quadrageſimo ſexto. MICHAEL MEDINA, Ord. Minorum Theologus, ſcripſit *De recta in Deum fide*, *deque Sacerdotum continentia*; Toleti conditus apud ſuos. BARTHOLOMÆUS MEDINA, Ord. Prædicatorum, poſt Dominicum Sotum, primariam Salmanticæ cathedram tenuit, cui ſalarium mille aureorum eſt annexum. Scripſit in *Summam D. Thomæ*; obiitque non admodum ſenex anno 1581. & *Dominicum Bannesium*, patriâ Mondragonium, in cathedra ſucceſſorem habuit.

DXLVIII. FRANCISCUS VICTORIUS, à Victoria Cantabriæ oppido natali ſic dictus, Lutetiæ prima Theologici ſtudii fundamenta poſuit. Inde in Hiſpaniam reverſus, principem Salmanticæ cathedram profeſſoriam ſumma cum laude tenuit: & ex ſchola ejus, velut ex equo Trojano, heroës aliquot doctrina clariſſimi, in his *Dominicus Sotus* & *Melchior Canus*, prodierunt. Obiit Salmanticæ anno 1546. Ingenii ejus monumenta, typis junctim Lugduni publicata, nemo ignorat. DOMINICUS SOTUS, Segobienſis, magiſtro ſuo Victorio in profeſſorio munere ſuffectus, poſteà Carolo V. Imp. à ſacris confeſſionibus fuit. Sed aulæ pertæſus, Salmanticam demùm rediit, & anno 1560. ibidem deceſſit; & *Melchiori Cano* lampada tradidit. Inter ſcripta ejus theologica (nam de philoſophicis, quæ plurima etiam edidit, hic non agitur) eminent *libri decem de Juſtitia & Jure*. Quod argumentum & *Jo. Malderus*, Epiſcopus Antverpienſis, itemque *Leonardus Leſſius* S. I. eruditiſſimè noſtra ætate tractarunt. Alius ab iſto fuit PETRUS SOTUS, qui libro *De inſtitutione Parochorum*, & aliis aliquot contra Brentium, Wirtembergenſes, cæteroſque Lutheranos editis, Tridenti in Synodo eminuit; ibidemque anno milleſimo quingenteſimo ſexageſimo tertio deceſſit.

DXLIX. MELCHIOR Canus, exemplo Ariſtotelis (qui in Topicis communes Locos quaſi argumentorum ſedes ac notas propoſuit, ex quibus omnis argumentatio ad omnem diſputationem inveniretur) ſcripſit *libros duodecim de Locis Theologicis*: ex quibus Theologi ſuas omnes argumentationes, ſive ad confirmandum ſive ad refellendum, inveniant. Vir fuit politus & elegans, atque in hiſtoria ſacra ac profana verſatiſſimus: cujus cognitionem non Theologo ſolum, ſed cujuſvis diſciplinæ ſtudioſo neceſſariam eſſe, lib. 11. cap. 2. ex profeſſo docet. Canarienſibus in Fortunatis inſulis Epiſcopus datus, cùm eſſet



* Impias ſectas Miræus appellat, ſi qui Pontificis Rom. placitis non obſequuntur.

quietis ac ſtudiorum amantiſſimus, dignitatem illam à ſe abdicavit; obiitque ſuos inter ſodales Toleti, an. 1560. De his & aliis Dominicanæ familiæ Scriptoribus illa æt. illuſtribus plura qui volet, Ant. Senenſem & Alf. Fernandum conſulat.

DL. FRanciscus Titelmannus, Hasletanus, quantus philoſophus ac theologus fuerit, loquuntur hodieque *Dialectica ejus præceptiones, rerumque naturalium conſiderationes, & docti in pleroſque veteris ac novi Inſtrumenti libros commentarii.* Ad hæc rara quædam pietas acceſſit, quam ſcripta ejus univerſa ſuaviter ſpirant, & cujus per omnem ætatem documenta dedit certè maxima. Siquidem rebus ſæcularibus valere juſſis, cùm Franciſcanæ familiæ nomen adoleſcens Lovanii dediſſet, morum ſanctiſſimorum commendatione ſodalibus ſuis mirificè præluxit: quos etiam ſacris litteris annos multos imbuit, & novatorum fraudes, ut zelo domus Dei ardens, primos inter detexit. Inde Lutetiam profectus, audito rigidiorem ſui ordinis regulam in uſum revocari, ad ſupremum pietatis apicem totis præcordiis anhelavit. Anno itaque 1537. cum duobus ejusdem ſententiæ ſociis, Romam venientem *Bernardinus Aſtenſis*, Capucinorum præfectus generalis, in ſuorum numerum libens recepit. Hic quamquam latere vellet, & leproſis piam aſſiduè ſedulitatem impenderet, ſummo tamen Pontificii, Paulo III. & Cardinalibus mox innotuit. Ferunt, dum leproſos curat, à diſcipulis Belgis, Romam fortè religionis gratiâ proficiſcentibus, officii cauſâ de via ſalutatum. Quibus rogantibus, *Cur non hic*, ut *olim Lovanii*, *ſacras litteras profiteris*? Ille ad leproſos eos deducens; *Ecce*, inquit, oſtenſis ægrotis, *hic meus Auguſtinus, ille meus Hieronymus, Chryſoſtomus & Baſilius eſt.* Contemplationem ſcilicet ad actionem revocandam eſſe ſignificabat vir verè pius. Poſt Romanæ ſuos inter provinciæ præfectus, optimè rem geſſit; & ſanctiſſimè obiit Anticoli Romano in agro, anno milleſimo quingenteſimo quinquageſimo tertio, cùm vix ſextum & quadrageſimum ætatis annum attigiſſet.

DLI. ADamus Sasboldus, Delfis Batavorum patricia familia natus, utriuſque linguæ divitiis ſub diſciplina *Macropedii* apud Ultrajectinos comparatis, adoleſcens Lovanium ſe contulit; ubi & Hebraicas litteras adjunxit. Mox & ſacra ſtudia ſectatus, *Ruardum Tapperum & Jo. Haſſelium*, illius Academiæ præſtantes Theologos, diligenter audivit. Sæculi pertæſus, cùm inter æquales excelleret, mutata velificatione, religioſum vitæ genus animo agitare cœpit. Sed ut deliberatio de certo vitæ curſu ineundo omnium ſolet eſſe difficillima, multa, eaque dubia & impedita, cogitatio fluctuantem adoleſcentis animum exagitavit. Conſilio itaque cum piis & eruditis hominibus ſæpè communicato, cùm anceps animi penderet (ut ipſe in elegante homilia de Magis tribus profitetur) Deo precibus, meditatione, nocturniſque vigiliis demum conſulto, in Franciſcanam ſe familiam, illo impellente, vocari ſenſit. In eam ergò admiſſus, mox ſuis (quam docendi provinciam antea Titelmannus geſſerat) ſacras litteras explanare cœpit. Cumque mira ſupra ætatem facundia valeret, non ſolùm vernaculè ad populum, ſed Latinè etiam ad clerum ſæpiſſimè verba fecit. Teſtes ſunt *Homiliæ* ejus, & alia doctrinæ monumenta, quæ ſimul ligata Colonienſes 1568. & 1575. in fol. evulgarunt. Sed ut optima quæque diu in terris perennare non ſolent, ætatis ſexto & triceſimo, quaſi terris tantum oſtenſus, ante diem ereptus, eſt.

DLII. ONuphrius Panvinius, Veronenſis, Auguſtinianus eremita, vir ingenii maximi, & ſimul ſtudii indefeſſi, ſacram omnem profanamque hiſtoriam non modò evolvit accuratiſſimè, ſed rerum præterea ſeriem ac tempora accuratè diſtinxit, facemque prætulit Baronio & aliis omnibus, qui ad ſcribendos poſtea Annales animum applicuerunt. Manutius *Helluonem antiquitatis*, Scaliger *Patrem hiſtoriæ*, Lipſius *Principalis hiſtoriæ & Faſtorum verum Patrem*, Thuanus *Virum ad omnes Romanas & eccleſiaſticas antiquitates è tenebris eruendas natum*, appellare non dubitarunt. Quibus quidem elogiis robur addunt præclara ejus & ad omnem æternitatem victura monumenta. Longam eorum ſeriem (ſunt enim plurima) Thomas Gratianus & Cornelius Curtius recitant. Cæterùm Paulo III. ſedente, Onuphrius cùm Romæ adoleſcens ageret, *Ant. Auguſtino*, pontificii tum tribunalis (quod *Rotam* à forma vocant) Auditori, poſt Archiepiſcopo Tarraconenſi, qui libris optimis refertam domi ſuæ bibliothecam habebat, magno ſuo commodo innotuit. Libris namque accommodato ab eo acceptis (ut alienos avidius devorare ſolemus) ſic utebatur, nihil ut legeret, quod Plinii ſenioris exemplo non excerperet. Quod quidem ex ore heri tunc ſui Antonii Auguſtini Andreas Schottus, & nos ex ore Schotti accepimus. Florebat tunc in pontificia patrui ſui aula *Alexander Cardinalis Farneſius*, magnus ingeniorum æſtimator. Hujus familiæ adſcriptus, dum comes herum ſuum in Siciliam ſequitur, anno Domini milleſimo quingenteſimo ſexageſimo octavo, ætatis triceſimo nono nondum inchoato, Panormi morte immatura è vivis abreptus fuit.

DLIII. DIdacus Covaruvias, Toletanus, ſingulare Hiſpaniæ ornamentum exſtitit. A Philippo II. ad Synodum Tridenti coactam, unà cum fratre ſuo Antonio, itemque cum Ant. Auguſtino & Aria Montano, miſſus fuit. Ubi domum revertit, primùm Rodericiæ civitatis, dein Segobiæ & Conchæ Epiſcopus eſt deſignatus. Obiit demum Sena-

Senatus Regii Præses, anno milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo ſeptimo, ætatis ſexageſimo ſexto. *Variarum ejus, ex Jure pontificio, cæſareo & regio, Reſolutionum libri* omnium manibus teruntur.

DLIV. MARTINUS ab Azpilcueta, vulgò *Doctor Navarrus*, divini humanique Juris conſultiſſimus, primùm Toloſæ, dein Salmanticæ, poſt Conimbricæ ſacros Canones explicuit. Romam demùm profectus, Pio V. Gregorio XIII. & Sixto V. Pontificibus in primis carus, omnibus nationibus gratus, obiit ibidem anno milleſimo quingenteſimo octogeſimo ſexto, ætatis nonageſimo quarto; multis doctrinæ ſuæ monumentis bono publico evulgatis: inter quæ *Confeſſariorum enchiridion* eminet.

Hic ſtilum ſiſto, mi Lector, & unà cum Bellarmino manum de tabula tollo. Neque enim mei eſt inſtituti, Scriptores noſtri aut ſuperioris ſæculi recenſere. Præſtabunt id alii: imò multi variarum nationum, variorum ordinum homines eruditi pro ſuo quiſque ſtudio ac ſcopo, noſtra id ætate jam præſtiterunt. Poſt Joannem Trithemium *Antonius Poſſevinus* illuſtres ſui ac præteritorum ſæculorum Scriptores eccleſiaſticos universè celebravit: ſingulatim quidem, *Pontifices Maximos & S. R. E. Cardinales* Onuphrius Panuinius, Alfonſus Ciaconius, Franciſcus Cabrera Moralis, Andreas Victorellus, Hieronymus Alexander & Ferdinandus Ughellus; *Ligures* Ubertus Folieta; *Hiſpanos* Alfonſus Ferdinandus Matamorus, & Andreas Schottus; *Gallos* Scævola Sammarthanus, Claudius Robertus & Andreas Quercetanus; *Germanos* idem Trithemius & Cornelius Callidius; *Belgas*, quos pro parte Elogiis jam olim illuſtravi, Valerius Andreas & Franciſcus Suertius; *Flandros* Jac. Marchantius & Ant. Sanderus; *Friſios* Suffridus Petrus; *Britannos* Joannes Pitſeus; *Polonos* Simon Starovolſius, in publicum produxerunt. Quod ad religioſas familias attinet, habent & ex propemodum ſingulæ ſuos præcones ac Nomenclatores. *Benedictinos* monachos poſt Trithemium Arnoldus Wionus; *Ciſtertienſes* Chryſoſtomus Henriquez; *Canonicos regulares* Gabriel Pennottus; *Præmonſtratenſes* Joannes Paigius; *Carthuſianos* Petrus Sutor & Theodorus Petrejus; *Prædicatores* ſeu *Dominicanos* Leander Albertus, Antonius Senenſis & Alfonſus Fernandus; *Franciſcanos* Henricus Willotius; *Auguſtinianos eremitas* Joſephus Pamphilus, Thomas Gratianus & Cornelius Curtius; *Carmelitas* Arnoldus Boſtius & Petrus Lucius prædicarunt. Catalogum Scriptorum *Societatis Jeſu* Petrus Ribadeneira primus concinnavit: quem plurimorum acceſſione ab Andrea Schotto locupletatum Plantiniani ediderunt. *Theatinorum*, *Paulinorum*, *Somaſcenorum*, *Presbyterorum Oratorii*, *Oblatorum S. Ambroſii*, *Clericorum Minorum* & aliorum in communi viventium Indicem nos concinnare cœpimus, & pro parte cum Codice Regularum 1638. publicavimus: alii, ut confido, perficient. Nobis cœpiſſe ſit ſatis: aliis viam aperuiſſe, fructus erit, ut ſpero, maximus aliquando. Cæterùm non me fugit, Lector, in hoc toto ſcriptionis genere varia mihi judicia parata: partim eorum, qui ex veteribus præteritos nonnullos, aut non ſatis laudatos quærentur, partim aliorum, qui recentiores à me velut neglectos clamitabunt. Quibus ut faciam ſatis, dico majorum gentium coryphæos, præſertim antiquos, me dare voluiſſe, recentiores verò & proletarios contrectare noluiſſe; ad vitandam multorum offenſionem. Quod ut facerem, *Velleius Paterculus* me monuit, qui poſt enumeratos viros benè de Republica Romana ante ſuam ætatem meritos, cùm ad ſuos coætaneos perveniſſet, *Penè*, inquit, *ſtulta eſt inhærentium oculis ingeniorum enumeratio. Nam vivorum ut magna admiratio, ita cenſura difficilis eſt.* Si quid autem in tanta rerum ſilva (ut numquam errare miraculi inſtar eſſet) peccatum, aut non ſatis explicatum, aut ex toto omiſſum ſit, docti ab amicis libenter ſententiam mutabimus, & curis ſecundis, ſi Deus vitam & otium dederit, non ſine gratia emendabimus ac ſupplebimus. Vale, mi Lector, & fave. Datum Antverpiæ Idibus Martiis M. DC. XXXIX.

MAN-

Digitized by Google

# MANTISSA

ADALARDUS patrem habuit Bernardum, Caroli Martelli filium; fuitque primùm palatii Comes, pòst Corbeiensis Abbas, & communem cum Carolo Magno magistrum habuit Alcuinum, Scripsit *libellum de ordine palatii:* cujus fragmenta Hincmarus Remensis epist. 3. recitat: additque, *se Adelhardum senem & sapientem, domini Caroli Magni Imp. propinquum, & monasterii Corbeiæ Abbatem, inter primos Consiliarios primum, in adolescentia sua vidisse.*

ADAMUS, Bremensis Canonicus, vixit 1077. scripsitque *historiam ecclesiasticam Saxoniæ*, à temporibus Caroli M. usque ad Henrici IV. tempora.

ÆLIUS Antonius Nebrissensis litteras humaniores in Hispaniam suo ævo revocavit; & *Decades duas de rebus à Ferdinando & Isabella gestis*, item *libros totidem de bello Navariensi* scripsit: quæ omnia exstant tomo 1. Hispaniæ illustratæ. Obiit 1544.

AIMOINUS Fr. historicus, à Sigeberto c. 101. laudatus, in præfatione sui operis, promittit se historiam scripturum usque ad initium regni Pipini. Labuntur itaque Baronius & Breulius, qui ejus scriptionem ulterius extendi putant. Nempe propositum Aimoino fuit, scribere solùm de Merovingis, eorumque stirpe; non de Pepino aut Carolinis. Quæ verò subnectuntur, non Aimoini, sed alterius cujuspiam sunt, aut fortasse plurium, qui ex Fredegario aliisque ista attexuerunt: ut Guil. Ranchinus l. 1. Variarum c. 15. docet.

ALBERTINUS Mussatus, Patavinus, poëta & historicus, obiit 1329. Clodii exul. Scripsit libros 16. *de gestis Henrici VII. Imp.* & alia, Venetiis 1628. edita.

ALBERTUS Argentinensis Chronicon ab an. 1270. ad annum 1378. condidit: exstatque inter alios rerum Germanicarum scriptores.

ANSELMI Ep. Cantuarienſis opera omnia, extraneis in sacros libros commentariis exonerata, Theophilus Raynaudus in *didactica*, *ascetica*, *parænetica & notha* digessit, & 1630. Lugduni edidit, unà cum tribus Epistolarum libris ejusdem. Sub finem attexuit Syntaxin operum S. Anselmi: in qua docet commentarios *in Cantica*, *Matthæum*, *Paulum*, *Apocalypsin*, & alia falsò hactenùs S. Anselmo adscripta fuisse. Ex his commentarium in Paulum & Apocalypsin *Anselmo Laudunensi;* commentarium verò in Matthæum *Guilielmo Parisiensi* attribuendum existimo.

BERNARDUS, Compostellanæ ecclesiæ Thesaurarius, congessit *Pontificum summorum, & antiquorum Hispaniæ Regum diplomata:* ex quibus Ambr. Morales non pauca edidit, quæ to. 4. Hisp. illustratæ reperies. In eodem to. exstant opera *Eulogii & Alvari Cordubensium.*

BERNARDUS Guido, ex monacho Dominicano Episcopus Lodevensis, præter *Speculum historiæ*, scripsit *gesta Episcoporum & Comitum Tolosanorum;* item *Episcoporum & Abbatum Lemovicensium. Vixit* 1320.

BERTHARIUS presbyter sub annum 920. scripsit *gesta Episcoporum Virdunensium*, quæ Laurentius Leodicensis, monachus S. Vitoni ad annum 1144. produxit. * HUGO primùm monachus ad S. Vitonum, pòst Abbas S. Petri Flaviniacensis, posteris reliquit Chronicon Virdunense & Flaviniacense.

BROCARDUS, Argentoratensis, ordinis Prædicatorum, sub annum 1260. Terram sanctam lustravit, & quæ oculis se obtulissent, in litteras retulit. Quod opus exstat apud Canisium tom. 6. Lect. antiquæ, sed mutilum.

COMMODIANUS, à Gennadio cap. 15. memoratus, versu scripsit *librum adversùs paganos*, necdum typis editum. Gilbertus Gaulminus, in Notis ad Eustathium de Ismeniæ & Ismenes amoribus, citat versus aliquot ex ms. Commodiani codice, quem Sirmondus Lutetiæ possidet.

DUDO, Decanus ad S. Quintinum, *res in Galliis à Normannis gestas usque ad annum* 996. consignavit; sed poëtica magis phrasi, quàm historica fide: usque adeò multas fabulas immiscet. Ex hoc tamen scriptore *Guilielmus Gemeticensis* tres primores libros collegit.

EGINHARDUS præter ea, quæ suprà pag. 144. commemoravimus, scripsit *Annales Francorum* ab anno 741. usque ad an. 829. qui hactenus Adelmi seu Adelmari nomine perperam editi fuerunt: item *gesta Saxonum*, quæ perierunt; item *Epistolas ad diversos.* Uxorem habuit *Immam*, natalibus claram. Thori usu rejecto, postea vixerunt ut frater & soror. Baronius certè in gestis anni 826. commentum de Eginhardo & Caroli M. filia plenè refutavit. Eginhardus porrò an. 848. Moguntinæ synodo, à Rab. Mauro celebratæ, interfuit.

* Edidit Nic. Rigaltius, Tulli Leucorum 1650. 4.

Ful-

Digitized by Google

Fulgentius, Ruſpenſis in Africa Epiſcopus, anté Epiſcopatum (ut ex titulo codicis ms. Laubienſis mox laudandi conjicio) ſcripſit XXIV. vel ut alii legunt XXIII. libros, à Sigebetto in catalogo c. 28. laudatos: quorum primus eſt abſque A. hoc eſt, ne ùnam quidem litteram A. habet: ſecundus abſque B. tertius abſque C, & ſic conſequenter. Hujus operis Fulgentiani exemplar ms. exſtat in Lætienſi apud Hannones cœnobio, hoc titulo: *Opus mirificum, ſive Fabii Claudii Gordiani Fulgentii, viri clariſſimi; libri XXIV. per ſingulos ſingulis litteris ſecundum ordinem diminutis. Incipit liber primus abſque A. Incipit ſecundus liber abſque B. &c.* Sed quod dolendum, libri novem poſteriores in ms. codice Lætienſi deſiderantur.

Fabius Planciades, (al. Placiades) Fulgentius, vir clariſſimus, ad Catum presbyterum ſcripſit *Mythologiarum libros tres*; & ad Calcidium grammaticum *de Allegoria librorum Virgilii librum unum.* Hæc omnia ope mss. codicum Hier. Comelinus recenſuit, & 1599. edidit, cum aliorum Mythologicorum Latinorum, videlicet C. Julii Hygini, Julii Firmici Materni, & Albrici philoſophi ſcriptis.

Gavfridus, monachus in Hiſpania Benedictinus, anno 1097. floruit, & geſta ſui temporis conſignavit: quæ Hieronymus Surita primus luce donavit.

Gerardus Lemovicenſis patria, Frachetus cognomento, ſub annum 1250. floruit: ſcripſitque *Vitas Fratrum ſui ordinis Prædicatorum*, juſſu Humberti V. Magiſtri generalis. Exſtant Duaci & alibi editæ.

Gobelinus Perſona, Decanus Bilefeldenſis, hiſtoriam ſuam, titulo *Coſmodromii*, uſque ad annum 1418. deduxit, quo & vixit. Surius & Molanus eidem tribuunt vitam *Meinulphi* Paderbornenſis diaconi, quam Brouverus ad fidem ms. codicis edidit. Ab iſto Gobelino alius fuit *Jo. Gobelinus*, Pii II. Secretarius: alius item fuit *Gobelinus*, qui temporibus Alberti Auſtriaci Imp. vixit, & *de Pœnitentia* ſcripſit.

Guibertus Abbas S. Mariæ de Novigento, ſuprà pag. 247. laudatus, *libros tres de vita ſua*, & *Epiſcoporum Laudunenſium geſta* ad poſteros tranſmiſit. *Hermannus* monachus ſcripſit hiſtoriam combuſtionis & inſtaurationis baſilicæ Marianæ Laudunenſis: quæ & geſta Bartholomæi Epiſcopi complectitur. *Harinlfus*, monachus Centulenſis ſeu S. Richarii, in diœceſi Ambianenſi, ſcripſit hiſtoriam ſui monaſterii.

Guido Ravennas presbyter vixit temporibus Imp. Caroli Craſſi; ſcripſitque *hiſtoriam de bello Gothorum.* Volaterranus eidem attribuit *hiſtoriam Pontificum.*

Guilielmus Apulus, petente Urbano II. Papa & Rogerio Boſſo (qui frater erat Roberti Guiſcardi, Siciliæque Comes) libros quinque, carmine heroico, ſcripſit *de rebus Normannorum in Italia ac regno Neapolitano geſtis*; Lutetiæ 1582. excuſos. Rogerii ejusdem rogatu, Gaufredus monachus Benedictinus libros 4. concinnavit dè acquiſitione Siciliæ, Calabriæ & Apuliæ per Robertum Guiſcardum, ejuſque fratres; qui tom. 4. Hiſpaniæ illuſtratæ leguntur. Hugo Falcandus, à Baronio in geſtis anni 1194. laudatus, poſteris reliquit hiſtoriam calamitatum, quæ ſub Guilielmo I. & II. Siciliam annis propè 23. afflixerunt.

Guilielmus Pictavienſis, Lexoviorum Archidiaconus, ſcripſit geſta Guilielmi Normanniæ Ducis, pòſt Angliæ Regis.

*Guilielmus Gemeticenſis* monachus, cognomento Calculus, libros ſeptem hiſtoriæ Normannicæ, ſed fabulis plenos, concinnavit.

Helias Capreolus, Brixienſis IC. 1510. obiit, ſcripſitque libros 14. de rebus Brixianis: ex quibus libri 12. typis Brixiæ ſunt editi; duo poſtremi exſtant mss. apud Dominicum Molinum.

Helmoldus presbyter anno 1168. claruit, & *Chronicon Slavorum*, à temporibus Caroli Magni uſque ad illum annum concinnavit. *Arnoldus* Hildeshemenſis Præpoſitus illud protraxit uſque ad Othonis IV. Imp. ævum.

Hieronymus Paulus, Barcinonenſis, edidit *Codicem*, ſive (ut vulgò vocant) *Provinciale eccleſiarum orbis Chriſtiani*: Notis & auctario â me illuſtratum, & Pariſiis 1610. editum. Scripſit item *de fluminibus & montibus Hiſpaniæ, deque urbe Barcinonenſi*: quæ opuſcula reperies tomo 2. Hiſpaniæ illuſtratæ.

Honorio Auguſtodunenſi Trithemius adſcribit *libros duos de imagine mundi*; alii S. Anſelmo Cantuarienſi attribuunt. Rainaudus, in Syntaxi operum S. Anſelmi, putat eos veriſimiliùs adſcribi *Honorio Incluſo*, monacho Anglo. Idem Rainaudus notat aliquot ineptias *Elucidarii*, quod idem Trithemius Honorio Auguſtodunenſi tribuit.

Hugo Pictavinus, ſub annum 1168. juſſu Pontii Abbatis, ſcripſit *hiſtoriam Vizeliacenſis monaſterii*: cui præfixa eſt brevis *hiſtoria Comitum Nivernenſium.*

Humbertus Mont-moretanus poëta & orator, in litteras retulit *bellum Britannicum*, a Carolo VII. Fr. Rege adversùs Henricum Regem Angliæ geſtum, auſpice Puella Franca. Joannes Lodoicus Micquellus deſcripſit *obſidionem urbis Aurelianenſis*, 1428. ab Anglis factam, & *Joannæ* virginis res in ejuſdem urbis defenſione geſtas. De ejuſdem Joannæ vita exſtant libri IV. *Valerandi Varanii.* Quæ omnia edet Quercetanus.

Jacobus Manilius, Brigantinus, anno 1519. ſcripſit Chronicon Epiſcopatus Conſtantienſis, quod uſque ad annum 1507. deduxit; à Joanne Piſtorio editum.

Joannes Antonius Flaminius, Forocornelienſis, pater M. Antonii Flaminii, ludum litterarium Bononiæ aperuit, & ibidem 1536. deceſſit; ſepultus apud Dominicanos. Præter *Silvarum*, *Epigrammatum & Epiſtolarum libros*, ſcripſit vitas *Alberti Magni*, *Vincentii Ferrerii*, & aliorum illuſtrium Dominicanorum, à Leandro Alberto publicatas.

Joannes Bronchorſtius, Noviomagus, opus Bedæ, *de ſex mundi ætatibus*, ſcholiis illuſtravit, & à Bedæ ætate uſque ad Caroli V. annum 26. continuavit; Coloniæ 1537. typis editum.

Joannes Garzonius, Bononienſis, compoſuit *libros duos de rebus Saxoniæ, Thuringiæ, vicinarumque provinciarum*, Baſileæ 1518. & 1541. editos. In litteras item retulit *vitas SS. Dominici, Petri Veronenſis & Thomæ Aquinatis*, editas à Leandro Alberto, qui ipſum vocat præceptorem ſuum.

Joannes, monachus Majoris monaſterii apud Turones, *hiſtoriam Goffredi Comitis Andegavorum*, Turonum ac Cenomanorum, & *Ducis Normannorum* libris duobus comprehendit.

Julius Florus *Chronicon* de rebus potiſſimùm Aquitanicis à Carolo Calvo ad annum 1140. poſteris reliquit. Gaufredus, monachus ad S. Martialem Lemovicenſem, & Prior Voſienſis, *Chronica* à Roberti Fr. Regis tempore ad annum 1183. protraxit. Exſtat item ms. Chronicon à diverſis monachis cœnobii S. Martialis Lemovicenſis deductum uſque ad annum 1310.

Lambertus, Ardenſis presbyter, ſub annum 1210. ſcripſit *hiſtoriam Ardenſem*; quam Arnulfo II. Comiti Giſnenſi & Ardæ domino dicavit. Multas ea continet fabellas; ut de *Suffrido Dano* & *Elſtrude*, quam Lambertus contendit fuiſſe Arnulfi Magni Flandriæ Comitis filiam. Sed hæc & alia falſitatis arguuntur ex vetuſtis Flandrenſium Comitum diplomatibus, editis ab *Oliverio Vredio*, Senatore Brugenſi. Lambertus porrò Jo. Iperium & alios multos in errorem traxit.

Lucifer Calaritani Epiſcopi obitum ad annum 371. refert Baronius. Cæterùm ſi caſus ejus magnum intulit fidelibus luctum & timorem (quod verè dixit Baronius;) haut ſanè minorem exultationem ac ſpem inferat, qui illum ab eo graviſſimo caſu, dextram porrigente divinâ gratiâ, ſe ſuſtuliſſe docuerit. Faciam hic ego (*verba ſunt Henrici Spondani*) auſpice Chriſto, & comprobante cœlo; promotore in primis pio quodam ſacerdote Sardo, qui exhibuit mihi in Urbe duplex teſtimonium authenticum agnitæ poſt obitum ſanctitatis Luciferi. Alterum ms. ſubſcriptumque menſe Octobri 1616. ab Archiepiſcopo Calaritano, Epiſcopo Boſanenſi, & aliquot Canonicis, ac Theologis Soc. Jeſu, ſigilloque Archiepiſcopali firmatum: quo aſſeritur, ex vetuſtis ejus inſulæ ſacris monumentis, certiſſimè conſtare, fuiſſe ab antiquis temporibus erectam in ea civitate eccleſiam in honorem *S. Luciferi*, Epiſcopi Calaritani, quæ hodieque exſtat. Alterum excuſum 1617. recentis inventionis Sanctorum Sardiniæ, diligentiâ ejuſdem Archiepiſcopi; qua, præter alia diverſorum SS. corpora, in eadem eccleſia *S. Luciferi* diverſis locis reperta, inventa eſt ad ejus altare primarium grandis arca marmorea, continens oſſa cujuſdam corporis, magna odoris ſuavitate fragrantia; quæ facilè ab omnibus credita ſunt eſſe ſacra lipſana ipſius *Luciferi*, quod in præcipuo ejus eccleſiæ loco repoſita fuiſſent. Eò maximè, quòd eodem momento, abſque ullo prævio mandato, pulſatæ ſponte ſint campanæ eccleſiæ archiepiſcopalis, ſicut in ſolemnitate Paſchali fieri conſueſceret; tamquam in divinam confirmationem hujuſmodi illorum exiſtimationis, & lætitiam ac gratulationem tanti theſauri feliciter effoſſi. Quæ ſanè ſi vivente *Baronio* contigiſſent, haut gravatè (ut opinor) ſententiam de infelici exitu Luciferi revocaſſet; qui dum vixit, ſolo teſtimonio eccleſiæ in ejus honorem antiquitùs erectæ, ſe id præſtiturum promiſerat: ſicuti & in caſu ſimili revocavit, quæ de *Fauſto Regienſi* in Gallia Epiſcopo priùs dixerat. Illud equidem ſcio, catholicæ Fidei zelo ardentem fuiſſe *Luciferum*, ut ab antiquis ſcriptoribus, etiam poſt ſchiſma factum, & ſectam Luciferianam poſt ſe relictam, non niſi timidè arguatur. Et quamvis nullus eum, abjecto ſchiſmate, in unitate Eccleſiæ decesſiſſe dicat; potuit tamen facilè eos latuiſſe, quod quaſi extra orbem, in inſula non adeò ab exteris frequentata, contigiſſet. Cùm & alioqui *Petrus de Natalibus*, jam ante 130. ferè annos, illum in catalogo Sanctorum numeraverit (præter illos auctores, qui de rebus & Sanctis Sardiniæ poſtea ſcripſerunt) & ipſe antiquiſſimus *Hieronymus*, dum ulcus tangit ejus ſchiſmatis, vocat, etiam poſt obitum, *beatum*: quod vix reperias de quoquam non catholicè mortuo uſurpatum. Quocircà maneant, tam noſtro quàm Baronii nomine, *Lucifero* integra pœnitentiæ ac palinodiæ ſuæ jura; neque ex noſtris ſcriptis ſentiat præjudicium. *Sic ferè* Henricus *Spondanus*, *Epiſcopus Apamienſis*, *in epitome Annalium Baronianorum*, *ad annum* 362.

Michael Pſellus, Platonicæ philoſophiæ ſtudioſiſſimus, præter alia ſuprà pag. 51. recenſita, ſcripſit *dialogum de operatione dæmonum*; quem Gibertus Gaulminus primus Pariſiis 1615. Græcè ac Latinè edidit, notiſque illuſtravit.

Odoramnus, monachus S. Petri Vivi apud Senones, ſub annum 1045. ſcripſit Chro-

*Chronicon*, quod integrum Quercetanus to. 2. Hiſtoricorum Franciæ edidit: nam fragmentum tantummodò *Pithœus* antea publicarat.

Ordericus Vitalis, Angligena, cœnobii Uticenſis ſeu S. Ebrulfi monachus, *hiſtoriam eccleſiaſticam Normannorum* libris 13. eſt complexus.

Romualdus II. Salernitanus Epiſcopus ab orbe condito hiſtoriam uſque ad annum 1177. perſecutus eſt: quo & vixit. Exſtat ea ms. Salerni & Romæ in Vaticana bibliotheca: ex qua Baronius in geſtis anni 1084. & 1177. nonnulla produxit.

Rosvitha Gandeshemenſis monialis, Græcè & Latinè docta, temporibus Othonis II. Imp. floruit: cujus juſſu, itemque Gerbergæ Abbatiſſæ, ſcripſit carmine elegiaco hiſtoriam *Othonis I. Imp.* ſive ut ipſa vocat, *Oddonis*. Panxit item carmine *paſſionem S. Pelagii martyris Hiſpani*, *vitam S. Gandolfi*, & aliorum Sanctorum; præter comœdias ſex proſa, ad æmulationem Terentii, conſcriptas. Quæ omnia 1501. prodierunt Noribergæ, procurante Conrado Celte.

Rusticus Helpidius, Theoderici Gothorum Regis Medicus & Exquæſtor, ſcripſit *carmina quædam*, cum aliis Chriſtianorum poëtarum edita.

Sanctes Pagninus, Lucenſis ord. Prædicatorum Theologus, linguarum Orientalium periti ſſimus, Apoſtolicus concionator, Lugduni in Gallia 1541. vivere deſiit. Scripſit *in ſacram Scripturam* quam plurima, quæ Sixtus Senenſis enumerat. Et ut non diffitear nonnulla apud eum, præſertim quoad editionis vulgatæ immutationem, meritò improbari, quæ Poſſevinus in Apparatu ſacro annotavit, & in poſterioribus editionibus expunctione damnata ſunt: tamen neque, cùm ſcripſit Pagninus, adeò rata erat apud Catholicos editionis vulgatæ auctoritas, ac fuit poſt Synodum Tridentinam, Pagnini tempora ſubſecutam, neque omnia illa quæ apud Pagninum diſplicent, ſunt revera ab eo profecta. Pleraque enim Genevenſium interpolatorum nequitiæ adſcribenda ſunt: tametſi ementito loci chalcographiæ nomine, in lucem ſint edita, & mala fide pro Pagnini lucubrationibus vænum expoſita; ut *Ramundus* in Mantiſſa ad Indiculum SS. Lugdunenſium loquitur.

Theodorus S. R. E. diaconus Græcè ſcripſit *vitam S. Joannis Chryſoſtomi*, ex ore *Palladii* incertæ ſedis Epiſcopi: qui Palladius cum ſuis collegis pro Chryſoſtomo contra alios Epiſcopos ſteterat. Sunt qui ſuſpicantur hunc Palladium fuiſſe Apoſtolum Scotorum ſeu Hibernorum. Ut ut ſit, in Græco-Batava, & in editione Latina, ſcriptor hic vitæ Chryſoſtomianæ perperàm vocatur *Epiſcopus Helenopoleos*. Nam Palladius Galata, de quo ad c. ult. Hieronymi, Honorii c. 130. & ſupra p. 8. egimus, fuit Helenopolitanus Epiſcopus; non iſte.

Socci Sermones 1484. Argentorati, & Daventriæ tribus tomis in fol. ſunt editi. Nomen quidam deſumptum putant à ſucco & medulla Scripturæ ſacræ. Daventrienſis editio dicit, opus eſſe monachi Ciſtertienſis in *Mariemaid* prope Hildeshemium, Germaniæ urbem epiſcopalem; & ſic dictum, quia poſt mortem in ejus ſoccularibus ſit inventum. *Sic ferè Molanus in ms. Bibliotheca ſacra.*

Thomas Haselbachius, Germanus, S. Th. profeſſor Viennæ in Auſtria, ſcripſit *ſuper Epiſtolis D. Pauli Sermones*, in folio olim excuſos, ſine nota anni & loci. Vixit ſub annum 1410. *cujus ego doctrinam laudarem, niſi annos 22. Eſaiæ primum capitulum legiſſet:* ait Æneas Silvius epiſt. 165.

Thomas Lentinus, ord. Prædicatorum, ex Cuſantino Epiſcopo Hieroſolymitanus Patriarcha, ſcripſit *vitam S. Petri martyris* ex eodem ordine, à Surio 29. Aprilis editam: obiitque anno milleſimo ducenteſimo ſeptuageſimo ſeptimo.

Ulricus Molitor, Conſtantienſis, Decretorum Doctor Papienſis, cauſarum in patria patronus, ad Sigiſmundum Auſtriæ Ducem, ſcripſit librum *De lamiis & pythonicis mulieribus*; Conſtantiæ 1489. in 4. editum.

Ursinus, jubente Anſualdo Pictavorum Epiſcopo, ſcripſit *vitam S. Leodegarii Epiſc. Auguſtodunenſis*, & Majoris domus Franciæ ſub Childerico Clodovei II. filio; quam Quercetanus edidit tom. 1. Hiſtoricorum Franciæ.

Waldrammi, ſorte Baltranni, Epiſcopi Argentoratenſis, carmina exſtant apud Caniſium tom. 1. Lect. antiquæ. Obiit 905.

Weingartensis ſeu Altorfenſis monachi, anonymi, *Hiſtoria de Guelfis Principibus*, & *Chronicon* à Chriſto nato uſque ad annum 1197. exſtant apud eumdem Caniſium tomo citato.

Zacharias Benedictus, Cartuſianus Vicentinus, anno 1508. deſcripſit *Originem ordinis Cartuſiani*. typis 1574. editam.

Zacharias Lilius, Vicentinus, Canonicus regularis, libros tres, *De gloria & gaudiis Beatorum*, 1501. in 4. Venetiis excudendos curavit.

Zenobius Acciaiolus, Florentinus, ord. Prædicatorum, Vaticanæ bibliothecæ magiſter, anno 1505. vixit, & ex Græco in Latinum tranſtulit *Olympiodorum in Eccleſiaſten*, item varia *Euſebii*, *Theodoreti* & aliorum opera.



Digitized by Google

# ELOGIUM AVCTORIS

## Ex Antonio Sandero, Valerio Andrea, & aliis.

AUBERTUS MIRÆUS, vernaculè *Le Mire*, an. 1573. prid. Cal. Decemb. Bruxellæ naſcitur, patre *Guilelmo*, qui à recepta reductaque ad legitimi ſui Principis obſequium per *Alexandrum Farneſium* Parmæ Ducem, civitate patriâ, ſatagente fauenteque *Farneſio*, primus è Catholicis civibus Quæſturæ ejuſdem urbis præfectus fuit. Patruum habuit *Joannem Miræum*, Antuerpienſium laudatiſſimæ memoriæ Antiſtitem.

Litteris politioribus egregiè Duaci delibutus, Philoſophiam ibidem diſcere cœpit, Profeſſorem nactus *Geor. Colvenerium*; abſolvit verò Lovanii: ubi & Humaniores ipſe litteras, magno cum auditorum ſuorum fructu, peritè profeſſus eſt, auditor ipſe *J. Lipſii* ferè continuus, atque interioris admiſſionis diſcipulus & amicus. Studiis ſacris dans operam, in Collegium Theologicum migravit, cui tum præerat vir eximius *Joannes Clarius*, ſacræ Theologiæ Doctor, à quo rei œconomicæ adminiſtrationem ſibi imponi paſſus eſt, quoque agente Canonicatum in Eccleſia Cathedrali Antverpienſi ex indulto Nominationis Academicæ an. 1598. obtinuit. Itaque decurſo ſtudii Theologici curriculo, abſolutiſque pro Licentia, ut vocant, diſputationibus, Antverpiam venit; ubi inter honeſtiſſimos optimoſque viros, & florem in ea civitate Belgarum, mox eminere cœpit, variaſque functiones obivit, Scholarchæ, Sigilliferi, Bibliothecarii; quæ licet totum hominem occupare potuiſſent, tanto ardebat amore Muſarum, ut obtemperare ſibi non poſſet, quin ubicumque locorum ſemper legeret, diſquireret, obſervaret, notaret, excerperet aut ſcriberet, & apes imitatus è floribus aptioribus Auctorum probatorum mellilegium copularet. Adeoque *Miræo* nobis adaptare licebit, quod *Plinius Secundus* ſcripſit de ſeniore patruo ſuo *lib.* 3. *ep.* 5. lucubrare eum ſolitum, non auſpicandi causâ, ſed ſtudendi à multa nocte: ſomni fuiſſe parciſſimi: nihil legiſſe, quod non adnotaret excerperetque. Addens ſe correptum ab eo, cur ambularet, dixiſſeque: *Poteras has horas non perdere.* Nam perire omne tempus arbitrabatur, quod ſtudiis non impertiretur. *Nonne videtur tibi*, inquit, *recordanti quantum ſcripſerit, nec in officiis ullis, nec in amicitia Principum fuiſſe? Rurſus, cùm audis, quid ſtudiis laboris impenderit, nec ſcripſiſſe ſatis, nec legiſſe? Hujus rei in* Miræo *fidem* (inquit Andreas) *ipſe facere poſſum, quem ille aliquanto tempore domeſticum menſæ ſuæ adhibuit, & deinceps, quoad vixit, amicum & in ſeruenti gratia habuit.* Anno 1610. à patruo Epiſcopo Antverpienſi miſſus fuit, primò in Bataviam, ac deinde in Galliam, ut impiis hæreticorum conatibus tempeſtivè occurreretur, qui Religionem orthodoxam contra pacta Induciarum, per diœceſim Antverpienſem turbare ſatagebant. A morte ejuſdem, ſui patrui, anno 1611. Duacum profectus, ut Fundationem, quam ille ibidem inſtitui ſupremis tabulis mandarat, promoveret, S. Th. Laureâ IV. Nonas Maji ab eximio viro *Guilielmo Eſtio* donatus eſt. Nec diu poſt à ſacris Oratorii Sereniſſ. Principum *Alberti* & *Iſabellæ*, Paſtor ac Bibliothecarius Aulæ, Protonotarius Apoſtolicus, & poſtremò à morte *Joannis Delrio* an. 1624. Decanus nominatus eſt Antverpienſis, atque Epiſcopatus ejuſdem Vicarius Generalis. Vir fuit de Eccleſiaſticis, in Belgio præſertim, antiquitatibus optimè meritus: qui hoc unum agebat maximè, ut ἀνέκδοτα hactenus, & cum blattis tineiſquè luctantia in lucem aſpectumquè publicum proferret; ut Eccleſiæ ſtatum ac regimen ob oculos poneret; ut ſacrorum Ordinum initia progreſſuſquè eruerent; ut Principatuum Belgii origines hactenus obſcuras illuſtraret, ac pleràque alia Belgicæ antiquitatis arcana hactenus abdita recluderet; idque non ex conjecturis ac Chronographis; quinimò ex ipſis Principum Diplomatibus, quæ in eam rem ex publicis privatiſque Bibliothecis atque archivis plurima ingenti labore ac ſumptu collegit & publici juris fecit: quò ferè ſpectant ſequentia; *Elogia Illuſtrium Belgii Scriptorum*, iterum ea auctius edita, Antverp. 1609. in 4. typis Davidis Martinii. *Elogia Illuſtrium gentis Spinolæ.* Ibid. apud Verduſium, 1608. 4. & Coloniæ, 1611. 4. apud Joan. Kinchium. *Vita V. CL. Juſti Lipſii*, Doctoris ſui, ex ipſius potiſſimùm ſcriptis concinnata, Antverp. 1609. 8. & in Elogiis Belgicis, ac Fama poſtuma ejuſdem Lipſii, apud Moretum. ORIGINES *Monaſteriorum Benedictinorum*, per Belgium. Antverp. typis Verduſii 1608. 8. *Cartuſianorum*, per orbem univerſum. Coloniæ, 1609. 8, apud Hieratum. *Ordinum Equeſtrium ſive Militarium.* libris II. Antver. 1609. 4. & Coloniæ apud Kinchium. 1638. 8. *Virginum Ord. D. Virginis Annuntiatæ*, Antver. 1618. 4. *Ordinis Carmelitani*, ab *Elia* Propheta inchoati, ab *Alberto* Patriarcha vitæ regulâ temperati, à *S. Tereſa* ad primævam diſciplinam revocati, Ibid. 1610. 8. *Ordinum Auguſtinianorum*, ſub Regula Divi Auguſtini militantium, Gallicè. Ibid. 1611. S. *Canonicorum Regularium Ord. S. Auguſtini.* Coloniæ, typis Bernardi Gualteri, 1614. 8. *Originum Monaſticarum* libb. V. & *Laudatio Sancti Thomæ Aquinatis*, ejuſque doctrinæ, dicta Bruxellis. Ibid. 1620. 8. CHRONICON *Ordinis Præmonſtratenſis*, in quo initia ejus, progreſſusque ac Viri celebres, Cœnobiaque commemorantur. Ibid. 1613. 8. *Ciſtertienſe*; in quo ejus quoque Ordinis, à *S. Roberto*, Abbate Moliſmenſi primùm inchoati, à *S. Bernardo* mirificè aucti & propagati, initia & incrementa. Ibid. 1613. 8. *Benedictinum*, ſive Benedictinorum Cœno-

Cœnobiorum origines, &c. Ibid. 1614. 8. *De Congregationibus Clericorum in communi viventium.* Ibid. 1632. 8. *De Collegiis Canonicorum* liber ſingularis. Ibid. 1615. 8. *Notitia Epiſcopatuum orbis univerſi.* typis Plantin. 1613. 8. *Politia Eccleſiaſtica*, ſive *De ſtatu Religionis Chriſtianæ per totum orbem*, lib. IV. Coloniæ, 1609. 8. & Lugd. 1620. 12. *Geographia Eccleſiaſtica*; in qua Provinciæ, Metropoles, Urbeſque titulo Epiſcopali illuſtres. Ibid in 12. *Oratio in exſequiis Rudolphi II. Imp.* Antverp. habita, typis Plantinianis 1612. 4. *Commentarius de bello Bohemico*, Ferdinandi II. Imp. auſpiciis. Bruxellæ, 1621. 4. & Coloniæ 1622. 8. *Elogium & Funus Sereniſſ. Alberti Pii*, Principis &c. Bruxel. 1622. *Commentarius de Vita Alberti Pii*, Principis &c. typis Plantin. 1622. 4. *Laudatio Funebris Sereniſſ. Iſabellæ Claræ Eugeniæ* &c. Ibid. 1634. 4. *Chronicon Rerum toto orbe geſtarum*; à Chriſto nato ad hæc uſque tempora; auctoribus, *Euſebio* Epiſc. Cæſarienſi, *B. Hieronymo* Presbytero, *Sigeberto* Gemblacenſi Monacho, *Anſelmo* Gemblacenſi Abbate, aliisque: cum Auctario *Mirai* ab anno 1200. ad annum 1608. 4; apud Verduſ. *Petri Divæi Hiſtoria Brabantica*, à *Miræo* eruta & illuſtrata, cum Auctariolo. Ibid, 1610. 4. *Diſquiſitio de SS. Virginibus Colonienſibus*, 1608. 4. *Faſti SS. Belgici ac Burgundici.* Bruxel. apud Joan. Pepermannum, 1622. 8. *Rerum Belgicarum Annales.* Ibid. 1624. 8. *Stemmata Principum Belgii*, ex Diplomatibus ac tabb. publicis potiſſimùm concinnata. Ibid. 1626. typis Meerbecii. *Codex Donationum piarum*, præſertim Belgicarum. Ibid. 1624. 4. *Diplomata Belgica.* Ibid. apud Joan. Peperman. 1628. 4. *Donationes Belgicæ.* Antverpiæ apud Joan. Cnobbarum 1629. 4. *Notitia Eccleſiarum Belgii*, Ibid. 1630. 4. Omnia cum *Notis. Rerum Belgicarum Chronicon*, à Jul. Cæſaris in Gallia adventu uſque ad an. 1636. Ibid. apud Guil. Lefteenum. *Codex Regularum & Conſtitutionem Clericalium*, cum *Notis*, typis Trognæſii 1638. fol. *Bibliotheca Eccleſiaſtica*, ſive Nomenclatores VII. veteres, *S. Hieronymus* Presbyter & Doctor Eccleſiæ, *Gennadius* Maſſilienſis, S. *Iſidorus* Hiſpalenſis, *S. Ildefonſus* Toletanus, *Honorius* Auguſtodunenſis, *Sigebertus* Gemblacenſis, *Henricus* Gandavenſis: cum *Mirai Auctariis & Scholiis*, Ibid. apud Jac. Meſium 1639. fol. Præter hoc opus poſthumum, cùi cùm inſudaret, obiit. Amicis & familiaribus utebatur omnibus ferè ævi ſui doctiſſimis Viris, undequaque ad illum vel concurreutibus, vel per litteras cum eo communicantibus, inter quos familiariſſimè cum eodem converſati ſunt *Andreas Schottus*, *Heribertus Roſweydus*, *Ægidius Bucherius*, *Chriſtophorus Butkens*, *Godefridus VVendelinus*, *Nicolaus Rockoxius*, vir Conſularis, *Petrus Paulus Rubenius*, ævi ſui Apelles, ambo *Lancelotti* fratres, ac præ cæteris *Caſpar Gevartius*, urbis Antverpienſis Archigrammateus.

---

## APPROBATIO.

PArs hæc *altera* Bibliothecæ *Eccleſiaſticæ* AUBERTI MIRÆI, *Decani Antverpienſis*, magno ſtudio ac judicio eleganter & utiliter ad bonum publicum inſtructa, prælo digniſſima eſt. Ita cenſui 14. Aprilis 1649.

GUIL. BOLOGNINO S. Th. L. Can.
Lib. Cenſor Antverpienſis.



Digitized by Google

# EPITAPHIVM

*In ambitu Chori.*

## D. O. M. S.

AVBERTO MIRÆO. H. Cath. Eccl. Decano,
Studiis scriptisque Clarissimo,
Qui ordinibus Religiosis origines,
Annalibus gesta, Piis fundatoribus famam,
Historiis lucem, Scriptoribus per elogia vitam,
Patriæ claritudinem, Ecclesiæ huic
Decus asseruit:
Quibus assiduè laboranti, ac fœliciter operanti
& perennare dignissimo
Mors manum injecit anno M. DC. XL.
Mens. Oct. die XIX. vitæ ejus LXVII.
*Joan. Carol. Franchemius Miræus* ex asse hæres
Avunculo magno, Proparenti opt. in H. E. Choro
Condito. Gratitud. ergò monumentum P. C.

---

*In Choro à parte Meridionali.*

Uni Trinoque Deo S.
Cui quod de terra acceperat,
Eidem hic reddidit
AUBERTUS MIRÆUS Bruxellen. Guil. F.
JOANNIS quond. hîc Episc. ex fratre N.
Hujus Cath. Eccles. Decanus, &
Episcopat. Vicarius General.
Protonot. Apostol. S. TH. Lic.
Ser. ALBERTO & ISABELLÆ Austriæ Archid.
Belgii Principibus à Sacris Oratorii,
Et Bibliothecæ Præfectus.
Piis manibus lector benè apprecare.

BIBLI-

Digitized by Google

BIBLIOTHECA

# ECCLESIASTICA

SIVE

DE SCRIPTORIBUS

# ECCLESIASTICIS,

Qui ab anno Christi 1494. quo JOANNES TRITHEMIUS desinit, ad usque tempora nostra floruerunt.

PARS ALTERA,

AUBERTI MIRÆI, Bruxellensis,
Decani Antverpiensis,

OPVS POSTHVMVM,

AUBERTUS VAN DEN EEDE, Canonicus, Sigillifer & Scholasticus Antverpiensis, publicabat

ANTWERPIÆ ANNO M. DC. XLIX.

# PER-ILLUSTRI GENEROSISSIMOQUE DOMINO D. THOMÆ LOPEZ AB VLLOA,

## BARONI DE LIMALE,

*Toparchæ de* Bierges, *Phani S. Lamberti*, *Champles*, *Ottembourg*, *Del Valles*, *Rodæ S. Agathæ*, *Netten*, *Coulture*, *Mariansart*, *&c.*

*Equiti Militaris Ordinis Alcantaræ*, *Regiæ Catholicæ Majestati à Consiliis Bellicis*, *& ejus Ærarii apud Belgas Summo Præfecto.*

SCRIPTORUM agmen in fausto lumine positurus, Tuum debui nomen, Generosissime BARO, præferre, qui non solùm armatorum facinora, sed & litteratorum fœtus habes in pretio, quorum labores ab interitu vindicas, etiam maximis impensis. Testatur id una LIMALIA, ubi Mars cum Pallade de magnificentiæ Tuæ gloria decertat, & undequaque conquisita præteritorum sæculorum varia armorum genera, velut in Armamentario locupletissimo reconduntur; nec minus omnium Scriptorum ampliſſima Bibliotheca asservatur, quam indies auges & curas, ut in perpetuum vivat, studio & eruditionis amore fallente sumptus. Movit me Tuus in Auctorem, avunculum quondam meum, & ejus in Te vicissim non vulgaris, dum viveret, affectus, quem Tua benevolentia adhuc continuat, dum ejus ad Te autographas Epistolas, jussu Tuo, quam religiosissimè asseruari compertum habeo. Unde non immeritò si superstes ille foret, maximè probaret electionem tanti Patroni. Et ut mea fert opinio, Tibi cedet hoc opus in usum; dum, verè φιλόβιβλος, librorum omnigenæ doctrinæ conquirendorum studio duceris: commodum æquè ac jucundum erit agnoscere multos, qui scripserint, & de quibus scripserint, fontesquè nosse, unde haurire possis, quæ Penu Tuum librarium augeant, quod nostris & futuris sæculis profuturum est; & instructissimum Sapientiæ, velut alterum Mineruæ Armamentarium nuncupare licebit. Cùm autem hic Elenchus loquatur, nihil de Operis argumento dicam, neque de Auctoris ingenio & doctrina, quem maximi semper ipse facis, & cujus laudibus Belgica nostra personat. Unum Te rogo, Generosissime Domine, qui omnium Doctorum Protector & Mæcenas es, ut ipsius memoriam amanter ac piè colere pergas, & ab æmulorum morsibus vindicare pro genio Tuo cures. Tua porrò Pietas, morum Innocentia, rerum summo Reipub. bono agendarum Dexteritas, Integritas, Diligentia, Prudentia, aliæque Tuæ Virtutes, quibus feliciter instructus, ardua Potentissimi Regis negotia difficillimis temporibus peragis, sic Europâ totâ deprædicantur, ut Augustissimus *Ferdinandus III.* Imperator Te Sacri Romani Imperii Marchionatus insignibus decoraverit, Potentissimus Hispaniarum Rex Te novis honoribus cohonestare promittat, & aliis dignitatibus ampliare meditetur, quæ præclaris meritis, pluries commeritus es; siquidem ad Militaria & alia publica munia Prudentissimus meritorum Æstimator *Philippus IV.* Te jam tertio revocavit, ægre discedentem ab amœnissima Tua *Limalia*, quam aëris temperies, insignis Palatii & ædificiorum amplitudo, sylvarum amœnitas, agrorum fertilitas, fontium ubertas, incolarum humanitas ita commendabilem reddunt, ut Thessalica Tempe etiam superet, præsertim si à Magnificentissimo Toparcha suo sibi laudes assumat. Eam porrò, ne quid desit, novo Gymnasio, Musarum futuram domicilium, adaugere moliris: ita ut ibidem Nobilissimi Tui Filii *D. Didacus* Canonicus Cameracensis, *D. Emmanuel* Cataphractorum Equitum, *D. Eugenius* Peditum Centuriones & *D. Joannes*, quidquid Sagum, quidquid Toga requirit, reperturi sint: adeoque generosissima Majorum vestigia insequentes, plura Gloriæ & Honorum incrementa exspectare Indies debeant, quod boni omnes & vovent & ominantur, inter quos ego

*Per-Illust. ac Gen. D. Tuæ devotiss.*

Antverp. 19. Jun. 1649.

AUR. VAN DEN EEDE.

LECTO-

Digitized by Google

# LECTORI BENEVOLO

## ARNOLDUS à PORTA Canonicus Bergi-zomenſis, Capellanus Regius in Caſtro Antverp. S.

VISUM *pauca præfari, Lector erudite, ut inſtituti hujus operis rationem reddam. Veteres illos Nomenclatores VII. de ſuorum Sæculorum ingeniis ſingulos, velut in Theatro diſſerentes, primâ hujus* Bibliothecæ *parte ſpectaviſti. Sciebat* Aubertus Miræus, *Vir per omnia ſcriptis eminens, id tibi non minùs jucundum, quàm fructuoſum exſtitiſſe: nec ignorabat deeſſe non paucos Scriptores, quorum lucubrationes & elogia, ex toto, aut pro parte, apud* Hieronymum, Gennadium, Ildefonſum, Honorium, Sigebertum & Henricum Gandavenſem *deſiderarentur.*

*Ut igitur pro ſedula ſua ſagacitate tibi faceret ſatis, varias Bibliothecas, cùm publicas, tùm privatas, perluſtravit, & inſuper quæ ex* Euſebio Cæſarienſi, Photio C. P. Joanne Trithemio, Sixto & Antonio Senenſibus, Joanne Molano, Guilielmo Eiſengrenio, Jacobo Pamelio, Margarino Bignæo, Cæſare Baronio, Roberto Bellarmino, Antonio Poſſevino, Ribadeneira, Willotio, Joanne Pitſeo, Petro Lucio, Alegrio *& aliis in ſuum tuumque commodum ſepoſuerat, in* Auctarium *ſuum ad* VII. quos dixi Nomenclatores *rejecit, quod & nuncupavit* Auctarium Heptadis; *opus autem univerſum* Bibliothecam Eccleſiaſticam *prænotavit, ac ære ſuo, hujuſce Officinæ typis an.* 1639. *quanto curioſorum & doctorum hominum applauſu publici juris fecerit, ex unius* Famiani Stradæ *judicio conſpicere iuuabit. Ita ſcribebas Româ* 21. *Januarii an.* 1640. *celeberrimus ille Belli Belgici Scriptorum Coriphæus:* Reverendiſſime & Clariſſime Domine, Bibliothecam Eccleſiaſticam abs Te mihi miſſam reverenter accepi, uti munus Sacrum ab homine Sacro. Admiratus ſum in ea eruditionem, judicium, perſpicuitatem. Quàm multa legiſſe opus eſt eum, qui hæc ſcripſerit! quâ prudentia vigere, qui de ſingulis ita judicaverit! quâ ingenii facilitate, qui res adeò implexas, tam clarè digeſſerit! Debuimus ad hanc diem Scriptores Eccleſiaſticos illis ſeptem Nomenclatoribus: jam incipimus eos alioſque debere & Tibi, cujus operâ illuſtriores accipimus. Ut meritò Tibi, tales inter Viros adſcribendo, gratulari non vanâ anticipatione poſſimus.

*Reſtabat ad operis totius complementum, ut ad uſque tempora noſtra perduceretur, atque ſecuturis ſæculis magis innoteſcerent Viri ævo noſtro ſcriptis virtutibuſque præclari; ii præſertim qui Sacro Oecumenico Concilio Tridentino interfuerant, quorum omnium tum facta, tum ſcripta, circa fidem vacillantes in Religionis recto tramite retinerent & deſidibus animis ad eorum imitationem velut calcaria quædam ſubjicerent.*

*Quapropter inceptum opus ſupplere & ad finem perducere Auctor* verè Polygraphus, *atque ſuum Antverpienſe Canonicorum Collegium ſcriptis æterno marmore dignis luculenter nobilitare pergebat, cùm ſæva interveniens Libitina calamum ponere juſſit, eumque mortalium cœtui eripuit* 19. *Octob. anno* 1640.

Schedæ, *quas ad hoc* Supplementum *concinnaverat, incompoſitæ divagabantur octennio toto, ſedibus incertis, cum blattis timeiſque decertantes: has verò, ne tam pretioſus Auctoris tanti labor infeliciter deperiret, impulit & me cohortatus eſt admodum Venerabilis* D. Aubertus van den Eede, *Canonicus Antverpienſis ac defuncti nepos, ut in faſcem unum collectas, prælo mox edendas componerem. Obtemperavi, & propter ejus in me ſingularia beneficia, dicto fui lubenter audiens. Et ſane qui quondam à ſtudiis manibusque* Miræo *fuiſſe me glorior, mearum eſſe partium exiſtimavi ſeduló curare, ne tam pretioſus atque utilis theſaurus diutiùs in tenebris deliteſceret.*

*In hoc autem opus non ea tantummodo referuntur, quæ merè Eccleſiaſtica ſunt; ſed veteris quoque ac recentioris ævi* (Molani, *& aliorum exemplo*) *Iuriſconſultos quoſdam, Chronologos, Hiſtoricos, etiam prophanos, Politicos, Philoſophos, Mathematicos, Oratores, Poëtas, Grammaticos alioſque commemorat Auctor: uti enim omnia referuntur ad Deum, ſic omnium ſcientiarum themata ſubſerviunt & ancillantur Eccleſiaſticæ diſciplinæ; quam viam & nos inſtitimus, dum varia præclarorum Virorum, nec unius argumenti opera, quæ poſt* Miræi *mortem prodierunt, huic* Bibliothecæ *velut lacinias attexuimus, aut ab illo ſubinde prætermiſſa hìc illic inſperſimus.*

Dicet *fortaſſe quiſpiam, multos illuſtres Scriptores rerum ſacrarum, noſtro & ſuperiore ſæculo, elogii lauream præ cæteris meruiſſe, quos tamen* Miræus *omiſit, multorumque meminiſſe, quorum tamen omnes omnino lucubrationes non recenſuit. Verùm is ſecum reputet rogo, uti omnino nullus omnia ſcivit, legit, dixit aut ſcripto commiſit, ita & quæ ſcivit, nec ſcribere ſæpè voluiſſe, aut potuiſſe vel debuiſſe; ſi præſertim, uti noſter Auctor antequam manum de tabula tollat, morte præveniatur. Nec ſanè* Miræo, *etiamſi ſuperſtes fuiſſet, ſcopus erat omnes omnino Scriptores noſtri aut ſuperioris ſæculi recenſere: quòd id immenſi foret laboris ac voluminis, ac fortaſſis etiam ſuperfluæ curæ.*

*Igitur, quicumque nomen ſuum ab eo, vel ſcripta ſua eſſe prætermiſſa conſpicient, non eum malevolentiæ aut negligentiæ arguant; ſed quidquid hujus eſt culpæ, feſtinanti atque ad alia (quæ plurima animo deſtinaverat, atque jam affecta habebat) properanti condonent: agnoſcantque mirum cuipiam videri non debere in tanta nominum, librorum, elogiorum, temporumque varietate, hominem, dum viveret, publicis privatiſque negotiis diſtrictum, memoriâ ſubinde lapſum fuiſſe, aut quæ priùs memorata fuerant, alibi repetiviſſe.*

*Nec improperet aliquis parum aut nihil præſtitiſſe, & aliena tantum coaceruaſſe: nam in hoc* Gazophylacium *multa ſanè congeſſit, quæ ipſe per ſe fuit edoctus obſervando, legendo, conſultando. In reliquis ſciebat ſe non tam nova cudere quàm vetera recenſere: atque id ſibi cum Chronologis, quorum tamen ob id labor non deſpicitur, eſſe commune.*

*Abſtinuit verò datâ operâ nominandis auctoribus Hæreticis, aliiſque ſcriptoribus damnatis, quòd Eccleſiæ Catholicæ Primores eorum memoriam potius obliterandam jure merito putent, quàm conſervandam. Si vero in tanta congerie Heterodoxæ religionis interpretem, aut aliquem antagoniſtam Fidei Catholicæ recenſuit; dum eum notavit, vel obiter tantum nomen poſuit, vel id factum eſt, quod ejuratis hæreſibus jam ad Eccleſiam rediiſſet, vel quòd non certò ſciverit eum eo loco habendum eſſe: nam licet odio ſemper maximo habuerit ejuſmodi farinæ homines, non tamen hîc ex profeſſo agere voluit Cenſorem, ne græviſſimum hæreſcos & atrociſſimum probrum alicui fortè citra noxam impingeret.*

*Superſtites, vel jejunè, vel omninò non laudavit, & ſi quem fulgentioribus laudibus reſperſit, id ferè præſtitit aliorum verbis typo jam editis. Non quòd cujuſquam doctrinam ægris oculis aſpiceret vir ab omni livore alieniſſimus; ſed ne aut illis ipſis apud alios invidiam ſuſcitaret; aut ſibi obnoxiè adulantis ſuſpicionem. Aliquorum etiam meminit qui perpauca ſcripſerunt, non ob aliud quàm ut occaſionem captaret ex una aut altera ſcriptiuncula virtutes eorum poſteris commemorandi, quibus publicam commendationem mereri videbantur; in quo quandoque liberaliter ſe diffundit, aliorum, ut dixi, ſecutus exemplum. Ne verò talium excurſionum prolixitas feſtino Lectori moram interponeret, editi libri characterе diſtincto ponuntur ob oculos, ut qui voluerit, cætera prætermittat.*

*Indices geminos ſubjecimus, Nominum & Cognominum; ſic eâ quæ quiſque diſquirit, invenire facilè poterit.*

*Lectorem porrò candidum candidè rogo, æqui bonique conſulat quidquid à* Miræo *aut nobis in opere hoc poſthumo præſtitum eſt: ignoſcat autem quæ per operas Typographicas luxata ſunt. Si quid verò circa auctorum patriam, aut mortis tempus, aut librorum enumerationem (ut homines ſumus, aut ab aliis ſæpè ſcriptoribus in fraudem inducimur) erratum eſt; meliorem in partem interpretetur, & candidè ſuggerat, quæ emendanda videbuntur.*

---

# DE SCRIPTORIBUS ECCLESIASTICIS,

## Qui ab anno Chriſti M. CCCC. XCIV. quo Ioannes Trithemius deſinit, uſque ad annum M. DC. XLI. vixerunt.

### Cap. I.

IOANNES TRITHEMIUS, à vico natali, ad Moſellam fl. ſito, ſic dictus, in Spanheimenſi Benedictinorum cœnobio, primo lapide à Crucenaco, Palatinatus Rhenani opido, monachum anno 1482. induit: ubi cella ejus hodieque viſitur. Exinde primùm Spanheimenſis, poſt Herbipolenſis ad S. Jacobum extra muros Abbas, ibidem anno 1519. vivere deſiit. Inter operoſas diligentiſſimi viri lucubrationes eminet *Scriptorum eccleſiaſticorum Catalogus*, anno 1494. Spanheimii ab ipſo concinnatus: ut de *illuſtrium Germaniæ virorum Catalogo* aliiſque ejus operibus, quæ majore pro parte hiſtorica ſunt, nihil dicam. Exſtat de iis epiſtola à Joanne Duracluſio, Trithemii diſcipulo, anno 1515. ſcripta.

GUILIELMUS CAOURSINUS, Duaci in Gallo-Flandria natus, Equitum Rhodiorum Procancellarius, ſcripſit *Obſidionem Rhodi* 1480. *factam; de terræ-motu quo Rhodus labefactata fuit; Contentionem Bajazetis & Sizimi fratrum; De fœdere Rhodiorum cum Bajazete; Orationem de morte ejuſdem Bajazetis*, in ſenatu Rhodiorum anno 1481. habitam, & *Orationem de Innocentio* VIII. Pontifice Romæ 1485. dictam. Quæ omnia junctim Ulmæ 1485. in fol. excuſa fuerunt.

HIERONYMUS DONATUS, patritius Venetus, legationæ ad Julium II. obita clarus, ſcripſit *Apologeticum de primatu Romanæ Eccleſiæ adverſus Græcos*, Romæ 1525. excuſum. Floruit anno 1494.

HIERONYMUS PAULUS, Catalanus, Hiſpanus, Canonicus Barcinonenſis, Juris utriuſque Doctor, Alexandri VI. Papæ Cubicularius, ſcripſit *Practicam Cancellariæ Romanæ*, 1493. ibidem editam. Eidem tribuunt nonnulli *Provinciale Romanum*: quod tamen longè antiquius eſſe conſtat ex manuſcriptis exemplaribus, quæ Pariſiis ad S. Victorem vidi. Primus fortaſſe illud Hieronymus typis publicavit. Sunt qui ſcribunt, eumdem Hieronymum Bibliothecæ Vaticanæ præfuiſſe.

JOANNES BAP. ROSELLUS, Patavinus, annis amplius quinquaginta Jus civile publicè docuit, & Conſilia quædam *de Monte pietatis* 1494. publicavit: quo tempore Mons ipſe pietatis primùm inſtitutus fuit. Reliqua ejus ſcripta incendio & injuria militari periiſſe, Scardeonius in ſuo Patavio narrat. Roſello nonnulli adſcribunt *Summam Baptiſtinianam*, quam & *Roſellam caſuum conſcientiæ* nominant, Lovanii 1483. & Spiræ 1488. in folio editam.

Alii

Alii tamen hanc Summam putant ſcriptam à *Baptiſta de Trouamala Salio*, Ligure, ordinis Minorum.

Anno 1494. *Hermolaus Barbarus*, *Joannes Picus Mirandulanus*, & *Angelus Politianus* vivere deſierunt. Sub idem tempus vixerunt *Rodulphus Langius* & *Joannes Ferrarienſis*: de quorum ſcriptis egi in Bibliothecæ eccleſiaſticæ, 1639. Antverpiæ excuſæ, Auctario, cap. 491. 510. 512. 522. quod *Auctarium Heptadis* deinceps nuncupabo.

II. MATTHÆUS HERBENUS, ſcholæ Servatianæ in urbe patria Trajectenſi ad Moſam Rector, anno 1495. Trithemium Spanheimii viſitavit, & cum eo de re litteraria contulit. Scripſit librum *de origine rebuſque geſtis Trajectenſium ad Moſam*, quem in illa urbe manuſcriptum apud Joannem Dillenum Senatorem vidi. Carmen ejuſdem *de miraculis S. Servatii* memorat Joan. Placentinus, & alii alia, mihi nondum viſa.

ANTONIUS MANCINELLUS, Grammaticus, ſub idem tempus claruit: cujus opera Veneti junctim excuderunt. Sunt in iis *libri Sermonum*: quos etiam ſeorſim Badius 1511. Pariſiis edidit, juxta exemplar Romanum.

JUDOCUS BEISELIUS, Aquiſgranenſis, vir patritii ordinis, edidit verſu elegiaco *Roſacea tria coronamenta*, ut nuncupat, in honorem Annæ, Mariæ & Jeſu, 1495. typis Antverpiæ edita: item *De Chriſtiano ambitu, ſeu petitione cæleſtis eminentiæ*. Fuit Juris utriuſque Licentiatus Lovanienſis, & Philippi I. Auſtriæ Ducis Conſiliarius, philoſophus, poeta & orator; Hermolao Barbaro, Trithemio, Arnoldo Boſtio, & Matthæo Herbeno familiaris.

ROBERTUS LICIENSIS, cognomento Caracholus, ord. Minorum, Epiſcopus Aquilæ Marſorum in regno Neapolitano, concionator facundiſſimus, 1495. vivere deſiit. Sermones ejus *De tempore divinorum judiciorum*, Neapoli in fol. 1473. *De peccatis*. Coloniæ 1475. in fol. *De laudibus Sanctorum* 1490. Antverpiæ & Baſileæ in 4. ſunt editi.

Anno 1495. *Gabriel Biel*, Theologus Tubingenſis, obiit. Sub idem tempus vixerunt *Jac. Sprengerus*, *Henricus Inſtitor*, *Ant. Bonfinius*, & *Jo. Mauburnus*: de quibus egimus in Auctario Heptadis, cap. 481. 490. 513. & 538.

III. JOANNES BLÆRUS, Diſtemius, Brabantus, Leodici ad S. Jacobum Prior monachorum Benedictinorum, anno 1496. ſcripſit commentarium *De inſtitutione feſtivitatis Corporis Chriſti*: qui Duaci 1603. cum Speculo exemplorum typis primum editus fuit, pòſt à Bzovio inſertus tomo 13. Annalium. Poſt Blærum de eodem argumento ſcripſerunt *Guilielmus Fanius*, Leodici ad S. Martinum Canonicus, cujus liber nondum prodiit; *Joannes Chapeauville* to. 3. Leodicenſium rerum, *Nicolaus Serarius* lib. 2. cap. 9. de ſacris Eccleſiæ proceſſionibus, & *Bartholomæus Fiſenus*, S. I. Theologus. Eodem anno 1496. *Carolus Fernandus*, Philologus ac Theologus, & *Philippus Callimachus* in vivis eſſe deſierunt: de quibus vide Auctarium Bibliothecæ noſtræ eccleſiaſticæ, cap. 498. & 510.

IV. HIERONYMUS SAVANAROLA, Ferrarienſis, ord. Prædicatorum, declamator incomptus & acris, ſcripſit *Triumphum Crucis*, ſive de Chriſtianæ vitæ ſimplicitate libros quatuor, Coloniæ 1550. & alibi excuſos; *Quadrageſimale*, Venetiis 1536. *Meditationes in* 31. & 50. Pſalmos, Coloniæ 1530. & alibi editas. Multos item ſcripſit *Sermones*; ex quibus nonnulli à Cenſoribus Romanis ac Tridentinis, & peculiari libro ab Ambroſio Epiſcopo Compſenſi ſunt notati. *Ita Molanus in ms. ſua Bibliotheca ſacra*. Savanarola Florentiæ 1498. ætatis 46. vivere deſiit: de quo vide judicia Bellarmini, Poſſevini, & Lipſii in Monitis Politicis lib. 1. cap. 3.

NICOLAUS PLOVÆUS, Decretorum Doctor, & presbyter eccleſiæ Poſnonienſis, ſcripſit *De Sacramentis Eccleſiæ*, *Miſſæ Sacrificio*, *Horis canonicis*, *Excommunicatione*, *Interdicto eccleſiaſtico & irregularitate*; item *Sermones per annum*, & alia, Argentorati 1498. Pariſiis 1510. Lugduni 1555. edita. Anno 1498. *Aurelius Brandolinus*, orator & poëta elegans, Romæ deceſſit: de quo in cit. Auctario cap. 524. diſſerui. *De Sebaſtiano Brantio* vide ibid. cap. 518.

V. PETRUS RIVUS, Aſcanus vel Aloſtanus, primum Philoſophiam, pòſt Rhetoricen Lovanii explicuit, demum Doctor ac Profeſſor Theologus, & Plebanus ad ſanctum Petrum, obiit anno milleſimo quadringenteſimo nonageſimo nono, die 27. Januarii. Is cum Paulo Middelburgio, Epiſcopo Foroſempronienſi, diſputationem habuit de anno, die & feria Dominicæ Paſſionis ac Reſurrectionis: & reſpondit modeſtè *Apologiæ ejuſdem Pauli*, quam hic ad Lovanienſem Academiam miſerat. Edidit præterea *Orationem in adventu Maximiliani Archiducis* an. 1477. à ſe habitam; item *Monoteſſaron* ſive *Concordiam Evangelicam*. Eodem anno 1499. *Marſilius Ficinus*, *Arnoldus Boſtius*, *Bernardinus Corius*, *Paulus Atavantius*, & *Petrus Schottus* obierunt. *Andreas* item *Bambergenſis* Abbas floruit ſub idem tempus: de quibus in citato Auctario locuti ſumus, cap. 492. 494. 506. 526. 495. & 517.

VI. JOANNES ANNIUS, Viterbienſis, ord. Prædicatorum, ſacri palatii Magiſter, reliquit *Antiquitatum libros viginti ſeptem*, ſæpius recuſos; ſed nugis mendacibus plenos. Nam Beroſus, Manetho, & alii ſcriptores veteres, quos ſe producere dicit, prorſus ſunt ſuppoſititii:

posititii, ut in Auctario Bibliothecæ ecclesiasticæ cap. 3. & seqq. docui. Suis porrò nugis Annius in errorem traxit Jo. Nauclerum, Jo. Driedonem, Leand. Albertum, Valerium Anselmum, Jo. Lucidum, Michaelem Medinam, Sixtum Senensem, & alios. Quod & hic monere visum fuit, ne quis errantium vestigiis insistat. Annius autem obiit Romæ sub initium sæculi decimi sexti, conditus apud suos in æde supra Minervam. Ceterùm ut Annius suo ævo, sic & nostra ætate fabulator nescio quis multos eruditione præstantes viros in errorem traxit; editis veterum aliquot Chronographorum, in his *Lucii Flavii Dextri* & *Marci Maximi*, fragmentis suppositititiis. Qua de re consuli poterunt *Matthæus Raderus* in Analectis ad tertiam editionem commentariorum in Martialem, *Cornelius Lapidanus* proœmio in primam S. Joannis epistolam, *Gabriel Pennottus* in Historia Canonicorum regularium, & *Theophilus Rainaudus* in Sanctorum Lugdunensium Indiculo. Unius aut alterius censuram hic adtexuisse suffecerit: Incidi, *inquit Raderus*, per hosce dies in Flavii Lucii Dextri Chronicon, ex quibus nescio ruinis erutum. In quo, ex interpretatione Francisci Bivarii, mira quædam de Seneca, Plinio juniore, Avito, Clemente, Paterno & aliis cognovi, quos Dexter & Bivarius, recens illius scholiastes, Christianos fuisse testantur, omnesque Martiali poëtæ perquàm familiares: de quibus judicium est ferendum. Sunt enim qui de utroque hoc scriptore alia omnia sentiant, ex quibus unus aliquis ex intimis amicis, non tamen ordinis nostri, his nuper verbis ad me perscripsit: *Hoc Chronicon nihil aliud est, quàm farrago fabularum, partim recenter excogitatarum, partim famæ aliquot sæculis continuatæ mendacio confirmatarum. Habent nimirum & Hispani suum Annium Viterbiensem: habueruntque jam olim Isidorum Mercatorem, insulsissimum fabrum Decretalium Epistolarum Romanorum Pontificum; quæ ex Hispania primùm allatas docet Baronius tomo 9. sub annum 865. num. 5. earumque impostoras sæpè detegit.* Ita Raderus: cui subscribit Lapidanus his verbis; *Viri eruditi suspicantur hæc non esse genuina Lucii Dextri, cui S. Hieronymus dedicavit librum de Scriptoribus ecclesiasticis, sed finistri alicujus tenebrionis, qui Dextri sibi nomen arrogarit, ut eo se suique cerebri sensa tegeret & honestaret.*

Joannes Potcanus (vulgò *Potken*) Præpositus S. Georgii Colonienſis, edidit *Psalterium* lingua Chaldaica, sed characteribus Æthiopicis; quo Æthiopes monachi, qui se Indos appellant, Romæ utuntur. *Ita Molanus in sua ms. Bibliotheca.*

Blasius Melanesius, Florentinus, Præfectus generalis monachorum Vallis Umbrosæ, floruit sub annum millesimum quingentesimum. Scripsit *vitam S. Joannis Gualberti*, fundatoris dicti ordinis, à Surio ad diem 12. Julii publicatam. Sub idem tempus vixerunt *Jacobus Wimpfelingus*, & *Joannes Nauclerus*: de quorum operibus egi in Auctario cap. 519.

Joannes Ludovicus Vivaldus, Hispanus, in Monte Regali natus, Theologus ord. Prædicatorum, 1500. claruit: scripsitque *De vera contritione, de xii. Ecclesiæ persecutionibus*, & alios tractatus Lugduni 1508. & Parisiis 1511. editos. Anno eodem *Joannes Maria Visdominus* commentarium suum *Do ecio & Sibyllis* Bononiæ publicavit.

Albertus Castellanus, Venetus, ordinis Prædicatorum, vixit anno millesimo quingentesimo & deiceps. Præter *Chronicon*, scripsit *Sacerdotale Romanæ Ecclesiæ:* quod emendatum, & auctum juxta Concilii Tridentini sanctiones, Venetiis 1579. prodiit.

VII. Augustinus Dodo, Frisius, patre Dodone natus, Canonicus Basileensis ad S. Leonardum, primus S. Augustini opera in unum collegit, & argumentis illustravit. Cumque pestilenti lue 1501. periisset, opera illa demùm quarto pòst anno prodierunt ex officina Amerbachii.

Guilielmus Houpellandus, Bononiensis, Archipresbyter S. Severini, petente Jacobo Præside Parlamenti Francici, scripsit librum *De animæ hominis immortalitate*, Parisiis 1501. publicatum. Obiit ibidem, Carolo VIII. regnante. Eodem anno *Robertus Gaguinus* Lutetiæ decessit, à nobis in Auctario Heptadis cap. 502. celebratus.

Stephanus Brulifer, Macloviopoli in Britannia minore natus, Theologiæ Lector in conventu Minorum Parisiis, scripsit *in Bonaventuram & Scotum super Sententiis; de timore & aliis donis Dei; de paupertate Christi & Apostolorum;* item *Sermones*, & alia, partim Parisiis 1500. partim Basileæ 1501. evulgata. Libertus ex ejusdem ordinis monacho Episcopus Berytensis, & Suffraganeus Leodicensis, 1501. Antverpiæ in fol. edit *Collectionem de Crucibus*, quæ illo tempore apparuerunt.

VIII. Oliverius Maillardus, Brito Armoricus, Theologus Parisiensis, celeberrimus concionator in aula Francica ac Burgundica, tertiò præfecturam gessit universi ordinis Minorum; & Tolosæ anno 1502. vivere desiit. Scripsit inter alia *Sermones per annum;* item *De peccati stipendio*, & alia Argentorati 1512. excusa.

Michael Franciscus, Insulensis, Gallo-Flander, ordinis Prædicatorum, diu sacras litteras suos inter sodales docuit. Episcopus deinde Salubriensis creatus, Philippo Pulchro, Archiduci Austriæ, pòst Hispaniæ Regi, à sacris confessionibus, concionibus & consiliis fuit; obiitque 1502. Insulis in patria. Scripsit inter alia *Quodlibeticas decisiones de septem doloribus B. Mariæ, & de confraternitate Rosarii ejusdem Virginis*, Coloniæ 1476. & Parisiis 1518. in 8. editas. Ejusdem libellus *De vanitate sequentium curiam* exstat ms. Insulis apud Dominicanos.

Matthæus

Matthæus Bossus, Veronenſis, Canonicus Regularis, ſcripſit *De animi gaudiis; De ſapientiæ cultu. De tolerandis adverſis; De gerendo magiſtratu & juſtitia colenda; De immoderato mulierum cultu, ad Card. Beſſarionem; De inſtituendo Chriſti præcone; Epiſtolarum volumina duo*; Bononiæ 1493. Mantuæ 1498. & alibi edita. Obiit Patavii 1502.

Petrus-Matyr Anglerius, Mediolanenſis, orator, Ferdinandi & Iſabellæ Hiſpaniæ Regum Conſiliarius, anno 1502. vivebat. Decades ejus tres *De rebus Oceanicis, & de novo orbe*, ſeu terris illo tempore repertis; item liber *De Babylonica legatione*; volumen *Epiſtolarum*, & alia Compluti 1516. Baſileæ 1533. & Coloniæ 1574. ſunt edita. Vaſæus cap. 4. in Chron. Hiſpaniæ dicit, quædam in ejus libris culpari, tamquam minus convenientia cum Eccleſia Romana; ſed vide, an non confundat hunc Petrum-martyrem Mediolanenſem cum Petro-martyre Florentino.

Joannis Mercurii, Corigienſis, *Exhortationes in Turcas, Scythas, alioſque barbaros*, Antverpiæ 1502. in 4. prodierunt.

IX. Pius III. Papa, antea Franciſcus Picolomineus dictus, patria Senenſis, cùm eſſet humanioribus litteris ac juriſprudentiæ ſtudiis egregiè imbutus, in Perufina Academia Doctoratus inſignia ſuſcepit. Patrui ſui veſtigiis inſiſtens, eruditos homines mirificè amavit, & libris, quantum per occupationes licebat, jugiter incubuit: etſi nulla exſtent gravioris doctrinæ monumenta, præter *Epiſtolas* quasdam, ex occaſione datas ad Angelum Politianum, Marſilium Ficinum, Auguſtinum Dathum, Jacobum Silverium, Sabellicum, & alios; quibus eruditionis tuæ ſpecimen omnibus ſpectandum dedit. Obiit anno milleſimo quingenteſimo tertio, ætatis ſexageſimo quarto, in Vaticana S. Petri baſilica humatus.

Adrianus Castellensis, Corneti in Etruria natus, S. R. E. Cardinalis (tit. S. Chryſogoni) 1503. ab Alexandro VI. creatus, primus omnium ſuo ſæculo, poſt diſertiſſimum Ciceronis ſæculum, ſuis ſcriptis mortales excitavit ad perfectas litteras ex doctiſſimorum auctorum fontibus hauriendas: docuitque modum purè, nitidè ac luculenter loquendi: ſicut eo doctore in præſentia ubique gentium Latinitas de integro renaſcatur. *Ita Polydorus Virgilius lib. 26. Britannicæ hiſtoriæ:* ubi Collectanea ejus de lingua Latina, ex M. Tullio & Pandectis veterum jureconſultorum, mirificè laudat. Idem Adrianus horis ſubſecivis, ex quattuor Eccleſiæ Doctorum, Hieronymi, Ambroſii, Auguſtini & Gregorii ſcriptis, quattuor libros *De vera Philoſophia* confecit, Coloniæ 1540. editos. Leone X. pontificarum gerente, cum Petruccianæ conjurationis reus haberetur, ſibi metuens, Roma meſſoris habitu diſceſſit, & uſque ad vitæ exitum, nullo perſequente, latebras mutavit. Sunt qui ſcribunt, trepidi ſuſpicaciſque ingenii virum in mediam Græciam fugiſſe, & Conſtantinopoli in obſcuro latentem, anno milleſimo quingenteſimo decimo octavo, clauſiſſe diem extremum.

Petrus Subertus, Epiſcopus urbis S. Pauli in provincia Toloſana, ſcripſit librum *De cultu vineæ Domini*, Pariſiis 1503. & 1508. in 4. exculum; in quo agitur de Viſitatione Epiſcopali.

Augustinus Dathus, Senenſis, philoſophus & orator egregius, fuit Scriba Reipublicæ Senenſis; poſteriſque reliquit tractatus decem *De animorum immortalitate*, & alia junctim Senis 1503. & 1516. excuſa. Anno 1503. aut 1505. *Joannes Jovianus Pontanus* vivere deſiit: cujus ſcripta, ut & *Adriani Fini* Ferrarienſis, in Auctario Heptadis capp. 505. & 495. recenſui.

Antonius Lalainus, Comes Hochſtratanus, & Eques Velleris aurei, deſcripſit *Iter Philippi Pulchri*, Belgarum Principis, ejuſque conjugis *Joannæ Aragoniæ*, ex Belgio in Hiſpaniam, anno 1501. inchoatum, & 1503. abſolutum. Commentarius iſte, Gallico ſermone conſcriptus, eſt in multorum noſtratium procerum manibus; eoque ſe non mediocriter adiutum fuiſſe fatetur Pontus Heuterus, in ſuis rerum Belgicarum libris. Obiit autem Antonius 1540. Hochſtrati conditus. *De Joanne Froſſardo, Enguerramo Monſtreleto, Georgio Caſtellano, Joanne Molineto, Jacobo Guiſio, Emundo Dinzero, Jacobo Angiano, Olivario, Marcano*; & aliis qui res ævo ſuo geſtas Gallicis (ut tum Latinæ tacebant) litteris conſignarunt, egi in Elogiis Belgicis, 1609. in 4. Antverpiæ excuſis.

X. Paulus Scriptor, Wilenſis, Suevus, Minorita, Keyſersbergæ 1504. obiit. Ejus commentarius *in Joannem Scotum* 1498. Tubingæ fuit editus. Ejuſdem ordinis fuit *Joannes Ballochus*, Prædicator Apoſtolicus, qui *Sermones Quadrageſimales*, de XII. mirabilibus Chriſtianæ fidei excellentiis, Lugduni 1504. in 4. publicavit.

Antonius Mathelicius, Bitontinus, Apulus, ejuſdem ordinis Doctor Theologus, ſcripſit *Sermones Dominicales*, Argentorati 1495. in 4. & *Quadrageſimales*, Venetiis 1499. in 4. publicatos. Similis argumenti Sermones *Antonius Parvus*, Bononienſis, ord. Prædicatorum Doctor, concinnavit, Venetiis 1505. ſine nomine editos. Vixit autem *Parvus* anno 1402. De *Joanne Gerbrando* cap. 552. & de *Matthæo Bappenheimenſi* cap. 520. in cit. Auctario egi.

Constantius Applanus, Mediolanenſis, Canonicus regularis, Dialogum Soliloquiorum de humani arbitrii libertate ac poteſtate 1496. in 4. Mediolani edidit. *Jacobus Brutus*, Novocomenſis, 1496. in 4. publicavit Venetiis opus De immortalitate animæ rationalis, quod Coronam auream, pretioſiſſimis conſertam lapillis, appellavit. *Leonardus Juſtinianus*, Venetus, vitam S. Nicolai Myrenſis Epiſcopi ex Græco Latinis verſibus reddidit, & Venetiis, Aldi Manutii typis, 1501. in 4. publicavit. *Ludovici de Pruſiâ*, ordinis Minorum, Trilogium animæ; Prædicatoribus, contemplantibus & aliis hominibus religioſis utile, 1498. in 4. Noribergæ prodiit.

XI. Renerus Pisanus, ord. Prædicatorum, anno 1350. vel, ut alii volunt, 1414. claruit. Scripſit Pantheologiam, Lugduni 1519. Brixiæ 1580. in 4. & alibi editam: item *Summam caſuum conſcientiæ* (quæ *Raineriana* nuncupari ſolet) Noribergæ 1473. Venetiis 1486. Lugduni 1519. typis publicatam. Ex eodem ordine *Antonius Giſlandius*, Javeni in Longobardia natus, Inquiſitor Taurinenſis fuit; ſcripſitque volumen *Quæſtionum* octo millium ſuper Evangeliis totius anni, Venetiis 1524. & 1598. in 4. recuſum. Vixit anno 1490.

Armandus de Bellovisu, Bononienſis, itidem Dominicanus, Ordinarius in Apoſtolico palatio Avenionenſi ſub annum 1496. Profeſſor ſacrarum litterarum extitit, is deſumptis ex Pſalterio thematibus *Sermones* concinnavit, à Badio 1525. in 4. editos. Terminos item Theologiæ ac Philoſophiæ difficiliores explicuit: quod opus Veneti 1586. in 8. recuderunt.

Arnoldus Badetus, Francus, itidem Dominicanus, apud Toloſanos & Burdigalenſes floruit. Illius *Breviarium de mirabilibus mundi*, ejuſque compoſitione ſecundum triplicem viam, Theologorum, Aſtrologorum & Philoſophorum, 1499. in 4. Avenione prodiit. Ejuſdem *Margaritam virorum illuſtrium* de futura temporis diſpoſitione prænoſcenda 1529. & *Margaritam ſacræ Scripturæ*, deſtructivam pravitatis hæreticæ 1536. Lugdunenſes ediderunt.

XII. Joannes Standoncus, Mechlinienſis, Doctor Th. Pariſienſis, & gymnaſii Montis acuti ibidem moderator fuit. Cumque Ludovicus XII. Francorum Rex, Annam, Britanniæ Armoricæ hæredem, duxiſſet, dimiſſa Joannâ, Ludovici XI. filiâ; inter alios ſacri ordinis proceres, Standocus (qua erat conſtantia ac libertate) Ludovicum Regem acriter corripuit. Quapropter exilio mulctatus in Belgium rediit, & ad formam Collegii à ſe Pariſiis inſtituti, tria apud Belgas Collegia, ad pauperiores adoleſcentes in ſtudiis alendos, condidit; unum *Lovanii* (quod hodieque *Standonicum* nuncupatur,) alterum *Mechliniæ*, tertium *Valentianis* in Hannonia: ut Gerardus Moringus in vita Adriani VI. Papæ narrat. Exſtat etiamnum Lovanii *Formula vivendi*, quam ſuorum gymnaſiorum alumnis præſcripſit; itemque diplomata Pontificia ac privilegia eisdem conceſſa. Anno deinde 1500. cum honore Lutetiam revocatus Standoncus, ibidem ſub annum 1505. vivere deſiit: cujus tumulum in templo gymnaſii Montis acuti me anno 1610. videre memini. De *Michaele Ritio*, *Conrado Celte*, *Raphaële Volaterrano*, in Auctario Heptadis capp. 505. 518. 529. & de *Zenobio Acciaiolo* in Mantiſſa diſſeruimus. *Joannes Paltzius*, eremita Auguſtinianus, & Theologiæ Profeſſor, ſcripſit Cœli fodinam pro Indulgentiis, Lipſiæ 1505. in 4. & ſupplementum Cœli fodinæ, 1510. in 4. ibidem editum. De *Ambroſio Coriolano*, Priore generali eremitarum Auguſtinianorum (non Dominicanorum) in Auctario Bibliothecæ noſtræ Eccleſiaſticæ ſeu Heptadis, cap. 523. ut & de *Jacobo Perezio* Valentino cap. 489. egimus. *Alexandri de S. Elpidio*, Auguſtiniani, liber de poteſtate Eccleſiaſtica 1498. Lugduni prodiit.

XIII. Vincentius Bandellus, à Caſtro novo, Magiſter generalis ord. Prædicatorum, in Calabria 1506. obiit. *Declarationes Conſtitutionum ſui ordinis* Mediolani 1505. in 4. & alia publicavit. Liber ejus *de Conceptione Deiparæ in peccato originali* eſt obſcurus, & à multis impugnatur: ut Molanus in ms. ſua Bibliotheca ſacra loquitur.

Petrus Alfonsus, ex Judæo Chriſtianus, ab Alfonſo Aragoniæ Rege (qui ipſum de ſacro fonte 1506. ſuſcepit) ſic nominatus, ſcripſit contra Judæos *Dialogum*, Coloniæ 1536. excuſum ſub nomine Moyſis Judæi, qualis fuerat, & Petri Chriſtiani, qualis erat.

Baptista Ferrariensis, cognomento *Panetius*, Carmelita, Herculi Ferrariæ Duci à Secretis & Conſiliis, ſcripſit varia, quæ Trithemius recenſet. Ex iis extat volumen *Sermonum*, Bononiæ 1506. excuſum, & Baptiſtæ Mantuano inſcriptum. Ex eodem ordine, ſub initium ſæculi XVI. duo Doctores Th. Lovanienſes, *Ægidius Faber* & *Albertus Joannis*, floruerunt: quorum ſcripta Trithemius recenſet; ſed typis non ſunt edita.

Bernardus Basinus, Hiſpanus, Cæſarauguſtanæ eccleſiæ Canonicus, opus ſuum De artibus magicis & magorum maleficiis 1506. in 8. Pariſiis publici juris fecit. *Joannes Pinus*, Toloſanus, Gallus, viram S. Catharinæ Senenſis, & vitam Philippi Beroaldi Bononienſis, 1505. in 4. Bononiæ publicavit. Eadem S. Catharinæ vita exſtat in tomis Surii, & apud Jac. Bergomatem lib. De claris mulieribus. *Petrum de Natalibus*, *Laud. Vartomannum* & *Antonium Rampelogum* in Auctario cit. capp. 511. 531. & 483. laudavi.

Petrus

XIV. PETRUS RAVENNAS, Eques auratus, I. V. Doctor Wittembergenſis, relictis ſæculi curis, publicè profeſſus eſt regulam S. Franciſci de pœnitentia, ut vocant. *Sermones extraordinarios*, cum adjunctis *Quæſtionibus caſuum conſcientiæ*; 1507. in 4. Coloniæ editos.

SYMPHORIANUS CHAMPERIUS, patritius Lugdunenſis, Ducis Calabriæ Medicus, ſcripſit Mirabilium libros quatuor; de Gallorum threphæis; de quadruplici vita: de laudibus Lugdunenſium; de rectoribus Rerumpublicarum; floſculorum libros quatuor; de caritate erga patriam; Theologiæ Orphicæ libros tres; Triſmegiſticæ unum; & lapſus capitulorum, in quibus cautè legendus eſt Mercurius Triſmegiſtus. Quæ omnia Lugduni 1508. ſunt edita. De quibus vide judicium Poſſevini.

JOANNES STELLA, Venetus, presbyter, ſcripſit librum De Pontificibus Romanis uſque ad Julium II. Papam: Baſileæ 1507. in 4. excuſum. *Antonius Geraldinus*, Protonotarius Apoſtolicus, & poëta laureatus, ſcripſit Bucolica ſacra, Phorcæ 1507. Baſileæ & Lipſiæ edita. *Petrus Burrus*, Brugenſis, Canonicus Ambianenſis, 1507. obiit. Scripſit Pæanes quinque feſtorum Deiparæ, & Hymnos aliquot, Pariſiis à Badio 1506. in 4. excuſos.

S. FRANCISCUS PAULANUS, Calaber, ord. Minimorum inſtitutor, à Ludovico XI. Francorum Rege ex Italia in Galliam evocatus, Pleſſiaci apud Turones 1507. ſanctiſſimè in Domino obdormivit. Plurimis miraculis illuſtrem Leo X. Papa, rogante in primis Franciſco I. Francorum Rege, in *Divos* retulit. *Conſtitutiones*, quas ipſe ſuis præſcripſit, omnium manibus teruntur.

CHRISTOPHORUS LANDINUS, Florentinus, ad Fredericum Urbinatum Principem libros IV. Quæſtionum Camuldulenſium de vita activa & contemplativa, deque ſummo bono, Argentorati 1507. in fol. publicavit.

ÆGIDIUS DELFUS, Theologus & poëta, Epiſtolam S. Pauli ad Romanos heroico carmine reddidit, & à Badio 1507. editam Stephano Pariſienſi Epiſcopo inſcripſit. Idem Pſalmos VII. pœnitentiales & Litanias verſu expreſſit: quæ lucubrationes ſecundùm ſunt editæ ſine nomine loci & anni. Extat ejuſdem *Defenſio pro Cleri Flandrenſis libertate*, cùm Brugis ſubſidium peteretur, Philippo Pulchro in Hiſpaniam cogitante. Anno eodem 1507. *Joannes Paleonydorus*, *M. Antonius Sabellicus*, & *Petrus Dorlandus* obierunt: de quibus nos capp. 494. 496. & 516. in citato Auctario egimus.

XV. MAGDALIUS JACOBUS, Gaudanus, Batavus, ord. Prædicatorum, ſcripſit *Correctorium Bibliorum*: & ſubtexuit *Compendium Bibliorum*, ducentis quinquaginta ſeptem verſibus comprehenſum, Coloniæ 1508. excuſum. Fuit vir Græcis & Hebraicis litteris imbutus. *Petrus Dorbelius*, Minorita, Lector Andegavenſis, Sermones de Quadrageſima à ſe habitos Pariſiis 1508. in 4. publicavit. *Andreas Hiſpanus*, Romanæ Eccleſiæ Pœnitentiarius, præter Regulas decimarum, conſcripſit Modum confitendi, Noribergæ 1508. excuſum.

XVI. ANTONIUS AVERARIUS, Mediolanenſis, Carmelita, Baptiſtæ Mantuani diſcipulus, ſcripſit Sermones de Virtutibus, Mediolani 1509. excuſos. *Petrus Crocartius*, Bruxellenſis, ord. Prædicatorum, Philoſophus & Theologus inſignis, Lutetiæ 1509. & deinceps floruit. Præter commentarios in Ariſtotelis Logicam ac Phyſicam, ſcripſit in D. Thomam de Ente & Eſſentia. Obiit Mechliniæ, ætatis octogeſimo tertio. *Petrus Montius*, ſcripſit libros XII. de unius Legis veritate & ſectarum falſitate, Mediolani 1509. in fol. excuſos. *Petrus Totaretus*, Pariſienſis Theologus & Profeſſor, præter Quæſtiones morales an. 1509. ea in urbe editas, ſcripſit commentarios in libros quatuor Sententiarum, ibidem 1583. in fol. recuſos. *Richardus de Media-Villa*, Anglus, Middeltonus, ord. Minorum, præter quodlibeta ſcripſit commentarium in 4. libros Sententiarum, Venetiis an. 1509. & Brixiæ 1591. in fol. excuſum. Anno 1509. *Philippus Cominæus*, nobilis Hiſtoricus, vivere deſiit: de quo in Elogiis noſtris Belgicis & in Auctario Heptadis cap. 503. diſſeruimus.

XVII. PAULUS CORTESIUS, Protonotarius Apoſtolicus, ſcripſit librum *De Cardinalatu*, 1510. in fol. excuſum: item commentarium in Magiſtrum Sententiarum; primùm Romæ Julii II. auſpiciis, deinde Pariſiis à Badio, & Baſileæ à diverſis typographis excuſum. *Matthias Hugonius*, Brixianus, Famaguſtæ Epiſcopus, librum de Patriarchali præſtantia 1510. Brixiæ edidit.

CAROLUS BOVILLUS, Veromanduus, Mathematicus & Philoſophus, an. 1510. vixit: & edidit *Theologicarum quæſtionum libros ſeptem*; *Theologicarum concluſionum libros decem*, à Badio Lutetiæ 1513. 1515. publicatos; *Dialogos de animâ immortalitate*, & alia, quæ Sixtus Senenſis recenſet. Libellum *De unitatis myſterio* rejiciendum eſſe, monuit Jo. Heſſelius, Doctor Th. Lovanienſis; quod contineat in Deo rerum quaternitatem, & damnatam Joachimi Abbatis Florenſis ſententiam, adhibita craſſa ſimilitudine arboris & Mathematicarum dimenſionum. *Sic ferè Molanus in ms. Bibliotheca ſacra.*

PHILIPPUS BEROALDUS, Bononienſis, ſub initium hujus ſæculi, 1510. obiit, & ut illa ferebant tempora, non ſolum varios auctores profanos, ſed etiam *Hieremiam* & *Danielem*

prophetas, itemque S. Hieronymum notationibus illuſtravit. Opera ejus partim vincta partim ſoluta oratione de variis argumentis ſcripta, Lugduni & Pariſiis 1499. & 1529. fuerunt edita. De *Franciſco Georgio* & *Pandulpho Collenutio* in Auctario Heptadis capp. 497. & 504. diximus.

Ambrosius de Spiera, Tarviſinus, Italus, ord. Servorum *B.* Mariæ (non Carmelita, ut quidam volunt) ſcripſit Sermones quadrageſimales XLV. de floribus ſapientiæ; Venetiis 1485. & *Baſileæ* 1510. excuſos. *Joannes Franciſcus Brixianus*, monachus *Benedictinus*, librum de quatuor religionibus monachorum 1510. in 4. Rotomagi foras dedit. *Joannes Geiler*, Keyſerſpergius, Argentoratenſis eccleſiæ tuba ſeu concionator, ſcripſit varios Sermones & tractatus, an. 1509. & 1521. in fol. ibidem editos. Obiit anno 1510. & ejus vitam Beatus Rhenanus deſcripſit. Ita Molanus in ſua ms. Bibliotheca. *Joannes Peffencorus*, ex Judæo Chriſtianus, contra Judæos aliquot libellos Coloniæ 1508. 1509. & 1510. edidit: ex quibus unum alterumve Maximiliano I. Imp. dicavit.

XVIII. Bonifacius Simoneta, Abbas ordinis Ciſtertienſis, libros VI. de Chriſtianæ fidei perſecutionibus 1509. in fol. Baſileæ edendos curavit. *Gallus* Abbas Aulæ regiæ in Bohemia, ejusdem ordinis Ciſtertienſis, 1487. in fol. edidit Malo-granatum, ſive Dialogos de ſtatu incipientium, proficentium & perfectorum.

Andreas Capreolus, *Brixienſis*, Carmelita, ut erat in Theologia, & Jure utroque verſatiſſimus, ſcripſit librum de variis caſibus circa negotia Epiſcoporum, Curatorum, Religioſorum, Uſurariorum & aliorum; *Brixiæ* 1511. editum, titulo Stellæ in ſeptem Rubricas digeſtæ. De *Nicolao Simonio*, Batavo, ejusdem ordinis ſodale, in citato Auctario egi cap. 525.

Gauerdus Boussardus, Cenomanus, ſcripſit commentarium in Canonem Miſſæ, 1541. in 4. Lutetiæ, & librum De continentia ſacerdotum, 1513. Rotomagi editum. Ejuſdem putatur eſſe tractatus Pariſiis 1505. in 4. editus, hoc titulo: *Bouſſart Magiſtri noſtri tractatus. Utrum Papa poſſit cum ſacerdote diſpenſare ut nubat.*

XIX. Lancelotus Politus, Senenſis, Jureconſultus celebris, alio nomine Ambroſius 1512. in patria Juriſprudentiam profeſſus, multa pro ejuſdem illuſtratione ſcripſit. Relicto ſæculo, Monachis cùm ſe adiunxiſſet, opus inſigne adversus Lutherum publicavit, & ſenex admodum deceſſit.

Jacobus Zieglerus, Laudenſis, ſcripſit libros quinque contra Waldenſes, Lipſiæ 1512. editos. *Antonius*, Olomucenſis Præpoſitus, ſcripſit librum contra perfidiam eorundem Waldenſium, 1512. in fol. Lipſiæ publicatum.

Cyprianus *Benetus*, Aragonenſis, ord. Prædicatorum, Doctor Pariſienſis, ſcripſit Dialogum de excellentia & utilitate Theologiæ; de Caroli Hiſpaniarum Regis præeminentia, de clementia &c. 1518. in 4. Romæ editum. Ejuſdem opus De prima Orbis ſede, de Concilio & Eccleſiaſtica poteſtate, deque Pontificis Maximi ſupremo dominio 1512. in 4. Romæ item publicatum fuit.

Nicolaus Scorbergius, Germanus in Miſnia natus, coram Julio II. Pont. habuit Orationes quinque de admiranda Chriſti pugna in deſerto, Lipſiæ 1512. editas.

Petrus De Monte, Venetus, Epiſcopus Brixienſis, ſcripſit Monarchiam de poteſtate Papæ & Imperatoris, Lugduni 1512. & in Oceano juris publicatam, cum additionibus Felini Sandæi. Molanus in ſua *Bibliotheca* hunc cenſet diverſum à *Petro* Montio, ſuprà cap. 16. memorato. De *Arnoldo Laidio*, Doctore Colonienſi, in citato Auctario cap. 485. diximus.

XX. Antonius Vercellensis, ord. Minorum, Eccleſiaſtes Apoſtolicus, ſcripſit Sermones Quadrageſimales de XII. Chriſtianæ fidei excellentiis, anno 1513. in 4. Haganoæ editos. Eodem anno *Joannes Adelphus*, Argentoratenſis Phyſicus, Sequentiarum, ut vocant, interpretationem, 1513. in 4. eadem in urbe publicavit. *Martinus Carazius*, Laudenſis, ſcripſit librum de Principibus, Cardinalibus, Conſiliariis & Legatis Principum, 1513. Lutetiæ editum.

XXI. Godescalcus Holen, natione Germanus, eremita Auguſtinianus, Præceptorium divinæ legis, Coloniæ 1481. Noribergæ 1497. & Sermonum opus 1520. in fol. Haganoæ publicavit. *Antonius Dulciatus*, Florentinus, eremita Auguſtinianus Congregationis Lombardicæ, 1514. opus ſuum De feſtis mobilibus & Aſtronomia clericali, in tres partes diviſum, edidit 1514. Florentiæ in fol.

Cornelius Snecanus, Friſius, ord. Prædicatorum, Doctor Theolgus, Sermones unum & viginti de confraternitate *B.* Mariæ ad populum habuit: qui cum aliis ejusdem argumenti Lutetiæ à *Badio* 1514. in 4. & Roſtochii fuerunt excuſi.

Alexan-

Digitized by Google

Alexander Ariostus, ord. Minorum, 1514. Lutetiæ edidit Interrogatorium pro animabus regendis: quod poſtea Lugduni 1540. & Brixiæ 1579. fuit recuſum, titulo Enchiridii ſeu ſummæ Confeſſariorum. *Anſelmi* Minoritæ liber de Terra ſancta & urbe Hieroſolymitana 1514. in 4. Cracoviæ prodiit.

Ambrosius Leo, Nolanus, ſcripſit libros tres de patria ſua Nola, Venetiis 1514. in fol. editos: item Dialogum de mobilitate rerum, Venetiis 1528.

Joannes Tarchagniota, Italus, Hiſtoriam ab orbe condito uſque ad annum Chriſti 1514. ex Græcis ac Latinis auctoribus concinnavit, & in libros 62. digeſſit. Quibus *Mambrinus Roſeus* Fabrianus libros ſeptem uſque ad an. 1560. adjecit. Eamdem Hiſtoriam *Bartholomæus Dionigius*, Fanenſis, uſque ad an. 1602. continuavit, & Venetiis 1603. edendam curavit.

XXII. Franciscus Luchetus, alias Leucettus, Brixienſis, ord. Minorum Miniſter generalis, ſcripſit commentarios in Sententias Petri Lombardi, & in Quodlibeta Joannis Scoti; 1515. Salodii, 1520. Pariſiis & 1590. Venetiis in fol. excuſos.

*Alanus Varenius* Montalbanus, Gallus, Homilias in Cantica & Pſalmos: item panegyricos Sermones in laudem Deiparæ, & Dialogos 1515. in 4. Pariſiis publicavit, typis Henrici Stephani.

Joannes Raulinus, Theologus Pariſienſis, monachus ordinis Cluniacenſis, Sermones de pœnitentia & oratione, de matrimonio & viduitate 1515. in 4. Lutetiæ edidit. Ejuſdem Sermones Quadrageſimales, de Adventu, de Euchariſtia, de Sanctis & alia Venetiis 1575. & 1585. fuerunt recuſa. De *Paulo Langio*, monacho & hiſtorico, in Auctario Heptadis cap. 520. egimus.

Damianus Crassus, Ripotenſis, Italus, Doctor Theologus, ord. Prædicatorum, ſuis in provincia Longobardica præfuit, & commentarium in Job, cum aliis aliquot tractatibus, 1506. edendos curavit. Obiit anno 1515.

Didacus, alias *Jacobus Deza*, Dominicanorum familiæ adſcriptus, æqualibus ſuis tam Philoſophiæ quam Theologiæ peritia longè antecelluit; quam & Salmanticæ de ſuperiore loco eſt profeſſus. Inde evocatum Catholici Reges Ferdinandus & Iſabella præceptorem Joannis Principis, regnorum heredis, ſtudiis præficiunt. Mox ad Zamorenſem Epiſcopatum traductus, hinc ad Salmanticenſem, dein ad Palentinum, demum ad Hiſpalenſem in Bætica Archiepiſcopatum evectus fuit: ubi Collegium B. Thomæ ſodalibus ſuis exſtruendum curavit. Fuit & eidem Catholico Regi à ſacris confeſſionibus. Cum verò Quæſitoris munere liberari Thomas Turrecrematius, ob decrepitam ſenectutem, poſtulaſſet, ejus in locum ſuffectus eſt Didacus. Hiſpali Archiepiſcopatum cum annis aliquot geſſiſſet, eorumdem munificentiâ Regum, deſignatus Toletanus Archiepiſcopus (qui Hiſpaniæ primas obtinet) eo dum proficiſcitur, in itinere exſtinguitur, anno ſuperioris ſæculi decimo quinto. Scripſit plurima, quæ Andreas Schottus in Bibliotheca Hiſpaniæ enumerat.

XXIII. Marcus Vigerius (quem Onuphrius. & eum ſecutus Eiſengrenius, *Vogerium* nominant) Ligur, Savonenſis, ordinis Minorum, præceptorem habuit Franciſcum Roboreum, civem ac ſodalem ſuum, qui poſtea Sixtus IV. Pontifex fuit. Sub hoc doctore Vigerius adeo profecit, ut ſummus Philoſophus ac Theologus evaſerit: quod libri ab ipſo editi, & ab eodem Eiſengrenio, in Catalogo teſtium veritatis, enumerati libri teſtantur. In his eminet *Decachordum Chriſtianum* de præcipuis incarnati Verbi myſteriis, & lucubratio *De inſtrumentis Dominicæ paſſionis:* quæ Fani in Italia 1507. Pariſiis 1517. & Duaci 1608. edita fuerunt. Obiit S. R. E. Cardinalis anno Chriſti 1516. ætatis ſeptuageſimo, Romæ ſepultus ad S. Mariam trans Tiberim.

Marcus Marulus, Spalatenſis, ſcripſit libros ſex Exemplorum, hoc eſt, dictorum factorumque memorabilium. Ejuſdem *Evangeliſtarium* de Fide, Spe & Charitate, Venetiis 1516. in 4. & *Parabolæ* quinquaginta, ibidem 1517. in 8. prodierunt. Omnia junctim 1601. Antverpiæ Nutius recudit.

Isidorus Isolanus, Mediolanenſis, ord. Prædicatorum, Lector in cœnobio S. Apollinaris Papiæ, librum de Imperio militantis Eccleſiæ 1516. in 4. Mediolani publicavit. Pauli Soncinatis Epitomen in Capreolum ſupplevit, & libros quattuor de Æternitate mundi, contra Averroiſtas, adjecit. Diſputationes Catholicas quinque de Inferno, Purgatorio, Indulgentiis, & aliis Fidei articulis, Papiæ 1522. evulgavit.

Valeranus Varanius, Abbavillæus, Doctor Th. Pariſienſis, verſu heroico *res geſtas Joannæ virginis Aurelianenſis*, quæ Anglos expulit, libris IV. complexus eſt: quos 1516. ipſe Pariſiis excudendos curavit. Exſtant iidem 1521. typis editi, cum volumine Jacobi Bergomatis De claris mulieribus.

Gabriel Brunus, Venetus, Minorita, provinciæ Terræ ſanctæ Miniſter, ſcripſit *Indicem Biblicum*, 1514. Baſileæ cum Bibliis à Frobenio editum: quem Conradus Pellicanus,

& Robertus Stephanus malitiosè postmodum auxerunt. *Ita Molanus in sua ms. Bibliotheca sacra.* Anno 1516. *Baptista Mantuanus* obiit, & *Augustinus Justinianus* Psalterium octuplum edidit: de quibus in citato Auctario capp. 533. & 534. egimus.

Elias Capreolus, Italus, de rebus Brixiensibus scripsit Chronicon, Brixiæ jam olim editum, quod Bapt. Mantuanus suis versibus laudat; item Defensionem statuti Brixiensium de ambitione & sumptibus funerum minuendis: item Dialogum de confirmatione fidei, ibidem in 4. excusum.

Garriel Barulus, Baruli in Apulia natus, ordinis Prædicatorum, fuit homo eruditus & disertus. Typis sunt editæ *Conciones* illi inscriptæ, sed ab homine imperito, mihique in adolescentia noto, fabricatæ: qui ut splendorem operi ineptissimo quæreret, falso Gabrielis Baruli nomen prætexuit.

*Ita Leander Albertus in Italia descriptione.* Fuit & alius, nisi fallor, *Gabriel Bareletus* natione Aquinas, ex eodem ordine Prædicatorum, qui 1474. claruit. Hujus *Sermones per annum* Parisiis & Haganoæ 1518. Venetiis 1571. & 1577. in 8. fuerunt excusi. In editione porrò Haganoensi hic vocatur Stephanus.

XXIV. Heronymus Buslidius, I. V. Doctor, Ariensis in Artesia Præpositus, Cameracensis, Mechliniensis & Bruxellensis (ut tunc ferebant tempora) Canonicus, in supremo senatu Belgico Mechliniæ Consiliarius, variis apud Julium II. Pontificem, Franciscum I. Galliæ, & Henricum VIII. Angliæ, Reges legationibus est functus. Doctrinam, facundiamque monumenta ingenii, ab eo relicta, abundè testantur, videlicet *Orationes*, *Epistolæ*, *Epigrammata*, & alia, ex quibus pauca typis sunt edita; pluria mss. Lovanii Valerius Andreas adservat. Obiit 1517. V. Kal. Sept. Burdigalæ, cum à Carolo V. Imp. Legatus in Hispaniam missus esset: conditisque Mechliniæ, eodem anno X. Kal. Julii, extremæ voluntatis tabulis, Collegium trium linguarum, Latinæ, Græcæ, & Hebraicæ, Lovanii instituit, suasque facultates partim istarum lingvarum professoribus, partim studiosis adolescentibus impendi voluit. Latinæ linguæ primus in eo gymnasio professor fuit *Adrianus Barlandus*; Græcæ *Rutgerus Resius*, Hebraicæ *Matthæus Adrianus* genere Judæus, sed religione Christianus, è media Germania evocatus: de quibus infrà suis locis dicemus. Buslidii porrò cadaver ex Gallia Mechliniam advectum, in Basilica ibidem primaria, honorifico tumulo reconditum fuit, quem rabies Calviniana 1578. evertit. Ea certè laus Buslidio nostro debetur, quod primus in orbe Christiano Collegium Trilingue instituit: cujus deinde exemplum secuti sunt alii, in his *Franciscus* I. Rex Lutetiæ in Gallia, & *Franciscus Ximenius* Card. & Toletanus Archiepiscopus, Compluti in Hispania.

Joannes Altenstaig, Mindelheimensis, Germanus, Doctor Theologus, 1517. in fol. Vocabularium Theologicum publicavit; Antverpiæ à Bellero 1576. recusum; item librum De triplici felicitate, Haganoæ 1494. in 4. edidit. *Balthazaris Sorti*, Ord. Prædicatorum, Apologeticus pro unica Maria Magdalena, adversùs Jacobum Fabrium 1517. in 4. Cæsaraugustæ prodiit.

Bonaventura Nepos, Minorita, Guardianus Metensis, & Commissarius cismontanus, scripsit Defensionem FF. Minorum de observantia, Parisiis 1517. in 8. editam. *Bonifacius à Ceua*, ejusdem ordinis, Minister Franciæ, Sermones Quadragesimales, & Viaticas excursiones de hominum vitiis, 1515. in 4. Lutetiæ publicavit.

Antonius Melius, Cremonensis, Doctor Parisiensis, ex ordine Augustinianorum eremitarum, sub annum 1517. Cremæ obiit. Scripsit Scalam paradisi, Introductionem in Jus canonicum, & alia, quæ Josephus Pamphilus, in Chronicis illius ordinis, dicit exstare typis edita.

Mercurius Vipera, Beneventanus, Rotæ seu sacri palatii Auditor primarius, & Pœnitentiariæ sacræ, ut nuncupant, Regens, 1517. libros quindecim de priscis & sacris institutis; libros octo de præclare dictis & gestis; libros decem contra aberrantes à recto divini cultus itinere 1522. in fol. Romæ publicavit.

Joannes Tetzelius, Saxo, ord. Prædicatorum, Ecclesiastes facundus & Inquisitor hæreticæ pravitatis, Positiones pro Indulgentiis 1517. Francofurti publicavit. Roverus Pontanus, libro primo rerum memorabilium, asserit Tetzelium omnium primum articulos 106. adversùs Lutheri antidogmata edidisse. Et verò Lutherus hoc ipso anno 1517. pestilentis suæ sectæ virus * diffundere cœperat.

Petrus Rossetus, poëta Parisiensis, *de Christo* libros tres, & de *S. Paulo* libros sex Parisiis publicavit: qui *Basileæ*, 1547. fuerunt recusi. Idem scripsit de puero Judæo, quem pater in fornacem ardentem injecit, propter sumptam Eucharistiam; item de conversione Judæi cujusdam per Antonium *Paduanum*. Hos duos posteriores tractatus Marneffius 1517. in 4. excudit Lutetiæ.

Richardus Pacæus, Anglus, Secretarius Regius, librum de fructu, qui ex doctrina percipitur, *Basileæ* 1517. in 4. publicandum curavit. *Albanus Pinatus*, Jureconsultus, Aquitanus, Politicorum libros duos Lutetiæ 1517. edidit: quorum prior est de Politicismo adver-

* Agnoscis maledictum hominis Romanæ Ecclesiæ addicti.

adversùs hæreſes. De *Alberto Crantzio* & *Leandro Alberto* in Auctario noſtræ Bibliothecæ eccleſiaſticæ capp. 496. & 521. egimus.

XXV. JOANNES PYRRHUS, Anglebermæus, Legum Doctor, ad Antonium Pratum, Galliæ Cancellarium, ſcripſit commentarium *De militia Regum Francorum pro re Chriſtiana*, 1518. in 4. Lutetiæ à *Badio* editum.

JOANNES AURELIUS AUGURELLUS, Ariminenſis, *Chryſopœia* libros carmine heroico ad Leonem X. & *Geronticon*, hoc eſt, poëmatum ſenilium librum unum 1518. edidit: quæ omnia Plantinus 1582. recudit. Jamborum, Sermonum, & aliorum carminum libros Aldus Manutius 1505. excudit.

ADRIANUS CASTELLENSIS, Cornetanus, tit. S. Chryſogoni Cardinalis ab Alexandro VI. creatus, veteris elegantiæ Latinæ inſtaurator, libros quatuor *De vera Philoſophia* ex quatuor Eccleſiæ Doctoribus concinnavit, Coloniæ 1540. & alibi editos. Obiit ſub annum 1518. Conſtantinopoli aut alibi in media Græcia latitans, ob cauſas à *Paulo Jovio* & aliis memoratas.

JOANNES REUCHLINUS, Græca voce Capnion, Phorcenſis, Legum imperialium Doctor, ſeptem *Pſalmos* pœnitentiales ex Hebraico Latinos fecit, & edito commentario Tubingæ 1512. edidit. Item libellum de arte concionandi ſcripſit. Speculum ejus oculare, Ars cabaliſtica, & libri de verbo mirifico, à *Patribus* Tridentinis & aliis cenſura notantur. Obiit 1518. in patria. *Sic ferè Molanus in Bibliotheca ſacra.*

PETRUS GALATINUS, ord. Minorum Doctor Theologus, Hebraicæ linguæ peritus, opus ſuum *De arcanis Catholicæ veritatis*, adverſus Judæos, Orthonæ-maris in Italia 1518. publicavit, poſt Baſileæ 1550. in fol. recuſum. De iſto & aliis ejus ſcriptis Sixtum Senenſem in *Bibliotheca ſanctâ*, & *Poſſevinum* in Apparatu ſacro conſule.

PETRUS RICHARDUS, Doctor Th. *Pariſienſis*, Canonicus Trecenſis, Dialogum paſtoralem divinæ legis; librum de martyrio *Petri* Apoſtoli; & Sermones 1518. Lutetiæ publicavit.

XXVI. MAXIMILIANUS I. Imp. (exemplo Julii Cæſaris) Latino ſermone commentarios de rebus à ſe geſtis conſcripſit, quos ex autographo in Germania deſcriptos Carolus Archidux 1618. ſecum in Hiſpaniam detulit, & nunc adſervantur Madriti in *Bibliotheca* Olivarenſi. Obiit autem Maximilianus I. anno 1519.

CLAUDIUS DE ROTA, Lugdunenſis, ord. *Prædicatorum* Theologus, 1519. Vitas Sanctorum in urbe patria publicavit. *Reinerus Piſanus*, ordinis ejuſdem Theologus, *Pantheologiam*, ſive ſummam totius Theologiæ, duobus voluminibus 1519. in fol. Lugduni edidit.

JASON MAINUS, nobili apud Mediolanenſes familia natus, primùm *Piſis*, dein Ticini Jura explicuit, & ibidem 1519. obiit, Ejus opera cuivis ſunt nota. *Joannes Franciſcus à Ripa*, *Papienſis*, primùm *Papiæ*, poſt Valentiæ in Delphinatu & Avenione Jus auditoribus ſuis tradidit. Floruit anno 1519. & Papiæ deceſſit. Scripſit tractatus varios, qui in Oceano Juris exſtant.

JACOBUS MANILIUS, Brigantinus, 1519. ſcripſit Chronicon Epiſcopatus Conſtantienſis, quod uſque ad annum 1507. deduxit; à Joanne Piſtorio editum. *Marcus Grand-Vallius*, Canonicus regularis ad S. Victorem Pariſiis, librum de optima politia eccleſiaſtica & civili, 1513. typis Badianis Lutetiæ, & Apologiam de unica Magdalena 1519. in 4. ibidem publicavit.

BARTHOLOMÆUS DE SPINA, Piſanus, ordinis Prædicatorum, varia opuſcula ſua Venetiis 1535. in fol. edidit. *Ita Molanus in ſua Bibliotheca ſacra.* Antonius Senenſis dicit ipſum fuiſſe Magiſtrum ſacri palatii, & tria volumina de rebus Theologicis 1519. & 1535. in fol. Venetiis publicaſſe. Alius ab iſto fuit *Bartholomæus Spineus*, itidem monachus Dominicanus: cujus liber de Strigibus & Lamiis 1575. in 4. Romæ, & Malleus maleficarum Coloniæ 1581. prodierunt. Præter hos duos ſunt qui tertium conſtituunt *Bartholomæum de Spina*, eumque dicunt fuiſſe monachum ordinis Minorum, & auctorem cujuſdam operis, Noribergæ 1498. in folio, & Lugduni 1525. in 8. editi, hoc titulo: *Fortalitium fidei contra Judæos, Saracenos, alioſque hoſtes, libris quinque per quendam ordinis Minorum, in partibus Occidentis, 1439. ſcriptum.* Alii hujus operis auctorem vocant *Joannem à Spira.*

XXVII. LEO X. PAPA, antea dictus Joannes Medicæus, Florentinus, à prima ætate Angelum *Politianum*, & Demetrium Chalcondylam inſtitutores habuit: Joanne item Pico Mirandulano, Marſilio Ficino, Chriſtophoro Landino, Joanne Laſcare, & Marullo Tarchaniota familiariter uſus fuit. Unde tantus ei litteraturæ politioris amor eſt natus, ut meritò *Mecænas* alter hodieque nuncuperur. Et verò non ſolùm epiſtolas elegantiſſimas, quæ in pretio ſunt, ſuo Marte conſcripſit: ſed & poetica laude clarus eſt habitus, cùm verſus ex tempore magna facilitate funderet. Bembum, Sadoletum, Lilium Gregorium Giraldum, Camillum Quernum Archipoëtam, & Andream Lacunam in familia habuit.

habuit. *Paulo* Middelburgio & Ioanne Georgio Triffino, aliiſque viris eruditis in magnis rebus eſt uſus. Joannem Laſcarem, natione Græcum, in Græciam miſit, ut comparatis ibi codicibus Vaticanam bibliothecam repleret: cui Philippum Beroaldum juniorem præfecit; eidemque mortuo Zenobium Acciajolum ſuffecit. Janum *Parrhaſium*, Auguſtinum Niphum, Chriſtophorum Aretinum, Hieronymum Butigellam, & Baſilium Chalcondylam liberales artes, annuo ſtipendio cuique liberaliter aſſignato, Romæ profiteri juſſit. Marcum Muſurum, & Manilium Rhallum ſummis honoribus decoravit. Antonium Tibaldæum, ob unicum epigramma, quingentis nummis aureis, & annuo portorii cujuſdam cenſu donavit. Chriſtophoro Longolio, quamquam Patavii agenti, & aliis alibi pecuniaria ſubſidia munificè attribuit. Obiit anno Chriſti M. DXXI. ætatis quadrageſimo ſeptimo, pontificatus octavo. Ceterum *contra errores Lutheri* & ſequacium Diploma ſeu *Bullam*, ut vocant, Romæ 1520. typis edendam, & toto orbe Chriſtiano publicandam curavit.

Franciscus Xdenius, Ciſnerus, Archiepiſcopus Toletanus & S. R. E. Cardinalis, humili quidem loco natus, ſed animo excelſo, pius tamen & eruditus, & eruditorum fautor ègregius exſtitit. Nam multa monaſteria utriuſque ſexus, & publica valetudinaria, inſignem quoque Academiam Complutenſem impensâ ſuâ inſtituit. Sacerdotia, quæ in Toletana ditione opima ſunt, doctis & idoneis dabat. Biblia ſacra variis linguis, Chaldæa, Hebræa, Græca & Latina Compluti ſumma accuratione (unde ſumma illis acceſſit auctoritas) excudenda curavit. Ad menſam ferè cum viris doctis, Theologis præſertim, de re Theologica commentabatur: in quibus princeps *Adrianus Florentius*, qui & ipſe Hiſpaniæ regna una adminiſtrabat, & ex Dertuſano Epiſcopo abſens à Cardinalium collegio creatus eſt Pontifex. Accedit ad alia multa, Franciſci opera ac ſumptu, trajecto freto Gaditano, urbem Africæ opulentam (*Oranum* vulgò nominant, & Madaurum Apuleij patriam fuiſſe nonnulli exiſtimant) Saracenis, duce Petro Navarro, ereptam fuiſſe: quam poſtea Ferdinando Regi Catholico, receptis dumtaxat belli ſumptibus, ceſſit; teneturque hodie Hiſpanico præſidio. Franciſcanorum inſtitutum, quod nondum Præſul ſuſceperat, in maximis etiam negotiis (quibus ſublimis jam obſidebatur) diligenter obſervabat. Hæc & alia fuſius leges in libris octo de ejus rebus geſtis copiosè ab Alvaro Gometio, Toletano, Latinè conſcriptis.

Aldus Manutius major, domo Romanus, in Italia litterarum præſertim Græcarum inſtaurator fuit: quas editis optimis linguæ utriuſque ſcriptoribus ſic propagavit, ut è fuga retraxiſſe, pulſaque barbarie Camillus alter appellandus eſſe videatur. Ut enim capta à Turcis Conſtantinopoli, Græci aliquot docti homines in Italia domicilium nacti, partim Pontificis Rom. liberalitate, partim Principum ſtipendiis publicè profitendo, Græcas litteras diſſeminarunt Romæ, Florentiæ, Ferrariæ ac Mediolani, in his *Chryſoloras*, *Chalcondylas*, *Trapezuntius* & *Gaza*; ſic ad poſteros Græcæ linguæ uſum Aldus ut tranſcriberet, operam dedit. Adoleſcens Latinam linguam, aſſidua obſervatione hauſtam, præceptionibus circumſcripſit, quas & ipſe foras dedit. Docuitque primum *Albertum Pium* Carporum Principem, qui & in Græcis Marcum Muſurum doctorem domi cum Aldo habuit. Ante omnia Grammaticam Latinam, pòſt etiam, adjutante eodem Muſuro, Græcam edidit. Convertit & ipſe de Græcis nonnulla, ut *Gregorii Nazianzeni* & *Joannis Damaſceni* carmina, item Tabulam *Cebetis*, humanæ vitæ imaginem, & alia. Præfationes etiam Aldus ſcriptoribus à ſe emendatiſſimè editis, prope innumerabilibus, præfixit, quæ & facundæ ſunt juxta ac fœcundæ, rerumque copia refertæ: qualis una è multis, quam Philoſtrato de Apollonii Tyanei vita adjecit. Has uno omnes volumine, ut Pauli Manutii jam exſtant, editurum in ſe receperat Aldus nepos; ſed mors conatum interrupit. Laborioſus certè Aldus major fuit, & de omni poſteritate benè merendi ſtudio quàm maximè flagrans. Cujus quidem aſſiduæ diligentiæ argumentum eſt titulus, quem cubiculi foribus ſe affixiſſe refert, his verbis conceptus: *Quiſquis es, rogat te Aldus etiam atque etiam, ut quidquid eſt quod à ſe velis, perpaucis agas; deinde abſumàm abeas: niſi tanquam Hercules defenſo Atlante veneris, ſuppoſiturus humeros. Semper enim erit, quod & tu agas & quotquot huc attulerint pedes.* Pro ſymbolo autem libris addebat *Delphinum anchoræ implicitum*, cum elogio quod Veſpaſiani Imp. fuiſſe Suetonius ait, *Feſtina lentè*; moderationem nimirum in omni re adhibendam eſſe monens. Socerum habuit *Andream Aſulanum*, typographum quoque Venetum, cujus è filia *Paulum* ſuſtulit, patre dignum filium, eloquentia etiam ſuperiorem. Senem admodum Venetiis obiiſſe fama eſt anno 1513.

Judocus Badius, Aſcenſius, ab Aſca agri Bruxellenſis municipio natali ſic dictus eſt. Gandavi in Flandria litterarum prima rudimenta hauſit; ut ipſe in vita Thomæ Kempenſis teſtatur. Hinc forte Gandenſis illi patria à pleriſque eſt adtributa. Ferrariæ in Italia plenius litteras hauſit; *Baptiſta Guarino* Græcæ linguæ doctore. Lugduni in Gallia publicè eaſdem, privatimque profeſſus eſt; & Enarrationes familiares in auctores varios conſcripſit, cum Lugduni tum Pariſiis (quò celebre poſtea typographeium tranſtulit) editas: obiitque ſenex admodum Lutetiæ.

Joannes Briardus, natus Bellioli prope Athum Hannoniæ opidum (unde Athenſis audit) Doctor Theologus ac Procancellarius Lovanienſis, Margaritæ Anglicanæ, Caroli Auda-

Audacis Belgarum Principis viduæ, à Conſiliis, obiit die 8. Januarii 1520. in porticu Carthuſianorum ſepultus. *Quæſtiones V. Quodlibeticæ*, auctore Briardo, circumferuntur cum Quodlibeticis Adriani Sexti, excuſæ Lovanii & Lugduni. Eſt & aliud *De Indulgentiis* editum Lipſiæ 1519.

Guilielmus Rovillus, Alenzonienſis, cauſarum patronus, Juſtitiæ & Injuſtitiæ deſcriptionum compendium libris tribus complexus fuit; Pariſiis 1520. & Lugduni 1524. typis publicatum. *Guido Juvenalis*, monachus Benedictinus, Vindictam ſeu Defenſionem reformationis monaſticæ, libris tribus à ſe comprehenſam, Pariſiis 1503. foras dedit. *Georgius de Gemmingen*, Præpoſitus Spirenſis, tractatum ſuum de audiendarum confeſſionum poteſtate 1509. Argentorati publicavit.

Claudius Seisellus, Sabaudus, primùm Maſſilienſis, pòſt Taurinenſis Epiſcopus, ad Leonem X. ſcripſit librum de triplici ſtatu Viatoris, 1518. Auguſtæ Taurinorum; item tractatus tres De divina providentia, Pariſiis 1520. in 4. excuſos; item contra Waldenſes. Obiit 1520.

Thomas Radinus Tudeſcus, Placentinus, ord. Prædicatorum, Lipſiæ 1520. in 4. Orationem contra Lutherum, & alteram Romæ 1522. contra Melanchthonem edidit. Item Calipſychiam, hoc eſt, De pulchritudine animæ, Mediolani 1511. & Abyſſum ſideralem Pariſiis 1514. evulgavit. *Gaſpar Stephanus*, ejuſdem ordinis in provincia Aragoniæ, ſcripſit Defenſionem eccleſiaſticæ immunitatis ac libertatis, ſpecialiter contra imponentes & exigentes onera, Romæ 1520. in 4.

Porchetus Salvaticus, Genuenſis, monachus Carthuſianus, ſcripſit *Victoriam contra Hebræos*: quam Auguſtinus Juſtinianus, Epiſcopus Nebienſis, recognovit, auxit, & Lutetiæ 1520. in fol. publicandam curavit. Vixit autem Salvaticus an. 1315.

Franciscus Cordubensis, Hiſpanus, præter Summam moralem & Sermones per annum, ſcripſit *Chronicon* ſeu Manuale ſui ordinis Dominicani, typis Hiſpali editum: & anno 1520. claruit. De *Joanne Majore*, Scoto, in cit. Auctario cap. 542. locuti ſumus.

XXVIII. Joannes Algrinus, Abbavillanus, Gallus, S. R. E. Cardinalis, commentarios in Cantica elucubravit; quos Badius 1521. Lutetiæ edidit. *Benevenutus San-Georgius*, Blandratæ Comes, Eques Hieroſolymitanus, Marchionum Montis-ferrati ſtemma illuſtravit, & 1521. in 4. publicavit Auguſtæ Taurinorum.

Aloysius Marlianus, Mediolanenſis, Epiſcopus Tudenſis in Hiſpania, Carolo V. Imp. à Secretis, 1521. Viennæ in Auſtria Orationem paræneticam in Lutherum publicavit. Scripſit & alia huc non ſpectantia: obiitque Wormatiæ in comitiis Imperii.

Bellinus Paduanus, Auguſtinianus eremita, Romanæ Eccleſiæ Martyrologium primus illuſtravit, & Pariſiis 1521. in 4. excudendum curavit; quod Veneti poſtea 1549. recuderunt. Scripſit item libellum De laudibus Martyrum, Venetiis editum. *Conradus Saxo*, Minorita, Scripſit ſermones de Tempore & Sanctis, 1521. Lutetiæ à Badio excuſos: qui falsò attribuuntur S. Bonaventuræ.

Christophorus Marcellus, patricius Venetus, Archiepiſcopus Corcyrenſis, librum ſuum de auctoritate ſummi *Pontificis*, contra Lutherum, Florentiæ 1521. in 4. edendum curavit. Ejuſdem commentarius in VII. Pſalmos Romæ 1523. in 4. & libri tres Rituum ſeu Ceræmoniarum ſacrarum S. R. E. 1516. in fol. Venetiis prodierunt.

Joannes Candidus, Jureconſultus, commentariorum Aquileienſium libros octo Venetiis 1521. & *Joannes Luziardus*, monachus Cæleſtinus Pariſienſis, Hiſtoriæ univerſalis Epitomen, Lutetiæ 1521. in folio ſinguli publicarunt.

Franciscus Romæus, Caſtilionenſis, Tuſcus, ord. Prædicatorum Magiſter generalis, librum ſuum *De libertate operum & neceſſitate* Lugduni 1521. in 4. publicavit. Eſt ejuſdem *Annotatio de animorum immortalitate*, Chriſtianè & peripateticè deducta, & à Gryphio 1538. in 4. excuſa. Romæ 1552. obiit. De *Silveſtro Prieriate* Auctarium Heptadis cap. 537. conſule.

Joannes Tabiensis, Cagnatius cognomento, à Tabia Liguriæ opido natali ſic dictus, ord. Prædicatorum, Theologus Bononienſis, an. 1521. deceſſit: ſcripſitque *Summam Summarum de Caſibus conſcientiæ* (quæ vulgo *Tabiena* dicitur) Bononiæ 1517. Venetiis 1568. & 1580. in 4. excuſam.

Othomarus Luscinus, Argentoratenſis, monachus Benedictinus, Lector in Auguſtano SS. Udalrici & Afræ cœnobio, ſcripſit *Allegoriæ pſalmorum*, Lutetiæ cum Allegoriis utriuſque Teſtamenti 1521. excuſas: *Pelagus humanæ miſeriæ*, Argentorati 1522. & alia non pauca.

Petrus Bovinus, ord. Minorum Theologus, ſcripſit Sermones, Lugduni 1521. in 4. excuſos. *Guido Brianſonius*, Francus, ejuſdem ordinis in provincia Aquitaniæ, 1488. ſcripſit commentarium in libros Sententiarum, 1512. publicatum. *Daniel Agricola*, ejuſdem ordinis monachus, librum de Paſſione Dom[illegible] 1514. in 4. Baſileæ edidit.

XXIX. HENRICI VIII. Anglorum Regis liber de Sacramentis contra Lutherum (qui Londini 1521. primum editus fuit) per Regulas Tridentinas admittitur; opus à Catholicis laudatum. Ob quod à Leone X. illi titulus *Defensoris Fidei* datus est: quem idem tamen turpiter amisit. Additur ejusdem Regis *Assertio contra Lutherum*. Adservatur quoque Romæ in Vaticanæ bibliothecæ archivis autographum, quod idem Rex ad Pontificem miserat. Nec ea Assertio quidquam mali habet: quoniam glorioſus Episcopus & martyr *Joannes Roffensis* scripsit *Defensionem Assertionis Regiæ* contra Lutheri captivitatem Babylonicam. Exstant denique litteræ ejusdem Regis ad Lutherum, Coloniæ 1527. excusæ. Obiit 1547. *Sic fetè Molanus in ms. Bibliotheca sacra.* In Henricum VIII. verè quadrat illud poetæ: *Dici beatus ante obitum nemo supremaque funera debet.*

CHRISTOPHORUS LONGOLIUS, Tullianæ eloquentiæ in primis æmulus, Mechliniæ natus & educatus fuit: ut ipse diserte scribit initio Defensionis secundæ, quam Romæ pro se dixit. Erasmus Roterodamus, Adrianus Junius, & alii Batavis eum annumerant: Parisienses verò suum esse civem contendunt. Hoc constat, Longolium, annos vix novem natum, Lutetiam missum, & litteris ibi politioribus informatum fuisse. Crescentibus annis, Valentiæ in Gallia *Philippum Decium*, Jus civile interpretantem, studiosè audivit. Lutetiam indo regressus, tantam laudem cùm agendo tum de Jure respondendo adeptus est, ut in centumvirale concilium, quod solis antea senibus patebat, admodum juvenis adlegeretur. Relicto deinde foro, Hispaniam, Italiam, Britanniam aliasque provincias lustravit. Romæ civitatis jure donatus, multorum invidiam incurrit. Tempori itaque cedendum ratus, Patavii sedem fixit, & *Reginaldo Polo*, regiæ stirpis adolescenti Britanno, post S. R. E. Cardinali, perpetuo adhæsit. Leo X. Pontifex quamquam Patavii agenti sumptus studiorum liberaliter suppeditavit, & Palatino comitatui ultro adscripsit. Eodem hortante, causæ totius Lutheranæ oppugnationem suscepit: quam *Orationibus* quinque complecti statuerat, brevique perfeciſet, nisi primâ absolutâ (quæ omnium manibus teritur) mors immatura consilium ejus præscidisset. Vix enim quartum & tricesimum ætatis annum attigerat, cum febri 1522. correptus, Patavii è vivis subreptus est; in S. Francisci templo, habitu illius ordinis, ibidem conditus. Sui contubernalis viram *Reginaldus Polus* accuratè scripsit: nos virum elegantissimum Elogio, quod in primis merebatur, inter Belgas ornandum censuimus.

BAPTISTA FIERA, Mantuanus, Medicus, ad Adrianum VI. Papam scripsit *Evangelicæ historiæ* de Deo & homine libros quatuor, Basileæ & Venetiis excusos; item commentarium *De animæ immortalitate* contra Pomponatium; item *Dialogum* de Justitia pingenda, & alterum de Prædestinatione. *Franciscus Lucius*, Durantinus, libros duos De optima Reipublicæ gubernatione 1522. Venetiis in 8. publicavit: quibus librum tertium de laudibus urbis Venetæ adjecit.

JACOBUS FONTANUS, Brugensis, Judex appellationum populi Rhodiensis, ad Adrianum VI. Papam scripsit Epistolam de expugnatione Rhodi, 1538. Basileæ excusam. Historiam insuper belli Rhodiensis libris tribus complexus fuit, quos Clementi VII. dicatos Wechelus Parisiis, & alii alibi typis evulgarunt.

ALMARICUS BOUCHARDUS, Angeliacus, Santonum Præses, Apologiam fœminei sexus adversùs Andream Tiraquellum 1522. in 4. Parisiis publicavit. *Joannes Glapion*, Cenomanus, Doctor Theologus, ord. Minorum, Maximiliani I. Imp. Ecclesiastes, Vallisoleti in Hispania an. 1522. vivere desiit. Conciones ejus, & alia 1523. typis fuerunt edita, sed mihi nondum visa.

NICOLAUS NISÆUS (vulgo *de Nyse*,) Francus, Vicarius generalis ord. Minorum, commentarium *in Sententias*, Rotomagi an. 1506. Venetiis & Parisiis: *Summam prædicantium*, Parisiis 1522. & Brixiæ 1585. *Speculum mortalium* de quatuor Novissimis, Lugduni 1519. & alia alibi edita ad posteros transmisit: de quibus Possevinus in Apparatu sacro.

XXX. ADRIANUS SEXTUS Papa, Ultrajectinus, ante pontificatum dictus Adrianus Florentii, Decanus S. Petri, & Cancellarius Academiæ Lovanienſis, à Carolo Quinto, cui præceptor & Consiliarius fuit, in Hispaniam missus, ibi creatus est Episcopus Dertusanus, postea S. R. E. Cardinalis, ac demum Papa absens 9. Januarii 1521. electus. Edidit privatus 1515. *Quodlibeta duodecim*, & anno sequenti *Quæstiones in librum quartum Sententiarum*: quæ sæpè recusa sunt Lovanii, Romæ, Parisiis & Lugduni. Cardinalis scripsit *Computum agonizantis*, & *Sermonem de sæculo pertuso*, *sive de superbia*. Excusa sunt ea Antverpiæ 1520. ex exemplari Alardi Amstelodami. Papa verò dedit *Breve Apostolicum* ad Fredericum Saxoniæ Ducem, quod exstat in tomis Conciliorum. *Regulas Cancellariæ* ejusdem Hillenius 1523. Antverpiæ excudit. Ædes suas Lovanii convertit in celeberrimum collegium Theologorum, & 1523. die 13. Decembris obiit. Ejus vitam Gerardus Moringus, Paulus Jovius & Onuphrius Panvinius descripserunt. Sic ferè Molanus in sua ms. Bibliotheca. Adriani porrò *Iter* ab Hispania Romam usque, item *res in pontificatu ab eo gestas*, peculiari libello descripsit *Blasius Ortizius*, Canonicus & Vicarius generalis Toletanus, qui eidem Adriano à Sacris fuit, & in ejus familia usque ad obitum vixit. Libellum istum, Toleti 1547. excusum, operæ pretium fuerit iteratò typis publicari; eo quod hactenus in Germania

mania & Gallia ignotus fuerit. Ejuſdem Adriani *Epiſtolæ variæ*, ad Carolum V. Cæſarem, ad Franciſcum I. Galliæ Regem, ad S. R. E. Cardinales, & alios cum ſacri tum politici ordinis proceres datæ, extant ms. apud Ludovicum Torrium, Conſiliarium Regium & Magiſtrum rationum Inſulis in Gallo-Flandria; ab eodem aliquando, ut ſperamus, publicandæ. Adriani denique Laudationem funebrem *Conradus Vecerius*, Caroli V. Imp. Secretarius, 1523. Coloniæ typis edendam curavit.

Dominicus Grimanus, Antonii Venetiarum Ducis filius, omnium ſcientiarum peritiſſimus (ut ejus in tumulo legitur) ab Alexandro VI. Cardinalis creatus, præter inſtructiſſimam octo millium voluminum bibliothecam, *Epiſtolas* ad Sabellicum atque Eraſmum datas, & alia quædam ingenii ſui monumenta poſteris reliquit. Operum ejus tomus unus ms. exſtat Romæ in bibliotheca Card. Aſcanii Columnæ, quæ olim Cardinalis Sirleti fuit. Obiit 1523. Romæ ſepultus in templo SS. Joannis & Pauli.

Cornelius Scepperus, Dunkercanus, Baro de Eyck, qui multis legationibus pro Carolo V. Imp. functus fuit, ſcripſit, ad Erardum Marcanum Card. & Epiſcopum Leodicenſem, *Aſſertionum fidei* libros VI. contra Aſtrologos, 1523. in fol. Antverpiæ excuſos. Scripſit item pro jure Chriſtierni II. Daniæ Regis, à ſuis regno pulſi, & alia. *Eduardus Ponelus*, ſacrarum litterarum Profeſſor, Canonicus Sarisberienſis, ſcripſit Propugnaculum ſummi ſacerdotii Evangelici, ac ſeptenarii Sacramentorum, adverſus Lutherum Wicleſiſtam, 1523. 4. Londini editum. *Bartholomæi Steni* Hiſtoria Principum Iſraël, Noribergæ 1523. & Coloniæ in fol. prodiit.

Jacobus Faber, Stapulenſis, Philoſophus Pariſienſis, edidit commentarium initiatorium in *quatuor Evangelia*, Baſileæ & Coloniæ; in *Epiſtolas novi Teſtamenti*, Pariſiis 1512. Coloniæ & Baſileæ; *Pſalterium quintuplex*, Gallicum, Romanum; Hebræum, Vetus, Conciliatum, Cadomi 1515. Pariſiis 1523. item opuſcula de tribus Magdalenis & Triduo, ibidem edita. Quæ omnia egent repurgatione, juxta cenſuram Patrum Tridentinorum. *Sic ferè Molanus in ms. Bibliotheca ſacra.*

Eustathius Sichenius, cognomento Rivius, Brabantus, ordinis Prædicatorum, Doctor Theologus Lovanienſis, primus ex Belgis, aut ſaltem inter primos, ſtilum in Lutherum ſtrinxit. Exſtat ejus liber *De ſeptem Sacramentis*, contra errores Lutheri, 1523. in 4. Antverpiæ editus; & alter contra caput quintum Enchiridii ab Eraſmo editi. Obiit Lovanii 1538.

Joannes Chaneisus, presbyter, textum Sacramentorum carmine, cum commentario, 1523. & 1525. in 4. Lugduni publicavit. *Robertus Shirwodius*, Conventriénſis, Anglus, Lovanii ſacris litteris operam navans, ſcripſit commentarium in Eccleſiaſten, Antverpiæ 1523. in 4. editum, fuitque in Collegio trilingui Buslidiano linguæ Hebraicæ Profeſſor aliquamdiu Lovanii.

Albertus Durerus, Noribergenſis, celeberrimus pictor, formam Turris Babylonicæ, & quo modo in ea multa hominum millia commodè habitare potuerint, primus penicillo demonſtravit. Ejus picturæ ſeu delineationes Noribergæ 1523. & alias ſunt excuſæ. *Ita Molanus in ms. Bibliotheca ſacra.* Hiſtoria paſſionis Dominicæ, à Durero in lignum inciſa, & aliæ ejus tabulæ ac ſtatuæ, apud rerum iſtarum curioſos in magno ſunt pretio. Germanico ſuo idiomate ſcripſit De Geometricis inſtitutionibus; De ſymmetria partium in formis humanorum corporum; De varietate figurarum & flexuris partium; De urbibus arcibuſque condendis ac muniendis: quæ omnia in Latinum translata, partim Noribergæ, partim Venetiis ſunt edita. Obiit 1527. ætatis 56. Noribergæ in patria.

XXXI. Cajetanus Thienæus, Gaſper Contarenus, Jacobus Sadoletus, Matthæus Gibertus, Joannes Petrus Caraffa, Bonifacius à Colle, Paulus Conſiliarius, Aloyſius Lipomanus, Latinus Juvenalis, Tullius Criſpoldus, Julianus Dathius, & alii Romanæ aulæ proceres, Leone X. pontificatum gerente, ſodalitium inſigne in ipſa Urbe fundarunt, eique à *Divino Amore* cognomentum impoſuerunt. Huc nimirum ibant, ut Lutherianæ hæreſi, aliiſque malis tunc pullulantibus pro ſuo virili occurrerent, & labantem Clerum ad priſtinam vitæ integritatem revocarent. Ex his *Cajetanus*, poſtquam aliquamdiu piis ſeſe operibus Romæ & alibi exercuiſſet, patrimonio in pauperes diſtributo, & ſacerdotiis, quæ poſſidebat, abdicatis, de nova *Clericorum regularium* familia inſtituenda, deque Apoſtolicæ communis vitæ ratione inſtauranda, ſeriò cogitare cœpit. Rem igitur cum *Bonifacio à Colle* amicè communicat: probat ille, & ſe tam præclaro facinori ſocium offert. Id non multò poſt olfecit *Joannes Petrus Caraffa*, tunc Epiſcopus Theatinus, poſtea Paulus IV. Papa. Junctis itaque animis Triumviri iſti quartum ſibi ſocium adſciſcunt *Paulum Conſiliarium*, Joannis Bap. Conſiliarii Cardinalis fratrem. Igitur 1524. feſto die Crucis inuentæ, ab his Quatuorviris res cœpta eſt apud Clementem VII. ſedulò agitari; nec ſine contradictione multorum. Ad rationes, quæ in contrarium objiciebantur, diluendas magnum robur attulit *Matthæus Gibertus*, Veronæ Epiſcopus, qui apud Clementem gratia plurimum valebat. Itaque cùm feſto die Crucis inuentæ res agi cœpta eſſet, in Crucis itidem exaltatæ ſolemni luce feliciter confecta eſt: ut proinde hæc Clericorum regularium familia, ordine prima &

antiquiſſima, non immerito Crucis inſigne ſibi velut proprium aſſumpſerit. Clemens igitur Papa Joanni Bap. Bonzianio, Caſertæ Epiſcopo & Apoſtolico Datario mandavit, ut dictorum IV. Virorum vota ſolemnia exciperet. Ergò die feſto quem dixi, poſt celebratum à Caſertano Antiſtite ſacrificium, ad altare S. Petri, quod Vaticanæ baſilicæ eſt præcipuum, primus Joannes Petrus Carafa, tum Cajetanus, deinde alii duo ſolemnia religionis vota nuncuparunt. Poſt hæc, quoniam diplomate pontificio ipſis concedebatur, ut Præpoſitum ſibi, quem vellent, eligerent, cunctorum ſuffragia in eundem Carafam, Theatinum in Aprutio tunc Epiſcopum, convenerunt; unde & *Theatinorum* nomen ipſis adhæſit. Carafæ poſt triennium *Cajetanus* in Præpoſitura à ſuis ſuffectus fuit. Is Vicetiæ, ſub ditione Venetæ, anno 1480. hoc eſt, triennio ante Lutherum natus, cælitus velut præmiſſus fuiſſe videtur, ut Lutheraniæ ſectæ in regnum Neapolitanum, operâ Joannis Valdeſii, Bernardini Ochini, & Petri-martyris Vermilii, fraudulenter irrupturæ, ſe ſuoſque obiiceret, eamque velut in herba opprimeret ac jugularet. Exſtant autem *Conſtitutiones Clericorum regularium*, ab ipſo ac ſociis ex Apoſtolorum Actis potiſſimum excerptæ: quas poſt Clementem VII. alioſque Pontifices, demum Clemens VIII. approbavit, quaſque Notis illuſtratas *Antonius Caracciolus* Romæ 1610. in 4. edidit, & nos Antverpiæ in Codice Regularum 1638. recudendas curavimus. Cajetanus porro Thienæus, quem ut primarium familiæ ſuæ fundatorem Theatini agnoſcunt, Neapoli anno milleſimo quingenteſimo quadrageſimo ſeptimo ad Chriſtum migravit; à Clemente VIII. in *Beatorum* claſſem 1629. relatus. Theatini porrò ſua domicilia habent *Venetiis*, *Neapoli*, *Romæ*, *Mediolani*, *Cremonæ*, *Genuæ*, *Placentiæ*, *Florentiæ*, *Patavii*, *Vicetiæ*, *Bononiæ*, *Meſſanæ*, *Palermi*, & alibi: de quibus, ut & de Scriptoribus illius inſtituti, Codicem noſtrum paulo antè citatum conſule, itemque Joannem Bap. Tuſum in Chronico illius ordinis.

Joannes Lascaris, al. Andreas Janus Laſcaris, Rhyndacenus, natione Græcus, à *Laurentio Medicæo*, Leonis X. Pontificis patre, in mediam Græciam miſſus, libros undique conquiſivit, & Florentiam, ad exſtruendam atque augendam bibliothecam Medicæam, comportavit. Eodem Laſcare auctore, *Leo X.* ipſam propemodum Græciam in Italiam, quaſi in novam coloniam, deduxit. Pueros enim ex tota Græcia, in quibus vis ingenii & bona indoles ineſſe videbatur, cum ſuis præceptoribus Romam evocavit, ut linguam ipſis noſtram commodius traderemus, ſuamque illi nobis liberalius impertirent: adeoque per hoc ſeminarium utriuſque gentis litteræ, altioribus radicibus innixæ, transferri ac latius propagari poſſent. Ita loquitur *Philippus Beroaldus* junior in ſua præfatione, operibus Cornelii Taciti, Romæ 1515. editis, præfixa. Fuit autem Laſcaris vir ſingularis eruditionis; quod *Epigrammata* ejus Græca & Latina, 1537. Baſileæ publicata, teſtantur: ut nihil dicam de iis, quæ ex *Polybii* hiſtoria de militia Romanorum, atque in primis de caſtrorum metatione, excerpſit, & Latino ſermone reddidit.

Philippus *Beroaldus* junior, Philippi ſenioris ſuprà cap. 17. laudati filius, Academiæ Romanæ Præpoſitus, ut ipſe ſe ipſum nuncupat, apud Leonem X. Papam gratioſus fuit. Cum enim libri quinque *Cornelii Taciti*, Hiſtoricorum principis, qui hactenus velut ſepulti in tenebris latuerant, in Corbeienſi apud Weſtfalos monaſterio noviter eſſent inventi, & magnâ mercede à Leone comparati, idem Pontifex Philippo eos tradidit, ad communem utilitatem publicandos: quod & fideliter præſtitit, libris iſtis quinque, cum aliis ejuſdem Taciti operibus, Romæ 1515. in folio accuratè editis; præfixâ ad ipſum Leonem erudita præfatione, additoque ad calcem voluminis hoc edicto velut prætorio, omnique laude digniſſimo: *Nomine Leonis X. Pont. Max. propoſita ſunt præmia non mediocria his, qui ad eum libros veteres, neque hactenus editos, attulerint.* Præter Tacitum, Philippus inſuper *Antonii Codri* opera publicavit, longâ præfatione ſeu epiſtolâ ſimiliter additâ.

Jacobus Merlinus, Vieturnienſis, Archidiaconus Bathonienſis in Anglia, Doctor Theologus, *Conſilia* in tomos duos digeſta Pariſiis 1524. publicavit. Scripſit item *Apologiam pro Origene*, operibus Origenis 1512. à *Badio* adjunctam. Sermonibus S. Antonii Paduani, ab eodem Badio 1520. editis, ubi de diſpenſatione in Quadrageſima agitur, nonnulla adjunxit.

Christophorus à S. Antonio, Hiſpanus, ordinis Minorum, Chriſti Salvatoris triumphum contra infideles titulis XX. explicuit, & Salmanticæ 1524. in fol. evulgavit.

Agathius Guidacerius, Catacenſis, Calaber, Canticum canticorum Salomonis ex Hebræo in Latinum vertit, explanavit, & in fol. Romæ 1524. edidit: quod poſtea in 4. Pariſiis 1531. recuſum fuit.

Conradi *Bavari*, ſeu Boij, Memoriale Biblicum carmine 1524. in 8. Viennæ editum fuit. Sed verus auctor dicitur fuiſſe *Petrus Roſenhaius*, monachus in *Melck cœnobio Auſtriæ*. Ita Molanus.

Antonius Sorianus, ex Carthuſiano monacho Patriarcha Venetus, ſcripſit commentarium de vita contemplativa & ſolitaria, & 1508. vivere deſiit.

Joan.

Joannes Picus, Cartuſianus, Prior Divionenſis in Burgundia, ſcripſit commentarium in Cantica 1524. à Badio editum. Ejuſdem commentarius in Pſalmos à Romanis & Tridentinis Cenſoribus eſt notatus. Alius ab iſto fuit *Joannes Picus*, in Senatu Pariſienſi claſſium inquiſitoriarum Præſes, qui Macarii Ægyptii, Marci eremitæ, Hippolyti martyris, & aliorum opuſcula ex Græco in Latinum tranſtulit. De *Joanne Franciſco Pico, Mirandulano* in Auctario Heptadis cap. 491. egi.

XXXII. Martinus Dorpius, Naldevicanus, Batavus, annos plures eloquentiam ac philoſophiam in Lilienſi gymnaſio Lovanii cum laude docuit. Inter ea Theologiæ etiam animum adjecit, ſumptoque Doctoris Theologi titulo, ſacras litteras, utpote diſciplinis politioribus cùm Græcis tum Latinis probè imbutus, ſermone puro ac caſto profiteri cœpit: magnus haud dubiè futurus, ſi diutius vixiſſet. Verùm egregias ingenii dotes, ſpemque ampliſſimam mors præpropera 1525. incidit. Mortui cadaver in Cartuſiæ Lovanienſis porticu, ut teſtamenti tabulis juſſerat, conditum fuit: ubi egregium elogium ab amico Eraſmo poſitum hodieque legitur; quod in Elogiis noſtris illuſtrium Belgii Scriptorum reperies. Præter philologa, *Orationes* aliquot, ut de laudibus Virginis Aſſumptæ, Pauli Apoſtoli, deque litteris ſacris publicavit. Quin & Eraſmum, quamquam amicum, audaciæ ac ſtolidæ temeritatis, de conſcripto, Luciani ſatyrici imitatione, Moriæ ſeu Stultitiæ encomio, ſeverè admonuit, editaque epiſtola bene longa, impudentem ejus ſtultitiam, ut qui de poſteritatis memoria judicioque minime laboraret, acriter reprehendit, & ad revocandum quod peccarat, ſi ſaperet, ſerio cohortatus eſt. Atque utinam id genus impia ſcripta, *Moriam*, inquam, *& Colloquia*, peſtes, perniciesque juventutis, flammis potius quam luci tradidiſſet, aut loco Moriæ, quod Dorpius monuerat, *Apologiam Sapientiæ* repoſuiſſet!

Petrus Sutor, ex Doctore Theologo Prior Cartuſiæ Pariſienſis, ſcripſit de vita Cartuſiana libros duos; de translatione Bibliorum & novarum interpretationum reprobatione contra Eraſmum; Antapologiam contra eundem; contra novos Antidico-Maritas; de poteſtate Eccleſiæ in occultis, & alia, Lutetiæ 1525. & alibi ſubſequentibus annis edita.

Chrysostomus Casalensis, ord. Prædicatorum, pro Auguſtino Nipho contra Petrum Pomponatium, volumen de immortalitate animæ 1525. Venetiis in fol. edidit. De Pomponatio ita Molanus in ſua ms. Bibliotheca ſacra: *Petrus Pomponatius, Mantuanus, philoſophus, ſcripſit volumen, quo animas poſt corporis mortem interituras, ex ſententia Ariſtotelis, probare nitebatur, Aphrodiſei placita ſecutus. Cujus dogmate ad corrumpendam juventutem, diſſoluendamque Chriſtianæ vitæ diſciplinam nihil peſtilentius induci potuit: ut diſcipulus ejus Jovius notat. Unde multi eum meritò oppugnarunt: inter quos Auguſtinus Niphus & Chryſoſtomus Caſalenſis. Scripſit etiam de incantationibus, fato, libero arbitrio, prædeſtinatione & providentiâ Dei. Cenſores Romani ejus opera, ſine conſenſu Superiorum, diſtrahi aut divendi vetuerunt.* Antonium Mirandulanum lib. 6. de ſingulari certamine, Delrium lib. 1. cap. 3. in Diſquiſ. Magicis, Poſſevinum in Apparatu ſacro & Bibliotheca ſelecta, alioſque conſule.

Gualterus Gravius, cognomento Ruyſius, ita dictus fuit à Gravia natali opido, ad Moſam ſito in confinibus Brabantiæ & Gelriæ. Sodalibus ſuis Dominicanis cum laude multis annis Noviomagi præfuit, & 1525. Antverpiæ publicavit *Apologiam adversùs libros Eraſmi de Confeſſione, & de Eſu carnium.* Sed quia Eraſmo familiaris erat, nomen *Godefridi Ruyſii Taxandri* præfixit. Scripſit & alia, quæ Valerius Andreas in Bibliotheca Belgica enumerat: & obiit 1534. Prior Noviomagi. De *Guilielmo Heda* in Auctario Heptadis cap. 539. egi.

XXXIII. Godescalcus Rosemundus, Eindoviæ in Campania Brabantiæ natus, pio doctoque *De confitendi ratione* libello 1518. edito, primus Lovanii glaciem, quod ajunt, ſecuit, & viam aperuit ad controverſas de Officiis quæſtiones è D. Thoma Aquinate hauriendas. Virginibus, piam ægrorum curam in primario ejuſdem urbis xenodochio (jam olim maternæ beneficentiæ exemplo, à Sophia, S. Eliſabethæ filia, Henrici II. Brabantiæ Ducis conjuge, dotato) gerentibus, Paſtor multos annos, compluribus innocentiæ pietatiſque editis exemplis, præfuit: ac perpetuum vitæ tenorem ab omni vitiorum contagione vacuum atque integrum præclaro exitu 1526. concluſit; primus Collegii Pontificii ab Adriano VI. excitati Præſes. Tumulus ejus hodieque viſitur in illius xenodochii templo, cum inſcriptione longa, quam in Elogiis noſtris Belgicis reperies. De *Hectore Boëthio* in citato Auctario cap. 542. eſt actum.

Anno 1526. *Andreas Caroloſtadius* (qui primus ex illius ævi apoſtatis ac Lutheri diſcipulis uxorem, ſeu potius concubinam duxit) item *Hulricus Zuinglius*, & *Joannes Oecolampadius*, Sacramentariam ſeu Berengarianam hæreſim ab inferis revocarunt: ut Cochlæus lib. de actis Lutheri narrat. Hanc à *Joanne Calvino* poſtea propagatam plurimi ex Catholicis ſolidiſſimè confutarunt, infrà ſuis locis laudandi.

XXXIV. JACOBUS HOCHSTRATANUS, ex Campania Brabantiæ oriundus, municipium sui natalis soli non incelebre cognomento refert. Fuit Dominicanæ familiæ Doctor Theologus & Professor Colonienſis; ſtrenui, fortis & infracti animi, quique ſuæ profeſſioni nequaquam defuit: niſi quòd, pro ſæculi illius infelicitate, non ſatis forſitan politiore litteraturâ tinctus, illius ævi ſciolis calumniandi dederit occaſionem. Eccleſiaſticæ diſciplinæ, in fugandis arcendiſque hæreticis tum naſcentibus, vique irrumpentibus, plurimos annos vigili curâ atque indefeſſo ſtudio præfuit. Quo factum, ut & hæreticorum, & hæreſeos novitati faventium acerbiſſimum in ſe odium concitarit. Fuit autem inter primos, qui in voluptuariam Lutheri ſectam calamum acuerunt. Scripſitque *de fide & operibus*, *de purgatorio*, *de libertate Chriſtiana*, aliiſque de rebus, cùm ad Theologiam, tum ad Philoſophiam, quæ de moribus eſt, pertinentibus. Senex exceſſit è vivis Coloniæ Agrippinæ 1527.

BARTHOLOMÆUS DE USINGEN, Germanus, eremita Auguſtinianus, ſcripſit de Purgatorio contra Lutheranos, Herbipoli 1527. De gratia, fide & operibus contra Huſſopicardos, ibidem 1526. & Bambergæ 1527. & alia alibi typis edita.

HIERONYMUS EMSERUS, Suevus, ſacrorum Canonum Licentiatus, ut vocant, Dreſdæ 1524. & Coloniæ 1532. edidit Aſſertionem Miſſæ contra Lutheranam formulam; item de Canone Miſſæ contra Zuinglium 1524. Apologeticum contra eundem 1525. Dialogum contra ebrios 1505. Lipſiæ; Vitam S. Bennonis 1512. ſeorſim, & poſtea à Surio cum aliis publicatam. Obiit anno 1527.

JOANNES MENSIAGUS, ord. Prædicatorum, Præfectus provincialis per Saxoniam, 1527. contra Lutheri librum de abroganda Miſſa, & 1532. libros duos de Eccleſiæ Chriſti ſacerdotio, Coloniæ edidit.

AUGUSTINUS ALVELDIANUS, Germanus ord. Minorum, Malagma adversùs Lutherum, & alia 1527. Lipſiæ publicavit.

JOANNES DE BURGO, Anglus, Cancellarius Academiæ Cantabrigienſis, 1527. Pariſiis edidit *Pupillam oculi*, omnibus ſacerdotibus neceſſariam: in qua agitur de ſeptem Sacramentorum adminiſtratione, de decem præceptis Decalogi, & de Clericorum officiis. Hoc ipſo anno *Carolus Bovillus*, Canonicus Ambianenſis, ſuprà cap. 17. laudatus obiit. Eodem anno *Balthaſar Pacimontanus*, & *Bernardus Rothmannus* ſectam Anabaptiſtarum excitarunt: ut Cochlæus lib. de actis Lutheri narrat. Quinam ex noſtris illam ex profeſſo oppugnarint, ſuis infrà locis dicetur.

XXXV. PAULUS JUSTINIANUS, monachus Venetus, anno 1520. aut 1522. reformatam Congregationem Camaldulenſium eremitarum *Montis Coronæ* in Tuſcia inſtituit, eiſque Conſtitutiones numero ſex & viginti præſcripſit, & 1528. deceſſit. Univerſi porro ordinis Camaldulenſis, à S. Romualdo an. 967. fundati, Conſtitutiones (quas *Regulam vitæ eremiticæ* vocant) Latinè 1520. Florentiæ typis fuerunt editæ: eaſque Silvanus Ractius, ejuſdem inſtituti monachus, Italicè reddidit, & 1575. eadem in urbe excudendas curavit. Hiſtoriam porrò hujus ſui ordinis ſcripſit *Auguſtinus Fortunius*.

GUILIELMUS PARVUS, Normannus, ord. Prædicatorum Doctor Theologus, Ludovico XII. & Franciſco I. Francorum ex ordine Regibus à ſacris confeſſionibus, demùm Trecenſis Epiſcopus, vixit uſque ad annùm 1528. & quod excurrit. Is primus *Sigeberti Gemblacenſis Chronicon*, ſed nugis Galfridi Monumetenſis ſeu Aſaphenſis inquinatum edidit: quod titulus ingenuè profitetur his verbis: *Sigeberti Gemblacenſis cœnobitæ Chronicon, ab an.* 381. *ad an.* 1113. *cum inſertionibus ex hiſtoria Galfridi, & additionibus Roberti Abbatis Montis, centum & tres ſequentes annos complectentibus; promovente egregio Patre D. G. Parvo, Doctore Theologo, Confeſſore Regio, nunc primum in lucem emiſſum, Pariſiis per Henricum Stephanum an.* 1513, Vitiatam hanc editionem ſecuti ſunt typographi quotquot hactenus Sigeberti Chronicon ſuis typis evulgarunt, uſque ad annum 1608. quo Hieronymus Verduſſius illud à me cum autographo collatum Antverpiæ edidit, rejectis iſtis Galfridi nugis, & aliorum racematorum quiſquiliis. Quis porrò fuerit iſte nugator Galfridus, in Auctario Bibliothecæ noſtræ Eccleſiaſticæ cap. 363. docui.

FRANCISCUS SILVESTRIUS, Ferrarienſis, ord. Prædicatorum Magiſter generalis, 1528. vivere deſiit. Scripſit de Evangelica libertate; vitam Oſannæ Mantuanæ, monialis ejuſdem inſtituti; & commentarium in librum D. Thomæ Aquinatis contra gentes, Lugduni 1567. editum.

JOANNES APOBOLYMÆUS, ord. Minorum in Bavaria monachus, *Anti-Lutherana*, ſive Confutationem centum locorum Lutheri 1528. publicavit.

GUILIELMUS MANDERSTONUS, Scotus, librum de Virtutibus in generali, & de cardinalibus in ſpeciali 1528. Lutetiæ edidit.

GUERNERIUS, Canonicus regularis ad S. Victorem in ſuburbano Pariſienſi, ex Gregorianis codicibus Enucleamenta Bibliorum libris 17. complexus eſt, & Pariſiis 1528. edidit.

Bruſſa-

Brussanus Columbus, Foro-Julienſis diœceſis presbyter, duos tractatus Avenione 1528. edidit; in quorum priore de peccato originali & actuali, in poſteriore de virtutibus agitur.

Conradus Wimpina, Fagius, opus grande contra errores Sectariorum, 1528. Francofurti; & Farraginem 1531. Coloniæ publicavit.

XXXVI. Joannes Bellaii, Card. & Epiſcopi Pariſienſis, itemque *Petri Caſtellani* Antiſtitis Matiſconenſis, ſtudia ac labores honorifica recordatione quid ni proſequamur? Qui cum apud Franciſcum I. Regem gratiâ plurimum valerent, hac ſortis benignitate non ad ſua commoda, ſed ad communem Reipublicæ utilitatem ſunt uſi. His enim potiſſimum ſuaſoribus Franciſcus, qui illos de litteris differentes libentiſſimè audiebat, celebre illud trilingue Profeſſorum collegium Lutetiæ 1529. inſtituit ac dotavit, quod optimarum artium in Gallia ſeminarium exſtitiſſe nemo eſt qui neſciat. Ceterum *Bellaius* placida morte 1560. Romæ in vivis eſſe deſiit: *Caſtellanus* Aureliani (cujus urbis pontificatum, dimiſſo Matiſconenſi, ſuſceperat) inter concionandum repentino ſanguinis ictu perculſus, animam de grege ſuo bene meritam Deo reddidit.

Franciscus Carvajalus, Hiſpanus, ord. Minorum, ſcripſit Apologiam monaſticæ religionis, contra Eraſmum, 1529. Antverpiæ editam.

Guilielmus Gaudanus, *Batavus*, ord. Minorum Theologus, ſcripſit Expoſitionem myſteriorum Miſſæ 1504. *Daventriæ*, & 1564. Dilingæ in folio publicatam.

Franciscus Nicolaus, Minorita, adversùs Franciſcum Lamberti ſcripſit Apologiam pro Regula S. Franciſci, 1528. Antverpiæ editam.

Joannes Cuspinianus, Sueinfordienſis, Maximiliani I. Imp. Conſiliarius, ſcripſit de Conſulibus Romanis, de Comitibus Hapsburgenſibus, de Turcarum origine, religione, & in Chriſtianos tyrannide, & alia Baſileæ 1553. in fol. excuſa. Liber ejus de Imperatoribus admittitur purgatus. Sic ferè Molanus in ſua Bibliotheca ſacra. De *Paulo Æmilio*, Francorum Hiſtorico, qui 1519. aut 1529. obiit, Lipſius in Notis ad lib. 1. Polit. cap. 4. & nos in Auctario Heptadis cap. 532. egimus.

Georgius Sauromanus, Caroli V. Imp. in Urbe procurator, ſcripſit Orationem ad *Principes* Chriſtianos de religione ac communi concordia, Romæ 1529. in 4. editam.

Guilielmus Pepinus, *Pariſienſis* Theologus, ord. Prædicatorum, facundiſſimus lingua Gallicâ concionator, ſcripſit in Geneſim, Exodum, in VII. Pſalmos & Confiteor; in Evangelia Quadrageſimæ & Adventus; Deſtructionem Ninives, hoc eſt, omnis generis vitiorum; Sermones per annum, & alia, Pariſiis, Venetiis & Duaci edita. Obiit anno 1529.

Natalis Beda, al. Bedda, Theologus Pariſienſis, collegii Montis acuti moderator, libros duos contra commentarios Fabri in Evangelia & Epiſtolas, & tertium contra Eraſmi Paraphraſes, Lutetiæ 1526. publicavit: qui paulo poſt Coloniæ recuſi fuerunt. Apologiam adversùs clandeſtinos Lutheranos 1529. & alteram pro filiabus & nepotibus Annæ. contra eundem Fabrum, item de unica Magdalena contra eundem & Judocum Clichtovæum 1519. edidit. Putatur inſuper ejuſdem Bedæ eſſe Reſtitutio in integrum benedictionis cerei Paſchalis, abſque nomine Pariſiis excuſa. *Sic fere Molanus in ſua ms. Bibliotheca ſacra.*

Joannes Placentius, Trudonopolitanus, monachus Dominicanus, litterarum fundamenta jecit Silvæ ducis apud Fratres vitæ communis: Theologiæ operam dedit Lovanii. Scripſit ibidem 1529. *Catalogum Antiſtitum Tungrenſium, Trajectenſium ac Leodicenſium*, ad Erardum Marcanum Card. & Epiſcop. Leodicenſem: in quem multa ex fabuloſis & anilibus Annalibus retulit. Scripſit præterea *Dialogos duos*; prior *Clericus Eques* inſcribitur; alter *Luciani Aulicus*, verſu phaleucio. Ejuſdem eſt carmen *De porcorum pugna*, ad Pium III. Papam; dictionibus ſingulis à littera P. incipientibus: cujus hoc initium; *Plaudite porcelli, porcorum pigra propago.* Simile eſt *Hucbaldi* monachi Elnonenſis carmen *De laude Calvorum*, ad Carolum Calvum, à littera C. incipiens. Utrumque excudit Wellæus Lovanii.

Hoc ipſo anno 1529. Spiræ, in publico Imperii conventu, primùm nata eſt *Proteſtantium* appellatio: quo nomine deſignantur ii, qui ab Eccleſia Romana deſciverunt; eo quod ab ipſis in conventu iſto Spirenſi exhibita ſit Proteſtatio, ut vocant, ſuper negotio Religionis. Quod hic notare viſum fuit, quia nomen iſtud ſæpe deinceps occurret.

XXXVII. Didacus Lopes Stunica, Doctor Theologus Complutenſis, mortuus eſt Neapoli ſub annum milleſimum quingenteſimum triceſimum: cum paulo antè profectus Româ, dehortantibus amicis, alieno & periculoſo tempore cœlum mutaſſet. Fuit homo, ut reliquam ejus inſignem Græcè Latineque doctrinam taceam, ſacrarum hiſtoriarum peritiſſimus. Scripſit *Animadverſiones* ad Eraſmianam Teſtamenti novi verſionem, & ad Jacobi Fabri Stapulenſis Scholia in S. Pauli epiſtolas; eorumque errores detexit.

Ediderat antea Romæ, anno illius ſæculi primo & viceſimo, *Itinerarium* cum enarratione, rerum à ſe ſpectatarum, dum Compluto ad Urbem proficiſceretur. Quod Itinerarium poſtea Bibliothecæ Hiſpanicæ attexuit Andreas Schottus.

Gaspar Satzgerus, Bavarus, ordinis Minorum Miniſter provincialis per Germaniam ſuperiorem, ſcripſit varia contra Lutheranos, primo ſparſim excuſa, poſt unum in corpus digeſta, & Ingolſtadii 1543. in fol. publicata, cum præfatione Joannis Eckii. Floruit an. 1530. & Monachii in Bavaria, niſi fallor, vivere deſiit.

Franciscus Ossunensis, Bæticus, ordinis Minorum, 1530. floruit. Fuit eruditus ac facundus concionator: quod teſtantur ejus *Sermones*, Antverpiæ 1536. Pariſiis 1546. Venetiis 1573. & Romæ 1590. excuſi.

Franciscus Tarapha, *Barcinonenſis* Canonicus & civis, Regum Caſtellæ & Aragoniæ ſeriem ſub annum 1530. contexuit. Sed pleraque ridiculè ex arca Noë, bellique Trojani fabulis derivans, urbium gentiumque nomina cudit; deceptus Pſeudo-Beroſo Annii Viterbienſis. Refellit itaque Tarapham non raro, neque injuria, Joannes Goropius, cum in originibus Antverpianis, tum in Hiſpanicis.

Erasmus Stella, Libanothanus, de Boruſſiæ antiquitatibus libros duos *Baſileæ* 1526. & libellum de Gemmis Argentorati 1530. pnblicavit.

Chrysostomus Javellus Conapitius, ord. Prædicatorum Doctor Theol. Bononienſis, 1530. claruit; ſcripſitque Inſtitutiones Chriſtianæ philoſophiæ, & alia junctim Lugduni 1598. duobus tomis in fol. edita.

Petrus Covarrubias, Caſtellanus, ord. Prædicatorum, ſacrarum litterarum profeſſor, & eccleſiaſtes ſua linguâ facundus, ſcripſit ſermones per annum, à *Badio* 1520. exculos: item de reſtitutione, & alia. Obiit 1530. in opido quod *Bilbau* Hiſpani vocant.

Dominicus Bucinus, Catharenſis, ord. Prædicatorum Theologus, 1530. claruit, ſcripſitque Etymon ſeu Expoſitionem in ſeptem Pſalmos pœnitentiales.

Joannes Pierius Valerianus, Bellunenſis, præter Hieroglyphica, ſeu commentarios de ſacris Ægyptiorum aliarumque gentium litteris, ſcripſit libellum pro Sacerdotum barbis, Romæ 1531. cum Clementis VIII. privilegio (ut Molanus in ſua ms. Bibliotheca ait) & poſtea Pariſiis à Vechelo excuſum.

Anno 1530. Confeſſio fidei à *Philippo Melanchthone* conſcripta, & à Joanne Duce Saxoniæ, Georgio Marchione Brandeburgenſi, Erneſto Duce Luneburgenſi, Philippo Lantgravio Haſſiæ, Joanne Frederico Duce Saxoniæ, Franciſco Duce Luneburgenſi, Wolfgango Principe Anhaltino, itemque à Senatu Noribergenſi & Reuthlingenſi ſignata, in comitus Imperii, Auguſtæ Vindelicorum Carolo V. Imp. offertur: quæ inde *Confeſſio Auguſtana* eſt nuncupata. Ea poſtmodum à Melanchthone variè fuit immutata, ideoque à multis etiam Proteſtantibus rejecta. Eodem anno quattuor civitates, Argentoratum, Conſtantia, Meminga & Lindavium, peculiarem ſuæ fidei Confeſſionem eidem Carolo obtulerunt per Gaſparum Hedionem. O ſæculum ſectis adeo diſſectis infame! Confeſſionem porro Auguſtanam ex noſtris quinam refutarint, ex ſubſequentibus dabitur intelligi.

XXXVIII. Franciscus Patritius, Senenſis, Præſul Caretanus, ex profanis ferè auctoribus concinnavit libros novem De regno & Regis inſtitutione, & alios totidem De inſtitutione Reipublicæ, Pariſiis 1519. & 1531. in fol. excuſos.

Conradus Vecerius, Luxemburgenſis, Caroli V. Imp. Secretarius, libellum *De geſtis Henrici VII. Imp.* ſcripſit, excuſum Haganoæ 1531. cum Hiſtoria ſeditionum Siciliæ, Baſileæ 1541. & alibi: item *Laudationem funebrem Adriani VI. Papæ*, 1523. Coloniæ editam. Familiaris fuit Hieronymo *Buslidio*, cujus ad illum epiſtolæ manuſcriptæ aſſervantur Lovanii apud Val. Andream, I. V. Doctorem.

Antonius Comes, Senatus Mediolanenſis Præſes, librum pro decreto Senatus in Aleatores 1531. Mediolani publicavit.

Franciscus Bonadus, Santonenſis, presbyter Angerianus, Pſalterii paraphraſin verſibus elegiacis 1531. Lutetiæ edendam curavit. Scripſit item in Cantica, Threnos, & S. Pauli epiſtolas; item Dialogum de triumphali reſurrectione Chriſti.

XXXIX. Ægidius Viterbiensis, à natali urbe ſic dictus, Auguſtinianorum eremitarum Præfectus generalis, ſuâ ætate Chriſtiani oratoris in ſacra pergula primum decus meruit. Præſtantiſſimum certè præceptorem ſuum *Marianum Genaſſanum*, ejuſdem inſtituti ſodalem, Jacobi Pontani & Angeli Politiani præconiis nobilem, facilè ſuperavit. Erat enim ejus ingenium exquiſito litterarum omnium delectu graviter inſtructum, ſic ut in omnes exemplorum caſus peramplas opes alacris & expedita memoria ſuppediraret; facundia porrò tanta, diſſimulatis illecebris audientes ſemper exhilarans atque demulcens, ut ipſo concionante vel maxima templa complerentur. Viro itaque facundiſſimo demùm Leo X. honorem purpurei galeri detulit, cùm Petrucciana conjuratione & Umbrico bello circum-

circumventus, Senatum ſupplere prudenter ſtatuiſſet. Exinde functus eſt legatione in Hiſpaniam, cum, Selymo Turcarum Imperatore, poſt debellatos Perſas, & duos Ægypti Reges interfectos, nobis arma comminante, Chriſtianæ gentes ad ſacrum bellum excitandæ viderentur. Sexageſimo ætatis anno, ſubita oppreſſus pituita, 1532. Romæ interiit; deſtinatus optatuſque à multis ad Pontificatum, tamquam par ſummo oneri. Præter *Dialogos*, *Epiſtolas* & *Odas*, ſcripſit Notas in tria priora capita *Geneſeos*, & commentarium in *Pſalmos* aliquot.

Gabriel Maria, antea dictus *Gilbertus Nicolaus*, Gallus, patria Aruernus, ordinis Minorum, ciſmontanæ familiæ tertium Commiſſarius generalis, Joannæ Valeſiæ, Ludovici XI. filiæ, Annuntiatarum monialium fundatrici, à ſacris confeſſionibus fuit. Eadem hortante, ſcripſit Latine *Regulam ordinis Mariani*, vulgo Annuntiatarum, quam 1501. Alexander VI. Leo X. 1517. & alii deinde Pontifices datis tabulis approbarunt. Regulam hanc nos Antverpiæ 1608. edendam curavimus. Scripſit item Latinè tractatum de triplici devotione ejuſdem Joannæ erga S. Euchariſtiam, Noribergæ 1513. typis publicatum. Exſtant ejuſdem Quæſtiones ſuper Regula S. Franciſci, Latinè in 4. excuſæ, ſine nomine loci & anni. Paucis ante obitum annis, Gallico ſermone, ſuis in Chriſto filiabus Annuntiatis ſcripſit Teſtamentum amoris, ut vocat, quod Gallicè 1627. Toloſæ excuſum fuit. Magnæ ſanctitatis opinione, ſeptuagenarius, anno milleſimo quingenteſimo triceſimo ſecundo, die 27. Auguſti, Rutenæ in Gallia placidè obdormivit, ibidem conditus in monaſterio Annuntiatarum.

Jacobus Sannazarius (hoc eſt, à S. Nazario) vir equeſtris ordinis, qui poſtea *Actius Sincerus* appellari maluit, viginti annorum limâ ſuum *De partu Virginis* poema perpolivit: quod cum aliis ejus operibus eſt in omnium manibus. Obiit anno milleſimo quingenteſimo triceſimo ſecundo; etſi aliter habeat tumuli inſcriptio.

Georgius Wicelius ſenior, qui anno 1532. è Lutheranis ad Eccleſiam reverſus eſt, ſcripſit Hagiologium de Sanctis, Moguntiæ 1541. in fol. & Baſileæ 1557. in 8. editum; item de moribus veterum Hæreticorum; Defenſionem Liturgiæ eccleſiaſticæ; Poſtillam in Evangelia & Epiſtolas, interprete Gerardo Lorichio; in Threnos; De neceſſitate bonorum operum, ex utroque Teſtamento; Epiſtolarum libros quatuor; Methodum ſtudii Theologici & concionalis; Examen ordinandorum; Liturgica exercitamenta Chriſtianæ pietatis; Onomaſticon eccleſiaſticum; Item varia opuſcula contra Juſti Jonæ & aliorum hæreſes. Quæ, & alia nonnulla, partim Lipſiæ & Friburgi, partim Moguntiæ & Coloniæ fuerunt excuſa. Obiit Moguntiæ 1573. ætatis 73. *Sic ferè Molanus in ſua ms. Bibliotheca ſacra. De eodem VVicelio ita Nic. Serarius lib. 1. cap. 40. in ſua Moguntia:* Georgium Wicelium lego primis adoleſcentiæ annis ad monaſticum ſeſe ſtatum applicuiſſe: ſed poſtea carnis Lutheriquè philtris dementatum uxorem quæſiiſſe: magnoque apud Lutheranos, propter aliquam eruditionis, linguarumque peritiæ opinionem, loco fuiſſe. Ab illis tamen, cum nova, neque cum eccleſiaſticæ antiquitatis norma ſatis conſentanea fingi ac refingi quotidie cerneret, variiſque illos & acerbis inter ſe opinionibus diſſidere, pedem retulit; ſed ita ut proprii neſcio qua cerebri pertinacia ei quam par eſſet diutius glutinatiuſque adhæſerit, in uxoria præſertim re: cui ſervire ſimulque ſacerdos eſſe cùm vellet, dicitur Græcum neſcio ubi Epiſcopum, ut ab eo conſecraretur, quæſiiſſe. Sicque cum quodam veluti probro & riſu *Graecus* audiebat *ſacerdos*. At ſellis ſedere duabus dum voluit, utraque decidit. Neque enim Latinus ſacerdos bonus fuit, qui ad nuptias tranſiit; neque ſacerdos Græcus bonus, qui ad ſecundas & tertias, imò, ut quidam ferunt, etiam ad plures: ſed prole parum felici: ut Moguntiæ eſt notum. Plurima vero conſcripſit, quæ alii enumerant. Vitam ad annum ætatis ſuæ ſeptuageſimum tertium, & Domini milleſimum quingenteſimum ſeptageſimum tertium produxit. *Sic ferè Serarius.*

Nicolaus Everardus, Gripskercæ in Valacria Zelandiæ inſula, haud procul à Middelburgo natus, varia eruditione & judicii acumine (quod *Conſilia*, & *Topica* ejus *Legalia* comprobant) doctos inter ſui ævi viros eminuit. Dialecticam enim ratiocinationem, quam plerique legulei hodie ſupercilio quodam temerè contemnunt, Juris ſacerdotibus neceſſariam eſſe, ante Udalricum Zaſium, commonſtravit. Doctor I. V. Lovanii 1493. & Mechliniæ poſtea Conſiliarius creatus, Judicem in cauſſis Eccleſiaſticis (vulgò Officialem vocant) petente Henrico Bergio Cameracenſium Antiſtite, diu egit. Batavis exinde Præſes à Principe datus, provinciam illam annis duodeviginti ſumma fide vigilantiaque ſuſtinuit: donec ad ſummi ſenatus Belgici præfecturam à Carolo V. Mechliniam accerſeretur. Ubi & in vivis 1532. eſſe deſiit: ſi tamen ille deſiiſſe cenſendus eſt, qui filios quinque, *Petrum Nicolaium* Canonicum ord. Præmonſtratenſis, Doctorem Juris Lovanii 1515. renuntiatum, *Everardum Nicolaium*, *Nicolaum Grudium*, *Adrianum Marium*, & *Joannem Secundum*, eruditione libriſque editis claros, poſt ſe reliquit; in quibus veluti renatus ipſe immortalitatis fructum perciperet. Conditus eſt Mechliniæ ad D. Virginis: cui *Everardus*, filius natu maximus, adſitus jacet. Hic primum Friſiæ, poſt Mechliniæ Præſes, cum equeſtri dignitate auctus eſſet, annos tres & ſexaginta natus, 1561. exſpiravit. Ceterum in libro

Conſiliorum, Lovanii & Francofurti edito, Nicolaus pater tractat non pauca ad res Eccleſiaſticas pertinentia.

Angelus Aretinus, de Gambilionibus, Jureconſultus celebris, ſcripſit tractatum de maleficiis, Lugduni 1532. 1576. & alibi cum ejus operibus ſæpè excuſum.

Bonifacii Vitellini, Mantuani, itidem Jureconſulti, liber de maleficiis 1532. Lugduni fuit editus, cum ejuſdem Angeli & Albertini opuſculis, ſimilis argumenti.

XL. Antonius Maria Zacharias, Bartholomæus Ferrarius, & Jacobus Antonius Morigius, Clemente VII. probante, Congregationem *Clericorum regularium S. Pauli*, qui & *Barnabitæ* nuncupantur, 1533. Mediolani inchoarunt. Ex his Zacharias, patria Cremonenſis, ſcripſit *Sententias ſeu Aphoriſmos ſpirituales*; Venetiis, Mediolani & Lugduni editos: obiitque 5. Julii 1539. ætatis 39. in patria. Corpus inde translatum eſt Mediolanum, & conditum apud Angelicas moniales ad D. Pauli. Idem Zacharias primus inſtituit *Preces quadragintæ horarum* Cremonæ, Mediolani, Vicetiæ & alibi: quod inſtitutum poſteà varii Ordines religioſi ſunt æmulati. Conſtitutiones porrò Paulinæ fuerunt primùm à Congregationis iſtius conditoribus deſcriptæ, poſtea 1552. auctæ, & 1579. in generalibus comitiis Mediolani habitis ad perfectionem demum perductæ, S. Carolo Borromæo adjutante. Quam poſtremam editionem Gregorius XIII. eodem illo anno approbavit. Paulina porrò Congregatio non celeres, more torrentum, progreſſus habuit, ſed lento procedens curſu mirum in modum augeſcit; more fluminum, quæ à modicis exorta fontibus leniter fluunt, & longo poſtmodum decurſu vires ſumunt, ac creſcunt. Quæ vero paulatim creſcunt, firmiora eſſe ſolent. Habent autem Paulini ſua Collegia *Mediolani*, in *Caſali majore*, *Cremonæ*, *Dertonæ*, *in Laude Pompeja*, *Modoetiæ*, *in Monte acuto*, *Novariæ*, *Ortæ*, *Papiæ*, *Viglevani*, apud Inſubres; *Romæ*, *Bononiæ*, *Foroſempronii*, *Fulginii*, *Maceratæ*, *Perufii*, *Septempedæ*, *Spoleti*, *Zagaroli*, in ditione Pontificia; *Neapoli*, *Aquilæ* in Samnitibus; *Florentiæ*, *Piſciæ*, *Liburni*, *Piſis*, ſub ditione magni Ducis Etruriæ; *Genuæ*, *Mantuæ*, *Aquis*, *in Caſali S. Evaſii*, *Regii*, *Placentiæ*, *Auguſtæ Taurinorum*, *Aſtæ*, *Cherii*, *Vercellis*, *Aneſiaci*, *Tononi* ſub ditione Ducis Sabaudiæ; *Lutetiæ*, *Aquis Sextiis*, *Laſcarii*, *Montargii*, *Stampis*, in regno Franciæ; *Pragæ* in Bohemia, *Viennæ* in Auſtria, & alibi. Ceterum ut Societas Jesu, ſic & Paulina Congregatio multis locis ſcholas ſeu gymnaſia juventuti etiam exteræ aperit; ut *Mediolani*, *in Laude Pompeja*, *Piſis*, *Aſtæ*, *Tononi*, *Aquis Sextiis*, *Laſcarii*, *Montargii*, *Stampis*, & alibi. Plura de his rebus ſi voles, noſtrum Codicem Regularum clericalium lege: ubi & Scriptores hujus familiæ reperies.

Claudius Vexmontius, Pariſienſis, ordinis Fontis Ebraldi, Methodum confeſſionis, 1533. à Ruardo Tappero approbatam; & Inſtitutionem de ſalutari pœnitentia peccatoris, à Martino Rithovio Epiſcopo Iprenſi laudatam, & Antverpiæ 1527. 1586. editam, ad poſteros tranſmiſit.

Gabriel Putherbeus, ſive à Puteo Herboſo, Turonenſis, monachus ejuſdem ordinis, 1535. Tetramonon Hiſtoriæ Evangelicæ edidit; item libros tres de tollendis & expurgandis malis libris, quos Tneotimum vocat, Pariſiis 1548.

Joannes Daventriensis, Tranſiſalanus, Miniſter ord. Minorum in provincia Colonienſi, *Exegeſin Evangelicæ veritatis*, contra Lutheranos & alios ſeductores, Coloniæ 1533. 1537. & *Catapultam*, ut vocat, *contra Anabaptiſtas*, in publicum emiſit.

Lucius Marineus, Siculus, libros XXII. De rebus Hiſpaniæ 1533. Compluti in fol. publicavit, poſt alibi ſæpè recuſos. In iis Joannes Vaſæus multis locis diligentiam ſcriptoris, pluribus fidem deſiderat. De *Polydoro Virgilio*, hiſtoriæ Anglicanæ conditore, & de *Joanne Leone Granatenſi*, Africanarum rerum ſcriptore, in Auctario Bibliothecæ noſtræ eccleſiaſticæ cap. 531. & 532. egimus.

Nicolaus Herborнus, ord. Minorum Commiſſarius generalis ciſmontanus, Homilias Evangeliorum, per Quadrageſimam Coloniæ declamatas, 1539. Antverpiæ publicavit. Monadem Evangelicæ doctrinæ, Locos communes adversùs hæreſes, tractatum de Notis Eccleſiæ, Methodum prædicandi, commentarium in Pſalmum 78. & alia Coloniæ 1529. evulgavit.

Petrus Ægidius, civis & Graphiarius Antverpienſis, Thomæ Moro, Buslidio, Eraſmo & Conrado Goclenio peramicus fuit. Morus initio Utopiæ *juvenem optimum & litteratiſſimum* appellat, & à modeſtia, integritate, candore ac prudentia mirifice commendat. Eraſmus eaſdem illi laudes attribuit, *hoſpitemque ſuum* ac *Pyladem* nuncupat. Præter *Threnodiam* in funus Maximiliani I. Cæſaris, cum epitaphiis aliquot & epigrammatis 1519. editam, deſcripſit *Spectacula*, Carolo V. Imp. à S. P. Q. Antverpienſi, cum eam urbem triumphans 1520. intraret, ingenti ſumptu poſita. Primus item noſtratibus *Lexicon Græcum* concinnavit, & cum Cornelio Graphæo *Præceptiones* quaſdam è veterum libris collegit, ad Principes ac Magiſtratus inſtruendos, Coloniæ 1541. typis publicatas. Obiit autem Ægidius anno ſalutis milleſimo quingenteſimo triceſimo tertio, ætatis quadrageſimo ſexto, feriis Martinalibus; ſepultus in Baſilica Mariana, in ſacello Circumciſionis. Filium reliquit

Nico-

*Nicolaum*, civitatis itidem Antverpianæ Graphiarium: cujus masculà posteritas hodieque perdurat.

XLI. THomas Vius, Cajetæ in Latio ex familia Viorum non ignobili natus, vir fuit pusilla statura, sed ingenti animo, felicissimâ memoria, & ingenio maximo: adeo ut inter omnes sui temporis Theologos princeps censeretur. Adolescens togam Prædicatorum sumpsit; in quorum cœtu sic ad virtutis & doctrinæ studia se composuit, ut adolescens, cum generalia ordinis comitia Ferrariæ celebrarentur, in publica concertatione, cum Jo. Pico Mirandulano congressus, spectante Ferrariæ Duce, toroque Ferrariensi Senatu, magno omnium applausu, ipsoque Pico postulante, palam insignibus & titulo Doctoris ornatus fuerit. Anno deinde 1508. ætatis 39. omnium consensu, toti Ordini præficitur, idque postulante Julio II. Pontifice. Verum in tantis negotiorum undis nunquam deseruit assuetum cum libris contubernium. Et verò ne lucerna ista fulgentissima diù lateret sub modio, anno 1517. ætatis suæ quadragesimo nono, à Leone X. in Cardinalium collegium adscitus, ab eodem 1519. & postea 1523. à Clemente VII. in Germaniam missus fuit. Obiitque demùm Romæ 1534. an. ætatis sexto & sexagesimo; humili sarcophago ante fores templi B. Mariæ supra Minervam conditus. Lucubrationes ejus in *Scripturam sacram*, *in D. Thomam Aquinatem*, & *contra Lutherum*, nemo est qui ignorat. Vitam ejus scripsit Antonius Fonseca Dominicanus.

Judocus Clichtovæus, Neoportuensis, Flander, Doctor Theologus Parisiensis, præter *Philosophica*, quæ variis commentationibus illustravit, *Theologica* quoque, ut laurea à Sorbonicis Lutetiæ donatus, egregie tractavit. Quibus & Ecclesiam orthodoxam fortiter propugnavit, oppugnavitque Lutherum, Oecolampadium, alioqui apostatas. Concionibus ad populum regnasse, arguunt tot ab eo editæ *Homiliæ*; Tornaci, Parisiis, & alibi habitæ. Obiit 1534. Carnutensis apud Celtas Canonicus, & omne fere patrimonium, ad suos cives Neoportuanos in studiis alendos, testamenti tabulis legavit. Erasmus ipsum vocat *uberrimum verum optimarum fontem*.

Arnoldus Vesaliensis, cognomento Haldrenius, Vesalia Cliviæ opido oriundus, Doctor Theologus, ac summæ ædis Canonicus Coloniæ in Ubiis, trium linguarum peritia excelluit; adeo ut Græce etiam carmen pangeret non infeliciter, neque rude aut sine succo. Obiit Coloniæ 1534. scripsitque *Consultationem quadruplicem super Confessione Augustana*; *Exegesim Decalogi*; *De veneratione Sanctorum*, & alia in Ubiis edita.

Joannes Dietenbergius, à natali diœcesis Moguntinæ vico sic dictus, Doctor Theologus ord. Prædicatorum, diu Francofurti suis sodalibus sacras litteras tradidit. Cum verò Lutherus aliique complures novis ac depravatis opinionibus Germaniam turbarent, scripsit *Phimostomon* seu Frænum Lutheranorum; item de divortio; & contra ipsum Lutherum de votis monasticis. Vivendi finem fecit Moguntiæ 1534. in Dominicanorum ædis choro medio humatus.

Amandus Zirizæus, Zelandus, ord. Minorum, Theologiæ Lovanii Lector & Minister provincialis, sacras linguas Hebræam, Chaldæam & Græcam perfectè calluit, cum earum characteres à paucis vix noscerentur. Scripsit *Chronicon* breve, addito commentario de *Hebdomadibus Danielis*, Antverpiæ 1534. editum: quo eum Lovanii obiisse, & plura (sed inedita) scripsisse, in præfatione testatur Franciscus Titelmannus.

Paulus Middelburgius, à natali solo Middelburgo, Zelandicarum insularum primaria urbe, cognomentum mutuatus, Lovanii adolescens in studiis annos multos versatus est. Post in Italiam transgressus, ob eximiam *Physices*, reique medicæ peritiam, magnum gratiæ locum apud Ducem Urbinatium obtinuit. Cumque mathematicis etiam artibus excelleret, scripsit ad Leonem X. *de Paschali observatione* libros XIV. & ad Maximilianum Imp. *de die Passionis Dominicæ* libros undeviginti. Demùm Episcopatu Foro-Sempronienſi cohonestatus, homo exterus ita se gessit, ut subditis suis aliisque Italis mirificè probaretur. Ceteras viri laudes tumulus ejus loquitur, qui Romæ ad S. Mariam de anima, visitur: *Paulo Antistiti Foro-Sempronienſi, à Middelburgo, viro liberalium artium disciplinis, pietate, animique moderatione longe omnibus anteferendo, ab Julio II. & Leone X. Pontificibus Maximis, ad præsidendum Lateranensi concilio, electo & evocato, vitæ suæ curriculo annorum* 89. *in gloria exacto, restitutaque Deo, Romæ inter ceremonias ecclesiasticas, divina sui parte, Petrus Vorstius, Episcopus Aquensis, & Fredericus Calvarius executores posuerunt. Obiit XIX. Kalendas Januarii* 1534. Julius Cæsar Scaliger, exercit. 266. Paulum Middelburgium *omnium sui temporis Mathematicorum facilè principem* nuncupat; gloriaturque suum sibi nomen ab eodem, cum salutis lavacrum impertiretur, datum fuisse.

Arnaldus Albertinus, Decanus Majoricensis, Episcopus Pacensis, librum *de Secreto*, & alterum *de agnoscendis Assertionibus catholicis & hæreticis*, 1534. Valentiæ in Hispania publicavit: qui postea Romæ & Venetiis 1574. recusi fuerunt.

Georgius Dux Saxoniæ Epistolam, ut vocat, edictalem adversùs pravam interpretationem Testamenti novi, à Luthero hæretico editam, 1534. Dresdæ publicavit.

Amarus Falco, Præceptor seu Rector domus S. Antonii Barri-Ducis in confinibus Lotharingiæ, post legationem apud Clementem VII. totius ordinis sui nomine obitam, scripsit *historiam Antonianam*, seu Hospitalariorum sodalium S. Antonii 1534. Lugduni in fol. editam. Quem quidem ordinem circa annum 1121. *Gasto*, vir nobili genere in provincia Viennensi apud Gallos natus, ejusque filius *Girundus*, excitarunt. Totius ordinis caput est *Abbatia S. Antonii*, in diœcesi Viennensi sita. Plura qui volet, nostras origines monasticas, Coloniæ 1620. editas, lib. 1. cap. 5. legat.

Franciscus Pitheanus, Lugdunensis, I. V. Doctor, post Cartusianorum generalis Prior, claruit anno millesimo quingentesimo tricesimo quarto. Auream nexuit *catenam in Davidicos psalmos*, ex Latinæ Ecclesiæ Patribus; 1520. in fol. Luteriæ editam. Scripsit & vitam S. Brunonis, familiæ Cartusianæ conditoris, quam postea Petrus Blomevenna & Surius auxerunt.

Augustinus Niphus, prænomine Eutychius, Svessanus, Italus, Medicus & Philosophus egregius, principibus viris carus, scripsit de immortalitate animæ contra Pomponatium; de auguriis libros duos; de dæmonibus libros tres; de re aulica totidem, Neapoli 1534. excusos: item adversùs Astrologos; de inimicitiarum lucro; de armorum litterarumque comparatione; de Tyranno & Rege; aliaque præsertim moralia, junctim Venetiis in fol. edita. *Sic ferè Molanus in sua ms. Bibliotheca.*

XLII. Joanne Fischero, Rossensi Episcopo, neminem à multis retro sæculis morum integritate, & sacrarum litterarum scientia præstantiorem Britannia edidit. Hunc, cum esset Cantabrigiensis Academiæ Cancellarius, *Henricus VII.* Rex sua sponte ad Rossensem Episcopatum evocavit. Est autem Rossa, seu Rocestria, medio ferè itinere inter Londinum & Cantuariam posita. Qua quidem provincia suscepta vigilantissimus sui gregis custos annis triginta tribus exstitit. Cumque *Margaritæ*, laudati Regis matri, à sacris esset confessionibus, eidem auctor fuit, ut *Cantabrigiæ* duo celeberrima collegia, unum *Christo Salvatori*, alterum *D. Joanni Evangelistæ*, regio sumptu conderet. Qua in urbe jam antea *Joannes* Eliensis Episcopus aliud, titulo *Jesu*, gymnasium excitarat. His exemplis moti *Guilielmus Lincolniensis*, & *Richardus Vintoniensis*, Antistites, *Oxoniensem* Academiam paribus studiis exornarunt: quorum hic collegium in honorem *Corporis Christi*, alter *Brasinnosæum* construxit. Istorum deinde instituta secutus *Joannes Coletus*, ad S. Paulum Londini Decanus, nobilissimum ea in urbe gymnasium à fundamentis ædificavit ac dotavit; civium liberis gratuito erudiendis. Ceterum Henrico VIII. Rege Catharinam conjugem repudiante, & contra Romani Pontificis auctoritatem multa impia decernente, Fischerus, ut Episcopum decuit, paterne Henricum primo officii monuit, & postea nefario ejus decreto, quo omnem potestatem ecclesiasticam sibi vendicare conabatur, palam obstitit. Ideoque in carcerem jussu Regis conjectus est, ut longo cruciatu, certoque vitæ periculo, imbecilli senis constantia, si qua ratione fieri posset, frangeretur. Quod facinus ut Rossensi gloriam, sic Henrico apud omnes odium peperit: adeo quidem ut absentem & vinctum Paulus III. Pontifex S. R. E. Cardinalem creârit. Sensit illico exprobationis notam Rex impius, sanctissimoque viro caput 1535. præscindi mandavit, ne merita purpura ornaretur. *De scriptis ejus ita Molanus in sua Bibliotheca sacra:* Joannes Fischerus, Episcopus Rossensis, scripsit Confutationem Assertionis Lutheranæ, Parisiis & alibi sæpè excusam; De Eucharistia contra Oecolampadium, Coloniæ 1527. in folio, & alibi; Defensionem sacri Sacerdotii, Coloniæ, Antverpiæ & Parisiis 1562. Defensionem Assertionis Regiæ contra Lutheri Captivitatem Babylonicam, Coloniæ 1525. Contra Ulricum Velenum, qui *Petrum* Romæ fuisse negabat, Parisiis & Antverpiæ 1522. De unica Magdalena tractatum, *Parisiis* à Badio editum: Confutationem disceptationis secundæ Jacobi Fabri de tribus Magdalenis, ibidem 1519. in 4. De unica Magdalena contra Judocum Clichtovæum, Lovanii in 4. De orando Deo, Duaci 1576. *Ita Molanus.*

Thomas Morus, vel eo nomine magis laudandus est, quod Britanniæ insulæ terminos vix unquam egressus eruditionis fama universam Europam impleverit. Londini honesta familia natus, nullo magistro præeunte, ad exactam Latinarum litterarum cognitionem Græcas etiam adjunxit. Ab iis studiis ad forenses causas traductus, tanta æquitate ac prudentia enituit, ut ab *Henrico VIII.* Rege ad primaria Reipub. munia, & demum ad supremum regni magistratum (vulgò Cancellariatum appellant) sola virtutis commendatione vocatus fuerit. Sed orta de *Catharinæ* Reginæ conjugio quæstione, quam ille repudiare, & *Annam Bolenam* inducere, filiamque regni heredem abdicare volebat; Morus cum in eo, quem gerebat, magistratu pristinam vitæ integritatem haudquaquam se posse retinere prævideret, ne pessimi consilii minister aut particeps fieret, dignitate se sponte 1532. abdicavit. Nec isto tamen innocentissimi hominis otio commoti jam Regis animus leniri potuit: quin imo iniquissimo judicio damnatum eidem securi subjecit, qua ante dies tredecim *Joannem Rossensem Episcopum* percussérat. Familiam liberis quattuor auctam reliquit, & in ea filias tres, litteris ac moribus sanctissimè ornatas. Præter *Utopiam*, quæ dissertationem de optimo Reipublicæ statu continet, *Historiam Richardi III. Anglorum Regis*, *Epigrammata* &

alia

alia ad humaniores litteras cùm Græcas tum Latinas ſpectantia, 1523. ſcripſit eruditum volumen in *Lutherum*, titulo Guilielmi Roſſei primo editum. In arce Londinenſi captivus *Paſſionem Domini* ex quattuor Evangeliſtis contexuit, & expoſuit. Quæ quidem omnia, cum aliis adjunctis, Lovanii 1566. in fol. & Coloniæ excuſa fuerunt. Mori vitam, præter alios, *Thomas Stapletonus* accuratè ſcripſit.

Joannes Traversius, iiſdem temporibus in Hibernia extremo ſupplicio affectus fuit, ob librum ſcriptum pro primatu S. Petri & ſucceſſorum ejus. De quo rogatus, illumne ſcripſiſſet, ſtrenue annuit, oſtenſis tribus digitis, quibus illum exararat. Itaque igni addicitur, eoque amburitur; tribus tamen illis digitis divinitus exceptis: quippe quos Deus, in approbati operis teſtimonium, ita voluit eximi, ut nulla vi ignis aduri unquam potuerint, ſed integri permanſerint. *Ita Florimundus Ræmundus l. 1. c. 11. & ex eo Jac. Gualterus in ſuis Tabulis.*

Guthbertus Tonstallus, primum Londinenſis, poſt Dunelmenſis Epiſcopus fuit: *quo viro vix habet orbis hodie* (ut Th. Morus loquitur in ſuo epitaphio, quod 1533. ſibi ſcripſit) *quidquam eruditius, prudentius, melius.* Tonſtallo legationis principi comes & collega Morus ab Henrico VIII. Anglorum Rege datus cum eſſet, Cameraci inter ſummos orbis Chriſtiani monarchas refecta fœdera, redditamque mundo diu deſideratam pacem uterque lætiſſimus vidit. Scripſit autem Tonſtallus librum eruditum *De veritate Corporis Chriſti in Euchariſtia*, Pariſiis 1554. & alterum *contra impios blaſphematores prædeſtinationis Dei*, 1555. Antverpiæ editum. Orationem ab ipſo habitam in ſponſalibus Franciſci I. Francorum Regis Badius excudit. Ceterum poſt Thomæ Mori cædem & ipſe *Tonſtallus* pro eadem cauſa gravia paſſus fuit.

Richardus Pacæus, Anglus, vir Hebraicè, Græcè & Latinè doctiſſimus, *Joanni Coleto* in Londinenſi ad S. Paulum Decanatu ſucceſſit. Venetiis per annos aliquot, & poſtea Romæ ſub Clemente VII. procurator negotiorum Regis Henrici VIII. fuit, & cum Reginaldo Polo familiariſſimè in Italia vixit. Scripſit librum *De fructu qui ex doctrina percipitur* Baſileæ 1517. in 4. editum. Obiit ſub annum 1532. quadragenarius, & in Decanatu ſucceſſorem habuit *Stephanum Gardinerum.*

Guilielmus Lilius, ex Odiamo Vintonienſis diœceſis opido oriundus, rudi adhuc & barbaro ſæculo inter primos cultioris litteraturæ profeſſores clarum in *Britannia* nomen meruit. Adoleſcens pietatis ſtudio accenſus, Hieroſolymam & alia loca ſacra luſtravit. Inde rediens, apud Rhodios aliquamdiu ſubſtitit, & Græcæ linguæ ibi rudimenta hauſit. Roma & reliqua deinde Italia luſtrata, cum in patriam inſulam rediiſſet, à *Joanne Coleto* primus gymnaſio Londinenſi, quod idem Coletus ſuo ære excitârat, rector datus, *Britannicam* juventutem undique confluentem Græcis Latiniſque litteris feliciſſimè imbuit; utili *Grammaticarum præceptionum* compendio in lucem edito. Obiit quinquagenarius ſub initium anni 1522. relicto filio *Georgio Lilio*: qui in Italia elegantioribus ſtudiis excultus, ut paternum decus tueretur, brève *Chronicon Regum Angliæ* concinnavit, Venetiis 1548. editum, una cum *Elogiis* aliquot virorum in Britannia illo ævo illuſtrium, quæ ad Paulum Jovium miſerat.

XLIII. Joannes Driedo, Turnhautano in municipio apud Brabantos natus, ſuæ gentis induſtriam, quam agricolationi impendunt, ad Theologiæ ſtudium feliciſſimo conatu traduxit. Doctor namque Theologus renuntiatus, cum linguarum peritiâ valeret, Lutherum aggreſſus, ſcripſit eruditè admodum *De gratia ac libero arbitrio, hujusque cum divina prædeſtinatione concordia*; *De captivitate, humanique generis redemptione*; *Deque libertate Chriſtiana.* Edidit & *De eccleſiaſticis dogmatibus* libros quattuor, canonicis voluminibus aſſerendis apprimè utiles. Atque ut erat pietatis amans, cujus in ſcriptis eximia veſtigia apparent, populum etiam verbo Dei pavit, ut eccleſiaſtes egregius. In medio laborum curſu, ante diem, Eccleſiæ 1535. ereptus, magnum ſui poſteris reliquit deſiderium: quod tamen edita in vulgus monumenta mitigare & ſolent & poſſunt. Vir fuit multijugæ eruditionis, humanitatis & modeſtiæ ſingularis; ut in tumulo ejus Lovanii ad S. Jacobum, ubi *Parochi* munus geſſit, legitur.

Bernardus Luxemburgius, ordinis S. Dominici Theologus, ſuorum ſodalium ſtudiis Lovanii diu præfuit: demùm *Prior* ac profeſſor Coloniæ 1535. obiit. *Catalogum Hæreticorum* libris quinque, ſæpius recuſis, complexus eſt. Ejuſdem libelli de *Ordinibus militaribus*, *Purgatorio*, *Jubilæo & S. Joſepho*, Deiparæ ſponſo, Coloniæ ſimiliter typis publicati fuerunt.

Henricus Regius, Paderbornenſis, & *Joannes Corbachius*, cognomento *Hellerus*, uterque natione Germanus, uterque monachus Franciſcanus, his temporibus floruerunt. Prior *Biblia alphabetica* Coloniæ 1535. alter eodem anno, in eadem urbe, librum *contra Anabaptiſtas* typis edi mandavit. Obiit autem Hellerus Brulæ in diœceſi Colonienſi 1536.

Paulus Annicola, Cellæ veteris Abbas, 1535. vivere deſiit; libris aliquot contra Lutherum *De auctoritate Papæ*, aliiſque de rebus in lucem editis clarus. Eodem anno

*Robertus Goulletius*, Theologus Pariſienſis, *Tetramonon Evangeliorum* Pariſiis in 8. publicavit: quod & Joſephi operibus, 1519. ibidem excuſis, adjectum legitur, una cum Compendio de ſex mundi ætatibus. De *Alberto Pio Carpenſi*, Lutheri aliorumque Novatorum ſtrenuo antagoniſta, hoc ipſo anno 1535. defuncto, in Auctario Bibliothecæ eccleſiaſticæ cap. 543. egi.

Gaspar Querhamerus, Saxo, civis Halenſis, homo laicus, ex diverſis Lutheri libris, 1535. collegit triginta ſex *Contrarietates* ſeu Contradictiones ſuper articulo de communione Euchariſtiæ: quas Joannes Cochlæus in Latinum vertit.

XLIV. Adrianus Barlandus, cognomen à Zelandiæ vico natali mutuatus, puer à parente Gandavum ad ſtudia ablegatus, anno 1500. ibi natum, & ſacro tinctum lavacro vidit *Carolum*, qui poſt Cæſar Quinti cognomento creatus eſt. Lovanium profectus, philoſophicis ſe ſtudiis tradidit: ubi & *Philippum Auſtriacum* urbem 1505. ingredientem libens ſpectavit; urbis & Academiæ Senatu obuiam procedente. Ætatis annum viceſimum ingreſſus, acceptis humaniorum artium inſignibus, ad docendum ſe contulit. Primus cum honorario Buslidiano profeſſionem linguæ Latinæ Lovanii 1518. Kalendis Septembris auſpicatus, ita ſe geſſit, ut inſignem auditorum copiam colligeret. Quo in numero fuere *Cornelius Crocus*, *Gerardus Moringus*, & alii ſcriptis clari, qui ejus è ludo, tamquam ex equo Trojano, prodierunt. Utque ad poſteros etiam manaret utilitas, animum ad ſcribendum appulit, & *Chronologiam* ab orbe condito ad annum uſque ſuperioris ſæculi triceſimum ſecundum; *Res geſtas Ducum Brabantiæ*, *Comitum Hollandiæ*, & *Præſulum Ultrajectenſium* conſcripſit. Sed & *litteratos Imperatores*, & *Venetorum Duces*, poſt Ant. Sabellicum, litteris conſignavit. Profeſſorium ejus munus 1519. Kalendis Decembris *Conradus Goclenius* excepit.

Conradus Goclenius, Weſtfalus, ſecundus eloquentiæ profeſſor Buslidianus, annis XX. ſuis auditoribus adeo gratus exſtitit, ut eos nec aſſiduitate ſatiarit umquam, nec diuturnitate latſarit. Magna certè felicitas, quæ duobus illuſtribus viris *Lactantio Firmiano*, & *Rudolpho Agricolæ*, non obtigit: quorum alter ab auditoribus deſertus, alter contumeliis evictus auditorium deſeruit. Præter alia Latinum fecit *Luciani Hermotimum*, ſive de ſectis Philoſophorum dialogum. Hunc Thomas Morus, cui longa doctaque præfatione inſcripſerat, tanti æſtimavit, ut interpretem inaurato poculo aureis nummis Anglicis referto ſit remuneratus. Perpetuo Lovanii hæſit, ut litteras apud Belgas efflorescentes magis magiſque excitaret; quamquam Canonicatum Antverpiæ merito ſuo nactus eſſet. Vixit annos undequinquaginta, obiitque 1535. funebri, quæ exſtat, oratione à *Petro Nannio* ſucceſſore laudatus, humatuſque in primaria D. Petri æde,

Rutgerus Rescius, Maſeicæ ad Moſam in ditione Leodicenſi natus, l. V. Licentiatus, primus linguæ Græcæ Buslidianus profeſſor, *doctrinam non vulgarem incredibili quadam modeſtia, planeque pudore virgineo condecorabat*: ut Eraſmus lib. 17. epiſt. 12. loquitur. Auſpicatus fuit profeſſionem 1518. Kalendis Septembris, in monaſterio eremitarum Auguſtinianorum, eo quod ædes ære Buslidiano emptæ nondum in formam Collegii ſeu Gymnaſii eſſent adaptatæ. Cumque Lovanii celebre typographeium inſtituiſſet, Græcos auctores plurimos, accuratè à ſe caſtigatos, primus in orbe noſtro, ut apud Italos *Aldus Manutius* major, evulgavit, legendoſque publico commodo dedit. Obiit anno ſalutis milleſimo quingenteſimo quadrageſimo quinto, profeſſionis viceſimo ſeptimo. *Ejus vidua Anna Monſia* nupſit *Joanni VVameſio*, Juriſconſulto celeberrimo. Munus profeſſorium *Adrianus Amerotius* Sueſſionenſis excepit: qui an. 1560. moriens *Theoderico Langio*, Enchuſano Batavo, lampada tradidit.

Matthæus Adrianus, genere Judæus, natione Hiſpanus, religione Chriſtianus, profeſſione Medicus, ab Eraſmo è media Germania accerſitus, & Ægidio Buslidio lib. 3. epiſt. 39. commendatus, primus, auſpiciis Buslidianis, Lovanii Hebraicam docere lingvam cœpit 1518. Kalendis Decembris. Docuit verò annum unum & menſes tres. Exinde in Galliam profectus Lugduni edidit *Inductionem brevem in linguam Hebraicam*, cum Oratione Dominica, Salutatione Angelica, & hymno Salve Regina, Hebraice redditis.

Robertus Wacfeldus, Anglus, poſt diſceſſum Matthæi, menſes tantum quattuor profeſſus eſt publicè. Docuit idem & Tubingæ in Germania; reverſuſque in Angliam, circa annum 1538. ibidem obiit. Scripſit autem *De laudibus linguæ Hebraicæ*; *Inſtitutiones Hebraicæ*; & *De utilitate trium linguarum eruditarum*.

Robertus Schrvvodus, itidem Anglus, S. Th. Doctor Oxonienſis, à Wacfeldo ſubſtitutus, profeſſionem poſt menſem unum deſeruit. Ipſo auctore *Explanatio in Eccleſiaſten* edita eſt Antverpiæ 1523.

Joannes Campensis, quartus Hebraicæ linguæ in Collegio Buslidiano profeſſor, editis ejuſdem linguæ *Grammaticis præceptionibus*, doctaque in *Pſalmos* atque *Eccleſiaſten* paraphraſi, magnum ſibi nomen peperit. Romam 1531. à Leone X. evocatus, depoſito profitendi munere, motoriam deinceps egit fabulam; ut ad Goclenium in epiſtolis poſtumis Eraſmus ſcribit. Opimo demùm ſacerdotio ab eodem Leone dotatus, dum in Belgicam reverti

Digitized by Google

reverti cogitat, epidemica in itinere correptus lue, Friburgi *Briſgoiæ* interiit. Locum ejus *Andreas Gennepius*, Balenus, anno 1532. ineunte excepit.

Jacobus Ceratinus, vir ſua ætate, ob perfectam Græcæ ac Latinæ linguæ cognitionem, clarus, *Lexicon Græcum* poſt Aldum Manutium majorem auxit: adhæc eruditum *De Græcarum litterarum ſono* libellum edidit, & Eraſmo inſcripſit. Profeſſus fuerat Tornaci Græcas primum litteras: ſed bello & peſte apud Nervios ſævientibus, Lovanium veniens eadem in profeſſione privatim perſtitit. Utque ſacerdos erat ſingulari pietate ac modeſtiâ, *Chryſoſtomi dialogos de Sacerdotii dignitate* Latio donavit; plura juris publici facturus, niſi in ipſo juventæ flore 1530. raptus ad plures abiiſſet. Batavum patria Hornanum fuiſſe Græcum Ceratini cognomentum, & ſepulcralis Lovanii apud Franciſcanos inſcriptio, loqvuntur.

Philippus Decius, Mediolanenſis, fratrem ſuum Lancelotum, Jaſonem & Joannem Puteum Jura Ticini explicantes adoleſcens audivit. Fratrem deinde ſecutus, qui à Florentinis *Pisis* evocabatur, ibi Baldum Novellum, *Philippum* Corneum, Bartholomæum Socinum & Hieronymum Zanetinum præceptores habuit. Anno 1498. Italia ejectus, & fortunis omnibus abſque ſua culpa ſpoliatus, demùm à Florentinis *Pisis* revocatus, ibidem 1535. deceſſit.

XLV. Hieronymus Monopolitanus, natione Apulus, & *Joannes Udalricus*, Baſileenſis, uterque ordinis Prædicatorum Theologus, ſub hoc tempus floruerunt. Ex his Hieronymus librum ſuum *De neceſſitate bonorum operum*, & *De veritate corporis Chriſti in Euchariſtia* 1536. Neapoli publicavit. Udalricus, ut Græcè etiam doctus erat, erudito *in Epiſtolam Pauli ad Hebræos* commentario edito, Colmariæ 1536. deceſſit.

Conradus Collinus, vulgò Coellin, Ulmenſis, Doctor Theologus, & Prior Prædicatorum Coloniæ, *Contra Latheri nuptias* libros quatuor 1530. Tubingæ; *Confutationem Epithalamii* 1527. & Quodlibeta XXVII. Coloniæ 1523. publicavit. Ejuſdem commentarius *in primam partem ſecundæ S. Thomæ* primum Coloniæ 1512. & poſteà Venetiis prodiit. Obiit anno 1536.

Petrus Blomevenna, Lugduni Batavorum natus, litteris humanioribus non leviter tinctus, 1494. ætatis 22. mundo nuntium remiſit, & Cartuſiæ Colonienſi nomen dedit; in eaque annos ferè quinquaginta vixit ſummo vitæ religioſæ exemplo. Præfuit eidem ut Prior, ac Viſitator provinciæ Rheni, annos novem & viginti; obiitque 1536. Scripta ejus partim Coloniæ, partim Antverpiæ typis edita Val. Andreas & Theodorus Petrejus, hic in Cartuſianâ, alter in Belgica Bibliotheca enumerant. Blomevennæ auſpiciis, *Dionyſii Cartuſiani* & aliorum non pauca opera primum in lucem prodierunt.

Paulus Girlandus, Caſtellio, J. C. Florentinus, ſcripſit commentarios *De hæreticis & ſortilegis*, eorumque pœnis, quæſtionibus, tortura & relaxatione carceratorum, 1536. Lugduni & 1558. Venetiis publicatos.

Desiderius Erasmus, Roterodamus, Batavus, primus quaſi ſignum quoddam ex arce Palladia, ad litteras cum Græcas, tum Latinas inſtaurandas, extulit. Is adoleſcens *Alexandro Hegio*, qui Daventrienſi gymnaſio tum celebertimo præerat, in diſciplinam eſt traditus. Ætate provectior Canonicorum regularium familiæ, ad Gaudam Batavorum opidum, adſcribitur; uſus ibidem præceptore *Cornelio Aurelio*, ejuſdem inſtituti ſodale, cui ob poëticæ & oratoriæ facultatis præſtantiam Maximilianus I. Imp. abſenti laurum Apollineam ultro detulit. Poſt Lovanium, indeque Lutetiam, moxque in Italiam tranſiit, & *Marci Muſuri* hominis Græci, *Aldi Manutii*, aliorumque doctiſſimorum virorum amicitia floruit. Utque erat peregrinationis amans, pleraſque Chriſtiani orbis Academias, magna celebritate famæ, qua docendo, qua ſcribendo obivit; major & apud poſteros futurus, ſi minor eſſe voluiſſet. Nam ſi intra profeſſionis litterariæ terminos ſubſtitiſſet, ſeque totum hiſce ſtudiis, quibus in primis natus videbatur, dediſſet, paria fortaſſe cum primis illis Latini ſermonis auctoribus facere potuiſſet. At verò poſtquam Theologum agere voluit, ingenio fiſus nimium ſibi arrogavit; & in tractandis ſacris litteris, veterumque Patrum monumentis, rigidum nimis cenſorem ſe præbuit. Utinam vero majore modeſtia ac candore ad ſacra illa tractanda ſe contuliſſet; vel amicis ſaltem, in his *Thomæ Moro*, *Didaco Stunicæ*, *Natali Bedæ* & *Martino Dorpio*, ad ea quæ peccarat, D. Auguſtini exemplo, revocanda aut mitiganda, hortantibus obtemperaſſet! Quamquam cautius, ut exiſtimo, ſcripſiſſet, ſi aut in caſtigatiora hæc tempora incidiſſet, aut tale paulo poſt ſæculum, tot hæreſibus ſectiſque infame, exoriturum prævidiſſet. *Judicium ferè ſimile* 1565. *dedit Petrus Canisius*, *præfatione ad ſelectas S. Hieronymi epiſtolas*: Nemo, *inquit*, Eraſmi Roterodami laudibus in politiori litteratura invidere, nemo detrahere merito queat. Illud autem erat optandum, ſi quid votis poſſemus conſequi, Deſiderius ut profeſſionis hujus terminis contentus, aut à ſacris ſtudiis penitus abſtinuiſſet, aut in judicandis Patrum ſcriptis minore ſupercilio ac candidiore animo ſe præditum declaraſſet. Nam revera poſtquam Eraſmus Theologum agere cœpit, abuſus ille ingenio, nimium ſibi tribuit ac ſumpſit: tum verborum quam rerum ſtudioſior, ſeverum ſe præbuit ſæpe Ariſtarchum, ubi nihil erat neceſſe. Ita in cenſendis Theologorum

quidem ſcriptis tantum ſibi permiſit, quantum hactenus nemo alius, quantumvis doctus & ſapiens, in Eccleſia vel ipſe poſtulare viſus eſt, vel aliis concedendum exiſtimavit. Scilicet ne Luthero excludenda ova deeſſent, Eraſmus monachus monachos inſectatus eſt; & parum gravis ipſe philoſophus Doctores ſcholaſticos tantum non tractavit ſcurriliter; tum neſcio quo ſpiritu ductus, non aliam in eccleſiaſticis ferè dogmatis quam *Pyrrhonicam* ſequi voluit Theologiam. Quid? quod libenter incuſat & oppugnat alios, ſe vero ipſe perpetuo excuſat & propugnat mordicus, ut nulli velit cedere. Unde id quod videmus conſecutus eſt tandem, ut Eraſmiani nominis auctoritatem nullus adverſariorum vehementius, quam auctor ipſe labefactarit. *Ita Caniſius.* Obiit autem Eraſmus Baſileæ in Heluetiis, Chriſti anno 1536. ætatis ſuæ 70.

Joannes Antonius Flaminius, Forocornelienſis, pater Marci Antonii Flaminii ludum litterarum Bononiæ aperuit, & ibidem 1536. deceſſit; ſepultus apud Dominicanos. Præter Silvarum, Epigrammatum & Epiſtolarum libros, ſcripſit vitas Alberti Magni, Vincentii Ferrerii, & aliorum illuſtrium Dominicanorum, à Leandro Alberto publicatas. De filio ita Molanus in ſua ms. Bibliotheca: *M. Antonius Flaminius, ad Alexandrum Card. Farneſium, ſcripſit Explanationem brevem in librum Pſalmorum, Venetiis, Florentiæ, Pariſiis & alibi editam: quam Pauli IV. Cenſores, aliique poſtmodum improbarunt.*

Hieronymus Æmilianus (Ivernacule Mianus) patritius Venetus, Clemente VII. regnante, anno milleſimo quingenteſimo viceſimo octavo, Somaſcenam clericorum regularium congregationem excitare cœpit: cujus pimarium munus eſt Orphanos fortunis deſtitutos & parentibus orbatos ſuſcipere, alere, pietatis inſuper ac doctrinæ ſtudiis excolere. Congregationi huic nomen adhæſit à *Somaſca*, ditionis Venetæ pago, in confinibus diœceſis Mediolanenſis ſito; ubi & prima illius fundamenta Æmilianus poſuit, & anno demùm milleſimo quingenteſimo triceſimo ſeptimo piiſſimè in Domino obdormivit. Congregationem hanc 1540. Paulus III. approbavit; Pius V. regulæ S. Auguſtini 1568. ſubjecit; Paulus V. cum Congregatione clericorum Doctrinæ Chriſtianæ in Gallia 1616. univit. Conſtitutiones ejuſdem, poſt alios Pontifices, 1626. Urbanus VIII. confirmavit: exſtantque typis Romæ eodem anno editæ. Habent autem Somaſceni Collegia plurima per Italiam, ut *Romæ, Velitris, Ameriæ, Maceratæ, Tiburi, Somaſcæ, Venetiis, Vicetiæ, Salodii, Patavii, Tarviſii, Bergomi, Brixiæ, Mediolani, Papiæ, Cremonæ, Terdonæ, Merati, Ripaltæ, Comi, in Laude Pompeja, Alexandriæ, Genuæ, Neapoli, Caſertæ, Melphis, Vercellis, Foſſani, Bugellæ, Placentiæ, Caſali, Lugani, Tridenti* & alibi. Clerici vero doctrinæ Chriſtianæ in Gallia habent Collegia *Lutetiæ Pariſiorum, Toloſæ, Avenione, Narbone, Inſulæ* in Comitatu Venuxino, *Bellocari, Zimonti, Lectoræ, Condomii, Brivæ, Francopoli*, & alibi. Plura huc ſpectantia in noſtro Codice Regularum clericalium, Antverpiæ 1638. edito, reperies, itemque in hiſtoria vitæ Hieronymi Æmiliani, ab Andrea Stella & Auguſtino Turtura copioſè ſcripta.

Reinerus Snoius, Gaudæ apud Batavos honeſte natus, felicis indolis adoleſcens, humanioribus litteris probe perceptis, Philoſophiæ Lovanii, & Medicinæ ſtudiis Bononiæ in Italia totum ſe dedit. In Belgicam redux Adolpho à Burgundia, Beverorum toparchæ, Velleris aurei Equiti, tuendæ valetudinis gratia, carus fuit. Cumque lautam paterna hereditate rem poſſideret, & conſularis apud ſuos illi dignitas acceſſiſſet, contempto quæſtu, ſacra ſtudia amplexus, ſanandis potius animis, quam medendis corporibus, SS. Coſmæ & Damiani exemplo, curam impendit. Qua de cauſa ſcripſit librum *De Chriſtiana libertate*, Lovanii 1550. editum; quo eorum compeſceret veſaniam, qui, dum liberum hominis arbitrium inficiantur, humanam tollunt naturam, hominemque brutis animantibus exæquant. Cujus quidem hominis libertatem ut ethnici philoſophi adſererent, pari impietate, quamquam ſtudio diſſimili, res humanas divinæ providentiæ ſubtraxerunt. Exſtat & perſpicua ejus *in Davidis pſalmos Paraphraſis*, Coloniæ, Pariſiis & alibi evulgata, quam ex veterum Patrum ſcriptis eleganter concinnavit. *Hiſtoriæ Batavicæ libros* XIII. ab eodem elaboratos *Jacobus Braſica* (cui Snoius avunculus major fuit) cum libello *De etymo Hollandiæ*, 1620. in fol. Roterodami edendos curavit. Scripſit præterea *Anti-Lutherum, Sophologiam, De eſſentia animæ*, & alia typis nondum publicata.

Joannes Alexander Braſſicanus, in Guilielmi Eberſtenii, Cæſarei ad Ludovicum Hungariæ Regem Legati, comitatu cum eſſet, bibliothecam Matthiæ Corvini Regis, manuſcriptis codicibus Græcis Latiniſque refertiſſimam, Budæ diligenter excuſſit: ut ipſe in præfatione ad Salviani Maſſilienſis libros de providentia Dei narrat. Quem quidem laudatiſſimum ſcriptorem, ut & alios plurimos ſacros ac profanos auctores, Braſſicanus è tenebris primus eruit. Scripſit idem Marte ſuo *Elegias, Dialogos, Xenia & Epigrammata;* collegitque *Centuriam proverbiorum*, Lutetiæ editam. Vivebat anno 1536.

Franciscus Vergara, Canonicus Complutenſis, Doctor Theologus, *Demetrio Cretenſi* (quem ex Italia magno præmio, excitandis ſacris litteris in Academia Complutenſi illuſtrandiſque ſacris Bibliis, Ximenius exciverat) & *Ferdinando Nonio Pintiano*, ſummis viris, operam dedit. Græcas porrò litteras tam avide arripuit, ut brevi earum perfectam cogni-

cognitionem assecutus, viginti ipsos annos ibidem professus sit; collega *Laurentio Ballo Lilienſi. Grammaticam Græcam* libris quattuor confecit ex antiquis recentioribusque auctoribus, & scholiis explanavit tam accurate, nihil ut eo in genere sit perfectius. Divi adhæc Basilii Homilias IX. breviores, à nemine antea editos, Latinas fecit, & Joanni fratri inscripsit.

Vincentius Geminianensis, sui ordinis Dominicani in aula Romana procurator Clementis VII. jussu scripsit vitam S. Antonini, Archiep. Florentini, Lutetiæ 1526. & à Surio editam. Romæ 1537. vivere desiit. Ejusdem ordinis fuit *Vincentius Giacharus*, cujus commentarii de necessitate confessionis, de libero arbitrio, gratia, prædestinatione, præscientia, de purgatorio, de contractibus, de Monte pietatis, de venditione, aliisque rebus 1537. & 1569. prodierunt.

Nicolaus Grandis, ord. Minorum, Theologus Parisiensis, ad Franciscum I. Galliæ Regem scripsit commentarium in epistolas ad Romanos & Hebræos, 1537. in fol. excusum.

Orontius Finæus, Delphinas, Mathesεos Professor regius Lutetiæ, edidit ibidem 1536. Descriptionem terrarum ad intelligentiam utriusque testamenti maximè pertinentium. Idem 1540. S. Pauli Apostoli peregrinationem delineavit: quam Ortelius postea in suo Theatro orbis terrarum repræsentavit.

Joannis Maire, Condomiensis in Gallia Episcopi, Enchiridion Sacerdotale 1520. Badius in 4. excudit. Eodem anno *Joannis Matthæi*, Lunensis, liber De mulieribus claris prodiit Parisiis.

Lucas Gauricus, Geophonensis, Episcopus Civitatensis à Paulo III. creatus, jussu Julii II. Leonis X. Clementis VII. & Pauli III. concinnavit *Kalendarium ecclesiasticum novum* ex sacris litteris, probatisque veterum Patrum synodis, 1552. Venetiis in 4. editum est, in quo agitur de vera Paschatis & Festorum mobilium celebratione. Item scripsit librum *De miraculosa eclipsi in Passione Domini observata*, Parisiis 1553. in 4. publicatum. *Sic ferè Molanus in sua ms. Bibliotheca sacra.* Scripsit & alia quæ huc proprie non pertinent.

Hieronymus Hangestus, Doctor Th. & Professor Parisiensis, scripsit Moralia 1521. Antilogiam adversus *Pseudo-christos* 1523. De Academiis in Lutherum 1531. De libero arbitrio contra eundem; De possibili præceptorum observatione; De Christifera Eucharistia adversus nugiferos Symboliftas 1534. & alia Parisiis edita. Fuit vir nobili familia Compendii in Picardia natus, & obiit 1538. in urbe Cenomanensi Canonicus.

Andreas Placus, Moguntinus, scripsit *Lexicon Biblicum*: in quo difficiliorum tam Græcarum quam Hebraicarum, omniumque peregrinarum dictionum interpretationes continentur. Ejusdem *Institutio* de accentibus Hebraicis, Græcis & Latinis 1543. in folio Coloniæ & Viennæ in Austria 1552. fuit edita. Anno 1541. *Benedictus Falco*, Neapolitanus, suam commentationem De origine Hebraicarum, Græcarum ac Latinarum litterarum, deque numeris omnibus, in 4. Neapoli publicandam curavit.

XLVI. Joannes Murmellius, natus Ruræmundæ (quæ Gelrorum insignis urbs est ad Mosæ ac Ruræ fluminum confluentes) primum militiæ nomen dedit: post à turbulentis Bellonæ castris ad blanda quieraque Musarum otia conversus, Alexandrum Hegium Daventriæ audivit. Coloniæ in Ubiis artium liberalium, ut nuncupant, Magister renuntiatus, Alcmariæ apud *Batavos*, Daventriæ apud Transisalanos, Monasterii apud Westfalos, & alibi magno juventutis commodo ludum aperuit: atque inter pistrini labores multa pro ætate commentatus est. Omitto *Grammaticæ præceptiones*, *Epigrammata* item varia, quæ lusit felicissimè: in obscura certè *Persii Ænigmata* acutè admodum scripsit, & *Boëtii* elegans illud atque eruditum *De philosophiæ consolatione* Satyricon commentario, multo quam Thomas Anglicus, felicius illustravit. Monasterii demum anno 1513. aut 1517. ut aliis placet, vivere desiit. De mortis genere ambigitur: creditum est enim ab æmulis, quod ante diem obiisset, toxico è medio sublatum: sed qui artis medicæ periti morienti adfuerunt, peripneumonia exstinctum adfirmabant.

Ortuinus Gratius vulgo civis Daventriensis censetur, quod Daventriæ sub Alexandro Hegio enutritus sit, altus & bonis auctus litteris: natus tamen fuit in diœcesi Monasteriensi apud Westfalos: ut ipsemet alicubi narrat. Docuit bonas litteras Coloniæ Agrippinæ, ediditque 1535. in fol. ibidem *Fasciculum rerum expetendarum & fugiendarum*: cui operi insunt *Epistolæ clarorum virorum* & *Orationes* LXVI. quibus multa religionis capita discutiuntur. Scripsit item *Apologiam* adversus Joannem Reuchlinum: qua occasione nominatim traductus est in damnato Dialogo obscurorum virorum. Gratius vero ei reposuit *Lamentationes obscurorum virorum*, Coloniæ 1518. editas. Exstat liber ejusdem hoc titulo Lugduni 1511. excusus: *Criticomastix peregrinationis Petri Ravennatis*, I. V. Doctoris Coloniæ, in quo multa de viri illius & Academiæ laudibus. Obiit autem Gratius Coloniæ 1542.

XLVII. CHRISTIANUS CELLARIUS, Iſenbergæ in Furnenſi agro apud Flandros natus, primum Lovanii Græcas litteras publicè docuit, poſt Bergis ad S. Winocum ludum aperuit. Exſtat ejus, ad Diſpenſatores pauperum per Flandriam, *Oratio contra mendicitatem publicam*, Antverpiæ 1531. edita. Quod argumentum etiam tractarunt *Joannes Ludovicus Vives*, *Jacobus Papæus Iprenſis*, & *Ægidius VVitſius* IC. ac Syndicus Brugenſis: quorum poſtremus Conſilium de continendis & alendis domi pauperibus 1561. Antverpiæ publicavit. Pro contraria tamen opinione *Laurentius Villavicentius*, Hiſpanus, ord. Auguſtiniani Doctor Theologus, cum Brugis ageret, librum ſcripſit, itidem Antverpiæ 1564. à Plantino editum: cui Lovanienſes Theologi ſuum calculum addiderunt. Noſter porrò Cellarius & verſibus valuit. Fidem facit carmen heroicum *De bello per Carolum V. in Hungaria adversùs Solimannum geſto*, & alia 1536. 1538. typis Antverpianis in lucem data.

JOANNES MARIA VELMATIUS, Bagnacaballus, Theologus & poëta, veteris & novi Teſtamenti opus, ſive *Chriſteidos* libros X. edidit: in quibus, heroico verſu, à mundi primordio ad Chriſti aſcenſum res geſtæ continentur. Idem *Acta Apoſtolorum* eodem carminis genere, ſcholiisque illuſtravit, & Venetiis 1538. in 4. edidit.

SALMONIUS MACRINUS, Juliodunenſis, Gallus, Regius Cubicularius, ſeptem *Pſalmos Davidicos pœnitentiales* Lyricis numeris paraphraſticè expreſſit. Ejuſdem *Pœanum* libri quattuor, in quibus varia ſunt carmina pia, 1538. Pictavii prodierunt.

XLVIII. JOANNES SECUNDUS, Nicolaus Grudius & Adrianus Marius, fratres, Nicolao Everardo, Præſide Mechlinienſi (quem ſupra cap. 39. laudavimus) geniti mira quadam animorum conſenſione, Juriſprudentiam cum poetica jungentes, non modo in curia & foro, ſed in litteris etiam ac libris rei prodeſſe publicæ ſtuduerunt. Fidem faciunt *Dialogi Luciani*, collaticia velut ſtipe, à tribus Germanis fratribus, *venuſtè* Latinis verſibus redditi. *Joannes* quidem, Hagæ Comitis apud Batavos ſecundo ſuos inter fratres loco natus, non ſine omine *Secundi* nomen induit, ut cui ſecundum non facile reperias. Nam ea ætate, qua vix Latine loqvuntur alii, in re poetica uſque eo ceteris omnibus antecelluit, ut intempeſtivum Martialis jocum in aurem Batavam facile eluſerit. Adoleſcens in Galliam profectus, *Andr. Alciatum* de ſuperiore loco Jus Biturigis interpretantem audivit; ibidemque *Salmonio Macrino* & *Cornelio Muſio* familiariter uſus, poetica inter ſe ſtudia exercuerunt. Poſt in Italiam tranſgreſſus, indeque in Hiſpaniam trajiciens, Archiepiſcopo Toletano à Secretis fuit. Cujus etiam juſſu, Carolum V. in Tunetana expeditione ſecutus, in Africam tranſmiſit. In patriam valetudinis gratia reverſus, à Georgio Egmondano, Ultrajectino Præſule, ad idem munus evocatur. Is tum fortè in D. Amandi apud Nervios opido, cujus loci Abbas erat, agebat: quo profectus Secundus, mox in febrim incidit, & quarto quam advenerat die flos ille Belgicus, nondum annorum quinque & viginti, occidit: ſummus haud dubiè futurus, qua erat ingenii præſtantia, ſi & vita longior obtigiſſet, & caſtum in primis piumque ſtilum, impuris valere juſſis, exercuiſſet. At juvenili calori ac judicii imbecillitati, in lubrico ætatis ſexu, venia fortaſſe danda: qui ad pia ac ſeria, *Nicolai* fratris exemplo, animum grandior convertiſſet. Defunctum nænis, quæ exſtant, fratres proſecuti ſunt, atque in æde D. Amandi tumulo honorifico condiderunt; quem non ſemel cum doloris ſenſu ſpectavimus.

NICOLAUS GRUDIUS diſſimili prorſus genio ac moribus à Joanne Secundo poëticam tractavit: *Grudius* hinc dictus, quod Lovanienſi in urbe natus eſſet. Sacra enim pleraque verſibus pangebat iis horis, quibus à publicis negotiis ac civilis Juris ſtudio feriari ac veluti reſpirare liceret. Quo nomine *Gerardo Grousbequio*, Caid. & Eburonum Principi, cui & *Hymnos*, *Odas*, ceteraque pia id genus poemata inſcripſit, longe gratiſſimus exſtitit. Poſt Philippo II. Hiſp. Regi à Conſiliis, & Equitibus Velleris aurei ab actis fuit. Claris pleriſque ea tempeſtate viris, in his Achille Statio, Joanne Calveto Stella, & Honorato Janio familiariter utebatur. Quin & ab Hieronymo Vida, poetarum ſui ævi coryphæo, abſens litteris colebatur. Demum in Italiam Reipublicæ cauſa profectus, Venetiis 1571. fato fungitur. Senatus P. Q. Venetus honorifice conditum lacrymis exterum atque eruditum hominem ſunt proſecuti.

ADRIANUS MARIUS, Gelriæ Zutfaniæque Cancellarius, à negotiorum curis ad Muſarum hortos non raro divertere ſolitus, præter *Dialogos Luciani* metro redditos, ejuſdem *De vitanda calumnia* libellum proſa oratione convertit. Senex 1568. moritur Bruxellæ, vel hoc nomine felix, quod *Guilielmus Cripius*, eiſdem deditus ſtudiis, ipſius magiſtratum exceperit. Corpus Mechliniam translatum eſt, conditumque ad parentis & fratris tumulos, in D. Mariæ templo.

XLIX. LAURENTIUS CAMPEGIUS, ex nobili Campegiorum familia Bononiæ ortus, anno ætatis decimo nono Patavii Jus Cæſareum, incredibili auditorum admiratione, una cum patre ſuo *Joanne Campegio*, cujus opera in pretio ſunt, publice profeſſus fuit. Cardinalis deinde creatus, legationes plures, magno Eccleſiæ bono, obivit, Hungaricam, Bohemicam, Polonam, Anglicam, & Germanicam quinquies. Præter *Epiſtolas* ad diverſos, publi-

publicavit ſua *Decreta pro reformando clero Germaniæ*, Conciliorum tomis inſerta, obiitque Romæ 1539.

Joannes Justus Lanspergius, Bavarus, Cartuſianis Colonienſibus adoleſcens ſe adjunxit, & ſuis prope Juliacum, magna cum laude pietatis & eruditionis, diu præfuit. Ad poſteros tranſmiſit *Sermones totius anni*, & libros XIX. minorum opuſculorum, Coloniæ & alibi excuſos. Obiit 1539.

Joannes Ferrerius, Pedemontanus, ſuas commentationes *De animorum immortalitate* 1539. *De vera Cometæ ſignificatione*, contra Aſtrologorum vanitatem, & alia 1540. Lutetiæ publicavit.

Petrus Vega, Hiſpanus, ſui ordinis Hieronymiani, à Lupo Olmedo 1433. inſtituti, *Chronica* ſuo idiomate conſcripſit, & 1539. edidit.

Antonius Fonseca, Luſitanus, ord. Prædicatorum, Joannis III. Portugalliæ Regis Eccleſiaſtes & Profeſſor Conimbricenſis, ſcripſit vitam *Thomæ Vii*, *Cajetani* Cardinalis; eamque Pariſiis cum commentariis ejuſdem Cajetani in Pentateuchum, 1539. publicavit.

L. Sanctus Ignatius Loiola, natione Hiſpanus, patria Cantaber, Societatis Jesu parens ac conditor, præter libellum *Exercitiorum ſpiritualium*, mole quidem exiguum, ſed fructu maximum, ſcripſit librum *Conſtitutionum*, decem in partes diſtributum. In quo leges dat Societati, & abſolutam gubernandi formam præſcribit, tanto ſpiritu, tanta ſententiarum gravitate, tantoque verborum pondere, ut non humana doctrina, ſed divinitus infuſa videatur. Conſtitutiones haſce à tota Societate ſevere expenſas, ſummoque conſenſu probatas, anno demum 1553. promulgavit. Scripſit item *Epiſtolas duas* ad Luſitaniæ Socios ac filios: quarum una eſt *de Religioſa obedientia*, & altera *de Religioſa perfectione*. Annos quinque & ſexaginta natus, 1556. pridie Kalendas Auguſti Romæ in Domino ſanctiſſimè obdormivit; à Gregorio XV. in Divos 1622. relatus. Res ejus geſtas *Petrus Ribadeneira*, *Nicolaus Orlandinus*, & alii litteris conſignarunt. Societas porro Jesu, anno 1540. à Paulo III. confirmata, inter omnes Clericorum in communi viventium Congregationes longè eſt ampliſſima: utpote per univerſum orbem Chriſtianum longe lateque diffuſa. Hiſtoriam ejus eleganti ſtilo ſcripſerunt idem *Orlandinus* & *Franciſcus Sacchinus*: ad quos Lectorem remitto. Anno 1640. quo iſta commentabamur, Societas primi ſæculi Jubilæum celebrabat: exſtatque illius *Imago* à Provincia Flandro-Belgica graphice repræſentata, & typis Plantinianis, cum variis Emblematis, in fol. expreſſa. Scriptorum Soc. Jesu Catalogum, ab eodem Ribadeneira concinnatum, Andreas Schottus multorum acceſſione locupletavit, & Antverpiæ 1613. evulgavit. Idem nunc argumentum Romæ tractat Philippus Alagambus, Bruxellenſis.

Christianus Massæus, presbyter ex familia Fratrum vitæ communis, à Gerardo Magno Daventrienſi inſtituta, Waſtenæ opulento in municipio ad Liſam fl. apud Flandros natus, pro inſtituti ſui ratione, juventutem Gandavi primum, deinde Cameraci (unde & Cameracenatis cognomentum ſumpſit) erudivit. In quo mirum adeo illud fuit, virum occupatiſſimum, atque aſſiduis ludi curis implicatum, tantum otii decidere potuiſſe, ut præter *Grammaticas præceptiones*, etiam *Chronica* ab orbe condito ad annum decimi quinti ſæculi quadrageſimum (*Kalendariis Ægyptio*, *Hebraico*, *Macedonico* & *Romano*, *præmiſſis*) commentaretur. Quæ *de Pſalmorum titulis*; à Trithemio (quo cum de ſtudiis per litteras ſæpè communicabat) laudata conſcripſit, an lucem aliquando viderint, ignoro. Obiit autem Cameraci an. 1546.

Franciscus Ortisius, Hiſpanus, ord. Minorum, lauditiſſimam, ut Molanus nuncupat, Expoſitionem Pſalmi quinquageſimi 1540. publicavit. De *Franciſci Titelmanni* & *Adami Sulboldi* ſcriptis in Auctario Bibliothecæ noſtræ Eccleſiaſticæ cap. 550. & 551. egimus.

Theodoricus Adamæus, Svallenburgius, Gelrus, de Chriſtiani orbis concordia, de inſula Rhodo, de militarium ordinum inſtitutione, & alia Pariſiis 1540. edita conſcripſit, eodemque anno Lovanii vivere deſiit. Procopii libros de Juſtiniani Imp. ædificiis, à Franciſco Craneveldio è Græco Latine redditos, Notationibus illuſtravit: Ceberis item Thebani Tabulam Latine reddidit.

Claudius Guillandus, Belliocenſis, Theologus Pariſienſis, Præpoſitus Auguſtodunenſis, anno 1540. floruit. Commentarii ejus in Matthæum & Joannem, Collationes in omnes Epiſtolas novi Teſtamenti, Homiliæ Quadrageſimales, & alia Pariſiis ac Lugduni ſæpius ſunt recuſa. Iiſdem temporibus *Caliſtus Placentinus*, Canonicus Lateranenſis, celebris concionator Italicus, claruit. Scripſit commentarios in Aggæum Prophetam, pro concione à ſe explicatum; in Joannem & in Evangelia Quadrageſimalia: quibus Chronicon quattuor Evangeliorum, & tractatum de locis Palæſtinæ adjecit. Ejuſdem libri De neceſſitate bonorum operum, & libero arbitrio, ex Italico Latine redditi, 1542. Ingolſtadii prodierunt.

LI. AUGUSTINUS STEUCHUS, prænomine Eutychius, patria Eugubinus, professione Canonicus regularis ex Congregatione S. Salvatoris, dignitate Bibliothecarius Apostolicus & Episcopus Chisamensis, vir linguarum orientalium peritissimus, 1540. floruit. Præter libros decem *De perenni Philosophia*, scripsit in varios sacræ Scripturæ libros, item contra Lutheranos, & alia plurima, junctim tribus tomis Lutetiæ à Sonnio anno 1577. edita.

ADAMUS FUMANUS, Veronensis, Basilii Magni opera moralia & ascetica, à se in Latinum translata, 1540. Lugduni edidit.

BAPTISTA FULGOSIUS, Genuensis, sua ætate principatum in patria obtinuit. In quo tanta fuit, ac tam multiplex eruditio, tantaque vetustatis atque omnium ætatum cognitio, ut quem ex isto ordine cum illo conferas, haud facile reperias. Id quod manifeste docet opus laboriosissimum, quod Italico sermone, Valerium Max. imitatus, *De factis & dictis memorabilibus* conscripsit. In quo omnium nationum, omniumque temporum exempla ita collegit, ut cunctorum sæculorum historiam, breviter perstrictam ante oculos hominum posuisse videatur. Quæ res immensi operis atque infiniti pene laboris fuit. Jam vero simplici rerum narratione minime contentum fuisse, sed unamquamque momento suo ponderasse, ac de singulis sapientia judicia feciſſe, egregium profecto acris ac versatilis ingenii specimen fuit. Fulgosii libros istos IX. *Camillus Gilinus* Latinitate donavit, & Basileenses 1541. typis publicarunt.

ÆGIDIUS RICARDUS scripsit De functione Apostolica; Regno Christi; Gloria Hierosolymæ; Dignitate hominis; Ecclesiastica unione; Dignitate sacerdotali; Divinæ vocis virtute; Sapientia spiritus; Inscrutabilibus Dei viis, & fœcunda Ecclesiæ sterilitate; quæ omnia sunt edita Venetiis 1540.

GUILIELMUS BUDÆUS, civis & Præses Parisiensis, præter alia scripsit librum *De contemptu rerum fortuitarum*; seorsim sæpius, itemque cum reliquis ejusdem operibus excusum. Obiit 1540. ætatis 73. vir Græcè Latineque doctissimus.

CHRISTOPHORUS RICHERIUS, Thorignerus, Senonensis, Cubicularius Regius & Cancellarii Franciæ Secretarius, scripsit De origine, moribus, institutis, aliisque rebus Turcarum; de Tamerlanis rebus gestis; de Constantinopoli à Mahomete expugnata. Quæ & alia eo spectantia Robertus Stephanus 1540. in 4. Parisiis publicavit.

ANNAM BINSIAM, virginem & ludi-magistram Antverpiensem, huic virorum classi inserere nobis etiam liceat: quam excellens supra sexum eruditio, mores castissimi, & summum veteris religionis tuendæ studium, immortalitati consecrarunt. Nam ut altera Sappho, seu potius Eudoxia, aut Proba Falconia, rythmo Teutonico pereruditos *carminum libros XVI. adversùs Lutheranos* primum exsurgentes publicavit: quibus popularium plurimos in religionis orthodoxæ castris retinuit, non paucos ab erroribus revocavit. Ut non immerito Latinis eos versibus *Eligius Eucharius* domo Gaudanensis, reddendos existimarit.

LII. JOANNES FABER, natione Helvetius, Ferdinando Archiduci, post Cæsari, à Secretis & Consiliis, primum Constantiensis ad Rhenum Canonicus, post Viennensis in Austria Episcopus, vir linguarum orientalium in primis peritus, in colloquiis & comitiis Imperii crebro cum Lutheranis fortiter congressus fuit. Ex primis orthodoxis Lutherum aggressus, *Malleum in ejus hæresim* cudit, & Adriano VI. Pontifici dicavit; Coloniæ 1524. in fol. & Romæ 1569. editum. Ejusdem liber contra *Balthasarem Pacimontanum* 1528. Lipsiæ prodiit. Obiit 1541. & in cathedra Viennensi successorem habuit *Fredericum Nauseam*, invictum similiter Lutheri antagonistam, 1550. defunctum. Utriusque scripta multiplicia Cornelius Callidius, & Possevinus enumerant. Ab isto Fabro jam laudato alius fuit *Joannes Faber Heilbrunensis*, Doctor Th. Dominicanus, scriptis etiam clarus.

ALPHONSUS VERVESIUS, Ulucetanus, Episcopus Canariensis, scripsit *Philippicas* disputationes XX. adversùs Philippum Melanchthonem; Antverpiæ 1541. Coloniæ 1542. & alibi excusas: item librum *De divortio Henrici VIII. Regis Angliæ*, Antverpiæ 1541. editum. Vivebat anno 1541.

ANTONIUS CONINCSTEINIUS (ab opido natali diœcesis Moguntinæ sic dictus) ordinis Minorum, Guardianus Noviomagensis in Gelria 1541. obiit. Scripsit conciones in Evangelia & Epistolas totius anni; concordantias breviores omnium ferè materiarum ex sacris Bibliis; commentarium in epistolam Pauli ad Romanos. Exstant omnia partim Coloniæ & Parisiis, partim Lovanii edita.

SANCTES PAGNINUS, Lucensis, Italus, ord. Prædicatorum, Lugduni ad Rhodanum diu vixit, & tandem obiit anno millesimo quingentesimo quadragesimo primo; ibidem in templo Prædicatorum conditus ante odeium. Vir fuit, ut scripta ejus abunde probant, linguæ Hebraicæ peritissimus, & laudatissimus orator: ut Symphorianus Champerius, qui hominem sæpè dicentem audivit, testatur, præfatione in ejus Isagogen. Pagnini beneficium

est,

eſt, quod *Thomas Guadagnus*, vir locuples, ad ceteras impenſas in Dei honorem & publicum bonum, quibus Lugduni, Avenione, Florentiæ clarus erat, adjiceret ædificationem noſocomii Lugdunenſis ad excipiendos peſte contactos, quod *S. Laurentii* vulgo dicitur. Scripſit autem in Scripturam ſacram quam plurima, quæ Sixtus Senenſis, Poſſevinus, & alii enumerant. Fateor quidem, nonnulla apud eum, præſertim quoad vulgatæ Bibliorum editionis immutationem, merito improbari, quæ Poſſevinus annotavit, & quæ in poſterioribus editionibus expunctione damnata ſunt: non tamen omnia, quæ apud Pagninum diſplicent, ſunt ab eo profecta. Pleraque enim Geneuenſium interpolatorum nequitiæ ſunt adſcribenda, tametſi mentito loci nomine in lucem ſint edita, & mala fide pro Pagnini lucubrationibus publicata. *Sic ferè Theophilus Raynaudus in ſuo libello de Sanctis Lugdunenſibus.*

Alardus Amstelodamus, Theologus, Philoſophus ac Philologus inſignis, ab illuſtri Batavorum emporio Amſtelodamo, in quo natus eſt, cognomentum induit: qui quaſi alam ac turmam militum in gliſcentes jam tum per Belgium hæreticorum factiones duxiſſe videtur. Naſcente enim apud Batavos Rebaptizatorum ac Sacramentariorum peſte, impios eorum conatus, qua concionando aſſidue, qua ſtilum verſando, fregit; & ſacroſanctæ in primis Euchariſtiæ myſterium dignitatemque ſcriptis variis aſſeruit ac vindicavit. Coloniæ Ubiorum adoleſcens egit, & poſtea Lovanii in ſtudiis acquievit, ſacra aſſidue tractans. Nec ab interioribus abhorrens litteris, faventibus Muſis, carmen interdum quoque pangebat; Græcarum etiam litterarum non imperitus: quibus artibus ſciolorum novis fictis ferè faventium faſtum retudit. Audivit in Theologicis *Ruardum Tapperum*, & *Jacobum Latomum*, primi nominis tum Profeſſores: *Martino* etiam *Dorpio* contubernalis, amicitia eruditorum hominum, in his *Eraſmi*, *Lud. Vivis*, *Franciſci Craneveldii*, *Petri Ægidii*, & aliorum æqualium floruit. Ad Dialectica quod attinet, cum *Rudolphi Agricolæ* methodi eſſet ſtudioſiſſimus (cujus & ſcripta omnia evulganda curavit) formavit & deſcripſit *Eccleſiaſten*, ſeu Concionatorem juxta Locos ejus Inventionis. Utque oves lupum fugere, paſtores arcere diſcant, hæreticum vivis ſuis coloribus depinxit. Moritur pius ſacerdos Lovanii 1541. bibliotheca teſtamenti tabulis legata patrii ſoli pupillis. Fortunatus ſane illius exitus fuit, qui ea non vidit, cum fierent, quæ prævidit futura. Sæpe enim inter ſuos impendentia patriæ mala deflevit, cum belli hujus inteſtini cauſſas novatorum factionibus incluſas videret. A cujus belli miſeriis, quibuſcum tot annos confligamur, mors præveniens virum optimum vindicavit. Alardi porro ſcripta Tapperus ſub finem ſui libri de peccato originali, Antverpiæ 1541. editi, Sixtus Senenſis, Poſſevinus, Valerius Andreas & Franciſcus Suertius enucleatè recenſent.

Marcus Mantua Bonavites, Patavinus, ad Paulum III. ſcripſit Dialogum de Concilio; Orationem ſuaſoriam legis Oppiæ ad compeſcendos multorum luxus; Sacerdotii encomion; Quæſtionem, an tyrannos interficere liceat; Dialogum de Deo, & alia partim Patavii 1540. partim Venetiis 1541. 1548. edita.

Theseus Ambrosius, ex Comitibus Albonenſii oriundus, Benedictus Chocorella Vercellenſis, Joannes Philippus Novarienſis, Seraphinus Firmanus, & Zacharias Lilius Vicentinus, omnes Canonici regulares ex Congregatione Lateranenſi, ſub initium ſæculi XVI. libris editis inclaruerunt. *Theſeus* I. V. Doctor & Theologus, juſſu Leonis X. in Bononienſi Academia ſcholam Syriacæ & Chaldaicæ linguarum primus aperuit, & edidit Introductionem in iſtas linguas, itemque in Armenicam, ac decem alias. *Chocorella*, Hiſtoricus & Poëta egregius, ſub annum 1540. vivere deſiit, Libris ſex deſcripſit hiſtoriam cœnobii & inſulæ Diomedææ, quam nunc Tremitanam in mari Adriatico vocant: qui Mediolani 1604. fuerunt excuſſi. *Joannes Philippus*, poſt Italiam & Gallias luſtratas, primus Chronicon ordinis canonici edidit, & uſque ad ann. 1529. deduxit: quo anno etiam floruit. *Seraphinus Firmanus*, orator diſertiſſimus, ſub annum 1540. Bononiæ obiit. Ejus opera aſcetica ex Italico in Latinum ſermonem Gaſpar Placentinus tranſtulit. *Lilius*, à Leone X. creatus Epiſcopus Sebaſtenſis, Dictionarium geographicum & coſmographicum concinnavit. De ſingulorum operibus plura qui volet, Gabrielem Pennottum in Hiſtoria Canonicorum regularium lib. 3. cap. 56. legat.

LIII. Hieronymus Aleander, Mottenſis, Philoſophiæ & Theologiæ Doctor, lingvarum eruditarum peritiſſimus, in renaſcente apud Italos Republica litteraria magnum certe nomen & decus geſſit. Florebant ea tempeſtate Romæ cœtus excellentium virorum, qui ſtatis diebus conferre capita, deque re litteraria verba facere conſveverant. Quem veterem Academicorum morem Romæ primum repetierant *Theodorus Gaza*, *Flavius Blondus*, *Platina*, *Campanus*, aliique litterarum proceres, qui apud Card. Beſſarionem, virum ſanctimonia æque ac litteris memorabilem, conventus habebant. Quos exceperunt non multo poſt *Jovianus*, *Hercules Strozza*, *Naugerius*, *Bembus*, *Parraſius*, *Sadoletus*, *Caſtilionius*, ejuſque notæ complures: quibus interdum coactis ipſe *Leo X.* interfuiſſe dicitur. Nam, ut ille digna carminibus gerebat, ita in primis carminum conditores amabat. Sed horum conventus adhuc ardentius celebrari cœptus eſt, cum ex Germania rediens *Aleander*, cui aditum ad Romanam

purpuram Virtus & Doctrina aperuerunt, numerum illum auxit excellentium ingeniorum acceſſu ſuo : & ut litteras non minus amabat quam callebat, eratque memori comprehenſione rerum ſupra omnem antiquitatem, ita illam eruditorum ſcholam ad ſe libenter convocabat. Obiit autem Aleander Romæ anno ſalutis milleſimo quingenteſimo quadrageſimo ſecundo, ætatis ſexageſimo ſecundo, in æde S. Chryſogoni trans Tiberim tumulatus. Præter *Grammaticam Græcam*, ſcripſit vaſtum opus *adversùs ſingulas diſciplinarum profeſſores*, in quos cenſuram acerbius, & felicem exercuit calamum. Multas item *Epiſtolas* ad amicos miſit, in quibus de rebus Eccleſiæ agit : quæ cum carminibus variis, aliiſque lucubrationibus, in bibliotheca Sirleti Card. adſervari ſolent. Fuit autem hic noſter Aleander patruus major, niſi fallor, *Hieronymi Aleandri junioris*, qui annis ſuperioribus, adversùs Claudium Salmaſium, *De ſuburbicariis regionibus & eccleſiis* eruditum ſcripſit commentarium, pro Romani Pontificis poteſtate ac dignitate.

Caspar Contarenus, vir patricii ordinis, inſigni memoria, illuſtrique doctrina mirabilis, Reipublicæ Venetæ gravis ac prudens Senator, Philoſophus ac Theologus eximius, maximarum legationum perfunctus muneribus, à Paulo III. in Senatum Eccleſiæ Romanæ lectus, purpuraque 1536. ornatus fuit. Ab eodem ad comitia Imperii Ratiſponenſia in Germaniam miſſus, ob virtutem ac doctrinam omnibus admirationi fuit. Laudantur ejus libri *De elementis, animorumque immortalitate*, adversùs Pomponatium, quem præceptorem habuerat; item de *ratione anni*, *de Republica Venetorum*, *de ſeptem Eccleſiæ Sacramentis*, *de optimi Antiſtitis officio*; *Scholia in Epiſtolas D. Pauli*, *Catechiſmus*, *Conciliorum magis illuſtrium Summæ*, *Confutatio articulorum Lutheri*, *de poteſtate Pontificis*, *de Prædeſtinatione*, *de Juſtificatione*, *de libero arbitrio*, aliaque egregiè ſcripta volumina. Legatus demùm Bononiæ creatus, haud multo poſt ardenti febre correptus, nondum ſexagenarius 1542. vita deceſſit; in Bononienſi æde D. Petronii ſepultus. Vitam ejus diſertè ſcripſit Joannes Caſa, Beneventanus Antiſtes.

Alexander Caraffa, Archiepiſcopus Neapolitanus, Conſtitutiones ſynodales Joannis ſui prædeceſſoris confirmavit, & Venetiis 1542. edi mandavit, cum Ritibus Eccleſiæ Neapolitanæ, quos *Albertus de Oliva*, Decretorum Doctor, commentariis illuſtrarat.

Arnulfus Ruſæus, commentarium de Archipresbyterorum ſtatu 1542. & alterum de ſublimi Archiepiſcoporum in ſuffraganeos Epiſcopos juriſdictione, deque Sedis metropoliticæ prærogativa 1554. Pariſiis evulgavit. Eodem tempore floruit *Claudius Martinus Bajardus*, I. V. Doctor, qui opus ſuum de Cardinalatus origine & officio, de Legato à latere, de perpetuis & generalibus Vicariis, ſimiliter Lutetiæ 1542. publici juris fecit.

Gerardus Bucoldianus, Ferdinandi Hungariæ ac Bohemiæ Regis Phyſicus, ſcripſit brevem narrationem de puella, quæ ſine potu & cibo vitam tranſegit; Pariſiis & Lovanii ad exemplar Spirenſe 1542. editam. *Ita Molanus in ſua Bibliotheca ſacra.*

Hieronymus Tergulinus, Juriſconſultus Patavinus, ex utriuſque Juris ſententiis eruit Expoſitionem Dominicæ orationis & Angelicæ ſalutationis; & explanavit quæſtionem de ornatu mulierum : obiitque anno 1542. ut Scardeonius narrat.

Nicolaus Clenardus, Diſtemii in Brabantia natus, tres linguas eruditas non Lovanii modo, ſed apud exteros etiam, magna ſui admiratione, propagavit. Teſtantur id *Epiſtolæ*, peregrinationis indices; quarum pleraſque amicis inſcripſit. Lutetiæ Guil. Budæo, Græcarum tum litterarum coryphæo, innotuit : indeque in Hiſpaniam profectus, Salmanticæ aliquamdiu ſubſtitit ac docuit. Mox à Rege Luſitaniæ amplo ſtipendio evocatus, libens paruit : Regiſque fratrem erudiendum ſuſcipiens, in gratia Principum adquievit. Poſt ſtudio diſcendæ linguæ Arabicæ, commeatu accepto, in Africam Tingitanam ( quæ hodie *Feſſæ* regnum ) trajecit : ut ſacra Biblia in eam linguam transferens, gentem illam, Mahometana inquinatam perfidia, Chriſto tranſcriberet, ejuſque linguæ profeſſionem ceteris in Academia Lovanienſi adjungeret. Nam præter *Latinam*, *Græcam* & *Hebræam* ( quæ in omnibus pæne Academiis regnant ) *Arabicam* quoque *Grammaticam* conſcripſit : extatque manu-ſcripta in Hiſpania apud Joannis Pereſii Valentini heredes. Ex Africa in Europam, quod inſidiis ſe peti ſentiret, tranſmittens, hoſpitio à Ludovico Mendoza, Marchione Mondegari, Prorege Granatenſi, excipitur : moriturque Granatæ anno fere 1542. & conditur in Alhambra, loco editiore, ubi poſt urbi defendendæ arx eſt conſtituta. Diſcipulum reliquit *Joannem Latinum*, Æthiopem ( quod prodigii ſimile eſt ) Rhetorem Granatenſem; cujus poëma extat panegyricum *De navali Joannis Auſtriaci ad Echinadas inſulas victoria.*

Lævinus Ammonius, Cârtuſianus Bruxellenſis, utriuſque linguæ bene peritus ( ad quem plurimæ exſtant Eraſmi epiſtolæ ) ſcripſit tractatum eruditum in *Parabolam de filio prodigo*, minore natu; Lovanii 1542. à Reſcio editum.

Petrus Pomeranus, in Caſtello Morinorum apud Flandros occiduos, quod hodie Caſletum vocant, natus, Philologus inſignis, in Italia vixit, & ad Ferdinandum Avalum, Piſca-

Piſcariæ Ducem, ſcripſit librum *De ſtudiis ſapientiæ*, 1542. Mediolani editum; item *De ratione inſtituendi pueros*.

ANGELUS CANINIUS, Anglarienſis, 1540. Lutetiæ edidit Inſtitutiones linguarum Syriacæ, Aſſyriacæ & Thalmudicæ, una cum Æthiopicæ & Arabicæ collatione. Quibus addita eſt multorum locorum novi Teſtamenti hiſtorica narratio. Eodem tempore floruit *Nicolaus Scutellius*, Tridentinus, eremita Auguſtinianus, lingvarum orientalium peritiſſimus: qui primus Jamblichum de Myſteriis Ægyptiorum, & ſecta Pythagorica, Latine loquentem nobis dedit, & Sermones de paſſione Domini publicavit. Obiit Tridenti in patria 1542.

LIV. JOANNES ECKIUS, Suevus, Theologus inſignis, Fidei catholicæ propugnator acerrimus, ſcripſit *Homilias*, Ingolſtadii, Auguſtæ Vindelicorum, Antverpiæ & Pariſiis editas; *Lectiones de materia prædeſtinationis*, Ingolſtadii habitas; *Deciſionem* de juramenti materia; in *Aggæum* prophetam; *Enchiridion* locorum communium contra hæreſes, ſæpe excuſum; *Apologiam pro Ordinibus Imperii catholicis* ſuper actis Ratiſponenſium comitiorum, contra Bucerum; *Apologiam pro Gaſpare Contareno*, Legato Apoſtolico, Ingolſtadii 1542. in 4. & Coloniæ editam. Operum ejus partes quinque 1530. Auguſtæ fuerunt excuſæ. Obiit autem Eckius Ingolſtadii 1543. ubi ſacras in Academia litteras multis annis explicaverat.

ÆLIUS ANTONIUS Nebriſſenſis, ſic dictus à Nebriſſa Bæticæ oppido natali, adoleſcens Bononiæ collegium ab Ægidio Albornotio, Card. & Archiepiſcopo Toletano, nationi Ibericæ ædificatum incoluit. In patriam redux Latinam lingvam, cui diſcendæ gnaviter in Italia operam dederat, gratus civis invexit, & pulſa barbarie, Latini ſermonis puritatem, qua olim Hiſpani floruerant, apud ſuos inſtauravit. Primum igitur Salmanticæ eloquentiam annos ipſos octo & viginti publicè profeſſus eſt: habuitque quotannis, ex illius Academiæ inſtituto, *Relectiones*, ſive, ut Iuriſconſulti loqvuntur, *Repetitæ prælectionis ſcholas*. Sic & Franciſcum Victorium, Melchiorem Canum, Didacum Covarruviam, & Martinum Navarrum ibidem Relectiones ac Repetitiones ediduſſe animadvertas. Complutum exinde Antonius à *Franciſco Ximenio* Card. liberali ſtipendio evocatus, recens ibi natam Academiam publica profeſſione ſua mirifice exornavit. Hiſtoricus demum Regius amplo ſtipendio renuntiatus, rerum à Ferdinando & Iſabella, Catholicis Regibus, geſtarum *decades duas*, totidemque *belli Navarræi* libros conſcripſit. Cumque Hebraicæ peritus eſſet lingvæ, ejuſdem Ximenii juſſu in Complutenſibus Bibliis, cum aliis Hiſpaniæ doctiſſimis viris, elaboravit, & non pauca ſacræ Scripturæ capita obſcuriora explanavit: ex quibus una Quinquagena ſuperioribus annis Antverpiæ edita fuit, una cum *Angeli Caninii* commentario *De novi Teſtamenti locis Hebraicis*. Demum octogenarius ſub annum 1544. vita deceſſit, relicto filio *Sanctio*, Jureconſulto egregio, & cauſarum patrono apud Granatenſes.

JOANNES *BORDERIUS*, Abbas ad S. Victorem in ſuburbano Pariſienſi, opera Hugonis Victorini Lutetiæ 1526. edenda curavit; & 1543. obiit. Eadem poſtea Venetiis 1588. & Moguntiæ 1617. ſtudio Thomæ Garzonii fuerunt recuſa. Eodem anno 1543. *Florentius Voluſenus*, Britannus, ſuum Dialogum de animi tranquillitate Lugduni publicavit; qui & commentarium in xv. Pſalmum antea Pariſiis ediderat, anno ſcilicet 1531.

ALFONSUS ZORILLA, Doctor Theologus, de ſacris concionibus formandis, deque ratione Theologiæ diſcendæ formulam compendiariam Romæ 1543. in 8. publicavit. Eodem anno *Carolus Smarianus*, Fontebraldenſis, Gallus, ſuam Paraphraſim in Pſalmos VII. & XXXIII. Lugduni edidit.

JOANNES ENEN lingua Germanica ſcripſit Epitomen rerum Treverenſium, quam *Joannes Scetmannus* Latine reddidit, & Treveris 1543: in 4. edendam curavit. Anno proxime ſequenti 1544. *Claudius Marius Aretius*, patricius Syracuſanus, Caroli V. Hiſtoriographus, ſcripſit Chorographiam Siciliæ, 1544. Baſileæ editam.

LV. JACOBUS LATOMUS, Camberonenſis, Hannonius, inter Doctores ac Profeſſores Theologos Lovanienſes ſua ætate eminuit, præſtanti vir ingenio, ut quod natura corpori ſubtraxerat (erat enim ſtatura puſilla) cumulate ingenio redditum conferetur. Lingua namque utraque egregie imbutus, ſciolorum illius ævi arrogantiam contudit, qui ſolis niti linguis ſacras litteras jactitabant. Quin & primas Novatorum fraudes detexit, & conatus impios fregit, qui novam religionis faciem, à ſincera & priſtina alienam, imo cum illa prorſus pugnantem, nudo litterarum præſidio inducere conabantur. *Lutherum*, *Oecolampadium*, *Tindallum*, alioſque farinæ hujus perditos homines, tunc ſerpentino more venenâ jacientes, depreſſit, & pernicioſa eorundem dogmata recens conficta, aut rurſum ab inferis revocata, ſuis ſcriptis jugulavit. Vir ſane doctus, prudens, & conſilio maturus; qui de Officiis (*caſus conſcientiæ* vulgo nominant) à Parochis conſultus, de plano reſponderet. Obiit 1544. Lovanii, in baſilica S. Petri (ubi Canonicus fuerat) poſt aram ſuminam honorifico tumulo à Joanne Latomo juniore, fratris filio, conditus: qui & patrui ſui opera omnia junctim Lovanii 1550. in fol. edenda curavit.

Antonius Paccius, Florentinus, S. R. E. Cardinalis & Pœnitentiarius major, Homilias xiv. eruditas ac pias in verba Conſecrationis 1541. Bononiæ in 4. edidit. & 1544. deceſſit. Anno eodem Coloniæ obiit *Arnoldus Haldrenius*, *Veſalienſis*, Doctor Theologus, & in templo metropolitano Canonicus, linguarum trium eruditarum peritiſſimus. Scripſit de decem præceptis, de venemtione Sanctorum, & alia quæ Valerius Andreas in ſua Bibliotheca Belgica recenſet.

Eduardus Leens, Anglus, ſcripſit commentarium adverſus Eraſmi annotationes in novum Teſtamentum Pariſiis, Moguntiæ & alibi excuſum: obiitque 1544. Archiepiſcopus Eboracenſis. Eodem anno * *Joannes Boccatius Certaldus* libros ix. de caſibus virorum illuſtrium Auguſtæ Vindelicorum in fol. publicavit.

Paduanus Crassus, Barolitanus, Apulus, ord. Minorum, facundus Italica lingua declamator, ſcripſit *Concilium ſeu Conciliationem Pauli*, hoc eſt, locorum in Epiſtolis S. Pauli apparenter pugnantium: quæ conciliatio ex S. Auguſtino & aliis Patribus eſt deſumpta. Item ſcripſit *Enchiridion ſcholaſticum* contradictionum quod libetalium Joannis Scoti, Doctoris ſubtilis, 1544. Venetiis excuſum. Ejuſdem liber *de Republica Eccleſiaſtica* ibidem in 8. fuit editus. Anno eodem 1544. *Joannes Lorichius* Hadamarius, poëta non inelegans, Eccleſiaſticum à ſe carmine redditum Ingolſtadii in 8. publicavit.

LVI. Petrus Paulus Parisius, Conſentinus, Calaber, præter commentarium in *Decretales Pontificum Romanorum epiſtolas*, publicavit *Conciliorum volumina quatuor*, & alia, partim Romæ, partim Venetiis edita. Romæ in templo S. Mariæ Angelorum hoc habet epitaphium, ex quo plura viri eminentis ornamenta pateſcunt: *Petro Paulo Pariſio, Conſentino, S. R. E. Presbytero Cardinali: qui ob celebrem Juriſprudentiæ famam in nobiliſimis Italiæ cathedris ſpectatam, à Paulo III. Bononia Romam acitus, Apoſtolicæ primum Cameræ Auditor creatus, mox in ampliſimum ordinem adſcriptus, ſignandiſque gratiæ libellis præpoſitus, ſacri tandem Conc. Tridentini Legatus & Præſes electus, ut vivens ætati ſuæ & Chriſtianæ Reipublicæ præſenti conſilio atque virtute, ita poſt mortem, præclariſimis editis ingenii atque doctrinæ monumentis, plurimum poſteritati profuit. Obiit* 1545. *ætatis* 72.

Bartholomæus Fumus, Villaurenſis, Placentinus, ord. Prædicatorum Theologus, & hæreticæ pravitatis Inquiſitor, ſub annum 1545. ſcripſit *Summam caſuum conſcientiæ*, quam vocavit Armillam auream: Venetiis, Lugduni, Antverpiæ & alibi ſæpius editam. In præfatione dicit ſe antea publicaſſe *P*hilotheam immortalis animi dignitatem. Eodem anno *Petrus Carolus Roſetanus*, Doctor Pariſienſis, libro Metis edito, blaſphemias Farelliſtarum in S. Trinitatem refutavit. Idem annus *Philibertum Hareſcum*, Doctorem Theologum, & Priorem eremitarum Auguſtinianorum Lutetiæ, è vivis abſtulit: cujus commentarium in epiſtolam S. *P*auli ad Romanos habemus eadem in urbe 1536. excuſum.

Joannes Bernardus Felicianus Catenam explanationum veterum Patrum Græcorum in Acta Apoſtolorum, & in Epiſtolas catholicas Latine reddidit, & Venetiis 1545. in 4. publici juris fecit. Eadem in urbe, eadem anno, *Alexander Ugonius* Brixianus, monachus Caſſinenſis, Dialogum de Solitudine edidit.

Claudius Coussordus, Doctor Theologus, ſcripſit librum contra Waldenſium & aliorum errores, 1545. *P*aciſiis in 4. publicatum. Eodem anno *Germanus Brixius*, Autiſiodorenſis, Canonicus Pariſienſis, ſuas Homilias octo in epiſtolam D. Pauli ad Romanos ibidem evulgavit.

Dominicus Sotus, Segobienſis, ord. Prædicatorum; *Cornelius Muſſus*, & *Antonius Marinarius*, Cantapretenſis, Apulus, ordinis Carmelitani in urbe Procurator generalis, *Orationes* ſeu *Conciones Latinas*, ad Patres Tridenti congregatos, ſub finem anni 1545. tempore Adventus, ut vocant, habuerunt: quæ exſtant in Actis Concilii Tridentini, 1547. Antverpiæ, & 1567. Lovanii editis. De *Dominco & Petro*, utroque *Soto*, in Auctario Heptadis cap. 548. egimus. *Muſſus*, patria *P*lacentinus, ex monacho Franciſcano Epiſcopus Bitontinus, ſuo ævo facundiſſimus Eccleſiaſtes exſtitit. Quod teſtantur ejus *Sermones*, idiomate Italico conſcripti, quos Michael Iſſeltius Latine reddidit, & Coloniæ 1594. publicavit. Idem Muſſus ſuam ſynodum Bitontinam 1579. & commentarium in epiſtolam ad Romanos 1589. Venetiis edidit; obiitque anno milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo quarto, admodum ſenex, Romæ, menſe Januario ineunte. *Marinarius*, præter Orationes duas Tridentinas, ſcripſit libros tres De conſonantia Jesu & Prophetarum; Pariſiis & Antverpiæ 1541. editus.

Alexander Sculteetus, Prutius, Canonicus Varmienſis, Annales ſuos, ab orbe condito uſque ad annum 1545. deductos, Romæ in fol. 1546. publicavit. Eodem tempore floruit *Philippus Archintus*, Italus, Epiſcopus Burgi ſancti Sepulcri in Etruria, Pauli III. Pontificis in Urbe Vicarius generalis in ſpiritualibus. Scripſit is Edictum de Fide & Sacramentis; 1546. Ingolſtadii, & 1549. Auguſtæ Taurinorum typis publicatum.

LVII. Petro Bembo, patricio Veneto, S. R. E. Cardinali, ad familiæ ſplendorem acceſſit & doctrina ſingularis, & facundia ſumma, vitæque integritas. Ciceronianæ eloquen-

* Boccatius jam diem obierat A. 1375.

eloquentiæ, cum Sadoleto & Polo Cardinalibus, itemque cum Chriſtophoro Longolio, ſedulus admirator & imitator exſtitit: adeoque orator, poëta & hiſtoricus ſummus. Teſtantur id ingenii monumenta, quæ reliquit: *Hiſtoriæ Venetæ libri* XII. *De imitatione M. Tullii*, contra Joannem Franciſcum Picum; *Epiſtolarum familiarium libri* VI. & *Leonis X. nomine ſcriptarum libri* XVI. *Poëmata* item varia, Latina & Etruſca: qua lingua etiam excelluit. Septuageſimum ſeptimum ætatis annum attigit; & fatis 1546. conceſſit; ſepultus Romæ ad B. Mariam ſupra Minervam, poſt aram ſummam, inter Leonis X. cui à ſecretis fuerat, & Clementis VII. monumenta. Luxerunt mortem poetæ certatim omnes; quorum verſus Matthæus Toſcanus collegit: vitam vero Joannes Cala diſertiſſimè ſcriptam reliquit.

Balthasar Sorus Dominicanus provinciæ Aragoniæ anno 1546. præfuit. Contra Jacobi Fabri Stapulenſis ſententiam, quæ plures Magdalenas adſtruebat, ſcripſit librum *De unica Magdalena*, 1521. Cæſarauguſtæ editum. Quod idem argumentum Judocus Clichtovæus Belga, & Marcus Grandivallius, Canonicus regularis Lutetiæ ad S. Victorem, jam antea tractarant. Scripſit item librum *De viris illuſtribus Dominicanis provinciæ Aragoniæ*, & alia plurima, quæ Andreas Schottus in ſua Bibliotheca Hiſpaniæ recenſet.

Janus Pyrrhus Pincius, Mantuanus, libros XII. *De vitis Pontificum Tridentinorum* 1546. Mantuæ in fol. publicavit. Adjecit poſtea *Originem urbis Tridentinæ, & Geſta Ducum Tridentinorum.* Alius ab iſto fuit *Joannes Pyrrhus*, natione Gallus, de quo ſupra cap. 25. egi. Sub annum 1546. *Joannes Rojardus*, Aldenardenſis, Flander, ord. Minorum, oratoria in templis facundia Antverpiæ, Brugis, & in aliis Belgii urbibus mirifice floruit. Scripſit *Homilias per annum*; Antverpiæ, Pariſiis, Lugduni & Coloniæ excuſas.

Franciscus Vatablus, Regius linguæ Hebraicæ Profeſſor, 1546. Lutetiæ obiit: ex cujus prælectionibus Robertus Stephanus annotationes primo in Pentateuchum, poſt in Biblia 1548. edidit; ſed non ſincere. Unde de eo opere, quod vulgo *Biblia Vatabli* nuncupant, retinenda eſt cenſura Patrum Tridentinorum, regula III. *Ita Molanus.*

Blasius Ortizius, Hiſpanus, Canonicus & Vicarius generalis Archiepiſcopi Toletani Joannis Martini Silicei, in flore ætatis, cum eſſet Capellanus domeſticus Adriani VI. Papæ, eundem à Victoria Hiſpaniæ urbe Romam uſque comitatus fuit, & illi toto pontificatus tempore, uſque ad obitum fideliſſime adhæſit. Scripſit Latino ſermone *Hiſtoriam ejuſdem pontificatus*, quam nuncupat *Itinerarium Adriani VI. ab Hiſpania Romam uſque.* Exſtat hic liber 1546. in 8. Toleti typis publicatus: in quo repperi multa alibi non lecta. Idem Ortizius *Toletani templi deſcriptionem* 1549. edidit. De *Joanne, Michaele* & *Bartholomæo Medinis* tribus, item de *Franciſco Victorio*, Theologis Hiſpanis, in Bibliotheca Eccleſiaſtica tomo I. cap. 547. & 548. diſſerui.

Ambrosius Catharinus Politus, Senenſis, cum eſſet publicus Juris Cæſarei Profeſſor, tunc *Lancelotus Politus* nuncupatus, inter alios auditorem habuit Julium III. Pontificem. Studiis iſtis poſtea abdicatis, ſodalibus S. Dominici ſe adjunxit; & primum Minorenſis Epiſcopus, deinde Compſanus in regno Neapolitano Archiepiſcopus fuit. Scripſit plurima, Romæ, Pariſiis, Lugduni, Bononiæ & alibi edita, quæ Sixtus & Antonius Senenſes, in ſua quiſque Bibliotheca, enumerant. Opera ejus omnia junctim Veneti excuderunt. Fuit ex iis qui 1545. in Synodo Tridentina primi comparuerunt, & anno proxime ſequenti, ineunte menſe Februario, in ſecunda ejuſdem Synodi ſeſſione orationem habuit non inelegantem; obiitque 1552. Neapoli. Eodem tempore floruit *Bernardus Saccus*, patricio genere Senis natus: qui libros X. de rerum Italicarum varietate & elegantia 1546. in 4. Papiæ edidit.

Andreas Vega, ord. Minorum, Theologus Salmanticenſis, eruditionem cum ſanctimonia conjungens Tridentino Concilio interfuit. Opus ſuum *De juſtificatione, gratia & meritis*, à Petro Caniſio & aliis eximiè laudatum, libris XIII. abſolvit, qui Venetiis, Coloniæ & alibi editi fuerunt. Sub idem tempus *Franciſcus Ruizius*, Valliſoletanus, Abbas ad S. Facundum, Regulas 334. ad intelligendam Scripturam ſacram concinnavit; Lugduni 1546. Pariſiis 1547. Coloniæ 1576. Antverpiæ & alibi excuſas.

LVIII. Jacobus Sadoletus, Mutinenſis, orator, philoſophus & Theologus elegans, Carpentoratenſem in Gallia Epiſcopatum annos plurimos diligenti cura adminiſtravit. Magna purpuratorum Patrum gratulatione in collegium à Leone X. adoptatus, etſi graviſſimis Eccleſiæ ac Reipublicæ Chriſtianæ negotiis diſtringeretur, à lucubrando tamen numquam ceſſavit. Præter philologa, ſcripſit ſacra plurima: ut in *epiſtolam S. Pauli ad Romanos; in Pſalmos aliquot; de recta puerorum inſtitutione, variaſque Homilias.* Obiit 1547. ſeptuagenarius Romæ, vir doctrina & eloquentia cum iis, quos admirata eſt antiquitas, comparandus: ut in ejus tumulo in æde S. Petri ad Vincula, quæ curationis ipſius fuerat, legitur. Ejuſdem vitam ſcripſit *Jacobus Florebellus*: quæ Lugduni, cum epiſtolis Sadoleti, edita legitur.

Franciscus Pontanus, Canonicus Complutenſis, 1547. in fol. Valliſoleti edidit Indicem operum Alfonſi Toſtati, duobus voluminibus comprehenſum. Eodem anno *Simon Corroius*, natione Gallus, monachus Cæleſtinus, *Pandectas* legis Evangelicæ 1547. Lugduni publicavit: quod opus poſtea Antverp. 1552. & 1591. fuit recuſum.

Clemens Araneus, Raguſinus, Dalmata, ord. Prædicatorum, præter Sermones ſacros, Venetiis 1547. edidit commentarium in epiſtolam ad Romanos; in quo præcipue contra Lutheranos diſputat. Eodem anno *Gregorius Calius*, Pannonius, ſua collectanea in Apocalypſim, ex veterum & recentiorum commentariis, itidem Venetiis publicavit: quæ poſtea *Pariſiis* 1571. fuerunt recuſa.

Joannes Gagneius, Theologus & Cancellarius Pariſienſis, Eccleſiaſtes & Eleëmoſynarius Franciſci I. Francorum Regis, ſcripſit *ſcholia in novum Teſtamentum*: Pariſiis & Antverpiæ excuſa. *Pſalmos* LXXV. Lyricis verſibus à ſe redditos 1547. ibidem publicavit, & in variis veterum Patrum opuſculis edendis bonam & Eccleſiæ utilem operam collocavit.

Guilielmus Insulanus, Menapius, Grevibrocenſis, Aquiſgrani ad S. Adelbertum Præpoſitus, ſcripſit *Stateram Chalcographiæ*, qua ejus bona & mala appenduntur & numerantur; Coloniæ 1547. editam. Scripſit item librum *de Aula*; *Dialexin de Euchariſtia*, & *Divinationem extremorum mundi temporum*, 1549. ibidem excuſam.

Nicolaus *Boerius*, Præſes Senatus Burdigalenſis, ſuum tractatum de ſtatu & vita Eremitarum 1547. Lugduni in 8. publicavit. Eodem anno *Cæſar Delphinus*, Parmenſis ſuam Demonſtrationem de ſummo Romani Pontificis principatu, deque ipſius temporali ditione, 1547. in 4. Venetiis edidit.

Franciscus Ruæus, Inſulis (quod Flandriæ opidum altera, ob mercatum celebrem, Belgis eſt Antverpia) Doctor Medicus, ſcripſit libros duos *De gemmis*, iis præſertim, quarum D. Joannes in Apocalypſi meminit, & quarum uſus hoc ævo percrebuit. Quos quidem libros, Lutetiæ 1547. & alibi poſtea editos, ſacrarum litterarum ac philoſophiæ ſtudioſis uſui eſſe poſſe, non ſolum *Franciſcus Valleſius* docuit, qui eos ſuæ Philoſophiæ ſacræ adjunxit, ſed & *Paſchaſius Balduinus*, Falempinienſis in agro Inſulano Canonicus, erudita epiſtola, in qua de Hebraicis gemmarum nominibus agit. Exſtat & *Lævini Lemnii*, apud Zelandos Medici, *De herbis Biblicis* commentarius: ſed cujus ſcripta caute legenda, ut & Valleſii Philoſophiam ſacram, Cenſores pii monuerunt. Ceterum de herbis univerſe ſcripſerunt *Rembertus Dodonæus* Mechlinienſis, qui Lugduni Batavorum 1585. obiit. *Carolus Cluſius* Atrebas, *Matthias Lobelius* Inſulenſis, ejuſque gener *Jacobus Colius* Antverpianus, Abrahami Ortelii ſorore genitus, & alii Belgæ; ut exteros omittam.

LIX. Gregorius Cortesius, Mutinenſis, Abbas Caſſinenſis, à Paulo III. Cardinalium numero 1542. adſcriptus, Græcis litteris cumulate inſtructus, Romæ 1548. vivere deſiit. Scripſit multa ad Theologiam ſpectantia, atque inter alia ad Adrianum VI. Papam miſit librum Venetiis 1573. in 4. recuſum, quo Petrum Apoſtolum vixiſſe Romæ docet. Legitur item à Latinis liber *S. Baſilii de virginitate*, ejus opera ex Græco translatus.

Joannes Ludovicus Vives, Hiſpanus, natione Valentinus, adoleſcens Lutetiæ operam philoſophiæ dedit: inde Lovanium profectus Latinæ & Græcæ linguæ ſerio incubuit; ubi & libros *De arte docendi* publicè prælegit, & poſtea edidit. Monſtratur hodieque Lovanii ad portam urbis interiorem, qua Diſtemium itur, domus à Ludovico Vive olim inhabitata, & hoc verſu notata in marmore: *Hic gemini fontes, Græcus fluit atque Latinus.* De Triumviris Reipublicæ litterariæ conſtituendæ illa ætate ſic vulgo ferebatur, ut *Eraſmo* dicendi copia, *Budæo* ingenium, *Vivi* judicium tribueretur. Id ipſum adſtruunt libri *De corruptis diſciplinis*, quibus in artium abuſus fortiter ſtilum ſtrinxit. Grandior natu, tametſi Brugis in Flandria uxorem duxiſſet, ſacrarum tamen litterarum ſtudio totum ſe dedidit: cujus rei fidem faciunt commentarii, quos in Auguſtini libros *de Civitate Dei* conſcripſit. In Anglia Mariam, Henrici VIII. filiam, quæ poſtea regnum tenuit, Latine docuit, & in ejus gratiam libellos *De ratione ſtudii* concinnavit. Cumque Henricus VIII. Catharinam uxorem repudiare vellet, rem illam Vives & voce & ſcripto improbavit, Regiſque animum graviter offendit: qui hominem adeo liberum menſibus ſex in cuſtodia libera detineri juſſit. Itaque dimiſſus, ne malæ cauſæ ſubſcripſiſſe videretur, jubente Regina, in Belgium ſeceſſit. Uſus eſt amicitia *Eraſmi*, *Thomæ Mori*, *Linacri*, *Joannis Vergaræ*, *Honorati*, *Joannis Pratenſis*, *Franciſci Craneveldii*, & aliorum illa ætate eruditorum; quibuſcum joca ſeria libenter communicabat. Studiis demum fractus, 1540. obiit Brugis; doctus certe & eruditus ſui ſæculi Philologus ac Criticus. Opera ejus Baſileenſes 1560. tomis duobus ediderunt.

Damianus Goesius, natione Luſitanus, nobili apud ſuos genere natus, adoleſcens Emanueli I. Luſitaniæ Regi à cubiculis fuit. Ætate provectior, per Belgium, Germaniam & Poloniam Regis ſui negotia annis amplius quattuordecim fideliter geſſit, terra marique varie jactatus. Jam adultus, & rerum uſu inſtructus, Italiæ viſendæ, ut ſcientiarum parentis, percupidus, 1534. Patavium ſe contulit. Hic annos quattuor commoratus, *Lazaro Bonamico* doctore, & Petro Bembo amico uſus eſt familiariter. Jacobo item Sadoleto, aliiſque viris eruditis, per litteras ultro citroque miſſas, innotuit. Lovanium deinde 1538. veniens, *Petrum Nannium*, ut hominem diſertiſſimum, in primis coluit. Muſicæ autem à pueritia deditus, adeo in ea excelluit, ut quæ in templis alii canerent, aptiſſimè compo-

neret,

poneret. Huic poëticam, numeris pariter conſtantem, adjunxit; Andreæ Reſendio, populari ſuo, & Cornelio Grapheo Antverpienſi, hortantibus & præeuntibus. Domicilium igitur Lovanii, velut in ſede Muſarum, poſt tot tantaſque peregrinationes, cum uxore, quam Hagæ Comitis in Batavia nobilem duxerat, jam collocarat; cum ecce *Martinus Roſſemius*, Gelricarum copiarum ductor, 1542. in *Brabantiam* irrupit, & urbem Lovanienſem obſedit. Et vero propius factum nihil, quam ut urbem occuparet, niſi Scholaſticorum vis obſtitiſſet; Damiano noſtro copias inſtruente, animoſque addente. Obſidionem iſtam poſtea ipſemet deſcripſit, & ad poſteros tranſmiſit, una cum *Dienſi in India oppugnatione*, *Æthiopica Legatione*, *Lappiæ deſcriptione*, aliiſque id genus ingenii monumentis. Oliſiponem demum redux, ſuos inter conſenuit & obiit.

Hieronymus Oleaster, Luſitanus, ord. Prædicatorum, inquiſitor Oliſiponenſis, à Joanne III. Luſitaniæ Rege 1545. ad Tridentinam ſynodum miſſus eſt, cum duobus ſociis *Georgio à S. Jacobo* & *Gaſpare Regio*. Oleaſter ſcripſit commentarium in Pentateuchum, 1556. Oliſipone, & 1568. Antverpiæ in fol. editum. Obiit Oliſipone 1563. vir linguarum orientalium egregie peritus; plura haud dubie editurus (habebat enim multa propemodum affecta, quæ Antonius Senenſis in Bibliotheca Dominicana recenſet) ſi vitæ longior uſura obtigiſſet. Oleaſtro ſi non æqualis, certe non multo inferior fuit *Georgius à S. Jacobo*, itidem Dominicanus Oliſiponenſis: quod teſtatur *Oratio* ſeu *Concio* ab ipſo 1547. ad Patres Tridentinos habita, & Actis ejuſdem Concilii inſerta.

Ludovicus Carbaialus, Bæticus, ord. Minorum Commiſſarius generalis per Belgium, ſcripſit librum *De Theologia reſtituta*, ſeu repurgata à ſophiſtica & barbarie; 1545. in 4. Coloniæ editum. Qui liber poſtea Antverpiæ 1548. fuit recuſus, hoc titulo: *Loyſii Carbaiali Sententiarum Theologicarum liber unus.* Scripſit item *Apologiam in Eraſmum*, & *Dulcorationem* (ut loquitur) *amarulentiarum Eraſmica reſponſionis*; 1530. Lutetiæ publicatam: & alia, quæ Henricus Villotius in ſuis Athenis Franciſcanis enumerat.

Bartholomæus Georgievitius, Hungarus, Hieroſolymam, aliaque loca ſacra religionis ergo luſtravit; & annis tredecim apud Turcas ſervitutem paſſus fuit. *Mahomeſanorum præſagium de Chriſtianorum calamitatibus, & ſuæ gentis interitu* ex Perſica lingua in Latinam convertit. Scripſit quoque librum *De afflictione Chriſtianorum*, tam captivorum, quam ſub Turcico tributo viventium: item *Epiſtolam exhortatoriam ad bellum contra infideles*. Ejuſdem *Diſputatio de fide Chriſtiana & myſterio Trinitatis*, habita cum quodam Turca 1548. Viennæ fuit edita.

Joannes Siliceus, Francus, Statuta monachorum Charitatis B. Mariæ 1548. in ordinem redegit, ac publicavit: ut Choppinus lib. 1. Monaſt. tit. 2. teſtatur. Eodem anno Romæ, niſi fallor, *Petrus Æthiops* monachus in 4. excudi juſſit idiomate & characterе Æthiopico novum Teſtamentum, cum S. Pauli epiſtola ad Hebræos: item Miſſale, cum adjunctis.

Andreas Alciatus, Mediolanenſis, Græce & Latine doctiſſimus, primus Juriſprudentiam barbaro dicendi genere involutam priſtino nitori reſtituere, & ad fontes revocare cœpit. Biturigis in Gallia primum, deinde Ticini in Inſubria Profeſſor fuit; ubi & an. 1548. vivere deſiit, in S. Epiphanii templo conditus. Eodem anno *Antonius Solerius*, Carpinas, I. V. Doctor, Canonicus Bajocenſis in Gallia, adverſus Eraſmum edidit Lutetiæ librum ſuum De veneratione & invocatione Sanctorum.

LX. Benedictus Accoltius, Aretii in Etruria natus, à Clemente VII. S. R. E. Senatorum collegio annumeratus, & Archiepiſcopus Ravennas creatus, Ciceroniano ſtilo ad Petrum Medicæum ſcripſit *De bello ſacro* libros quattuor, 1544. Baſileæ recuſos. Exſtant ejuſdem *Epiſtolæ* non paucæ, à Jacobo Sadoleto, aliiſque publicatæ; *Carmina* denique mira concinnitate compoſita. Homines ſui ævi eruditos ſummo in pretio habuit; in his Picum Mirandulanum, Octavium Panagathum, Pierium Valerianum, Lilium Giraldum, Paulum Manutium, Balduinum, Robertellum & alios. Diem clauſit extremum Florentiæ 1549. in baſilica ibidem primaria conditus.

Joannes Faber, Heilbrunenſis, ordinis Prædicatorum, Doctor Theologus, & concionator Auguſtæ Vindelicorum, ſcripſit de *Miſſa Evangelica* libros quinque; quos ex Germanico idiomate in Latinum 1556. Laurentius Surius transfudit. Item ſcripſit *Enchiridion Bibliorum*, *Viam Regiam*, *Conciones in Joëlem Prophetam*, & alia, quæ Tilmannus Bredenbachius Latine reddidit. Sunt ea partim Auguſtæ, Coloniæ & Ingolſtadii, partim Lovanii & Pariſiis excuſa. Floruit anno 1548. & ſequentibus.

Ambrosius Pelargus, Niddanus, ord. Prædicatorum Theologus & Eccleſiaſtes egregius, nomine Treverenſis Archiepiſcopi primis Concilii Tridentini ſeſſionibus interfuit. Anno 1541. *Chryſoſtomi Liturgiam*, & *Symbolum Nicænum* cum ſuis Notis, Wormatiæ edidit. Contra Oecolampadium alioſque hæreticos pro *Euchariſtia & Miſſæ ſacrificio*, contra Anabaptiſtarum errores, contra Iconomachos, contra Eraſmum pro Theologia Pariſienſibus ſcripſit fortiter; quæ & alia partim Coloniæ & Baſileæ, partim Viennæ in Auſtria fuerunt edita.

Ambrosius Quistellius, eremita Augustinianus, Patavii in patria edidit librum adversus fallaces hujus mundi Philosophos, qui asserunt sacram Scripturam percipi non posse, nisi ab iis qui bonam vitæ partem in Aristotelis, aliorumque Philosophorum lectione contriverint. Alia ejus opera Thomas Gratianus in sua Bibliotheca Augustiniana recenset. Romæ 1549. vivere desiit. Ordinis ejusdem fuit *Petrus Aurelius Sanutus*, nobili Sanutorum familia apud Venetos natus, qui Oppugnationem Lutheranarum assertionum concinnavit; Lutetiæ 1549. Venetiis & alibi editam. Alius ab illo fuit *Petrus Auratus*, ord. Prædicatorum Doctor Theologus, qui Paradoxa contra hæreses 1543. in 8. Parisiis foras dedit.

Richardus Wasseburgius, Virdunensis in Lotharingia Archidiaconus, lingua Gallica conscripsit *Antiquitates Galliæ Belgicæ*, 1549. Lutetiæ in fol. editas. In Wasseburgio sunt qui majorem fidem, aut certe diligentiam merito desiderant. Qui Wasseburgium excepit *Franciscus Roserius*, Archidiaconus Tullensis, non pauca diplomata fictitia suis tomis *Stemmatum Lotharingiæ ac Barri Ducum*, anno 1580. Lutetiæ in fol. editis, inseruit.

Augustinus Trivultius, illustri genere apud Mediolanenses natus, S. R. E. Cardinalis, scripsit *Historiam Pontificum Romanorum*; qua se usum & adiutum fuisse Onuphrius Panvinius fatetur: sed puto typis hactenus non fuisse editam. Obiit sub an. 1548.

Joannes Bapt. Folengius, Mantuanus, monachus Cassinensis, ad Herculem Card. Gonzagam 1549. scripsit commentarium in Psalmos; item in Epistolam canonicam S. Joannis. Sed opera ejus Censores Romani 1547. die 22. Maji sine facultate vendi prohibuerunt. *Ita Molanus in sua ms. Bibliotheca.*

Joannes Bapt. Atestinus, Italus, 1549. Patavii publicavit *Compendium* tam sacerdotibus quam aliis necessarium, in quo multa Juris pontificii dubia dissolvuntur. Eodem anno *Martinus Perezius Ajala*, Hispanus, Guadiciensium Episcopus, post Archiepiscopus Valentinus, libros 10. de divinis, Apostolicis atque ecclesiasticis traditionibus edidit.

Gerardus Loricinus, Hadamarius, Epitomen glossæ in Testamentum novum, à se concinnatam, Coloniæ 1549. publicavit. In præfatione subindicat, se à Lutheranis ad Catholicos rediisse.

LXI. Petrus Danesius, claro loco Lutetiæ natus, Janum Lascarem & Guilielmum Budæum præceptores habuit. Huic ut eruditio maxima, sic & vita longissima fuit. Jam tum enim vigebat, cum publicos linguarum ac scientiarum Lutetiæ Professores Franciscus I. Rex instituit: quorum in numero & ipse aliquantisper fuit, & ad initia regni Henrici III. pervenit. Legationes varias, jussu Regum, obut: quas inter Tridentina eminuit. Existatque in Actis illius Concilii, Lovanii 1567. editis, prolixa & elegans *Oratio* in isto velut orbis theatro 1546. ab ipso habita. Ab Henrico II. in aulam accitus, ut Franciscum filium, Galliæ Delphinum, litteris informaret, ab eodem Vaurensis Episcopus est designatus. Quo in munere usque ad extremam senectutem, magna cum laude, perstitit. Lutetiæ defunctum, atque in templo suburbano S. Germani Pratensis tumulatum, Gilbertus Genebrardus pro concione laudavit.

Germanus Brixius, Antisiodori honesto loco natus, inter eos censetur, qui primi ex Italia elegantiores Musas in Galliam traduxerunt. Marcum Musurum litteras Græcas Patavii tradentem annis aliquot audivit, & multa Chrysostomi Latine reddidit. Utque in omni vitæ cultu civilis erat ac splendidus, Janum Lascarem hospitio Lutetiæ frequenter excepit: & ad illius liberales epulas docti omnes & elegantes illius ætatis viri non illiberter conveniebant. Sed inclinante jam ætate, dum ab aula regia, quæ tum Blesis erat, Lutetiam revertitur, in agro Carnutensi extinctus est; eodem fere tempore quo Budæum, ipsi ex studiorum conjunctione peramicum, Gallia sibi quoque ereptum luxit. *Vide supra cap. 56.*

Petrus Gillius, Albiæ apud Helvios natus, utriusque linguæ, pariter & philosophiæ cognitione præstans, à *Franaisco* I. Francorum Rege in Græciam & Asiam missus fuit, ut Græcorum auctorum codices manuscriptos undique conquireret; & in Galliam asportaret. Quæ quidem peregrinatio illi non adeo prospere cessit: à barbaris enim captus, & in Africo littore durissimum carcerem perpessus, vix tandem *Georgii Card. Armeniaci* curâ & liberalitate redemptus evasit. Cujus beneficii memor Mæcenatem suum, Romæ tunc agentem adiit: ubi & obiit, in templo S. Marcelli tumulatus. *Theodoreti commentarium in XII. Prophetas minores*, à se Latinitate donatum, Lugduni 1533. & Parisiis evulgavit; ut & *Æliani libros* XVI. *de animalium historia.* Exstat ejusdem commentarius *de Bosphoro Thracio.* Quæ porrò *Petrus Belonius*, unus ex Gillii comitibus ac domesticis, postea de rebus orientalibus edidit, putantur ex ejusdem Gilli schedis potissimum esse desumpta.

Bellaios tres fratres superiore sæculo Gallia protulit, qui pari animorum contentione armorum gloriam cum litterarum dignitate copularunt. Et quidem *Guilielmus* natu maxi-

maximus hiſtoriam de rebus Francicis ab ipſa gentis origine ad ſua uſque tempora Latine & Gallice eſt perſecutus. Cujus operis fragmenta *Martinus* frater junior commentariis illis inſeruit, quibus Franciſci I. Regis geſta populari ſermone perſcripſit. At *Joannes*, cujus elegans eruditio Tridentinis Patribus ſæpe admirationem excitavit, primum Pariſienſis Epiſcopus, poſt S. R. E. Cardinalis fuit: obiitque illius collegii Decanus, Franciſco II. ad regnum Galliæ recens evecto. Horum gentilis *Joachimus Bellajus*, Canonicus Pariſienſis, in poëſi ſe potiſſimum exercuit: qui poſt Italiam luſtratam ad ſuos redux, Lutetiæ annos vix XXXV. natus exſpiravit.

Latomi quattuor, natione Belgæ, uno eodemque ſæculo decimo ſexto ſcriptis illuſtres exſtiterunt. Ex his primus fuit *Jacobus Latomus Camberonenſis*, Doctor Theologus Lovanienſis, ſupra cap. 55. à nobis laudatus. Hujus patrui ſui opera omnia *Jacobus Latomus junior*, Lovanii ad S. Petrum Canonicus, in unum volumen redegit, & Lovanii 1550. in fol. edenda curavit. Latomum hunc juniorem nos Lovanii novimus, cum ibi in ſtudiis verſaremus. Fuit is verſu felix ac facilis: exſtantque *Pſalmi Davidici*, *Threni Hieremiæ*, & *Cantica* ab ipſo verſibus reddita, typiſque Plantinianis publicata. Vixit ad decrepitam uſque ætatem, & anno 1596. deceſſit; in D. Petri templo, ad patrui ſui tumulum, humatus.

Bartholomæus Latomus, Oralauni (vulgo *Arlon*) in ducatu Luxemburgenſi natus, primum Treveris, deinde Rhetor Coloniæ in Ubiis, poſtea Lutetiæ Regius eloquentiæ Doctor, ſummam dicendi laudem uſu eſt conſecutus; Budæo, aliiſque viris primariis quam maxime faventibus. Præter ea, quæ ad Philologiam ſpectant, ſcripſit contra Martinum Bucerum, Petrum Dathenum, alioſque peſtilentis cathedræ magiſtros, *de Euchariſtia*, *invocatione Sanctorum*, *auctoritate Eccleſiæ*, *cælibatu Sacerdotum*, aliiſque Fidei capitibus, 1546. & 1559. Coloniæ typis edita. Cumque eſſet Principi Electori Treverenſi à Conſiliis, ſenex in urbe illa vivere deſiit, ſub annum milleſimum quingenteſimum ſexageſimum.

Joannes Latomus, *Bergis* ad Zomam in Brabantia natus, vir eleganter doctus, cum vincta, tum ſoluta oratione valuit. Canonicis regularibus in Throno B. Mariæ prope Herentaliam, Campaniæ Brabantinæ opidum, multis annis cum laude præfuit. Romam miſſus, temporibus Gregorii XIII. Papæ, pro negotiis ſui Capituli ſeu Congregationis Windeſemenſis, rem præclare in Urbe geſſit, & viris per Italiam eruditis innotuit. In Belgium redux, obiit Antverpiæ anno milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo octavo, apud Facuntinas moniales ſepultus. Ad ingenii monumenta quod attinet, Pauli Jovii Elogiis doctorum virorum *Epigrammata* adjecit, ſæpius recuſa. Scripſit quoque *Hiſtoriam illuſtris Abbatiæ S. Trudonis* in diœceſi Leodicenſi, itemque *Hiſtoriam cœnobii Corſendoncani*, in eadem Campania prope Turnhautum ſiti: quam utramque in tenebris latitantem utinam quis proferat!

LXII. Franciscus Sfondratus, Cremonenſis, primum Ticini Jura explicuit, inde Mediolanum evocatus Senatoria ibi dignitate fulſit. Exinde Caroli V. Imp. Vicarius Senis, dein Cremonæ in patria Epiſcopus, ac tandem S. R. E. Cardinalis à Paulo III. creatus, apud ſuos vivere 1550. deſiit. Ex legitima ante ſacerdotium conjuge *Anna Viceconite*, matrona nobiliſſima, inter alios filium reliquit *Gregorium XIV.* Pontificem Romanum. Præter poëma heroicum *De raptu Helenæ* ſcripſit *Epiſtolas* non paucas ad Fredericum Nauſeam & alios, prudentia rerumque momentis plenas.

Fredericus Nausea, *Blancicampianus*, in omni quidem ſtudiorum genere, ſed in Jure ac Theologia (cujus utriuſque facultatis Doctor erat) tantos progreſſus fecerat, quantos ipſius tot egregia monſtrant opera. Summam in principe apud Moguntinos baſilica cathedram oratoriam magna cum Moguntinorum ipſorum utilitate, ſuaque ipſius laude, annos aliquot tenuit. Ibi denique 1532. *Homiliarum centurias quattuor* edidit, quas & Ferdinando Cæſari, & Alberto Moguntino Archiepiſcopo Cardinali conſecravit. Unde ad idem in aula Cæſarea munus obeundum accerſitus, ita ſeſe omnibus probavit, ut Cæſare ipſo volente, poſt Jo. Fabrum, Viennenſis Epiſcopus ſit conſtitutus. In ea vero cura paſtorali ac dignitate, contra omnigenos hæreticorum impetus ac fraudes, prudenter & conſtanter ad mortem uſque perſtitit: quæ quidem illi, annis laboribuſque feſſo, 1550. obtigit. Nauſeæ ſcripta Cornelius Callidius in Catalogo Scriptorum Germaniæ, & Poſſevinus in Apparatu ſacro recenſent.

Antonius Guevara, nobili apud Hiſpanos genere natus, adoleſcens Franciſcanis ſodalibus ſe adjunxit. Ob doctrinam ſacram & facundiam vernaculam, qua in primis valuit, Caroli V. Imp. Eccleſiaſtes atque Hiſtoricus delectus, Mindonienſem demum cathedram Epiſcopalem obtinuit. Præter *Meditationes de Chriſti cruciatibus*, & *Oratorium Religioſorum*, ſcripſit Hiſpano ſermone duo opuſcula, quæ omnium manibus merito circumferuntur: quorum altero vitam aulicorum contemnendam docet, altero ruralem vitam curiali antefert. Quod ad *Horologium Principum*, ſeu librum *De vita Marci Aurelii Imp.* attinet, eſt in totus fabuloſe confictus, non ex ex priſcis hiſtoriis Romanis petitus. Quod moneo ne

quis erret: ut in Hiſpania & Gallia aulici paſſim errant, ubi cupide nimis in finu mahibuſque geſtari à viris nobilibus merito eruditi indignantur. Idem judicium eſto de Guevaræ *Epiſtolis*, quæ ineptiarum ſunt plenæ; nec *Aurearum Epiſtolarum* titulum merentur, quo eas Gallicum vulgus indigetat. Obiit autem Guevara anno milleſimo quingenteſimo quadrageſimo quinto: ut ex Annalibus Caroli V. à Franciſco Lopezio Gomaria ab an. 1500. uſque ad annum 1557. lingua Hiſpanica deductis, certo mihi conſtat. Exſtant ii manuſcripti in bibliotheca *Lucæ Torrii*, Conſiliarii Regii, & Magiſtri rationum Inſulis in Flandria. Conditus autem jacet Guevara in ſua baſilica cathedrali, in ſacello à ſe excitato.

Petrus Rua, Numantinus ſeu Sorienſis, primum Abulæ, poſt Numantiæ in patria ad extremam uſque ætatem bonas litteras docuit; non trivialiter; ut Grammaticorum vulgus, ſed ad Ciceronis imitationem ſuos aſſuefaciens. In hiſtoriis porro hominem egregie verſatum fuiſſe teſtatur ſingularis commentarius *De fide in hiſtoria ſcribenda*; Hiſpanice quidem ſcriptus, ſed eruditionis plenus: quo *Antonii Guevaræ* (qui tum ſolus doctrinæ & eloquentiæ Ibericæ artem tenere videbatur) *errores* in hiſtoriis antiquorum, veteribuſque monumentis lapidum & nummorum explicandis, ſolide refutavit. Valde ut mirer, fabuloſas iſtas Guevaræ Epiſtolas etiamnum à quibuſdam in pretio haberi, & velut pro oraculis circumferri. Noſter itaque Rua de tot nugarum atque ineptiarum millibus multas indicavit, facemque prætulit, ne quis poſthac credulus in errorem inducatur. Tale quoque de fictitiis Guevaræ ſcriptis judicium eſt *Antonii Auguſtini* in Antiquitatum dialogis, & *Alfonſi Matamori* in libro de Scriptoribus Hiſpaniæ.

Hieronymus Romanus, natione Hiſpanus, eremita Auguſtinianus, idiomate patrio ſcripſit *Chronicon*, à temporibus S. Auguſtini ad ſua uſque tempora deductum: quod Salmanticæ 1569. prodiit. Ejuſdem *Monarchia*, in fol. vernaculo ſimiliter idiomate edita; continet nonnulla quæ Criticis diſplicent. Majorem in hiſtoria laudem apud eruditos ac curioſos meritus eſt *Ludovicus Hurtadus*; qui Mexici in Hiſpania nova florens, ut coram ſpectavit, ita fideliter atque eleganter ſcripſit *De incremento & utilitate ord. Auguſtiniani in India occidentali.*

Joannes Maldonatus, Hiſpanus, ſacerdos Burgenſis, diſertus Latinæ linguæ ſcriptor Vitas Sanctorum in compendium redegit: qui libellus Lugduni typis evulgatus legitur, & à Laurentio Surio interdum adhibetur. Scripſit item Paræneſim ad litteras politiores, Burgis editam: ubi narrat, ſe adoleſcente Chriſtophorum Longolium in Hiſpaniam veniſſe. Burgis denique 1549. in 8. publicavit opuſculum de Senectute Chriſtiana. Fuit & alter Hiſpanus cognominis *Maldonatus*, Societatis Jesu Theologus, infra à nobis laudandus. Sub annum 1550. floruit item *Joannes Viguerius*, Granatenſis, ord. Prædicatorum, Doctor Theologus Toloſanus: qui ex operibus S. Thomæ Aquinatis Inſtitutiones Chriſtinæ fidei excerpſit, & D. Pauli Epiſtolam ad Romanos ſua commentatione illuſtravit.

Joannes Docæus, Juris Pontificii Doctor, ex monacho Benedictino Laudunenſis in Gallia Epiſcopus, 1555. floruit. Scripſitque Homilias per annum, Antverpiæ 1610. in folio; & libros duos de æterna filii Dei generatione, ejuſque temporali nativitate, Pariſiis 1554. editos. Sub idem tempus vixit *Stephanus Paris*, Aurelianenſis, ex monacho Dominicano Abellinenſis in Italia Epiſcopus. Cujus Sermones Quadrageſimales 1552. & Conciones per Adventum ſuper iſto themate, *Verbum caro factum eſt*, 1555. Lutetiæ prodierunt.

Nicolaus Pellicerius, in diœceſi Montis Peſſulani natus, ejuſdem urbis Epiſcopus à Franciſco I. Rege deſignatus, com-plures utriuſque linguæ auctores, in his *Plinium* ſeniorem, fideliter emendavit, multoque lumine illuſtravit. Sed, quod plerumque iis accidit, qui ſua, dum vivunt, ipſi edere negligunt, hæc ferè omnia ſimul cum auctore ipſo ſepulta ſunt.

Joannes Dampetrus, Bleſenſis, primum celebris cauſſarum patronus fuit: mutato poſtea conſilio Franciſcanis ſe adjunxit, & in quodam monialium cœnobio conſenuit. Amici ſui carmina poſt mortem edenda curavit Germanus Audebertus. Dampetri æqualis fuit *Nicolaus Borbonius*, poeta item elegans, & Regius Græcæ linguæ Profeſſor Lutetiæ; qui presbyteris Oratorii annis ſuperioribus ſe adjunxit, & pia carmina varia publicavit.

Petrus Rebuffus, Gallus, in Monte Peſſulano natus, Juriſconſultus, Doctor & Comes, ſcripſit de privilegiis Scholaſticorum, Bibliopolarum & ceterorum miniſtrorum Univerſitatis ſeu Academiæ, item de Decimis, in Pauli III. Bullam cœnæ Domini; Praxim beneficiorum, & alia Lutetiæ, Venetiis & alibi ſæpe edita.

Jacobus Omphalius, Andernacenſis, Germanus, Juriſconſultus, ſcripſit librum de ſuſcipienda Chriſtianæ Reipublicæ propugnatione, & officiis eorum, qui urbium gubernacula tenent; Coloniæ 1538. editum: item libros duos, de officio Principis, 1550. in fol. Baſileæ publicatos.

Joan-

Digitized by Google

LXIII. JOANNES HASSELIUS, cognomento Leonardus, communem cum Franciſco Titelmanno patriam habuit Haſſeletum, diœceſis Leodicenſis opidum. Adoleſcens in Philoſophicis ac Theologicis ſtudiis Lovanii ita verſatus eſt, ut æquabus ſuis longe antecelleret. Erat in eo præter exactam linguarum trium, Hebraicæ, Græcæ ac Latinæ peritiam, ingenium admirabile, & prudentia ſingularis cum pietate conjuncta; adhæc juſta proceri corporis ſtatura, quæ dotes haſce eximias longe ſplendidiores redderet. Doctor ſalutatus majori Theologorum collegio præficitur, & publicus ſacrarum litterarum Profeſſor adhibetur. Cumque Tridentum Pontificis Max. auctoritate indictum eſſet Concilium, quo ex omnibus orbis partibus, ad ſarciendam Eccleſiæ catholicæ concordiam, præſtantiſſimi quique Theologi, præter Antiſtites, à Principibus mitterentur, ut quoad ejus fieri poſſet, ortum in Europa hæreticæ labis incendium reſtingueretur: anno 1551. miſſus eodem à Carolo V. Imp. Haſſelius advolavit. Nec finem, immatura morte præreptus, videre potuit. Scripſit aureum ſane libellum *De Nectarii Patriarchæ Conſtantinopolitani facto ſuper Confeſſione*: quod ipſum argumentum & Latinus Latinius, Baronius ac Bellarminus poſtea Romæ tractarunt. Conditus eſt Tridenti, procul à patria, magno Patrum luctu. Adeo verum illud: *Diem & locum natalem ſciri, fatalem neſciri.*

FERDINANDUS NONIUS, Pintianus, illuſtri Guſmanorum gente oriundus, Pintiæ Vaccæorum, quæ vulgo Valliſoletum dicitur, natus, Bononiæ *Philippo Beroaldo* operam dedit. A Franciſco Ximenio, Card. Toletano, honorifice evocatus, in Bibliis quatuor linguarum, ejuſdem auſpiciis Compluti editis, elaboravit: mox *Demetrio Lucæ* Cretenſi, quem ex Italia idem Ximenius olim evocarat, in Græcarum litterarum profeſſione ſucceſſit. Sixinde Salmanticam conceſſit, & antemeridianis horis linguam Græcam, poſtmeridianis Latinam profeſſus fuit. Objectantibus igitur quibuſdam, quod in familiæ tam illuſtris decora peccaret, qui in piſtrinum litterarium ſe abdidiſſet, ſuas ſibi res habere juſſit, & fumoſas imagines jactare; *ſeque immortalia animo præcipere, & cum Dionyſio illo Syracuſano inter diſcipulos, tanquam in regno, verſari* reſpondit. Cælebs & abſtemius ſemper vixit, obiitque octogenario major, anno milleſimo quingenteſimo quinquageſimo primo: bibliotheca ſua (quam habebat amplisſimam) Academiæ Salmanticenſi legata.

GODEFRIDUS TILMANNUS, Carthuſianus Pariſienſis, Gregorii Niceni & aliorum veterum Patrum opera varia è Græco in Latinum tranſtulit. Allegorias & Tropologias in libros utriuſque Teſtamenti, ex auctoribus amplius triginta, Lutetiæ 1550. & 1551. publicavit, antea à Judoco Badio 1526. ibidem editas. Sub annum 1550. *Janus Vitalis*, Panormitanus, Siculus, Hymnos de S. Trinitate; item Meditationes & Paraphraſes in aliquot Pſalmos Bononiæ edidit.

CORNELIUS CROCUS, Amſtelodamus, adoleſcens Lovanii in eloquentia Adriano Barlando Rhetori operam dedit. Cui & Græcas, ut in utriuſque orationis facultate par eſſet, adjunxit; & quod rei caput eſt, pietatem in primis colens, decurſis Theologiæ ſpaciis, operari ſacris cœpit. Nec piguit aut puduit, cum majoribus titulis ac præmiis dignus eſſet, ludum in patria aperire, quo juventutem illam indolis inter Batavos optimæ optimis diſciplinis ac moribus jam inde à teneris imbueret, atque in avita religione contineret: ratus, quod res eſt, Seminaria Reipublicæ bene conſtitutæ Iuventutem eſſe, quam qui rectè informet, eum de Republica quam optime mereri. Serpebat enim jam tum furtim per Bataviam hæreticorum labes: cui ſemina jacere cœperant prava Deſ. Eraſmi Colloquia. Quo etiam conſilio pias caſtaſque ſuas loquendi Formulas, ut impias illas è manibus excuteret, pueris conſcripſiſſe videtur. Luſit & *Joſephi* nomine Comœdiam caſtam, potius quam Eunuchum Terentianam ediſci pateretur: ut caſtitatis exemplar tamquam in ſpeculo proponens, eam ipſam virtutem adoleſcentibus inſtillaret. Quæ quidem virtus, ſi qua forte in ea amarities, ſuavi poeticæ liquore facilius à juventute hauritur. Cumque diu multumque iſtud Siſyphi ſaxum voluiſſet, atque ingratum patriæ Senatum experiretur, nonnunquam Scipionis illud Africani in ore habebat, *Ingrata patria oſſa non leges mea.* Scriptis etiam Eccleſiæ cauſam defendendam ſuſcipiens, ejus auctoritatem, contra adverſarios ac deſertores, è ſacris litteris Patribuſque aſſeruit. Pugnavit etiam valide cum *Anabaptiſtis*, quibus aquatica illa Batavorum ac Friſiorum ora (ingenium loci diceres, ſi non hominum id vitium foret) in primis ſcatet. Matrem, quoad vixit, domi pie aluit: quo factum eſt, ut cum maxime vellet, non ſe juvenis religioſæ alicui familiæ conſecraret. Illa jam ſenio extincta, liber in Italiam evolavit, atque in Societatem ab Ignatio Lojola Romæ receptus, exactis ſummo zelo annis aliquot, Deo auctori ſpiritum in Urbe ſancta, immortalitatis ſpe plenus, anno milleſimo quingenteſimo quinquageſimo reddidit.

LXIV. SANCTUS FRANCISCUS XAVERIUS, patria Navarrus, unus ex primis S. Ignatii Loiolæ ſociis, Indorum orientalium Apoſtolus, in Sinenſis regni aditu piiſſime obdormivit, poſtridie Kal. Decembris, anno ſalutis 1552. ætatis quinquageſimo quinto. Scripſit *libros quatuor Epiſtolarum*, zelum Apoſtolicum ſpirantes, quos Horatius Turſellinus

ex Hiſpana lingua in Latinam convertit; qui & Xaverii res geſtas libris ſex complexus eſt.

Franciscus Strada, cum aliis ſeptem Societatis Jesu hominibus, Lutetiæ in ſtudiis agebat, quando ſævientibus inter Carolum V. Imp. & Franciſcum I. Galliarum Regem bellis, Franciſcus publice ſevereque edixit, ut qui de Caroli ditione erant omnes ad unum intra diem octavum regno Galliæ excederent. Octo itaque Hiſpani, cum aliis totidem variarum nationum ſociis, Lutetia Lovanium 1542. migrarunt. Fuere inter eos *Hieronymus Domenecus*, qui Pariſienſi domui præfuerat, *Franciſcus Strada & Andreas Oviedus.* Hic illi dum incohata Pariſiis ſtudia quieto proſeqvuntur otio, eadem opera novam Societatis domum incohant, & Collegii (à Lævino Torrentio, Antverpienſium Antiſtite aliquando dotandi) fundamenta jaciunt; plurimum eam rem *Petri Fabri* nomine ac fama juvante, qui primus non ſolum in Germania, ſed etiam in Belgio Societatem illuſtravit. Ceterum *Strada*, annos quattuor & viginti natus, in Falconenſi gymnaſio Metaphyſicis primum operam dedit: ſed longioris veluti deſidiæ pertæſus (ſic enim otium illud litterarium interpretabatur) concionibus ad Scholaſticos in æde S. Michaelis & alibi habendis totum ſe tradidit. Ex quibus non fructum modo uberrimum (cujus vel luculenta ſunt pignora *Cornelius VVisbavæus* Mechlinienſis, *Oliverius Manæus* Tornacenſis, & alii Societati magno bono quæſiti) ſed etiam plauſum & admirationem apud Ruardum Tapperum Cancellarium, atque univerſam Academiam longe maximam collegit. In eodem S. Michaelis templo poſtea *Petrus Ribadeneira* & *Robertus Bellarminus*, magno Academicorum concurſu ac fructu, Latine ſunt concionati.

Joannes Cochlæus, Noribergenſis aut Wendelſtinus, egregius contra Lutherum, Bucerum, Melanchthonem, Muſculum, Calvinum, alioſque recens exortos hæreticos pugil exſtitit: prout tot ipſius contra illos lucubrationes fidem teſtatiſſimam faciunt. Illas ipſemet recenſet in Catalogo operum ſuorum, & poſt eum Callidius, Poſſevinus, alii. Francofurti ad Mœnum in æde Mariana pium gravemque Decanum agebat: ſed turbulentis hæreticorum factionibus ejectus, Moguntiam ſe contulit; ubi & Canonicatu ad S. Victorem donatus fuit. Vratislaviæ in Sileſia demum Collegio Canonicorum adſcriptus, ibidem anno milleſimo quingenteſimo quinquageſimo ſecundo vivere deſiit; conditus in ſumma æde S. Joanni Bapt. ſacra.

Balthasar Werlinus, Colmarienſis, Germanus, ordinis Prædicatorum, ſuam *Appendicem ad Trithemii librum de Scriptoribus eccleſiaſticis* 1546. Coloniæ in 4. publicavit, poſtea Lugduni & alibi editam. Appendix iſta eget quibuſdam in locis expurgatione ſeu lima cenſoria; nominatim ubi agitur de *Beato Rhenano*, *Felice Malleolo*, *Guidone Donato*, *Henrico Bebelio*, *Hieronymo Guebilero*, *Lamberto de Monte*, *Luciano Mantuano*, *Nicolao Borbonio*, *Paulo Ritio Iſraëlita*, *Petro Moſellano*, *Roberto à Mosham & Vito Amerbachio.*

Joannes Brodæus, Cæſaroduni Turonum natus, ex Italia ad ſuos reverſus, *Lectiones varias*, & alia multa foras dedit. Epigrammata item à *Planude* monacho collecta Latine reddidit. Inter beata otia pius ſacerdos ad ſexaginta tres annos modeſte vixit, & in patria vivere deſiit, Martiniano in templo conditus.

Jacobus Meierus, Uleternis in Balliolano agro, ad occiduam Flandriæ plagam, natus, & Lutetiæ inſtitutus, primus fere aut ſaltem optime *Annales Flandriæ* pertractavit; collectis undique veterum monumentis, cum ſoluta, tum numeris vincta oratione conſcriptis. Inter alia *Philippeidem*, de bello Philippi Galliæ Regis cum Imp. Othone, Britannis, Flandriſque geſto, è tenebris eruit: atque à poetica minime abhorrens, pia quædam carmina à ſe conſcripta edidit, & *Hymnos* veterum eccleſiaſticos reddidit meliores. Blancobergæ (quod municipium eſt pari fere inter Oſtendam ac Sluſam ad Oceanum intervallo) ad extremam uſque ætatem Parochum egit. Moritur demum Brugis Flandrorum, ubi ludum litterarium, *Joannis Deſpauterii Ninovienſis* exemplo, multos annos junior aperuerat, ſexagenario major, Nonis Februarii, anno ſupra ſeſquimilleſimum, quinquageſimo ſecundo (fallitur enim Bodinus, & alii qui eum Philippi Cominæi æqualem faciunt) conditus ad D. Donatiani, qua in æde ſacerdotium olim poſſederat. *Antonium* Henrici fratris filium, qui Thenis in Brabantia primum, poſt Cameraci, ac demum apud Atrebates juventutem inſtituit & 1597. ibidem obiit, heredem facultatum ac Bibliothecæ ſcripſit. Is patrui *Annales*, ab eodem auctos & recognitos, foras dedit; Flandriæ Comites verſibus decantavit, & *Nili* Epiſcopi ac martyris Gnomas Latino carmine reddidit. Hujus filius *Philippus*, ludi item litterarii apud Atrebates moderator, *S. Vedaſti* Epiſcopi laudes, & Mahometis pſeudoprophetæ infamem vitam verſibus deſcripſit. De variis ſingulorum lucubrationibus Andreas Valerius in Bibliotheca Belgica diſtincte agit.

Petrus Lizetius, Arvernus, ſupremi Francorum concilii Præſes, poſt Abbas commendatarius ad S. Victorem Lutetiæ, ſcripſit de ſacris Bibliis in vulgare idioma minime vertendis; De auriculari confeſſione, Monaſtico inſtituto, & ſæculari cæcitate;

De

De præceptionibus Eccleſiæ libros ſex, In pſeudoevangelicos, & de eorum animadverſione. Quæ omnia partim Lutetiæ an. 1551. partim Lugduni 1552. in 4. ſunt typis evulgata.

Leandr Albertus, Bononienſis, ord. Prædicatorum Theologus & Hiſtoricus, libros ſex *De viris illuſtribus ſui ordinis* 1517. & *Deſcriptionem univerſæ Italiæ* 1550. Bononiæ publicavit. Hanc ex Italico Latine redditam 1566. Colonienſes ediderunt.

Gaspar *Bruschius*, Egranus, Bohemus, 1549. in 8. Noribergæ edidit librum *de Epiſcopatibus Germaniæ:* in quo Archiepiſcopos Moguntinos, & XII. Epiſcopos ſuffraganeos, una cum Bambergenſibus, deſcribit. Anno 1552. in fol. Ingolſtadii publicavit *Centuriam Monaſteriorum Germaniæ maxime illuſtrium:* item Baſileæ librum *de Laurenco & Patavia.* Ceterum in Bruſchii operibus nonnulla occurrunt, quæ lima cenſoria egent juxta regulas Tridentinas.

LXV. Stephanus Gardinerus, Anglus, Henrico VIII. Regi à Secretis cum eſſet, Richardo Pacæo in Decanatu Londinenſi ad S. Paulum ſub ann. 1531. ſucceſſit. Exinde ob doctrinam, ſolertiam atque induſtriam, Epiſcopus Wintonienſis & Cancellarius Angliæ fuit. Marci Antonii Conſtantii, Theologi Lovanienſis, titulo eruditum volumen *de Euchariſtia contra Capharnaitas* Pariſius 1552. & Lovanii 1554. publicavit. Exſtat item Londini 1553. in 4. editum *Diacoſio-martyrium*, hoc eſt, Teſtimonium ducentorum de veritate corporis & ſanguinis Chriſti in Euchariſtia, adverſus Petrum Martyrem hæreticum: qui liber auctorem prætert *Joannem Witnum*, Anglum Wintonienſem Epiſcopum.

Joannes Dubravius, Pelſinus, Bohemus, Legum Doctor, Olomutienſis in Moravia Epiſcopus, vir legationibus rebuſque geſtis clariſſimus, qui ante Epiſcopatum *Janus* dicebatur, *Hiſtoriam Bohemicam* libris xxxiii. comprehendit; Baſileæ 1575. & alibi ſæpius editam. Obiit anno milleſimo quingenteſimo quinquageſimo tertio. Idem annus *Joannem Baptiſtam Egnatium*, Venetum, presbyterum, cum annis fere quinquaginta litteras humaniores in patria docuiſſet, è vivis abſtulit. Præter *Originem Turcarum* ſcripſit *Exempla illuſtrium Venetorum & aliarum gentium*, anno 1554. Pariſiis, & alibi adita.

Petrus Crabbius, Mechlinienſis, ſui ordinis Franciſcani ſodalibus in patria & alibi magna cum laude præfuit. Is primus, ut erat antiquitatis eccleſiaſticæ ſtudioſiſſimus, *Concilia* in tres tomos digeſſit; Coloniæ 1551. editos. Conatum ejus poſtea *Laurentius Surius* excipiens, tomos quattuor Conciliorum ibidem publicavit. Obiit Crabbius in patria ſua anno milleſimo quingenteſimo quinquageſimo tertio, ætatis octogeſimo tertio.

Joannes Hieronymus Albanus, Eques & Juriſconſultus, librum ſuum *De immunitate eccleſiarum*, Julio III. dicatum, 1553. in fol. Romæ foras dedit. Ejuſdem liber *De poteſtate Papæ & Concilii* Lugduni 1558. & Venetiis 1561. in 4. prodiit. In Gallia eodem tempore vixit *Remundus Rufus*, itidem Juriſconſultus: qui ſuam *Defenſionem* pro Pontifice Maximo, Cardinalibus, Epiſcopis, totoque ordine ſacro, contra Carolum Molinæum, Lutetiæ anno Chriſti milleſimo quingenteſimo quinquageſimo tertio edidit.

LXVI. Joannes Magnus, Gothus, Archiepiſcopus Upſalenſis, Primas Sueciæ & Gothiæ, Sedis Apoſtolicæ Legatus, *Hiſtoriam Gothorum & Suecorum* libris xxiiii. comprehendit; Romæ 1554. excuſam, cum *Olai Magni*, fratris ac ſucceſſoris, appendice. acripſit inſuper librum *de Epiſcopis Sueciæ*, ibidem editum. Meminit ipſius, magna cum laude, Damianus Goeſius in Deploratione Lappianæ gentis.

Joannes Pistor, Abbas Campi-Principum in Bavaria, ſuum *Dialogum de fato & fortuna* 1544. Auguſtæ Vindelicorum in 4. publicavit. Anno 1554. *Benedictus Vernierus* monachus ad S. Sulpicium apud Bituriges, magnum & univerſale Concilium Eccleſiæ militantis, ſuper Euchariſtiæ Sacramento typis Nivellianis Lutetiæ publicavit. Sic enim librum ſuum inſcripſit, quo, inſtar Niceni Concilii, teſtimonia trecentorum octodecim Patrum coacervarit: ut Molanus loquitur.

Petrus Costus Meſſiæ & Chriſti Domini Typum contra Judæorum apiſtiam; item Paraphraſim Chaldaicam Eccleſiaſtæ, Latine verſam, Lugduni 1554. in 4. publicavit. Eodem anno Lutetiæ prodiit *Ludovici Carreti* Epiſtola ad Judæos Hebraice & Latine ſcripta, qua eos ad reſipiſcentiam invitat.

Quintilianus Mandosius, Advocatus Romanus, ſuas Notas in Regulas Cancellariæ Julii III. Papæ anno 1554. Venetiis in 4. edidit. Ejuſdem Praxis ſignaturæ gratiæ, & Praxis Commiſſionum Apoſtolicarum ad cauſas decidendas, aliique ejus generis tractatus, Romæ 1561. & annis ſequentibus prodierunt. Idem Mandoſius, cum *Petro Vendramino*, Repertorium Inquiſitorum hæreticæ pravitatis Notis illuſtravit, & Venetiis 1575. in 4. publicavit.

Alphonsus à Castro, Zamorenſis, Hiſpanus ex ord. Minorum, Carolo V. Imp. à ſacris concionibus & conſcientiæ ſecretis fuit, & Bruxellæ ſub annum 1550. moriens chorum Franciſcanorum ſuo tumulo nobilitavit. Scripſit libros XIV. adverſus hæreſes; libros tres de juſta hæreticorum punitione; libros duos de poteſtate Legis pœnalis: homilias ad populum habitas, & alia, in tomos duos digeſta ſtudio Franciſci Fevardentii, & Pariſiis anno 1578. edita.

Joannes Ferus, ord. Minorum, Eccleſiaſtes Moguntinus per annos viginti quattuor, ſcripſit annotationes in Pentateuchum, in Job, Eccleſiaſten, Threnos, Jonam, Matthæum, Joannem, Acta Apoſtolorum, Epiſtolam ad Romanos & alia; Lovanii, Antverpiæ, Coloniæ, Moguntiæ, & Lugduni diviſim edita. Opuſcula item aliquot in unum volumen congeſta Rovillius Lugduni in 8. excudit. Sermonum tomi duo Coloniæ 1554. in folio prodierunt. Quadrageſimalia duo Germanica Joannes Latomus Latina fecit, quæ Antverpiæ 1554. & Lugduni 1555. fuerunt excuſa. In commentariis ad Joannem *Dominicus Sotus* notavit LXVII. loca caute legenda. Sixtus Senenſis lib. 6. annotatione 72. dicit, teſtes fide dignos aſſeverare, quod ipſius commentaria in Matthæum, poſt mortem auctoris edita, ab hæreticis, præſertim ad verba, *Tibi dabo claves*, fuerint depravata. Cenſores Romani 1574. ſuis typographis inhibuerunt opera ejus diſtrahi ſine facultate. Obiit ſexagenarius Moguntiæ an. milleſimo quingenteſimo quinquageſimo quarto. *Sic fere Molanus in ſua ms. Bibliotheca ſacra.* Conditus autem jacet Ferus Moguntiæ in templo ſui olim ordinis Franciſcani, quod nunc eſt Patrum Societatis Jesu. Ejus commentaria in Evangelia Matthæi & Joannis expurgata, 1577. Romæ in 8. fuerunt edita. *De eodem Nicolaus Serarius in ſua Moguntia lib. I. cap. 40. hæc narrat*: Joannes Ferus, ord. D. Franciſci, Germanica eloquentia polluit plurimum, eaque ipſa ſummam ædem annos complures ornavit. Scripſit Germanice ac Latine ſatis multa. Abiit è vita 1554. noſtroque in templo, ad lævum aræ primæ latus, ſepultus eſt. Sed cum ſepulcralis ejus lapis ligneorum, quæ circum aram nunc ſunt, cancellorum poſitu nonnihil obſcuraretur, curatum eſt ut in locum paulo inferiorem deduceretur idem lapis. Ajunt, cum Albertus Brandeburgicus Moguntiam occuparet, incendiiſque vexaret, eccleſiaſticis, religioſisque hominibus aliis pleriſque diffugientibus, Joannem intrepidum manſiſſe; illum vero viri conſtantiam & virtutem admiratum, neque ipſi, neque ejus monaſterio nocuiſſe. Sed cum aliquando ille ſolicitaret, ut monaſticam veſtem exueret, reſpondit: *Tot annis mecum hac veſtis eſt, neque mihi quidquam nocuit: eam cur nunc abjicerem?* Ille vero grave, facetumque dictum approbavit, terrore ſimul veluti perfuſus, cum animi ejus firmitatem ſpectaret. Quia vero alicubi faſſus ipſe Ferus eſt, è Novatorum ſterquilinio ſe nonnulla interdum, quandam veluti gemmam, exſcalpſiſſe, non defuerunt, qui catholicum licet exiſtimarent, ejus tamen ſententias & verba nonnulla minus catholica cenſerent. Et in his ſuum profitetur nomen, ſub finem ſui in librum quartum Sententiarum commentarii, *Dominicus Sotus.* At ei acriter obſtitit è D. Franciſci familia *Michaël Medina*, libro qui inſcribitur Apologia Joannis Feri. *Sic fere Serarius.* Ut ut ſit, ſervanda hic eſt cenſura Indicis Romani.

LXVII. Martinus Lipsius, à ſe & Juſto Lipſio, cujus patruus major fuit, celebre apud eruditos habet nomen. Fuit in hoc viro multiplex eruditio, exacta linguæ cum Græcæ tum Latinæ cognitio, ſacrarumque rerum haud mediocris intelligentia. Illud vero ſolidæ virtutis ac pietatis ſpecimen fuit, quod fallaces hujus vitæ ſpes ſecum reputans, mente divinitus monita, vitæque ratione converſa, ambitioni urbis aulicæ Bruxellenſis, in qua honeſto loco natus erat, ſe ſubtraxit, divinoque cultui ſe totum mancipans, in famoſum, ſub *B.* Martini patrocinio, Canonicorum D. Auguſtini Lovanienſe cœnobium, velut in portum, ſe recepit. Hic in Bibliothecam ſe abdens, *Macrobii*, *Hilarii*, *Auguſtini*, *Hieronymi*, aliorumque veterum Scriptorum opera cum membranis comparando, eadem mirificè illuſtravit. *Chromatii* etiam *Homilias* & *Symmachi*, urbis Præfecti, epiſtolarum libros duos luce donavit. Poſt, ut erat ſingulari prudentia, ſodalibus ſuis præfectus, in mediis etiam muneris ſui curis moleſtiiſque, nullam animo requietem dedit. Neque ſuis dumtaxat laboribus Reipublicæ prodeſſe ſtuduit; ſed & diſcipulos, in his *Garetium*, *Latomum*, *Coſterium*, *Vimmerium*, qui in eadem bene merendi palæſtra diu multumque deſudarunt, eduxit. Ætate gravis, Cruci-Lemenſibus agri Leodicenſis, apud Hujenſe opidum, ſacris virginibus cœnobiarcha datus, eximia morum innocentia complures annos præfuit: ibidemque cum veteribus amicis, id eſt, libris aſſidue verſatus, placidiſſima demum morte pius ſenex 1555. è vita exceſſit.

Hermannus Letimatius, al. Hermas, patria Gaudanus, Batavus, Doctor Th. Pariſienſis, Decanus ad S. Mariam in urbe Ultrajectina, & Epiſcopi Vicarius generalis, vir fuit ſingulari pietate, doctrina ac modeſtia: ut Eraſmus libro 17. epiſt. ad Nic. Everardum teſtatur. *Hermannus*, inquit, *cum, antequam ſtudium Theologicum ingrederetur, feliciter eſſet auſpicatus Græcarum ac bonarum litterarum notitiam, ita ſe geſſit in hoc curſu Sorbonicæ Theologiæ, ut omnium punctis primas meruerit, idque in ea ſchola, qua ſine controverſia in hoc ſtudiorum genere ſemper primas tenuit. Neque vero tantum eſt inſtructus argutiis illis, quibus in ſcholis velitantur: nihil Conciliorum, nihil hiſtoriarum, nihil veterum Theologorum non excuſſit, atque adeo habet in promp-*

*promptu. Ingenium velox ac rapidum, diſcendi aviditas inexplebilis, judicium præſens & expeditum.* Scripſit autem *De inſtauranda religione* libros novem, 1545. Baſileæ in fol. editos: obiitque apud ſuos Ultrajectinos 1555. ætatis 63. cum annos 25. Decani munere laudabiliter functus fuiſſet.

Eutychius Cordesius, Antverpianus, monaſticen Patavii in cœnobio S. Juſtinæ amplexus, ut erat vir longe doctiſſimus, Concilio Tridentino cum laude interfuit. Ejus commentaria in *D. Pauli epiſtolas*, & in *Symbolum Apoſtolorum*, itemque *Dictionarium Biblicum*, exſtant manuſcripta Patavii ad S. Juſtinam: ut Arnoldus Wionus in Ligno vitæ teſtatur.

Sebastianus Foxius, Morſillus, Hiſpali familia honeſta natus, admodum adoleſcens litteris in patria egregie tinctus, philoſophiam, ad quam natura rapiebatur, feliciter hauſit; eamque, M. Tullii exemplo, mirifice illuſtravit. Lovanium itaque in Academiam venit, & ad *Petri Nannii* amicitiam ſe applicuit; cum quo *de Hiſtoriæ præſtantia* differendo ſcribendoque profecit. Hinc uſus eſt familiariter *Cornelio Valerio*, qui illius cathedram excepit. Vix annos natus undeviginti, ut de ſe libro *de Juventute* teſtanti credimus, Paraphraſin & ſcholia in M. Tullii Topica, poſt *Boethium*, evulgavit anno ejus ſæculi quinquageſimo. Poſt in Platonis Timæum, dialogum perdifficilem, ætatis quarto & viceſimo commentarios edidit: tum de Ethica philoſophia libros tres, hinc de Phyſica, ſeu de Platonis & Ariſtotelis conſenſione, libros quinque Lovanii 1554. publicavit. Annum 28. agens, *de Dialectica exercitatione, deque Juventute ac Gloria* opuſcula in apertum protulit. Ob ſingularem igitur eruditionem, ex Belgio in Hiſpaniam à Philippo II. Rege evocatus, ut Caroli filii ſtudiis præeſſet, navem ubi conſcendit, orta in Oceano magna tempeſtate, naufragio aut alia mala ſorte, in ætatis flore periit, ingenti Reipublicæ litterariæ damno.

Petrus Mexia, Hiſpalenſis, Eques, Hiſtoricus & Mathematicus, ſermone populari ſcripſit *Cæſarum* omnium, jam inde ab Auguſto, res domi foriſque geſtas; *Variarum* item libros quinque: in quibus, Æliani exemplo, varias narrationes, hiſtoricas, ethicas ac politicas commemorat. Quæ commentationes omnium pene gentium linguis nunc leguntur: Galli etiam, libris aliquot additis, nimium quantum eas auxerunt. Compoſuit & dialogos de *Elementis*, & de iis, quæ in ſublimi generantur, & quæ *Meteorologica* Phyſici nominant. *Laudes* item *Aſini*, Luciani atque Apulei veſtigiis inſiſtens, cum ſale ac facetiis luſit. Carolus V. Cæſar eum *Hiſtorici Regii* titulo cohoneſtavit. Inſtar amnis leniter labentis, in hiſtoria ſedatus fluit, & quodammodo, (ut de Meſſalla Fabius refert) præ ſe ferens in dicendo nobilitatem. Eodem tempore apud Hiſpanos clarus eſt habitus *Ludovicus Avila, Marchio Mirabelli.* Is pleroſque æqualium pura & illuſtri brevitate præcurrit; & exemplo Julii Cæſaris, ſed Hiſpanico idiomate, elegantes ſcripſit commentarios de Caroli V. Imp. bello Germanico, ejuſque ad Albim victoria: quos Latinos fecit Guilielmus Malinæus.

Vincentius Placentinus, Italus, ord. Prædicatorum Philoſophus & Theologus, 1550 vixit, & varia ſcripſit, junctim 1553. edita: ut Leander Albertus lib. 4. & Antonius Senenſis in ſua Bibliotheca, narrant. Eodem tempore in Caſtella Hiſpaniæ provincia floruit *Joannes Crucius* itidem Dominicanus, qui Annales ſui ordinis Latine & Hiſpanicè, libris quinque complexus fuit; Caſſiodori item Hiſtoriam tripartitam ſuæ genti tranſcripſit. Sic & *Joannes Marietta* Cantabrorum opido Victoria oriundus, lingua materna Sanctorum Hiſpaniæ vitas, itemque Scriptores Theologos & Nobiles familias ſuæ nationis celebravit.

Joannes Micon, natione Hiſpanus, patria Valentinus, profeſſione monachus Dominicanus, præter alia ſcripſit *Pſalterium nominis Jeſu*, anno 1590. in 4. Romæ editum cum commentariis *Gunſalvi Pontii Legionenſis.* Magna ſanctitatis opinione 1555. ex hac vita migravit: exſtatque ejus vita à *Laurentio Palmireno*, liberalium artium apud Valentinos Profeſſore, conſcripta. Anno eodem 1555. *Joannes Redmannus*, Anglus ſuum librum de juſtificatione, & alterum contra blaſphematores Prædeſtinationis, in 4. Antverpiæ publicavit.

Jacobus Scepperus, Tremonianus presbyter, ſcripſit Conciones XXIX. inſtitutionis Chriſtianæ, Coloniæ 1555. editas: item Conciones totius anni. Quas tamen Belgici Cenſores non purgatas damnant. Sunt enim poſt mortem auctoris à ludimagiſtro Tremonienſi 1561. editæ, & multis in locis corruptæ. Scepperus autem 1554. Tremoniæ in diœceſi Colonienſi obiit. *Sic fere Molanus in ms. Bibliotheca ſacra.* Sub idem tempus Monachii in *Bavaria* vixit *VVolfgangus Sedelius*, monachus *Benedictinus*, Ducis Bavariæ Concionator: cujus liber de templo Salomonis myſtico 1548. Moguntiæ; Iſagoge ſtudii Theologici 1551. Ingolſtadii; & paſtoralis curæ compendium 1557. Antverpiæ prodierunt.

Wolfgangus Laznus, Medicus Viennenſis, & Ferdinandi I. Imp. Hiſtoricus, Viennenſium rerum libros quattuor; de Republica Romana, in exteris provinciis bello acquiſitis

conſtituta, libros duodecim; de variárum gentium migrationibus decades duas; Genealogiæ Auſtriacæ libros duos, & alia Baſileæ edidit. Obiitque 1555. Viennæ in Auſtria. *Sic ferè Molanus.* Eodem tempore vixit *Petrus Franciſcus Zinus*, Veronenſis Canonicus, qui multa ex Græcis à ſe translata Venetiis 1555. & annis ſubſequentibus publicavit.

LXVIII. FRANCISCUS MENDOZA, nobiliſſimo genere apud Hiſpanos natus, Ferdinandi Nonii Pintiani optimis inſtitutis formatus, eos in ſtudiis progreſſus fecit, ut decimo ſexto ætatis anno veteres auctores, præceptoris exemplo, commentariis non ſolum illuſtraret, verum etiam abſentis ejus vices, ſummo cum applauſu, de ſuperiore loco in Academia Salmanticenſi expleret. Ex Archidiacono Toletano primum Caurienſis, poſtea Burgenſis, ac demum Valentinus Antiſtes & S. R. E. Cardinalis, maximam in Græcis codicibus undique conquirendis operam navavit, & *Genealogias illuſtrium Hiſpaniæ familiarum* concinnavit. Ad vitam meliorem abiit anno ſalutis milleſimo quingenteſimo ſexageſimo ſexto, ætatis octavo & quinquageſimo; in paterno Conchenſis baſilicæ ſacello conditus.

MARTINUS OLAVIUS, Cantaber, ex opido Victoria oriundus, Doctor Theologus Pariſienſis, in aula Caroli V. Imperat. aliquamdiu vixit. In Synodo Tridentina, Othonis Truchſeſii Card. Epiſcopi Auguſtani nomine, conſedit: exſtatque *Oratio* in illo orbis theatro ab ipſo habita. Dum Tridenti verſatur, mirabiliter à Deo ad inſtitutum Soc. Jesu amplectendum vocatur. Exinde primus ex ſuis placita S. Thomæ Aquinatis in Romano Collegio 1553. explicare cœpit. In qua profeſſione, cum vix triennium exegiſſet, & corpus parentis ſui S. Ignatii Loiolæ 1556. in ſepulchro Kalendis Auguſti condidiſſet, duodeviceſimo poſt die ſimiliter ad meliorem vitam eſt evocatus. Scripſit præclaras *Aſſertiones de conditione, lapſu & reparatione hominis, & alias.*

ANDREAS FRUSIUS, apud Carnutes in Gallia natus, cum Romæ ageret, una cum Joanne *Polanco* Hiſpano, tunc Scriptore Apoſtolico, Jacobi Lainii hortatu, ad Societat. Jesu animum applicuit. Inde Patavium ab Ignatio Lojola, ſtudiorum cauſſa, cum eodem ſocio miſſus, Patavini Collegii fundamenta poſuit; Andrea Lipomano Antiſtite in primis favente, & ædes ſuas tradente. Fuit autem Fruſius Angelicæ vir integritatis, & præter rerum omnium excellentem cognitionem, trium quoque linguarum principum notitia ac poeſi inclytus. Fidem faciunt arguta & docta ejus in hæreticos *Epigrammata*, item *Echo* mille amplius verſuum *de Eccleſiæ calamitate*, & alia quæ Petrus Ribadeneira in ſuo catalogo recenſet. Mortuus eſt, longa tabe confectus, Romæ in Collegio Germanico cui præerat, VII. Kal. Novembris, eo ipſo anno quo Ignatius ad ſuperos tranſiit.

ANDREAS TIRAQUELLUS ſenior, Fontenaii in Pictonibus natus, Regius in curia Pariſienſi Senator, præter alia ſcripſit tractatum De privilegiis piæ cauſſæ: quem filius ejus *Andreas* poſt mortem patris edendum curavit. Obiit pater Pariſiis anno milleſimo quingenteſimo quinquageſimo ſexto. Eodem tempore florebat in Italia *Antonius Florebellus*, Mutinenſis, qui præter vitam Jacobi Sadoleti, ſcripſit de auctoritate Eccleſiæ; item de reſtituta in Anglia religione, & ad Germanos de concordia. Quæ omnia partim Coloniæ & Lugduni, partim Lovanii ſunt edita. Fuit & inter illius ætatis Jureconſultos celebris *Auguſtinus Berojus*, qui Bononiæ jus pontificium multis annis juventuti tradidit: exſtantque ejus Conſilia & commentarii in Decretales. Quartus his accedat *Petrus Godefredus*, Carcaſſonenſis Juriſconſultus, Procurator Regius, qui proverbiorum librum 1555. Lutetiæ edidit: in quo multa Theologica tractat.

JOANNES BERNARDUS DIAS, Luci in Hiſpania natus, Decretorum Doctor, Epiſcopus Calagurritanus, Carolo V. Imp. à Conſiliis, ſcripſit Practicam criminalem canonicam, Lugduni 1554. Venetiis 1565. Antverpiæ 1568. & Romæ 1581. editam. Idem Regulas Juris, cum ampliationibus & reſtrictionibus, Lugduni 1554. publicavit. Alius ab iſto fuit *Joannes Bernardus Burdigalenſis*, Jureconſultus: cujus Stimulus adverſus Lutheranos 1540. in 4. fuit editus. Alius denique ab iſtis fuit *Joannes Bernardus Gualandus*: cujus liber de vero judicio & providentia Dei 1562. Florentiæ in lucem exiit.

JOANNES SLOTANUS, Geffenſis (qui vicus eſt altero lapide à Silva-Ducis) Doctor Theologus & Inquiſitor Colonienſis, Dominicanorum ibidem Prior, Homilias de myſteriis divinæ incarnationis & noſtræ redemptionis in folio; De octo beatudinibus Sermones XIV. De retinenda Fide catholica libros novem; De verbi Dei virtute, & Eccleſiæ inſuperabili potentia libros quinque; De baptiſmo parvulorum, aliiſque Fidei noſtræ capitibus tractatus varios Coloniæ 1550. & 1555. edidit. Exſtat ejuſdem liber Diſputationum contra Juſtum Velſium, ibidem in 8. publicatus. Ejuſdem ordinis Dominicani Præfectus provincialis fuit *Joannes Peſſelius*, Tilæ in Gelria natus: qui epitomen operum S. Auguſtini, ab homine hæretico editam, recognovit, & tomo uno a ſe auctam 1535. 1549. Coloniæ edidit.

JOANNES CHRISTOPHORUS CALVETUS STELLA, Eques Barcinonenſis, poëta & hiſtoricus, Philippum Caroli V. filium, ex Hiſpania in Belgium venientem, ſecutus, illius viæ *Itine-*

*Itinerarium* lingua Hiſpanica conſcripſit, & Antverpiæ 1552. in fol. edendum curavit. Addiditque *Deſcriptionem Brabantiæ, Flandriæ*, aliarumque provinciarum ac civitatum Belgii: unde multa *Ludovicus Guicciardinus*, ejuſdem Belgii præco, poſtea hauſit. Edidit idem Calvetus, Latine ac diſerte, *Aphrodiſium expugnatum*, quod vulgo Africam vocant: & ſenex Barcinone in patria obiit.

Joannes à Bononia, Panormitanus, Siculus, Doctor Theologus, Carolo V. à Sacris, opus ſuum De prædeſtinatione æterna Dei 1554. Lovanii in fol. & 8. publicavit. Eodem anno *Joannes Neovillanus*, Genuillanus, edidit Lutetiæ libros quinque De pulchritudine animi contra Epicureos & Atheos hujus ſæculi. Ejuſdem commentarius in ſeptem pſalmos pœnitentiales biennio poſt ibidem prodiit. His tertius ſubnectatur *Joannes Picardus*, Francus, qui, pro inſtructione pœnitentium, formulam confitendi Pariſiis 1554. publici juris fecit.

Sixtus Medices, Venetus, Theologus ordinis Prædicatorum, libros tres De uſuris Judæorum, à ſe conſcriptos, 1555. in 4° Venetiis foras dedit. Eodem anno eadem in urbe *Bartholomæus Ferrarienſis*, monachus itidem Dominicanus, publicavit librum ſuum De Chriſto Jesu abſcondito, pro feſtiva ſolemnitate Corporis ejuſdem Domini ac Salvatoris noſtri.

Rodolphus *Bainus*, Cantabrigienſis, Anglus, Lutetiæ Regius linguæ ſanctæ Profeſſor, libros tres ex Hebræorum fontibus in Proverbia Salomonis concinnavit, & Pariſiis 1555. in fol. edidit. Eodem anno *Spiritus Roterus*, Aquis Sextiis natus, ex ordine Prædicatorum, Inquiſitor Toloſanus, libros duos in hac ipſa urbe publicavit in 4. adverſus eos, qui futura ex aſtris prædicunt.

Gerardus Moringus, Bommelanus, Gelrus, Theologus Lovanienſis, vir exactæ doctrinæ & eloquentiæ fuit; ut Adriani Barlandi diſcipulum poſſis agnoſcere. Sacras litteras primum Lovanii ad S. Gertrudem, poſtea Canonicus, Paſtor & Lector ad S. Trudonem in diœceſi Leodicenſi, explicuit. Commentarium in Eccleſiaſten 1533. Antverpiæ; Orationem De paupertate Eccleſiaſticorum, & alteram De laude temperantiæ ac vituperio intemperantiæ 1530. ibidem edidit. Scripſit item vitas S. Auguſtini, S. Trudonis, S. Eutherii, S. Liberii, & Adriani VI. Papæ; partim Antverpiæ, partim Lovanii editas. Alia nonnulla typis hactenus non edita recenſet Valerius in Bibliotheca Belgica. Obiit autem Moringus 1556. Trudonopoli: & errant Arnoldus Wionus, eumque ſecutus Poſſevinus, qui ipſum monachis *Benedictinis* annumerant.

LXIX. Joanni Martino Siliceo Carolus V. Imp. Philippi filii ſui erudiendi curam demandavit, ut olim Philippus Macedonum Rex Alexandrum Ariſtoteli tradidit: Fuit autem Siliceus ævi ſui Philoſophus eximius, & Lutetiæ artes tractans liberales, *Arithmeticam* adoleſcens evulgarat. Poſt Salmanticæ Philoſophiam moralem publice profeſſus cum fuiſſet, ætate provectior Theologiæ ſtudio ſe tradidit; *Antonio Honcala* magiſtro in familiam adſcito. Exinde Carthaginis novæ in Hiſpania Epiſcopus, ac demum Toletanus Archiepiſcopus creatus, populari ſermone ſcripſit *De oratione Dominica, & De nomine Jeſu:* cavitque decreto, ne quis ex ſtirpe Hebræa ad Toletana ſacerdotia admittatur. Obiit octogenarius, calculi doloribus, anno milleſimo quingenteſimo quinquageſimo ſeptimo, conditus in monaſterio virginum à ſe ædificato.

Antonius Honcala, Zanguenſis, Hiſpanus, Theologus & Eccleſiaſtes ætatis ſuæ egregius, *Martinum Siliceum*, Archiepiſcopum Toletanum, ut dixi, ſacras litteras docuit. Cumque eſſet Abulæ Canonicus & concionator, in *Geneſim* commentarium inſignem, & varia opuſcula ſacra Compluti 1551. & Salmanticæ 1553. typis evulgavit. Jam antea, anno nimirum ejus ſæculi 1546. ibidem ediderat *Pentaplum Chriſtianæ pietatis*, & Philippo II. Hiſpaniarum Regi dicarat.

Joannes Petrus Ferrettus, Lavellinarum in regno Neapolitano Epiſcopus, ſcripſit de exarchatu libros ſeptem: quibus Pontificiæ juriſdictionis jura aperit, & multa de Conſtantini Imp. baptiſmo diſputat. Plura ejus opera Hieronymus Rubeus in Hiſtoria Ravennatum recenſet: ſed non ſunt excuſa. Ferrettus 1557. vivere deſiit. Floruit eodem tempore in Italia *Thomas Campegius*, patria Bononienſis, dignitate Epiſcopus Feltrenſis: cujus liber De cælibatu Sacerdotum non abrogando 1554. Venetiis, & alter De poteſtate Romani pontificis, 1555. ibidem prodierunt.

Georgius Macropedius, presbyter ex Congregatione Fratrum vitæ communis, à Gerardo Magno incohata, raræ felicitatis poeta, plurima cum ſacra, tum profana argumenta comico ſtilo exornavit. Exactæ inſuper diligentiæ Grammaticus cum eſſet, utriuſque linguæ Rudimenta & Dialectica non memoria modo, ſed & litterarum monumentis complexus fuit. Scholæ itaque Ultrajectinæ, id temporis per Belgium celeberrimæ, gymnaſiarcha datus, hoc conſecutus eſt, ut nemo erudiendæ juventuti magis idoneus, nemo plures bonæ frugis diſcipulos (in iis *Henricum Cuspinum*, Ruræmundenſem poſtea Epiſcopum, *Franciſcum Haræum*, *Henricum Sedulium*, *Guilielmum Canterum*, libris omnes editis claros) ſuo è ludo emiſiſſe videatur. Demum moleſtiarum per ætatem impatiens, Silvam-Ducis, patrium

in Brabantia opidum, repetiit: ubi podagra corpus aggravante, peſtilens hominem febris 1553. exſtinxit.

Petrus Nannius, Alcmaria Hollandiæ opido natus, Canonicus Atrebatenſis, comis & blandi vir ingenii, Conrado Goclenio in Latinarum litterarum profeſſione, communibus omnium votis, ſuccenturiatus eſt. Carus in primis, ob ſingularem eruditionem, excellentibus in Belgio doctrina viris, ſummaque dignitate præditis; in his *Nicolao Everardo* Præſidi Mechlinienſi, doctiſſimiſque ejus liberis, & Atrebatium Antiſtiti *Antonio Perrenoto*, poſt Cardinali, & aliis. Fama deinde, ut fit, indies magis magiſque notus, ab Italis, præſertim à *Jacobo Fliſco* Genuenſi, Epiſcopo Savonenſi, magnis ſtipendiis in Italiam invitatur. Cumque lingua utraque doctiſſimus, atque in auctoribus cum ſacris tum profanis egregie verſatus eſſet; multas utriuſque generis Scriptorum veterum, *Demoſthenis*, *Plutarchi*, *Syneſii*; & de Chriſtianis *Athanaſii*, *Chryſoſtomi*, *Baſilii*, *Athenagoræ*, aliorumque lucubrationes Latinæ civitate donavit. Sed & è ſuo ipſe penu plurima deprompſit, in his *Miſcellaneorum* libros decem, *Panegyricas* & *Litterarias* Orationes totidem, quique præ ceteris ſcriptis palmam obtinent, *Dialogiſmos* Heroinarum ſeptem. Nam in hoc genere regnaſſe illum, ſpræter Italos acuti judicii homines memorat *Cornelius Muſſus*. Scripſit & in *Cantica* ac *Salomonis Sapientiam* commentarium, itemque Notas ad *Ambroſii adverſus Symmachum Relationem*. Pſalmos quoque *Davidis* plurimos non infeliciter verſibus reddidit: quos cum Jacobi Latomi Pſalmis Plantinus evulgavit. Moritur Lovanii 1557. ætatis 57. pro funere à ſucceſſore Cornelio Valerio laudatus. Tumulum ipſi in D. Petri baſilica gratis diſcipulus Sigiſmundus Fredericus Fuggerus poſuit.

Joannes Bunderius, Gandavenſis, ord. Prædicatorum Doctor Theologus, & hæreticæ pravitatis Quæſitor, varia ſcripſit adverſus ævi hujus ſectas quaslibet: ut *Compendium* rerum Theologicarum, quæ hodie ab hæreticis in controverſiam vocantur; *Collationem* IV. Doctorum, Ambroſii, Hieronymi, Auguſtini & Gregorii, ſuper articulis ab hæreticis nunc agitatis; *Scutum* Fidei orthodoxæ adverſus quaslibet hæreſes; *De baptiſmo* contra Mennonem Anabaptiſtam; *Detectionem* nugarum Lutheri, & *Confutationem* dogmatum Lutheranorum. Quæ omnia diviſim Lovanii, Antverpiæ & Pariſiis identidem ſunt edita. Collegerat quoque *Indicem* codicum manuſcriptorum per Belgium, vicinaſque provincias, alphabeti ſerie, ex ſchedis *Guilielmi Carnificii* Gandenſis, itidem Dominicani, qui illuſtriores Belgii, Germaniæ, Galliæ, Angliæque bibliothecas, ante exortam ſæculo ſuperiori hæreſim, ſedulo excuſſerat. Vidi Indicem illum Antverpiæ apud *Lucam Opmerum* Delfium; ſed dolendum eſt theſaurum illum plagio, aut alio neſcio quo fato periiſſe. Bene tamen accidit Belgis noſtris, quod eorum ſcripta potiſſimum ex eodem Indice excerpſerim, quæ à me accepta Poſſevinus in Apparatum ſacrum, & Valerius Andreas in Bibliothecam Belgicam ſuis locis retulerunt. Similis catalogus manuſcriptorum librorum per Belgium exſtat Lovanii in cœnobio S. Martini. Obiit Bunderius Gandavi decurſa jam ætate, anno 1577.

LXX. Gaspar Berzæus, Franciſci filius, Belga, in Zelandiæ opido Gouza natus, poſt prima pueritiæ rudimenta Lovanium ad ſtudia graviora profectus, inde per varios caſus in Luſitaniam venit. Ita videlicet Deus, cujus admiranda conſilia per occultos ſæpenumero anfractus certiſſimum exitum habent, minime ſentientem ad Apoſtolicam gloriam evocabat. Cum enim Conimbricæ verſaretur, Franciſci Stradæ concionantis inductu, Societati Jesu nomen dedit. Ad Indos poſtea Orientales miſſus, Franciſci Xaverii ſocius, & peregrinationum in Evangelica apud barbaros prædicatione comes fuit. Et vero *Armuziæ* operam longe utiliſſimam Berzæus poſuit. Eſt ea urbs emporio in primis nobilis, quæ & regno nomen dedit, & modicæ, in qua ſita eſt, inſulæ ad oſtium ſinus Perſici: quam inſulam *Gerum* ſuo vocant nomine. Finitimas habet provincias nobiliſſimas duas, à Septemtrione *Perſidem*, à Meridie verſus Occidentem *Felicem*, quam vocant, *Arabiam*, Mauris utramque refertam. Regni caput Bazoja dicitur. Sed in urbe ipſa Armuzia Rex habitabat, olim potentiſſimus, tunc ſtipendiarius Luſitani Regis. Quamvis autem ſterilitate infamis inſula ſit, loci tamen ſituſque oportunitas (quod Perſici ſinus oſtium obſideat, qua totius ferme Orientis mercimonia commeant) Armuziam urbem in admirabilem celebritatem frequentiamque perduxit, Judæis, Mahometanis, Abaſſinis, Armenis, Georgianis, aliiſque plurimarum nationum ſectarumque Ethnicis Chriſtianiſque permixtis, mercaturæ cauſſa eo confluentibus. Nec minor in ea ſcelerum, quam hominum nationumque colluvies erat: ſumma divini humanique juris ignorantia, impiæ ſuperſtitiones, contractus nefarii, inceſti vagique concubitus, fidelium cum infidelibus infanda connubia. Ex quo fiebat, ut Chriſtiana proles à matribus educata in impios aliarum gentium ritus moreſque tranſiret. Ad hanc igitur urbem non minus vitiis quam divitiis nobilem à Xaverio miſſus Berzæus, ſimul ut pedem in eam intulit, totum ſe dies noctesque impendit, ut omnes cujuſcumque demum ſectæ homines Chriſto lucrifaceret: ut & lucrifecit. Res ejus præclare geſtas, poſt Nicolaum Orlandinum peculiari libro deſcripſit *Nicolaus Trigautius* Duacenſis; quem ex Sinenſi regno annis ſuperioribus reducem non ſemel de Sinis & Indis orien-

orientalibus differentem magna cum voluptate Antverpiæ audivimus. Scripsit autem Beræus *Epistolas plures ad Xaverium*, quæ cum hujus epistolis editæ leguntur. Vir fuit prorsus Apostolicus, à Deo datus in salutem multorum; & Goæ in Domino sanctissimè 1553. obdormivit, exacto in Societate prope septennio, quod ipsum apud Indos fere totum egerat.

Reginaldus Polus, regia stirpe apud Anglos natus, puer *Thomæ Linacro* & *Guilielmo Latimerio* operam dedit. Anno XIX. ætatis, Britannia relicta, Patavium profectus, Ciceronem potissimum admiratus, eum exprimebat feliciter; doctisque ibidem hominibus usus, *Christophorum* in primis *Longolium* coluit, & domi suæ liberaliter fovit: cujus utpote domestici vitam quoque adolescens accurate conscripsit. Vitæ vero totius institutа, atque excellentem in omni actione omnique fortuna constantiam ac pietatem, utinam qvam avide legunt multi, tam libenter imitarentur! Opes, honores, clientelas, Regum maximorum gratiam & benevolentiam qui assequuntur, proxime ad felicitatem putantur accedere. At Polus hæc omnia apud Henricum VIII. Britanniæ Regem & jure propinquitatis & sua virtute cum possideret, ultro contempsit, ne turpissimas Regis actiones, atque adversantem Christi Vicario sententiam probare cogeretur. Patavium itaque rediit; & liberalibus disciplinis totum se tradidit. Cumque eloquentiæ ac philosophiæ pari studio flagraverit, in utra tamen magis enituerit, non facile est judicare. Illud certe constat, qui vel meliora, vel ornatiora scriberet, illa fere ætate exstitisse neminem. Quamquam id ei propositum in primis fuit, ut Philosophiæ scientiam non tam scriptis quam vita ostenderet. Itaque major atque excelsior Patavii in tenui & humili fortuna fuit, quam cum in Britannia omnibus copiis, & ipsius maxime Regis gratia floreret. Hic nimirum verus est ac præstantissimus optimorum studiorum fructus, si quis temporum vicissitudines non extimescat, si adversus hominum iniquitates fortunæque injurias ratione & virtute pugnet. Quam in Polo constantiam ac sapientiam fuisse quis ignoret? Metuendæ erant à Rege potentissimo insidiæ, metuenda vis; propter ea quod suscepta Ecclesiæ caussa, luculento illo *de Pontificis auctoritate libro*, susceptum simul à se gravissimum ejus odium intelligebat. Deferebatur etiam quotidie magis à re domestica, fortunis exclusus amplissimis. Nemo tamen eum dejecto aut demisso sensit animo; nemo vidit umquam tristiore vultu. In sermonibus, in consvetudine, in convictu, in tota denique vitæ ratione, tranquillitatem mentis, quam antea habuerat, perpetuo retinuit. Nec defuere tantis debita virtutibus præmia. Nam cum ita viveret, ut in uno Deo omnia poneret, cetera, quæ mortales admirantur, infirma, caduca, inania duceret; cumque in illa Patavini gymnasii celebritate, domesticis otii sui finibus contentus, paucorum admodum consvetudine uteretur: brevi tamen, ut sibi viam facile virtus aperit, ita manavit fama de admirabili ejus prudentia, temperantia, doctrina, ut ad aures Pauli III. Pont. Max. peruenerit. Is commotus multorum sermonibus, Reginaldum, disciplinæ Christianæ instaurandæ caussa, cum præstantibus aliquot viris, ad Urbem accivit; eumque paulo post, nihil tale ambientem, S. R. E. Cardinalem creavit. In hac dignitate, cum alios antea, se ipsum vicit omni genere laudis. Omitto singularem illam in cæde matris acerbissima fortitudinem atque constantiam: gravitatem eximiam, pari comitate conditam, mansvetudinem, prudentiam, benignitatem in sublevanda miserorum inopia non attingo. Venio ad id, quod à Cardinalis persona proprie postulatur. Nam ubi primum dignitate est ornatus amplissima, non ille mentem cum fortuna mutavit; non fericam vestem, non argenteam supellectilem, non denique illustrem aliquam aut opimam provinciæ præfecturam appetivit; sed contempta prorsus rerum humanarum specie, divina studia, quæ antea non leviter attigerat, toto pectore complexus, de tuenda pontificii juris majestate, de augenda inter homines Dei gloria, de illustranda veritate dies noctesque cogitare cœpit. Incidit postea tempus, cum de sufficiendo post obitum Pauli III. Pontifice habenda Cardinalibus deliberatio esset. Adfuit Polus ita sedato animo, ita cupiditatis & ambitionis expers, ut majore collegii parte pontificatum ad eum deferente, non assenserit, differendamque rem tantam in posterum diem censuerit, Fore enim, si probaret Deus, eundem post aliquot horas Cardinalium consensum: sin minus, omnino sibi, quod Deo displiceret, placere non posse. Scripsit etiam in eo conclavi præclara quædam *De officio Pontificis*, quæ cum aliis ejus libris postea sunt edita. Vitæ clausula fuit legatio Britannica, in qua fortitudinem atque industriam suam mirifice probavit. Nam cum in illa insula per annos multos duorum Regum imperio, *Henrici* primum, deinde *Eduardi* ejus filii, legitimus Dei cultus, intermissis optimis ritibus, obsolevisset, tumque interitus Eduardi, succedente ejus sorore *Maria*, spem aliquam revocandæ pietatis & religionis attulisset, visa est unius maxime Poli sapientia rectam errantibus viam monstrare posse. In ea itaque legatione optimos Reginæ sensus confirmavit: principibus viris & multitudini persuasit, ut novam hæresim, Henrici VIII. nefaria libidine inductam, abjicerent, veterem sacrorum disciplinam rationemque susciperent, & cum Ecclesia in gratiam redirent. Mansitque in officio & fide, quamdiu Polus & Regina vixerunt, *Britannica natio*, utriusque innocentia & sanctitate, alterius etiam sermonibus præceptisque commota. Postea vero, cum anno 1558. eodem die utrumque Deus, cujus abdita consilia mens humana non adsequitur, ad cælestis

vitæ præmia vocaſſet, lapſa eſt iterum & concidit illa gens, deſtituta conſiliis, quibus antea nitebatur. Ceterum Polus, una cum Joanne Maria Montano & Marcello Ceruino, Cardinalibus, Pauli III. nomine, Synodo Tridentinæ Legatus præfuit: quibus etiam collegis ſuum *de Concilio* commentarium inſcripſit. Sepultus eſt in baſilica Cantuarienſi (cujus urbis Archiepiſcopus fuerat) in Divi Thomæ martyris ac prædeceſſoris ſui ſacello.

Isidorus Clarius, Brixienſis, ex monacho Caſſinenſi Epiſcopus Fulginas, ſcripſit *Scholia in totum Bibliorum corpus;* excepta Apocalypſi. Quod opus ex cenſura Deputatorum Concilii Tridentini, 1564. Venetiis in fol. recuſum eſt. Scripſit præterea Orationum extraordinariarum in utriuſque Teſtamenti locos voluminа duo, 1567. in 4. Venetiis edita; Orationes LIV. in Lucam; in Sermonem Domini in monte habitum; Orationes LXIX. ad populum; in Cantica; De modo divitiis adhibendo homini Chriſtiano, ad cives Brixianos; Adhortationem ad concordiam, ad eos qui à communi Eccleſiæ ſententia diſceſſerunt. Quæ omnia partim Mediolani 1540. partim Pariſiis 1547. partim Venetiis fuerunt excuſa. *Sic fere Molanus in ſua ms. Bibliotheca ſacra.*

Petrus Fragus, Doctor Theologus, *Salvator Salapuſius*, Turritanus in Sardinia Archiepiſcopus & Saſſarenſis Antiſtes; *Leonardus Aretinus*, eremita Auguſtinianus, anno milleſimo quingenteſimo quinquageſimo primo: *Marianus Rocha*, Feltrenſis, Theologus & Prior eremitarum Auguſtinianorum Tridenti ad S. Marcum; *Paulus Paſſeta*, Doctor Theologus; *Everardus Billichius*, Colonienſis Theologus, ord. Carmelitarum; *Franciſcus Heredia*, Hiſpanus, Doctor Theologus, Eleëmoſynarius & Concionator cathedralis eccleſiæ Turiaſonenſis, 1552. Orationes ſeu Conciones Latinas in Concilio Tridentino habuerunt, quæ exſtant in Actis ejuſdem Concilii, anno milleſimo quingenteſimo ſexageſimo ſeptimo Lovanii editis.

LXXI. Bartholomæus Camerarius, Beneventanus, Italus, Dialogos de prædeſtinatione, jejunio, oratione & eleëmoſyna; adhæc diſputationem cum Calvino de gratia & libero arbitrio 1556. in 4. Lutetiæ edidit. Conſilium ejuſdem in cauſſa matrimoniali, exſtat Lugduni 1552. excuſum, cum Conſiliis Zabarellæ. Sub idem tempus in Gallia vixit *Joannes Arborens*, Laudunenſis, Theologus Pariſienſis: qui tomos duos *Theoſophiæ* Pariſiis 1541. edidit: quorum prior libros decem, poſterior novem de utriuſque Teſtamenti locis difficilioribus complectitur. Scripſit item in Proverbia, Eccleſiaſten, Cantica, & in quattuor Evangelia. Quæ omnia Pariſienſes 1551. & 1553. ſuis prælis evulgarunt.

Seraphinus Cumranus, Feltrenſis, Italus, ordinis Minorum, ſcripſit Conciliationem locorum ſacræ Scripturæ, quæ inter ſe pugnare videntur; Venetiis 1555. Pariſiis 1556. Antverpiæ 1557. editam. Eodem tempore in Italia floruit *Alexander Sardus*, Ferrarienſis: cujus libros tres De moribus ac ritibus omnium gentium, & libros duos De inventoribus rerum, Veneti 1557. & Moguntini 1572. ediderunt.

Bartholomæus Amantius, Landſpergianus, Germanus, Legum Doctor, flores celebriorum ſententiarum Græcarum & Latinarum 1556. Ingolſtadii & Dilingæ in fol. evulgavit. Quod opus Colonienſes 1567. Polyantheæ Mirabellii inſeruerunt. Anno 1557. *Guilielmus Lindevodus*, Anglus, Conſtitutiones Angliæ provinciales, ex diverſis Archiepiſcoporum Cantuarienſium decretis unum in corpus à ſe redactas, Londini in 8. publicavit.

Joannes Albertus, Widmanſtadius, IC. & Cancellarius Auſtriæ, Eques ordinis S. Jacobi, ſumptu Ferdinandi I. Cæſaris, *Teſtamentum novum characteribus & lingua Syriaca*, cum Rudimentis ejuſdem linguæ, 1556. Viennæ in Auſtria edidit; addita prolixa præfatione. Notationes item contra Mahometis dogmata, & Alcorani epitomen 1543. Noribergæ publicavit. Ceterum *Joanni Alberto*, cum in Hiſpania ageret, in Græca, Hebraica & Arabica lingua doctor obtigit *Jacobus* ſeu *Didacus Lopez Stunica*, ſupra cap. 37. à me laudatus. Eundem in lingua Syriaca diſcenda juverunt *Simeon Syrus*, Epiſcopus illius gentis orthodoxus, *Theſeus Ambroſius*, ſupra cap. 52. memoratus, *Lactantius Ptolomæus* & alii: ut ipſe in ſua citata præfatione fuſe narrat. Ex qua de linguarum orientalium apud Latinos inſtauratione ac progreſſu hæc habe.

Cœptæ ſunt, inquit, Græcorum litteræ (Imperio ejus gentis, ob Turcarum arma, jam ante annos C. L. laborante) à *Chryſolora*, *Beſſarione*, *Gaza*, *Trapezuntio*, *Chalcondyle*, *Muſuro*, *Laſcare*, & aliis in Italiam, unde DCC. annis exulaverant, reduci. Quæ quidem deinceps cum à reliquis Italiæ Principibus, tum à *Medicæis* Florentinæ Reipublicæ moderatoribus hoſpitio exceptæ, & præſtanti in doctiſſimum quemque liberalitate ornatæ fuerunt. In Germania porro & Gallia tota, præter *Andronicum Cantoblacam* & *Hermonymum Spartanum*, quorum hic Lutetiæ, ille Baſileæ docebat, ante annos circiter LXXX. nobilis Græcarum literarum profeſſor fere nullus audiebatur. Eas non multo poſt *Joannes Capnion*, Juriſconſultus,

ſultus, una cum Hebraicis, quas ex Judæorum ergaſtulis eruerat, in Germania publice privatimque docendo propagavit. Intra idem annorum ſpatium *Ælius Antonius Nebriſſenſis* in Hiſpania litteras Latinas, Græcas & Hebraicas poſtliminio reſtituit. Hunc *Jacobus Lopez-Stunica*, ex equeſtri ordine doctiſſimus Theologus, ſtrenue adeo ſecutus eſt, ut Græca, Hebraica & Arabica percalluerit, mihique ſe, apud Franciſcum Mendozam Burgenſem Antiſtitem, in *Mahomedis Alinſſarii* commentariis, quos in *Jaromum* Grammaticum Arabem olim ſcripſit, explicandis doctorem præbuerit. At vero Germani noſtri tanta celeritate ducem ſuum imitati ſunt, ut eo adhuc ſuperſtite illarum linguarum doctrina pleraque omnia gymnaſia perſonarent: pauciſque poſt ejus obitum annis unus *Jacobus Jonas*, Juriſconſultus, aulæ Ferdinandi I. Cæſaris Vicecancellarius, communem Germaniæ præceptorem expreſſerit. Quorum utriuſque recordatio eo mihi jucundior eſt, quod *Capnion* puerile ingenium meum, characteribus Græcis pingendis forte intentum, ad hæc ſtudia ſuaviſſimis cohortationibus accenderit: *Jonas* vero, quo tempore in Suevorum gymnaſio utramque linguam docebat, mihi adoleſcenti acriores ſtimulos admoverit. Quibus quidem ego incitatus, de vitæ meæ otio aliquid ſemper detrahere, atque exterarum linguarum exercitationi tranſmittere propemodum coactus fui.

Sed ut ad ætatem Capnionis revertar, inſtabant etiam in Italia huic operi *Joannes Picus* Mirandulæ Princeps, *Mar. Datyli* Hebræi (quem ego arcanos de divino auditu libros Taurini in ſumma ejus ſenectute interpretantem audivi) diſcipulus, & Pici obtrectator *Mithridates Romanus*: ac præter hos etiam *Ægidius Viterbienſis*, hujuſque diſcipulus *Hieronymus Seripandus*, Auguſtinianæ togæ ſacrarumque concionum duo lumina: duo item alii Romanæ Eccleſiæ Senatores *Hieronymus Aleander* Brunduſinus, & *Fredericus Fulgoſius* Salernitanus, Archiepiſcopi, & hujus popularis *Auguſtinus Juſtinianus* Nebienſis, alterque *Auguſtinus Steuchus* Kiſamenſis, Epiſcopi. Ad quorum pulcherrimos conatus adjungendos exiſtimo *Sanctem Pagninum*, & *Petrum Galatinum*. In horum numero & *Marcellum II.* & *Paulum IV.* Pontifices Maximos, tanquam peritiſſimos earum linguarum, reponerem, niſi in privata & quieta vita uterque hanc laudem contemnere maluiſſet. In Italia etiam inventa tunc eſt *Ptolemæorum* Senenſium nobilis familia, in qua *Lactantius* pater, *Joannes Lælius* & *Æmilius* filii ſacrarum linguarum omnium peritia inſignes exſtiterunt. In Hiſpania autem, *Ælio Antonio* egregiam apud ſuos operam navante, etiam exortus eſt *Franciſcus Ximenius*, Archiepiſcopus Toletanus: qui eodem fere tempore, quo hæc in Italia & Germania agebantur, cum prædictarum linguarum, tum diſciplinarum omnium domicilium *Compluti* exſtruxit, & ſacroſanctos codices, ut quiſque vel ſua ſcriptus, vel in alienam linguam transfuſus quondam fuit, immani ſumptu, exprimi typis curavit. Nec defuerunt *Lutetiæ* apud Gallos, *Oxonio* & *Londino* apud Britannos, atque in *Belgis Lovanio*, quos referre in hunc numerum poſſem. Omnes igitur Latinæ Eccleſiæ provincias, ſæculo XV. exeunte, in hanc peregrinarum linguarum tractationem, divino inſtinctu, conſpiraſſe videmus.

Iſtarum porro linguarum fundamenta jacta fuerunt Romæ primum, Leone X. Chriſtianam Remp. adminiſtrante. Nam cum is Concilium, à Julio II. convocatum, ad Lateranum haberet, miſſi eo ex Syria fuerunt Legati, *Acurius Joſephus* ſacerdos, *Moſes* monachus diaconus, & *Helias* hypodiaconus, qui *Theſeum Ambroſium*, Albonenſii regulum, Juriſconſultum, litteras Syriacas tum docuerunt. Is annis poſtea multis intra monaſticas cellas (erat enim S. Auguſtini canonico inſtituto obſtrictus) meditando tantum profecit, ut Syri quoque ingenium ipſius, & acrem in eo labore animum vehementer admirarentur. Ceterum cum ego 1529. in Caroli V. Cæſaris, ſacri diadematis cauſſa, Bononiam proficiſcentis, comitatu eſſem, & mihi, *Regii Lepidi*, à metatoribus hoſpitium juxta cœnobium, ubi Theſeus jam ſenex vitam agebat, forte attributum fuiſſet, venerandum ſenem ſalutavi. Qui ut me de cœnobii bibliotheca ſciſcitari intellexit, è veſtigio in conclave introduxit, & arreptis è pluteo Evangeliis Syriace ſcriptis, *Hoſpes*, inquit, *peregrinis his ſtudiis deditus ſum annis circiter* XV. *eaque ſine rivali ad hanc diem amavi. Utinam obveniat mihi aliquando vir, qui ſermonem hunc, Jeſu Chriſti labiis conſecratum, poſteris tanquam per manus tradendum (nam ætas mihi prope jam exacta eſt) à me accipere velit.* Quo dicto Theſeus omnes in ea lingua theſauros protulit, & mihi ea obteſtatione ſuppeditavit, ut eos aliquando apud Eccleſiam Chriſti collocarem. Quarto poſt anno in bibliotheca *Lactantii Ptolomæi* repperi quattuor Evangeliſtarum libros, una cum *Ephremi* & *Jacobi Syrorum* opuſculis nonnullis, quæ ipſe mox tranſcripſi, atque cum Theſei munere conſervavi, uſque dum *Simeonis*, Syrorum, qui juga Libani incolunt, Epiſcopi catholici, inſtitutione proieci adeo, ut ſentirem Theſei deſiderium leniri jam aliquantulum poſſe.

Cumque ſuperioribus ſæculis Arabum litteræ à pauciſſimis expetitæ fuiſſent, ejuſdem Leonis pontificatu, earum litterarum rudimenta Romæ etiam poſita fuerunt. Accidit enim, ut *Joannes Leo*, gente Maurus, à noſtris in mari caperetur, & ad Leonem X. Romam miſſus ſacro fonte tingeretur. Qua occaſione is *Ægidium Viterbienſem* Arabicæ linguæ præceptis inſtituit: quo etiam tempore eundem *Auguſtinus Juſtinianus*, normis è Corſica miſſis, informabat. Sed poſtquam Juſtinianus ex hac vita, & Joannes Leo, Catholica fide cum

Punica commutata, Tunetum migravit, factum est, ut Ægidius Arabicarum litterarum dignitatem inter Christianos prope solus tueretur. Is extremo vitæ suæ tempore me Romam ad se invitavit; mihique auctor fuit, ut Arabici sermonis amorem non deponerem. Post Ægidii obitum, omnem ejus bibliothecam evoluere, beneficio *Hieronymi Seripandi*, mihi concessum fuit. Hæc igitur Syriacæ Arabicæque linguæ initia, à Theseo, & Ægidio mihi tradita, ingens utriusque sermonis in Christianas scholas aliquando producendi desiderium in me procrearunt. *Sic fere Joannes Albertus in sua citata præfatione, anno 1555. scripta.*

LXXII. JOANNES VERGARA, Toletanus, Doctor Theologus & Canonicus Complutensis, in Bibliis Complutensibus trium linguarum, Christiano orbi utilissimis, elaborate jussus, Salomonis libros, qui illi in partem cesserant, convertit. Cum podagra senex conflictatus demum familiari doctorum hominum malo, vesicæ dolore exstinctus est anno salutis millesimo quingentesimo quinquagesimo septimo, ætatis sexagesimo quarto, Toleti in æde sacra Deiparæ conditus, ubi canonicatum tunc obtinebat. Eodem anno *Thomas Nelus*, Anglus, Davidis Kimhi, Rabbini, commentarios in Aggæum, Zachariam & Malachiam, à se translatos, Lutetiæ publicavit.

JOANNES NICOLAUS, Arelatanus, I. V. Doctor, scripsit tractatum de hæreticis, qui in volumine Tractatuum criminalium 1556. in 8. Venetiis fuit editus. Exstat ejusdem libellus de secundis nuptiis, Lugduni typis publicatus. Anno proxime sequenti *Christophorus Rosiniacus Casagæus*, Præses Senatus Burdigalensis, libros quattuor De re sacerdotali seu pontificia 1557. in 4. foras dedit. Ejusdem Commentarius omnium à creato orbe historiarum ibidem 1571. in 4. fuit editus.

JOANNES VASÆUS, Brugis in Flandria natus, litteris adolescens bene instructus, lustrandæ Hispaniæ studio captus, hortante *Andrea Resendio* Lusitano, qui tum Lovanii agebat, una cum *Nicolao Clenardo*, in Lusitaniam se contulit. Olisipone, in Isabellæ Augustæ aula, tres ipsos annos, negotia publica cum laude tractavit. Inde Salmanticam evocatus, Rhetor gymnasii publicus, superatis competitoribus, magno applausu renuntiatur. Hic in familiaritatem se dedit *Didaci Covarruviæ*, & *Martini Aspilquetæ Navarri*, Jureconsultorum, & *Francisci Victorii*, Theologi è familia Dominicana præstantissimi. Ducta ibidem uxore, animum ad scribendam historiam appulit, & ne duplici nomine peregrinus audiret, primus fere ac solus ea tempestate Latinis litteris res Hispanorum gestas, Resendio adjutante, mandavit: conscripto *Chronico*, quo Ambrosius Morales, Stephanus Garibaius, aliique posteriores rerum Ibericarum Scriptores plurimum audiutos se fuisse ingenue profitentur. Observarunt enim curiosi, exteros fere accuratius, quam incolas, gentis cujusque mores, ritus, antiquitatem & observasse & litteris mandasse. Non longe abiero. Græci, Dionysius Halicarnasseus, Plutarchus, Dio Cassius, & Herodianus copiosius, quam Latini, Livius & Paterculus, ceterique in suo quisque genere res Romanas pertractarunt. Quid? Orbis terrarum situm nonne disertius Strabo, Ptolemæus & Dionysius Afer carmine, quam Latine Mela, Plinius & Solinus descripserunt? Ceterum Vasæus post in Lusitaniam ab Henrico Cardinale Joannis Regis fratre (qui extrema senectute & sceptrum tenuit) revocatus, florem juventutis optimis ibidem moribus ac litteris erudivit. Senex demum, aulicæque vitæ perræsus, in bibliothecam se abdere cum vellet, filio natu maximo apud Cardinalem relicto, Salmanticam, Academio Senatu invitante, & ambabus, quod ajunt, ulnis excipiente, revertit, ibidemque sub annum 1560. obiit.

LXXIII. CAROLUS V. Imp. vere Augustus, Julii Cæsaris, Henrici VII. & avi sui Maximiliani I. exemplo, *commentarios de rebus à se gestis* Gallico idiomate conscripsit: quorum autographum exstat apud *D. Manuelem de Mora*, Christophori filium, Marchionem Castelli Roderici, nunc Philippi IV. Regis Catholici Romæ Legatum. Caroli elogium elegans apud Stradam lib. 1. decadis 1. de bello Belgico reperies. Idem porro Carolus 1546. *Lovaniensem* scholam Theologicam binis, iisque quotidianis ac perpetuis, *Lectionibus* auxit, altera *Scripturæ sacræ*, altera *Scholastica*, ut vocant, in Petrum Lombardum, Magistrum sententiarum; honesto salario utrique assignato. Sed cum videretur fore ex usu Ecclesiæ, ut Sententiis Lombardi Summa Theologica *D. Thomæ Aquinatis* sufficeretur, primus, sepositio Lombardo, 1596. auspicium hujus rei fecit *Joannes Clarius* Tungrensis, collegii majoris Theologorum tunc Præses: in cujus ego contubernio tum agebam. Huic porro Lectioni seu Professioni alteram *Philippus II.* Rex Catholicus adjunxit, quam primus obtinuit *Joannes Malderus*, postea Antverpiensis Episcopus. Ceterum ut ad Carolinos commentarios redeam; ubi & quando ii primum fuerint nati, & quid de iis sentiendum, nos docuit *Guilielmus Malinæus* Brugensis (qui Carolo à Cubiculis fuit, & eidem usque ad obitum adhæsit) in epistola ad Ludovicum à Flandria, Pratensem toparcham, Velleriisque aurei Equitem, 1550. data: quam ms. amicus noster *Casperius Gevartius* nobiscum communicavit: *Scripsi*, inquit, *ad te, è Maguntiaco, Cæsaris iter, & liberalissimas ejus occupationes in navigatione fluminis Rheni: dum otii occasione invitatus scriberet Peregrinationes suas & Expeditiones, quas ab anno ætatis suæ XV. in præsentem usque diem susceperat. Qua in re usus est opera mea, & suggestione. Nam veluti*

Nomen-

*Nomenclator revocabam in memoriam, ſi quid ſentirem aut effluere, aut præterniitti. Libellus eſt mire terſus & elegans : utpote magna ingenii & eloquentiæ vi conſcriptus. Ego certe non temere credidiſſem, Cæſari illas quoque dotes ineſſe : cum, ut ipſe mihi fatetur, nihil talium rerum inſtitutione ſit conſecutus, ſed ſola meditatione & cura. Quod attinet ad auctoramentum & gratiam ; vide obſecro, quibus fulcris innitantur, ſcilicet Fide & Dignitate : quibus potiſſimum duobus & commendatur & viget Hiſtoria. Cæſar indulſit mihi libri ſui verſionem, ubi fuerit per Granvellanum & filium recognitus. Statui novum quoddam ſcribendi temperamentum effingere, mixtum ex Livio, Cæſare, Suetonio & Tacito. Iniquus tamen eſt Cæſar & nobis & ſæculo, quod rem ſupprimi velit, & ſervari centum clarissimis &c. Auguſtæ Vindelicorum, XVI. Kelend. Auguſti, anno milleſimo quingenteſimo quinquageſimo.*

Ruardus Tapperus, Doctor Theologus Lovanienſis, editis adverſus hæreſes *Articulis Lovanienſibus*, quaſi ſignum quoddam ad eaſdem oppugnandas, debellandaſque ſuſtulit. Natus is Enchuiæ ( quod munitum Hollandiæ opidum eſt, ad Septemtrionalem Oceani ſinum ) Lovanii Philoſophicis primum, dein Theologicis ſtudiis operam poſuit, & *Adrianum Florentium*, qui poſt ad pontificatum merito evectus eſt, aſſidue audivit. Doctor renuntiatus, ob ſummam doctrinam, & parem doctrinæ pietatem, communibus omnium votis ſuffragiiſque Academiæ Cancellarius & ſummæ ædis Decanus creatur. Mirum quam carus ſummis aliquot Pontificibus, *Carolo V.* Cæſari, qui eum parentis loco ſemper habuit, *Philippo* II. filio, cui perfamiliaris fuit, & univerſis omnium ordinum hominibus exſtiterit, ut ejus domicilium ( quod de Q. Mucio M. Tullius prædicat ) totius oraculum Belgii fuiſſe videatur. Non raro enim Carolus V. Imp. *Petrum Sotum*, & alterum *Petrum Malvendam*, Hiſpanos Theologos, & N. Berſaquium Hannonem, alioſque petendi conſilii gratia, ad eum allegavit. Sæpe etiam, cum de conſtituenda Republica & inſtauranda per Germaniam ac Galliam Belgicam religione ageretur, Bruxellam eſt evocatus. Ad œcumenicam Synodum Tridentinam à *Maria*, Caroli V. ſorore, quæ tum Belgis præerat, miſſus, apud Concilii Præſides, & univerſos omnium provinciarum Antiſtites, tanto in honore ac veneratione fuit, ut ſelectus & honoratior ei locus tribueretur. Auctor idem Principibus fuit, ut cum rari per Belgium Epiſcopi eſſent, qui gregi adverſus naſcentes hæreſes invigilarent, in nobilioribus urbibus Antiſtites, vitæ innocentia & doctrina præditi ſingulari, tanquam canes pro domo Dei latrantes, velut in ſpecula collocarentur. Futura enim quaſi vates animo præcipiebat, & qua erat mentis ſagacitate, prævidebat fore, brevi ut lupi rapaces in Chriſti gregem irrumperent, lacerarent, vaſtarent denique, qua patet, ferro flammaque Belgium. Senex Bruxellas, quo eum *Philippus* II. Rex evocarat, apoplectico correptus morbo, ſolutis corporis vinculis, ad meliorem vitam liber 1559. ætatis 71. evolavit. Bibliothecam, libris plurimis optimiſque inſtructam, majori Theologorum collegio, cui præfuerat, moriens reliquit : quibus non ſine fructu me olim uſum, cum illius collegii alumnus eſſem, libenter agnoſco. Corpus Lovanium relatum, conditumque in odeio baſilicæ Divi Petri, quæ curationis ejus fuerat.

Julius Cæsar Scaliger, Joſephi pater, Aginni in Gallia natus, Medicus, Philoſophus & Philologus, ſcripſit varia, ſed quæ ad noſtrum inſtitutum non faciunt. Huc tamen pertinent ejus *Hymni* ſeu *Poëmata ſacra*, quæ cum ab impiis ſtudio fuiſſent ſuppreſſa, anno demum 1599. Coloniæ ſeorſim typis edita prodierunt. Obiit ipſe anno milleſimo quingenteſimo quinquageſimo octavo in patria. *Poſſevinum* in Bibliotheca ſelecta lib. 1. cap. 25. conſule.

Lævinus Brechtus, Antverpianus, ord. Minorum, poeta non inelegans, ſcripſit Lovanii *Euripum* tragœdiam, de vitæ humanæ inconſtantia ; cum omnium applauſu in Falconenſi gymnaſio 1548. exhibitam, & poſtea ſecundo ibidem typis expreſſam. Idem *Silvam piorum carminum* ; hiſtoriam SS. Marci & Marcelliani ; vitam S. Lamberti, & aliorum Divorum, eadem in urbe publicavit. Vivere deſiit Mechliniæ Guardianus anno 1558.

Guilielmus Paradinus, Burgundus, Decanus Belli-Joci *Hiſtoriarum memorabilium ex Geneſi Deſcriptionem* pictura & carmine 1558. Lugduni publicavit. Exſtant ejuſdem *Symbola heroica*, à Plantino edita : item liber *De antiquo Burgundiæ ſtatu*, Lugduni & Baſileæ excuſus.

Bernardinus Scardeonius, civis & Canonicus Patavinus, libros VII. *de Caſtitate* Venetiis 1547. publicavit. Ejuſdem commentarius *de Antiquitatibus & claris civibus Patavinis* 1558. in fol. Venetiis, & 1590. Baſileæ prodiit.

Placidus Parmensis, Italus, Doctor Theologus ordinis Prædicatorum, ſcripſit commentaria in Pſalmos, & in epiſtolam S. Pauli ad Romanos ; Venetiis 1559. Baſileæ 1569. edita : obiitque anno mileſimo quingenteſimo quinquageſimo octavo. Ejuſdem inſtituti monachus *Thomas Fazellus*, Siculus, decades duas de rebus Siculis, Philippo II. Regi Catholico dicatas, 1558. Panormi foras dedit ; Francofurti recuſas.

LXXIV. JOANNES PETRUS CARAFA, Theatinus Episcopus (qui postea Pontifex *Paulus IV.* est appellatus) vir nobilitate generis, litterarum ac linguarum orientalium eruditione spectatissimus, cum aliis tribus æque piis ac nobilibus viris, *Cajetano Thinæo*, *Bonifacio à Colle*, & *Paulo Consiliario*, ordinum Clericorum regularium, 1524. condidit: quibus ab Episcopo, ceteris clariore, *Theatinorum* nomen apud vulgus mansit. Unde factum est, ut Societati Jesu, & aliis nonnullis Clericorum regularium familiis (quæ paucis post annis natæ sunt, nec vestium discrimine magno distinguuntur) nomen idem Theatinorum multis in locis adhæserit. Caraffæ porro, in basilica S. Mariæ supra Minervam, tumulum marmoreum cum statua Pius V. posuit, hoc elogio: *Paulo IV. Caraffæ, Pontifici Maximo, eloquentia, sapientia, liberalitate, animi magnitudine præstanti, scelerum vindici integerrimo, Catholicæ fidei acerrimo propugnatori. Pius V. Pont. Max. grati & pii animi monumentum posuit. Vixit annos* 83. *mensem unum, dies* 20. *Obiit* 1559. XV. *Kalendas Septembris, pontificatus sui anno quinto.* Vide supra cap. 31.

JEANNES GROPERUS, Susati in diœcesi Coloniensi natus, patre consulari, juris utriusque Doctor, Præpositus Bonnensis, & Archidiaconus Colonensis, decreta Synodi provincialis, per Adolphum Colonensem Archiepiscopum indictæ, in ordinem redegit, & typis edenda curavit. Scripsit quoque *Institutionem Catholicam*; Coloniæ 1546. Antverpiæ 1556. & alibi editam. Romam à Paulo IV. Papa ad purpuram evocatus, datis ad Pontificem litteris, modestiæ plenis, ab illa dignitate se expedire conatus fuit. VIXIT annos 57. & obiit VII. Idus Martii, anno millesimo quingentesimo quinquagesimo octavo. Fuit vir singulari continentia: qui cum aliquando domum reversus mulierculam repperisset lectum suum sternentem, non eam modo durioribus verbis è cubiculo propulsavit, sed lectum quoque, tactu mulieris quasi pollutum, suis ipse manibus è fenestra præcipitavit. Narrant idem Duaci factum fuisse *à Matthia Bossemio*, Amstelodamo, illius Academiæ Cancellario.

ALOYSIUS LIPOMANUS, Venetus, primum Methonæ, postea Veronæ Episcopus, apud Joannem Lusitaniæ Regem legatione Apostolica functus, postea in Concilio Tridentino mirifice claruit, ut erat vir Græcis ac Latinis litteris insigniter eruditus. Præter tomos octo *De vitis Sanctorum*, partim Romæ, partim Venetiis editos, concinnavit *Catenam in Genesim & Exodum*, ex Græcis ac Latinis scriptoribus: quam Parisienses 1546. & 1550. excuderunt. Obiit autem Episcopus Bergomensis anno millesimo quingentesimo quinquagesimo nono. De aliis ejus scriptis vide Possevinum.

MATTHIAS BREDENBACHIUS, ejusque filius TILMANNUS, Doctor Theologus Colonienses, nobili ac claro defendendæ veteris religionis studio inter se contendisse mihi videntur, mutuoque splendore alter alterius nomen illustrasse. Matthias Kerpsenæ in diœcesi Colonensi natus, cum in re litteraria familiam duceret, insignem auditorum manum Embricæ in Clivia collegit, & gymnasium, cui præerat, longe celeberrimum reddidit: quod pietate optimisque moribus, non secus ac litteris juventutem imbueret. Quo in numero fuere *Gerardus Matthisius*, *Henricus Uranius* aliique plurimi scriptis editis clari: adeo ut hominem undecumque ad immortalitatem natum diceres, cum præter discipulos, & filium ex honestissima conjuge reliquerit, qui nomen ad posteros transmitteret, & libros plurimos ediderit, qui auctorem suum æternitati consecrarent. In quo mirum illud omnino fuit, virum assiduis ludi litterarii curis districtum tantum otii furtivari potuisse, ut tot tamque graves cum de sacris tum de profanis rebus lucubrationes meditaretur Provincia namque ista sane perdifficili ad extremum usque vitæ diem perfunctus est, commentandi labore nunquam interea remisso. Hinc doctus ille *De dissidiis Ecclesiæ componendis* liber, cum invicto adversus Jac. Andream *Anthyperaspiste*, itemque eruditissimi in *Psalmos* undeseptuaginta priores, ac *D. Matthæum* commentarii, & alia plurima in lucem adspectumque prodierunt. Obiit pius senex anno salutis 1559. ætatis suæ septuagesimo.

TILMANNUS BREDENBACHIUS, Matthia patre usus est diligente; qui ut juventutem Embricæ instituebat, omnibus doctrinis, quibus ætas puerilis impertiri solet, filium erudivit. Decurso studiorum stadio, Romam profectus *Martino Eisengrenio*, viro eruditissimo & Alberti V. Bajoariorum Ducis Legato, ibidem adhæsit. Cumque Antverpiæ Canonicus esset designatus, & alterum Bonnæ ad Rhenum fl. nactus esset sacerdotium; in Colonensi tamen Academia, Theologus jam Doctor renuntiatus, sedem figere, atque è studiis fructum capere delectationemque maluit. Hic in D. Gereonis templo Canonica ornatus dignitate, omnibus eximia innocentiæ modestiæque Christianæ exempla præbuit: quaque erat pietate, ascetica multa collegit, & Joannis Moschi, Cassiani ac Cæsarii exemplo, *Collationum sacrarum* libros VIII. foras dedit; utili sane piis hominibus labore. *Belli* quoque *Livonici historiam* scripsit: Philippo Olmeno materiam suppeditante: obiitque Coloniæ anno fere 1593.

TACITUS NICOLAUS ZEGERUS, Bruxellensis, ord. Minorum Theologus, Græcè & Latine pereruditus, *Testamentum novum* ad finem veterum mss. codicum recensuit, & Lova-

Lovanii edidit. *Notationes* in idem Teſtamentum poſtea adjecit, & Coloniæ 1555. publicavit; addito *Caſtigatore*, ut vocat, & *Inventario* ejuſdem. Idem, ad mores in melius mutandos, graphice exhibuit *Speculum vitæ humanæ*, à Colonienſibus ſimiliter excuſum. *Proverbia* inſuper *Latina* ac *Teutonica* collegit, Antverpiæ edita. Deceſſit autem Lovanii 1559, magna ſuorum & aliorum luctu.

Felix Pratensis, Etruſcus, genere Hebræus, ex Rabbino Auguſtinianus eremita, *Pſalterium* ſecundum veritatem Hebraicam tranſtulit, & Leoni X. dicavit: exſtatque Haganoæ, Baſileæ, Venetiis & Lugduni excuſum. Idem librum *Job* vertit: obiitque Romæ 1559. fere centenarius. Ejuſdem ordinis fuit *Joannes Auguſtinus Baſſianinus*, Italus, qui ſcripſit commentarium in epiſtolam S. Pauli ad Timotheum; & vivere deſiit 1557. Bergomi ſeptuagenarius.

LXXV. Joachimus Perionius omne ſuum ſtudium in ſacrarum litterarum lectione ſummo cum fructu poſuit, & abunde docuit, non eſſe quod ab Hiſtoricis profanis prudentiæ, fortitudinis, juſtitiæ, conſtantiæ, pudicitiæ, ceterarumque virtutum exempla petenda arbitremur. Nam cum vitæ recte fortiterque degendæ ratio in duobus fere conſiſtat; in præceptis quibus parendum eſt, & exemplis eorum qui illis paruerunt; nec bene beateque vivendi præcepta rectius ab illis traduntur, nec virtutes ipſorum noſtris illuſtriores, aut numero potiores memorantur. Laudant, ſcio, Lucretiæ & Scipionis pudicitiam; Codri & Deciorum caritatem in patriam prædicant; Hannibalis, Scipionum, Pompeji, Julii Cæſaris fortitudinem bellicam in cœlum efferunt; alias denique aliorum virtutes celebrant & admirantur. Sed ſi illis omnibus ii ſoli, qui ex una gente Judæa poſteris eximia omnium virtutum exempla reliquerunt, æqua judicii lance opponantur; nec genere, nec animi magnitudine, nec ſtudio aut numero cum eis comparandi videbuntur. Id Perionius, ſi quis alius, ſolide commonſtravit; *Patriarcharum, Prophetarum, ſanctarumque veteris legis mulierum Vitæ elegantiſſimo ſtilo conſcriptis.* Fuit enim homo longe diſertiſſimus, & Græcarum, itemque Hebraicarum litterarum peritiſſimus, earumque Regius Lutetiæ ſuo merito Interpres: ſic ut priſcorum monachorum Benedictinorum doctrina omnigena in ipſo revixiſſe videretur. Fuit & Philoſophus inſignis, multaque ex *Platone* & *Ariſtotele* Latina tradidit: etſi majore elegantia quam fide nonnulli ab eo id præſtitum judicent. *Ariſtotelis* certe ac *Ciceronis*, in ſcholis regnantium, cauſſam, adverſus Petri Rami calumnias, ex Academiæ Pariſienſis decreto, diſerte ac fortiter propugnavit. Quanta porro antiquarum rerum in iſto viro fuerit notitia, clamant poſtumi *de Romanorum Græcorumque Magiſtratibus* libri, à Franciſco fratris filio evulgati. Ad ſacra ſtudia quod attinet, idem *Topica Theologica* conſcripſit; ut quæ in ſcholis minus eleganter tractabantur, rectiore deinceps methodo & polita magis dictione traderentur. Veterum ad hæc Theologorum *Dionyſii*, *Juſtini*, *Origenis*, *Baſilii*, *Joannis Damaſceni*, & aliorum opera varia Latino ſermone elegantiſſime expreſſit. *Monoteſſaron* denique ex IV. Evangeliis de vita Chriſti concinnavit: Virginis item Matris, Joannis Baptiſtæ atque Apoſtolorum XII. geſta pari dicendi felicitate complexus eſt. His vigiliis notiſſimus ſenex, paulo ante Henrici II. Francorum Regis obitum, Cormœriaci, quod Turonum eſt opidum, ſuo in cœnobio ac natali ſolo 1559. exſpiravit: univerſa Gallia ingemiſcente, quod optimum atque eruditiſſimum civem amiſiſſet. Nam ut patriæ Joachimus apprime ſtudioſum ſe oſtenderet, Gallici ſermonis originem, & cum Græco affinitatem dialogis aliquot Latine ſcriptis explicarat. Cujus quidem auctoritate motus *Jacobus Amiotus*, neſcio majore felicitate an gloria, Plutarchum Gallice loquentem ſuis popularibus repræſentavit.

Basilius Zanchius, patria Bergomas fuit: cujus urbis, in ditione Veneta ſitæ, incolas laborioſos plerumque ac diligentes in concinnandis Indicibus exiſtere, uſu compertum eſt. Lexicon enim Latinum primus *Ambroſius Calepinus* Bergomas, è Nicolai Perotti Cornucopia, litterarum ſerie collegit. Thomæ Aquinatis operum ſyllabum *M. Petrus* Bergomas: *Jacobus Philippus* opus Hiſtoriarum ab initio mundi uſque ad annum 1436. dedit: quod Chronicorum ſupplementum inſcripſit. Juris quoque civilis Additiones *Hieronymus Bergomas*, I. V. Doctor ad diverſorum Conſilia adjecit: in Salluſtii vero bellum Catilinarium ſcholia *Bartholomæus Zanchius*, Baſilii frater, evulgavit. Ad Calepini vero, ut Barbari nominant, Dictionarium Baſilius hic noſter *Latinorum verborum* ex optimis quibuſque ſcriptoribus *Silvam* addidit; & ad Marii Nizolii è M. Tullio Obſervationes legit ſpicas Bononiæ, in faſcemque colligatas publici juris eſſe voluit. Cum autem puer eſſet, dictus eſt *Petrus*; teſte Gregorio Giraldo, dialogo de Poetis ſui ſæculi. Natu grandior Congregationi Lateranenſi Canonicorum regularium ſe adjunxit, & Baſilii nomen induit. A prima adoleſcentia in urbe Roma verſatus eſt, in optimarum artium diſciplina, atque in ſacris potiſſimum ſtudiis acquieſcens, bonaſque eis horas tribuens. Collegit itaque ex SS. Patrum libris Notationes *in omnes ſacræ Scripturæ libros*, & Ant. Auguſtino inſcripſit, qui Tarraconenſium Archiepiſcopus obiit. Quæſtiones item in quattuor libros *Regum*, & duos *Paralipomenon* ex Theodoreti potiſſimum ſcriptis, apis ritu, decerpſit, & de Græcis (cujus linguæ peritiſſimus erat) Latinas fecit. Erat tum doctiſſimis hominibus, quibus Roma abundabat,

earus acceptuſque Baſilius; quorum communione non mediocrem, ut fit, eruditionem famamque eſt conſecutus. Et hæc quidem proſa oratione conſcripſit. Vincta vero numeriſque adſtricta, quæ excuſa ſunt, *Poëmata*, prorſus ſacra ſunt & pudica: obſcœna enim, laſciva ac maledica deteſtabatur, quæ qui pangerent, eos poetica abuti dictitabat. In his libri duo excellunt verſu heroico elaborati ad Card. Bembum, qui *Hortus Sophiæ* inſcribuntur, continentque Theologiæ ſumma capita, verſibus venuſte ac perſpicue tradita. Poeticæ candidatis alterum opus ad immortalitatem conſecravit, *Epithetorum Latinorum* theſaurum verius quam librum, ex ſeptem præcipuis poëtis, Lucretio, Catullo, Virgilio, Horatio, Tibullo, Propertio ac Naſone depromptum: quod opus merito *Onomaſticon poëtarum* appellandum videtur. Nam adeo accurate fabulas omnes, hiſtoriaſque ex optimis Græcorum fontibus ac ſcholiaſtis, non è turbidis rivulis, hauſit Zanchius, nihil ut amplius in eo genere deſideres, & præ illo jaceant, qui citra delectum & ex recentioribus potius quam optimæ notæ poetis Epitheta contexuerunt. Et hæc quidem pleraque Romæ primum, poſt Baſileæ, Lovanii & alibi fuerunt excuſa. Obiit autem Zanchius Romæ ſub annum 1560. Cuſtos, ut vocant, Vaticanæ Bibliothecæ.

Joannes Costerius, Lovanienſis, Prior Canonicorum regularium Vallis-Martinianæ in patria, vixit cum Martino Lipſio, eorundem ſtudiorum ſocius ac conſecraneus. *Ambroſii* Mediolanenſis Antiſtitis opera in tomos quinque digeſſit; *Vincentii Lerinenſis* libellum aureum adverſus hæreſes; item *Chromatii* opuſcula & *Symmachi* epiſtolas commentariis illuſtravit; Orationem inſuper in laudem ſacrarum litterarum 1555. Antverpiæ publicavit; & 1559. in patria deceſſit. Reliqua ejus ſcripta Valerius & Suertius, in Bibliotheca quiſque Belgica, enumerant. Alius ab iſto fuit *Joannes Coſterius*, Aloſtanus, Flander, Theologiæ Licentiatus, ut vocant, & Paſtor Aldenardenſis in Flandria: qui ſcripſit *Inſtitutionem de exitu Ægypti*, & *fuga Babylonis*, hoc eſt, de exitu Catholicorum ex civitatibus hæreticorum; Duaci 1580. typis editam: & Aldenardæ 1583. obiit. Horum duorum Coſteriorum ſcripta Poſſevinus in Apparatu ſacro confundit, & ex duobus ſcriptoribus unum facit.

Robertus Cenalis, al. Senalis, civis & Doctor Th. Pariſienſis, Epiſcopus Arboricenſis ſeu Abrincenſis in Britannia minore, ſcripſit De utriuſque gladii facultate, de ſacro cœlibatu contra nuptiarios; de divortio Moſaici matrimonii; contra Calvinum libros tres; Antidotum adverſus Sacramentarios; item hiſtoriam rerum Gallicarum, in fol. Pariſiis editam: ubi & an. milleſimo quingenteſimo ſexageſimo vivere deſiit. Ejuſdem liber contra *Interim Cæſareum*, ibidem 1561. prodiit. Commentarius ejuſdem De colloquio cum hæreticis, fuit Coloniæ 1560. publicatus, cum libro Everardi Billichii de Diſſidiis Eccleſiæ. Eodem anno 1560. & *Joannes Antonius Delphinus* Caſalenſis, ord. Minorum Miniſter generalis, obiit: qui ſua commentaria De poteſtate Eccleſiaſtica, & De controverſiis inter Orthodoxos ac Proteſtantes, aliaque Venetiis 1549. & annis ſubſequentibus publicavit. De quibus Henricus Willotius in Athenis Franciſcanis conſuli poterit. Hoc ipſo anno 1560. è vita quoque exceſſerunt *Melchior Canus* & *Dominicus Sotus*, duo Dominicanæ familiæ lumina: de quibus tomo 1. Bibliothecæ eccleſiaſticæ cap. 548. & 549. diſſerui.

Michael Heldingus, alias Sidonius, aut Merſeburgenſis, patriam habuit Enslingam, Sueviæ vicum. Studiorum curſu confecto, Moguntiæ ludi-magiſtrum in ſummo templo, deinde Parochum, & una cum *Ioanne Fero* Eccleſiaſten diu egit. Theologiæ interim ſtudiis ſerio ſemper incubuit; illius ibi Doctor publico ſolemnique ritu 1543. renuntiatus. Exinde in ſuffraganeum ab Archiepiſcopo Moguntino expetitus, titulum *Sidonienſis* Epiſcopi geſſit. Anno 1547. à Carolo V. Imp. Auguſtam Vindelicorum ad munus Eccleſiaſtæ aulici vocatus, interfuit hæreticis illis ſanctionibus, quæ *Interim* vocatæ ſunt; una cum *Iulio Phlugio* & *Ioanne Islebio*, concinnandis. Poſtea vero ad Merſeburgenſem Epiſcopatum, ejuſdem Caroli opera, evectus; ab ejus denique fratre Ferdinando Cæſare in Spirenſi Camera primo Aſſeſſor, tandem vero etiam Præſes & Gubernator Viennenſis conſtitutus eſt: obiitque demum anno milleſimo quingenteſimo ſexageſimo primo. Præter tomum Germanicum *Concionum*, quas fere Moguntiæ habuit, exſtant *De Miſſa* xv. *Conciones*, quas Latinas reddidit Surius; item *Catechiſmus* 1557. Lovanii in fol. recuſus; *Sermones per annum*, & alia. *Sic fere Nic. Serarius lib.* 1. *cap.* 40. *in ſua Moguntia.*

Gentianus Hervetus, Aurelianenſis, Canonicus Remenſis, vir Græce Latineque doctiſſimus fuit; ut fidem faciunt ea, quæ de Græco in Latinum tranſtulit. Suo item Marte ſcripſit de reparanda eccleſiaſticorum diſciplina, juxta ſextum canonem Concilii Chalcedonenſis; de alenda vel radenda barba Orationes tres; de Aſcenſione Domini; de amore in patriam; de patientia; de vitando otio; deque clandeſtinis matrimoniis. Epiſtolis item duabus explicuit, quomodo Epiſcopus ſe gerere debeat. Floruit anno 1561.

Camillus Campegius, Papienſis, Dominicanus, Doctor Theologus; *Eugenius Piſaurienſis*, eremita Auguſtinianus; *Franciſcus Lombardus*, Neapolitanus; *Maximianus Beniamus*, Cre-

Cremenſis, ord. Conventualium S. Franciſci; & *Paulus Guidellus*, Tridentinus, anno milleſimo quingenteſimo ſexageſimo primo *Orationes* ſeu Conciones Latinas in Concilio Tridentino habuerunt: quæ leguntur inter Orationes Tridentinas 1567. Lovanii in folio editas.

LXXVI. RICHARDUS SMITHÆUS, Matthæus Galenus, Philippus Montanus, Guilielmus Alanus, Thomas Stapletonus, Theologi; Joannes Vendvillius, poſt Tornacenſis Epiſcopus, Franciſcus Balduinus, Joannes Ramus, Boethius Epo, Juriſconſulti; Hugo Fridevallius Medicus; Joannes Rubus & Joannes Chinæus, Philoſophi; Joannes Olivarius & N. Ferrarius, liberalium artium Profeſſores, laudantur inter Duacenæ Academiæ, anno 1562. in Gallo-Flandria Philippo II. Rege Catholico inſtitutæ, prima lumina. *Smithæus* Anglus, patria Vigornienſis, Doctor Theologus Oxonienſis, libris aliquot Lovanii & Duaci editis hæreſes fortiter oppugnavit; & Duacenæ demum Academiæ Rector ac Cancellarius 1563. obiit.

PHILIPPUS MONTANUS, Armenterius, Flander, Doctor Theologus Pariſienſis, Deſiderio Eraſmo ſtudiorum olim ſocius ac domeſticus, cum eſſet linguæ Græcæ peritiſſimus, *Chryſoſtomi* & *Theophylacti* verſionem recognovit, multiſque locis reſtituit. Ad extremam uſque ætatem tranquille vixit, valido corpuſculo, mente quieta, quodque ætatis fere vitio accidere ſolet, minime morоſus ſenium commode tulit. Primus in gymnaſio Marchianenſi ternis ſtudioſis pauperibus alendis ſubſidia reliquit. Eraſmus certe fatetur, ſe hoc viro moribus ſanctiorem vidiſſe neminem. Deceſſit 1576. octogenario major Duaci; cujus ibidem ad D. Jacobi in vitro effigiem, cum elogio, vidiſſe me memini.

GUILIELMUS ALANUS, Lancaſtriæ in Anglia natus, Doctorque Theologus Duaci una cum Stapletono renuntiatus, collegii Anglorum ibidem inſtituendi auctor exſtitit. Inde Romam à Gregorio XIII. Pont. Max. accitus, & purpuratorum Patrum collegio 1587. à Sixto V. adſcriptus, Vaticanæ *Bibliothecæ* præfuit; obiitque Mechlinienſis apud Belgas Archiepiſcopus deſignatus, 1594. in baſilica S. Trinitatis in Urbe conditus. Scripta ejus Poſſevinus, Pitſeus & alii recenſent.

THOMAS STAPLETONUS, nobili apud Britannos genere natus, Duaci primum, poſt Lovanii Regius ſacræ Scripturæ Interpres, & meus olim in Theologicis ibidem præceptor, cum ad Septem virorum, quos Protonotarios Apoſtolicos nuncupant, collegium à Clemente VIII. Romam, miſſo viatico, eſſet evocatus, purpura haud dubie mox ornandus; honeſta adfectæ ætatis excuſatione uti maluit, quam priſtino docendi munere defungi. Theologus fuit eximius, & trium linguarum eruditarum peritiſſimus: quod opera ejus, aliquot tomis Lutetiæ junctim edita, abunde teſtantur. Obiitque ſenex admodum 1598. Lovanii, ad D. Petri poſt aram ſummam conditus, ubi Canonicatum poſſederat. Profeſſorium ejus munus *Jacobus Janſonius*, patria Amſtelodamus, excepit.

HUGO FRIDEVALLIUS, Paulopoli apud Arteſios natus, libros ſex De tuenda valetudine proſa ac verſu, Nicandri exemplo, itemque De balneis ſcripſit.

JOANNES OLIVARIUS, patria Gandavenſis, Adriani Turnebi apud Pariſios auditor, cum vincta, tum ſoluta dicendi facultate excelluit: ut difertiorem ſe vidiſſe diſcipuli negarent. De ſingulorum ſcriptis Valerius Andreas in *Bibliotheca Belgica* conſuli poterit.

ALBERTUS PIGIUS felici ac verſatili vir ingenio fuit: qui cum Theologiæ atque Aſtronomiæ cognitione naturalem quoque prudentiam, rerumque publicarum uſum & intelligentiam apte conjunxit; eximia Latinæ dictionis elegantia, quæ ſcriberet ageretve, comitante. Natus is Campis, Tranſiſalanæ ditionis opido, ad meridionalem Oceani Friſii ſinum, & Lovanii in gymnaſio Falconenſi prima liberalium artium ac philoſophiæ laurea donatus, dum in Theologica ibidem palæſtra adoleſcens verſatur, 1520. ſcripſit ad Leonem X. Pontificem *De ratione Paſchalis celebrationis*, *Deque reſtitutione Kalendarii*; cenſura ab ejuſdem Academiæ Doctoribus poſtulata. *Apologiam* deinde adverſus *Marci Beneventani Aſtronomiam*, quæ Alfonſi Regis, ac recentiorum de motu octavi orbis poſitionem depravarat; *Æquinoctiorum* item, *Solſtitiorumque inventionem*, & alia in Mathematicis non pauca edidit. Ad hanc ingenii præſtantiam (qua oris deformitatem Natura abunde compenſarat) & manuum rara quædam argutia acceſſit, qua ænea inſtrumenta, deprehendendis ſiderum curſibus, exactiſſime fabricabat. Poſt è Lovanienſi prolyta (à lauri bacca vulgo Baccalaureos nominant) Doctor Theologus Coloniæ in Ubiis renuntiatus, præter varia adverſus Lutherum, Melanchthonem, *Bucerum* & Calvinum conſcripta, ſuo illo in primis volumine *De eccleſiaſtica Hierarchiæ aſſertione*, velut acutiſſimo gladio, adverſariorum cauſſam jugulavit. Quamquam non ignoro iis in libris quædam Theologis noſtris non uſquequaque probari, in quibus à D. Auguſtini doctrina, quam Eccleſia catholica ſequitur, nonnihil videtur receſſiſſe. Obſervatum vero & illud ſcio, cum volumen iſtud commentaretur,

ut violatam ab hæreticis ſacroſanctam poteſtatem & auctoritatem Romani Pontificis vindicaret, eum ſummo vitæ periculo, Dei numine, ereptum fuiſſe. Bononiæ enim in celeberrima pompa, 1530. cum tranſeunte coronato Cæſare Carolo V. pars lignei pontis, juxta Cæſarem, turbæ pondere corruiſſet, Albertus tignorum atque hominum ruina ita preſſus eſt, ut probitatis atque inſtituti operis merito ſervaretur. Sed & in publicis Eccleſiæ negotiis tractandis, Romanæ curiæ proceribus multos annos admirationi fuit: in quibus is exſtitit, ut nemo. aut pauci certè magis fidelem, pluribuſue locis, aut majore cum approbatione, Adriano VI. ( à quo primum in Italiam evocatus eſt ) Clementi VII. & Paulo III. ſummis ex ordine Pontificibus, adeoque Chriſtianæ Reipublicæ univerſæ operam navarint, cum in vario genere Reipublicæ adminiſtrandæ, tum vero in frequentibus Legationibus per Italiam ac Germaniam de maximis rebus obeundis. Quarum virtutum meritis ampliſſima ad S. Joannem Bapt. apud Ultrajectinos Præpoſitura cohoneſtatus, ibidem ſenex 1563. diem clauſit extremum, IV. Kalend. Januarii; Apologia adverſus Martini Buceri calumnias nondum adfecta. Libet hic ſubnectere Joannis Molani de eodem Pighio judicium: Albertus, *inquit*, Pighius varia ſcripſit; ut Aſſertionem eccleſiaſticæ Hierarchiæ, ad Paulum III. Papam; De libero hominis arbitrio, & divina gratia contra Calvinum, libros X. ad Cardinalem Sadoletum; Explicationem præcipuarum controverſiarum in comitiis Ratiſponenſibus tractatarum; De divortiis conjugum; De actis ſextæ Synodi; Apologiam indicti à Paulo III. Concilii adverſus Lutherum; De Miſſæ ſacrificio contra Lutheranos; Apologiam contra Buceri calumnias; Conſilium de componendis Eccleſiæ diſſidiis; & Explicationem controverſiarum, quibus nunc exagitatur Chriſti fides. In Mathematicis vero, quibus perinde excelluit, hæc edidit: Defenſionem Aſtrologiæ in prognoſticos; Apologiam adverſus Marci *Be*neventani Aſtronomiam, quæ poſitionem Alfonſinam ac recentiorum de motu octavi orbis depravavit, & Enarrationem brevem Alfonſinæ poſitionis; De Æquinoctiorum, Solſtitiorumque inventione; De ratione Paſchalis celebrationis, & de reſtitutione Kalendarii, ad Leonem X. Papam. Quod poſtremum opus Lovanii 1520. ſcripſit, dum in Theologica ibi palæſtra verſaretur, poſtulaſſetque ſententiam ab ejus Academiæ Profeſſoribus. Excuſa ſunt hæc omnia Romæ, Coloniæ, Moguntiæ & Lutetiæ. Verum in Hierarchia Theologis eruditioribus non uſquequaque placent quædam de peccato originis, de prædeſtinatione Dei, & gratia Chriſti mediatoris: in quibus à D. Auguſtini doctrina, quam Eccleſia ſequitur, diſceſſiſſe videtur. Obiit Ultrajecti ad S. Joannem Bapt. Præpoſitus, anno 1543. & menſe eodem, quo Joannes Eckius. *Sic fere Molanus in ms. Bibliotheca ſacra.* Vide & Poſſevinum in Apparatu ſacro.

LXXVII. THOMAS à VILLA-NOVA, ſic dictus à patrio ſolo agri Toletani, ſumpta eremitarum Auguſtinianorum toga, maximus diſciplinæ regularis cuſtos ac promotor, ſuos inter ſodales, fuit. Eleëmoſynarii cognomentum meruit, ob ſingularem in egenos liberalitatem. Ex Caroli V. Imperatoris Eccleſiaſte facundiſſimo ( quod *Sermones* varii, ab ipſo Compluti typis editi, comprobant ) creatus Archiepiſcopus Valentinus, ad Superos 1555. tranſiit; à Paulo V. in Beatorum claſſem 1618. relatus. Quo anno eadem in urbe Valentina *Joannes Micon*, Dominicanus ſupra cap. 67. laudatus, ſumma & ipſe vitæ innocentia, in Domino exſpiravit. Villanovani ſodalis ſui vitam Hiſpano ſermone *Michaël Salon*, Doctor Th. Valentinus, memoriæ mandavit. Synopſin ejus *Nicaſius Baxius*, Auguſtinianus, 1622. Latine Antverpiæ publicavit. Diſcipulos reliquit Villanovanus plurimos, omni virtutum ac doctrinæ genere præſtantiſſimos; in his *Hieronymum Xaverium*, Indorum Apoſtolum, & *Alfonſum Oroſcum*, ſuo infra loco à nobis laudandum.

JACOBUS NACLANTUS, Florentinus, ex monacho Dominicano Epiſcopus Clodienſis, Synodo Tridentinæ interfuit, & *Medullam ſacræ Scripturæ*, à ſe multipliciter illuſtratæ, 1561. Venetiis publicavit: ubi & opera ejus omnia poſtmodum in fol. anno 1567. fuerunt excuſa. Antonium Senenſem in Bibliotheca Dominicana, ſi plura voles, conſule.

HENRICUS HELMESIUS, Germipolitanus, ord. Minorum Miniſter provincialis per Saxoniam, diu Eccleſiaſten Coloniæ in ſummo templo egit. Is *Homilias in omnes Epiſtolas & Evangelia, quæ per anni circulum leguntur, ex meris ſacræ Scripturæ ſtromatis pulchro artificio aptavit:* ut Sixtus Senenſis lib. 3. ſuæ Bibliothecæ loquitur. Exſtant iſtæ Homiliæ ſeu Sermones 1550. in fol. Coloniæ, 1557. Pariſiis, & 1575. Lugduni typis excuſi. Scripſit item *De verbo Dei* libros tres; de charitate libros quinque; de Spiritu ſancto; contra captivitatem Babylonicam Lutheri; de paſſione Chriſti; de Juſtificatione; & alia Coloniæ diverſis annis evulgata. Ejuſdem ordinis fuit *Simon Fontanus*, Senonenſis, Theologus Pariſienſis: cujus commentarius in Prophetiam *Ruth* anno 1560. Lutetiæ prodiit.

EVERARDUS BILLICHIUS, Colonienſis Carmelita, per Germaniam inferiorem Præfectus provincialis, Concilio Tridentino, item Ratiſponenſi colloquio & aliis ſæpe, magna nominis ſui fama, interfuit. Publicavit autem *Judicium Univerſitatis ſeu Academiæ Colonienſis*, adverſus calumnias Melanchthonis, Buceri, Oldendorpii & aſſeclarum, 1545. & 1549. eadem in urbe editum. Scripſit item librum De diſſidiis Eccleſiæ componendis, 1557. & 1560. ibidem

ibidem excuſum. Obiit demum Coepiſcopus, ut Molanus ipſum vocat, ſeu Suffraganeus Colonienſis. Eodem tempore in Germania floruit *Joannes Caſparus Ruthlandus*, Brettanus: qui Locos communes Theologicos, hodie controverſos, Auguſtæ Vindelicorum 1559. publicavit; poſt Antverpiæ 1560. & Pariſiis 1573. recuſos.

Michael Caranza, Hiſpanus, Carmelita, ex Priore Valentino Præfectus provincialis per Aragoniam, vitam S. Ildefonſi Epiſcopi Toletani; item Teſtimonia de virginitate B. Mariæ, cum ejuſdem Ildefonſi libello, anno 1556. Valentiæ in lucem protulit.

Jacobus Noguera, Decanus Viennenſis in Auſtria, Doctor Theologus, Ferdinando I. Imp. à ſacris, libros duos de Eccleſia Chriſti ab hæreticorum conciliabulis dignoſcenda, 1560. in fol. Dilingæ foras dedit. Eodem tempore claruit *Michaël Bucingerus*, Colmarienſis: cujus Hiſtoria eccleſiaſtica Moguntiæ & Lovanii 1560. prodiit. Ejuſdem commentationes de ſacro altaris myſterio, item de Eccleſia, & aliæ contra Lutherum, Coloniæ, Dilingæ & Antverpiæ fuerunt editæ.

Marcus Beneventanus, Cæleſtinus, adverſus Albertum Pighium ſcripſit Dialogos de Æquinoctiis, Romæ in 4. editos; item itineraria nonnulla: ut *Franciſcus Monachus*, Mechlinienſis Minorita, teſtatur in ſua Epiſtola De orbis ſitu, Antverpiæ 1565. excuſa: in qua etiam agit de ſitu Paradiſi.

Marcus Antonius Natta, Aſtenſis, Italus, Juriſconſultus, libros XV. de Deo 1560. Venetiis in fol. typis Manutianis edidit. Ejuſdem libri V. de animæ immortalitate; libri IX. de Principum doctrina, & liber ſingularis de humilitate, ibidem annis ſubſequentibus prodierunt. Exſtant & Dialogorum ejus libri ſeptem, de paſſione Domini, 1570. in Monte regali excuſi in folio. Eodem tempore floruit *Franciſcus Vargas*, Philippi II. Hiſp. Regis apud Pium IV. Legatus: cujus lucubrationem De juriſdictione Epiſcoporum, & auctoritate Papæ, Paulus Manutius 1563. in 4. ſuo prælo in lucem protulit. Nec omittendus hic videtur *Joannes Baptiſta Ateſtinus*, Decretorum Doctor: etſi ejus *Methodus* de his quæ Chriſti ſacerdotem neceſſario ſcire oportet, ſit vitioſe excuſa. Obiit ſenex & ſurdus 1558.

LXXVIII. Joannes Quintinus, Heduus ſeu Burgundus, ex ordine Hoſpitalario S. Joannis Hieroſolymitani, juris Doctor & ordinarius Canonum Lutetiæ Profeſſor, Synodum Gangrenſem Græce & Latine, Canones Apoſtolorum, & Tertulliani librum De præſcriptionibus hæreticorum, ſcholiis ac commentariis additis, Lutetiæ 1560. & 1561. evulgavit, Speculum item ſacerdotii, ad clericorum vitam dirigendam; Ariſtocratiam Chriſtianæ civitatis; Hiſtoriam & catalogum hæreticorum; Melitæ inſulæ deſcriptionem; Diſſertationem de ventis & nautica buxula, ventorum indice, aliaque non pauca partim Pariſiis, partim Lugduni publicavit. Alius ab iſto fuit *Joannes Quintinus*, Theologus: cujus Sermones Dominicales Ludovicus Vaſarius emendavit, & Lutetiæ edidit. Diverſus item ab iſtis fuit *Joannes Quintianus Stoa:* cujus Tragœdias ſacras de Chriſto Pariſienſes itidem in fol. excuderunt.

Petrus Gallandius, Ariæ apud Arteſios natus, Franciſco I. Galliarum Rege litteras præmiis & honoribus excitante, Boncurtianum gymnaſium Lutetiæ inſtauravit, eidemque multos annos ſumma cum laude præfuit. Regius Latinarum litterarum Profeſſor ſalutatus, & virtutis ergo Canonica dignitate in Mariana ejus urbis baſilica cathedrali auctus, liberales diſciplinas, in Gallia jacentes, politioris doctrinæ luce primos inter illuſtravit. Cui & hoc debet Gallia, quod plerique noſtri ævi litterarum heroës, quos inter familiam ducit *Adrianus Turnebus*, ut ipſe ingenue in adverſariorum libris confitetur (eſt enim ingenui agnoſcere per quem profeceris) ejus è ludo, tamquam ex equo Trojano, prodierunt. Collegas vero ſocioſque cathedræ regiæ Petrus in Græcis nactus eſt *Jacobum Tuſanum*, Gallum, & *Joannem Straſelium* Balliolanum, Flandrum: quorum hic primus pæne Græcas Lutetiam litteras, tamquam è fuga, obtorto collo revocavit, & cujus ſui civis Notas in aurea *Pythagoræ* carmina *Franciſcus Torius* evulgandas curavit. Cumque ea tempeſtate *Petrus Ramus*, ſeditioſus orator, diſciplinas turbaret, atque adeo non modo *M. Tullium*, *Fabium* & *Euclidem*, ſed & aureum illud doctrinæ flumen *Ariſtotelem*, in ſcholis ad hanc diem receptos, è manibus juventutis excutere, ut ſua incautis obtruderet, omni ſtudio niteretur; primus fere tamquam athleta ſeſe Gallandius objecit; habita, moxque typis edita bene longa ac diſerta Oratione. Hunc ſecuti *Antonius Goveanus* Luſitanus, *Joachimus Perionius*, ſupra cap: 75. laudatus, *Matthæus Boſſulus*, & qui ceteros acrimonia ac doctrina vicit, *Jacobus Carpentarius*, Philoſophus & Medicus; edito in *Alcinoum* de Platonis & Ariſtotelis conſenſione vaſto commentario: quo omnium de Theſſalo Oſſato (ſic enim Methodicum illum Ramum ex Galeno nominat) judicia collegit, cauſſamque ejus fortiter jugulavit. Scripſit item Gallandius Orationem alteram de Franciſci I. laudibus, veri ſtudiorum parentis. Cum Turnebo in Belgium aliquando profectus, Bibliothecas veteres

ſtudioſe excuſſit, eruitque non pauca; in his Cromaticos, alioſque ſcriptores veteres. Moritur anno fere 1559. ſenio laboribuſque confectus; relicto hærede ut doctrinæ ſic & muneris, *Guilielmo Gallandio*, fratris filio; cujus è gymnaſio *Daniel Augentius*, & *Matthæus Boſſulus* Pariſienſis, qui Valentiæ in Hiſpania dicendi gloria floruit, clari exſtiterunt.

Joannes Quinquarboreus, Auriliacenſis, Gallus, linguæ Hebraicæ & Chaldaicæ Profeſſor Regius Lutetiæ, Paraphraſin Chaldaicam in *Threnos & Ruth* tranſtulit; additiſque ſuis ſcholiis eadem in urbe 1549. publicavit. Idem *Jonathani Chaldæi* (qui paulo ante Chriſtum putatur vixiſſe) commentarios in *Oſee*, *Joëlem*, & *Amos* Latine reddidit, & Pariſiis 1565. evulgavit.

Roverus, al. Rolandus Pontanus, Carmelita Bruxellenſis, concionator facundus, vir Græce Latineque doctus, Narrationi rerum ſub Carolo V. geſtarum, à Joanne Sleidano magnam partem confictæ, oppoſuit ex commentariis Naucleri, Jovii, Fontani & aliorum, *Narrationem veram rerum ab anno* 1500. *uſque ad annum* 1559. *in Republica Chriſtiana memorabilium*, & Coloniæ anno eodem in fol publicavit.

Georgius Agricola, Hammonius, 1560. Ingolſtadii in 4. edidit Itinerarium B. Mariæ in Ægyptum. Alius ab iſto fuit *Georgius Agricola*, profeſſione Medicus; qui librum de bello Turcis inferendo 1538. Baſileæ in 4. publicavit.

Adamantius, eremita Auguſtinianus, Orator ſeptem Cantonum Helvetiorum catholicorum; *Andreas Dudithius*, Sbardellatus, tunc Epiſcopus Tininienſis, & totius Cleri Hungariæ Orator; *Angelus Ferrus* Venetus, Doctor Theologus; *Auguſtinus Loſcius*, Abbas Caſſinenſis; *Bartholomæus Baphius*, Lucinianenſis; *Carolus* Cardinalis à Lotharingia; *Didacus à Payva*, Luſitanus, Doctor Theologus; *Georgius Draſcovitius*, Epiſcopus Quinqueccleſienſis, Ferdinandi I. Imp. & Hungariæ Regis Orator; *Franciſcus Orantius*, Hiſpanus, ord. Minorum; *Franciſcus à Zamora*, Miniſter generalis ord. Minorum; *Franciſcus Vicedominus*, Ferrarienſis; *Galeatius Brugora*, Patricius Mediolanenſis & Regii fiſci patronus; *Gaſpar Ferrantius*, Sueſſanus, Theologus; *Gaſpar à Foſſo*, Archiepiſcopus Rheginus; *Gaſpar Cardilius*, Villapandeus, Th. Doctor; *Guido Faber*, Caroli IX. Galliarum Regis Orator; *Henricus à S. Hieronymo*, Luſitanus, Theologus; *Joannes Bapt. Burgæus*, Valentinus, Th. Doctor; *Joannes Strozius*, Coſmi Medicæi Florentiæ & Senarum Ducis Orator; *Ludovicus Joannes Viletanus*, Barcinonenſis; *Petrus Fontidonius*, Segobienſis, Petri Gonzalez Mendozæ Epiſcopi Salmanticenſis Theologus; *Petrus Marcutus* vel *Morcatus*, Epiſcopi Vicenſis Theologus; *Renaldus Ferrerius*, Præſes Pariſienſis, Caroli IX. Francorum Regis Orator; *Robertus Furnerius* Gallus, Doctor Theologus; *Seraphinus Cabalius*, Brixienſis, Doctor Theologus; *Thadæus Peruſinus*, Auguſtinianus; *Theodorus Maſius*, Mantuanus, Carmelita; & *Valentinus* Epiſcopus Premislienſis, Sigiſmundi Auguſti Poloniæ Regis Orator; anno milleſimo quingenteſimo ſexageſimo ſecundo *Orationes Latinas* in Concilio Tridentino habuerunt, quæ exſtant 1567. Lovanii in fol. editæ, cum aliis Orationibus Tridentinis.

LXXIX. Marianus Victorius, Italus, patria Reatinus, dignitate Epiſcopus Amerinus, impenſis Joannis Card. Moroni, opera *S. Hieronymi* ad fidem mss. codicum recenſuit; Romæ, Antverpiæ & Pariſiis excuſa. Commentarium ſuum de *Sacramento pœnitentiæ*, & de antiquis pœnitentiis, 1562. & 1566. Romæ typis Manutianis publicavit. Scripſit inſuper *de extrema Unctione*; item contra Lutherum *pro Papatu*, & Origines Italiæ. Ejuſdem *Inſtitutiones linguæ Æthiopicæ* ſub Julio III. in Urbe fuerunt editæ. Quod extremum argumentum cum laude ante biennium ſimiliter Romæ tractavit *Jacobus Wemmerus*, Carmelita Antverpianus; *Lexico Latino Æthiopico* ibidem 1638. edito, cum Inſtitutionibus Grammaticis ejuſdem linguæ.

Cyprianus Ciſtertienſis ord. monachus, *Phœnix Hiſpaniæ* dictus, in Nucalenſi apud Hiſpanos cœnobio adoleſcens vixit; poſt ſacras litteras magno auditorum concurſu Compluti interpretatus eſt. Siquidem ad Græcas ac Latinas litteras, quas raro felicique fretus ingenio brevi tempore perdidicerat, Hebraicas, itemque Chaldaicas præclare adjunxerat. Exſtant diſerti ejus in *Jobum*, *Iſaiam*, *Jeremiam*, *Naum*, *Ioannis* & *Matthæi Evangelia*, itemque in *Apocalypſin* commentarii; Compluti & Lovanii typis editi. Scripſit & in *Cantica Salomonis*; *Deque opificio mundi* libros tres. Ejuſdem *De ſymbolis Moſaicis* opus divinum, ſed nondum typis editum, à ſtudioſis avide exſpectatur. In medio enim vitæ curſu, magno ſui relicto deſiderio, Cyprianus anno 1560. ad plures abiit. Laudat hunc, & jure prædicat Alfonſus Matamorus, libro de aſſerenda Hiſpanorum eruditione.

Ludovicus Fidelis, civis & Canonicus Tornacenſis, Doctor Th. Pariſienſis, libros ſeptem *De mundi ſtructura* ſive de ſex dierum opificio; libros quattuor *De militia ſpirituali*, & librum ſingularem *De humana reſtauratione*, ſeu Incarnatione Domini, partim Lutetiæ, partim Antverpiæ publicavit. Obiit in patria anno milleſimo quingenteſimo ſexageſimo ſecundo; conditus in noſocomio, cui ut Canonicus Hoſpitalarius (ſic enim vulgo

vulgo vocant) eximia charitate ac liberalitate præfuerat. Eodem tempore vixit alter Doctor Theologus Parisiensis *Ioannes Belethus*: qui præter Sermones varios, 1553. Antverpiæ publicavit *Rationale Divinorum officiorum*; postea Dilingæ & Venetiis recusum.

Joannes Benedictus, Vratislaviensis & Cracoviensis Canonicus, librum De visionibus & revelationibus, tam naturalibus quam divinis, 1550. Moguntiæ publicavit. Alius ab isto fuit *Ioannes Benedictus*, *Parisiensis Theologus*, qui Biblia cum suis scholiis, & Concordantias Bibliorum 1562. Lutetiæ edidit. De posteriori hujus Benedicti scriptionibus quid sentiendum sit, Possevinus in Apparatu sacro, & alii te docebunt.

Reinardus Lutzius, Erythropolitanus, Germanus, scripsit Harmoniam historicam de Christo; Homilias per annum; Christianæ religionis methodum; commentarium in Job; & librum adversus eos, qui animas defunctorum usque ad extremum Judicii diem dormire asserunt. Quæ omnia Basileæ 1561. junctim in fol. fuerunt excusa.

LXXX. Hieronymus Seripandus, Trojæ, quod est Apuliæ opidum, ex equestri stirpe natus, Neapolim ad eremum Augustinianam familiæ Carbonaræ, ut vocant, 1507. se contulit; cum ante litteris humanioribus annos tres, severioribus duos summo cum fructu impendisset. Monasticis votis adstrictus (præeunte ac docente *Ægidio Viterbiensi*, quem supra cap. 39. laudavimus) philosophicas & sacras litteras, una cum virtute, serio excoluit. Illis studiis, ceu gradibus, ad supremam Ordinis sui dignitatem ascendit: quam & gnaviter sustinuit, si quis alius. Auspicanti primaria cura fuit pristinam religiosæ vitæ severitatem revocare; adversus Lutheri infamis Apostatæ insana dogmata suum & suorum stilum acuere; provincias denique sacras sui instituti in utraque India augere, novis lectissimorum virorum coloniis eo submissis. Anno 1547. œcumenico Concilio, quod Tridenti cœptum, ob luem grassantem, Bononiam migraverat, à *Paulo* III. assidere jussus est. A Carolo V. Imp. primum Aquilanus, post Salernitanus Antistes, demum à *Pio* IV. ad S. R. E. Senatum evectus, mirificam omnium bonorum congratulationem meruit. Non multo post ab eodem Pontifice Tridentum ad Synodum cum auctoritate Legati ac Præsidis missus, magnam illic gravissimorum negotiorum molem, summa cum laude omniumque gentium applausu, sustinuit: præseditque annis fere tribus. Vixit autem annos LXX. & Tridenti 1563. decessit, apud suos Neapoli sodales conditus, hoc brevi elogio addito: *Si quis honos tumuli; quantum Sol lampade lustrat terrarum, cælique tuum est Seripande sepulchrum.* Commentarios scripsit in omnes *D. Pauli*, & in septem Epistolas canonicas; item *Quæstiones* adversus hæreses hujus temporis; libros tres De hominis justificatione; Conciones varias, & alia partim Venetiis, partim Antverpiæ à Plantino excusa.

Hieronymus Niger, Fossaninus, à natali opido Italiæ Fossano sic nominatus, eremita Augustinianus, librum De Christo in Eucharistia adorando, & alterum contra Waldenses 1560. publicavit. Sub idem tempus vixit *Joannes Vacquerius*, Roiensis, Doctor Sorbonicus: cujus liber, De multiplici hæreticorum tentatione, 1561. Lutetiæ prodiit, una cum Sermone habito in baptismo duorum adolescentum Americanorum.

Adeodatus Senensis, Theologus Augustinianus, *Ægidius Marchesinus*, Dominicanus, sacrarum litterarum Bononiæ Lector; *Alfonsus Contreras*, Hispanus, Philippi II. Regis Catholici Theologus; *Antonius Demochares Monchiacensis*, Doctor Theologus Sorbonicus; *Brachius Martellus*, Florentinus, Episcopus Fæsularum; *Christophorus Sanctotisius*, Burgensis, Hispanus; *Cosmas Palma Fonteius*, Dertusanus, Doctor Theologus; *Franciscus Bekarius*, Peguilio, Episcopus Metensis; *Franciscus Richardotus*, Episc. Atrebatensis; *Gaspar Cardillus*, Villalpandeus; *Hieronymus Ragazzonus*, Venetus, Episcopus Nazianzenus, & coadiutor Famaugustanus in Cypro insula; *Hieronymus* Cortonensis Episcopus; *Joannes à Ludegna*, Doctor Theologus Dominicanus; *Joannes* Card. *Moronus*, primus Præsidens & Legatus Concilii Tridentini; *Lucretius Tiraboscus*, Asulanus, Patriarchæ Veneti Theologus; *Ioannes Viletanus*, Theologus Barcinonensis; *Marcus Antonius Bobba*, Episcopus Augustensis, Emanuelis Philiberti Sabaudiæ Ducis Orator; *Martinus Rojas*, Magistri Equitum Melitensium Orator; & *Michaël Oronsuspeus*, Navarrus, Olitensis, Didaci Ramirez Pompelonensis Episcopi Theologus, anno millesimo quingentesimo sexagesimo tertio Orationes in Concilio Tridentino habuerunt, quæ exstant in volumine Orationum Tridentinarum 1567. Lovanii edito.

Julius Sirenius, Brixianus, monachus ordinis S. Hieronymi, Doctor Theologus, scripsit libros novem *de Fato*; Venetiis in fol. 1563. & 1573. editos; item commentarium *De unitate naturæ Angelicæ*, 1578. in 4. Bononiæ excusum.

Joannes Maria Verratus, Ferrariensis, Carmelita, nobilis Italica lingua concionator, suas *Disputationes adversus Lutheranos* 1538. Bononiæ in 8. publicavit. Ejusdem commentarii de plerisque religionis nostræ capitibus, & *Sermones* tomis sex comprehensi, Venetiis 1551. 1573. & alibi in 8. prodierunt. Obiit anno 1563.

Hieronymus Cardanus, subtilis admodum Philosophus, primum Mediolani, postea Romæ Medicinam facitavit. Præter alia huc non pertinentia, scripsit *de Deo & universo*; *de Christo*;

*Chriſto*; *de Angelis ſeu Intelligentiis*; *de dæmonibus*; *de animarum immortalitate*; *deque utilitate ex adverſis capienda.* Quæ omnia partim Lugduni, partim Baſileæ, Noribergæ & alibi fuerunt excuſa. De iis quid ſentiendum, à Poſſevino & aliis doceberis.

LXXXI. JOANNES HOSMEISTERUS, Suevus, eremitarum Auguſtinianorum per utramque Germaniam Vicarius generalis, hortante *Hieronymo Seripando*, ſupremo ejuſdem ordinis Præfecto, ſtilum acriter in Lutherum, ejuſque aſſeclas ſtrinxit. Præter *Fraudes hæreticorum veterum* à ſe detectas, edidit *Floſculos Proteſtantium inter ſe pugnantes*, & libros duos *Dialogorum*, in quibus Catholicorum dogmata verbis & ſententiis Lutheranorum roborantur. Scripſit item commentarios in *Tobiam*, *Marcum*, *Lucam*, *Matthæum*, *Apocalypſin*, *Acta Apoſtolorum*; in epiſtolas ad *Corinthios* & *Philippenſes*. *Locos* item *communes*, & *Canones* ſive Claves ſacræ Scripturæ, aliaque publicavit; Ingolſtadii, Friburgi Heluetiorum, Coloniæ, Antverpiæ & Pariſiis ſæpius recuſa.

CONRADUS BRUNUS, in pago *Kirchen* ad Neccarum fl. natus, Juriſconſultus, qui in publicis Imperii conventibus Auguſtæ, Spiræ, Vormatiæ & Ratiſponæ habitis emicuit, libros ſex de *Ceremoniis*, totidem de *Hæreticis*, & alios totidem de *Seditioſis*; libros quinque de *Legationibus*, & unum de *Imaginibus*, conſcripſit: qui junctim in fol. Moguntiæ fuerunt editi. Ejuſdem liber adverſus *Centurias Magdeburgenſes* 1561. Dilingæ prodiit. Demum anno milleſimo quingenteſimo ſexageſimo tertio obiit Canonicus Auguſtæ Vindelicorum.

CONRADUS CLINGIUS, Germanus, Minorita, Guardianus Erfordienſis, præter *Catechiſmum* libris quattuor comprehenſum, ſcripſit *Locos Theologicos*, Coloniæ & Pariſiis editos. Libros item duos de ſecuritate conſcientiæ contra librum Imperii, *Interim* nuncupatum 1563. Coloniæ in fol. publicavit: ſed de Juſtificatione caute legendus eſt. *Sic fere Molanus in ſuis mſs. Bibliotheca ſacra.*

JOANNES HEIDENUS, Flander, Dunenſis, urbem ſanctam Hieruſalem Latine deſcripſit fuſius, quam Germanice eam deſcripſerat Adamus Reiſnerus, Francofurti 1563. in folio. Quædam tamen in eo opere improbo. *Ita Molanus in Bibliotheca citata.* Eodem anno 1563. obiit *Jacobus Minghinus*, Juriſconſultus, qui SS. Epiſcoporum Ravennatum vitas carmine expreſſit.

STANISLAUS ORICHOVIUS, Roxolanus, Sarmata, poſtquam ad caſtra Eccleſiæ orthodoxæ rediit, *Confeſſionem* fidei catholicæ, *Orationem* pro dignitate ſacerdotali 1563. Coloniæ publicavit. Scripſit item *Chimæram* de Stancari ſecta regno Poloniæ funeſta; cum præfatione ad Patres Concilii Tridentini, à Colonienſibus eodem anno editam.

PETRUS JUSTINIANUS, patritius Venetus, Hiſtoriam rerum Venetarum, libris XIII. à ſe explicatam, 1560. 1572. 1576. ibidem edidit. Eodem tempore vixit *Hieronymus Comes*, Alexandrinus, Inſuber, qui ad poſteros tranſmiſit commentarium De bello Turcarum adverſus Melitenſes geſto; Noribergæ cum libro Joannis Quintini Hedui 1566. publicatum. Tertius his accedat *Philippus Fantonius*, qui librum ſuum De ratione reducendi annum ad legitimam formam ac numerum, deque aliis rebus eo pertinentibus, 1560. in 8. Florentiæ foras dedit.

GUILIELMUS DE FONTE-NAIO, Bituricenſis, ſcripſit librum *Exemplorum de rebus humanis*, 1555. Baſileæ editum, cum aliis ejuſdem argumenti ſcriptoribus. Ex eadem Francorum natione fuit *Robertus Arneſius*, Normanuillanus; qui ſuam commentationem De juſtitia divina & humana 1560. in 4. Lutetiæ publici juris fecit.

LXXXII. JACOBUS SIMANCAS, ſeu Septimanticenſis, cognomen iſtud induit ab opido natali, quod *Simanca* populariter appellatur. Jus civile & canonicum annos aliquot Salmanticæ profeſſus, poſt in Valliſoletano prætorio Senator Regius, ſuas *Inſtitutiones catholicas adverſus hæreſes* 1552. Valliſoleti in 8. edidit, Romæ tertium poſtea recuſas. Pacenſia Epiſcopus exinde creatus, eleganti ſtilo ſcripſit *Collectanea de Republica adminiſtranda*; *Enchiridion Iudicum violatæ religionis*; librum *de dignitate Epiſcopali*, & alterum *de rebus criminalibus*. Quæ & alia partim Plantinus, partim Veneti ac Romani excuderunt.

PETRI SOTI, Hiſpani, dotes duæ potiſſimum fuerunt; altera in bonorum fortunæ deſpicientia, altera in animi celſitudine poſita. Rebus namque ſæculi valere juſſis, cum ſe Dominicanis ſodalibus adjunxiſſet, & Carolo V. Imp. à ſacris jam eſſet confeſſionibus, religionis avitæ peſſum in Germania euntis, ac juventutis Germanicæ vicem dolens, à Carolo in Belgica commorante miſſionem petiit, atque una cum *Martino Olavio*, poſt Soc. Jesu ſacerdote, ſupra cap. 68. laudato, eo conſilio in Germaniam ipſam ſe contulit, ut Lutheranorum furori murum pro domo Dei ſeſe vitamque objiceret. Commodum tunc *Otho Truchſius*, Card. & Antiſtes Auguſtanus, in eandem curam cogitationemque ingreſſus, *Dilingæ*, diœceſis ſuæ opido, gymnaſium inſtituendis pie adoleſcentibus incoharat. Huic Sotum & Olavium, magno inventutis bono, præfecit, aluitque liberaliter. Sotus porro non voce tantum, ſed & ſcriptis prodeſſe volens, Fidei noſtræ dogmata, adverſus Brentium ceteroſque Wittebergenſis ſcholæ miniſtros acerrime propugnavit: Parochis adhæc optima vitæ præcepta ac conſilia reliquit. Poſt in Hiſpaniam reverſus, indeque Tridentum ad Synodum miſſus, ibidem vita 1563. exceſſit. De *Dominico Soto* egi tomo 1. Bibliothecæ eccleſiaſticæ cap. 548.

Gaſpar

Gaspar Casalius, Lusitanus, Episcopus Leriensis, libros tres De justitia quadripartita conscripsit, Venetiis 1563. in fol. editos. Eodem anno *Franciscus Vargas* librum De Episcoporum jurisdictione & Pontificis Maximi auctoritate Romæ publicavit. Eodem tempore floruit *Gaspar Villalpandus*, Doctor Theologus Complutensis, patria Segobiensis: qui Tridentinæ Synodo interfuit; ediditque Controversias fidei adversus hæreticos, & Orationes duas Tridenti habitas; præter commentarios in Aristotelem, & Porphyrium.

Joannes Michael, Doctor Th. Parisiensis, Canonicus & Pastor Constantiensis, fere nonagenarius *De officio Pastoris* librum conscripsit, Parisiis 1564. in 8. editum, hoc titulo, *Zelus Dei & canis pecuarius*. Scripsit quoque *Anatomen corporis politici* (sive De institutione ecclesiastica & civili, ex corporis humani comparatione) Parisiis similiter 1564. excusam. Alius ab isto fuit *Joannes Michael Pius*, Bononiensis, Dominicanus, qui sub annum 1617. duo volumina De viris illustribus ord. Prædicatorum in folio ibidem publicavit.

Thomas Elisius, Neapolitanus, ord. Prædicatorum, 1570. floruit. Scripsitque Clypeum piorum adversus hæreses, 1563. in 4. Venetiis editum; item Christianæ religionis arcana, 1569. ibidem in 4. excusa. Ejusdem ordinis fuit *Guilielmus Hamerus*, Novesii ad Rhenum in diœcesi Colonensi natus: cujus commentarius in Genesin 1564. in folio prodiit.

Matthias Aquensis, cognomento Cremirius, S. Theologiæ Licentiatus, *Assertionem* miscellaneam Catholicæ religionis 1542. & 1556. in 4. Coloniæ edendam curavit: obiitque anno millesimo quingentesimo sexagesimo quarto. Eodem anno *Petrus Wellius*, Jurisconsultus, suum librum *de Usuris* eadem in urbe publicavit.

Joannes Grodecius, Polonus, Decanus Glogovienſis, cum Romæ ageret, à Stanislao Hosio, suæ nationis Cardinale, accepit Græcum exemplar manuscriptum *Catecheseon Cyrilli Episcopi Hierosolymitani*. Quas quidem Catecheses ex Græco Latinas fecit, anno 1563. Tridenti agens, durante Concilio œcumenico; & Plantinianis typis 1564. in 8. publicavit, sed Latine tantum; ob vitiosi forte ms. exemplaris defectum. Meliores postea codices ex Vaticana & aliis Bibliothecis nactus *Joannes Prevotius*, Burdigalensis, plurimas lacunas supplevit, menda correxit, & Cyrilli ejusdem Catecheses omnes, quotquot reperiri potuerunt, Græco-Latinas Lutetiæ 1608. in 4. edidit, cum Latina Grodecii interpretatione, multis in locis aucta & emendata.

Julius Pflugus, vir nobili genere in Misnia natus, Episcopus Naumburgensis, *Institutionem hominis Christiani* 1562. Coloniæ publicavit. Ejusdem liber *de Republica Germania seu Imperio constituendo*, 1563. Antverpiæ fuit excusus. Obiit anno millesimo quingentesimo sexagesimo quarto. De his judicium Possevini & aliorum vide.

Antonius Cordubensis, ex ordine Minorum, suis Compluti diu cum laude præfuit. Vulgata est illius in *Regulam S. Francisci* copiosa & quæstionibus partita Elucidatio. Nec ignotæ sunt Annotationes, quas Compendio privilegiorum sui ordinis, & aliorum Mendicantium attexuit. Præcipue excultum viri ingenium probat liber quadraginta & una quæstionibus absolutus, quo de *Indulgentiis* scholastice egit, Ingolstadii recusus, post Hispanicam editionem. Scripsit & *de Famæ restitutione in detractionibus*, floruitque sub annum 1560.

LXXXIII. Marcus Hieronymus Vida, Cremonensis, summi ingenii vir summæque doctrinæ; poetarum scholæ Christianæ facile princeps, heroico spiritu Maronem feliciter æmulatus fuit: quod satis ipse testatum fecit illo insigni *Christiados* opere, nunquam satis laudato. Soluta quoque oratione pollens, reliquit duos *De optimo Reipublicæ statu* dialogos, in quibus Reginaldum Card. Polum loquentem inducit: ut utro dicendi charactere magis excelluerit, ambiguum fit. Quod paucis nostra memoria contigisse memini; in his fortasse *M. Antonio Mureto*, & *Petro Angelio Bargæo*. Ciceronis carmina irridere noster Vida certe non erubuit, in Satyra Juvenalis ac Martialis. De arte quidem poetica post Stagiritam & Flaccum multa divinitus observavit. Inventionis & dispositionis tamen artificium (quo in Christiados libris usus omnibus æqualibus facile antecellit) scripto non prodidit; sive quia priores tres illos de poetica libros dedit, sive potius studio id texit, ingenioso Lectori observandum relinquens. Ex Canonico regulari, Congregationis Lateranensis, Episcopus Albæ Ligusticæ creatus, meriti ergo & virtutis doctrinæque singularis, Concilio Tridentino interfuit.

Paulus Manutius, Venetiis M. D. XII. natus, *Aldo* parente docto doctior filius, non accurata modo Latinæ linguæ cognitione instructus fuit, sed & imitationem Ciceronis potissimum, ut eloquentiæ principis, adhibuit. Cumque è M. Tullii Oratore didicisset, vertendo, commentando, stilumque exercendo parari & augeri bene dicendi facultatem, sapientiamque eloquentiæ esse conjungendam, ita se comparavit, ut parata è ceteris antiquis scriptoribus rerum cognitione, ad *Ciceronem* illustrandum totum se converterit; ut legi melius atque intelligi deinceps posset. *Epistolas* igitur atque *Orationes* illius commentarius illustravit, doctis sane & laboriosis; tum vero accuratissime eas, quæ *ad Familiares & ad*

*Pomponium Atticum* lunt ſcriptæ: ut cum parente filium adornaſſe Ciceronem totum videas, præterea neminem. Et certe propria ea Manutianæ familiæ laus eſt, neminem unum plura in Oratorum principe aut præſtitiſſe aut accuratius adnotaſſe. Romam ergo Venetiis à Paulo IV. Pontifice, ut ſacros atque eccleſiaſticos libros pari cum profanis aut majore diligentia evulgaret, libenter paruit: ſed Paulo exſtincto Venetias rediit. Hic in priſtinis laboribus, tametſi præmia deficerent, conſtanter perſtitit, homo ſtudiis in primis addictus; adeo quidem ut contracta macie ac pallore, oculorumque dolore, lucubrando olei plus quam vini (quod de Athenienſi Oratore olim jactatum) conſumpſiſſe videatur. In epiſtolis ſcribendis, atque adeo Latino ſermone ſic regnat, ut ad veterum gloriam propius acceſſiſſe credatur nemo. Senex admodum & exhauſtus, ſeptuagenario major, Romæ (quo eum Pius IV. revocarat) vita functus eſt, condituſque in æde ſacra Deiparæ Virginis ſupra Minervam; nullo tamen, quod miror, addito titulo ab Aldo filio.

Franciscus Craneveldius, Noviomagus, Gelrus, V. N. & primi nominis Juriſconſultus, puer Lovanii in gymnaſio Lilienſi *Joannem Deſpauterium* audivit, eique familiaris admodum vixit. Poſt I. V. Doctor Lovanii 1509. renuntiatus, Reipublicæ primum Brugenſis Orator (Penſionarium hodie nominant) ac dein magni Concilii Belgici apud Mechlinienſes Senator electus eſt. Sexagenario major, Græcas litteras nec erubuit Conſiliarius, nec deſperavit ſenex, ſero licet, ſerio tamen ac citra ullum præceptoris adminiculum, diſcere, M. Catonis Cenſorii exemplo: adeo ut Latina de Græcis faceret, & litteras etiam Græce ſcriptas ad amicos mitteret. *Procopii libros ſex de ædificiis Imp. Juſtiniani*; item *Baſilii Magni homiliam* De utilitate capienda ex gentilium auctorum libris, & alias aliquot Latine à ſe redditas Lovanii 1534. 1535. & Pariſiis evulgavit. Præfatus etiam eſt in libros, De veritate fidei Chriſtianæ, Joannis Ludovici Vivis: quo familiariter, ut & Deſ. Eraſmo, Thoma Moro, Petro Nannio, Adriano Barlando uſus fuit. Obiit Mechliniæ 1564. ipſo die S. Franciſci, quem, quoad vixit, religioſe coluit. Filium reliquit *Judocum* Gelriæ Conſiliarium.

Adrianus Turnebus, Andeliæ (Rotomagenſis agri opidulum eſt) natus, Petri Gallandii diſcipulus, Toloſa, ubi profitebatur, Lutetiam evocatus, *Jacobo Tuſano* vita functo in eloquentiæ cathedra Regia ſucceſſit. Vir ſane doctiſſimus; quod ejus Adverſaria in primis teſtantur: in quibus plurimi Græcorum ac Latinorum Scriptorum difficiles loci emendantur & explicantur. Vixit annos tres & quinquaginta, in cœmeterio Scholaſticorum, juxta Silvii collegæ ſui cineres, nulla funebri pompa (ſic enim juſſerat) anno 1565. ſepultus. Moriens inter alios N. filium reliquit, quem Lutetia Senatorem Regium poſtea vidit.

Dionysius Lambinus, Monſtrolii ad Oceanum in Picardia natus, multis annis in Italia vixit, in familia Franciſci Card. Turnonii. Inde reverſus, optimos quoſque Græcæ ac Latinæ linguæ auctores, ut Regius Lutetiæ Profeſſor, explanavit: obiitque ſex & quinquaginta annos natus, relicto filio doctrinæ herede, qui poſtumorum patris operum editionem procuravit.

Petrus Bulengerus, Trecenſis, cum Joanne Aurato, *Jacobum Tuſanum* in eloquentiæ ſtudiis præceptorem habuit. Et ut erat Græce Latineque doctiſſimus, Julioduni civium aliorumque liberis erudiendis felicem operam impendit, & in eo opere conſenuit. *Hiſtoriam Gallicam* à primis regni exordiis ad noſtra fere tempora deduxit; & libros octo *Inſtitutionum Chriſtianarum*, Franciſco Valeſio dicatos, 1561. Lutetiæ edidit. Exſtat & commentarius ejus in *Apocalipſin*, 1589. ibidem excuſus. Filium reliquit *Julium Cæſarem*, infra laudandum.

LXXXIV. Bernardinus Gomesius, Canonicus primum Valentinus, poſt Saguntinus, demum Epiſcopus Albaracenſis apud Aragonios, ut erat Ciceronianæ dictionis amans, libros quinque eleganter *de Sale* ſcripſit, & Philippo II. Regi Catholico inſcripſit. In quibus de Salibus ſeu Jocis, item de Adagiis, atque adeo de Sale evangelico egregie diſſeruit, ad illud, *Vos eſtis ſal terræ*. Ut jam mirari deſinam laudatam à Phavorino Quartanam, ab aliis Muſcam: cum hic adeo diſertus ſit & copioſus in re ſterili ac jejuna. Nimirum ingenium, ubi intenderis, valet. Compoſuit etiam, nondum viſo Juſti Lipſii libro, *de Conſtantia* libros tres. Vitam denique Jacobi I. Aragonum Regis, Hiſpane dumtaxat ad eam diem loquentem, Latina donavit civitate.

Cosmas Damianus Hortolanus, Perpiniani natus, Abbas Villæ-Bertrandi, Tridentum à Philippo II. Rege Catholico miſſus, ſummam ibi in dicenda ſententia, fideique capitibus definiendis, doctrinam oſtendit. Domum reverſus, ſenex admodum Deo animam reddidit, anno milleſimo quingenteſimo ſexageſimo ſexto. Ejus doctrinæ ſpecimen eſt Paraphraſis & commentarius quinque librorum in *Cantica*: quibus præmittitur *Iſagoge* totius Scripturæ ſacræ ordinem ac rationem complectens.

Nicasius Ellebodius, Casleti in Flandria occidua (quod Antonino in Itinerario eſt Caſtellum Morinorum) natus, apud Italos & Pannonios doctrinæ gloria floruit. Vixitque dia-

diu in contubernio Antonij Card. Granuellani; cui & *Nemeſium de natura hominis*, à ſe Latinum factum (ut erat Græce doctiſſimus) anno 1565. inſcripſit, veroque parenti partum illum vindicavit, falſo ad eum diem Nyſeno Gregorio, cujus alius de homine libellus exſtat, ſuppoſitum. Poſt *Joanni Vincentio Pinello*, Liguri nobiliſſimo juxta ac doctiſſimo, adhæſit, eoſque in philoſophicis ac medicis ſtudiis progreſſus fecit, ut ab Italicis etiam Medicis, in his *Melchiore Guilandino*, *à Paulo* item *Manutio*, *Dionyſio Lambino*, aliiſque per Europam viris eruditis apprime laudaretur. Doctoris laurea à Patavinorum Medicorum collegio, mirifico omnium conſenſu, donatus, in Hungariam ſe contulit; & Poſſonii, quod opidum eſt Danubio adſitum, Canonicus, inſignem Bibliothecam inſtruxit; ibidemque in re lauta annos aliquot civibus longe gratiſſimus vixit, atque iiſdem complorantibus demum exſpiravit.

Guilielmus Eisengrenius, civis & Canonicus Spirenſis, ſcripſit Catalogum Chriſtianæ veritatis 1565. Dilingæ; Centuriam primam Ingolſtadii 1566. & Centuriam ſecundam Monachii 1568. editam. Chronologiam urbis Spirenſis uſque ad annum 1563. deduxit, & Dilingæ 1564. publicavit.

Georgius Ederus, Jureconſultus Friſingenſis, Maximiliani II. Imp. Conſiliarius, *Oeconomiam Bibliorum* libris quinque, & *Partitiones Catechiſmi Concilii Tridentini*, Coloniæ 1568. publicavit. Catalogum item Virorum illuſtrium Academiæ Viennenſis ab anno 1237. uſque ad annum 1559. deduxit. Malleum inſuper & Mataeologiam hæreticorum Ingolſtadii in publicum protulit.

Gabriel Prateolus, Marceſſius, Doctor Theologus Pariſienſis, claruit Peronæ in Picardia. Scripſit librum *De vitis, ſectis, & dogmatibus hæreticorum*, Coloniæ 1569. 1581. in fol. editum. Calamitatum noſtri temporis deplorationem libris quinque complexus eſt: quibus docet, quidquid patimur, id noſtra peccata mereri. Epiſtolas item novi Teſtamenti in libros quattuor digeſſit, & Catechiſmum Petri Caniſii Annotationibus illuſtravit.

LXXXV. Ludovicus Blosius, nobili Bloſiorum ſtemmate apud Hannonios natus, ab ingenua educatione, & Nic. Clenardi inſtitutione, bonas artes ternaſque linguas eruditas imbibit. Adoleſcens in Caroli V. Imp. aulam, ut nobilium mos eſt, à parentibus miſſus, illud poetæ veteris neſcio cujus animo agitans, *Exeat aula qui volet eſſe pius*, in Lætienſe vetus Hannoniæ monaſterium Benedictinorum ſponte abſceſſit. Lovanii ſtudiorum gratia agens, ſacras ut litteras hauriret, virtutis nomine, abſens Ægidii Gippi Abbatis decrepiti Vicarius, communi ſodalium ſuffragio, & Romano Pontifice approbante, ætatis anno ſecundo & viceſimo deligitur. Biennio poſt demortui locum excipiens, collapſam apud ſuos veterem diſciplinam inſtaurare, ac revocare animum induxit. Quo factum eſt, ut ſuis monachis decreta, Pauli III. Pont. Maximi diplomate firmata, proponeret: eſtque hodie Belgica inter cœnobia Lætienſe nulli ſecundum, cum ob diſciplinæ monaſticæ obſervantiam, tum ob bibliothecæ veteris, ac potiſſimum ſacrarum reliquiarum cuſtodiam. Ceterum Bloſius uſus B. Ignatii Lojolæ, in ipſis Societatis initiis, per litteras familiaritate, eundem in pietatis negotiis idemtidem conſuluit: & ab omni ambitione longe remotus Cameracenſem Archiepiſcopatum, ab eodem Carolo Cæſare, cui ab Eleemoſynis olim fuerat, oblatum, conſtanter repudiavit. Apud ſuos itaque deliteſcere maluit, ratus, quod res eſt, verum eſſe illud Philoſophi, à Plutarcho ſingulari commentario celebratum, *Latens vive*; *Nec vixit male*, *qui vivus morienſque fefellit*. Vitam igitur, ex Varroniano præcepto, legendo ac ſcribendo procudens, Baſilii, Caſſiani, Bernardi, aliorumque veterum, de Belgis vero Thomæ Kempenſis, Joannis Rusbrochii, Gerardi Sutfanii, & id genus piorum hominum exemplo, ſcripſit *Aſcetica*, quibus nihil ad homines à cura mortalium rerum abducendos, atque ad cæleſtis patriæ amorem inflammandos, inveniri poteſt ardentius. Ex beati quoque Auguſtini in Pſalmos commentariis *Pſychagogiam* concinnavit: quæ omnia *Jacobus Frojus*, diſcipulus ejus, & poſt Abbas Haſnonienſis, commodo publico à ſe collecta, luce donavit; pleraque etiam vernacule reddidit. Atque his quidem pietatis, mentiſque in Deum exercitationibus Bloſius ſic orbem implevit, ut & *Carolus V.* Imp. eas in ſinu, non ſecus atque Alexander ille Magnus in narthecio Homeri Iliadem geſtarit, atque in ſolitudinem ad D. Juſti cœnobium, abdicato Imperio, ſponte ſe abducens, aſſidue lectitarit. Cujus veſtigiis pientiſſimus inſiſtens filius *Philippus*, morti & ipſe vicinus, filiæ *Iſabellæ Claræ Eugeniæ*, Belgarum poſtea Principi, familiares hoſce libellos, ſibi auſcultanti, quotidie legendos commiſit. Ceterum innocentiſſimæ vitæ Bloſius, annos natus undeſexaginta, in beatorum ſedes 1566. commigravit.

Georgius Buſtus, Vercellenſis, Italus, ord. Prædicatorum Doctor Theologus celebris, ſcripſit *Quæſtiones naturales*; item *Philoſophiæ divinæ*, & alias, Venetiis 1580. editas: de quibus vide judicium Antonii Senenſis in Bibliotheca Dominicanorum.

Franciscus Zamora, Hiſpanus, ordinis Minorum Miniſter generalis, in ſingulos verſus Pſalmi quinquageſimi ſingulas ſcripſit *Homilias*; & minora ſancti Bonaventuræ opuſcula,

à se emendata, Venetiis 1564. in fol. publicavit. Visitandis provinciis, pro muneris ratione occupatus, ex humanis sublatus est anno millesimo quingentesimo sexagesimo quinto. Ejusdem instituti fuit *Philippus Dias*, Lusitanus; qui operibus multis familiam Seraphicam decoravit, eaque in sex tomos divisit. Sunt autem *Homilia* de Tempore ac Sanctis tergeminæ. Exstat & ejus *Summa Prædicantium*, Lugduni excusa.

Laurentius Villa-Vincentius, Xerezanus, Hispanus, eremita Augustinianus, Doctor Theol. Lovanii anno 1558. creatus, vir stirpe & eruditione nobilis, vixit magnam partem Brugis Flandrorum, gentis ibidem suæ celebris & facundus Ecclesiastes. Vicarius seu Commissarius deinde ordinis sui in Belgio generalis fuit: donec sub initium tumultuum Belgicorum in Hispaniam secessit; Regiis ibidem consiliis intimis frequenter adhibitus. Scripsit & edidit in Belgio *De recte formando studio Theologico* libros quattuor; *De formandis sacris concionibus* libros tres; *Phrases sacræ Scripturæ; De œconomia sacra circa pauperum curam*; & *Conciones varias*. Vide supra cap. 49.

Nicolaus Villagagnonus, cognomento Durandus, Gallus, Eques Melitensis, rebus maritimis in Brittannia Aremorica præfectus, scripsit De Eucharistia adversus articulos Calvinianos; De consecratione mystici Sacramenti, deque duplici Christi oblatione, adversus Vannium; De Judaici paschatis implemento, adversus Calvinologos; De poculo sanguinis Christi, & introitu in sancta sanctorum, adversus Bezam; De Africana seu Argerienſi Caroli V. expeditione; Deque bello Melitensi. Quæ omnia partim Lutetiæ 1553. 1569. partim Venetiis 1565. partim Coloniæ & alibi fuerunt excusa. Idem argumentum contra Sacramentarios, eodem tempore, & in ipsa Gallia tractavit *Jacobus Faber Molinensis*, Theologus Doctor: qui Hyperaspisten de sacrificio Missæ, contra hæreticos, 1563. Lutetiæ publicavit; quique ex professo duos alios libros, contra Calvinum & Pellicanum, de Eucharistia ac Missa conscripsit; 1564. 1565. ibidem editos. Alius porro ab isto fuit *Iacobus Faber Stapulensis*, supra cap. 30. memoratus. Ceterum anno 1553. Marcus Antonius Georgius (ne suis partibus Itali deessent) *Antonii Puccii Cardinalis Homilias* XIV. de corporis & sanguinis sacrificio, deque sacrorum verborum declaratione, Romæ in fol. edendas curavit.

LXXXVI. Iacobus Lainius, Almazani in Castella natus, primis litteris Seguntiæ & Soriæ, philosophicis Compluti & Lutetiæ operam dedit. Quibus studiis absolutis, maxima animi contentione ad res sacras hauriendas se contulit: quas & totas imbibit. Trium ex ordine Pontificum, Pauli III. Julii III. & Pii IV. in Concilio Tridentino Theologus, congregatos ibidem Patres sic voce perorans detinuit, sic rationibus disputans inflexit, ut omnes ab ore unius fere penderent. Societati Jesu universæ, post Ignatium Lojolam, præesse compulsus, ne toti, quod agebatur, Ecclesiæ præsideret, è sacro conclavi profugit. Romam Tridento redux, viribus, non animo fractus, anno salutis 1566. ætatis 53. ad meliorem vitam transiit. De scriptis ejus, præter Franciscum Sacchinum, Petrus Ribadeneira in Catalogo consuli poterit, itemque in libro quem de ejus vita Hispanice conscripsit, quemque Andreas Schottus Latine reddidit.

Joannes Hesselius, civis & Doctor Theologus Lovanienſis, si non majore, pari certe doctrinæ gloria *Ioannem Hasselium*, supra cap. 63. laudatum, subsequitur. Is prima ætate Atrebatensis in patria Academia gymnasii alumnus philosophicis ac Theologicis rebus operam sedulam impendit. Inde ad Parcensem Præmonstratensium ad muros Lovanienses Abbatiam evocatus, annos ipsos octo sodales ejus loci Theologicis imbuit. Doctor renuntiatus, minori Theologorum collegio, recens Lovanii tum excitato, primus Præses datur. Vir perspicacissimi & divini propemodum ingenii, qui *Martino Rithovio* ad Episcopatum Iprensem evecto suffectus, Professor regius libros Sententiarum Petri Lombardi multos annos, magno discipulorum concursu, explanavit. Ad Tridentinam Synodum, quo quidquid floris Christiana habuit Respublica constat convenisse, & ipse, *Hasselio* extincto, missus, præclaram Ecclesiæ operam navavit, finemque spectavit. Concilio dimisso, domum reversus, non voce tantum, sed & scriptis adversus hæreses eo zelo pugnavit, ut neglecta valetudinis ratione nullam vigiliis requietem daret. Quo factum, ut gravibus sæpe calculi doloribus, & apoplectico demum correptus malo, anno ætatis quarto & quadragesimo extinctus sit: hac tamen parte fortunatus, quod ut olim ex Isocratis schola optimi quique Oratores, sic ex ejus auditorio præstantissimi Theologi prodierint. Conditus est 1566. in ambitu chori seu odei, ad D. Petri, juxta sacrarium Eucharistiæ; cujus Sacramenti vehemens, dum vixit, adsertor enituit: ut libri ab eo ad posteros transmissi (quos Valerius in sua Bibliotheca Belgica enumerat) plus satis testantur.

Joannes Hentenius, Nechlinienſis (non Mechlinienſis, ut quidam scribunt; patria enim illi fuit Nechlinia sive Nalina, diœcesis Leodicensis vicus, prope Tudinium) ordinis primum S. Hieronymi in Lusitania, post S. Dominici monachus Lovanii, Doctorque Theologus ibidem 1551. renuntiatus, sacras publice, privatimque apud suos litteras expla-

explanavit, & singulari vitæ morumque exemplo præfuit. Vertit è Græco, qua lingua in primis excelluit, *Euthymium Zigabenum* in IV. Evangelia. Subjecit eidem *Refutationem libelli De legali Christi sacerdotio*; Lovanii 1543. Parisiis & alibi editam. Latine insuper reddidit *Oecumenium in Acta Apostolorum, D. Paulum, & Epistolas canonicas*; Lovanii in folio, & Parisiis in 8. evulgatum. *Aretham* item *in Apocalypsin* 1543. Antverpiæ foras dedit. Huic adjecit, à se primo erutum, *Remigium Autissiodorensem* Episcopum in XII. Prophetas minores. Alfonsi Madrilensis pium libellum, De vera Deo inserviendi methodo, ex Hispanico Latinum fecit. Biblia sacra, Caroli V. Imp. jussu, cum mss. codicibus contulit, & ex fontibus Græcis atque Hebræis restituit; quæ *Lovanienſia* hodieque dicuntur. Commentarii ejus in *Genesim*, *Ecclesiasten*, *Acta Apostolorum* & *Evangelistas*, Lovanii apud Dominicanos mss. asservantur. Obiit ibidem anno Domini 1566. ætatis 67. continuis calculi doloribus confectus.

Goveani tres fuerunt fratres Lusitani, *Martialis*, *Andreas*, *Antonius*, ex Julia Pacensi oriundi: quos Joannis III. Portugalliæ Regis sumptu patruus Lutetiæ in schola Barbarana, cui præerat, pueros instituendos curavit. Fratrum maximus poetica potissimum valuit, & *Grammaticam Latinam* Parisiis edidit. *Andreas* apud patruum Grammaticam primo, deinde Philosophiam professus, ab eodem scholæ illi tandem præficitur. Quo munere cum fungeretur, Burdigalam 1534. ad gymnasii Aquitanici regimen accitus fuit. Indo ab eodem Rege in patriam revocatus, Conimbricensem Academiam nuper institutam mirifice promovit. Sacerdos hic erat, Theologus & concionator; obiitque Conimbricæ sub annum 1548. quinquagenario major. *Antonius* natu minimus plus ingenii & doctrinæ habuit. Lutetiæ & Burdigalæ litteras primum docuit; exinde Cadurci Jus civile summa cum laude professus, & à Cujacio laudatus, libros *Variarum Lectionum* scripsit; ad Petri Rami calumnias pro Aristotele respondit; Porphyrii Isagogen eleganter transtulit; Ciceronis denique, Virgilii & Terentii opera castigavit. Augustam demum Taurinorum, ab illius provinciæ Principe, ad Consiliarii dignitatem evocatus, ibidem sexagenarius vivere desiit.

Antonius Pinus, Portodomæus, Lusitanus, cum nonnulli adolescentes legerentur, qui Joannis III. Portugalliæ Regis sumptu, cultum ingenii Lutetiæ caperent, in hunc ordinem à Jacobo Goveano cooptatus, feliciter Rhetorica ac Philosophica in illo Athenæo imbibit: quod ejus docta in Fabium Quintilianum scholia testantur. In patriam redux, juventutem erudiit labore & industria singulari: demum ad Episcopatum evectus, ut erat facundus sua lingua orator, *Homilias* quasdam publicavit.

Antonius Gava, Lusitanus, præter Decisiones Portugalliæ, scripsit commentarium de Sacramentis dandis iis qui ad ultimum supplicium sunt damnati; 1559. Olisipone editum. Ex eadem natione fuit *Jacobus Paiva de Andrada*, Theologus in Concilio Tridentino perdisertus, qui Explicationes omnium fere de Religione capitum controversorum scripsit.

Jacobus Tevius, Bracarensis, Lutetiæ litteris operam, patria relicta, adolescens dedit; eosque brevi in eloquentiæ studiis progressus fecit, ut non æquales modo vicerit, sed & Doctoris personam sustinere sit ausus. Burdigalam itaque ad profitendi munus à populari suo *Andrea Goveano* evocatus, post etiam Conimbricam veluti in coloniam deductus, prima illius Academiæ fundamenta cum Goveanis fratribus jecit. Præter *Poëmata*, partim Latina partim Lusitanica, & *Orationes* aliquot; conscripsit *Diensem in India obsidionem*, à Turcis, sed frustra 1546. factam; & quidem longe disertius quam *Damianus Goësius*: legiturque ab eruditis hominibus non sine laudis commendatione.

LXXXVII. Clemens Monilianus Dolera, Italus, ex Ministro generali ord. Minorum Cardinalis à Paulo IV. creatus, *Institutionum catholicarum compendium*, cum aliis aliquot tractatibus, 1565. in 4. Romæ publicavit.

Joannes Porthesius, Cenomanus, Doctor Theologus, ordinis Minorum in Gallia Præfectus provincialis, apud Turonenses, Antverpienses & alios populos, ob linguæ sibi vernaculæ facundiam, in sacris declamationibus gratia mirifice valuit. Inter alia, pro Concilio Tridentino adversus Matthiæ Flacci Illyrici nebulas, scripsit librum de verbis Domini, *Hoc facite*; 1567. Antverpiæ in 8. editum. Ejusdem gentis & instituti fuit *Melchior Flavius*, Guardianus Tolosæ, Pii V. Pœnitentiarius, & Henrici II. Galliæ Regis Ecclesiastes. Scripsit librum *De regno Dei*, de quo Christus per dies 40. locutus est; 1566. Lutetiæ editum. Ejusdem *Resolutiones* in quatuor libros Sententiarum Joannis Dunsii Scoti, 1579. ibidem in 8. prodierunt.

Simon Portius, Neapolitanus, scripsit De libero hominis arbitrio; de Fato; de Cœlibatu; de Germanica puella, quæ biennio sine cibo & potu vixerat; & alia Florentiæ 1551. edita. Eodem anno *Simon Maricus*, Pilnensis, Polonus, Jurisconsultus, libros duos de Academiis seu Scholis 1551. in 8. Cracoviæ excudendos curavit.

Emanuel Dalmada, Lusitanus, Episcopus Angrensis in Tertiaria maris Atlantici insula, pro Hieronymo Osorio librum scripsit contra Gualterum Haddonum, Anglum, 1566.

Antverpiæ à Silvio excuſum. Dalmadæ popularem ſuum *Sebaſtianum Tiſcanum*, eremitam Auguſtinianum, ſubnectere liceat: qui ſub annum 1568. commentaria in Joëlem prophetam publicavit.

Joannes Soteallus, Montinii prope Tudinium in diœceſi Leodicenſi natus, Theologiæ Licentiatus Lovanienſis, Joannis Heſſelii diſcipulus, Camberonæ apud Hannonios ſacras litteras monachis ord. Ciſtertienſis explicuit: ubi & vivere deſiit anno milleſimo quingenteſimo ſexageſimo ſeptimo. Magno labore ac ſtudio *Summam pontificalium & Synodalium*, per locos communes à ſe digeſtam, ut & opera *Proſperi Aquitani*, à ſe recenſita, Lovanii 1566. & 1570. edidit. Idem Soteallus & *Horatius Lutius*, Juriſconſultus, collatis quaſi ſymbolis, *Annotationes marginales ad Concilium Tridentinum* ſcripſerunt: quibus ſacræ Scripturæ, ſuperiorum Conciliorum, Juris pontificii, veterumque Eccleſiæ Patrum cum citata tum conſonantia loca fideliter indicantur. Non quidem ad dubiorum obſcuriorumue iſtius Concilii locorum interpretationem (quam diplomate publico à Pio IV. privatis ſcriptoribus interdictam probe norant duo illi viri doctiſſimi) ſed ad certiſſimarum clariſſimarumque Conſtitutionum dignitatem auctoritatemque tuendam, ignorantibus patefaciendam, & adverſus catholicæ Fidei hoſtes muniendam: utque omnibus hinc perſpicuum evaderet, veriſſimam eſſe illam teſtificationem, qua aliquot locis Tridentini Patres affirmant, ſeſe religionis controverſias ſecundum Scripturam ſacram, Apoſtolicas traditiones, probata Concilia, Eccleſiæ catholicæ ſenſum & conſenſum, atque veterum Patrum conſtantem doctrinam, dijudicare. Annotationes iſtas, ab Auguſtino Hunnæo Doctore, Theologo Lovanienſi, 1570. probatas, Plantinus ſuis typis publicavit: quod exemplar poſtea Lugdunenſes, & alii typographi ſunt imitati.

Vincentius Ciconia, Italus, Sermones de Euchariſtia 1556. Venetiis, & Enarrationes in Pſalmos 1567. in 4. Patavii publicavit. Anno proxime ſequenti 1568. Raphaël Caſtrutius *Homilias Benedicti Bonſignorii*, Abbatis, libris duobus comprehenſas, Florentiæ foras dedit; adjuncta ejus vita.

Onuphrius Panvinius, patria Veronenſis, profeſſione eremita Auguſtinianus, Romanis Antiquitatibus cum ſacris tum profanis eruendis ſæculo ſuperiore natus, Virgilianum illud emblema, *Ad utrumque paratus*, jure optimo uſurpavit. Quod quidem elogium non modo noſtrarum, ſed & adverſariarum in religione partium ſtudioſi viro eruditiſſimo, unanimi conſenſu, tribuunt. Magna illi familiaritas fuit cum *Octavio Panogatho*, ordinis Servorum B. Mariæ cœnobita doctiſſimo; cum *Antonio Auguſtino*, qui tunc Rotæ, ut vocant, Auditor in Urbe erat, & Tarraconenſis poſtea Archiepiſcopus obiit; cum *Fulvio Urſino*, antiquitatis Romanæ ſtudioſiſſimo: quorum aſſidua conſvetudine homo primum rudis paulatim longe cultiſſimus, atque in omni hiſtoria verſatiſſimus evaſit. Ut enim aromata odorem, ſic & viri eruditi ſemper aliquid ſuæ doctrinæ frequentantibus adfricant. Patronum habuit magnum illum ac generoſum Cardinalem *Alexandrum Farneſium*, S. R. E. Procancellarium, quem in Siciliam proſecutus, Panormi XVIII. Kalendas Aprilis CIↃ. IↃ.LVIII, vita deceſſit, cum annum ætatis undequadrageſimum vix attigiſſet; magno in primis Hiſtoriæ eccleſiaſticæ damno, cui adverſus Centuriatores Magdeburgenſes concinnandæ totum ætate grandior ſeſe dederat. Solatio tamen nobis eſſe poteſt, quod Panvinio è vivis ſublato, *Cæſar Baronius* orthodoxæ Eccleſiæ defenſionem, adverſus impios rapſodiſtas, Annalium tomis XII. editis ſuſceperit. Ceterum Onuphrio amici Romæ cenotaphium, in D. Auguſtini cœnobio, marmoreum, cum effigie ænea, poſuerunt. Scripta ejus plurima nondum typis edita exſtant Romæ, Veronæ, Monachii & alibi apud eruditos: quorum, itemque excuſorum, ſeriem qui volet, apud Antonium Poſſevinum in Apparatu ſacro, & Cornelium Curtium in Elogiis Auguſtinianis reperiet. His adde brevem *De Bibliotheca Vaticana, ejuſque præfectis* commentarium; ab Andrea Schotto, una cum Franciſci fratris Itinerario Italico, typis Plantinianis 1600. evulgatum. Vide & tomum primum Bibliothecæ noſtræ Eccleſiaſticæ, cap. 552. Auctarii.

Joannes Matthæus Grillus, Salernitanus, Abjurationem errorum hæreticorum, & cauſas ſui reditus ad Eccleſiam orthodoxam, 1568. Venetiis in 8. evulgavit: quem librum poſtea Plantinus recudit. Sic & *Sebaſtianus Flaſchius*, Germanus, Lutheranæ hæreſis Abjurationem à ſe factam 1576. Ingolſtadii in 4. publicavit; adductis cauſis viginti duabus.

LXXXVIII. Daniel Barbarus, Venetus, ad barbariem ut nomine tenus accedit, ita ſtilo recedit quam longiſſime, una cum *Hermolao* patruo, ni fallor, ſuo: quem & ipſum ut ſtudiorum communione, ſic & in Patriarchatus Aquileienſis dignitate eſt ſubſecutus. Felicior tamen, quod bona cum Senatus Veneti gratia illam ſit adeptus. Præter diſertos *in Porphyrii Iſagogen*, & in *Ariſtotelis Rhetorica* ad Theodectem, ab Hermolao Latine reddita, commentarios; præter *Vitruvii* parvum illud, ſed perdifficile, *de Architectura* opus enucleatum, in Theologorum quoque gratiam, *Græcorum Patrum Catenam in Pſalmos L. Davi-*

*Davidis*, Romana civitate donavit, & Venetiis 1569. edendam curavit. Quæ cum ita sint, magna hæc utriusque Barbari in Rempublicam litterariam beneficia legentur, dum veteres illi scriptores, ab eisdem illustrati, in bibliothecis exstabunt. Daniel porro, ut Patriarcha Aquileiensis, synodo Tridentinæ interfuit.

Joannes Avila, Hispanus, Theologus & sæculi sui Ecclesiastes summus, Compluti adolescens Dominicum Sotum audivit. Cumque D. Paulum, gentium Apostolum, ad imitandum sibi proposuisset, innumerabiles à vitiis ad mentis sanitatem retraxit, & Bæticam omnem Dei verbo tamquam tuba personuit; sic ut *Bæticus concionator* vulgo appellaretur. Sacerdotes aliquot pietati dediti se ipsi adjunxerant: hos sacras litteras vitæque sanctitatem docuit. *Corduba* scholas Theologicas habuit: *Baesa* presbyterorum collegium, ut & alibi, instituit. Ex hoc tenui initio nata est *Academia Baesana*. Utque scriptis cum omni posteritate loqui posset, edidit sua lingua commentarium doctissimum juxta ac pientissimum in Psalmi 44. versum illum: *Audi filia & vide, & inclina aurem tuam, & obliviscere populum tuum, & domum patris tui.* Adhæc plurimas pietatis plenas *Epistolas* conscripsit: in quibus optimi præconis verbi Dei exemplum vivis coloribus ita depinxit, nullum ut eo in genere fingi possit perfectius. Discipulos reliquit innumerabiles, suæ pietatis æmulos; in his *Ludovicum Granatensem*, & *Didacum Perezium*: quorum prior & vitam magistri sui litteris consignavit. Anno demum 1569. spiritum Deo reddidit; sepultus Montillæ in Bætica, in Societatis Jesu æde sacra; cum annum attigisset fere septuagesimum.

Didacus Perezius Valdivia, Bæticus, Joannis Avilæ discipulus, Theologus & Ecclesiastes insignis, annos amplius decem, ad extremum usque spiritum, sacras litteras professus est Barcinone: quam etiam urbem concionibus ac discipulis implevit. Latine scripsit *De concionandi ratione*: & eadem lingua meditabatur opus ingens *De comparanda sapientia*: sed morte præventus non absolvit. Hispanice vero *Ascetica* plurima, in gratiam suorum popularium, publicavit; ut *Summam institutionis Christianæ*, concionibus aliquot comprehensam, & *Concilia eorum qui se colligunt.*

Stanislaus Gisepsius scripsit librum de multiplici siclo, & talento Hebraico; item de mensuris tam aridorum quam liquidorum, 1568. in 4. a Plantino editum. Eodem tempore vixit *Bartholomæus Cassanæus*, natione Burgundus, in Senatu decuriæ Præses ad Aquas Sextias in Provincia: qui scripsit *Catalogum gloriæ mundi*; Parisiis, Lugduni & Venetiis 1569. 1571. excusum.

Sixtus Senensis, ordinis Prædicatorum Theologus & concionator eximius, linguarum orientalium peritissimus, ex præcipuis Ecclesiæ catholicæ auctoribus *Bibliothecam sanctam* in octo libros digessit, & *Pio V.* Papæ dicatos Venetiis 1566. edidit; Lugduni, Francofurti & alibi postea sæpius recusos. Obiit Genuæ anno millesimo quingentesimo sexagesimo nono. Sixtum porro idem Pius ante pontificatum Christo lucrifecit; ut ipsemet in sua epistola dedicatoria candide fatetur: *Me*, inquit *tu olim ab inferis revocatum, & errorum tenebris erutum sinceræ veritatis lumine illustrasti, & ad sublimioris disciplinæ observantiam perductum habitu sanctæ professionis tuæ, tuis ipse vestibus, tuis ipse manibus induisti, & in filium tua renatum spiritu adoptasti.* De aliis Sixti operibus Antonium Senensem & Possevinum consule.

Felicianus Mingnarda, Morbinius, ord. Prædicatorum Doctor Theologus, Archiepiscopi Salisburgensis Consiliarius, 1563. Venetiis in 4. edidit *Assertionem catholicæ Fidei* contra articulos Annæ Burgensis, Senatoris Parisiensis, & contra narrationem mortis ejus, quæ falso Martyrium inscribebatur, cum ob hæresim extremo supplicio esset affectus. In eodem libro agitur de falsis hæreticorum miraculis.

LXXXIX. Judocus Ravestenius, Doctor Theologus Lovaniensis, Tileto Flandriæ opido, quod provinciæ umbilicum fere obtinet, oriundus, sacra studia in majore Theologorum gymnasio Lovanii prosequens, ibidem diu œconomiam (quod onus & ego olim sustinui) utiliter administravit. Doctoris Theologi titulum adeptus, collegii Hauterlæi Præses, & Academiæ Curator, seu Conservator privilegiorum constituitur; honestis sacerdotiis, Præpositura Walcuriensi in diœcesi Namurcensi, & Canonica dignitate Lovanii ornatus. Vir sane eruditus, nec Græce ignarus: cujus summam vitæ integritatem, & prudentiam longo rerum usu partam peculiaris quædam morum gravitas commendabat; quæ in gestu, incessu, vultu, tota denique corporis constitutione, resplendentibus veluti sadiis, elucebat. Erat porro sedulus in docendo, acris & vehemens in disputando, in consiliis dandis circumspectus ac maturus, Theologicæ scholæ splendor, & catholicæ Ecclesiæ incrementum in primis illi curæ erant. Quo factum, ut cum CIↃ. IↃ. LVII. Wormatiæ colloquium de controversiis Ecclesiasticis esset institutum, eo Ravesteniùs cum *Francisco Sonnio* collega (quo & N. *Delfius*, Batavus, Suffraganeus Argentoratensis, itemque *Fredericus Staphilus*, *Bartholomæus Latomus* & *Petrus Canisius*, celeberrimi Theologi, convenerant) Lovanio mitteretur. Sed & hæreses Belgicam infestantes idem acerrime doctissimeque

cum voce tum ſcriptis confutavit: ut à Senatu P. Q. Antverpienſi, libro illis nuncupato quem adversùs Matthæum Flaccum illyricum, impiæ Confeſſionis Antuerpianæ architectum, conſcripſerat, aureo ſcypho jure meritiſſimo honoraretur. Senem apoplexia VII. Idus Februarij CIↃ. IↃ. LXX. abſumpſit. Funus terræ mandatum in æde majoris xenodochii, ubi ſacris virginibus, piam infirmis curam ac ſedulitatem inpendentibus, multos annos præfuerat.

THEOBALDVS THAMERVS, Alſatus, Latinis Græciſque litteris præclarè inſtructus, graſſante novarum opinionum œſtro percitus, Lutherum ſequebatur: adeò ut Wittenbergæ Melanchthonem audiret, Marpurgi poſteà doceret, ac demum Lantgravio, cùm in Germanico bello Ingolſtadium obſideret, à concionibus eſſet. Sed mira narratur ejus ad Catholicam fidem acceſſio. In pharmacopolio, vel mercatoris neſcio cujus officina, librum quemdam lacerum vidit, è quo cuculli emporeticæque chartæ defringebantur. Et ut fit, libri hoc quidnam eſſet, videre voluit; viditque, eſſe B. Thomæ Aquinatis volumen, & quidem eam partem, in qua de gratia & juſtificatione ex profeſſo agitur. Legit paucula, & mirabatur tantam doctrinam, tantam veritatem, ordinem ac perſpicuitatem. Et quo legebat plura, eo mirabatur magis; & Luthericam juſtificationem ſuſpectam habere incipiebat. Ea igitur divinitus objecta potius quam curioſe quæſita lectione ſic incenſus eſt, ut cogitaret etiam alia catholica ſcripta legere & intelligere. Legit atque intellexit. Cumque à ſuo quondam domino, è Caroli V. Imperatoris vinculis jam emiſſo Lantgravio, ut de abjectæ hæreſeos cauſſis audiretur, petiiſſet, ab eo benigne cum litteris variis lenam ad Schneppum, Wittenbergam ad Melanchthonem, & Tigurum ad Bullingerum miſſus eſt. Sed perindocte ac contumelioſiſſime ab illis acceptus, multo magis in catholica fide eſt confirmatus: prout in Apologia ipſemet ſua exponit. Hinc Romam abiit: ubi annum unum vel alterum egit; doctorum piorumque hominum, in his *Franciſci Turriani*, perutili uſus conſvetudine. Mindam inde ab Epiſcopo Georgio Brunſuicenſi vocatus, concionatorem ibi egit: idemque Francofurti ad Mœnum aliquamdiu munus obiit. Moguntiam inde ſe contulit, ubi Canonicatus ei datus. Ita vero ſe modeſte habuit, ut non raro ad Patrum Societatis IESV, qui recens illuc venerant, ſcholas Theologicas accederet, Theologico alioqui jam Doctoratu clarus. Ad Friburgenſe poſtea gymnaſium, Theologiæ docendæ cauſſâ vocatus, ibidem, quæ calcanda omnibus, necis viam ſub annum CIↃ. IↃ. LXX. iniit. Sic fere Serarius in ſua Moguntia.

MICHAEL THOMASIVS, Balearis, primum Ilerdæ, poſt Bononiæ, Iuri operam dedit feliciter: & quod ad Iuris artem, tractationemque neceſſarium ſemper judicatum, attulit Latini ſermonis, Hiſtoriæ & Philoſophiæ cognitionem. Præceptorem habuit *Marianum Socinum* minorem, patruum vero *Franciſcum Thomaſium*, Emporienſem Epiſcopum; cujus meminit in præfatione ad *Lactantium* à ſe emendatum, & typis Plantinianis 1570. evulgatum. Creatus & ipſe, ob præclaram doctrinæ & eruditionis famam, Ilerdenſis Præſul, poſt Antonium Auguſtinum; cui cariſſimus fuit. Romæ cum ageret, diligenter urſit, ut de emendando Gratiani Decreto ſerio ageretur. Quare magna ex parte, quidquid Gregorii XIII. auctoritate in Ius pontificium elaboratum eſt, Thomaſio tribuendum, urgenti opus, & in eo elaboranti. Moliebatur multa in Eccleſiæ Concilia, ſed mors præoccupavit.

IACOBVS FERRVSIVS, Valentinus, Hiſpanus, Doctor Theologus, Tridentinæ ſynodo cum intereſſet, *Orationem*, ſolemni Aſſumptæ Virginis feſto habitam, evulgavit: domumque velut ex ampliſſimo illo ingeniorum mercatu reverſus, barbariem patriâ ut expelleret, ſacrarum litterarum ac linguæ ſanctæ profeſſor annos amplius triginta exſtitit. Præter provinciale *Valentinum Concilium*, ſcripſit *Hymnos pios de Chriſti ſanguine*, item *in Angelum cuſtodem*, & *B. Vincentium Ferrerium*.

PHILIPPVS NIGRIVS, moribus candidus, prudentiâ & dexteritate clariſſimus, Harlebecanus in Flandria Præpoſitus, Bruxellæ ad S. Gudilam Canonicus ac Decanus, ſub Carolo V. Imp. & Philippo II. Hiſp. Rege, ejus filio, in Concilio ſtatus, & in altero Concilio ſanctiore, quod vulgo Privatum vocant, Senator, ordinis Velleris aurei Cancellarius, multis & ampliſſimis apud ſummos Reges legationibus laudatiſſime functus fuit. Hunc virum, in Eccleſiæ miniſterio & Reipublicæ muneribus quadraginta amplius annis verſatum, *Pius* IV. Pontifex, & idem *Philippus* Rex primum Epiſcopum Antverpienſem deſignarunt: ſed morte præventus provinciam non adiit, neque ſacratus fuit. Obiit autem pridie Nonas Ianuarias, anno milleſimo quingenteſimo ſexageſimo tertio; ſepultus Bruxellæ in navi ædis Gudilanæ, retro cathedram concionatoriam: ubi tumulus ejus ſpectari ſolet, cum effigie ex alabaſtro candido; quem Calviniani ſub annum 1579. violarunt. Tumulum autem iſtum avunculo ſuo poſuerat *Carolus de Leſpinoy*, Conſiliarius Regius in Senatu Flandriæ, ex teſtamento heres. Hujus Caroli filius N. Vicecomes Tarvanenſis, & Senator urbis Gandavenſis, 1632. ibidem Gallico ſermone opus ſuum *De nobilibus Flandriæ familiis, ac præſertim Gandavenſibus*, publicavit. Nigrius porro, ſcripſit librum *De exemptione canonica*, 1593. Antverpiæ in folio editum.

XC.

XC. Michael Silvius, Luſitanus, vir fuit inſigniter doctus, ut & carmen pangeret non infeliciter: quale eſt illud, quod Romæ in Capitolio hodieque in Faſtorum commendationem legitur, juxta marmora Magiſtratuum ac Triumphorum Romanorum, beneficio Alexandri Card. Farneſii, in lucem aſpectumque publicum prolata. Legationem geſſit, Emanuelis Luſitaniæ Regis nomine, apud Leonem X. Adrianum VI. Clementem VII. ex ordine Pontifices. A Joanne III. Rege, Emanuelis filio, Viſenſis Epiſcopus poſtulatus, demum S. R. E. Cardinalis, & Marchiæ Legatus creatus, fato raptus ante diem, magnum ſui reliquit deſiderium. Obiit Romæ 1556. Nonis Junii, in baſilica ſui tituli, ad S. Mariam trans Tiberim, conditus.

Lucius Andreas Resendius, Eboræ in Luſitania natus, poeta fuit, & Orator, & Th. egregius. Dominicanorum jam ſeſe ſodalium familiæ, pietatis ſtudio, addixerat, cum Emanuel Luſitanorum Rex, liberis domeſticum Doctorem ſerio quærens, Pontificis bona cum venia, Reſendium, ob ſingularem cum pietate conjunctam doctrinam, in aulam traduxit. Vixitque extra cœnobii ſepta ſacerdos, ſumma vitæ continentia & integritate, ſtudiis optimarum artium, quæ à vitiis mentem avocant, impenſe deditus. Lovanii *Damiano Goëſio*, cive ſuo, uſus eſt perfamiliariter. Ad ſuos reverſus, ut erat antiquitatis patriæ, præſertim ſacræ, peritus in paucis, res *Luſitaniæ* libris quattuor complexus fuit; quibus *Eboræ*, *Coloniæ Pacenſis* & aliorum locorum antiquitates adjunxit. Reliqua ejus opera, partim Romæ partim Coloniæ Agrippinæ edita, Andreas Schottus in Bibliotheca Hiſpaniæ recenſet. Obiit octogenario major, ſub annum milleſimum quingenteſimum ſeptuageſimum octavum.

Gaspar Varrerius, Luſitanus, omnis antiquitatis, atque etiam Geographiæ inſigniter peritus, *Iter ſuum à Pace Julia Mediolanum uſque* deſcripſit; & loca Hiſp. omnia accurate luſtrans, ſingulorum origines, appellationes, ſitum, aliaque, erudita narratione chorographica Luſitanice evulgavit. Uſus eſt familiariter populari ſuo *Andrea Reſendio;* à quo etiam adjutus fuit. Ab Henrico Portugalliæ Infante Romam miſſus, ut Pontifici gratiam pro adoptione in ſacrum purpuratorum collegium referret, ibi *Petro Bembo*, & *Jacobo Sadoleto* innotuit. De *Ophyra* regione, in ſacris litteris memorata, commentarium Latine edidit. Cenſuram item Latine & Luſitanicè ſcripſit de *Beroſo*, *Metaſthene*, *Q. Fabio Pictore*, & *M. Porcio Catone*, ſuppoſititiis auctoribus, à Joanne Annio Viterbienſi editis: quibus hic pleroſque que fefellit originum Italiæ, Galliæ & Hiſpaniæ ſcriptores; ut Leandrum Albertum, Joannem Tarapham, Florianum Ocampium, Antonium Beuterum, Antonium Nebriſſenſem, Hieronymum Romanum, Auguſtinum Eugubinum, Joannem Driedonem, & ceteros. De quibus pſeudepigraphis elegantia quoque judicia exſtant *Joannis Goropii Becani* in Originibus *Antverpianis*, *Benedicti Pererii* ad Danielem, *Joannis Marianæ* lib. 1. cap. 7. Annalium Hiſpaniæ, *Ludovici Vivis*, *Antonii Auguſtini*, & aliorum: etſi tueri conentur *Antonius Guevara*, commentario editionis ſecundæ in prophetam Abacuc, & Leander Albertus in ſua Italia. Cenſuram porro Varrerii Luſitanicam Andreas Schottus Latina civitate donavit, & Bibliothecæ Hiſpanienſi, Francofurti 1608. editæ inſeruit. Latinam vero Cenſuram, quæ diverſa eſt à Luſitanica, ipſe Varrerius primum Romæ publicavit; eamque ſuis poſtea typis Commelini in Germania expreſſerunt.

Hieronymus Osorius, Oliſiponenſis, ſtudiorum curriculo Lutetiæ & Bononiæ decurſo, Platonem ſcientiæ, & M. Tullium ſermonis Latini gratia aſſidue lectitabat. Ex Italia in Luſitaniam reverſus Conimbricam ſe contulit, & ibi *Iſaiam*, *Paulique* Epiſtolam ad Romanos ſcriptam ſingulari cum laude explicuit. Cum vero dictionis Latinæ elegantia excelleret, totis viribus ſibi laborandum ſtatuit, ut damnum, quod ex Ciceronis de Gloria, de Republica, & de Conſolatione libris, jampridem temporum injuria amiſſis, fuerat acceptum, pro ſuo virili reſarciret. Quamobrem Conimbricæ *de Gloria*, multos vero poſt annos *de Regis inſtitutione* libros ſane elegantes ſcripſit; *de Conſolatione* autem nihil poſſe à ſe vel amplius vel ſubtilius excogitari, quam eſſet ſacer ille *Jobi* liber, exiſtimavit: quare eum erudita ſane paraphraſi explicavit. Ex Archidiacono Eborenſi Silvenſis in Algarbia Epiſcopus creatus, fortiſſime pro Eccleſia ac Republica rem geſſit: obiitque anno ſalutis milleſimo quingenteſimo octogeſimo, ætatis ſeptuageſimo quarto. Opera ejus hiſtorica, & alia junctim 1592. Romæ foras ſunt data: quibus ejuſdem vitam adjecit *Hieronymus Oſorius* junior, fratris filius, Canonicus Eborenſis, multis itidem lucubrationibus evulgatis clarus.

Achilles Statius, Luſitanus, poeta ſimul & philologus inter æquales præſtans fuit. Lovanii *Petro Nannio* operam in ſtudiis diligentiſſimam dedit: Patavii uſus eſt doctiſſimis viris, *Manutio*, *Robortello* & *Mureto*. Romam ubi commigravit, à Sfortia Cardinale ad curam bibliothecæ accitur. Mox Pius V. hominem pereruditum in ſuis eſſe voluit, & epiſtolis Latine ſcribendis præfecit. Pio è vivis ſublato, ſibi & Muſis vixit; ſacerdotia tametſi opima repudians. Sacris initiatus non fuit, & cælebs perpetuo vixit. Inter alios Romæ amicos *Joſephum Caſtalionem* unice dilexit. *Chryſoſtomi*, *Cyrilli*, *Athanaſii*, *Gregorii*, &

aliorum veterum Patrum ſcripta varia è Græco Latine convertit. *Ferrandi* Carthaginienſis diaconi opuſcula pia, & *Gregorii Bætici* de Trinitate ſeu Fide librum è tenebris eruit: quamquam in hujus titulo deceptus videtur, quantum ex Gennadii Maſſilienſis catalogo cap. 16. colligi datur, qui Fauſtino presbytero fœtum illum adſcribit. Scholia noſtra ad citatum Gennadii caput conſule. Annos natus quinquaginta ſeptem è vita Romæ deceſſit, ſalutis anno milleſimo quingenteſimo octogeſimo primo; conditus in templo Presbyterorum Oratorii, quibus ſuam moriens bibliothecam legavit.

Joannes Garetius, Lovanii natus atque in ſtudiis feliciter educatus, cum Martiniano in patria monaſterio ſe dicaſſet, Mishagenſibus agri Antverpienſis virginibus ſacris præficitur. Quibus alio commigrantibus, ipſe Gandavum ad ſimilem provinciam accerſitur; ubi in *Cornelii Janſenii*, Antiſtitis doctiſſimi, familiaritate adquievit. Cumque imminentem Belgicæ cladem animo prævideret, cœpit, ut erat antiquitatis peritiſſimus, *Claſſes IX. de vera corporis Chriſti in S. Euchariſtiæ ſacramento præſentia*, adverſus Sacramentariam peſtem, è priſcis utriuſque linguæ Patribus, ætatis cujuſque habita ratione, ſumma induſtra colligere, ac bono publico foras dare. Sed & mortuos vivorum precibus juvari, Sanctoſque à nobis recte invocari, quæ in dubium vocari à ſectariis ſolent, adjutante *Jacobo Pamelio*, pari methodo adſtruxit. Vir certe de Eccleſia, qua ſcribendo, qua concionando (nam & diſerte ad populum de verbo Dei diſſerebat) bene meritus, & à *Franciſco Turriano* ac *Roberto Bellarmino*, Societat. Jesu Theologis, doctrinæ atque induſtriæ nomine, apprime laudatus. Gandavo Lovanium forte veniens, à ſodalibus humaniter exceptus, calculi, qui familiaris doctorum hominum morbus eſt, doloribus 1571. extinguitur: ita Deo jubente, ut ubi primum ſpiritum hauſerat, ibidem noviſſimum redderet, nec alia mortuum terra tegeret, quam ea in qua Chriſto votis ſe monaſticis obſtrinxiſſet.

Nicolaus Aurificus Bonfilius, Senenſis, Carmelita, ſacrarum litterarum profeſſor *Examen ordinandorum* ex variis concinnavit; Venetiis 1570. & Florentiæ 1589. editum. Ad calcem ſubnectitur *Epitome* controverſorum dogmatum, & commentarius de moribus clericorum. Idem ex antiquis Patribus collegit *Silvam orationum*, ibidem anno 1569. & alibi excuſam.

Gaspar Macer, Theologus & concionator Ratiſponenſis, *Turcico-Lutherum* ſuis coloribus depinxit, & Ingolſtadii 1570. in 4. publicavit. Eodem anno *Joannes Jacobus Rabus* pro Fide catholica, & ſuo ad eam acceſſu, Apologeticam epiſtolam Coloniæ edidit. Exſtat ejuſdem *Alethevticus* de Anatomia Lutherana; & alia, partim Ingolſtadii, partim Monachii, adverſus Joannem Sturmium, alioſque hæreticos evulgata. Rabo ſocius accedat *Laurentius Albertus*; qui 1570. in 4. Ingolſtadii foras dedit *Propoſitiones* aliquot, quibus declarat, cur relictis hæreſibus in gremium Eccleſiæ catholicæ ſe receperit. Anno 1570. *Albertus Laſcus*, Palatinus & Baro Polonus, Epiſtolam ad novos in Polonia Miniſtros, de rebus ad Religionem pertinentibus, Dilingæ edidit.

Georgius Faber, * Chemnicenſis, Germanus, commentarium *in veteres poetas Chriſtianos* Baſileæ 1564. edidit; qui purgatione eget: ut Molanus in ſua Bibliotheca ſacra notavit. Scripſit idem libros ſeptem *Miſnicarum rerum*, & libros tres *Annalium urbis Miſniæ*, 1570. in 4. Lipſiæ evulgatos: quos caute legendos moneo.

XCI. Joannes Tilius, ab Engoliſma, celebri Aquitaniæ urbe, genus ſuum ducens, primo Briocenſium in Aremoricis, poſt Meldenſium Epiſcopus, Synodo Tridentinæ interfuit, & inter ſuos ibi familiares *Gentianum Hervetum*, virum Græce doctiſſimum, habuit. Domum redux, pro muneris ſui ratione, ut orthodoxam religionem adverſus hoſtes tueretur, plurima veterum monumenta è tenebris eruit; ſcripſitque *De antiquitate & ſolemnitate Miſſæ* commentarium, 1567. Lutetiæ editum. *Canones* item *Apoſtolorum*, *Concilia* XIII. aliaque adverſus Calvinianos, 1561. ibidem evulgavit. Græca tamen *Teſtamenti novi* editio, ejus juſſu facta, Bellarmino, acri atque erudito cenſori, non probatur. At vero laudatur ab omnibus *Chronicon*, quo Regum Galliæ res geſtas cum Latine tum Gallice Tilius eſt complexus. Fratrem is habuit ſibi cognominem, qui ſupremæ Curiæ Pariſienſi ab Actis cum eſſet, ex ipſis archivorum tabulis *Francorum* originem, inſtituta, magiſtratus, regiæque ſtirpis familias omnes curioſe deſcripſit, atque in commentarios ſermone Gallico digeſſit; qui poſtea à Lothario Philopono Latine redditi 1576. Francofurti prodierunt. Uterque porro Tilius Lutetiæ 1570. eo ipſo menſe, quo Carolus IX. Rex Eliſabetham, Maximiliani II. Imp. filiam, matrimonio ſibi junxit, ætate jam adfecta, deceſſit. Ut admiratione quam maxime dignum videatur, duos iſtos fratres germanos, idem nomen ac genium ſortitos, ſingulari quadam animorum conſenſione, eadem pene ſtudia tractaſſe, eodemque anno, menſe ac loco, ætate propemodum pares exſpiraſſe, & communi à ſuis tumulo conditos fuiſſe.

Claudius Espencæus, Doctor Theologus Pariſienſis, illa in urbe, in baſilica parochiali SS. Coſmæ & Damiani, ſuæ quondam curæ commiſſa, ſepultus jacet; hoc addito elogio:

* Georgius Fabricius.

Digitized by Google

elogio: *Nobiliſſimo, piiſſimo, omnique diſciplinarum genere cumulatiſſimo, D. Claudio Eſpencæo, Theologorum hujus ſæculi facilè principi, paterno quidem genere ex clariſſimo Eſpencæorum, materno ex illuſtri Urſinorum familia orto, divini verbi præconi celeberrimo, pauperum patri benigniſſimo: qui cum 46. annos continuos, in hac prima omnium Academia, litteris humanioribus philoſophicis & divinis operam navaſſet, a Rege Franciſco I. Melodunum; ab Henrico II. Bononiam, à Franciſco II. Aurelianum, à Carolo IX. Piſſiacum, religionis componendæ ordinandæque nomine, legatus, de re Chriſtiana doctiſſimè diſceptaſſet, permultos in S. Scripturam libros edidiſſet; tandem graviſſimo calculi morbo diu multumque vexatus, cum omnium luctu ac deſiderio, ebiit anno ætatis* 60. *die* 5. *Octobris* 1571. *Guido Gaſſarus Flaminius, ejuſdem amanuenſis, & per annos* 17. *negotiorum geſtor, hanc effigiem, cum ſuo elogio, pia domini carißimi memoriæ erigebat, & mœrens ponebat.* Cæterum Eſpencæus ſcripſit libros quinque de Euchariſtia ejuſque adoratione; libros ſex de continentia; commentarium in Epiſtolas Pauli ad Titum & ad Timotheum, cum libris tribus Digreſſionum; Collectanea ex Theologis & Philoſophis de cœlorum animatione, cum Reſolutione catholica; Conſilium de clandeſtinis matrimoniis; Diſſimilia & Adagia ex Chryſoſtomo. Quæ omnia, itemque alia, 1561. 1565. 1569. & 1571. Pariſiis fuerunt edita. At vero Theologorum Pariſienſium nemo, majore omnium ordinum concurſu & admiratione, frequentes de rebus divinis ad populum concionés, quam *Eſpencæus*, habuit: ut qui ad munus illud eximiam eruditæ facundiæ laudem, firmiſſimaque latera, & geſtum oris maxime decentem adferret. Exſtantque plurimæ de religione quæſtiones ab eo Latine Gallicèque magna ſubtilitate ac diligentia pertractatæ. Quarum rerum exiſtimatione permota *Catharina Medicæa*, Caroli IX. Regis pueri mater, inſtituto de rei Chriſtianæ controverſiis apud Piſſiacum colloquio, hunc virum inter alios eo mittendum cenſuit: cum & œcumenicis illis conventibus, qui Bononiæ & Tridenti agi cœperant, maxima cum Gallici nominis fama, jam antea interfuiſſet.

Claudius Sanctesius, vernacule *de Sainctes*, Gallus, Theologus Pariſienſis, ex Canonico regulari Epiſcopus Ebroicenſis, *Liturgias veterum SS. Patrum*, Græce & Latine, Pariſiis typis Morelii edidit: quas poſtea Plantinus, ſed Latine tantum, recudit. Scripſit item libros decem de rebus Euchariſtiæ controverſis; Methodum contra ſectas, quam ſecuti ſunt primi Imperatores; Examen Calvinianæ & Bezanæ doctrinæ de cœna Domini; & Reſponſionem ad Apologiam Theodori Bezæ contra prædictum Examen; omnia Lutetiæ excuſa. Interfuit Concilio Tridentino.

Hieronymus Magius, Anglarienſis, Inſuber, philoſophicis ac mathematicis primum, poſt Juri civili Bononiæ operam dedit. Scripſitque libros quinque *De mundi exuſtione & die judicii;* item libros decem *de ſepulcris, & ſepeliendi ritu*, 1562. Baſileæ, item libros quattuor *Variarum lectionum* 1564. Venetiis evulgatos. Exinde, ut erat in re tenui, in Cyprum navigavit; Juridici Caſtrenſis munere, Famaguſtæ, ſub Marco Antonio Bragadino, patricio Veneto, functus: donec inſula ſub jugum à Turcis 1571. miſſa, eadem, qua ceteri incolæ, calamitate involutus eſt, omni libraria ſupellectile & lucubrationibus amiſſis. Inde in Aſiam proximam à barbaris abductus, miſerabilem ibi ſervitutem ſervivit. In qua dum vilia munia, talium rerum inſolens, obire cogitur, *Æſopi Phrygis, Monimi, Menippi, Epicteti*, & ejuſmodi ſapientia præſtantium virorum revocatis in memoriam exemplis, ſe ſolabatur. Nonnulla etiam, quod omnes mirantur, *captivus & Turcæ hominis ſervus, in ergaſtulo, vacuus à libris*, ut ipſe loquitur, *de Tintinnabulis & Equuleo* conſcripſit. Demum aut neglectus, aut non ea ſedulitate, qua par erat, requiſitus, quaſi bos vetulus ab ingrato aratro faſtiditus, ab immani hero ſtrangulatus eſt; vir meliore ſorte & exitu dignus. De aliis duobus civibus Anglarienſibus eruditis, *Petro Martyre Anglerio*, & *Angelo Caninio*, ſupra capite 8. & 43. egimus.

XCII. Franciscus Turnonius, nobiliſſimo genere in Gallia Lugdunenſi natus, primum Bituricenſis, poſt Lugdunenſis Archiepiſcopus, 1530. Cardinalis à Clemente VII. creatus, nihil magis in votis habuit, quam naſcenti in Gallia hæreſi obſiſtere. Quamvis enim graſſante per Germaniam Lutheri lue, incolumem ſe aliquamdiu ſervaſſet Gallia, anno tamen milleſimo quingenteſimo trigeſimo tertio, per aliquot Lutheri emiſſarios cœpta eſt infici. *Franciſcus I.* Francorum Rex, Lutetiæ inſtauraturus Academiam, magnis illuc præmiis advocaverat ex Italia ac Germania præcellenti doctrina viros. Commodum id *Luthero* viſum: miſſique propterea ex aſſeclis *Bucerus*, & alii nonnulli audacioris ingenii, qui novi Evangelii periculum facerent. Nec defuerunt qui novitate caperentur: eo magis quod *Margarita Valeſia*, Regis ſoror (ſive odio aliquo in Romani Pontificis nomen, hauſto in Albretana mariti familia ob Navarræ regnum, ſive oſtentatione ingenii, ſive, ut ipſa aliquot annis ante mortem catholice obitam teſtata eſt, commiſeratione reorum, qui ad ipſam in Aquitaniam confugiebant) patrocinium novarum opinionum pugnaciter tueretur. Adeo quidem, ut decennio per ipſam ſteterit, ne Lutherana hæreſis in Gallia plane concideret. Quamquam & ſegniorem aliquanto reddebat ea in re Franciſcum opera Germanicarum Helvetiarumque legionum, quibus adverſus Carolum V. Imp. conductis

bellum gerebat: donec ipſe & injuria religionis, & hominum contumacia graviter offenſus, partim edictis, partim crebra reorum animadverſione, Lutheranos in Gallia pene delevit. At vero pernicioſior Galliæ fuit *Calvini* dolus; qui ſub ejuſdem Franciſci Regis obitum, implicito bellis Henrico ejus filio ac ſucceſſore, ſubmiſſis continenti opera è Lemano lacu libellis, Galliam aggreſſus eſt: atque ut repperit multorum aures animoſque Lutheri opinionibus ſuſpenſos, ita miram injecit vulgo cupiditatem novæ doctrinæ cognoſcendæ. Et gaudebat populus (nam Gallice populariterque conſcripti erant libelli) de Religione palam arbitrari, deque abditis Fidei controverſus ire velut in ſuffragia. Poſtremo, quoniam *facilis eſt deſcenſus Averni*, ejecta ſemel ex animo avita Religione, à Luthero ad Calvinum certatim deſciverunt. His malis ut in Lugdunenſi potiſſimum provincia Card. Turnonius occurreret, 1542. *Turnonii* inſigne collegium, ad juventutem in doctrina catholica litteriſque erudiendam, ſuo ære exſtruxit: quod 1552. in ſcholam illuſtrem provexit, & 1561. Societati Jesu attribuit. Non poſſum hoc loco omittere, quod Florimundus Remundus lib. 7. de orig. hæreſ. cap. 4. ſapienter obſervavit. Urgebatur Franciſcus I. Rex, & prope inducebatur à Margarita ſorore, ut *Melanchthonem*, in Galliam venire cupientem, in fidem regiam reciperet. Sed prudenti id conſilio Turnonius impedivit: qui cum Regem dedita opera adiiſſet, manu tenens *S. Irenæi*, ſui in cathedra Lugdunenſi anteceſſoris, librum, ſciſcitanti Regi, quis eſſet præclarus ille liber, in hæc verba reſpondit: *Vere ac merito præclarum, Domine, dixiſti. Eſt quippe hic liber unius ex primis Galliæ suæ Epiſcopis: in cujus libro 3. legebam, Apoſtolos fugiſſe, quaſi peſtem, eos qui veritatem corrumpere vel adulterare conarentur.* Quibus aliiſque verbis Rex commotus diploma revocavit, & jurejurando affirmavit, ſeſe nimi tale permiſſurum. Ceterum domi quotidie doctorum hominum corona Turnonius cingebatur: quos inter & *Dionyſius Lambinus* fuit. Omitto legationes apud Clementem VII. Paulum III. & Paulum IV. Pontifices, apud Carolum V. Cæſarem, & alios Principes, magno Galliæ bono obitas: ſic ut totius regni ſalus in ipſo quodammodo ſita videretur. Obiit autem ſenex admodum, anno milleſimo quingenteſimo ſexageſimo ſecundo; Turnonii conditus. Ampliores ejus laudes in Oratione funebri, à *Joanne Pelliſonio* habita, itemque in Elogio per Vincentium Laureum Card. edito, legas licet.

Emerius Bonus, natione Italus, patria Vaſtallenſis, Soc. Jesu Theologus, & ſua lingua facundus concionator, ſcripſit Italice De ſtatu religionis; de ſanctiſſimo Sacramento; de ratione confitendi & audiendi ſacrificii Miſſæ: obiitque Romæ anno milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo primo.

Hieronymus Gigas, Foroſempronienſis, Juriſconſultus, ſcripſit de reſidentia Epiſcoporum; de penſionibus eccleſiaſticis; de ſponſionibus, & alia Venetiis 1548. 1562. 1570. edita. Anno 1569. *Franciſcus Sarmientus*, Apoſtolici palatii Auditor, utriuſque ſignaturæ Referendarius, commentationem ſuam De reditibus eccleſiaſticis Romæ publicavit: quæ recognita poſt Burgis 1573. & Francofurti 1580. prodiit. Idem ſcripſit libros tres Selectarum Interpretationum, 1571. in 4. Romæ evulgatos. Anno 1570. *Franciſcus Antonius Paganus* lucubrationem ſuam, De ordine, juriſdictione & reſidentia Epiſcoporum, Venetiis publici juris fecit.

Franciscus Vita Polintius, Minorita Pactenſis, ſcripſit libros tres De juſtificatione, confeſſione, & Euchariſtiæ veritate; 1548. Venetiis in 8. excuſos. Ejuſdem ordinis Seraphici Miniſter generalis, *Franciſcus Zamora*, Hiſpanus, ſcripſit Homilias in ſingulos verſus Pſalmi quinquageſimi, à Sixto Senenſi laudatas; & anno milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo primo vivere deſiit.

XCIII. Pius V. Pontifex vere pius & maximus, divini nominis paciſque publicæ promovendæ ſtudio, ad complures exteros domeſticoſque Reges ac Principes *Epiſtolas vere Apoſtolicas* perſcripſit: quas Romæ collectas, & in libros quinque digeſtas, *Franciſcus Goubau*, Antverpianus, 1540. typis Plantinianis in lucem edendas curavit. Pii vitam *Joannes Antonius Gabutius*, presbyter Congregationis Paulinæ, eleganti ſtilo Romæ 1605. publicavit. Ad meliorem porro vitam 1572. Kalendis Maji tranſiit: cui Gregorius XIII. laudatiſſimus item Pontifex ſucceſſit.

Cornelius Musius, Delfis Batavorum natus, poeta egregius ac pius, cum in patria monialibus ad S. Agatham præeſſet, inter blanda Muſarum otia ejuſdem ſanctæ virginis Siculæ, aliorumque Divorum laudes panxit, & ſolitudinis, cujus erat amantiſſimus, Encomium decantavit. Invidit hanc jucunditſimam illi quietem Lumcius homo infamis, Calvinianorum militum ductor, qui virum optimum, duos & ſeptuaginta annos natum, trabi in foro Lugduni Batavorum noctu affixit, ac laqueo ſtrangulavit, immanitate pluſquam barbara. Erat Muſius homo comis in primis: cujus domus hoſpitibus, litteratis præſertim hominibus, ſemper pateret. Lovanii adoleſcens Caſtrenſi in gymnaſio philoſophiam Ariſtoteleam hauſit: mox ut naturæ ſuæ ſemina quiſque ſequitur, cum Muſis in gratiam rediens,

rediens, *Conradum Gesnerum* Latinas, *Rutgerum Rescium* Græcas litteras, in Athenæo Trilingui profitentes magna cum diligentia audivit. Variis demum instructus disciplinis, Gandavum ad juventutem instituendam evocatur. Cumque gratiosus esset apud Carolum Coquinium; Abbatem Aquicinctinum in agro Duaceno; Lutetiam primum, mox in Pictones, cum nobilibus aliquot adolescentibus ab eodem mittitur. Hic biennium egit, & cum *Salmonio Macrino* Gallo, *Joanne Secundo* Batavo, *Juliano Hanretio* Hannonio, *Joachimo Polite* Zelando, poetis tunc claris, amicissime vivens, cœpit ingenii sui fetus typis Marnessiis evulgare. In patriam reversus, sacris D. Agathæ virginibus annos fere xxxv. magna per universam Bataviam innocentiæ sanctitatisque fama præfuit: solitus sæpe Deum venerans precari, ut deploratissimis istis temporibus sanguinem ipsi condonare, a quo vitam accepisset, mereretur. Testis in cognominem sibi D. Cornelium hymnus sæpe decantatus: *Beate Christi pontifex, Christique martyr inclyte, hanc gratiam Cornelio tuo benignus impetra, ut exprimo quem nomine, te charitate, te fide, & adsereuda audacia te veritatis exprimam.*

Bartholomæus Faius, Regius in Senatu Parisiensi Consiliarius, & Inquisitionum Præses, edidit ibidem 1572. *Energumenicum* & *Alexicacum*, hoc est, De obsessis a dæmone, & de remediis contra eam rem necessariis. Opus eruditum: in quo est memorabilis historia energumenæ Laudunensis. Ita Molanus in ms. Bibliotheca sacra. Eodem anno *Georgius Bullocus*, Anglus, Th. professor, Oeconomiam methodicam Concordantiarum sacræ Scripturæ typis Plantinianis foras dedit.

Joannes Goropius, Hilvari-Beca, nobili Campaniæ Brabantinæ municipio, oriundus (unde & *Becani* cognomen illi perpetuo adhæsit) à cunabulis pene in litteris eruditus, deinde philosophos inter enutritus, exactam Hebraicæ, Græcæ, Latinæ, aliarumque linguarum scientiam; *Romulo Amazæo*, homine Italo, præeunte, consecutus est. Ætate grandior; ad exquisitiorem ingenii cultum, Italiam, Hispaniam, Galliam, aliasque provincias peragravit. *Eleonoræ* Galliæ, & *Mariæ* Pannoniæ Reginarum, Caroli V. Imp. sororum, in Hispania diu Medicus fuit; ob id quoad viveret; insigni annuo vectigali donatus. Post in Belgicam redux, multos annos Antverpiæ medicinam fecit. Vir certe præcellentis ac divini propemodum ingenii, qui novo docendi genere demonstrare conatus est, vetustissimam illam Philosophiam, quam olim Linus, Orpheus, Thamyras aliique tradidere, ab ipso Noacho, ejusque filiis, Iapeto præsertim, profectam esse, ac gentibus, ad quas Deo duce delati fuerant, traditam; eamque cum sacra Moisis historia optime convenire. In qua investigatione, dum scriptorum omne genus, maximeque poetas, qui pene soli, si Platonem cum paucis excipias, ultimæ antiquitatis reliquias nobis conservarunt, sedulus evolvit: novis semper (ut dies diem docet) suppeditantibus argumentis, quod de Philosophis dixi, ad Theologiam sive de Deo opinionem transtulit, ostenditque priscam illam Poesin seu Musicam, quæ tota divina à veteribus credebatur, à Religione catholica, si fabularum involucra demas, verbis ac figuris quidem, sed re ipsa parum aut nihil discrepare. Divino plane vir ingenio, qualem vix singulæ ætates ferant, seu Philosophiam seu Philologiam (in utraque enim ad miraculum usque excelluit) tractaret; ut *sæculi sui Varro* nominari merito potuerit. Paradoxum enim illud, patriam linguam, hodieque nobis Belgis, si pronuntiationem & dialectum excipias, cum Germanis communem (Cimbricam ipse vocat) omnium esse antiquissimam, adeoque ante diluvium primorum fuisse parentum, tam ingeniose, redditis passim etymis persuadere conatur, ut velit nolit ejus in sententiam pedibus ire Lector pene cogi videatur. Utinam, quod Critici desiderant, gravius tantoque ingenio dignius argumentum tractandum suscepisset! ut de Platonis & Aristotelis consensione, ut de Republica, ut de omni Historia, ut de Hippocratis & Galeni præstantia, ut denique de Medicæ artis ac Philosophiæ comparatione. Omne sane punctum tulisset, utile dulci admiscens; nec æqualium cuiquam concessisset. Nam minuta illa, fateor, de linguæ Belgicæ veriloquiis (ut etyma Varro nominat) exteros plerosque, gemmas ibi latere ignorantes, à legendo deterrent. Sed vitio nescio quo plurima peccantur à doctis eam in partem, dum aut humile nimis argumentum deligunt (ut qui *Febrim quartanam* Phavorinus, & de Belgis Guilielmus Insulanus laudarunt, qui *Calvitium* Synesius) aut majus quam humeri ferre possint, quorum maxima est copia, suscipiunt; præcepti illius Horatiani immemores: *Sumite materiam vestris, qui scribitis, æquam viribus.* Equidem non ignoro *Josephum Scaligerum*, & alios fuisse, qui acerbius Goropium de Ambacto, Gigantibus, Paradiso, Noachi arca, & Nilo fluvio perstrinxerint. Sed amici sui patrocinium *Lævinus Torrentius* præfando suscepit. Atque ut non omnes hac in re habeat adstipulatores, his tamen lucubrationibus suis altissimarum disciplinarum arcana plurima è tenebris in lucem eruit, atque ad eadem accuratius cognoscenda doctorum ingenia mirifice exacuit. Ceterum ætate grandior, ceteris se functionibus abdicans, in bibliothecam se abdidit: quamquam à *Philippo II.* Hisp. Rege, ad valetudinis suæ curam, ingenti pollicitatione, ac regali torquis aurei munere accerseretur. Summa in gratia *Grousbequii* Cardinalis & Eburonum Principis fuit, multisque ab eo donis honestatus. Leodico Trajectum Mosæ à Methymnæ cœli Duce Hispano evocatus; cum podagra tentatus Mosæ flumini pedes, artis suæ oblitus, intulisset,

lethalem in morbum incidit. Anno itaque 1572. moriens liberos & ingenii sui partus nondum editos (evulgarat autem vivens *Origines Antverpianas*) Torrentio commendavit; qui postea Plantino ejus *Hieroglyphica*, cum adjunctis, publicanda dedit, & marmoreum illi tumulum in urbe Trajectensi, apud sodales Franciscanos, curavit exstruendum.

Hieronymus Rubeus, Ravennas, libris decem Ravennatum historiam complexus fuit, 1572. in fol. Venetiis editam. Hieronymi, nisi fallor, propinqvus ac gentilis fuit *Joannes Bapt. Rubeus*, itidem Ravennas, Carmelitani ordinis Præfectus generalis: qui opera Thomæ Waldensis, scholiis à se illustrata, edidit, & Romæ anno millesimo quingentesimo septuagesimo octavo vivere desiit.

Joannes Casa, Italus, Beneventanus Antistes *Jacobi Contareni* & *Petri Bembi* Cardinalium vitas Latine conscripsit. Italice vero librum *De moribus* edidit, quem *Galateum* nuncupat, quemque Francofurtenses 1580. Latina civitate donatum evulgarunt. Exstat turpe quoddam scriptum, falso ipsi, ut existimo, atributum, meritoque damnatum.

Martinus Cromerus, Polonus, Stanislai Hosii in Episcopatu Varmiensi successor, *Poloniæ historiam* ab anno 550. usque ad annum 1548. deduxit. Scripsit item de falsa Lutheranorum, & vera Christi religione; Catecheses, cum Orationibus adjunctis; Colloquiorum de religione libros quatuor; De cœlibatu sacerdotum, & alia Coloniæ, Dilingæ, & Parisiis edita.

Guilielmus Zenocarus, Flander, patria Brugensis, adolescens Budæo innotuit, & Lutetiæ Vatablum, Agatium & Paradisium, Hebræos; Tusanum & Strasselium, Græcos; Latomum & Gallandium, Latinos, Professores Regios audivit. In patriam redux, & equestri dignitate ornatus, Caroli V. Imper. ejusque filii Philippi Consiliarius ac Bibliothecarius exstitit, Scripsitque *de vita ejusdem Caroli* libros septem, Gandavi 1560. in fol. elegantibus typis à Manilio excusos. Archigraphiarius demum in patria per annos septemdecim fuit: auctusque Bincorstii toparchia suos inter consenuit; ab iisdem honesto tumulo in S. Donatiani basilica cathedrali honoratus.

CXIV. Franciscus Borgia, Hispanus, sæculi nostri decus & specimen sanctitatis, spreto Gandiæ Ducatu, & amplissimis honoribus, opibus & delitiis, singulari Dei vocatione & impulsu, in recens natæ Societatis obsequium anno salutis 1547. ætatis 37. se tradidit. Cardinalitiam dignitatem, à Julio III. Pontifice sibi oblatam, constantissime repudiavit. Societatis ejusdem in Hispania Commissarius generalis; Romæ bis Vicarius; ac demum Præpositus generalis ordine tertius fuit: quod munus septem annos & tres menses sanctissime gessit. Sed cum ex longa & laboriosa ad Hispaniæ, Lusitaniæ, Galliæque Reges legatione (qua jussu Pii V. Papæ, cum Cardinale Alexandrino, functus fuerat) in Urbem itineris laboribus confectus & æger rediisset, pridie Kalendas Octobris, anno Christi 1572. ætatis suæ 62. ad superos transiit. Scripsit Hispanice, antequam sæculo nuntium remitteret, opuscula quædam valde utilia, ad formandos mores ac profectum pietatis pertinentia; quæ typis excusa à piis avide leguntur. Ex quibus hæc sunt: *Speculum operum hominis Christiani*; *Collyrium spirituale*; *De præparatione ad sacram communionem*; *Exercitatio spiritualis ad sui cujusque cognitionem*; *tractatus de Cantico trium puerorum*; & alia, partim ab Alfonso Deza, partim ab Andrea Schotto Latine reddita. Ejus vitam, à Ribadeneira Hispanice scriptam, idem Schottus eleganti stilo Latine expressit, & Antverpiæ 1600. edidit. Clemens VIII. virum miraculis clarum in Beatorum classem 1624. retulit.

Gundisalvus Pinarius, Cetobricæ, quæ Lusitaniæ urbs est, ex claris piisque parentibus ortus, in prima statim pueritia litteras humaniores didicit, & mox ineunte adolescentia Juri pontificio operam dedit, primum in Academia Olisiponensi, quæ eo tempore florebat, deinde in Salmanticensi: ubi brevi in litteris magnos progressus fecit, & apud sodales suos non vulgarem sibi virtutis & eruditionis famam comparavit. Itaque in S. Bartholomæi collegium admissus, & deinde ad Doctoris gradum provectus, adeo celebri nomine apud Salmanticenses esse cœpit, ut à nonnullis amicis ad Senatoriam curiæ Pintianæ dignitatem invitatus fuerit. Qua conditione repudiata, in Lusitaniam rediit, accersitus à Jacobo Brigantiæ Duce: cui operam suam, in gravioribus negotiis obeundis, biennio impendit. Exinde ad Zaphiensem, post ad Tingitanum Episcopatum evectus, Legati munere in Gallia apud Franciscum I. Regem ejusque filium Henricum, summa cum laude, decennio functus fuit. Ad suos redux, in urbe Visensi, cujus Episcopatum adeptus erat, fixum ac quietum domicilium collocavit. Synodum hic, paucis interjectis mensibus, coëgit, in qua nihil prætermisit, quod ad communem totius diœceseos curam utilitatemque pertinere videretur. Nec multo post *Constitutiones*, ab anterioribus Episcopis editas, quæ propter temporum, rerumque vicissitudines fere in desuetudinem abierant, in optimam metho-

methodum redegit, typisque excudendas curavit. Obiit demum anno salutis 1567. ætatis suæ 77.

Bernardinus Sandovallius, primis hauſtis litteris, Juri ſe cum cæſareo tum pontificio conſecravit. Utque pietatis erat in primis ſtudioſus & ſacerdos eximiæ virtutis, piis ſeſe quotidie operibus, cum ægrotos tum vinctos conſolando, exercebat. Scripſitque 1564. ut poſteritas exaudiret, ſed Hiſpanice, volumina duo; alterum *De ſacerdotis boni officio*; alterum *De iis, qui in carceris cuſtodia aſſervantur, conſolandis.* Canonicus Toleti cum eſſet, ut Cancellarius & Scholarcha rexit Academiam illam, à majoribus ſuis excitatam. Poſt invidia, quæ virtutem plerumque comitatur, laborare cœpit; & generis ac ſtirpis quæſtione mota, ad cauſam Romæ dicendam provocavit. Obiitque æterna in Urbe anno 1572. conditus in æde Deiparæ ad præſæpe Domini; magno ſui bonis omnibus relicto deſiderio. Facultates enim pauperibus partim, dum viveret, diſtribuit, partim teſtamento legavit.

Petrus Fontidonius, patria Segovienſis, dignitate Canonicus Salmanticenſis, ex Rhetore Complutenſi Doctor Theologus renuntiatus, diſertas ac venuſtas Tridentina in Synodo, itemque Romæ, feſtis ſolemnibus coram Pontificibus, *Orationes* aliquot habuit. *Apologiam* item *Concilii ejuſdem* conſcripſit adverſus Joan. Fabricium Montanum, qua Germanicam nationem ad avitam in catholica Fide conſtantiam revocare tentavit: exſtantque omnia Plantini & Colonienſium typis evulgata. In ſacris ſtudiis operam adoleſcens dederat *Cypriano Ciſtertienſi* monacho perdiſerto, Complutenſi Profeſſori: ut ipſe alicubi narrat. Vivebat Romæ 1571.

Joannes Genesius Sepulveda, Cordubenſis (*qui ſe ita gerere ſtudebat, ut ipſius & mores probis piiſque viris, & doctrina, ſcriptique de Theologia & Philoſophia, Hiſtoriarumque libri doctis & æquis probarentur*, ut in ejus tabula ſepulcrali legitur) obiit in patria anno milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo ſecundo, ætatis octogeſimo primo. Ciceronem dictione ſemper æmulatus, Hiſpanos inter excelluit: quod & apud Luſitanos Hieronymus Oſorius præſtitit. Scripſit libros tres *De libero arbitrio*, contra Lutherum; *Antapologiam* pro Alberto Pio Carporum Principe, in Eraſmum Roterodamum; De vita rebuſque geſtis *Ægidii Card. Albornotii* libros tres; De ritu nuptiarum & diſpenſatione libros totidem; De regno & ejus officio libros totidem; Epiſtolarum libros ſeptem; & alia typis in Hiſpania, Germania, & alibi edita. Moriens reliquit commentaries de *Caroli V.* Imp. rebus geſtis, ut ſumma fide ac diligentia, ſic & elegantia pari conſcriptos: quos utinam quis proferat!

Petrus Serranus, Cordubenſis, Doctor Theologus, Canonicus Complutenſis commentaria in *Leviticum* & *Ezechielem* 1572. in fol. typis Plantinianis edidit. Ejuſdem commentationes in *Apocalypſin*, & in *Ethica Ariſtotelis*, Compluti prodierunt. Fuit item civis Cordubenſis *Martinus Alfonſus Puteanus*, qui Pſalmos à ſe elucidatos 1567. in fol. Compluti edidit. Idem 1572. Venetiis in 4. præſtitit *Lucretius Tiroboſcus*, Aſulanus, Carmelita.

Paulus Palacius, Granatenſis, Theologus Conimbricenſis, & Eccleſiaſtes egregius, commentarium in Matthæum ſcripſit; Conimbricæ 1564. poſt Salmanticæ, Lugduni, Antverpiæ editum. Catenam Patrum in eundem Matthæum, Henrico tunc Cardinali, poſt Regi Luſitaniæ, dicatum, 1571. evulgavit. Ejuſdem commentarius in Prophetas XII. minores 1583. & 1588. Coloniæ prodiit. Pauli frater *Michael Palacius* libros Magiſtri ſententiarum, & libros Ariſtotelis de anima commentationibus illuſtravit. Mirandum ſane, fratres duos germanos in Philoſophicis ac Theologicis, itemque in concionandi facultate uſque eo excelluiſſe, ut uter alteri præſtaret, in ambiguo eſſet.

Fortunius Garcias, Cantaber, ab ineunte ætate huc direxit omnes animi ſui cogitationes, ut Regi ſuo recte deſerviret. Decurſis itaque ſtudiorum ſpatiis, eo nomine in Hiſpaniam ſe contulit, magiſtratus ibidem geſſit, claruitque apud ſuos, non ſecus atque apud exteros. Magno interim ſui abſentis relicto deſiderio collegis Bononienſis gymnaſii, ab Ægidio Card. Albornotio excitati: in his *Geneſio Sepulvedæ*, Philoſopho ac Theologo inſigni, & *Jacobo Aragaio*, Cantabro, utriuſque Juris ea tempeſtate profeſſori. Reliquit filium, an nepotem, non facile dixerim, *Alfonſum Erſillam Stunicam*, vernaculæ poeticæ principem: cujus poema *Araucanum*, de bellis Hiſpanorum in Occidentali India geſtis, ab omnibus cum ſtupore legitur. Scripſit autem Fortunius *De fine Juris canonici*, & alia eo facientia.

Joannes Latinus, Æthiops, dum Granatæ N. Mendozam adoleſcentem nobilem in ludum litterarium comitaretur, linguam Latinam eadem opera ſic arripuit, ut commilitonibus ſuis admirationi eſſet: & ſane res ſtupenda, Æthiopem Latinis litteris excelluiſſe. Poſt manumiſſus, ut olim Romæ, qui Grammaticam profitebantur, fere liberti erant, & Græci, qui patriciorum libetos erudiebant; ſic ille Granatæ linguam Latinam publice docuit;

exemplo antea non audito, in cathedra nigrum hominem Latine loqui. Muſicus & poeta uxorem bene dotatam, nec ignobilem nactus eſt. Scripſitque *Auſtriados* libros duos, carmine heroico, ad Petrum Dezam Granatæ Præſidem ac militiæ præfectum, *De victoria navali Joannis Auſtriaci*, ad Echinadas inſulas 1571. parta, Nonis Octobris; item *De obitu Pii V.* Pontificis, ejuſque in Philippum II. Regem Catholicum ſtudio.

XCV. OTHO TAUCHSERUS, nobiliſſimo genere natus, adoleſcens in Italiam ſe contulit, & Bononiæ *Hugonem Boncompagnum*, qui poſtea Gregorius XIII. Pontifex fuit, Jura explicantem audivit. Studiorum ibi tunc ſocios habuit *Alexandrum Farneſium*, *Chriſtophorum Madrucium*, & *Stanislaum Hoſium*, poſtea S. R. E. Cardinales. Exinde Romam veniens, intimis Pauli III. Cubiculariis adſcriptus, & ab eodem in Germaniam ad comitia Noribergenſia 1543. miſſus, unanimi Canonicorum conſenſu, Auguſtæ Vindelicorum Antiſtes, & anno proxime ſequenti ab eodem Paulo S. R. E. Cardinalis nominatus fuit. Anno 1548. Synodum Auguſtanam diœceſanam, pro reformandis cleri ac populi moribus, celebravit, & præter alia ſalutaria decreta, Laurentii Campegii Cardinalis & Legati olim Apoſtolici, Conſtitutiones, Ratiſponæ editas, ſuis pro exemplo propoſuit; *Dilingæ* item in Suevia Academiam, cum ampliſſimo collegio, excitavit, atque liberaliſſime dotavit. Obiitque demum 1573. Romæ, ſepultus in templo ſanctæ Mariæ de anima.

MATTHÆUS GALENUS, Weſtcapellius, Zelandus, adoleſcens Lovanium ad Theologiæ ſtudium profectus, decurſoque ſtadio ſacra laurea inſignitus, à *Ruardo Tappero* Dilingam Sueverum, ad publicam divinarum litterarum profeſſionem, eſt ablegatus; *Petro Soto*, in Britanniam à Philippo II. Rege inde accito, & *Guilielmo Lindano*, ad majora in Belgium revocato, ſuffectus. Triennio hic laudabiliter exacto, à Senatu Duaceno evocatus, natæ nuper Academiæ magnum lumen attulit. Franciſci Richardoti, Atrebatium Antiſtitis, voce Doctor ſalutatus, prima fere Theologici illic ſtudii, cum *Richardo Smithæo*, Anglo, fundamenta poſuit. Rex Catholicus bene de Eccleſia ſcriptis ac voce merentem, Præpoſitum in D. Amati; atque Academiæ Cancellarium eſſe juſſit. Camaracum ad Synodum provincialem miſſus (ut & olim Tridentinæ interfuerat) una cum aliis Patribus, utilia Eccleſiæ Belgicæ decreta conſtituit. Annos ipſos decem apud Duacenos profeſſus, 1573. moritur; funebri laudatione à *Thoma Stapletono* collega ornatus. Situs eſt in æde ſacra, ſibi olim credita. Bibliothecam, in Germania ſtudioſe collectam, in patriam, optimis libris refertam, invexit. Scriptores antiquos è tenebris eruit nonnullos, in his *Alcuini* ad Carolum Magnum Imp. *Rhetorica*. De Theologicis ſcriptis, quæ Valerius in ſua Bibliotheca recenſet, excellunt potiſſimum libri *De Miſſæ ſacrificio*, & *Catecheſes* ab auditoribus exceptæ, typiſque à funere evulgatæ.

FRANCISCUS BALDUINUS, vetere & illuſtri Atrebatium urbe ortus, *Antonium* patrem habuit, regii apud ſuos Fiſci procuratorem. Admodum puer Lovanii Græcis Latiniſque litteris informatus, peracri ingenio ad Juris civilis ſtudia converſo, arcana ſcientiæ tanta celeritate complexus eſt, ut doctoribus ſuis, in his *Gabrieli Mudæo*, admirationi eſſet. Puber factus, dum in aula Caroli V. Cæſaris, cum Joanne Bergizomio, apud Brabantos Marchione, verſatur, contigit ut in cubiculo Principis, urgente ſiti, vinum Imperatori ante ſomnum offerri ſolitum intrepidus biberet. Quo audaci facto magis innotuit; mirante Carolo, probanteque formoſi adoleſcentis audaciam. Nec res augurio caruit, fore & eum qui Cæſareas leges penitus imbiberet. Lutetiam poſtea ſe contulit, ad exploranda clarorum virorum ingenia; moxque *Guilielmo Budæo* & *Lazaro Baifio*, aliiſque viris magnis innotuit. Hinc in Germaniam ad *Melanchthonem* & *Bucerum*, dein Genevam ad *Calvinum* & *Bezam* profectus, ab his novarum ſectarum auctoribus ac defenſoribus intelligere voluit, quas ob cauſas à Romanæ veteriſque Eccleſiæ caſtris diſceſſiſſent. Quorum impia commenta depravataſque opiniones improbans, Calvinum imprimis ajebat ſibi diſplicuiſſe, ob ſeditioſum turbulentumque ingenium, quod in eo deprehendiſſet. Lutetiam reverſus, à Biturigibus ad docendi munus accerſitur, futurus *Eguinarii Baronis* & *Franciſci Duareni* collega, parque de publico ſtipendium accepturus. Mox incredibili omnium ſtudio, Baronis voce Doctor renuntiatur. Septennio hic exacto, Germaniæ Academias aliquot docendo obivit; *Jacobo Cujacio* ſucceſſore apud Bituriges cooptato. Exinde in Galliam ab *Antonio Borbonio* Rege Navarræo revocatus, filium ejus naturalem *Carolum* in diſciplinam accipit. Audito Regis ad Rotomagum caſu, non multo poſt puerum in Galliam reduxit. Ac tum quidem, renaſcentibus in Gallia bellis civilibus, ſerio cœpit de reditu in patriam cogitare; civibus ſuis atque Hiſpanis per oratores rogantibus, ut Duaci Flandrorum, in Academia recens excitata, Juris civilis ſcientiam, amplo propoſito honorario, profiteretur. Ad ſuos itaque reverſus, à Ferdinando Duce Albano, Belgicæ Prorege, comiter humaneque ſuſceptus eſt, Sed Belgicis tumultibus paulo poſt magis magiſque ingraveſcentibus, miſſione aliquot dierum impetrata, ſpecie adducendæ uxoris ac bibliothecæ; Lutetiam ad priſtinum docendi munus revertit. Veſontionenſes interim vetuſtiſſimi Sequanorum, jure Academiæ inſtituendæ,

ut

ut ajebant, impetrato, per nuntios eum invitant, pactique de ſtipendio abducunt. Efluctibus Galliæ iterum æſtuantis in eum veluti portum ſecedens (belli enim civilis rapinas, furta, cædes deteſtabatur) intellexit *Maximiliani II.* Cæſaris mandato, Vetontonenſes prohibitos Juris ſcholam inſtituere. Hortantibus nihilominus, ut Jus civile interpretaretur; *Nefas eſt*, reſpondit, *Juris auctorem ab interprete Juris contemni.* Itaque digreſſus inde, rogatu multorum, Andegavum ad ſcholam revocandam ſe contulit. Ubi cum annos ferme quattuor florem Gallicæ juventutis Juris civilis cognitione imbuiſſet, *Henrico* tum Andium Duce in Regem Poloniæ electo, Lutetiam ab eo venire juſſus eſt, menſe Auguſto: quo tempore magnificentiſſima Legatio Polonorum adfuit. Collocutus cum omnibus, magnum ſui in exterorum animis amorem excitavit: putabaturque ineunte vere in Poloniam profecturus, niſi conditionis humanæ neceſſitas Juriſconſultum totius Europæ ſummum, ardore continuæ febris diu vexatum, ante ſuſtuliſſet. Statura fuit juſta, forma eximia, & per omnes ætatis gradus venuſta, oculis acribus ac nitidis. Vocem habuit canoram, firmiſſima latera, ut docens, Periclis inſtar, tonare ac fulgurare videretur. Duarum maximarum ſcientiarum, ut erat memoria prope divina, ſummos apices complexus eſt, Juris civilis & Hiſtoriæ. Dicere enim ſolebat, & ſcripto edito, ut poſteritas exaudire poſſet, profeſſus eſt, *Hiſtoriam cum Juriſprudentia conjungi oportere*; hanc ſine illa cæcam videri. Ex Catharina Bitonia conjuge ſuſcepit unicam filiam, imaginem ſui. Percunctante amico *Papirio Maſſono*, malletne filium quam filiam habere; *Minime*, reſpondit: *Roma enim Ciceronis filium non agnoſcebat loquentem.* Præter varia ad Juriſprudentiam pertinentia, ſcripſit & *Apologias tres adverſus Calvinum & Bezam*, ab illis antea laceſſitus; feruntque Calvinum nullius linguam, ſtilum & eruditionem magis horruiſſe, quam hujus Atrebatis, familiaris quondam ſui. Vita deceſſit Lutetiæ in collegio ſuæ gentis Atrebatium, præſentibus uxore & filiola, annos natus tres & quinquaginta, ſacris ritu catholico pie ſumptis; teſtatus in caſtris Eccleſiæ Romanæ ſe mori. Adfuit morienti, quo etiam uſus erat familiariter, *Joannes Maldonatus*, Soc. Jesu Theologus præſtantiſſimus. Conditus eſt in Maturinorum ſodalium periſtylio, quo & *Joannes à Sacro-boſco*, celebris Mathematicus, ſitus jacet. Maſſonus, Annalium Galliæ ſcriptor, grati animi auditor, hoc fere elogium illi tribuit, & ſarcophago hæc inſculpenda curavit: *Cuiaci, Balduinus hic jacet. Hoc tecum reputa & vale. Mortuis vobis, Juriſprudentiam corripiet gravis ſopor. Franciſcus Balduinus Juriſconſultus obiit anno ætatis* LIII. XI. *Novembris, à partu Virginis* M. D. LXXIII. *Papirius Maſſonus, Balduini auditor, poſuit.*

Andreas Masius, Lenniaci in agro Bruxellenſi natus, variarum gentium linguis atque litteris, raro certe exemplo, & magno orthodoxæ Eccleſiæ commodo, excultus fuit. Nam præter eximiam Latinæ, Græcæ, Hebraicæ, & linguarum exoticarum cognitionem, cum anno 1553. Romæ ageret, tantam linguæ Syriacæ notitiam, docente *Moſe Mardeno*, Patriarchæ Antiocheni ad Pontificem Romanum Legato, brevi adſecutus eſt; ut aliquanto poſt *Sulaca*, Neſtoriani populi Patriarcha deſignato, pariter Romam veniente, nemo illo aptior repertus ſit, qui, quas hic à ſuis podularibus attulerat Syriacas epiſtolas, interpretaretur. Cumque hoc ageret *Philippus II.* Rex Catholicus, ut *Ptolemæi* Regis, qui duos & ſeptuaginta Interpretes evocavit, & *Franciſci Ximenii* Card. Toletani exemplo, qui Compluti Biblia eruditis linguis evulgavit, eadem auctiora ad poſteros tranſmitterentur: Maſius Antverpiam honorifice evocatus, una cum *Benedicto Aria-Montano*, iſtam vere regiam editionem adornavit; primuſque Syriacum idioma Grammaticis præceptionibus & Lexico illuſtravit. Magna illi cum *Lævino Torrentio*, & *Augerio Busbequio* familiaritas fuit: Romæ quoque *Antonio Auguſtino*, pontificiarum tunc cauſſarum Judici, poſt Tarraconenſi Archiepiſcopo, aliiſque præſtantibus viris, doctrinæ nomine innotuit. Guilielmo demum Cliviæ Duci à Conſiliis, eidemque admodum carus, Zeveneræ in Clivia 1573. die 7. Aprilis moritur. Ad ingenii monumenta quod attinet, *Diſputationem de Cœna Dominica* impiis Calviniſtarum corruptelis oppoſuit; & *Joſue* Imperatoris hiſtoriam verſione ac commentario (caute tamen aliquot locis legendo) illuſtravit. Præter *Baſilii Cæſareenſis Epiſcopi Liturgiam*, tranſtulit è Syriaco commentarium *de Paradiſo*, ante annos plus minus ſeptingentos à *Moſe Bar-Cepha*, Epiſcopo Syro, ſcriptum; item *Profeſſiones Fidei duas*, unam à Moſe Mardeno, alteram à Sulaca, ſupra nominatis, Romæ 1552. & 1553. emiſſas; *Epiſtolas* item *duas* à Neſtorianis ad Pontificem Romanum, ex Seleucia Parthorum, & urbe Hieroſolymitana datas; ejuſdem denique Moſis Mardeni Theologicam *de S. Trinitate* contemplationem. Quæ omnia Plantinus, partim vivente Maſio, partim ipſo defuncto, excudit.

Nicolaus Biesius, Medicus, philoſophus & poeta inſignis, Gandavi in patria litterarum, & Lovanii artis medicæ principia hauſit. In Hiſpaniam deinde profectus, Valentiæ Editanorum ſubſtitit, & Duci Calabriæ adhæſit; uſus ibidem familiariter *Joanne Bapt. Agneſio*, libris editis claro. Binis luſtris exactis, ad ſuos Belgas, tamquam Ulyſſes alter reverſus, patriam variis hæreſibus infectam repperit. Cui pro virili juvandæ, edito *De opinionum varietate* libello, populares ſuos à ſectarum varietate revocare, atque in religione majorum retinere tentavit. Lovanii publicam Doctoris perſonam ſuſtinens, remque medicam tractans, eruditos in Galenum commentarios, & alia eo facientia publicavit. Poſt à

Maximiliano II. Imp. in Germaniam accitus, ipſi ac liberis gratus acceptuſque, fatis ibidem 1573. conceſſit; relicto inter alios filio N. Senatore Regio Ruremondæ in Gelria: qui ſuum de antiquis Comitibus ac Ducibus Gelriæ commentarium ms. aliquando nobiſcum coram communicavit.

Lambertus Grüterus, Wenradius, Germanus, ſuprema Theologiæ laurea 1569. Moguntiæ ornatus, aulicum concionandi munus primo apud Electorem Moguntinum, poſtea apud Maximilianum II. Imp. magna cum laude obivit. Opera, quæ *S. Clementis Romani* dicuntur, collegit, Notiſque explicavit: ut Serarius in Moguntia ſua lib. 1. cap. 40. narrat.

Franciscus Polygranus, Germanus, ord. Minorum, facundus ad populum declamator, ſcripſit *Sermones* varios; item commentaria *in Paſionem Domini*. Collegit inſuper *Aſſertiones Doctorum Eccleſiæ contra Lutheranos*. Quæ omnia Coloniæ 1558. 1560. 1571. fuerunt excuſa.

XCVI. Hieronymus Hermes Bolsecus, Pariſienſis, profeſſione Medicus, cum Genevæ ageret, Joanni Calvino perfamiliaris fuit: Lemano lacu poſtea relicto, cum Lugduni ad Rhodanum medicinam factitaret, rogantibus amicis, ejuſdem Calvini vitam infamem, moreſque impios, ſibi ex longa conſuetudine notiſſimos, Gallico ſermone deſcripſit. Quod opus cum ab avitæ Fidei hominibus avide & cum fructu legi animadverteſſet, Lutheri, Zvinglii, Oecolampadii, & aliorum hæreſiarcharum vitas ſimili ſtilo contexuit. Ea omnia poſtmodum Latine reddita Colonienſes, Pariſienſes aliique identidem ediderunt. Calvinianæ porro ſectæ homines à Francis *Hugonoti*, à Belgis *Geuſii*, ab Anglis *Puritani*, à Bohemis *Picardi* vulgo appellantur. *Hugonotorum* nomen ferunt in tumultu conjurationis Amboſianæ, Calvino & Beza auctoribus Genevæ concepto, primum in urbe Turonenſi 156c. fuiſſe auditum, & hoc modo natum. Solenne eſt civibus Turonenſibus, ad terrendos infantes, *Hugonem* nominare, quem noctu pomæria urbis obequitantem, inque obvios euntem pulſantemque commemorant. Cum autem hæretici, quorum complures tunc erant apud Turones, circa ea pomæria nocturnos cœtus agerent (quoniam interdiu non licebat) factum eſt, ut tamquam nocturni lemures digito monſtrarentur pueris, atque ab Hugone *Hugonoti* per deridiculum vocarentur. *Geuſiorum* vero nomen anno 1566. Bruxellæ natum eſt, cum ducenti plus minus Nobiles fœderati *Margaritæ* Duci *Parmenſi*, Belgarum Gubernatrici, libellum ſeditioſum obtulerunt; quo veterum contra hæreſes edictorum Regiorum abrogatio poſcebatur. Narrant enim à *Carolo* Comite Berlaimontio univerſam illam fœderatorum turbam voce Gallica *Geuſios* appellatos; atque illum quidem, ut Margaritæ animum firmaret, ita locutum, quaſi nihil ei à mendicis ac vilibus iſtis hominibus pertimeſcendum eſſet. Quod nomen conjurati poſtea ſuæ factioni proprium fecerunt: ut Florentius & Franciſcus Haræi, itemque Famianus Strada, Belli Belgici ſcriptores, fuſe in ſuis ſinguli commentariis narrant. *Puritanorum* porro nomen in Anglia anno 1565. primo auditum fuiſſe, Genebrardus in ſuo Chronico tradit. De quibus, ut & de *Picardis* ſeu Picarditis, qui plura volet, legat Jacobum Gualterum in Tabula chronographica ſtatus Eccleſiæ catholicæ. De Calviniſtarum privilegiis legi item poterit *Martini Becani* liber, Moguntiæ 1612. & alibi editus.

Simon Maillæus, Archiepiſcopus Turonenſis, S. Baſilii Cæſareenſis Epiſcopi Conciones XXIV. de vita & moribus, à Simeone Magiſtro ac Logotheta ſelectas, Latine reddidit, & Pariſiis 1558. in 8. publicavit.

Simon Vigor, Doctor Sorbonicus, una cum collegâ ſuo *Claudio Sanctesio*, interfuit Synodo Tridentinæ; & cum eodem diſputavit anno 1566. adverſus Miniſtros Calvinianos: ut Genebrardus in Chronico narrat. Narbonenſis poſtea Archiepiſcopus à Pio IV. creatus, optime rem geſſit.

Christophorus Madridius, Hiſpanus, in diœceſi Toletana natus, Philoſophiæ ac Theologiæ ſtadiis Compluti decurſis, Romam 1540. profectus, Joanni Dominico de Cupis, collegii Cardinalium Decano, adhæſit, Theologi fungens officio. Rejecta demum mundi vanitate, *Ignatio Lojolæ* in diſciplinam ſe tradidit: qui 1556. morti vicinus ipſi propemodum tironi, ſed magna auctoritate prædito, Societatem univerſam, una cum Joanne Polanco & Hieronymo Natali, adminiſtrandam commiſit. Anno 1558. creatus Adſiſtens, Italiam cum Sicilia diligentiſſime curavit, & Romanam domum Profeſſorum annis multis prudentiſſime rexit. Scripſitque libellum utilem ac doctum *De frequenti uſu Euchariſtiæ*, qui omnium manibus teritur; & Romæ ſexagenario major, 1573. ceſſit è vita.

Lambertus Averus, Papembergæ in Comitatu Tirolenſi natus, adoleſcens Societati Jesu ſe conſecravit, Philoſophiam ac Theologiam apud ſuos Romæ didicit, & eaſdem poſtea Moguntiæ profeſſus fuit: ubi & primus ſuorum ſodalium Rector, & populi è ſuggeſtu magiſter exſtitit. Et ſane virtus illius erat eximia, parque apud omnes virtutis exiſtimatio.

Com-

Commendonus Cardinalis ſecum in legatione ſua per Septemtrionis provincias eum nuper circumduxerat; adjutore ad regendos familiæ mores, & in rebus religionis, quas hæretici in controverſiam revocarent, diſceptatore utens. Diſputavit in ea peregrinatione Averus cum Lutheranis præcipue in aula Marchionis Brandeburgenſis. Is vicina ex Academia nonnullos, qui ſe Theologos dicebant, evocarat. Super menſam, ut fere in Germania Dubitantii facere ſolent, plerumque diſputabatur. Accedebant illi binos ternoſve libros ſub ala geſtantes: Sed nullo negotio, quamvis ex improviſo inermique deprehenſus, ipſos redarguebat Lambertus; & in eas anguſtias redigebat, ut identidem muti ſe invicem aſpectarent, Nec potuit diſſimulare Marchio, profeſſione Lutheranus, quin apud Commendonum in diſceſſu profiteretur, relinqui ſe multis confixum aculeis, quos Averus injeciſſet. Scripſit autem eruditas *Aſſertiones Theologicas de verbo Dei, & de Sanctis.* Anno 1573. Romam à Rhenanæ provinciæ Patribus miſſus, ad comitia generalia, in quibus *Everardus Mercurianus* quartus Præpoſitus generalis eſt electus, magno omnium luctu, vix finita electione, extingvitur.

Joannes Gelidà, Valentiæ in Hiſpania natus, cum ſibi perſvaſum haberet, Philoſophiæ conjungendam eſſe Eloquentiam, quadragenario major Ciceronem, ac reliquos Latinos auctores ſerio primum legere cœpit; Græcaſque deinde litteras adeo avide arripuit, ut in utraque lingua brevi excelleret. Lutetiæ itaque gymnaſio, cui à Cardinale conditore nomen eſt, cum laude præfuit: dein *Andreæ Goveano* Burdigalæ in ludi Aquitanici regimine ſucceſſit; ubi & ſub annum Chriſti 1556. ſexagenario major vivere deſiit. Vir de univerſa Aquitania, ac litteris optime meritus: eoque nomine à Julio Cæſare Scaligero & aliis laudatus. Præter commentarium in *Logica Ariſtotelis* vir modeſtiſſimus nihil edidit. Amici tamen ejus Epiſtolas aliquot 1571. publicarunt: quæ quidem Latine ita perſcriptæ ſunt, nihil ut ſupra fieri poſſe videatur. Gelidæ amico ſuo *Elias Vinetus* à Senatu populoque Burdigalenſi ſubſtitui meruit.

Joannes Bapt. Agnesius, Hiſpanus, patria Valentinus, ſacerdos, Theologus ac poeta, Franciſco Comiti Olivario carus, Nicolao Bielio, Caroli V. Imp. Medico, perfamiliaris, *Magdalenam, Luciam, Martinum, Chriſtophorum*, aliosque Divos verſibus 1545. editis celebravit. Libros item duos *Epiſtolarum*, & Apologeticum de laudibus *S. Hieronymi*, adverſus obtrectatorem Eraſmum, 1550. carmine elegiaco conſcripſit.

Henricus Joliffus, Anglus, ſcripſit varia adverſus Hoperum, Ridlæum, alioſque nationis ſuæ ſectarios, à Plantino edita: & Lovanii 1573. vivere deſiit. Eodem anno Coloniæ eſt edita *Catena* Patrum Græcorum in Pentateuchum, interprete *Franciſco Zephyro*, Florentino.

Marcum Nevianum, Flandrum, civem & Medicum Gerardimontanum, Guicciardinus & Marchantius, rerum Flandricarum præcones, velut exemplum eruditiſſimi hominis celebrant ac producunt. Et vero civibus ſuis non medendo ſolum profuit, ſed etiam Rempublicam prudentia juvit, geſto ſæpius Conſulatu. Sacerdos demum factus Gandavum conceſſit, ibique reliqvum vitæ in nobilis otii ſtudiis tranſegit. Scripſitque carmine libellum *De viribus plantarum*, & alterum *De morbis curandis*. Prior anno 1563. in 8. Lovanii, alter Gandavi fuit excuſus.

XCVII. Franciscus Richardotus, honeſto apud Burgundiones loco natus, cum ſe Auguſtinianis eremitis adjunxiſſet, mira ingenii celeritate tantam rerum Theologicarum cognitionem etiamnum adoleſcens adſecutus eſt, ut viceſimo ætatis anno Lutetiæ publice Paulinas epiſtolas, magno audientium concurſu, explanaret. Inde in Italiam, excolendo ingenio, profectus, apud principes viros, & ſcientiarum coryphæos, in iis *Paulum Manutium*, ſummo in honore fuit: ut ex hujus epiſtolarum libro 2. ep. 2. colligi datur. In patriam regreſſus, Veſontionenſem Academiam, auſpiciis Ant. Perrenoti Card. Granuellani inſtauratam, ſua doctrina mirifice illuſtravit. Poſt ab eodem, tum Atrebatium Epiſcopo, in paſtoralis curæ ſocietatem adſcitus, ipſi ad Mechlinienſem Archiepiſcopatum evecto in epiſcopali dignitate ſucceſſit. Arteſios per id tempus occulte invadere cœperat depravatarum in religione opinionum lues: idque malum, quo occultius, eo periculoſius, è parvis igniculis ortum, jam provinciam, ut vicinas inflammâſſet, niſi ad incendium reſtinguendum mature atque alacriter verus hic paſtor & cuſtos aduolaſſet. Itaque Dominicis fere diebus, & vernis quadraginta dierum jejuniis, non minus pie, quam diſerte (Gallico enim ſermone, ut & Latino, plurimum valuit) de religionis noſtræ myſteriis ad populum verba idemtidem faciebat. Non raro etiam Bruxellam accitus, in procerum conſeſſu, de verbo Dei firmis lateribus diſſeruit, ac Principes, in his *Carolum V.* Cæſarem, & *Iſabellam* Philippi II. conjugem, pro funere laudavit. In Tridentina quoque Synodo, cum Fidei catholicæ cauſſam adverſus hæreſes dicendo egregie tueretur, à doctiſſimorum Patrum conſeſſu libenter auditus eſt. Domum reverſus *Academiam Duacenam*, ſua in diœceſi à *Philippo II.* Hiſp. Rege recens excitatam, felicibus auſpiciis, habita & mox edita *Oratione*, dedicavit,

primuſque in ea ſacras litteras publice fuit interpretatus. Multis demum exhauſtis laboribus vitam cum morte, vel retro potius, 1574. commutavit: marmoreo conditus tumulo in ſuo epiſcopeio, à *Joanne Richardoto*, tunc Arteſiæ, poſt ſanctioris Concilii Præſide, ſororis filio; quem, ob ingenii doctrinæque præſtantiam in familiam nomenque adoptarat. Defunctum funebri oratione, quæ exſtat, Thomas Stapletonus apud Duacenſes laudavit. Opera ejus partim Antverpiæ, partim Duaci & Audomaropoli excuſa, Valerius recenſet in Bibliotheca Belgica.

Cornelius Mussus, Italus, Placentinus, ex monacho Franciſcano Epiſcopus Bitontinus, eloquentiæ gloria per Italiam mirifice floruit, ſive de verbo Dei pro concione ad populum, incredibili auditorum concurſu, vernacule diſſereret, ſive apud eruditos de religionis noſtræ capitibus Latine verba faceret. Commentarium ſuum in *Epiſtolam Pauli ad Romanos*, itemque *Bitontinam Synodum*, à ſe habitam, Venetiis publicavit. *Conciones* ejus varias Michael Iſſeltius ex Italico Latinas reddidit, & Coloniæ 1594. edidit. Ejuſdem Oratio ad Tridentinos Patres habita exſtat inter alias ejuſdem generis, Antverpiæ 1547. & alibi excuſas. Romæ v. Kalend. Januarii anno milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo quarto vivere deſiit.

Blasius & Joannes Monlucii, fratres, ut familiæ decus, quod amplum à majoribus apud Condomenſes acceperant, amplius atque illuſtrius poſteris traderent, ſic ſua inter ſe ſtudia ſunt partiti, ut *Blaſio* natu majori ſagum, *Joanni* vero toga cederet. Ac Blaſii quidem res cum in Gallia tum in Italia fortiter geſtas, quibus ampliſſimam Præfecti equitum dignitatem promeruit, non eſt hujus loci aut inſtituti commemorare: præſertim cum in illa ſui temporis hiſtoria, quam ſermone vernaculo complexus eſt, abunde ſuo ipſe ſtilo ſe depinxerit. Joannes autem Valentiæ Cavarum Epiſcopus, contemptis militaribus ſtudiis, doctrinæ gloriam bellicæ prætulit laudi. Tantumque induſtria atque eloquentia ejus valuit, ut neſciam an quis illo ævo legationes obierit aut numero plures, aut rerum pondere graviores. Sigiſmundo certe Polonorum Rege defuncto, cum regnum illud *Henricus Valeſius* ambiret, Monlucium in primis, ad conciliandos iſtius gentis animos, ſuffragiaque impetranda, peridoneum eſſe judicavit. In Sarmatiam itaque miſſus, ſua facundia ac ſolertia tantum effecit, ut ſecluſis competitoribus Valeſius à proceribus populoque ad regnum capeſſendum 1574. evocaretur. Ad ſacra munia quod attinet, ſic in iis obeundis excelluit, ut fere unus ipſe in concionibus, de rebus divinis ad Reges, proceres ac plebem habendis, ſua ætate triumpharet. Ceterum Blaſius an. 1577. Joannes 1579. obiit.

Augustinus Moreschinus, Montalcinus, Etruſcus, eremita Auguſtinianus, concionator eximius, ex D. Auguſtini operibus, contra hæreticos, tractatus aliquot concinnavit, ut de Purgatorio, de cultu Sanctorum, de Orationibus, Eleëmoſynis & Sacrificiis pro defunctis, de Patientia, & de Itineribus ad æternitatem: quæ omnia Neapoli ſub annum 1568. excuſa fuerunt. Anno proxime ſequenti 1569. obiit *Chriſtophorus Patavinus*, Auguſtinianorum eremitarum Præfectus generalis, Theologus ac Philoſophus inſignis: qui præter *Orationes* & *Sermones*, coram Pontifice, Cardinalibus & aliis habitos, ſcripſit de Euchariſtiæ ſacramento, Miſſæ ſacrificio, Unctione extrema, Voto ſolemni, & Epiſcoporum reſidentia.

Gerardi Matthisii, Gelrienſis, nomen non Philoſophicæ modo, ſed & Theologicæ lucubrationes illuſtrant; ut *Matthiæ Bredenbachii* diſcipulum poſſis agnoſcere. Cujus etiam exemplo juventutem inſtituens, Montano apud Colonienſes gymnaſio annos aliquot præfuit. Poſt nobiliſſimo primariæ ædis collegio, ut presbyter Doctorque Theologus, adſcriptus, præter *Conciones ſacras*, in difficilem illam *D. Pauli ad Romanos epiſtolam* 1562. commentarium edidit, & S. Thomæ Aquinatis doctrinam de Ente & Eſſentia illuſtravit. Sed ut fuit ævi brevis, reliquit præclare incohata multa, perfecta non plane: obiitque anno 1574. Coloniæ, humo conditus in odeio ſodalium Dominicanorum.

XCVIII. Paulus Jovius, luculentus hiſtoriarum ſcriptor, Novocomi apud Inſubres natus, à Clemente VII. Epiſcopus Nuceriæ creatus, Concilio Tridentino interfuit, & anno 1552. exeunte, III. Idus Decembris, Florentiæ diem extremum clauſit, cum annos 69. & menſes ſeptem vixiſſet; in baſilica S. Laurentii ibidem ſepultus. Scio equidem non deeſſe, qui Jovii fidem in hiſtoria vehementer elevent: ſed *dum multa nitent in carmine, non ego paucis offendar maculis.* Lipſius certe, magnus ævi noſtri Criticus, in Notis ad ſua Politica, ſatis benignam de ipſo ſententiam pronuntiat. Ut ut ſit, *in Virorum illuſtrium Elogiis* Jovius profecto triumphat ac regnat. Quod quidem genus ſcriptionis multi variarum nationum homines poſtea æmulati ſunt; in his Ubertus Folieta, Julius Roſcius, Alfonſus Matamorus, Andreas Schottus, Ludovicus Nonius, Scævola Sammarthanus, Simon Starovolſius, Cornelius Curtius, nos & alii: ſed nemo parem, meo quidem judicio, laudem hactenus eſt adſecutus.

Arnol-

Arnoldus Ferronus, civis & Senator Burdigalenſis, patrias leges commentario illuſtravit, & *Gallicam hiſtoriam*, poſt Paulum Æmilium, uſque ad Franciſci I. Regis obitum, eſt proſecutus. Scripſit & alia multa, quæ *Attici* cognomen, ipſi à Jul. Cæſare Scaligero attributum, conciliarunt. Obiit anno ſalutis milleſimo quingenteſimo ſexageſimo tertio, nondum quinquagenarius.

Joannes Antonius Beuterus, Valentiæ Edetanorum in Hiſpania natus, Joannis Andreæ Stranei diſcipulus, Th. Doctor ac profeſſor in patria, ſcripſit *Annotationes* x. *ad ſacram Scripturam*, itemque *De recta ſacrificii oblatione, ac Miſſæ ceremoniis.* Exſtat & *Hiſtoria Valentina*, ab ipſo vernacule concinnata; ſed Pſeudo-Beroſianis ſeu potius Annianis nugis contaminata.

Ledesmæ plures ſæculo ſuperiore in Hiſpania ſcriptis clari exſtiterunt. *Martinus Ledeſma*, Luſitanus, ordinis Prædicatorum, in Conimbricenſi Academia, à Joanne III. Portugalliæ Rege recens inſtituta, triginta amplius annos Theologiam publice explicùit; eidemque Regi auctor fuit, ut collegium S. Thomæ illa in urbe monachis Dominicanis excitaret ac dotaret: ubi & circa annum 1574. deceſſit. Commentaria ejus in *Magiſtrum ſententiarum*, & in *Summam Theologicam D. Thomæ*, typis Conimbricæ edita leguntur. Valentini porro & ſuum *Michaelem Hieronymum Ledeſmam* laudant, Joannis Stranei diſcipulum: qui annis multis rem medicam in Valentina Academia profeſſus fuit; & ut erat lingvæ Græcæ peritiſſimus, *Chriſti paſſi cruciatus* carmine per centones Homericos celebravit.

Jacobus Ledesma ortus eſt in Hiſpania, in opido cui, appellatione gentis, *Villa Cuellar* eſt nomen. Compluti primum magnâ cum ſingularis ingenii fama, mox Pariſiis, complurium annorum labore, multiplici rerum ſcientiæ operam dedit. Lovanium poſtremo inexplebilis diſcendi cupido hominem traxit. Hic familiaritatem *Petri Ribadeneiræ* nactus, cœpit acribus ſtimulis ad idem vitæ genus impelli: ad quod, annum agens tertium circiter ac triceſimum, Lovanii admiſſus eſt. Inde cum eodem Ribadeneira Romam profectus, *Cornelio Wisbavæo*, qui in Urbe tironibus inſtituendis tunc præerat, in diſciplinam eſt traditus. Anno milleſimo quingenteſimo ſexageſimo cum *Ribadeneira* & *Oliverio Manæo*, quattuor ſolemnia vota Romæ emiſit. Multis annis ibidem controverſas de fide quæſtiones contra hæreticos enodavit, & S. Thomæ Aquinatis doctrinam explicavit; ac demum anno milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo quinto obiit. Scripta recenſet idem Ribadeneira in Catalogo Scriptorum Societatis Jesu.

Nicolaus Everardus, Amſtelædami apud Batavos genitus, familiæ ſuæ primus ſplendorem attulit. Is patria procul, quinque & triginta annos, rara conſtantia, Ingolſtadii Jus publice interpretatus, Guilielmo IV. ejuſque filio Alberto V. Bajoariæ regulis à conſiliis fuit. Inde demum ad ampliorem honoris gradum evocatus, annos ſex Spiræ Nemetum Senator, in communi Germaniæ prætorio, juri dicundo ſanctiſſime præfuit. Hujus exſtat tractatus ampliſſimus *De teſtibus & fide inſtrumentorum.* Ejuſdem liberi fuerunt *Nicolaus*, *Gaſpar & Georgius*, *Everardi*, omnes Juriſconſulti. Nicolaus minor apud Bajoarios natus, paternis inſiſtens veſtigiis, annos octo & viginti Jus pontificium de ſuperiore loco Ingolſtadii explanavit, & Alberto V. itemque Guilielmo V. Bavarorum ex ordine Ducibus conſulendo profuit. Obiitque fere quinquagenarius anno 1586. relictis filiis quattuor, *Guilielmo*, *Alberto*, *Nicolao* & *Ferdinando*, itidem Jureconſultis. Quis tot *Everardos* uno ſæculo enatos, omneſque Juriſprudentiæ ſtudiis deditos non admiretur? Ceterum ab iſtis Everardis, ſtirpe Hollandis, prorſus diverſi fuerunt Everardi, ſtirpe Zelandi, quos ſupra cap. 39. laudavi.

Gilbertus Philaretus, Limburgi in Belgio natus (unde & cognomento *Limburgii* apud exteros maxime innotuit) Avicennam cum Hippocrate & Galeno conciliavit, primuſque *Fontes* acidos *Spadanos*, vix accolis notos, univerſæ Europæ, edito de eorum uſu ac virtute commentario, aperuit. Quo nomine Roberto Bergano & Gerardo Grousbequio, Eburonum ex ordine Antiſtitibus, mire jucundus exſtitit. Cumque Canonica ad D. Pauli, in urbe Leodicenſi, dignitate eſſet cohoneſtatus, nec per ſe munus ipſe explere poſſet, praxi medica, qua plurimum valuit, avocatus, fratri ſuo *Remaclo Fuſchio* eam ceſſit. Qui & ipſe multa *De aquis, ſtirpibus, deque aromatibus*, typis Lutetianis ac Venetiis evulgavit: *Medicorum* adhæc illuſtrium *vitas*, cum Symphoriani Campegii catalogo neotericorum Medicorum, foras dedit. Communi uterque, ut decuit, tumulo conditus jacet in S. Annæ cœnobio, quod eſt Leodici intra Paulini collegii ſepta. Obiit autem Philaretus anno milleſimo quingenteſimo ſexageſimo ſeptimo. De *Spadanis* porro *Fontibus* (quos magno valetudinis bono anno 1607. & 1618. adivi, & domi ſæpius bibi) poſt Philaretum, ſcripſerunt & alii Medici Leodicenſes; in his *Philippus Garingus*, Trudonopolitanus, & *Thomas Rictius*, Mechlinienſis: ut *Frambeſarium* & alios omittam.

XCIX. Petrus Crinitus, Florentiæ anno 1504. & ſequentibus agens, ſcripſit De honeſta diſciplina libros viginti quinque; de Poetis Latinis libros quinque, & Poematum

libros duos: qui omnes elegantibus typis Lutetiæ in fol. à Badio 1510. fuerunt editi. Crinitum æmulatus *Lilius Gregorius Giraldus*, Ferrarienſis, Græcorum & Latinorum poetarum hiſtoriam libris decem, & duobus aliis poetarum recentiorum vitas complexus fuit, & anno milleſimo quingenteſimo quinquageſimo ſecundo in patria deceſſit. Ejuſdem opera omnia tomis duobus poſtea Baſileenſes in fol. excuderunt. Giraldi propinqvus ac gentilis *Joannes Bapt. Cynthius*, libris Italice ſcriptis clarus, obiit ſimiliter Ferrariæ in patria, anno milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo tertio, ætatis ſexageſimo nono.

Aloysius Cornarus, patritius Venetus, vitam uſque ad centeſimum annum, integris animi & corporis ſenſibus, produxit. Infirmitates, ex intemperantia in adoleſcentia contractas, ſobrietate victuſque moderatione emendavit. Scripſitque Italice libellum *De vitæ ſobriæ commodis*, quem *Leonardus Leſſius*, S. I. Theologus, Latine reddidit, & cum ſuo *Hygiaſtico*, ſimilis argumenti libello, 1613. typis Plantinianis evulgavit. Cornarus autem, centenario major, Patavii (ubi larem fixerat) morte placida, & ſine doloris ſenſu, 1555. deceſſit; in templo S. Antonii conditus.

Lælius & Julius Capilupi, patria Mantuani, exemplo Auſonii, Probæ Falconiæ & aliorum, diverſos *Centones* ex Virgilio, conterraneo ſuo, feliciſſime concinnarunt: quos Julius Roſcius, cum aliis eorumdem carminibus, 1590. Romæ edendos curavit. In præfatione Roſcius, poſt Auſonium, explicat quid ſit *Cento*: quod & Sixtus Senenſis & Poſſevinus, in ſua ſinguli Bibliotheca, fecerunt. Obiit autem Lælius anno 1560. ſua in patria, cum annos 62. exegiſſet.

Gabriel Faernus, Cremonenſis, in Pii IV. Pontificis, dum adhuc Cardinalis eſſet, & poſtea in Caroli Borromæi itidem Cardinalis familia, politioris litteraturæ ſtudia excoluit, & *Æſopi fabulas* vario carminum genere expreſſit; majorem apud eruditos gratiam initurus, ſi Phædri; cujus æmulatione luſerat, nomen non diſſimulaſſet. Exacta porro in *Cicerone*, & aliis vetuſtis auctoribus ad codices manuſcriptos recenſendis diligentia excelluit: quod *Terentium* in primis, aliquot poſt ejus obitum annis, à Petro Victorio editus, abunde teſtatur. Deſiit autem vivere Romæ anno milleſimo quingenteſimo ſexageſimo primo. Circa hæc tempora & *Arnoldus Arlenius*, cognomento *Peraxylus*, è vivis abiit: qui in Campania Brabantina natus, multa *Chryſoſtomi*, *Theodoreti*, & aliorum Græcorum monumenta in Latinum vertit. *Joſephi* inſuper *hiſtorias* Græce edidit, ex Didaci Mendozæ, tunc Hiſpanienſis apud Rempublicam Venetam Oratoris, optimo exemplari; adjectis etiam libris contra Appionem.

Guilielmus Morellius, ad S. Juliani fanum in agro Caletenſi natus, accurata linguæ Græcæ peritia meruit, ut cum *Adrianus Turnebus*, in Profeſſorum regiorum collegium adoptatus, Typographiæ regiæ Græcæ cura ſe abdicaſſet, & quæreretur dignus in tanto munere ſucceſſor, ab eodem Turnebo ipſe nominaretur. Qua in functione integrum novennium conſumpſit; libros plurimos, præſertim Græcos, eleganter edidit; ac tandem laboribus confectus Lutetiæ anno 1564. defecit.

Petrus Joannes Perpinianus, apud Valentinos in Hiſpania natus, ab incunabulis in Societatem Jesu admiſſus, cum ſcientias alias omnes, tum vero artem dicendi adeo feliciter adſecutus eſt, ut cum priſcis illis Oratoribus conferri poſſe videretur. In Academiis illis celeberrimis, Conimbricenſi, Romana, Pariſienſi, omnes in admirationem rapuit non ſolum eloquentiæ floribus, ſed etiam actionis dignitate. Cum enim alii, quamvis eloquentes, vix ad horæ dimidium patienter audirentur, horis ei vel binis cuncti faventes animos, & recentes præbebant aures. Hic vir tantus, par ingenio & virtuti ſuæ theatrum Lutetiæ nactus, cum ad eum catholicæ doctrinæ dogmata de loco ſuperiore tradentem, & Calviniánæ ſcholæ errores patefacientem, ingens omnium ordinum concurſus fieret, anno milleſimo quingenteſimo ſexageſimo ſexto, quadragenarius, incredibili Academicorum luctu, è vita abripitur, & in templo S. Benedicti ſepelitur. Ab eloquentiæ ſtudioſis avide etiamnum leguntur ejus *Orationes duodeviginti*, quæ poſt ipſius obitum prodierunt in lucem.

Octavianus Pantagathus, qui & Pacatus dici voluit, patria Brixianus, ordinis Servorum B. Mariæ monachus, vir fuit antiqua probitate, & omnis litteraturæ apprime gnarus: ad quem cum omnium in Urbe eruditorum concurſus fieret, ſicut olim Juriſconſulti in circulis, ſic ipſe domi de re litteraria interrogatus, prompte ad omnia reſpondebat; adeoque ſuos ſemper auditores dimittebat doctiores. Inter alios ſuæ eruditionis præcipuos admiratores ac ſectatores habuit *Onuphrium Panvinium*, *Ant. Auguſtinum*, *Lavinium Torrentium*, & *Fulvium Urſinum*: qui plurima ſe ab humaniſſimo viro hauſiſſe ſuis in libris ingenue profitentur. Ipſe anno milleſimo quingenteſimo ſexageſimo ſeptimo animam optime de cunctis meritam III. Kal. Januarias Deo reddidit, cum annum LXXIII. jam egreſſus eſſet; in ſui ordinis monaſterio Romæ conditus. Eodem anno vivere quinquagenarius deſiit *Franciſcus Robortellus*, Utinenſis, qui Bononiæ & Patavii eloquentiam profeſſus, cum Carolo Sigonio, ſed impari certamine ſæpius contenderat. Idem annus fatalis fuit *Paulo Leopardo*,

Ilen-

Iſenbergæ in agro Furnenſi apud Flandros nato: cujus libri xx. *Miſcellaneorum & emendationum* partim Antverpiæ à Plantino 1569. partim Francofurti 1604. editi fuerunt. Obiit autem Bergis S. Winoci in Flandria occidua; ubi ludum litterarium aperiebat. Magiſtri ſui defuncti oculos clauſit *Joannes Macarius* Canonicus Arienſis.

C. CAROLUM LOTHARINGUM, & ANTONIUM PERRENOTUM, S. R. E. Cardinales, liceat in hoc eruditorum hominum cenſu collocare: quos niſi graviſſima Eccleſiæ ac Reipublicæ negotia aſſidue diſtrictos tenuiſſent, haberemus profecto non pauca tam excellentium ingeniorum monumenta, cum veteribus etiam comparanda. *Carolus* quidem patre Claudio Duce Guiſio (Renati Lotharingiæ Ducis filio) natus, cum à primis annis totum ſe ſapientiæ atque eloquentiæ ſtudiis dediduſſet, a Paulo III. Pontifice trium & viginti annorum adoleſcens ſacro purpuratorum Patrum ſenatui, una cum Carolo Borbonio, eſt aggregatus. Fratrem natu grandiorem habuit *Franciſcum Ducem Guiſium*, heroem bellica gloria clariſſimum, qui in Aurelianenſi obſidrone, Poltroti ſcelere, cecidit. Uterque ſummam, in ſuo quiſque gènere vitæ, laudem eſt meritus; ut aulici illius ætatis poetæ alterum *Martis*, alterum *Mercurii* nomine non illepide celebrarent. Caroli quidem eloquentia ac doctrina maxime tum elucebat, cum aut in conventibus de religione, veterique diſciplina inſtauranda diſſereret, aut coram Rege, proceribus, populove ex cathedra divinæ legis oracula explicaret. Hujus rei fidem faciunt *Conciones & Orationes*, poſt ejus obitum Remis 1577. & alibi editæ. Quo quidem fiebat, ut alter velut Hercules Gallicus omnes ad ſe traheret, tantaque apud Francorum Reges aliquot ex ordine valeret gratia atque auctoritate, ut graviora omnia Reipublicæ negotia ejus potiſſimum judicio tranſigerentur. In conventu certe Poſſiaceno, ea Miniſtris Geneuenſibus rationum momenta, tuendæ majorum religioni, propoſuit, quæ refellere ipſi nequaquam poſſent. Adhæc turbatiſſimo Europæ ſtatu, plurimos Galliæ Epiſcopos ac Doctores Theologos Tridentum, ad inſtaurandam Synodum, Carolus ſecum duxit: ipſoque in primis agente optatus demum finis eidem Synodo eſt impoſitus; Pio IV. Pont. approbante. Vixit autem optimus Antiſtes uſque ad Henrici III. tempora: cui ex Polonia ad regnum capeſſendum redeunti cum, ipſe Roma domum revertens, Lugduni occurriſſet, Avenionem cum Rege progreſſus, in acutiſſimam febrim incidit: quæ nondum quinquagenarium, magno Eccleſiæ ac Reipublicæ damno, anno 1574. deſinente, ſuſtulit. Corpus ejus Remos, cujus urbis Archiepiſcopus fuerat, delatum, ibi in tumulo, quem ſibi mortis memor ſtruxerat, a ſuis eſt conditum.

Obſervarunt curioſi, uno eodemque tempore Cardinales duos, Carolum apud Gallos, & *Antonium Perrenotum Granvellanum* apud Belgas atque Hiſpanos, paribus animi corporiſque dotibus efloruiſſe. Fuit enim elegans utrique forma, corporiſque dignitas imperio digna, membrorum item decens habitudo, corpuſque compactum. Majeſtatem utrique addebant frons lata, ſtatura procera, pectus amplum, magnus in adverſis animus, ingenium acre, vividum atque excellens. Comitas & morum gravitas, virtutes ſpecie diſpares, ita in illis copulabantur, ut neutra quidquam de alterius vi detrahente, iidem & graviſſimi eſſent & ſuaviſſimi. Mira in ore hilaritas, in congreſſu facilitas. Legendi diſcendique cupiditas expleri non poterat: quo fiebat ut omnium diſciplinarum peritos homines perpetuo in comitatu ſuo haberent, ac liberaliter foverent. Carolum certe *Claudius Sanctesius*, *Simon Vigor*, *Gentianus Hervetus*, aliique patronum ſuum agnoverunt. Perrenotus *Lipſium*, *Ellebodium*, *Suffridum*, *Bochium* in ſua familia habuit. Porro ſic omnis doctrinæ ſcriptores ambo exhauſerant, ut quod diſcerent pene deeſſe videretur: cum tamen ſummis Eccleſiæ ac Reipublicæ negotiis continenter interpellarentur. Eloquentia autem dicendique gratia ſic valebant, ut omnium animos, quocumque liberet, facillime impellerent. Tridenti certe, in illo ampliſſimo omnium nationum theatro, uterque a Patribus ſumma cum admiratione auditus fuit; Granuellanus quidem ſub initium, Lotharingus vero in fine Synodi: exſtantque *Orationes* ibi Latine ab eis habitæ. Lotharingus porro Muſſipontanam & Remenſem Academias, Perrenotus Veſontionenſem multis partibus auxit. Illius laudationem funebrem *Nicolaus Bocherius*, hujus *Joannes Bapt. Saccus*, eleganti uterque ſtilo, conſcripſit ac publicavit. De Granvellano infra dicemus plura, cum ad annum 1586. ventum fuerit.

ANTONIUS DEMOCHARES Reſſonæus, Monchiacenus, *Simon Vigor*, Normannus, tunc Canonicus Pariſienſis, *Nicolaus Maillardus*, *Natalis Pailletus*, *Joannes Peleterius*, *Robertus Furnerius*, *Jacobus Hugonius*, Minorita, *Claudius Sanctesius*, *Richardus Pratanus*, *Antonius Coquerius*, *Lazarus Broichotus*, *Nicolaus Briſſius*, omnes Doctores Theologi Pariſienſes, juſſu Caroli IX. Francorum Regis, Carolum Card. Lotharingum, cum Tridentum ad Synodum proficiſceretur, comitati fuerunt. De Sanctesio, qui ſenex 1590. obiit, & Vigore, ſupra capp. 91. & 95. egimus. Natalis Pailletus, Doctor Sorbonicus, multis annis Lutetiæ Parochi munus ad S. Jacobum obivit: & anno milleſimo quingenteſimo ſexageſimo ſecundo menſe Novembri Tridenti moriens *Peleterium* habuit ſucceſſorem. Democharis porro libros ſuos *De veritate corporis Chriſti in Miſſæ ſacrificio* Lutetiæ 1562. & 1570. publicavit. Corpus

*Juris canonici* notationibus illuſtravit: quod & Antonius Contius, Juriſconſultus Bituricenſis, præſtitit. Commentarium inſuper in *Cantica*, ex S. Ambroſii operibus à ſe collectum, Pariſiis 1569. edidit. Ubi & vivere deſiit anno milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo quarto.

Notet autem Lector, duo eſſe celebria Doctorum Theologorum collegia in Academia Pariſienſi; videlicet *Sorbonicum*, à Roberto Sorbonio, S. Ludovici Regis Confeſſario, & *Navarræum*, à Joanna Navarræ Regina, eademque Philippi Pulchri Francorum Regis conjuge, fundatum. Ex Sorbonico Collegio prodierunt *Joannes Standoncus*, *Natalis Beda*, anno 1536. in Monte S. Michaelis apud Normannos defunctus, *Robertus Cænalis*, *Sanctesius*, *Vigor*, *Demochares* & alii pene innumerabiles. Navarræo collegio inter alios debemus *Petrum Aliacum*, Card. & Epiſcopum Cameracenſem, *Joannem Gerſonem*, Cancellarium Pariſienſem, & *Joannem Peleterium*: quorum poſtremus cum eſſet Decanus Facultatis Theologicæ Pariſienſis, & ſupremus gymnaſii Navarræi moderator, anno 1582. aut 1583. vivere deſiit; ſepultus in ſacello ejuſdem gymnaſii.

Joannes Versosa, Cæſarauguſtæ in Hiſpania natus, Lutetiæ juvenis litteras Græcas didicit, & eas deinde Lovanii cum laude docuit. A *Didaco Mendoza* in familiam adſumptus, primum Senis, poſtea Romæ diu vixit; juſſus hic domicilium figere, ut jura regnorum Philippi II. Regis Catholici undique conquireret, ac deſcriberet. Cumque innatam natura prudentiam tot negotiorum tractatione exacuiſſet; ejus quoque non vulgaria præcepta ſuis verſibus inſperſit, qui Panormi in Sicilia, titulo *Epiſtolarum* publicati ſunt. Obiit anno 1574. cum li. ætatis annum vix attigiſſet.

Joannes Calderinus, 1571. Venetiis in 4. edidit librum *De hæreticis*: in quo, poſt Jacobum Simancam, omnia, quæ ad Inquiſitionis officium ſpectant, ex profeſſo proſequitur. Quæ porro Inquiſitionis adverſus hæreſes origo in Republica Chriſtiana fuerit, Famianus Strada lib. 2. de bello Belgico dec. 1. in hunc fere modum narrat.

Religio ſicuti apud omnes magni ſemper fuit, quod Deo cultum, quod populis concordiam præſtet; ita in Chriſtiana potiſſimum Republica ſedulo proviſum adverſus ejus turbatores. Ea provincia à ſolis Epiſcopis, ad quos jure pertinet, principio adminiſtrata. Poſtea, ſive quod pluribus curis ſacer is magiſtratus implicetur, ſive quod à ſuo grege abeſſe interdum Epiſcopos contingat, ſive demum qood eorum aliqui incurioſe aut inſcite id muneris exercerent, optimum factu viſum eſt, ſi à Romano Pontifice delegarentur extra ordinem Judices doctrina ac pietate præſtantes, quibus inquirendi animadvertendique in hæreticos jus eſſet. Ideoque *Apoſtolici Inquiſitores* ſunt appellati. Id primum ab *Innocentio III.* Pontifice cœptum reperio, miſſo adverſus Albigenſes *S. Dominico*, Prædicatorum familiæ fundatore, qui primus Quæſitoris munus ſumma cum laude geſſit. Exceptus inde mos, eodem ferme ac ſeqventi dein ſæculo, à multis Chriſtiani orbis nationibus: creatique in ſingulis provinciis aliquot *Cenſores fidei*, qui de Religionis injuria legitime cognoſcerent. Non tamen ubique ea res perinde valuit. Alio temporarii Quæſitores miſſi, ob hæreſim repente enatam; eaque extincta revocati: certum alibi tribunal erectum, quo de Fide quæſtiones perpetuo referrentur: alibi tota ea judicii forma rejecta, nec alii præter Epiſcopos permiſſi in hæreticos inquirere. Quin & Romæ variatum: nam modo per conſuetos urbanoſque magiſtratus adminiſtrata omnia, & Quæſitor extra ordinem nullus: modo plures, ſed ſub unius pluriumve regimine Patrum purpuratorum: donec *Paulus IV.* Papa, inſtituto aliquorum ex iis Patribus collegio, quorum ſuffragiis hæ controverſiæ finirentur, ſanctiore judicio rem in poſterum Romæ ſtabilivit.

Porro ut firmius hæc præſtarent, metus, qui lictor eſt legum, à principio intentatus: mulctæque ac pœnæ in contumaces indictæ atque exactæ, mitiores ab jure pontificio, ab cæſareo graviores. Etenim Imperatores cum animadverterent, præter Dei ſacrorumque cultum, pacis intereſſe, cujus tutor eſt Princeps, ſi religione continerentur populi: viderentque, ea periclitante, non poſſe inter fœdas hæreſium undas tranquillitati locum eſſe; quæ in perduellionis reos, eadem in hæreticos, ceu Religionis, atque adeo pacis hoſtes, ſupplicia decreuerunt: ita tamen ut pœnæ non ante ſumerentur, quam in Eccleſiaſtico foro, cujus eſt de hæreſi cognoſcere, diſceptatum ea ſuper re, nomenque criminis pronuntiatum foret. Quæ etſi per orthodoxorum provincias ſemper exercita ſunt, prope repentinis hominum de Religione prave ſentientium motibus accuratius alicubi procurata; nuſquam tamen, quam per Hiſpaniam, ab anno 1483. præſertim acrius: ſive proprio Catholicorum Principum ſtudio, ſive ob externam populorum, qui ſe iis inſuderant regnis contagionem.

Hæc autem procuratio Religionis aucta poſtmodum eſt univerſa fere Chriſtiana Republica, ob excitatas à *Martino Luthero* quam latiſſime turbas: qui ſolicitatis ad defectionem ab Eccleſia catholica primum, tum (quod proximum eſt) à ſuis Principibus, ipſoque à Cæſare

Digitized by Google

Cæſare provinciis, Romanum Imperium pariter ac Religionem in partes ſcidit. Quo factum eſt, ut multo quam ante impenſius ſummi Pontifices de Fide quæſtiones intenderent, Chriſtianique Principes, ut cuique religio reſque publica cordi erat, enixius incumberent in eam curam. *Et* vero Carolus V. Imperator, cujus in primis auxilium ſpectabat læſa religio (Gratiani, Valentiniani, Theodoſii, Arcadii, Honorii, Martiani, & aliorum Cæſarum veteri exemplo) leges ſibi ſtatuendas per Imperii ac Belgii provincias illico duxit, adverſus catholicæ Fidei corruptores. Quare dum is ſumma mortalium gratulatione, ac toto blandientis fortunæ ſtrepitu provehitur ad Imperii ſedem, Wormatiæ in celeberrimo procerum conventu *Lutherum*, ab Romano Pontifice damnatum, ipſe quoque Septemvirorum, Imperiique Principum atque Ordinum ſuffragiis damnat ac proſcribit: ipſumque proſcriptionis edictum eodem anno, qui fuit viceſimus primus ſupra ſeſquimilleſimum, per omnes Imperii ac patrimonii ſui Belgici provincias proponit. Cum vero nihil propterea malum ſe remitteret, imo (ut flagitia impetu valent) intra paucos menſes ea contagio florentiſſimas civitates afficeret aut afflaret, Cæſar & reis alicubi ſupplicio affectis, & novis ubique & amplioribus, quæ ſepties repetiit, edictis medicinam conatus eſt facere furenti volaticoque morbo. Quin etiam cum poſtulaſſet à Pontifice Cenſores fidei, atque accepiſſet, eorum auctoritati ſecuritatique cavens, multa ſancivit, quæ anni 1550. placito præſcribuntur. Sic fere Strada.

Cl. GEORGIUS VASARIUS, Aretii in Etruria natus, pictor & architectus excellens, Coſmo Mediceo, Etruriæ Duci, omnium artium fautori eximio, carus, *Vitas excellentium Pictorum, Statuariorum & Architectorum* Italice conſcripſit, & Florentiæ 1568. edidit. Qua in urbe & obiit anno milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo quarto, ſibi climacterico; inde Aretium in patriam translatus, & in ſumptuoſo atque artificioſo ſacello, quod vivens conſtruxerat, ſepultus. Inter illuſtres ſuperioris ſæculi viros à Vaſario laudatos, eminent *Raphael Sanctius Urbinas*, & *Michael Angelus*. Prioris tumulus Romæ viſitur in templo S. Mariæ ſupra Minervam, hoc addito elogio: *Hic ſitus eſt Raphael, timuit quo ſoſpite vinci rerum magna parens, & moriente mori.*

MICHAEL ANGELUS BONAROTA, Florentinus, anno milleſimo quingenteſimo ſexageſimo quarto, Romæ ſimiliter deceſſit, cum ætatis annum nonageſimum ageret; poſt priſcos Græcos picturæ, ſtatuariæ & architecturæ præſtantiſſimus artifex: cujus opera Romæ, Florentiæ, Venetiis, Scuriaci, Brugis, & alibi cum ſtupore viſuntur. Huic initio cum *Raphaele Urbinate* æmulatio fuit: ſed mortuo 1537. in flore ætatis Raphaele, Michael longioris ætatis beneficio facile principatum in illis artibus adeptus eſt. Defuncto *Coſmo* magno Etruriæ Duce, qui mirifice iis artibus delectabatur, tantum honorem habuit, ut ejus corpus Roma Florentinam in patriam transferri, & in æde S. Laurentii ſepeliri mandaverit. De Pictoribus illuſtribus Belgis, præſertim litteratis, quales *Otho Vanius* & *Petrus Paulus Rubenius*, uterque mihi amiciſſimus, noſtra ætate fuerunt, ſuo infra loco dicemus.

GASPAR CERVANTES, Hiſpanus, in diœceſi Placentina natus, Theologiæ & Juris eruditione clarus, Tridentini Concilii Patribus, ob doctrinam ac ſapientiam, admirationi fuit. Primum Meſſanenſis, poſt Salernitanus, demum Tarraconenſis Antiſtes, & S. R. E. Cardinalis, Academiam Tarraconenſem, & in ea Collegium Soc. Jesu, ac Seminarium Clericorum inſtituit, annuiſque vectigalibus dotavit. Vixit annos quattuor & ſexaginta: obiitque anno ſalutis milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo quinto, in ſua metropolitana æde Tarraconenſi humatus.

ALFONSUS GUTERIUS VERACRUCIUS, eremita Auguſtinianus, Doctor Theologus ac Philoſophus inſignis, ſacras litteras apud Indos occidentales in Academia Mexicana multis annis explicuit. Inde, petente Philippo II. Rege Catholico, ad Moluccas inſulas, cum 24. ſui ordinis ſociis, tranſiit: ubi barbaris illis gentibus doctrinam Evangelicam primi tradiderunt. Præter commentaria in Logicam ac Phyſicam Ariſtotelis, exſtat ejus liber de Matrimonii ac Pœnitentiæ Sacramentis, titulo *Speculi conjugatorum.*

DIDACUS MENDOZA, Hiſpanus, Inici Tendillæ Comitis filius, ad generis ſplendorem, ingeniique acrimoniam ſerium adhibuit ſtudium à primis annis. Ætate maturior, legationibus pro Carolo V. functus, viginti ipſos annos apud Venetos Oratorem egit. Quo tempore in ſplendida familia doctorum hominum gregem, undique accitum, liberaliter aluit. Græcis adhæc exemplaribus, partim in media Græcia conquirendis, partim è *Beſſarionis* Cardinalis bibliotheca deſcribendis, operam ſumptuſque impendit. Navem inſuper, Græcis libris calamo exaratis onuſtam, à Turcarum Imperatore obtinuit: quam totam librorum molem Philippo II. Regi Catholico moriens reliquit; adſervaturque Scuriaci ad S. Laurentium. Obiit ſenex admodum Madriti anno milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo quinto. Cælebs & à negotiis publicis liber, cum Granatæ in otio ageret, *Hiſtoriam belli Granatenſis*, à Joanne Auſtriaco 1570. confecti, lingua Caſtellana accurate conſcripſit, &

Cornelii Taciti exemplo multa prudentiæ documenta immiſcuit: quam' typis Granatæ in 4. excuſam vidimus, dignam ſane, quæ in Latinum ſermonem transfundatur. Exſtant & varia ejus poemata, itemque commentarii politici mss. apud amicum noſtrum Lucam Torrium.

Franciscus Maurolicus, Siculus, patritius Meſſanenſis, ex clariſſima Marulorum familia, primum monachus ord. Ciſtertienſis, poſtea Abbas S. Mariæ de partu in Sicilia, vir Chriſtianæ pietatis zelo, & rerum occultarum ſcientia veteribus *P*atribus & Philoſophis comparandus, omnium Doctorum conſenſu, Mathematicorum facile princeps fuit. Ea ſtudia pene exſtincta in lucem revocavit, ſcriptorum ſuorum multitudine illuſtravit, auxit, propagavit, vitæque innocentia exornavit: adeo ut ejus, tamquam oraculi, viſendi conſulendique ſtudio, undique etiam à remotiſſimis regionibus confluerent. Vixit annos octoginta, menſes decem: obiitque anno milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo quinto. Sic fere legitur in ejus tumulo, quem *Silveſter Marulus*, Meſſanenſis, Doctor Theologus & Abbas ejuſdem ordinis Ciſtertienſis, ſcriptis etiam clarus, patruo ſuo poſuit. Maurolici lucubrationes mathematicæ, coſmographicæ, ſphæricæ, & aliæ typis ſunt editæ Meſſanæ & alibi.

Fredericus Commandinus, nobili familia Urbini in Umbria natus, cum ad mathematicas artes illuſtrandas exquiſitam utriuſque linguæ peritiam attuliſſet, multa Græcorum opuſcula Latine reddidit, primuſque in lucem protulit; favente *Franciſco Maria*, Urbinatium Duce, harum ſcientiarum peritiſſimo. Quibus in ſtudiis aſſiduus, dum *Pappi Alexandrini* interpretationem adornat, anno ætatis 66. Chriſti 1575. vivis eripitur; in patriæ urbe, ad D. Franciſci, in monumento majorum conditus, & ab Antonio Toronæo oratione funebri laudatus.

Antonius Hovæus, cum ſciret à *P*latone & M. Tullio è Republica impuros poetas fuiſſe expulſos, ut Ovidiano ſtilo rem corrigeret, ad Viglium Zuichemum *De arte amandi Deum*, carmine luſit non infeliciter. Idemque ſæculi noſtri calamitates *dialogo*, quem *Zurmundanum* inſcripſit, ſoluta numeris oratione, deploravit. Ipſe Egmondæ in patria apud Batavos familiæ Benedictinæ adſcriptus, virtutis doctrinæque nomine, Abbas Epternacenſis in ditione Luxeburgenſi creatus cum eſſet, annos complures ſuis laudabiliter præfuit.

CII. Marcus Antonius Bobba, Caſalenſis, Epiſcopus Auguſtenſis in ditione Pedemontana Philiberti Emanuelis, Sabaudiæ Ducis, commendatione, in collegium Cardinalium cooptatus, poetica felicitate, & eleganter ſcribendi ac loquendi facultate mirifice floruit. Quas ejus dotes abunde loqvuntur libri & verſus typis editi. Ut Orator Ducis ejuſdem, Tridentino Concilio interfuit; obiitque Romæ anno milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo quinto, in templo S. Mariæ Angelorum ſepultus. Idem annus *Bernardinum Rotam* Neapoli, ubi natus erat, è vivis abſtulit, virum generis & ingenii nobilitate illuſtrem; quod ille in poeſi Latina & Etruſca feliciter exercuit.

Bartholomæus Torresius, ſingulari vir pietate ac doctrina, fuit Epiſcopus Fortunatarum inſularum, quæ Canariæ hodie appellantur: ubi Meridiani circulum extremum Coſmographi olim collocarunt. Novum enim terrarum orbem, Hiſpanorum navigationibus, avorum memoria detectum, qua Sol oritur atque occidit, veteres ignorarunt: exiſtere tamen & eſſe poſſe, Plato in Timæo & Critia, de Atlantidum inſula loquens, & Seneca Tragicus in Medea aliique divinarunt. Ceterum Torreſio agente, primum Societatis Jesu ſacerdotes in iſtas inſulas tranſierunt: quibuſcum ipſemet diœceſim pedibus obambulans, barbaros catecheſim de more docuit, boni nullum paſtoris officium prætermittens. Fuit homo pereruditus; ut ejus *de Trinitate* commentarii teſtantur.

Hieronymus Amaltheus, ejuſque frater *Joannes Baptiſta*, Opitergii in Tarviſino tractu nati fuerunt. Senior, profeſſione Medicus, in patria obiit: junior Græce Latineque doctiſſimus, Cardinalibus Tridentini Concilii Interpretibus cum à Secretis eſſet, multa luſit Italice; & anno ſalutis 1574. ætatis 47. Romæ exſpiravit; ad S. Salvatoris ædem in Lauro ab Attilio fratris filio, conditus. Eodem anno 1574. Romæ etiam obiit *Paulus Manutius*, ſupra cap. 83. laudatus; poſtquam attenuato aſſiduis ſtudiis corpore, æger diu in lecto decubuiſſet.

Guilielmus Canterus, in Batavorum urbe Trajectenſi ad veterem Rheni alveum, familia antiqua & clara natus, ſcholam patriam, cui *Georgius Macropedius* tum præerat, puer frequentavit. Annos XII. natus *Cornelio Valerio*, Latina Lovanii in gymnaſio Trilingui profitenti, in diſciplinam datur. Hujus lateri annos amplius quattuor adhæſit, & admodum adoleſcens Tragœdias Latine conſcripſit. Inde Lutetiam profectus *Joanni Aurato*, regio Græcarum litterarum Profeſſori, & ævi ſui ſummo poetæ, contubernalis fuit. Sed turbis civilibus exortis, cum Galliæ Academias pleraſque luſtraſſet, Italiam inge niorumparentem adiit;

Bono-

Bononiæ *Carolo Sigonio* innotuit; eique poſtea *Novarum Lectionum* libros inſcripſit. Poſt Lovanium per Germaniam reverſus, tam immodice ſtudiis totum ſe tradidit, ut mortem properaſſe credatur. In certas operas diem ita partiebatur, ut alia ante meridiem, pomeridianis horis alia ſtudia tractaret. Simile de Plinio avunculo ſuo ſcribit & jactat alter Plinius: atqui ignavum ac deſidem illum dixeris, ſi cum hoc aſſiduo atque indefeſſo homine compares. Omnes non ſolum dies appendit & numeravit ad ſtudiorum tractationem, ſed horas etiam ſingulas ad clepſidram diviſit, & attribuit huic lectioni, aut huic ſcriptioni: quod niſi ipſe præfando in *Stobæi Eclogas*, à ſe Latine redditas, teſtaretur, incredibile fortaſſe videri queat. Atque his quidem continuis laboribus culmen ſolidæ eruditionis attigit, & in Græcis Latiniſque ad ſummam laudem pervenit: ut doctrina ætatem tranſierit. Bibliothecam habuit inſtructiſſimam, collectis ex media Græcia & Italia libris calamo exaratis, quos extrudere aliquando decreuerat. Sed ut optima quæque in terris diurnare non ſolent, longa tabe 1575. exſtinguitur Lovanii, cum tertium & triceſimum ætatis annum nondum attigiſſet: in cujus immaturo interitu magnum Græcæ Latinæque litteræ damnum fecerunt. Præter alia, *Syneſii Orationes* & *Hymnos* aliquot Latine reddidit, & *Variarum in Græcis Bibliis lectionum* libellum, cum Bibliis Regiis à Plantino editum, concinnavit. Defuncto tumulum ad D. Jacobi poſuit *Theodorus Canterus*, frater & bibliothecæ hæres: qui præter *Variarum Lectionum* libros duos, typis Plantinianis 1574. publicatos, *Notas in Arnobii Diſputationes, adverſus gentes*, conſcripſit; obiitque Leovardiæ in Friſia anno 1615.

Petrus Galesinius, Italus, Protonotarius Apoſtolicus, vir Græce Latineque doctiſſimus, Romæ & Mediolani magna eruditionis fama, potiſſimum temporibus Gregorii XIII. Pontificis & Caroli Borromæi, floruit. *Martyrologium Romanum*, notationibus à ſe illuſtratum, eidem Gregorio dicavit; primo Mediolani, deinde Venetiis 1578. editum. *Sulpitii Severi, Dorotbei & Huimonis Halberſtadienſis* hiſtorias, à ſe ſimiliter illuſtratas, Romæ 1564. in fol. publicavit. *Gregorii Nyſſeni, Theodoreti*, & aliorum opuſcula Latine reddidit. Multa denique ſuo ſtilo ſcripſit, ad Hiſtoriam eccleſiaſticam pertinenentia, quæ Poſſevinus in ſuo Apparatu ſacro recenſet.

CIII. Franciscus Sonnius, Sonnæ in Campania Brabantina natus, Platonis illud, *Nomina rebus plerumque convenire*, verum eſſe docuit. Nam Solis inſtar (cognomentum inde cum patria mutuatus) vere *Sonnius*, radios longe lateque diffudit; conſilium à Ruardo Tappero olim Carolo V. Imp. ſuggeſtum perfecit; & Philippo Regi, Caroli filio, perſuaſit, ut ad tuendam majorum religionem Epiſcopi plures, tamquam ſpeculatores paſtoreſque vigilantes, per Belgium conſtituerentur. Adeo quidem, ut non ſine omine in Pontificio collegio, ab Adriano VI. excitato, ſacras Lovanii litteras hauſiſſe videatur. Mox ad D. Jacobum, in eadem urbe, vigili Parochus cura, ſubditorum ſaluti incubuit. Doctoris Theologi laurea poſt ornato Canonica apud Ultrajectinos in ſumma æde dignitas obtigit; Deo rerum omnium conditore ſic ordinante, atque ad altiora viam ſternente. Cumque acerrimo eſſet ingenio, & eximia animi magnitudine, ad hæreſes, clam è Germania Galliaque in vicinum Belgium ſerpentes, reprimendas cum ingenii nervos, tum actiones omnes contulit. Ingenii quidem ac doctrinæ, cum in Wormatienſi apud Vangiones colloquio, tum in Tridentina ſynodo probatæ, ſpecimen exhibent aurei libri *Demonſtrationum religionis Chriſtianæ ex verbo Dei*: quibus nihil in eo genere doctius aut perfectius ætas noſtra vidit. Omitto quibus Calvinianam per Belgium, in primo Iconomachorum tumultu, anni illius ſæculi LXVI. ſparſam *Confeſſionem*, quam *Antverpianam* vocabant, egregie jugulavit. Actionibus vero ſic excelluit, ut qui Romæ apud Paulum IV. res gereret de Epiſcopis per Belgium creandis, idoneus magis repertus ſit nemo. Redux ipſe, apud Silviducenſes primum annos quattuor, poſt apud Antverpianos annos ſex Præſulem egit. Vir certe Epiſcopatu inſignis (magiſtratus enim, ut ille ait, non tam facit quam oſtendit virum) ut cui ad egregiam doctrinam, & præſtantem ſacrarum rerum ſcientiam firma, quamquam puſillo in corpore, latera, & miram Natura addiderat eloquentiam. Celebris enim nominis orator fuit, quique ſuavi quadam & ornata, eademque gravi orationis copia, & ad movendum in primis apta, non modo plebeiorum cœtus hominum detineret, atque ad officium compelleret, ſed doctiſſimorum quoque aures mirifice impleret. Naturæ ſenex 1576. conceſſit, ſibi quidem ſuo tempore, Reipublicæ vero, Eccleſiæque Dei laboranti, & ſuæ in primis diœceſi Antverpianæ nimis propere; marmoreo tumulo in ſuæ cathedralis baſilicæ odeio conditus.

Cornelio Jansenio, ſi cui alteri, fuit in primis præſtans ingenium, exacta linguarum trium, Latinæ, Græcæ & Hebraicæ cognitio, ſingularis prudentia, eximius rerum uſus, & ſummum religionis ac pietatis ſtudium. Hulſtano in opido apud Flandros honeſte natus, Lovanii Caſtrenſi in gymnaſio philoſophica, dein ſacra ſtudia in majore Theologorum collegio (cui & magna cum laude poſtea præfuit) ſumma animi contentione ſectatus eſt. Iis decurſis, annos ipſos XII. in Tungerloenſi Præmonſtratenſium nobili apud Brabantos Abbatia profeſſoris munere, totidemque Parochi apud Cortracenos in Flandria fungitur. Inde Lovanium regreſſus, Doctoris laurea, & Decani dignitate in D. Jacobi æde cohoneſtatur. Nemo ſane doctrinam ſacram aut in ſcholis doctius interpretatus eſt, aut copioſius in concionibus ex-

planavit: nemo in animis rd virtutem inflammandis, & à vitiis ad frugem revocandis acrior aut ornatior orator fuit. Quo factum, ut ad sacrum Tridentinum Concilium, quo omnis doctrinæ & sapientiæ Antistites ex tota Europa convenisse scimus, à Philippo II. Rege cum *Michaele Bajo*, & *Joanne Hesselio* collegis, missus, tam excellenti de se judicio abunde responderit. Mox à reditu, pestiferæ doctrinæ lue in Flandria crescente, primus Gandavensium Antistes constituitur; ut piorum dogmatum oppugnatoribus acer veritatis propugnator opponeretur. Quantus porro Theologus fuerit, clamant doctissimi in *Concordiam Evangelicam*, orbis judicio probatam, commentarii, quibus æquales aliquot, in his *Alfonsum Salmeronem* & *Thomam Beauxamum*, in eadem arena desudantes, à suis tunc edendis deterruit. Senio laboribusque confectus 1576. moritur Gandavi, in sua cathedrali sepultus; vel hoc nomine beatus, quod iterum exortum in Belgio Calvinisticum furorem non viderit aut senserit.

Joachimus Hopperus, antiqua familia Sinecæ in Frisia natus, adolescens Lovanium, excolendo ingenio, proficiscitur. Philosophiam grandior natu, Platonicam potissimum, secutus est; quod illam Reipublicæ administrandæ in primis utilem judicaret. Nactus in Jure civili optimos præceptores, in his *Joannem Hasium* & *Gabrielem Mudæum*, ingentes studiorum progressus fecit. Triennio hic exacto Lutetiam, deinde Aurelianum se contulit, Gallicæ potissimum linguæ discendæ. Post Lovanium reversus Doctoris laurea insignitur, & magno applausu concursuque auditorum publice *Juris artem* profitetur. Artem, inquam, quam primus libro etiam ad id edito, in scholas inducere conatus est; quod M. Tullium olim optasse legisset, Jurisprudentiam ad artem redigi. Crescente, ut fit, viri fama indies, à Margarita Duce Parmensi, quæ tum Belgis, Philippi II. Hisp. Regis, fratris sui, nomine præerat, in Mechliniensem senatum adlectus est. Inde Bruxellam evocatus, in sanctius illud concilium, quod Rerum statusque vocant, ab eadem adscisitur. Eximia quædam illi dexteritas erat in rebus obeundis, ac prudentia singularis. Testis est vel Academia Duacena, cujus instituendæ cum Triumviros Ant. Perrenotum, Viglium & Ph. Nigrium Rex Philippus fecisset, illi mox suas Hoppero partes commiserunt. Quem & parentis locum Duacenates perpetuo coluerunt, & functum vita pro funere laudarunt. Post *Carolo Tisnaco*, cui apud Regem in Hispania rerum Belgicarum cura commissa erat, ad suos reditum postulante, atque impetrante, Joachimus à Rege in Hispaniam evocatur. Initio hujus magistratus tristis illi nuntius accidit rebus novis in religione Belgicos aliquot studere proceres, oblato 1566. supplice libello, seditionis pleno. Scripsitque Gallice commentarium *De Tumultibus istis Belgicis*, quem ms. apud hæredes aliquando vidimus. Porro in turbis istis fidum Regi, constantemque ipse animum in religione exhibuit. Quamobrem Rex equestris illi dignitatis iisdem solemnibus, eodemque die, quo Joanni Austrio, Turcicæ classis postea victori, insignia detulit. Novennio in Hispania feliciter transacto, & gravissimis interea laboribus exhaustis, in phthisin incidit, qua leniter extinctus est Madriti, anno reparatæ salutis 1576. ætatis 53. conditusque in æde S. Trinitatis. Procero fuit corpore, & virili dignitate, flavo crine, fronte lata, oculis cæsiis, naso, intermedio tubure sublimi, humeris latis, amploque pectore. In mediis curarum undis, reique publicæ administrandæ negotiis, sacras etiam litteras pius homo tractabat, & vitam religioso viro dignam ducebat, magna innocentiæ sanctitatisque opinione. Testantur id *Psalmi* ab eo, quasi Theologiæ operam perpetuo navasset, paraphrasi pie illustrati, & alia quæ partim vivus ipse, partim à funere *Gregorius* & *Cajus* filii edenda curarunt. Horum senior in sanctiore concilio Senator regius Bruxellæ; junior Cancellarius Academiæ, & Præpositus ad S. Petrum Lovanii decessit.

CIV. Viglius Zuichemus, Frisios, paterno in prædio, à quo cognomentum induit, haud procul Leovardia Frisiæ metropoli, natus antiqua & nobili familia, puer in *Jac. Voletardi*, viri Græcis Latinisque litteris pereruditi, disciplina fuit. Quo cum Lovanium profectus, *Conr. Goclenium*, & *Rutg. Rescium*, utriusque linguæ Professores, studiose diligenterque audivit. Gustatis ibidem Jurisprudentiæ fontibus, Dolanam Sequanorum Academiam adiit. Triennio hic exacto, lustratisque Galliæ Academiis, Valentiæ Cavarum substitit, & urgentibus Academiæ Professoribus, Doctoris ibi lauream accepit. *Andreæ Alciato*, quo familiariter usus fuerat, in Italiam revocato, apud Biturigas in docendi munere subrogatur. Post in Italiam venienti, nec opinanti, ac pene repugnanti provincia de superiore loco Institutiones cæsareas interpretandi à Patavinis demandatur. Hic præclaros illos *de Testamentis* commentarios adornavit, sibique non tam popularis auræ captandæ, quam bene de Republica merendi studio excidere passus est. Quo quidem libro, si molem spectes, in specimen fortasse exiguo, sin rerum utilitatem, ponderumque momenta æstimes, diffusis aliorum voluminibus anteponendo (*magnum* enim *librum magnum malum* Callimachus grammaticus appellabat, Domitius vero Piso *non libros sed thesauros esse debere* judicabat) Italiam, qua patet, doctrinæ fama conturbavit, & præclarum illud Alciati elogium promeruit, *Magnæ spes altera Romæ*. Bibliothecæ Cardinalis Bessarionis, Reipublicæ Venetæ testamento legatæ, quæ ad D. Marci adservatur, inspiciendæ potestatem adeptus, *Theophili Græcas Institutiones* eruit, atque in Belgium avectas, à Rutg. Rescio, typographo Græce doctissimo, cum præfatione erudita sane ac laboriosa, Lovanii edendas curavit. In patriam, qua annos XIV. caruerat, reversum Carolus V. Cæsar Spirensi in senatu Consiliarium renuntiavit. Inde à Guili-

Guilielmo Batavorum Duce amplo ſtipendio evocatus, Jus civile annos amplius quattuor in Academia Ingolſtadienſi, magno auditorum concurſu, interpretatus eſt. Sed patriæ ſe potius, quam exteris, ex Platonis ſententia, natum cogitans, oblatum in ſupremo Mechlinienſi ſenatu magiſtratum amplectitur. Crebris demum legationibus clarus, ſanctioris concilii Præſes à Cæſare renuntiatur, & equeſtri honore inſignitus, Velleris aurei Cancellarius ſalutatur. Uxore Jacoba Damantia, nulla prole ſuſcepta, è vivis ſublata, ſacris initiatus, ampliſſima ad D. Joannis Gandavi Præpoſitura donatur. Lovanii ſenex auguſtum Friſiorum genti collegium magnis impendiis à fundamentis exſtruxit, & vectigalibus dotavit. Moritur Bruxellæ 1577. ſeptuagenarius, & Gandavi in cathedrali S. Joannis baſilica conditur, in Mauſoleo, quod ſibi vivus ponendum curarat. Statura fuit mediocri, membris bene compactis ac decentibus, cute candidiſſima, capillitio infra albedinem albicante, fronte lata, vultuque amabili. Tumulum ejus à Calvinianis violatum, cathedrale Canonicorum collegium inſtauravit hac inſcriptione: *Admodum reverendo viro D. Viglio ab Aita, Zuichemo, Friſio, I. C. clariſſimo, cathedralis hujus eccleſiæ* 1. *Præpoſito mitrato, aurei Velleris Cancellario, ſupremi Belgicæ Status & ſanctioris Concilii, ſub Carolo V. Imp. & Philippo II. Hiſp. Rege, Præſidi ſummo, vigilantiſſimo, integerrimo: qui cum hanc Eccleſiam piis fundationibus, plurimis munimentis decoraſſet, Academiam Lovanienſem, ſtructo ſui nominis collegio, non minus liberaliter quam magnifice dotaſſet, natale ſolum novi Hoſpitalis beneficio perpetuo ſibi demeruiſſet, tandem poſt longas vigilias, poſt indefeſſos labores, plenus dierum, plenus honorum, Regi fidus, patriæ carus, utilis omnibus, injurius nemini, magno ſui relicto deſiderio, quievit in Domino, anno* 1577. *die* 8. *Maji, ætatis ſuæ* 70. *Iſte vir fuit, Lector, ſed fuit. Mirare, imitare, vigila, memor prudentiſſimi illius ſciti, Vita mortalium vigilia.*

Joannes Polancus, Hiſpanus, patria Burgenſis, *Bartholomæo Ferronio*, publico Societatis Jesu ſcribæ, ſuffectus, tribus ex ordine Præpoſitis generalibus, S. Ignatio, Jacobo Lainio & Francisco Borgiæ à Secretis atque Epiſtolis fuit. Romæ demum optime de Societate, adeoque de univerſa Eccleſia meritus, ſexagenario major 1577. vivere deſiit. *Directorium Confeſſariorum, methodus juvandi eos qui animam agunt*, & alii pii ejus libelli omnium manibus teruntur.

Aloysius Lilius, Mathematicus inſignis, ſcripſit librum *De reſtitutione anni & Kalendarii eccleſiaſtici:* ſed neſcio an typis excuſus fuerit. Hoc ſcio, illius libri compendium Romæ 1577. in 4. excuſum fuiſſe: quod poſtea Gregorius XIII. examinandum tranſmiſit ad Chriſtianos Principes, & peritos Mathematicos.

Hannibal Crucius, Mediolanenſis, Senatui urbis patriæ diu à Secretis fuit, vir raris ingenii & doctrinæ ornamentis excultus; quod vel *Achilles Statius*, ab eo Latinitate donatus, apud poſteros æternum teſtabitur. Graſſante lue Mediolani, cum placando Numini elegantiſſimos verſus, ſeu verius preces ad Deum concepiſſet, morbo ipſo correptus, 1577. ad plures abiit; à Fabritio filio conditus in templo S. Mariæ incoronatæ.

Bartholomæus Carranza, Mirandenſis, Navarrus, Concilio Trid. ut Theologus interfuit; ſacras litteras annos aliquot ſuos inter ſodales Dominicanos profeſſus. Scripſit Tridenti, *De neceſſaria Epiſcoporum reſidentia perſonali:* poſt etiam *Conciliorum omnium compendium* reliquit. Philippum II. Regem, in Brittanniam ad nuptias Mariæ Reginæ profectum, ſecutus, à ſacris confeſſionibus huic præficitur: quæ Regina inſcio & invito præſulatum Toleti impetravit. Moritur 1576. conditus in æde B. Virginis ſupra Minervam. De ejus ſcriptis vide judicium Poſſevini in Apparatu ſacro.

Didacus Covarruvias natus eſt anno 1512. Toleti, feſto S. Jacobi Apoſtoli die (unde illi nomen; *Didacus* enim idem qui *Jacobus*) parentibus quidem Hiſpanis, ſed auo materno Belga, Toletani templi architecto. Patruus Salmanticæ Canonicus, re ſatis lauta, *Didacum*, ejuſque fratrem *Antonium*, jactis jam feliciter Latinæ linguæ rudimentis, domi ſuæ diu aluit. Poſt in S. Salvatoris gymnaſio Ovetenſi, ubi natalium integritas quæritur, collegæ eos brevi in juriſprudentia progreſſus fecerunt, ut æqualibus longe antecellerent, dein etiam de ſuperiore loco Jus publice interpretarentur, magna auditorum corona atque applauſu. Tametſi vero in Doctoratus laurea iniquis Judicum ſuffragiis Didacus preſſus fuiſſet, vicit tamen ac tranſcendit, editis mox ingenii monumentis, exſpectationem judiciumque perturbato animo datum. Ferdinando Nonio, Græcarum litterarum doctore, eſt uſus familiariter; qui eum in Plinii caſtigationibus non ſemel prædicat. Exinde miſſus eſt à Philippo II. Rege Catholico ad Synodum Tridenti coactam, una cum fratre ſuo *Antonio*, itemque cum *Antonio Auguſtino*, *Martino Ajala*, *Aria Montano*, ceteris. Domum ubi revertit, Epiſcopus Rodericiæ civitatis, dein Segobienſis, ac demum Conchenſis Antiſtes eſt deſignatus. Neque hic Regis in ornando excellentis doctrinæ viro ſtudium ſubſtitit: quin & Senatus regii Præſidem eſſe voluit. Quo munere integre annos aliquot, Reipublicæ conſtituendæ, ſic eſt uſus, ut continenter atque incorrupte jus dicendo omnes ſibi obſtrinxerit. Temporis uſque eo parcus, cetera minime avarus, ut vel ſemihorulæ ſpatium, quo Senatores junctim ad Regem ingreſſuri exſpectare ſolent, elabi ſine fructu non ſineret; incitatus Plinii majoris exemplo, qui temporis, quod ſtudiis non daretur, jacturam longe maximam exiſtimabat.

*Et* vero *Variarum ex Jure pontificio, cæsareo ac regio Resolutionum libri; Practicæ* item *quæstiones; Collatio veterum numismatum cum his quæ modo publica & regia auctoritate percutiuntur*, & alia ingenii monumenta satis ostendunt, quantus vir fuerit. Obiit autem Madriti anno salutis 1577. ætatis 66. sepultus Segobiæ.

CV. Nicolaus Harpsfeldius, Anglus, Archidiaconus Cantuariensis, Theologus, Jureconsultus & Historicus, in vinculis pro caussa religionis orthodoxæ, temporibus Elisabethæ Regiuæ; viginti amplius annis Londini vixit, ac demum confessor anno millesimo quingentesimo nonagesimo tertio ibidem piissime obiit. Scripsit *Historiam Anglicanam ecclesiasticam*, à primis incunabulis ad nostra fere tempora deductam, quam *Richardus Gibbonus*, S. I. Theologus Duaci 1622. in fol. edendam curavit. Ad calcem subnectitur *Historia Wicleffiana*, ab eodem Harpsfeldio scripta. Idem in carcere existens sub annum 1565. misit ad *Alanum Copum*, amicum suum in Belgio agentem, *Dialogos sex* contra summi Pontificatus, monasticæ vitæ, Sanctorum, sacrarum imaginum oppugnatores & pseudomartyres; quos Alanus Copus suo nomine (ita volente auctore) 1566. & 1573. typis Plantinianis edendos curavit. Ne tamen veritas posteritatem lateret, & amicus amicum debita laude fraudaret, in calce voluminis majusculas hasce litteras Alanus subtexuit: A. H. L. N. H. E. V. E. A. C. Quarum litterarum hæc est sententia: *Auctor hujus libri Nicolaus Harpsfeldius: eum vero edidit Alanus Copus.* Porro ad *Copum* quod attinet, fuit is patria Londinensis, & *Syntaxin Historiæ ecclesiasticæ* Lovanii 1572. typis edidit: obiitque Romæ anno millesimo quinquentesimo septuagesimo octavo, Canonicus ad S. Petrum in Vaticano. Bibliothecam suam moriens partim Romano Anglorum Seminario, partim Duacensi reliquit.

Augustinus Hunnæus, Mechlinensis, litteris Latinis & Græcis non infeliciter imbutus, Philosophiæ præcepta Lovanii in gymnasio Castrensi annos plurimos summa cum laude tradidit. Nam *Prodidagmatibus Logicis ac Dialecticis*, ex Aristotelis organo feliciter ibidem concinnatis, non vulgarem nominis famam philosophicis in scholis promeruit. Doctor Theologus, & majoris Theologorum collegii Præses postea renuntiatus, Sententiarum Lombardicarum libros, Joanne Heffelio è vivis sublato, regius Professor explicavit, & D. Thomæ Summam Theologicam è membranis emendavit; *Catechismum* item *catholicum* deque *Sacramentis axiomata* typis Plantinianis evulgavit. Decessit 1578. morte quidem, si ætatem spectes, non sat matura fortasse, ipsi tamen oportuna, quod graviorem tempestatem patriæ imminentem effugerit.

Arnoldus Mermannus, Alostanus, Flander, ordinis S. Francisci Theologus, historiæ ecclesiasticæ in primis peritus, scripsit *Theatrum conversionis gentium*, à Plantino editum; item de Rogationibus, Peregrinationibus, Hymnis & Supplicationibus cum lucernis; de S. Cruce, ejusque cultu; de Confessione sacerdoti facienda; de fugienda hæreticorum consuetudine, & alia partim Lovanii, partim Coloniæ edita. Obiit 1578. Lovanii, epidemica lue passim tum grassante; sepultus apud suos in loco Capitulari, ut vocant.

Franciscus Horantius, Hispanus, ex ordine Minorum, Joanni Austriaco, Caroli V. filio, Belgarum Proregi, à sacris confessionibus fuit: cujus in castris prope Namurcum defuncti ossa cum in Hispaniam retulisset, Episcopus Ovetensis designatus, ibi quoque vitæ finem accepit. Scripserat jam antea libros septem *Locorum catholicorum pro Romana fide*, ad Carolum Hispaniæ Principem, Venetiis anno millesimo quingentesimo sexagesimo quarto excusos. Interfuit & Concilio Tridentino, magna eruditionis fama atque existimatione.

Joannes Guilielmus Harlemius, Hollandus, S. Theologiæ Licentiatus, Atrebatensis primum collegii alumnus, post Societatis Jesu Lovanii Rector, sacræ Scripturæ linguarumque Hebraicæ & Chaldaicæ egregius interpres, vir de Bibliis Regiis à Plantino editis, optime meritus, concinnavit *Indicem Biblicum*; seorsim, & cum iisdem Bibliis Regiis evulgatum. *Varias* item *lectiones in Latinis Bibliis editionis vulgatæ* ex manuscriptis collegit, & ad textum Hebraicum, Chaldaicum, Græcum & Syriacum discussit: quæ leguntur in Apparatu eorumdem Bibliorum Regiorum. Decessit Lovanii anno 1578.

Silvanus Ractius, Italus, monachus ordinis Camaldulensis, *Regulam vitæ eremiticæ*, seu *Constitutiones ordinis Camaldulensis* ex Latino in Italicum transtulit, & Florentiæ 1575. in 4. edidit. Scripsit item de Sanctis Etruriæ. Iisdem temporibus floruit *Franciscus Viscedominus*, Ferrariensis, ex ordine Minorum concionator tota Italia celebris, & in Concilio Tridentino clarus: qui *Sermones* suos in Evangelia Adventus Dominici ac Quadragesimæ, itemque Homilias IV. in Catechismum Romanum Venetiis 1576. in 4. publicavit.

Joannes Paulus Lancelottus, Perusinus, Jurisconsultus, cum in aula Romana degeret, de *Institutionibus Juris canonici* pontificio nomine conscribendis, Justiniani Imp. exemplo, ipsi Romano Pontifici suggessit, & de iis conscribendis ab eodem mandatum accepit, atque etiam explevit. Idem Corpori Juris canonici, 1580. jussu Gregorii XIII. edito *Indices* adjecit. Alius ab isto fuit *Scipio Lancellottus*, patria Romanus, ex Advocato Consistoriali primum Auditor Rotæ, post S. R. E. presbyter Cardinalis: qui ut Doctor Legum Concilio Triden-

Tridentino interfuit, & Romæ anno milleſimo quingenteſimo nonageſimo octavo deceſſit; in baſilica S. Joannis Lateranenſis ſepultus.

Baptista Judex, Italus, ex monacho Dominicano Epiſcopus Albintemelienſis, patriam ſuam Finarium libris editis, & maxime pereleganti *de Religione* dialogo nobilitavit. Ejuſdem inſtituti monachus fuit *Thomas Mercadus*, natione Bæticus: qui multo cum fructu apud Indos occiduos in provincia Mexicana diu egit, & anno 1576. vivere deſiit. Scripſit libros ſex de Contractibus, Salmanticæ & in Italia excuſos. Tertius his familiæ ejuſdem Theologus Doctor accedat *Hieronymus Fazellus*, Siculus, qui ſuos Sermones Quadrageſimales Panormi 1575. publicavit.

CVI. Laurentius Surius, natione Germanus, Lubecæ ad Viſurgim natus, Coloniæ ad Rhenum adoleſcens monachis ſe Cartuſianis adjunxit. *Vir omnime de Republica Chriſtiana meritus, Coloniæ edidit Conciliorum tomos quattuor, & de Hiſtoriis Sanctorum tomos ſeptem. Hiſtoriam eccleſiaſticam ab anno* 1500. *uſque ad ſuam ætatem deduxit; Homilias veterum Patrum recognovit, & auxit. Multa præterea ex Germanico idiomate in Latinum tranſtulit, & Coloniæ* 23. *Maji* 1578. *obiit.* Ita Molanus in ſua Bibliotheca ſacra de viro ſibi amiciſſimo, & eorumdem ſtudiorum conſecraneo. Surius namque, in colligendis atque edendis Sanctorum hiſtoriis, trium maxime inſignium virorum, *Joannis Molani*, *Jacobi Pamelii* & *Melchioris Hittorpii*, opera conſilioque uſus fuit. Metaphraſtem porro Latinè loquentem, quem ſuis tomis inſeruit, ſe totum *Aloyſio Lipomano*, Epiſcopo Veronenſi, debere, non uno loco candide profitetur; adeoque Triumviris iſtis Græcæ linguæ peririſſimis, *Gentiano Hervetо*, *Guilielmo Sirleto*, poſt S. R. E. Cardinali, & *Petro Franciſco Zino*, qui hortante Lipomano Metaphraſtem Latine reddiderunt. Adeo quidem, ut jure optimo Pontifices aliquot Romani opus iſtud Surianum, communi orbis Chriſtiani judicio probatum, ſua etiam auctoritate firmaverint. Surii defuncti locum excepit *Jacobus Moſander*, natione Flander, profeſſione Cartuſianus itidem Colonienſis, qui tomum ſeptimum Surianum perfecit & edidit; addito *Martyrologio Adonis*. Obiit autem Moſander in Moravia anno milleſimo quingenteſimo octogeſimo nono. Cœperam & ego, adjutantibus amicis, *Vitas Sanctorum*, quæ apud Surium tum deſiderabantur, ante annos plures variis è bibliothecis conquirere, & ad editionem parare. Sed mutato poſtea conſilio, ex iis quaſdam *Heriberto Roſweido*, S. I. Theologo mihi peramico, tradidi; nonnullas Coloniam miſi, ad poſtremam Suriani operis editionem augendam atque amplificandam.

Christophorus à Capite-Fontium, Brito Aremoricus, ord. Minorum Miniſter generalis, Archiepiſcopus Cæſareenſis, ſcripſit Defenſionem fidei majorum noſtrorum, quam de reali Chriſti præſentia in Euchariſtia habuerunt; item de libero arbitrio, & meritis bonorum operum; Confutationem puncti, ut vocant, honoris, in quo Nobilitas hodie duellorum fundamenta ponit; Epitomen illuſtrationis Chriſtianæ fidei; & alia plurima, Pariſiis, Antverpiæ, Romæ & Coloniæ diviſim edita. Ejuſdem inſtituti fuit *Matthias Feliſius*, Brauvershauii in Zelandia natus, ſuorum ſodalium in Belgio præfectus Provincialis: qui Catholicam elucidationem Inſtitutionis Chriſtianæ, ſecundum methodum à Magiſtro ſententiarum obſervatam; itemque Carholicam elucidationem Decalogi, typis Plantinianis 1573. & 1575. in 4. publicavit. Deceſſit vir pius ac doctus Lovanii, apud ſuos depoſitus. His tertium adjungere liceat *Joannem Riocheum*: qui cum eſſet Miniſter ord. Minorum in Britanniæ Aremoricæ provincia, Compendium temporum hiſtoriæ eccleſiaſticæ Pariſiis 1576. in 8. evulgavit.

Cornelius Valerius, ditionis Ultrajectinæ opido, quod vulgo Aquas-veteres nominant, oriundus, in litteris interioribus adoleſcens ſic æqualibus antecelluit, brevi ut eas apud Ultrajectinos, ubi hæc tum ſtudia florebant, ſit profeſſus. Petro Nannio deinde ſucceſſor in profeſſione Lovanii datus, ſtudio non impar, quamquam ingenio fortaſſe inferior, eo in munere ita ſe geſſit, ut juventutis Belgicæ florem, ad ſe audiendum quotidie adventantem, dimitteret doctiorem. Ciceronem autem & Virgilium, quos in ſcholis, eloquentiæ parandæ gratia, regnare par eſt, viciſſim explanabat. Utque ad poſteros etiam manaret utilitas, ad ſcribendum quæ recte cogitaſſet, obſervaſſetque, animum appulit. Orbem itaque diſciplinarum caſto & eleganti ſtilo abſoluit, quem Plantinus idemtidem cupide evulgabat, & ſcholæ cum plauſu excipiebant. In his *Grammatica*, *Rhetorica*, *Dialectica*, *Ethica*, *Phyſica* & *Aſtronomica*; quæ cum Sebaſtiano Foxio Hiſpalenſi, iiſdem veſtigiis inſiſtente, diligenter conferebat. Carmen interdum quoque pangebat non infeliciter, luſitque Triumphum Caroli V. Cæſaris, urbem Ultrajectinam ſolenni pompa ingredientis. Fuit ſingulari vir humanitate & comitate, quæ propria fere litteratorum laus eſt; obiitque Lovanii 1578. pius ſacerdos, natus annos ſex & ſexaginta; ſæpe pedum dolore tentatus, hilari tamen (quod & Socrati tribuunt Cicero & A. Gellius) atque æquabili ſemper vultu.

Carolus Langius, Gandavi aut Bruxellæ natus, Leodici ad S. Lambertum Canonicus, patrem habuit *Joannem*, Caroli V. Imp. Secretarium, & ſummus ævi ſui Criticus in

recenſendis melioris notæ libris fuit. Teſtantur id pereruditæ in *M. Tullii* Officia, adjunctoſque libellos, poſt Lambinum, emendationes: quales & in totum Ciceronem meditabatur. Cœperat & *Senecam*, *Solinum* ac *Suetonium* ſcholiis illuſtrare: multaque in *Plinio*, *Theophraſto* & *Dioſcoride*, aliis non viſa, obſervarat: quæ ſive morte præventus, ſive modeſtia adductus non evulgavit. Fuit enim hoc ingenio Langius, ut ea ſcire vellet, quæ ſcire eum nemo ſciret: atque ut virtutem Stoici, ſic ille doctrinam pretium ſibi ipſam putare videbatur. Latebat ille ſuos inter libros, aut hortorum ſe ſpatiis ſepibuſque claudebat. Erat enim unicus amator florum & hortorum, quos impenſo ſtudio ad extremam uſque ætatem coluit: bulbis tuliparum, tibcadorum, atque id genus florum, abuſque Byzantio petitis. Intima illi cum *I. Lipſio* familiaritas fuit: cujus judicium quanti idem, in tanta amicorum copia, fecerit, argumento eſt, quod in aureis illis de Conſtantia libris, unicum differentem atque in adverſis firmantem Langium induxerit. Fuit enim vir omnino prudens ac perhumanus, & quo fortaſſe radii Solis, noſtro ævo, *meliorem nullum illuxere alterum*. Lævinus Torrentius, qui tum Brabantiæ Archidiaconum Leodici agebat, bibliothecam amici, ne Penthei in morem (ut accidere pleriſque deploramus) diſcerperetur, ſuo ære coëmit, defunctumque in æde D. Lamberti tumulo marmoreo 1573. condidit. Exſtant & carmina non pauca Langii, ut *De laudibus urbis Leodicenſis*; *In navalem Chriſtianorum ad Echinadas de Turcis victoriam*; *Hymnus de natali Domini*, aliaque poemata, Torrentianis annexa in editione Plantiniana.

Joannes Iſaacus, relicto Judaiſmo, in Chriſto renatus, poſtea Profeſſor Hebræus Colonienſis, ſcripſit juvenis *Defenſionem veritatis Hebraicæ ſacrarum Scripturarum*, contra Lindani libros De optimo genere interpretandi, Coloniæ 1559. in 8. editam. Obiit peſte, anno milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo ſeptimo: Ita Molanus in ſua ms. Bibliotheca. Iſaaci ejuſdem *Grammatica Hebraica* à Plantino in 4. fuit excuſa.

Joannes Bapt. Ficlerus, I. V. Doctor, *Theologiam juridicam*, ſeu Jus civile Theologicum, Dilingæ 1575. in 8. edidit. Idem librum ſuum *De jure magiſtratuum in ſubditos*, & *de officio ſubditorum erga magiſtratus*, Ingolſtadii 1578. publicavit; ut & an. 1585. *Spongiam adverſus Wirtembergenſes*, qui judicium Patriarchæ Conſtantinopolitani ſuper Confeſſione Auguſtana temere expetiverant.

Guilielmus Redoanus, Genuenſis, ſcripſit De rebus Eccleſiæ non alienandis; de Simonia; de ſpoliis eccleſiaſticis; & alia partim Venetiis 1565. & 1572. in fol. partim Romæ 1576. in 4. edita.

Hieronymus Lauretus, Cornarienſis, Abbas monaſterii S. Felicis Guilopenſis, ſcripſit Silvam allegoriarum ſacræ Scripturæ, Venetiis 1575. tomis duobus in 4. & Pariſiis 1583. in fol. editam.

CVII. Stanislaus Hosius, Polonus, S. R. E. presbyter Cardinalis & Pœnitentiarius major, Varmienſis Epiſcopus, vitæ ſanctitate, eruditionis & eloquentiæ gloria celeberrimus, Catholicæ fidei acerrimus propugnator, qui cum antiquæ probitatis & Epiſcopalis vigilantiæ præſtantiam in humilitate, caritate, beneficentia expreſſiſſet; hæreticorum ſectas ſcriptis & conſiliis ſapientiſſimis ferventer oppugnaſſet; multos ab erroribus revocaſſet; graviſſimiſque legationibus, pro pace Eccleſiæ Dei, cum apud Carolum V. & Ferdinandum Cæſares, tum præcipue in ſacro Concilio Tridentino, *Pii* IV. *Pont.* nomine, feliciſſime perfunctus, Chriſtianæ Reipublicæ plurimum profuiſſet; omnium virtutum laudibus & exemplis ad imitandum abundans, obdormivit in Domino Nonis Auguſti, anno milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo nono, ætatis ſuæ ſeptuageſimo ſexto. Hoc elogium ſeu epitaphium, marmori nigro litteris aureis inſcriptum, *Stanislaus Hoſius* patruo ſuo, & *Stanislaus Reſcius* patrono ſuo, executores teſtamenti, poſuerunt Romæ in baſilica S. Mariæ trans Tiberim. Reliquas viri laudes, vel leviter inſpectis ingenii monumentis, Coloniæ 1584. poſtremum editis, Lector pius facile cognoſcet. Quin imo lectis libris tribus, de vita illius diſerte ab eodem *Reſcio* conſcriptis, dicet admirabundus, tales viros vix ſingulos ſingulis ætatibus naſci aut cœlitus dari.

Martinus Eisengrenius, Germanus, patria Stutgardianus, Doctor Theologus, Procancellarius Academiæ Ingolſtadienſis, ſcripſit *Confeſſionale* 1577. Ingolſtadii editum; item *Poſtillas* ſeu *Conciones varias*, ibidem & Coloniæ 1565. 1569. excuſas: quarum nonnullas *Tilmannus Bredenbachius*, ſupra cap. 74. laudatus, ex Germanico in Latinum tranſtulit. David Sartorius quattuor orationes funebres, in ejus laudem habitas, Ingolſtadii typis ſuis 1578. publicavit: quo anno & obiit. Idem annus fatalis fuit *Alexandro Picolomineo*, civi & Archiepiſcopo Senenſi, Pii II. Pontificis gentili, viro in ſacris litteris & philoſophia, præſertim Ariſtotelica, verſatiſſimo, jam ſeptuagenario.

Flaminius Nobilius; Lucenſis, Italus, vir Græce Latineque doctiſſimus, *De hominis felicitate* libros tres; *de vera & falſa voluptate* libros duos; *de honore* librum unum eleganti

ſtilo

ſtilo conſcripſit, & Lucæ 1576. in 4. edidit. Idem duas *Chryſoſtomi* epiſtolas, Latinitate à ſe donatas, Romæ 1576. in lucem aſpectumque primus protulit. De aliis ejus lucubrationibus Poſſevinum in Apparatu ſacro conſule.

Guilielmus Gentius, Noviomagus, I. V. Doctor, primum in Gelria, poſt in Brabantia Conſiliarius Regius, demum, elata uxore, Præpoſitus Arnhemienſis ad S. Walburgim in Gelria, ex Jure cæſareo collegit & explanavit *Adagia* quinquaginta, à Plantino cum Gislenianis edita. Scripſit item *Exempla illuſtrium miraculorum S. Euchariſtiæ*, Pariſiis & Coloniæ excuſa. Idem argumentum (ut Tilmanni Bredenbachii Collationes ſacras, ſupra cap. 74. memoratas, hic non repetam) poſtea ex profeſſo tractavit *Jacobus Burgefius*, ſodalium Trinitariorum in Belgio præfectus Provincialis: libro Gallice apud Atrebates 1600. edito: quo anno & Duaci vivere deſiit.

Cornelius Gemma, Lovanienſis, Poeta, Rhetor, Philoſophus & Medicus egregius, acceptam à patre *Rainero Gemma Friſio* famam præclaris ingenii ſui monumentis ſic auxit, ut uter alteri plus debeat, merito ambigas. In libris certe, quos *De arte cyclognomica*, *deque divinis naturæ characteriſmis* edidit, dum altiſſima Philoſophiæ myſteria recludit, ſe ipſum, ut ſic loquar, ſuperavit. De quibus ut videas judicium Ant. Poſſevini in Bibliotheca ſelecta, prorſus ſuadeo. Neque theorica ſolum Cornelius valuit, ſed in praxi quoque felix, arte ſua vitam multis produxit: ſibi tamen eam ſervare non potuit, epidemica lue 1579. Lovanii graſſante exſtinctus, & ad D. Dominici apud parentem conditus; relicto filio *Philippo*, Doctore Medico. Rarum certe exemplum, tres *Gemmas*, filium, patrem, avum, & eruditos & iiſdem deditos ſtudiis, ut in Italia Manutios, floruiſſe.

Joannes Bapt. Hadrianus, patritia gente natus Florentiæ, vir litteris egregie excultus, *Franciſci Guicciardini* hiſtoriam accurata diligentia, ab anno ſuperioris ſæculi triceſimo ſexto, eſt proſecutus; ex commentariis *Coſmi* Etruriæ Ducis res Italicas plerumque tranſcribens. Obiit in patria anno milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo nono, cum annos octo & ſexaginta expleviſſet; ſepultus in templo S. Franciſci, extra muros.

CVIII. Cunerus Petrus natus eſt in Zelandiæ opido, quod à ſpuma marina, ex Hiſpaniæ oris allata, ibidemque in ſal humano uſui aptius ſalubriuſque excoqui ſolita, *Brauwershauii* nomen habet. Philoſophicis ſtudiis Caſtrenſi in gymnaſio Lovanii perceptis, ſacra tam diligenter proſecutus eſt, ut Doctoris laurea ac Profeſſoris munere in Parcenſi Præmonſtratenſium ad muros urbis cœnobio donaretur. Poſt ad Parochi & Canonici, in primaria ejuſdem urbis æde, honorem evocatus, qua voce, qua ſtilo pro Dei Eccleſia adverſus hæreticos ſtrenue pugnavit. Scripſitque *De Miſſæ ſacrificio*, *de meritorum Chriſti Sanctorumque conſenſu*, *deque Eccleſiæ Notis* XIV. Inde Leovardienſium apud Friſios primus Epiſcopus creatus, exundante Calvinianorum ac Rebaptizatorum (quibus ea provincia in primis ſcatet) perduellione, captus à factioſis in arcem Harlinganam ad littus Oceani maris relegatur. Biennio exacto dimiſſus, Monaſterium Weſtfaliæ metropolim peruenit, ibidem aliquamdiu Coepiſcopi munere functus. Poſt Coloniam Ubiorum profectus, ſacras ibi litteras publice interpretatus eſt, & populares ſuos religionis ergo exulantes, concionibus aſſiduis in Fide majorum, Regiſque Catholici obedientia ſtabilivit. Cui etiam rei ſcripſit ibidem *De Chriſtiani Principis officio, obedientiaque illi debita*; *de gratia*, *liberoque arbitrio*; *Prædeſtinatione*, *Juſtificatione*, *Indulgentiis*, *& D. Petri cathedræ firmitate*. Variis demum moleſtiis, ærumnis & exilii incommodis (quæ Athanaſii, Chryſoſtomi, aliorumque veterum Patrum exemplo, conſtanter tulit) fatigatus, moritur in Ubiis anno milleſimo quingenteſimo octogeſimo. Funus honorifico tumulo in ſumma æde, ad aram SS. trium Magorum, pro meritis eſt donatum.

Franciscus Forerius litterarum peritia ac linguarum inclaruit Conimbricenſi in Academia apud Luſitanos: ubi gymnaſium, Joannis III. beneficentia excitatum, Galli aliquot doctores, in his Nicolaus Gruchius, ductu Andreæ Goveani, diſciplinis illuſtrarant. Forerius familiæ Prædicatorum adſcriptus, Concilio Tridentino non interfuit modo, ſed & à Secretis electus, Patrum juſſu, *Liturgica canonicarum horarum Breviaria* (à Pio V. poſt approbata) item *damnatæ lectionis auctorum Catalogum*, denique *Catechiſmum*, una cum ejuſdem ordinis Epiſcopo *Leonardo Marino* Lancianenſi, & *Ægidio Fuſcario* Mutinenſi, concinnavit. Exſtant ejuſdem Forerii in *Iſaiam*, ad Hebraicam veritatem, commentaria, Venetiis excuſa, & alia alibi. Deceſſit anno milleſimo quingenteſimo octogeſimo.

Nicolaus Sanderus, Anglus, in Academia Oxonienſi ut Profeſſor regius Jus canonicum docuit; rebuſque obſchiſma in Anglia turbatis Romam ſeceſſit: ubi Doctor Theologus creatus, mox Tridenti in Patrum conſeſſu magnum ingenii ac doctrinæ ſuæ ſpecimen, qua diſputando, qua declamando edidit; *Stanislai* Cardinalis *Hoſii* ibidem, & per Poloniam, Pruſſiam ac Lituaniam comes individuus. Ab eo itinere Lovanium ſe contulit, quo in loco, inter alia opera egregium *De viſibili Monarchia* volumen ſcripſit. Denique à Gre-

gorio XIII. in Hiberniam Nuntius Apoſtolicus miſſus, ſub annum 1582. ibidem obiit. Laudatur & ejus liber *De ſchiſmate Anglicano* : de reliquis elucubrationibus Poſſevinus te docebit.

Jacobus Veldius, Doctor Theologus Lovanienſis, vir Græcis Latiniſque litteris eruditus, non modo Brugenſibus civibus ſuis dicendo, ut erat facundus admodum Eccleſiaſtes, prodeſſe ſtuduit, ſed concionibus ſacriſque in *Evangelia* atque *Epiſtolas* commentationibus foras datis, acriter pro univerſa Dei Eccleſia pugnavit. Idem Judæorum in Babylone laborantium ſervitutem cum piorum Belgarum, hæretico tumultu oppreſſorum, calamitatibus comparans, Danielem pro concione explicavit, atque exinde publica luce donavit. Plura meditantem mors importuna 1583. ſuſtulit, Audomaropoli Arteſiorum: quo tempore decumanis belli civilis fluctibus univerſa Belgica æſtuabat.

Franciscus Venerius, Patritius Venetus, philoſophicis ſtudiis innutritus ab adoleſcentia, commentarios *De voluntate*, *de anima*, *de fato* vernacula lingua edidit. Honores deinde, magna prudentiæ fama, in ſua Republica geſſit. Patavinæ poſtea Academiæ inſtaurandæ præpoſitus, editis poſtremo *De generatione* libris, deceſſit anno 1580. aut circiter.

Hieronymus Surita fuit regni Aragoniæ Hiſtoricus, & Secretarius Judicum violatæ Fidei, omnis antiquitatis in paucis peritus. Reliquit, ſed Hiſpanice, *Aragonenſium rerum* libros triginta; totidem annis elaboratos, ſex voluminibus; quorum priores tomos duos Latine exſcripſit, *Indices Aragonenſium rerum* nuncupans, additis etiam *Siculis Annalibus*: quos Indices longe auctiores, una cum bibliotheca ſua Cartuſianis Cæſarauguſtanis moriens teſtamento legavit; ubi & *Claudianus* & *Julii Cæſaris commentarii*, Notis ejuſdem uberiores, adſervari ſolent. Conditus eſt in patria Cæſarauguſtæ, apud Hieronymianos ſodales, cui epitaphium hoc filius, aquæductuum Aragoniæ curator, ponendum curavit: *Hieronymo Surita, Michaelis filio, Gabrielis nepoti, Cæſar auguſtano, Hiſtoriæ Aragoniæ diligentiſſimo atque electo ſcriptori, patri bene merito, Hieronymus filius poſuit. Vixit annos* LXVII. *menſes* XI. *Obiit Cæſarauguſtæ* III. *Nonas Novembris anno* M. D. LXXX.

Stephanus Garibaius, genere Cantaber, Mondragonio opido oriundus, multis vigiliis, ingentique labore *Annales regnorum Caſtellæ, Luſitaniæ, Aragoniæ, Navarræ*, aliorumque è tenebris, ſed Hiſpano ſermone, eruit, bonoque publico Antverpiæ typis Plantinianis foras dedit. Quattuor enim voluminibus, in quadraginta libros diviſis, res in Hiſpania domi foriſque geſtas complexus eſt. Regii etiam Hiſtorici titulo cohoneſtatus, publicoque ſtipendio donatus, anno milleſimo quingenteſimo nonageſimo ſexto Madriti degebat.

Florianus Ocampius, Sentica oriundus (quod opidum vulgo *Zamora* dicitur, non procul Salmantica ſitum) Canonicus fuit, ac regius Hiſtoricus: quo in genere plurimum ſtudii poſuit. Deceptus tamen turpiter eſt, dum Beroſum, Metaſthenem, ceteroſque illos ab Annio Viterbienſi falſo ſuppoſitos atque expoſitos ſcriptores, veros eſſe duxit. Teſtantur id ejus libri quinque, *ab orbe condito ad annum uſque ducenteſimum decimum, ante Chriſti natalem*: quam hiſtoriam *Ambroſius Moralis* Cordubenſis pertexuit.

Alvarus Gometius Eulalius, ab ignobili vico natali *Eulalia*, ſito non procul à Toleto, ſic dictus, Græcas litteras annos plurimos Compluti profeſſus fuit. Scripſitque res domi militiæque geſtas à Franciſco Card. Ximenio, Academiæ Complutenſis conditore. Cumque Toleti Academia, auſpiciis Bernardini Sandovallii, eſſet excitata, Gometius eo ad Græcam profeſſionem evocatus, Philippi II. Regis juſſu, *Iſidori Hiſpalenſis* opera edolare aggreſſus eſt; Petro Ciacconio, Toletano, adjutante. Verum ſumma corporis imbecillitas opus ad exitum adducere non ſivit: obiitque anno ſuperioris ſæculi octogeſimo, aut proxime ſequenti, cum annum ageret quintum & ſexageſimum, & *Joanni Grialo* lampada tradidit.

Alvarus Gometius Toletanus, alius à ſuperiore, domo nobilis, gener Mendozæ Ducis Infantatus, ſtudiis ſe totum, Latinæ præſertim poeſi, conſecravit. Reddidit heroico carmine *Salomonis proverbia*, & *ſeptem Pſalmos*, quos vocant *pœnitentiales*. Reliquit & poemation *De Vellere aureo*, ſeu de Gedeone.

CIX. Franciscus Alciatus, Mediolanenſis, magni illius Juriſconſulti *Andreæ Alciati* gentilis & alumnus, iiſdem, quibus Andreas, diſciplinarum artibus excelluit, eidemque in profeſſoria cathedra apud Ticinenſes ſucceſſit. Carolo Borromæo agente, Romam à Pio IV. ad purpuram vocatus, omnibus gratiſſimus exſtitit, cum ob multiplicem virtutem, tum ob morum elegantiam atque humanitatem. Obiit 1580. ætatis 58. conditus in Urbe, in templo S. Mariæ Angelorum: ubi ejus effigies ac monumentum ſpectatur.

Frede-

Fredericus Scencquius, ex illuſtri vetuſtaque Baronum Tautenburgenſium familia apud Tranſiſalanos oriundus, patre *Georgio* aurei Velleris Equite, & Friſiæ occidentalis ac territorii Groningani Gubernatore, vir fuit humani divinique Juris peritiſſimus, ingenio acri ac prompto, animo erecto & excelſo. Ætatis anno 17. laurea Juris Doctorali inſigniri, viceſimo autem ſecundo Carolo V. ab arcanis conſiliis eſſe meruit; poſtea Aſſeſſor curiæ Imperialis Spiræ creatus, quadriennio amplius, interfuit & præfuit, *Viglium Zuichemum* nactus collegam. Ex Præpoſito demum D. Petri Ultrajectino primus illius urbis Archiepiſcopus deſignatus, annis 21. præfuit: obiitque anno 1580. ætatis 87. Scripſit vero *Triadem forenſem, Judicis, actoris & rei*; *Progymnaſmata fori*; *Interpretationes in lib. 3. Feudorum*; *Viridarium concluſionum juridicarum*; *Dialogum contra temulentos*; *de officio Epiſcopi*; *de vetuſtiſſimo ſacrarum imaginum uſu in Eccleſia catholica, contra Iconomachos*; quæ omnia partim Antverpiæ, partim Coloniæ fuerunt excuſa.

Everardus Mercurianus, natione Belga, vir fuit gravis in primis ac prudens, Philoſophicis ac Theologicis diſciplinis eruditus, politioribus litteris excultus, atque in tractandis hominum animis dexter. Lutetiæ Societati Jesu anno 1548. nomen dedit. Exinde ad alios gubernandos adhibitus, in eo munere ſic eſt verſatus, ut *Franciſco Borgia*, tertio Præpoſito generali, Aſſiſtens daretur, pro tranſalpinis regionibus; atque ei defuncto quartus Præpoſitus 1572. ſufficeretur. Societatem porro univerſam, magna moderationis laude, ad annum uſque 1580. rexit; provinciarum numerum adauxit; ſcripſitque *Epiſtolam ad ſuperiores Societatis*, documenta optima continentem, quæ inter epiſtolas Præpoſitorum generalium quinta legitur.

Joſephus Pamphilus, Veronenſis, eremita Auguſtinianus, 1568. à Pio IV. Papa ſacrario pontificio præficitur. Epiſcopus Signinus poſtea creatus, præter *Chronica ſui ordinis*, Romæ 1581. in 4. excuſa, ſcripſit De canonibus Apoſtolorum, & primorum Pontificum epiſtolis; De origine multarum Eccleſiæ ceremoniarum; De ſacris ritibus veterum Pontificum epiſtolis; De origine multarum Eccleſiæ ceremoniarum; De ſacris ritibus veterum Pontificum in Baptiſmi, Chriſmatis & Euchariſtæ Sacramentis adminiſtrandis libros tres; De Exorciſtis, & antiquo ritu dæmones expellendi libros duos. Synodum item diœceſanam Signinam 1579. à ſe habitam publicavit.

Gundisalvus Illescas, Hiſpanus, Abbas ad S. Frontonem, *Vitas Pontificum Romanorum* à D. Petro ad ſua uſque tempora deducens, quæ domi in Hiſpania, foriſque in Eccleſia ac Republica facta ſunt, ſermone vernaculo tomis duobus conſignavit. Migravit è vita anno milleſimo quingenteſimo octogeſimo. Gundiſalui ſcriptionem eadem lingua Hiſpanica non pauci continuarunt; in his *Ludovicus Bavia*, Philippi II. Regis Catholici Capellanus, & *Marcus de Guadalaxara*, monachus Carmelita.

Alfonsus Garcias Matamorus, Hiſpalenſis, artem Rhetoricam Complutenſi in Academia docuit; & *De ratione dicendi præceptiones* non viva modo voce reliquit, ſed quo poſteritati vivus quaſi intereſſet, ſcriptis etiam mandavit. Edidit & *De formando ſtilo*, atque adeo *de inſtituendis concionibus* commentarium. Denique de *Hiſpaniæ Academiis*, litteratiſque viris Apologeticum, pro aſſerenda Hiſpanorum eruditione (ad imitationem M. Tullii in Bruto, qui de claris eſt Oratoribus) compoſuit. Senex articulari morbo graviter vexatus fuit: dicendi tamen gloria cum æqualibus, in his *Ambroſio Morali*, collega ſuo contendit.

Florimundus Ræmundus, Senator Regius in curia Burdigalenſi, hiſtoriæ antiquæ & neotericæ peritiſſimus, vir multæ lectionis & judicii ſingularis, errorem popularem ſeu fabellam de *Joanna Papiſſa* ſolide confutavit ac jugulavit: quo nomine & à Juſto Lipſio amico ſuo (ut Baronium alioſque taceam) laudari meruit. Scripſit inſuper de *Antichriſto*; item *de ortu, progreſſu, ac ruina hæreſeon noſtri ævi*: omnia Gallico ſermone, ſed quæ poſtea Latine à variis ſunt reddita, & Lugduni, Pariſiis, Coloniæ, atque alibi typis evulgata. Opus poſtremum moriens Florimundus reliquerat imperfectum: illud *Franciſcus*, filius ac doctrinæ heres, perfecit.

CX. Henricus, Emanuelis Luſitaniæ Regis filius, 1508. pridie Kalendas Februarias natus, S. R. E. Cardinalis & Archiepiſcopus primum Eborenſis, poſt Oliſiponenſis, demum cæſo in Africa Sebaſtiano, Rex Luſitaniæ, anno 1580. die ſibi natali obiit. Puer Latinis, Græcis, Hebraicis litteris; adoleſcens mathematicis, philoſophicis ac theologicis operam dedit. Ad maturiorem progreſſus ætatem, SS. Patrum lectioni impenſius vacavit; & libellum *Homiliarum* in proprium uſum confecit, in quo Evangelia per annum occurrentia ad formam Meditationum concinnans, vivum ſuæ pietatis ſpecimen poſteris reliquit. Hæ ſunt illæ *Homiliæ*, quas primum *Ludovicus Granatenſis* Luſitano ſermone excudendas curavit, quaſque poſtea *Academici Eborenſes* & *Antonius Senenſis* Latinas reddiderunt.

Gaspar Casalius, Luſitanus, Joanni III. Luſitaniæ Regi à ſacris confeſſionibus, ex eremita Auguſtiniano primum Leirienſis, poſt Conimbricenſis Epiſcopus in Concilio Tridentino clarus, *De quadripartita juſtitia* tomos quattuor edidit: in quibus fuſe diſſerit *de*

*Juſtificatione* adverſus Lutherum, Calvinum, Bucerum, alioſque hæreticos. Idem *de ſacrificio Miſſæ* libros totidem; *de cœna & calice Domini* libros totidem Axiomatum; Chriſtianorum libros totidem, Venetiis, Antverpiæ & alibi editos, ad poſteros tranſmiſit: ut in ternario numero vir eruditus ſibi placuiſſe videatur. Ejuſdem inſtituti ac nationis fuit *Joannes Soarez*, vir ſingulari beneficentiæ laude clarus, qui & ipſe in Synodo Tridentina celebris exſtitit: ſcripſitque commentarios in *Matthæum*, *Marcum* & *Lucam* Evangeliſtas, multis utiliſſimis tractatibus diſtinctos.

Joannes Bapt. Burgus, Hiſpanus, patria Valentinus, eremita Auguſtinianus, Theologiæ & Juris canonici Doctor, publice in Academia patria diu ſacras litteras explicuit. Tridentum ſub Pio IV. miſſus, ſententiam inter ceteros Theologos dixit: ut & *Orationem* eruditam 1562. habuit, quæ inter ceteras orationes Tridentinas, Lovanii 1567. & alibi excuſas, legitur. Valentinus item civis fuit *Joſephus Angles*, ex ordine Minorum, Epiſcopus Boſanenſis, qui Flores Theologicarum quæſtionum in libros Magiſtri ſententiarum collegit; Romæ 1578. Antverpiæ 1551. Lugduni 1587. & alibi editos.

Joannes Bapt. Cardona librum De expungendis hæreticorum nominibus 1576. Romæ edidit. Eodem anno *Matthæus Grillus* epiſtolam De cauſſis ſuæ converſionis in Urbe publici juris fecit. *Raphael* item *Maſſæus*, al. *Maffæus*, Venetus, commentarium ſuum in epiſtolam Judæ, contra hæreſes, 1576. Venetiis evulgavit.

Sebastianus Medices, Florentinus, Eques ordinis S. Stephani, & Protonotarius Apoſtolicus, commentationes ſuas De fortuitis caſibus; de morte, quæ omnia ſoluit; de ſepulturis; de compoſitionibus; Summam peccatorum capitalium; Summam omnium hæreſium; Catalogum ſchiſmaticorum, hæreticorum & idololatrarum, aliaſque lucubrationes ſuas in patria ſub annum 1580. excudendas curavit.

Stephanus Leinatius, presbyter Mediolanenſis, Homiliarum volumen ex D. Ambroſii libris contexuit; à Plantino 1575. in fol. exculum. Eodem tempore floruit *Hercules Vincemala*, collegii Mediolanenſis Juriſconſultus: qui libros tres miraculorum B. Mariæ Virginis 1579. in 4. Mediolani publicavit.

Ægidius Topiarius, Aſpelarienſis, Flander, ex ordine S. Dominici, ut erat lingua vernacula diſertus, multis annis Antverpiæ & alibi per Belgium cum laude Eccleſiaſtem egit. Poſteris autem reliquit varias Homilias, Antverpiæ à Plantino, & Lutetiæ à Sonnio publicatas. Obiit Antverpiæ anno milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo nono. Ejuſdem ordinis fuit *Gregorius Primatius*, Senenſis, qui Venetiis in 4. Expoſitionem litteralem epiſtolarum D. Pauli 1564, edidit, & uſque ad annum 1576. vixit.

Petrus Garsias Galazza, Bellanenſis, Epiſcopus Caurienſis in Hiſpania, ſcripſit Evangelicarum Inſtitutionum libros octo, Madriti 1579. excuſos. Sub idem tempus vixit *Joannes Chemenſis* Epiſcopus, Salisburgenſi Archiepiſcopo ſuffraganeus; cujus opus, Eccleſiæ admiranda continens, de ſeptem Eccleſiæ ſtatibus, 1583. Coloniæ in fol. prodiit. His tertius accedat *Paulus Fuſchius*, Epiſcopus Sarnenſis, qui libros duos De viſitatione & regimine eccleſiarum 1581. in 4. Romæ foras dedit. Idem Fuſchius, niſi fallor, cum eſſet Abbas Ravellenſis, perfecit Sparani Roſarium virtutum & vitiorum, 1571. in 8. Venetiis excuſum.

CXI. Felicianus Capitonus, Narnienſis, Italus, ex monacho ord. Servorum B. Mariæ Archiepiſcopus Avenionenſis, collegit *Explicationes* catholicorum locorum fere omnium veteris ac novi Teſtamenti, quibus ad ſtabiliendas hæreſes noſtræ ætatis hæretici abutuntur; Venetiis 1580. Coloniæ 1581. excuſas. Sub idem tempus vixit *Felicianus Epiſcopus Scalenſis*, qui Salisburgenſi Archiepiſcopo & Coepiſcopis petentibus, Enchiridion de Cenſuris, Irregularitate & Privilegiatis 1583. Ingolſtadii edidit. Ejuſdem niſi fallor, eſt *Manuale Viſitatorum*, 1588. Romæ typis publicatum. Feliciano in eodem pene argumento tractando prævit, facemque prætulit *Paulus Burgaſius*, Feltrenſis in Italia Epiſcopus: cujus commentationes De irregularitatibus & impedimentis ordinis, officiorum ac beneficiorum, item de cenſuris eccleſiaſticis, & diſpenſationibus ſuper iis, anno 1564. in folio Venetiis prodierunt.

Didacus Stella, Luſitanus, ord. Minorum, concionator egregius, Ant. Perenotto Card. Granvellano à ſecretis conſcientiæ fuit. In *D. Lucæ Evangelium* ſcripſit commentarium, ſæpius recuſum. Habemus & varios ejuſdem libellos *De vanitate & contemptu mundi*; de amore Dei, de modo concionandi, aliiſque de rebus. Obiit Epiſcopus.

Bartholomæus *Botta*, presbyter & Præpoſitus Papienſis ad S. Pantaleonem, *Pſalmodiam*, commentariis à ſe illuſtratam, 1581. Ticini in fol. publicavit. Diverſus ab iſto Botta fuit *Bartholomæus Battus*, Aloſtanus, Flander: cujus libri duo De officio parentum erga liberos, & liberorum erga parentes, anno 1558. in 8. Antverpiæ ſunt editi.

Marcus Marinus, Brixianus, Canonicus regularis, Theſaurum ſuum Hebraicum, quem Arcam Noë vocat, 1581. publicavit. Alius ab iſto fuit *Paulus Marinus*, Caſtellanus, ordinis Prædicatorum: qui cum eſſet ſacrarum litterarum Salmanticæ profeſſor, eleganti ſtilo

ſcripſit

ſcripſit De victoria Chriſti in Cruce regnantis; de obſervantia legis divinæ, & alia contra hæreticos: quæ omnia adſervantur mss. Salmanticæ; ubi & anno 1584. obiit, non ſine opinione ſanctitatis.

Adamas Florentinus, eremita Auguſtinianus, vir Græcis, Latinis & Hebraicis litteris pereruditus, Theologia item, Matheſi, aliiſque artibus excultus, nomine ſeptem pagorum Helveticorum catholicorum, in Concilio Tridentino Orationem habuit. Gregorio XIII. poſtea jubente, contra Hebræos ſcripſit, & Romæ anno milleſimo quingenteſimo octogeſimo primo obiit.

Joannes Paulus Donatus, Italus, Carmelitanæ familiæ Theologus & Philoſophus inſignis, libris quattuor explicuit Solutiones contradictionum in dictis Ariſtotelis & S. Thomæ Aquinatis: exſtantque Mantuæ 1578. in 4. excuſæ.

Stephanus Forcatulus, Juriſconſultus Toloſanus, libros ſeptem de Gallorum imperio & philoſophia 1579. in 4. Lutetiæ publicavit. *Stephanus Coſta*, Juriſconſultus & profeſſor Papienſis, tractatum *De ludo* ad poſteros tranſmiſit: qui exſtat in Oceano Juris.

CXII. Jacobus Billius Prunæus, ex Nobilitate Carnutenſi, Guiſiæ natus eſt, proximo Hannoniorum finibus opido, quod *Ludovicus* pater, homo ſtrenuus & ſpectatæ in bello ſolertiæ, Franciſci I. Francorum Regis nomine tum regebat. Is autem diverſo vitæ inſtituto inter Muſas educatus, litterarum & ſapientiæ ſtudiis inclareſcere maluit. Erat Ludovico filius major natu *Joannes*, duobus opulentiſſimis in ora Santonica cœnobiis præfectus; qui cum ſubducere ſe, & in ſeceſſu Carthuſiano ſeveriorem vitam agere meditaretur, non prius eo migrare voluit, quam utriuſque ſacerdotii poſſeſſione ſe in Jacobi fratris gratiam abdicaſſet. Quare ſtudioſus adoleſcens, qui ad litterarum decus toto animo anhelabat, ex fraterna liberalitate factus auctior, habuit unde optato in otio deſiderium ſuum expleret, eoſque demum produceret ingenii fœtus, quibus gloriam immortalem conſecutus eſt. Plurima enim ex *Nazianzeno*, *Chryſoſtomo*, *Baſilio*, *Damaſceno*, ceteriſque ſanctiſſimis legis divinæ interpretibus, doctiſſime fideliſſimeque tranſtulit: plurima & ſuo ipſe ingenio meditatus eſt. Cumque totus in ſcribendi labore ſemper fuerit, nullum tamen umquam argumentum attigit, ne tum quidem cum verſibus Gallicis animi cauſſa luderet, quin ad religionem & pietatem pertineret. Cetera omnia tamquam fluxa & caduca generoſo quodam animi vigore contemnebat. Utebatur familiariter *Gilberto Genebrardo*, cujus in ædibus Lutetiæ Pariſiorum dum valetudine parum firma hoſpitatur, & *Gregorii Nazianzeni* verſionis à ſe recognitæ novam editionem urget, ſub exitum anni 1581. poſt longa morborum tædia ex phthiſi tandem, octo & quadraginta natus annos, interiit: elatuſque eſt ad S. Severini fanum.

Petrus Ciacconius, Toleti natus, Salmanticæ matheſim & Græcas litteras ſine doctore didicit. Cumque ad ſtudii Theologici lauream peveniſſet, Romam hortantibus amicis ſe contulit. Statim hic Gregorio XIII. innotuit juxta ac placuit: qui nec opinantem Hiſpalenſis eccleſiæ ſacerdotio ornavit, quo ſacris in ſtudiis conquieſcere poſſet. *Juris* itaque *pontificii Decretis*, à Gratiano olim collectis, ejuſdem Pontificis juſſu emendandis, una cum *Michaele Thomaſio*, aliiſque adhibitus, facile omnes, ob ſingularem eruditionem, in ſui admirationem rapuit; tum quod ſumma ingenii ac memoriæ felicitate, qui centones unde conſarcinati eſſent à Gratiano, prompte oſtenderet. Dehinc in *Iſidori Hiſpalenſis Origines*, compoſitis aliquot mss. codicibus antiquis, Obſervationes ſcripſit. Navavit & inſignem operam, Ant. Carafæ Card. rogatu, in *Caſſiani aſceticis* illuſtrandis, *Arnobii* item *adverſus gentes* libros ſeptem ex Clemente Alexandrino ceteriſque, meliores fecit, cum Minutii Felicis Octavio. *Tertullianum* exinde aggreſſus, quam plurima in eo vulnera ſanavit, & obſcura dubiaque explanavit, quas Notas à funere ejus Lat. Latinius, ſuis etiam additis, in lucem edidit. *Columnæ roſtratæ* (C. Duilio Romæ, primo bello Punico, à S. P. Q. Romano in foro poſitæ) inſcriptionem conjectura feliciter ſupplevit: ſpectaturque ea hodie ad Capitolii gradus. Donavit quoque Ariæ Montano *Kalendarii Romani Explanationem ex veterum ſenſu*; quam typis Plantinianis (ut & Columnam Duilii) habemus evulgatam: quod & ipſum marmoreum monumentum Romæ in Farneſiana bibliotheca conſpicitur. Edita denique ſunt Romæ à funere, quæ *de ponderibus ac menſuris Atticorum & Romanorum* ad popularium ſuorum Hiſpanorum rationem accurate revocarat. Fuit natura ſolitudinis amans, & libris quam maxime deditus: quos & *fidos ſocios* appellare conſueverat. Paucos in amicitiam, ex Philoſophorum conſilio, adſciſcere, adſcitos officiis retinere ſolebat. In his *Ant. Carafa*, & *Guil. Sirleto*, purpuratis Senatoribus, *Latino* item *Latinio* & *Fulvio Urſino* familiariter utebatur. Horum poſtremus Urſinus *Feſtum Pompejum de verborum ſignificatione*, à Ciacconio emendatum, anno milleſimo quingenteſimo octogeſimo nono foras dedit; ut & *De triclinio Romano* poſtremum Ciacconii commentarium, appendice à ſe auctum, publicavit. Quo quidem opere veterum Romanorum Græcorumque lectis diſcumbentium mos & ritus, ex omni antiquitate, Italiciſque marmoribus, præſertim Patavino, explicatur: tum vero maxime

Chriſti in ultima cœna cum diſcipulis recumbentis, eorumque in fulcris ſtratorum pedes lavantis, ut & Mariæ Magdalenæ ſtantis, non humi proſtratæ, forma variis argumentis oſtenditur. *Caſtianus* porro, *Arnobius* & *Feſtus* abſque Ciacconii nomine primum in lucem prodierunt. Sic enim paciſci cum amicis ſolebat: quod cum ceteris ſatisfaceret omnibus, ſua ſibi diſplicere, qua erat animi modeſtia, præ ſe ferret. Quamobrem cum eruditis amicis ſua libenter communicare conſueverat: quin etiam quibus ſuas vigilias ſemel donaſſet, iiſdem acceptas referre conſtanter volebat. Erat enim omnis gloriæ contemptor egregius, & ſui prorſus negligens. Scripſit inſuper in *Salluſtium* & *I. Cæſarem* Notas pereruditas: quas & ſuis in Hiſtoricos Latinos Urſinus admiſcuit. Verum dante ſecundum libertatem vindicias Prætore, poſtliminii jure à Ioanne Brantio auctori ſuo fuerunt redditi, & Francofurti 1606. publicati. Et hæ quidem Ciacconii lucubrationes typis excuſæ magno cum fructu leguntur. Adhuc latent ejus commentaria in *M. Terrentium Varronem*, quem ſuo ipſe ſæculo videtur retuliſſe, in *Pomponium Melam*, & in *Plinium* naturalis hiſtoriæ ſcriptorem: quæ & alia *Ludovico Caſtellæ*, populari ac contubernali ſuo, moriens legavit. Conditus eſt Romæ in Agonalibus, in æde S. Jacobo Apoſtolo ſacra: ubi dignum hoc elogium marmori inſcriptum legitur, & effigies ad vivum expreſſa ſpectatur: *Petro Ciacconio, presbytero Toletano, in quo multiplicis doctrinæ copia cum vitæ ac morum integritate certabat, qui à Gregorio XIII. SS. Patrum libris, ſacriſque Canonibus & Bibliis perpurgandis præpoſitus, in eo munere obeundo eruditione, judicio, fide ac diligentia præſtitit, eccleſia S. Jacobi Hiſpanorum, qui Urbem colunt, heres ab eo inſtituta, monumentum hoc poſuit. Vixit annos 56. obiit anno 1581.*

Joannes Bapt. Camotius, Aſulanus, eruditarum linguarum, præſertim Græcæ, cognitione inſignis, primum Bononiæ, poſtea Maceratæ in Piceno philoſophiam publice docuit. Exinde à Pio IV. Romam evocatus, Patrum Græcorum monumentis Latine reddendis incubuit, & anno 1581. ætatis 66. in Urbe diem obiit; *Timotheo* filio ſuperſtite. Præter translationes è Græco factas, exſtant & *Orationes* ab ipſo variis temporibus habitæ. Idem annus fatalis & climactericus fuit Uberto Foletæ, Genuenſi: qui exortis in ea Republica turbis, cum dialogos duos *De nobilium & plebeiarum familiarum diſtinctione*, lingua populari, publicaſſet: immane quantum in ſe odium nobilium concitarit. Ideoque patria relicta Romam migravit, ubi & pius ſacerdos obiit. De cetero, ut erat vir Latine ſcribendi facultate præſtans, *Hiſtoriam belli Cyprii*, ſua ætate geſti, *Elogia illuſtrium Ligurum*, & alia multa litteris mandavit: quæ partim ipſe, partim poſt ejus mortem *Paulus* frater Romæ & Genuæ edidit.

Judocus Damhovderius, nobili apud Brugenſes familia in Flandria natus, I. V. Doctor, *De rerum criminalium & civilium uſu* libros in primis utiles conſcripſit. Angebat enim hominem integerrimum, nec injuria, dum lites è litibus ſeruntur, immortales eas reddi; atque adeo, quod philoſophus ille deteſtatur, mortales immortales, ut è litibus fieri amat, inimicitias gerere. Qua fide notus Carolo V. ejuſque filio Philippo, intimis eſt conſiliis gaziſque adhibitus, & equeſtri dignitate cohoneſtatus. Utque erat vir pius ac religioſus, exemplo veterum quorumdam Jureconſultorum, ſacra ſtudia ſenior aggreſſus, *Paræneſes* edidit *Chriſtianas*; & *Speculum conſcientiæ*, nondum typis evulgatum, adornavit. Obiitque demum Antverpiæ 1581. quattuor & 70. annos natus; relicto filio *Ludovico*, Gandavi Senatore regio. Corpus, Brugis patriis ſedibus redditum, honorifico tumulo conditum eſt in D. Virginis. Retulit nimirum ejus pietatis mercedem, quam *Carolo Audaci*, magnanimo illi Belgarum Principi, Nancejo Brugas, juſſu Caroli V. Cæſaris, translato, atque ad Mariæ filiæ tumulum, in eadem D. Virginis æde, collocato impendit.

Andreas Fabricius, Leodicenſis, philoſophiam & ſacras litteras, fratre ſuo *Godefrido* docente, Ingolſtadii adoleſcens didicit. Doctor exinde Theologus Lovanii creatus, ab *Othone Truchſefio*, Card. Auguſtano, evocatus, Romamque miſſus, in aula Pii V. ſexennio Oratorem egit. In Germaniam reverſus, *Alberto* Bavariæ Duci, ejuſque filio *Erneſto*, Electori Colonienſi, à Conſiliis fuit; ab iiſdem ampliſſima collegii Canonicorum *Præpoſitura*, apud veterem Oetingam, honoratus. Magno labore ac ſtudio *Harmoniam confeſſionis Auguſtinianæ** concinnavit, Coloniæ 1537. 1587. in fol. editam. *Catechiſmum* quoque *Romanum*, à Plantinianis anno 1573. publicatum, quæſtionibus illuſtravit. Et ut à poetica non abhorrebat, tres pias & noſtro ævo aptatas tragœdias, *Samſonem* & *Joroboamum rebellantem*, itemque *Religionem patientem*, feliciter luſit: obiitque anno 1581.

CXIII. Hieronymus Natalis, in Baleari majore inſula natus, vir fuit omni linguarum ac diſciplinarum genere excultus: qui dum ad Conc. Tridentinum proficiſcitur, ætate jam provecta, 1546. ſeſe Ignatio Lojolæ in Urbe adjunxit. Hujus opera idem Ignatius, & ſequentes Præpoſiti generales, in propaganda ac gubernanda Societate plurimum ſunt uſi. Erat enim vir peracri judicio, rara prudentia, & ad res conficiendas induſtria ſingulari. Quamobrem præfecti Provincialis, Aſſiſtentis, Commiſſarii, Vicarii generalis muneribus præclare functus eſt: & demum Romæ ad Novitiorum domum Andreanam ſe contulit; ubi fenectute confectus, ipſo feſto Reſurrectionis Dominicæ, 1581. ætatis 76. vitam cum morte com-

* Auguſtanæ.

commutavit. Exſtant ejus *Annotationes & Meditationes in Evangelia totius anni*: quæ cum imaginibus in æs Antverpiæ inciſis, remque omnem ob oculos repræſentantibus, eadem in urbe Nutius anno 1594. & Plantiniani anno 1607. in folio excuderunt.

JOANNEM CUVILLONIUM, Inſulis in Gallo-Flandria, honeſtis & opulentis ortum parentibus, ad Philoſophicas & Theologicas quæſtiones explicandas idoneum ſane finxit Natura. Quo factum eſt, ubi ſe Societati Jesu adjunxit, ut in Luſitania *Conimbricæ*, in Italia *Romæ*, in Germania *Ingolſtadii*, famæ ſecundæ plurimum collegerit, dum eas diſciplinas maxima cum laude profiteretur. In Academiam quidem Ingolſtadienſem admiſſi *Cuvillonius* & *Hermannus Tiræus*, ille Pſalmos Davidis, hic quartum Sententiarum librum explicare aggreſſi, ſcholas etiam in feriis vindemialibus, Alberti Bavariæ Ducis juſſu, continuarunt. Statimque non ſolum doctrinæ ubertate atque præſtantia, ſed etiam inducta acriter diſputandi conſuetudine (quo deſtituta aculeo juvenum ſtudia frigus & languor ſolet obtundere) utilitates Academiæ maximas genuerunt. Cuvillonius porro, ejuſdem Alberti Ducis nomine, Synodo Tridentinæ interfuit: & ſenex demum Romæ 1581. vivere deſiit, cum ex pœnitentiariis, qui ad D. Petri vicariam Pontificis ſummi operam obeunt, unus cenſeretur. Ad commentationes ejus quod attinet, *epiſtolam priorem D. Pauli ad Corinthios*, & *Pſalmos Davidicos* egregie illuſtravit: ut Ribadeneira in ſuo Catalogo notavit.

EDMUNDUS CAMPIANUS, Londinenſis, Soc. Jesu Theologus, in campum prodeat, athleta invictus, atque æternum cœlo terriſque victurus. Infecerat jam olim, miſſo ex Britannia veneno, Bohemiam *Wicleſus*, ejuſque mali vim elapſi tot anni necdum infregerant. Lernæo huic monſtro, mutatis nominibus in capita pullulanti, par Hercules quærebatur. Ad iſtud itaque à Britannia contagium Britannicus, ut decebat, Hippocrates adhibitus, lethali putidoque ulceri ſalutare vinum infudit. Miſſus namque Pragam, Bohemiæ metropolim, Edmundus incredibili ſua facundia, quam doctrina multiplex ac ſumma vitæ innocentia mirifice commendabant, proceribus civibuſque plurimis inveteratas & cum lacte imbibitas opiniones extorſit; *Rudolpho II.* Cæſare, totaque aula mirante ac collaudante. Sed medio in curſu Romam evocatus, ut, cui debebat, ſe totum patriæ impenderet, mox paruit. Expeditus ergo promptuſque, ad certæ mortis periculum, in Angliam 1580. tranſmittit, & magnam inſulæ partem, mille inter diſcrimina, doctrinæ ſuæ radius illuſtrat. At vero, quia latere diu, vel evadere tot inſidiantium manus oculoſque, contra ſpem erat; ut poſteritati conſulat, *Rationes decem oblati à ſe certaminis in cauſſa Dei* concinnat, totamque Calvini ſcholam unus ad certamen provocat. Acclamat populus, dentibus frendent adverſarii; emittuntur qui virum quærant, & capiant. Igitur piis in officiis deprehenſus *Campianus*, Londini carceribus traditur. Accurrunt Pſeudoepiſcopi; multis primum magniſque pollicitationibus, exinde minis conſtantem virtutem conantur ſubvertere: Tauros demum Siculos minantur. Ridet hæc machinamenta pugil fortiſſimus, docetque quid ſit robur vere Chriſtianum. Rapitur ergo ab efferatis carnificibus in currum, fune ſpiritus intercluditur, ferro pectus aperitur: non uno demum modo martyr & victor, ad cœlum anno 1581. Kalendis Decembris evolat. Ceterum præter opera, quæ Ribadeneira & Joannes Pitæus, in ſuo quiſque Catalogo, recenſet, ſcripſit inſuper Campianus *Narrationem de divortio Henrici VIII. Regis ab uxore Catharina, deque ejuſdem diſceſſione ab Eccleſia catholica Romana*: quam Richardus Gibbonus 1622. Duaci edidit, cum Harpsfeldii Hiſtoria Anglicana.

HIERONYMUS VIELMUS, Venetus, ex monacho Dominicano Epiſcopus Æmoniæ, cum laude Patavii & Romæ Theologiam publice profeſſus, commentationem *de Epiſcopis*, quos *Titulares* vocant, 1580. Venetiis in 4. edidit. Libros item duos *De doctrina ſcriptisque D. Thomæ Aquinatis*, & opus eruditum *De ſex diebus conditi orbis*, adhæc *Orationes* varias eadem in urbe publicavit. Interfuit Conc. Trid. ut Ep. Argolicenſis.

THADÆUS PERUSINUS, eremita Auguſtinianus, diu ſacras litteras in Academia Peruſina publice explicuit, & inter ſui ordinis Theologos primum in Concilio Tridentino locum tenuit; ejuſdem poſtea Præfectus generalis creatus. Præter eruditam *Orationem* 1567. ibidem habitam, tomos duos *Explanationum in Iſaiam prophetam* concinnavit; Peruſiæ 1598. excuſos.

JOANNES NOVELLIUS, collegii Canonicorum S. Suitberti Decanus, *Confeſſionem Ambroſianam* ſuper controverſiis Fidei, quæ hodie agitantur, in quattuor libros, ex illius Doctoris operibus, digeſſit: & Coloniæ 1580. in 8. edidit.

CXIV. VINCENTIOS JUSTINIANOS in ord. Dominicano plures invenio doctrina ſcriptiſque illuſtres. Ex his primus prodeat *Vincentius Juſtinianus Genuenſis*, Magiſter generalis ſui ordinis, qui S. R. E. Cardinalis à Pio V. creatus fuit. Is varias *Epiſtolas* hortatorias, maturæ pietatis atque eruditionis plenas, ad ſuos ſodales ſcripſit: *Conſtitutiones* item ſui ordinis, juxta Concilii Tridentini (cui & interfuit) decreta recenſitas & auctas, Romæ 1566. evulgavit. Sermones *D. Thomæ Aquinatis* de Tempore & Sanctis ex Vaticana Bibliotheca deſumptas, & numquam antea editas, etiam prælo dari fecit. Obiit 1582.

Vincentius Antistius Justinianus, claro genere cretus, in Aragonia; Valentini cœnobii fuit alumnus; in Aristotelis Scholasticaque doctrina versatus, in evoluendis Annalibus & rerum antiquarum monumentis vix nostra ætate ulli sedulitate conferendus. Scripsit *Thesaurum quæstionum*, disputaturis vel defensuris theses valde commodum. Vulgavit item Hispana lingua *Historiam vitæ & miraculorum SS. Vincentii Ferrerii, Ludibertrandi, & Petri Gundisalvi Telini.* Latine autem edidit tractatum *De Stigmatibus S. Catharinæ Senensis, Compendium super Logicam, Adnotationesque super opuscula S. Vincentii. Relationem* denique *de inventione corporis S. Angelinæ.* Obiit Valentiæ Contestanorum anno 1599.

Vincentius Merius, natione Bæticus, verbi Dei gratia præstans, Hispanico sermone conscripsit librum de statu & obligatione eorum qui sunt matrimonio juncti. Florebat circa annum 1580.

Didacus à Stunica, Doctor Theologus, Ord. Augustiniani, apud Hispanos Salmanticensis celeberrimus, Hebraicarum, Græcarum & Chaldaicarum peritia famosus, in omnes sui temporis Hæreticos, libros tres Latine conscripsit, & Philippo II. Hisp. Regi dedicavit. Ejusdem passim leguntur Commentaria in Job & Zachariam Prophetas.

M. Aurelius Feutri, de Pesaro, ejusdem Ord. scripsit *Sermones de Dominicis, de Tempore & de Sanctis*; Venetiis primum editos anno 1587.

Petrus de Vega, Lusitanus, S. Theologiæ Lector & Professor Augustinianus, opere prolixo & egregio enucleavit *Septem Psalmos Pœnitentiales*, Hispanico sermone. In unum quemque versum habet tractatus quinque vel sex, quandoque septem.

CXV. Joannes Molinetus, Siverniæ, in agro Bononiensi, ad Oceanum natus, *Margaretæ Austriæ* Belgicarum Provinciarum Gubernatrici à Bibliothecis, & Canonicus in Aula Comitis apud Valentianas, Hannoniæ opidum, Poeta & gentis Burgundicæ atque Austriacæ Historicus, descripsit Tomis III. *Res ætate sua gestas* ab anno 1474. ad annum 1505. nondum editas. Meminit *Delrio Disquis. Magic. libr. 4. c. 1. quæst. 2. sect. 2.* legiturque Bruxellis in Bibliotheca Regia, & alibi. Obiit an. 1507. sepultus in Aula Comitis.

Antonius Caracciolus, nobili genere apud Neapolitanos natus, ex familia Clericorum regularium, quos vulgo *Theatinos* vocant, Latine scripsit vitas *Cajetani Thienæi, Bonifacii à Colle, & Pauli Consiliarii*, qui una cum *Joanne Petro Carafa*, tunc Theatino Episcopo, post *Paulo IV.* Papa, Congregationem dictorum Clericorum anno 1524. condiderunt.

Joannes Riccius, Cardinalis Montis Politiani. Is primum sedente *Paulo III.* in *Alexandri Farnesii* Cardinalis Aula, hoc est, in litterarum & virtutum hospitio, deprehensus vir consilii magni, neque ullo vitio, sed contra virtutibus summis; ab eodem Pontifice in communibus negotiis ad Principes varios Legatus missus est, & semper eximia cum laude. Ex quo demum authoritate, constantia, fama clarus, à *Julio III.* Pontifice inter Purpuratos adlectus, & summis honoribus egregie usus, non modo eximium consilii, animique specimen, & neutiquam vulgatæ laudis vivens dedit; sed excedens è vivis Urbi grande desiderium sui reliquit, transmisitque per obitum ad nos documentum magnum; videlicet rem nullam magis debere cordi esse, inter Aulæ negotia & sæculi curas, quam obsequium circa Religionem, atque Deum.

Basilius Zanchius, Patria Bergomas fuit, cujus urbis in ditione Veneta sitæ incolas, laboriosos plerumque ac diligentes in concinnandis *Indicibus* existere, usu compertum est. *Lexicon* enim *Latinum* primus *Ambrosius Calepinus* Bergomas, *è Nicolai Perotti Cornucopia* litterarum serie collegit. *Thomæ Aquinatis* operum *Syllabum*, *M. Petrus* Bergomas; *Jacobus Philippus*, opus *Historiarum ab initio mundi usque ad annum Domini* 1486. dedit; quod *Chronicorum Supplementum* inscripsit. *Juris* quoque *civilis Additiones Hieronymus* I. V. D. ad diversorum Consilia adjecit; in *Salustii* vero *Bellum Catilinarium Scholia Bartholomæus Zanchius*, uterque & Bergomas, evulgavit, Ad *Ambrosii* vero, ut Barbari nominant, *Dictionarium Basilius* hic noster verborum latinorum ex optimis quibusque scriptoribus *Sylvam* addidit, & ad *Marii Nizolii è M. Tullio Observationes*, *spicas* legit Bononiæ, in fascemque colligatas publici Juris esse voluit. Dictus autem primo puer *Petrus* est, teste *Gregorio Giraldo*, altero *Dialogo de Poetis sui sæculi.* Post vero cum natu grandior sponte sese sodalibus Canonicorum Regularium *S. Augustini* addixisset, nomine de more mutato, *Basilii* induit. A prima adolescentia, in Urbe Roma præstantibus omnium gentium ingeniis semper florente, diu multumque (aureo illo *Leonis X.* sæculo, qui studia Pontifex mirifice fovit) versatus est, in optimarum artium disciplina atque in sacris potissimum studiis acquiescens bonasque eis horas tribuens. Collegit itaque ex SS. Patrum libris *Notationes in omnes sacræ Scripturæ libros*, & *Ant. Augustino* inscripsit, qui ex Ilerdensi Episcopo Tarraconensium Archiepiscopus obiit. *Quæstiones* item *in quatuor libros Regum & duos Parlipomenon è Theodorici* potissimum scriptis, apis ritu, decerpsit, & de

& de Græcis (cujus linguæ peritiſſimus erat) Latinas fecit, & ad *Hieronymum Saulium* Genuenſem Archiepiſcopum miſit. Erat tum doctiſſimis hominibus, quibus Roma abundabat, carus acceptuſque *Baſilius*, laborioſus vir atque induſtrius, quorum communione non mediocrem, ut fit, eruditionem famamque eſt conſecutus. Et hæc quidem proſa oratione conſcripſit: vincta vero numeriſque adſtricta, quæ excuſa, ſunt *Poemata* ſacra & pudica: obſcena enim, laſciva ac maledica deteſtabatur, quæ qui pangerent, eos Poetica abuti jactabat. In his libri duo excellunt verſu heroico elaborati ad *Petrum Bembum* Cardinalem, optimum dicendi artificem ac poetam, qui *Hortus Sophiæ* inſcribuntur, continentque Theologiæ ſumma capita verſibus venuſte ac perſpicue tradita. Poeſios candidatis alterum opus ad immortalitatem conſecravit, *Epithetorum Latinorum theſaurum*, verius quam librum, ex ſeptem præcipuis Poetis, *Lucretio*, *Catullo*, *Virgilio*, *Horatio*, *Tibullo*, *Propertio*, ac *Naſone*. Quod opus *Onomaſticon* Poetarum adpellandum cenſeo: adeo accurate fabulas omnes hiſtoriaſque ex optimis Græcorum fontibus ac Scholiaſtis, non è turbidis rivulis hauſit: nihil ut amplius in eo genere deſideres, & præ illo jaceant, qui citra delectum & ex recentioribus potius, quam optimæ notæ poetis, *Epitheta* contexuerunt. Et hæc quidem Romæ edita, poſt Baſileæ ac demum Lovanii prodierunt.

CXVI. JOANNES MARIA DE MONTE, Apoſtolicæ primum Cameræ Auditor, deinde ex Archiepiſcopo Sipontino à *Paulo III.* presbyter Card. fuit creatus. *Paulo Tertio* fato cedente, *Farneſio* & *Guiſio* Cardinalibus potiſſimum auctoribus, ad Pontificatum evectus eſt, & *Julius Tertius* appellatus. Patrem habuit *Joannem Vincentium de Monte*, *Fabiani* filium, Juriſconſultum egregium; matrem vero Senenſi urbe ortam, & generis nobilitate illuſtrem. Prima bonarum litterarum præſidia, Juris exactam ſcientiam, & eloquentiam ſingularem Senis & Peruſiæ, opera *Antonii de Monte* Cardinalis, patrui ſui, comparavit. Galliæ Ciſpadanæ, Æmiliæ, Flaminiæ Bononiæque Legationes obivit, quarum virtutum commendatione ad ſupremum Eccleſiaſticæ poteſtatis culmen aſcendit. Cumque *Lippo Brandolino*, & *Ambroſio Catharino* præceptoribus uſus eſſet: viros longe doctiſſimos in familia ſemper habuit; inter quos *Romulus Amaſæus*, *Paulus Sadoletus*, *Bloſius Palladius*, *Hippolytus Salvazannes* & *Galeatius Florentinus* cæteris antiſtabant. In Concilio Tridentino etiam Apoſtolicæ Sedis Legatus fuit. Exſtant in eadem, uti & Lateranenſi Synodo, habitæ Orationes; uti & aliæ coram Pontificibus & Cardinalium Collegio. Ob. Romæ anno 1555. laudum plenus, cum maximo Urbis luctu, in æde *S. Petri*, in Monte Aureo ſepultus.

FREDERICUS STAPHYLUS, Oſnaburgi in Weſtphalia anno milleſimo quingenteſimo duodecimo claris parentibus natus, patre Weſtphalo & matre Dantiſcana, primum Lutheranis adhæſit, quorum impia dogmata cum agnoviſſet, anno 1554. Viennam Auſtriæ ſe contulit, a *Ferdinando I.* Imp. in Conſiliariorum numerum adſcriptus: quo honore & *Alberto V.* Bojorum Dux ipſum affecit. Anno 1552. Wormatienſi Colloquio interfuit, & anno 1563. Tridentum ſe contulit, ubi Synodus habebatur. Vixit annos quinquaginta & menſes ſex, obiitque Ingolſtadii, cujus Academiæ Inſpector ſeu Superintendens ab eodem *Alberto* Duce conſtitutus fuerat, anno 1564. die quinta menſis Martii, ſepultus ibidem in templo Franciſcanorum. *Anna* conjux, vix quadrimeſtre ſpatium marito ſuperſtes, reliquit tres filos impuberes. Scripſit Antilogias Lutheranorum; Trimembrem Epitomen Theologiæ Lutheranæ, ejuſdem Defenſionem, & alia, Coloniæ, Dilingæ, Antverpiæ & Pariſiis edita.

ALOYSIUS LIPOMANUS primum Methonenſis, dein Veronæ, & poſtremo Bergomi Epiſcopus, vitæ integritate & eruditione præſtans, variis legationibus ſumma prudentiæ laude defunctus, litterarum ſtudium & ſcribendi diligentiam non intermiſit, *Catena* laborioſiſſima *in Geneſim*, *Exodum & Pſalmos*, inter occupationes illas elaborata. Obiit anno 1558.

RAYMUNDUS à VINEIS Capuanus, Ordinis Prædicatorum Magiſter Generalis, ſcripſit *Theologiam Myſticam*; item *Vitas SS. Virginum*, *Catharinæ Senenſis*, & *Agnetis Politianæ*: quæ omnia Coloniæ 1563. in fol. ſunt edita.

HIERONYMUS TORRENSIS, natione Hiſpanus, Soc. *Jeſu* Theologus, *Alfonſo Piſano*, ſuo populari, ſodali an. 1567. ad Dilinganam Academiam migranti in Theologica apud Ingolſtadienſes profeſſione ſucceſſit, Anno 1569. *Confeſſionem Auguſtinianam* edidit, in libros quattuor diſtributam, & ex univerſis *S. Auguſtini* libris unum in corpus redactam. *Torrenſem* anno 1575. Dilingam abeuntem, *Gregorius de Valentia*, itidem Hiſpanus, excepit.

CXVII. JULIUS PRISCIANENSIS, Florentinus, Soc. *Jeſu* Doctor Theologus, *Theodoro Peltano* Belgæ, in ſacra Profeſſione Ingolſtadii ſuffectus, *Regulas S. Auguſtini* cum *Humberti* S. R. Eccleſiæ Cardinalis & *Hugonis Victorini Commentariis*, Dilingæ edidit. *Priſcianenſi* 1575. *Lucas Pinelius*, itidem Italus, in cathedra Ingolſtadienſi ſucceſſit. *Pinelio* in Lo-

tharingiam ad Academiam Muſſipontanam miſſo, ſucceſſit *Chriſtophorus Parchingius*, Anglus.

Antonius Ampigollus, al. Rampelogus, Genuenſis, Eremita Auguſtinianus, Neapoli agens, *Biblia aurea*, ſeu *locos communes è veteri & novo Teſtamento* ſecundum ordinem alphabeticum congeſtos, typis publicavit: quod opus Coloniæ 1628. in 8. recuſum fuit.

Michael Bultelius, Niepius, Patritius & Burgimagiſter Iprenſis, Eques auratus, vir humaniſſimus, in quo, uti tradit *Dauſquius*, *Magnum eſt Academiæ inſtar*, & quem utraque literatura, Latii & Hellados commendabat vel in pangendis verſibus artificem unicum. *Lipſio*, *Jano Lernutio*, *Blotagrio*, *Juſto Rijckio*, *Vrientio*, *Puteano*, & aliis doctrinæ fama ævo ſuo claris perfamiliaris fuit. Multa ſcripſit ad Poeſim & Hiſtoriam ſpectantia ( quæ aſſervantur ab ejus filio *Michaele Stephano*, qui & acri vir ingenio, & calamo promptus eſt ) forte aliquando ex illius Bibliotheca inſtructiſſima proditura in lucem. Obiit an. 1633. Fratrem habuit *Giſſenium Bultelium* Clytium, Patritium ac Conſularem item Iprenſem, Poetam elegantem, qui *Carmina* ad amicos varii generis & argumenti luſit, quorum pars aliqua in *Tomis Poetarum Belgicorum* anno 1614. Francofurti edita eſt, reliqua penes hæredes latent.

Ambrosius Gozzæus, Raguſinus, Ord. Prædicatorum, Catalogum Virorum in litteris illuſtrium ex familia Prædicatorum, Venetiis 1605. publicavit.

Lambertus Hortensius, Montfortius, Lovanium ad litterarum tirocinia venit, clareſcentibus in ipſa Academia Rutg. Reſcio, Corn. Goclenio, Joanne Campenſi, Joan. Lud. Vive, Joan. Paludano. Scripſit *Satyrarum in ævi ſui vitia & mores* libros II. *Chronographiam Goylandiæ*, *Seceſſionum civilium Ultrajectinarum* libros VII. *De tumultu Anabaptiſtarum*, *De bello Germanico à Carolo V. Cæſare geſto* libros VII. & alia quæ *Val. Andreas* enumerat. Ludum habuit litterarium Nardæ Batavorum, in cujus urbis excidio per *Fridericum* Ducis Albani filium ſervatus eſt à *Weldamo* grato diſcipulo, qui inter Iberos militabat, Comiteque *Boſſuto*. Obiit an. 1573.

Didacus Stella, Hiſpanus, Ord. Minorum, egregius & doctiſſimus verbi Dei declamator, & Card. *Granvellani* Confeſſarius, S. Theologiam Madriti docuit; ſcripſit *De modo concionandi* Tractatum, cui annexuit *Expoſitionem in Pſal.* 136.

Constantinus Buccafocus, Picenus, à patrio ſolo *Sarnanus* nuncupatus, ordinis Minorum Theologus ac Philoſophus eximius, à *Sixto* V. Cardinalis anno 1585. creatus, præclara & acuta ſcripta poſteris reliquit, quibus *S. Thomæ Aquinatis* & *Joannis Scoti* opiniones ad concordiam rediguntur, & quibus *Aureolus* cum *Capreolo* conciliatur.

CXVIII. Michael Ab Isselt, Amersfortius, vix ex ephebis exceſſerat, & ſeverioribus ſtudiis aptus viſus eſt, quibus ſerio ſe Lovanii aliquamdiu impendit, donec turbata patria domum reverſus, vicariam Paſtoribus operam in concionando aliiſque muniis ſæpe præſtitit. Increbreſcente fanaticorum hominum rabie, viciniſque urbibus Ultrajecto & Amſtelodamo in Geuſiorum poteſtatem redactis, etiam Amersfortium communi procella involutum eſt, & *Michael* in exilium ire juſſus, Coloniam Ubiorum conceſſit, ubi annos complures vixit ea comitate ac morum facilitate, ut multorum etiam Senatorii ordinis virorum amicitiam meruerit. Colonia Noviomagum, Noviomago poſt à Geuſiis occupato, Hamburgum ſe recepit, ubi Italis quibuſdam mercatoribus concionando & Sacramenta Eccleſiæ adminiſtrando operam dedit, vitæque diem clauſit extremum anno 1597. Scripſit *Hiſtoriam Belli Colonienſis* libris IV. *Hiſtoriam Rerum memorabilium in Belgio*, *ſub Philippo II. Hiſpan. Rege* ab anno 1566. uſque ad annum 1597. *Vitam Cornelii Muſſi* Epiſcopi Biſontini, cujus etiam *Conciones* ex Italico Latinas fecit.

Levinus Ammonius de Harena, primo profeſſus Cartuſiæ Sylvæ S. Martini prope Gerardi-montem, dein Cartuſiæ Gandenſis, in utraque Procurator & in poſtrema etiam Vicarius, in Ordineque Jubilarius, Græce pariter & Latine eruditus: ſcripſit librum *De filio prodigo*, dum ageret apud Cartuſianos prope Bruxellam, impreſſum Lovanii apud *Rutgerum Reſenum* anno 1542. *De Inſtitutione Novitiorum*, de qua non niſi fragmenta MS. vidi. Item, teſte *Sandero*, volumen *Epiſtolarum* ad viros doctos pleroſque doctiſſime ſcriptarum. Emiſit *vitam Guilielmi Rebaucii*, Belgæ, Prioris majoris Cartuſiæ & Generalis ejuſdem Ordin. cujus *Sermones Capitulares* ipſe *Levinus Ammonius* propria manu conſcriptos reliquit, qui aſſervantur in Cartuſia Bruxellenſi. *Petrus Opmerus* non dubitat eum inter viros, quos Ordo Cartuſienſis habuit & pietate & varia eruditione conſpicuos, recenſere. Laudatur & ab *Eraſmo* Epiſtola ad *Utenhovium* his verbis: *Levinus Ammonius*, *vir eruditione juxta ac pietate inſignis*. Obiit Gandavi anno 1556.

Franc.

Franc. Goethalsius, seu Bonicollius, alias Panagathus, quod cognomentum ex Græca Nomenclatura mutuatus est, patria Brugensis fuit, professione Jurisconsultus, & aliquot annos caussarum patronum egit, ediditque *Carmen de Diva Virgine*, Antverp. typis *Plantini* in 8. De felici & infelici Republica tractatum politicum, Lovanii apud *Bogardum*. *De dominii distinctione*, occasione *Orationis*, quam de communione omnium rerum inter amicos Brugis publice habuerat. Lovanii Juris utriusque Doctor renuntiatus, Professor Regius *Paratitla* docuit. Docuit item Duaci totos 33. annos, ubi & obiit an. 1616. in *S. Amato* conditus, in qua fruebatur beneficio Canonico, factus Sacerdos viva etiamnum & consentiente uxore, ac Pontifice dispensante.

Everardus Wassembergius, Embricensis, disciplinis humanioribus & Theologicis Lovanii operam dedit, & juvenis admodum edidit ingenii monumenta, quibus nominis famam captare atque mereri cœpit. Vulgavit *Humanæ vitæ scenam* qua conditiones hominum & mores ad amussim repræsentat, Lovanii in 8. typis *Franc. Simonis*.

Hubertus Phalesius, Antverpiensis, Cœnobii Affligemiensis, Ordinis *S. Benedicti* Sub-Prior, edidit *Concordantias Bibliorum*, variis locis expurgatas & locupletatas, cum Præambulis ad easdem; typis *Plantin.* 1642. in fol.

Petrus Antonius Beuterus, Valentiæ in Hispania natus, Sacræ Theologiæ Doctor in patria & Professor, scripsit *De recta Sacrificii oblatione, & ceremoniis Missæ*, ad *Paulum III.* cujus & *Prædicatorem* se vocat *Apostolicum*: & *Judicium in Confessiones Sacerdotum*, ad *Gerardum Marcanum* Cardin. Leodiensem, & Archiepiscopum Valentinum: & *Annotationes X. ad sacram scripturam*: *itemque Historiam suæ Patriæ*; sed Hispanice, fabulosis Annii Originibus contaminatam.

Joannes Petrus Jussanus, patria Mediolanensis, Presbyter ex Congregatione Oblatorum S. Ambrosii, quam à S. Carolo Borromæo institutam fuisse supra diximus, vitam ejusdem S. Caroli sermone Italico accuratissime ad Paulum V. Papam libris IX. descripsit: quam Gallice à se redditam Nicolaus Sulfurnius Presbyter Oratorii an. 1622. Lutetiæ publicavit. Jussanus porro lib. 5. cap. 4. narrat suo tempore Congregationem Oblatorum ducentis amplius sacerdotibus.

Joannis Alberti Widmanstadii, & Mosis Meredinæi Sacerdotis Catholici, è Mesopotamia oriundi opera, Ferdinandi I. Imp. liberalitate 1555. & 1562. in 4. Viennæ Austriæ sunt edita, sermone & characteribus Syris, videlicet Matthæi, Marci, Lucæ & Joannis Evangelia, Pauli Apostoli Epistolæ, Lucæ Evangelistæ Apostolica Historia à Christi Ascensione usque ad annum Neronis quartum; Jacobi, Petri & Joannis Apostolorum Epistolæ Canonicæ: Item Syriacæ linguæ prima elementa, & Christianæ religionis quotidianæ precationes.

Gerardus Bonioannes Episcopus Camerinus, ad Regem Poloniæ Nuntius Apostolicus, confecit Epitomen in universam Theologiæ summam Thomæ Aquinatis, & Pio IV. dicatam 1568. in 8. Lugduni publicavit.

Joannes Mercerus, Uticæ in Septimania natus, cum se totum Hebraicæ ac Chaldaicæ linguæ studio addixisset, Francisco Vatablo defuncto in professorio munere successit. Turbatis postea in Gallia rebus, Venetias concessit, hospitio usus Arnoldi Ferrerii, qui tunc Legatum ibi Gallicum agebat. Inde cum Lutetiam repetere in animo haberet, Uticam in itinere deflexit; ubi quæ cunas illi paterna domus dederat, lue populari, per illas regiones grassante, correpto, sepulcrum quoque anno 1570. dedit. Josias filius parentis sui *in sex minores Prophetas priores*, *Jobum*, *Salomonem*, & postea in *Genesim* commentaria, post ejusdem funus, publicavit.

Gerardus Busæus, Noviomagus, Theologus Lovaniensis, ex Michaelis Baji viri eximii & præstantissimi disciplina: post Canonicus & Ecclesiastes Sanctensis, beneficio Joannis Gulielmi, Cliviæ ac Montium Ducis, cujus pueritiæ præfuit; scripsit jussu Gulielmi Lindani, Episc. Ruræmundensis, Catechismum, ad Senatum Noviomagensem, Germanice; Coloniæ 1572. Addit Callidius scripsisse Responsionem ad Illyricum De communione sub utraque specie: verum exemplaria ab hæreticis suppressa desiderari. Item de Eucharistiæ Sacramento sub luçem nondum vidisse. Fratres habuit Joannem & Petrum Societ. Jesu Theologos, scriptis itidem celebres.

Casparus Francus, in Misnia parentibus Lutheranis natus, & in hæresi educatus, cum Ingolstadium anno 1566. veniisset, & in contubernio Martini Eisengrenii ageret, post diligentem & assiduam veterum Ecclesiæ Patrum lectionem, errores agnitos ultro abjecit & publice ejuravit. Sacris initiatus in Comitatum Hagensem se contulit, & quem Lutherana peste, vivente Ladislao Comite, infectum reliquerat, ab eadem expurgavit, ejusque

incolas ad Catholicæ fidei caſtra fideliter reduxit: exinde Alberti Bojorum Ducis Eccleſiaſtes & Conſiliarius creatus, non ſolum Monachii ſed per univerſam Bavariam ſummo cum fructu conciones habuit, & plurimos errantes ſuo exemplo ac doctrina in veritatis viam revocavit. Eiſengrenio defuncto in ſacrarum litterarum profeſſione ſucceſſit. Anno 1575. ſacri jubilæi cauſſa cum Italiam & Urbem inviſeret, Senis in Etruria Doctor Theologus, & Romæ à Gregorio XIII. Protonotarius Apoſtolicus ac Comes Palatinus creatus fuit. Scripſit Expoſitionem cauſſarum juſtiſſimarum, quibus graviſſime commotus à nova Lutheranorum ſecta ad Catholicam & Romanam Eccleſiam ſe convertit, 1568. Ingolſtadii editam, & tertio recuſam: item Catalogum Hæreticorum, qui ab Apoſtolorum temporibus ad noſtra uſque tempora extiterunt: Orationes item ac Conciones varias.

Arnoldus Albertinus, Majoricenſis, Epiſcopus Pactenſis, & utriuſque cenſuræ Doctor clariſſimus, celebratur ob ejus tractatum De agnoſcendis aſſertionibus Catholicis & Hæreticis; omnibus jus Cæſareum, Pontificium & ſacram Theologiam confitentium, utiliſſimum, Venetiis anno 1571. editum.

Augustinus Steuchus Eugubinus, Epiſcopus Kiſamus, Sedis Apoſtolicæ Bibliothecarius, cura & labore doctiſſimorum virorum compilavit & per tres tomos redegit varia opera Theologica, è veteribus Bibliothecis & multis aliis locis collecta, Pariſiis 1578. & Venetiis anno 1591. excuſa.

Cyprianus Stapert, vulgo Vomelius, à Friſiæ occidentalis pago, in quo natus, I. V. Doctor Moguntinus, Comes Palatinus, & Aſſeſſor Cameræ Imperialis Spiræ, quo munere annos quindecim functus eſt, ſcripſit *Odam ad Deum*, pro tranquillo orbis Chriſtiani ſtatu, *Miſcellanea*, *Sylvarum* libros quattuor, *Celebrium* item *virorum aliquot epitaphia urbis Magdeburgenſis*. Deceſſit Spiræ anno 1577.

Thomas Hibernicus, ſocius Sorbonicus, quemque & Dominicani & Minoritæ ſibi adſcribunt, collegit Manipulum Florum ſive ſententiarum ex omnibus fere auctoribus ſacris & prophanis, multoties editum, Coloniæ, Pariſiis & alibi, accuratius autem Antverpiæ apud Joannem Bellerum anno 1578. abſque tamen proœmio & indiculo auctorum ex quibus ſua hauſit.

Fredericus Fornerus, Doctor Theologus, Epiſcopus Hebronenſis & ſuffraganeus Bambergenſis, ſcripſit nuper Palmam triumphalem Miraculorum Eccleſiæ Catholicæ per totum orbem.

CXIX. Fronto Ducæus, natione Gallus, patria Burdigalenſis, vir eruditus, Theologus, & totius Antiquitatis cognitione maxime nobilis. Scripſit Collectanea in Clementem Alexandrinum, ſuppreſſo nomine. Item S. Antonii Abbatis Meliſſas, ſeu ſermonum, & locorum communium, libros duos, qui Tomo V. Bibliothecæ Sanctorum Patrum habentur, ad Græcorum Doctorum fidem revocavit, atque Annotationibus illuſtravit: ut & Maximi Sententias ibidem reſtituit. Notas in prima capita D. Irenæi, & in multa Sanctorum Baſilii, & Gregorii Nyſſeni loca. Opuſcula quinque D. Gregorii Nyſſéni, & 30. Homilias D. Chryſoſtomi, è Græco in Latinum vertit. Et nunc Homiliarum omnium Chryſoſtomi, Græce & Latine primum volumen emiſit: alterum vero cum Epiſtolis ejuſdem Sancti expectamus. Duas item Gregorii II. Pont. Max. Epiſtolas ad Leonem Iſauricum, de quibus Cardinalis Baronius Tom. 9. Annalium Eccleſiaſt. honorifice mentionem faciens, *Accepimus*, inquit, *ipſas Græce ſcriptas, in Bibliotheca Cardinalis Lotharingiæ, inde depromptas, atque in lucem editas, à viro inſignis doctrinæ, ac pietatis Frontone Ducæo S. I. Profeſſore, qui & eaſdem in Græcum translatas reſtituit Latinitati.* Hæc ille. Gallice quoque exhibuit Inventarium, ut vocat, eorum quæ falſo de Euchariſtiæ Sacramento citarat Pleſſius, ſecta Calvinianus, duobus voluminibus.

Valentinus Rotmarus, litterarum & Eloquentiæ Profeſſor Ordinarius, edidit Tomos duos Orationum Ingolſtadienſium, à variis illius Academiæ Profeſſoribus habitarum. Item, præter Annales, ſcripſit librum de Cancellariis Pro-Cancellariis & S. Theologiæ Profeſſoribus in eadem Academia. Cui poſtremo operi, cum ſub prælo eſſet, auctor immortuus anno milleſimo quingenteſimo octogeſimo primo, prodiitque Ingolſtadii eodem anno abſolutum à Joanne Engerdo, litterarum ac Poëſeos Profeſſore.

D. Martinus Rythovius, Primus Epiſcopus Iprenſis, Decanus fuit S. Petri Lovanii, & ibidem S. Theologiæ profeſſor. Ad Epiſcopatum Iprenſem primus aſſumptus fuit anno 1561. Paulo poſt abiit ad Concilium Tridentinum ſub Pio IV. Inde reverſus convocavit tamquam ſenior Epiſcoporum Concilium Provinciale Mechlinienſe, cui & præſedit. Anno 1577. exiſtens in Comitiis Flandriæ, Gandavi ab hæreticis captus fuit; multo lytro, & intercedente commutatione captivorum duorum aliorum, qui ſub Principe Parmenſi capti erant, redemptus anno 1581. Ex carceribus Catholicos Iprenſes per litteras in fide Catholica confirmavit, quarum adhuc plures exſtant. Poſt relaxationem, Eccleſias

Dixu-

Dixmudenſem, Furnenſem, Bergenſem & Dunckercanam in ſua Diœceſi reconciliavit, quæ ab hæreticis profanatæ & ſpoliatæ erant. Inde venit, peſte correptus, Audomaropolim, ubi die nona Octobris anno 1583. in Domino obdormivit. Corpus ejus inde poſtmodum translatum, nunc ſepultum eſt Ipris, juxta ſummum altare. Docte ſcripſit in Magiſtri ſententiarum libros quattuor.

Ludovicus Guicciardinus, patricia apud Florentinos gente natus, Germaniam inferiorem, qua patet, Etruſco ſermone primus deſcripſit, tabuliſque illuſtravit. Patruus illi fuit Franciſcus Guicciardinus, excellentis Hiſtoricus judicii, qui de rebus in Belgio Patrum memoria geſtis, libros tres poſteris reliquit. Cæterum Ludovicus perpetuo apud Belgas vixit, incolarum captus humanitate, & circa anno 1580. Antverpiæ vivere deſiit, ætate 64.

Theodorus Antonius Peltanus, quo florente laborabat vehementer tota Bavaria idoneorum divini verbi miniſtrorum penuria. Ei neceſſitati occurſurus Albertus Bojorum Dux, Ingolſtadienſem Academiam pene collapſam reſtituere, & inſtituto adoleſcentium collegio, ſobolem Eccleſiæ ac Reipub. utilem ſtatuerat educare. Horum operum adjutores coram à Petro Caniſio, per litteras ab Ignatio Lojola, homines è Societate viginti poſtularat, templum, domum & vectigal annuum prolixe pollicitus. Ignatius itaque anno ſuperioris ſæculi ſexto & quinquageſimo ſocios octodecim ex Urbe miſit: quos inter Rector fuit Thomas Lentulus, Neomagus, ceterorum præcipui Joannes Covillonius, Hermannus Tiræus, & Theodorus Peltanus. Menſe Julio Ingolſtadium cum perveniſſent, in Collegium quod Vetus appellabant, quodque pars erat publicæ Academiæ, inducti ſunt, attributo S. Catharinæ ſacello. Doctores Academici, cives & Scholaſtici perbenevolo ſeſe novis incolis præbuerunt. Nimirum ſuperabat adhuc fama Claudii Jaji, Alfonſi Salmeronis, Gaudani & P. Caniſii, qui non exiguo olim fructu Ingolſtadii docuerant: eaque memoria auctoritatem novis advenis conciliabat. In Academiam publicam ad docendum admiſſi Covillonius & Tiræus, ille Pſalmos Davidis, hic Petri Lombardi quartum Sententiarum librum explicarunt, Peltano Rhetorica & Græca privatim docente.

Ludovicus Legionensis, Hiſpanus, S. Theologiæ Doctor, Auguſtinianorum Provincialis, magno vir ingenio, litteris Latinis, Græcis, Hebraicis doctiſſimus, vehementer ab omnibus commendatur in explanatione ſcripturarum. Ejus ſcripta recenſentur in Anaſtaſi Auguſtiniana Thomæ Gratiani. Opus tamen anni 1589. in Cantica Canticorum, quod exſtat Salmanticæ apud Guilielmum Foquel, eſt probibitum, quia quaſi amatorium, ut è ſchedis Miræanis diſco.

Albertus Crantzius, ſcripſit Hiſtoriam Saxoniæ, item Sueciæ, Daniæ, Norvvegiæ Chronica, Francof. 1583. Is dixit de Luthero: frater vade in cellam & dic Miſerere.

Franciscus Turrianus, antea Torrenſis dictus, natione Hiſpanus, patria Legionenſis, vir omni linguarum ac diſciplinarum genere excultus, celebriores quaſque Italiæ Bibliothecas diligenter excuſſit, multaque veterum Patrum, præſertim Græcorum opera è tenebris eruit, & Latina civitate à ſe donata, publici juris fecit. Cumque plurimis libris editis, magnam ſui famam per Europam commoviſſet, à Pontifice Maximo ad Synodum Tridentinam cum aliis Theologis miſſus, in illo velut orbis theatro, rem Eccleſiæ Catholicæ fortiſſime geſſit. Exinde præcipiti jam ætate, cervicem ſuavi Domini jugo Romæ 1566. ſubjecit, tironibus Soc. Jeſu adſcriptus, in qua & obiit anno milleſimo quingenteſimo octogeſimo quarto. Librorum catalogum, quos partim ante Societatis ingreſſum, partim poſtea ſcripſit, Petrus Ribadeneira recitat.

Carolus Borromæus, Mediolanensium Archiepiſcopus & Presbyter Cardinalis, titulo S. Praxedis, à Pio IV. avunculo ætat. 22. creatus, ſingulari vitæ innocentia & ſanctitate Eccleſiam ſibi creditam annis 25. rexit, mores collapſos correxit. Non lana tonſa deglubere, ſed oves Dei verbo paſcere, bonus Paſtor, non mercenarius ſolebat. Scripto de *Cura Paſtorali* libro graviſſimo, ad hoc ipſum ſanctiſſimum munus ſacerdotes excitavit. S. Borromæi vitam Auguſtinus Card. Veronenſis, pie venuſteque conſcripſit; ejus item res geſtas habet in ſuis Chronicis Sebaſtianus Verronius, verius vero libris quinque Carolus à Baſilica Petri, ejus alumnus, quos legat, quiſquis exemplar cognoſere volet perfecti Sacerdotis & Epiſcopi. Cœlo inſertus eſt 1585. ætat. 47.

Hugo Boncompagnus, civis & I. V. Doctor Bononienſis, magna cum laude Jura publice diu in patria explicuit. Veſtanus deinde Epiſcopus à Paulo IV. Creatus, in illo orbis theatro Tridentinos inter Antiſtites emicuit. Poſt S. R. E. Cardinalis, ac demum Pontifex Maximus ſuo merito renuntiatus, fauſtum Gregorii XIII. nomen aſſumpſit. In Pontificatu communis omnium nationum parens fuit. Collegia namque ſeu Seminaria plus minus 24. exſtruxit, in his Germanicum, Anglicanum, Neophytorum, Græcorum,

Romanorum, Maronitarum, Illiricorum, Romæ; Viennenſe in Auſtria, Pragenſe in Bohemia, Græcienſe in Stiria, Olomucenſe in Moravia, Braunsbergenſe in Pruſſia, Muſſipontanum in Lotharingia pro Scotis, Vilnenſe in Lituania, Claudiopolitanum in Tranſſiluania; Funenſe, Vaſquienſe, Arimenſe & Anzuchixamenſe in Japonia; Fuldenſe in Haſſia, Dilinganum & Auguſtanum in Germania, Anglorum in urbe Remenſi olim, nunc Duacenſi ſitum; & Helvetiorum in urbe Mediolanenſi. De his legi poterit *M. Antonius Ciappius* in libello, quem de rebus à Gregorio XIII. præclare geſtis ſcripſit. Hujus porro Pontificis auſpiciis Oceanus Juris primum in lucem prodiit: Obiit autem anno Chriſti 1585. Ætatis 84.

CXIX. HIPPOLYTUS ESTENSIS ſeu Meſtinus, Alfonſi Ferrariæ Ducis filius, patruo ſuo vita functo in Archiepiſcopatu Mediolanenſi ſuffectus, demum 1539. Cardinalium collegio à Paulo III. adlectus, inſignis ac prope ſingularis eruditorum ſuo ævo Patronus fuit. Quos quidem & domi liberaliter habebat, & cum iis de rebus variis indies differebat: ut *M. Antonius Muretus*, cum *Flaminio Nobilio*, domeſticus teſtis, narrat in ſuis Variis Lectionibus præfando, eidemque inſcribendo. *Calius* quoque *Calcagninus*, *Paulus Manutius*, *M. Antonius Flaminius*, & alii libros ſuarum vigiliarum eidem, ut Mæcenati liberaliſſimo, dicandos cenſuerunt. Ut vero ex ungue leonem diſcas & agnoſcas, lege, ſi lubet, Epiſtolam ejus ad Arnoldum Sorbinium, Mureti Epiſtolis inſertam. Obiit autem 1586. & Tibure in æde S. Franciſci conditus jacet; ubi auguſtum declinemque hortum amoeniſſimum habebat. Eſtenſes porro Principes ampliſſimam Ferrariæ bibliothecam olim poſſederunt.

LEO CASTRUS, Hiſpanus, Doctor Th. Salmanticenſis, ſuos in Iſaiam, & Oſeam commentarios 1570. & 1586. Salmanticæ publicavit. Scripſit & Apologeticum pro vulgata S. Hieronymi & LXX. Interpretum translatione. Obiit Leo Caſtrius an. 1586. quo & obierunt anno, Sixtus Henninga & Stephanus Sampajus.

GASPAR GONZALEZ, natione Luſitanus, vir omni diſciplinarum genere excultus, & eam ob cauſam ſtudiorum formandorum gratia Romam accitus, Orationem habuit gravem pariter atque elegantem anno 1585. in aula Pontificia, cum Iaponicorum Principum Legati ſunt publice excepti: quæ tum Romæ, tum alibi à typographis vulgata eſt.

GUILIELMUS SIRLETUS, Natus Stili, opido ejus Italiæ partis quam olim Magnam Græciam, hodie Calabriam appellant, fortibus viris, optimiſque Reip. inſtitutis quondam florentem. Parens Thomas ad centeſimum & quintum ætatis annum vixit: Gulielmus & ipſe valido robuſtoque ad lucubrandum fuit corpore, miſſus primum Neapolim, ubi Græcis doctoribus operam dedit: poſt Romam, ad exquiſitiorem ingenii cultum. Præceptores doctrina, brevi ſuperavit; utraque lingua ad miraculum uſque, poſt etiam ſancta, inſtructus. Mathematicas his diſciplinas adjunxit. Mox Philoſophiæ, ac Theologiæ orbem è fontibus Græciſque ſcriptoribus tam avide hauſit, ut parem ea ætas non viderit. Et tametſi ſpirans quædam Bibliotheca eſſet (quod Dionyſio Longino Eunapius tribuit) tamen librorum veterum, Græcorum præſertim, copiam maximam collegit, quam Aſcanius Columna Card. ampliſſ. poſtea poſſedit, præfecitque Pompejum Hugonium, Latinæ eloquentiæ Romæ Doctorem. Vaticanam Pontificis Bibliothecam dum præeſſet mirifice auxit: nihil tamen, Socratis exemplo, edere voluit: præter variantes in Bibliis Regiis lectiones ſive modeſtiæ, ſive metus, ne reprehenderetur, gratia; non ignavia, aut invidia poſteritatis adductus. Liberalitas in omnes, præſertim egenos; omnem ut dicendi vim, ſic fidem exſuperabat; nihil ut moriens reliqui fecerit, ſed æs ingens alienum eo nomine conflaverit: imitatus beneficentia ſanctiſſimos viros, Laurentium Levitam, Martinum item, Nicolaum & Joannem Eleemoſynarium Epiſcopos. Reliquas illius virtutes funebri oratione Joannes Vaz Motta, Luſitanus eſt perſecutus. Sepulcrum illius viſitur in templo, cui præerat, S. Laurentii in pane & perna, vulgo Paniſperna, cum hac Epigraphe. Gulielmo Sirleto Cardinali, Stili in Calabria nato, hujus Eccleſiæ Presbytero, S. Sedis Apoſt. Bibliothecario. Hebraicæ, Græcæ, Latinæque linguæ peritiſſimo, humanarum, divinarumque Diſciplinarum ſcientia claro, eruditorum & pauperum patrono ac parenti beneficentiſſ. ob probitatem ejus, pietatemque ſingularem à Pio IV. Pont. Max. Sacro inſtante collegio, Cardinali creato. Vixit ann. 61. Obiit an. 1585.

MARTINUS AB AZPILCUETA, Doctor Navarrus, à quo univerſa Eccleſia Catholica eum fructum accepit, ut ab illo auctore edito perutili *Confitentium Enchiridio*, omnes qui confeſſiones excipiunt ſuo ſe munere fungi poſſe fateantur: & qui ante illum natum in eo munere verſabantur, ſummis difficultatibus & tenebris immerſos. Taceo alia ſexcenta monumenta explanandæ veritati apta, in quibus dictandis commentandiſque ad ultimum uſque diem advigilavit. Primum Toloſæ, deinde Salmanticæ, demum Conimbricæ, ita perſtitit docendo, ut rude donatus publica auditorum prærogativa, emeritis tamdiu ſtipendiis eodem præmio afficiendus judicaretur, quo ad profitendum fuerat ultimo loco à Seren.

Rege

by Google

Rege Joanne III. in Lusitaniam invitatus. Tanta ejusdem fuit doctrinæ vis & auctoritas, non vulgi opinione collecta, sed publico totius Reipublicæ Christianæ testimonio comprobata, ut ejus sententia certa quædam lex, & quasi oraculum sit habita. Vixit annos centum, quinque demptis. Infatigabilis semper in precationum assidua vigilia, neque unquam ab excubiis discedebat, quia memoria tenebat Imperatoris summi Dei dictum: *Vigilate & orate, & estote parati, quia nescitis diem neque horam qua Dominus venturus sit.* Abstinentiæ adeo studuit, ut statis diebus jejunium ab ecclesia indictum nunquam neglexerit ad extremum usque spiritum. Eaque in victu potuque moderatio, in libidinibus abstinentia fuit, ut hac parsimonia (qua pauperibus quæ supererant liberaliter erogabat) vitam diutissime produxerit, vixeritque incolumi valetudine in tantis studiorum vigiliarumque laboribus, quibus frangi debilitarique vires mirifice solent. In egenos & stipem colligentes summa beneficentia. Nam Salmanticæ majorem bonorum partem erogavit. Conimbricæ, domus ejus pauperum erat receptaculum. Qui dies de superiori loco Decreta Pontificum interpretantem Navarrum videbat, eundem sæpe in Xenodochiis ægris & pauperibus linteo præcinctum, lecto & mensis ministrantem intuebatur. Et in Urbe orbis regina sibi subtrahere solitus, quæ inopia laborantibus suppeditaret, & afflictos sublevabat, re & consilio juvabat libenter. Quo die, Divi (quemadmodum tradit Thomas Gorræus Lusitanus) tutelaris precibus adjutus, ex hac vita migravit hic Martinus, 22. Junii 1586. Judicium illius quanti Romæ fecerint, indicio est, quod cum ante 17. eos annos Romam venit, tres summi Pontifices Pius V. Gregorius XIII. & Xystus V. illius sapientiæ graviora pœnitentium negotia crediderint: qui summa integritate ancipites sensus, dilucide, aperte, vereque enucleabat. De jure respondebat, non quæstu aut emolumento adductus, sed de Rep. benemerendi & juvandi omnes studio. Quotidie ritu cæremoniisque, pie ab Ecclesia Catholica institutis, sacris operabatur. Cum in ultimis versans animam ageret, adessentque qui ad mortem fortiter obeundam animarent, cum ad illum cruciatus Christi locum ventum esset: *Ego palam locutus sum mundo, & in occulto locutus sum nihil*, eadem moriente jam voce recitans, spiritum Christo reddidit. Vitam ejus fusius Romæ scripsit Simon Magnus Eburo, ejus contubernalis, & post diserte Julius Roscius Hortinus. Ore erat non pulcro, naso aquilino, statura procera, macie vigiliis lucubrationibusque contracta. Auditorem habuit de multis illustrem Didacum Covarruviam, post Salmanticæ Juris Professorem, Denique Hispaniæ Præsidem ac Præsulem Segobiensem. Eodem anno homines doctissimi vita abierunt. M. Antonius Muretus Romæ. Pet. Victorius Florentiæ, Tarracone Ant. Augustinus Archiepiscopus, festo Petronillæ die, Utriusque Juris consulti Pontificii summi, Martinus & Antonius; ille practicus; hic theoreticus. Hujus Martini corpus delatum est humeris Religiosorum, ac sepultum Romæ in æde Divi Antonii de Padua, in campo Martio, nationis Lusitanæ.

Hieronymus Verlenius, Silvæ Ducis in Brabantia natus, admodum adolescens è celebri patriæ gymnasio Lovanium venit, & post absoluta Philosophiæ studia litteris Sacris junxit elegantioris litteraturæ Linguæque Græce peritiam. Evocatus Lovanio, primum scholæ patriæ moderator fuit: mox Theologiæ Lector, ut vocant, Ultrajecti apud Joannitas seu Rhodienses Milites: exinde in summa æde Pastor, atque hinc Canonicus: demum Harlemensis Episcopi Vicarius, vivere ibidem 1587. desiit. Edidit Epicteti Enchiridion è sua interpretatione, Accessit, eodem interprete & Scholiaste, cum Scholiis, Hippocratis Epistola de risu Democriti. Et fragmentum Xenophontis De sui cognitione, ex lib. IV. De dictis & factis Socratis. Antv. 1550. 8. Loei typis. Latinas item fecit B. Ignatii martyris Epistolas: cum Scholiis. Typis Plantini 1588. 8. Denique, dum sacras Ultrajecti litteras profitetur, commentarium scripsit in Psalmos Davidicos, Lovanii 1558. fol. apud Bergaignium.

Jacobus Pamelius, Episcopus Audomaropolitanus in Artesia designatus, illustri, apud Aldenardam Flandriæ urbem, Baronum Pameliorum stirpe oriundus, patre *Adolfo*, qui Carolo V. Cæsari à sanctioribus olim consiliis erat Brugis, urbe nobili atque ædificiis admodum venusta. Puerum sub disciplina piorum doctorumque virorum monasterii Floreffiensis, agri Namurcensis, parens esse voluit. Inde Lovanium missus, primum liberalibus ac Philosophicis disciplinis, post Theologicis animum applicuit. Doctissimis præceptoribus usus, in his Ruardo Tappero, & Judoco Ravestenio, ipsos annos novem sacris studiis impendit. Provectior Lutetiam Parisiorum, lustrandæ Galliæ, concessit. Inde Lovanium reversus, Theologiæ lauream meritissimo accipit. Mox Brugas revocatus, Canonica est dignitate, & Archipresbyteri munere ornatus. Hic prima illi cura Bibliothecam instruere, veterum scrinia excutere, & manuscripta exemplaria conquirere. Qua tota de re, in proœmio Cassiodori de Divinis observationibus, à se reperti, differit. Cumque è membranis B. Cyprianum, quemque suum ille Magistrum appellabat, Tertullianum, non modo meliores feciisset, verum etiam doctis commentariis illustrasset, magnum sibi nomen peperit. Stanis. Hosius, & Guill. Sirletus Cardinales in suam quisque familiam virum sæpe

invitarunt, Gregorius XIII. Pont. Max. ornandæ virtuti natus, non ſemel ad ſe Romam evocavit. Hinc Sixto V. notus, ad Rabani Mauri editionem ab eo eſt excitatus. Plurimi quoque Belgicæ Epiſcopi, cum ob multarum rerum uſum, tum ob eximium zelum, quo collapſos mores corrigere atque Eccleſiæ diſciplinam priſtinam revocare ſtudebat, conſiliis eum ſuis adhibuerunt. Primæ Brabantinorum Synodo Machlinienſi magna cum laude interfuit,& Cameracenſis item Concilii provincialis pars magna fuit. Belgico rebellantium tumultu, cum paſſim Clerus ab hæreticis pelleretur, Audomaropolim Arteſiæ ſe recepit: creatuſque illius Eccleſiæ Achidiaconus optime rem geſſit. Ob quæ in Rempub. Chriſtianam merita Philippus II. Hiſp. Rex eum amplisſima ad S. Salvatorem Ultrajecti Præpoſitura donavit, quam ſummi ſemper viri, in his Hadrianus VI. ante Pontificatum, Marchiones Bergenſes. Comites Montfortii, Barones Brederodii, aliique Proceres tenuiſſent. Poſt, faventibus omnium votis ſuffragiiſque, Epiſcopum Audomaropolitanum deſignavit. Cujus rei ergo Bruxellas cogitans, Montibus Hannoniæ morbo correptus, nono poſt die, vita deceſſit: vir ſane ſummus, utriuſque linguæ, Theologiæ & hiſtoriæ cognitione, atque omni doctrinæ genere excellens: quo nomine & à Guil. Lindano mirifice prædicatur. Fratrem habuit *Guilielmum*, Regii Sanctioris Concilii Præſidem, virum magnæ apud Belgas exiſtimationis. Pro funere illum laudavit Guilielmus Talbotius, civis ejus & in Archidiaconi dignitate ſucceſſor. Conditus eſt auguſta in æde, D. Waldetrudi ſacra quæ eſt nobiliſſimarum virginum Canonicarum, Montenſi in urbe apud Hannones.

Petrus Gregorius Tolosanus I. V. Doctor, primum in Cadurcana poſt in Toloſana, ac demum in Muſipontana Academia Profeſſor, ſumma cum laude extitit, ſcripſit commentaria in Syntaxes artis mirabilis, per quas de omnibus rebus diſputatur, Lugduni 1587. edita. Adnectuntur ejuſdem libri 3. de Immortalitate animæ.

Hieronymus Verlenius,* Silviducenſis, admodum adoleſcens è celebri patriæ gymnaſio Lovanium venit, ibidemque poſt percepta Philoſophiæ ſtudia, Theologiæ & litteris ſacris junxit melioris litteraturæ linguæque Græcæ peritiam. Evocatus Lovanio primum Scholæ patriæ moderator fuit: mox S. Theologiæ Lector, ut vocant. Ultrajecti apud D. Joannis ſeu Rhodienſis militiæ Religioſos: dein in ſumma Æde Paſtor, atque hinc Canonicus: demum Balemenſis Epiſcopi Vicarius, vivere ibidem deſiit, anno milleſimo quingenteſimo octogeſimo ſeptimo. Exſtant epiſtolæ S. Ignatii martyris ab eo Latine redditæ typiſque *Plantinianis* editæ, itemque commentarius in Pſalmos Davidicos Lovanii 1558. publicatus.

F. Ludovicus Granatensis, ex Prædicatorum familia, cujus doctrinæ majora exſtant Miracula, Gregorii XIII. Pontificis Maximi oraculo, quam ſi cœcis aſpectum, mortuis vitam à Deo impetraſſet, Pontificia dignitate ſæpius recuſata, clarior, mira in Deum pietate, & in pauperes miſericordia, inſigniumque librorum ac concionum varietate toto orbe illuſtrato, ætatis ſuæ anno octogeſimo quarto, Oliſipone moritur, magno Chriſtianæ Reipublicæ deſiderio, pridie Kalendas Januarii, anno 1588. Illuſtre profecto elogium ejus marmori ſepulcrali inſcriptum apud Luſitanos in Oliſiponenſi Dominicanorum cœnobio legitur. *Frater Ludovicus Granatenſis ex Prædicatorum familia: (cujus doctrinæ majora extant miracula Gregorii XIII. Pontificis maximi oraculo, quam ſi cœcis aſpectum, mortuis vitam à Deo impetraſſet) Pontificia dignitate ſæpius recuſata clarior, mira in Deum pietate, & pauperes miſericordia, inſigniumque librorum ac concionum varietate toto orbe illuſtrato, ætatis ſuæ anno octuageſimo quarto Oliſiponæ moritur, magno Reipublicæ Chriſtianæ deſiderio, pridie Kalen. Januarii anno* 1588. Vitam Ludovici Granatenſis ſcripſit Hiſpanice Franciſcus Diago, Doctor ejuſdem Ordinis Prædicatorum, excuſum Barcelonæ 1605. in 8. habet Torrius. F. Ludovicus natus eſt Granatæ 1504. Vixit ut plurimum in conventu S. Crucis, Granatæ fundato ab Eliſabetha & Ferdinando Regibus. Studuit Vallioleti Theologiæ. Recuſavit Epiſcopatum de Viſeu & Archiepiſcopatum de Braga ſibi oblatos ab Henrico Cardinale Infante. Scripſit multa partim Latine partim Hiſpanice, laudata à Gregorio XIII. S. Carolo Borromæo Cardinale, Paleoto, Martino Navarro & aliis. Fuit gratus Regibus Portugalliæ, Philippo ſecundo, Alberto Archiduci noſtro, Andreæ Doria. Recuſavit Epiſcopatum quem illi deſtinabat Sixtus V. Obiit ultimo die anni 1588.

CXX. Franciscus Adornus, nobiliſſimo genere apud Ligures natus, Soc. Jeſu Theologus, Carolo Borromæo Card. & Archiepiſcopo Mediolanenſi à Sacris Confeſſionibus ac conſiliis fuit. Ejus rogatu ſcripſit libros duos De Eccleſiaſtica diſciplina, & alia, quæ Ribadeneira memorat. Obiit Genuæ in patria, anno ſalutis milleſimo quingenteſimo octogeſimo octavo, ætatis quinquageſimo ſexto.

Gundisalvus Argoces Molina, ad Philippum II. Regem Catholicum ſcripſit Hiſpanice volumen ingens de Nobilibus familiis Baeticæ ſeu Andaluziæ, ut hodie vocant, 1588. Hiſpali in fol. excuſum.

Barth.

* Idem de quo jam p. 223.

Barth. de Martyribus, Franc. Valleſius, Jo. Ant. Viperanus, Fl. Laurentius Cumolius, Lud. Granatenſis, Petrus Matthæus Sequanus hoc anno obierunt.

Josephus a Costa 1588. dedicavit ſuos libros duos de Natura novi orbis, & ſex de procuranda Indorum ſalute Philippo II.

Franciscus Quaresimus, Laudenſis Ord. FF. Minorum olim terræ Sanctæ Præſul ac Commiſſarius Apoſtolicus, edidit Hiſtoriam Theologicam Tomis 2. & moralem Terræ Sanctæ Elucidationem in fol.

Marcus Henningus, Auguſtanus, Francofurti concinnavit Hiſtoriam Chinenſem 1599. in 8. ex Hiſpanico.

Joannes Pistorius Nidanus, 1583. edidit Tomum illuſtrium Scriptorum Germaniæ, Reginonem, Hermannum Contractum, Lambertum Schafnaburgenſem, Marianum Schotum cum Dodechino, Sigebertum cum Roberto de Monte, Suffridum Miſnenſem, Pauli Langii Chronicum Citizenſe.

Marcardus Freherus, edidit Tomum I. Francofurti in fol. Germanicarum rerum Scriptorum, videlicet, Annales Francorum, Chronicom Laurishamenſe & alia. Idem edidit alterum tomum de rebus in Germania geſtis ſub Frederico III. & Maximiliano I. ſcriptores, in quo ſunt plurimi auctores parvi. Inter alios eſt *Petri Ægidii Threnodia*, in Maximiliani I. obitum, ſeu lamentatio vario carminum genere.

Christianus Vrstisius, Baſileenſis, edidit Tomos duos Hiſtoricorum Germaniæ, Othonem Frinſingenſem, Hermannum Contractum & alios tom. I. Godefridum Viterbienſem, Wernerum Rolevvinck, & alios Tom. 2.

Alexander ab Alexandro, I. C. Neapolitanus, ſcripſit libros Genialium dierum, & vixit tempore Platinæ, Joviani Pontani, Nicolai Perotti, & Dominici Calderini. Francofurti in fol. 1594. cum Notis Andreæ Tiraquelli.

Lucas Wadingus, Manapienſis olim apud Salmanticenſes, nunc in Urbe S. T. Profeſſor, & Collegii S. Iſidori in Urbe Guardianus, ſcripſit 4. tomos Annalium Minorum. Primus eſt editus Lugduni 1625. quartus ibid. 1637. ad Emanuelem de Moura Marchionem Caſtri Roderici, Oratorem in urbe, quartus deſinit in anno 1400.

Joannes Rioche, Ord. Minorum, Britanniæ Minoris Guardianus, ſcripſit Chronicon à Chriſto nato uſque ad ſua tempora, editum Pariſiis 1576. in 8.

Dermicius Thadæus, Hibernus ord. Minorum Lector, ſcripſit Nitelam Franciſcanæ Religionis, contra Abrahamum Bzovium, Lugduni 1527.

Paulus Metezellus, edidit Theologiam ſacram in folio Pariſiis in Scamno M. accommodatam ab Conciones ſacras habendas ad populum.

CXXI. Guilielmus Lindanus, Epiſcopus Gandavenſis in Flandria. Contraria ſolenni laudantium conſuetudine, in Lindani invicti Sectariorum antagoniſtæ præconio, via mihi ingredienda eſt, neque oratio eſt in laudibus dilatanda, ſed ad faſtidium vitandum contrahenda. Nam ſi quæ per omnem vitam geſta ſcriptaque adverſus hæreticos ab eo ſunt, perſequi omnia ſtilo velim, in immenſum excreſcat oratio, ut quod de M. Terentio Varrone D. Auguſtinus ait, jure de Lindano dixerim, plura eum ſcripſiſſe quam ut legere cuiquam vacaret, & plura viciſſim legiſſe, quam ut ſcribendi otium viro ſuppeteret. Summa itaque dumtaxat attingam. Natus is Dordraci apud Batavos patre Damaſo, Conſulari viro, adoleſcens trium linguarum cognitionem brevi adſecutus. Poſt Philoſophicis Lovanii in gymnaſio Porcenſi pari felicitate perceptis, Sacrarum litterarum ſtudiis animum applicuit. Paternæ hereditatis ope, plurimas Galliæ ac Germaniæ Academias illuſtravit. In Dilingana Suevorum cum ſubſtitiſſet Petro Soto Hiſpano Theologo præſtantiſſimo, à Philippo II. Rege in Brittanniam evocato, ſuffectus, ſacras ibi litteras magno audientium concurſu, explicavit. Lovanium reverſus & Theologica laurea donatus, exinde Decanus Hagæ Comitis & per Bataviam Friſiamque Quæſitor in fidei violatæ reos conſtituitur. Nec actione ſolum ſed & ſcriptis (ut ſymbolo præterebat.) *Prælia Domini* prælia-tus eſt. Scripſit enim Dubitantium dialogum de origine ſectarum hujus ſæculi, Panopliam Evangelicam, De optimo genere ſacras litteras interpretandi, aliaque plurima, ſtilo heroico ac gravitatis pleno. Primus apud Gueldros Ruremundæ ad Moſam Fl. Antiſtes renuntiatur. Sed creſcente in dies Calvinianorum turba Regiumque imperium, pro turbulento ſectæ ingenio, exuente, in exilium actus, Romam ad Gregorium XIII. Pontificem Maximum ſe contulit. A quo in Purpuratorum Patrum Senatu coram laudatus, & ab eruditis ibidem hominibus in his Cæſ. Baronio, eximie cultus, poſt cum Internuntio Apoſtolico ad Regem in Hiſpaniam proficiſcitur. Ab illo humaniter, ut à Rege vere Catholico fieri amabat, acceptus, cum domum itionem parat, nec opinanti Rex ſponte promiſit, Theologos ſe Lovanii & Duaci liberaliter, ut Eccleſiæ alumnos, moxque parochos futuros, educaturum. Alexandro itaque Farneſio Belgicæ Prorege rem proſpere gerente, reverſus

ad ſuos, Ruremunda Gandavum ad Epiſcopalem ampliſſimæ urbis dignitatem evocatur, atque in Cornelii Janſenii demortui locum ſubrogatur. Ubi vitæ exilium tertio poſt menſe finiens annos natus ſexaginta tres, in cœlum ut equidem confido, commigravit. Situs eſt in æde Cathedrali, communi tumulo cum amico & collega Janſenio hac inſcriptione.

*Unicus ex Phœnix, cineres hæc tumba duorum*
*Phœnicum veræ religionis habet.*

Petrus Pecquius, vaſtatis ac profanatis ab iconomachis per Belgium Sacroſanctis ædibus, de iis reparandis atque inſtaurandis conſilium ſcripſit. Utque civibus gratularetur (apud Ziricæos enim in Zelandicis inſulis natus erat) & quod magna ſit apud Belgas navigandi ars, qua res familiaris in primis augetur merceſque importantur & exportantur; quo diſciplinæ quadam ratione ars ea in officio contineretur, reliquit varios de re nautica commentarios. De cæteris ejus ſcriptis, quæ univerſa mirifice laudat Didacus Covarruvias illuſtris Hiſpaniarum Præſes, excellunt libri *De teſtamentis conjugum*, *De jure fiſcendi*, *De juris Canonici regulis*; aliaque non pauca, typis necdum publicata. Forma fuit corporis elegantis, ac dignitate heroica, barba promiſſa; comis ac mire facilis in tam excellenti doctrina. Quibus artibus Senator eſt regius Machliniæ creatus. Reliquit filium, ut cognominem ſibi, ſic & tituli doctrinæque hæredem; qui apud Henricum IV. Galliæ Regem Sereniſſimorum Belgii Principum Alberti & Eliſabethæ Legatum egit. Renuntiatus fuit P. Peckius ſenior I. V. Doctor Lovanii, cum Joanne Wameſio & Venduillio ac Joach. Hoppero, an. 1551. Annos plus minus triginta magno audientium concurſu & fructu jus explanavit, & ingenii monumentis clarum apud poſteros nomen fecit. Vixit bonis omnibus amicus, pietatis & Religionis orthodoxæ colentiſſimus, Cleri ſtudioſiſſimus, animo in rerum Belgicarum turbis & procellis tranquillo. Obiit Machliniæ an. 1589. æt. 60. Corpus ejus translatum eſt Lovanium in D. Michaelis vetuſtiſſima illius urbis Baſilica conditum. A Miræo* audiviſſe me memini exſtare plurima hujus manuſcripta Bruxellis apud filium. Repertæ ſunt inſuper variæ ejuſdem *Prælectiones* Lovanii habitæ in Bibliotheca Cl. V. Stephani Weyms I. V. D. Inter alia plura in lib. VI. Decret. à tit. De rebus Eccleſiæ non alienandis. Uſque ad tit. De cognatione ſpirituali. Item libri 2. ad tit. De Cler. peregrin. Item libri 3. tit. De vita & honeſtate Cler. uſque ad tit. De relig. & venerat. Sanct.

Gaspar Varrerius, omnis antiquitatis egregie doctus, iter ſuum à Pace Julia Mediolanum uſque, Luſitanis evulgavit. Uſus eſt familiariter Andrea Reſendio, à quo adjutus fuit, & Georgio Cœlio, Luſitanis. Ab Henrico Portugalliæ infante Cardinali Romam miſſus, ut ſuo nomine gratulationem, pro adoptione in ſacrum Purpuratorum collegium, haberet; ubi porro Bembo & Jacobo Sadoleto, eloquentiſſimis ea tempeſtate viris, uſus eſt. Edidit & Latine de Ophyra regione, in ſacris litteris memorata, commentarium: Cenſuram item de Beroſo, Metaſthene, aliiſque ſuppoſititiis auctoribus à Joanne Annio editis: quibus pleroſque Originum ſcriptores refellit, in his Leonem Albertum, Florianum Ocampium, Antonium Beuterum, Antonium Nebriſſenſem, Auguſtinum Eugubinum, Joannem Driedonem & ceteros.

Joannes Gibonus, Wintoniæ in Anglia natus, relicto Canonicatu *Bonnenſi* in diœceſi Colonienſi, quo donatus à Gregorio XIII. fuerat, Societatem Jeſu 1578. amplexus eſt Treviris: ubi Theologiæ Doctor & Profeſſor, ſuorumque ſodalium Rector poſtea fuit. Obiit in Hemenrodenſi Ciſtertienſium monachorum cœnobio ſub annum 1589. quo ſalutatum amicos ſuos iverat. Ejus ſcripta reperies apud P. Alegambe.

Prosper Sanctacrucius, Romanus, Cardinalis, multis legationibus clarus, multis annis Romæ Auditorem Rotæ egit, & ejuſdem Rotæ deciſiones, Gallicarum item rerum Commentarios, & Epiſtolas ad diverſos publicavit. Ad meliorem vitam tranſiit anno 1589. & tumulo ejus marmoreo in baſilica S. Mariæ Majoris ejus geſta & ſcripta leguntur.

Petrus Bulengerus, Trecenſis, ſcripſit commentarium in Apocalypſim, 1589. in 8. Pariſiis editum. Petri filius fuit Julius Cæſar Bulengerus ſcriptis etiam clarus.

Marcus Antonius Muretus, Lemovix, primum Lutetiæ, dein Burdigalæ & Auguſtæ Auſciorum litteras humaniores profeſſus, Pictavii & Toloſæ Juri civili operam dedit. In Italiam anno 1554. profectus Venetiis & Patavii ſexennium ſubſtitit; poſtremo Romam ab Hippolyto Card. Atteſtino honorifice evocatus, in illius, & poſt ejus obitum in Aloyſii Atteſtini itidem Cardinalis familia conſenuit, & anno 1589. deceſſit. Mortuum laudavit Franciſcus Bencius tanto magiſtro dignus diſcipulus.

CXXII. Joannes Stephanus Durantius, Toloſani Senatus Præſes, Durandum Mimatenſem Epiſcopum (cujus gentilis credi volebat) libri De divinis officiis auctorem, æmulatus, librum non abſimilem, De ſacris Eccleſiæ ritibus, conſcripſit, poſt mortem ejus

* Arnoldi à Porta hæc ſunt verba, qui Miræi opus poſthumum publicavit.

ejus Romæ Sixti V. jussu & alibi postea editum. Hunc virum, turbatis in Gallia rebus, plebs Tolosina anno 1589. oppressit & interfecit.

Constantius Sarnanus, à natali Umbriæ opido sic dictus, adolescens conventuali S. Franciſci familiæ in patria adscribi voluit. Patavii per decennium Philosophiæ ac Theologiæ partes omnes pie ac docte professus fuit. Exinde sacras Perusiæ litteras explicantem Sixtus V. Romam evocavit, & nihil tale cogitantem purpureo galero, & Episcopatu Vercellensi cohonestavit. Romæ 1589. Conciliationem S. Thomæ Aquinatis & Joannis Schoti publicavit, Lugduni, & alibi postea recusam. Quid de eo conatu censendum sit, aliis judicandum relinquo: enim vero quid Sarnanus demum præstiterit, parum refert. Cum enim duo illa præclara Theologorum lumina, in iis quæ ad Catholicam doctrinam pertinent, plane conveniant; problematicis in rebus, quoniam illorum diversæ sententiæ acuunt ingenia plurimorum, minus fortasse obfuit eorum dissidium quam concordia profuisset. Idem porro Sarnanus Aureolum Franciscanum, acerrimo ingenio virum, à multis retro annis apud Joannem Capreolum Dominicanum exulantem & quasi captivum, Vaticanæ bibliothecæ beneficio in suam familiam revocavit & libertati quodammodo restituit. Reliquas ejus laudes Franciscus Ræmundus oratione funebri prosecutus fuit, quam, utpote piam atque elegantem, plura si voles, lege.

Michael Batus, in quo duæ res enituerunt, quæ in unum eumdemque hominem raro admodum convenire solent; præstans ingenium, & summa animi modestia: & ita enituerunt, ut de illo ornando certasse inter sese videantur. Nam & in Philosophiæ studiis, quibus primos annos Porcensi in gymnasio Lovanii dedit, ita excelluit, ut superiorum ætatum Philosophis ingenio doctrinaque par haberetur. Quam eximiam laudem cumulabant singularis morum facilitas, & hilaris naturæ comitas. Quibus quidem virtutibus, cum penitiore sacrarum litterarum (quas annos XL. regius Professor publice interpretatus est) cognitione conjunctis, voluntates & studia hominum ita ad se adtrahebat, ut Principibus etiam viris, in his Joanni Austrio, Belgicæ Proregi, hospitio à se idemtidem in Pontificio Lovanii collegio, cui præerat, excepto, gratus semper exstiterit. Et virum tantis ingenii doctrinæque præsidiis ad maxima quæque munera Reipublicæ obeunda instructum, privatæ vitæ otium ambitiosæ cupiditati antepositisse, & tranquillam in studiis ætatem perpetuo egisse, summæ moderationis, excelsique animi præclarum specimen fuit. Quamquam illustrem ac perpetuum Academiæ magistratum (vulgo Cancellariatum vocant) ultro oblatum declinare non potuerit: in quo obeundo annos XIV. summa omnium gratia versatus, eximiam sibi laudem peperit. Ad Tridentinum Concilium, cujus & finem spectavit, una cum Cornelio Jansenio & Joanne Hesselio, à Principe nostro missus, egregiam Ingenii, doctrinæ ac pietatis, in celeberrimo Christiani orbis theatro, testificationem dedit. Omitto quæ cum Philippo Marnixio Sant-Aldegundio, de SS. Eucharistia pro Romana Ecclesia subtilissime disputavit. Sacris tam sancte vir pius quotidie operabatur, ut inter sacrificandum & lacrymas effunderet frequenter, & easdem aliis excuteret. Facultates suas moriens pauperibus testamento legavit, Collegio Lovanii, sub patrocinio B. Augustini, quem religiose semper coluit, excitato. Reliquas ejus virtutes funebri oratione Joannes Bernartius Machlinienſis IC. est prosecutus.

Jacobus Batus, fratris filius, Doctor itidem Theologus, Michaeli patruo monumentum in æde sacra collegii Pontificii, ab Hadriano VI. exædificati, posuit. Scripsit & is, patrui sui exemplo, de SS. Eucharistiæ Sacramento ac Missæ Sacrificio; itidemque de altero Collegio, sacrarum litterarum studiosis adolescentibus pariter alendis, pie prudenterque cogitasse, scriptum invenimus.

CXXIII. Alfonsus de Horosco, Caroli V. Cæsaris & Philippi II. Hisp. Regis Concionator, pietate, eloquentia & variarum rerum cognitione ævo suo clarissimus evasit. Plurima edidit referta documentis perutilibus ad vitam Christianam recte instituendam, quorum Catalogus recensetur à Thoma Gratiano in libello de scriptoribus Augustinianis. Obiit circa an. 1590. dierum plenus.

Barnabæ Brissonio eadem, quæ & Andreæ Tiraquello patria fuit Fontenaium in Pictonibus, nobilium ingeniorum ferax. Is jussu Henrici III. Regis, codicem Juris Gallici composuit. Scripsit præter ea de verborum quæ ad Jus pertinent significatione eruditum opus, itemque de formulis & solemnibus Populi Romani verbis alterum. Æstuante tumultibus Gallia, plebs tumultuosa abreptum nequidquam deprecantem oppressit.

Jacobus Amiotus, Meloduni ad Sequanam honesta familia natus, cum Regios liberos erudiret, Plutarchum in sermonem Gallicum felicissime transtulit. Ad Concilium Tridentinum à Rege suo missus est. Vixit ad exactam senectutem, alumnis suis præpostero fatorum ordine superstes, & triennio post Henrici III. cædem è vivis excessit.

Bertrandus Argentræus, Senator Regius apud Aremoricos, præter Annotationes in Jus patriæ municipale, publicavit eximium opus, quo totius ſuæ *Britanniæ* ſitum, mores, urbes, nobiliores familias, & quæcumque ad ejus hiſtoriam pertinent, inſigni facundia Gallica deſcripſit. Obiit anno ſalutis 1590. ætatis ſeptuageſimo primo.

Jacobus Cuiacius, in urbe Tectoſagum humili genere natus, incredibili omnium nationum concurſu, Biturigis Jus Cæſareum explicuit. Obiit ſeptuagenarius, anno 1590. Mortui vitam & mores Papirius Maſſonus, qua ſolet ſtyli elegantia, ad poſteros tranſmiſit.

Martinus Duncanus, oriundus Brabantino Ducatu, parentibus quibus res anguſta domi. Belgis merito doctrina claris annumerandus eſt, qui decurſis Lovanii Standonico in gymnaſio Philoſophiæ ac Theologiæ ſtudiis, Gorcomianæ apud Batavos eccleſiæ Paſtor, jam tum graſſanti Anabaptiſtico furori, qua voce, qua ſtylo, murum ſe pro domo Dei objecit; ut ſuis adverſus Mennonem, ejus ſectæ principem, ſcriptis (quæ ab Alfonſo Caſtrenſi eximie laudantur) vix addi quidpiam poſſe videatur. Hic poſtea Delfis ſplendidiori, at non minus gravi curæ à Rege admotus, cum Lutheri, Zuinglii, Calvini, & Davidis Georgii adſeclis ſtrenue decertavit. Ac demum Hagæ-Comitis Guilielmo Lindano in Decanatus dignitate ſuffectus, ſæpe ejus loci Regium Senatum acriter monuit, ut naſcenti tum ſeditioſæ ac turbulentæ Calvinianorum ſectæ occurreretur mature, atque tanta peſtis opprimeretur in herba. Illud idemtidem inculcabat, *hanc hæreſeos eſſe naturam, ut ea, niſi initio opprimatur, incautos mox opprimat.* Verus nimis vates, ut qui poſtea cum iiſdem, quibus id toties denuntiaverat, in exilium abire ſit coactus. Verum extorrem Ultrajectini, Amſtelredamenſes, ac poſtremum Amersfurtii læti libenteſque excepere. Vigetque hodie per Bataviam ac Friſiam univerſam nomen ejus & propter eximium pietatis zelum, & ob eruditionem ſingularem: quarum teſtimonia pauca fortaſſe, ſed luculenta, cum Latina tum Teutonica poſteris reliquit; plura multo habituris, niſi quæ verbis docebat, agendo potius quam ſcribendo confirmare maluiſſet. Obiit Amersfurti XVI. Kal. Majas 1590. ætatis LXXXV. ad D. Agathæ, quod monialium S. Auguſtini eſt cœnobium, conditus. Theologiam, Hiſtorias, Concilia & SS. Patres, quoad vixit, ſerio trivit, Græce etiam atque Hebraice doctus. Scripſit de vera Chriſti in terris Eccleſia, Confutationem Anabaptiſticæ hæreſeos, De piarum & impiarum Imaginum differentia & cultu, De ſacrificio Miſſæ, De vera Cœna Domini, contra blaſphemias libelli, cui titulus, *Ruina Rom. Eccleſ.* De origine condemnationis & juſtificationis, Catechiſmum Catholicum contra Heidelbergenſem, & alia.

Bartholomæus a Martyribus, Luſitanus, monachus Dominicanus, ob ſingularem doctrinam cum pietate conjunctam, Regis Luſitaniæ ſtudiis magiſter præfuit, & renuntiatus Archiepiſcopus Bracarenſis. Tridentinæ Synodo cum laude interfuit, ſcripſitque Latine *De officio Epiſcopi & Sacerdotis.* Cumque poſtea ſponte ſe Archiepiſcopatu abdicaſſet, Vianam ſeceſſit, ubi Collegium Dominicanis excitavit. Alterum item Bracaræ Societatis Jeſu Sacerdotibus condidit, obiitque an. 1590.

Henricum Gravium, Doctorem S. Theologiæ Lovanienſem Sixtus V. Pont. Max. acer ingeniorum & morum æſtimator, Bibliothecæ Vaticanæ præfecit. Et vero Lovanienſium Theologorum doctrinam ac fidem Romana Sedes non ſemel eſt experta; præter Gravium noſtrum, Adrianum VI. Pighium, Lindanum & tot alios, ſileo Viros illos illuſtres ab hac Academia miſſos ad Synodum Tridentinam. Henrico pater fuit Bartholomæus, Typographus exactus. Valetudine uſus imbecilla, Romanum aerem ferre non potuit, obiitque quinto ab adventu menſe, Vaticano in palatio, magna doctorum omnium luctu an. 1591. Exſtat ejus laudatio funebris à Jacobo Janſonio, doctore Theologo, edita. Opus ejus Catecheticum, aliaque Romæ (plagio, an aliter) perierunt. Tumulus in Urbe ad S. Mariam de Anima, quæ Germanorum ac Belgarum eſt baſilica, viſitur, hac inſcriptione: *D. O. M. Henrico Gravio eximiæ probitatis ſpectataque eruditionis viro, quem poſt quattuor luſtrorum in florentiſſima Lovanienſi Academia S. Theologiæ publicam profeſſionem, Sixtus V. Pont. Max. inſignis eruditionis ergo Romam evocavit, Gregorius XIV. in Pontificiam aulam excepit, ſed amplioribus dignum honoribus Chriſtus in cælum evexit, die* 11. *Aprilis anno* 1591. *ætatis ſuæ* 45. Charus fuit Caraffæ, Borromæo, Columnæ, Cuſano, Cardinalibus; & in primis Cæſari Baronio. Scripſit Notas in tomum VII. B. Auguſtini, in quibus meminit non ſemel Commentarii ſui quem meditabatur, Rerum Donatiſticarum.

Henricus Gravius, cognomento Vermolanus, patria Gravienſis (quod opidum eſt in *Brabantiæ* Geldriæque confinibus, Moſæ flumini adſitum) priori fuit doctrina nequaquam inferior. Is diſertus admodum atque in Sanctorum Patrum ſcriptis apprime verſatus, perituſque linguarum, poſt Victorium Marianum, in omnes Sancti Hieronymi Epiſtolas pereruditum ſcripſit Commentarium; Cypriani inſuper ac Paulini Nolani opera inſtauravit, Notiſque illuſtravit. Vita deceſſit Neomagi ad Vahalim Fl. Dominicanorum ſodalium Præfectus, anno 1555.

Anto-

Antonius Carafa Neapolitanus, Pauli IV. Gentilis ſui, Cubicularius, ad S. Petrum in Vaticano Canonicus, Guilielmum Sirletum Præceptorem, in Græcis præſertim, habuit. Poſt Pauli IV. obitum, in communi Carafarum caſu, ex Urbe diſcedens, animo infractus, ad virtutis ac doctrinæ ſtudium ſibi fortius incumbendum ratus, Patavium ſe contulit, legum ſtudio operam navaturus: eoque confecto, in Brutios abiit. Sed a Pio V. revocatus, & annum agens triceſimum in S. R. E. Senatum lectus, Bibliorum ſacrorum correctioni, Tridentini item Concilii interpretationi præficitur. Bibliothecarius deinde Apoſtolicus à Gregorio XIII. creatus, Romæ demum anno 1591. deceſſit, à Franciſco Bencio in funere laudatus. Defunctum amici in æde S. Silveſtri, in monte Quirinali, condiderunt, paucis his verbis pro epitaphio (quaſi ſolo nomine audito cetera viri maximi ornamenta ſeſe proderent) adſcriptis: *Antonii Carafa S. R. E. Presbyteri Cardinalis.* Fuit Antonius linguæ Græcæ inprimis peritus, è qua Latine reddidit *Catenam veterum Patrum in Cantica Veteris ac novi Teſtamenti; Commentaria Theodoreti in Pſalmos, aliorumque auctorum in Pentateuchum; Gregorii item Nazianzeni orationes* aliquot. *Biblia LXX. Interpretum*, additis Scholiis, & Juris Canonici textum Gregorii XIII. juſſu emendavit. *Joannis Caſſiani, & Heliæ Cretenſis* opera ab infinitis mendis expurgavit: *Gregorii Magni* Epiſtolas per locos communes digeſſit; *Decretales*, item *Pontificum Romanorum epiſtolas* tribus tomis evulgavit. In colligendis denique Conciliis œcumenicis Græcis ac Latinis, priſtinoque candori reſtituendis, quæ ex editione Romana apud eruditos omnes in pretio ſunt, maxime adlaboravit.

Andreas Honus, Brugenſis, Græcarum litterarum Duaci Profeſſor, Vir amœnus in utroque ſcribendi genere; cui nec aſſurgit oratio nimis, neque humi repit. Latine reddidit Græcorum Horologium, Menologium & Euchologium minus, Notiſque illuſtravit. Ezechielem Prophetam paraphraſi poetica illuſtravit; denique opus utile & accuratum molitus eſt, *Hiſtoriam ſacro-profanam*, & alia plura. Floruit circa an. 1594. Occubuit octogenario major.

Gaspar Sanchez, Granatenſis, Philoſophicas & Theologicas litteras in Societate Jeſu didicit, ac profeſſus fuit. Exinde totum ſe ad verbum Dei populis prædicandum contulit, & in eo nomine triginta amplius annis, partim Granatæ, partim Madriti & Toleti, non minus feliciter, quam conſtanter perſtitit. Toleti demum anno Chriſti 1591. ætatis quinquageſimo octavo, vivere deſiit. Exſtant tomi duo *Concionum* ex ejus Adverſariis à Franciſco Labata concinnati, typiſque cum in Hiſpania, tum in Italia excuſi. Fuit & alter *Gaſpar Sanchez* patria Navarrus, ejuſdem Societatis presbyter, qui Madriti anno 1609. obiit. Ab hoc poſteriore ſunt evulgatæ *Phraſes Ciceronianæ*, itemque Hiſpanico ſermone *Theſaurus ſpiritualis Miſſæ.*

CXXIV. Guilielmus Baldesanus Doctor Theologus & Canonicus Taurinenſis *Stimulum virtutum* in gratiam adoleſcentum Chriſtianorum libris tribus complexus fuit, quos ex Italico Latine redditos, & Coloniæ 1594. editos avide ut legerent adoleſcentes prorſus ſuadebat *Aub. Miræus. Philippus* tamen *Alegambe*, in ſua Bibliotheca Scriptorum Soc. Jeſu, adſcribit hunc tractatum *Bernardino Roſſignolio*, conſpicuæ virtutis & doctrinæ viro.

Jacobus Vivecus, natione Polonus, patria Vagobrecenſis, Soc. Jeſu Theologiæ Doctor, Latinis, Græcis, atque Hebraicis litteris probe excultus, in Polonia ac Tranſilvania, cum voce, tum ſcriptis contra hæreticos fortiter rem geſſit, ac demum Cracoviæ, anno milleſimo quingenteſimo nonageſimo ſeptimo, magna Sanctitatis opinione, expiravit. Scripta ejus apud Ribadeneiram & Philippum Alegambe reperies.

Antonius Havetus, Atrebas, S. Theologiæ Doctor, Vir prudentia & pietate ævo ſuo inter Dominicanos famoſus, primus Epiſcopus Namurcenſis, à ſacris Confeſſionibus fuit Mariæ Auſtriacæ Hungarorum Reginæ, cui Ferreolus Locrius refert eum dedicaſſe opuſculum *De ſtatu Belgii.* Synodum diœceſis ſuæ ab eo celebratam excudit Lovanii Joan. Bogardus an. 1571. Obiit Namurci an. 1578. in D. Albino conditus.

Andreas Fabricius, Leodius, Philoſophiam & Theologiam Lovanii ad S. Gertrudem docuit. Poſtea Romam evocatus per ſeptennium Oratorem egit Pio V. Hinc adſcitus in conſilium à Bavariæ Ducibus, ab iiſdem donatus fuit ampliſſima Eccleſiæ collegiatæ Præpoſitura Veteris Oetingæ, ubi diem ſupremum clauſit, an. 1581. Ab illo prodiit *Catechiſmus Romanus* Notis illuſtratus. Item *Harmonia Confeſſionis Auguſtinianæ*, quod opus Evangelicæ doctrinæ conſenſum pulchre declarat.

Franciscus Ribera, in Hiſpania apud Caſtellanos natus, cum eſſet Doctor Theologus, Latinæ, Græcæ, atque Hebraicæ linguarum peritiſſimus, anno ætatis tertio & triceſimo in Societatem Jeſu admitti petiit, & obtinuit. Scripſit inſignes *Commentarios in Prophetas XII. minores, In Apocalypſim Joannis*, & *in Epiſtolam Pauli ad Hebræos.* Exſtant ejuſdem libri quinque *De templo Salomonis*, & his quæ ad templum pertinent. Hiſpano denique ſermone *Vitam S.*

*Theresiæ*, quæ superiore sæculo Carmelitarum ordinem ad pristinam disciplinam revocavit, & cui is à sacris Confessionibus fuerat, posteris legendam reliquit. Obiit Salmanticæ anno Christi 1591. ætatis 57.

Joannes Stephanus Durandus, Senatus Tolosani Præses, libros tres *De ritibus Ecclesiæ Catholicæ* pereruditos 1591. publicavit.

CXXV. Joannes Antonius Valtrinus, Soc. Jesu, natione Italus, patria Senensis, candidi vir ingenii, multæque eruditionis, Sacras Romæ litteras decurso studiorum curriculo publice professus, scripserat adolescens, dum Eloquentiam profiteretur, sibi (ut ajebat) & Musis, *De re militari veterum Romanorum* libros septem, ab ipsis etiam æmulis laudatos: quos olim sibi ablatos invitus typis evulgatos inaudivit. *Annuas* ad hæc *litteras Societatis anni* 1581. & 1582. Superiorum jussu conscripsit. *Vitas* item compendiose *B. Stanislai Kostca*, & *Ludovici Gonzagæ*, si non edidit, Italice tamen conscripsit, uti & Inventionem SS. Patricii, Eutychii, Victorini, Flaviæ & Sociorum Martyrum. *Commentaria* ipsius *in librum Job*, servantur Romæ Mss.

Antonius Genardus, Canonicus Leodicensis ad S. Lambertum, S. Theologiæ Professor, ac pravitatis hæreticæ Inquisitor, Concilio Tridentino interfuit. Edidit *Ritum celebrandi SS. Missæ Officium*, juxta morem diœcesis Leod. Adjecit poema *Hildeberti* Cenomanensium Episcopi *De Officio Missæ*, antea non editum. Obiit an. 1595. ætatis 73.

Antonius Florebellus, Mutinensis, præter *Vitam Jacobi Sadoleti*, scripsit *De auctoritate Ecclesiæ*. Item *De restituta in Anglia Religione*. Insuper *Ad Germanos de concordia*. Quæ omnia partim Coloniæ & Lugduni, partim Lovanii sunt edita.

Laurentius Arturus Natione Anglus, cum in Germania litteris operam daret, animum ad Societatem Jesu applicuit. Theologico studiorum curriculo Romæ confecto, in Poloniam à Superioribus suis missus, contra hæreticos illo in regno cum voce, tum libris editis (quorum series apud Ribadeneiram exstat) fortissime rem gessit. Obiit Villæ 1591. anno etiam fatali viris doctrina famosis, *Michaeli Barth. Salon*, Doctori Th. Valentino, qui Hispano sermone posteritati dedit vitam Thomæ à Villanova; *Theodoro Rullio*, *Stanislao Warsanicio* & *Franc. Balcario*.

Stanislaus Socolovius Polonus, Canonicus Cracovienſis, & Ecclesiastes Stephani Battorii Poloniæ Regis, scripsit varia, quæ junctim Cracoviæ 1591. fuerunt edita.

Alfonsus Orozco, Hispanus, de quo supra C. 123. eloquentia variarumque scientiarum cognitione clarissimus, Carolo V. Cæsari, & mox Philippo ejus filio gratissimus à Concionibus & Consiliis fuit. Apud hunc quidem tanti erat ejus sanctitas, ut magni momenti negotia aggressurus, semper voluerit prævia ejus benedictione muniri, eamque, debellaturus Lusitaniam, flexis ab illo genibus postulaverit; ejus denique continuo & latus & alloquium affectarit. In carne spiritui subigenda fuit asperrimus, in oratione continuus, in sacrificio offerendo purissimus; quod ipsum, dum multitudine occupationum impeditus offerre non poterat, epulo sacro (non semel) ipsius Christi manibus, sæpenumero autem opera Internuntii spiritus delato, pascebatur; nec unquam eum ab hoc lethale delictum arcebat, quod, Confessariorum testimonio, nunquam commisit. Spiritu Prophetiæ clarus multa prædixit, plurimaque, à Deipara jussus scribere, Latino & nativo sermone evulgavit. Tandem meritorum & dierum plenus, *Mantuæ Carpetanorum* virginem animam Virginum Sponso tradidit, ubi magna populi devotione colitur, Deo indies servi sui sanctitatem miraculis confirmante. Ejus exstant opera plurima tum Latine tum Hispanice conscripta, quæ enumerantur à Thoma Gratiano in Anastasi sua. Ædificavit Talaveræ in Carpetanis, opido agri Toletani, cœnobium suis Religiosis an. 1566. Inter ejus scripta celebratur Historia sui Ordinis, in qua recensentur multa de B. Augustino, de S. Monica, de S. Nicolao, quæ non solum Augustinianam familiam, verum etiam Christianum nomen admodum decorant. Fuit contemptor Mitrarum sibi sæpius oblatarum à Philippo II. Cujus etiam vitæ sanctitatem Sereniss. Princeps Isabella præclaris ad Paulum V. Pont. Max. litteris comprobavit: cui nimirum, dum juvencula, illius fuerat pœnitens. Defunctum Sodales, decreto Gaspari Quirogæ Card. & Archiepiscopi Toletani, sub ara majoris sacelli, in collegio S. Augustini, cui præfuerat, Madriti deposuerunt; indeque postea ad tumulum splendidiorem an. 1623. transtulerunt, hac inscriptione addita: *Alphonsus Orozco, cui vix notus mundus, cum ignotus, magni Patris verus Eremita, Caroli Augusti & prudentissimi Philippi igneus Ecclesiastes, virtutum omnium, maxime humilitatis, pœnitentiæ, orationis, mansuetudinis, misericordiæ spirans columna, cœlestibus libris mortuus adhuc expugnans vitia, Vates, cœlis homo, hominibus Deus; liliata spolia, meliore sui parte vere vivens, in hac æde reliquit, ætatis* 91. *Septemb.* 19. *an.* 1591. *à Primate sub altari primo velut sancta, non lacrymis, sed cantu deposita, post triginta annos integra huc legitime translata, anno* 1623. Famulum suum Deus, etiam in sæculo degentem miraculis quamplurimis illustravit.

Alphon-

Alphonsus a Mendozza, Eremita Auguſtinianus, Salmanticæ Cathedræ Scoti Profeſſor ac Poſſeſor, huic propter ingenii acumen æquandus: quod abunde probant ab illo edita *Quodlibeta*, aliæque Theologicæ relectiones publicatæ. Obiit an. 1593. immature, cum jam Archiepiſcopus regni Granatenſis eſſet deſignatus.

Augustinus de Trinitate, Luſitanus, Eremita Auguſtinianus, apud Toloſates anno 1595. ſcientia & ingenio floruit, ibique Academiæ Rector, & S. Th. Profeſſor qui etiam doctiſſima in *D. Thomam & Magiſtrum ſententiarum* edidit *Commentaria*, Theologicæ facultati utiliſſima.

Augustinus Fivizanus Italus, Sacrarii Apoſtolici Præfectus, ſummis Pontificibus Gregorio XIII. & Clementi VIII. à Confeſſionibus, fuit ordinis Vicarius Generalis Apoſtolicus, & Xenodochii S. Spiritus Romæ Adminiſtrator, aliquos libros ſcripſit, quos citat Gratianus in ſua Anaſtaſi. Obiit 1595.

CXXVI. Antonius Marsilius Columna, Bononienſis, Archiepiſcopus Salernitanus, ſcripſit Commentarium *De Eccleſiaſticorum reditnum origine ac jure*, Venetiis 1537. & 1588. in 4. excuſum.

Arnoldus Mermannus, Flander Aloſtanus, Ord. Minorum Theologus, variis apud ſuos officiis, cum Provincialis, tum Definitoris ac Lectoris, aliiſque præclare obitis, varia quoque ſcripſit, fidei orthodoxæ propugnandæ, cæremoniiſque Eccleſiaſticis, atque imaginum ſacrarum cultui à Novatorum morſibus vindicandis utilia, antiquitatis Eccleſiaſticæ ſtudioſis jucunda, vacillantibus & dubiis in officio continendis idonea, erroneis in viam reducendis neceſſaria; ſcil. *Theatrum converſionis Gentium*, ſive Chronologiam vocationis omnium populorum ad religionem Chriſtianam, Antverp. 1563. & 1572. typis Plantin. *De Rogationibus, Peregrinationibus, Hymnis & ſolemnibus Supplicationibus* libros III. Orationem *De fugienda conſuetudine Hæreticorum. De hæreticis accuſandis & deferendis. De purgatorio. Davum perduellem*, ſive *Rerum publicarum perturbatorem*, & alia. Obiit Lovanii an 1578.

Jacobus Ledesma, Hiſpanus, vir fuit ingenio, doctrina morumque ſanctitate nobiliſſimus. Eum Societas Jeſu in familiam recepit cum ætatis annum ageret circiter 33. Romæ controverſas de fide quæſtiones contra hæreticos enodavit; Divum Thomam explicavit: Romani Collegii ſtudiis præfuit. Anno Jubilæi, quem Gregorius XIII. celebravit, cum maximus ex univerſo orbe Chriſtiano Romam fieret concurſus, ne Confeſſarii Societatis à Confeſſionibus audiendis diſtraherentur, & variis conſcientiæ quæſtionibus diſſoluendis implicarentur, unus Ledeſma conſtitutus eſt, qui omnium vices ſubiret & ſingulorum peregrinorum dubitationibus ſatisfaceret. Quod dum egregie præſtat, ad tranquilliorem vitam translatus eſt anno eodem Jubilæi 1575. Scripſit *Ethicen* ſive *Philoſophiam & Theologiam de moribus. De Divinis ſcripturis, quavis paſſim lingua non legendis*: ſimul & *De Sacrificio Miſſæ, cæteriſque Officiis in Eccleſia Chriſti, Hebræa tantum, Græca aut Latina lingua celebrandis*, & alia quæ in ſua Bibliotheca recenſet *Alegambe*, partim edita, partim quæ nondum lucem aſpexerunt.

Nicolaus Bobadilla, Hiſpanus, fuit unus è decem primis Soc. Jeſu Patriarchis. Per omnes fere partes Europæ reliquit ardoris ſui in animabus lucrandis luculenta veſtigia, ubique cultus ut Pater propter ſanctitatis & eruditionis exiſtimationem, ac venerandam canitiem; fatiſcentibus per ætatem crebroſque morbos corporis viribus, Lauretanam ſibi quietis mortiſque ſedem, elegit. Ibi poſtremus ſociorum S. Ignatii an. 1590. à confirmata Societate quinquageſimo, prope octogenarius deceſſit. Scripſit *De Chriſtiana Conſcientia*. Complures ejus Libellos, *De reſtituenda in Germania Religione*, necdum lucem vidiſſe putat Philippus Alegambe.

Hermannus Thiræus, Germanus, Noveſii in Ubiis natus eſt, anno ſalutis 1532. Deinde, cum Romæ Collegii Germanici, ex primis eſſet alumnus, Societatem Jeſu expetivit, & in eam à Sancto Ignatio admiſſus eſt anno 1546. Roma Ingolſtadium profectus, ea in Academia aliquot annos docendo Theologiam poſuit. Tum propter egregiam prudentiam, cum inſigni religione conjunctam, ad alios gubernandos deſtinatus, Collegii Trevirenſis & Moguntini Rector fuit, Archiepiſcopis illarum civitatum mirum in modum gratus, à quibus ad magnas res gerendas adhibebatur. Provinciæ item Rhenanæ Præpoſitus Provincialis fuit. Tandem Moguntiæ apoplexia prope ſexagenarius extinctus eſt anno 1591. Magno totius civitatis luctu. Scripſit Latine, & Germanice librum *De religionis libertate*. Collegit & *Sex millia dubiorum de Confeſſione Auguſtana*, & *Duo millia irregularitatum quibus Lutherani Prædicantes implicati tenentur*. Sed uterque foetus propter mortem parentis in lucem editus non eſt.

Joannes Bap. Romanus, natione Ægyptius, patria Alexandrinus, vir fuit pietate ſingulari, & ardentiſſimo animarum zelo, pro quibus multas & bene longas peregrinationes ſuſcepit, labores magnos ſuſtinuit, varia ſalutis diſcrimina adivit, perſecutiones graviſſimas

paſſus eſt. Denique Romæ ceſſit è vita, anno ſalutis 1591. Scripſit Doctrinam Chriſtianam Italice cum iconibus myſteriorum fidei. Item Catechiſmum lingua Hebræa, Arabica, & Maronitica.

Adamus Sasboldus, Batavus, humanioribus literis à Georgio Macropedio Ultrajecti fuit imbutus, Theologiam vero à Joanne Haſſelio & Ruardo Tappero Lovanii hauſit. Demum in Franciſcanorum familiam adſcitus, vixit integer vitæ ſceleriſque purus. Eum ferunt in Cellam ſuam, præter Breviarium ac Biblia ſacra cum manuſcriptis ſuis, nullos alios libros admiſiſſe. Scripſit Tractatum *De Scripturarum ſenſibus*, *Commentaria in Iſaiam*, *Homilias*, & *Conciones III.* ſuper illud Levitici: *Eritis mihi ſancti*, &c. An opus in Epiſtolas Pauli, quod *Sasboldi* nomine circumfertur, *Sasboldi* ſit, an *Joan. Haſſelii*, Theologi Lovanienſis, in controverſo eſt. In medio ſtudiorum curſu præmature fuit ereptus Lovanii, an. 1553. æt. 36.

Damianus Roscius, Bonon. Ord. Prædicatorum Doctor, edidit *de hæreticis agnoſcendis & convincendis*, nec non *de hæreticorum dogmatibus*, &c. libros tres, adjecta *Conciliorum ſumma*, quibus hæreſes ipſæ damnantur, Patavii 1585.

Dominicus Bannes Mondragonenſis. Ord. Prædicatorum, edidit *Scholaſtica Commentaria in primam partem Angelici Doctoris D. Thomæ*, uſque ad 64. quæſtionem, Venetiis 1585.

CXXVII. Ambrosius Moralis, Antonii Moralis Medici F. Cordubenſis, Latine non minus, quam Hiſpane diſertus evaſit: Eloquentiam enim in Academia Complutenſi publice eſt de ſuperiore loco annos aliquot profeſſus, & Gymnaſii Regii Præſes, nobiles adoleſcentes optimis & moribus & diſciplinis imbuit. Regius item Hiſtoricus totam pene, Regis Catholici juſſu, obiens Hiſpaniam, omnes Bibliothecas templorumque archiva, pluteos ac ſcrinia excuſſit, quo Hiſtoriam à *Floriano Ocampio* incohatam continenter ad exitum adduceret. Vita deceſſit anno 1592. Ingenii autem fœtus hos tomis tribus Hiſpanice edidit. *Annales Hiſpaniæ à Floriani fine ad Theodoſii uſque Imperatoris tempora*; inde mox *ad occupatam à Mauris Hiſpaniam*; rurſum *ab Hiſpaniæ inſtauratione ad Ferdinandi III. tempora*. Scripſit & *De Hiſpaniæ antiquitatibus*. *Genealogiam* quoque *S. Dominici*. Item *De SS. Juſto & Paſtore*, Complutenſis eccleſiæ Patronis. Verumenim vero, ut in Chronicis mire deceptus eſt *Ocampius* per *Beroſum*, cæteroſque ſuppoſititios libellos *Annii Viterbienſis*; ſic & qui hiſtoriam ejus pertexuit, *Ambroſius Moralis*, labitur non raro: præſertim cum veteres Rom. inſcriptiones, quæ in Hiſpania viſuntur plurimæ, explanare conatur. Ut vel tricies in uno marmore veruſtiſſimo, quod Barcinone ſpectatur, impegiſſe deprehendatur.

Josenius Stephanus, Valentinus Hiſpanus, Epiſcopus Oriolanus, obiit anno milleſimo quingenteſimo nonageſimo ſecundo. Exſtat ejus liber eruditus ac perutilis *De unica Religione*, contra eos qui religionis, ut vocant, libertatem inducere tentant: item *Commentarii in libros Machabæorum*, *ad capita quatuor priora*, typis Oriolæ evulgati, quos ad exitum perducere mors immatura non permiſit.

Hieronymus Platus, Mediolanenſis, Claudio Aquavivæ, Præpoſito Generali Soc. Jeſu, à Latinis litteris ſcribendis fuit. Quam provinciam, dum egregie ſuſtinet, & Novitiorum curam Romæ gerit, ad meliorem vitam evocatur, anno ſalutis 1592. ætatis circiter quadrageſimo ſexto. Præter libros tres *De bono Statu Religioſi*, qui in omnium ſunt manibus, ſcripſit *De Cardinalis dignitate & officio*, ad fratrem ſuum Flaminium Platum S. R. E. Cardinalem, Romæ apud Facciottum 1602. in 4.

Albertus Lascus, Palatinus & Baro Polonus ſcripſit *Epiſtolam ad novos in Polonia Miniſtros*, *de rebus ad religionem pertinentibus*, Dilingæ 1571. in 8. editum.

Aloysius Lilius, Mathematicus inſignis, ſcripſit librum *De reſtitutione anni & Calendarii Eccleſiaſtici*: ſed neſcio an typis excuſus fuerit; hoc ſcio, hujus libri compendium Romæ 1577. in 4. excuſum fuiſſe, quod poſtea *Gregorius XIII.* examinandum tranſmiſit ad Chriſtianos Principes & peritos Mathematicos.

Albertus Hungerus Doctor Theologus & Procancellarius Ingolſtadienſis. Inter *Orationes*, quas ibidem edidit plurimas, una anno 1582. prodiit de *Homologia* ſive *Conſenſu Lutheri cum Philoſophia Epicuri*.

Georgius Willerus, Bibliopola Auguſtanus, cum ſingulis nundinis Francofurtenſibus magna librorum novorum copia adveheretur, extitit primus author conſcribendorum Catalogorum ab anno 1554. Cumque omnibus inſtitutum hoc valde probaretur, & Catalogorum exemplaria avide expeterentur, ac per omnes provincias longe lateque diſtraherentur, id *Willeri* auſpiciis, & typographico labore *Nicolai Baſſæi* Francofurtenſis, continuatum fuit uſque ad an. 1592. Viſum autem viris aliquot curioſis operæ pretium, ſi omnes editi Baſſæi typis Catalogi in unum corpus alphabetico ordine * colligerentur; quod inſtitutum & abſolutum, & in tres tomos diſtinctum fuit. In primo Hebraice, Græce, & Latine ſcripta continentur, diverſarum materiarum, in certas tamen claſſes diſtributarum. In alterum tomum Germanici libri digeſti. Tertius complectitur Hiſpanice, Gallice & Italice ſcripta promiſcue notata; neque eadem materiarum ſerie velut in prioribus tomis.

* Factum hoc à Georgio Draudio.

Anto-

CXXVIII. ANTONIUS PACCIUS Florentinus, S. R. E. Card. & Pœnitentiarius major, ſcripſit *Homilias XIV.* eruditas ac pias *in verba Conſecrationis*, Bononiæ 1541. in 4. editas. Obiit 1544. Doceor (ut diem dies docere ſolet) *Joſephum Stephanum*, de quo c. 127. *Commentariis* ſuis *in libros Machabæorum* ſubnexuiſſe *Diſputationem de unica Religione*, ad vetus dictum, *Salus populi ſuprema lex eſto*, eruditione multiplici præſtantem.

FRANCISCUS TITELMANNUS, Haſſeleti, quod eſt territorii Leodicenſis oppidum, natus. Ord. Minorum Lovanii Theologus ac Philoſophus notæ famæ, doctrinæ, ac pietatis; quam ubique ſcripta ejus ſpirant, doctis & piis omnibus probata. Carus hic fuit Carolo V. Cæſari, qui fertur eidem fuiſſe auctor, ut in *Pſalmos* ſcriberet Davidicos: & tamen Virum talem Gilbertus Cognatus, Eraſmuſque, eum, *ut juvenem glorioſiſſime loquacem*, perſtringere non erubuerunt. Sed ejuſmodi tum erant tempora, ut qui impudentes Sycophantæ vellicari minime volebant, bonorum & eruditorum opera rimarentur ad calumniam, & velut in auraria trutina penderent. Scripſit *Paraphraſticam Elucidationem in Job*, *In Cantica Canticorum*, *Eccleſiaſten*, *In Pſalmos* omnes *Davidicos*: additis & *Notationibus* in eoſdem ex Hebræo ac Chaldæo. *Elucidationem in Cantica Ferialia*; *In Evangelium Matthæi*; *In Evangelium Joannis*; *In omnes Pauli* & aliorum Apoſtolorum *Epiſtolas*; *Collationes in Epiſtolam S. Pauli ad Romanos*; *De auctoritate Apocalypſeos D. Joannis*; *Summam Myſteriorum Fidei Chriſtianæ*; *Expoſitionem cæremoniarum Officii Miſſæ*; *Meditationes ſacras pro cordis in Deo conſtabilitione*; *De SS. Trinitate*; *Orationem de præmatura morte bonorum*; *Scholia in Arnoldum Carnotenſem De ſeptem Verbis Domini in Cruce.* Obiit Romanæ Provinciæ Vicarius ſeu Prælatus, Anticoli, in agro Romano an. 1553. non ſine ſanctitatis opinione.

LÆVINUS LEMNIUS, patria Zelandus, urbe Zirizæa oriundus, vir fuit ſcribendo diſtinctus, aptus, & ornatus. Arti Medicinæ Sacrarum litterarum ſtudium adjunxit, ad quod *Petrus Curtius*, S. Theol. Doctor, illi auctor & inſtigator extitit, ipſo quoque Lemnio teſte eo libello, quem de Vitæ termino ſcripſit. Doctorem in Medicina ſuum laudat *And. Veſalium*, vixitque familiaris *Remberto Dodonæo*, Mechlinienſi, *Jaſoni Pratenſi*, *Conr. Geſnero*, aliiſque. Rem medicam quadraginta amplius annos apud ſuos factitavit, atque elata uxore ſacris initiatus, Canonicorum ibidem Collegio adſcribitur. Fuit in praxi exercitatus, & omnino felix, comis & affabilis omnibus, ægros ſuos jocis facetiisque, honeſtis tamen, ſæpe non parum recreare ac ſublevare ſolitus. Statura media & quadrata, ſtatu corporis inceſſuque erecto, forma faciei, qualem imago ejus æri inciſa refert, ac fronte ſerena. Scripſit eleganti ac maſculo ſtylo *De occultis naturæ Miraculis* libros quatuor; *De Vita animi & corporis recte inſtituenda*, *De aſtrologia*, quid illa veri, quid ficti falſique habeat lib. 1. *De præfixo ſtatoque vitæ termino*; *De honeſto animi, & corporis obiectamento*; *Similitudinum ac Parabolarum, quæ in Bibliis ex herbis atque arboribus deſumuntur, explicationem.* Vivere autem deſiit in urbe patria anno 1568. ibidemque in D. Lævini Æde primaria ſepultus fuit. Hoc addo, Tractatum ejus *De Habitu & Conſtitutione corporis*, quem libris duobus complexus eſt, omnibus, quibus ſecunda valetudo curæ eſt, apprime neceſſarium eſſe; ex eo enim cuique proclive eſt ad amuſſim cognoſcere corporis ſui conditionem, animique motus.

JOANNES LENSÆUS, Doctor Theologus Lovanienſis, jure optimo laudandus eſt, in quo ut ſolida *Auguſtini* doctrina, ſic & ſuavis *Lactantii* elegantia enituit. Pauci certe hoc viro Theologiæ dogmata purius atque nitidius explicarunt; pauci errores ſectariorum eloquentius atque validius confutarunt. Teſtes libri *De Chriſtiana libertate*, *De Eccleſia*, *De verbo Dei non ſcripto*, *De Purgatorio*, aliiſque religionis noſtræ capitibus hodie in dubium revocatis, conſcripti. Teſtis, inquam, univerſa Controverſiarum ſeries, quam olim in ſcholis dictatam & avide exceptam, neſcio an temporum, in quæ incidimus, injuria atque tempeſtas (cum à Rob. Bellarmino, poſt Cardinale, præventus eſſet) an viri modeſtia ſuppreſſerit. Vir erat Scholis natus, qui decurſo Lovanii, in Falconenſi gymnaſio *Ariſtotelem* explanando, Philoſophiæ ſtadio, primum in Parcenſi Præmonſtratenſium Abbatia ad urbem Lovanienſem, poſt in Academia ipſa, *Aug. Hunæo* defuncto, publicæ profeſſioni & concertationum exercitationi admotus, à frequenti auditorum concurſu applauſum aſſidue meruit. Bellum profecto *Belliolum*, obſcurus alias Athenſis apud Hannones agri vicus, hoc tanto alumno ejuſque fratre *Arnoldo*, quem editis pridem typis Plantinianis *Geometricorum Euclidis elementorum rudimentis*, Dux Moſcoviæ, ob Medicinæ ac Mathematices peritiam ſingularem, Antverpia evocavit, & valetudinis ſuæ, liberali ſtipendio, rationem habere juſſit; ubi & urbe Moſcua à Tartaris incenſa, poſt periit. *Joannes* Lovanii perpetuo hæſit, obiitque Regius Theologiæ Profeſſor, poſtridie Kal. Julii, an. 1593. annos vix natus duos & quinquaginta, ſibi ipſi quidem ſatis fortaſſe longævus, auditoribus vero ſuis intempeſtive nimium ereptus, quos nimirum vigenti adhuc ætate, vir juvandis aliorum ſtudiis natus, erudire potuiſſet. Moriens *Joanni Clario* collegæ lucubrationes ſuas nondum editas commendavit, qui eidem in profeſſione ſuccenturiatus, tres ejus *De Fide*, *Spe & Charitate* libros poſthumos evulgavit.

Augerius Gislenus Busbequius, Nobili & pervetusto *Busbequiorum* apud Flandros genere, Cominii (unde *Philippo Commæo*, Historicorum nostratium principi, cognomen) natus, adolescens Venetiis *Joanni Bapt. Egnatio*, post Patavii & Bononiæ aliis doctis hominibus, in eloquentiæ studiis, operàm dedit. Ætate grandior à *Ferdinando I.* Augusto, opera *Petri Vanderani* Belgæ Juris utriusque Doctoris (qui tum illi à secretis erat, quique postea *De privilegiis creditorum scripsit*) Viennam Austriæ evocatus, huic ipsi & *Maximiliano* filio, in Republica gerenda, ita se probavit, ut nullius fere magis consilio ac prudentia Cæsares niterentur. Hujus etiam Augustos liberos, *Matthiam*, *Maximilianum*, *Albertum*, & *VVenceslaum*, optimis moribus informavit. Cumque in omni administrationis genere excelleret, tum vero in Legationibus enituit; quibus compluribus magna cum gloria ad summos Principes assidue functus est. Harum illæ in primis insignes fuere, *Constantinopolitana* & *Amasiana*, quas etiam Epistolis quattuor perelegantibus descripsit, & *Nic. Micaultio*, amico veteri ac studiorum multos annos in Italia socio, dicavit. Nec otiosa illa profectio: nam & animantium Orientis naturas, veteresque inscriptiones, ut *Ancyranam*, quam cum *Andr. Schotto* suo, tunc contubernali, & herbarum naturas, quas cum *Andr. Matthiolo* communicavit, investigando cognovit. Cum & plurima, cum Græca tum Latina, in membranis calamo exarata volumina, media in Græcia studiose collecta, in Cæsarum Viennæ bibliothecam intulit: quæ ibidem hodieque summo studio adservantur. Rei etiam bellicæ cognitionem usu atque observatione adeptus, salubre *De Turcico Bello Consilium* posteritati transscripsit. Byzantio reversus, Isabellam Austriam, *Carolo IX.* Regi Christianissimo nuptui datam, in Galliam duxit, ejusque aulæ Præfectus, & post *Rudolphi* Cæsaris Legatus ibidem exstitit. A quo jam septuagenarius cum semestre spatium, ut patriam, amicos avitumque inviseret hæredium, impetrasset; per Normanniam bellis civilibus impeditam, Belgium versus iter instituit. Dumque in vico Callia hospitatur, violenta militum manus ex arce vicina, nocte intempesta, hospitium irrumpens, senem rapit, & equo impositum abducit. Ille quiritare vim sibi fieri, prædam contra jus gentium de Legato agi: nec Præfecti Rotomagensis (ut prædones jactabant,) sed rapinæ caussa, scrinia sua auferri. Qua animi magnitudine territi, scriniis, tabulisque illæsis, eum diluculo integrum restituunt, maleque conscii diffugiunt. Consolatur per litteras Præfectus, seque crimen ulturum promittit. At ille, quietem se magis animi, quam injuriæ vindictam postulare, ut erat generosus, respondet. Jam tum enim lethalem ægritudinem præsagiens, in vicinas ædes matronæ lectissimæ, Toparchæ Maillocensis, ad fanum Germani deferri se jubet: ubi undevicesimo post die, anno 1592. vita decessit, magno sui bonis doctisque omnibus, quos foverat, relicto desiderio. Ejus *De vera Nobilitate* liber, utinam compareat.

CXXIX. Sufridus Petrus, Leovardiæ apud Frisios natus, dum Lovanii versatur, juvenis Erfordiam Turingorum, instaurandæ Academiæ jam collapsæ, & ab *Eobano Hesso* inquinatæ, evocatur. Hic linguæ utriusque Doctoris personam annos aliquot sustinuit, & *De Græcarum litterarum laudibus* Orationes quinque conscripsit. Domum reversus, à *Viglio Zuichemo* Præside, doctrinæ nomine, *Anton. Perenotto* Cardinali commendatus, à Bibliotheca illi fuit. Aulici pertæsus otii, ducta uxore Lovanium revertit, & Jureconsultus, una cum *Francisco Schotto*, *Andreæ* fratre, urbis Antverpianæ clarissimo Senatore, renuntiatus, Orationem *De Rom. legum præstantia* edidit. *Theodorico Langio*, in Collegio trilingui Buslidiano, fessa ætate ac morbo languente, vicariam illi operam in Græcis auctoribus exponendis præstitit: vertitque *Plutarchi* varia, ut *De liberis educandis*, additis Scholiis, ut *De Iside, & Osiride*. *Athenagoræ item pro Christianis ad Aurelium Imp. Legationem*, de Græco Latinam à se factam, docto ac laborioso Commentario explicavit. Ecclesiasticæ veteris historiæ scriptores *Eusebium*, *Sozomenum*, aliosque ad Græcos fontes revocando, *Joannis Christophorsoni* versionem Notis illustravit. Gliscentibus jam magis magisque Belgicis tumultibus, ut erat tranquillitatis amans, Coloniam Ubiorum secessit. Hic *M. Tullium* ad veterum codicum fidem excutiens, Officia cum adjunctis edere, & castigationibus, post *Car. Langium*, meliora reddere cœpit. Uxorem ubi extulit, sacris initiatus, ad XII. Apostolos Canonicus, & gymnasii, quod à Coronis nomen accepit, moderator fuit. A Frisiæ Ordinibus Historicus appellatus, stipendioque annuo ornatus, Originem, Colonias, Nobilitatem, Libertatem, ac Scriptores Frisiæ litteris consignavit. Gratus, dum vixit, non privatis modo viris exstitit, sed & Pontificibus, *Gregorio XIII.* ac *Sixto V.* Cardinalibus item, *Palaotto*, *Carafa*, *Santorio*, & Principibus variis, quibus placuisse, laus est, ut ait ille, non infima: qui & frequentes ad illum litteras dabant. Moritur Coloniæ fere septuagenarius, aqua inter cutem sedente, mense Februario anno 1597. qui annus epidemica lue infamis, multa civium millia desumpsit.

Guilielmus Alanus, (de quo sup. c. 76.) nobili genere Lancastriæ in Anglia natus, primum Eboracensis, postea Remensis Canonicus, & Doctor Theologus, una cum Thoma Stapletono, Duaci in Flandria creatus, ibidem publice sacras litteras professus fuit: qua in urbe Philippus II. Rex Catholicus 1562. Academiam excitarat. Et quia multi Anglorum Catholicorum filii eo concurrebant, Alanus à piis aliquot viris adjutus, primus

hic

hic Seminarium inſtituit, in quo juvenes alerentur, qui Catholicum nomen in Britannia conſervarent, & amplificarent. Conſilium iſtud Gregorio XIII. Pontifici, & Philippo II. Regi placuit, qui amplis proventibus annuis Seminarium iſtud, ſummo Eccleſiæ bono, foverunt, & dotarunt: quod quidem poſtea, rebus in Belgica turbatis, Remos translatum fuit: ſed inde poſt aliquot annos eductum, hodieque Duaci mirifice floret. Anno 1580. cum Eliſabetha Angliæ Regina ſeverum edictum contra Seminarii iſtius & aliorum Collegiorum alumnos publicaſſet; Alanus inſignem *librum apologeticum* pro iis ſcripſit, ut & alterum *pro Martyribus Anglicanis*. Scripſit item *De Sacramentis in genere; De Euchariſtia*; *De Indulgentiis*; *De Purgatorio*, & alia, partim Duaci, & Antverpiæ, partim Romæ, & Venetiis edita. Virum porro optime de Eccleſia meritum Gregorius XIII. Romam ad novum Seminarium in Urbem ſtabiliendum evocavit, & Sixtus V. deinde Cardinalem ac Bibliothecarium Apoſtolicum creavit. Archiepiſcopus demum Mechlinienſis deſignatus, cum annis & laboribus fractus eſſet, Romæ 1594. deceſſit, ſepultus ibidem in Baſilica SS. Trinitatis, quæ eſt nationis Anglicæ.

Franciscus Bencius, apud Italos in opido Aquapendente natus, Poeta & Orator egregius fuit, ut M. Antonii Mureti diſcipulum poſſis agnoſcere. Antequam in Societatem Jeſu aſſumeretur, *Plautus* vocabatur. Ut erat quodam naturæ quaſi impulſu ſtudiis humanioribus deditiſſimus, in Romano Collegio annis permultis eloquentiam feliciter profeſſus fuit, ubi & multo virtutum odore vita tota diffuſo deceſſit anno 1594. ætatis quinquageſimo ſecundo. Defuncti locum *Andreas Schottus* Antverpianus cum laude excepit. *Bencius* porro, præter *Orationum ac Poematum* volumina duo, poſteris reliquit tomos quattuor *Annuarum litterarum de rebus Societatis*, & heroico poemate *Quinque Martyres è* Societate Jeſu in India. Fuſe diſerteque deſcripſit laudes ejus *Famianus Stradа*.

Prosper Rossettus, Florentinus, Ord. Servorum B. Mariæ, Doctor Theologus & Profeſſor in Academia Piſana, ſcripſit *Commentarios in Cantica Canticorum*, 1594. Venetiis in 4. evulgatos.

Joannes Osorius Hiſpanus, patria Burgenſis, ex oppido Villaſandino, Soc. Jeſu Eccleſiaſtes eximius, obiit Methymnæ anno 1594. ætatis quinquageſimo ſecundo. Ut ſtylo poſteris prodeſſet, ſicut præſentibus voce profuerat, Tomos quinque *Concionum* luce publica donavit, in Hiſpania, in Belgio Antverpiæ, in Gallia Pariſiis, in Germania Coloniæ, in Italia Venetiis pluries recuſi. Illi quoque tribuuntur *Commentarii in Eccleſiaſtem*.

CXXX. Petrus Michael, cognomento *Brilmakerus*, Coloniæ Agrippinæ natus, in Societate Jeſu ſuos & alios Rhetoricen ac litteras Hebræas docuit. Inter alios diſcipulum in Hebræa lingua habuit *Joannem Maldonatum*, ſuum in Theologicis Lutetiæ doctorem. Annis ſex Rectorem Spiræ, & totidem Monaſterii in Weſtfalia egit. Sed dum hæreticos voce ac libris (quos Ribadeneira recitat) fortius urget, ab illis per ſpeciem amicitiæ ad menſam invitatus, ſemel atque iterum venenum incautus hauſit: quo tandem Moguntiæ exſtinctus eſt, anno ſalutis 1595. ætatis quinquageſimo tertio. Germanice fuit, Latine, Hebraiceque facundus; Græca vero Gallicaque lingua mediocriter inſtructus. Celebratur ejus *Quiddiotheta*, qui liber eſt integræ Bibliothecæ loco, de univerſis Chriſtianæ fidei dogmatibus tractans, ut facile poſſit agnoſci, vera fides ubi ſit.

Hieronymus Pradus, Hiſpanus, patria Biacenſis, diœceſis Gienenſis, Soc. Jeſu Theologus, primum in Academia patria litteras humaniores, poſtea Cordubæ Sacras, magna cum laude, auditoribus undique confluentibus, tradidit. Scripſit eruditum *Commentarium in Ezechielem Prophetam*, & eam maxime partem explicuit, qua templi Salomonici fabrica & opulentia minutatim ab eodem Vate deſcribitur. In qua illuſtranda ſocium habuit *Joannem Baptiſtam Villalpandum*, ſuum inter alios diſcipulum. Atque huic quidem operi cum annos quindecim Pradus impendiſſet, ex Hiſpania Romam ſe contulit, ad eam rem penitius excutiendam, & cum Mathematicis, Architectis, aliiſque artificibus idoneis communicandam. Ubi, dum ſtrenue laborat, operi ſuo immoritur die 13. Januarii, anno ſalutis 1595. ætatis quadrageſimo octavo, lampade Villalpando tradita, qui incohatum opus perfecit. Ejus liber perutilis *Sacrarum phraſium*, *ſacraque Chronologia*, nondum prodierunt.

Barnabas Brissonius, (de quo ſupra cap. 123.) Præſes Senatus Pariſienſis, ſcripſit libros tres *De Regio Perſarum Principatu*, quos Commelinus 1595. publici Juris fecit.

Nicolaus Remigius, Ducis Lotharingiæ Conſiliarius, ſcripſit libros tres *Dæmonolatreiæ*, Lugduni 1595. in 4. editos.

Arnoldus Wionus, Duaci in Gallo-Flandria 1554. natus, adoleſcens monachis Benedictinis Aldemburgi in diœceſi Brugenſi ſe adjunxit. Sed Calvinianis per Belgium graſ-

graſſantibus & divina humanaque turbantibus, in Italiam ſeceſſit, & Caſinenſi ejuſdem diſciplinæ Congregationi nomen dedit; ſenex in Italia obiit. Scripſit libros quinque *De Benedictinis Monachis Sanctitate ac doctrina illuſtribus*, quos titulo *Ligni Vitæ* Venetiis 1595. in 4. publicavit.

Franciscus Richardotus, (de quo ſup. cap. 97.) Burgundia Comitatu oriundus, ord. Erem. S. Auguſtini, Epiſcopus Atrebatenſis, in Conc. Trid. Orator, ad miraculum uſque facundus & in omni diſciplinarum genere verſatiſſimus fuit. Immane quantum laboraverit, maleſanis Calviniſtis Belgio toto tumultuantibus, ut peſtem hanc ab Arteſiis ſuis arceret & eos in fide Romana, verique Principis ſui obſequio contineret. Non infrequens illi fuit, coram Regibus *Principibuſque* de quocumque themate ex memoria, ſeu Latine, ſeu Gallice pari facundia eloqui. Poſtquam annos tredecim diœceſim ſuam feliciter rexiſſet, magno ſui relicto deſiderio è vivis exceſſit an. 1574. annum ætatis agens 67. Ab eo ſunt edita, *De Imaginibus*, *De Controverſiis*, *in Evangelium Lucæ Miſſus eſt*, *Inſtructio Paſtorum*, & *Orationes* aliquot, quas habuit vario de themate. Vide, ſi libet, quanti ejus viri doctrinam facundiamque fecerit *Paulus Manutius* lib. VI. Epiſt. II.

Emondus Augerius, natione Gallus, patria Trecenſis, Societatis Jeſu Presbyter, Orator excellens, ingenio, memoria, & judicio valens, in Gallis multa & miranda pro fidei Catholicæ defenſione præſtitit. Carolo IX. & Henrico III. Galliæ Regibus etiam cariſſimus; atque huic aliquando à Confeſſionibus. Quin & XL. hominum millia ad Catholicam fidem ab hæreſi, unus ipſe revocaſſe fertur. Captus aliquando ab hæreticis, & ad laqueum damnatus, cum ad patibulum duceretur, neci mirabiliter à Deo ereptus fuit. Scripſit Emondus *Catechiſmum magnum & parvum*, Gallice, Græce, & Latine. Edidit & Gallice *De Baptiſmo & Confirmatione*, *De Euchariſtia*, *& Miſſæ Sacrificio*, & de cæteris Sacramentis, atque alia quæ recenſentur ab *Alegambe*. Poſt multos exantlatos labores, Novocomi mortuus eſt an. 1591.

Franciscus Bonaventura, natione Hiſpanus, patria Segobienſis, adoleſcentulus ad Sodales Soc. Jeſu additus eſt anno ſalutis 1566. Vir fuit cum alus litteris egregie eruditus, tum maxime Theologicis quæſtionibus, quæ ad mores referuntur; qui poſtquam ſtudiorum ſuorum ſpatia decurrit, ſacram Theologiam & Compoſtellæ, & Salmanticæ profeſſus eſt, atque Legionenſis Collegii habenas moderatus: ſed morbis conflictatus, & viribus exhauſtus, dum cœlum mutat ac benigniorem regionem quærit, ad imbecillam tuendam valetudinem, in Toletana Profeſſionum domo brevi morte ereptus eſt, 17. Januarii anno 1592. magna Societatis ac Reipub. jactura. Scripſit, ſed non emiſit, *In extravagantem Gregorii XIII.* quæ incipit *Aſcendente Domino* (in qua Pontifex inſtitutum Societatis declarat, & denuo confirmat) pereruditam *Explicationem*. Item Tractatus aliquot *Moralium quæſtionum* inſignes.

Jacobus Tyrius, Scotus, Soc. Jeſu, Aſſiſtens Claudio Præpoſito Generali 1597. obiit. Fictitio nomine *Georgii Thompſoni* edidit Duaci 1593. doctum Tractatum *De antiquitate Scoticæ Eccleſiæ*, quem Poſſevinus ſuæ Bibliothecæ lib. XVI. Cap. V. inſeruit.

Benedictus Herbestus, natione Roxolanus, patria Leopolitanus, cum ætatis annum ageret quadrageſimum, Romæ Societatem Jeſu complexus eſt. In miſſionibus ſacris magnam vitæ partem conſumpſit, obiitque anno 1593. Scripta ejus apud Ribadeneiram reperies.

Vincentius Brunus, Arimini in Italia natus, ut ex Medico corporum fieret Medicus animarum, ad Societatem Jeſu tranſiit, & Romano Collegio diu prudenterque præfuit, ibidem anno 1593. vita defunctus. Scripſit inter alia, *Vitam Chriſti*, *Deiparæ*, *Joannis Baptiſtæ*, *Apoſtolorum*, aliorumque Divorum: quæ omnia ex Italico in Latinum translata Colonienſes ediderunt.

CXXXI. Franciscus Toletus, Hiſpanus, Cordubenſis, nobiliſſima illa utriuſque Senecæ & Lucani patria, parentibus civilibus natus, cum eſſet Philoſophus eximius, Cathedram Ariſtotelicam Salmanticæ obtinuit. Ex-inde anno 1550. Sodalibus Soc. Jeſu ſe aggregavit: quos inter eruditior factus, Romam ivit, & ibi primo Philoſophiam, deinde Theologiam auditoribus undique confluentibus tradidit. Emanueli Sa in munere Pontificii Eccleſiaſtæ à Pio V. ſuffectus, illud ſumma cum laude ſub diverſis Pontificibus geſſit, uſque ad annum ſuperioris ſæculi tertium & nonageſimum, quo in Cardinalium Collegium à Clemente VIII. eſt adoptatus, invita & repugnante Societate, aſſerente Patres omnibus Eccleſiaſticis dignitatibus interdici. Obiit autem triennio poſt, hoc eſt anno 1596. Romæ conditus, in æde S. Mariæ Majoris, hac Epigraphe: D. O. M. *Franciſco Toleto*, *Cordubenſi*, *S. R. E. Presbytero*, *Cardinali*, *ſummo Theologo*, *Verbi Dei Prædicatori eximio*, *in rebus magnis agendis conſilio & prudentia ſingulari. Qui ob excellentem virtutem & merita præclara Clementis* VIII. *Pont. Max. judicio primus in Societatem Jeſu ampliſſimam dignitatem intulit. Vixit an. LXIII. men-*

*menſes XI. dies X. Ob. M. D. XCVI. S. Dei Genitrice hæreda inſtituta.* Scripſit *Commentarios cum Annotationibus in ſacroſanctum Joannis Evangelium, in Evangelium Lucæ, in Epiſtolam Pauli ad Romanos. Sermones XV. in Pſalmum XXXI. Summam Caſuum conſcientiæ*, ſive *inſtructionem Sacerdotum*, & alia, quorum pars in lucem nondum prodiit.

Gilbertus Genebrardus, Ricomagi in Arvernia, bonis ingeniis fœcunda, natus, Monachum Mauſaci profeſſus, Præceptoribus uſus in Græcis *Turnebo*, in Philoſophicis *Carpentario*, in Theologia *Sanctio*, ex Regio litterarum Hebraicarum Profeſſore Archiepiſcopus Aquarum Sextiarum, in Provincia, factus eſt à *Gregorio* XIII. eorum commendatione qui à nomine Regio deſciverant, 1592. Obiit 1597. 16. Februarii, ut habet inſcriptio monumenti in B. Mariæ Semurienſis Prioratu, quem vivens religioſiſſime adminiſtraverat; de quo Prioratu *Aub. Miræus* in *Epiſcopis Lingonenſibus. n.* 49. *agit.* At de *Genebrardo Poſſevinus* in *Apparatu ſacro*, *Vionus in Ligno vitæ*, & plures plura, ſed nunquam ſatis, ubi materia ſuperat opus, inter quos *Franciſcus de Sales* Epiſcopus Geneuenſis L. II. *De amore Dei*, C. II. *Abſtulit una dies ævi decus, ictaque luctu Conticuit ſacræ triſtis facundia linguæ.* Nec immerito præclarum Eccleſiæ, litterarumque ſidus in *Opmero* nuncupatur. Vide R. P. *Hilarionis de Coſte* Elogia illuſtrium Galliæ virorum. *Is eruditione, & pietate magnus, profeſſione Minimus, & unus ex S. Franciſci à Paula nepotibus.* Scripſit *Opus Chronologicum*, & alios, qui in manibus hominum ſunt, ſimilis induſtriæ fœtus, maximis ab eo vigiliis & laboribus elucubratos. Multa ex Hebræis & Græcis accurate tranſtulit, multa recognovit, multa commentatus eſt. *Amatorium Salomonis* Latine tentavit; poema molle illud quidem ac tenerum, ſed pium, quo Servatoris puriſſimos in Eccleſiam ſuam amores intelligi ſapientiſſimi homines tradidere; nec eum ab inſtituta ratione deterruit, quod alii ſummæ doctrinæ viri, & hujus ætatis facile principes Poetæ, lepores omnes & gratias in eodem carmine transferendo feliciſſime jam impendiſſent. His ſtudiis inſeneſcens, partaque præſtantis eruditionis opinione late celebris, *Henrico* Rege rem potito, impetratam à Pontifice dignitatem diu ſervare ac tueri non potuit. Fato functus eſt Semuri Burgundionum, quo in oppido non ignobile Sacerdotium poſſidebat, an. 1597. fere ſexagenarius.

Joannes Ferdinandus, Toletanus Soc. Jeſu Theologus, in Hiſpania, Romæ & in Germania inferiore Sacras litteras publice explanavit. Palentiæ demum in Hiſpania piiſſime obiit, anno ſalutis 1595. ætatis quinquageſimo nono. Poſteris reliquit *Theſaurum divinarum Scripturarum, juxta SS. Patrum ſententias*: in quo per ſingulas dictiones Alphabeti ordine litterario, Parabolæ, Metaphoræ, Phraſes, & difficiliora Bibliorum ſacrorum loca explicantur.

CXXXII. Henricus Vicus, Oſthenii & Warnaviæ in Flandria Toparcha, natus eſt Valentianis in Hannonia anno milleſimo quingenteſimo triceſimo ſexto, denatus Armenteriæ in Flandria, anno 1596. Philoſophus fuit ac Theologus inſignis, quod rarum in viro eſt conjugato: adeo ut publicè Ipris, ſub præſidio *Martini Rythovii* Præſulis, Theſes de Fide controverſas non ſemel in doctiſſimorum virorum conſeſſu propugnarit. Juriſconſulti titulum Duaci primos inter adeptus fuit. Luſtrata hinc Italia, in Flandriam redux, Bergis S. Winoci ſubſtitit, eaque in urbe duodecim ipſos annos Conſulem laudabiliter egit, donec Calviniſtarum preſſus furoribus, relictis Bergis, Armenteriam quietis cauſa ſeſe contulit: ubi & in libris ſacris voluendis placide conſenuit. Scripſit librum *De Deſcenſu Chriſti ad inferos*, in quo varie *De Purgatorio*, *deque Inferno*, contra Sectarios diſſerit. Antverpiæ 1586. in 4. apud Plantinianum.

Emanuel Sa Lusitanus, inter eminentes Soc. Jeſu Theologos illuſtris, & ſane pius, multis annis ſacras litteras Romæ eſt interpretatus, & Eccleſiaſten Pontificium ibidem egit. Quietioris demum vitæ ſtudio, ad Aronenſem Probationis domum, in diœceſi Mediolanenſi ſitam ſeceſſit, & ibidem ſeptuagenario major, anno 1596. exeunte, in Domino piiſſime obdormivit. Scripſit, præter alia, *Aphoriſmos caſuum conſcientiæ*, qui in omnium ſunt manibus. *Notationes* ejuſdem *in totam Scripturam ſacram* Plantiniani 1620. evulgarunt, & *Scholia in* 4. *Evangelia*, brevia quidem, ſed eruditione pleniſſima, ex ſelectis Doctorum Sacrorum libris collecta.

Petrus Canisius, Noviomagi ad Vahalim Fl. in Gelria patre Conſulari natus, adoleſcens ob varias ingenii dotes Moguntiæ celebris exſtitit. Eo tum forte Colonia Agrippina *Petrus Faber* Allobrox, unus in decem primis *Ignatii Loyolæ* Sociis, veniens, *Petrum* morum innocentia & doctrina ſingulari ſibi carum in Societatem Jeſu adoptavit. Poſt in Italiam miſſus, primus Sociorum Rhetoricam in Sicilia docuit, Ciceronem quotannis aſſidue legens: unde eam ſibi eloquentiam gravi Theologo dignam comparavit, ut ſæculi ſui *Hieronymus* audiret. Inde evocatus ab *Ignatio*, mittitur ad *Guilielmum* Bavariæ Ducem, Ingolſtadii Scholaſticam, quam vocant, Theologiam profeſſurus; *Alfonſo Salmeronio*, & *Claudio Laio* collegis. Sed & alias Germaniæ Academias, in eis Viennenſem Auſtriorum, Pragenſem Bohemorum, Dilinganam Suevorum, Colonienſem Ubiorum, Friburgenſem Helvetiorum

tiorum docendo illuſtravit, Concionibus autem (nam & Germanica lingua diſertus erat) in aulis *Ferdinandi* & *Maximiliani* Impp. *Guilielmi* & *Alberti* Bavariæ Ducum, *Ottonis Truchſii* Cardinalis Auguſtani, aliorumque Principum plurimum inclaruit. Hæreticos diſputationibus repreſſit, Catholicos confirmavit & velut anchoram ſe Eccleſiæ fluctuanti præſtitit. Ex quo Sectarii Caniſium *Canem Auſtricum*, per ignominiam appellabant, quod in Auſtria paſſim verſaretur. Epiſcopatum Viennenſem à Ferdinando Romanorum Rege ſibi oblatum, conſtanter repudiavit. Scripſit incredibilis fructus *Summam Doctrinæ Chriſtianæ*, ſecundum ſententiam & doctrinam Concilii Tridentini; *Commentariorum, De Verbi Dei corruptelis*, adverſus novos Eccleſiaſticæ Hiſtoriæ conſarcinatores, ſive Centuriatores Magdeburgenſes, Tomos duos. *Notas* item *in Evangelicas Lectiones, quæ per totum annum Dominicis ac feſtis diebus in Eccleſia Catholica recitantur, Tomis duobus; Enchiridion Itinerantium; Palæſtram hominis Catholici*, & alia quæ referentur in *Bibliotheca Patrum Soc. Jeſu*. Vitam ejus & res geſtas *Aub. Miræus* in Elog. Script. Belg. *Matthæus Raderus* & *Franciſcus Sacchinus* conſcripſerunt. Corpus ejus magno in honore eſt apud Catholicos omnes. Epitaphium ejus viſitur Friburgi in D. Nicolai Eccleſia: D. O. M. *Venerandus in Chriſto Pater, Petrus Caniſius, Theologus, Noviomagi natus, Societatem Jeſu tertio à confirmatione illius anno ingreſſus, ac Sacerdotio inſignitus ob magni ſunul & placidi animi præſtantiam à Colonienſi Eccleſia ad Carolum V. Imp. ab Ottone Card. Auguſtano ad S. Concilium Trident. à Ferdinando Imp. Wormatiam contra Melanchthonem Hæreticum: A Pio IV. Pont. Max. ad Principes Germaniæ in fide confirmandos miſſus, poſtquam Romæ, in Siciliæ, & Germaniæ Academiis docuiſſet, diu apud Ferdinandum Imp. & paſſim ſumma cum laude verbum Dei prædicaſſet, primus Provincialis Soc. ejuſdem in Germaniâ, ab ipſo Soc. auctore P. Ignatio datus fuiſſet, ſcriptiſque fidem Catholicam egregie illuſtraſſet, auſpiciis Reverendi Domini Joannis Franciſci Epiſcopi Vercellenſis, Nuncii Apoſtolici, Friburgum ſexagenarius venit, Collegii Societatis Jeſu Fundamenta jecit, multa præclara documenta dedit, & quaſi quidam Friburgenſium Patronus, Eccleſiæ per Helvetiam Patriarcha, Religionis Catholicæ ſuo tempore Columna, toto Chriſtiano Orbe notiſſimus, fide, prudentiâ, indefeſſo ſcribendi labore, abſtinentiâ perenni, gravitate, animi puritate, flagrantiſſimo Dei amore, multaque ſanctitate clariſſimus migravit ad Chriſtum feſto S. Thomæ Apoſtoli*, M. D. XCVII. *ANNO Ætatis* LXXVII.

CXXXIII. ALFONSUS PISANUS, natione Hiſpanus, patria Toletanus, Philoſophicis diſciplinis excultus, ac Medicinæ ſciens, Jeſu complexus eſt Societatem. Poſtea vero Romam anno ſalutis M. D. LIII. venit, ubi Ariſtotelem præclare eſt interpretatus: inde in Germaniam miſſus, in Ingolſtadienſi ac Dilingenſi Academiis ſacram Theologiam docuit; & in Poloniam profectus eſt, ubi ſtrenuam operam Catholicæ Eccleſiæ navans adverſus novatores hæreticos illam labefactare conantes; ſcripſit *Acta & Canones ſacroſancti primi Oecumenici Concilii Nicæni*, appoſitis SS. Patrum teſtimoniis, ad eorundem Canonum commendationem, & interpretationem pertinentibus; addita etiam *Reſponſione ad Capita Humonii Chiensis*. Scripſit præterea *De continentia, ac cælibatu Apoſtolico, De jejunio*, etiam varios atque eruditos Tractatus *De quæſtionibus fidei controverſis*, quos ex ſuis lectionibus collegit, & tanquam Theſes quasdam auditoribus diſputandas propoſuit. Tandem legendi ſcribendique laboribus confectus, in ſenectute bona translatus eſt ad meliorem vitam anno ſalutis 1597. Philoſophus certe fuit, Orator & Theologus ad ſtuporem auditorum profundus & acutus.

ALDUS MANUTIUS, Pauli filius, Aldi (de quo ſupra *Miræus* cap. 27.) nepos, ſtylo quoque, patre domeſtico exemplo incitante, valuit, & eruditione ingenioque mediocri: ut rarum id & inuſitatum poſteris fore exiſtimem, in una eademque Manutiana familia tres continenter, ſc. filium, patrem & avum doctos homines repertos & eloquentes. Hic non cæterorum more, à patre degenerans, obſcurari parentum nomen inertia eſt paſſus ſua, ſed adoleſcens, *Formulas rectèque ſcribendi rationem*, patre præeunte, utiliter poſteris reliquit; è Cicerone quidem & Cæſare *Phraſes; Orthographiam* vero è marmoribus, nummis, Grammaticis & Græca conſuetudine concinnatam. Venetiis ducta uxore diſceſſit, & Bononiæ primum *Caroli Sigonii* (bone Deus, qualis viri!) locum profeſſionemque non diu tenuit. Poſt Piſas commigravit, & magni Etruriæ Ducis res domi foriſque geſtas vernacule conſcripſit. Inde Romam ſe contulit, & in Sapientiæ gymnaſio profeſſus, Doctoris perſonam ſuſtinuit, ſed ut *Spectares raros nantes in gurgite vaſto*. Nec enim diſertus erat, memoria nulla, ut de ſcripto fere dictaret. Tandem à *Clemente* VIII. Pont. Max. in aulam Vaticanam accitus, typographiæ operis corrigendis præfuit. Obiit anno 1597. Octob. 22. hora 10. Relicta Piſanæ Academiæ Bibliotheca octingentorum millium librorum, ut gloriabatur, numeratis etiam nummis, quibus undique corradendis oleum operamque conſumpſerat, de poſteritatis, ut apparet, judicio ſecurus. Scripſit tamen nonnulla, ut, *De Quæſitis per epiſtolam*, & alia.

CXXXIV. CAROLUS SAGEIRUS, natione Gallus, patria Beluacenſis in Picardia, primus Rector Burdigalenſis Collegii, vir zelo Dei plenus, eloquens ac Græce doctus, Billomi Philologiam, Pariſiis Philoſophiam, Turoni Theologiam profeſſus. Tres ſecum

ſecum fratres in Societate vidit & parentem rebus compoſitis. Scripſit doctos atque elegantes in *Epiſt. Judæ*, & D. *Pauli ad Romanos*, & *Epheſios Commentarios*. Scripſit etiam *De inſtitutione Sodalitatis*, ſive (ut vocant) *Confraternitatis ſanctiſſimi & venerabilis Sacramenti*. Locos etiam communes ex Sacris DD. adverſus hæreticos, quos inſcripſit *Topica Theologica*. Sed morte interceptus evulgare non potuit. Obiit Divioni apud Sequanos, ſublatus (ut putatur) veneno ab hæreticis propinato, Chalaneoni, anno 1596.

Joannes Gonzales de Mendoza, Auguſtinianus, ab anno ætatis decimo ſeptimo, partim in regno Mexicano, partim in Philippinis inſulis verſatus, atque à Rege Catholico an. 1580. deſtinatus Princeps Legationis ad Chinarum Regem, quinto poſt anno edidit *Hiſtoriam magni regni Chinenſis*, quæ mox in omnium fere gentium linguas translata eſt. Tres ex ordine Epiſcopatus geſſit, *Liparienſem* in Sicilia, deinde *Chiappenſem* & *Popajanenſem* in Indiis Occidentalibus. *Chinenſium* res, mores atque inſtituta diu cæteris gentibus incognita fuerunt quod nulli omnino advenæ in regni interiora aditum permittant qui inde ſit exiturus, & ſeveriſſimis pœnis in ſuos animadvertant qui non ſolum Regni fines egredi, ſed vel minimum cum exteris commercii habere, abſque Regis voluntate, auſi fuerint. Aliquid quidem de his ſciri potuit ex relationibus Luſitanorum, qui *Macaum* incolunt, tum ex Tartarorum in Chinam irruptionibus, cum quibus veroſimile eſt *Paulum Venetum*, qui de his aliqua prodidit, aditum ad eam inveniſſe: verum hæ omnes relationes & exiguæ admodum fuere, & multum inter ſe diſcrepantes; donec tandem *P. Martinus de Rada*, domo Pampelonenſis, inſtituto Auguſtinianus, multiiuga doctrina imbutus, atque in Mathematicis apprime diſciplinis exercitatus, anno 1575. in Chinenſe Regnum altius ſe inſinuavit, aliiſque, qui ad ejus poſtea exemplo aggreſſi ſunt, Prodromus anteceſſit, & viam aperuit. Erat is unus ex Monachis Auguſtinianis, qui primi omnium in *Inſulas Philippinas* (anno ſcilicet 1564. quo primum illæ ab Hiſpanis repertæ ſunt) Chriſti nomen ac doctrinæ Evangelicæ ſemen intulerunt. Verum hac Sparta non contentus, cum ad vicinam Chinenſium regionem toto animo anhelaret, non ſemel ſe mercatoribus inde Philippina littora frequentantibus, in mancipium obtulerat, ut hoc pacto ſe ac Chriſti nomen in nobiliſſimum regnum illatebrare poſſet; ſed caſſo ſemper eventu: donec anno, ut dixi, 1575. *Omonconus*, navis unius ex claſſe Regia contra *Limahonem* piratam inſtructa Præfectus, ad Philippinas delapſus, deque obſeſſo ibidem ab Hiſpanis *Limahone* edoctus, cum reditum ad ſuos pararet, *P. Martinum* cum Socio ſuo ac duobus Nobilibus Hiſpanis in navem ſuam receptos in *Chinam* tranſtulit; atque in portu *Tanſuſa* expoſitos terreſtri itinere *Auchæum* uſque perduxit. Quid vero obſtiterit ut ad ipſum Chinarum Monarcham Hiſpani pervenire non potuerint, narrat *Gonzalez parte 2. Hiſtoriæ Chinenſis lib. 1. c. 25. & 27.* Ipſe porro *Martinus*, dum *Auchæi* tantiſper commoratur, perluſtratis quæ illic erant pulcherrimis Bibliothecis, ingentem vim Librorum coemit, varus in locis ejus Regni typis editorum: quos apud ſe Chinenſes quingentis amplius annis repertos gloriantur, prius quam in Germania typographia inceperit. Horum librorum Catalogum recenſet *Gonzalez Part. 1. l. 3. c. 17.* atque ex pleriſque eorum Hiſtoriam ſuam contexuit. Ipſe porro *Martinus* biennio poſt iterum in Chinam Legatus cum *P. Auguſtino Alburquerque*, *itineris* hujus *relationem*, deinde *Dictionarium Chinenſe* edidit: *Artem* præterea *ejuſdem linguæ præceptis Grammaticis alligatam*. De quibus videri poteſt *Antonius de Leon* in ſua Bibliotheca Orientali & Occidentali. Plura de Chinenſium rebus peti poſſunt ex Litteris PP. Societatis Jesu, qui circa ann. 1584. in hoc regnum aditum invenerunt: & P. *Nicolai Trigautii* libris *De Chriſtiana expeditione apud Sinas*.

CXXXV. Bartholomæus Salutius Italus, ordinis Minorum de Obſervantia, cujus ſanctimonia & vitæ integritas per univerſam Italiam uſque adeo teſtata & pervulgata eſt, ut etiam fama miraculorum ejus Belgium uſque pervaſerit; cum humanarum mentium cæcitatem & dementiam cerneret, zelo Dei motus vehementer indoluit; utque huic malo occurreret, primo totam fere Italiam peragravit, tum voce, tum exemplo lumen ei prætulit. Ut vero ad plures fructus iſte manaret, ſcriptis cæcitatem Chriſtianorum illuminare aggreſſus eſt. Itaque librum inſigniter pium & perfectionis ſtudioſis perutilem edidit, quem *Lucem Animæ* prænotavit, in tres partes diſtributum. Prima pars *Speculum Animæ* nominatur; ſecunda, *Hortus Orationis*; tertia *Teſtamentum Animæ cum Deo*. Hunc libellum ex Italico idiomate in Latinum fideliſſime tranſtulit, ſaltem quoad ſenſum, *Antonius Dulckerius*, Carthuſianus Colonienſis, anno 1606. ſæpius poſtea recuſum.

Christophorus Patavinus, Philoſopus ac Theologus eximius, ſed morum imprimis probitate commendabilis, Hieronymo Seripando, ſupra c. 80, laudato, ſucceſſit in Generalatu Eremitarum S. Auguſtini, quem ordinem annis XVIII. felicisſime gubernavit. Judicii & prudentiæ egregium ſpecimen dedit in celeberrimo Tridentino Concilio, ubi ſanctitatis ejus fama ita inclaruit, ut Pius IV. eum in Cardinalium numerum aſſumpſerit:

ſed Purpuræ ornamentum fatalis hora præcucurrit, quæ vitam illi & galerum eripuit. Obiit an. ſalutis 1569. Scripſit *De ſanctiſſimo Euchariſtiæ Sacramento*, *De ſacrificio Miſſæ*, *De Pœnitentia*, *Extrema Unctione*, *Sacramento Ordinis*, *Confirmatione*, *Matrimonio*, & *De voto ſolemni*. Inſuper *De Hoſtiâ conſecrata ab igne conſervatâ*, *De Sacerdotibus concubinariis*, *De Baptiſmo Chriſti & Joannis*, *De Juſtificatione*, *De Epiſcoporum reſidentia*, *De Officiis Cardinalium & Epiſcoporum*, *De modo conficiendi Catalogum Auctorum qui ab Eccleſia interdicendi ſunt*, præter *Orationes* varias, & alios *Tractatus*.

Thomas de Jesu, Luſitanus, ex illuſtri familia *de Andrada*, Ordinis Erem. S. Auguſtini, evocatus à Sebaſtiano Rege, ut ſe in infelici illa expeditione comitaretur, anno 1578. trajecit in Africam. Ubi Rege cum flore nobilitatis Luſitanæ cæſo, ipſe captus *Marroci* diuturnam ac miſeram, ſed aſſidua Dominicæ Paſſionis meditatione ſuavem, ſervivit ſervitutem: adeo ut oblatam etiam per ſororem ſuam Comitiſſam *De Linares* alioſque conſanguineos præſenti litro redemptionem recuſarit, ne concaptivis fidelibus ad Sacramentorum miniſteria, & duræ ſortis ſolatia deeſſet. Scripſit ibidem in ergaſtulo *Librum* omni doctrina ac pietate refertum, cui titulum fecit, *Labores Jeſu*, duobus tomis diſtinctum, qui prælo in lucem prodiit Ulyſſipone anno 1601. cum ipſe jam ante 17. Aprilis anni 1582. è duplici carcere ad æternam felicitatem evolaſſet.

Gabriel Palæottus, Bononiæ in Æmilia nobili genere natus, ibidem publicus I. V. Profeſſor, inter auditores ſuos habuit *Hippolytum Aldobrandinum*, qui poſtmodum ad ſummam Eccleſiæ Cathedram evectus, *Clemens* VIII. appellatus eſt. Ex Auditore Rotæ electus Diac. Card. Tit. SS. Nerei & Achillei, à Pio IV. ad Concilium Trid. mittitur. Poſtea ſub *Pio V.* Bononienſis Epiſcopus, & ſub *Gregorio* XIII. Presb. Card. Tit. S. Martini in Montibus, & primus Bononiæ Archiepiſcopus fuit, a multiplici doctrina, morum modeſtia, ac juſtitiæ zelo omnibus commendatus. Inter alia ingenii monumenta edidit in lucem Tractatum *De Nothis & Spuriis*. Libros duos *De ſacris & profanis Imaginibus*. Item *De Conſultationibus Conſiſtorialibus*. *Archiepiſcopale Bononienſe* & Librum *De Bono Senectutis*. Obiit Romæ XI. Kal. Auguſti, an. Chriſti 1597. annum agens ætatis 75.

M. Ludovicus de Beia, Cardinali *Palæotto* ſubjungi ſuo quaſi jure poſtulat, patria Palæſtrellus ex Ord. Erem. S. Auguſtini, genere Luſitanus, ejuſdem Ill. Cardinalis Theologus, ac primariæ in Bononienſi Academia cathedræ per ſexdecim annos Rector. Quo tempore & conſcientiæ caſus, ut vocant, in Metropolitana Eccleſia Parochis & Confeſſoribus ac Clericis omnibus, ejuſdem *Palæotti* juſſu, bis per ſingulas hebdomadas explicavit. Eodem tempore nobili plane atque imitando Præſulibus exemplo, inſtituta eſt à Cardinali Congregatio, ad quam ſingulis quibuſque menſibus in Archiepiſcopali ejus palatio Clerus univerſus conveniebat: ubi tum tres conſcientiæ caſus, per octo ante dies ad Eccleſiæ valuas propoſiti, & ad Parochos alioſque Confeſſores in ſchedula miſſi, diſcutiebantur, non turbulenta concertatione aut verboſo ſubſelliorum ſtrepitu; ſed interrogatus nunc hic, nunc ille, poſtquam animi ſui ſententiam ſumma cum modeſtia ac gravitate protuliſſet, ipſe tandem Præſes *LUDOVICUS*, quid de his ſentiendum omnino eſſet juxta probabilem magis Doctorum opinionem, pronuntiabat. Atque has *Reſponſiones* ſuas duobus libris comprehenſas primum Bononiæ in lucem edidit anno 1587. & Venetiis anno 1591. Deinde duobus aliis libris aductas anno 1610. Ulyſſipone in Hiſpania, ubi tum Sanctæ Inquiſitionis Deputatum agebat.

Alfonsum de Mendoza, Hiſpanum, ex ordine Erem. S. Auguſtini, Veſperarium S. Theologiæ in Academia Salmanticenſi Profeſſorem ſupra c. 125. laudatum, comperio emiſiſſe in lucem doctorum omnium applauſu *Controverſias Theologicas*, *Relectionem de Regno & Dominio Chriſti*. Quæ primum in Hiſpaniis edita, recuſa eſt Coloniæ Agrippinæ, anno 1603. Plura bono publico editurus erat, niſi mors immatura, in ipſo virilis ætatis ingreſſu, abſtuliſſet Virum immortalitate digniſſimum.

Joannes Soarez, genere Luſitanus, ex Ord. Erem. S. Auguſtini, *Joanni* III. Luſitaniæ Regi à Sacris Concionibus & Confeſſionibus, ab eodem filio ſuo *Joanni* Principi (qui Sebaſtiani pater fuit, atque inverſo naturæ ordine quadriennio ante patrem obiit) præceptor atque inſtitutor traditus: Epiſcopus deinde Conimbricenſis & Comes Argalinenſis, quem à perpetuis maximiſque in Societatem Jeſu officiis jam inde ab ejus in Luſitaniam adventu laudat *Orlandinus* lib. 5. A Rege deſtinatus, ut una cum Duce de Avero *Joannam Auſtriacam*, Cæſaris Caroli V. filiam, & *Joanni* Luſitaniæ Principi deſponſam è Caſtella venientem exciperet, in ea legatione & Regis ſui honori & omnium de ſua virtute ac prudentia exiſtimationi plane ſatisfecit. Miſſus ad Concilium Tridentinum, in eo Sermonem ſumma cum laude habuit. Eo in itinere cum ad Virginem Lauretanam religionis cauſa divertens, laterem unum è ſacræ Ædiculæ parietibus, Ædituo permittente, ſecum detuliſſet, in Patria ſua ſingulari cultu honorandum; ſimulatque id divinæ voluntati minime placitum ex eo quo ſtatim correptus fuit morbo animadvertit; cum laterem ſacræ Ædi reſtitui curaret, illico ſani-

ſanitati priſtinæ reſtitutus eſt; ut refert *Joannes Bonifacius* Soc. Jeſu in *Hiſtoria Virginali*. Edidit *Commentarios* utiliſſimos *in Evangelium Matthæi*. Item in *Marcum & Lucam* Evangeliſtas.

CXXXVI. SIMON VEREPÆUS, Patria Brabantus, Lovanii adoleſcens in Porcenſi Gymnaſio Philoſophiæ operam dedit; atque inde ad Theologiam animum applicuit. Vir fuit ad informandam juventutem & bonis litteris moribuſque in iſto Religionis diſſidio inſtituendam natus, ac *vere Pius*, edidit *Prima Chriſtianæ Religionis elementa*, *Precationes Liturgicæ in VII. dies digeſtas*, *Precationes Scholaſticas*, *Enchiridion piarum Precationum*, *præter Grammaticalia multa*, quæ in Scholis Auguſtinianis explicari ſolent. *Joannes Deſpauterii* Grammaticem ac Syntaxim in compendium redegit, quod fere in trivialibus apud Belgas gymnaſiis nunc regnat. Fuit *Verepæo* communis cum *Joanne Goropio* patria Hilvaribeca, amplum Campaniæ Brabantinæ municipium. *And. Valerius* illum Dommelanum facit. Præfuit annos aliquot Thaborenſi Virginum Mechliniæ cœnobio: ut erat ſingulari in Deum vir pietate, quam mire ſpirant libelli Precationum, ab ipſo concinnati. Belli tumultibus Mechlinia pulſum Silva-Ducis, urbs Regi & Religioni fida, lubens excepit, Canonico Sacerdotio ornavit, gymnaſio ibidem florentiſſimo præfecit. Mortuo ſupremos tumuli honores procuravit *Franciſcus Haræus* collega, vir de Hiſtoria Eccleſiaſtica optime meritus. Deceſſit anno 1598. Sylvæ-Ducis in D. Joanne ſepultus. Non abs re ſubiungam, *Deſpauterium* Grammaticorum ſui temporis facile fuiſſe principem, ac Belgii noſtri *Priſcianum*. Sepultus eſt Comminii apud Flandros, an. 1520. diſticho hoc, addito tymbo:

*Hic jacet unoculus, viſu præſtantior Argo;*
*Nomen Joannes cui Ninivita fuit.*

PETRUS DE ARRAGON, Auguſtinianam religionem Salamanticæ in Hiſpania profeſſus, tres fratres germanos ejuſdem voti ſocios habuit. In Academiis Oicenſi Arragoniæ, & Salmanticenſi in regno Caſtellæ S. Theologiæ profeſſor (ut vocant) Cathedraticus, edidit doctiſſimos *Commentarios in Secundam Secundæ D. Thomæ*, *De Fide*, *Spe & Charitate*. Item *De Juſtitia & Jure*, Venetus anno 1595. & Lugduni 1596.

MICHAEL THOMAS SALONIUS, circa eadem tempora ſcripſit inſigne volumen *De Juſtitia & Jure*, ejuſdem inſtituti Religioſus, publicus in Academia Valentina S. Theologiæ profeſſor, Doctrina ac vitæ ſanctitate celebris. Item Ἐγκώμιον ſive latino idiomate *De vita ac moribus B. Thomæ Villanovani* Archiepiſcopi Valentini, ex eodem Ordine qui Iberus fuit. Vivere deſiit anno 1621. octogenario major.

LUDOVICUS DE MONTOYA, Luſitanus, Auguſtinianus Eremita, ſolidum fuit exemplar ſanctitatis, ita ut verecundiæ ubique & ſanctæ honeſtatis radios emitteret. Valuit cum ingenio doctrina perpolito, tum oris facundia. *Sebaſtianus Rex* virtutum ejus fama commotus, tam ſanctum virum conſcientiæ ſuæ præfectum eſſe, & ad vitam Chriſtianam ductorem doctoremque habere voluit. Vitam ejus, & quæ à morte ad tumulum miranda contigerunt, uno volumine complexus eſt *Thomas à Jeſu*, ſupra c. 135. laudatus. Scripſit *Vitam Chriſti in quatuor partes diſtributam*, & Tractatum *De Paſſione Chriſti*, *diviſum in ſeptem diſcurſus*, *pro ſeptem horis Canonicis*: quem librum alibi, ſuppreſſo auctoris nomine, divulgatum eſſe inter opera *B. Franciſci de Borgia*, Soc. Jeſu Præpoſiti Generalis III. conqueritur *Corn. Curtius*, Eremitarum Auguſtinianorum Hiſtoriographus & Diffinitor Generalis, in Elogiis Virorum illuſtrium ſui Ordinis.

ANTONIUS AUGUSTINUS, Cæſar-Auguſtanus, Romæ olim in Urbis & Orbis lucé XII. Vir S. litium judicandarum, ex Alfiſano & Ilerdenſi Epiſcopo, Tarraconenſis Archiepiſcopus, de antiquitate & litteris optime meritus, Juris Civilis & Pontificii inſtaurator: Obiit 1586. ſeptuagenario major. Qui vitam ejus & doctrinam ſcire volet, videat funebrem de illo habitam orationem à *P. Andrea Schotto*, excuſam à *Plantino*.

CXXXVII. ANDREAS RESENDIUS, Eborenſis, Luſitanus, Theologus, Orator & Poeta, *Henrico* Cardinali, Portugalliæ Infanti, fuit à Concionibus. Vixit aliquantiſper Lovanii, unde à litterario otio miſſus eſt Legatus; neſcio vero à Rege, vel ad Regem, vel à Cæſare. Secutuſque eſt Cæſarem in Pannonica illa adverſus Turcas expeditione. Familiaris fuit *Goclenio*, *Joanni Campenſi*, *Reſcio*, c. 44. *Clenardo*, c. 53. *Joanni Vaſæo*, c. 72. laudatis. Amicus etiam fuit Conimbricæ *Martino Azpilcueta Navarro*, ut ſcribit ad *Vaſæum* pro Colonia Pacenſi. Vocatus eſt à Rege Olyſipponam, ad ſcribenda Concilii provincialis decreta. *Breviarium Eborenſe* emendavit, & *Vitas Sanctorum Hiſpaniæ* accuratiſſime ſcripſit; item *Officium B. Gundiſalvi* compoſuit, & *S. Eliſabethæ*. Edidit inſuper *Calendarium Eborenſe* & *Olyſipponenſe*, ſive de Eborenſibus & Olyſipponenſibus rebus. *Vitam S. Vincentii* Levitæ & Martyris carmine Heroico, *Orationes* duas & *Epiſtolas* Hiſtoricas quattuor, ſimul editas Coloniæ à *Mylio* 1600. Alia item poemata cum ſacra tum profana.

Ubertus Folieta, Genuenſis Sacerdos, Italos inter Scriptores mire ſemper mihi placuit, cum ob ſtyli Ciceroniani elegantiam, tum ob æqua & vera Hiſtoriarum ejus teſtimonia. Patrem habuit *Auguſtinum Folietam*, qui *Julio* II. *Leoni X. Clementi* VIII. Romanis ex ordine Pontificibus à conſiliis fuit, & ob ſapientiæ atque prudentiæ præſtantiam longe gratiſſimus exſtitit. Hunc *Carolus* V. Imperator, quod *Leonem* X. ad fœdus cum Carolo adverſus Gallos Italiæ incubantes ineundum impuliſſet, *Mazarenſi* in Sicilia Epiſcopatui præficiendum curavit, & quattuor inſuper millibus aureorum nummorum in annos ſingulos auxit. *Ubertus* à civibus ſuis miſſus eſt in exilium, quod ſcriptis ſuis vulnera patriæ ac remedia liberius indicare non dubitaverit. Itaque pro ſymbolo ipſi fuit tœda ſeu fax ardens, hac inſcriptione: *Officio mihi officio.* Ad exilii incommoda & tœdium fallendum, Hiſtoriæ ſcribendæ totum ſe dedit, ut quas ſtyli pœnas dabat, eas nulla re convenientius quam ſtylo levari poſſe exiſtimaret. Æquo animo exilium tulit, & à patriæ charitate eum nullæ umquam inimicitiæ abduxerunt; imo ſcripſit de patria. Excepit eum *Hippolytus Eſtius* Cardinalis Ferrarienſis. Is eum in familiarium ſuorum numerum acceptum, omnibus commodis fovit. Luce donavit *Conjurationem Ioannis Ludovici Fliſci*, *Tumultus Neapolitanos*, *Cædem Petri Ludovici Farneſii Placentiæ Ducis*, *De ſacro fœdere in Selimum libros* IV. Item Varias expeditiones in Africam, cum obſidione Melitæ. Varia alia ejus opuſcula prodierunt junctim an. 1574. Romæ apud Aecoltum & Panitium ſocios, ſcilicet *De Vitæ & ſtudiorum ratione hominis ſacris initiati*; *De ratione ſcribendæ Hiſtoriæ*; *De cauſis magnitudinis Turcarum Imperii*; *Turbinum Hippolyti Cardinalis Ferrarienſis*; *Brumanus*, ſive *De laudibus urbis Neapolis*; *De nonnullis in quibus Plato ab Ariſtotele reprehenditur*; *De norma Polybiana*; *Oratio in feſto die omnium Sanctorum.* Opus ejus *De ſcriptoribus Italis* vidiſſe mihi nondum contigit. Obiit Romæ exul, an. 1581. 5. Sept. natus annos circiter 63.

Aegidius Moncurtius à Claromonte, Itali *A Mazarino* nuncupant, Siculus, magnum fuit Minimorum ordinis ornamentum. Edidit Lugduni apud *Ioannem Veyrat*, *Typum omnium ſcientiarum* an. 1591. Liber eſt Scotica ſubtilitate contextus, & conciſa brevitate multiplices difficultates ad omnem Philoſophiam, ac præſertim Theologiam Scholaſticam pertinentes comprehendens, quem plerique qui doctiorum libros recenſuerunt, non immerito laudavere.

Laurentia Strozzia, *Zachariæ* filia, *Cyriaci* ſoror, Monialibus ordinis Dominicani, *Prati* in Etruria à primis annis adſcripta, Græcam Latinamque linguam in illa ſolitudine apprime didicit, & *Hymnos Latinos in cunctos dies feſtos, juxta Eccleſiæ Romanæ uſum*, metris ad *Horatii* imitationem compoſitis feliciter panxit. Obiitque ſua in cella anno ætatis ſeptuageſimo ſeptimo, Chriſti 1591.

Franciscus de Las Cuevas, Hiſpanus, ex ordine magni illius Patriarchæ *S. Franciſci de Paula*, provinciæ Hiſpalenſis, *Geſta & Vitam* ejuſdem Sancti Hiſpanis ſuis vulgari ſermone communicavit, qui liber Cæſar-Auguſtæ apud *Robleſios* fratres recuſus prodiit an. 1588. quod factum laudabiliter & bene vertit.

CXXXVIII. Joannes Cannartus, natus apud Sueſſiones, à puero litterarum ſtudia diligenter excoluit, quibus animi puritatem ſemper adjunxit. Poſtquam Doctorali laurea donatus & Sorbonicis ſociis adſcriptus eſſet, Ordinem Minimorum, non ſine multorum admiratione, complexus eſt. Necdum annum profeſſionis ſextum expleverat, cum carne ſolutus ad quietas ſedes evolavit an. 1589. Ediderat adhuc Baccalaureus *Compendium Rhetoricæ* in Pariſienſi Academia famigeratum, quod ſæpius recuſum fuit. In ſchedis ejus reperta eſt *Summa Privilegiorum Ordini ſuo à ſummis Pontificibus conceſſorum*, quæ anno 1585. typis *Ioannis Corbon*, Pariſiis in lucem eſt prolata. Refert *Lanovius* illum, præter hæc, habuiſſe non pauca magni moliminis opera, quæ quoniam ultimam auctoris manum non acceperant, non parvo ſtudioſorum detrimento cum authore ſuo deciderunt.

Fredericus Furius, Ceriolanus apud Valentinos, non minus ingenio quam genere clarus exſtitit. Litteris primum in patria, poſt Lutetiæ imbutus, eloquentiam cum Philoſophia conjunxit, & *Rhetoricorum* libros tres, itemque *De Conſiliis ac Conſiliarii officio* Commentarium Lovanii evulgavit. A Philippo II. Hiſp. Rege in aulam, Hiſtorici titulo, accitus, eumdem ad Arragonenſium comitia comitatus, demum Valliſoleti cælebs obiit, anno 1592. In ejuſdem regni Valentini opido *Aliodia* natus fuit *Andreas Semperius*, qui multis annis medicinam Valentiæ factitavit, & *Rhetorica*, ſive *De concionandi ratione* ſimiliter ſcripſit.

Andreas Masius, Brabantus, natus Lenniaci juxta Bruxellam, Lovanii puer admodum Philoſophos inter, primum in promotione locum obtinuit an. 1533. Poſt Juris utriuſque ſtudio operam dedit, laureaque Doctorali inſignitus, Cliviorum Duci meruit tandem eſſe à Conſiliis. Præter Italicam, Gallicam, Hiſpanicam, cæteraſque Europæ linguas, etiam

etiam Latinæ, Græcæ, Hebraicæ atque Syriacæ cognitione non vulgari claruit: *Moſem Mardenum*, Patriarcham Antiochenum, Romæ an. 1553. in Syriacis nactus inſtitutorem. Fuit *Joanni à Vueza* Epiſcopo Conſtantienſi ac Lundenſi Archiepiſcopo à ſecretis. Familiariter coluit *Lævinum Torrentium* & *Augerium Busbequium*, qui Matii potiſſimum conſilio ſe dignitate creviſſe profiteri ingenue ſolebat. Demum à *Philippo* II. Antverpiam evocatus, Bibliorum editioni vere Regiæ adornandæ, una cum *Benedicto Aria Montano*, *Guidone Fabricio*, aliiſque præpoſitus fuit. Edidit *Grammaticam Syriacam Syrorum peculium*, ſeu Explicationem vocabulorum paſſim *apud Syriacos uſurpatorum*. Leguntur iſta in Regiorum Bibliorum *Apparatu*. Tranſtulit è Syriaco Commentarium *De Paradiſo*, ante annos prope 1200. * à *Moſe Bar-Cepha*, Syro, ſcriptum; item B. Baſilii Liturgiam. *Explicationem in Hiſtoriam Joſue Imperatoris*, in qua tamen expungenda quædam eſſe monent Cenſores Romani. Diſputationem *De Cœna Dominica* oppoſitam Calviniſtarum corruptelis; & alia. Vivere deſiit Zevenariæ Clivorum an. 1573.

CXXXIX. LATINUS LATINIUS, Viterbienſis, ultimum gentis *Latiniæ* caput, ſacris veterum Patrum libris emendandis, ac præcipue *Tertulliano* ad mſſ. codices recognoſcendo operam ſedulam impendit: obiitque octogenarius, anno 1593. Romæ, ad S. Mariæ in Via lata ſepultus.

PETRUS OPMERUS, natus Amſtelodami, prima litterarum tirocinia fecit in patria, præceptoribus uſus *Alardo Amſtelodamo* & *Petro Cannio*. Lovanium mitius, annum unum *Pet. Nannium* in Collegio Trilingui docentem audivit. In patriam revocatus, ægre matri, quæ filium unicum deperibat, obſecutus eſt. Itaque (ut erat ingenio facili & diſciplinarum omnium capaci) ſine magiſtro & per ſe Theologiam, Juriſprudentiam, Medicinam, litteras Græcas didicit. Accedebat memoria firma & conſtans, ſtudium ardens, in doctos hoſpitalitas, in pauperes liberalitas, propugnandæ fidei Orthodoxæ zelus. Obiit Delphis 1595, ſepultus in D. Hippolyti. Scripſit Latine, *Aſſertionem Hiſtoricam de Officio Miſſæ*, fuiſſe id in uſu tempore IV. primorum Conciliorum Generalium. Cui adhæret *Reſponſio ad octo Articulos à Leone Empatio adverſus Aſſertionem ſuam propoſitos*, typis Plantini 1570. Fuit Empatius infamis Apoſtata, qui ab Orthodoxis ad Epicureas hujus ævi ſectas abiit, quas ipſemet ante cum Paſtor eſſet Aldemburgi in Flandria, editis ſcriptis laudabiliter oppugnaverat. Etiam Opmeri ſunt *Opus Chronographicum ab orbe condito ad annum* 1580. & *Hiſtoria Martyrum Gorcomienſium à Geuſiis Hollandis interemptorum*.

PETRUS JOANNES NUNNESIUS, Valentiæ in Hiſpania natus, Lutetiæ *Turnebum* & *Carpentarium* aſſidue annum integrum audivit. Domum inde revocatus, eo majore applauſu *Ariſtotelem* explanavit, quo paratior ad hoc munus, Græcis litteris probe inſtructus, venerat: cumque in patria quoſdam ſibi oblatrantes ferre non poſſet, ingenti ſtipendio Barcinonem evocatus, eloquentiam ibi annos plurimos, Græcaſque litteras publice docuit, & præter alia *Inſtitutionem Philoſophiæ Peripateticæ*, *cum Ariſtotelis vita*, eadem in urbe evulgavit. Vixit perpetuo cælebs, & amicos in paucis caros coluit *Ant. Auguſtinum* Tarraconenſem, *Joannem Bapt. Cardonam* Dertuſanum, *Joſephum Stephanum* Oriolanum; Antiſtites, *Joannem Bapt. Nonlozium*, Canonicum Valentinum ac Philoſophum egregium, & *Andream Schottum* Antverpianum: cui & *Phrynichum de vocibus Atticis*, Latinum à ſe factum, ſcholiiſque illuſtratum dedicavit.

ABRAHAMUS ORTELIUS, anno ætatis triceſimo, ad ſtudia converſus, brevi litteras ac linguas per ſe didicit. Nec privato contentus ſtudio, Europæum pæne orbem oculis luſtravit. Ad ſuos ubi revertit, in urbe patria *Antverpia*, orbis ocello, tamquam in erudito pulvere, felici radio deſcribere cœpit: paulatimque eo progreſſus eſt, ut in immenſum labor excreverit, & tamquam publico in Theatro *Theatrum orbis ſpectandum* dederit. Id Regi Catholico *Philippo* II. oblatum, uſque eo gratum fuit, ut & honoremauctori habuerit, & Geographi Regii titulo decorarit. At quia, ut *Domitius* ajebat, *Animus inquies opere paſcitur*, dum, quam nactus erat, ſpartam exornat, & apis inſtar per omne ſcriptorum genus volitat, eruit *Theſaurum* (ſic enim vero nomine indigetat) *Geographicum*: qui & ipſe in immenſum è Synonymis Geographicis veteribus & novis excrevit. Antiquitatis in paucis & amans & peritus, Romanorum numiſmata aurea, argentea, ærea plurima cum collegiſſet, *Deorum Dearumque icones*, poſt à *Franciſco Swertio* Hiſtorica narratione illuſtratas, inde delineavit. Ejus *Aurei ſæculi Imaginem Phil. Gallæus* an. 1598. publicavit cum iconibus, in quo opere Germanorum veterum vitam, mores, religionem, *Ortelius* anatomizat. Exotica quoque, ac peregrini orbis miracula, ab ipſis uſque Antipodibus allata, domi adſervans, ab Auſtriacis Principibus *Erneſto* atque *Alberto*, ut à *Cn. Pompejo Poſidonius* Philoſophus Stoicus, idemtidem viſebatur. Omitto cæteros nobiles atque eruditos viros, qui hiſce ſpectaculis mirifice capiebantur. Vir ſane induſtrius & felix, ut qui (quod paucis uſu venit) ſtudiis rem mire auxerit familiarem: cum liberali tamen eſſet in amicos, deque ſe bene meritos ingenio. Symboli loco, illud de Mundo uſurpare ſolitus, *Contemno & erno*, *mente*, *manu*. Vixit ad ſum-



* Error in numeris. Obiit Barcepha A. 914.

ſummam ætatem cælebs & frugalis, dum fatiſcente natura, ſtudiiſque exhauſta, tabeſceret. Conditus eſt in illuſtri D. Michaelis Præmonſtratenſium Abbatia, cujus ex oppoſito domicilium habuerat: ibi viſitur ipſi poſitum elogium ab amico I. *Lipſio.*

Ulysses Aldrovandus, illuſtri Comitum *Aldrovandorum* familia oriundus, in gymnaſio Bononienſi naturalis hiſtoriæ profeſſionem tam feliciter implevit, ut omnium ante ſe genitorum diligentiſſimus, etiam poſt futuris hujus palmæ gloriam præripuiſſe videatur. Quippe adgreſſus eam Medicinæ partem, quæ materiam remediorum ex animalibus deſumit, ut eorum figuram atque naturam ad poſteros fideliori ſtylo tranſmitteret, haut quaquam Authorum evoluiſſe monumenta contentus, inſpiciendi cauſa, regiones etiam remotiſſimas animo prorſus Ulyſſæo peragravit. Pictori cuidam ea in arte unico, triginta & amplius annos, annuum aureorum ducentorum ſtipendium perſoluit. Delineatores celeberrimos, *Laurentium Benninum* Florentinum, & *Cornelium Suintum* Francofurtenſem, ære ſuo conduxit, nec non *Jacobi Ligotii* Sereniſſimi *Etruriæ* Ducis Pictoris eximii opera, in hac eadem provincia Florentiæ quandoque uſus eſt, ut, quo maximo fieri poſſet artificio, aves eæ deſignarentur. Tandem ſculptorem habuit inſignem *Chriſtophorum Coriolanum*, Norimbergenſem, atque ejus nepotem, qui eas adeo venuſte, adeoque eleganter exſculpſerat, ut non in ligno, ſed in ære factæ videantur. Verum ſagacitatis exquiſitæ vir, qui nobis tot animalium formas incognitas ante oculos objecit, naturæ veluti novercantis injuria oculis captus eſt, & qui perſpicacis ingenii luce, cauſas rerum abditas illuſtrarat, in triſti cœcitatis caligine, ſupremam vitæ partem exegit. Ait Paulus Mut. eum concinnaſſe tractatum prælo paratum, *De Providentia Dei ex animalibus agnoſcenda.* Quis annus * fatalis ipſi fuerit, mihi non eſt compertum.

Aloysius Legionensis, Ord. Erem. S. Aug. S. T. Doctor, Divinarum artium & trium linguarum peritiſſimus, S. Scripturæ apud Salmanticenſes Interpres primarius Caſtellæ Provincialis, his etiam ingenii monumentis inclaruit. *De utriuſque agni*, typici atque veri, *immolationis tempore. In Cantica Canticorum triplex Explanatio*, quæ, teſte *M. Delrio*, recentium omnium in hac re princeps eſt; ſæpius recuſa fuit Salmanticæ, Venetiis, & alibi. *De nominibus Chriſti Domini* libri tres, tertio editi. *Quæſtiones Theologicæ*, & alia quæ C. *Curtius*, recenſet, Diem poſtremum vixit 23. Aug. 1591. æt. 64.

Ruggerius Tritonius, Abbas Pinaroli, *Vitam Vincentii Laurei* Cardinalis, 1592. defuncti, conſcripſit, Bononiæ in 4. editam.

CXL. Petrus Ximenius, Middelburgi in Walachria parentibus Luſitanis honeſtis ac ſatis copioſis negociatoribus natus, adoleſcens miſſus eſt Salmanticam ad ejus loci Epiſcopum, qui cognatione opinor aliqua vel affinitate ipſum attingebat. Apud hunc annos aliquot egit. Poſt in Italiam tranſiit, & Bononiæ, Patavii (puto & Romæ) in ſtudiis egit. Venit dein *Pariſios*, indeque Lovanium. Hic audivit Profeſſores linguarum Latinæ, Græcæ & Hebraicæ, itemque Philoſophiæ ac Theologiæ operam dedit. Minor paulo quinquagenario evocatus eſt Leodium à Roberto Bergenſi, tunc Epiſcopo, qui deinde obiit non admodum tricenario major. Hic conſcribere cœpit *Demonſtrationes Chriſtianæ Catholicæ veritatis.* Biennio ante obitum dicti Epiſcopi, exortis turbis in Belgio, abiit Coloniam, ibique vixit ad annum uſque ætatis 81. & publice aliquamdiu Ethica profeſſus eſt, reliqvum deinde ſpatium *Operi* iſti *Demonſtrationum* impendit, quod miſit ad *Lavinium Torrentium*, Epiſcopum Antverpienſem, eſtque nunc Antverpiæ apud Patres Soc. Jeſu. Nullum *Ximenius* ſuſcepit gradum, ut vocant, in Philoſophia vel Theologia. Obiit in Julio 1595.

Gabriel Paleotus, patria Bononienſis, ut Rotæ Auditor Concilio Tridentino interfuit, à *Pio* IV. Cardinalis 1565. à *Pio* V. Epiſcopus Bononienſis 1566. à *Gregorio* XIII. primus Archiepiſcopus Bononienſis creatus fuit. Inter alia ad ſuum in Bononienſi Eccleſia Coadjutorem ac ſucceſſorem direxit ac compoſuit *Archiepiſcopale Bononienſe* Romæ 1594. in fol. editum. Qui liber non ſolum præcipuas ac neceſſarias Epiſcopalis officii functiones, ſed etiam continuatam Bononienſis Eccleſiæ gubernandæ praxim, juxta Concilii Tridentini decreta, continet.

Alphonsus Paleotus, Archiepiſcopus II. Bononienſis, *Hiſtoriam admirandam de Jeſu Chriſti Stigmatibus ſacra findoni impreſſis* conſcripſit, quam *Daniel Mallonius*, monachus Hieronymianus eruditis notis elucidavit. Exſtatque Duaci 1607. in 4. recuſa.

Marcus Antonius Columna, Romanus, primum Tarentinus, poſt Salernitanus Archiepiſcopus, & S. R. E. Cardinalis, ſcripſit Commentarium *De Eccleſiaſticorum reditnum origine ac jure*, Venetiis 1576. & 1585. in 4. editum. Obiit Zagarolæ anno 1597. ſepultus ibidem in Mariano monaſterio ordinis S. Franciſci.

* Obiit A. 1605. 4. Maj.

Bene-

Digitized by Google

Benedictus Palmius, patria Parmenſis, primus è Societate Pontificius Eccleſiaſtes à Pio V. delectus eſt, qui coram eminentiſſimo Cardinalium conſeſſu de rebus Divinis ſtatis temporibus diſſereret. Tanta fuit efficacitate dicendi, atque animorum commotione, ut publice dicenti fuerit aliquando acclamatum, *Beatus venter qui te portavit.* Contexuit utiliſſimum Concionatoribus opus, in quo *Sanctorum Patrum teſtimonia*, quibus populos fuiſſe commotos experientia didicerat, *in communes locos* redegit. Quod opus, uti *Alegambe* tradit, in Collegio Ferrarienſi ſervatur, ubi ipſe an. 1598. æt. 72. obiit.

Matthias Bossemius *Matthæo Galeno* in dignitate Cancellarii Academiæ Duacenæ proxime ſucceſſit, qua dignitate nec opinantem, nedum ambientem *Philippus* II. Rex ultro ornavit. Domo Amſtelodamus fuit; quæ urbs mercatui potius faciundo, quam ingeniis excolendis dedita; habuit tamen Theologos, ut illis temporibus, non vulgares, *Alardum Amſtelodamum*, *Cornel. Crocum*, (quem *Boſſemius* puer audivit) *Opmerum*, & alios. Severus in primis Eccleſiaſticæ ſervator diſciplinæ, & rigidus in Clerum cenſor exſtitit; ut & utilem *De domeſtica mulierum ſocietate Sacerdoti vitanda Commentarium* relinqueret; ſecutus, ut opinor, magnum illud Eccleſiæ lumen D. *Auguſtinum*, qui ne ſororis quidem contubernium ferret, ne, quæ ad illam ventitarent, mulierculæ, aliquam ignominiæ notam optimo Præſuli inurerent. Pie ac prudenter ſane uterque: nam extremum uſque ſpiritum, ut ille ait, fomes durat. Scripſit etiam *De ſpeciali Dei auxilio*, *De ſtupidiſſima & vera idololatria, quæ quondam apud Ethnicos fuit*, contra Joan. Calvinum, & *Orationem paræneticam, ad novitios Theologiæ ſtudioſos.* Doctor una cum *Guilielmo Alano* poſt Cardinale, *Thoma Stapletono*, Britannis, & *Joanne Rubo* Hannone renuntiatus, annos ipſos 33. publicum profitendi munus cum laude ſuſtinuit. Præter multiplicem eruditionem, ſingularem prudentiam, ceteraque ingenii bona, ea fuit in homine jam inde a primis annis pietas, & innocentiſſimorum ſanctitas morum, iſque perpetuus tenor vitæ ab omnibus voluptatum illecebris diſiunctus, ut priſcorum Eccleſiæ Patrum eximium in eo ſpecimen eluceret: omneſque qui ex piorum inſtituto vivere cuperent, ſeſe in illius mores, velut perfectiſſimi exempli, conformarent. Facultates ſuas, quas amplas eſt conſecutus dum fuit Baſilicæ B. Amati Præpoſitus, alendæ in bonum publicum juventuti, teſtamento legavit, Collegio Duaci ſub tutela Deiparæ Virginis inſtituto, & vectigalibus inſtructo. Ad meliorem vitam tranſiit vir pius, prid. Non. Feb. 1599. annos 72. natus, condituſque eſt in odeio ædis; cui annos amplius 26. præfuerat. Tradit *Valerius Andreas* tantæ humilitatis eum fuiſſe, ut famulorum opera in corporis cura, etiam poſtremis vitæ annis, vix uteretur; & cubiculum ipſe ſuum ſcopis mundaret, lectum ſterneret, lances & ſcutella feria 6. lavaret. Tantæ pietatis, ut de rebus Divinis differenti, & in tremendo Miſſæ Sacrificio lachrymæ ſubinde exundarent. Mortis memor, amici demortui cranium ante oculos in Muſæo ponebat, & 20. fere ante obitum annos loculum ſibi, in quo ſepeliretur, fieri curaverat ad noviſſimorum recordationem.

CXLI. Joannes Crabbius, Lovanienſis, Erem. Auguſtinianus, in Belgio Provincialis, Eccleſiaſtes celeberrimus, & ad ſtuporem eloquens, magna apud ſuos, maxima apud exteros Magnates & Plebeios gratia floruit. Cum an. 1572. (qui Belgis luctuoſiſſimus numquam è poſterorum memoria delebitur) Hæreſis per Bataviam ferale caput contra Deum Regemque attolleret, & in Eccleſias ac Capita Eccleſiaſtica, duce *Lumæo*, perduellionum anteſignano, abominandorum ſacrilegiorum immania exempla ſtatueret, *Crabbius* cum Guardiano Franciſcanorum in tetrum carcerem compactus Dordraci, craſſas compedes geſtare duos omnino annos coactus eſt. Sed virtutem animi ejus hæc maxime tempeſtas illuſtravit; è pedicis enim manicisque ſtrinxit Verbi Divini gladium pro fide & Rege contra legirupas impios, acrique paræneſi monuit ſuperſtites Catholicos, non deſciſcere à majorum Religione, non deficere à legitimo Principe, cui obſequium utraque lege deberent. Laborabant Miniſtri Pſeudo-Evangelici nunc argutando labefactare Catholica dogmata, nunc aſſentando periclitari Attalicis conditionibus magnitudinem animi ejus: ſed ille frivolas argutiolas eluſit, & blanditias generoſe contempſit. Anno demum 1574. opera Catholicorum vinculis exemptus, in libertatem reſtituitur. Lovanium inde rediit; ubi Eccleſiaſtem celebrem egit; habebat enim & in voce magnum ſplendorem, & in motu ſummam dignitatem. Ordini ſuo conſulens, ut ignorantiam deſidiamque, quæ rectæ diſciplinæ peſtes ſunt, profligaret, intercedente *Farneſio* Duce, ſubſidium argentarium à *Philippo* Rege imploravit, quo Lovanii ſeminarium erigeretur. Id à Rege, in Hiſpaniam cum iviſſet, coram impetravit. In urbem deinde Bruxellenſem novam fratrum coloniam primus ipſe Rector deduxit circa an. 1589. Pie obiit dierum & dolorum plenus an. 1598. Exſtat (uti refert *Curtius*, ex quo hæc deſumpſi) in Bibliotheca Auguſtiniana Bruxellenſi manu ejus ſcriptum *Diarium controverſiarum, quas cum hæreticis habuit, de Sacramento Euchariſtiæ, de cultu Sanctorum & imaginum, de Eccleſia Romana, de Hiſpanico Imperio &c.*

CXLII. Alfonsus Salmeron, patria Toletanus, in fœlici illo Decemviratu primorum *S. Ignatii* Sociorum locum meruit, omnium natu minimus, vocationis ordine quintus.

A puero ad extremam ſenectutem omnem in litteris ætatem conſumpſit. Græce, Latine, in Philoſophicis, in Theologicis diſciplinis, exacte doctus evaſit. Maximas ac celeberrimas totius Italiæ civitates concionibus ac ſacris lectionibus illuſtravit: plurimas ac laborioſas peregrinationes Dei causa ſuſcepit. In ſuperiorem & inferiorem Germaniam, in Poloniam item & Galliam à ſummis Pontificibus miſſus eſt: in Hybernia etiam Nuntii Apoſtolici munere functus. Synodo Tridentinæ ſedis Apoſtolicæ nomine interfuit, in qua & *Orationem de S. Joanne Evangeliſta* pereruditam, uti Pontificius Theologus, omnium audientium admiratione habuit. Hæreticorum perpetuus hoſtis, quos diſputationibus, lectionibus ac ſcriptis ſemper exagitavit ac fregit. Poſtremo cum viribus exhauſtus, voce non poſſet, ſtylo Eccleſiæ prodeſſe non deſtitit, ſeque totum ad ſcribendum contulit, Collegiumque Neapolitanum ad eam rem elegit, & in ea nobiliſſima civitate ſcintillas errorum, Hæreticorum fraude ſenſim excitatas, oppreſſit & extinxit. Ibi Præpoſitus Provincialis obiit anno 1585. paucis menſibus ſeptuagenario minor. Opera ejus, quibus Scripturam ſacram commentatus eſt, in XVI. Tomos diſtribuuntur, quorum inſcriptiones explicantur in *Bibliotheca Script. Soc. Jeſu.*

Joannes Bapt. a Glano, S. T. Doctor Sorbonicus, Ord. Erem. S. Aug. in Belgio quondam Provincialis, fuit patria Leodius, virtute ac doctrina ævo ſuo clariſſimus, fulcimentum nutanti in Belgis Religioni, tragicis illis temporibus dum Calviniana ſacrilegia graſſarent. Parum illi fuit, publice docuiſſe, venire etiam in oculos & manus omnium voluit, & prela Typographorum defatigare doctiſſimis Commentariis De *Officio puellarum*, Quem librum in duas partes diſtribuit; prior pars agit *de iis quæ ad nuptias efformantur*: poſterior *de iis quæ ad virginitatem perpetuam. De vera Eccleſia à Chriſto fundata. De primariarum Europæ provinciarum ritibus, cæremoniis & veſtibus. De progreſſu Eccleſiæ Catholicæ in Eccleſia Orientali*, ex idiomate Hiſpanico tranſtulit in Gallicum, cui adjunxit *Exhortationem ad Belgii Catholicos*. Scripſit inſuper *Oeconomiam Chriſtianam* in octo libros diviſam. Obiit circa an. 1595.

CXLIII. Stanislaus Hosius, Polonus, Presbyter Cardinalis, Varnuenſis Epiſcopus, Major Romæ Pœnitentiarius, vitæ ſanctitate, eruditionis & eloquentiæ gloria celeberrimus, Catholicam fidem ſcriptis & conſiliis acerrime propugnavit. Qui cum graviſſimis legationibus pro pace Eccleſiæ Dei, cum apud *Carolum V.* & *Ferdinandum* Cæſares, tum præcipue in ſacro Concilio Tridentino *Pii* IV. nomine feliciſſime perfunctus, Chriſtianæ Reip. plurimum profuiſſet, omnium virtutum laudibus & exemplis ad imitandum abundans, obdormivit in Domino an. 1579. æt. ſuæ 76. Hunc alii vocant *Eccleſiæ columnam*, alii *Malleum Hæreticorum*, *Senem vere Abrahamicum*, *Novum Beſſarionem*, aliis alii laudibus extollunt. Adeo celebrantur Hoſianæ Lucubrationes, ut quod olim de quodam *Greg. Thaumaturgi* ſcripto creditum eſt, id multi de Hoſii quoque libris exiſtimare non dubitent, quod eos ipſa mater Dei Virgo Maria ſcribenti dictitaverit, vel quod de Baſilio ſcriptum legitur, in pixide Spiritus Sancti calamum ſuum ſcribens intinxerit. Scripſit *De oppreſſo Dei verbo*; *Eccleſiaſticas Epiſtolas*, aliaque plurima, quæ, uti *Stanislaus Reſcius* ait, ipſo etiam auctore vivente, bis & trigeſies Latine, Germanice, Flandrice, Polonice, Italice, Romæ, Pariſiis, Venetiis, Lugduni, Antverpiæ, Coloniæ, Moguntiæ, Dilingæ, Cracoviæ, Viennæ, recuſa prodierunt.

Joannes Abercrombius, Scotus, Monachus, floruit circa annum 1586. Abunde ſcriptis ſuis oſtendit Catholicam fidem Regno Scotico eliminatam ab impotente Magnatum avaritia, non rationibus Miniſtellorum; nec Catholicos cauſæ æquitate, aut veritate rei, inferiores ceſſiſſe, ſed ſacrilego profanorum auſu, & viribus apertis excluſos.

Gregorius Nunius Coronel, Luſitanus, ex Ordine Erem. S. Auguſtini Theologus inſignis, atque omni diſciplinarum genere excultus. Scripſit *De vera Chriſti Eccleſia* libros decem. Item pro defenſione poteſtatis Eccleſiaſticæ, *De optimo Reip. Statu* Libros ſex; quibus deinde ſubjunxit *De Sacris Apoſtolicis Traditionibus* Librum unum, qui & *Apologeticus*, Romæ typis *Jacobi Lunæ* anno 1597. Quo tempore cum gravis *De divinæ gratiæ auxiliis* inter Dominicanos & Patres Soc. Jeſu orta lis eſſet, eique juxta mentem Sanctiſſimi Eccleſiæ Doctoris *Auguſtini* dijudicandæ præclariſſimorum Theologorum Congregationem *Clemens VIII.* Pont. Max. inſtituiſſet, inter alios ad tam arduæ quæſtionis deciſionem *Nunium* adhibuit, ac ſententiarum etiam Exceptorem eſſe voluit. Eundem decennio poſt *Paulus V.* ad Epiſcopatum Caſtellanenſem & Hortenſem promovit: verum has dignitatum infulas vir inprimis religioſus modeſte declinavit.

Joannes Antonius Bovius, Novarienſis, Ordinis B. Mariæ de Monte Carmeli, ob rarum in divinis Litteris ſcientiam à *Clemente* VIII. jam dictæ Congregationis de Auxiliis inter alios Conſultor conſtitutus. Maxime poſtmodum enituit ſub Pontificatu *Pauli V.* cujus Vicaria Chriſti poteſtas cum turbulentiſſimo illo inter eundem Pontificem ac Sena-

Senatum Venetum diſſidio, multorum hinc inde profilientium ſcriptis ac famoſis libellis velut pugionibus impeteretur; ipſe ante omnes ſe egregium plane Pontificiæ auctoritatis Hyperaſpiſtem exhibuit: atque ipſum adverſæ partis anteſignanum *M. Paulum Servitam* aggreſſus, ejus *Ad cenſuram Pauli V. contra Remp. Venetam Annotationes* pluribus libris docte ac copioſe rejecit.

Julius Roscius, Horti, perantiquo in Faliſcis oppido, natus, ſtirpis nobilitatem litterarum gloria cumulavit, quibus cum pleroſque ejus ævi doctrina eminentes viros conciliavit tum *Aldum Manutium* arctiſſimo ſibi amicitiæ vinculo adjunxit: quod demonſtrant *Epiſtolæ* quæ eruditorum manibus teruntur, tum *Manutii* ad ipſum, tum ipſius ad *Manutium* ſcriptæ. Extant ejuſdem *Orationes, Epigrammata, Elegia, & Sacrorum carminum liber.*

Marius Alterius, Romæ veteri ac nobili familia natus, Theologicis ſtudiis à puero addictus, magnos in iis progreſſus fecit. Epiſcopali dignitate non ſemel recuſata, tranquille ævum exegit, contentus Canonicatu in Æde D. *Petri* Vaticana, ex cujus legibus moralem Theologiam Parochis tradidit, qui Eccleſiaſticæ ejus Baſilicæ ditioni ſubjiciebantur. Scripſit *De Cenſuris* doctum in primis atque utilem Librum.

CXLIV. Joannes Wamesius Leodicensis, Lovanii à Philoſophia optime efformatus, litteraturæ melioris, & linguæ ac juris utriuſque notitiam ſingularem aſſecutus, eſt uſus lare & familiaritate *Rutgeri Reſcii*, viri doctiſſimi: quo etiam elato, in *Wameſii* poſtea manum vidua convenit. Doctor juris utriuſque renuntiatus eſt an. 1553. cum *Joachimo Hoppero*, *Joan. Venduillo*, & *Petro Pecquio*, viris præſtantiſſimis, & ad ſumma natis. Solus *VVameſius* ſe totum Academiæ vovit, licet vocatus quoque ad ſumma. Biennio itaque poſt in Profeſſorum numerum cooptatus fuit, quos *Ordinarios* vocant, & jus civile annis ſedecim interpretatus eſt. Inde primarius Canonum Anteceſſor deſignatus, munus illud annos viginti cum laude & fructu obiit, Primoribus gratus, vulgo venerabilis, omnibus carus; breviter doctrina, prudentia, auctoritate, inter ævi ſui primos. Obiit diutina invalitudine an. Dom. 1591. ſepultus in D. Petri Baſilica. Certe in *VVameſio* ſumma erant omnia, quæ in vero Juriſconſulto effigiando deſideres. Ingenium promptum & facile, judicium acre, memoria rerum ſumma, labor indefeſſus, nulla à ſtudiis, à legendo ac ſcribendo requies, ne iſta quidem ætate graviore, & fracto corpore, ab acutiſſimis podagræ doloribus pene continuis. Ad hæc par in utroque jure doctrinæ eminentia, quod perquam rarum, ne dicam inſolens, in pleriſque ætatis noſtræ Juriſconſultis: rerum forenſium uſus ſingularis, mira in actionibus facilitas & promptitudo, & cum his non moroſe aut dure fluens eloquentia; ut unus eſſet & eloquentium Juriſperitiſſimus, & Juriſperitorum eloquentiſſimus; quorum alterum de *Craſſo*, alterum de *Scævola* dictum olim fuit. Dubites merito, ſcholæ an Reip. idoneus magis eſſet. Ut verbo dicam, ad unicum fere *VVameſium* non tantum cum de jure reſpondendum eſſet, ſed & in iſta rerum perplexitate, & nutantis Belgii ſtatu, velut ad oraculum, itum eſt. A *Joanne Auſtriaco* Belgarum Gubernatore ad Secretioris Concilii Senatum evocatus eſt. Eminent inter ejus ſcripta *Reſponſorum* ſive *Conſiliorum de Jure Pontificio* Tomi duo.

Pompeius Columna, & ſacra purpura, & militari fuit ſago famoſus, Neapolitano Regno adminiſtrando Præfectus a *Carolo V.* Cæſare. Poſt comeſtas biferas ficus, quas multa nive refrigerarat, in complexu *Auguſtini Nyphi* clariſſimi Philoſophi integris ſenſibus exſpiravit an æt. 53. cum *Carolus* Cæſar comparatis ingentibus copiis *Solymanno* in Pannoniam redeunti ad Viennam occurriſſet. Familiares fuere *Pompeio M. Antonius Caſanova, Tamyra Macarotius Phædra, Volaterranus, Camillus Porcius.* Poemata ſcripſit varia, unum præſertim *De laudibus mulierum*, in gratiam *Victoriæ Columnæ.*

Georgius Armeniacus, Vaſco, ex Armeniacorum Comitum ſtemmate nobili ortus, *Ambaſciani* Cardinalis affinis fuit, ejuſque opera bonis moribus ac litteris imbutus, Epiſcopus fuit Ruthenſis, dein Cardinalis, & favente *Franciſco* Rege, Archiepiſcopus Toloſanus, demum Avenionenſis. Ad Venetos Legatus, atque inde ad *Paulum III.* nactus occaſionem, magnam operam poluit in reſtituendis optimis Auctoribus, & ab oblivione vindicandis, quorum magnum numerum undique perquiri ac deſcribi juſſit ſuis ſumptibus: hoc etiam Regi, ut idem faceret, miſſis in omnes partes Europæ doctiſſimis hominibus, facile perſuaſit. Ejus auſpiciis evulgavit *Guillelimus Blancus*, Albienſis, Latinamque fecit *Epitomen Dionis*, quam *Xiphilinus* olim Græcam tradiderat. Obiit 1585.

Paulus Paruta, Patritius Venetus, legatione Hiſpanienſi & aliis clarus, *De perfectione politica*, item *Hiſtoriam belli Cyprii* vernaculo ſermone exaravit, & anno Chriſti 1599. ætatis 58. deceſſit.

Joannes Maldonatus, gente Bæticus, ſeu ex ea parte Hiſpaniarum quæ *Eſtremadura* hodie dicitur, nobili genere natus, in Academia Salmanticenſi celeberrimis præceptoribus uſus eſt *Dominico Soto* & *Franciſco Toleto*, qui poſtea S. R. E. Cardinalis fuit. Studiis con-

confectis Societati ſe conſecravit. Tum Romam evocatus Theologiam docuit. An. 1563. Lutetiam eſt miſſus, ubi Philoſophiam primum, ac deinde Theologiam totos decem annos profeſſus eſt, magno auditorum concurſu & fructu. *Capellum*, *Holmum*, *Loqueum* & xx. alios Miniſtros Calviniſtas differendo & declamitando proſtravit. Addit *Genebrardus Lauxeum*, quem infra laudabimus, & *Henricum Penneterum* Miniſtros, qui aderant, fuiſſe converſos. A *Gregorio* XIII. è Gallia in Urbem accerſitus, ut operam ſuam præſtaret ad editionem Græcam LXX, Interpretum, quam parabat, non diu Romæ ſuperſtes fuit; lucubrationem illam abſoluit & obiit an. 1583. Scripſit hic vir admirabilis eruditiſſimos *Commentarios in IV. Evangeliſtas*, tomis duobus diviſos, in quibus genus dicendi breve eſt, ut interpretem decet, ſed lucidum & perſpicuum, elegans, peracutum, & ad docendum & convincendum Hæreticos aptum atque robuſtum. *Commentarios in Prophetas IV. Jeremiam*, *Baruch*, *Ezechielem* & *Danielem*, quibus acceſſit *Expoſitio Pſalmi* CLX. *Epiſtolam de Collatione Sedanenſi cum Calvinianis*. *Diſputationem de fide*. *Librum de Dæmonibus*. *Diſputationum ac Controverſiarum deciſarum circa* VII. *Eccleſiæ Romanæ Sacramenta* tomos duos, & alia præſtantiſſimi ingenii monumenta, quæ nondum excuſa ſunt, vel etiam interciderunt.

CXLV. BENEDICTUS ARIAS MONTANUS, Hiſpalenſis, cujus meminit *Auctarium Heptadis Miræanæ* c. 534. Doctor Theologus, omnium pene gentium linguis atque litteris raro certe exemplo excultus, nomen cum omni poſteritate adæquavit: nam prætet Græci ac Latini ſermonis elegantiam aliarum linguarum notitiam paraverat, ut Chaldæi, Hebræi, Syri, Arabes & his affines illo vel Interprete, vel Magiſtro uti potuiſſent. Taceo omnis Philoſophiæ ac Theologiæ cognitionem, vitæque integritatem. Fruſtra igitur ſperabat *Montanus* in Montium rupibus latere ſe poſſe, cum in prædio Aracenſi & ſolitudine illa ſaltuum Marianorum ſibi vivere & Muſis ſolis operari ſtatuiſſet. Vidit eum ejuſque dotes emiſſitio ſceptri ſui oculo Rex ille poſt hominum memoriam Max. *Philippus* II. atque à ſylvis obſcuris ad illuſtrem aulam ſuam evocatum in Ordinem Militiæ *S. Jacobi* cooptavit, Cumque hoc ageret ut *Ptolemæi* Regis, qui duos & LXX. Interpretes evocavit, & *Franciſci Ximenii* exemplo, qui Compluti Biblia eruditis linguis evulgavit, eadem auctiora ad poſteros tranſmitterentur, *Montano* nemo aptior repertus eſt qui Regiam vere editionem adornaret. Ab ultima itaque Bætica Regis auctoritate Antverpiam venit, & in ſocietatem adſcito *And. Maſio Bruxellenſi*, *linguæ* Syriacæ peritiſſimo, annos tres, & quod excurrit, ei lucubrationi impendit. Re bene geſta, magno Eccleſiæ Catholicæ commodo, domum reverſo Montano cura credita eſt Regiæ illius Bibliothecæ ad S. *Laurentium in Eſcuriaco*, quæ poſt Vaticanam Pontificiam Græcorum exemplariorum multitudine ſecundas facile obtinet, ſuperatque, ut à doctis & curioſis non ſemel dudici, Alexandrinam illam ejuſdem *Ptolemæi*, multorum litteris prædicatam. Flagitata ſæpe numero honeſta miſſione, ut erat ſolitudinis amans, in rupem iterum ſe Montanus abdidit, & cum veteribus amicis, id eſt libris, in gratiam rediens in *Utriuſque Teſtamenti libros* pene omnes *Paraphraſin* conſcripſit. Mirabitur jure optimo poſteritas in tam puſillo corpore tantum latuiſſe Theſaurum doctrinæ ac linguarum, ſine omni faſtu, ut qui Philoſophi illud, *Latens vive*, crebra ſecesſione verum eſſe comprobarit. Nam & ſenex admodum honorifice ab Academia Salmanticenſi ad ſacræ Scripturæ ac linguæ Sanctæ explicationem evocatus; mox etiam, ut Religioſis hominibus Equeſtris *D. Jacobi* Militiæ præeſſet, rogatus, utrumque modeſte recuſavit. Alimentorum vero ea temperantia eſt uſus, ut à carnibus perpetuo quaſi Pythagoræus abſtinuerit. Quo factum eſt, ut integra ſemper ac firmâ valetudine in tot tantiſque lucubrationibus, ad extremam uſque ætatem conſtanter vixerit. Deceſſit è vita in agro patrio, ferme octogenarius an. 1598. eodemque pene menſe Junio, quo familiaris ejus *Abrahamus Ortelius*, Regis Catholici Geographus, Antverpiæ.

JOANNES LIVINEIUS, *Clara Lævini Torrentii* ſorore, Teneramundæ ad Scaldis & Teneræ confluentem, natus, Gandavi autem educatus, ab avunculo Coloniam Agrippinam adoleſcens mittitur, Græcis litteris perinde ac Latinis imbuendus. Qua in urbe ea rei litterariæ jecit fundamenta, ut in utriuſque linguæ, ac præſertim Græcæ cognitione paucos ſæculum noſtrum pares tulerit. Ætate maturior Lovanii Theologicis operam dedit, quo tempore honeſto Leodici ab avunculo, ibidem tunc ad *D. Lamberti* Canonico, & Brabantiæ Archidiacono, ornatur ſacerdotio. Vertitque de Græco *Nyſſenum Gregorium* De *virginitate*, atque eadem ipſa de re *Joannem Chryſoſtomum*: tametſi hunc *Julius Pogianus*, elegantius tamen quam fidelius, illum vero *Petrus Galeſinius* antea convertiſſent. Sed & Græcam LXXII. Interpretum verſionem cum libris calamo exaratis, *Guil. Cantero* adjutante, comparavit; cum *Philippi* II. Regis Catholici auſpiciis ad Complutenſem editionem typis *Plantinianis* excuderetur. Hinc Romam, Vaticanæ Bibliothecæ excutiendæ gratia, profectus, *Guil. Sirleto*, & *Antonio Caraffæ*, doctiſſimis Cardinalibus, ejuſdemque Bibliothecæ ex ordine Præfectis, ob ſingularem Græcarum litterarum peritiam, carus in primis fuit. Multa inde deſcribendo eruit, & veterum monumenta varia cum membranis conferendo, bonas horas in urbe collocavit. *Theodori* quoque *Studitæ Catecheſes* è *Sirleti* bibliotheca primus in lucem attu-

attulit, Latinaſque à ſe factas ſcholiis illuſtravit. Creato poſt *Torrentio* Antverpienſium Antiſtite, Canonica & Cantoria ibidem dignitate cohoneſtatur: cujus & oculos ea in urbe clauſit. Apoplectico demum correptus morbo, cum avunculo ſuo annos tres & menſes octo ſuperuixiſſet, nondum ſenex deceſſit: dum *Panegyriſtas veteres* XII. eruditis à ſe Notis illuſtratos (Criticus enim acri in primis judicio fuit) officina *Plantiniana* in lucem proferret. Meditabatur hortantibus amicis, in his *Andr. Schotto*, de Græcis Patribus, *Gregorium Nyſſenum* potiſſimum in apertam lucem Græce proferre: cum quod primus ingenii partus fuiſſet, tum quod eum Græce non exſtare integrum moleſte ferret. Sed hæc & alia molientem, in ipſo curriculo mors abripuit, an. 1599. æt. 52. ut aliis lampada tradidiſſe videatur. *Præter Nyſſeni* latent apud heredes & *Joannis Chryſoſtomi Epiſtolæ*, *Andronici Imp. C. P. Diſputatio*, *Euripidis Tragœdiæ*, *Athenæi Deipnoſophiſtæ*, aliaque de Græcis Latina facta, & cum mss. comparata. Conditus eſt Antverpiæ in ampliſſima Deiparæ Baſilica, ut qui genere & eruditione, ſic & tumulo proximus avunculo foret.

CXLVI. HENRICUS WILLOTIUS, urbecula Fontenſi in finibus territorii Leodicenſis oriundus, Ord. Minorum ſtrictioris, uti vocant, Obſervantiæ, S. Theologiæ Lector & Eccleſiaſtes facundiſſimus, fuit Ordinis ſui Miniſter Provincialis & Commiſſarius Generalis per Belgium. Obiit Romæ profectus ad capitulum Generale in Conventu Aræ Cœli, an. 1559. Scripſit *Athenas Orthodoxorum Sodalitii Franciſcani*, ſeu De Scriptoribus ſui ordinis, Leodii 1598. *Ogdoada bina*, ſeu Conciones octonarias, pro duabus hebdomadis, *de SS. Euchariſtiæ Sacramento*. *Ogdoas* prima prodiit Duaci 1592. & altera Leodii eodem anno. Populari idiomate, Gallico ſcilicet, edidit *Conciones de Indulgentiarum vi, natura & antiquitate*, & Evangelica plurima, quæ *Valerius Andreas* enucleate recenſet.

JACOBUS ANTON. MIDDELBURGIUS, Zelandus, Juris Pontificii Profeſſor, Cantor ad D. Gudilam Bruxellis, & Cameracenſis Epiſcopi *Henrici de Bergis* Vicarius Generalis, ſcripſit *De præcellentia Poteſtatis Imperatoriæ*. Effert hoc opus *Eraſmus*, *Epiſtolarum lib.* 11. *ep.* 26. Laudat in grandi ætate ingenium ardens & vividum; in fortuna lauta induſtriam indefatigabilem; in tantis negotiis animum vigilantem; in opuſculo cum brevi, tum pene tumultuario, tam variam omnigenæ doctrinæ vim, tantam utriuſque Juris, tantam Theologiæ, tantam Hiſtoriarum, tantam ſcriptorum omnium, & veterum & recentium, in omni genere notitiam. Annum Middelburgio fatalem non comperio.

JOSEPHUS ACOSTA, feſtinante typo ſup. c. 120. jejune repræſentatus, natione fuit Hiſpanus, patria Methymnenſis, adoleſcens nomen Societati Jeſu dedit. Omne diſciplinarum genus à puero didicit, & grandior in ſcholis eas profeſſus fuit. In occidentalem Indiam deinde navigavit, & Peruanam ſui ordinis provinciam gubernavit. Præter tres *Concionum* Tomos, ſtylo gravi & eleganti compoſitos, ſcripſit accurate *De natura novi orbis* libros duos, *Hiſtoriæ naturalis & moralis Indiæ* libros Septem, *De procuranda Indorum Salute* libros ſex, *De Chriſto revelato* libros novem, *De temporibus noviſſimis* libros quattuor. Ex India in Hiſpaniam reverſus, poſtquam in Aragoniæ ac Bæticæ provinciis Viſitatoris munus egiſſet, demum Salmanticenſis Collegii Rector, ſexagenarius ibidem vivere deſiit, anno 1599. Vir fuit ingenio non vulgari, laborioſus, facundus & prudens.

JOANNES CANNARTUS, natus apud Sueſſiones, à puero litterarum ſtudia diligenter excoluit, quibus animi puritatem ſemper adjunxit. Poſtquam Doctorali laurea donatus & Sorbonicis ſociis adſcriptus eſſet, Ordinem Minimorum, non ſine multorum admiratione, complexus eſt. Necdum annum profeſſionis ſextum expleverat, cum carne ſolutus ad quietas ſedes evolavit an. 1589. Ediderat adhuc Baccalaureus *Compendium Rhetoricæ*, in Pariſienſi Academia famigeratum, quod ſæpius recuſum fuit. In ſchedis ejus reperta eſt *Summa Privilegiorum Ordini ſuo à Summis Pontificibus conceſſorum*, quæ an. 1585. typis *Joannis Corbon*, Pariſiis in lucem eſt prolata. Refert *Lanovius* illum, præter hæc, habuiſſe non pauca magni moliminis opera, quæ quoniam ultimam auctoris manum non acceperant, non parvo ſtudioſorum detrimento cum auctore ſuo deciderunt.

ALBERTUS LASCUS, Palatinus & Baro Polonus, ſcripſit *Epiſtolam ad novos in Polonia Miniſtros de rebus ad Religionem pertinentibus*, Dilingæ 1571. in 8. editam.

ALOYSIUS LILIUS, Mathematicus inſignis, librum *De reſtitutione anni & Calendarii Eccleſiaſtici* ſcripſit: ſed neſcio an typis excuſus fuerit; hoc ſcio, hujus Libri compendium Romæ 1577. in 4. excuſum fuiſſe, quod poſtea *Gregorius* XIII. examinandum tranſmiſit ad Chriſtianos Principes & peritos Mathematicos.

CXLVII. JOANNES VINCENTIUS Ab Aſtorga, Hiſpanus, ord. Dominicanorum, *Alberto Pio* Principi Belgarum à Confeſſionibus, fuit inter Theologos Hiſpanos ævo ſuo celeberrimus. Scripſit *De gratia Chriſti*. Florebat an. 1596. Obiit Romæ, cum ſe ad iter in Flandriam accingeret.

Horatius Tursellinus, Patria Romanus, Soc. Jesu Presbyter, suis Florentiæ ac Laureti magna prudentia præfuit. Utque erat historiæ, & elegantium litterarum (quas in Romano Collegio annis duodeviginti docuit) longe peritissimus, ingenioso utique *Compendio* res ab orbe condito ad annum Christi millesimum quingentesimum nonagesimum complexus est. Quem libellum amicis meis, præsertim in Republica occupatis, de meliore nota libenter commendare soleo. Scripsit insuper libros quinque *Historiæ Lauretanæ*, & libros sex *De Vita S. Francisci Xaverii*; cujus & libros quattuor *Epistolarum* ex Hispanica lingua in Latinam transfudit. Obiit sexagenario major, sub annum millesimum quingentesimum nonagesimum nonum.

Garcias Loaisa, nobili genere natus, Doctor, Theologus Complutensis, post Toletanus Canonicus & Archidiaconus, hinc à Philippo II. Rege Catholico studiis filii unici Philippi III. præfectus, munus egregie obivit. Collegit unum in corpus *Concilia Hispaniæ*, Notisque eruditis illustrata, Madriti edenda curavit. Archiepiscopus demum Toletanus post *Albertum Austrium* creatus, non diu supervixit, obiitque Compluti anno salutis 1599. ætatis sexagesimo quinto.

Thomas Dempsterus, Baro Scotus, Jurisconsultus & Doctor edidit in 4. *Apparatus ad Historiam Scoticam* libros duos; *Martyrologium Scoticum*; & *Scriptorum Scotorum Nomenclaturam*, sed quæ tantum nuda nomina refert. Erat hic, uti refert *Matthæus Peregrinus*, indefessus in legendo, ita ut quatuordecim diei horas in librorum lectione continuare soleret. Mentis acumine satis valuit, sed memoriæ tenacitate longe plurimum, adeo ut multoties diceret, ignorare se, quid sit oblivio. Nihil adeo abditum in antiquitatis monumentis, cujus non meminisset; ita ut *Franciscus Cospius*, vir in litteris omni comparatione major, *Dempsterum* magnam Bibliothecam loquentem compellare consueverit. Stylus ei copiosus, contragosus tamen. Moribus apertus & simulandi nescius; sive amore odiove quempiam prosequeretur, utrumque palam. Ut amicis obsequentissimus, ita inimicis maxime infensus.

*Joannes Dempsterus*, seu *Themistor* dictus *Thomæ* gentilis fuit Juris V. Doctor, Parisiensis Academiæ, ævo suo florentissimæ, ter Rector, & Reip. Venetæ Bibliothecarius. Joannes obiit Venetiis, propter fidem exul à patria, circa an. 1590.

Joannes Bapt. Stella, Romanus, Libellorum supplicum Referendarius, atque Ecclesiæ Bisuntinæ Antistes: solitus per otium ad amœniora Musarum studia divertere. Scripsit *Elegos* mira elegantia, atque eodem carminis genere descripsit *Ambulacrum Vaticanum*. Fratrem habuit Jul. Cæsarem Stellam, ob ingenii præstantiam *Clementi VIII.* inprimis carum, à quo & inter intimos Cubicularios adlectus est. Exstant ejus *Libri Columbeidos*, quos, annos nondum natus XX. edidit, à *M. Ant. Mureto*, *Petro Victorio*, *Francisco Bencio*, è cujus disciplina prodierat, laudatos.

Blasius Viegas Lusitanus, Soc. Jesu, Presbyter, Græce ac Latine pereruditus, in patria Academia Eborensi primum humaniores, postea sacras litteras magna doctrinæ fama explicuit. Inter alia laudantur ejus *Commentarii exegetici in Apocalypsim Joannis Apostoli*, omnibus eruditis, & nominatim *Suario*, valde probati. Obiit Eboræ an. 1599.

Petrus Fonseca, natione Lusitanus, Patria Visensis, Soc. Jesu Philosophus ac Theologus eximius, vir magna apud *Gregorium* XIII. Pontificem & *Philippum* II. Regem Catholicum auctoritate, multa utiliter pro bono Ecclesiæ universæ præstitit. Ex Urbe (ubi Assistens Societatis erat) in Lusitaniam titulo Visitatoris missus, Olisipone ad meliorem vitam transiit anno millesimo quingentesimo nonagesimo nono. *Dialectica ac Metaphysica* ejus *Commentaria* omnibus sunt nota.

CXLVIII. Thomas Burcherius, Anglus, ord. *S. Francisci* de Observantia, sacræ Theologiæ Doctor Sorbonensis; obiit Romæ, cum Pœnitentiarius esset ad Ecclesiam S. Joannis Lateranensis, anno 1586. Composuit *Ecclesiasticam Historiam* de quibusdam Martyribus Ordinis sui, qui ab anno 1536. usque ad annum 1582. partim in Anglia & Hibernia sub *Henrico* VIII. & ejus filia *Elisabetha*, partim in Belgio, maxime sub *Guilelmo* Principe Auriaco, martyrium pro fide passi sunt. Exstat Ingolstadii anno 1583. Parisiis 1586.

Georgius Etherigius, Anglus, in patria linguæ Græcæ Professor Regius; ubi, mutato Religionis statu, numquam adduci potuit, ut altiorem gradum in academia hæretica caperet; quia juramentum, quod execrabatur corde toto, præstare noluit; unde propter fidem officio privatus, & in carcerem conjectus, fuit inter primos ævo suo qui in Anglia pro Christo pati cœperunt, & plurimis optimo profuerunt exemplo; eo magis Hæreticis exosus, quo minus illorum minis terrebatur & honorificentius ducebat pro fide pati. Triginta plus minus annis, in carceribus, persecutionibus & vinculis sibi liber visus est.

Fuit

Fuit insigniter peritus Matheseos, Poetices & Musicæ. Hebraeam etiam linguam accurate didicit. *Justinum* martyrem è Græco vertit in Latinum, & *Psalmos Davidicos* in quoddam breve genus carminis Hebraici contraxit. Scripsit alia plurima, quæ, uti refert *Pitseus*, temporum iniquitate, & hominum nequitia perierunt. Vixit ad annum 1584.

Franciscus Hæmus, Flander, Insulanus, Presbyter & Gymnasiarcha Cortracensis, cujus ævo cum Calviniſtæ furores lymphata mente diffunderent, Atrebatum secesſit, ibidem exceptus à familiari suo *Antonio Meyero*: Cortracum reversus, postquam Rex eam urbem recuperasset, pristinæque religioni restituisset, an. 1585. vivere desiit. Scripsit *Sacrorum Hymnorum* libros duos & alia varia *Poemata*.

Prosper Santacrucius, Romanus, ob eximias animi ingeniique virtutes creatus Cardinalis, Episcopus dein Albanus; legationibus Lusitanica, Germanica, Hispanica & Gallica egregia cum laude functus, maximisque pro Romana Sede susceptis laboribus, ad meliorem ivit vitam an. 1589. ætatis 72, Scripsit *Decisiones Rotæ*, & *Gallicarum rerum Commentarios*.

Antonius Gallonius Italus, sua lingua concinnavit *Vitas Sanctarum Virginum Romanarum*, cum brevibus historiis de gestis Sanctorum parentum earum, & variis Annotationibus. Item *Vitas Papiæ & Marci* militum Romanorum, martyrum, Romæ 1591.

Richardus Bristolius, mediocri loco in Anglia natus, à teneris annis futurarum virtutum spem magnam dedit, quam neque maturior ætate fefellit. Oxonii prima litterarum tyrocinia percepit. *Spiritus Sancti* lumine illustratus, hæresis devium cursum deprehendit. Spontaneus igitur exul in Belgium trajecit, circa idem tempus quo *Alanus* juvenes Anglos, incertis sedibus fidei causa vagantes, Duaci congregaret, innutriendos pietati litteriſque bonis. Inter hos solida doctrina, morumque gravitate *Bristolius* emicuit: ex iis primus Sacerdotium suscepit, atque studiorum Præfectus constituitur, erudiendis aliis Præceptor factus, ipsam Doctoratus lauream susceptit. Humili quidem stylo, sed solidis fundamentis eruditionis suæ monumenta scripsit. Multum ei fuit negotii cum Calviniſtis Anglis, præsertim cum quodam *Fulco*, futili & nugatore Ministro. Edidit de rationibus ad fidem Catholicam amplexendam moventibus variarum quæstionum, seu, ut is vocat, *Motivorum libros duos*, *Expostulationum ad omnes Hæreticos librum unum*, *Apologiam Alani & sui ipsius contra Fulcum*. In patriam recuperandæ valetudinis gratia reversus occulte, prope Londinum obiit an. 1582. Ecclesiam Christi persequente Elisabetha Regina.

Joannes Marshallus, Anglus, in patria Dorcestrensi politiores litteras cum laude docuit. Sed ubi ad regnum Angliæ pervenit Elisabetha Regina, & hæresim introduxit, relictis patriis laribus, in Belgium cum *Thoma Hido* Canonico Wintonienſi fugit, & Lovanii diu acriter studiis operam dedit. Procurante *Ludovico Audoeno* tunc Archidiacono Cameracensi, postea in Italia Episcopo Cassano, adeptus est in Flandria Canonicatum Insulensem; à cujus tamen possessione diu fuit impeditus, ex eo quod in tumultibus illis Belgicis contra *Joannem Austriacum*, Regis Hispaniarum Proregem, jurare recusasset. Successu tamen temporis, rebus nonnihil in melius mutatis, pacificam dictæ præbendæ consecutus est possessionem, & ibidem per annos XVIII, ad gravem usque senectutem resedit, donec *Gulielmo Giffordo*, sacræ Theologiæ Doctori, Decanatum ibidem consequenti Canonicatum libere resignaret, ut liberius soli Deo, vitæque futuræ meditationi vacare posset. Inimicus jugiter fuit inimicis Crucis Christi; unde & contra *Jacobum Calfidum* Calviniſtam Anglum in hac materia tam neruose scripsit, ejusque blasphemias tam solide confutavit, ut ei silentium æternum imposuerit; in cujus victoriæ trophæum testamento reliquit insignem annulum aureum cum inserta gemma, ad ornandam S. Crucis particulam, quæ in Ecclesia Insulensi magna veneratione asservatur. Scripsit autem lingua materna contra *Calfidum*, *Defensionem S. Crucis*; & *Apologiam contra Calfidi responsionem*; *De tonsura Clericorum*, tractatum imperfectum, qui numquam prodiit. Insulis honorificam sepultarum accepit an. 1597.

CXLIX. Cyprianus Suarez, Hispanus ex Ocaniæ opido, diœcesis Toletanæ, Soc. Jesu; vir fuit candidi ingenii, multæ ac variæ eruditionis, Latinis, Græcis atque Hebraicis litteris perfecte doctus, sacrarum Scripturarum scientia probe instructus, & qui subtilitati in scholis disputandi, Conciliorum, Sanctorum Patrum, humanæ atque divinæ historiæ cognitionem adjunxerat. Septuagenario major Placentiæ diem suum sancte obivit, an. 1593. Scripsit *De Arte dicendi* libros tres, quos *Federicus Cerutus*, Veronensis, commentatus est; *Tabulas Rhetoricas*, *Commentarios in Psalmos Davidis*, & *in Cantica Canticorum*; qui tamen typis nondum evulgati.

Boetius Epo, Frisius, Tolosæ suprema Jurisprudentiæ laurea decoratus, primum Lutetiæ, post Lovanii eam ipsam summa cum ingenii, tum doctrinæ gloria tradidit. Qua una re promeruit, ut veluti colonia Regiis auspiciis Lovanio Duacum deducta, & ipse suos inter Jure consultos antesignanus mitteretur. Qua in Academia septem ipsos & triginta continenter annos, raro certe constantiæ exemplo, de superiore loco profitendi munus sustinuit; honorarii etiam vice titulum Palatini Comitis adsecutus. Antiquitatis vero Ecclesiasticæ peritissimum fuisse arguunt *Syntagmata*, & *Ecclesiastica atque Heroica*, quas edidit, *Quæstiones*. Collegas Duacum secum profectos ad unum omnes præmisit: quibus compositis, ipse superstes vixit septuagenario, in tot tantisque lucubrationibus, major; duodecim etiam liberorum ex honesta conjuge parens. In his & filium *Eponem Boetium*, ut tituli, sic & cathedræ consortem reliquit, obiitque Duaci 1599.

Matthæus Launæus seu Launoius, gente Francus, Genevæ apud *Calvinum* diu vixerat, & in illa pestilente schola studiorum suorum rudimenta posuerat. Is Tornacum à fæce hominum secreto an. 1562. evocatus, multos sua vaniloquentia seduxit; cui speciem pietatis adjunxerat. Dumque ibi hæret, certa adfertur fama, in urbe Insulensi, Sacerdotum ministerio & exorcismis, è quodam viro primario dæmonem expulsum esse; multos etiam Rotnaci in Flandria, ad *S. Hermetis* martyris lipsana, à dæmonibus obsessos frequenter liberari. Quod à Religionis Catholicæ studiosis hominibus quotidie sibi objici, ægre ferentes Calviniani, dolo malo artes malas struunt. Cum viro quodam ac muliere paciscuntur; numeratam pecuniam & annuum censum utrique promittunt, si dæmoniacos sese profiterentur. Ex pacto autem indecoris motibus ac sermonibus, ut erant edocti, dæmoniacos sese mentiuntur. Late ea fama per nocturnos *Fratrum* (ut se nuncupabant) conventus diffunditur. Ad *Launoium* denique res defertur, omnis fraudis ignarum. Rogant illius sectæ seniores, ut miseros illos precibus suis juvet. Is importunis ipsorum flagitationibus demum expugnatus, super utroque preces fundit, & alios fundere jubet. Quibus actis, simulat uterque dæmonem depulsum. His commentis Calviniani per ea tempora dogma suum propagare conati sunt: sed quæ decipiunt, nihil habent solidi; nihil proficit simulatio; paucis imponit leviter aut extrinsecus inducta facies: singuli decipere & decipi possunt: sed dato tempore veritas se aperit. Tenue est mendacium; perlucet, si diligenter inspexeris. Nullum Wittemberga, nullum Geneva miraculum dedit, nec dabit. Hæ tamen technæ, non ante sunt à *Launoio* intellectæ, quam pecuniis non præstitis litem movere debitoribus dæmoniaci cœperunt, eaque impostura 1574. in Hollandia à duobus totius rei conscius ipsi commemorata fuit. Quas quidem fraudes ac mendacia ut agnovit, ejurata hæresi, ad Ecclesiæ Catholicæ castra rediit: plurimos denique libros contra pestilentis illius sectæ Magistros publicavit, quibus, mendacio pallente, non fuerunt ausi respondere. Idem porro *Launoius* postea Sacerdos factus, *Joanni Miræo* Episcopo Antverpiensi, *Auberti* patruo, perfamiliaris fuit; eumque senem sæpe idem *Auberto* se vidisse & conveniisse commemorare solebat. Et ne posteritas in dubium ista vocare posset, ipse *Launoius* libello edito omnia vulgavit: nam ipse pie demum Bruxellæ obiit, in Basilica S. *Jacobi* prope Palatium Regium conditus; ubi hodieque ejus tumulus, cum effigie appensa visitur. De hoc, nocturno adhuc existente præcone, Tornaci sumptum esse supplicium extremum *Serada* male putat, *Decade I. Belli Belg. Lib.* 3. ad an. 1562.

Bartholomæus Ugolinus, Monte Scutuli, exiguo in Æmilia oppido natus, Bononiæ Juri Cæsareo ac Pontificio operam dedit, plurima conscripsit, solidam magis doctrinam quam styli elegantiam affectans. Ex iis publicam lucem aspexere, Liber De *Sacramentis novæ legis*, quem *Xysto V.* dedicavit. *De censuris Ecclesiasticis. De Justitia & validitate Monitorii Rom. Pontificis contra Venetos*, aliaque hujus generis, quibus acerrimum Ecclesiasticæ libertatis vindicem se exhibuit. A Paulo V. ad Ecclesiam Barcinonensem promotus, prius quam Episcopalibus sacris inauguraretur, ad plures abiit.

Franciscus Maria Taurusius, unus inter illustres socios *S. Philippi Nerii*, & inter primos lapides fundati Cœtus illius (quod *Oratorium* in Urbe appellatur) vere angularis, cujusque piæ institutionis Roma cum gaudio fructus hodieque percipit. Vir erat animi interritus, & in re gerenda miræ firmitatis, singularisque prudentiæ. Quapropter cum ejus apud omnes fama volitaret, propter virtutes & vitam tanto Institutore dignam, *Clemens VIII.* ei primo Archiepiscopatum Avenionensem, deinde contulit & Purpuram. In quo gradu versatus diu laudabilissime, tandem homo antiqua virtute, jam gravior annis, decrevit abscedere muneri Cardinalitio (tametsi in corpore affecto vigeret vis animi consiliique) ac se retulit in Oratorium ad socios; ubi vitæ postremum actum, plaudente Roma, claulit, cum perveniisset ad annum ætatis tertium supra octogesimum. Quid scripserit non comperi.

Antonius Bosius, Italus, magnam vitæ suæ partem cœmeteriis seu cryptis veterum Christianorum Romæ & in vicinia lustrandis ab anno 1567. usque ad annum 1600. impendit.

Scripsit-

Scripſitque lingua Italica libros tres De *Roma ſubterranea*, quos poſt *Boſii* obitum *Joannes Severanus*, Presbyter Oratorii Romani, perfecit, & libro quarto auctos Romæ 1632. in fol. edidit. Idem porro *Boſius* ſcripſit *Hiſtoriam Ordinis militaris Joannitici* ſeu *Melitenſis*: cujus & negotia in aula Romana uſque ad obitum procuravit: moriens autem villam ſeu vineam ſuam in monte Aventino ſitam, variis antiquitatibus ornatam, Equitibus dicti Ordinis teſtamento legavit.

Arnoldus Saphorius, Gallus, Soc. *Jeſu*, Philoſophiæ ac ſacræ Theologiæ multos annos in Collegio Pariſienſi cum laude Profeſſor fuit, vir inſigniter doctus, & tam integro puroque ſenſu pietatis, ut illi à natura indita, non exercitatione parta videretur. Scripſit opus accuratum *De locis Novi Teſtamenti*, ab Hæreticis noſtri temporis corruptis; ſed quod morte præventus evulgare non potuit. Scripſit etiam modum ſeu viam convincendi Hæreticos ex ratione formali fidei, cui titulum fecit, *Combinationes adverſus Hæreticos*. Obiit doctiſſimus vir Toloſæ an. 1595.

Franciscus Sarmientus, Hiſpanus, primum Apoſtolici palatii Auditor, poſtea in patrio ſolo Jaenſis Epiſcopus, edidit Romæ librum *De Reditibus Eccleſiaſticis*, in quo diſſeritur, utrum Clerici ea, quæ ſibi ſuperſunt ex Reditibus Eccleſiaſticis, in pauperes & alios pios uſus errogare teneantur, ex lege juſtitiæ, vel ſolum ex lege miſericordiæ; & quando has leges & earum alteram tranſgrediantur. In quod opus, ab illo vehementer diſſidens, *Apologiam* ſcripſit *Martinus Aſpilcueta Navarrus*, ſuppreſſo tamen *Sarmienti* nomine. Quin & *Selectarum interpretationum* libros tres in Hiſpania evulgavit *Sarmientus*.

Franciscus Bozzius, Eugubinus, *Thomæ*, ſcriptis clari frater; Oratorii Romani Presbyter, in Theologia, Philoſophia, ſacra item prophanaque hiſtoria verſatiſſimus, opus varium *De temporali Eccleſiæ monarchia* Romæ 1601. publicavit. Idem *Annales mundi*, *S. Petri vitam*, & alia litteris conſignavit.

Fulvius Ursinus, patria Romanus, Philologus inſignis, Græce Latineque doctiſſimus, complura veterum utriuſque linguæ Scriptorum monimenta quaſi ambidexter aut primus edidit, aut edita dedit meliora. In familia *Alexandri Card. Farneſii* diu vixit, & anno 1600. ſeptuagenarius obiit, ad D. *Joannis Lateranenſis*, cujus collegii Canonicus erat, ſepultus. Uſus fuerat adoleſcens *Benedicto Ægio Spoletino*, Græce doctiſſimo, ut vel ejus *Apollodori Bibliotheca* abunde teſtatur. *In Ciceronem Notas* dedit, conjecturis partim adjutus *Octavii Panagati*, partim *Gabrielis Ferni*, hominis accurati. Reperit in membranis, & in lucem edidit *Notas in Varronem*, *Catonem*, *Columellam*, rei ruſticæ ſcriptores; *Veliam* item *Longum*, *De Orthographia*.

Ricobonus Rhodigino, Venetæ ditionis oppido, natus, eloquentiæ & litterarum humaniorum profeſſor, eodem anno obiit Patavii. Multa ſcripſit, & *Patavinæ Academiæ hiſtoria* diligenter collecta, non mediocrem à ſuis collegis gratiam meruit.

Cl. Lazarus Superantius, Patritius Venetus, 1602. in Patria obiit, qui commentarium *de rebus Turcicis* magno judicio ac prudentia conſcripſit. Eodem fere tempore itidem Venetiis deceſſit *Maximus Margunius*, Cytherenſis Epiſcopus, natione Græcus, qui veterum Patrum aliquot reliquias edidit, & ſua quædam eleganti ſtilo (nam poetica excellebat) admiſcuit.

Jacobus Bosius, Mediolanenſis, *Antonii* patruus, litteris mandavit res præclare geſtas honorariorum *S. Joannis* Hieroſolymitani Militum. Opus eſt magni laboris & otii, ſimul ac eruditum, Italico ſermone tribus voluminibus comprehenſum. Inventæ, recuperatæque Crucis Hiſtoriam inſigni tractatu complexus eſt.

Adamus Tanerus, natione Germanus, patria Oenipontanus, qui Theologiam in Academia Ingolſtadienſi profitetur. Scripſit *De verbo Dei ſcripto, & non ſcripto, & De Indice controverſiarum fidei. De bonorum operum neceſſitate, utilitate & meritis. Relationem compendiariam de initiis, proceſſu & fine colloquii Ratisponenſis.*

Simon Pelegromius, Sylvæducenſis, Baſeldoncani Guilielmitarum ibidem Cœnobii annis XXX. Prior, Provincialis vero per Franciam Belgiumque annis XV. edidit *Synonymorum Sylvam Latinam*, & *Deſcriptionem originis urbis Silvæducenſis*. Obiit anno 1572.

Joannes Caseus, Medicus Anglus, vir fuit in iis quæ mundi ſunt mere ſimplex & innocens; ceterum acutiſſimus plane Philoſophus, & Orator non inelegans. Nobiles adoleſcentes in ſua menſa convictores habuit permultos, quos diſciplinis Philoſophicis inſtruebat, Rei medicæ horas ſuccifivas tantum tradens: inſignis tamen adeo Medicus evaſit, ut laurea doctorali donaretur. Omnia pene Ariſtotelis opera doctiſſimis Commentariis laborioſe illuſtravit. Scripſit *ſuper univerſum Ariſtotelis Organum*. *Super Ethica*, *Diarium Moralis*

*Philoſophiæ*, *Oeconomica*, *Encomium Muſices*, *Vindiciæ contra tyrannos*, *Super Phyſica*, *vel de lapide Philoſophico*, & alia plura. Oxonii feliciter obiit circa an. 1600. ſæviente contra Catholicos ab Anglis, ſub Eliſabetha, perſecutione.

JOANNES DUBLIULIUS, Nervius, Ordinis Minorum Theologus, dum à Sacris eſſet *Io. Rheinero* Conſuli Tripolitano, Terram Sanctam adiit, loca à ſe viſa vicinasque provincias & gentium iis in locis religionem moreſque deſcripſit, ediditque *Ieroſolymitanæ peregrinationis Hodœporicon*, ſeptem Dialogorum libris explicatum, Coloniæ, 1600. in 8. apud *Gerardum Grevenbruchium*. Dedit etiam Leodii typis Henrici Hovii, 1597. *Orationem Philippicam*, qua inter hujus ſæculi tenebras *Veritatis* domicilium demonſtratur.

CLI. ANGELUS ROCCA, Italus, oriundus agro Piceno, Ord. Erem. S. Auguſt. ſanctiorem Sapientiam hauſit ore pleno Peruſiæ, Venetiis, Romæ. Patavii denique ſupremam Doctoratus lauream eſt aſſecutus; nec inde ſuum calamum feriari paſſus, Typographos in ſudorem dedit. Eum *Sixtus V.* ad Typographeion Apoſtolicum in Vaticano inſtitutum, accivit ut Biblia, Concilia, Patres, reſtitueret, ſcholiſque illuſtraret. Ibi toto decennio difficilem, ſed ſimul inſignem operam navavit. Præclaram hanc ejus induſtriam deinde *Clemens VIII.* honoravit præfectura Sacrarii Apoſtolici; decem poſt annis infula Tagaſtenſi. Magno ſumptu inſtruxit *Angelus* Romæ in cœnobio S. Auguſtini locupletiſſimam Bibliothecam, eamque Virorum illuſtrium iconibus ad vivum expreſſis adornavit, quam utilitati omnium, ſed præcipue advenarum, qui ſine litteraria ſupellectile in Urbem veniunt, publice dedicavit, hac epigraphe ſupra Bibliothecæ januam, ΤΟΙΣ ΒΟΥΛΟΜΕΝΟΙΣ, VOLENTIBUS. Plurima diverſorum Auctorum monumenta è tenebris ad lucem revocavit, & inſuper elucubrationes ejus ſunt: *Bibliotheca Vaticana, quæ omnes Bibliothecas inſigniores tam antiquas quam recentes, Conciliorum item generalium præcipua & potiora, &c. aliaque plurima ſcitu dignisſima comprehendit*, Romæ 1591. *Bibliotheca Theologica & ſcripturalis, ordine Alphabetico digeſta, ad promptius invenienda, & facilius inteligenda, quæ in Scripturam ſacram à Doctoribus SS. & præcipuis aliquot Theologis elucubrata ſunt*, Romæ 1594. Commentarius, *De Sacro-ſancto Chriſti Corpore, ſummis Pontificibus iter conficientibus præferendo*, &c. Romæ 1599. *De Canonizatione Sanctorum*; *De Tribulationibus*, Lingua Italica, *De Patientia* Latine & Italice; *De Cometis*; *De Præſentationis Deiparæ Virginis in templo hiſtoria & feſtivitate*; *De Campanis*; Opuſculum *De mendaciis ac deliramentis Poetarum & Philoſophorum per Scripturam Sacram patefacta*; *De ſacris aliquot ritibus ad ſuperſtitiones Ethnicorum extirpandas magna cum pietate inſtitutis*: nec non *Variarum lectionum Eccleſiaſticarum opuſculum*; *Notæ ſive ſcholia in utrumque Teſtamentum*, & alia complura.

ALEXIUS MENESIUS, ex nobiliſſima apud Luſitanos familia in Auguſtinianam transſcriptus, virtutibus magis quam ſanguine inclareſcere, *Chriſti* potius quam *Meneſiorum* nomen illuſtrare voluit. Sed ad virtutis agonem currendum, anguſtus illi circus erat Luſitania: in alterum orbem excurrere debuit vir Apoſtolicus. Aſſumptus eſt à Rege *Philippo* ad Goanum Archiepiſcopatum, factuſque totius Orientalis Indiæ Primas. Deinde juſſus à *Clemente* VIII. Schiſmaticos Chriſtianos Malabaricos, quos *S. Thomæ* vocant, à *Neſtorii* blaſphemiis infectos purgare, Eccleſiæ Romanæ, Hiſpaniæque Regibus glorioſam operam navavit in reducendis ad caulam Romanam illis ovibus, quæ à tot ſæculis innumeræ peribant. Cocinum ſe contulit anno 1598. exeunte; fidem ſuperat quantum paucis menſibus, per plurima vitæ pericula, profecerit, ſermonibus habitis, traditis fidei rudimentis, Sacramentis collatis. Quamvis non comperiam ſi ſcripſerit, hunc inter noſtros ſcriptores repoſui, cum non minus celebrandos eſſe cenſeam errorum veterum expurgatores, quam novorum librorum editores: *Meneſius* enim, ut tradit *Joannes Hayus*, Dalgattienſis Scotus, Soc. Jeſu, libro *De rebus Japonicis, libros Neſtorianos, quorum in Malabaricis regnis maximus erat numerus, à ſexcentis erroribus, & ſententiis Catholicæ fidei repugnantibus, expurgandos curavit: quidquid ſummi Pontificis ſupremam auctoritatem impugnabat, deleri fecit.* Infula Braccarenſi donatus à Rege, rediit in Luſitaniam, quam annis duobus vice Regis gubernavit, ubi dum Regis Luſitani Concilium Præſidis titulo regit, ad Beatorum concilium migrat ſub initium hujus novi ſæculi.

EDUARDUS SANDIUS, Oliſiponenſis, Soc. Jeſu presbyter, Oratoriam artem Conimbricæ diu docuit. Scripſitque *Itinerarium quatuor Japonenſium Principum*, qui Chriſtianis Sacris imbuti, è Japonia anno 1584. in Luſitaniam appulerunt, & inde Romam enavigarunt, ac demum peracta legatione, feliciſſime in patriam ſuam regreſſi, nomen Societati Jeſu dederunt. *Sandius* porro Collegii Machaonenſis, quod regno Sinarum adiacet, Rector fuit, & inde ad regionis illius interiora, ſtudio doctrinæ Chriſtianæ propagandæ delatus, medios inter gentiles vivere deſiit anno 1600.

FABRICIUS PALLAVICINUS, Genuenſis, Soc. Jeſu presbyter, Romæ & Florentiæ in Italia, Poſnaniæ & Cracoviæ in Polonia, Avenione in Gallia, & alibi, partim Profeſſorem, partim Rectorem egit. Morbo demum contracto ex ſolis æſtu, anno milleſimo ſexcentiſſimo



Digitized by Google

in patria decessit. Scripsit librum *De cambiis mercatorum*, cujus rei erat peritissimus, & *De Perfectione Religiosa è SS. Patribus.*

CLII. PETRUS FOURERIUS, Canonicus Regularis in primis pius ac doctus, in municipio sibi natali apud Lotharingos, quod *Mathaincourt* vocant, ubi Parochum tunc agebat, sub annum 1590. incohavit Congregationem Virginum, quæ peculiarem habent curam puellarum, tam pauperum quam divitum, instituendarum, eoque fine scholas publicas aperiunt. Quod institutum cum per universam Lotharingiam, per magnam regni Franciæ partem, & alias provincias vicina se diffudisset, *Paulus* V. Papa anno 1615. Kal. Februarii, & anno 1616. die 6. Octobris, sub titulo *Congregationis Marianæ*, & sub Regula S. Augustini confirmavit, agente *Antonio de Leoncourt*, Primate Lotharingiæ, fundatore monasterii Nanceiani, quod illius Congregationis fuit primum; & cui præfuit summa cum laude *Aleidis*, una ex tribus primis fundatricibus, ibidem anno 1622. magna Sanctitatis opinione defuncta. Præter Nanceianum numerantur hodie quamplurima ejusdem instituti monasteria, ut ad S. Michaelem, S. Nicolaum, in Lotharingia; Virduni, Catalauni, Barriducis, Mussiponti, Metis, Tulli, Nominiaci, Vici, Lunæ-villæ, Espinali, Castelli, Mircuriæ, Mochæ, Velelizæ, Bockenhemii, Blamontii, Longevici, Luxemburgi, Graiæ in Comitatu Burgundiæ, Viriaci, Remis, Trecis, Lauduni apud Suessiones, Parisiis, Joigniaci, Provinii, Stampis, Aureliani, & alibi. Cæterum moniales istæ emittunt tria vota solemnia (in quo ab Ursulinis Virginibus differunt, quæ simplici tantum voto adstringuntur;) habent officium Chori, subsunt Ordinariis locorum, abstinent ab usu carnium in Adventu, & in professis Deiparæ; habent jus sibi eligendi Confessarios & Capellanos. Reliqua discere licebit ex Constitutionibus. Idem porro *Fourerius* reformatam Canonicorum regularium Congregationem instituit, qui exemplo Patrum Soc. Jesu scholas habent publicas in Lotharingia, & alibi.

LUDOVICUS MOLINA, Hispanus, patria Conchensis fuit. Uti compertum est id accidere in rerum natura, ut varia variis in terris nascantur atque existant; sic observatur tantam ingeniis diversitatem diversis inesse climatibus, ut alibi homines acuti ac prompti, alibi hebetiores tardioresque exoriantur. Sic observatum, subtiles fere Hispanos esse, si quando totos sese studiis dedant, indeque & Philosophos & Theologos admodum excellentes existere. Ut de veteribus nihil dicam, nostra ætate fidem fecere *Benedictus Pererius*, *Dominicus Bannesius*, *Gabriel Vasquius*, *Gregorius à Valentia*, *Henricus Enriquez*, *Joannes Maldonatus*, *Sebastianus Barradius*, & alii. Hos inter *Lud. Molina* enituit, qui suo ingenio ac studio eam doctrinam nominisque celebritatem est adsecutus, ut hodieque ambigant omnes, majorne Theologus an Jureconsultus exstiterit. Summam profecto rerum sacrarum peritiam testantur eruditæ in primam D. *Thomæ* partem, & *De gratiæ liberique arbitrii concordia* lucubrationes. Neque Canonici solum, sed & civilis Juris (quod in Theologo mireris) peritissimum fuisse, sex ingentia volumina *De justitia & jure*, Moguntiæ atque Antverpiæ evulgata, apud omnem posteritatem loquentur. Ceterum fuit is patria Conchensis, vixque annos XVIII. natus Societati *Jesu* nomen dedit feliciter. Hos inter sodales Philosophicis ac Theologicis apprime imbutus, cum doctrinæ gloria jam excelleret, Eboram in Lusitaniam mittitur, qua in Academia annos plurimos, *D. Thomam Aquinatem* magno juventutis concursu interpretatus, ceteros inter professores primas semper tenuit. Assiduis demum commentationibus fractus, annum agens quintum & sexagesimum in dysenteriam incidit, & Madriti an. 1600. magno Hispaniæ luctu, è vivis excessit.

ANTONIUS CICARELLA, Italus, ad Platinæ & Onuphrii Panvinii commentarios *De vitis Pontificum Romanorum*, adjecit res gestas *Pii V. Gregorii XIII.* & aliorum ex ordine Pontificum, usque ad *Clementem* VIII. Romæ & Coloniæ anno Domini 1600. editas.

CLIII. ROBERTUS TURNERUS, Anglus, parentibus & patria religionis Catholicæ causa relictis, primum in Galliam, deinde in Italiam profectus, Romæ in Collegio Germanico studiis operam dedit, & successu temporis sacerdos factus, in suprema Theologiæ scientia Doctoralem gradum accepit. *Edmundi Campiani* supra *cap.* 113. laudati discipulum se aliquando fuisse profitetur; cujus etiam scripta, auctore jam mortuo, in lucem emitti curavit. Vir in literis politioribus & Philosophia plusquam vulgariter doctus.

PETRUS BACHERIUS Gandavensis, ad solidam doctrinam, qua, ut Doctoris laurea Lovanii donatus, in principibus ætatis nostræ Theologis numerabatur, miram versatilis ingenii felicitatem adjecit; ut nemo ingenuis artibus, ac poetica præsertim, illo instructior haberetur. Accedebat uberrima quædam excogitandi, atque efferendi cum lepore quæcumque vellet facultas, ut Belgicis istis tumultibus (quos *Panicos* ipse appellat, & eleganti carmine descripsit) nemo majore & firmiore argumentorum copia, hæreticorum commenta, Bruxellis, Antverpiæ, Gandavi, Hagæ-Comitis, Dordraci, Calcariæ Clivorum, aliisque in locis annos fere LX. de superiore loco retuderit. In quibus perpetuo insectandis atque exagitandis, patroni sibi cognominis D. *Petri Martyris* exemplo, vehementissimus & acerrimus fuit, cum ea esset in animis hominum permovendis facultate, nemo ut temporibus illis,

cum de rebus omnibus, quæ ad populum ab Oratoribus dicebantur, peracria & exquisita judicia fiebant, majorem audientium coronam cogeret. Neque voce tantum, sed & scriptis, quæ, præter *Homiliarum* volumina *in Epistolas Quadragesimales & Dominicales totius anni*, posteris varia reliquit, Religionis causam gnaviter egit; atque alia nonnulla nos apud sodales Dominicanos hæredes, aliquando, ut spero, in lucem proferenda, vidimus. Hæc autem edita sunt ipsi posthuma: *In Missoliturgos*, seu *Missæ osores*, *Apologeticum pro fidelibus defunctis*; *Jurgium conjugale* Dialogis II. comprehensum; *Dialogus inter Cenophilum & conjugem Eulaliam*, in quo Calvinistarum secta *Christi pellex*, Ecclesia vero Romana *Christi sponsa* appellatur; *Spongia in Ebriosos*; *Tumultus Panicus sive Belgicus*, versu heroico: *Enchiridion Theologiæ Pastoralis*, & alia. Moritur vir pius Gandavi in patria, anno ætatis quarto & octogesimo, pridie Id. Februarii 1601.

Joannes Fredericus Lummius, (à pago *Lumen*, ditionis Leodicensis, æquali fere Diestemium inter & Hasseletum intervallo) Pastor fuit sacrarum Virginum, quas *Beginas* vocant, Antverpiæ, vir pietate & doctrina clarus; *Nic. Ischii*, præceptoris optimi, optimus discipulus. Turbatis vero Antverpiæ ob religionem rebus, Leodicum secessit, & annos ibi aliquot moratus est; donec recuperata Antverpia, ad pristinum munus rediit: quo cum laude functus, ac defunctus deinde fuit. Obiit Vir sanctus, pauperatis amans *Iudicii* semper cum *D. Hieronymo* memor, 1602. æt. 69. obiit sepultus in Beginagio. Ex scriptis vero ejus hæc vidimus: *De extremo Dei judicio & Iudæorum vocatione* libros duos, Antverpiæ & Venetiis editos. Versatissimus fuit in *Augustino*, ut patet ex *Thesauro Christiani hominis ex ejus scripris eruto*, & à *Plantinianis* 1588. edito. Scripsit etiam *Apologeticum adversus eos qui libros Ecclesiasticos hereditate privant*, & alia quæ *Valerius* recenset.

Grimaldus Monachus, Hispanus in cœnobio *S. Æmiliani* in diœcesi Calagurritana scripsit historiam *Translationis S. Felicis confessoris* (qui fuit magister *S. Æmiliani*) factam anno millesimo nonagesimo: quam typis edidit *Prudentius Sandovallius*, libro *Fundationum piarum Hispanicnsium*, 1601. Madriti edito.

Petrus Tiræus, Covesii ad Rhenum in diœcesi Colonicnsi natus, Societatis *Iesu* Theologus; vir omni disciplinarum genere excultus, in Academiis Trevirensi, Moguntina, & Herbipolensi annis septem & viginti Professorem egit. Studiis demum ac novem mensium tabe exhaustus, Herbipoli ad meliorem vitam transiit anno 1601. Scripsit de *Apparitionibus spirituum*, *Locis infestis*, *Tumultibus nocturnis*, & alia plurima, quæ apud Ribadeneiram invenies.

CLIV. Gregorius Saverus, Ordinis S. Benedicti Monachus, Congregationis Casinensis, Philosophica studia, juvenis dum esset, Cantabrigiæ in patria, incohavit. Quo cursu propter Religionis amorem relicto, in Galliam transfretavit, & Rhemis studia interrupta repetiit. Inde Romam ad Theologiam audiendam missus est. Tandem circa annum 1585. in Montem Casinum, factus Monachus, temporum successu, inter suos sacram Theologiam docuit. Solidi ingenii, constantis judicii, felicissimæque memoriæ beneficio, ad insignem eruditionem pervenerat, quod ejus satis opera testantur, ut sunt *De Sacramentis in communi*; *Flores decisionum seu casuum conscientiæ ex doctrina Navarri collecti*; *Epitome Consiliorum Navarri*; *Clavis regia Sacerdotum*; *Summa Sacramenti Pœnitentiæ ex Navarro*; *De Theologia morali, seu de censuris Ecclesiasticis, pœnis, & impedimentis Canonicis*, & alia plura. Venetiis tandem in prætato Monasterio pie in Domino obdormivit anno 1602.

Antonius Carvallius, natione Lusitanus, patria Olisiponensis, politioribus litteris apprime excultus, atque eloquentiæ arte ornatus, quam auditoribus explicavit, & Philosophicas disciplinas, & denique Conimbricæ & Eboræ sacram Theologiam tradidit, & primam Cathedram docendo tenuit. De superiore loco etiam verba ad populum fecit, & inter egregios Concionatores numeratus est, & cum laude & fructu auditus. Obiit Conimbricæ Presbyter Societatis Jesu, in qua totos XLIV. annos religiose vixit, 1601. Scripsit præclaros *Commentarios in Primam Secundæ D. Thomæ*. Item *in ejusdem Secundam Secundæ*.

Antonius Covarruvias Toletanus, *Didaci* supra laudati *cap.* 104. frater, & ipse Salmanticæ jus civile publice professus est, ingenti auditorum applausu ac fructu. Horis autem subsecivis quantum alii tribuerunt somno, otio, illiteratisque fabulis, tantum Græcis litteris sine doctore perdiscendis impendit; eosque fecit brevi progressus, ut Græcarum litterarum doctior Hispanorum visus sit hactenus nemo; ad Tridentinam Synodum à *Philippo* II. Rege Catholico, una cum fratre *Didaco* missus fuit: eumdemque in *Variarum Resolutionum* libris concinnandis, humanitatis etiam notis insignibus vehementer adjuvit. Post Intimi Consilii Regii Senator, unus ob excellentem memoriam cum doctrina conjunctam atque eloquendi venustatem, instar omnium Regi fuit: ediditque *De Jure Lusitanici Regni scriptum ad Philippum Regem Catholicum*. Post aurium morbo tentatus (surdaster enim

enim fuit) huic muneri non amplius idoneus, Collegio Canonicorum Toleti adlectus, *Scholarchæ*, ut vocant, & *Academiæ Præfecti* est munere perfunctus: vixitque assidue in studiis firma valetudine, & ingenti corporis fama, annum agens ætatis octavum & septuagesimum. Abiit autem è vita, stranguria oppressus, & nausea, ad XII. Cal. Januarias anni exeuntis secundi & sexcentesimi supra millesimum.

Petrus Coretus, natione Hannonius, Athensis patria. Hujus ævo *Franciscus Novæus* Politicus assertiones aspersas hæresi publicabat, quibus cum *Bodino* & aliis ejusdem farinæ libertinis, fallaci tranquillitatis prætextu, Religionis libertatem tollere, & impunitatem atheismi & hæresium in Rempublicam inducere, civilique potestati conabatur Ecclesiasticum Ordinem subjicere.

Novæum aggressus *Petrus Coretus*, apud Nervios Canonicus & Parochus, politica ac militaria ejus theoremata, quibus Galliam universam, cum armis manuque non potiet (à nostris enim ad Cortracum Flandriæ opidum captus, Limburgi in custodia detinebatur) conturbarat, valide confutavit, *Defensione veritatis* adversus eumdem *Novæum*, *& Antipolitico* contra *Bodinum* editis. Quos *Coreti* libros adeo probavit *Possevinus*, ut Lugduni primum in Gallia, post Venetiis, ac demum Coloniæ Ubiorum, suis cum scriptis curaverit evulgandos. Ceterum amico defuncto *Henricus d'Outremannus*, urbi Valentianæ apud Hannones Præfectus, tumulum cum hoc anagrammate: Portus Erectus: posuit. Obiit anno 1602.

Justus Calvinus Veteracastrensis, Germanus, scripsit *Apologiam* pro sua ad Ecclesiam Romanam transmigratione, & *Epistolas* aliquot, quas *Catholicas* vocat, Moguntiæ 1602, editas.

Petrus Ludovicus natione Hispanus, patria Valentinus, à puero se Soc. sacravit Valentiæ, & in Lusitaniam missus est: ubi omnes scientias feliciter didicit, & felicius professus est. In Eborensi Academia viginti circiter annis *Divum Thomam* est interpretatus, ac Theologicæ Cathedræ præfuit, ibique sancte diu vixit. Scripsit *In tertiam partem D. Thomæ* pereruditos *Commentarios*, *de Incarnatione*; & *In primam partem De Angelis*: quæ ejus opera brevi, ut speramus, excudentur.

CLV. Joannes a Porta, S. Theologiæ Licentiatus, uti vocant, Pastor Uracenensis in Flandria, post Canonicus Audomaropolitanus, edidit *Relationem Disputationis habitæ cum Joanne Westfalo Ministro Pitsenborchio, De præsentia Christi in SS. Eucharistia*, Antverp, 1591. *Massam Iconoclastarum*, sive *De vero usu sacrarum Imaginum*, ibidem an. eodem.

Adolphus Schulkenius, Gelder, Doctor Theologus, Professor & Vicarius Generalis Coloniæ in Ubios, scripsit *Apologiam de potestate summi Pontificis pro Bellarmino*. Item *Orationes* aliquot, Coloniæ editas, ubi & obiit. Avunculus fuit *Theoderi Schulkenii*, Canonici Colonienfis ad *S. Andream*, hodieque superstitis.

Gregorius a Valentia, Hispanus Methymnensis, Soc. Jesu, Theologus, primum Dilingæ, postea Ingolstadii annis sexdecim sacras litteras explicuit magno auditorum plausu ac fructu. Præter quatuor tomos *Commentariorum*, quibus universam Theologiam scholasticam mirifice illustravit, varios insuper libros edidit *contra Lutheranos*, *Calvinistas*, & *alios sectarios*. Ex Germania anno 1598. Romam evocatus, idem munus professorium aliquot annis cum laude gessit. Assiduis demum studiis ac laboribus fractus, Neapoli, quo valetudinis causa æger concesserat, anno Christi 1603. ætatis quinquagesimo quarto, expiravit.

Albertus Berutus, à Tortona Ligur, Ord. Minimorum, solitudinis amore, orationis assiduitate, atque abstinentia strictissima Sancti nomen superstes adhuc apud populum suosque promeritus, in Conventu *Levantii* prope *Genuam* multos annos egit. Edidit *Compendium Baronii*, & *Commentaria in Summam S. Thomæ* apparavit. Florebat anno 1603.

Antonius Goveanus, Lusitanus, Eremita Augustinianus, multis annis Goæ in India Orientali in sui Ordinis cœnobio Theologiam docuit. Inde Legatus à *Philippo II.* Rege Catholico ad *Xa Abam* Persarum Regem missus, rem Christianam egregie promovit. In Hispaniam redux Cinensis in Persia Episcopus sub finem anni 1612. Olisippone consecratus fuit, ac demum cum titulo *Legati Pontificii* in Persiam remissus. Scripsit *Commentarium de rebus gestis Alexii Menezii Archiepiscopi Goani*, quem in visitandis Ecclesiis Malabaricis juverat.

Thomas Gratianus, Leodicensis, Ordinis Eremitarum Augustinianorum per Belgium Præfectus Provincialis, vir pietate, doctrina, ac prudentia clarus, magno Ecclesiæ, Reipub. suique Ordinis bono scholas litterarias juventuti per suos sodales erudiendæ anno 1601. Bruxellæ aperuit, & suo exemplo alios ad idem alibi præstandum induxit. Habent

Auguſtiniani litteraria hodie gymnaſia Lovanii, Bruxellæ, Antverpiæ, Diſtemii, Thenis, Herentaliæ apud Brabantos; Gandavi, Brugis, Ipris, Inſulis, Haſebroucæ apud Flandros; Baſſeæ in Arteſia; Angiæ in Hannonia; Huij, Hasleti & Bullonii in diœceſi Leodicenſi; Borunii ad Moſam & alibi. Quod exemplum utinam ad alias etiam provincias tranſeat; Cæterum *Gratianus* 1613. Antverpiæ librum edidit *de Scriptoribus Ordinis Eremitarum S. Auguſtini*, quem *Anaſtaſim Auguſtinianam* nuncupavit. In iſto Catalogo augendo ſubſidiaria opera nunc Lovanii occupatur *Joannes Rivius*, ejuſdem Ordinis Theologus ac Philologus. Obiit autem *Gratianus* Antverpiæ anno 1627. cum ad Comitia ea in urbe celebranda Leodico adveniſſet.

CLVI. Silvius Antonianus, patria Romanus, *Philippi Nerii* in ſchola pietatis à teneris unguiculis diſcipulus, *Carolo Borromæo* Cardinali à *Pio* IV. Pontifice magiſter datus, eidem à ſecretis litterarum Latinarum fuit. Mediolanum cum illo profectus *Acta Mediolanenſis Concilii* deſcripſit, quæ typis edita avide leguntur. Romam revocatus ejuſdem *Pii* IV. juſſu in publica academia eloquentiam profeſſus, viros etiam doctiſſimos Romæ tunc agentes, ingenii, virtutis & eruditionis præſtantia, in ſui admirationem traxit. Exinde à *Pio V. Greg. XIII. Sixto V.* & *Greg.* XIV. Pontificibus ad varia munia adhibitus; Papienſem Cathedram à *Greg.* XIV. ſibi oblatam, conſtantiſſime repudiavit. Tantum probitatis ſapientiæque lumen majus erat, quam ut uni tantum Reip. Chriſtianæ parti colluceret; dignum profecto erat quod altiori in loco collocatum, in univerſam Eccleſiam lucis ſuæ radios diffunderet. Itaque *Clemens* VIII. eum Cubiculo Pontificio, & ſanctioribus Brevibus præfecit; demum purpura donavit. Ejus acri judicio ac cenſuræ Cardinales eruditiſſimi *Auguſtinus Valerius* & *Cæſar Baronius* ſua ſcripta diſcutienda ſubjicere ſolebant. Multa & ipſe *Antonianus* eleganter doctèque ſcripſit cum vincta pedibus, tum ſoluta oratione: ut *De Chriſtiana puerorum educatione*, *De ſucceſſione Apoſtolica*, *De ſtylo Eccleſiaſtico*, *De primatu S. Petri*, *Orationes* ab ipſo Ferrariæ, Romæ & alibi habitas, *Joſephus Caſtalio* publicavit, anno 1603. Perpetuis curis laboribuſque confectus, piiſſime Romæ, in ipſo palatio Pontificio ad *S. Marcum* defunctus, æt. 63. climacterico, & inſigni pompa in Vallicella eſt conditus; gemente in primis Pontifice *Clemente* VIII. qui nihil *Antoniani* morte ſibi tunc damnoſius accidere potuiſſe affirmabat. Moriens bibliothecam ſuam, raram ſane ac copioſam, Vallicellanæ adjungi voluit. Hic omnibus exemplo debet eſſe, quantum in Urbe polleat, ab ineunte ætate probitati ac literis operam dare: nam Romæ obſcuris parentibus, & aliena ope indigentibus ortus, ſola virtutis ac ingenii commendatione, in locum honoris ac dignitatis, Regali faſtigio proximum, venit, proceſſurus honoribus longius, niſi mors interceſſiſſet.

Franciscus Diagus, Ordinis Prædicatorum, ſcripſit Hiſpanice *Hiſtoriam veterum Comitum Barcinonenſium*, 1603. Bacinone editam.

Emanuel Pimenta, natione Luſitanus, ex opido Scalabe vulgo *Santaren* diœceſis Oliſipponenſis, Eboræ & Conimbricæ diu politiores diſciplinas cum laude tradidit, & demum Eboræ anno 1603. vivere deſiit. Reliquit tomos duos *Variorum Poematum*, in quibus ingenium ac vena eminent.

Joannes Azor, Lorcæ in Murcia apud Hiſpanos natus, Soc. Jeſu Theologus eximius, Compluti, & Romæ multis annis ſacras litteras profeſſus eſt, ac demum in Urbe anno 1603. vitam cum morte commutavit. Præter *Commentarios in Cantica Canticorum*, habemus ab eo elaboratos tomos tres *Rerum moralium*, ſeu *Caſuum conſcientiæ*.

Joannes Petrus Maffæus, Bergomas, ex Societate Jeſu, ſcripſit pereleganti ſtylo *Hiſtoriarum Indicarum* libros XVI. *Selectarum ex India Epiſtolarum* libros VI. *De vita S. Ignatii Lojolæ* libros III. Italice vero ſcripſit *Vitas* XVIII. *SS. Confeſſorum*, & obiit Romæ anno milleſimo ſexcenteſimo tertio.

Joannes Oranus, Leodicenſis, ejuſdem Societatis in Belgio Præfectus Viceprovincialis, & variorum Collegiorum Rector, Theologiam Lutetiæ docuit, *Jacobo Cujacio* Juriſconſultorum principi perquam familiaris. Montibus Hannoniæ 1603. vivere deſiit. Præter *Litteras Japonicas*, *Mogorenicas & Sinenſes* edidit librum *Petri Ribadeneiræ de Principe Chriſtiano adverſus Machiavellum*, *ceteroſque hujus ævi politicos*, ex Hiſpanico Latine à ſe redditum.

Rodericus Acuna, Bracarenſis in Luſitania Archiepiſcopus, ſcripſit in *Decretum Gratiani*, & librum *de Confeſſariis ſollicitantibus*; quem librum *Seraphinus de Freita* Profeſſor in Academia Valliſoletana auxit.

Christophorus de Fonseca, Doctor Theologus, quem *Poſſevinus* laudat, natione Hiſpanus, fuit profeſſione Auguſtinianus, & provinciæ Caſtellæ Viſitator. Diſertiſſime & doctiſſime deſcripſit *Vitam Chriſti tripartitam*; Prima parte fuſe exponit ipſam Chriſti vitam: ſecunda parte, Chriſti miracula; tertia, Parabolas Chriſti. Ejus etiam fœtus eſt, *Methodus eman-*

Digitized by Google

*mandi Deum*; omnia Hiſpanice Madriti, 1603. & 1605. Plura, ut audio, emiſit diverſorum argumentorum, mihi hactenus incognita.

Petrus Malonus, Hiſpanus, Auguſtinianam regulam amplexus eſt. Cum eſſet Theologiæ Doctor, compilavit Hiſpano ſermone *Hiſtoriam Converſionis B. Magdalenæ*, ubi ponuntur terni ſtatus, quos habuit; ſcilicet Peccatricis, Pœnitentis, & in Gratia conſtitutæ. Scripſit etiam *De S. Petro & de S. Joanne Apoſtolis*, ſingulos tractatus.

Petrus Maria Campus, Canonicus Placentinus in Italia, ſcripſit libros XXIV. *Hiſtoriæ Placentinæ*. Item *Vitas Sanctorum Placentinorum, & eorum, quorum reliquiæ Placentiæ aſſervantur*. Ex his nonnullæ ſunt editæ 1603. Placentiæ.

CLVII. Petrus Vallius Peregrinus, Patritius Romanus, Perſiam, Turciam, Indiam aliaſque provincias Orientales curioſe illuſtravit, & ſuum itinerarium in litteras retulit: ex quo non pauca Romæ 1628. ſunt edita. Idem ſcripſit *De Georgianis Aſiæ populis*; *Deque Miſſione Clericorum regularium Theatinorum ad eoſdem, juſſu Urbani* VIII. *facta*. Reliqua ejus opera, partim edita, partim edenda, apud Leonem Allatium in Catalogo Apum Romanarum reperies.

Stephanus Vinandus Pighius, Campenſis, Tranſiſalanus, laudatiſſimis avunculi ſui *Alberti Pighii* veſtigiis conſtanter inſtitit. Cujus quidem exemplo, Romæ ſummos inter doctrina viros diu multumque verſatus, Urbis, omniſque adeo Romanæ antiquitatis eam eſt peritiam conſecutus, ut ætas noſtra paucos æquales tulerit, ſuperiorem certe neminem. Quo factum, ut domum ex Italia reverſum, *Ant. Perenotus* Cardinalis Granuellanus, acer præſtantium ingeniorum æſtimator, in familiam adſciverit, & ſuæ, quam habebat copioſiſſimam, præfecerit bibliothecæ. In eam ſe abdens *Pighius*, ut ſtudiis jam inde à puero totus erat deditus, multa è vetuſtis calamoque exaratis codicibus eruit. Inde ad ſcriptionem converſus, *Valerium Maximum* puriore toga donavit, & *Carolo Philippo Croyo*, primo Havrechii in Hannonia Marchioni, inſcripſit; poſt à *Guilielmo* Cliviæ & Juliæ Duce evocatus, *Carolo* ejus filio, Romam religionis gratia cogitanti, comes, vel potius *Mercurius*, viæque dux additur. Quo ante diem, patrique ac patriæ laboranti nimis cito è vivis erepto, *Vinandus*, & ſi mœrore confectus, ut ad poſteros ſaltem peregrinationis iſtius manaret utilitas, *Herculem Prodicium*, velut boni Principis imaginem, evulgavit. Nam ut *Prodicus* Philoſophus finxit *Herculem*, cum primum pubeſceret, exiſſe in ſolitudinem, atque ibi conſidentem diu multumque dubitaſſe, cum duas cerneret vias, unam Voluptatis, alteram Virtutis, utram ingredi melius foret; tandemque vincente ratione, in Virtutis viam ſe fortiter dediſſe, altera valere juſſa: ſic & *Pighius* noſter *Carolum Principem*, ut alterum *Herculem*, graphice exhibuit, atque una *Italiam univerſam*, velut in tabella ob oculos poſuit. Officium porro filio impenſum *Guilielmus* parens agnovit, & virum ſcriptis factiſque bene meritum, apud Coloniam Trajanam (opidum hodie *Sanctenſe* nuncupant, à Sanctis Martyribus ex legione *Thebæa*, eo loci pro religione cæſis) Canonicum & Scholarcham renuntiavit. Quo Sacerdotio cohoneſtatus *Pighius*, ſedulo munus ſuum obiit, & ſubceſivis horis ſtudia tractans, *Annales* ſeu *Faſtos Magiſtratuum Romanorum* longe copioſius quam *Caſſiodorus*, *Cuſpinianus*, *Sigonius*, aut denique *Onuphrius*, evulgavit. Quorum quidem *Faſtorum* bina inſuper volumina, quæ moriens collegis ſuis commendavit, Andreas Schottus typis Plantinianis edenda curavit: ut *alterum indefeſſi calami & ſtili Livium*, I. Lipſius meritiſſimo eum nuncuparit. Obiit anno 1604. ætatis 84.

Paulus Bombinus, Conſentiæ, veteri atque illuſtri Calabriæ oppido, nobili genere natus, verſatus eſt frequenter in Principum aulis, Mantuani præſertim Ducis, in qua diem obiit ſupremum. Edidit Vitam *Edmundi Campiani* martyris Angli, & *Laudationem funebrem Margaretæ Auſtriacæ*.

Belmontes Cagnolus, Italus, ab aula tranſiit ad Eccleſiam, & ſacris initiatus, adlectus eſt inter Sacerdotes Ariminenſis Eccleſiæ. Probant ejus ingenium & eruditionem multa docte ac pie verſibus ſcripta; ut *Juliani Martyris*, *Laurentii Juſtiniani*, *S. Alexii Vitæ*: *Mariæ Magdalenæ luctus & lacrymæ*, *Diſpar juſti & peccatoris interitus*, *Quinque Roſarii myſteria*, Deipara ſcilicet ab Angelo ſalutata, eadem in cœlum aſſumpta, *Chriſti* nativitas, fuga in Ægyptum, ejuſdemque inter legis Magiſtros ſedentis Inventio, & alia verſibus luculenter expreſſa, ſæpius edita. Scripſit etiam ſoluta oratione *D. Gregorii Magni Sermones de Virginis Deiparæ doloribus*, *De avaritia*, *Semiramim ab iniquorum calumniis vindicatam*, *De maritimi æſtus acceſſu atque receſſu*.

CLVIII. Lælius Zecchius, Canonicus & Pœnitentiarius Brixienſis, Theologiæ & I. V. Doctor, *Inſtitutiones Clericorum*; *Rempublicam Eccleſiaſticam*; *Summam Moralem Theologiæ*; *Politicorum* libros quattuor, & alia, ad dignitatem, poteſtatem ac munia Epiſcoporum, aliorumque ſpectantia, partim Brixiæ 1588. partim Veronæ 1599. partim Coloniæ 1605. edidit.

Arnoldus Osiatus, obscuris parentibus in Auxitanæ diœcesis ignobili vico natus, virtutis doctrinæque via paulatim ad summos honores in Urbe pervenit. Adolescens utroque parente orbatus, mira constantia litteras humaniores est prosecutus : quibus cum mediocriter instructus esset, primo Lutetiam, deinde Biturigas se contulit, & *Jacobum Cujacium* ibi diligenter audivit. Lutetiam denuo reversus, multo tempore in foro judiciisque est versatus. Interea *Paulus Foxius* Tolosanus Archiepiscopus Romam ad Pontificem ab *Henrico* III. Rege legatus decernitur: quo munere obeundo cum idoneum hominem quæreret, quo in arcanis rebus describendis uteretur, *Ossatum* sibi in illa legatione assumpsit, quem fidelem, sapientem ac gravem ex diuturna consuetudine cognoverat. *Foxio* itaque Secretarius datus, cum ingenio perspicaci, tum hausta jam Romanæ Curiæ disciplina ita partes suas implevit, ut extincto in ea legatione *Foxio*, *Arnoldus* ab *Henrico* III. constitutus sit Regius in aula Pontificia Procurator, ad quem legationis mandata devolverentur. Exinde *Henricus IV.* Rex *Ossatum Jacobo Perronio* Ebroicensi Episcopo collegam designavit, ut apud *Clementem VIII.* & in sacro Senatu de sua cum Ecclesia reconciliatione ageret. Qua in re conficienda ita se gessit, ut & Pontifici satisfecerit, & Regi summopere placuerit, & Christianæ reipublicæ tranquillitatem pepererit; cum non modo Juris prudentissimus esset, verum etiam Theologiæ, Philosophiæ, Mathematices, & humaniorum litterarum peritus. Scripsit varia partim Gallico, partim Latino sermone : extantque *Epistolarum* ejus libri aliquot, typis excusi. Vixit annos sexaginta septem, & valedixit huic mortali sæculo, anno millesimo sexcentesimo quarto, Romæ in basilica *S. Ludovici* terræ mandatus. Defunctum oratione funebri laudavit *Tarquinius Gallucius*, S. I. Presbyter; quæ cum aliis postea prodiit. Ob. 1604.

Gabriel Vasquez, Hispanus, patria Belmontanus, Soc. Jesu Theologus Compluti, & Romæ annis fere triginta *S. Thomæ Aquinatis* doctrinam explicuit. Extantque illius tomi aliquot Commentariorum *in ejusdem D. Thomæ Summam Theologicam*, & libri tres *De cultu adorationis*. Plura haut dubie dedisset, nisi immatura mors hominem pereruditum atque indefessum, annos nisi quinque & quinquaginta natum, 1604. sustulisset, universa Academiâ Complutensi, ubi tunc agebat, lugente, funusque illius prosequente.

Ludovicus Crucius, Olisiponensis, Soc. Jesu Presbyter, ad Latinam eloquentiam ac poesim natus, Græce & Hebraice doctissimus, *Davidis Psalmos* eleganti versu *felicissime* expressit, typisque edidit, una cum *Tragœdiis ac poematibus* variis. Decessit è vita Conimbricæ in Lusitania, anno millesimo sexcentesimo quarto.

Petrus Chirinus, Osunæ in Bætica natus, Soc. Jesu Theologus, in Philippinas seu Lusonias insulas à superioribus fuit missus. Viginti amplius annos operam Ecclesiæ ibi utilissimam impendit, scripsitque egregiam historiam de illorum Insulanorum statu ac conversione ad *Christum*, 1604. editam.

Petrus Simonius, *Rithovio* successor est datus, *Alexandri Farnesii*, ducis fortissimi virtute rebus in Flandria nonnihil pacatis. Is doctrina ac facundia plurimum valens, primum Cortraci Parochum, post Gandavi Archipresbyterum se gesserat. Vir erat prudentia singulari præditus; ut de recte administranda Republica Serenissimus *Albertus Austrius* Belgarum *Princeps*, salutaria ejus consilia non raro expeteret. Ceterum moriens *sacras conciones*, aliaque ingenii monumenta, *Joanni Davidi*, Societatis Jesu Theologo, suo olim apud Cortracenses collegæ, commendavit, qui *Plantinianis* ea typis evulganda curavit. Optimos hosce Antistites suos communi titulo marmoreo, ad Aram summam, Iprenses honorifice condiderunt. *Simonii* demortui locum *Carolus Masius*, Collegii nostri Antverpiani Decanus, & Serenissimorum Principum nostrorum sacello Præfectus, excepit.

CLIX. Vitus Miletus, Gamundianus, fuit Theologiæ Doctor eximius. Cum enim eas, quibus ad humanitatem excoluntur animi, litteras ac Philosophiam affatim percepisset, felici ad Theologiam gradu perrexit, quam Romæ in Collegio Germanico, magna cum ingenii laude, totam decucurrit. Inde in Germaniam reversus, fructuosas Erfurti ad eos, qui eo loco supersunt, Catholicos, conciones habuit. Moguntiam postea vocatus, ibidem in æde B. Virginis Decanus, & ad S. Mauritium Præpositus fuit; Romana sæpe in publicis negotiis legatione perfunctus. Scripsit inter alia librum *De nostri temporis hæreticorum mille sexcentis, in sola re Sacramentaria, erroribus :* Item *Refutationem sexcentorum errorum, quos Tilmannus Heshusius, & ejus gener Olearius Catholicis affinxerunt*, & alia. Vivebat anno 1604.

Joannes Alba, Cartusiæ *Vallis Christi* prope Segobricam civitatem in Regno Valentiæ fuit alumnus, Vir insignis omni genere eruditionis. Ex assidua lectione & meditatione sanctarum Scripturarum plurima nobis reliquit, indefessis Herculeisque laboribus comparata. In his celebrantur, *Selecta Annotationes & expositiones in varia utriusque Testamenti difficillima loca*, quas edidit Valentiæ *Philippus Meyus*, anno 1613. *Alba* vixit integer integros annos, obiitque

obiitque anno 1591. 27. Decemb. Paratam habebat ut typis mandaretur *Centuriam ſacram.*

VINCENTIUS UGOLINUS, *Joan. Baptiſtæ* filius, Montiſcutolis, dum incitato curſu ad ſummam ſapientiæ laudem properabat, in medio ſpatio importuna morte profligatus eſt. Quæ editurus erat, hæc ſunt: *Magis communes opiniones contra magis communes: Additamenta ad Vantium de Nullitatibus:* liber *De Juſtitia, & jure.*

GUILIELMUS MALMESBURIENSIS & HENRICUS HUNTINDORIENSIS, rerum Angliçarum ſcriptores poſt *Bedam*, prodierunt in folio Francofurti anno 1601.

JUSTUS BARONIUS Veteracaſtrenſis, antea *Calvinus* dictus, cum Romæ à *Card. Baronio* ad Sacrum Chriſma, quo eum ipſemet Pontifex *Clemens VIII.* inſignivit, deduceretur, cognomentum feliciter mutavit: & in Germaniam rediens, Theologiæ Senis, & Legum Perulii Doctor eſt renuntiatus. Typis ab eo data ſunt iſta: *De ſuo ad Eccleſiam Catholicam acceſſu Apologia; Præſcriptionum adverſus hæreticos perpetuarum ex Orthodoxis Patribus, tractatus ſex, Pſeudojubilans VVittenbergenſis ſeu Humianus*, & alia. In Calviniana vero hæreſi natus & altus fuerat: ſed cum præter Scripturam ſacram, veteres etiam Patres, & è recentioribus *Bellarminum* diligenter legiſſet, omniaque ſecum accurate penſitaſſet, divina tandem gratia Catholicam vel ſuo quovis detrimento ac periculo profiteri doctrinam conſtituit; & ex Heydelbergenſi Academia Moguntiam cum uxore ac liberis venit: eumque perbenigne excepit *Joannes Suichardus Cronbergius*, tunc Decanus Metropolitanus, poſt Archiepiſcopus Moguntinus. Vivebat anno 1604.

VICTORIUS SCIALACH Accurenſis, Maronita è monte Libano, anno 1604. Romæ degens, *Liturgias SS. Baſilii Magni, Gregorii Theologi, & Cyrilli Alexandrini*, ſermone Ægyptiaco veteri & Arabico conſcriptas, Latine reddidit. Quod illuſtre antiquitatis ſacræ monumentum *Marcus Velſerus* Auguſtæ Vindelicorum 1604. in 4. typis edendum curavit. Sic & *Guilielmus Lindanus*, Epiſcopus Gandavenſis, *Liturgiam S. Petri Apoſtoli*, ex vetuſto codice Græco *Guil. Sirleti* Card. deſcriptam, Latinam fecit, & *Plantinus* 1589. cum ejuſdem *Lindani Notis & Apologia*, evulgavit. Sic item *Joannes à S. Andrea*, Canonicus Pariſienſis, ex ejusdem *Sirleti* Bibliotheca, *Liturgiam S. Marci*. & *Fredericus Morelius Liturgiam S. Jacobi*, Lutetiæ publicarunt. Sic & *Fronto Ducæus Liturgiam S. Joan. Chryſoſtomi* Græco-Latinam edidit. Ceterum *Victorius Scialach* multis annis in gymnaſio Romano Arabicarum & Chaldæarum litterarum Profeſſor fuit: exſtatque ejus *Introductio ad Grammaticam Arabicam*, Romæ 1622. excuſa.

CLVIII. JUSTUS LIPSIUS, Brabantus, Cornelii Valerii diſcipulus, potiſſimum ſcientiis Politicis & Ethicis ſe dedit. De extremo ejus vitæ actu atque exceſſu, in quo ſunt omnia, commemorare hæc libuit. Cum in febrim anno 1606. circa Idus Martias incidiſſet, fatalem lectulum conſcenſurus, vultu alacri cygnæam hanc vocem, *Ad lectum & letum*, inſtantem mortem animo præſagiens, emiſit. Morbo ingraveſcente, *Leonardum Leſſium*, Soc. Jeſu Theologum eximium, cujus eruditi, *De Jure & Juſtitia* exſtant commentarii, ſibi perfamiliarem advocavit, atque in procurandis ritu Chriſtiano ſacris, & animo expiando eluendoque totus fuit. Ceterarum itaque rerum omnium curis abjectis, ſacroſanctum Chriſti corpus XIII. Kal. Aprileis, qui dies in Dominicam Palmarum tum incidit, pie ſuſcepit, & ſacro Oleo, more Chriſtiano, die ſequenti inunctus eſt. Porro ad extremum uſque ſpiritum firma atque integra mente conſtitit tanta animi conſtantia ac tranquillitate, ut nihil uxoris aut amicorum undique adfluentium lacrymis ac ſuſpiriis commoveretur. Itaque nec ullam querimoniæ vocem, nec ullum repugnantis aut trepidantis animi ſignum edidit: utque in vita, & in obeunda morte conſtantiſſimus exſtitit. Et certe non ſcriptis modo, ſed & factis Philoſophum ſe, eumque Chriſtianum, mirifice comprobavit. Silere hoc loco nec poſſum nec debeo, ex quo ſincerum atque eximium illius in *Divam Virginem* affectum cultumque licet agnoſcere. Cum in agone, morti jam proximus, verſaretur, uxori mandavit, ut reddito jam ſpiritu, togam optimam, pellibus ſuffultam, *B. Virgini* ad ejus aram, Lovanii in baſilica *B. Petri* Apoſtolorum principis, cultu miraculiſque celebrem, offerret ac poneret. Quam & ipſi oblatam ſpectavimus. Summa itaque cum teſtificatione pietatis, Chriſti crucifixi imaginem frequenter amplectens, & nunc *Jeſu*, mox *Mariæ* nomen ingeminans, X. Kal. Aprileis, poſt noctis medium, anno ætatis nono & quinquageſimo, placide ac leniter exſpiravit. Morienti præter domeſticos, adfuere tres è Societate *Jeſu* Patres, & unus è Sodalibus inſtituti *B. Franciſci*; itemque *Nicolaus Oudartus*, Canonicus & Officialis Machlinienſis, & *Joannes Baptiſta Perezius Baronius*, ejus olim auditor ac contubernalis. Mediocri pompa, ut qua erat modeſtia, juſſerat funus. Elatus eſt, pridie Paſchatis VII. Kal. Aprileis, hora poſt meridiem quarta, humeris univerſæ, ut ſic dicam, Academiæ; certantibus nimirum inter ſe Studioſis, ut extremum iſtud Præceptori meritiſſimo pietatis officium impenderent; memores illius, ut arbitror, vocis *Q. Cæcilii Metelli*, cognomento *Macedonici*, *Non fore ut in poſterum id officium ab ipſis viro majori præſtari poſſet.* Præter Academicos ac cives, & exteri non pauci funus deduxere: in his *Aubertus Miraus*, Canonicus Antverpienſis,

*Ioannes Bap. Baronius*, & *Joannes VVoverius*, vir ornatiſſimus, ejus olim Lovanii auditores, qui officii gratia Antverpia aduolarant. Conditus jacet, ut teſtamento mandarat, in æde ſacra Franciſcanorum Sodalium, ante Virginis Deiparæ aram, ad quam preces quotidie fundere ſolitus erat. Voluit nimirum & à funere ſui in Virginem cultus ſempiternum apud poſteros exſtare monumentum. Inſcriptionem vere Philoſophicam, tumulo appendendam, paucis ipſe verſibus eſt complexus. Juſta illi perſoluta ſunt III. Kal. Aprileis, pompam funebrem, præter incolas Lovanienſes, ad *S. Petri* baſilicam, quæ urbis primaria eſt, deducentibus *Petro Pantino*, Decano Bruxellenſi, *Nic. Oudarto*, *Joanne VVoverio*, utroque teſtamenti curatore, aliiſque exteris. Defunctum pro funere laudavit *Gerardus Corſelius* I. V. Doctor, eleganti ac diſerta oratione. Bibliothecam, & ſcripta ſua, atque ingenii monumenta ſororis nepoti, annos fere XIII. nato, legavit, & apud *VVoverium*, dum adoleſcat heres, deponi juſſit. Græcos ac Mss. codices Lovanienſi Soc. *Jeſu* collegio adtribuit. Cavit autem teſtamenti tabulis ſcriptorum ſuorum quidquam imperfectum à morte evulgari. Flores atque arbuſculas ſuas, quibus mirifice ſolebat adnici, *Thomæ VViringo*, Soc. Jeſu Sacerdoti, & Thomæ *Blylenio*, vigilum urbis Lovanienſis Præfecto, amico ac vicino ſuo, iſtarum rerum curioſis dedit; numiſmata vero *Dionyſio Villerio*, Canonico Tornacenſi, & *Woverio* antiquitatis in paucis amantibus & peritis, reliquit. Hæc de obitu breviter. De vita ſcriptiſque ſuis ipſe Centuria VIII. Epiſtola LXXXVII. ad *Joannem Woverium*, copioſe diſſeruit; ut de aliis ejus lucubrationibus, toti orbi notis, nihil hic dicam, *Annæum Senecam* Philoſophum Stoicum, ſapientiæ fontem, atque eximium virtutis præconem, emendavit, ſcholiis illuſtravit, & *Paulo* V. Pontifici Maximo inſcripſit. Voluit nimirum vel ſic orbi univerſo conſtare, quem caput Religionis in orbe agnoſceret. Pontifici optimo donum & dicatio longe gratiſſima exſtitit: idque per litteras ipſe teſtatus eſt, hortatuſque ut ſtilum & ingenium ad ornandam Eccleſiam, & magnitudinem ejus propagandam, vellet conferre. Quod velut divinitus ſibi imperatum ſuſcipiens, ſtatuerat omnem huic rei operam dare, ſi vita longior obtigiſſet: ut litteris ipſe, paucis ante obitum diebus (quo tempore ſimulatio & ambitio ceſſant) ad eundem *Paulum* Pont. datis, diſerte eſt conteſtatus; etſi jam ante hunc animum cœperat oſtendere, & publice militem in Eccleſiæ caſtris agere. Nam ediderat ante biennium libros duos; priorem, quo *Miracula ac laudes Divæ Virginis Hallenſis* continentur; alterum, quo *Divæ Sichemienſis*. Cætera ejus opera tomis VI. comprehenſa prodierunt apud *Plantinianos*. Vitam ejus ſingulari commentario complexus eſt *Auberus Miræus*. Scriptorum ejus ſynopſim habet *Valerius Andreas in Bibliotheca ſua Belgica*.

Theresia a Jesu, in ſæculo dicta *Thereſa à Zepedâ & Aumada*, Hiſpana nobilis Aulenſis ex regno Veteris Caſtellæ; Abulæ Religionis Carmeliticæ ſtatum primum ſuſcepit, ætatis anno XX. quem Ordinem revocavit ad obſervantiam primæ regulæ ſub mitigatione *Innocentii* III. Vivens adhuc mulierum monaſteria ſeptemdecim, virorum vero quindecim Diſcalceatorum erexit. Hæc vere ſpiritualis doctrinæ Magiſtra ſpirituum illuſtri diſcretione fulſit: nullo umquam ſe letali crimine maculavit. Quod ad ejus ſcripta; præter multaquæ ſolutis chartis vagantur, ſpiritum virginis emittentia, *Franciſcus Ribera* collegit libros V. videlicet, *Vitæ ſuæ Relationes*, *Viam perfectionis*, *Fundationum Cœnobiorum ſuorum* liber I. *Caſtrum internum*, *In Cantica Canticorum* liber I. Salmanticenſes Doctorali ſua lauro eam cingere decreverunt & cinxerunt; in Patronam autem ſibi tota adaptavit Hiſpania. Virtutibus & miraculis clariſſima obiit IV. Nonas Octob. 1582. æt. 68. In Sanctorum numerum à *Gregorio* XV. die 12. Martii anno 1622. adſcripta eſt.

Guilielmus Chrisolneus, natione Scotus, nobilibus ortus parentibus, Epiſcopus primum Domblamenſis, inde Vaſionenſis, ſcripſit *librum contra Miniſtros Scotiæ*, in quo præcipuæ controverſiæ, quæ hodie inter nos & adverſarios vigent, dilucide explicantur. Demum in Cartuſia Majori Monachum profeſſus eſt. Obiit Romæ Prior ibidem & Procurator Ordinis ſui 26. ſept. anno 1593. Vide *Biblioth. Cartuſ.*

CLIX. Gaspar Murtula, Ligur, patre natus eſt negociatore; & ob indolem Duci Sabaudiæ conciliatus. *Mundi totius opificium ſex diebus à Deo perfectum* proſecutus eſt verſibus.

Christophorus Maraſca, natione Italus, patria Cremonenſis, profeſſione Carmelita, ſcripſit *Conciliationes in ſententias & Quodlibetica Baronii*, in quibus elegantiam ingenii & doctrinæ ſuæ illuſtri dexteritate notam fecit.

Lactantius Domaninus Mantuanus, inſtituto Carmelitanus, vir celeberrimus, Sixto V. gratiſſimus, Theologus fuit, Rhetor, Concionator, Philoſophus & Muſicus inſignis. Necdum ætatis trigeſimum tertium annum attigerat, cum jam *ſuper totam Theologiam* ſcripſiſſet, digna ſane omni poſteritate *Commentaria*, *De Divina Providentia* tom. II. Tomo primo agitur *De Contingentia*, *Neceſſitate*, *Caſu*, *Fortuna*; *De ſcientia Dei*, *De ſapientia humana*, *libero arbitrio*, *Divina Gratia*. In ſecundo autem *De Creatione*, *ac rerum Diſputatione*, *atque Ideis*. Rurſus *De Divina Providentia*, *Fato*, *Prædeſtinatione*, *Reprobatione*, quæ data jam typis erant anno 1593.

Caro-

Digitized by Google

Carolus a Basilica Petri libris VII. *Vitam S. Caroli Borromæi* tradidit, Brixiæ anno 1602.

Franciscus à S. Angelo, Hiſpanus, Mantua Carpentanorum oriundus, Carmelita, ſapientiæ pharus & ſui Ordinis zelator nobilis, cujus *Sanctorum & virorum inſignium Vitas* ſcripſit. Circa Chriſti an. 1599. florebat.

Eliſæus Venturius, Saxo, patria Naſſenſis, ejuſdem inſtituti Religioſus, vir litterarum penu ditiſſima famoſus, eiſdem annis inclareſcebat. Scripſit *De univerſo peregrini hominis ſtatu.*

Thomas Pulcher-Amicus, Gallus, ſui temporis inter ſapientiſſimos quoſque Doctores Pariſienſes clariſſimus, totam ſuæ vitæ & temporis metam docendo, diſputando, & ſcribendo feliciſſime tranſegit. Vir fuit, cui præter inſigne ſapientiæ donum, miram Deus contulit virtutum excellentiam. Regis Galliæ mirificus extitit concionator. Multa ſcripſit, & edidit: (ſequentia *Poſſevinus* ex innumeris ejus lucubrationibus affert.) *De Cultu, Veneratione, Interceſſione, Invocatione, Meritis, Feſtivitatibus, Reliquiis, & Sanctorum Miraculis*, pulchram & Catholicam aſſertionem. *Compendium vocabularii Theologici* à ſe recognitum & auctum. Huic additur *Magni Athanaſii de Definitionibus* liber. Edidit & *Homilias in omnia Quadrageſimæ Evangelia.* Item *Homilias & Tabulam in Sacroſancta Cœnæ Domini myſteria, Paſſionem & Reſurrectionem Jeſu Chriſti.* Item *Homiliarum Quadrageſimæ* Tomum alterum. *De fide & ſymbolo* libb. IV. *In Abacuc, De Sacrificio Miſſæ* lib. I. Gallice. *De veritate corporis Chriſti & ſanguinis in ſacratiſſima Euchariſtia.* Tomos duos *Commentariorum in Evangelicam Harmoniam.* Sequentes etiam Gallice Libros: *Hiſtoriam ſectarum, quæ Sacroſanctam Euchariſtiam impugnavere. Reſolutionem quarundam Imaginum, & libellorum, quos Hæretici falſo prænotarunt: Ollam contra Clerum Eccleſiæ Dei. Admonitionem ſalutarem ad ſeductos. Ollam everſam & liquefactam, de qua Deus loquitur per Prophetas*, & alia. Poſt hæc feliciſſimum vitæ curſum exegit anno ſalutis 1589.

Baptista Guarinus, lectiſſimus Eques Ferrarienſis, *Paſtorem fidum*, magno applauſu ubique in Italia acceptum, Italice conſcripſit, & anno 1590. vivere deſiit.

Victor Giselinus, Santforda natus, pago territorii Brugenſis, Oſtendæ proximo. *Joannem Gelrium* Præceptorem habuit: uſus ibidem familiariter *Arnoldo Laurentii Berchemo*, è cujus etiam ſchedis ſuas in *Prudentium Notationes* locupletiores fecit. Dolæ apud Sequanos Medici Doctoris titulum cepit, *Lipſio* amicum publice laudante. Enixe ſe dedit lectioni veterum Patrum, quorum pietate erudita confirmatus, ſtetit recto talo in his turbis Religionis jactatæ, nec à Catholica fide dimoveri ulla heterodoxorum ſuaſione potuit. Obiit an. 1591. Scripſit *Commentarium in Aurelium Prudentium* ad *MSS.* codd. reſtitutum; *Notas & Chronologiam in Severi Sulpitii opera*; *Adagiorum epitomen è Junio, Gentio*, aliiſque poſt *Eraſmum.*

CLX. Matthæus a Castro, Inſulenſis, Abbas Falempinii, redegit in compendium *Comment. Cornelii Janſſenii in Concordiam Evangelicam*, item *Noctes Hiemales & Æſtivales*, *Commentarium in Pſalmos*, aliaque quæ *MSS.* in dicto cœnobio conſervantur.

Publius Fontana, Presbyter, Paluſci, quod eſt agri Bergomatis oppidum, natus, ad Virgilianum ſcribendi genus ferebatur, tanta ſtyli majeſtate, tanta verborum grandium amplitudine, tanto ſententiarum apparatu, ut ſi contingeret, quod cum iis, qui noſtra patrumque memoria, Poetarum principes extiterunt, in contentionem de primatu veniret, non *Pontanos*, non *Vidas*, non *Fracaſtorios*, non *Sannazarios*, non alium quemque metueret. Homo natura quietiſſimus, ac libertatis amator, cui idem erat propoſitum ac Regibus, ut ne qua re egeret, ac ne cui obtemperaret. Ocium ſoli patrii & amœnitatem opibus aulæ prætulit. Florebat Clemente VIII. Pontifice. Obiit cum duos, & ſexaginta compleſſet annos, pluribus egregiis operibus, vario carminum genere, ſed præſertim Heroico, ſcriptis; quæ partim ipſe ediderat, partim MSS. continebat: ſed hæc omnia in unum collecta, *M. Antonius Foppa*, Bergomas, typis edita publico commiſit.

Laurentius Cupærus, Belga, ejuſdem ordinis Doctor Theologus ac patriæ peritiſſimus hiſtoriæ, complura typis opuſcula ſummiſit. *Theatrum Mundi minoris*, ſive Humanæ calamitatis Oceanum. Adjecit *De dignitate hominis*; *B. Annæ Genealogiam & Vitam* ex vetuſtiſſimis Eccleſiæ Doctoribus concinnavit; *Quatuor hominis noviſſima* concionibus 24. explicavit; *Paracleſim ad ſtudium ſpiritalis militiæ*, *Chronica Brabantiæ.* Obiit Bruxellis anno 1594. æt. 66.

Lævinus Torrentius, Gandavenſis, Juriſprudentiæ dans operam Lovanii, ſpectavit obſidionem ejus urbis per *Martinum Roſſemium*, Geldro-Belgici exercitus Ducem tentatæ, ſtudioſorumque de hoſte fugato triumphantium pars fuit. Italiam, quo uberiorem ingenii fructum caperet, adiit & Romæ plures annos verſatus fuit, ubi in amicitiam *Sirleti*,

*Baronii*, *Auguſtini* & *Urſini* ſe inſinuavit. In Belgium reverſus, legationibus domi foriſque ſpectatus, ex Archidiacono & Leodienſis Principis Vicario Generali, II. Antverpienſium Epiſcopus, III. Machlinienſium Archiepiſcopus deſignatus, Collegii Soc. *Jeſu* Lovanii fundator, ad Concilium ſtatus Belgici fuit adſcriptus. Sed dum præcipitantem Remp. fractus viribus, animo infracto, conſilius ſuſtentat, Bruxellæ deceſſit anno 1595. quo & anno obierunt *Torquatus Taſſus*, cui præclarum ævo hoc in primis exſtitit ingenium, tum oratione ſoluta, tum verſibus, *Remerus Reineccius*, *Valens Acidalius*, *Vitakerus*, & *Nerius*. De TORRENTIO *Lipſius* encomium hoc Elect. lib. 2. c. 17. ſcripſit: *Non omni re litteraria ſolum ſed in Poeſi (quod mihi quidem eximium eſt, qui ſcio Poetam præſtantem neminem fuiſſe ſine parte quadam uberiore divinæ auræ) magnum, vel potius ſummum.* Tradidit præter *Odas ad amicos* & *Commentarios in Suetonii Cæſares*, atque *Quinti Horatii opera*, verſibus *De partu Virginis*, *Vita D. Pauli*, *Cruento Dei Sacrificio*, *Bello Turcico* & *Victoria navali apud Naupactum.*

CLXI. DIDACUS MARTINEZ A CORIA MALDONATUS, Hiſpanus, Vandalus, patria Utrarienſis, Carmelita, Divini perpetuus indagator eloquii ſcripſit *Dilucidarium* ſive *Demonſtrationem Chronicorum*, & *antiquitatis ordinis Carmeli*, magni habitum; præterea vulgavit *De Sanctis Ordinis ſui.* Obiit circa annum 1603.

OBERTUS GIFANIUS, Buranus, è Ducatu Gelriæ oriundus, utriuſque Juris Doctor, antiquitatis notitia clarus, Aurelius ad Ligerim Bibliothecam publicam nationis Germanicæ inſtituit; Argentorati Philoſophiam publice profeſſus eſt, deinde Altorfii, tandem Ingolſtadii. Obiit Pragæ ſeptuagenario major, anno 1604. Scripſit *Commentaria in Ethica Ariſtotelis*, *Obſervationes in linguam Latinam*, *Indicem hiſtoricum rerum Romanarum*, *Oeconomiam juris*, & alia.

ABRAHAMUS BZOVIUS, Polonus, è S. Dominici familia, poſt *Baronium* duodecim voluminibus *Annalium* ſcriptor, res Eccleſiæ geſtas ab anno Chriſti 1198. ſua uſque tempora diligentiſſime perſecutus eſt. De Viro hoc illud poſſe affirmari videtur, plures libros ſcripſiſſe, quam alii legerint. Et ſane iis percurrendis, vix hominis unius ætas videtur poſſe ſufficere, quorum omnium titulos non eſt conſilium enumerare: qui ſi referendi ſint, vix binæ eos paginæ caperent. Æmulum habuit *Georgium Hervartum.* Simul ac ex Polonia in Urbem venit, ſtatim à Sum. Pontifice ob inſignem ingenii doctrinæque famam exceptus eſt in ædes Vaticanas, ibique fere quoad vixit, hoſpitio victuque liberaliter habitus. Aſſiduo ſcribendi labore confectus, tandem ſcribendi ſimul & vivendi finem Romæ fecit. Florebat *Gregorio* XV. Pont. Max.

JOANNES ZAMOSCIUS, Magnus Cancellarius Poloniæ, Præfectuſque Generalis militiæ ejuſdem regni, obiit 1605. De quo hæc *Thuanus*: *Ejus nomen libris duobus De ſenatu præſcriptum legitur, quos cum Caroli Sigonii eſſe ab amicis accepiſſem, confeſſione à Viro humaniſſimo vix tandem extorta, cum Bononiæ eſſem, rem ita habere intellexi.* Sane vir inter eruditos ſcriptis illis nominatus, majorem poſtea militaris gloriæ laudem reipſa meruit, rebus bello fortiſſime geſtis contra Moſcos: ut bello & toga clariſſimus merito cenſeri debeat. Ex teſtamento Zamoſciano hæc aurea eſt ad *Thomam* filium admonitio: *Te, cariſſime fili, non modò hortor, verum etiam obteſtor;* DEUM *& pietatem ante omnia colas, eamque non modo potiſſimum, ſed ſolum quaſi bonum, aut omnium bonorum unicum fundamentum judices: imprimis Religionem Catholicam conſtantiſſime tuearis, hæreſes novaque dogmata, quæcumque, quocumque etiam nomine obtrudantur, fugias: ac ſi forte Regni amplisſimi civem te Leteris, iis majoribus, qui meritis ſuis aliquam tibi nominis famam reliquerunt: tantò magis præſtantiore parente Eccleſia Catholica lætandum tibi ſtatuas: quæ non modò tot Regum ac Principum, ſed quod longe præclarius, omnium Sanctorum communis mater eſt. In cujus gremio mori felicius eſt, quam ab initio naſci: cum non naſci ſatius ſit, quam in hoc non mori.*

JOANNES VOELLUS, Burgundus, vir eruditus in paucis, obiit anno 1610. poſtquam in Societate *Jeſu* unum & quinquaginta annos pie & prudenter exegiſſet. Edidit *Indicem in Breviarium Romanum*, ad Conciones formandas aptiſſimum.

AUGUSTINUS VALERIUS, Venetiis patritia familia natus, Cardinalis & Epiſcopus Veronenſis, avunculi ſui *Bernardi Cardinalis Navagerii* virtutem ac mores mirifice expreſſit. His enim primis optimi Senatoris artibus, *Auguſtinus* floruit, quibus libertas eccleſiaſtica cuſtoditur, gloria augetur, & auctoritas conſervatur. Venetiis moralia Philoſophiæ præcepta ſuis civibus tradidit, nec in eo fuit diſſidium cordis & linguæ: nam diſciplinam illam, quam profitebatur, honeſtis moribus congruentique vita auditorum animis infigebat. *Caroli Borromæi res geſtas* deſcripſit. Supra centum & viginti opuſcula Latino ſermone vulgavit, quorum argumentum nullum eſt aliud niſi de rebus ſacris, vel ad mores componendos pertinentibus. Præter undeviginti *Dialogos*, *Orationes funebres* & *Epiſtolas* varias, ſcripſit *De Rhetorica Eccleſiaſtica*, ſive *De modo concionandi* libros tres, *De diſciplina Acolytorum* libros duos, *Homilias* plurimas, & alia quæ *Antonius Sanderus* in elogiis Cardinalium illuſtrium enumerat, Venetiis, Mediolani, Romæ & alibi typis edita. Obut autem anno poſt Chriſtum natum mil-

Digitized by Goc

milleſimo ſexcenteſimo ſexto, annos natus quinque & ſeptuaginta, cum à Paulo V. Venetiæ ſacris interdictæ eſſent.

Dominicus Bannez, Mondragonii in Biſcaja natus, ord. Prædicatorum Doctor, Theologus illuſtris, poſt primariam apud Salmanticenſes viginti annorum profeſſionem rude donatus, dum patriæ viſendæ ſtudio in Biſcaiam cogitat, ſub annum milleſimum ſexcenteſimum quartum obiit Methymnæ campi.

CLXII. Franciscus Arias, natione Hiſpanus, patria Hiſpalenſis, vir jam matura ætate ſeſe Soc. *Jeſu* adjunxit, Philoſophiæ ac Theologiæ ſtudiis excultus. In Collegio Triguetenſi Theologiam de moribus quatuor annos, non ſine laude, profeſſus eſt, cujus Collegii item & Gaditani habenas rexit. Scripſit materna lingua, exquiſita eruditione, ac prudentia libos duos, in quibus *De profectu ſpirituali*, *De Oratione*, *ac Mortificatione* utiliſſima præcepta tradit. Item *De imitatione B. Mariæ*, ejuſdemque *Roſario*, in quibus divinas ejus virtutes pie admodum docteque explicat & omnibus imitandas proponit. Item *De præſentia Dei*: & *De ſui diffidentia*. Tractatum item *De fœditate ac gravitate peccati*. Qui Tractatus jam magno Eccleſiæ militantis bono trans Pyrenæos Latine & Gallice transſcripti leguntur. Fuit vir cum varia eruditione, tum vitæ integritate admirandus; religioſæ paupertatis amans, obedientiæ tenax, ſalutis proximorum cupidus, ſui contemptor egregius, mortificationis ſtudioſus, quam magis moribus quam verbis docuit: denique indefeſſus operarius *Chriſti*, pro cujus gloria 44. annos ſtrenue in Societate laboravit, atque ætatis anno 72. feliciter obdormivit in Domino, Hiſpali 23. Maij, anno ſalutis, 1605. non ſine magna opinione ſanctitatis, concurrentibus ad ejus funus populis, ac multis lacrymis beati viri memoriam proſequentibus, ac de ejus veſtibus certatim aliquid aufferre conantibus.

Nicolaus Orlandinus, Florentiæ ortus ſtirpe nobili, & indole bona, inque Societatem Romæ cooptatus adoleſcens, humanæ ſalutis anno milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo ſecundo, multum in litteris ac pietate profecit: ut in utroque poſtea magiſterium cum laude geſſerit. Moribus ſuavibus, ingenio candido, compoſitus ad modeſtiam, religioſæ diſciplinæ cuſtos perdiligens fuit. Et, ut fere ad habitum animi oratio fingitur, ſicut in vita, ſic erat accuratus in ſtilo. Itaque in litterarum laude apprime floruit cultu Latinæ limatæque orationis. Quo genere polito ac nitido *Communes Societatis annorum trium litteræ* ob eo ſcriptæ exſtant. Inde, cum exigua valetudo ſtudiorum labores non ferret, regendo Collegio Nolano, tum Neapoli Novitiorum inſtitutioni præficitur. Ex eo munere, poſt annum ſeptimum, ad ſcribendam *Societatis Hiſtoriam* evocatus in Urbem anno ſæculi ſuperioris octavo & nonageſimo, quamvis valetudini diffideret, & longa ſtili intercapedo terreret, arduam tamen provinciam libens accepit. Tantum ex obediendi ſtudio ſumebat animi ad conandum. Et ſcribendi quidem intermiſſionem demum viri ſingulare judicium, laborque ſupplevit. At virium firmitas haud perinde fuit in poteſtate, egregiæque voluntati ſuffecit. Medio in curſu graviſſimo implicitus morbo ſuccubuit; jamque vitam ejus ferme omnes deſperaverant, præter ipſum: qui cum tantum uſuræ lucis expeteret, dum Generalatum *B. Ignatii*, quem ſingulari pietate ob primorum memoriam Patrum ſcribebat, exequeretur, viſus eſt voti compos effectus. Valetudinem enim recuperavit, opus intermiſſum repetiit, proxime ad metam perduxit; tum rurſus languore proſtratus, neceſſitati religioſe conceſſit, anno milleſimo ſexcenteſimo ſexto.

Paulus Offæus, natione Germanus, adoleſcens ex Collegio Germanico Romæ ſe Societati *Jeſu* adjunxit, an. 1555. poſtea ad inſtitutum religioſum formatus, ac ſcientiis probe inſtructus, Rectoris Provincialis, Viſitatoris, atque Aſſiſtentis munus obivit, & optime de Societate meritus eſt. Ingolſtadii extrema ſenectute deceſſit è vita, anno ſalutis 1608. Suppreſſo nomine *Catechiſmum Romanum* ex Latina lingua in Germanicam vertit: librum ſcripſit *De communione ſub una tantum ſpecie*, editum nomine *Theologorum Bavariæ*. *Confutationem Smidelini & Spangebergii*.

CLXIII. Joannes Bonifacius, natione Hiſpanus, patria Civitatenſis, ex oppido S. Martini del Caſtanar, annum agens 18. ſeſe ad Societatis inſtitutum applicavit, & cum ingenio atque eruditione præſtaret, & in ſplendidioribus diſciplinis laudate poſſet ſe exercere, non vulgi trutina, ſed prudentium virorum ſtatera rem æſtimans; maluit ſe ad pueros moribus formandos litteriſque erudiendos dimittere, quam ſpecioſa minuſque utilia ſectari. Quamobrem 40. propemodum annos docendis pueris impendit, magna induſtria, magno fructu; ejus enim opera, atque inſtitutione factum eſt, ut permulti ejus diſcipuli, rejecta ſæculi vanitate, habitum ſacrarum religionum induerint, aliique præterea multi vitam Chriſtiano homine dignam traduxerint, magno Reipub. bono. Scripſit *De Chriſtiana inſtitutione juventutis*: *De Sapiente fructuoſo*; *Epiſtolas & orationes varias*; *De vita & Miraculis B. Mariæ Virginis*.

Michael Alfonsus a Carranca, Hiſpanus, Valentinus, Carmelita, S. Theologiæ Profeſſor, in librum *S. Ildefonſi* Toletani Archiep. De illibata *Mariæ* Virginitate *Scholia* eruditiſſima dedit, *Catechiſmum Religioſorum omnium*, qui alius eſt à Catechiſmo *Bartholomæi Carrancæ*, Mirandenſis, ab Indice expurgatorio damnato inter auctores ſecundæ Claſſis: *Bartholomæus* enim ille Carmelita non fuit. Obiit *Michael* octogenarius, anno 1607. Valentiæ tumulatus.

Cæsar Baronius, Soræ in Campania regni Neapolitani provincia 1538. natus, verus Hiſtoriæ pater, & *Annalium Eccleſiaſticorum* conſummatiſſimus conditor, contra *Matthiam Flacum* & alios Magdeburgenſes, Satanicar. *Centuriarum* (quæ ſunt mendaciorum plauſtra) evulgatores. Hanc *Hiſtoriam* à Chriſto nato orſus, uſque ad *Innocentii III.* tempora perduxit. Invitus & reluctans primum Protonotarius Apoſtolicus, ex primo ordine eorum qui *Numerarii* ſeu *Participantes* dicuntur, inde Bibliothecarius Apoſtolicus, tandem Cardinalis à *Clemente VIII.* Pontifice, magno ingeniorum æſtimatore, creatus, anno 1607. in Domino obdormivit, funebri laudatione à *Michaele Angelo Buccio*, Oratorii Presbytero, honoratus. Præter *Annales Eccleſiaſticos*, reliquit doctiſſimas *ad Martyrologium Romanum Notas*, quibus illud mire illuſtravit. *Baronii* elogium exſtat apud *Henricum Spondanum* in *Epitome Annalium Baronianorum*. *Taurufio* & *Baronio* commune epitaphium ad ædem B. *Mariæ* in Vallicella à ſodalibus eſt poſitum, quod hic viſum eſt ſubnectere: D. O. M. *Franciſco Mariæ Taurufio Politiano, & Cæſari Baronio Sorano, ex Congregatione Oratorii, S. R. E. Presbyteris Cardinalibus, ne corpore diſjungerentur in morte, quorum animi divinis virtutibus inſignes in vita conjunctiſſimi fuerant, eadem Congregatio unum utrique monumentum poſuit.* Taurusius vixit annos LXXXII. menſes IX. dies XIV. Obiit III. Idus Junii M. DC. VIII. Baronius vixit annos LXVIII. menſes VIII. Obiit pridie Kal. Julii M. DC. VII.

Aloysius Lellus, Secretarius *Ludovicii Torrii*, Card. & Archiepiſcopi Montis Regalis in Sicilia, ſub annum 1607. Scripſit libellum De *Præſulibus ac ſtatu illius Eccleſiæ*: ex quo multa ſe hauſiſſe fatetur *Rochus Pirrus* in ſua *Notitia Sicilienſium Eccleſiarum*. Alius eſt Aloysius Lilius, Neapolitanus Calaber, qui memoria nunquam ex hominum animis excidet. Nam cum ita eſſent *Faſti* perturbati, ut vix temporum ratio congrueret, Romani Pontifices de iiſdem corrigendis ſedulo cœperunt excogitare, ad id præſertim, ut Paſchatis feſtorumque dierum ex eo dependentium recurſus, ex certa ratione competerent; ſed cum uſque ad *Gregorium XIII.* Aſtrologorum nemo (ob magnas ac fere inexplicabiles difficultates) conſtanti ratione, ac ſæculis omnibus duratura, quæ in *Faſtis* collapſa eſſent, reſtitui poſſe oſtenderet, delatus eſt Summo Pontifici exiguus mole libellus, ſed re maximus, *Aloyſii Lilii* (nam ille deceſſerat) qui rationem qua id fieri poſſet, breviter ac dilucide complectebatur.

Balthasar Etzelius, natione Germanus, patria Bremenſis, Societati pridem adſcriptus, in Archiepiſcopali Moguntino Collegio linguæ Sanctæ Profeſſor, edidit *Florilegia* ſeu *Eclogas & Excerpta Homiliarum* 33. *ex Homiliis partim* editis, partim non editis, *& ex Commentariis B. Joannis Chryſoſtomi*, Archiepiſcopi Conſtantinopolitani, Græca ac Latina interpretatione adjecta. Sermones ſunt Sententiæque ſelectæ concionibus ſane perutiles, quando SS. Patrum antiquorum dicta, recentiorum operibus longe antecellunt. E Syriaco in Latinum quædam vertit, quæ *Poſſevinus* enumerat.

CLXIV. Antonius Meyerus, Uleternis, juxta Balliolum Flandriæ oppidum natus eſt, ac ludum Litterarium cum fructu & laude, quoad vixit, aperuit: fuitque Gymnaſii Thenenſis triennio, Camaracenſis ſeptennio, & Atrebatenſis totis XXXII. annis Moderator, Hiſtoricus ac Poeta; libris varie editis, & diſcipulis toto Belgio diſperſis, celebris; *Joannem Savacenum* Cœnobii Vedaſtini Antiſtitem, & Camaracenſem Archiepiſcopum nactus Mæcenatem: filiumque reliquit Philippum, doctrinæ paternæ ac Cathedræ profeſſoriæ hæredem. Vitam Antonii verſibus pluſculis *And. Hoius* conſcripſit. Obiit anno 1597. Scripta ab eo ſunt, *Cato Chriſtianus, ſeu Inſtitutio paræneticа ad pietatem, B. Nili Epiſcopi & Martyris Gnomi, carmine redditi; Item, Iſocratis ad Demonicum Paræneſis.* Addunt alii alia: *Epithalamia ſacra & profana: Epigrammata: Quatuor Hominis Noviſſima*, & alia plura.

Robertus Wacopius, apud Scotos in tenebris natus, clarum jubar ſolis tota vita aſpexit numquam: in literis tamen tantum promovit, ut Lutetiæ Pariſiorum divinæ legis Doctor creatus, Romæ ſacris admotus, in Hibernia majorem Pontificatum ſancte adminiſtraret. Idem ſummi orbis Chriſtiani Præſidis imperio obiit legationes: conſeſſum etiam Tridentinorum Patrum, quamvis cæcus, non mediocriter illuſtravit: ſic habet ſæculum hoc ſua etiam in cæcis miracula.

Franciscus Patritius, Venetus, docuit Philoſophiam in duobus clariſſimis Italiæ gymnaſiis, Romano ac Patavino. Multa præclare ac prope divinitus ſcripſit, quæ longum eſſet omnia enumerare, ſed hæc maxime illuſtria: *Paralleli militares*, in quibus veterum Impe-

Imperatorum militaris disciplina cum ea comparatur, quæ nostris nunc viget moribus: qui liber est mole quidem non amplus, sed rerum, quæ in eo continentur, æstimatione ac pondere maximus. *Nova de universis Philosophia; Peripatetica discussiones*; *Nova Geometria*; *Nova Rhetorica*; *De scribenda Historia* libri tres; *De arte Poetica* totidem decades; *De militia Romanorum*; *Mercurii Trismegisti* operum fragmenta, in corpus unum collegit. Hic alius est & nobis ætate vicinior, quam Franciscus Patritius Senensis, qui *De Regno, deque institutione Reipublicæ* deprompsit ingentia volumina, opus sane præstans, omnibusque rei politicæ studiosis pernecessarium, & iis qui hanc mortalium viam ingressi, ad felicem exitum usque venire nituntur. Anno 1549. horum voluminum *Compendium* prodiit Parisiis apud *Audoenum Petit.*

Pompeius Cariglianus, Italus, Ecclesiæ Capuanæ Canonicus, memoria tanta fuit, ut *Aristotelem*, *Platonem*, *Hippocratem*, *Galenum*, *Themistium*, *D. Thomam*, aliosque penitus noviſſet, & eorum non modo sententias, sed verba ipsa cum opus esset, admirabili memoriæ laude referret. Pontificatus *Pauli V.* postremis annis in Urbem se contulit, ubi *Francisco Card. Barberino* familiaris extitit. Unum edidit De *Nobilitate* librum lingua vernacula.

Lambertus Schenckelius Dusilvius, sive Silvæducensis, in patria, Galliis Germaniaque scholas publicas rexit, & edidit *Flores & sententias insigniores selectas è Cominæo, Froissardo, Lipsio*, Paris. 1606. *De arte memoriæ* libros duos conscripsit, quam artem annos plus quadraginta docuit, & Episcopis Academiisque probavit; tradens insuper artem dictandi eodem tempore decem, quindecim, viginti, aut pluribus scribis materiæ diversæ Epistolas.

Jacobus Raymundus a Gavio, patria Genuensis, ordine Carmelitanus, Florentiæ, Taurini, Romæ, Neapoli & alibi studia rexit, & edidit *Lecturarum Theologicarum* lib. III. *Philosophicarum* lib. II. *Complurium Orationum* lib. I. Florebat anno 1608.

Cornelius Schultingius, Steinvvichius apud Trans-Isalanos, S. T. Lic. & Canonicus SS. Apostolorum Coloniæ, & Joannes Noppelius, ad D. Suiberti in Insula Cæsaris Decanus, in Augustiniana atque Ambrosiana Confessione colligenda magno Ecclesiæ fructu (quod multorum hæreticorum per hæc scripta conversio declaravit) elaboraverunt. *Schultingius*, inquam, edidit *Ecclesiasticæ disciplinæ* libros IV. *Bibliothecam Ecclesiasticam. Opus variarum Lectionum & Animadversionum, adversus lib. I. Institutionum Calvini. Refutationem totius Theologiæ Calvinianæ. Thesaurum Antiquitatum Ecclesiasticarum* è VII. prioribus *Annalium Baronii* contra Centuriatores Magdeburgenses, ac Calvinistas. *Confessionem Hieronymianam* è *D. Hieronymi operibus*, juxta locorum Theologicorum capita, tomis IV. *Hierarchicam Anacrisim* adversus varios Calvinistarum libros, & celebratas ab iisdem Synodos. Obiit anno Christi 1604.

CLXV. Andreas Maroquinus, Monachus Benedictinus in cœnobio S. Gisleni, apud Hannones, tomos quattuor, De Gestis SS. Martyrum per Notarios S. Romanæ Ecclesiæ conscriptis, ordine temporum digestos, posteritati reliquit. Opus est variæ & multæ lectionis, hac inscriptione præfixa: *Registrum Historiarum Ecclesiasticarum, gesta SS. Martyrum continens, per Notarios S. Romanæ Ecclesiæ conscripta, ex mandato B. Petri Apostolorum Principis, successoriumque ejus Romanorum Pontificum, prout suffragantur Clemens, Urbanus, Antherus, Fabianus & Damasus; Tabulæ quoque Ecclesiasticæ; Patres, & Majorum traditio.* Idem de Gestis SS. Confessorum tomos duos conscripsit. Quæ omnia exstant MSS. in eodem monasterio. Florebat *Maroquinus* anno 1606.

Joannes Pistorius, Nidanus, Germanus, natione Hassus, cum esset junior, Lutheranis adhæsit: ætate ac doctrina provectior, damnata hæresi, Catholicis se adjunxit, & alios multos devios, in his *Jacobum* Marchionem Badensem 1590. ad Ecclesiæ Romanæ castra revocavit. Elata uxore, ex qua & liberos aliquot sustulerat, Præposituram Vratislaviensem in Silesia, & Canonicatum Constantiæ ad Rhenum, in Basilica Cathedrali, obtinuit, & hujus urbis Antistiti *Andreæ* Card. Austriaco gratissimus exstitit. Fuit item *Rudolpho II.* Imp. à sacris Confessionibus ac consiliis, obiitque Friburgi Brisgoiæ, anno millesimo sexcentesimo septimo, ætatis sexagesimo tertio, climacterico. Quæ scripserit, non attingo.

Christophorus Ægidius, natione Lusitanus, patria Bragantinus, Soc. *Jesu* Theologus, primum in Conimbricensi, post in Eborensi Academia sacras litteras est interpretatus. Obiitque demum Conimbricæ anno 1608. Reliquit tomos duos *Theologicarum quæstionum*, qui post ejus obitum Lundini * in Gallia prodierunt.

Joannes Bapt. Villalpandus, natione Hispanus, patria Cordubensis, 26. annorum adolescens, Philosophicis probe excultus, atque Mathematicis apprime exercitatus Soc. se



* Lugduni,

Jesu adjunxit. Deinde in sacrarum litterarum studio non mediocriter progressus, *Hieronymo Prado* in *Ezechiele* illustrando, & in templo *Salomonis* describendo per architecturæ scientiam, qua plurimum excellebat, mutuas operas tradidit, & post *Pradi* mortem, in eo Regio opere perficiendo, in tres tomos distinguendo, splendideque sumptibus Regis excudendo, strenue laboravit. Ergo is tomo quo sex & vigiati Prophetæ capita ab *Hieronymo Prado* elaborata continentur, duo ipse sequentia adjunxit, copiosis *Commentariis* illustrata. Tomo secundo dedit *Universam templi fabricam*, atque tum templi, tum vasorum formam, *Commentariis*, & æneis quamplurimis descriptionibus expressam. Tomo tandem tertio, *Apparatum urbis ac templi Hierosolymitani*, in quo de urbe copiosissime disserit; de Hebræorum ponderibus, numismatis & mensuris diligentissime. Omnia ex studio & opera cum *Hieronymo Prado* collatis. Continuis tandem laboribus fractus, & magni operis mole veluti oppressus, pestilenti morbo Romæ succumbit, annos natus sex supra quinquaginta, die 23. Maji an. 1608. Extat ejus opera prolatus in lucem *Remigii Remensis in Epistolas* D. *Pauli* Tractatus, *Bibliothecæ Patrum* insertus Tomo V. Parte II.

Ferdinandus Rebellus, *Joannis Rebelli* frater, natione Lusitanus, patria ex oppido Prato, diœcesis Lamecensis, in domo Professorum Olisiponensi se *Christo* in Societate sacravit anno salutis 1562. Aristotelicas disciplinas professus est. Theologicas in Academia Eborensi, multos annos feliciter explicavit: ejusque Academiæ Cancellarius, & Portuensis Collegii Rector fuit. Scripsit *De Obligationibus Justitiæ*, *Religionis & Charitatis*, cujus prima solum pars, quæ est de Justitia, lucem aspexit.

Jacobus Albericus Salvicus, Bergomensis, ord. Erem. *S. Augustini*, scripsit *De Scriptoribus Venetis*, Bononiæ 1605. quod opus Bruxellæ apud Augustinianos vidimus & laudavimus.

CLXVI. Martinus Antonius Delrius, Belga, exstitit certe, si quis alius ætate nostra, librorum helluo, omnigena doctrina clarus, quod de *M. Catone M. Tullius* pronuntiat, ita ut ipsum *Ævi nostri miraculum L. Lipsius*, acerrimi vir judicii, jure meritissimo nuncuparit! Is Antverpiæ 1551. ipso Pentecostes festo die, feliciter natus est, patre *Antonio*, nobili apud Hispanos (quod nomen etiam indicat) familia genito. *Del-Riorum* namque gens nomen atque originem trahit ex valle Bureba, inter Castellæ montes sita: cujus quidem gentis vetusti longa serie proceres partim Segobio, partim Burgis, *in* sacellis ab ipsis olim excitatis honorifice sunt conditi. Mater autem *Martino* fuit *Eleonora Lopezia*, matrona pudicissima: cujus parentes Antverpiæ apud Carmelitas in sacello Deiparæ, ad latus Aræ summæ, ab ipsis pariter ædificato, quiescunt; avorum vero monumenta in Aragoniæ oppido Calatajuda visuntur. *Antonius* parens, Cleydaliæ & Artzelaræ in agro Antverpiensi toparcha, *Meram*, spectatissimum urbis Antverp. locum, eleganti ædificio exornavit: quod *Philippi II. Regis Catholici*, ejusque postea conjugis *Annæ Austriæ*, *Ferdinandi* item Ducis Albani, *Ludovici Requesensii*, & *Petri Comitis Fontani*, Belgicæ Præfectorum, aliorumque Principum aliquando fuit metatorium, *Ximeniorum* perpetua nunc sedes ac domicilium. A parentibus itaque ingenue splendideque educatus *Martinus*, ut primum innocentiæ annos excessit, Liram munitum atque amœnum Brabantiæ opidum, tribus passuum milibus Antverpia dissitum (quod hæc *Mercurio*, illa *Musis* amicior esset) ad prima rei litterariæ fundamenta jacienda est ablegatus. Ubi paucis annis ita profecit, ut præceptoris industriam diligentia superarit. Cum igitur nihil superesset, quo vel cultor ingenii ingenioso commodaret, & vivax interim adolescentis indoles non sineret animum interquiescere, Lutetiam Parisiorum, alteras tunc artium scientiarumque Athenas, parentum voluntate, concessit. Inde, post navatam eloquentiæ, in Claromontano Soc. *Jesu* gymnasio, operam, post magni illius *Joannis Maldonati*, qui tum Philosophorum ibidem familiam ducebat, accuratas exercitationes, post *Dionysii Lambini*, in eloquentiæ circo Professoris Regii, delibatas cum fructu commentationes, Ducum ad Jurisprudentiæ studium, ubi tunc recens Academia *Philippi II.* Catholici Regis immortali beneficio erat instituta, proficiscitur. Ibi *Ludovicum Carrio*, vir ingenio & scriptis clarus, illi à studiis fuit. Post & Lovanii, in eodem Juris studio gnaviter se exercuit, & humaniores etiam litteras magis excoluit, *Cornelii Valerii* disciplina, & *Justi Lipsii* familiaritate usus. Hic 1570, Lytæ seu Baccalaurei titulo insignitus, doctrinæ gloria æqualibus suis longe antecelluit. Inde Salmanticam, ubi Jurisprudentia vigebat in primis, laureæ indipiscendæ gratia, abiit, quam tanto omnium plausu, beneficisque Doctorum suffragiis anno 1574. est consecutus, ut anno sequente in Belgicam reversus, in supremum Brabantiæ Senatum, cui jam meritorum alis prævolans fama viam fecerat, à *Philippo II.* Rege sit cooptatus. Quo quidem in munere sic ejus eluxit ingenium, sicque probitas est spectata, ut anno 1577. ad supremum de toto exercitu Belgico aulaque judicium (*Auditorem Generalem* nuncupant) sit advocatus. Nec hic viri virtus stetit: proximo enim anno Brabantiæ Procancellarius est designatus, Regioque fisco præfectus, summa æquitate ac prudentia hostibus atque amicis, in illa nocte temporum, se probavit. Confœderatorum Belgii Ordinum copiis, *Joannis Austrii*, fortissimi imperatoris virtute, apud Gemblacum cæsis, cum

cum miles noſter Lovanium veniſſet, *Delrius* I. *Lipſii*, amici ſui abſentis (is Antverpiam è media bellorum flamma ſe ſubduxerat) res opeſque, ſcripta item ac libros, *vitam ipſam*, ut ipſe nuncupabat ac fatebatur, periculis eripuit. Sub idem tempus, ut erat ſecretiorum etiam conſiliorum conſcius, *Rerum Belgicarum Commentarios*, addito *Tractatu De tumultibus Belgicis*, Latine ſibi conſcripſit; quos poſtea, ſub anagrammatico nomine *Rolandi Miritei Onatini* Madriti ſua lingua typiſque vulgavit. Tot igitur tantiſque muniis cum laude annos aliquot functus, cum vitæ pacatioris teneretur deſiderio, nec honeſta miſſionis ſpes adfulgeret, impetrata ab *Alexandro Farneſio*, Belgarum Prorege, prætextu neſcio quo, in Hiſpaniam profectione, ſæculi tumultibus belliſque ſimul ſeſe eripuit, & in Societatis Jeſu amica fidaque ſtativa, 1580. Pintiæ (Valliſoletum hodie nuncupant) commigravit. Hic, poſt emerita ſæcularis militiæ ſtipendia, veteranus miles, toga ſagoque clarus, non erubuit tyro eſſe *Chriſti*. In tyrocinii exercitiis biennio poſito, triennalique Philoſophiæ curriculo exacto, dum in Belgicam terreſtri itinere contendit, anno 1585. ab invaletudine, imperioſo ſane tyranno, Burdigalæ ſiſtitur. Hic dum lecto detinetur, nuntium ex Luſitania accipit de patris ex hac vita diſceſſu, qui Regio tunc Oliſipone ærario Præfectus florebat. Poſt, valetudine confirmata, Belgis ſuis redditus, ſacris litteris aſſiduiſque diſputationibus partim Lovanii, partim Moguntiæ ſeſe exercuit. Exinde agmen ipſe Philoſophorum Duaci duxit; Conſcientiæ jura Leodici triennium dixit: poſt Sacrarum litterarum Lovanii Interpretem egit; exinde Doctoris etiam titulo Græcii in Stiria, à *Ferdinando Auſtrio*, cum *Joanne Deckerio* collega, ejuſdem Academiæ Cancellario mox futuro, evocatus, ad extremum Salmanticæ idem munus obivit; frequente ubique concurſu, & triennali ſingulis in locis profeſſione. Cumque ubique laboribus fractus, vacationem à quotidianis lectionibus impetraſſet, XV. Kal. Septembris 1608. Pintia deceſſit, & mari terraque jactatus, Bruxellas tandem menſe Octobri pervenit. Inde curru Lovanium dum petit, tantus eum itineris medio derepente calculi, è renibus in ureterem lapſi, dolor invaſit, ut hominem pæne enecarit. Semianimis igitur Lovanium delatus, extremiſque vitæ ſubſidiis communitus, magna animi conſtantia acerbiſſimos inter cruciatus, altero poſt die ſpiritum Imperatori ſummo reſignavit; nimirum ita Deo viſum, ut duo illuſtria Belgicæ lumina, *Lipſius* & *Delrius*, qui tam amica, dum vixerant, ſibi mutuo luce fœnerarant, eodem, quo præcipue vixerant, ſolo quoque conderentur. Sperabat quidem *Jeſu* Societas ſolidos ſolemneſque ab alumno ſuo fructus, quorum florem non unum, orbi univerſo pergratum, viderat; ſed ſpem illam Deus, una cum vita, incidit. Stabit tamen viro religioſo ſuus labor, quem Deo, quem Eccleſiæ, memor ipſe mortalitatis, totum conſecravit. Oculorum acie (ut fit) aſſiduis lucubrationibus hebetata, vitreis perpetuo utebatur; quæ quidem invaletudo diſcendi legendique ardorem nunquam potuit reſtinguere. Poetas itaque, Oratores, Hiſtoricos omnes, cum ſacros, tum profanos, Philoſophos, Theologos, omnium denique diſciplinarum Scriptores ſic exhauſerat, nihil ut ignorare, &, quod diſceret, deeſſe videretur. Sacrarum litterarum lectione potiſſimum ſub vitæ exitum delectabatur: ut dolendum profecto ſit, virum Hebræis, Græcis, Latiniſque lingvis apprime inſtructum, in medio illuſtrandæ Scripturæ divinæ curſu, orthodoxæ Eccleſiæ ereptum. Sed & nos Belgæ magnum certe lumen patriæque decus amiſimus, quod ad funeſti hujus belli *Hiſtoriam*, quam ad *Joannis Auſtrii* exceſſum deduxerat, ex fide proſequendam, homo rerum uſu, judicioque præſtans (quæ duo in Hiſtorico potiſſimum requiri ſolent) longe aptiſſimus videretur. Inter ingenii monumenta, quæ cum ad Theologiam, tum ad Juriſprudentiam litteraſque humaniores illuſtrandas varia poſteris reliquit, maxime laudantur terunturque manibus *Diſquiſitiones magicæ*; novum ſcilicet, atque, ut *Lipſius* appellat, *doctum opus*. Vitam ipſius late ſcripſit *Hermannus Lange-veltius* apud *Plantinianos* an. 1609. editam.

Zacharias Lippellous, Antverpianus, Cartuſianus apud Ubios, contraxit in epitomen *Vitas Sanctorum*, collectas à *Petro Surio*, ejuſdem inſtituti Religioſo, quibus limam addidit *Corn. Græſius*, ibidem Cartuſianus. Obiit anno 1599.

Hieronymus Capedronus, patria Mediolanenſis, ord. Dominicanus, Doctor Theologus & celebris Peripateticus, Inquiſitorem egit Mantuæ; ſcripſit in Metaphyſicam Ariſtotelis, quod opus hoc titulo prænotavit: *Theologia Ariſtotelis*. Ejus opus *De Divinis Auxiliis* necdum in lucem prodiit. Florebat an. 1608.

Bernardinus Salinus, natione Italus, diœceſis Vercellenſis, adoleſcens anno 1571. in Societatem admiſſus eſt. Docuit aliquot annos Mathematicam, terque Philoſophiam univerſam Mediolanenſibus dimenſus eſt. In miſſionibus magno zelo cum hæreticis, qui fauces Italiæ obſident, in vallibus Subalpinis, ſæpe non abſque fructu diſputavit. Obiit Genuæ vir miræ ſimplicitatis ac ſui contemptor, anno 1608. Reliquit expolita ac typis idonea quatuor volumina, *De rebus Mathematicis*, quæ ab illius ſcientiæ peritis magni fiunt, & varia ſacræ Scripturæ fragmenta.

CLXVIII. ASCANIUS COLUMNA, Romanus, *Marci Antonii*, Ducis Palliani, rei adverſus Turcos fortiter geſtæ gloria clariſſimi, filius, à *Sixto V.* *Philippo II.* Hiſp. Rege procurante, Cardinalis anno 1585. creatus, Græcis Latiniſque litteris à tenera ætate imbutus, ſui ſæculi *Mæcenas* Romæ in palatio paterno obiit, anno ſalutis milleſimo ſexcenteſimo octavo, ætatis quadrageſimo nono. *Nomenclator Cardinalium* tradit ab ipſo ſcriptas fuiſſe *Orationes* multas, *Epiſtolas* ad diverſos, & *Oden de fructu Sublaquenſis ſolitudinis.* Utebatur hominibus doctis eruditiſque, & in primis *Franciſco Lælio Ubaldino*, Franciſcano ſtrictioris, ut ajunt, obſervantiæ, deditus fuit. Scripſit contra *Baronium*, qui in Annalibus Eccleſiaſticis oſtendere conabatur, Reges Hiſpaniarum, furtim ac de inſidiis, in monarchiam Regni Siciliæ invaſiſſe.

SCIPIO CORELLUTIUS, Italus, natus eſt Viterbii. A Paulo V. in Cardinalium collegium cooptatus, fuit magna ex parte auctor *Conſtitutionis de eligendo ſummo Pontifice*, quam edidit *Gregorius* XV. Moriens, duobus ſe plurimum debere dixit: *Paulo V.* qui cum purpura ipſum cohoneſtaſſet, reliquorum hominum numero exemerat, & cuidam alteri, cujus artibus de ſummi Pontificatus ſpe fuerat dejectus.

ALEXANDER UBALDINUS, Italus, *Leoni XI.* Pont. Max. arcto cognationis nexu implicabatur, quod eſſet matri ſuæ avunculus; tamen eo ipſo die quo renuntiatus eſt Pontifex, humana omnia deſpiciens, calcatis honoribus qui ſe ipſi ultro offerebant, intra Diſcalceatæ familiæ clauſtra ſe abdidit. Scripſit *Manuale pauperum*, in quo Signa & Notas oſtendit ſex & triginta locorum, quibus cognitis ille ſibi ipſe, qui vellet, theſauros ad locupletandum ſpiritualibus divitiis animum foderet, & id quod vellet, parvulo labore, nullo errore inveniret.

HENRICUS CUCQUIUS, Culenburquenſis, *Joannis* fil. à *Georgio Macropedio* Ultrajecti bonis litteris probiſque formatus moribus, ac Lovanium una cum *Cornelio* fratre ablegatus primum locum *Henricus*, & à primo non ita remotum *Cornelius*, raro profecto exemplo, in Philoſophia obtinuit. Annis exin novem elapſis S. Theologiæ ornatus laurea, eandem primum apud Canonicos regulares *S. Martini*, poſt apud Gertrudanos Canonicos ſimiliter regulares veteris inſtituti, profeſſus eſt: atque annos ipſos quatuordecim Ethicem, ſive de Moribus Philoſophiam publice tradidit. Ex ſacræ deinde Theologiæ Doctore, Vicario generali ditionis Lovanienſis, Officiali Mechlinienſi, & in D. *Petri* Lovanii Decano, ad Ruræmondenſem Cathedram vocatus eſt: quo munere ſumma laude, tuendæque religionis zelo functus, & cum vita ipſa defunctus eſt; atque Eccleſiæ Orthodoxæ vivo ore, ſcriptiſque plurimum profuit, ut multis commemorat *Arnoldus Havenſius* lib. *De novorum in Belgio Epiſcopatuum erectione.* Scripſit vero *Cucquius* ſtylo & dictione eleganti, qua lectorem in primis afficit & detinet, Orationes Panegyricas VIII. De *Romana vera Eccleſia.* *De hæreticorum ortu atque interitu.* De *vitandis, & è Republ. proſcribendis libris perniciosis hæreticorum.* *Contra Politicos.* De *vetuſto raſuræ Clericalis more.* De *Canonicorum officio.* *Beneficiorum Eccleſiaſticorum pluralitatem recte prohiberi.* Item *Quæſtionem quodlibeticam de Anno jubilæo.* *Epiſtolam paræneticam in Henricum Boxhorinck.* *Epiſtolas paræneticas duas ad Mauritium, Comitem Naſſaviæ*, quibus ad fidem Catholicam reducere illum conatur. *Epiſtolam paræneticam ad Neoſtadienſes*, à quibus in itinere ſuo Romano male fuerat tractatus. *Speculum concubinariorum Sacerdotum, Monachorum, Clericorum.* *Paræneticas tres ad Clerum Ruræmundenſem.* *De renovando uſu priſtinæ raſuræ Clericalis.* *De moderatione Cleri.* *De teſtamentariis tabulis Eccleſiaſticorum, & Anno gratiæ abolendo.* *Contra concubinariorum Paſtorum tolerantiam;* quod nullius neceſſitatis prætextu Paſtores concubinarii in miniſterio tolerandi ſint. Conciones XX. *De ſacrificio Miſſæ novi Teſtamenti ad Petrum Aldobrandinum* Card. Hortante *Antonio Caraſa* Cardinale, litteris ex Urbe datis, *Caſſiani opera* recognovit è MSS. exemplaribus, & expurgavit à multis mendorum millibus, quæ vel ſcriptorum, vel Typographorum incuria irrepſerant; addidit *Cenſorias notationes* & typis Plantinianis 1568. in 8. cudi curavit. Recenſuit item *D. Bernardi de Conſideratione ad Eugenium PP.* Libros V. Alia plura Latine & Belgice ſcripſit, quæ reperies apud *Valerium Andream* in ſua *Bibliotheca Belgica.* Obiit Ruræmondæ an. 1609.

ARNOLDUS HAVENSIUS, Silvæ-Ducis in Brabantia natus, primum Societati *Jeſu* nomen dedit, & Doctor Theologiæ 1573. Coloniæ renuntiatus, eamdem publice ibi profeſſus eſt. Poſt vitæ ſolitariæ amore tactus, annos natus ſex & quadraginta Cartuſianis ſe adjunxit, totique provinciæ Belgicæ cum laude præfuit, ac demum pie Gandavi obiit anno milleſimo ſexcenteſimo nono. Scripſit librum De *Erectione novorum in Belgio Epiſcopatuum*, Coloniæ 1609. editum. *Hiſtoriam Cartuſianorum Ruræmondenſium crudeliter* 1572. *à Geuſiis interemptorum.* *Exhortationem de obſervatione diſciplinæ regularis, & præcipue ſolitudinis.* *Speculum Crudelitatis hæretica.* *De auctoritate SS. Patrum in decernendis fidei dogmatibus.*

CLXIX. JACOBUS GUALTERUS, natione Gallus, patria Vivanenſis, ex oppido Annonæo, parum quidem corpore, ſed ingenio, pietate, doctrina tantum valuit, ut Calviniſtis etiam Miniſtris terrori fuerit. Philoſophiam ſecundum, & Controverſas de fide diſpu-

Digitized

diſputationes in Academia Turnonenſi docte explicuit; demum in Collegio Lugdunenſi Theologiam Scholaſticam profeſſus eſt. Juſtum volumen edidit, cui titulum præfixit, *Tabula Chronographica, de ſtatu Eccleſiæ Catholicæ*, à Chriſto nato, ad annum uſque 1608. Olim etiam Manutianas Phraſes Gallice pueris explanaverat.

Christophorus Ægidius, natione Luſitanus, patria Bragantinus, Soc. *Jeſu* Theologus, primum in Conimbricenſi, poſt in Eborenſi Academia ſacras litteras eſt interpretatus, obiitque demum Conimbricæ anno milleſimo ſexcenteſimo octavo. Reliquit tomos duos *Theologicarum quæſtionum*, qui poſt ejus obitum Lugduni in Gallia in lucem prodierunt,

Homerus Tortora, Italice ſcripſit *Hiſtoriam Belli Gallici*, quam à morte Regis *Henrici II.* ad ſua uſque tempora produxit, atque Venetiis an. 1620. in 4. edita eſt. Materia *Hiſtoriæ* hujus congeſta putatur à Cardinali *Sega* Bononienſi, & ex ſchedis, ſeu Commentariis ipſius deſumpta. Hic vir fuit accuratiſſimus & inſigni prudentia ac rerum uſu clarus. Quum autem in Galliam tempore interregni poſt obitum *Henrici III.* a *Greg. XIV.* Pont. Max. Titulo Legati Apoſtolici miſſus eſſet, ipſis rebus ibidem non modo interfuit, ſed & magna ex parte præfuit. N. *Aguechius* ejuſdem Cardinalis ex ſorore Nepos, qui *Greg. XV.* à ſecretis fuit, *Hiſtoriam* hanc, antequam prælo ſubjiceretur, recognovit, interpolavit, & auxit.

Philippus Ferrarius, Alexandrinus, Ordinis Servorum B. *Mariæ* Prior Generalis, ſcripſit *Topographiam in Martyrologium Rom.* cum *Notis* ad idem *Martyrologium*. Venetiis 1609.

Joannes Bochius, Bruxellenſis, poeta vere grandiloqvus fuit, & in heroico ver. ſuum genere regnavit. Id binæ in Antverpiam ſibi ac Regi *Philippo II.* Catholico, auſpiciis *Alexandri Farneſii*, Parmæ Placentiæque Ducis, reſtitutam, *Panegyres*, & erudita Pſalmorum Davidicorum *Parodia*, loqvuntur. Ac prior quidem ſcriptio ſic placuit, ut dulcedine quadam gloriæ commotus *Farneſius*, præconem ſuum publico munere honorarit, & S. P. Q. Antverpienſi à ſecretis eſſe juſſerit. Ceterum *Bochius* Liræ primum, poſt Athi apud Hannonios cum humaniores hauſiſſet litteras, ingenio excolendo, firmandoque judicio, in Italiam ſe contulit. In *Georgii Radzivilii* Cardinalis Poloni aulam admiſſus, eidem à ſtudiis fuit: atque una cum ipſo *Rob. Bellarminum*, Religionis Chriſtianæ Controverſias adverſus Novatores in Urbe explicantem, aſſidue audivit, Ut falcem in alienam, quod dicitur, meſſem non omnino immittere videatur, ſi quando in *Parodia* ſua *Davidica*, non modo de hiſtoricis, phyſicis, ac politicis rebus, ſed & de ſacris interdum diſſerat. Ex Italia deinde in Poloniam tranſgreſſus, Ruſſiam, Livoniam, Moſcoviam, aliaſque orbis iſtius provincias barbaras, non ſine vitæ diſcrimine, peragravit. Ad ſuos demum, ut *Ulyſſes* alter, redux, amatas olim Muſas iterum ſollicitare cœpit, quæ proco ſuo gratiam apud vivos, nomen apud poſteros immortale pepererunt: morte ipſa nequidquam invidente, quæ apoplectico tertium malo correptum abſtulit quidem, ſed totum extinguere aut tollere non potuit. Cætera ejus Poemata, Epigrammata, Elegias, &c. varie diſperſa collegit & vulgavit *Franciſcus Swertius*. Obiit Antverpiæ 1609. ſepultus in D. Virginis baſilica, hoc Epitaphio decoratus:

*Quis ſitus hic?* Bochius; *ſatis hoc: nam cætera dicent*
*Candor & Integritas, Ingeniumque Viri.*

CLXX. Gregorius Lopez, admirabili vir ſanctitate, & cum quovis veteris Eccleſiæ Anachoretarum comparandus. Natus Madriti 4. Julii 1542. Annorum viginti in Americam navigavit, ubi multa ſanctimoniæ fama reliqvum vitæ tranſegit, vaſtiſſima præſertim in ſolitudine. Obiit in *Sanctæ fidei* pago, duabus leucis *Mexico* diſtante 20. Julii 1569. cum vixiſſet annos 54. & in ſolitudine 33. Linguæ Latinæ ſtudium non tetigit; Beatus tamen quem erudierit Dominus. Scripſit *Hiſtoriam ſtirpium*, quædam *Coſmographica*, & opus cujusvis pretii, *Declarationem nempe Apocalypſis S. Joannis*, quæ extat in Bibliotheca *Lucæ Torrii*. Vitam & miracula hujus *Gregorii* ſcripſere primum *Franciſcus Loſa* Presbyter, ediditque Mexici, cum quo una vixit; deinde *Remon* Ordinis Sanctæ Mariæ de Mercede, quæ habetur in Bibliotheca *Miræana*.

Bartholomæus Zucchius, Modoetienſis, inſignem *Commentarium* anno 1609. lingua Italica edidit, *de Theodelinda Longobardorum Regina*, itemque *Hiſtoriam Coronæ ferreæ*, cum *Catalogo Regum & Imperatorum*, qui Modoetiæ & alibi Corona iſta ferrea coronati fuerunt. De eadem agit *Sigonius* lib. I. *De Regno Italiæ*, & alii.

Seraphinus Olivarius, Lugduni ad Rhodanum natus, vir eruditione & legum peritia ſingulari fuit, integritatis & juſtitiæ cultor eximius. Ob quas dotes primum Auditor

Rotæ Romanæ, poſtea Cardinalis, *Henrico IV.* Gallorum Rege commendante à *Clemente VIII.* creatus fuit. Edidit autem *Deciſiones Rotæ mille quingentas*, & *Reſponſionum deciſivarum* volumen unum, obiitque Romæ anno milleſimo ſexcenteſimo nono, in æde *S. Trinitatis* in monte Pincio conditus. Fuiſſe autem *Olivarium* politiore litteratura, & aliis artibus egregie tinctum, vel ex unius *Lipſii* Epiſtolis ad eumdem ſcriptis datur intelligi.

Hieronymus Wolffius, obiit Auguſtæ Vindelicorum an. 1608. Hic *Zonaram, Nicetam* & *Gregoram* Hiſtoriæ CP. Scriptores Latine vertit.

Joannes Zapata & *Sandoval*, natione Hiſpanus, Auguſt. Theologiæ Magiſter, ac ejuſdem in Valliſoletano *D. Gabrielis* collegio Profeſſor, ſcripſit *De Juſtitia diſtributiva & Acceptione perſonarum* diſceptationem, Valliſoleti in 4. an. 1609.

Jacobus Auguſtus Thuanus, Gallus, Regius in ſanctiore Conſiſtorio Conſiliarius, & in ſuprema regni Gallici Curia Præſes, *Hiſtorias ſui temporis ab an.* 1543. *uſque ad* 1607. libris 138. proſecutus eſt, His acceſſerunt *De Vita ſua* libri VI. in Fol. Opus in V. Tomos diſtinctum.

Seraphinus Olivarius, Gallus, ob integritatem, eruditionem, legumque peritiam & luculentas alias animi dotes, primum Auditor Rotæ, inde S. R. E. Cardinalis à *Clemente VIII.* creatus eſt. Illum *Henricus* IV. Galliæ Rex, acris ingeniorum æſtimator, Pontifici commendaverat. Scripſit *Deciſiones Rotæ mille quingentas, Reſponſionum deciſivarum* tomum unum. Obiit Romæ 1609. in æde *S. Trinitatis* in Monte Pincio ſepultus.

CLXXI. Fredericus Bartscius, natione Prutenus, patria Braunſpergenſis, Romæ cum eſſet in ipſo ætatis flore, anno ſalutis 1572. divortium fecit cum ſæculo, & *Chriſtum* crucifixum, nudumque nudus ipſe in Societate *Jeſu* ſecutus eſt. Vir autem factus, propter eximias virtutes, excellentemque doctrinam, Regi *Sigiſmundo III.* atque Poloniæ Primatibus charuſſimus fuit; ipſis etiam hæreticis gratus, & admirandus, quos vitæ integritate, ac morum affabilitate ſibi devinxit, ut facilius ad *Chriſtum* adduceret. Aliquot in Polonia Collegia diu ac laudabiliter gubernavit. Vice Provincialis etiam Præpoſitus Lituaniæ fuit. Edidit ſub nomine *Friderici Bruſi* Theologi *Reſponſionem benevolam & Chriſtianam, qua refutat orationem Andreæ Volani*, Lituanos à ſecta Zvvingliana ad fidem Catholicam converſos, ad priſtinos errores revocare conantis. Scripſit etiam libellum Germanice, cui titulus eſt *Speculum Jeſuiturum*, contra *Danielem Cramerum* Lutheranum Pſeudominiſtrum; etiam Cracoviæ apud Polonos dedit *In Evangelia Adventus, ſequenteſque Dominicas, ad Quadrageſimam Commentationes*, potiſſimum adverſus hæreticos. Tacito nomine ſcripſit *Theſaurum ſpiritualem rerum ac documentorum variorum ad Societatem Jeſu pertinentium.* Obiit in Sarmaticis Caſtris ad Smolenſcum, an. 1609. æt. 60. ex quibus 37. Societati dedit.

Nicolaus Faber, Lutetiæ honeſta familia natus, adoleſcens in Italiam cum ſeſe contuliſſet, *Carolo Sigonio*, *M. Antonio Mureto*, aliiſque magnis in ea viris uſus eſt familiariter. Annos natus duodetriginta in patriam ſe recepit, totumque ſe pietatis, Philoſophiæ ac Juriſprudentiæ ſtudiis dedit. Quibus ut liberius & expeditiore animo vacaret, cœlibem vitam, qua nihil melius, agere inſtituit: & ad extremum uſque vitæ ſpiritum in illo animi propoſito perſtitit. Arctiſſimam deinde cum *Petro Pithœo* vitæ ſocietatem iniit, & quaſi frater ſub eodem tecto complures annos cum eo amiciſſime tranſegit. Hoc in otio bibliothecam, editis ac manuſcriptis codicibus inſtructiſſimam, ſibi paravit, & pleraque veterum ſcripta incredibili diligentia ac labore contulit, notavit, recenſuit. Hujus quidem bibliothecæ uſu (cum *Aubertus Miræus* Lutetiæ anno 1610. ageret, & ad illam luſtrandam à *Fabro* ſui ſtudioſiſſimo frequenter admitteretur) non mediocriter in ſtudiis adjutum ſe fuiſſe merito gloriabatur. *Nicolai Fabri* opuſcula Pariſiis anno 1614. edidit *Franciſcus Balbus*, in curia Monetarum Galliæ Generali, Regis Advocatus. Idem ſcripſit ejus *Vitam. Fabro* morienti adſtitit *Joannes Gulonius*, Foliacenſis monaſterii Præpoſitus, qui *Dionyſii Ariopagitæ opera* edidit Gallice, itemque *Henricus Borbonius*, Princeps Condæus, ejus diſcipulus.

Vitalis Zuccolius, Italus, patria Patavinus, Abbas Camaldulenſis, edidit *Homilias in Evangelium S. Marci* in 4.

Ferdinandus Lopezius de Castanneda, Hiſpanus, in lucem edidit luculentam *Hiſtoriam India per Luſitanos ſubacta.*

Joannes Zuallart, Peregrinus Hieroſolymitanus, Hiſtoriographus terræ ſanctæ, eques S. Sepulchri, Prætor in Silly apud Gilleingein, poſt Athi in Hannonia, *Iter* ſuum *Hieroſolymitanum* ſcripto conſignavit, primo Romæ Italice, dein Antverpiæ Gallice. Hujus peregrinationis comitem habuit *Philippum Merodium* Frentſii Baronem. Edidit & *Deſcriptionem urbis Athenſis*, Gallice 1610.

Guilielmus Stuchius, Tigurinus, in lucem dedit *Antiquitatum Convivalium* libros tres, Tiguri anno 1582. in folio.

Hiero-

HIERONYMUS CAPRÆDONUS, Italus, patria Soncinas, ordinis Prædicatorum, Bononiæ Professor celeberrimus, Venetiis anno 1609. edidit *Theologiam Aristotelis* in 4.

SIMON MAIOLUS, Episcopus Vulturarienſis, ſuos paſſim nominatos *Dies Caniculares* evulgavit Moguntiæ anno 1615.

FERDINANDUS à S. VICTORE, patria Belga, ordine Carmelita, ſcripſit *De Perſecutione Eccleſiæ*, florebat anno 1611.

PAULUS GUIDOTTUS BURGHESIUS, Italus, præconio eruditorum omnium laudato poemate, cecinit *Hieroſolymam ab hoſtibus Chriſtiani nominis dirutam*, ad æmulationem *Torquati Taſſi*, qui eandem è Saracenorum manibus ereptam panxerat. Obiit ſenex.

NICOLAUS BONARTIUS, Bruxellenſis, Societatis *Jeſu* Theologus, Philoſophiam Duaci, Theologiam Lovanii docuit, miſſuſque in Hiſpaniam ad aulam Madritenſem negotiorum cauſa, dum in patriam redire cogitat, anno 1610. Valliſoleti obiit. Scripſit dum in Hiſpania verſaretur, elegans & doctum opus, hoc titulo *Mare non liberum*, ſive *Demonſtratio juris Luſitanici ad Oceanum, & commercium Indicum*, contra Batavicam *Hugonis Grotii* aſſertionem.

THOMAS SANCHEZ, Cordubenſis, Soc. *Jeſu* presbyter, in Pontificio, & Cæſareo jure verſatiſſimus, obiit Granatæ anno milleſimo ſexcenteſimo decimo. Scripſit tomos duos *De Sacramento Matrimonii*, & *ſummam caſuum conſcientiæ*.

CLXXII. PETRUS VALDERAMA, Hiſpalenſis, Erem. Auguſtinianus, Prior Provincialis, Concionatorum ſuo ſæculo princeps. Erat enim in illo præter inſignem oris facundiam, excellens ingenium, ſingularis deinde prudentia multo rerum uſu conſtituta, quæ omnia adhuc ſpirant quos vernacula lingua conſcripſit Tomos duos *Concionum in feſta totius anni*, alios duos *in totam Quadrageſimam*, *Conciones in Dominicam Quinquageſimæ*, *Sexageſimæ & Septuageſimæ*; Volumen unicum *in Octavam S. Sacramenti*; *Mariale* duobus tomis comprehenſum; *Orationem in beatificatione B. Ignatii Loyola*; *Theatrum omnium Religionum*, impreſſum Hiſpali 1612. & Barcinone 1615. Hæc omnia in Gallicum idioma verterunt *A. Simeon*, Doctor Pariſinus ex ord. Dominicano & *G. Chappuyſius* Regis Chriſtianiſſimi Interpres. Obiit *Valderama* Hiſpali 1611.

ANTONIUS POSSEVINUS, Mantuanus, ætate maturus & humanioribus litteris perpolitus 1560. Soc. Jeſu inſtitutum amplexus eſt. Multas ac periculoſas exinde peregrinationes religionis cauſa ſuſcepit: in Gallia Calvinianis graſſantibus fortiter reſtitit: in Sueciam, Poloniam, & Moſcoviam à Pontificibus Romanis miſſus, magna & difficilia cum variis Principibus negotia feliciter tranſegit, obiitque demum ſenex Ferrariæ, anno milleſimo ſexcenteſimo undecimo. Præter *Apparatum ſacrum*, *Bibliothecam ſelectam*, *Commentarium de rebus Moſcoviticis*, ſcripſit plura cum Latine, tum Italice; quæ *Petrus Ribadeneira* enumerat.

OLIVARIUS HATTEMIUS, Ultrajectinus, bonis litteris in patria & Lugduni Batavorum operam dedit; & Lovanii *I. Lipſium* docentem audivit. Rediit ad Eccleſiæ Romanæ & Orthodoxæ caſtra an. 1607. poſt 14. annorum Miniſterium, cum uxore & novem liberis, & Medici titulo Lovanii inſignitus eſt. Scripſit idiomate patrio *Juſtificationem cur à Calviniſtis defecerit*, *Deque Notis Catholicorum & noverum Evangelicorum*. *Apologiam contra deformatæ Religionis Miniſtros*. Obiit Antverp. an. 1610. ætat. 38. converſionis tertio, conditus apud Minoritas. Liberis plerique vitam Religioſam ac Monaſticam amplexi & profeſſi ſunt.

JOANNES ROA AVILA, Hiſpanus, Canonicus Regularis, Prior Caberii, ſcripſit *De Providentia Dei*, *Prædeſtinatione & Reprobatione*, item *De Juribus principalibus*, quæ duo opera 1593. in fol. Madriti fuerunt edita. Ejuſdem liber *De Annis mundi* Romæ 1610. in 8. prodiit, ut & *Tabulæ mundi*, cum *Genealogia Chriſti*.

JOANNES THEODORICI, Macherentinus, natione Belga, ex oppido *Macherum*, quod eſt ditionis Luxemburgenſis ad Moſellam fluvium ſitum, prodiit in lucem; atque anno ſalutis 1567. Martii die 8. in Societatem Treveris admiſſus eſt: qua in civitate, & Coloniæ, item Fuldæ, Aquiſgrani, & Spiræ, docendo, concionando, confeſſiones ſacras audiendo, idoneum ſe *Chriſti* fidelemque miniſtrum præbuit, fuit enim vir ſincerus, religioſus, & gloriæ Dei, ſalutiſque hominum amans. Scripſit pro eruditione Parochorum, *Catechiſmum*, Treverenſis Archiepiſcopi auctoritate evulgatum, *Praxim Catechiſticam*. Idem, doctum dedit è ſanctis Patribus *Commentarium in Salviani Presbyteri Maſſilienſis opus*, ſub nomine *Timothei*, *adverſus avaritiam*: ſeu, *Quis dives ſalvus*.

ALEXANDER MANERBIUS, Breſcianus, Ord. Prædicatorum, in Hiſtoricis verſatiſſimus, ſcripſit *Expoſitionem in Ruth Moabitem*. Obiit 1610.

JOANNES VOELLUS, natione Burgundus, vir eruditus in paucis, eloquentiam apud ſuos plurimos annos profeſſus fuit. Unum & quinquaginta annos in Soc. Jeſu, virtutum

omnium donis excultus exegit. Obiit Turnone anno 1610. Evulgavit *De Oratore*, *Indicem in Breviarium Romanum* ad Conciones formandas aptiſſimum. *Artificium componendæ orationis*. *De Ratione conſcribendi Epiſtolas*. *De Horologiis ſciothericis*.

CLXXIII. PETRUS PANTINUS, Tileti in Flandria natus (quod municipium doctos produxit plurimos, in his *Judocum Ravenſteinium* Theologum Lovanienſem, & *Guilielmum Pantinum*, Medicum Brugenſem, noſtri patruum majorem) tenuioribus quidem parentibus, ſed virtute atque eruditione (quod rei eſt caput) ex humili emerſit. Tinctus primum in patria litteris, quibus ingenia ad humanitatem informari ſolent, Lovanium ſe contulit, Philoſophiæ in gymnaſio Caſtrenſi daturus operam. Audivit ibidem primum *Andream Schottum*, Rhetorum ſcholas habentem & Græcas litteras interpretantem: quem Duacum, mox Lutetiam Pariſiorum, dum turbarent Belgicam noſtram Calviniani, armaque denuo contra Catholicum Regem caperent, comitatus eſt. Equis poſt celeribus miſſum à parentibus rei gerundæ cauſa in Hiſpaniam *Schottum*, *Pantinus*, ut fidus Achates, ſtudiorumque ſocius & peregrinationum comes, non longo eſt intervallo ſubſecutus. Compluti una degentes & Toleti Carpetanorum, cum *Alvarus Gometius* Toletanus obiiſſet, Græcas litteras in Toletana Academia explicare jubetur *Schottus*, eoque Cæſar-auguſtam poſtea novam in Academiam evocato, *Pantinus* ſuccenturiatur. Illo in *Gaſparis Quirogæ* Cardinalis & Archiepiſcopi Toletani familiam adſcito, *Pantinum Gaſpar Loayſa*, nobilis ac doctus Theologus (qui poſt *Philippi III.* tum Principis Hiſpaniæ, ſtudia eſt moderatus, ac demum Toletanus Antiſtes obiit) ſibi concedi poſtulavit. Sic divulſi duo Pythagoræi ſodales, Bibliothecæ Loayſianæ curam, Græcis libris Cardinalis *Mendozæ* abundantis, gerens *Pantinus*, multa inde hauſit, juvitque hoſpitem ſuum in Hiſpanicis Conciliis, quæ exſtant, edolandis, & ſcripſit *De dignitatibus & officiis regni Gothorum* libellum, qui & in *Hiſpaniæ illuſtratæ* Tomo III. legitur. Hinc *Philippo* II. Hiſpaniarum atque Indiarum Regi à Sacris fuit: datus mox Ser. Principi *Alberto Auſtrio* ad Belgas proficiſcenti comes, ſacris peragendis adſcitus, & Bruxellenſis Eccleſiæ Decanus renuntiatus, annos fere XVI. collegium iſtud Canonicorum D. *Gudilæ* rexit. Luſit carmine, ut poeta, De *Laudibus S. Leocadiæ* virginis & martyris, Gislenopoli ex Hannonia Toletum translatæ. Duos quoque Homiliarum SS. Patrum Græcorum libros ad illum diem ineditos, *Methodii*, *Athanaſii*, *Amphilochii & Chryſoſtomi*, Antverpiæ typis *Trognæſianis* publicavit: *Plantinianis* vero, *S. Theclæ* virginis & protomartyris Iconienſis vitam, à *Baſilio* Seleucienſi & *Simeone Metaphraſte* conſcriptam, edidit, Notiſque illuſtravit. Moliebatur & *Themiſtii Euphradæ Orationes* hactenus non editas, laudataſque à doctis ævi noſtri hominibus, quas dono ab *Antonio Covarruvia Didaci* fratre & Canonico Toletano longe doctiſſimo, acceperat. Meditabatur quoque *Michaelem* Apoſtolium Byzantinum *De Græcorum Paroemiis*, hortatu atque exemplo ejuſdem *Andreæ Schotti* incitatus, qui tum Græce ac Latine Antverpiæ edebat *Proverbia Zenobii* ſeu *Zenodoti* Diogeniani, & è *Suidæ Collectaneis*. Nactus autem erat *Apoſtolii* exemplar admodum vetus ac probum, & duplo quam Baſileæ exiit auctius. Verum mors immatura laboris & gloriæ curſum impedivit; niſi ſi heredes atque extremæ voluntatis curatores jacere interpretationem non patiantur. Ceſſit è vita ſex & quinquaginta annos natus, Bruxellis ipſo Natalis Domini feſto die denatus, cæloque renatus, anno redempti orbis 1611. magno ſui doctis omnibus cum Belgis tum exteris relicto deſiderio, lautaque Græcorum exemplarium manuſcriptorum copia ad heredes cognatos, una cum fortunæ bonis mediocribus, tranſmiſſa.

FRANCISCUS BORGIA, Dux Gandiæ, divinis incenſus & inflammatus tædis, repudiato ampliſſimo patrimonio, in Societatem Jeſu anno 1548. æt. 37. adſcribi voluit. Nobilitatem autem illam, quam ex laude optimorum ſtudiorum & artium, decurſis primum ſtudiorum gradibus, ſibi comparavit, quis pro dignitate celebrarit? Gandiæ gymnaſium Societatis inſtituit, ſcripſitque *Aſcetica opuſcula*, pietatis plena, & commentarium *De ratione concionandi*. Hærentque libelli, veluti hederæ, *Vitæ* ejuſdem, à *Petro Ribadeneira* Hiſpane, Latine vero ab *Andrea Schotto* conſcriptæ.

PETRUS RIBADENEIRA, Toletanus, Societati Jeſu puer ſe adjunxit Romæ, antequam à Sede Apoſtolica is ordo probatus eſſet. Morum facilitate, ingenio ardenti, egregia indole, tribus Præpoſitis Generalibus, *S. Ignatio*, *Layni* & *Franciſco Borgiæ* gratus in primis exſtitit. Junior multas nationes obivit, de rebus magnis legatus, deinde variis inter ſuos muneribus eſt perfunctus, in Tuſcia & Sicilia Provincialis, Commiſſarius in Sicilia, in Inſubribus Viſitator. Ætate major Toletum rediit, ut nativo cœlo afflictam valetudinem recrearet. In eo ſeceſſu, & Madriti, ubi vitæ reliqvum exegit, multos libros publicavit, eruditos & pios; in Latina & Hiſpana lingua par; Principibus gratus, ſuis carus, exteris commodus, prudentiæ laude inſignis. Annos octoginta quattuor vixit, in Societate autem ſeptuaginta unum. Obiit Madriti anno milleſimo ſexcenteſimo undecimo, X. Kalendas Octobris. *Catalogum Scriptorum Soc. Jeſu*, à *Ribadeneira* concinnatum *Philippus Alegambe* plurimorum acceſſione locupletavit, & Antverpiæ typis Meurſianis anno 1643. edidit.

Hiero-

CLXXIV. HIERONYMUS TORRES, natione Hiſpanus, patria Catalaunus, ex oppido *Momblanc* ætatem vix primam egreſſus, ſe obtulit Societati Jeſu, moxque Romam miſſus eſt, anno ſalutis 1553. Romæ vero curſus aliquot artium, ut vocant, docendo confecit, & Ariſtotelicas ſcientias auditoribus explicavit. Inde in Germaniam obedientiæ juſſu ſe contulit, ut Theologiam in Academia Ingolſtadienſi poſt *Alphonſum Piſanum*, ſup. c. 133. laudatum, ejuſdem item Societatis Doctorem Theologum, publice exponeret, & pro virili paſſim graſſantium ſe furori hæreticorum objiceret: quod & præſtitit, magna religione, diligentia & eruditione. Sed cum ex Confeſſione Lutheranorum Auguſtana, tanquam infecto & peſtilenti fonte, plurimos animadverteret errorum manare rivulos, videretque hæreticos omnibus in colloquiis, diſputationibus, lectionibus, ubique crepare, in ore ſemper habere *D. Auguſtinum*, & ſanctiſſimum Patrem, atque Eccleſiæ Catholicæ lumen, quaſi ſecum ſentientem in medium proferre, & veriſſimis ejus ſententiis, aliorſum detortis, falſa abſurdaque dogmata ſtabilire; faciendum ſibi exiſtimavit, ut *Auguſtinum* à calumniis hæreticorum vindicaret, & veritatis luce illorum tenebras depelleret, *Clavum*, ut eſt in proverbio, *clavo trudens*. Quapropter *Confeſſionem edidit Auguſtinianam* ex omnibus D. *Auguſtini* operibus, magno ſtudio, atque labore collectam, & Auguſtanæ Confeſſioni oppoſuit, ceu peſtifero veneno præſentiſſimum antidotum: quo in opere duo egregie præſtat; alterum, quod Catholica dogmata mirifice probat, & confirmat, refutatque hæreticorum errores ex *Auguſtino*. Alterum, quod locos ipſius *Auguſtini* vel male intellectos, vel malitioſe detortos, atque ab hæreticis depravatos, ad amuſſim revocat, atque ſincere interpretatur. Duplex hinc commodum extitit. Multi enim per Germaniam variis hæreſeos opinionibus imbuti, legentes, *Auguſtinianam Torrenſis Confeſſionem*, *Confeſſionem Auguſtanam* deteſtati ſunt; emergenteſque ex cœno illo, in quo miſere jacebant, ſeſe ad Catholicæ fidei portum receperunt. Dein Catholici Doctores, ejus incitati exemplo, *Confeſſiones* alias dedere *Ambroſianam*, *Hieronymianam* ac *Cyprianeam*. Scripſit etiam *Torres Contra Bidembachium hæreticum*, & *In Caput I. prioris Epiſtolæ Pauli ad Timotheum*, *Confutationem Agendæ cujuſdam Eccleſiaſticæ à Lutheranis conſarcinatæ*. Ætatis extremum Monachii duxit, ubi ſemper inceſſit tamquam qui cæleſtia meditaretur, & obiit anno 1611.

JOANNES BAP. SPADIUS, *Placentinus*, ordinis Prædicatorum, varios *Centones Virgilianos* concinnavit, Placentiæ, & alibi editos. Laudatur in primis *vita S. Raimundi Pennafortii*, ordinis Prædicatorum Magiſtri generalis, Virgilianis verſibus ab eodem conſcripta, & Papiæ 1606. in fol. edita.

JACOBUS MIDDENDORPIUS, Oldenſalienſis, Tranſiſalanus, adoleſcens *Boetio Eponi* Friſio, Svvollæ tum Gymnaſiarchæ, in diſciplinam traditus, magnum operæ pretium utraque in lingua fecit. Hinc Coloniæ decurſo Philoſophiæ ac Juriſprudentiæ ſpatio, Doctorque creatus, ac S. Theologiæ Licentiatus, Philoſophiam Peripateticam ibidem Montano in Gymnaſio explanavit. Scripſit *De Academiis orbis univerſi, earumque origine ac progreſſu*, libros II. Coloniæ 1572. 8. Qui in octo dein excreverunt. Ibid. 1602. 8. *Cholini* typis. *De officiis ſcholaſticis* lib. II. Prior *De Magiſtrorum*; alter *De Auditorum officiis* eſt Ibid. 1570. 8. *Originum Anachoreticarum ſilvam*, ſive *De Vita cœnobiali, ejuſque origine, progreſſu ac natura*. Ibid. 1602. & 1615. 8. Præterea *Hiſtoriam Ariſteæ de Scripturæ ſacræ per LXX. Interpretes translatione*, ex manuſcr. Græcis Latiniſqoe Codd. reſtituit, & *Commentariis* illuſtravit. Ibid. 1578. 8. Prodiere ab ejuſdem manu *Quæſtiones Juridicæ, Theologicæ, & Politicæ Impp. Regum, & Principum cum eorum reſponſis*: Ibid. in 8. apud *Butgenium*. Obiit ad *S. Andream* Decanus, atque Univerſitatis Procancellarius an. Dom. 1611. XIII. Januarii, ætatis ſuæ LXXIII. conditusque in æde *D. Andreæ*, ubi epitaphium illuſtre, ac magnificum ei poſitum.

CLXXV. JOANNES BUSÆUS, natione Belga, patria Noviomagenſis, adoleſcens in ipſo ætatis flore, atque viceſimum annum agens, Calendis Julii anni ſalutis 1563. Societatem Jeſu complexus eſt. Deinde ad idem inſtitutum conformatus, primum litteras humaniores, ac Philoſophicas, docuit, tum Romæ Theologiam didicit, in qua eos fecit progreſſus, quos poſtea docendo, & ſcribendo oſtendit. Nam & ſacram Scripturam, & Theologiam, quæ via & ratione philoſophatur, & quæſtiones de moribus, annos ferme duos & viginti Moguntiæ, profeſſus eſt; innocentiæ, ac ſapientiæ opinione clarus. Edidit quæ ſequuntur: *Diſputationem Theologicam de Jejunio, & de delectu ciborum*, contra hæreticos. *Diſputationem de perſona Chriſti adverſus Ubiquiſtarios*; *Apodixin Theologicam, pro ritu orandi Roſarium B. Mariæ Virginis* 20. *propoſitionibus comprehenſam; Roſarii Hyperaſpiſten*, hoc eſt, *Depulſionem cavillationum*, quibus Calviniſta quidam Heidelbergenſis hanc *Apodixin* fruſtra obſcurare conatus eſt. *Diſputationem Apologeticam, pro Kalendario Gregoriano contra Jacobum Herbrandum* Doctorem Lutheranum Tubingenſem. *Diſputationem de deſcenſu Chriſti ad inferos*, adverſus decretum libri *Concordiæ Lutheranorum*. Item *Apologeticum diſputationis de perſona Chriſti*, cavillationibus *Stephani Gerlachii* Ubiquiſtæ oppoſitum. Item *Refutationem duplicem cavillationum à Stephano eodem objectarum*. *Reſponſionem ad theſes Theologorum Lutheranorum Magdeburgenſium de Miſſa Pontificia, & Cœnæ Dominicæ profanatione*. *Diſputationem Theologicam, de*

*Baptiſmi neceſſitate, & de Baptiſmo Conſtantini Magni. Paradoxa* 30. *Gaſparis Schwenkfeldii Hæreſiarchæ, de toto Chriſto Deo, & homine, in ſtatera ſacræ Scripturæ, SS. Patrum, & Rationis expenſa.* Ad hæc in lucem eruit, *Anaſtaſium Bibliothecarium, de Summis Pontificibus*, nunquam antea excuſum. Cui adjuncti ſunt *Luidibrandi Ticinenſis Diaconi* (vel potius alterius) *opuſculum De ritu Romanorum Pontificum.* Item *Abbonis Floriacenſis Epitomen ex Anaſtaſii* hiſtoria excerptam. *Hincmari Rhemenſis Epiſcopi, Epiſtolas nonnullas* nunquam editas. *Vitam ſancti Wigberti* ſocii *S. Bonifacii* Archiepiſcopi Moguntini, & *B. Auperti* Bingionum Ducis. *Opera Petri Bleſenſis*, Bathonienſis in Anglia Archidiaconi, correcta & *Notationibus* illuſtrata. *Joannis Trithemii opera, de Eccleſiaſticis Scriptoribus*, & utriuſque *Appendicem.* Item *Panarion*, hoc eſt, *Artem medicam*, variis divinæ Scripturæ, priſcorumque Patrum antidotis adverſus animi morbos inſtructam. *Viridarium Chriſtianarum virtutum*, concionatoribus opus longe utiliſſimum. *De ſtatibus hominum. Enchiridion piarum Meditationum in omnes Dominicas, Sanctorum Feſta, Chriſti Paſſionem*, &c. Magnus fuit impugnator *Chemnitii* aliorumque ſimilis farinæ Novatorum. Obiit anno Chriſti 1611. Religionis in Societate *Jeſu* 48.

Joannes Bapt. Pignæ, Italus, ex Italica tranſtulit in Latinam *De Principibus Eſtenſibus Hiſtoriarum libros VIII.* quos olim ſcripſerat *Joannes Barronus*, in quibus continentur res maxime inſignes cum in Italia, tum alibi geſtæ, ab inclinatione Rom. Imperii ad annum 1476. ad Sereniſſ. Principem Alfonſum II. Ferrariæ Ducem, Ferr. 1595. in fol.

Petrus Angelus Bargæus, docuit in Academia Piſana, ſcripſit Poëmata varia: inter alia *Syriados* libros II. de expeditione Godefridi Bullonii, Romæ & Florentiæ 1591. cum *Scholiis Roberti Titii* Burgenſis.

Franciscus Georgius, Venetus, Minorita, dedit *Problemata in Scripturam ſacram.* Pariſiis 1574. in fol.

Hieronymus Lauretus Cervarienſis, Monachus Benedictinus in cœnobio Montiſ-ferrati & Abbas S. Felicis Guixolenſis ad Philippum II. dicavit ſuam *Sylvam Allegoriarum ſacræ Scripturæ.* Venetiis 1575. Tomis II. in 4.

Franciscus de Spinosa, Natione Hiſpanus, Bæticus, elegans Verbi Divini Præco, ordine Carmelita, prælo commiſit libellum elegantem *De Immaculata Virginis Mariæ Conceptione.* Vivebat anno 1616.

Martinus Verdugus de Recalde, Hiſpanus, patria Pinnarandenſis, in Regno Caſtellæ Veteris, ord. Carm. plura ſcripſit, inter quæ exſtat opuſculum *De odio peccati*, libris duobus diviſum. Florebat anno 1617.

Petrus Ribadeneira Toletanus, 1540. die 18. Septembris ad Societatem *Jeſu* tunc naſcentem, & nondum à Sede Apoſtolica confirmatam, Romæ à *S. Ignatio* illius conditore admiſſus eſt: multis demum magniſque laboribus perfunctus, obiit Madriti anno Chriſti milleſimo ſexcenteſimo undecimo, ætatis octogeſimo quarto. Scripſit *Res geſtas S. Ignatii, Jacobi Layneſii* & *B. Franciſci Borgiæ.* item *De Schiſmate Anglicano, De Scriptoribus Societatis Jeſu*, & alia quæ *Andr. Schottus* & *Philippus Alegambe* enumerant.

CLXXVI. Joannes Arcerius Theodoretus, Friſius, edidit typis *Commelinianis*, Græce & Latine *Jamblichum* Chalcidenſem *De Vita Pythagoræ* de cujus operis verſione hæc *Conradi Rittershuſii* cenſura eſt *Notis ad Malchum* ſeu *Porphyrium*; *Majorem laudem promeritus erat* Arcerius, *ſi & ab emendationibus plerunque temerariis, & à Latina interpretatione manum abſtinuiſſet, ac omnino talem exhibuiſſet* Jamblichum, *quantumvis corruptum, qualem in Manuſc. invenerat, cuilibet liberam relinquens correctionem* &c. Et vero nimium quantum hodie libere ſerpit hoc malignum Correctorum genus per ſcripta ingenioſorum, aucupio tali famam & auctoritatem ſibi aucupantium. Obiit *Arcerius* Ultrajecti anno 1604.

Joannes de Salas, natione Hiſpanus, patria ex oppido *Zumiel de Yza* diœceſis Oxonienſis, anno ſalutis 1553. natus eſt 3. Decembris. Latinas atque Græcas litteras Pintiæ Ariſtotelicas etiam puer didicit; & ſeptima menſis Septembris anni 1569. Societati Jeſu adſcriptus eſt. Sacram Theologiam Salmanticæ audivit, quam, Philoſophiæ curſu prius Segobiæ explicato, Compoſtellæ, Barcinone, Salmanticæ, Pintiæ, denique Romæ plurimos annos tradidit. In Hiſpaniam reverſus animum ad ſcribendum appulit, & *in D. Thomæ Aquinatis primam ſecundæ partem* duos Tomos edidit, in quibus Quæſtiones Angelici Doctoris, uſque ad nonaginta interpretatur; item reliqua, quæ materiam de *Legibus* continent, emiſit in lucem. Obiit Salmanticæ 1612.

CLXXVII.

Digitized by Google

PETRUS SOARGA, natione Polonus, patriâ ex Oppido Maloviæ *Grodzilt*, nobilibus parentibus natus, plures ab hæreli & ſchiſmate ad Catholicam fidem pertraxit. Romam Septembri menſe, anno ſalutis 1598. contendit, ibidemque die Purificatæ Virgini dicato, in Societatem *Jeſu* adſcriptus eſt. Deinde ad Inſtituti ſui normam expolitus, in patriam rediit. Rector fuit Vilnenſis Collegii & Provinciæ totius, ſemel iterumque vice Provincialis; & Regis munificentia Collegiis *Rigenſi, Derpatenſi, Poloſenſi*, firmamentum comparavit. Anno 1588. ad Sereniſſimi *Sigismundi III.* Regis aulam evocatus, mox ab ejus inauguratione totos XXIV. annos Concionatoris ordinarii partes apud illum egit, tanta modeſtia, humilitate, atque erga ſuperiores ſuos obedientia, ut in Curia Religioſam diſciplinam ad unguem obſervaret & de ſtudio ebnatuque procedendi in virtutibus nihil omnino remitteret. Obiit anno ſalutis 1612. Multa tum Latine, tum Polonice ſcripſit, quæ ſeorſim prius edita, demum IV. Tomis comprehenſa prodierunt. Continet autem Tomus I. *Selectas Sanctorum Vitas in ſingulos anni dies digeſtas*, additis *Documentis ad mores formandos idoneis.* Hic Tomus ipſo ſuperſtite recuſus eſt; cui poſtremo addidit *Vitas Sanctorum, Beatorum, & Martyrum Societatis Jeſu. II. Annalium Eccleſiaſticorum Cæſaris Card. Baronii* Tomos XII. *quos in Compendium* Polonice contraxit, *III. Poſtillas*, ſeu, *Conciones in ſingulos dies Dominicos & Feſtos totius anni, IV. Conciones de Sanctis, & de rebus variis*; & varia Opuſcula minora.

FRANCISCUS RAPHELENGIUS, natus Lanoii apud Flandros, Lutetiæ Pariſiorum, & alibi linguas Græcam, Hebraicam, Chaldaicam, Arabicam, didicit. *Margaretam Chriſtophori Plantini* filiam uxorem duxit & in partem typographiæ venit. Præclaram immortalemque Bibliis Regiis foceri typis adornandis, una cum *Ben. Aria Montano, Guid. Fabricio* & *And. Maſio* navavit operam. Ad quorum inſtructionem dedit in *Apparatu Biblico Grammaticam Hebraam.* Edidit *Dictionarium Chaldaicum, Grammaticam Arabicam* & alia. Obiit an. 1597.

CLXXVII. JOANNES VIGUERIUS, Granatenſis, Dominicanis Toloſæ adſcriptus, Doctor Theologus, edidit *Inſtitutiones ad Theologiam Chriſtianam*, Antverpiæ 1565. in fol.

BENEDICTUS JUSTINIANUS Genuenſis S. I. Theologus in *Epiſtolas D. Pauli, & Canonicas* tomos 3. concinnavit, Lugduni 1612. in fol. éditos. *Apologiam pro libertate Eccleſiaſtica, ad Gallo-Francos.* Cum Cardinali *Cajetano* à *Clemente VIII.* in Poloniam, ipſo poſtulante Pontifice, an. 1596. profectus fuerat, ut apud ipſum Theologi munus ſuſtineret. Obiit demum Romæ plenus dierum.

MARTIUS MALACRIDA Foroiulienſis, orator & poëta, præter *Epiſtolarum* volumen, ſcripſit *Epigrammata & Lyrica varia.* Floruit anno 1612. temporibus Clementis VIII. Papæ, qui ipſum ex Polonia reverſum ſuorum ſecretariorum numero adſcripſit.

JOANNES de SALAS, Guimielenſis, Hiſpanus, S. I. Theologus, 1612. æt. 60. Salmanticæ obiit. Volumen unum *de Legibus* 1611. Lugduni in fol. editum poſteris liquit, ut & commentarium *de Contractibus*, eadem in urbe 1617. publicatum.

JOANNES PICARDUS, Bellouacus, quem Lutetiæ 1610. Canonicum Regularem in *D. Victoris* cœnobio familiariter novit *Miræum*, edidit opera *SS. Anſelmi Cantuarienſis, Bernardi Clarevallenſis* & aliorum.

JACOBUS MERCATUS, Monachus Silveſtrinus, Theologus eruditus Hebraice, Græce atque Latine, ſcripſit *Hebraica lingua Phraſeologiam, in Cantica Canticorum*, Item *Vitam Bonifacii Epiſcopi Fulginatis ejusque diſcipuli S. Joannis à Baculo*, Camerini 1613. editam.

JACOBUS à LOCHENHAGEN, Antverpianus, ord. S. Salvatoris, ſive Brigittæ apud Teneræmondanas Virgines ſpirituali curæ Præfectus, edidit *Annotationes in Epiſtolam Canonicam D. Jacobi, Commentarium in Evangelium Lucæ* ex operibus *D. Auguſtini.* Obiit ſacerdos Jubilarius anno 1611.

JOANNES SONNESIUS, Hiſpanus, Epiſcopus Conimbricenſis ſcripſit *in Marcum & Joannem.*

CHRISTOPHORUS CLAVIUS, natione Germanus, patria Bambergenſis à prima adoleſcentia Societatem ingreſſus cum alias ſcientias imbibit, tum vero Mathematicas avidiſſime ac ſtudioſiſſime didicit & magna cum laude Romæ profeſſus eſt, tantumque felicitate ingenii atque aſſiduo labore profecit, ut non cum recentioribus tantum Mathematicis, ſed etiam cum antiquiſſimis illis & peritiſſimis ſit comparandus; quemadmodum præclara quæ ſcripſit monumenta aperte teſtantur. Scripſit ergo, *Commentarios in elementa Euclidis: In Sphæram Joannis de Sacrobosco, Geometricam practicam, Arithmeticam practicam, Gnomices* lib. 8. *Computum Eccleſiaſticum; Aſtrolabii fabricam & uſum, Fabricam & vim inſtrumenti ad horologiorum deſcriptionem, Horologiorum novam deſcriptionem, Compendium breviſſimum deſcribendorum horologiorum, de figuris Iſoperimetris; Apologiam Calendarii Gregoriani* adverſus *Michaëlem Maſtlinum* Geppingenſem, Tubingenſis Academiæ Mathematicum, tribus libris explicatam, quibus adnexus eſt *Computus Eccleſiaſticus, Caſtigationem Caſtigationis Joſephi Scaligeri*; qui *Calendarium* aliter inſtaurandum eſſe contendebat: opus inſigne, juſſu *Clementis octavi* confectum, quod inſcribitur *Romani Calendarii à Gregorio XIII. Pont. Max. reſtituti explicatio.* Edidit præterea *Theodoſii Tripolitæ Sphæricon* lib. 3. Item ejuſdem binas lineas tangentes & ſecantes triangula rectilinea & ſphæricam. Poſtremo anno 1608. edi-

dit opus diu expetitum, cui nomen *Algebra*. Quæ ejus opera adeo probantur viris Mathematicarum disciplinarum scientia præstantibus, ut alii *Clavium* nostri sæculi *Euclidem* nuncupent; alii vero malle se à *Clavio* vituperari; quam ab aliis laudari scribant. Ætate meritisque gravis, Romæ vita defunctus est, anno 1612. æt. 75. Denuo recusa sunt ejus opera correcta & aucta tomis V. Moguntiæ.

Bernardinus Rossignolus, natione Italus, patria Ulmetanus, diœcesis Albensis in Subalpinis, à teneris annis virtutem amavit, sequeanno 1563. in Societatem *Jesu* dedit: in qua animum omnibus religiosæ disciplinæ exercitationibus excoluit, & scientiarum naturalium ac divinarum cognitione ornavit, quas Mediolani XI. circiter annos cum laude professus est. Postea ob singularem modestiam maturioris que significationem prudentiæ, variis est Collegiis Præfectus, ac demum provinciis Romanæ, Venetæ & Mediolanensi præpositus: quod munus graviter religioseque obivit. Scripsit *de disciplina Christiana perfectionis*, pro triplici hominum statu, Principientium, Proficientium, & Perfectorum, ex sacra Scriptura & Patribus, libros quinque valde eruditos, ad instituendos potissimum viros Religiosos perutiles: Item tomum *de actionibus virtutum*. Obiit Taurini, cum Rector esset ejus Collegii, anno 1613. Virfuit eximiæ probitatis. Quinquennio à morte cadaver ejus inventum est integrum illibatumque, & tam recens, ut consentiret ad tactum caro.

CLXXVIII. Petrus Villarsius, ex Episcopo Mirapicense Archiepiscopus Viennensis, forma fuit non gregis modo, sed & Pastoris probatissimi, & expressum universæ Christianæ Philosophiæ simulacrum: qui est Episcopi characterismus apud *Isidorum Pelusiotam*, *Epistola ad Palladium Diaconum*. Pro duplici Præsulis officio, & pietate, & doctrina, enitere diligentissime studuit. Et pietate quidem in Deum fuit flagrantissima, quem sacrum ignem quotidiano sacræ meditationis matutinæ pabulo solicite fovebat ac nutriebat. Accedebat quotidiana incruentæ hostiæ immolatio, & frequentissimus spiritualium colloquiorum usus. In litteris vero, sacris præsertim, quantum præstaret, præter encomia de eo laudatissimorum Scriptorum, *Cæsaris Baronii*, *Francisci Toleti*, *Antonii Possevini*, *Justi Lipsii*, *Petri Fabri* Allobrogis, & aliorum, luculenter ipse suis ingenii fœtibus prodidit, quos duplici volumine emisit. *De Simonia fiduciaria*, *De Beneficiariorum residentia*, *De sacellorum atque obituum fundatione*, *De celebratione Sacramenti matrimonii*, *De Medici erga ægros officio*, *De vanis juramentis atque blasphemiis*, aliisque nonnullis argumentis. Quæ omnia exstant. Idem ut aboleretur anterioris ævi corruptela, qua Gallicani Præsules concionandi munus verç Apostolicum, & ut Tridentini Patres monent, Episcoporum maxime proprium, tamquam extraneum aversabantur, strato aliis itinere effecit. Demum recogitaturus annos suos & ad extrema se comparaturus, homo minime ambitiosus, infulis sponte cessit post annos quatuor supra triginta, quibus Antistitem laudatissime egerat. Ne tamen omnino cessare, aut otio torpere videretur, eam Viennensis diœcesis partem, quæ tractu Vivariensi ad Rhodanum continetur, sibi potissimum excolendam sumpsit, quod hæresum sentibus ac vepribus horreret, etiam ante Calvinianorum rhamnos iis in locis consitos, & per Galliam infeliciter proseminatos. Excessit dierum ac meritorum plenus in villa ad Lugdunum, anno millesimo, sexcentesimo decimo tertio, conditus Viennæ in templo Societatis *Jesu*.

Guilielmus Estius, patricia familia Gorcomii in Hollandia natus, puer in Trajectensi ad Rhenum urbe, litteris politioribus, à *Georgio Macropedio* eruditus, Lovanii in pædagogio Falconensi Philosophiam hausit: quam ibidem postea decennio toto suis auditoribus tradidit. Theologiæ demum Doctor in eadem Academia anno 1580. creatus, paulo post inde Duacum ad professionem publicam, & Seminarii Regii, à *Philippo II.* Rege Catholico ad formandos Parochos instituti, præfecturam est evocatus; vir sane multis pietatis, doctrinæ, modestiæ, atque in pauperes beneficentiæ nominibus suspiciendus. Obiit anno salutis millesimo sexcentesimo decimo tertio, ætatis septuagesimo, magna sanctitatis opinione, depositus in æde *D. Petri*, cujus Præposituram gesserat. Inter ejus scripta, eminent *Commentarii in D. Pauli & aliorum Apostolorum Epistolas*, & *in libros IV. Magistri sententiarum*; item *Nota in præcipua ac difficiliora sacræ Scripturæ loca*. Quæ & alia omnia ejus opera, juxta mandatum *Petri Berulli* Cardinalis, Patres Oratorii in Gallia & Belgio assidue lectitant, & maximo in pretio habent. *Estii* vox illa laudari solet, *Sine cognitione antiquitatis Ecclesiastica nemo potest perfectus esse Theologus*.

Franciscus Aguilonius Bruxellensis è Soc. Jesu Philosophiam Duaci annos plures, Theologiam Antverpiæ, & alibi diu docuit. Ut erat Mathematicarum artium peritissimus, libros sex *Opticorum* concinnavit, & typis Plantinianis 1614. publici juris fecit. *Catoptricorum & Dioptricorum* libros meditantem mors præpropera Antverpiæ sustulit, annos millesimo sexcentesimo decimo septimo.

CLXXIX. Christophorus Browerus Arnhemiensis, ejusdem Soc. Theologus & Historicus, Treveris obiit eodem an. Evulgavit *Venantium Fortunatum*, *Notis* illustratum & auctum; *Antiquitatum Fuldensium* libros IV. *Sidera illustrium & sanctorum Virorum*, *qui Germaniam præsertim Magnam*, *olim rebus gestis ornarunt*: è manuscriptis in lucem eruit, *Antiquitates Annalium Trevirensium & Episcoporum Trevirensis Ecclesiæ Suffraganeorum*, *ut Matensium*, *Tullensium*,

*sium, & Verdunensium* magno labore ac studio, peragrata Provincia Trevirensi, excussisque omnibus archivis, collegit.

Hieronymus Gratianus, Hispanus, nobili Alderetorum sanguine Pintiæ natus; in Veteri Castella, Presbyter, post è numero Discalceatorum Patrum, *S. Theresiæ* fuit à Confessionum secretis. A suis ejectus & amandatus injuste, ut scribit *M. Antonius Alegre de Casanate*, item Carmelita. Ex Hispania Romam petens, in servitutem à Turcis abductus est. Deductus Tunetum quam plurimos Saracenos vi precum suarum, & assidua divini verbi prædicatione ad Christi fidem adduxit, & ad labores pro *Christo* tolerandos, jugibus hortationibus, valido spiritu, sollicitavit. Diris inter Barbaros tormentorum generibus afflictatus diu, postquam passus esset famem, ergastula, verba, verbera, fœtores, laminas denique candentes & ferreas cruces ignitas pedibus admotas, divinitus libertatus à captivitate, nullisque malis, revertitur Romam, ubi Pontificis gratia cucullo *Heliæ* induitur, sub Observantia antiqua Carmeli; post hæc in Hispaniam rediens, verbum Dei velut imbrifera Christi nubes circumquaque discurrens, disseminat. Flandriam & Belgicam omnem inde pergens, annos IX. de animarum salute intatigabili labore suscepto peregit. Ejus opera collegit *Andreas à Marmore*, quæ Mantuæ Carpetanæ uno grandi volumine typis educta sunt anno 1616. Continet *Dilucidarium spiritus. Itinerarium triviæ perfectionis. De modo recitandi cum devotione divinum officium* &c. *Meditationes in orationem Dominicam. Expositionem Salutationis Angelicæ*, ubi Virginis *Mariæ* encomia declarantur, & septem adducuntur petitiones in illa faciendæ. *Abecedarium spiritus. De sanctissima Trinitate. Regulam bene vivendi. Apologiam in eos qui in omnimoda sui annihilatione perfectionem constituunt. De excellentiis S. Josephi* lib. V. *Stimulum propagandæ fidei. De Redemptione captivorum. De variis dæmonum fallaciis adversus virtutes. Devotum peregrinum. De arte amandi Deum, super octo cantus regulas.* Sparsim editi sunt tractatus *de Jubileo & indulgentiis. Miles Christianus. In Apocalypsim S. Joannis* grande volumen. *Babyloniæ cæcitas* adversus quasdam hæreses noviter grassantes. *De potestate Papæ* adversus librum *Ferdinandi de Luz Infantas. Chronographia Carmelitana.* Consilia brevia *Semper & ubique. Hieroglyphica sacra. Spirituum discussio. Confessionale mancipiorum. Modus disputandi Saracenos & Judæos*, & alia quæ vel solum nominare prolixum foret. Omnium pene nationum linguas & litteras apprime Gratianus noverat. Hunc *S. Theresa* suum vocabat *Elisæum*. Obiit Bruxellis anno 1614.

Theodorus Godefridi, in Parlamento Parisiensi causarum patronus insignis, omnium primus edidit anno 1614. *Joannis Juvenalis Ursini* primo Episcopi Bellovacensis, secundo Laudunensis, demum Archiepiscopi Rhemensis Historiam regni Galliæ sub Carolo VI. ab anno 1380. ad anno 1422. Theodoro coætanus fuit *Alanus Chartier*, Poëta atque Historiographus Gallus.

Franciscus à Paze, Hisp. Salmantinus, ord. Carm. dicavit *Asserta selectissimæ Theologiæ* Cardinali *Gasparo de Borgia. Chronicon* sui Ordinis ad limam adduxit meliorem, quod, auctore morte præpedito, sub puluere jacet, proditurum aliquando. Vivere desiit Salmanticæ anno 1614.

Joannes Hajus, natione Scotus, Societatis *Jesu* Theologus; eleganter doctus, sacras litteras Turnoni in Gallia, Matheſim, & linguam Hebraicam in Belgio docuit; cum novarum sectarum Magistris Argentorati & alibi acriter disputans, sæpius eosdem confudit. Obiit anno millesimo sexcentesimo octavo, sexagenario major Mussipontanæ in Lotharingia tum Academiæ Cancellarius. Præter *Brevia Scholia* in *Bibliothecam sanctam Sixti Senensis*, exstant ejus *Disputationum libri contra Calvinianos* Latine editi, ut & alia Scotice conscripta, quæ Gallice reddidit *Michaël Coissardus.*

Joannes Hajus, natione Belga, Cerviæ in Hannonia natus, ejusdem Societatis Theologus, Duaci Philosophicas & sacras disciplinas diu professus fuit, ibidemque edidit *Quaternionem Evangelistarum & eorundem Concordiam*, itemque *Apparatum Evangelicum.* Vivere Duaci desiit admodum senex anno 1614.

Constantinus Caetanus, natione Italus, ordine Benedictinus, magno studio & opera prodire fecit tomum unum in folio, Romæ, anno 1606. qui continet *B. Petri Damiani ordinis B. Benedicti Epistolarum libros VIII.*

Gerardus Vossius, Eburo, Borchloninus, Præpositus Tungrensis, Protonotarius Apostolicus, ac S. Theologiæ Doctor Romanus: vir Græce Latineque apprime eruditus, *Guilielmo Sirleto* & *Antonio Caraffa* Cardinalibus gratissimus exstitit, ac de SS. Patribus optime meritus, quorum Patrum monumenta ex Italicis bibliothecis primus eruit & è Græco Latine reddidit. Ex his *S. Ephræm* Syri, Patris & Scriptoris Ecclesiæ antiquissimi & ingenio sublimissimi omnia opera, quæ inveniri potuerunt, in tres tomos digessit, latinitate donavit, & *Scholiis* illustravit. *Theodoretum* Ep. Cyri *de Charitate: S. Greg. Thaumiturgum: Gesta ac monumenta Gregorii IX. Papæ* & alia plura cum *Scholiis*, *Notis variisque lectionibus* in lucem dedit. Obiit anno 1609. Leodii.

CLXXX. Franciscus Bandinus Picolominæus, Archiepiscopus Senensis, recollegit ex vetusto originali *Pii II.* opera, seu Commentarios rerum memorabilium à *Joanne Gobellino*

*bellino* Vicario Bonnenſi compoſitos; quibus acceſſerunt *Jacobi Picolominei* Card. Papienſis Commentarii rerum ſuo tempore geſtarum, & Epiſtolæ, Francofurti 1614. in fol. cum approbatione *Gregorii XIII.* Papæ, qui dicit dictum *Gobellinum* fuiſſe Secretarium *Pii II.* ipſumque eſſe auctorem dictorum Commentariorum, qui hactenus ſub *Pii II.* nomine prodierunt. In præfatione dicit *Gobellinum* ſe vidiſſe *Martinum V.* ſeque ſcripſiſſe *Hiſtoriam de Pontificatu Pii II.* Commentariorum libri ſunt numero XII.

Carolus à Basilica Petri, primum Canonicus Mediolanenſis, poſt Congregationis Paulinæ Præpoſitus Generalis, ac demum Epiſcopus Novarienſis vir morum integritate, doctrina & legationibus obitis clariſſimus, ſcripſit *Vitam S. Caroli Borromæi*, Cardinalis & Archiepiſcopi Mediolanenſis; cum ejusdem *Borromæi Conciliis Mediolanenſibus*, Brixiæ 1603. editam. Obiit circa annum milleſimum ſexcenteſimum decimum quartum.

Franciscus Labata, Cæſarauguſtanus, S. I. Theologus, *Apparatum Concionatorum* 1614. Lugduni tomis duobus in fol. & *Loca moralia* 1638. ibidem in fol. evulgavit.

Henricus Fitz-Simon, Dublinii in Hibernia natus, S. I. Theologus, *Britannomachiam Miniſtrorum in fidei articulis diſſidentium* Duaci 1614. in 4. foras dedit.

Petrus Morales, Hiſpanus, Valdepennæ prope Calatravam natus, S. I. Theologus, *Matthæum* explicans, ſcripſit ex profeſſo *de Chriſto, Maria & Joſeph* volumen ingens, Lugduni 1614. excuſum.

Ferreolus Locrius, Paulopoli in Arteſia natus, olim *Auberti Mirai* Duaci ſocius in ſtudiis litterariis, ac Philoſophicis, vir in ſacra prophanaque hiſtoria æque verſatus, in urbe Atrebatenſi Parochum ad *S. Nicolaum* agens, vivere deſiit anno milleſimo ſexcenteſimo decimo quarto. Exſtat ejus *Chronicon Belgicum* ab anno 1257. ad annum 1600. perductum: in quo res Arteſiæ potiſſimum proponuntur. Scripſit & libros ſeptem *de locis, templis, & imaginibus Deiparæ cultu claris*, Atrebati 1608. titulo *Mariæ Auguſtæ* editos.

Franciscus Belcarius, Gallus, Peguilio, Epiſcopus Metenſis, in Conc. Trid. orationem habuit. Obiit dimiſſo Epiſcopatu an. 1591. æt. 78. Scripſit *Commentarios rerum Gallicarum*, & librum *de infantibus in utero mortuis*, Gallice.

Petrus Dinet, Gallus, Canonicus Lingonenſis, Doctor Theol. Pariſienſis, *Hieroglyphicorum* ſcriptor, obiit anno 1595.

Vincentius Barralis, quam *Cyprianus, Meſſianus* & *Stephanus*, tres diſcipuli *S. Cæſarii* Arelatenſis, *Vitam* ſui Magiſtri ſcripſerant (quæ apud *Surium* 27. Auguſti exſtat imperfecta) pleniorem dedit in *Chronologia illuſtrium Lirinenſis inſulæ virorum*, Lugduni 1613. editam.

Petrus Petrinii, Gallus, Carmelita, Concionator Chriſtianiſſimi Francorum Regis, edidit *Miniſtrophoriam*, hoc eſt, *Bellum adverſus Miniſtros Calviniſtas*. Florebat anno 1614. *Paulo V.* Pontifice.

CLXXXI. Franciscus Mantica, nobilibus parentibus apud Utinenſes in diœceſi Aquilejenſi natus, *Franciſcum Philomelam* in litteris humanioribus, & *Guidonem Pancirolum* in dialecticis, *Bernardinum Tomitanum* in Juriſprudentia, *Hieronymum Torniellum* & *Tiberium Decianum* Patavii, exinde *Marianum Soccinum* juniorem, aliosque in Academia Bononienſi magiſtros nactus eſt. Doctor Juris utriusque 1558. renunciatus, *Marcum Benavidium*, *Bonifacium Rogerium*, *Joannem Cephalum*, & *Jacobum Menochium* in profeſſione collegas habuit. Anno 1580. volumen inſigne *de Conjecturis ultimarum voluntatum*, quinque annorum opus, luce donavit. Scripſit inſuper libros viginti ſeptem *de tacitis & ambiguis conventionibus*, Romæ editos. Senatu Veneto commendante Cardinalis à *Clemente VIII.* creatus, humanitatis priſtinæ tenorem retinuit, nec ſtudiorum labores, aut diſcendi ardorem dimiſit. Vixit annos octoginta, & è vita exceſſit anno milleſimo ſexcenteſimo decimo quarto, conditus in æde *S. Mariæ de Populo*. *Germanicus Mantica*, Famaguſtanus Epiſcopus, *Romanæ Rotæ Deciſiones* à patruo ſuo *Franciſco* collectas, poſt illius obitum, publici juris fecit. *Franciſcus Pola* Veronenſis, eidem *Franciſco* magiſtro ſuo elogium ſcripſit.

Vincentius Regius, Siculus, patria Panormitanus, Soc. I. non ſanctimonia minus quam doctrina claruit. Illi cum aliquando exhiberetur tabula, in qua ſoror ejus Sanctimonialis erat expreſſa, rogatus, ecquam bene eam referret; reſpondit fruſtra ſe ea de re conſuli, qui ſororem ſuam nunquam ſit intuitus. Obiit Panormi anno 1614. æt. 70. religionis 56. Edidit *Theſes de Sanctiſſima Trinitate*, *Evangelicarum dilucidationum* Libros VIII. *Enchiridium Evangelicorum*.

Hadrianus Romanus, Lovanienſis, Medicus, & Mathematicorum ſui ævi facile princeps fuit. Prima Matheſeos, ut & reliquarum Philoſophiæ partium, rudimenta Coloniæ accepit, apud Societat. *Jeſu* Patres. Medicinæ initia ibidem fecit, & perfecit in Italia; eandemque primo facilitavit Huji, Leodicenſis ditionis opido. Ingenio fuit acri & perſpicaci, judicio ſummo; quod in Mathematico utrumque ſingulare atque adeo ſummum ſit neceſſe eſt. Ob quas animi doctrinæque dotes Lovanio in Germaniam atque Herbipolim evocatus à loci ipſius Principe & Epiſcopo, Medicinam ibidem primus publice docuit; & elata uxore Sacerdos ac Canonicus renuntiatus eſt in Æde D. *Joanni* ſacra, à *Julio* Herbipolenſium Principe. Varias Europæ partes obivit

obivit; & Germaniam, Poloniamque vidit fere universam, *Joan Samoscii* Cancellarii biennio fere toto domesticus, Cæsareus ad hæc Regiusque Mathematicus, atque Eques auratus. Scripsit varia; inter hæc *Theatrum urbium*, in quo brevis est urbium præcipuarum per orbem universum descriptio. Francofurt. 1595. 4. *Supputationem Ecclesiasticam, juxtà novam veteremque Calendarii rationem.* Accessit *Theoria Calendariorum*, Wirceburgi 1595. 4. Obiit Moguntiæ an. 1615. dum ad aquas Spadanas curando morbo proficisceretur, in sinu *Jacobi* filii, qui patri per Poloniam, Prussiam, Bohemiam, Hungariam, Germaniam, Belgiumque comes fuit.

Christophorus à Castro, natione Hispanus, patria Ocanensis, diœcesis Toletanæ, natus anno salutis 1551. atque à puero Societatem Jesu complexus est, Compluti Latinis ac Philosophicis imbutus literis anno 1569. Vir fuit bonarum artium litteris eruditus, in quibus dies noctesque indefesso versabatur studio, Toletani Collegii Rector. Scripsit *Deipara Virginis historiam cum auctoritatibus SS. Patrum* Latine & Hispanice; *Commentariorum in Jeremiæ Prophetiæ, Lamentationes & Baruch* Libros 6. *In librum Sapientiæ.* Erant & in manibus, sed nondum limati, *Commentarii in Prophetas minores.* Obiit Madriti 1615.

Christophorus Sustellus, prompsit in publicum *Nomocanon Photii, Patriarchæ C. P.* cum Commentariis *Theodori Balsamonis*, Paris. 1615. in 4.

Camillus Lellius, Bocchianici in regno Neapolitano & diœcesi Teatensi natus, *S. Philippi Nerii*, in schola Christi discipulus, fundator Clericorum regularium Ministrantium infirmis, Romæ 14. Julii anno Christi 1616. æt. 65. ad Dominum migravit, quædam Ascetica scripsit.

CLXXXII. Johannes Valero, Hispanus, Valentinus, ex civitate Segobriga, J. U. Doctor, & Canonicus ibidem, qui ad Cartusiam Scalæ Dei profectus, habitu Cartusiano vestitus est an. 1596. & emissa professione, post sex menses fuit Procurator, ut vocant, ad extra. Anno 1599. postulatus in Priorem ejusdem Cartusiæ, & à R. P. Generali D. *Brunone* confirmatus: præfuit annis duobus; deinde Priorem egit *Vallis Christi*, & Provinciæ Cataloniæ convisitatorem. Deinceps Prior *Novæ Plantationis* Ulysipponensis, ac tandem Cartusiæ Majoricanæ, magna reliquit abstinentiæ documenta: indesinenter orationi vacabat, aliaque exercitia spiritualia devote colebat. Scripsit multos codices miscellaneos, ac præcipue typis mandavit *Differentiam inter utrumque forum; Judiciale* videlicet *& conscientiæ*, in fol. per *Emanuelem Rodriguez*, Typographum in Cartusia Majoricensi, Insulæ Balearis, anno 1616. tandem plenus dierum appositus est ad Patres 14. Decemb.

Claudius Aquaviva, natione Italus, patria Neapolitanus, filius Ducis Atrii, in ipso ætatis flore 25. annos natus, cum politioribus litteris jam tum esset excultus, & SS. Patrum lectione instructus, & *Pio Quinto* Pont. M. à cubiculis, atque gratissimus, res suas sæculum habere jussit: & omnia illius ornamenta, opes, dignitates (quæ propter summam *Claudii* nobilitatem, modestiam, ingenium, & principis gratiam, ipsi non dubia spe proponebantur) tanquam fimum arbitratus, nudus ad *Christi* nudi crucem confugit, & Jesuitis addictus est, Romæ anno 1567. vicesima secunda Julii, in ipsis feriis *B. Magdalenæ.* Deinde positis Religionis rudimentis, & gravioribus studiis confectis, tantus in *Claudio* enituit virtutis splendor, tanta gravitas morum atque suavitas, tanta prudentia, ut Provincia Neapolitana ipsi primum gubernanda demandaretur; postea etiam Romana. Quam Provinciam dum optime administrat in Comitiis, quæ habita sunt Romæ Anno Domini 1581. magna Electorum consensione, in locum P. *Everardi Mercuriani*, Præpositi Generalis quarti, vita functi, suffectus est 19. Februarii. Neque animos Patrum illius Societatis quo minus *Claudium* eligerent, retardavit aut illius ætas (nondum enim quadragesimum annum attigerat) aut religionis temporis brevitas, ut Patribus & canitie, & religioso senio venerandis ipsum præferrent & in ejus humeros universum tantæ familiæ per totum terrarum orbem propagatæ onus imponerent. Nec eos fefellit eventus: nam ita hanc tam laboriosam provinciam sustinuit, ut sive prospera, sive adversa spectes, quæ ipso clavum tenente multa & varia suæ Societati acciderunt, electum à Deo esse credas, ut læta augeret, tristia minueret, & per dubias ac turbulentas tempestates, Deo Duce, navem Societatis ad portum salutis dirigeret. Sed hæc (nequid auribus dare velle videar) omitto. Scripsit tot negotiorum fluctibus pene obrutus, quæ ad ejus gubernationem maxime pertinent, *Epistolas* tredecim bene longas, & non minus religiosas atque eruditas, ad universam Societatem & ad Superiores *de renovatione spiritus, & unione fraterna charitatis. Industrias* item pro Superioribus Societatis *ad curandos animæ morbos.* Ejusdem sunt & *Ratio atque institutio studiorum*, & *Directorium Exercitiorum. De felici progressu Societatis. De mediis ad conservandam Societatem, de fine missionum Orientalium, de modo instituendarum missionum, de formandis ac bene instituendis Concionatoribus, de Officii Divini recitatione ac celebratione Missæ*, & alia quarum seriem *Alegambe* refert. Archiepiscopatum Neapolitanum à Clemente VIII. ingestum, constanter repudiavit. Obiit 1615. æt. 72. cum Societatem gubernasset annis 34.

Seraphinus Olivarius, Gallus, vir nobilis, ex Auditore Rotæ, Episcopus Redonensis, obiit Romæ 1609. laudatus à *Lipsio* in Epistolis, Cent. V. Edidit *Decisiones in utroque Jure.*

Hieremias Ferrerius, Gallus, ex Ministro Calvinista conversus ad fidem Catholicam, anno 1613. scripsit eleganter & docte *de Antichristo.*

JOANNES VALERIUS VIRINGUS, Lovanienſis, Medicinæ in patria annos plurimos Profeſſor primarius, Sacerdos dein & Canonicus Atrebatenſis, Medico-Eccleſiaſticos ſcripſit libros quinque, *de jejunio Eccleſiaſtico & Abſtinentia.* Atrebati 1597. editos: quibus oſtendit mutuam Medici & Theologi affinitatem. Edidit etiam *Joannis Molani Diarium de Medicis Sanctis.* Obiit Bruxellæ ſub annum 1616. cum eſſet *Alberto* & *Iſabella*, Belgarum Principibus, à ſacris.

JACOBUS *de* VORAGINE, Ord. Prædic. ſcripſit *Sermones de tempore & de Sanctis*, item *Quadrageſimale & Mariale*, Mogunt. anno 1616.

CLXXXIII. HIERONYMUS XAVERIUS, natione Hiſpanus, patria Navarrus, beati illius *Franciſci Xaverii* cognatus, pari in religionem zelo Evangelium intulit in vaſtum illud Mogoris imperium, inter Gangem & Indem vicinosque Perſas ſitum, & aſſiduo labore catechizando, quatuor Regis magni filios ipſumque adeo Regem *Chriſto* tranſcripſit, ut & pro torque Roſarium geſtet Deiparæ, domusque adeo picturis *Chriſti* cruci affixi, & Dei Matris referta, Chriſtiani Principis aula eſſe videatur, ut inde manu datis litteris legimus; additque ſe ad ejus gentis Regisque converſionem Perſica ſcripſiſſe lingua, *Chriſti Domini vitam & Apoſtolorum.* Itemque *Martyrum hiſtorias*, *resque geſtas Sanctorum.* *Directorium* quoque *Regum* ad regni gubernationem. Opus adhæc ingens *de miſteriis fidei Chriſtianæ*, adverſus Mauros, & Mahometanos, ejusdemque *Compendium* ſeu *Summam* ante mortem conſcripſit: quæ Regis Mogor manibus, ejusdemque Aulicorum illius exemplo, teruntur. Obiit autem anno 1617. Goæ.

ALPHONSUS RODRIGUEZ, natione Hiſpanus, patria Pintianus, ſeu Valliſoletanus, aliquorum Collegiorum Soc. I. Rector fuit, & propter ſingularem vitæ integritatem, induſtriam & prudentiam Magiſter Novitiorum in Bætica provincia, quos non magis inſtitutionibus quam virtutum exemplis ad omnem perfectionem conformavit. Scripſit Tomos tres *Rerum ſpiritualium*, cum omnibus qui in virtute proficere cupiunt, tum vero Religioſis hominibus maxime utiles. Plenus dierum ac meritorum obiit anno 1617, annos natus 90. ab ingreſſu in Societatem 70.

ANDREAS EVDÆMO-JOANNES, natione Græcus, patria Cydenius, Romæ Philoſophiam & Patavii Theologiam publice profeſſus eſt, linguæ utriusque juxta peritus, ac Theologus egregius, ſumma & ingenii acrimonia, & judicii præſtantia præditus, edidit *de Antichriſto* lib. 3. contra *Robertum* Abbatem Anglum; *Caſtigationem Lamberti Danæi* Calviniani Miniſtri pro *Bellarmini Card. Controverſiis*; *Apologiam pro Henrico Garneto* Anglo; *Parallelum torti ac torturis.*

NICOLAUS MONTMORENTIUS, Comes Eſtræus, *Alberti Pii* Ærario ſupremus Præfectus, edidit *Diurnale Pietatis*, *Manuale Principis*, & alia ejusdem ſere generis, in quibus Exercitia, Meditationes & Precationes quotidianæ. Deceſſit Gandavi an. Chriſti 1617.

MARTINUS SMIGLECIUS, Polonus, Roxolanus, S. I. Theologus, libros duos *de vocatione Miniſtrorum*, quod opus *Nodum Gordium* prænotavit, Cracoviæ 1617. in 4. publicavit, *de æterna Chriſti filii Dei Divinitate*, *de Uſura*, *de uno Viſibili capite Eccleſiæ Dei*, *Nova Monſtra novi Arianismi*, *de Divina Verbi Incarnati Natura*, *de Ordinatione Sacerdotum in Eccleſia Romana*, *de Notis Miniſtrorum*, *Vanam ſine viribus iram Miniſtrorum Evangelicorum*, & alia plurima. Cum publice aliquando contra Calvini doctrinam diſputaſſet, relatam victoriam prodigio Deus firmavit: nam cum homo hæreticus inde digreſſus, dira ſibi imprecatione facta juraſſet *Smiglecium* cauſa cecidiſſe, mox, ut fuerat ſibi imprecatus, ſuffocari ſe ſenſit, & repetito periurio & execratione, repente arctatis faucibus extinctus eſt. Obiit Caliſſii anno 1618. æt. 56. Soc. 38.

RICHARDUS STANIHURTUS, Dublinienſis, ſcripſit *de rebus in Hibernia geſtis* libros IV. cum *Appendice Giraldi Cambrenſis* 1584. typis Plantinianis. Item *Vitam S. Patritii* 1587. ejusdem typis editam. Obiit 1618. Bruxellis.

FRANCISCUS AQUILLONIUS, natione Belga, patria Bruxellenſis, Collegii Soc. Jeſu Antverpiæ Rector, Philoſophiam in Duacenſi Academia annos plures, atque ibi Theologiam, aliasque facultates profeſſus: Mathematicarum artium in paucis eruditiſſimus, ſcripſit *Opticorum* lib. 6. Philoſophis juxta ac Mathematicis utiles, qui typis Plantinianis Antverpiæ ſunt editi. *Catoptricorum* & *Dioptricorum* libros ſubjungere parabat, at ſpem illam præpropera mors fefellit anno 1617.

JOANNES PITHEUS, Anglus, patria Southamptonienſis, diœceſis Wintonienſis; domi, quæ teneræ ætati conveniunt, didicit; Wintoniæ literas Humaniores, Oxonii Philoſophiam & liberales artes; ubi tædere eum cœpit hæreſeos, ex Anglia, patriæ ac parentibus valedicens, Remos abiit, ubi tum Collegium Anglorum hærebat. Inde Romam miſſus, ibi Sacerdos creatus eſt; & Ingolſtadii Bojorum Doctoralem dignitatem conſecutus, à *Carolo* Lotharingiæ Cardinali Canonicatum Liverdunenſem, inde Decanatum accepit; demum *Antoniæ Lotharingæ* Clivenſi Ducissæ duodecim per annos extitit à ſecretis Confeſſionum. Otium hoc nactus, otioſus eſſe noluit; ſed Hiſtoriis gentis ſuæ pervoluendis diligenter incubuit, & quatuor ampla *Volumina* collegit, *Regum* ſcilicet, *Epiſcoporum*, *Virorum Apoſtolicorum*, & *Illuſtrium Virorum.* Ejus lucubrationis non exiguam partem deſumpſit ex *Joanne Lelando*, qui multa diligenter hoc in genere indagavit, & ſuo ſæculo cum accuratioribus quibusque Antiquariis de palma contendere merito potuit; *Lelandi* tamen opera, pauca Latine, Anglice plura perleguntur. Florebat adhuc 1617.

Guilielmus Peraldus, Ord. Prædicatorum, ſcripſit *Summam virtutum ac vitiorum.* Moguntiæ an. 1618.

CLXXXIV. Joannes Chapeavillus, Eburo, S. Theologiæ Licentiatus Lovanienſis, Canonicus: Archidiaconus & Vicarius in *D. Lamberti*, ac Vicarius Epiſcopatus Leodicenſis: Vir eruditionis exactæ, judicii ſubacti, ſive ea tractet ſtudia, quibus ad pietatem & Eccleſiæ munia rite obeunda informat Parochos, ſive patriam illuſtret, & cenſeat hiſtoriam; ſcripſit tractatum *de caſibus*, ut vocant, *reſervatis*, in uſum præſertim Eccleſiarum Belgicarum. Leodii 1596. 8. *Elucidationem Scholaſticam Catechiſmi Romani*, ad captum Parochorum, &c. ibidem 1600. & 1603. 8. *Summam Catechiſmi Romani*, in gratiam Ordinandorum, ibidem 1605. 8. præterea *Vitam & miracula S. Perpetui* Epiſc. Trajectenſis, libro peculiari, conſcripſit, anno 1601. *Epiſcoporum & rerum Leodicenſium ſcriptores varios*, uno ſimul faſce edidit, cum *Notis* ibid. 4. 1611. 1613. 1616. tomis tribus & *de prima & vera origine feſtivitatis SS. Corporis & Sanguinis Domini*; ex Hiſtoricis & documentis variis, ac probatis, tomo ſecundo *Script. Leodicenſium.* Tractatum *de neceſſitate & modo miniſtrandi Sacramenta tempore peſtis*, in quo 212. de ea re quæſtiones breviter & dilucide reſolvuntur, Paſtoribus cæterisque animarum curatoribus non modo utilem, ſed & perneceſſarium. Inter vivos eſſe deſiit. anno 1617.

Adrianus Horstadius, ord. Minorum Theologus & Eccleſiaſtes famoſus in urbe Trajectenſi ad Moſam, an. 1618. vivere deſiit. Poſt mortem ejus prodierunt *Sermones Euchariſtici XLIX.* & latent alia ejuſdem opera.

Laurentius Ramirez de Prado, V. C. Hiſpanus, ac eruditiſſimus Militiæ *S. Jacobi* Eques, in ſupremo *Philippi IV.* Hiſp. Regis, Indiarum Pacis Bellique Conventu Senator, & in S. Cruciatæ adſeſſu Conſiliarius, diſceptationibus Juriſdictionis dirimendis inter ſelectos adlectus, ad *Ludov. XIII.* Galliarum Regem Exlegatus. Inter alia ſcripſit *Pentecontarchum*, ſive *Quinquaginta militum ductorem*, cujus auſpiciis varia in omni litterarum ditione monſtra profligantur, abdita panduntur, latebræ ac tenebræ pervaſtigantur & illuſtrantur. Antverpiæ anno 1612. in 4.

Isidorus Messana, ord. Minimorum Theologus clariſſimus & facundus, edidit *Rationale Sacrorum Canonum & Conſuetudines ordinis Minimorum.* digna tanto viro monimenta.

Jacobus Perronius, cognomento *Davius*, Gallus in Normania natus, in hæreſi Calviniana educatus, cum adoleſcens legendis veterum Patrum Græcorum ac Latinorum libris totum ſe dediſſet, agnita veritate ad Romanæ Eccleſiæ caſtra feliciter tranſiit. Vir ſane præſtantiſſimus, ingenio & eruditione admirandus, ſfacundia Neſtor, atque ut Theologus nemini ſecundus, ſic & Poëta Latino ac vernaculo ſermone elegantiſſimus: de cujus in ſe, Pariſiis 1610. agentem, benevolentia, quondam *Aub. Miræus* gloriari ſolebat. Cum eſſet Epiſcopus Ebroicenſis & *Claudio Santejo* celebri Theologo in illa Cathedra merito ſuffectus, *Pluſſium Mornæum* Calviniſtarum in Gallia ducem & anteſignanum in ſolemni Procerum conventu, *Henrico IV.* Rege, cujus ſummus tunc Eleemoſynarius erat, præſente, tot mendaciorum quæ ſcriptis ille ſuis editis in Eccleſiam orthodoxam inſtruxerat, convicit; ut is ab omnibus exſibilatus ne hiſcere quidem in poſterum auſus fuerit. Eidem porro Regi præcipuus poſt Deum Catholicam amplexandi religionem *Perronius* auctor fuit, utque Eccleſiæ amicus fieret, apud *Clementem VIII.* Pontificem tranſegit. Plurimos inſuper à religione noſtra alienos proceres & alios, non ſalutaribus modo doctrinis, ſed etiam humanitate, benevolentia ac beneficiis ad Eccleſiæ caſtra feliciter reduxit. Ejus opera inter *Venetos* & *Henricum* Regem res compoſitæ. Scripſit idiomate nativo, *de ratione intelligendæ Scripturæ. De vocatione Miniſtrorum Calviniſtarum. Confutationem aculeati opuſculi Danielis Tilleni Calviniſtæ in traditiones Apoſtolicas. Virtutum Moralium cum Theologicis collationem.* Item varias *Paraphraſes, Epiſtolas, Poëmata, Diſſertationes.* Scripſit varia adverſus Calviniſtas ab omnibus avide lecta atque expetita; & merito quidem quod unus ipſe adverſus omnes noſtri ſæculi hæreticos par luctator & ſcriptor haberetur. Ut jure merito *Clemens VIII.* ipſum purpuratis S. R. E. Senatoribus adſcripſerit, & *Henricus IV.* Senonenſem Archiepiſcopum ac Galliarum Primatem eſſe voluerit. Obiit autem Lutetiæ ſummo bonorum omnium luctu anno milleſimo ſexcenteſimo decimo octavo.

CLXXXV. Petrus à Pedrosa, natione Hiſpanus, patria Salmantinus, ordi Carmelita, cujus os vere loquebatur ſapientiam & meditatio cordis prudentiam, cui a puero Grammatica, Rhetorica, Philoſophiaque imbui, crepundia fuere, quarum artium abſolutis curriculis, mentis aciem ad intima Sanctæ Theologiæ myſteria plenis delibanda labris convertit, tanta naturæ & ingenii præſtantia, ut legendo docendove maximos literarum progreſſus fecerit, & univerſam Theologiam, ſacroſque ex magna parte codices, eruditiſſimis lucubrationibus ſuis locupletaverit. Thomiſticorum nullus (ut ait *Sanctius Davila* Placent. Ep. in *Vita Petri*) clarius, operoſius, verius Angelicum Doctorem percurrit & aperuit, in quem ſpiritum eundem, ſi non fabuloſa foret Pythagoræorum palingeneſia, commigraſſe diceres. Edidit poſteritati profutura *de ſcientia Dei, de prædeſtinatione, de Trinitate, de voluntate & involuntario, de actibus humanis, de bonitate & malitia, de peccatis, de conſcientia*; tomo I. comprehenía, & edita Pintiæ anno 1628. Altero tomo ibidem edito, ſcripſit *de incarnatione, de ſcientia Chriſti, de conceptione* B. Mariæ *Virginis, Euchariſtia, Cenſuris, Matrimonio*; quæ graviſſimorum Doctorum cenſura illuſtrantur &

approbationibus muniuntur. Inter ea quæ nondum ad limam adduxerat, prælum expectant *commentaria in Sententiarum libros.* Quantum à litteris vacare fas erat, dies noctesque in oratione transigebat. Amplissimos honores à *Paulo V.* Pontifice sæpissime oblatos, Evangelica paupertate contentus, reculavit. Obiit Salmanticæ anno 1618. æt 52. Hoc distichon visitur ejus tumulo:

*Gloria qui quondam fuerat non parva virentis*
*Carmeli, exiguo conditur hoc tumulo.*

Robertus Bellarminus, alter *Augustinus* sæculi nostri, in Monte Politiano (quæ urbs est Etruriæ, Episcopali titulo insignis) ex *Marcelli II.* Pont. Max. sorore natus, adolescens Societati Jesu nomen dedit. In Belgicam missus, annos aliquot Lovanii, magna eruditionis fama, Theologiam explicavit, & Latine concionando, qua erat eloquentia, magnum sibi nomen peperit. In Italiam reversus, *Controversiarum libros*, accuratissima methodo digestos adversus ævi nostri Sectarios, incredibili Christianorum omnium applausu ac fructu publicavit. Et quamvis scripta ejus per partes male feriatæ Cathedræ Ministri in Britannia, Germania, Gallia & Batavia vellicare ac refellere contendant, littus tamen arare frustraque sudare, à suis etiam commilitonibus, passim judicantur; non secus ac si dentem solido infigant atque infringant. Verum itaque de Ecclesia ac Repub. Christiana optime meritum, quamvis invitum, ac renuentem, ut erat modestia singulari præditus, *Clemens VIII.* anno 1598. Cardinalem *S. Mariæ* omnibus aupplaudentibus, renuntiavit, quem ut acceptaret honorem, in virtute obedientiæ, sub pœna etiam excommunicationis latæ sententiæ, ac reatu peccati mortalis, absolutæ denique potestatis imperio, jussit. Exinde Capuanus ab eodem Archiepiscopus creatus, cum aliquamdiu ea in urbe resedisset, suisque verbo & exemplo præivisset, onus illud Angelicis humeris formidandum deponere maluit, quam absens (ad Urbem enim revocabatur pro universæ Ecclesiæ bono) gregi præesse sibi commisso, & annuis illius Basilicæ frui proventibus aut dignitate. Magna itaque sanctitatis opinione, anno Christi 1621. ætatis 79. mense Septembri Romæ decessit. Omnia *Bellarmini* scripta apud *Alegambe* annotata reperies.

CLXXXV. Henricus Sedulius, Clavius, ordinis Minorum in Belgio Minister, ut vocant, Provincialis fuit, & vitæ ac disciplinæ monasticæ severus rigidusque magister: vir ab eruditione, cæterisque ingenii dotibus, in primis verò ab accuratissima lectione & tractatione veterum Patrum laudatus: ex quibus & scripta sua contexere ingeniose solebat. Exemplo hujus rei sunt, Commentarius *de præscriptionibus hæreticorum*, editus *Tertulliani* exemplo & titulo, *Apologeticus adversus Alcoranum hæreticorum*, & alia typis Plantinianis edita. Edidit insuper, *Notisque* illustravit *Vitas Sanctorum sui Ordinis*, & obiit Antverpiæ anno 1621. apud suos honorifico tumulo in choro conditus. Magna illa familiaritas cum *Justo Lipsio*, aliisque ea ætate eruditis viris fuit.

Joannes Alfonsus Curiel, Doctor Theol. & Canonicus Salmanticensis, Commentaria scripsit *in primam partem D. Thomæ*, 1621. Antverpiæ in fol. publicata.

Antonius de Balinghem, Belga Audomaropolitanus, Soc. I. Obiit an. 1630. Transtulit in Gallicum ex Italico *Japonicas & Chinenses Epistolas, Vitam B. Aloysii Gonzagæ, Principem Christianum Petri Ribadeneiræ, Meditationum Ludovici de Ponte tomos II.* Gallice scripsit *Actiones interiores virtutum Blasii de Palma; Solatium afflictorum ab unica Numinis providentia petitum; Congressus Pomeridianos & Sermones symposiacos*, contra cibi potusque intemperantiam, & alia.

Africanus Gnirardelus, Fidardensis, Juris utriusque Doctor, *Historiam S. Abundii & martyris* 1620. in 4. Romæ publicavit.

Agatius de Summa, Jureconsultus, Cathacensis Patritius, Orator & Poëta egregius, scripsit tractatum *de Jurisdictione Episcopi*, & alia plura moliri dicebatur Vivebat Romæ 1633.

Alexander Cæsarinus, Neapolitanus, edidit Romæ Orationem *de adventu Spiritus sancti*, coram *Urbano VIII.* 1631. à se habitam in 4.

Alexander Donatus Senensis, è Societate *Jesu*, Romæ apud suos humaniorum disciplinarum Professoribus præfuit. Edidit *poëmata* varia, librum item *de Roma veteri ac recente*, utriusque ædificiis ad eruditam cognitionem expositis, Romæ 1638. typis *Manelphii in 4. Orationem de Passione Domini*, quam anno 1622. habuit ad *Gregorium XV. Vitam Pauli V.* compendio evulgavit. Obiit Romæ 1640.

Alexander Gottifredus, Romanus è Societate *Jesu*, acri vir ingenio, *Laudationem funebrem Cæsarini ad* S. P. Q. R. habitam Romæ 1624. in fol. edidit. *Effata Peripati Christiani, Orationem de Passione Domini*, præter alia nobis Belgis hactenus ignota.

Alexander Peregrinus, Capuanus, Clericus regularis, *Privilegia Clericorum regularium* in duos tomos collegit & *Scholiis* illustratos 1615. Mutinæ publicavit. *Constitutiones* item *Clericorum regularium commentariis* á se illustratas, 1628. in 4. Romæ edidit. Scripsit insuper *de duello, de immunitate Ecclesiastica*, & alia.

Alexander Rainalbus, J. U. D. Radiani in Pelignis prope *Ovidii* patriam natus, Bibliothecæ Vaticanæ custos, Philologus & Poëta, scripsit *de Sylvestro II. Papa, de Iconomachia*, & alia, *Episcoporum omnium seriem, à Bonifacii IX. pontificatu usque ad nostra tempora*, concinnavit.

Fran-

Franciscus Svarez, natione Hiſpanus, patria Granatenſis, prima ætate vix exacta, Deo ſe in Societate ſacravit; & per omnes diſciplinarum, Humanarum atque Divinarum gradus, ad culmen Sapientiæ aſcendit. Philoſophicas ſcientias publice docuit, Theologicas *Pinciæ*, *Romæ*, *Compluti*, *Salmanticæ* doctiſſime profeſſus eſt, donec *Philippi II.* Regis accitu primam Cathedram Conimbricæ juſſus eſt occupare, poſtulante id Academia. Eboræ deinde Theologiæ Doctoris inſignia capeſſivit. Publice legendi multorum annorum non contentus laboribus, animum tranſtulit ad ſcribendum, numeroſo voluminum edito fœtu ea omnia quæ ſummo ingenio, acri judicio, maximo ſtudio, diuturna lectione & accurata meditatione collegerat. Horum XXIV. Tomis comprehenſorum ſyllabus legitur apud *Alegambe*. Obiit Oliſipone magna ſanctitatis opinione anno 1617. ſeptuagenarius, Societatis initæ quinquageſimo quarto.

Leonardus Duardus Abelinenſis, Clericus regularis, *Frederico Card. Borromæo* carus, multis annis Mediolanenſis Pœnitentiarii munus obiit. Scripſitque ampliſſimos commentarios in *Bullam Cœnæ Domini* 1619. in fol. Mediolani excuſos, & aliud opus *de Cenſibus*.

Franciscus Lucas, Brugenſis, Theologus, Audomaropoli Decanus, Græce, Heb. Syr. ac Chaldaice peritus, ſcripſit *Notationes in Biblia ſacra; Romanæ Correctionis loca in Bibliis inſignia; Itinerarium Jeſu Chriſti ex IV. Evangeliis; Commentarios in Evangelia*, Tomis IV. *Conciones*, & *Funebres orationes*. Ob. 1619.

CLXXXVII. Leonardus Marius, Zelandus, Goſſanus, Doctor Theologus Colonienſis, vir præter reconditam in Divinis ſcientiam, eloquentiæ ac melioris litteraturæ cognitione in primis excellens. His linguarum Græcæ atque Hebraicæ notitiam non vulgarem adjecit, Theologo vel maxime utilem, ne dicam prorſus neceſſariam. Teſtatum id fecit *commentario in Pentateuchum* Coloniæ 1621. edito. Legitur eodem auctore *Hierarchiæ Eccleſiaſticæ Catholicæ Aſſertio*: qua *B. Petri* & Romanæ ſedis primatus, adverſus *Marci Ant. de Dominis* hæreſim defenditur, ibidem 1619. publicata.

Joannes Cotovicus, Ultrajectinus, Batavus, I. V. Doctor & Miles Hieroſolymitanus anno 1598. Venetiis ſoluens, luſtravit Cretam, Cyprum, Sidonem, Tyrum, Hieroſolyma, reliquam Palæſtinam, Syriam, Damaſcum, Libanum montem, Alepum, Antiochiam, aliasque Orientis provincias, inſulas & urbes; quarum ſitum, antiquitates, præſentem ſtatum, incolarum mores, inſtituta, & alia eo ſpectantia curioſe doctèque deſcripſit in ſuo *Itinerario Hieroſolymitano* & Syria, Antverpiæ 1619. typis edendum curavit.

Franciscus Costerus, Mechlinienſis, cum in Italia adoleſcens ageret, in Societatem *Jeſu* à *S. Ignatio* illius conditore anno 1552. eſt admiſſus. Exinde Doctor Theologus Coloniæ creatus, ea in urbe Philoſophiam & Theologiam annos plures magna cum laude docuit. Obiit Bruxellæ admodum ſenex anno milleſimo ſexcenteſimo decimo nono. Scripſit plurima partim Latine, partim Belgice, contra Calvinianos, quæ *Valerius Andreas* in Bibliotheca Belgica enumerat. Inter ea eminent *Enchiridion Controverſiarum præcipuarum in Religione*, Latine ac Flandrice ab ipſo auctore ſæpius locupletatum.

Bernardus Bauhusius, Antverpianus Soc. Jeſu Presbyter Concionator, & Poëta egregius, obiit in patria anno milleſimo ſexcenteſimo decimo nono. Exſtant ejus *Epigrammata* ſelecta typis Plantinianis ſecundo edita. In his eſt *Proteus Parthenius*.

Marcellus Megallius, Squillacenſis Clericus regularis, *Iſabellæ Sabaudæ* Mutinenſium Principi à ſacris confeſſionibus fuit. Scripſitque tomos quatuor *Inſtitutionis peregrinorum*, Mutinæ 1621. in 4. editos, & alia quæ *Allatius* in ſuo Indice enumerat.

Petrus Arcudius, Corcyræus, Presbyter, Theologiæ Doctor, primum à *Gregorio XIV.* deinde à *Clemente VIII.* ad Ruthenos in orthodoxæ religionis puritate erudiendos miſſus fuit. In Galliam reverſus, ſcripſit Inſigne opus *de concordia Eccleſiæ Occidentalis & Orientalis in ſeptem Sacramentorum adminiſtratione*, Pariſiis 1619. in fol. editum. *Joannis Vecci* Patriarchæ Conſtantinopolitani, *Beſſarionis* Cardinalis, & aliorum poſteriorum Græcorum opera, *de Proceſſione Spiritus Sancti* Latine reddidit, & Romæ 1620. publicavit.

Polycarpus Riverius, Cartuſianus, circiter hæc tempora edidit duos aut tres tomos *Hiſtoriæ Gallicanæ*: in quibus ſunt multa, quæ ad illuſtrationem Ordinis Cartuſiani pertinent.

Joſephus Lentus, Aſculanus, Italus, *Aſculanorum illuſtrium præclara facinora* anno 1622. Romæ edidit.

Petrus Gambacurta, Siculus, Soc. Jeſu Theologus, opus ſcripſit quod poſtumum prodiit, videlicet *de Immunitate Eccleſiarum*, Lugduni 1622. libris VIII. in 8. Obiit Panormi anno 1605. Cal. Sept. æt. 61.

Vincentius Filliucius, Senenſis, S. I. Theologus, Pœnitentiarius Pontificius ad *S. Petrum* & Reſponſor ad quæſtiones Conſcientiæ, tomos tres *Quæſtionum moralium* Lugduni 1622. publicavit. *De ſtatu Clericorum*, & alia.

Constantinus Cajetanus, *Paulo V.* à ſacris litterarum monumentis & Abbas *S. Barnabæ* ex congregatione Caſſinenſi Ord. *S. Benedicti*, recenſuit ac Notis illuſtravit *Vitas* & actiones Sanctorum trium Epiſcoporum, religionis Benedictinæ luminum, *Iſidori Hiſpalenſis*, *Ildefonſi Toletani*,

*tani, & Gregorii Card. Oſt.* Acdita ſunt ex ſua Bibliotheca aliquot ejusdem *S. Iſidori* ſcripta, quæ nondum prodierant, ad *Philippum III.* Regem Hiſp. Romæ in 4. 1616.

CLXXXVIII. FRANCISCUS SALESIUS, genere & natalibus Allobrox, ævo noſtro Trans-Alpinorum Epiſcoporum *Gemma* & *S. Caroli Borromæi* ultra Alpes *Parelion*, anno 1568. natus eſt Aneſſiaci in Sabaudia: primam ætatem Lutetiæ in Claromontano S. I. collegio tranſegit virtute ac pietate ſingulari: ut omnes quid eximium de eo præſagirent. Exinde Patavium miſſus, ut Jurisprudentiæ operam daret, à ſodalibus alio prætextu ad feminam ſpecioſiſſimam ductus, & ſolus cum ſola relictus, atque ad flagitium ſollicitatus, *Gregorii Neocæſarienſis, Thomæ Aquinatis, Philippi Nerii*, & aliorum Divorum exemplo non modo immotus perſtitit, ſed etiam caſtigatum acribus verbis ſcortum & ſaliva deformatum à ſe abegit, glorioſo de laſcivia ac procacitate triumpho. Lauretana exinde domo pie viſitata, & Urbe Roma illuſtrata, in patriam redux, cœleſti prodigio motus, à ſæculari vitæ genere ad Eccleſiaſticum tranſiit, & ſtudiis Theologicis imbutus, ſacrisque initiatus, in concionibus ad populum habendis, atque in Calviniants præſertim ad Eccleſiæ orthodoxæ caſtra revocandis emicuit. Quos quidem indefeſſo ſtudio, cum privatis, tum publicis diſputationibus fregit, & alloquiis melle dulcioribus adeo ſibi devinxit, ut plurimi ejuratis erroribus Catholicam doctrinam amplecterentur. In his *Theodorum Bezam Clementis VIII.* Pont. Max. voluntate tentatum, adeo inflexit, ut niſi illaudatus pudor obſtitiſſet, quam judicio veram agnoſcebat, Religionem Catholicam facto etiam amplexus, & ore profeſſus fuiſſet. Hæc & alia in Eccleſiam ſtudia effecerunt eum Genevenſem Epiſcopum, *Claudii Granieri* anteceſſoris voluntate & *Clementis VIII.* gratia. Variis inde Legationibus, Monaſteriorum reformationibus, Religioſorum Ordinum inſtitutionibus atque miraculis inclaruit. Egregia volumina ſtylo ſancto lacteoque calamo conſcripſit, quæ piorum omnium manibus teruntur, quibusque multiplici idiomate cudendis ac recudendis, noſtratia & externa præla frequenter caluerunt. Apoſtolico Viro *Renatus Faber* hoc epitaphium poſuit: *Hic obdormit Illuſtriſſ. & Reverendiſſ. D.* FRANCISCUS de SALES *Epiſcopus Gebennenſis, natalibus, verbis, operibus, ſcriptis, toti orbi clarus & charus; integer corpore & moribus; integer integras virtutes, easque ſemper eaſdem habuit, ſemper idem. Omnium amans, & amor ipſe, Principum delicia, Populi parens, Epiſcoporum decus ac lumen, & vere* CHRISTI *Apoſtolus. Si plura vis ſcire, non hæc, ſed ſua ſcripta conſule & alia, imo & totum orbem, nunc totum orbum. Sicut in vita ſe tegere atque ſic protegere, ita ut poſt mortem ſe etiam tegeret, in hac edicula ſe tegi voluit. Obdormivit in Domino Lugduni, die 28. Dec. anno* 1622.

HERIBERTUS ROSWEYDUS, Ultrajectinus, Soc. *Jeſu* Theologus, ſacras in ea litteras & Philoſophiam Duaci & Antverpiæ profeſſus eſt. Rude donatus, animum ad ſcribendum appulit, & plerasque Belgii Bibliothecas luſtravit atque excuſſit, Eccleſiæ Antiquitates indagavit, Sanctorum vitas, aliaque eruit: editurus aliquando magno Eccleſiæ bono, ſi longiorem vitæ uſuram conceſſiſſet Deus. Vir & illa & bonorum omnium quo floruit, favore dignus. Edidit *Faſtos Sanctorum*, quorum vitæ MSS. in Belgio; ſpecimen futuri operis Typis Plantinianis 1607. *Vindicias inferiarum Juſti Lipſii, contra Joſ. Scalige um* ibid. 1606. nomine auctoris ſuppreſſo. *Diſputationem de fide hæreticis ſervanda*, ex decreto Conc. Conſtantienſis. ibid. 1610. Adverſus *Iſaacum Caſaubonum* pro Card. *Baronio*, hoc titulo: *Lex talionis XII. Tabb. Card. Baronio ab Iſ. Caſaubono dicta, retaliatione retortam.* ibid. 1614. *Anti-Capellum*, ſive *Exploſionem Naviarum Jac. Capelli, quas funeri Iſ. Caſauboni ad legem* XII. *Tabularum in vindicias ſuæ accinuit.* ibid. 1619. *Syllabum malæ fidei, excerptum ex Jac. Capelli mendaci Aſſertione bonæ fidei pro Anti-Capello ſuo, & libro de fide hæreticis ſervanda*, 1619. *Vitas Patrum*, opus antiquum ad vett. Codices comparatum, & *Notis* auctum. Item *Joan. Moſchi pratum ſpirituale*, ex recenſione ejusdem, cum *Notis* ibid. 1615. *Vindicias pro libello aureo Thomæ à Kempis, de imitatione Chriſti.* ibid. 1617. & alias, cum *Joan. Buſchio de origine Cœnobii & Capituli Windes-hemenſis*, quem primus quoque in lucem protulit 1622. *Notationes in vetus Martyrologium Rom.* hactenus à *Baronio* deſideratum. Et *Martyrologium Adonis* ad MSS. exemplaria recenſuit. ibid. fol. *Notas Parallelas in B. Paulini opera* ibid. 1622. *Eucherium Lugdunenſem, de contemptu mundi, & laude Eremi. Sylvam Eremitarum Ægypti ac Paleſtinæ. Hiſtoriam Eccleſiaſticam à Chriſto ad Urbanum VIII. Hiſtoriam Eccleſiæ Belgicæ.* Alia quoque vertit in Belgicum Sermonem. Obiit Antverpiæ æt. 60. anno 1629. Belgicis è Societate Scriptoribus luctuoſo, quatuor nobiliſſimis pene ſimul ſublatis, *Rosweydo*, *Mangarin*, *Schotto*, *Scribanio*, idque in una Profeſſorum domo Antverpienſi.

CLXXXIX. CORNELIUS LANCILOTTUS, Mechlin. Ordinis Eremitarum *S. Auguſtini*, Doctor Theologus, *Henrici* ejusdem Ordinis frater germanus, linguarum præter vernaculam, Gallicæ, Hiſpanicæ, Italicæ callentiſſimus; variis muneribus in Ordine functus fuit. Conventus non unius rector, totiusque Ordinis per Belgium Prior Provincialis: primus coloniam Auguſtinianam in urbem deduxit Antverpienſem, atque Ædem ſacram ſua potiſſimum induſtria è piorum eleemoſynis condidit. Scripta ejus ſunt hæc: *Nectar & Antidotum, ex D. Auguſtini operibus collectum*, ordineque alphabetico digeſtum, contra ſectatores quoslibet. *Pancarpium Auguſtinianum*; continens *Vitas SS. Auguſtini, Monicæ, Nicolai Tolentinatis, & B. M. Virginis Encomium*; itemque *Sodalitatis correctæ Privilegia, Indulgentias &c. Lucernam Vitæ perfectæ, cum Sacer-*

*Sacerdotalis, tum Monachalis juxta D. Auguſtini Regulam.* Tollitur è medio, dum fauciatis & moribundis militibus ſolatium ſpirituale impertit, inter ipſa pietatis officia, peſtiferis pœdoribus obnoxia, ægrar ab ægris reverſus, ætatis anno 48. à Chriſto nato 1622. *Vitam Divi Auguſtini* fuſius quoque deſcripſit *Lancilottus.*

Garcias de Silva & Figueroa, Zafræ in Boëtica natus ex illuſtri familia Ducum Feriæ, ipſe nothus. Bonarum artium ſtudiis deditus multos in Aula annos vixit. Demum à *Philippo III.* Hiſpaniarum Rege ad *Xa Tamas* Regem Perſarum legatus anno 1613. mandata accepit, qua in legatione eundo & redeundo tantum temporis conſumpſit donec XX. Julii ſub horam octavam veſpertinam anno demum 1624. (morbo quem Luſitani *Loando* vocant) deceſſit è vita, non adeo procul diſtans à fine longiſſimæ & quam maxime diuturnæ peregrinationis: attigerat enim gradum XXXV. altitudinis Septemtriones verſus, diſtabatque leucis C. ab Inſulis *Florum* & *Corvi.* Corpus arcæ ſaxis onuſtæ incluſum, projectum fuit in mare, quod tamen duobus inſequentibus diebus durante malacia aquis ſupernatans circuivit navem. Eadem illa vehebatur *Jacobus de Coutere*, Brugenſis Flander, una cum filio *Stephano*, qui Goæ XXX. per annos domicilium habuit, quo quidem *Jacobo* neminem mortalium hodie crediderim vivere, qui terras plures peragraverit & tot barbarorum Regum Aulas moresque viderit, quibus de rebus *Commentarios* ſcripſit, premitque hodie. Scripſit porro *Garcias*, dum Goæ ſubſiſtebat, *Hiſpanica Hiſtoria Breviarium*, quod Olyſſippone prodiit anno 1628. 8. & uberes admodum, locupletesque *totius legationis ſuæ, & Indicarum rerum, Perfidiæque Commentarios.*

Jacobus Pontanus, Soc. J. natione Bohemus, ſed in Germania educatus, vir in humanioribus potiſſimum litteris exercitatiſſimus, quique illarum ſtudium in Germania mirifice excoluit, & plurimos erudivit diſcipulos, ac ſuo exemplo & exhortatione, ut illas excolerent, incitavit. Scripſit *Progymnaſmatum Latinitatis*, ſive *Dialogorum* volumina 4. in quibus omnia fere quæ in conſuetudinem uſumque communem incidunt, puro Latinoque ſermone complexus eſt. Item *Inſtitutiones Poëticas*, *Florida*, hoc eſt *Carmina ſacra. Comedias* præterea aliquot *ſacras*, quæ nondum prodierunt in lucem. Item præclaros, atque uberes *Commentarios*, *in univerſum Virgilium.* Præterea edidit à ſe è Græco verſum in Latinam linguam, *Joannem Cantacuzenum*, qui quatuor libris, bella inter *Andronicum* ſuum, & nepotem geſta, elegantiſſime deſcripſit. *Georgii Phranzæ Chronica Orientis Imperii, Solitarii Diopetra ſeu Regulam rei Chriſtianæ*, libris quatuor, & *Nicolai Cabaſilæ de vita in Chriſto* libros ſex. *Joannis Carpathiorum Epiſcopi Capita hortatoria*, ſive *Documenta Spiritualia* 291. *Philotei Patriarchæ Conſtantinopolitani laudationem in Baſilium, Nazianzenum, & Chryſoſtomum. Michaëlis Glycæ Diſputationes cum Notis. Parthenometrica*, id eſt, *meditationes, preces & laudes in Virginem Matrem ex Menæis, Euchologio, & aliis collectas. Simeonis Junioris Orationes* 23. Item *Simeonis Epiſcopi Theſſali, de Divino Templo, ejus Miniſtris, Veſtibus* &c. *Theophylacti Simocattæ hiſtoriam de Mauritio Imperatore. Commentaria in Prophetas minores B. Cyrilli Alexandrini. Faſciculos duos, Similitudinem, Sententiarumque moralium*, è Græco verſos. *Dialogos quosdam de Spiritu, & Carne. In Ovidii Naſonis Metamorphoſin commentarium*, poſt editos jam in libros *Triſtium*, ac *de Ponto-Ethicorum Ovidianorum*, *Attica Bellaria*, & plura quæ numerat *Alegambe.* Obiit anno 1626. æt. 84. Auguſtæ Vindelicorum.

CXC. Paulus Berrus, Italus, patria Lucenſis, Ord. *S. Franciſci* Regular. obſer. de integro locupletavit *Manuale Prælatorum Regularium*, à *Ludovico Miranda*, ejusdem Ordinis, quondam editum; in quo Religionum omnium origines, progreſſus & dilatationes recenſet. Adjunxit ſeparatim *de ſacris Monialibus.* Coloniæ apud *Jo. Kochium* in fol. Florebat *Bertus* anno 1612.

Angelus Sagarro, Hiſpanus, patria Catalaunus, ord. Carm. *De Viris illuſtribus Carmeli* librum I. necdum prælis emiſſum, ſed pretio multo cuſtoditum in Bibliotheca cœnobii Barcinonenſis. anno 1620. Perpiniani Prior diem clauſit.

Julius Nigronus, Genuenſis, Soc. Jeſu Presbyter, æque doctus, ſapiens, pius atque religioſus, obiit Mediolani, cum ibi Præpoſituram ageret, anno 1625. æt. 71. Edidit Italice *Orationes in laudem B. Caroli Borromæi; De recta gubernatione Reipublicæ; Regulas communes Societatis Jeſu, Commentariis aſceticis illuſtratas; Tractatus aſceticos XVII. Diſſertationem moralem, de librorum amatoriorum lectione juvenibus maxime vitanda; Hiſtoricam diſputationem de S. Ignatio Loyola Societatis* Jeſu *fundatore, & de B. Cajetano Thienæo Inſtitutore Ordinis Clericorum Regularium.* Scripſit præterea ſub nomine Anagrammatico *Livii Noringii*, *Diſſertationem de aula, & auliciſmi fuga.*

Antonius Tabares, Luſitanus, patria Olyſſiponenſis, Carmelitanus, eruditum Tractatum ſcripſit *de Virtutibus SS. Ignatii à Loyola, & Franciſci Xaverii*, ejus ſodalis. Florebat anno 1622.

Philippus Moncæus, Gallus, patria Pariſius, ſacræ Theologiæ Doctor eximius. Fuit enim illi profunda vis ingenii, acris judicii vigor & conſummata in rebus Theologicis peritia. Moliebatur univerſam Theologiam ſuis ſcriptis complecti, ſed mors interceſſit, quæ anno 1619. illum Pariſiis ſuſtulit. Editum eſt poſthumum ejus opus, quod continet *Diſputationes Theologicas in aliquot ſelectas D. Thomæ quæſtiones.* Pariſ. apud *Cramoiſy* 1622. in 4.

JOANNES PUTEANUS, inexhauſtus ſcientiarum puteus, natione Vaſco, quem lactarunt Gratiæ, Muſæ educarunt, Tholoſæ *D. Auguſtino* nomen dedit. In oppido quod à *S. Geneſio* nomen habet, ad ripam Oldi fluminis, publico è pulpito Rhetoricam profiteri juſſus, non vulgare eloquentiæ ſpecimen dedit. Inde miſſus Burdigalam, Philoſophicis ſtudiis totum ſe immerſit, emerſitque tam præclarus, ut per ora doctorum longe lateque volitaret. Lutetiæ Pariſiorum in Theologicis audivit *Joannem Bapt. à Glano*, ſupra cap. 142. laudatum. Inde factus eſt Tholoſæ Regius Theologiæ Profeſſor, anno 1593. Socios habuit *Leonardum Cocquæum*, & *Stephanum Rabachium* ſcriptis notiſſimos. Obiit 1623. Scripſit *Commentaria in Summam D. Thomæ.*

PETRUS ALAGONA, Siculus, patria Syracuſanus, Soc. J. Romanæ Pœnitentiariæ Rector, Epiſcoporum examini, atque Ordinandorum diu Romæ præfuit, ubi & grandævus obiit anno 1624. In compendium redegit evulgavitque *Manuale D. Martini Azpicueta Navarri. De quæſtionibus morum & conſcientiæ*, cui addidit *Compendium ejuſdem Navarri de Uſuris. Summam Theologicam S. Thomæ Aquinatis. Compendium totius Juris Canonici.*

JOANNES ALOYSIUS, Rivius, patritius & Jureconſultus Neapolitanus, *Praxim rerum quotidianarum Eccleſiaſtici fori*, item *Collectanea Deciſionum, ac Reſolutionum rerum variarum* aliquot volominibus in fol. Venetiis 1623. & annis ſubſequentibus publicavit.

JOANNES BAP. COCCINUS, Venetus, Rotæ Romanæ Decanus, *Deciſiones* Lugduni, & Venetiis 1624. in fol. publicavit. Scripſit item *de electione Romani Pontificis, de pœnitentiaria majore*, & alia.

CXCI. DOMINICUS Tuſchus, humili quidem, ſed honeſto genere natus in Caſtellanaro municipio apud Regium Lepidi, virtute, doctrina, induſtria, animique conſtantia ad ſummos in Eccleſia honores pervenit. Primum miles & unius cohortis Tribunus, exinde Ticinum profectus, ibidem Juris utriusque laurea demum donatus fuit. Poſt varia munia laudabiliter geſta *Clemens VIII.* magnus ingeniorum æſtimator, virum ad ſumma natum, inter Patres purpuratos anno 1599. retulit. In comitiis certe, quibus *Paulus V.* ad pontificatum eſt evectus, magna Senatus pars illum ſummo iſto in terris honore dignum judicarat. Eſtque vel eo nomine in primis laudandus, quod mutatam Patrum de ſe ſententiam parui pendens, infracto ſemper animo ſibi conſtitit. Humiles & obſcuros homines ad ſe venientes, humaniter excipiebat, eisque ſuadebat, ut Juris civilis ſtudio naviter ſe traderent; nam fore ut emergerent exemplo ſui. Poſteris reliquit *Concluſionum practicarum Juris in foro omni frequentiarum* tomos octo, Romæ, Antverpiæ, & alibi editos. Deceſſit Romæ anno ætatis octogeſimo ſexto, ſalutis *Chriſti* milleſimo ſexcenteſimo viceſimo, conditus ad *S. Petrum* in Monte aureo.

LEONARDUS Leſſius, de Societate *Jeſu*, Theologus ætate noſtræ celeberrimus, natus anno 1554. in pago Brechtano quatuor milliaribus Antverpia diſſito. Philoſophiam Duaci toto ſeptennio, quindecim vero annis Theologiam Lovanii, ſumma cum laude profeſſus. Audiit olim ipſe in Philoſophicis inter cæteros Lovanii virum inſignem *Bartholomæum Petrum Lintrenſem*, Theologiæ dein Doctorem Duacenſem; in Theologicis vero Romæ *Franciſcum Suarez*, ejusdem Societatis, ſcriptis orbi clariſſimum; tantis non impar magiſtris diſcipulus. Fuit ei expeditum in ſcientias omnes ingenium, incredibile in rebus, animi præſertim, diſcernendis judicium, de quo præclara Principum virorum, qui eum, dum viveret, frequentes undique conſuluere, orbisque univerſi exſtant teſtimonia. In Jure utroque, Mathematicis, Medica, Hiſtorica, ac Græcanicæ in primis linguæ peritia, nullo uſus magiſtro, præ multis excelluit. Qua in ſcientiarum omnium encyclopædia ſingularis prorſus tanti viri pietas modeſtiaque enituit. Ab ejus calamo prodiere libri IV. *De Juſtitia & Jure, ceteriſque virtutibus Cardinalibus. Diſſertatio de Montibus pietatis. De perfectionibus, Moribuſque Divinis. De vera ratione valetudinis conſervandæ. De quinquaginta Nominibus Dei*, & opuſcula plura, quæ multorum in manibus ſunt. Obiit Lovanii anno 1623. prope ſeptuagenarius.

ANDREAS CAPELLA, Hiſpanus, Valentinus, ex ipſa civitate *Valentia* Regni metropoli in divinis Scripturis eruditiſſimus, Theologus ſublimis, Prædicator egregius, ac trium linguarum, Hebraicæ, Græcæ atque Latinæ bene peritus: qui ex familia Clericorum Religioſæ Societatis *Jeſu* venit ad ſacrum Ordinem Cartuſianum, in Vigilia *S. Antonii* Abbatis anno 1569. ſuſcipiens habitum in monaſterio *Scalæ-Dei* Provinciæ Cataloniæ, ubi mirum in modum virtute, doctrina, ac ſanctitate floruit; erat namque orationi, & conſuetudini maxime deditus, ſolitudinis, ſilentii, abſtinentiæque ſingularis amator, ac præcipuus zelator Ordinis, & excellenter exemplaris. Itaque tantis devotæ contemplationis radiis ſplendens primo electus fuit Prior *Portæ-Cæli*, poſtmodum domus de *Paularis* in Provincia Caſtellæ, deinde *Neapolis*, impoſterum *Mediolani*, & Viſitator Provinciæ *Lombardiæ*; noviſſime autem anno 1584. præfuit domui *Scalæ-Dei* ſuæ profeſſionis usque ad annum 1587. unde cum inſtante Rege Catholico Hiſpaniarum *Philippo I.* (qui *Andream* in magna exiſtimatione habebat) ei commiſſa fuiſſet viſitatio ac reformatio quarundam Abbatiarum Ordinis *S. Benedicti* Clauſtralium, & Cœnobiorum Canonicorum Regularium *S. Auguſtini* in Cataloniæ principatu, abſoluta cum felicitate provincia, idem Rex nominavit eum Epiſcopum Urgellenſem, quam Eccleſiam ſtrenue ac prudenter rexit, non ut dominas in Cleris,

ſed

ſed gregi ſibi concredito factus clariſſima forma Paſtoris. Erexit ſiquidem quoddam Collegium Patribus Societatis *Jeſu* circa Montes Pyrenæos, in quo multa millia aureorum conſumpſit, rem ſane ovibus ſuis fructuoſam ac utiliſſimam, & tanto magis fructuoſam quanto paſtu indigent frequentiore, atque fidei Catholicæ inſtructionibus ii, qui in locis deſertis ac hæreticis vicinioribus commorantur, bonaque ingentia in pauperes ſui Epiſcopatus erogavit. Scripſit docte *ſuper Jeremiam Prophetam.* Vide *Bibliothecam Cart.* tol. 9. Item compoſuit cum eſſet Epiſcopus duo volumina *Sermonum pro Parochis*, idiomate Catalono, quæ typis mandavit, ac tandem bonis cumulatus operibus, jam octogenarius, cum magnos & varios ex chiraga & podagra patientiſſime pertuliſſet dolores & infirmitates, non ſine maxima opinione ſanctitatis placidiſſime obdormivit in Domino die 22. Sept. anno 1610. expletis in Epiſcopatu 23. annis.

Petrus Grimaldus, Romanus, Carmelita, typis vulgavit volumen I. *Orationum de Adventu, coram PAULO V. habitarum*, quod in pretio eſt. Florebat anno 1612.

CXCII. Joannes Marquez, natione Hiſpanus, Ordinis Erem. S. Auguſtini, Doctor Theologus, & in univerſitate Salmanticenſi Profeſſor primarius, *Philippo III.* Hiſpaniarum Regi à ſacris Concionibus; admirabilis plane doctrinæ cum ſumma eloquentia conjunctæ rarum ac ſingulare ſui ævi exemplum. Ex variis ejus ſcriptis prodierunt: *Princeps ſive Gubernator Chriſtianus, formatus ex vita Moyſis & Joſue.* Quem Gallico ſermone donatum edidit *D. De Virion Conſiliarius Ducis Lotharingiæ, Nancei* anno 1621. Item: *Concionet Super Pſalmum* 136. & 125. ſive *de duplici ſtatu Hieruſalem.* Item: *Defenſorium ſui Ordinis.* ſive *de Origine Ord. Erem. S. Auguſtini.* Quem librum impugnatum à *Gabriele Pennoto* Canonico Regulari, defendit contra eundem *Franciſcus Bivarius* Ord. Ciſtercienſis, prolixo commentario ad *Fl. Dextri Chronicum:* & contra aliorum quorundam impetitiones egregie propugnat R. P. *Thomas Herrera*, Auguſtinianus Matricenſis in *Reſponſione Pacifica* edita Coloniæ 1635. Auctor *Anaſtaſis* refert eum edidiſſe *Commentaria in Librum Joſue*, item *in Corn. Tacitum.* Obiit vir præclariſſimus ac toti Hiſpaniæ gratus 27. Febr. anno 1621.

Valerius Reginaldus, Burgundus, patria Uſienſis, qui pagus eſt diœceſis Biſuntinæ S. J. Theologus, ſcripſit *Praxim fori pœnitentialis*, 1616. & librum *de Prudentia Confeſſorii* 1610. Lugduni editum. *Compendiariam praxim difficiliorum Caſuum Conſcientiæ.* Pariſiis audiverat *Joannem Maldonatum* & *Joannem Marianam*, præſtantiſſimos ejus ætatis Theologos, eximio fructu. Pie in Domino conquievit Dolæ anno 1623. æt. 80. Religionis 50.

Petrus Jussanus Mediolanenſis, Doctor Theologus, Presbyter Congregationis Oblatorum *S. Ambroſii*, ſcripſit ad *Paulum V.* Italice *Hiſtoriam Vitæ, Virtutum, Mortis, & Miraculorum S. Caroli Borromæi*, Archiepiſcopi Mediolanenſis, quod opus in libros IX. ſtili eleganti digeſſit & *Paulo V.* nuncupavit; Gallicum autem fecit *Nicolaus Sulpharnius*, Oratoriæ Congregationis Presbyter, *Mariæque Medicæ* Francorum Reginæ nuncupavit, Pariſiis 1622. Liber eſt ſingularis pietatis & doctrinæ, omnibusque cujuscumque conditionis hominibus apprime utilis.

Joannes Gonzaga, Mantuanus, Clericus regularis, patrem habuit *Ferdinandum* Guaſtallæ Ducem, matrem vero *Victoriam Doriam.* Ab his traditus in diſciplinam Clericis regularibus Neapoli ad SS. Apoſtolos degentibus, eisdem ſe adjunxit, ibidemque primum Philoſophiæ, dein Theologiæ curriculum feliciter confecit. Exſtant aliquot ejus *Orationes Panegyricæ* Neapoli 1627. typis editæ.

Jacobus Meizatus, monachus Silveſtrinus, Theologus, Hebraice, Græce, & Latine eruditus, ſcripſit *Hebraicæ linguæ Phraſeologiam: In Cantica canticorum:* item *Vitam Bomſilii Epiſcopi Fulginatis, ejuſque diſcipuli S. Joannis à Baculo*, Camerini 1613. editam.

Jacobus Salianus, Avenionenſis, Soc. *Jeſu* Theologus & Hiſtoricus, *Annales Eccleſiaſticos veteris teſtamenti ab orbe condito, usque ad Chriſti Domini mortem*, tomis ſex complexus fuit. Exſtantque Pariſiis, Lugduni, & Coloniæ typis editi. His connexi ſunt *Annales Imperii Aſſyriorum, Babyloniorum, Perſarum, Græcorum, atque Romanorum.* Obiit Pariſiis octogenario major 1640.

Julianus Vivianus, Italus, Piſanæ Eccleſiæ Decanus, *Praxim Juris patronatus* 1628. in fol. Romæ publicavit.

CXCIII. Joannes Antonius Bovius, ſive *Bobius*, patria Cremonenſis, ordine Carmelita, fuit amicitia junctus *Aloyſio Card. Capponi*, quem in Philoſophicis atque Theologicis inſtruxit abunde. Duobus editis libris, doctrinam eorum, qui Pontificiam auctoritatem oppugnabant, refutavit. Gravi de Divinæ Gratiæ Auxiliis Dominicanos inter & Soc. *Jeſu* Patres orta lite, cum *Clementis VIII.* voluntas propenſo in Dominicanorum ſententiam animo ferri videretur, *Bobius* magis quam quisquam alius, ejus properantis curſum retinuit, ſtititque rationibus multis, ne pro Dominicanis ſententiam diceret. *De diſciplina regulari* librum, Hiſpanice conſcriptum, in Italicum ſermonem tranſtulit, ſummo animi demiſſionis exemplo, quod cum in acri rerum maximarum meditatione defixus hæreret, ad hanc humilitatem deſcenderit, quo rem gratam faceret iis, qui arctioris vitæ ſtudio flagrarent. *Paulus V.* Molphetani, ſive Malfetenſis Epiſcopatus ei gubernacula dedit. Florebat ſenio pietateque clarus, anno 1618. Auctores ſiluerunt obitus viri diem.

Ægidius à Præsentatione, Lusitanus, Doctor Theologus Ord. Erem. S. *Augustini*, ingenii acumine & ubertate doctrinæ inter primos sui ævi Theologos habitus. In Universitate Conimbricensi anteceſſor Vesperarius, ac primariæ Cathedræ professor emeritus sive jubilatus. Quem *Franciscus Suarez*, S. J. in eadem Universitate Theologiæ professor, sæpe fassus est unicum se habuisse studiorum suorum exercitatorem & ingenii cotem. In lucem edidit Tomos tres *de anima & corporis Beatitudine, Conimbricæ apud Didacum Gomez* anno 1609. eosque dedicavit Illustrissimis *Augustino de Jesu* & *Alexio Menezes*, huic Orientis sive Indiarum, illi Occidentis sive Hispaniarum, ex eodem Ordine assumptis. Item Tomum unum *de Voluntario & Involuntario*, & alterum *de immaculata Conceptione Beatiss. Virginis*, rogatu sive jussu *Philippi III.* Exstat ejusdem *Primas Augustinianus*, sive, *de Prærogativa præcellentia & antiquitate Ordinis Erem. S. Augustini*, editus post ejus mortem Coloniæ apud hæredes *Antonii Boetseri* anno 1627. Obiit ipse anno salutis reparatæ 1626. ætatis 87.

Antonius Vasconcellius, S. J. Theologus Olisiponensis, claro genere in Lusitania natus, in Eborensi Academia, ab *Henrico* Rege excitata, Rectorem gessit. Scripsit *Anacephaleosin*, id est, *summa capita rerum à Regibus Lusitaniæ gestarum cum descriptione ejusdem regni Lusitanici. Epigrammata in singulos Reges adjecit Emanuel Pimenta*, ejusdem Societatis Presbyter. Obiit Eboræ *Vasconcellius* 1622. Exstat Antverpiæ apud *Bellerum* 1621.

Sebastianus Fantonus, Italus, Prænestinus, sive Palestrinus, Cermelita, Latinorum Generalium trigesimus sextus, *sui Ordinis Rituale* libros duobus & *Rubricis* 123. composuit, vulgarique fecit; vir fuit Divini cultus augendi zelo fervidus, & Prænestæ, in suo quem erexat ipse cœnobio, spiritum egit anno 1623.

Albertus Piccolus, Presbyter Oratorii Messanensis in Sicilia, 1623. in 4. publicavit *Dissertationem de antiquo jure Ecclesiæ Siculæ.*

Fronto Ducæus, Burdegalus, Soc. Jesu, ea fuit morum suavitate, ut etiam iis qui minus æquo animo in Societatem erant, carus foret. Antiquitatis notitia maxime fuit illustris. Aliorum fuit, sacram Scripturam doctis Commentariis explanare; aliorum, fidei controversias feliciter tractare; restabat ut quis insudaret in Patribus antiquis, cum Græcis tum Latinis, à fœdis hæreticorum unguibus vindicandis *Nazianzenum, Basilium, Chrysostomum* & alios Græcos Patres Latine reddidit, & *Notis* illustravit, denique edi curavit *Bibliothecam Sanctorum Patrum.* Obiit anno 1623.

Gregorius XV. Papa ante pontificatum dictus *Alexander Ludovisius*, patria Bononiensis, majorem partem bibliothecæ Palatinæ, Heidelberga à *Maximiliano* Bavariæ Duce subacta, Romam anno 1623. transferendam curavit & Vaticanæ adjunxit: obiitque anno millesimo sexcentesimo vicesimo quarto. *Decisiones* ab ipso scriptas, cum esset Auditor Rotæ Romanæ, *Oliverius Beltramus* J. C. Romæ typis edidit Notasque adjunxit.

CXCIV. Ægidius Cannartus, apud Rhetelios natus est 1571. Postquam humaniores litteras alte imbibisset, & Philosophiæ curriculum eximia cum laude peregisset, patre volente serio studia ad Jus contulit. Erat in eo rara animi indoles, judicium acre & præsens, memoria facilis & tenax, ingenium subtile & ardens, prompta eloquendi facultas, disputandi acumen singulare, scribendi mira facilitas. Quibus dotibus Præceptorum amorem, sodalium admirationem, externorum plausum & favorem sibi conciliaverat. Græcæ etiam atque Hebraicæ linguarum cognitionem Scholasticis disciplinis adjunxit. Theologiam inde apud suos professus, ingenium suum prolixe ac liberaliter explicavit. Novum Testamentum (ut *Lanovius* refert) Græce & Latine verbo tenus callebat, ut inverso etiam ordine totum reponeret. *Tertullianum* unice dilexit & memoriæ integrum mandavit, atque perdidicit. Humaniorum litterarum tam præsenti erat memoria, ut Latinos Poëtas ad unguem teneret, *Horatium* maxime, *Juvenalem* atque *Persium*, quorum quamvis periodum vel verbo summonefactus ex tempore ad rogantis arbitrium reddere solebat. Nulla erat ex liberalibus disciplinis, cujus non arcana pervidisset; haud minus rerum quam verborum peritus, contra quam soleant vulgaria ingenia, quibus ex uno tantum decedit, quantum accedit ex altero. De hæreticis verbo, scriptis, opere triumphavit, imperterritus contra totam factionem; audierunt enim eum de Cathedra fulminantem *Castrenses, Rupellani, Neracenses, Salmurianses*, quos fanatica vertigo abduxerat, quosque reduxit. Enim vero calamo nihili minus, quam lingua valuit; exstant ejus *Acta collationis cum Josione* Calvinista; *Conciones: Oratio*, quam vocant, *Decretalis* ad cap. *Firmiter, de Sum. Trin. & fide Cathol.* Oratio funebris in obitum *Francisci Laschiver*, Rhedonensis Episcopi. Ordinis sui promovendi studio nullis laboribus pepercit. Undeviginti Monasteria diversis locis constituit. Germaniæ Provinciam post centum annos recuperavit. Privatas familias, Provincias, Ordinem universum continuo glorioſe administravit. Gratus Principibus, privatis suspiciendus. Obiit *Paulæ* anno 1624. pulchra & pretiosa morte, qualis decet esse Sanctorum, quinquagenario paulo major.

Joannes Pitsius, Anglus, ad posteritatis commodum, suique nominis memoriam, scripsit *de legibus* Theologicum tractatum; item *de Beatitudine, de Peregrinatione* libros VII. *De Academiis & illustribus scriptoribus.* An obierit seu vivat mihi non est compertum. Habere se præ

mani-

manibus profitebatur *de Episcopis, de Apostolicis viris & de Regibus suæ gentis.* De quorum omnium editione nihil certi. Florebat circa annum 1619.

JOANNES MARIANA, Elboræ (quod in Carpetanis est agri Toletani municipium, Talabrica hodie seu Talauera) natus, litteras bonas Compluti puer edoctus, Philosophicisque ac Theologicis in Societate imbutus, Romæ primum, mox Lutetiæ eadem professus, valetudinis tuendæ gratia in patriam revertit, & singulari vir judicio, rerumque gestarum memoria, ad patriæ historiam Latinis illustrandam litteris, quod eo sæculo præstitum à civium suorum nemine dolebat, animum convertit. Scriptitque XXX. *Annalium Hispaniæ* libros diserte admodum, gravi stylo, affectu privato carens; ut *Thucydidis* prudentiam ac *Taciti* acumen unus complexus esse videatur. Docet enim miram rerum in omnibus ætatibus vicissitudinem, mores denique ac judicium informat. Qui *Annales* in Hispania primum visi, nunc demum trans Pyrenæos in Germania evulgati leguntur ab eruditis hominibus, ut & ejusdem *de Rege, ac Regis institutione* doctus ac jucundus *commentarius*, quæque de *de ponderibus, ac mensuris Hebræorum, Græcorum, Romanorum & Iberorum* subtiliter disseruit. Concionator & ipse facundus, corporis forma egregia, fronte lata, gravique aspectu. Scripsit insuper Tractatus VII. cum Historicos, tum nimirum *de adventu B. Jacobi Apostoli* in Hispaniam. *De editione vulgata SS. Bibliorum. De fide & anno mortis Christi. De annis Arabum cum annis nostris comparatis. De spectaculis. De monetæ mutatione. De morte & immortalitate.* Eruit è tenebris, *Notisque* illustravit, ac *Proœmio* ornavit libros tres *Lucæ* Tudensis *Episcopi de altera vita, fideique controversiis adversus Albigensium errores. Bibliothecam Photii in Epitomen redegit*, & Latinas fecit *B. Cyrilli Alexandrini* Episcopi ἑορταστικὰς Homilias, quæ duo tamen lucem non aspicient. Obiit Toleti 1624. nonagenarius.

COSMAS MAGALIANUS Bracarensis, Lusitanus S. J. Theologus, Professor Conimbricensis non virtute minus, quam doctrina clarus. Cum fluctuaret animo deberetne posteritatis judicio suos labores committere, libellum vulgavit, quem per jocum *Staphan* appellavit, quo periculum faceret: ut vidit ex voto succedere, majora emisit. *De Viris illustribus Societatis* scribere meditantem, mors intercepit Conimbricæ anno 1624. æt. 73. Scripsit tomos duos *in Epistolas S. Pauli ad Timotheum & Titum* 1609. quos in 4 Lugduni publicavit: in quibus de Hierarchia ac Principatu Ecclesiastico fuse disserit: *Commentarios in Canticum I. Mosis, in Josue, in Moysis Cantica & Benedictiones Patriarcharum* lib. IV. *Explanationes & Annotationes morales in sacram Judicum Historiam.*

CXCV. LUDOVICUS PONTANUS, natione Hispanus, patria Pincianus, ab ipsis incunabulis factus atque educatus ad pietatem, Societatem Jesu expetivit, annum agens 20. atque admissus est ao. salutis 1575. cum jam & Philosophicis disciplinis esset instructus, & duos annos in sacra Theologia utiliter posuisset. Deinde persecutus est studia litterarum, in quibus longo post se intervallo condiscipulos omnes reliquit propter ardorem animi, ingenium atque acre judicium. Itaque *Aristotelis* cursum, ut vocant, docendo confecit, & sacram Theologiam professus est acute, graviter erudite. Sed cum non minus integritate, ac religione quam ingenio, atque doctrina excelleret, Magistri Novitiorum, atque Rectoris partes, *Ludovico* sæpe mandatæ sunt, easque peregregie obivit: sed tenui vel potius nulla valetudine, qua semper conflictabatur, coactus est interrumpere & gubernandi & docendi cursum, ac animum ad ea scribenda transferre, quæ longo usu, assidua meditatione, perpetua sui mortificatione didicit, & non tam ex aliorum libris hausit, quam in se ipse expertus est. Scripsit materna lingua pias, doctas, perutiles *Mysteriorum fidei Meditationes*: quas duobus tomis complexus est, quos jam ex Ibericis Latinos, *Melchior Treverinus* Societatis ejusdem fecit: Gallice alii. Scripsit præterea insigne volumen, cui titulus: *Dux Spiritualis.* Quatuor item Tomos *de Christiani hominis perfectione, in quolibet ejus vitæ genere Expositionem Moralem & Mysticam in Canticum Canticorum*, quæ continet Exhortationes, sive Sermones de omnibus Christianæ religionis mysteriis atque virtutibus; rursum Hispanice edidit *de recto Sacramentorum usu.* Placidissime expiravit Vallisoleti anno 1624. æt. 70. Sepultus est eo modo quem Societas in Sanctorum virorum tunebris consuevit adhibere.

MICHAEL JOANNES VIM-BODINUS, Hispanus Theologus curiosus, doctus, scripsit *Historiam Ecclesiasticam Valentinorum* in Hispania, *Panegyricum B. Thomæ* Archiepiscopi Valentini: item *Inscriptiones & Elogia* varia 1625. in fol. Madriti edita.

MELCHIOR ROTELIUS *de re beneficiaria* duo volumina in fol. 1629. & 1633. edenda curavit.

CLAUDIUS RANGOLIUS, Crespeiensis Valesuos ord. Minimorum Hebraice, Græce & Latine doctus, incomparabilis eloquentiæ Vir, scripsit *in Reges commentariorum* libros duos. Diffusa in labiis dicendi gratia animos ad virtutem mulcebat trahebatque. Persuasus ipse Sanctorum gestis (quæ illi lectio pene continua) animaverat se ad communem vitæ cursum separandum. Feruenti zelo ad cultum Dei promovendum accensus, vitiorum mentionem exhorrebat. Solitudo & recessus in magna parte voluptatis fuit, in otio tamen nunquam fuit. Dum ad perfectionis metam intenso curlu properat & corpus duriter macerat, mors in maturam virtutis messem falcem injicit, sed heu! in virum fato immaturum. Obiit Fublini in agro Meldensi an. 1625. multa eo intercepto, nobis & immortalitati intercepta sunt opera Chronologica quæ meditabatur.

Jodocus Coccius, Germanus, patria Treuirenſis, Soc. Jeſu litteraturæ politioris & Hiſtoriæ cognitione fuit inſtructus egregie. Obiit Rubeaci in Alſatia an. 1622. Edidit *Dagobertum Regem redivivum*, quem *Notis* illuſtravit.

Nicolaus Corretæus, Gallus Senomanenſis, Ordinis Prædicatorum Theologus, obiit Pariſiis anno 1623. cum nominatus eſſet Epiſcopus Maſſilienſis, ſed nondum capta poſſeſſione. Scripſit multa Latine & Gallice; hæc inter celebrantur *Hiſtoria Romanorum*, tomi duo, Pariſ. in fol.

Jacobus Gretserus, Germanus, Soc. Jeſu, fortiſſimus Athleta, ac vigilantiſſimus veritatis defenſor, magnus Lutheranorum domitor ac malleus, Hæreticorumque omnium terror; poſtquam totas bibliothecas legendo exhauſit, & totas fere ſcribendo replevit, vitæ ſatur, cum 26. annis Ingolſtadii docuiſſet, uno linguam Græcam, tribus Philoſophiam, reliquis Theologiam, & 48. in Societate vixiſſet, pie deceſſit Ingolſtadii 29. Januar. an. 1625. æt. 63. Ad ſtuporem uſque protenditur ſeries ab illo ſcriptorum voluminum, quam videre eſt apud *Alegambe*; adhuc non pauca ejus opera inedita manent. Edidit vero ſeſquicentum fere libros.

CXCVI. Prosper Stellartius, Erem. Auguſtinianus, S. Theol. Doctor, Conventus Tornacenſis in patria Prior, totiusque Provinciæ per Belgium Viſitator, excellebat ingenii nobilitate & facundia. Edidit *Auguſtinomachiam*, ſive *Vindicias tutelares pro S. Auguſt. & Auguſtinianis*, libris II. *de Coronis, & Tonſuris Paganorum, Judæorum, Chriſtianorum. Fundamina & Regulæ omnium Ordinum monaſticorum & militarium. Annales Monaſticos*, ſive *Chronologiam*, libris XVII. totidemque ſæculis diſtinctam. Obiit Cajetæ in Campania, dum in patriam remeare cogitat, an. 1626. æt. 39.

Hieronymus Columbus, Peruſinus Theologus, Bononiæ 1619. edidit *Diſquiſitionem Theologicam in ſacram Chriſti Nativitatem*, in qua diſputat quonam pacto plantæ & ſidera Domino ſamulentur. Scripſit item *de Angelica & Humana Hierarchia* libros VIII. *De Regimine Eccleſiæ Dei* libros II.

Joannes Baptista de Lezana, Hiſpanus, Carmelita, ſuorum Sodalium ſtudijs Romæ ad *S. Mariam Tranſpontinam* diu præfuit & librum ibidem 1622. in 4. edidit. *De reformatione regularium* ſive *diſciplina religioſa ad normam SS. Patrum & Monachorum. De immaculata Virginis Conceptione* Madriti 1626. *De caſibus conſcientiæ*, & alia. Idem occupatur in conſcribenda *Hiſtoria* Ordinis Carmelitani.

Petrus Cottonus, natione Gallus, patria Foreſianus, ex Lugdunenſi diœceſi, rara vir ſcientia, eloquentia, pietate: ea porro morum ſuavitate, ut mirabiles amores excitaret ſui, & omnibus Principibus ſummis, mediis, infimis, juxta charus foret. *Henrico IV.* Galliarum Regi fuit chariſſimus, apud quem Concionatoris munere functus eſt magna hominum admiratione, ac fructu. Ab hæreticis ſæpe eſt appetitus inſidiis, atque ita aliquando in cervice vulneratus, ut parum ab extremo periculo abfuerit. Edidit Gallice eruditum opus, & pium *de Miſſa ſacrificio* adverſus Miniſtrum Gratianopolitanum. Item *Apologias pro Matre Dei & de enormitate peccati. Interiorem devotæ mentis occupationem*, Reginæ juſſu denuo auctius editam. *Epiſtolas Apologeticas de fide Catholica* adverſus *Danielem Chamierium* Delphinatem, Calvinianæ ſectæ apud Allobroges Miniſtrum, in quem & *P. Ignatium Armandus* incurrit. *De modo agendi cum Hæreticis. De locis ſacræ Scripturæ à Calvinianis corruptis*, quod opus *Genevam Plagiariam* nuncupavit. *Concordiam utriusque Religionis:* qui liber Romæ non Patribus modo, ſed & *Paulo V.* Pont. Max. cum placuiſſet, edi juſſus. *Relapſum Genevæ Plagiarie. Inſtitutionem Catholicam* lib. IV. adverſus *Inſtitutiones Calvini*, quæ Latine verſæ prodiit Moguntiæ an. 1618. *Manuale precum. Meditationes de Vita & Paſſione Chriſti. Devotionem Calviniſtarum*, quam Germanice reddidit *Matthias Mayrhovius*. Defenſionem Concilii Tridentini. *Epitomen Controverſiarum*, præter *Apologias* plurimas & *Sermones* ſive *Conciones*. Sanctiſſime vixit expiravitque placide Pariſiis an. 1626. æt. 63. Societatis 43.

Ludovicus Donius Atticheus, Regienſis Epiſcopus, accurato, eleganti ac generoſo ſtylo, proſecutus eſt opus *de Viris illuſtribus Ordinis Minimorum.*

Leonardus Coquæus, Ord. Erem. *S. Auguſtini* Doctor Pariſienſis, natus non procul Aureliis nobili Galliæ urbe, omni doctrinæ genere à puero inſtructus: linguarum Latinæ, Græcæ & Hebraicæ uſque eo peritus; ut iis tanquam vernacula uteretur, atque inter diſputandum non raro textum Hebraicum, Syriacum, Chaldaicum è fideliſſimo memoriæ, qua plurimum valebat, theſauro hic è veſtigio depromeret. In Comitiis ſui Ordinis Generalibus Romæ atque alibi, diſputationibus Theologicis Summi Præſidis titulo (*Magiſtrum circuli* vocant) præfectus, omnibus ingentem ſui admirationem injecit. Tandem anno 1595. Florentiam accitus à Sereniſſ. *Chriſtiana Lotharinga, Ferdinandi* Etruriæ Ducis conjuge, ut ſibi à Sacris Confeſſionibus eſſet; ejus ibidem munificentia pulcherrimam Bibliothecam inſtruxit, quæ hodieque extat Florentiæ apud ſui Ordinis ſocios. Inter Varia ejus ſcripta typis prodierunt luculenti *commentarii in libros S. Auguſtini de civitate Dei.* Pariſiis. Item *commentarii in Eſdram. Quæſtiones de divinæ Gratiæ Auxiliis.* Fidei catholicæ egregium ac fortiſſimum ſe defenſorem exhibuit, ac duobus Tomis *Philippum Mornæum*, ſectæ Calviniſticæ in Gallia anteſignanum, Pontificia Sacra impudenter allatran-

allatrantem, compeſcuit. Nec Sceptri reverentia à veritate propugnanda deterritus, ſtylum ſtrinxit in *Jacobum I.* Magnæ Britanniæ & Hiberniæ Regem, edito *Examine Præfationis monitoriæ*, quam idem Rex præmiſerat *Apologiæ* ſuæ pro juramento fidelitatis. In quo examine refellitur & *Apologia* ipſa regis, & Summi Pontificis Brevia ad catholicos Anglos fortiſſime propugnantur. Obiit Florentiæ anno ſalutis 1615.

Franciscus de Zuniga, Hiſpanus, gente Cantaber, Soc. J. Profeſſor Salmanticenſis, edidit librum *de Trinitate*, qui 1623. Lugduni in 4. poſthumus prodiit. Obiit Valliſoleti anno 1614.

Leonardus Marius, Goëſanus, Zelandus, Doctor Theologus & Profeſſor, vir in Divinis reconditæ ſcientiæ, linguarumque Græcæ & Hebraicæ peritus, edidit *Commentarium in Pentateuchum*; *de S. Petri Romanæ ſedis Primatu*, atque alia complura ad controverſias fidei ſpectantia, idiomate vernaculo, ſed alieno nomine. Florebat an. 1624.

CXCVII. Jacobus Jansonius, Amſtelodamus, Doctor Theologus, Sacræ Scripturæ Interpres in Academia Lovanienſi, atque ad D. Petrum in eadem urbe Decanus: doctrina vitæque ſanctimonia claruit; ſcripſit & in lucem dedit Lovanii anno 1580. *Inſtructionem Catholici Eccleſiaſtæ*; *In ſacrum Miſſæ Canonem*, quo S. R. Eccleſia per orbem univerſum utitur, opus ſæpe recuſum. *Commentarium & Expoſitionem paraphraſticam in Pſalmos Davidicos* 1594. & 1610. *Enarrationes in Prophetam Job*; *in Paſſionem Dominicam*, & Orationes varias. Obiit dierum & famæ plenus 1625.

Ambrosius de Pennalosa, Mondexarenſis, Hiſpanus, S. J. Theologus, *Philippi IV.* Hiſp. Regis, ejusque Sororis *Mariæ* Hungarorum Reginæ Concionator, ſcripſit *de Chriſti & Spiritus ſancti divinitate*, contra Judæos, *Photinum*, *Socinum*, *Engedinum* & alios veteres ac novos Arianos: quod opus Viennenſes in Auſtria 1624. in fol. publicarunt. Exſtat & *Martini Smigletii*, ejuſdem Soc. Theologi, liber *de erroribus novorum Arianorum*.

Joannes Babtista Scortia, origine Genuenſis, ſed in Belgio natus, ſcripſit librum *de Miſſæ ſacrificio*, Lugduni 1616. in 4. editum: Item *commentarium in ſelectas Pontificum Romanorum Conſtitutiones* 1625. evulgatum.

Jacobus Bonfrerius, Dionantenſis, Soc. Jeſu Doctor Theologus Duacenſis, *Pentateuchum Moyſis* erudito *commentario* à ſe illuſtratum, 1629. Antverpiæ, typis Plantinianis, in fol. edidit.

Joannes Paulus Windec, Helvetius, Theologiæ Doctor & Profeſſor in Friburgenſi Academia, apud Brisgois, ſcripſit librum *de Electoribus Imperii*, 1626. Coloniæ editum.

Adamus Tannerus, Germanus, Soc. J. Theologus, vir fuit paucorum verborum, magnarum cogitationum, Latine, Græce, Hebraice, peregregie doctus, Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ peritiſſimus; Sanctorum Patrum, & antiquitatis venerandæ diligens & indefeſſus perveſtigator, *Anatomiam Confeſſionis Auguſtanæ 1614. Theologiam Scholaſticam, ſpeculativam, practicam 1626. Anti-Mylium*, quo demonſtrat numquam *Lutherum* ſenſiſſe, aut vixiſſe ſecundum Apoſtolicam doctrinam, Ingolſtadii, & alia publicavit non pauca, quæ ad fidei *Controverſias* pertinent, magno Catholicorum plauſu, Hæreticorum luctu. Illum fama celebrem *Ferdinandus II.* Cæſar Auguſtus, Pragenſis Academiæ juſſit eſſe Cancellarium. Sed anno vix exacto, valetudine non favente, coactus eſt ad auram familiarem remigrare. Obiit 1632. æt. 60.

Antonius Sanctarellus, Italus, Societatis Jeſu Theologus, *Reſolutiones* varias & *Tractatus* varios Theologicos Romæ 1625. Italice publicavit. Inter hos, *de Jubilæo anni Sancti, aliisque Jubilæis*.

Laurentius Beyerlinck, Antverpiæ natus, literisque excultus, Lovanii Philoſophiam & Theologiam hauſit. Ad Seminarii Epiſcopatus Antverpienſis curam d. *Joanne Miræo* Epiſcopo evocatus, præfuit & fecit bene. Canonicus in patria & librorum Cenſor diſtrictus, dein urbis Archipresbyter, nec non S. R. E. Prothonotarius, tot muniis cum laude obitis, concionibus, ſcriptis ſacris ac profanis, innocentia, atque in Deum pietate apud cives & exteros clarus, obiit anno 1627. Vir fuit ſermone ac ſtilo diſertus, ingenio facili & expedito, comitate morum & affabilitate carus omnibus. Ab eo profecta ſunt foras *Apophthegmata Chriſtianorum*. *Opus Chronographicum ab anno* 1570. *usque* 1612. Quod Chronici *Opmeriani* Auctarium eſt. *Promptuarium morale ſuper Evangelia feſtorum anni totius*. *Tractatus ſynodicus ad Synodum Dordracenam*. *Parentalia in Funere Joannis Mirai Epiſcopi Antverpienſis*. Item *in Funere Matthiæ Hovii Machlin. Archiepiſc. Orationes duæ in Exequiis Philippi III. Hiſp. Regis*, & *Alberti Pii*. *Biblia ſacra variarum Translationum*. *Magnum theatrum Vitæ humanæ*, ad normam *Polyanthea* cujuſdam univerſalis, juxta Alphabeti ſeriem, in tomos VII. diſpoſitum. Idiomate vernaculo dedit *Reſponſa Catholica ad Quæſita obvia prætenſæ Religionis reformatæ*.

CXCVIII. Gaspar Sanctius, S. J. *in libros Paralipomenon & Regum*, 1614. Antverpiæ in fol. & in reliquam fere totam Scripturam luculenter ſcripſit. Patria fuit Centumputeolanus: tradunt eum nullo umquam lethali crimine temeratum, divinis etiam viſis, atque illuſtrationibus recreatum, mortis ſuæ diem diu ante præſciviſſe, quem clauſit Madriti 16 Novemb. anno 1628.

Basilius Pontius Legionensis, Doctor Theologus Ord. Erem. *S. Augustini*, nobilissimi patrui *Aloysii Legionensis* ex eodem Ordine (de quo supra fol. 154.) haud degener nepos, patria Granatensis, Academiæ Salmanticensis haud exiguum suo ævo decus, in qua primam in Theologia Cathedram moderatus est, summa cum omnium laude ac pæne stupore: nec minus in concionando disertus & efficax, quam in disputando acutus. Evulgavit juvenis admodum *Conciones Quadragesimales*. Ætate provectior scripsit doctissimum opus *de Matrimonio*, nihil deterritus ingenti volumine *Thomæ Sanchez*, spicas (ut ipse præfatur perquam modeste) colligens à magno messore relictas. Prodiit primum in Hispania, deinde Bruxellæ typis *Joannis Meerbecii*, anno 1627. Extat ejusdem opusculum hoc titulo: *Academiæ Salmanticensis de tenenda & docenda doctrina, SS. Augustini & Thomæ Aquinatis judicium, statuto juramentoque solemni firmatum, & contra impugnantes propugnatum.* Duaci apud viduam *Marci Wyon*, anno 1634. Editio tertia, post unam Hispanam & alteram Romanam. Plurima habuit prælo parata, plura etiam edita, quæ mihi videre non licuit. Ereptus est orbi, anno ætatis suæ 59. reparatæ salutis 1629.

Judocus Lorichius, Theologus Professor in Academia Friburgensi, senex intravit Ordinem Cartusiensem in in eadem civitate. Edidit *Thesaurum sacræ Theologiæ*; non tamen sub nomine Cartusiani Religiosi, magnum & ingens volumen, in cujus initio contexitur Catalogus aliorum librorum, quos composuit. Obiit circa annum 1613.

Bartholomæus Valperga, monachus Cartusiæ Majoricensis, scripsit *Vitam B. Catharinæ Thomasiæ Regularis Ordinis S. Augustini*, Hispanice anno 1617. Utrum adhuc in vivis sit, nescio.

Joannes de Madriaga, Religiosus Cartusiæ dictæ *Porta-coeli*, prope Valentiam, in usum præcipue & solatium Certusianorum elaboravit *Vitam S. Brunonis* Patriarchæ Ordinis Cartusiensis, cum *Originibus & consuetudinibus* ejusdem S. Ordinis, Impressam Valentiæ, in ædibus *Petri Patricii Mey* anno 1596. Scripsit autem Hispanice; hanc vero Latinam fecit *Gerardus Eligii*, quam M. S. penes se habet *Petrus Wallius* Cartus. Bruxell. Vocat illum *Petreium* fol. 145. *Biblioth.* suæ *Hieronymum Madaliaga*, sed errat. Pie *Madriaga* decessit circa annum 1620.

CXCIX. Antonius Molina, Hispanus, ex Ordine Eremitico S. Augustini, de superiorum suorum licentia, se ad Cartusianos transtulit in Regiam domum *de Miraflores*, quæ prope Burgos in Regno Castellæ sita est. Scripsit idiomate patrio *Institutionem Sacerdotum*, librum plane aureum aureus ipse Sacerdos; in quo tractat de Seraphico Sacerdotum officio, potestate, dignitate ac gloria: item de Sancto Missæ Sacrificio ejusque excellentia; quo præterea cultu, cum interno tum externo peragi conveniat; qua denique ratione Officium divinum attente sit persolvendum. Hunc tractatum post septimam in Hispaniis impressionem latinitate donavit *Nic. Janssenius Boy*, Ordinis Prædicat. Antverp. apud *Arreſſenium* 1644. Legitur etiam modo Gallice & Italice. Scripsit etiam *Exercitia spiritualia* pro Fratribus laicis. Item *de Meditatione & Oratione*, *de quatuor novissimis*, & *de rebus politicis*. Obiit *Molina*, non sine opinione sanctitatis, 21. Sept. anno 1612.

Matthias Hovius, Mechlinien sis, primum ad *S. Petrum* in patria Pastor, sermonis gratia in primis placuit, cum ad populum publice verba faceret. Post Ecclesiæ metropolitanæ Archidiaconus, & sede vacante Vicarius Generalis, demum tertius Mechlinien siam Archiepiscopus designatus & consecratus anno 1596. annos totos 24. feliciter præfuit. Serenissimis Belgarum Principibus *Alberto & Elisabetha* gratus, quibus & à Consiliis status fuit, strenuus, vigilans, constans & integer, cujus auctoritatem ipsi etiam hæretici suspiciebant, timebant & reverebantur; ita ut in duodennalibus cum Hollandis induciis in ejus diœcesi hæreticis undique cincta & pene commixta, non dico nidulari, sed vel hæreses suas profiteri & palam facere non auderent. Mechlinienses pagos, tam ex hæreticorum quam ex bellorum & hostium incursu silvescentes, desertos & pene depositos, adeo ut toto territorio non tam Christiani, quam Indi & Barbari habitare viderentur, ita reformavit & reparavit, ut tunc impletum videretur illud *Isaiæ: Populus qui ambulabat in tenebris, vidit lucem magnam, habitantibus in regione umbræ mortis lux orta est eis* Jam quanta eo Præsule duce & chorago Mechliniæ in choro decor erat psalmodiæ, quis ordo, reverentia rituum, quanta Religionis majestas & ornatus, res ipsa palam loquebatur. Tertiam Synodum Provincialem Mechliniæ celebravit: in cujus auspiciis elegantem & doctam *Orationem* habuit, *de causis Synodi, deque abusibus Cleri & Ecclesiæ tollendis*, editam Antverpiæ anno 1608. typis Plantinianis. Prodierunt iisdem typis *Diœcesana* anno 1609. ab eo celebrata. Obiit anno 1620. laudatus pro funere à *Jacobo Jansonio* Doct. Theologo Mechliniæ, & *Laurentio Beyerlinck* Affligemii.

Joannes Dagonæus, Gallus Ord. Cartusianus, natione Gallus, olim Prior Cartusiæ *Montis Dei*, & *Abbatiæ Villæ*, juris utriusque peritissimus, edidit *Susannam Danielitican*, Parisiis apud *Chappelletum* anno 1612. Vulgavit ascetica varia Gallice, inter quæ maxime celebrantur *Festum Solitudinis*, *Tabulæ spirituales in Antiphonam Salve Regina*, utilis & lectu perquam jucunda, item *Angelorum Poëma*, elegantissimum. Ad meliora transiit circa annum 1623. meritis & gloria plenus.

Ludovicus Richeomus, Gallus, Soc. Jesu, ob eloquentiam ævi sui Gallicanus *Cicero* dictus;

ctus; quam merito, ipsius libri editi testantur. Virtutes, quibus eximie ornatus fuit, una fere humilitas ita obruit, ut vix observari potuerint tenuia quædam earum vestigia. Nulla illi, præterquam de Deo, dulcis cogitatio, nullus sermo gratus. Obiit Burdigalæ anno 1625. annis septem octogenario major, sexagenarius in Societate. Scripsit materna lingua, *de Peregrinationis bono; Defensionem Peregrinationis*, adversus Interpretem Epistolæ *Greg. Nyssæni; De sacris Reliquiis; De ratione migrandi ad melioremvitam; De Miraculis, Sanctis & Imaginibus; Catechismum Regium. Judicium universale.* Scripsit plures *Apologias* pro Societate Jesu adversus calumnias hæreticorum, & alia, quorum pleraque in latinam & alias linguas translata sunt.

Ludovicus Carrio, Brugensis, sed Hispanus origine, Lovanii comparum ac æmulum iisdem in studiis habuit *I. Lipsium*. E Gallica peregrinatione Lovanium redux an. millesimo quingentesimo nonagesimo nono juris Utriusque Doctor renuntiatus, ibidem Institutionum Imperialium, inde Decretorum Professor fuit Regius. Veterum scripta, velut è naufragio tabulas, collegit, recensuit & auxit. Edidit *Historiarum Salustii Fragmenta* cum *Notis*. *Censorinum de Die Natali*, cui incerti Auctoris *Fragmentum* ejusdem fere argumenti conjunxit Magni *Aurelii Cassiodori de Orthographia* libellum. Scripsit insuper *Antiquarum lectionum* libros III. *Emendationum* libros II. Obiit ante diem anno 1595.

Henricus Paludanus, Minorita Leodiensis, ex Hispano Latinum fecit *Paradisum Gloriæ Sanctorum, eorumque Triumphum*, id est, Conciones & exercitia pia in festa totius anni, auctore *Didaco de la Vega*, ejusdem instituti Religioso.

Bartholomæus Senensis, Cartusiæ Florentinæ monachus, vir sane eruditione & morum integritate apprime commendabilis, ut scribit *D. Fulgentius Coccarenius* Prior Cartusiæ Maggianæ prope Senas, edidit in lucem eleganti stilo *Vitam B. Petri Petronii* Senensis. Item *Vitam* B. *Stephani Maconi*, *Senensis*, Cartusiæ Ticinensis olim Cœnobiarchæ sed utrum adhuc vivat nescio.

CC. Augustinus Mascardus *Urbani VIII.* Cubicularius, Philosophus, Orator, & Poëta egregius, *Silvarum* libros quatuor typis Plantinianis publicavit. Scripsit & *Discursus morales in Tabulam Cebetis*, aliaque plurima Latine, & Italice quæ apud *Allatium* reperies.

Archangelus Carraccia de Ripalta Montis Ferrati, Doctor Theologus ordinis Prædicatorum, sacras litteras Boschii, Alexandriæ, Papiæ, & Bononiæ diu docuit. Romam indead procurandum *Pii V.* apotheosim missus, ejusdem res gestas 1629. publicavit.

Petrus Arcudius, Corcyræus Presbyter, Philosophiæ ac Sacræ Theologiæ Doctor, ingenii doctrinæque laude mire floruit. *Scipioni* Card. *Burghesio Pauli V.* sororis filio percarus fuit, libris septem scripsit *de Concordia Ecclesiæ Occidentalis & Orientalis in septem Sacramentorum administratione*. Lutetiæ Parisiorum annis 1619. & 1626. apud *Cramoisii*. Auctor hoc in opere probare conatur has primarias & antiquissimas Ecclesias in re Sacramentaria concordes esse. Quod si alicubi nonnulli abusus, vel falsæ interpretationes in Ecclesiam Græcorum, posteriorum Schismaticorum opera irrepserint, eos detegit, & auctoritate Sanctorum Patrum tam Græcorum, quam Latinorum, rejicit. Si quid etiam est, quod, cum antiquitatem redoleat, difficultatem tamen aliquam patitur, excusat auctor, ac in bonam portem accipit & interpretatur, hoc ipso quod vetustum sit, & propterea tolerandum. Opus autem universe plurimum valet ad redarguendos hæreticos nostri temporis, qui septem Ecclesiæ Sacramenta, nupera esse à Romana Ecclesia excogitata, impudenter affirmant, quod falsissimum est; quando & Ecclesia Orientalis, nimirum perantiqua, & ea summa studio amplectitur, & suis religiose administrat. Valet etiam ad instruendos Præsules Catholicos, in quorum Diœcesibus *Græci*, vel *Albanenses* vel *Rutheni* ritu Græco viventes degunt; ut sciant quomodo cum Presbyteris Græcorum se gerere, quidue admittere, quid rejicere, quid tolerare debeant. Postremo idem præstandum erit eum sacri Cleri hominibus Græcis, qui ad Romanam Ecclesiam accedunt, & ei se consociant. Obitum *Arcudii* mox invenies.

Joannes Veccus, Patriarcha item Constantinopolitanus, qui fuit vir acerrimi ingenii, valde pius, atque Catholicus, scripsit libellum *Adversus Responsiones Græcorum de processione Spiritus S. à Filio*, ita ut appellaretur à suis Græcis *Latinophron*, pro cujus defensione Cardinalis etiam *Bessario* conscripsit *Apologiam* contra *Gregorium Palamam*, quem libellum *Arcudius* latinitate donavit; tum etiam quia post Concordiam transactam, non depositio Latino Patriarcha, duos deinceps Patriarchas Græcos creatos Constantinopoli Ecclesia Romana, quippe conjunctos, legitimos habuit. Hi *Gregorius Protosyncellus*, & *Gennadius Scholarius* fuere. Post quos Romani Pontifices contra alios Patriarchas Schismaticos, vel hæreticos nihil ediderunt. Nec eos disjunctos esse ab Ecclesia declararunt. Quin potius eos ad Concilium Tridentinum invitarunt, ut *Arcudius* sibi relatum esse tradit à nonagenario viro, *Gaspare Viviano* integerrimo Antiste Anagnino, rerum Græcarum peritissimo. Cæterum, *Arcudium* à Maximis Pontificibus Missum in Septentrionis oras, perhumaniter excepit *Sigismundus III.* Poloniæ Rex, & eum plurimis atque eximiis beneficiis exornavit, assignatisque prædiis, quæ ad cultum, & victum forent necessaria, abunde suppeditavit. Ubi is auctoritate Regia fultus, Polonia, Lituania, Russia, immo & Moscovia cum Polonorum Legatis lustrata, totos viginti annos in propaganda Religione orthodoxa, qua reducen-

dis ad Apostolicæ sedis obsequium Ruthenis qua retinendis in officio, ac conservandis, magno cum labore consumsit. Et vero non destiterunt unquam, hæretici vexare Græcos atque Ruthenos & *Timotheo* Patriarcha Constantinopolitano à Romano Pontifice non dissentiente, veneni extincto, alium quendam *Cyrillum* Pseudopatriarcham Alexandrinum, Calvinianæ furiæ alumnum, soluta Turcarum Imperatori pecunia, Græcis Constantinopolitanis, quasi alterum Antipapam obtruserunt. Obiit *Arcudius* Romæ, circa anno 1629. statura fuit alta, ore rubicundo.

Henricus Lud. Castanæus, Rupipolæus, Episcopus Pictaviensis, scripsit *Nomenclatura Cardinalium scriptis illustrium.* Item edidit *Distinctionum celebriorum cum Philosophicarum, tum Theologicarum synopses.* Florebat anno 1626.

Scævola Sammartanus, Gallus, apud Pictavos oriundus, obiit anno 1623. Scripsit *Elogia Gallorum* aliquot, qui libris editis claruerunt.

CCI. Nicolaus Crusenius, Mosæ-Trajectensis, Erem. August. S. Theol. Doctor Papiensis, Brux. Antverp. atque alibi Prior, Ordinisque sui per Bohemiam, Austriam, ac Stiriam Visitator generalis, & *Ferdinando II.* Imp. à Consiliis, Historiisque, vir magnæ eloquentiæ atque in negotiis publice privatimque obeundis summe dexter; forma, ore, lingua majestatem quandam præ se ferens edidit *Monasticon Augustinianorum* de Ordinibus sub Reg. *D. Augusti* militantibus &c. Monachii, 1623. fol. Obiit Viennæ, anno CIↃ. IↃC. XXIX. IV. Idus Novembris.

Laurentius Empolus, ordinis Eremitarum S. Augustini Procurator Generalis in Romana curia, 1628. in fol. Romæ edidit *Bullarum ejusdem ordinis:* in quo Constitutiones Apostolicæ à temporibus *Innocentii III.* usque ad *Urbanum VIII.* continentur, una cum *Catalogo Priorum* seu *Præfectarum, Capitulorum & Procuratorum Generalium, Assistentium & Sacristarum Pontificiorum.* Idem *Empolus*, post *Josephum Pamphilum* & alios *Chronica sui ordinis* concinnavit; nondum mihi visa.

Paulus Comitolus, natione Italus, patria Perusinus, impubes adhuc se Societati Jesu addixit, & cum aliis disciplinis omnibus, tum maxime Humanioribus eximie est perpolitus. Itaque Rhetoricam tradidit, sacras litteras est interpretatus, quæstiones de moribus publice & privatim explicavit, *Catenam illustrium Auctorum Græcorum in lib. Job.* è Græco in Latinum sermonem eleganter transtulit, ac denuo Venetiis edidit. Scripsit item *Tractatum Apologeticum pro Monitorio Sedis Apostolicæ ad Venetos.* Item *Consultationem Libelli septem Theologorum Venetorum adversus interdictum Apostolicum. Consilia* seu *Responsa Moralia* septem libris comprehensa, in quibus agit *de Sacramentis, de Voto & Jure-jurando, de Contractibus, de Criminibus & Criminosis, de criminosa Ignorantia, de Metu, Justo, ac de tuta eligendi Opinione, de Censuris & Irregularitate, de Testamentis, de legatis piis deque Usucapione. Centum & triginta privilegia B. Virginis.* Obiit in patria anno 1626. æt. 80. Religionis 60.

Augustinus Antolinez, Ord. Erem. S. Aug. S. T. Doctor, Episcopus Civitatensis, deinde Archiepiscopus Compostellanus, Hispaniam totam eruditionis & virtutum suarum fama implevit. Pauperes amavit impense: ut obvia mendicabula interdum veste, calceis frequenter suis, texerit; de cætero tam effusus ut cum amplissimos Episcopii sui reditus omnes in egenos prodegisset, viderit se tandem ad incitatem reductum, indolueritque, non quod ipse nihil haberet, sed quod ab eo nihil possent pauperes accipere. Invenit tamen modum, ut industrius est omnis amor, quo vacua manus pluere munera non desineret. Non erubuit tantus Præsul adire opulenta negotiatorum ærraria, stipemque ex illis mendicato petere in pauperum alimentum. Hoc erat oves non deglubere, sed pascere: Bonus Pastor animam suam posuit anno 1626. in oppido, quod ab *Hilari visu* nomen habet, æt. 74. Scripsit *Vitam B. Joannis Seguntini, Vitam D. Claræ Montefalconensis*, Salamanticæ impressam 1622. Vitas aliarum Sanctarum Ordinis sui aliaque plura M. S. tradit *Curtius* asservari Coloniæ apud *Petrum Ley*, S. Theologiæ Licentiatum.

Franciscus *de* Mendoza, nobilis Lusitanus, Olisiponensis, Soc. J. Tullius eloquio, carmine Virgilius, Aristoteles sophia, Concionator, Scriptor Doctor, Superior, Religiosus exstitit perfectus. Obiit anno 1626. æt. 54. Edidit *Commentaria in libros Regum* tribus tomis in fol. *Sermones per Adventum, Quadragesimam, & Dominicas per annum habitas.*

Theodorus Smising, origine Westfalus, incolatu diuturno Belga, Minorita professione, subtilissimi vir judicii & ingenii, Scotistarumque neotoricorum clarissimus, scripsit *Disputationes de Deo Uno & Trino* tomos II. Antverp. 1627. in fol. ad quam materiam, in specie Theologicam, revocat omnem Philosophiam Scotisticam.

Egbertus Spitholdius, Zutphanius, Canonicus & Plebanus Ecclesiæ Cathedralis Antverp. Librorum Censor, vir cui pietas & morum gratia abundabat, posteris reliquit *Pia precationum & Contemplationum exercitia & meditationes in Passionem & Resurrectionem Christi*, Antverp. typis Plantin. edita. Diem clausit anno 1627. sepultus in sacello Circumcisionis, ubi vivens sibi monumentum delegerat.

CCII.

Digitized by Google

CCII. JUSTUS RICQUIUS, *Jacobi* filius, *Joannis Stadii* Mathematici celeberrimi filia *Catharina* natus eſt Gandavi in arce Othoniana 1587. pridie Non. Majas. A prima ætate litterarum ſtudiis admotus fuit; primaque adoleſcentia ad Duacenſe Athenæum deſtinatus, robuſtioris diſciplinæ ac Philoſophiæ cauſa. Hic, Jurisprudentiæ principiis deguſtatis, laceſſere ingenii vires Muſasque cœpit, & aucupari nominis famam aliquam, editis *Præludiis Poëticis*. Moxque ingenuorum fere Belgarum recepto more, ingenio magis excolendo, in Italiam contendit. In qua, & ſi ætate tenera, nonnullam ſibi virorum eruditorum gratiam conciliavit: & in primis Illuſtriſ. Comitis *Ludovici Saregi* Veronenſis, Peruſiæ & Umbriæ Ex-Præfecti, cui à ſtudiis interioribus & Bibliotheca fuit. In Belgium reverſus, cum Lovanii aliquantiſper ſubſtitiſſet, & ad ſacratiorem vitam ſe totum convertiſſet, non defuerunt novæ ab Italia illecebræ, oblata profeſſoria cathedra Bononienſi, agenti id maxime *Scipione Cardinale Cobellutio*: cui cum morem gerere ob varia impedimenta, quibus domi diſtineretur, integrum non eſſet, Collegio Canonicorum *D. Bavonis* Gandavi adſcriptus eſt, & à Bibliotheca renuntiatus. Vir beneficio illo in primis dignus, poëta elegans & antiquitatis omnis peritus, ſtilo facili, ſive ſolutam orationem tractaret, ſive metri adſtrictam legibus: ingenio comi & feſtivo, moribus ad omnem humanitatem factis, Anno 1624. exeunte, Romam iterum adiit, indeque auſpiciis *Urbani VIII.* Bononiam, quæ tandem ipſi fortunarum & vitæ poſtrema ſedes fuit: nam anno 1627. præmature deceſſit. Ut antiquitatis in primis peritus erat, ſtylo eleganti multa metro proſaque feſtive conſcripſit, inter hæc *de Capitolio Romano veteri* Commentarium. *Panegyrim Paulo V.* Pont. Max. *Syntagma de anno ſæculari Jubilæo, & Annis ſolemnibus diverſarum nationum: Parcæ ſive Epitaphiorum libros tres.*

THOMAS GRATIANUS LEODICENSIS, ordinis Eremitarum Auguſtinianorum per Belgium præfectus Provincialis, vir pietate, doctrina, ac prudentia clarus, magno Eccleſiæ, Reipublicæ, ſuique Ordinis bono ſcholas litterarias juventuti per ſuos Sodales erudiendæ anno 1601. Bruxellæ aperuit, & ſuo exemplo alios ad idem alibi præſtandum induxit. Habentque Auguſtiniani litteraria hodie gymnaſia Lovanii, Bruxellæ, Antverpiæ, Diſtemii, Thenis, Herentaliæ apud Brabantos, Gandavi, Brugis, Ipris, Inſulis, Haſebroucæ apud Flandros, Baſſæ in Arteſia, Angiæ in Hannonia, Huy, Haſſeti, & Bullonii in diœceſi Leodicenſi, Bovinii ad Moſam, & alibi. Quod exemplum utinam ad alias etiam provincias tranſeat. Cæterum *Gratianus* 1613. Antverpiæ librum edidit *de Scriptoribus ordinis Eremitarum S. Auguſtini*, quem *Anaſtaſim Auguſtinianam* nuncupavit. In iſto *Catalogo* augendo nunc Lovanii confert operas ſubſidiarias *Joannes Rivius* ejusdem ordinis Theologus, ac Philoſophus. Obiit autem *Gratianus* Antverpiæ anno milleſimo ſexcenteſimo viceſimo ſeptimo, cum ad comitia ea in urbe celebranda Leodico adveniſſet.

CLAUDIUS HEMERÆUS, Quintinopoli in Veromanduis natus, Doctor Theologus Pariſienſis, ſcripſit *Cartuſianum*, ſive *Iter ad ſapientiam Chriſtianam*. 1627. in 8. typis editum Auguſtæ Veromanduorum.

STEPHANUS WEYMS, à Voërde ſive Foro *S. Petri*, in territorio Vera-Moſano, ſub ditione Equitum Ordinis Teutonici, Regius Lovanii fuit Inſtitutionum, poſt Canonum Ordinarius, denique Legum Primarius Anteceſſor, Profeſſorque Jubilarius. *Joan. Wameſii* poſtuma, veluti *Tract. de Appellationibus, & Reſponſa de Jure cum Pontificio tum Civili*, luci aſſeruit. Ipſeque *Prælectiones* ſuas ſive *Analyſin ad Conſtitutiones* 24. *ex antiquo jure deſumptas & per ſacrum Concilium Tridentinum innovatas*, publici juris fecit, typis *Dormalii*, 1628. 4. Moritur plenus dierum Lovanii, poſtquam jus utrumque per annos eſſet interpretatus, anno 1633. æt. 80. in *D. Petri* juxta tumulum *Joan. Vnameſii* affinis ſui depoſitus. Vixit ſine fuco & fallaciis, atque ab omni faſtu alienus; in omni ſorte, in omni ætate alacris & erectus, & ſibi ſemper par idemque.

CCIII. JACOBUS DAVIUS, Cardinalis Perronius, primum, *Claudio de Sainctes* celebri illo Theologo ad meliorem vitam evocato, Ebroicenſis; Archiepiſcopus dein Senonenſis ac Galliarum Primas, magnusque fuit Eleëmoſynarius. Vir ſane præſtantiſſimus, ingenio ac eruditione admirandus, facundia *Neſtor*, atque ut Theologus nemini ſecundus, ſic & Poëta vernacula ac Latino ſermone elegantiſſimus, Hæreticorum terror, *Pleſſiacum Mornæum* durum & impudentem Calviniſtam, in ſolemni totius Galliæ conventu, *Henrico IV.* Rege, cujus ſummus, ut ante dixi, Eleëmoſynarius erat, præſente, confudit, pluriumque mendaciorum, quæ ſcriptis ille ſuis contra Eccleſiam Catholicam effutierat convicit, & amplexandi religionem orthodoxam auctor, ipſi fuit. Utque is (quod alii Principes Romam miſſi non effecerant) Eccleſiæ amicus fieret, apud Pontificem egit. Ejus quoque præcipue opera inter Venetos & *Henricum* Regem res compoſitæ. A veritate alienos *Perronius* non ſalutaribus modo doctrinis, neque benevolentia ſolum & humanitate, quæ ſumma in illo elucebat: ſed premiis etiam, ac honoribus apud Regem, cui ob eximias animi, corporisque dotes gratioſus plurimum erat, commendationibus etiam apud Magnates ac Principes, ad Eccleſiæ gremium non paucos perduxit. Litteris ipſe egregie imbutus, litteratorum erat amantiſſimus, & ingeniorum fautor unicus, Eccleſiaſticæ libertatis contra petulantes quorundam inſultus acerrimus propugnator; prudens ita tamen ac moderatus, ut privilegia Cleri defendendo, de Regia nihil detraheret auctoritate, atque hanc aſſerens, Eccleſiaſtico juri nihil

etiam derogaret: In publicis Galliæ conventibus oravit frequenter, ubi cum ora omnium & aures ab eo penderent, animos cæterorum non magna difficultate in sententiam veritati ac justitiæ semper faventem pertraxit. *Epistolarum* volumen edidit, quas Romæ Legatus ad Regem miserat. Obiit anno 1618.

ANDRÆUS SCHOTTUS Antverpianus adolescens Lovanii Philosophiæ operam dedit in gymnasio Castrensi, & in eodem postea Rhetoricas præceptiones juventuti explicuit. Discipulus tum illi fuit *Petrus Pantinus*, quem postea peregrinationis suæ comitem in Gallia atque Hispania habuit. Ipse *Cornelium Valerium*, & *Theodoricum Langium*, hunc Græcæ, illum Latinæ, in Trilingui Collegio linguarum professores diligenter audivit: atque amicis *Justo Lipsio*, *Ludovico Carrioni*, *Suffrido Petro*, *Guilelmo Cantero*, supra cap. 102. laudato, aliisque familiariter est usus. Anno millesimo quingentesimo sexto direpta, flammisque fœdata per militem Antverpia Duacum se contulit & in familia vixit *Philippi Lanoii*, viri nobilis, ad quem elegans *Lipsii* exstat epistola *de peregrinatione utiliter instituenda* Duaco Lutetiam profectus, ab *Augerio Gisleno Busbequio* Legato Cæsareo in familiam adscitur: Amicos hic habuit eisdem deditos studiis *Claudium Puteanum* Senatorem *Petrum & Franciscum Pithœos* fratres, *Joannem Passeratium*, *Nicolaos Fabrum & Guillonium*, *Papyrium Massonum*, Biennio elapso in Hispaniam à Parente negotiorum causa missus, *Eliam Vinetum* Burdigalæ de via salutavit. Hæsit primum Madriti in aula, post Compluti menses octo substitit. Inde anno millesimo quingentesimo octogesimo Toletum se contulit, itineris comitem nactus *Guilelmum Lindanum* Ruræmundensem in Geldria Episcopum, tunc in Hispania exsulantem. Hic *Alvaro Gometio* innotuit, publico Græcarum Professori: quo vita functo *Schottus* Salmantica evocatus, superatis competitoribus, Cretensi uno, & duobus Hispanis, cathedram obtinuit, atque à *Gaspare Quiroga* Card. & Archiepiscopo Toletano mox in familiam vocatus, triennium eidem adhæsit, & simul Græcas in Academia litteras tradidit. Erat tunc *Garsiæ Lopesæ* à studiis ac bibliotheca *Pantinus*, qui *Schotto* ad nascentem Academiam Cæsaraugustanam, ut in ea Rhetoricam & simul Græcam traderet linguam, evocato, in Toletana cathedra successit. Magna tum pietatis ac doctrinæ fama per Hispaniam florebat *Ant. Augustinus* Tarraconensis Antistes: à quo benigne invitatus *Schottus* annos duos cum ipso communia habuit studia, & de studiis colloquia. Ex ejusdem palatio in Soc. *Jesu*, voti pro salute patriæ suæ reus commigravit, anno salutis millesimo quingentesimo octogesimo sexto, die festo Paschæ & sacræ militiæ tirocinia Cæsaraugustæ posuit. Ex Hispania deinde jussu superiorum in Italiam transiit, & ab iis oratoriæ Artis in urbe Roma explicandæ provinciam accipit, *Francisco Bencio* ad meliorem vitam translato. Triennio non sine fructu exacto, in patriam postliminio rediit, atque in ea consenuit, civibus suis exterisque omnibus, qui illum quotidie visebant, longe gratissimus. Obiitque ibidem anno Christi millesimo sexcentesimo nono supra vigesimum, ætatis septuagesimo, qui climactericus ipsi erat. Numquam fessus scribendo fuit, aut satur legendo. Immensa sunt quæ recensuit, illustravit & auxit, de quibus *Catalogistas* consulere poteris. Ut de *Sexto Aurelio Victore*, *Pomponio Mela*, *Seneca Rethore*, aliisque profanis auctoribus ab eo illustratis nihil dicam, *Photii Bibliothecam* primus Græce & Latine edidit, maximo Reip. litterariæ bono. *Isidori Peluſiotæ Epistolas sexcentas* antea non visas, ex Vaticana Bibliotheca eruit & Latine reddidit. Præpositorum duorum Generalium Soc. *Jesu Jacobi Laynis & Francisci Borgiæ*, itemque *Alphonsi Salmeronis* res gestas ex Hispanico in Latinum transtulit. Veteris beneficii memor *Antonio Augustino Laudationem funebrem* scripsit. *Citationes Patrum* addidit *Operibus Ludovici Granatensis*. *De Sacris & Catholicis sacræ Scripturæ Interpretibus*, ordine Bibliorum tractatum emisit Coloniæ anno 1618. Item *Observationum humanarum* Libros V. qui prodierunt Antverp. an. 1615. apud *Bellerum*. *S. Basilii Magni opera* recensuit, epistolis & notis auxit. *S. Cyrilli Commentaria in Pentateuchum Moysis* Græcolatina παραλλήλως edidit. *De bono silentii Religiosorum & secularium libros* 2. qui & idiomate patrio postea sunt editi. *Philotei Anglidemundi contemptu* primum edidit. Collegit *Bibliothecam Hispaniæ*, quæ tomis tribus Francof. excusis continet illustres Hispaniæ Scriptores varios. Alia plurima è MSS. emendavit, in lucem eruit, è Græco transtulit, *Scholiis* & *Notis* illustravit. *Fasti Siculi* bis sunt emendati à *Schotto*. Optima editio est posterior, Antverpiæ 1619. cum *Goltzio*.

STEPHANUS GUYONIUS, natione Burgundus, patria Dolanus, Soc. J. cum eloquentiam professus fuisset tum Anicii, tum Avenione, scripsit *Orationes* duas perelegantes de antiquitate urbis Aniciensis, Alteram vero, *de prisca dignitate* ejusdem civitatis. *Compendium* item *Summæ* seu *Manualis Doctoris Navarri* in ordinem Alphabeti redegit, sententiasque omnes succinctè complexus est, quod sumptibus *Horatii Cardonis* exiit in lucem anno 1609.

STEPHANUS *de* AVILA, natione Hispanus, patria Abulensis, in ea Hispaniæ provincia, quæ vulgo *Castella Vetus* dicitur. Societatem Jesu, ætate adhuc tenera, ingressus est; de quo in principio libri illius *de Censuris* hæc habentur ad verbum: *Post absolutum spiritualis tirocinii tempus. Theologicis litteris applicuit animum, tam felici ingenio, ut nihil supra; vix discipulum esse desiit, cum aliorum Magister & Doctor renuntiatus est: miraculo fuit adolescentis sapientia summa, eruditio singularis;* Hæc præpositos movit ut eum ad Peruani regni incolas olim transmitterent. Excepit America tantum virum, ut par erat; cumque tacente ipso, quantus esset prædicaret fama, Theologiam in Academia Limensi profiteri publice jussus est. Credi vix potest, quam plausibus omnibus ejus do-

docendi ratio: admirationi erat acumen ingenii, in indagandis rebus solertia, in tradendis exquisitissima methodus, in evolvendis *Auctoribus* indefessum studium, præsertim in re morali. Hæc si *Stephanum* commendarunt omnibus, ut *Doctor Doctorum* vulgo diceretur, illum totius regni proceres, tribunalia summa, ut absolutissimum Theologum, & utriusque juris peritissimum consulebant. Omnes hominum status, civitates omnes, & Provinciæ, quod *Avila* dixisset, verum, certum, securum; quod reticuisset, suspectum, incertum, periculosdm judicabant. Respondebat doctrinæ egregia probitas morum, Vir fuit incredibili sui despicientia, honoris perpetuus contemptor, abjectionis cupidissimus; quique cum in omnium ore esset, solus ipse seipsum ignorabat. Obiit post illustratas fere omnes quatuor summæ Theologiæ Angelici Doctoris partes, cujus acerrimus semper defensor fuit daturusque forsan fuisset in lucem quamplurima, nisi immatura mors calamum abripuisset. Quod ex omnibus lucubrationibus, quæ certe multæ sunt, absolutum magis nobis reliquit, opus *de censuris ecclesiasticis* est, postumus filius patri.

CCIV. GVILIELMUS ESTIUS, Gorcomii natus in Batavis, puer Ultrajecti literis politioribus sub *Georgio Macropedio*, studiis autem Philosophicis & Theologicis Lovanii eruditus est, quæ etiam toto decennio docuit ibidem. S. Theologiæ Doctor creatus Duacum accersitur, Regioque ibidem seminario præficitur, & ad *D. Petrum* Præpositus, Universitatisque Cancellarius salutatur. Vir fuit effusa beneficentia in egenos, pietatis, doctrinæ, & modestiæ Christianæ speculum. Obiit anno 1613. non sine Sanctitatis opinione, ætatis 72. Lovanii cum adhuc existeret, se contulit in *D. Augustini* opera castiganda seu recensenda è MSS. Scripsit *Martyrium Edmundi Campiani*, Soc. Jesu. *Historiam Martyrum Gorcomiensium*, qui pro majori parte Fratres Minoritæ fuerunt, & eorum Guardianus *Nicolaus Picus*, *Estii* avunculus erat. *Martyrium* item *Guilielmi Goudani* atque *Cornelii Musii*. *Commentarium absolutissimum in omnes B. Pauli Epistolas*, qui cura *Bartholomæi Petri* denuo prodiit cum ejusdem *Auctario* posthumo *in Epistolas D. Joannis Canonicas*, Duaci apud *Bellerum*, & Coloniæ. Utilissime leguntur *Estii Annotationes in præcipua ac difficiliora S. Scripturæ loca*, quas auctiores emisit *Gaspar Nemius*, Episcopus Antverpiensis infra laudandus. Elegiam lusit elegantem *de libera Religione*, quæ legitur apud *Molanum* l. 1. c. 22. *De Fide hæreticis servanda*.

TARQVINIUS GALLUTIUS Sabinus, Soc. *Jesu* Presbyter, diu in Romana luce Rhetoricam exquisite docuit, & magni Oratoris partes in nobilissima Purpuratorum procerum corona non semel explevit. Exstant diversa ejus *Orationum* & *Carminum* volumina Romæ 1617.

THEODORUS FORESTUS, Bergomas, Capucinus, *Antonii Card. Barberini*, Theologus, ingens volumen *de cognitione SS. Trinitatis* 1632. in fol. Romæ publicavit. *Universam* insuper *S. Bonaventuræ doctrinam* commentariis illustravit.

FRANCISCUS BOUTONUS Sequanus Soc. Jesu Theologus, *Theologiam spiritualem* in sex partes distributam conscripsit, itemque *Lexicon Hebraicum*, quo quam legitime vulgatus interpres Hebræum textum expresserit, & quam Rabini & Hebraizantes aberrarint, accurate demonstrat. Utrumque opus Typographorum diligentiam jampridem interpellat. Constantinopolim curandæ rei Christianæ caussa missus multa ibi passus fuit. Post naufragium in Galliam redux, cum teterrima lues civitatem Lugdunensem depopularetur, spirituali saluti ægrorum operam dedit, & lue demum tactus inter pias ad *Christum* voces spiritum eidem reddidit, anno 1628. *Lexicon Syriacum*, quod parabat, mors intercepit.

CHRISTOPHORUS AVENDANIUS, Hispanus, patria Pintianus, Ord. Carmel. quem *Chrysologum Hispanum* vocabant, ob mirum acumen ingenii, conceptuum affluentiam, dicendi dexteritatem & eruditionis exuperantiam, tum scriptis, tum concionibus ostentatam, inter Regios fuit eloquii cœlestis Declamatores. Prælis vulgavit, *Sermones de Adventu & Sanctis temporis illius*; *Litaniam Æterni Patris luminum*, ex locis divinæ paginæ compegit & ea, qua flagrabat erga Deum Patrem affectione, Apostolicum sollicitans *Indultum*, ut cum Indulgentiis datis orbe toto, singulari festo die celebraretur Æterni Dei Patris festivitas, ante obtentionem abiit ad supera munera fructuosus operarius, Madriti, anno 1629.

OCTAVIANUS de Tuto, Italus, patria Neapolitanus, nobili loco natus, Soc. Jesu dum Marchionem *S. Crucis*, Trierarcham classis Hispanicæ per maria terrasque sequitur à Confessionibus, incurrit mortem Genuæ anno 1629. ætatis 51. Edidit *Commentaria in Ecclesiasticum*.

SIGISMUNDUS SCACCHIA, Jureconsultus Romanus, scripsit *de Judiciis*, *de sententia*, & *Re judicata*, *de Appellationibus*, *de Commerciis & cambiis*, Venetiis, Romæ, & Francofurti edita. Vivebat 1620.

THEODOSIUS RUBEUS, Privernas, Theologiæ & J. U. Doctor, *Singularia ex Rota Romana decisionibus selecta*. Romæ 1624. in fol. publicavit. Alia ejusdem opera *Allatius* in suo *Indice Apum Romanarum* enumerat

TERENTIUS ALCIATUS, patria Romanus, Soc. Jesu Theologus clarissimus, erudite & culte scripsit veram *Concilii Tridentini Historiam* Romæ editam *Vitam B. Petri Fabri*, primi Sociorum *S. Ignatii*.

Hieronymus Guevara, Hiſpalenſis, Soc. J. Theologus *Commentaria in Matthæum* 1626. Madriti tomis III. edidit.

Didacus Daza, Colmenarenſis, Hiſpanus, S. J. Theologus moriens reliquit *Commentationem in duo priora capita S. Jacobi Apoſtoli*; 1626. Compluti editam, poſt ejus obitum. Obiit autem anno 1623. ætatis 44.

Joannes Morinus Blesensis, Presbyter Oratorii *Jeſu Chriſti*, *Exercitationum Eccleſiaſticarum* libros duos Pariſiis 1626. publicavit.

CCV. Lælius Bisciola, natione Italus patria Mutinenſis, puer admodum una cum *Joanne Gabriele* germano fatre natu majore Societatem *Jeſu* expetivit, & à *S. Ignatio* Romæ admiſſus eſt. In Societate optimæ indolis ſpecimen dedit & virtutibus diſciplinisque egregie excultus eſt. Itaque & Græcas litteras & Artem dicendi, Quæſtiones de moribus, Scholaſticam, & ſacras Litteras profeſſus eſt; atque frequentibus populum concionibus ad pietatem inflammavit, & propter prudentiam cum lenitate, ac benignitate conjunctam, multis Collegiis præfectus eſt. Obiit Mediolani, dum Comenſe Collegium moderaretur, anno 1629. Scripſit *Horarum ſubſecivarum*. Hoc eſt *Rerum in omni Philologia genere excellentium* duo volumina, quorum prius librorum viginti Ingolſtadii anno 1611. exiit; poſterius continet libros XVII. & prodiit Coloniæ anno 1618. *Obſervationum ſacrarum* lib. 12. *Digreſſionum in Evangelia Matthæi, S. Joannis & Epiſtolas ad Romanos, Galatas, Hebræos* lib. 4. Et hæc quidem Latine, Italice vero alia. Perpulcra opera, ſub nomine *Pauli Biſciola* fratris ſui edidit, inter hæc avide leguntur *Dialogus de Bono Peregrinationis*, *Dialogus de Bono Mortis*, *diſcurſus Chriſtiani & Morales*, *liber comparationum & ſimilitudinum* pro Concionatoribus.

Cornelius Lancilottus, Melchin. ord. Erem. S. Aug. Doctor Theol. linguarum præter vernaculam, Gallicæ, Hiſp. Ital. callentiſſimus, variis muneribus in ordine ſuo functus, primus Coloniam Auguſtinianam poſtliminio deduxit Antverpiam, ædem ſacram ſua potiſſimum induſtria, & piorum eleemoſynis condidit. Edidit *Nectar & Antidotum, ex operibus D. Auguſtini collectum, & digeſtum ordine alphabetico, contra ſectatores quoslibet. Lucernam vitæ perfectæ, cum Sacerdotalis tum Monachalis*, juxta regulam *D. Auguſtini*, opus poſthumum. Obiit anno 1622.

Hermannus Hugo, Soc. Jeſu Presbyter patria Bruxellenſis, *Auberto Miræo* cognatus fuit, atque peramicus. *Hugonem Mirai* mater è ſacro fonte ſuſceperat. Eccleſiæ ac Societati utiliſſimum haud dubie futurum, ſi diuturnior vita obtigiſſet. *Ambroſio Spinola* cum eſſet à ſacris Confeſſionibus, *Bredæ obſidionem* ſpectavit, quam & accurate deſcripſit. Vulgavit inſuper tractatus *de prima ſcribendi origine, & univerſa rei litterariæ antiquitate. De vera fide capeſſenda* pro *Leſſio* contra *Meiſnerum* Lutheranum, & *Braudium* Calviniſtam; *Pia Deſideria*, emblematis, elegiis & affectibus Sanctorum illuſtrata; *De militia equeſtri antiqua & nova*, cum figuris æneis, & alia. Obiit Rhenobercæ ſtatim poſt expeditionem Velavienſem in Batavis an. 1629. æt. 41.

Oliverii Bonartii, S. J. Theologi libri 3. *De horis Canonicis* item *Commentariis in Eccleſiaſticum* Duaci 1624. in fol. prodierunt.

Gaspar Hurtadus, Mondejarenſis S. J. Theologus & Profeſſor Complutenſis *de Matrimonio & Cenſuris* 1629. in 8. Lugduni prodiit.

Sergius Risius, Archiepiſcopus Damaſcenus, edidit anno 1610. *Pſalmos* lingua Cyriaca & Arabica, in monte Libano in monaſterio *S. Antonii* & *S. Joannis* Evangeliſtæ. Vertit præterea *Pentateuchum Cyriacum* in linguam Latinam.

Hieronymus Floravantius, Romanus, S. J. Latinæ, Græcæ, Hebraicæ & Orientalium linguarum peritiſſimus, *Clementi VIII.* Pontifici à ſacris Confeſſionibus fuit. Scripſit libros *de S. Trinitate à Franciſco Suarez*, quem Præceptorem habuit, mirifice laudatos, item *Scholia in ſcripturam ſacram, & ſummam brevem Theologiæ moralis*. Obiit Romæ anno 1630.

CCVI. Stephanus Bubalus de Cancellariis, Romanus, Soc. *Jeſu* Theologus *Commentariorum de Angelis* tomos tres conſcripſit: quorum primus Lugduni 1622. in 4. editus fuit. Magni nominis Philoſophus & Theologus Romæ docens, adoleſcentes diſcipulos habuit, qui poſt in purpura fulſerunt. Obiit anno 1636.

Bartholomæus Petrus Lintrenſis, ſic dictus à municipio natali prope Thenas in Brabantia ſito, Doctor Theologus & Profeſſor Regius in Academia Duacena ad *S. Amatum* Canonicus, Eccleſiaſticæ antiquitatis peritiſſimus, edidit Duaci, 1611. *Vincentii Lirinenſis contra hæreſes* libellum aureum, additis *Notis brevibus*, præmiſſaque, *Diſſertatiuncula apologetica de Vincentio*, ejusque ſcriptis. *Guilielmi Eſtii* opera poſthuma luce donavit, ſupplevitque ea quæ is morte præventus imperfecta reliquerat. Edidit & *commentaria in Acta Apoſtolorum*, *Apoſtolicæ ſedis Definitiones veteres de Gratia, cum Annotationibus in Epiſtolam S. Cæleſtini Papæ pro B. Auguſtino*. Pie deceſſit grandævus anno 1630.

Petrus Cunæus Flissingus, Hebraicas, Græcaſque litteras potiſſimum arripuit, & ad interiora Hebraiſmi ſacraria, Rabbinorumque commentarios penetravit, manuductore *Joan. Druſio*. Scripſit *de Republica Hebræorum* libros tres. Vivere deſiit anno 1631.

Franciscus Haræus, Ultrajectinus, peragrata Germania Italiaque, ipſam etiam Moſcoviam, una cum *Ant. Poſſevino* à Pont. Max. miſſo eo legato, penetravit. In patriam redux, primum

mum Canonicus ad *S. Joannem* Silvæ ducis fuit, dein Mamurci in *Sancti Albani*, demum Lovanii in *D. Jacobi*. Præceptorem habuit *Stapletonum*, juxta cujus tumulum in *D. Petri Basilica* depositus est. Scripsit *Vitarum Sanctorum* ex *Laur. Surii* Tomis VII. *Compendium*, phrasi Auctorum servata, exemplo *Bedæ, Usuardi, Adonis* & *Molani, Olympiades & fastos sacros atque profanos; Chronicon universale; Annales Ducum Brabantiæ, ac Tumultuum Belgicorum*, & alia quæ *Valerius* enumerat. Obiit Lovanii 1632.

ÆGIDIUS REGIUS, Bellanus Flander, Soc. *Jesu* Presbyter magni *Lessii* non impar discipulus, Theologiam ut vocant scholasticam, Lovanii annos plures apud suos cum laude docuit, ediditque Antverpiæ secundo *Commentariorum in universam S. Thomæ Aquinatis doctrinam* tomos duos. *Commentarium item* de Sacramentis & Censuris tomos II. & alia literaturæ politioris opera. Obiit Lovanii anno 1633.

HENRICUS LANCILOTTUS, *Cornelii* frater, annoætatis 18. in Ordinem Augustinianum admissus est, missusque inde studiorum causa Lovanium, ubi primus, ex legibus Academiæ tunc præscriptis, post ternas publice absque Præside in disputationibus defensiones, una cum *Corn. Jansenio*, Iprensium post Antistite, S. Theol. Doct. renuntiatus est. Vir fuit oris facundi, vultus elegantis & insigni proceritate spectabilis, fidei orthodoxæ & regularis observantiæ fervidus Zelator, hæreticorum insectator & olor acerrimus. Edita sunt ex ejus scriptis *Pharos Apostolica*, sive *Missionis illegitimæ omnium ministrorum hæreticorum Demonstratio Apostolica. Capistrum Hunnium*, sive *Apologeticus pro dicta Demonstratione. Anatomia Christiani deformati*, quæ est Exegesis Theologica, Catholica, Moralis, Epistolæ *D. Judæ* Apostoli. Hæreticum QUARE, per *Catholicum QUIA, in omni pene materia Religionis clare solutum*, quod opus est modo redditum Anglice, Polonice, Gallice. *Abecedarium Luthero-Calvinisticum. De libertate Religionis è Republ. Christiana proscribendâ. Paræneſis ad Ferdinandum II. Imp. pro Calvinismi è toto Imperio proscriptione. Os blasphemum Calvini, de Christi in Cruce desperatione, pœnarum inferni perpessione*, &c. *obturatum. Lapis Adiutorii*, hoc est, *Psalmi IV. Cum invocarem*, &c. *Exegesis Theologica, Catholica, Moralis*, in modernos Atheistas. *Commentarium* parabat in omnes utriusque Testamenti libros, quo usque ad *Jonam* Prophetam perducto, Antverpiæ vita functus est, anno 1643. moriensque *Joanni Mantelio* ejusdem ordinis Theologo curam commisit illius operis perficiendi & edendi.

MARTINUS BONACINA, Mediolanensis, Theologus & Jureconsultus insignis, multa scripsit ad Theologiam, præsertim moralem, spectantia, Lugduni & alibi non semel edita. Obiit vir pius & bonarum litterarum studiis excultus anno 1631. in itinere cum ex Urbe Viennam Austriæ cogitaret.

CCVII. FORTUNATUS SACCHUS, Italus Anconensis, *Jacobi Offoverii* Equitis filius, Erem. Aug. anno 1594. Romam se contulit, perfecitque ut in Hispaniam sibi proficisci liceret. Studuit septennio Compluti. Tradidit se deinde linguarum cognitioni, è quibus Hebraicam ita novit, ut in ea natus esse videretur. Generalibus Comitiis anno 1618. Romæ habitis, eodem se contulit, ubi pro nominis ejus fama, summis est doctorum virorum amplexibus exceptus, atque à *Scipione Cobellutio S. Susannæ* Cardinali in clientelam susceptus. Ab *Urbano VIII.* tactus est Sacrista Apostolicus, cui muneri annis quindecim præfuit. Obiit Fani prope septuagenarius circa anno 1633. Scripsit *Sacrorum Eleochrismatum Hyrotbecium sacro-profanum* & *Biblia* plures in linguas conversa, ac duobus voluminibus comprehensa, edidit Venetiis anno 1609. & *Paulo V.* Pont. Max. dicavit.

LUDOVICUS CRESSOLIUS, Gallus, Armoricus, Soc. Jesu Presbyter, vir varie doctus, Lutetiæ in fol. 1629. edidit *Mistagogum de sacrorum hominum disciplina*; item *De selecta piorum hominum virtutibus; Vacationes autumnales; Theatrum sophistarum; Anthologian sacram. De actione Rhetoris* & alia. Obiit Romæ sub annum 1635.

THOMAS MASSUCCIUS, Recinetensis, Soc. Jesu Presbyter, libros octo *de cælesti conversatione per internam orationem*, & *Exercitia spiritus* 1622. Romæ publicavit. Scripsit insuper *Vitam S. Pauli*. Obiit Romæ, an. 1636.

LUDOVICUS TRIBALDUS, Toletus, Natus festo Resurrectionis Domini Anno 1558. in Oppido quod vulgo *D. Clementis* nominatur in media Laminitania seu Celtiberia Marchia (hodie *Mancha* vocant) In Gymnasio Complutensi Rhetor publicus fuit deinde *Philippi IV.* Regis Historiographus *primarius* rerum Indicarum. Obiit Madriti XIX. Octobr. MDCXXXIV. Scripsit *Ibericam Epopœiam* versu heroico. Ant. apud *Moretum*. Adfecta jam reliquit OMOIIAOA Salomonis seu de illius ad Tarsis vel Ophir, hoc est, Hispaniam socita cum Tyriis velificatione, brevi uti speramus prodibit. *Emblemata* id est *Blemmata* CCL. sic volebat scribi *Tribaldus*, cum Commentariis. *Regni Chilensis in Peruana regione Historiam Tom. II.*

MARTINUS de la VERA, Diœcesis Placentinæ, Prior Cœnobii *Laurentini* in Escoriali per sexennium, & demum Prior *S. Bartholomæi* ad Lupianam & totius Hieronimiani Ordinis Generalis, in omni scientiarum genere versatissimus. Obiit Abulæ ubi tum collegio ejusdem ordinis sui præsidebat XXIII. Junii 1637. Scripsit Hispanice *Institutionem pro Ecclesiasticis* admodum necessariam, ad usum & praxim rituum & cœremoniarum, nec minus utilem sæcularibus, ut sciant qualiter orandus & adorandus sit Deus, & quo cultu prosequendi sint homines in rebus politicis

HIERONYMUS de la CRUX, Regii Cœnobii *S. Hieronymi* Prior hoc ipso tempore. Scripsit *Apologiam pro illis statutis per quæ in Hispania à Dignitatibus, muneribus, beneficiis & honoribus Ecclesiasticis arcentur qui ex Abrahæ semine aut Mahometana colluvie originem trahunt, adversus fr. Augustinum Salucium Dominicanum, qui illa scripto impugnarat.* Madriti 1637. in fol. Dedit etiam *Johannem Illustratum* in fol.

LUDOVICUS GONGORA, Poëtarum Hispanicorum sui temporis facile princeps. Obiit Canonicus Cordubæ in patria 23 May 1627. ætat. 55. Avide leguntur ab Hispanis ejus *Comœdiæ*. In studiis iisdem æmulum habuit *Lupum de Vega Carpio*, insignem poëtam qui Obiit an. 1635.

ATHANASIUS GERMONIUS, Archiepiscopus Tarantasiæ, legatus Ordinarius *Philiberti* Sabaudiæ Ducis in Aula Regis Catholici Vir in Jure Canonico versatissimus, cujus extant ingentia duo volumina *de Jurisdictione Ecclesiastica* in folio, & aliud in 4. Obiit Madriti quarta die Augusti an. 1627. Sepulturæ mandatus in *D. Hieronymi* Cœnobio.

ANTONIUS QUINTANADUENAS, Burgensis Hispanus, Consiliarius Regius in Consilio Italiæ 15. mensis Novembr. anno 1626. subitanea morte Madriti expiravit annum agens 78. Bonis in litteris & in Jure æque doctissimus, & in hoc extant præclara viri monumenta.

ALFONSUS de LEONE, Neapolitanus, Clericus Regularis, *Recollectiones conclusionum de casibus conscientiæ* Arimini 1630. in 4. publicandas curavit.

CCVIII. ANDREAS VICTORELLUS, Presbyter, & Theologus Bassanensis, scripsit *de Angelorum custodia, de extrema Unctione, de Jubilæo, de officio Curati,* Ad *Alfonsi Ciacconii* opus de Pontificibus & Cardinalibus, *Additamenta* sub texuit: item *Leonis XI. Clementis VIII. Pauli V. Gregorii XV. & Urbani VIII. Vitas* adjecit.

NEOPHYTUS RHODINUS, Cyprius, monachus ordinis *S. Basilii*, vernacula Græcorum lingua, scripsit tractatus varios Romæ 1628. & 1630. editos: in quibus *de divinis Sacramentis, de præceptis Decalogi, de officio recitando*, aliisque rebus Ecclesiasticis disserit.

NICOLAUS RICCARDIUS, Ordinis Prædicatorum, Palatii Apostolici Magister, scripsit *Commentarios in omnes sacræ Scripturæ libros*, item *Historiam Concilii Tridentini à calumniis vindicatam*, Romæ 1630. editam.

THOMAS CAMPANELLA, Styli, quod est Calabriæ oppidum, ortus, mature se intra Dominicanorum claustra conclusit, & obiit in Gallia. Scripsit ingens opus *de reformatione scientiarum*, decem in codices divisum, quorum singuli plures in partes distribuuntur; unde, nihil acutissimo ingenio homini tam fuisse propositum apparet, quam relictis veteribus viis, ad omnium scientiarum notitiam, novum atque directum iter aperire. Scripsit & alia permulta, quorum index à *Jacobo Gaffarello* recensetur & de quibus judicium videre poteris *Allatii* in *Catalogo Scriptorum Romanorum*. Vidi hujus Auctoris *Atheismum Triumphatum*, seu *Reductionem ad Religionem per scientiarum veritates*, contra *Antichristianismum Achitophelitticum*, sive contra librum *de tribus Impostoribus*. Romæ an. 1630. Impendit *Campanella* annos 25. Neapoli in Castello de Ovo captivus. Vitam ejus compendiosam habet *Janus Nicius* in sua *Pinacotheca*.

MATTHÆUS RADERUS, natione Germanus, patria Tirolensis, anno salutis 1568. natus est, ac vicennis Deo se in Societate sacravit; in qua, & Humanioribus, & severioribus litteris non minus quam religione excultus est. Deinde permultos juventuti erudiendæ impendit. Excelluit autem cum omni dicendi elegantia, atque ingenuarum artium cognitione, tum Poëtica facultate, scripsit *Commentarios in Martialem* à se emaculatum, denuo auctos curis secundis & tertiis. Idem edidit à se conversam è Græco, & *Notis* illustratam, *Petri Siculi historiam de Manichæis*, *Concilium octavum Œcumenicum*. Item *Viridarium Sanctorum, ex Menæis Græcorum collectum*. *Joannis Climaci libellum de Pastore*. *Syntagma de statu morientium*. Præterea ab eo in lucem emissa prodiit *Aula sancta Theodosii Imperatoris, S. Pulcheriæ sororis, & Eudoxiæ uxoris, Aug. res gestas complexa*, è Græcis, & Latinis Scriptoribus, editis & non editis concinnatam *Crisis de fatali die mundi*, versu. *Viridarii Sanctorum* partes II. & III. *Chronicon Siculum*, seu *Fastos Siculos*. *Bavariam Sanctam* tomis III. *S. Joannis Scholastici, seu, Climaci opera omnia* interpretavit è Græco. Auxit librum V. *Nicolai Trigautii de Christianis apud Japonios Triumphis*, in quo exponit statum Ecclesiæ Japonicæ. *Quatuor Novissima* Versu Jambico, & alia plura quæ refert *Philippus Alegambe*. Florebat annis 1629.

JACOBUS BONFRERIUS, Dionantensis, Eburo, Soc. Jesu Professor Duacensis *Commentarium in Pentateuchon* 1625. typis Plantinianis publicavit, præmissis utilibus *Prolegomenis* quæ ad Scripturas manuducunt intelligentiam. *Josuæ, Judicum & Ruth commentariis* illustravit. Scripsit *Onomasticon locorum sacræ Scripturæ*, Parisiis an. 1631. in fol.

HIERONYMUS à S. MARIA, Hispanus, Congregationis Eremitarum Augustinianorum Excalceatorum, in Curia Romana Procurator Generalis, scripsit librum *de Sandaliis & calceamentis Apostolicis; Indicem sanctorum Hispaniæ*, & *Catalogum Episcoporum universæ Hispaniæ*. Ex his librorum postremus est *Apparatus* ad opus grande, cui titulus *Hispania Christiana*, seu *diœcesum Hispanarum Historia sacro-profana* Vivebat an. 1633.

VINCENTIUS TURTURETUS, Siculus, *Philippi IV.* Hispaniarum Regis Capellanus, scripsit

plit librum singularem, cui titulum fecit, *Sacellum Regium*, hoc est de Capellis & Capellanis Regum. Multa huic operi possunt addi de sacello Burgundico & de Capellanis Ducum Burgundiæ, *Caroli V. Alberti* & sequentium. Florebat an. 1630.

JOANNES STEPHANUS MENOCHIUS, magni illius Jureconsulti *Menochii* filius, natione Gallus, Soc. Jesu Theologus, *Institutiones politicas & Oeconomicas è sacris litteris depromptas* Lugduni 1628. publicavit. Eidem acceptam debemus *Explicationem litteralem universæ Scripturæ sacræ, ex optimis Auctoribus per Epitomen collectam*, tomis II. quam Colonienses 1630. cum aliis ediderunt.

CCIX. DOMINICUS RUZOLA, Hispanus Cantaber, patria Bilbilitanus, quæ est diœcesis Turiasonensis, vixdum quartum decimum oppleverat annum æt. suæ, cum se contulit ad Religionem *B. Mariæ* de Monte Carmelo veteris Observantiæ in Conventu Cæsar Augustano, ubi per annos plus minus decem & octo multa præbendo virtutum exempla, spiritus fervoribus accrescens, arctioris vitæ desiderio, Discalceatorum habitum assumpsit Pastranæ. Inde rumore magno per totam Hispaniam, ob sanctitatem vitæ celebrari cœpit. Martyrii desiderio flagans, Romam appulit, ut obtenta benedictione summi Pontificis, in Barbaros pergeret, Infidelibus Evangelica semina daturus; sui Ordinis Generalis, summo Religionis universæ, populi, Romanorum Principium, immo & Summorum Pontificum *Clementis VIII. Pauli V. Leonis XI. Gregorii XV. Urbani* denique *VIII.* qui una voce *Sanctum* eum appellabant, applausu selectus est. Miranda Deus servi sui meritis patravit: Contractam totis artibus Monialem repente pristinæ sanitati asseruit. Pragico prælio tamquam strenuus miles Catholicam dirigens aciem, eam, insidens equo, corroboravit & verbis, & sacra Crucifixi, *Mariaque* Virginis imagine; victoriam ab innumeris hæreticis, cum Orthodoxi nimium quantum pauciores numerarentur, glorioſissimam reportavit. Tanta illum veneratione *Ferdinandus II.* Imperator prosequebatur, ut tamquam sui spiritus Directorem & Patrem auscultaret. *Albertus* Archidux, cum *Isabella* uxore piissima, Hispaniarum & Galliæ Reges, Principes, Respublicæque Catholicæ certatim virum venerabantur & quæritabant. Feliciter diem clausit 16. Feb. an. 1630. coram adstantibus Imperatore & Imperialis Curiæ Principibus cunctis, corpore mira pulchritudine puro, & veluti vegetiore. Exstant ejus *de mystica Theologia* lib. II. *De tribus viis ad Deum. Directorium bene moriendi.*

JOANNES MIDOTIUS, Gallus, S. Th. Doctor, Juris utriusque Licentiatus, Archidiaconus Major, Canonicus Cathedralis, & Collegiatæ Tullensis Ecclesiæ Præpositus, edidit *Vindiciæ Communitatis Norbertinæ, antiqui rigoris*, quibuscumque Reformationum Religiosarum fautoribus maxime proficuas, per *Gasparem Bernardum* Universitatis Mussipontanæ Typog. juratum anno 1632. in 4. Præmonstratensis ordinis Reformatio inchoata est ab aliquot annis in Monasterio *S. Mariæ ad Nemus*, ab Abbate *Servatio*, Doctore Theologo Parisiensi, cum Religiosorum ejusdem ordinis consensu: Hanc *Franciscus à Longo-prato* præfati ordinis Generalis Abbas, non modo gratam & ratam habuit, verum etiam perpetua à carnibus abstinentia & jejunio hyemali voluit adstringerentur Reformati, vel saltem, ut primorum ejusdem ordinis Patrum vitæ conformiores essent, suasit rigorem augerent, Decreto dato 19. May. 1611. *Petrus Gossetius Francisci* successor, ne prædecessori in affectu erga hujusmodi Reformationem cedere videretur, cuidam Bullæ Pontificiæ super separatione mensæ Conventualis ab Abbatiali monasterii *S. Mariæ Majoris* Mussiponti tunc noviter extructi, suæ auctoritatis censuram, & abstinentiæ, hyemalisque jejunii aucti confirmationem adjecit, an. 1614. Idem hoc ipso anno *Articulos Reformationis*, ut & an. 1616. confirmavit. *Servatius* Abbas ob. 1631. æt. 70.

FRANCISCUS BALEARIUS scripsit contra *Calvini* dogma, *de infantium sanctificatione in utero matrum* in 8. Affinis fuit *Fabiano Quadrantino*, qui abjurato Lutheranorum hæresi doctam *Palinodiam* edidit.

PHILIPPUS GUADAGNOLUS, Clericus regularis Minor, scripsit *Dictionarium & Grammaticam Arabicam*, item *Apologiam pro Christiana religione*, qua respondetur ad objectiones cujusdam Persæ, typis 1631. in 4. editam.

JOANNES LE PAIGE, Gallus, Theologus Parisiensis, Archimandriticæ Præmonstratensis Ecclesiæ Canonicus, & ejusdem ordinis syndicus, duobus libris complexus est *Bibliothecam Præmonstratensium*, an. 1633. in fol. ex qua desumi poterunt illius ordinis Scriptores illustriores qui hic desunt.

PETRUS BLANCHOT, Gallus, Theologus & Orator doctrina, sedulitate pietateque præstans, Ordine minimus fuit. Ab eo sunt *Idea Bibliothecæ universalis*, Parisiis apud *Seb. Cramoisy* 1631. & *Bibliotheca Concionatoria SS. Patrum* ibid.

CCX. PETRUS CASTELLANUS, Flander Gerardimontanus, Doctor Medicus Academiæ Lovaniensis, animi candore & eruditionis reconditæ fama præclarus, edidit *Convivium Saturnale*, Lovanii 1616. typis *Masii de Graecorum Festis Syntagma*, Antverp. apud *Verdussium* 1617. *Vitæ illustrium Medicorum.* Obiit præmature anno 1632.

NICOLAUS RIGALTIUS, Gallus, Jurisconsultus, edidit *Observationes & Notæ ad libros Q. Septimi Florentis Tertulliani*, quas è Societate Sarbonica Doctores Theologi legerunt, probarunt 20. Julii 1633.

JACOBUS SALIANUS, Avenionenſis, Soc. J. Presbyter, integritate vitæ & indefeſſo labore conſpicuus, obiit Pariſiis grandævus anno 1640. Scripſit *Annales Eccleſiaſticos Veteris Teſtamenti*, ab Orbe condito, usque ad *Chriſti* Domini mortem, tomis VI. quibus connexi ſunt *Annales Imperii Aſſyriorum, Babylonierum, Perſarum, Græcorum atque Romanorum.* Illud opus continet non ſolum univerſam voteris ſcripturæ hiſtoriam per annos ſuos digeſtam, ſed etiam enarratam, cum expoſitione quamplurimarum graviſſimarumque difficultatum. In eodem *11. Joſephi* infinita errata ex ſcriptura & certiore hiſtoria corriguntur, *Emendatoris* etiam *temporum* vis ingens errorum, parachroniſmorum & ſupputationum erronearum demonſtratur. Scriptores fere omnes, qui hiſtoriam ſacram profanamue, aut ex profeſſo tractarunt, aut obiter attigerunt, in annos ſuos digeruntur, tradunturque compendio; ut propemodum quæcumque ab iis narrata ſunt, paucis comprehenſa ad ſua tempora revocari poſſint. Stemmata familiarum illuſtrium, ſacræ Prophanæque Hiſtoriæ diſpoſita, ſuiſque auctoribus teſtata proponuntur. Pontifices Hebræi ad mille quingentos annos, ab *Aarone* ſcilicet, ad *Chriſti* Domini paſſionem, per annos ſingulos annotantur; comprehendit demum παραλλα illuſtrium quarumque perſonarum Veteris Teſtamenti cum *Chriſto* Domino, & illuſtrium feminarum cum *B. Virgine.* Edidit horum *Annalium Epitomen* anno 1635. Pariſiis. *Item de Timore Dei, de Amore Dei, Arte placendi Deo.*

JOSEPHUS MARIA SUARESIUS, civis & Præpoſitus Avenionenſis, poſt infula ſacra clarior, vir Græce ac Latine doctiſſimus, atque in hiſtoriis verſatiſſimus, doctis olim in Belgio viris, & in primis *Miræo, Orationes* aliquot Romæ à ſe habitas, ibidem publicavit. Meditatur alia plurima, quæ *Leo Allatius* in ſuis *Apibus Romanis* enumerat.

LAURENTIUS LANTMETRIUS, Tornacenſis, ord. Præmonſtratenſis Theologus, Eccleſiaſticarum antiquitatum in paucis gnarus, edidit *Commentarium brevem ad Regulam S. Auguſtini*, & *de vetere Clerico, Monacho ac Clerico Monacho*, quorum habitum veterem, victum & diſciplinam, honorem & exemptionem libris tribus deſcribit.

JONNES BAPT. FERRARIUS, Soc. Jeſu Presbyter, præter *Orationes* varias Romæ à ſe habitas, ibidem edidit *Nomenclatorem Syriacum*, item *Floram*, ſive *de Florum cultura.* Vivebat 1633.

JOANNES BAPT. OSTIENSIS, Capucinus, Romæ Profeſſor ſacrarum litterarum apud ſuos, eadem in Urbe edidit *Angeli, & hominis Dialexim*; item *Vitam B. Felicis* Capucini, & alia.

STEPHANUS BINETUS, Divionenſis, Soc. J. ex Italia revertit in Galliam, quando ab Henrico IV. Rege Societas in Regnum poſtliminio reſtituta eſt, ubi totis pene XL. annis ſuorum Collegiis præfuit Rothomagi, Pariſiis, Provinciis Campaniæ, Lugduni, Franciæ, magno & accenſo ſtudio animarum. Obiit anno 1634. ætat. 71. Soc. 49. Præter *Sanctorum aliquot Vitas* & *Aſcetica* multa, quæ recenſet *Alegambe*, ſcripſit Quæſtiones II. *De ſalute Origenis*, & *An plerumque illuſtriora ingenia ſint perverſiora. Principium operum Dei*, ſeu *de Excellentia B. Mariæ. Excellentiæ S. Joſephi*, & alia.

PAULUS LAYMANNUS, Germanus, S. J. Theologus, ſcripſit *Theologiam moralem*, *Quæſtiones Canonicas de Prælatorum Eccleſiaſticorum electione, inſtitutione & poteſtate*, *Defenſionem Papæ & Cæſaris in cauſa monaſteriorum extinctorum, & bonorum Eccleſiaſticorum vacantium*, Dilingæ apud Gaſparem Sutorem 1631. in 4. & alia. Contra hoc opus ſcripſit F. *Romanus Hay*, Monachus Benedictinus, ex monaſterio Openhuſano, librum, cui titulum fecit *Auſtrum inexſtinctum.* Oppoſuit *Laymannus Aſtrologiam Eccleſiaſticam, & Aſtri inexſtincti Cenſuram*, Dilingæ 1635. in 4. quo & anno obiit Conſtantiæ.

FLAMINIUS CERASOLA, Bergomas, Theologiæ & J. V. Doctor varias *Græcorum Patrum Homilias* antea ineditas Latinitate donavit. Duo inſuper volumina *de laudibus Deiparæ* confecit.

CCXI. BALDUINUS Junius, patria Dordracenus in Batavis, Patritia familia natus, ord. Minorum Theologus, olim *Juſti Lipſii* diſcipulus & contubernalis, edidit *Demonſtrationes Fidei orthodoxæ, ex Rob. Bellarmini Controverſiis. Manuale Theologicum*, de præcipuis totius Theologiæ fundamentis. *Chronicon Morale*, concionibus ani accommodatum. Varia ſuppoſititio nomine *Conſtantii Peregrini*, vulgavit, ſuper quibus vide *Bibliothecam Val. Andreæ.* Obiit Bruxellis 1634.

MARCUS ANTONINUS Maceratenſis, *Frederici Borromæi* Card. & Archiepiſcopi Mediolanenſis Vicarius generalis, *Reſolutiones variæ practicabilium rerum* in tres libros digeſtas Romæ 1629. in fol. edidit.

MARCELLUS MANSIUS ex Ordine Miniſtrorum, qui bene mori docent, ſcripſit Italice *Vitam Joannis Caraſi*, cognomento *Litterati*, Romæ 1611. in 8. editam.

FRANCISCUS PAVONUS Italus, S. J. Theologus, *Introductionem in ſacram doctrinam*, Neapoli 3. tomis 1634. publicavit. Tractatum *de Ethnis, Politicisque Actionibus.* Ibid. 1636. in 12. *Commentarium dogmaticum*, ſive *Theologicam Interpretationem in Pentateuchum*, 1635. in fol. *Commentarium dogmaticum in Evangelia*, 1636. fol. *Inſtructiones pro recte obeundis Sacerdotis aliisque functionibus*, 1629. 8. *Inſtructionem pro Exercitiis Congregationum*, loco, typis & anno iisdem. Deceſſit vir eximius Neapoli anno 1637.

MAT-

Matthias Casimirus Sarbienius Polonus, S. J. Presb. in Versibus, præfertim lyricis pangendis nostro sæculo mirifice excelluit, eo nomine ab ipso etiam Pontifice Maximo *Urbano VIII.* eximie laudatus. Ejus libros 4. *Lyricorum*, librum unum *Epodon* & alterum *Epigrammatum* 1634. Plantiniani junctim suis typis publicarunt.

Antonius Ampigollus, Augustinianus Erem. edidit *Biblia aurea, seu locos communes ex veteri & Novo Testamento* congestos, Coloniæ 1628.

Joannes Bap. Gramajus, Antverpianus J. C. Protonotarius Apostolicus & Arnhemiensis in Gelria Præpositus, è Geldris originem majoresque suos habuit. Lovanii anno 1594. sumpto in Philosophia Magisterii titulo, omne deinceps disciplinarum genus fere tractavit: in his etiam Eloquentiam Professor Academicus publice docuit. Post *Alberti* & *Isabellæ* Belgii Principum Historicus, loca pleraque toto triennio lustravit, archiva inspexit, antiquitates eruit, discussit & publicavit. Hollandicam postea Germanicamque peregrinationem instituit: suscepto demum itinere Italico, in mari mediterraneo captus à Barbaris, cum honeste haberetur ab eisdem, plerasque Africæ oras lustravit. Hanc suam peregrinationem brevi libello exposuit, in Belgium redux, edito *Diario Argelensi*, & altro libro de *Africa illustrata*. Reliqua ejus opera *Valerius* in Bibliotheca sua recenset. Utque peregrinationis in primis amans erat, plena jam ætate in *Moraviam* & Silesiam se contulit, & ibi Cardinali *Dietterstleinio* adhæsit, gymnasio celebri gubernando ab eodem admotus. Negotiorum caussa in Belgium inde cum rediisset, reditumque in Germaniam cum cogitaret, Lubecæ in morbum letalem incidit, ibidemque 1635. vivere desiit, in Cathedrali illius urbis Basilica depositus.

Anacletus Siccus, Cremonensis, Viennæ in Austria diu egit, & edidit libros tres peretuditos, ac Clericis omnibus utiles, *de Ecclesiastica Hymnodia*; cui auctiores typis Plantinianis 1634. Antverpiæ recusi fuerunt. Moriens anno millesimo sexcentesimo trigesimo sexto manuscriptam reliquit *Synopsim de Clericorum Regularium D. Pauli Congregatione, deque ejusdem conditoribus Antonio Maria Zacharia, Bartholomæo Ferrario, & Jacobo Antonio Morigio.* Quam Synopsim ex eadem officina Plantiniana brevi proditurum sperant eruditi.

Marcus Antonius Scipio, Placentinus, monachus Congregationis Cassinensis, *Elogia Abbatum Cassinensium* 1630. in fol. Neapoli evulgavit.

Caspar de Simeonibus, Aquilanus, Italus, Poëta & Orator egregius, volumen unum *Orationum Academicarum* Romæ, Aquilæ, & alibi à se habitarum, publicavit. Scripsit item *Elogia historica Principum & Virorum scriptis illustrium*, qui apud *Jovium* desiderantur.

Rocius Pirrus Siculus, Abbas Netinus, Notitiam Siciliensium Ecclesiarum 1633. Panormi in fol. evulgavit.

CCXII. Gaspar Fontius, Hispanus, Toletanus, ex ordine Minorum, primum Romæ, postea Compluti Professor Theologiæ, *Quæstiones Dialecticas ac physicas ad mentem Joannis Scoti*, quos Romæ prælegit, typis Lugduni 1631. in 4. edendas curavit.

Julius Lavorius, Laurinus, Italus, ex diœcesi Caputaquensi, Protonotarius Apostolicus, J. V. consultissimus, præter librum *de Jubilæo & Indulgentiis*, edidit Romæ in fol. 1628. tomos quatuor *Lucubrationum variarum*: in quibus *de Comitiis sacris & profanis, de prisco & recenti more funerandi, de conclavi & electione Canonica* fuse disserit. *Leo Allatius in Apibus Romanis* recenset & alia ejus opera, quæ morte præventus edere non potuit.

Gasp. Sanctius, Centumputeolanus, Hispanus, S. J. Theologus & Professor Complutensis, scripsit *Commentarios in Job, Jeremiam, Psalmos, Isaiam, libros Regum, Paralipomenon., Ezechielem, Danielem, Ruth, Esdram, Judith, Esther, Machabæos*, & in *Concordiam Evangelicam*, Lugduni 1616. editos. Obiit Madriti 1632.

Hieronymus à S. Maria, Hispanus, congregationis Eremitarum Augustinianorum excalceatorum, in Curia Romana Procurator Generalis, scripsit librum *de sandaliis & calceamentis Apostolicis, Indicem Sanctorum Hispaniæ, & Catalogum Episcoporum universæ Hispaniæ.* Ex his postremus liber est Apparatus ad opus grande, cui titulus *Hispania Christiana*, seu *Diœcesium Hispaniarum Historia sacro-profana.* Videbat 1633.

Zacharias Salutiensis, Capucinus, Provinciæ Pedemontanæ, de cujus aperto cœlitus ore, veræ salutis ensis utraque parte acutus processit ad fidei orthodoxæ impios oppugnatores interimendos, dum *Sanctorum monumenta, & exempla Patrum* evoluit, & revolvenda, sectandaque calamo scribæ velociter scribentis expoluit. Ipse quoque non vulgaria religiosæ vitæ exempla reliquit: plenus dierum, ac bonorum operum, Definitoris Generalis munere semel ac iterum functus, obiit Genuæ, ætatis suæ anno 70. religionis 48. 31. Martii 1638.

Hieremias Drexelius, Augustanus, Soc. Jesu, post traditam cum laude Rhetoricam totis XXIII. annis, Bavariæ Electoris *Maximiliani* Concionatorem egit. In scribendo eam adhibuit styli suavitatem cum modesta gravitate conjunctam, ut passim etiam ab Acatholicis ejus scripta legantur & commendentur. Obiit Monachii an. 1638. æt. 57. Tenuissimam valetudinem, dum vixit incredibili temperantia sustentavit, ita ut numquam æger decubuerit. Hunc tanti *Maximilianus* fecit, ut cum suo Medico salutem ejus commendaret, diceret. *Plurimi interesse Reip. bene vivere Drexelium quam Maximilianum.* Defuncti suppellectilem summi æque at-

que imi ad reliquias depopoſcerunt, eximiæ virtutis ejus opinione permoti. Præter opuſcula variæ, quæ omnium manibus teruntur ſæpe recuſa, reliquit parata prælo pluſcula, quæ etiam proditura ſperamus.

GASPAR RUTHARDUS, Germanus, patria Eyſtettenſis in Franconia, ad amnem Almonium, Soc. Jeſu, Philoſophiæ Profeſſor ordinarius Archiducalis Univerſitatis Friburgi Briſgoiorum, obiit Briſaci an. 1638. Edidit ſingulari perſpicuitate, eruditione ac copia *Uſum rationis Humane diſputatum; Sacram Cosmologiam Theoriis Phyſicis illuſtratam.*

JULIUS SOLIMANUS, Italus, patria Firmanus, Soc. J. vir omni diſciplinarum genere excultus. Obiit Romæ an. 1639. Scripſit *Elogia Ducum, Regum, Interregum, qui Boëmiæ præfuerunt*, addita ſingulorum effigie. *Boëmiam exorientem, Gentilem, Chriſtianam, Piam, Bellicoſam, Regnantem, Imperantem, Auſtriacam, FERDINANDO III.* concinnatam.

MARTINUS BONACINA, Mediolanenſis, Theologiæ & J. V. Doctor, comes Palatinus, & utriuſque ſignaturæ Referendarius Apoſtolicus, ſcripſit varia ad praxim Eccleſiaſticam potiſſimum pertinentia; quæ omnia in 3. tomos diſtributa 1632. in fol. Duacenſes excuderunt.

JOANNES SEVERANUS, Presbyter Oratorii Romani, libros tres *Antonii Boſii de Roma ſubterranea*, quos is moriens imperfectos reliquerat, abſolvit, & Romæ 1632. typis publicavit. Adjecitque de ſuo *librum quartum*, & in eo plurimas antiquitates ſacras docte ac curioſe explicavit.

CCXIII. JULIUS CÆSAR RECUPITUS, Neapolitanus, S. J. Theologus & Philoſophus, 1632. ſcripſit librum *de Veſuviano incendio anni 1631. & de novo ſubſecuto Terræ-motu Calabriæ Congeminatum Nuntium.* Neapoli 1632. in 4. & Lovanii 1639. editum. *Orationem panegyricam de S. Thereſa, habitam Neapoli in ejus Beatificatione.*

ÆGIDIUS BAVARIUS, Inſulis in Flandria natus, edidit *Muſam Maronis Catholicam*, ſeu *Carechiſmum Maroniano carmine*, velut in centone expreſſum. *Paſſionem Domini*, verſibus Heroicis, potiſſimum ex *Marone* concinnatis. Obiit Gandavi 1627.

LUDOVICUS MARATIUS, Trecenſis, Gallus, S. I. Theologus, in *Summam D. Thomæ Aquinatis* tomos tres Pariſiis 1633. publicavit, exceptos magno plauſu.

RAPHAEL BELLOCAMPIUS, Monachus Benedictinus, Marchianenſis in agro Duacenſi, *Andreæ Sylvii* Prioris Marchianenſis, & *Guilielmi* Abbatis Andrenſis *Chronica* uſque ad noſtram ætatem deduxit, *Notis* illuſtravit, typisque 1633. in 4. Duaci edenda curavit.

ELIGIUS BASSÆUS, (ita dictus à Baſſæa opido ſeu municipio natali in Artefis) ordinis Capucinorum, Duaci 1637. in fol. edidit *Flores totius Theologiæ practicæ*, tum ſacramentalis tum moralis, ex Doctorum, præſertim recentiorum, ſententiis collectos, & ordine Alphabetico per modum *Summæ* redactos.

MICHAEL HESRONITA, Maronita, Archipreſbyter & Abbas S. *Georgii* in monte Libano, 1637. Romæ in 4. lingua Syriaca edidit *Calendarium* juxta Nicænum 1. Concilium, & Gregorianam emendationem ad ejusdem Concilii præſcriptum, itemque juxta antiquum Orientalium computum: quo jejunia, & feſta mobilia ſingulis annis, atque in perpetuum, facillime reperiuntur. *Calendarium* iſtud *Athanaſius Kircherius*, Soc. Jeſu Presbyter, nuncupat *Syriacas in Computum Eccleſiaſticum Inſtitutiones*, & eas mirifice laudat; magnum inde Orientali Eccleſiæ emolumentum acceſſurum dictitans.

JACOBUS GORDONIUS, Leſmorius Aberdonenſis, S. J. Doctor Theologus, nobili genere in Scotia natus, Ludovico *XIII.* Regi Chriſtianiſſimo à Confeſſionibus, *Commentaria ſua in Biblia* 1631. Pariſiis in fol. *Theologiam moralem* Lugduni 1634. item *Chronicon* rerum totoorbe geſtarum memorabilium à Mundi exordio ad noſtra usque tempora deductum, tomis *II.* Obiit Pariſiis an. 1641. Ab illo alius fuit *Jacobus Gordonus Huntleius* itidem Scotus ac S. J. Theologus, nobiliſſima familia natus; qui tomos duos *Controverſiarum fidei* accurate à ſe elaboratos poſteris reliquit, 1612. in 4. Auguſtoriti Pictonum & alibi typis editos. Obiit etiam hic Pariſiis anno 1620.

JOANNES WIGGERUS, Brabantus, Dieſtemienſis, patre *Arnoldo*, honeſti ordinis cive, ſæpius Scabino, avo item *Arnoldo* pluries Conſule. Abſolutis in natali ſolo litterariis rudimentis, Lovanium, altioribus imbuendus diſciplinis, mittitur. Theologicam ingreſſus aream ita profecit ut *Jacobus Janſonius* eum adſumeret in alumnum Collegii ſui Pontificii, & hunc diſcipulum ſuum tum ob ingenii dotes ſingulares, quas in eo obſervabat, tum ob vitæ morumque integritatem atque indefeſſum in ſtudiis, præſertim ſacris, laborem, unice carum & familiarem haberet. Quinquennio hic exacto, docendæ horis antemeridianis Philoſophiæ in Gymnaſio Lilii præficitur. Inde poſt decurſa aliquot annorum curricula Leodium evocatus ut Seminario ibidem, ſive *Catenæ*, ut vocant præeſſet, & ſimul ſacras profiteretur litteras. Eo ſucceſſu in utroque illo munere verſatus eſt, ut ſub hoc primo ſuo Præſide & Profeſſore Seminarium illud, quod antea vile & ignobile deſpiciebatur, admirationi mox apud omnes, aſſurgereque viſum fuerit. Urgente Janſonio Doctore ſuo, qui eum ad Cathedram Lovanii promotum deſiderabat, gradu Magiſterii in Sacra Theologia fuit inſignitus. Lovanium ergo reverſus, Collegii primum Atrebatenſis, deinde Seminarii Leodienſis Præſes inſtitutus eſt. Multa hujus viri merita ſunt in Academiam

demiam Lovanienſem, ſive labores ſpectentur, quos pro ea tuenda in omnibus ſuis difficultatibus, quas cum domi, tum foris paſſa eſt, extantlavit, ſive doctrinæ eminentia, qua Scholam Theologicam Profeſſor Regius annis totis 26. docendo ſcribendoque illuſtravit. Nec minus emicuit probitate vitæ. Non facile ſe, nec ſua jactabat, nec alienorum contemptor erat, ſincerus & ſine fuco, in converſatione gravis, minimeque ſuperbus. Contentus modico ac tenui victu, vixit ad annos 67. Obiitque anno 1639. Reliquit *Commentaria in totam D. Thomæ Summam*, in quibus nihil nili ſumme elaboratum, ſolidiſſimis fundamentis ſubnixum, clariſſima & brevi tamen methodo tradidit quidquid in aliorum fuſioribus ſcriptis ſcitu dignum eſt, idque ſtylo ut facili & ad docendum apto, ita minime affectato.

CCXIV. JOANNES PERLINUS, Madritenſis, Hiſpanus, Societ. Jeſu Theologus ſacras litteras Compluti in Hiſpania, Limæ in India occidentali, & Coloniæ in Germania inferiore, multis annis cum laude docuit. Scripſit *de frequenti uſu Euchariſtiæ & de immaculata Virginis conceptione:* quæ Lugdunenſes 1630. & Colonienſes 1632. ediderunt. Ætate ac laboribus fractus cum ex Belgio in patriam cogitaret, Dunkercæ in Flandria vivere deſiit, apud ſuos ibidem conditus.

GUILIELMUS MERCERUS, Athenſis, Doctor Theologus, Decanus Eccleſiæ Collegiatæ D. Petri Lovanii, Græce Hebraiceque non vulgariter doctus, in Collegiis *Porco* & *Falcone* ea induſtria fructuque docuit, ut vix umquam diſcipulos ſuos communi concurſui commiſerit, quin illi palmam & prima in promotione loca cæteris præriperent. Inde tranſitum fecit ad Theologicam profeſſionem, quam primo in Abbatia nobili *S. Gertrudis* annis octo, poſtea Regiis auſpiciis in ſcholis publicis totos viginti & octo annos pari ſemper ſedulitate atque aſſiduitate ſuſtinuit. Omnifariæ doctrinæ fuit, quippe Orator, Poëta, Hiſtoricus, Philoſophus, Theologus, Mathematicus, Muſicus, in omnibus eximius. Excelluit ingenii acrimonia memoriaque, unde Scripturam ſacram velut in numerato habebat, & retinebat firmiter quidquid legerat. Edidit *commentaria in tertiam partem D. Thomæ*, laudatum opus & utile, praxique Eccleſiæ accommodatum.

JOANNES MATTHÆUS, Cariophilus, Cretenſis, Archiepiſcopus Iconienſis, Scripſit Græce & Latine *Confutationem Nili Theſſalonicenſis; De primatu Papæ; Refutationem pſeudo-Chriſtianæ catechefis à Zacharia Gergano editæ; cenſuram Confeſſionis*, ſeu potius, *perfidiæ Calviniane, quæ nomine Cyrilli Patriarchæ Conſtantinopolitani circumfertur.* Idem ex Græco in Latinum vertit *Concilium Tridentinum; Georgii Scholarii orationes tres de pace ad Græcos; Joſephi Epiſcopi Methonenſis Reſponſionem ad libellum Marci Ephefini; Gregorii Protoſyncelli Apologiam adverſus ejusdem Marci Epiſtolam, S. Nili Junioris vitam, Catenam Græcam Procopii in Cantica Canticorum*, & alia, quæ quidem omnia Romæ 1626. 1631. & annis ſequentibus Græce ac Latine fuerunt excuſa.

LUDOVICUS RIVIERUS ord. Minimorum Orator & Theologus præclariſſimus, edidit Gallice *Vitam D. Franciſci Saleſii Gebennenſis Epiſcopi*, & *Tabellas myſticas quatuor Amorum* &c. qui ſunt Dei, ſui-ipſius, proximi, atque inimicorum; quod opus eſt inſigne atque luculentum. Exſpectantur ab illo quam plura producenda.

JOANNES EUSEBIUS, Nierembergius, natione Hiſpanus, Germanis parentibus, patre ſcilicet Tirolenſi, matre Bavara Madriti natus, Salmanticæ Societatem Jeſu amplexus eſt. Primus Hiſtoriæ naturalis Profeſſor exſtititit Regia Academia Madriti & nunc S. Scripturam interpretatur. *Pſalmos Salomonicos* è Græco Latine tranſtulit, & Notis illuſtravit. Edidit *Hiſtoriam naturæ maxime peregrinæ; De origine ſacræ Scripturæ &* lib. V. *De Antipathia & Sympathia*, & plura quæ recenſentur ab *Alegambe*.

FRANCISCUS VERONIUS, Pariſius, Soc. Jeſu edidit *Manuale Sodalitatis B. M. Virginis*, *Methodum Veronianam*, qua nimirum ex quibuſuis Bibliis cuivis hæretico Miniſtro ſilentium imponatur. *Profligationem Henchai Miniſtri Calviniſtici* coram Duce de Longavilla.

JOANNES TOLLENARIUS, Brugenſis, Soc. Jeſu, vir moribus & doctrina ſpectabilis, Edidit *Speculum vanitatis*, ſive *Eccleſiaſtem elucidatum*, ſtylo elaborato ſolutæ ligatæque orationis, paraphraſibus & moralibus ac piis excurſionibus, Antverp. anno 1635. in 4.

CCXV. JOSEPHUS CASTALIO, Anconitanus, cujus amœnum ac perhumanum ingenium, qui Juris civilis cognitioni horridæ per ſe, & absque lucro ſibi cum eſſet, atque honoribus paucis tractabili, Poëticam junxit, *Modeſtini* exemplo. Veterem quoque Poëtam *Claudium Rutilium* Numatianum in *Itinerario*, & *Sympoſii Galli Ænigmata* illuſtravit. Scripſit & varias *Lectiones*, atque *Inſcriptiones* aliquot marmoreas adjunxit. Columnas quoque *Antonini Aug. commentario* explicavit. Edidit *Silvii Card. Anconitani Vitam*, *Variarum lectionum* Libellum *de antiquis puerorum prænominibus.* Docuit humaniores litteras *Thomam de Avalos*, tum Ducis Soræ filios. Amiſſa conjuge ſacris initiari cœpit, floretque Romæ, ut ab eo ingenio, in hoc otio animique tranquillitate majora indies exſpectanda videanter. Uſus eſt olim familiariter *Achille Statio* Luſitano, *Fulvio Urſino Romano*, & *And. Schotto* Antv. Tradit *Erythræus* ſe audiviſſe de *Meurſio* Batavo, quod cum allatus eſſet Lugdunum Batavorum *Caſtalii* liber *Variarum Lectionum*, eum omnium cum riſu exceptum fuiſſe, quod exiſtimaretur luteum eſſe negotium, nec dignus qui lucem

cem aſpiceret, quoniam nullum jam diu eruditum opus ab Italia prodiiſſet; ſed ſimul inſpectum, adeo probatum eſſe, ut ſententiam mutaverint, ſtatuerintque eſſe Italis ingenium, dummodo adſit ſtudium & exercitatio.

FRANCISCUS à XODAR, Hiſpanus, Bœticus, patria Utrarienſis, Ord. Carm. vir fuit excell. præditus ingenio & eruditione prima, facundiaque facili, *Philippis III.* & *IV.* Hiſpaniarum Regibus à Concionibus & Conſiliis. Scripſit pro defenſione *Adventus S. Jacobi in Hiſpaniam*, & *de Patronatu Hiſpaniæ à D. Tereſia*. Obiit Madriti anno 1635.

CORNELIUS CURTIUS, Bruxellenſis, Erem. Auguſtinianus, Cæſareæ Majeſtatis Conſiliarius & Hiſtoriographus, ſtilo nitido comptoque præcelluit in utravis oratione. Authoris ingenium produnt quæ ſcripſit *de Clavis Dominicis*, *Vita SS. Ruperti & Virgilii Antiſtitum Salisburgenſium*, *Quadrageſimale Criſtophori Fonſeca* ex Hiſpanico Latinum fecit, *Elogia Virorum illuſtrium Ord. Erem. S. Auguſtini. Vitam S. Nicolai Tolentinatis*. Eruditurus erat *Chronicon univerſale Monaſticum*, *à Proſpero Stellartio* olim inchoatum, à ſe auctum & ſuppletum ingenti volumine. Obiit anno 1633. ætatis 47.

JACOBUS WEMMERIUS, vernacule *Wemmers*, civis & Carmelita Antverp. didicit Romæ linguam, qua Æthiopes, ſeu Abyſſini, in ſuis libris ſacris & profanis conſcribendis utuntur. Exinde poſt *Marianum Victorium* Romæ 1638. in 4. *Lexicon Latino-Æthiopicum*, cum *Inſtitutionibus Grammaticis ejusdem linguæ*; ab *Athanaſio Kirchero*, Soc. Jeſu presbytero, ab *Abrahamo Ecchellenſi* Maronita, Syriacarum & Arabicarum litterarum Romæ publico Lectore, & à Sacerdotibus Æthiopibus in Urbe ad *S. Stephanum* agentibus vehementer laudatus. Scribunt autem Æthiopes, ut nos Europæi, à ſiniſtra dextram verſus, & litteras habent Conſonantes ac Vocales, non quidem figura diſtinctas, ut Latini & Græci, neque punctis vel virgulis Vocales explicant, ut Hebræi, Syri & Arabes; ſed ipſis Conſonantibus inſertæ, unica figura, ſyllabam conſtituunt. Unde 26. quas habent Conſonantes, per ſeptem Vocales multiplicatæ, aſcendunt ad numerum 182. quibus ſi addantur adhuc viginti aliæ, quas extra Alphabetum ponere ſolent, erunt in univerſum Syllabarum figuræ 2022.

JACOBUS BIDERMANNUS, Soc. Jeſu Presbyter, ad poëſim natus, *Epigrammatum* libros tres, *Herodiades*, *Delitiarum ſacrarum* & *Aeroamatum Academicorum* libros totidem, *Heroidum Epiſtolas*, & alia plurima Dilingæ in Suevia 1626. & annis ſubſequentibus, evulgavit. Obiit Romæ 1639.

CÆSAR BECILLUS, Urbinas, Oratorii Romani Presbyter, antiquitatis Eccleſiaſticæ peritiſſimus, *Acta S. Gaji Papæ*, *ac Martyris cum Notis*, item *Evangeliorum connexionem*, & alia Romæ 1628. edidit. Idem meditatur *Annalium Baronianorum continuationem*, *Vitas Romanorum Pontificum cum perpetuis Notis*, & *Chronographiam* ad calculum Eccleſiaſticum fideliter expenſam.

CÆSAR EUGENIUS CARACCIOLUS, Neapolitanus, vir nobilis & curioſus, Italico ſermone *Neapolem ſacram* edidit; in qua omnium Eccleſiarum ac monaſteriorum illius urbis origines deſcribuntur.

CCXVI. JOANNES MARTINUS de RIPALDA, Hiſpanus, Soc. Jeſu Theologus & Profeſſor Salmanticenſis, *Expoſitionem litteræ Petri Lombardi Magiſtri ſententiarum* Lugduni 1636 in 8. foras dedit.

JOANNES à S. STEPHANO, natione Aragonius, ex monacho Hieronymiano Archiepiſcopus Brunduſinus in regno Neapolitano, præter alia minora opuſcula, *Methodum ad cognoſcendas hæreſes* 1630. in fol. Romæ evulgavit.

JOANNES TOMCUS, Marnavitius, Epiſcopus Boſnenſis, *Vitas Principum Illyricorum* ſcripſit, & Romæ 1632. edendas curavit. Idem vulgavit *Regulam S. Columbani* Abbatis, ex MS. codice Bobienſi fideliter promptam.

STEPHANUS FAGUNDEZ, Luſitanus, Societ. Jeſu Theologus & Profeſſor Oliſponenſis, tomum unum in *Præcepta Eccleſiæ* cum *Appendice*, Lugduni 1626. edidit; item in *Præcepta Decalogi*.

FERDINANDUS CASTRO-PALAO, Hiſpanus Legionenſis, ejusdem Societatis, *Opus Morale* tomis tribus 1636. & 1638. eadem in urbe cudendum curavit. Obiit Rector Collegii Compoſtellani anno 1633.

FRANCISCUS AMICUS, Conſentinus, Italus, Societ. Jeſu Theologus & Profeſſor Neapolitanus, in *D. Thomam Aquinatem* tomos octo partim Antverpiæ 1637. partim Duaci 1640. edidit.

FRANCISCUS BATTAGLINUS, Ariminenſis, *Heraclitum vitæ humanæ miſerias lugentem* Romæ 1629. in 4. publicavit.

FLORAVANTES MARTINELLUS, Romanus, *S. Laurentii*, *S. Agathæ*, *SS. Praxedis & Pudentianæ*, & alias Urbis Romæ baſilicas ſuis *Commentariis* illuſtravit. *Alfonſi* inſuper *Ciacconi* opus *de Pontificibus & Cardinalibus* ſuis *Obſervationibus* decoravit.

FRANCISCUS BOLVITUS, Neapolitanus edidit *Nomenclatorem Scriptorum ex Ordine Clericorum regularium*, quos vulgo *Theatinos* vocant.

JOAN.

JOANNES de PINEDA, Hiſpalenſis, Soc. Jeſu Theologus, vir multiplicis eruditionis, anno milleſimo ſexcenteſimo triceſimo ſeptimo in ſua Bætica vivere deſiit. Scripſit varia à *Petro Ribadeneira* & aliis laudata: ex quibus libros octo *de Salomonis rebus geſtis* Moguntini 1623. in fol. publicarunt. *Indicem novum librorum prohibitorum & expurgandorum* pro regnis Hiſpaniæ; opus vaſtæ molis, auctoritate Sancti Officii vulgatum, ſemel atque iterum auctum. *Memoriale Sanctitatis & virtutum Ferdinandi III.* Regis primi Caſtellæ & Legionis, pro quo *Phil. IV.* Hiſp. Rex propriis illi litteris gratias egit, deſignavitque *Pinedam* Oratorem ſuum ad ſummum Pontificem, ut ejuſdem Regis Canonizationem procuraret, niſi ætas, & alia privata incommoda obſtitiſſent. *Commentariorum in Job* tom. II. In Eccleſiaſtem tom. II. De *C. Plinii* loco inter eruditos controverſo ex lib. 7. c. 50. *Atque etiam morbus eſt aliquis, per ſapientiam mori*, & alia minutiora in amicorum gratiam concepta.

PETRUS ROVERIUS, Soc. Jeſu Theologus, *Hiſtoriam monaſterii S. Joannis Reomaënſis*, in tractu Lingonenſi, ab anno Chriſti quadringenteſimo viceſimo quinto ad noſtra usque tempora, ex antiquis tabulis ac ſcriptoribus concinnavit, *Notis* eruditis illuſtravit & Lutetiæ 1637. in 4. edidit. In monaſterio Reomaenſi fuit antiquitus obſervata Regula *S. Macarii* Alexandrini ſeu Nitrienſis: de qua fuſe differit *Roverius* in ſuis *Notis*. A Reomaënſi, ſeu Reomacenſi, diverſum eſt monaſterium Reomenſe in Arvernia ſitum.

FERDINANDUS UGHELLUS, Abbas ordinis Ciſtertienſis, *Cardinalium & Scriptorum ſui Ordinis Elogia* conſcripſit. In *Italia* ſua *ſacra* Epiſcoporum Italicorum *Catalogos* contexuit. *Alfonſi Ciacconi* opus *de Pontificibus & Cardinalibus* mirifice auxit atque illuſtravit. Florebat an. 1623.

FELIX CONTELORIUS CÆSIUS, Theologiæ & Juris Doctor, in Romana curia, Advocatus, ſcripſit res geſtas *Alexandri III.* & *Martini V.* Pontificum Romanorum, & alia non pauca, quæ *Leo Allatius* in lib. *De apibus Urbanis* recenſet. Ejuſdem liber *de canonizatione ſanctorum* 1609. Lugduni fuit editus. Vivebat anno 1633.

RAPHAEL AVERSA à S. *Severino*, Clericorum regularium Minorum Præpoſitus generalis, Philoſophus ac Theologus eximius, præter *opera Philoſophica*, edidit *Theologiam* cum *Thoma Aquinate* in tres partes diſtributam, Romæ 1631. in 4.

ANTONIUS de RIBERA, Hiſpanus, Capellanus chori Eccleſiæ Toletanæ, ſcripſit *Hiſtoriam de translatione reliquiarum S. Eugenii Martyris & Epiſc. Toletani.*

PETRUS BERCHORIUS, Benedictinus, circa id tempus, tomis aliquot ſuas etiam *Conciones* edidit.

ARNOLDUS PALUDANUS, Leodius, Ord. Minorum Regularis Obſervantiæ, per Flandriam Miniſter Provincialis, ac S. Theologiæ Lector Profeſſorque emeritus, edidit tractatum *de foro animæ*, id eſt, de poteſtate quam habent Sacerdotes ad audiendas confeſſiones admiſſi, & juxta Concilii Tridentini formam legitime approbati, tum regulares, tum ſæculares. Leodii 1638. in 8.

CCXVII. LAURENTIUS SCALABOMIUS, Ravennas, Eremita Auguſtinianus, Eccleſiaſtes facundus & eruditus, tomos aliquot *concionum* ſeu *annotationum moralium, in Paſſionem Domini, in Evangelia & Epiſtolas totius Quadrageſimæ*, Ravennæ 1629. publicavit. Scripſit inſuper Commentarium *de humanioribus litteris à concionatore Catholico adhibendis.*

BARNABAS KEARNÆUS, Hibernus, patria Caſſellenſis, Soc. Jeſu dedit in lucem *Heliotropium*, ſive, Conciones de Dominicis & Feſtis totius anni. *Conciones* de Paſſione Dominica. Obiit in patria anno 1640. ætatis 75.

ANDREAS SAUSSAJUS, S. R. E. Protonotarius edidit *Martyrologium Gallicanum* an. 1637. apud Cramoiſy, in fol.

ANDRÆAS FREMIOTUS, Gallus, Archiepiſcopus Bituricenſis, obiit ſub annum 1602. Hujus auctoris illuſtriſſimi anno 1610. prodiit in lucem poſthumum opus *de Notis Eccleſiæ contra hæreſes.*

JOANNES de la HAYE, Pariſinus, Ord. Seraphici Minorum quondam primarius Theologiæ Profeſſor, poſt autem *Ludovici XIII.* Reginæque Eccleſiaſtes ordinarius, nec non Terræ Sanctæ & provinciæ Franciæ Pariſienſis Commiſſarius Generalis, anno 1633. edidit *arborem vitæ concionatorum in Geneſim* cum Indice quadruplici, I. Conceptuum. II. Sacræ Scripturæ. III. Concionum. IV. Patrum. Pariſ. in fol. Hæc præmiſit: *Arbor vitæ Concionatorum, cujus radix liber Geneſeos: cujus truncus, expoſitio ejus litteralis; rami cum foliis omnimoda verſionum varietas; flores earum concordia; fructus, innumeri pene animi conceptus, ſexcentorum fere Patrum auctoritate confirmati, & concatenati.*

GERARDUS CORSELIUS, Leodicenſis, *Joannis Wamesy* J. C. celeberrimi è ſorore nepos, partim Treveris, partim Lovanii, Porcenſi in gymnaſio Philoſophiæ Peripateticæ operam dedit, & aliquot annos eandem tradidit. Græcas hinc litteras in Collegio Trilingui Buſſidiano ſexennium totum è ſuperiori loco interpretatus eſt, & in Auſpiciis dixit, anno cIↃ. IↃ. XCI. prid. nonas Martii. Juris interea Laurea, & mox anno cIↃ. IↃ. XCIV. VI. Non. Februarii Doctoris titulum

 capit:

dis ad Apoſtolicæ ſedis obſequium Ruthenis qua retinendis in officio, ac conſervandis, magno cum labore conſumſit. Et vero non deſtiterunt unquam, hæretici vexare Græcos atque Ruthenos & *Timotheo* Patriarcha Conſtantinopolitano à Romano Pontifice non diſſentiente, vi veneni extincto, alium quendam *Cyrillum* Pleudopatriarcham Alexandrinum, Calvinianæ furiæ alumnum, ſoluta Turcarum Imperatori pecunia, Græcis Conſtantinopolitanis, quaſi alterum Antipapam obtruſerunt. Obiit *Arcudius* Romæ, circa anno 1629. ſtatura fuit alta, ore rubicundo.

Henricus Lud. Castanæus, Rupipoſæus, Epiſcopus Pictavienſis, ſcripſit *Nomenclaturam Cardinalium ſcriptis illuſtrium.* Item edidit *Diſtinctionum celebriorum cum Philoſophicarum, tum Theologicarum ſynopſes.* Florebat anno 1626.

Scævola Sammartanus, Gallus, apud Pictavos eriundus, obiit anno 1623. Scripſit *Elogia Gallorum* aliquot, qui libris editis claruerunt.

CCI. Nicolaus Crusenius, Moſæ-Trajectenſis, Erem. Auguſt. S. Theol. Doctor Papienſis, Brux. Antverp. atque alibi Prior, Ordinisque ſui per Bohemiam, Auſtriam, ac Stiriam Viſitator generalis, & *Ferdinando II.* Imp. à Conſiliis, Hiſtoriisque, vir magnæ eloquentiæ atque in negotiis publice privatimque obeundis ſumme dexter; forma, ore, lingua majeſtatem quandam præ ſe ferens edidit *Monaſticon Auguſtinianorum* de Ordinibus ſub Reg. *D. Auguſt.* militantibus &c. Monachii, 1623. fol. Obiit Viennæ, anno CIↃ. IↃC. XXIX. IV. Idus Novembris.

Laurentius Empolus, ordinis Eremitarum S. Auguſtini Procurator Generalis in Romana curia, 1628. in fol. Romæ edidit *Bullarum ejuſdem ordinis:* in quo Conſtitutiones Apoſtolicæ à temporibus *Innocentii III.* usque ad *Urbanum VIII.* continentur, una cum *Catalogo Priorum* ſeu *Præfectorum, Capitulorum & Procuratorum Generalium, Aſſiſtentium & Sacriſtarum Pontificiorum.* Idem *Empolus*, poſt *Joſephum Pamphilum* & alios *Chronica ſui ordinis* concinnavit; nondum mihi viſa.

Paulus Comitolus, natione Italus, patria Peruſinus, impubes adhuc ſe Societati Jeſu addixit, & cum aliis diſciplinis omnibus, tum maxime Humanioribus eximie eſt perpolitus. Itaque Rhetoricam tradidit, ſacras litteras eſt interpretatus, quæſtiones de moribus publice & privatim explicavit, *Catenam illuſtrium Auctorum Græcorum in lib. Job.* è Græco in Latinum ſermonem eleganter tranſtulit, ac denuo Venetiis edidit. Scripſit item *Tractatum Apologeticum pro Monitorio Sedis Apoſtolicæ ad Venetos.* Item *Conſuleationem Libelli ſeptem Theologorum Venetorum adverſus interdictum Apoſtolicum.* *Conſilia* ſeu *Reſponſa Moralia* ſeptem libris comprehenſa, in quibus agit *de Sacramentis, de Voto & Jure-jurando, de Contractibus, de Criminibus & Criminoſis, de criminoſa Ignorantia, de Metu, Juſto, ac de tuta eligendi Opinione, de Cenſuris & Irregularitate, de Teſtamentis, de legatis piis deque Uſucapione.* *Centum & triginta privilegia B. Virginis.* Obiit in patria anno 1626. æt. 80. Religionis 60.

Augustinus Antolinez, Ord. Erem. S. Aug. S. T. Doctor, Epiſcopus Civitatenſis, deinde Archiepiſcopus Compoſtellanus, Hiſpaniam totam eruditionis & virtutum ſuarum fama implevit. Pauperes amavit impenſe: ut obvia mendicabula interdum veſte, calceis frequenter ſuis, texerit; de cætero tam effuſus ut cum ampliſſimos Epiſcopii ſui reditus omnes in egenos prodegiſſet, viderit ſe tandem ad incitatem reductum, indolueritque, non quod ipſe nihil haberet, ſed quod ab eo nihil poſſent pauperes accipere. Invenit tamen modum, ut induſtrius eſt omnis amor, quo vacua manus pluere munera non deſineret. Non erubuit tantus Præſul adire opulenta negotiatorum æraria, ſtipemque ex illis mendicato petere in pauperum alimentum. Hoc erat oves non deglubere, ſed paſcere: Bonus Paſtor animam ſuam poſuit anno 1626. in oppido, quod ab *Hilari viſu* nomen habet, æt. 74. Scripſit *Vitam B. Joannis Saguntini, Vitam D. Claræ Montefalconenſis*, Salamanticæ impreſſam 1622. Vitas aliarum Sanctarum Ordinis ſui aliaque plura M. S. tradit *Curtius* aſſervari Coloniæ apud *Petrum Loy*, S. Theologiæ Licentiatum.

Franciscus *de* Mendoza, nobilis Luſitanus, Oliſiponenſis, Soc. J. Tullius eloquio, carmine Virgilius, Ariſtoteles ſophia, Concionator, Scriptor Doctor, Superior, Religioſus exſtitit perfectus. Obiit anno 1626. æt. 54. Edidit *Commentaria in libros Regum* tribus tomis in fol. *Sermones per Adventum, Quadrageſimam, & Dominicas per annum habitas.*

Theodorus Smising, origine Weſtfalus, incolatu diuturno Belga, Minorita profeſſione, ſubtiliſſimi vir judicii & ingenii, Scotiſtarumque neotoricorum clariſſimus, ſcripſit *Diſputationes de Deo Uno & Trino* tomos II. Antverp. 1627. in fol. ad quam materiam, in ſpecie Theologicam, revocat omnem Philoſophiam Scotiſticam.

Egbertus Spitholdius, Zutphanius, Canonicus & Plebanus Eccleſiæ Cathedralis Antverp. Librorum Cenſor, vir cui pietas & morum gratia abundabat, poſteris reliquit *Pia precationum & Contemplationum exercitia & meditationes in Paſſionem & Reſurrectionem Chriſti*, Antverp. typis Plantin. edita. Diem clauſit anno 1627. ſepultus in ſacello Circumciſionis, ubi vivens ſibi monumentum delegerat.

CCII.

CCII. JUSTUS RICQUIUS, *Jacobi* filius, *Joannis Stadii* Mathematici celeberrimi filia *Catharinæ* natus eſt Gandavi in arce Othoniana 1587. pridie Non. Majas. A prima ætate litterarum ſtudiis admotus fuit; primaque adoleſcentia ad Duaceenſe Athenæum deſtinatus, robuſtioris diſciplinæ ac Philoſophiæ cauſa. Hic, Jurisprudentiæ principiis deguſtatis, laceſſere ingenii vires Muſasque cœpit, & aucupari nominis famam aliquam, editis *Præludiis Poëticis*. Moxque ingenuorum fere Belgarum recepto more, ingenio magis excolendo, in Italiam contendit. In qua, & ſi ætate tenera, nonnullam ſibi virorum eruditorum gratiam conciliavit: & in primis Illuſtriſ. Comitis *Ludovici Saregi* Veronenſis, Peruſiæ & Umbriæ Ex-Præfecti, cui à ſtudiis interioribus & Bibliotheca fuit. In Belgium reverſus, cum Lovanii aliquantiſper ſubſtitiſſet, & ad ſacratiorem vitam ſe totum convertiſſet, non defuerunt novæ ab Italia illecebræ, oblata profeſſoria cathedra Bononienſi, agenti id maxime *Scipione Cardinale Cobellutio:* cui cum morem gerere ob varia impedimenta, quibus domi diſtineretur, integrum non eſſet, Collegio Canonicorum *D. Banonis* Gandavi adſcriptus eſt, & à Bibliotheca renuntiatus. Vir beneficio illo in primis dignus, poëta elegans & antiquitatis omnis peritus, ſtilo facili, ſive ſolutam orationem tractaret, ſive metri adſtrictam legibus: ingenio comi & feſtivo, moribus ad omnem humanitatem factis. Anno 1624. exeunte, Romam iterum adiit, indeque auſpiciis *Urbani VIII.* Bononiam, quæ tandem ipſi fortunarum & vitæ poſtrema ſedes fuit: nam anno 1627. præmature deceſſit. Ut antiquitatis in primis peritus erat, ſtylo eleganti multa metro proſaque feſtive conſcripſit, inter hæc *de Capitolio Romano veteri* Commentarium. *Panegyrim Paulo V.* Pont. Max. *Syntagma de anno ſæculari Jubilæo, & Annis ſolemnibus diverſarum nationum: Parcas ſive Epitaphiorum libros tres.*

THOMAS GRATIANUS LEODICENSIS, ordinis Eremitarum Auguſtinianorum per Belgium præfectus Provincialis, vir pietate, doctrina, ac prudentia clarus, magno Eccleſiæ, Reipublicæ, ſuique Ordinis bono ſcholas litterarias juventuti per ſuos Sodales erudiendæ anno 1601. Bruxellæ aperuit, & ſuo exemplo alios ad idem alibi præſtandum induxit. Habentque Auguſtiniani litteraria hodie gymnaſia Lovanii, Bruxellæ, Antverpiæ, Diſtemii, Thenis, Herentaliæ apud Brabantos, Gandavi, Brugis, Ipris, Inſulis, Haſebroucæ apud Flandros, Baſſæ in Arteſia, Angiæ in Hannonia, Huy, Haſſeti, & Bullonii in diœceſi Leodicenſi, Bovinii ad Moſam, & alibi. Quod exemplum utinam ad alias etiam provincias tranſeat. Cæterum *Gratianus* 1613. Antverpiæ librum edidit *de Scriptoribus ordinis Eremitarum S. Auguſtini*, quem *Anaſtaſim Auguſtinianam* nuncupavit. In iſto *Catalogo* augendo nunc Lovanii confert operas ſubſidiarias *Joannes Rivius* ejuſdem ordinis Theologus, ac Philoſophus. Obiit autem *Gratianus* Antverpiæ anno milleſimo ſexenteſimo viceſimo ſeptimo, cum ad comitia ea in urbe celebranda Leodico adveniſſet.

CLAUDIUS HERBERAUS, Quintinopoli in Veromanduis natus, Doctor Theologus Pariſienſis, ſcripſit *Cartuſianum*, ſive *Iter ad ſapientiam Chriſtianam.* 1627. in 8. typis editum Auguſtæ Veromanduorum.

STEPHANUS WEYMS, à Voërde ſive Foro *S. Petri*, in territorio Vera-Moſano, ſub ditione Equitum Ordinis Teutonici, Regius Lovanii fuit Inſtitutionum, poſt Canonum Ordinarius, denique Legum Primarius Anteceſſor, Profeſſorque Jubilarius. *Joan. Wameſii* poſtuma, veluti *Tract. de Appellationibus, & Reſponſa de Jure cum Pontificio tum Civili*, luci aſſeruit. Ipſeque *Prælectiones* ſuas ſive *Analyſin ad Conſtitutiones 24. ex antiquo jure deſumptas & per ſacrum Concilium Tridentinum innovatas*, publici juris fecit, typis *Dormalii*, 1628. 4. Moritur plenus dierum Lovanii, poſtquam jus utrumque per annos eſſet interpretatus, anno 1633. æt. 80. in *D. Petri* juxta tumulum *Joan. Vameſii* affinis ſui depoſitus. Vixit ſine fuco & fallaciis, atque ab omni faſtu alienus; in omni ſorte, in omni ætate alacris & erectus, & ſibi ſemper par idemque.

CCIII. JACOBUS DAVIUS, Cardinalis Perronius, primum, *Claudio de Sainctes* celebri illo Theologo ad meliorem vitam evocato, Ebroicenſis; Archiepiſcopus dein Senonenſis ac Galliarum Primas, magnusque fuit Eleëmoſynarius. Vir ſane præſtantiſſimus, ingenio ac eruditione admirandus, facundia *Neſtor*, atque ut Theologus nemini ſecundus, ſic & Poëta vernacula ac Latino ſermone elegantiſſimus, Hæreticorum terror, *Pleſſiacum Mornæum* durum & impudentem Calviniſtam, in ſolemni totius Galliæ conventu, *Henrico IV.* Rege, cujus ſummus, ut ante dixi, Eleëmoſynarius erat, præſente, confudit, pluriumque mendaciorum, quæ ſcriptis ille ſuis contra Eccleſiam Catholicam effutierat convicit, & amplexandi religionem orthodoxam auctor, ipſi fuit. Utque is (quod alii Principes Romam miſſi non effecerant) Eccleſiæ amicus fieret, apud Pontificem egit. Ejus quoque præcipue opera inter Venetos & *Henricum* Regem res compoſitæ. A veritate alienos *Perronius* non ſalutaribus modo doctrinis, neque benevolentia ſolum & humanitate, quæ ſumma in illo elucebat: ſed premiis etiam, ac honoribus apud Regem, cui ob eximias animi, corporisque dotes gratioſus plurimum erat, commendationibus etiam apud Magnates ac Principes, ad Eccleſiæ gremium non paucos perduxit. Litteris ipſe egregie imbutus, litteratorum erat amantiſſimus, & ingeniorum fautor unicus, Eccleſiaſticæ libertatis contra petulantes quorundam inſultus acerrimus propugnator; prudens ita tamen ac moderatus, ut privilegia Cleri defendendo, de Regia nihil detraheret auctoritate, atque hanc aſſerens, Eccleſiaſtico juri nihil

etiam derogaret: In publicis Galliæ conventibus oravit frequenter, ubi cum ora omnium & aures ab eo penderent, animos cæterorum non magna difficultate in sententiam veritati ac justitiæ semper faventem pertraxit. *Epistolarum* volumen edidit, quas Romæ Legatus ad Regem miserat. Obiit anno 1618.

ANDRÆUS SCHOTTUS Antverpianus adolescens Lovanii Philosophiæ operam dedit in gymnasio Castrensi, & in eodem postea Rhetoricas præceptiones juventuti explicuit. Discipulus tum illi fuit *Petrus Pantinus*, quem postea peregrinationis suæ comitem in Gallia atque Hispania habuit. Ipse *Cornelium Valerium*, & *Theodoricum Langium*, hunc Græcæ, illum Latinæ, in Trilingui Collegio linguarum professores diligenter audivit: atque amicis *Justo Lipsio*, *Ludovico Carrioni*, *Suffrido Petro*, *Guilelmo Cantero*, supra cap. 102. laudato, aliisque familiariter est usus. Anno millesimo quingentesimo sexto direpta, flammisque fœdata per militem Antverpia Duacum se contulit & in familia vixit *Philippi Lansii*, viri nobilis, ad quem elegans *Lipsii* exstat epistola *de peregrinatione utiliter instituenda* Duaco Lutetiam profectus, ab *Augerio Gisleno Busbequio* Legato Cæsareo in familiam adscitur: Amicos hic habuit eisdem deditos studiis *Claudium Puteanum* Senatorem *Petrum & Franciscum Pithœos* fratres, *Joannem Passeratium*, *Nicolaos Fabrum & Guillonium*, *Papyrium Massonum*, Biennio elapso in Hispaniam à Parente negotiorum causa missus, *Eliam Vinetum* Burdigalæ de via salutavit. Hæsit primum Madriti in aula, post Compluti menses octo substitit. Inde anno millesimo quingentesimo octogesimo Toletum se contulit, itineris comitem nactus *Guilelmum Lindanum* Ruræmundensem in Geldria Episcopum, tunc in Hispania exsulantem. Hic *Alvaro Gometio* innotuit, publico Græcarum Professori: quo vita functo *Schottus* Salmantica evocatus, superatis competitoribus, Cretensi uno, & duobus Hispanis, cathedram obtinuit, atque à *Gaspare Quiroga* Card. & Archiepiscopo Toletano mox in familiam vocatus, triennium eidem adhæsit, & simul Græcas in Academia litteras tradidit. Erat tunc *Garsiæ Lopesæ* à studiis ac bibliotheca *Pantinus*, qui *Schotto* ad nascentem Academiam Cæsarauguslanam, ut in ea Rhetoricam & simul Græcam traderet linguam, evocato, in Toletana cathedra successit. Magna tum pietatis ac doctrinæ fama per Hispaniam florebat *Ant. Augustinus* Tarraconensis Antistes: à quo benigne invitatus *Schottus* annos duos cum ipso communia habuit studia, & de studiis colloquia. Ex ejusdem palatio in Soc. *Jesu*, voti pro salute patriæ suæ reus commigravit, anno salutis millesimo quingentesimo octogesimo sexto, die festo Paschæ & sacræ militiæ tirocinia Cæsaraugustæ posuit. Ex Hispania deinde jussu superiorum in Italiam transiit, & abiis oratoriæ Artis in urbe Roma explicandæ provinciam accipit, *Francisco Bencio* ad meliorem vitam translato. Triennio non sine fructu exacto, in patriam postliminio rediit, atque in ea consenuit, civibus suis exterisque omnibus, qui illum quotidie visebant, longe gratissimus. Obiitque ibidem anno Christi millesimo sexcentesimo nono supra vigesimum, ætatis septuagesimo, qui climactericus ipsi erat. Numquam fessus scribendo fuit, aut satur legendo. Immensa sunt quæ recensuit, illustravit & auxit, de quibus *Catalogistas* consulere poteris. Ut de *Sexto Aurelio Victore*, *Pomponio Mela*, *Seneca Retbore*, aliisque profanis auctoribus ab eo illustratis nihil dicam, *Photii Bibliothecam* primus Græce & Latine edidit, maximo Reip. litterariæ bono. *Isidori Pelusiotæ Epistolas sexcentas* antea non visas, ex Vaticana Bibliotheca eruit & Latine reddidit. Præpositorum duorum Generalium Soc. *Jesu Jacobi Laynis & Francisci Borgiæ*, itemque *Alphonsi Salmeronis* res gestas ex Hispanico in Latinum transtulit. Veteris beneficii memor *Antonio Augustino Laudationem funebrem* scripsit. *Citationes Patrum* addidit *Operibus Ludovici Granatensis*. *De Sacris & Catholicis sacræ Scripturæ Interpretibus*, ordine Bibliorum tractatum emisit Coloniæ anno 1618. Item *Observationum humanarum* Libros V. qui prodierunt Antverp. an. 1615. apud *Bellerum*. *S. Basilii Magni opera* recensuit, epistolis & notis auxit. *S. Cyrilli Commentaria in Pentateuchum Moysis* Græcolatina παραλλήλως edidit. *De bono silentii Religiosorum & secularium libros* 2. qui & idiomate patrio postea sunt editi. *Philotei Anglide mundi contemptu* primum edidit. Collegit *Bibliothecam Hispaniæ*, quæ tomis tribus Francof. excusis continet illustres Hispaniæ Scriptores varios. Alia plurima è MSS. emendavit, in lucem eruit, è Græco transtulit, *Scholiis* & *Notis* illustravit. *Fasti Siculi* bis sunt emendati à *Schotto*. Optima editio est posterior, Antverpiæ 1619. cum *Goltzio*.

STEPHANUS GUYONIUS, natione Burgundus, patria Dolanus, Soc. J. cum eloquentiam professus fuisset tum Anicii, tum Avenione, scripsit *Orationes* duas perelegantes de antiquitate urbis Aniciensis, Alteram vero, *de prisca dignitate* ejusdem civitatis. *Compendium* item *Summæ* seu *Manualis Doctoris Navarri* in ordinem Alphabeti redegit, sententiasque omnes succincte complexus est, quod sumptibus *Horatii Cardonis* exiit in lucem anno 1609.

STEPHANUS *de* AVILA, natione Hispanus, patria Abulensis, in ea Hispaniæ provincia, quæ vulgo *Castella Vetus* dicitur. Societatem Jesu, ætate adhuc tenera, ingressus est; de quo in principio libri illius *de Censuris* hæc habentur ad verbum: *Post absolutum spiritualis tirocinii tempus, Theologicis litteris applicuit animum, tam felici ingenio, ut nihil supra; vix discipulus esse desiit, cum aliorum Magister & Doctor renuntiatus est: miraculo fuit adolescentis sapientia summa, eruditio singularis;* Hæc præpositos movit ut eum ad Peruani regni incolas olim transmitterent. Excepit America tantum virum, ut par erat; cumque tacente ipso, quantus esset prædicaret fama, Theologiam in Academia Limensi profiteri publice jussus est. Credi vix potest, quam plausibus omnibus ejus do-

docendi ratio: admirationi erat acumen ingenii, in indagandis rebus solertia, in tradendis exquisitissima methodus, in evolvendis *Auctoribus* indefessum studium, præsertim in re morali. Hæc si *Stephanum* commendarunt omnibus, ut *Doctor Doctorum* vulgo diceretur, illum totius regni proceres, tribunalia summa, ut absolutissimum Theologum, & utriusque juris peritissimum consulebant. Omnes hominum status, civitates omnes, & Provinciæ, quod *Avila* dixisset, verum, certum, securum; quod reticuisset, suspectum, incertum, periculosum judicabant. Respondebat doctrinæ egregia probitas morum, Vir fuit incredibili sui despicientia, honoris perpetuus contemptor, abjectionis cupidissimus; quique cum in omnium ore esset, solus ipse seipsum ignorabat. Obiit post illustratas fere omnes quatuor summæ Theologiæ Angelici Doctoris partes, cujus acerrimus semper defensor fuit daturusque forsan fuisset in lucem quamplurima, nisi immatura mors calamum abripuisset. Quod ex omnibus lucubrationibus, quæ certe multæ sunt, absolutum magis nobis reliquit, opus *de censuris ecclesiasticis* est, postumus filius patri.

CCIV. GVILIELMUS ESTIUS, Gorcomii natus in Batavis, puer Ultrajecti literis politioribus sub *Georgio Macropedio*, studiis autem Philosophicis & Theologicis Lovanii eruditus est, quæ etiam toto decennio docuit ibidem. S. Theologiæ Doctor creatus Duacum accersitur, Regioque ibidem seminario præficitur, & ad *D. Petrum* Præpositus, Universitatisque Cancellarius salutatur. Vir fuit effusa beneficentia in egenos, pietatis, doctrinæ, & modestiæ Christianæ speculum. Obiit anno 1613. non sine Sanctitatis opinione, ætatis 72. Lovanii cum adhuc existeret, se contulit in *D. Augustini* opera castiganda seu recensenda è MSS. Scripsit *Martyrium Edmundi Campiani*, Soc. Jesu. *Historiam Martyrum Gorcomiensium*, qui pro majori parte Fratres Minoritæ fuerunt, & eorum Guardianus *Nicolaus Picus*, *Estii* avunculus erat. *Martyrium* item *Guilielmi Goudani* atque *Cornelii Musii*. *Commentarium absolutissimum in omnes B. Pauli Epistolas*, qui cura *Bartholomæi Petri* denuo prodiit cum ejusdem *Auctario* posthumo *in Epistolas D. Joannis Canonicas*, Duaci apud *Bellerum*, & Coloniæ. Utilissime leguntur *Estii Annotationes in præcipua ac difficiliora S. Scripturæ loca*, quas auctiores emisit *Gaspar Nemius*, Episcopus Antverpiensis infra laudandus. Elegiam lusit elegantem *de libera Religione*, quæ legitur apud *Molanum* l. 1. c. 22. *De Fide hæreticis servanda*.

TARQVINIUS GALLUTIUS Sabinus, Soc. *Jesu* Presbyter, diu in Romana luce Rhetoricam exquisite docuit, & magni Oratoris partes in nobilissima Purpuratorum procerum corona non semel explevit. Exstant diversa ejus *Orationum* & *Carminum* volumina Romæ 1617.

THEODORUS FORESTUS, Bergomas, Capucinus, *Antonii Card. Barberini*, Theologus, ingens volumen *de cognitione SS. Trinitatis* 1632. in fol. Romæ publicavit. *Universam* insuper *S. Bonaventuræ doctrinam* commentariis illustravit.

FRANCISCUS ROUTONUS Sequanus Soc. Jesu Theologus, *Theologiam spiritualem* in sex partes distributam conscripsit, itemque *Lexicon Hebraicum*, quo quam legitime vulgatus interpres Hebræum textum expresserit, & quam Rabini & Hebraizantes aberrarint, accurate demonstrat. Utrumque opus Typographorum diligentiam jampridem interpellat. Constantinopolim curandæ rei Christianæ caussa missus multa ibi passus fuit. Post naufragium in Galliam redux, cum teterrima lues civitatem Lugdunensem depopularetur, spirituali saluti ægrorum operam dedit, & lue demum tactus inter pias ad *Christum* voces spiritum eidem reddidit, anno 1628. *Lexicon Syriacum*, quod parabat, mors intercepit.

CHRISTOPHORUS AVENDANIUS, Hispanus, patria Pintianus, Ord. Carmel. quem *Chrysologum Hispanum* vocabant, ob mirum acumen ingenii, conceptuum affluentiam, dicendi dexteritatem & eruditionis exuperantiam, tum scriptis, tum concionibus ostentatam, inter Regios fuit eloquii cœlestis Declamatores. Prælis vulgavit, *Sermones de Adventu & Sanctis temporis illius*; *Litaniam Æterni Patris luminum*, ex locis divinæ paginæ compegit & ea, qua flagrabat erga Deum Patrem affectione, Apostolicum sollicitans *Indultum*, ut cum Indulgentiis datis orbe toto, singulari festo die celebraretur Æterni Dei Patris festivitas, ante obtentionem abiit ad supera munera fructuosus operarius, Madriti, anno 1629.

OCTAVIANUS de Tufo, Italus, patria Neapolitanus, nobili loco natus, Soc. Jesu dum Marchionem *S. Crucis*, Trierarcham classis Hispanicæ per maria terrasque sequitur à Confessionibus, it incurrit mortem Genuæ anno 1629. ætatis 51. Edidit *Commentaria in Ecclesiasticum*.

SIGISMUNDUS SCACCHIA, Jureconsultus Romanus, scripsit *de Judiciis*, *de sententia*, & *Re judicata*, *de Appellationibus*, *de Commerciis & cambiis*, Venetiis, Romæ, & Francofurti edita. Vivebat 1620.

THEODOSIUS RUBEUS, Priverns Theologiæ & J. U. Doctor, *Singularia ex Rota Romana decisionibus selecta*. Romæ 1624. in fol. publicavit. Alia ejusdem opera *Allatius* in suo *Indice Apum Romanarum* enumerat

TERENTIUS ALCIATUS, patria Romanus, Soc. Jesu Theologus clarissimus, erudite & culte scripsit veram *Concilii Tridentini Historiam* Romæ editam *Vitam B. Petri Fabri*, primi Sociorum *S. Ignatii*.

Hieronymus Guevara, Hiſpalenſis, Soc. J. Theologus *Commentaria in Matthæum* 1626. Madriti tomis III. edidit.

Didacus Daza, Colmenarenſis, Hiſpanus, S. J. Theologus moriens reliquit *Commentationem in duo priora capita S. Jacobi Apoſtoli*; 1626. Compluti editam, poſt ejus obitum. Obiit autem anno 1623. ætatis 44.

Joannes Morinus Blesensis, Presbyter Oratorii *Jeſu Chriſti*, *Exercitationum Eccleſiaſticarum* libros duos Pariſiis 1626. publicavit.

CCV. Lælius Bisciola, natione Italus patria Mutinenſis, puer admodum una cum *Joanne Gabriele* germano fatre natu majore Societatem *Jeſu* expetivit, & à *S. Ignatio* Romæ admiſſus eſt. In Societate optimæ indolis ſpecimen dedit & virtutibus diſciplinisque egregie excultus eſt. Itaque & Græcas litteras & Artem dicendi, Quæſtiones de moribus, Scholaſticam, & ſacras Litteras profeſſus eſt; atque frequentibus populum concionibus ad pietatem inflammavit, & propter prudentiam cum lenitate, ac benignitate conjunctam, multis Collegiis prætectus eſt. Obiit Mediolani, dum Comenſe Collegium moderaretur, anno 1629. Scripſit *Horarum ſubſecivarum*. Hoc eſt *Rerum in omni Philologia genere excellentium* duo volumina, quorum prius librorum viginti Ingolſtadii anno 1611. exiit; poſterius continet libros XVII. & prodiit Coloniæ anno 1618. *Obſervationum ſacrarum* lib. 12. *Digreſſionum in Evangelia Matthæi, S. Joannis & Epiſtolas ad Romanos, Galatas, Hebræos* lib. 4. Et hæc quidem Latine, Italice vero alia. Perpulcra opera, ſub nomine *Pauli Biſciole* fratris ſui edidit, inter hæc avide leguntur *Dialogus de Bono Peregrinationis, Dialogus de Bono Mortis, diſcurſus Chriſtiani & Morales, liber comparationum & ſimilitudinum* pro Concionatoribus.

Cornelius Lancilottus, Melchin. ord. Erem. S. Aug. Doctor Theol. linguarum præter vernaculam, Gallicæ, Hiſp. Ital. callentiſſimus, variis muneribus in ordine ſuo functus, primus Coloniam Auguſtinianam poſtliminio deduxit Antverpiam, ædem ſacram ſua potiſſimum induſtria, e piorum eleemoſynis condidit. Edidit *Nectar & Antidotum, ex operibus D. Auguſtini collectum, & digeſtum ordine alphabetico, contra ſectatores quoslibet. Lucernam vitæ perfectæ, cum Sacerdotalis tum Monachalis*, juxta regulam *D. Auguſtini*, opus poſthumum. Obiit anno 1622.

Hermannus Hugo, Soc. Jeſu Presbyter patria Bruxellenſis, *Auberto Miræo* cognatus fuit, atque peramicus. *Hugonem Mirai* mater è ſacro fonte ſuſceperat. Eccleſiæ ac Societati utiliſſimum haud dubie futurum, ſi diuturnior vita obtigiſſet. *Ambroſio Spinolæ* cum eſſet à ſacris Confeſſionibus, *Bredæ obſidionem* ſpectavit, quam & accurate deſcripſit. Vulgavit inſuper tractatus *de prima ſcribendi origine, & univerſa rei litterariæ antiquitate. De vera fide eapeſſenda* pro *Leſſio* contra *Meiſnerum* Lutheranum, & *Brandium* Calviniſtam; *Pia Deſideria*, emblematis, elegiis & affectibus Sanctorum illuſtrata; *De militia equeſtri antiqua & nova*, cum figuris æneis, & alia. Obiit Rhenobercæ ſtatim poſt expeditionem Velavienſem in Batavis an. 1629. æt. 41.

Oliverii Bonartii, S. J. Theologi libri 3. *De locis Canonicis* item *Commentariis in Eccleſiaſticum* Duaci 1624. in fol. prodierunt.

Gaspar Hurtadus, Mondejarenſis S. J. Theologus & Profeſſor Complutenſis *de Matrimonio & Cenſuris* 1629. in 8. Lugduni prodiit.

Sergius Risius, Archiepiſcopus Damaſcenus, edidit anno 1610. *Pſalmos* lingua Cyriaca & Arabica, in monte Libano in monaſterio *S. Antonii & S. Joannis* Evangeliſtæ. Vertit præterea *Pentateuchum Cyriacum* in linguam Latinam.

Hieronymus Floravantius, Romanus, S. J. Latinæ, Græcæ, Hebraicæ & Orientalium linguarum peritiſſimus, *Clementi VIII.* Pontifici à ſacris Confeſſionibus fuit. Scripſit libros *de S. Trinitate à Franciſco Suarez*, quem Præceptorem habuit, mirifice laudatos, item *Scholia in ſcripturam ſacram, & ſummam brevem Theologiæ moralis*. Obiit Romæ anno 1630.

CCVI. Stephanus Bubalus de Cancellariis, Romanus, Soc. *Jeſu* Theologus *Commentariorum de Angelis* tomos tres conſcripſit: quorum primus Lugduni 1622. in 4. editus fuit. Magni nominis Philoſophus & Theologus Romæ docens, adoleſcentes diſcipulos habuit, qui poſt in purpura fulſerunt. Obiit anno 1636.

Bartholomæus Petrus Lintrenſis, ſic dictus à municipio natali prope Thenas in Brabantia ſito, Doctor Theologus & Profeſſor Regius in Academia Duacena ad *S. Amatum* Canonicus, Eccleſiaſticæ antiquitatis peritiſſimus, edidit Duaci, 1611. *Vincentii Lirinenſis contra hæreſes* libellum aureum, additis *Notis brevibus*, præmiſſaque, *Diſſertatiuncula apologetica de Vincentio*, ejusque ſcriptis. *Guilielmi Eſſii* opera poſthuma luce donavit, ſupplevitque ea quæ is morte præventus imperfecta reliquerat. Edidit & *commentaria in Acta Apoſtolorum, Apoſtolicæ ſedis Definitiones veteres de Gratia, cum Annotationibus in Epiſtolam S. Cæleſtini Papæ pro B. Auguſtino*. Pie deceſſit grandævus anno 1630.

Petrus Cunæus Flissingus, Hebraicas, Græcaſque litteras potiſſimum arripuit, & ad interiora Hebraiſmi ſacraria, Rabbinorumque commentarios penetravit, manuductore *Joan. Druſio*. Scripſit *de Republica Hebræorum* libros tres. Vivere deſiit anno 1631.

Franciscus Haræus, Ultrajectinus, peragrata Germania Italiaque, ipſam etiam Moſcoviam, una cum *Ant. Poſſevino* à Pont. Max. miſſo eo legato, penetravit. In patriam redux, primum

Digitized by Google

mum Canonicus ad *S. Joannem* Silvæ ducis fuit, dein Mamurci in *Sancti Albani*, demum Lovanii in *D. Jacobi*. Præceptorem habuit *Stapletonum*, juxta cujus tumulum in *D. Petri Basilica* depositus est. Scripsit *Vitarum Sanctorum* ex *Laur. Surii* Tomis VII. *Compendium*, phrasi Auctorum servata, exemplo *Bedæ, Usuardi, Adonis* & *Molani, Olympiades & fastos sacros atque profanos; Chronicon universale; Annales Ducum Brabantiæ, ac Tumultuum Belgicorum*, & alia quæ *Valerius* enumerat. Obiit Lovanii 1632.

Ægidius Regius, Bellanus Flander, Soc. *Jesu* Presbyter magni *Lessii* non impar discipulus, Theologiam ut vocant scholasticam, Lovanii annos plures apud suos cum laude docuit, ediditque Antverpiæ secundo *Commentariorum in universam S. Thomæ Aquinatis doctrinam* tomos duos. *Commentarium item* de Sacramentis & Censuris tomos II. & alia literaturæ politioris opera. Obiit Lovanii anno 1633.

Henricus Lancilottus, *Cornelii* frater, anno ætatis 18. in Ordinem Augustinianum admissus est, missusque inde studiorum causa Lovanium, ubi primus, ex legibus Academiæ tunc præscriptis, post ternas publice absque Præside in disputationibus defensiones, una cum *Corn. Jansenio*, Iprensium post Antistite, S. Theol. Doct. renuntiatus est. Vir fuit oris facundi, vultus elegantis & insigni proceritate spectabilis, fidei orthodoxæ & regularis observantiæ fervidus Zelator, hæreticorum infectator & olor acerrimus. Edita sunt ex ejus scriptis *Pharos Apostolica*, sive *Missionis illegitimæ omnium ministrorum hæreticorum Demonstratio Apostolica. Capistrum Hunnium*, sive *Apologeticus pro dicta Demonstratione. Anatomia Christiani deformati*, quæ est Exegesis Theologica, Catholica, Moralis, Epistolæ *D. Judæ* Apostoli. Hæreticum QUARE, per *Catholicum QUIA, in omni pene materia Religionis clare solutum*, quod opus est modo redditum Anglice, Polonice, Gallice. *Abecedarium Luthero-Calvinisticum. De libertate Religionis è Republ. Christiana proscribendâ. Paranesis ad Ferdinandum II. Imp. pro Calvinismi è toto Imperio proscriptione. Os blasphemum Calvini, de Christi in Cruce desperatione, pœnarum inferni perpessione, &c. obturatum. Lapis Adiutorii*, hoc est, *Psalmi IV. Cum invocarem*, &c. *Exegesis Theologica, Catholica, Moralis*, in modernos Atheistas. *Commentarium* parabat in omnes utriusque Testamenti libros, quo usque ad *Jonam* Prophetam perducto, Antverpiæ vita functus est, anno 1643. moriensque *Joanni Mantelio* ejusdem ordinis Theologo curam commisit illius operis perficiendi & edendi.

Martinus Bonacina, Mediolanensis, Theologus & Jureconsultus insignis, multa scripsit ad Theologiam, præsertim moralem, spectantia, Lugduni & alibi non semel edita. Obiit vir pius & bonarum litterarum studiis excultus anno 1631. in itinere cum ex Urbe Viennam Austriæ cogitaret.

CCVII. Fortunatus Scacchus, Italus Anconensis, *Jacobi Oliverii* Equitis filius, Erem. Aug. anno 1594. Romam se contulit, perfecitque ut in Hispaniam sibi proficisci liceret. Studuit septennio Compluti. Tradidit se deinde linguarum cognitioni, è quibus Hebraicam ita novit, ut in ea natus esse videretur. Generalibus Comitiis anno 1618. Romæ habitis, eodem se contulit, ubi pro nominis ejus fama, summis est doctorum virorum amplexibus exceptus, atque à *Scipione Cobellutio S. Susannæ* Cardinali in clientelam susceptus. Ab *Urbano VIII.* factus est Sacrista Apostolicus, cui muneri annis quindecim præfuit. Obiit Fani prope septuagenarius circa anno 1633. Scripsit *Sacrorum Eleochrismatum Hyrothecium sacro-profanum* & *Biblia* plures in linguas conversa, ac duobus voluminibus comprehensa, edidit Venetiis anno 1609. & *Paulo V.* Pont. Max. dicavit.

Ludovicus Cressolius, Gallus, Armoricus, Soc. Jesu Presbyter, vir varie doctus, Lutetiæ in fol. 1629. edidit *Mistagogum de sacrorum hominum disciplina*; item *De selectis piorum hominum virtutibus; Vacationes autumnales; Theatrum sophistarum; Anthologian sacram. De actione Rhetoris* & alia. Obiit Romæ sub annum 1635.

Thomas Massuccius, Recinetensis, Soc. Jesu Presbyter, libros octo *de cælesti conversatione per internam orationem*, & *Exercitia spiritus* 1622. Romæ publicavit. Scripsit insuper *Vitam S. Pauli.* Obiit Romæ, an. 1636.

Ludovicus Tribaldus, Toletus, Natus festo Resurrectionis Domini Anno 1558. in Oppido quod vulgo *D. Clementis* nominatur in media Laminitania seu Celtiberia Marchia (hodie *Mancha* vocant) In Gymnasio Complutensi Rhetor publicus fuit deinde *Philippi IV.* Regis Historiographus *primarius* rerum Indicarum. Obiit Madriti XIX. Octobr. MDCXXXIV. Scripsit *Ibericam Epœnesim* versu heroico. Ant. apud *Moretum.* Adfecta jam reliquit ΟΜΟΠΑΟΑ Salomonis seu de illius ad Tarsis vel Ophir, hoc est, Hispaniam socita cum Tyriis velificatione, brevi uti speramus prodibit. *Emblemata* id est *Blemmata* CCL. sic volebat scribi *Tribaldus*, cum Commentariis. *Regni Chilensis in Peruana regione Historiam Tom. II.*

Martinus de la Vera, Diœcesis Placentinæ, Prior Cœnobii *Laurentini* in Escoriali per sexennium, & demum Prior *S. Bartholomæi* ad Lupianam & totius Hieronimiani Ordinis Generalis, in omni scientiarum genere versatissimus. Obiit Abulæ ubi tum collegio ejusdem ordinis sui præsidebat XXIII. Junii 1637. Scripsit Hispanice *Institutionem pro Ecclesiasticis* admodum necessariam, ad usum & praxim rituum & cœremoniarum, nec minus utilem sæcularibus, ut sciant qualiter orandus & adorandus sit Deus, & quo cultu prosequendi sint homines in rebus politicis

HIERONYMUS de la CRUX, Regii Cœnobii *S. Hieronymi* Prior hoc ipso tempore. Scripsit *Apologiam pro illis statutis per quæ in Hispania à Dignitatibus, muneribus, beneficiis & honoribus Ecclesiasticis arcentur qui ex Abraha semine aut Mahometana colluvie originem trahunt, adversus fr. Augustinum Salucium Dominicanum, qui illa scripto impugnarat.* Madriti 1637. in fol. Dedit etiam *Jobum Illustratum* in fol.

LUDOVICUS GONGORA, Poëtarum Hispanicorum sui temporis facile princeps. Obiit Canonicus Cordubæ in patria 23 May 1627. ætat. 55. Avide leguntur ab Hispanis ejus *Comœdiæ*. In studiis iisdem æmulum habuit *Lupum de Vega Carpio*, insignem poëtam qui Obiit an. 1635.

ATHANASIUS GERMONIUS, Archiepiscopus Tarantasiæ, legatus Ordinarius *Philiberti* Sabaudiæ Ducis in Aula Regis Catholici Vir in Jure Canonico versatissimus, cujus extant ingentia duo volumina *de Jurisdictione Ecclesiastica* in folio, & aliud in 4. Obiit Madriti quarta die Augusti an. 1627. Sepulturæ mandatus in *D. Hieronymi* Cœnobio.

ANTONIUS QUINTANADUENAS, Burgensis Hispanus, Consiliarius Regius in Consilio Italiæ 15. mensis Novembr. anno 1626. subitanea morte Madriti expiravit annum agens 78. Bonis in litteris & in Jure æque doctissimus, & in hoc extant præclara viri monumenta.

ALFONSUS de LEONE, Neapolitanus, Clericus Regularis, *Recollectiones conclusionum de casibus conscientiæ* Arimini 1630. in 4. publicandas curavit.

CCVIII. ANDREAS VICTORELLUS, Presbyter, & Theologus Baffanensis, scripsit *de Angelorum custodia, de extrema Unctione, de Jubileo, de officio Curati,* Ad *Alfonsi Ciaccon*ii opus de Pontificibus & Cardinalibus, *Additamenta* sub texuit: item *Leonis XI. Clementis VIII. Pauli V. Gregorii XV. & Urbani VIII. Vitas* adjecit.

NEOPHYTUS RHODINUS, Cyprius, monachus ordinis *S. Basilii*, vernacula Græcorum lingua, scripsit tractatus varios Romæ 1628. & 1630. editos: in quibus *de divinis Sacramentis, de præceptis Decalogi, de officio recitando*, aliisque rebus Ecclesiasticis disserit.

NICOLAUS RICCARDIUS, Ordinis Prædicatorum, Palatii Apostolici Magister, scripsit *Commentarios in omnes sacræ Scripturæ libros*, item *Historiam Concilii Tridentini à calumniis vindicatam*, Romæ 1630. editam.

THOMAS CAMPANELLA, Styli, quod est Calabriæ oppidum, ortus, mature se intra Dominicanorum claustra conclusit, & obiit in Gallia. Scripsit ingens opus *de reformatione scientiarum*, decem in codices divisum, quorum singuli plures in partes distribuuntur; unde, nihil acutissimo ingenio homini tam fuisse propositum apparet, quam relictis veteribus viis, ad omnium scientiarum notitiam, novum atque directum iter aperire. Scripsit & alia permulta, quorum index à *Jacobo Gaffarello* recensetur & de quibus judicium videre poteris *Allatii* in *Catalogo Scriptorum Romanorum*. Vidi hujus Auctoris *Atheismum Triumphatum*, seu *Reductionem ad Religionem per scientiarum veritates*, contra *Antichristianismum Achitophelitticum*, sive contra librum *de tribus Impostoribus*. Romæ an. 1630. Impendit *Campanella* annos 25. Neapoli in Castello de Ovo captivus. Vitam ejus compendiosam habet *Janus Nicius* in sua *Pinacotheca*.

MATTHÆUS RADERUS, natione Germanus, patria Tirolensis, anno salutis 1568. natus est, ac vicennis Deo se in Societate sacravit; in qua, & Humanioribus, & severioribus litteris non minus quam religione excultus est. Deinde permultos juventuti erudiendæ impendit. Excelluit autem cum omni dicendi elegantia, atque ingenuarum artium cognitione, tum Poëtica facultate, scripsit *Commentarios in Martialem* à se emaculatum, denuo auctos curis secundis & tertiis. Idem edidit à se conversam è Græco, & *Notis* illustratam, *Petri Siculi historiam de Manichæis, Concilium octavum Œcumenicum*. Item *Viridarium Sanctorum, ex Menais Græcorum collectum. Joannis Climaci libellum de Pastore. Syntagma de statu morientium.* Præterea ab eo in lucem emissa prodiit *Aula sancta Theodosii Imperatoris, S. Pulcheriæ sororis, & Eudoxiæ uxoris, Aug. res gestas complexa*, è Græcis, & Latinis Scriptoribus, editis & non editis concinnatam *Crisis de fatali die mundi*, versu. *Viridarii Sanctorum* partes II. & III. *Chronicon Siculum*, seu *Fastos Siculos. Bavariam Sanctam* tomis III. *S. Joannis Scholastici, seu, Climaci opera omnia* interpretavit è Græco. Auxit librum V. *Nicolai Trigantii de Christianis apud Japonios Triumphis*, in quo exponit statum Ecclesiæ Japonicæ. *Quatuor Novissima* Versu Jambico, & alia plura quæ refert *Philippus Alegambe*. Florebat annis 1629.

JACOBUS BONFRERIUS, Dionantensis, Eburo, Soc. Jesu Professor Duacensis *Commentarium in Pentateuchon* 1625. typis Plantinianis publicavit, præmissis utilibus *Prolegomenis* quæ ad Scripturæ manuducunt intelligentiam. *Josue, Judices & Ruth commentariis* illustravit. Scripsit *Onomasticon locorum sacræ Scripturæ*, Parisiis an. 1631. in fol.

HIERONYMUS à S. MARIA, Hispanus, Congregationis Eremitarum Augustinianorum Excalceatorum, in Curia Romana Procurator Generalis, scripsit librum *de Sandaliis & calceamentis Apostolicis; Indicem sanctorum Hispaniæ*, & *Catalogum Episcoporum universæ Hispaniæ*. Ex his librorum postremus est *Apparatus* ad opus grande, cui titulus *Hispania Christiana*, seu *diœcesum Hispanarum Historia sacro-profana* Vivebat an. 1633.

VINCENTIUS TURTURETUS, Siculus, *Philippi IV.* Hispaniarum Regis Capellanus, scripsit

pſit librum ſingularem, cui titulum fecit, *Sacellum Regium*, hoc eſt de Capellis & Capellanis Regum. Multa huic operi poſſunt addi de ſacello Burgundico & de Capellanis Ducum Burgundiæ, *Caroli V. Alberti* & ſequentium. Florebat an. 1630.

JOANNES STEPHANUS MENOCHIUS, magni illius Jureconſulti *Menochii* filius, natione Gallus, Soc. Jeſu Theologus, *Inſtitutiones politicas & Oeconomicas è ſacris litteris depromptas* Lugduni 1628. publicavit. Eidem acceptam debemus *Explicationem litteralem univerſæ Scripturæ ſacræ, ex optimis Auctoribus per Epitomen collectam*, tomis II. quam Colonienſes 1630. cum aliis ediderunt.

CCIX. DOMINICUS RUZOLA, Hiſpanus Cantaber, patria Bilbilitanus, quæ eſt diœceſis Turiaſonenſis, vixdum quartum decimum oppleverat annum æt. ſuæ, cum ſe contulit ad Religionem *B. Mariæ* de Monte Carmelo veteris Obſervantiæ in Conventu Cæſar Auguſtano, ubi per annos plus minus decem & octo multa præbendo virtutum exempla, ſpiritus fervoribus accreſcens, arctioris vitæ deſiderio, Diſcalceatorum habitum aſſumpſit Paſtranæ. Inde rumore magno per totam Hiſpaniam, ob ſanctitatem vitæ celebrari cœpit. Martyrii deſiderio flagans, Romam appulit, ut obtenta benedictione ſummi Pontificis, in Barbaros pergeret, Infidelibus Evangelica ſemina daturus; ſui Ordinis Generalis, ſummo Religionis univerſæ, populi, Romanorum Principium, immo & Summorum Pontificum *Clementis VIII. Pauli V. Leonis XI. Gregorii XV. Urbani* denique *VIII.* qui una voce *Sanctum* eum appellabant, applauſu ſelectus eſt. Miranda Deus ſervi ſui meritis patravit: Contractam totis artibus Monialem repente priſtinæ ſanitati aſſeruit. Pragico prælio tamquam ſtrenuus miles Catholicam dirigens aciem, eam, inſidens equo, corroboravit & verbis, & ſacra Crucifixi, *Mariaque* Virginis imagine; victoriam ab innumeris hæreticis, cum Orthodoxi nimium quantum pauciores numerarentur, glorioſiſſimam reportavit. Tanta illum veneratione *Ferdinandus II.* Imperator proſequebatur, ut tamquam ſui ſpiritus Directorem & Patrem auſcultaret. *Albertus* Archidux, cum *Iſabella* uxore piiſſima, Hiſpaniarum & Galliæ Reges, Principes, Reſpublicæque Catholicæ certatim virum venerabantur & quæritabant. Feliciter diem clauſit 16. Feb. an. 1630. coram adſtantibus Imperatore & Imperialis Curiæ Principibus cunctis, corpore mira pulchritudine puro, & veluti vegetiore. Exſtant ejus *de myſtica Theologia* lib. II. *De tribus viis ad Deum. Directorium bene moriendi.*

JOANNES MIDOTIUS, Gallus, S. Th. Doctor, Juris utriusque Licentiatus, Archidiaconus Major, Canonicus Cathedralis, & Collegiatæ Tullenſis Eccleſiæ Præpoſitus, edidit *Vindiciæ Communitatis Norbertinæ, antiqui rigoris*, quibuscumque Reformationum Religioſarum fautoribus maxime proficuas, per *Gaſparem Bernardum* Univerſitatis Muſſipontanæ Typog. juratum anno 1632. in 4. Præmonſtratenſis ordinis Reformatio inchoata eſt ab aliquot annis in Monaſterio *S. Mariæ ad Nemus*, ab Abbate *Servatio*, Doctore Theologo Pariſienſi, cum Religioſorum ejusdem ordinis conſenſu: Hanc *Franciſcus à Longo-prato* præfati ordinis Generalis Abbas, non modo gratam & ratam habuit, verum etiam perpetua à carnibus abſtinentia & jejunio hyemali voluit adſtringerentur Reformati, vel ſaltem, ut primorum ejusdem ordinis Patrum vitæ conformiores eſſent, ſuaſit rigorem augerent, Decreto dato 19. May. 1611. *Petrus Goſſetius Franciſci* ſucceſſor, ne prædeceſſori in affectu erga hujusmodi Reformationem cedere videretur, cuidam Bullæ Pontificiæ ſuper ſeparatione menſæ Conventualis ab Abbatiali monaſterii *S. Mariæ Majoris* Muſſiponti tunc noviter extructi, ſuæ auctoritatis cenſuram, & abſtinentiæ, hyemalisque jejunii aucti confirmationem adjecit, an. 1614. Idem hoc ipſo anno *Articulos Reformationis*, ut & an. 1616. confirmavit. *Servatius* Abbas ob. 1631. æt. 70.

FRANCISCUS HALKARIUS ſcripſit contra *Calvini* dogma, *de infantium ſanctificatione in utero matrum* in 8. Affinis fuit *Fabiano Quadrantino*, qui abjurato Lutheranorum hæreſi doctam *Paliodiam* edidit.

PHILIPPUS GUADAGNOLUS, Clericus regularis Minor, ſcripſit *Dictionarium & Grammaticam Arabicam*, item *Apologiam pro Chriſtiana religione*, qua reſpondetur ad objectiones cujusdam Perſæ, typis 1631. in 4. editam.

JOANNES LE PAIGE, Gallus, Theologus Pariſienſis, Archimandritæ Præmonſtratenſis Eccleſiæ Canonicus, & ejusdem ordinis ſyndicus, duobus libris complexus eſt *Bibliothecam Præmonſtratenſium*, an. 1633. in fol. ex qua deſumi poterunt illius ordinis Scriptores illuſtriores qui hic deſunt.

PETRUS BLANCHOT, Gallus, Theologus & Orator doctrina, ſedulitate pietateque præſtans, Ordine minimus fuit. Ab eo ſunt *Idea Bibliothecæ univerſalis*, Pariſiis apud *Sub. Cramoiſy* 1631. & *Bibliotheca Concionatoria* SS. *Patrum* ibid.

CCX. PETRUS CASTELLANUS, Flander Gerardimontanus, Doctor Medicus Academiæ Lovaniensis, animi candore & eruditionis reconditæ fama præclarus, edidit *Convivium Saturnale*, Lovanii 1616. typis *Maſii de Græcorum Faſtis Syntagma*, Antverp. apud *Verduſſium* 1617. *Vitæ illuſtrium Medicorum.* Obiit præmature anno 1632.

NICOLAUS RIGALTIUS, Gallus, Jurisconſultus, edidit *Obſervationes & Notæ ad libros Q. Septimi Florentis Tertulliani*, quas è Societate Sarbonica Doctores Theologi legerunt, probarunt 20. Julii 1633.

JACOBUS SALIANUS, Avenionenſis, Soc. J. Presbyter, integritate vitæ & indefeſſo labore conſpicuus, obiit Pariſiis grandævus anno 1640. Scripſit *Annales Eccleſiaſticos Veteris Teſtamenti*, ab Orbe condito, usque ad *Chriſti* Domini mortem, tomis VI. quibus connexi ſunt *Annales Imperii Aſſyriorum, Babyloniorum, Perſarum, Græcorum atque Romanorum.* Illud opus continet non ſolum univerſam veteris ſcripturæ hiſtoriam per annos ſuos digeſtam, ſed etiam enarratam, cum expoſitione quamplurimarum graviſſimarumque difficultatum. In eodem *Il. Joſephi* infinita errata ex ſcriptura & certiore hiſtoria corriguntur, *Emendatoris* etiam *temporum* vis ingens errorum, parachroniſmorum & ſupputationum erronearum demonſtratur. Scriptores fere omnes, qui hiſtoriam ſacram profanamue, aut ex profeſſo tractarunt, aut obiter attigerunt, in annos ſuos digeruntur, traduntur que compendio; ut propemodum quæcumque ab iis narrata ſunt, paucis comprehenſa ad ſua tempora revocari poſſint. Stemmata familiarum illuſtrium, ſacræ Prophanæque Hiſtoriæ diſpoſita, ſuiſque auctoribus teſtata proponuntur. Pontifices Hebræi ad mille quingentos annos, ab *Aarone* ſcilicet, ad *Chriſti* Domini paſſionem, per annos ſingulos annotantur; comprehendit demum παραλλήλα illuſtrium quarumque perſonarum Veteris Teſtamenti cum *Chriſto* Domino, & illuſtrium feminarum cum *B. Virgine.* Edidit horum *Annalium Epitomen* anno 1635. Pariſiis. *Item de Timore Dei, de Amore, Dei, Arte placendi Deo.*

JOSEPHUS MARIA SVARESIUS, civis & Præpoſitus Avenionenſis, poſt infula ſacra clarior, vir Græce ac Latine doctiſſimus, atque in hiſtoriis verſatiſſimus, doctis olim in Belgio viris, & in primis *Miræo, Orationes* aliquot Romæ à ſe habitas, ibidem publicavit. Meditatur alia plurima, quæ *Leo Allatius* in ſuis *Apibus Romanis* enumerat.

LAURENTIUS LANTMETRIUS, Tornacenſis, ord. Præmonſtratenſis Theologus, Eccleſiaſticarum antiquitatum in paucis gnarus, edidit *Commentarium brevem ad Regulam S. Auguſtini*, & *de vetere Clerico, Monacho ac Clerico Monacho*, quorum habitum veterem, victum & diſciplinam, honorem & exemptionem libris tribus deſcribit.

JONNES BAPT. FERRARIUS, Soc. Jeſu Presbyter, præter *Orationes* varias Romæ à ſe habitas, ibidem edidit *Nomenclatorem Syriacum*, item *Floram*, ſive *de Florum cultura.* Vivebat 1633.

JOANNES BAPT. OSTIENSIS, Capucinus, Romæ Profeſſor ſacrarum litterarum apud ſuos, eadem in Urbe edidit *Angeli*, & *hominis Dialexim*; item *Vitam B. Felicis* Capucini, & alia.

STEPHANUS BINETUS, Divionenſis, Soc. J. ex Italia revertit in Galliam, quando ab Henrico IV. Rege Societas in Regnum poſtliminio reſtituta eſt, ubi totis pene XL. annis ſuorum Collegiis præfuit Rothomagi, Pariſiis, Provinciis Campaniæ, Lugduni, Franciæ, magno & accenſo ſtudio animarum. Obiit anno 1634. ætat. 71. Soc. 49. Præter *Sanctorum aliquot Vitas* & *Aſcetica* multa, quæ recenſet *Alegambe*, ſcripſit Quæſtiones II. *De ſalute Origenis*, & *An plerumque illuſtriora ingenia ſint perverſiora. Principium operum Dei*, ſeu *de Excellentiis B. Mariæ. Excellentiæ S. Joſephi*, & alia.

PAULUS LAYMANNUS, Germanus, S. J. Theologus, ſcripſit *Theologiam moralem*, *Quæſtiones Canonicas de Prælatorum Eccleſiaſticorum electione, inſtitutione & poteſtate, Defenſionem Papæ & Cæſaris in cauſa monaſteriorum exinctorum, & bonorum Eccleſiaſticorum vacantium*, Dilingæ apud Gaſparem Sutorem 1631. in 4. & alia. Contra hoc opus ſcripſit F. *Romanus Hay*, Monachus Benedictinus, ex monaſterio Openhuſano, librum, cui titulum fecit *Auſtrum inexſtinctum.* Oppoſuit *Laymannus Aſtrologiam Eccleſiaſticam*, & *Aſtri inexſtincti Cenſuram*, Dilingæ 1635. in 4. quo & anno obiit Conſtantiæ.

FLAMINIUS CERESOLA, Bergomas, Theologiæ & J. V. Doctor varias *Græcorum Patrum Homilias* antea ineditas Latinitate donavit. Duo inſuper volumina *de laudibus Deiparæ* confecit.

CCXI. BALDUINUS Junius, patria Dordracenus in Batavis, Patritia familia natus, ord. Minorum Theologus, olim *Juſti Lipſii* diſcipulus & contubernalis, edidit *Demonſtrationes Fidei orthodoxæ, ex Rob. Bellarmini Controverſiis. Manuale Theologicum*, de præcipuis totius Theologiæ fundamentis. *Chronicon Morale*, concionibus ani mi accommodarum. Varia ſuppoſititio nomine *Conſtantii Peregrini*, vulgavit, ſuper quibus vide *Bibliothecam Val. Andreæ.* Obiit Bruxellis 1634.

MARCUS ANTONINUS Maceratenſis, *Frederici Borromæi* Card. & Archiepiſcopi Mediolanenſis Vicarius generalis, *Reſolutiones variæ practicabilium rerum* in tres libros digeſtas Romæ 1629. in fol. edidit.

MARCELLUS MANSIUS ex Ordine Miniſtrorum, qui bene mori docent, ſcripſit Italice *Vitam Joannis Ceraſi*, cognomento *Litterati*, Romæ 1631. in 8. editam.

FRANCISCUS PAVONUS Italus, S. J. Theologus, *Introductionem in ſacram doctrinam*, Neapoli 3. tomis 1634. publicavit. Tractatum *de Ecclæſiis, Politicisque Allionibus.* Ibid. 1636. in 12. *Commentarium dogmaticum*, ſive *Theologicam Interpretationem in Pentateuchum*, 1635. in fol. *Commentarium dogmaticum in Evangelia*, 1636. fol. *Inſtructiones pro recte obeundis Sacerdotalibus functionibus*, 1629. 8. *Inſtructionem pro Exercitiis Congregationum*, loco, typis & anno iisdem. Deceſſit vir eximius Neapoli anno 1637.

MAT-

MATTHIAS CASIMIRUS Sarbienius Polonus, S. J. Presb. in Versibus, præsertim lyricis pangendis nostro sæculo mirifice excelluit, eo nomine ab ipso etiam Pontifice Maximo *Urbano VIII.* eximie laudatus. Ejus libros 4. *Lyricorum*, librum unum *Epodon* & alterum *Epigrammatum* 1634. Plantiniani junctim suis typis publicarunt.

ANTONIUS AMPIGOLLUS, Augustinianus Erem. edidit *Biblia aurea, seu locos communes ex veteri & Novo Testamento* congestos, Coloniæ 1628.

JOANNES BAP. GRAMAJUS, Antverpianus J. C. Protonotarius Apostolicus & Arnhemiensis in Gelria Præpositus, è Geldris originem majoresque suos habuit. Lovanii anno 1594. sumpto in Philosophia Magisterii titulo, omne deinceps disciplinarum genus fere tractavit: in his etiam Eloquentiam Professor Academicus publice docuit. Post *Alberti* & *Isabellæ* Belgii Principum Historicus, loca pleraque toto triennio lustravit, archiva inspexit, antiquitates eruit, discussit & publicavit. Hollandicam postea Germanicamque peregrinationem instituit: suscepto demum itinere Italico, in mari mediterraneo captus à Barbaris, cum honeste haberetur ab eisdem, plerasque Africæ oras lustravit. Hanc suam peregrinationem brevi libello exposuit, in Belgium redux, edito *Diario Argelensi*, & altro libro de *Africa illustrata*. Reliqua ejus opera *Valerius* in Bibliotheca sua recenset. Utque peregrinationis in primis amans erat, plena jam ætate in *Moraviam* & Silesiam se contulit, & ibi Cardinali *Dietterstleinio* adhæsit, gymnasio celebri gubernando ab eodem admotus. Negotiorum caussa in Belgium inde cum rediisset, reditumque in Germaniam cum cogitaret, Lubecæ in morbum letalem incidit, ibidemque 1635. vivere desiit, in Cathedrali illius urbis Basilica depositus.

ANACLETUS Siccus, Cremonensis, Viennæ in Austria diu egit, & edidit libros tres pereruditos, ac Clericis omnibus utiles, *de Ecclesiastica Hymnodia*; cui auctiores typis Plantinianis 1634. Antverpiæ recusi fuerunt. Moriens anno millesimo sexcentesimo trigesimo sexto manuscriptam reliquit *Synopsim de Clericorum Regularium D. Pauli Congregatione, deque ejusdem conditoribus Antonio Maria Zacharia, Bartholomæo Ferrario, & Jacobo Antonio Morigio.* Quam Synopsim ex eadem officina Plantiniana brevi proditurum sperant eruditi.

MARCUS ANTONIUS SCIPIO, Placentinus, monachus Congregationis Cassinensis, *Elogia Abbatum Cassinensium* 1630. in fol. Neapoli evulgavit.

CASPAR de SIMEONIBUS, Aquilanus, Italus, Poëta & Orator egregius, volumen unum *Orationum Academicarum* Romæ, Aquilæ, & alibi à se habitarum, publicavit. Scripsit item *Elogia historica Principum & Virorum scriptis illustrium*, qui apud *Jovium* desiderantur.

ROCHUS PIRRUS Siculus, Abbas Netinus, Notitiam Siculiensium Ecclesiarum 1633. Panormi in fol. evulgavit.

CCXII. GASPAR FONTIUS, Hispanus, Toletanus, ex ordine Minorum, primum Romæ, postea Compluti Professor Theologiæ, *Quæstiones Dialecticas ac physicas ad mentem Joannis Scoti*, quos Romæ prælegit, typis Lugduni 1631. in 4. edendas curavit.

JULIUS LAVORIUS, Laurinus, Italus, ex diœcesi Caputaquensi, Protonotarius Apostolicus, J. V. consultissimus, præter librum *de Jubilæo & Indulgentiis*, edidit Romæ in fol. 1628. tomos quatuor *Lucubrationum variarum*: in quibus *de Comitiis sacris & profanis, de prisco & recenti more funerandi, de conclavi & electione Canonica* fuse disserit. *Leo Allatius in Apibus Romanis* recenset & alia ejus opera, quæ morte præventus edere non potuit.

GASP. SANCTIUS, Centumputeolanus, Hispanus, S. J. Theologus & Professor Complutensis, scripsit *Commentarios in Job, Jeremiam, Psalmos, Isaiam, libros Regum, Paralipomenon, Ezechielem, Danielem, Ruth, Esdram, Judith, Esther, Machabæos*, & in *Concordiam Evangelicam*, Lugduni 1616. editos. Obiit Madriti 1632.

HIERONYMUS à S. MARIA, Hispanus, congregationis Eremitarum Augustinianorum excalceatorum, in Curia Romana Procurator Generalis, scripsit librum *de sandaliis & calceamentis Apostolicis*, *Indicem Sanctorum Hispaniæ*, & *Catalogum Episcoporum universæ Hispaniæ*. Ex his postremus liber est Apparatus ad opus grande, cui titulus *Hispania Christiana*, seu *Diœcesium Hispanarum Historia sacro-profana*. Videbat 1633.

ZACHARIAS SALUTIENSIS, Capucinus, Provinciæ Pedemontanæ, de cujus aperto cœlitus ore, veræ salutis ensis utraque parte acutus processit ad fidei orthodoxæ impios oppugnatores interimendos, dum *Sanctorum monumenta*, & *exempla Patrum* evoluit, & revolvenda, sectandaque calamo scribæ velociter scribentis exposuit. Ipse quoque non vulgaria religiosæ vitæ exempla reliquit: plenus dierum, ac bonorum operum, Definitoris Generalis munere semel ac iterum functus, obiit Genuæ, ætatis suæ anno 70. religionis 48. 31. Martii 1638.

HIEREMIAS DREXELIUS, Augustanus, Soc. Jesu, post traditam cum laude Rhetoricam totis XXIII. annis, Bavariæ Electoris *Maximiliani* Concionatorem egit. In scribendo eam adhibuit styli suavitatem cum modesta gravitate conjunctam, ut passim etiam ab Acatholicis ejus scripta legantur & commendentur. Obiit Monachii an. 1638. æt. 57. Tenuissimam valetudinem, dum vixit incredibili temperantia sustentavit, ita ut numquam æger decubuerit. Hunc tanti *Maximilianus* fecit, ut cum suo Medico salutem ejus commendaret, diceret. *Pluris interesse Reip. bono vivere Drexelium quam Maximilianum.* Defuncti suppellectilem summi æque at-



que

que imi ad reliquias depopoſcerunt, eximiæ virtutis ejus opinione permoti. Præter opuſcula variæ, quæ omnium manibus teruntur ſæpe recuſa, reliquit parata prælo pluſcula, quæ etiam proditura ſperamus.

GASPAR RUTHARDUS, Germanus, patria Eyſtettenſis in Franconia, ad amnem Almonium, Soc. Jeſu, Philoſophiæ Profeſſor ordinarius Archiducalis Univerſitatis Friburgi Briſgoiorum, obiit Briſaci an. 1638. Edidit ſingulari perſpicuitate, eruditione ac copia *Uſum rationis Humanæ diſputatum; Sacram Cosmologiam Theoriis Phyſicis illuſtratam.*

JULIUS SOLIMANUS, Italus, patria Firmanus, Soc. J. vir omni diſciplinarum genere excultus. Obiit Romæ an. 1639. Scripſit *Elogia Ducum, Regum, Interregum, qui Boëmiæ præfuerunt*, addita ſingulorum effigie. *Boëmiam exorientem, Gentilem, Chriſtianam, Piam, Bellicoſam, Regnantem, Imperantem, Auſtriacam, FERDINANDO III.* concinnatam.

MARTINUS BONACINA, Mediolanenſis, Theologiæ & J. V. Doctor, comes Palatinus, & utriuſque ſignaturæ Referendarius Apoſtolicus, ſcripſit varia ad praxim Eccleſiaſticam potiſſimum pertinentia; quæ omnia in 3. tomos diſtributa 1632. in fol. Duacenſes excuderunt.

JOANNES SEVERANUS, Presbyter Oratorii Romani, libros tres *Antonii Boſii de Roma ſubterranea*, quos is moriens imperfectos reliquerat, abſolvit, & Romæ 1632. typis publicavit. Adjecitque de ſuo *librum quartum*, & in eo plurimas antiquitates ſacras docte ac curioſe explicavit.

CCXIII. JULIUS CÆSAR RECUPITUS, Neapolitanus, S. J. Theologus & Philoſophus, 1632. ſcripſit librum *de Veſuviano incendio anni 1631. & de novo ſubſecuto Terræ-motu Calabriæ Congeminatum Nuntium.* Neapoli 1632. in 4. & Lovanii 1639. editum. *Orationem panegyricam de S. Thereſa, habitam Neapoli in ejus Beatificatione.*

ÆGIDIUS BAVARIUS, Inſulis in Flandria natus, edidit *Muſam Maronis Catholicam*, ſeu *Catechiſmum Maroniano carmine*, velut in centone expreſſum. *Paſſionem Domini*, verſibus Heroicis, potiſſimum ex *Marone* concinnatis. Obiit Gandavi 1627.

LUDOVICUS MARATIUS, Trecenſis, Gallus, S. I. Theologus, in *Summam D. Thomæ Aquinatis* tomos tres Pariſiis 1633. publicavit, exceptos magno plauſu.

RAPHAEL BELLOCAMPIUS, Monachus Benedictinus, Marchianenſis in agro Duacenſi, *Andreæ Sſvii* Prioris Marchianenſis, & *Guilielmi* Abbatis Andrenſis *Chronica* uſque ad noſtram ætatem deduxit, *Notis* illuſtravit, typisque 1633. in 4. Duaci edenda curavit.

ELIGIUS BASSÆUS, (ita dictus à Baſſæa opido ſeu municipio natali in Artefia) ordinis Capucinorum, Duaci 1637. in fol. edidit *Flores totius Theologiæ practicæ*, tum ſacramentalis tum moralis, ex Doctorum, præſertim recentiorum, ſententiis collectos, & ordine Alphabetico per modum *Summæ* redactos.

MICHAEL HESRONITA, Maronita, Archipreſbyter & Abbas S. *Georgii* in monte Libano, 1637. Romæ in 4. lingua Syriaca edidit *Calendarium* juxta Nicænum 1. Concilium, & Gregorianam emendationem ad ejusdem Concilii præſcriptum, itemque juxta antiquum Orientalium computum: quo jejunia, & feſta mobilia ſingulis annis, atque in perpetuum, facillime reperiuntur. *Calendarium* iſtud *Athanaſius Kircherus*, Soc. Jeſu Presbyter, nuncupat *Syriacas in Computum Eccleſiaſticum Inſtitutiones*, & eas mirifice laudat, magnum inde Orientali Eccleſiæ emolumentum acceſſurum dictitans.

JACOBUS GORDONIUS, Leſmorius Aberdonenſis, S. J. Doctor Theologus, nobili genere in Scotia natus, Ludovico *XIII.* Regi Chriſtianiſſimo à Confeſſionibus. *Commentaria ſua in Biblia* 1631. Pariſiis in fol. *Theologiam moralem* Lugduni 1634. item *Chronicon* rerum totoorbe geſtarum memorabilium à Mundi exordio ad noſtra usque tempora deductum, tomis *II.* Obiit Pariſiis an. 1641. Ab iſto alius fuit *Jacobus Gordonus Huntleius* itidem Scotus ac S. J. Theologus, nobiliſſima familia natus; qui tomos duos *Controverſiarum fidei* accurate à ſe elaboratos poſteris reliquit, 1612. in 4. Auguſtoriti Pictonum & alibi typis editos. Obiit etiam hic Pariſiis anno 1620.

JOANNES WIGGERUS, Brabantus, Dieſtemienſis, patre *Arnoldo*, honeſti ordinis cive, ſapius Scabino, avo item *Arnoldo* pluries Conſule. Abſolutis in natali ſolo litterariis rudimentis, Lovanium, altioribus imbuendus diſciplinis, mittitur. Theologicam ingreſſus aream ita profecit ut *Jacobus Janſonius* eum adſumeret in alumnum Collegii ſui Pontificii, & hunc diſcipulum ſuum tum ob ingenii dotes ſingulares, quas in eo obſervabat, tum ob vitæ morumque integritatem atque indefeſſum in ſtudiis, præſertim ſacris, laborem, unice carum & familiarem haberet. Quinquennio hic exacto, docendæ horis antemeridianis Philoſophiæ in Gymnaſio Lilii præficitur. Inde poſt decurſa aliquot annorum curricula Leodium evocatus ut Seminario ibidem, ſive *Catenæ*, ut vocant præeſſet, & ſimul ſacras profiteretur litteras. Eo ſucceſſu in utroque illo munere verſatus eſt, ut ſub hoc primo ſuo Præſide & Profeſſore Seminarium illud, quod antea vile & ignobile deſpiciebatur, admirationi mox apud omnes, aſſurgereque viſum fuerit. Urgente Janſonio Doctore ſuo, qui eum ad Cathedram Lovanii promotum deſiderabat, gradu Magiſterii in Sacra Theologia fuit inſignitus. Lovanium ergo reverſus, Collegii primum Atrebatenſis, deinde Seminarii Leodienſis Præſes inſtitutus eſt. Multa hujus viri merita ſunt in Academiam

ed by Google

demiam Lovanienſem, ſive labores ſpectentur, quos pro ea tuenda in omnibus ſuis difficultatibus, quas cum domi, tum foris paſſa eſt, extantlavit, ſive doctrinæ eminentia, qua Scholam Theologicam Profeſſor Regius annis totis 26. docendo ſcribendoque illuſtravit. Nec minus emicuit probitate vitæ. Non facile ſe, nec ſua jactabat, nec alienorum contemptor erat, ſincerus & ſine fuco, in converſatione gravis, minimeque ſuperbus. Contentus modico ac tenui victu, vixit ad annos 67. Obiitque anno 1639. Reliquit *Commentaria in totam D. Thomæ Summam*, in quibus nihil niſi ſumme elaboratum, ſolidiſſimis fundamentis ſubnixum, clariſſima & brevi tamen methodo tradidit quidquid in aliorum fuſioribus ſcriptis ſcitu dignum eſt, idque ſtylo ut facili & ad docendum apto, ita minime affectato.

CCXIV. JOANNES PERLINUS, Madritenſis, Hiſpanus, Societ. Jeſu Theologus ſacras litteras Compluti in Hiſpania, Limæ in India occidentali, & Coloniæ in Germania inferiore, multis annis cum laude docuit. Scripſit *de frequenti uſu Euchariſtiæ* & *de immaculata Virginis conceptione*: quæ Lugdunenſes 1630. & Colonienſes 1632. ediderunt. Ætate ac laboribus fractus cum ex Belgio in patriam cogitaret, Dunkercæ in Flandria vivere deſiit, apud ſuos ibidem conditus.

GUILIELMUS MERCERUS, Athenſis, Doctor Theologus, Decanus Eccleſiæ Collegiatæ D. Petri Lovanii, Græce Hebraiceque non vulgariter doctus, in Collegiis *Porco* & *Falcone* ea induſtria fructuque docuit, ut vix umquam diſcipulos ſuos communi concurſui commiſerit, quin illi palmam & prima in promotione loca cæteris præriperent. Inde tranſitum fecit ad Theologicam profeſſionem, quam primo in Abbatia nobili *S. Gertrudis* annis octo, poſtea Regiis auſpiciis in ſcholis publicis totos viginti & octo annos pari ſemper ſedulitate atque aſſiduitate ſuſtinuit. Omnifariæ doctrinæ fuit, quippe Orator, Poëta, Hiſtoricus, Philoſophus, Theologus, Mathematicus, Muſicus, in omnibus eximius. Excelluit ingenii acrimonia memoriaque, unde Scripturam ſacram velut in numerato habebat, & retinebat firmiter quidquid legerat. Edidit *commentaria in tertiam partem D. Thomæ*, laudatum opus & utile, praxique Eccleſiæ accommodatum.

JOANNES MATTHÆUS, Cariophilus, Cretenſis, Archiepiſcopus Iconienſis, Scripſit Græce & Latine *Confutationem Nili Theſſalonicenſis; De primatu Papæ; Refutationem pſeudo-Chriſtianæ catechęſis à Zacharia Gergano editæ; cenſuram Confeſſionis*, ſeu potius, *perfidiæ Calviniane, quæ nomine Cyrilli Patriarchæ Conſtantinopolitani circumfertur.* Idem ex Græco in Latinum vertit *Concilium Tridentinum; Georgii Scholarii orationes tres de pace ad Græcos; Joſephi Epiſcopi Methonenſis Responſionem ad libellum Marci Epheſini; Gregorii Protoſyncelli Apologiam adverſus ejuſdem Marci Epiſtolam, S. Nili Junioris vitam, Catenam Græcam Procopii in Cantica Canticorum*, & alia, quæ quidem omnia Romæ 1626. 1631. & annis ſequentibus Græce ac Latine fuerunt excuſa.

LUDOVICUS RIVIERUS ord. Minimorum Orator & Theologus præclariſſimus, edidit Gallice *Vitam D. Franciſci Saleſii Gebennenſis Epiſcopi*, & *Tabellas myſticas quatuor Amorum* &c. qui ſunt Dei, ſui-ipſius, proximi, atque inimicorum; quod opus eſt inſigne atque luculentum. Exſpectantur ab illo quam plura producenda.

JOANNES EUSEBIUS, Nierembergius, natione Hiſpanus, Germanis parentibus, patre ſcilicet Tirolenſi, matre Bavara Madriti natus, Salmanticæ Societatem Jeſu amplexus eſt. Primus Hiſtoriæ naturalis Profeſſor exſtitit in Regia Academia Madriti & nunc S. Scripturam interpretatur. *Pſalmos Salomonicos* è Græco Latine tranſtulit, & Notis illuſtravit. Edidit *Hiſtoriam naturæ maxime peregrinæ; De origine ſacræ Scripturæ* & lib. V. *De Antipathia* & *Sympathia*, & plura quæ recenſentur ab *Alegambe*.

FRANCISCUS VERONIUS, Pariſius, Soc. Jeſu edidit *Manuale Sodalitatis B. M. Virginis*, *Methodum Veronianam*, qua nimirum ex quibuſvis Bibliis cuivis hæretico Miniſtro ſilentium imponatur. *Profligationem Henchai Miniſtri Calviniſtici* coram Duce de Longavilla.

JOANNES TOLLENARIUS, Brugenſis, Soc. Jeſu, vir moribus & doctrina ſpectabilis, Edidit *Speculum vanitatis*, ſive *Eccleſiaſtem elucidatum*, ſtylo elaborato ſolutæ ligatæque orationis, paraphraſibus & moralibus ac piis excurſionibus, Antverp. anno 1635. in 4.

CCXV. JOSEPHUS CASTALIO, Anconitanus, cujus amœnum ac perhumanum ingenium, qui Juris civilis cognitioni horridæ per ſe, & absque lucro ſibi cum eſſet, atque honoribus paucis tractabili, Poëticam junxit, *Modeſtini* exemplo. Veterem quoque Poëtam *Claudium Rutilium* Numatianum in *Itinerario*, & *Sympoſii Galli Ænigmata* illuſtravit. Scripſit & varias *Lectiones*, atque *Inſcriptiones* aliquot marmoreas adjunxit. Columnas quoque *Antonini Aug. commentario* explicavit. Edidit *Silvii Card. Antoniani Vitam*, *Variarum lectionum* Libellum *de antiquis puerorum prænominibus.* Docuit humaniores litteras *Thomam de Avalos*, tum Ducis Soræ filios. Amiſſa conjuge ſacris initiari cœpit, floretque Romæ, ut ab eo ingenio, in hoc otio animique tranquillitate majora indies exſpectanda videanter. Uſus eſt olim familiariter *Achille Statio* Luſitano, *Fulvio Urſino Romano*, & *And. Schotto* Antv. Tradit *Erythræus* ſe audiviſſe de *Meurſio* Batavo, quod cum allatus eſſet Lugdunum Batavorum *Caſtalii* liber *Variarum Lectionum*, eum omnium cum riſu exceptum fuiſſe, quod exiſtimaretur luteum eſſe negotium, nec dignus qui lu-

cem aſpiceret, quoniam nullum jam diu eruditum opus ab Italia prodiiſſet; ſed ſimul inſpectum, adeo probatum eſſe, ut ſententiam mutaverint, ſtatuerintque eſſe Italis ingenium, dummodo adſit ſtudium & exercitatio.

FRANCISCUS à XODAR, Hiſpanus, Bœticus, patria Utrarienſis, Ord. Carm. vir fuit excell. præditus ingenio & eruditione prima, facundiaque facili, *Philippis III. & IV.* Hiſpaniarum Regibus à Concionibus & Conſiliis. Scripſit pro defenſione *Adventus S. Jacobi in Hiſpaniam*, & *de Patronatu Hiſpaniæ à D. Tereſia*. Obiit Madriti anno 1635.

CORNELIUS CURTIUS, Bruxellenſis, Erem. Auguſtinianus, Cæſareæ Majeſtatis Conſiliarius & Hiſtoriographus, ſtilo nitido comptoque præcelluit in utravis oratione. Authoris ingenium produnt quæ ſcripſit *de Clavis Dominicis*, *Vita SS. Ruperti & Virgilii Antiſtitum Salisburgenſium*, *Quadrageſimale Criſtophori Fonſeca* ex Hiſpanico Latinum fecit, *Elogia Virorum illuſtrium Ord. Erem. S. Auguſtini. Vitam S. Nicolai Tolentinatis.* Eruditurus erat *Chronicon univerſale Monaſticum*, *à Proſpero Stellartio* olim inchoatum, à ſe auctum & ſuppletum ingenti volumine. Obiit anno 1633. ætatis 47.

JACOBUS WEMMERIUS, vernacule *Wemmers*, civis & Carmelita Antverp. didicit Romæ linguam, qua Æthiopes, ſeu Abyſſini, in ſuis libris ſacris & profanis conſcribendis utuntur. Exinde poſt *Marianum Victorium* Romæ 1638. in 4. *Lexicon Latino-Æthiopicum*, cum *Inſtitutionibus Grammaticis ejusdem linguæ*; ab *Athanaſio Kirchero*, Soc. Jeſu presbytero, ab *Abrahamo Ecchellenſi* Maronita, Syriacarum & Arabicarum litterarum Romæ publico Lectore, & à Sacerdotibus Æthiopibus in Urbe ad *S. Stephanum* agentibus vehementer laudatus. Scribunt autem Æthiopes, ut nos Europæi, à ſiniſtra dextram verſus, & litteras habent Conſonantes ac Vocales, non quidem figura diſtinctas, ut Latini & Græci, neque punctis vel virgulis Vocales explicant, ut Hebræi, Syri & Arabes; ſed ipſis Conſonantibus inſertæ, unica figura, ſyllabam conſtituunt. Unde 26. quas habent Conſonantes, per ſeptem Vocales multiplicatæ, aſcendunt ad numerum 182. quibus ſi addantur adhuc viginti aliæ, quas extra Alphabetum ponere ſolent, erunt in univerſum Syllabarum figuræ 2022.

JACOBUS BIDERMANNUS, Soc. Jeſu Presbyter, ad poëſim natus, *Epigrammatum* libros tres, *Herodiades*, *Deliciarum ſacrarum & Aeroamatum Academicorum* libros totidem, *Heroidum Epiſtolas*, & alia plurima Dilingæ in Suevia 1626. & annis ſubſequentibus, evulgavit. Obiit Romæ 1639.

CÆSAR BECILLUS, Urbinas, Oratorii Romani Presbyter, antiquitatis Eccleſiaſticæ peritiſſimus, *Acta S. Gaji Papæ, ac Martyris cum Notis*, item *Evangeliorum connexionem*, & alia Romæ 1628. edidit. Idem meditatur *Annalium Baronianorum continuationem*, *Vitas Romanorum Pontificum cum perpetuis Notis*, & *Chronographiam* ad calculum Eccleſiaſticum fideliter expenſam.

CÆSAR EUGENIUS CARACCIOLUS, Neapolitanus, vir nobilis & curioſus, Italico ſermone *Neapolem ſacram* edidit; in qua omnium Eccleſiarum ac monaſteriorum illius urbis origines deſcribuntur.

CCXVI. JOANNES MARTINUS de RIPALDA, Hiſpanus, Soc. Jeſu Theologus & Profeſſor Salmanticenſis, *Expoſitionem litteræ Petri Lombardi Magiſtri ſententiarum* Lugduni 1636 in 8. foras dedit.

JOANNES à S. STEPHANO, natione Aragonius, ex monacho Hieronymiano Archiepiſcopus Brunduſinus in regno Neapolitano, præter alia minora opuſcula, *Methodum ad cognoſcendas hæreſes* 1630. in fol. Romæ evulgavit.

JOANNES TOMCUS, Marnavitius, Epiſcopus Boſnenſis, *Vitas Principum Illyricorum* ſcripſit, & Romæ 1632. edendas curavit. Idem vulgavit *Regulam S. Columbani* Abbatis, ex MS. codice Bobienſi fideliter promptam.

STEPHANUS FAGUNDEZ, Luſitanus, Societ. Jeſu Theologus & Profeſſor Oliſiponenſis, tomum unum in *Præcepta Eccleſiæ* cum *Appendice*, Lugduni 1626. edidit; item in *Præcepta Decalogi*.

FERDINANDUS CASTRO-PALAO, Hiſpanus Legionenſis, ejusdem Societatis, *Opus Morale* tomis tribus 1636. & 1638. eadem in urbe cudendum curavit. Obiit Rector Collegii Compoſtellani anno 1633.

FRANCISCUS AMICUS, Conſentinus, Italus, Societ. Jeſu Theologus & Profeſſor Neapolitanus, in *D. Thomam Aquinatem* tomos octo partim Antverpiæ 1637. partim Duaci 1640. edidit.

FRANCISCUS BATTAGLINUS, Ariminenſis, *Heraclitum vitæ humanæ miſerias lugentem* Romæ 1629. in 4. publicavit.

FLORAVANTES MARTINELLUS, Romanus, *S. Laurentii*, *S. Agathæ*, *SS. Praxedis & Pudentianæ*, & alias Urbis Romæ baſilicas ſuis *Commentariis* illuſtravit. *Alfonſi* inſuper *Ciacconi* opus *de Pontificibus & Cardinalibus* ſuis *Obſervationibus* decoravit.

FRANCISCUS BOLVITUS, Neapolitanus edidit *Nomenclatorem Scriptorum ex Ordine Clericorum regularium*, quos vulgo *Theatinos* vocant.

JOAN.

JOANNES de PINEDA, Hiſpalenſis, Soc. Jeſu Theologus, vir multiplicis eruditionis, anno milleſimo ſexcenteſimo triceſimo ſeptimo in ſua Bætica vivere deſiit. Scripſit varia à *Petro Ribadeneira* & aliis laudata: ex quibus libros octo *de Salomonis rebus geſtis* Moguntini 1623. in fol. publicarunt. *Indicem novum librorum prohibitorum & expurgandorum* pro regnis Hiſpaniæ; opus vaſtæ molis, auctoritate Sancti Officii vulgatum, ſemel atque iterum auctum. *Memoriale Sanctitatis & virtutum Ferdinandi III.* Regis primi Caſtellæ & Legionis, pro quo *Phil. IV.* Hiſp. Rex propriis illi litteris gratias egit, deſignavitque *Pinedam* Oratorem ſuum ad ſummum Pontificem, ut ejuſdem Regis Canonizationem procuraret, niſi ætas, & alia privata incommoda obſtitiſſent. *Commentariorum in Job* tom. II. In Eccleſiaſtem tom. II. De *C. Plinii* loco inter eruditos controverſo ex lib. 7. c. 50. *Atque etiam morbus eſt aliquis, per ſapientiam mori*, & alia minutiora in amicorum gratiam concepta.

PETRUS ROVERIUS, Soc. Jeſu Theologus, *Hiſtoriam monaſterii S. Joannis Reomaënſis*, in tractu Lingonenſi, ab anno Chriſti quadringenteſimo viceſimo quinto ad noſtra usque tempora, ex antiquis tabulis ac ſcriptoribus concinnavit, *Notis* eruditis illuſtravit & Lutetiæ 1637. in 4. edidit. In monaſterio Reomaenſi fuit antiquitus obſervata Regula *S. Macarii* Alexandrini ſeu Nitrienſis: de qua fuſe diſſerit *Roverius* in ſuis *Notis*. A Reomaënſi, ſeu Reomacenſi, diverſum eſt monaſterium Reomenſe in Arvernia ſitum.

FERDINANDUS UGHELLUS, Abbas ordinis Ciſtertienſis, *Cardinalium & Scriptorum ſui Ordinis Elogia* conſcripſit. In *Italia* ſua *ſacra* Epiſcoporum Italicorum *Catalogos* contexuit. *Alfonſi Ciacconi* opus *de Pontificibus & Cardinalibus* mirifice auxit atque illuſtravit. Florebat an. 1623.

FELIX CONTELORIUS CÆSIUS, Theologiæ & Juris Doctor, in Romana curia, Advocatus, ſcripſit res geſtas *Alexandri III.* & *Martini V.* Pontificum Romanorum, & alia non pauca, quæ *Leo Allatius* in lib. *De apibus Urbanis* recenſet. Ejuſdem liber *de canonizatione ſanctorum* 1609. Lugduni fuit editus. Vivebat anno 1633.

RAPHAEL AVERSA à S. *Severino*, Clericorum regularium Minorum Præpoſitus generalis, Philoſophus ac Theologus eximius, præter *opera Philoſophica*, edidit *Theologiam* cum *Thoma Aquinate* in tres partes diſtributam, Romæ 1631. in 4.

ANTONIUS de RIBERA, Hiſpanus, Capellanus chori Eccleſiæ Toletanæ, ſcripſit *Hiſtoriam de translatione reliquiarum S. Eugenii Martyris & Epiſc. Toletani.*

PETRUS BERCHORIUS, Benedictinus, circa id tempus, tomis aliquot ſuas etiam *Conciones* edidit.

ARNOLDUS PALUDANUS, Leodius, Ord. Minorum Regularis Obſervantiæ, per Flandriam Miniſter Provincialis, ac S. Theologiæ Lector Profeſſorque emeritus, edidit tractatum *de foro anima*, id eſt, de poteſtate quam habent Sacerdotes ad audiendas confeſſiones admiſſi, & juxta Concilii Tridentini formam legitime approbati, tum regulares, tum ſæculares. Leodii 1638. in 8.

CCXVII. LAURENTIUS SCALABOMIUS, Ravennas, Eremita Auguſtinianus, Eccleſiaſtes facundus & eruditus, tomos aliquot *concionum* ſeu *annotationum moralium, in Paſſionem Domini, in Evangelia & Epiſtolas totius Quadrageſimæ*, Ravennæ 1629. publicavit. Scripſit inſuper Commentarium *de humanioribus litteris à concionatore Catholico adhibendis.*

BARNABAS KEARNÆUS, Hibernus, patria Caſſellenſis, Soc. Jeſu dedit in lucem *Heliotropium*, ſive, Conciones de Dominicis & Feſtis totius anni. *Conciones* de Paſſione Dominica. Obiit in patria anno 1640. ætatis 75.

ANDREAS SAUSSAJUS, S. R. E. Protonotarius edidit *Martyrologium Gallicanum* an. 1637. apud Cramoiſy, in fol.

ANDRÆAS FREMIOTUS, Gallus, Archiepiſcopus Bituricenſis, obiit ſub annum 1602. Hujus auctoris illuſtriſſimi anno 1610. prodiit in lucem poſthumum opus *de Notis Eccleſiæ contra hæreſes.*

JOANNES de la HAYE, Pariſinus, Ord. Seraphici Minorum quondam primarius Theologiæ Profeſſor, poſt autem *Ludovici XIII.* Reginæque Eccleſiaſtes ordinarius, nec non Terræ Sanctæ & provinciæ Franciæ Pariſienſis Commiſſarius Generalis, anno 1633. edidit *arborem vitæ concionatorum in Geneſim* cum Indice quadruplici, I. Conceptuum. II. Sacræ Scripturæ. III. Concionum. IV. Patrum. Pariſ. in fol. Hæc præmiſit: *Arbor vitæ Concionatorum, cujus radix liber Geneſeos: cujus truncus, expoſitio ejus litteralis; rami cum foliis omnimoda verſionum varietas; flores earum concordia; fructus, innumeri pene animi conceptus, ſexcentorum fere Patrum auctoritate confirmati, & concatenati.*

GERARDUS CORSELIUS, Leodicenſis, *Joannis Wameſy* J. C. celeberrimi è ſorore nepos, partim Treveris, partim Lovanii, Porcenſi in gymnaſio Philoſophiæ Peripateticæ operam dedit, & aliquot annos eandem tradidit. Græcas hinc litteras in Collegio Trilingui Buſſidiano ſexennium totum è ſuperiori loco interpretatus eſt, & in Auſpiciis dixit, anno cIↃ. IↃ. xcI. prid. nonas Martii. Juris interea Laurean, & mox anno cIↃ. IↃ. xcIV. VI. Non. Februarii Doctoris titulum

 capit:

cepit: ac prima Juriſprudentiæ elementa annos plures cum laude fructuque explicuit. Demum ex Anteceſſore Juris Civilis primarium ad ſupremum Belgicæ Senatum an. cIↃ. IↃc. XVII. vocatus eſt, ac v. Kalend. Junias Scholæ Academiæque oratione ſolemni valedixit: conſtitutus paucis poſt annis Concilii Sanctioris Aſſeſſor, ac Libellorum ſupplicum Magiſter, Bruxellæ, & Præpoſitura Harlebecana auctus. Vir in quo an doctrinam ſummam admireris, an cum doctrina conjunctam modeſtiam atque candorem ſuſpicias, merito dubites. Uno verbo, *Corſelius* Academiæ, dum in ea vixit, cor & ψυχή fuit atque octavum Rector præfuit. Legitur illius *Oratio* in funere magni *Juſti Lipſii* habita, edita *Rivii* typis, 1606. & *Plantin.* in *Fama poſthuma* ejuſdem. Præterea Indicem Legum & Capitulorum ſelectiorum, adſcriptis auctoribus, Collegio Baccalaureorum J. U. dedit. Ibidem 8. apud *Rivium.* Moliebatur editionem *Prælectionum in Codicem Juſtinianeum*, dum à negotiis publicis otium eſſet: opus præclarum, & Juris Romani, veteris novique Theſaurum. Animam Deo reddidit Bruxellæ anno 1636. ætatis ſexageſimum octavum ſupergreſſus.

CCXVIII. THOMAS Bozius, Eugubinus, Congregationis Oratorii Presbyter mortuus eſt non admodum ſenex; attamen proceſſiſſe longius ætate videtur quam *Neſtor*, vel quivis alius eorum, qui longiſſime omnium vitæ terminos protulerunt. Nam ſi tantum unusquiſque temporis ad vivendum habuiſſe videtur, quantum ſe in omnium ſæculorum memoriam mente ſtudioque conjecerit, quid prohibet dicere tot annos habuiſſe *Bozium*, quot anni à mundi ortu uſque ad ſuam ætatem numerantur, cum iis quæ ſingulis ætatibus contigerint quodammodo interfuiſſe, & cum hominibus illis pariter vixiſſe videatur? *Annalium antiquitatum* ingens opus in decem volumina diviſit; ſed duæ tantum partes impreſſæ cernuntur: reliquæ apud *Franciſcum* fratrem, una cum aliis egregiis doctiſſimi viri ſcriptis aſſervantur; quæ (ſi facultas & ætas ſuppeditaverint) ſperamus edenda fore. Duobus inſignibus tractatibus, uno *de ruinis Gentium & Regnorum*, altero *de antiquo & novo Italiæ ſtatu*, pugnavit contra *Machiavellum* aliosque Politicos, quorum inſana regnandi libido quaſdam ſibi leges finxit, quibus Deus è mundo tollatur; quas ille leges eſt labefactare conatus, ac demonſtrare. *Illud tantum regnum eſſe ſtabile atque perpetuum, quod caritate ac benevolentia civium ſepeum atque munitum, cum Dei juſſis conveniat.* Edito libro doctiſſimo *de ſignis ac notis Eccleſiæ*, docet eandem, quamvis conſpicuam, ſub eorum tantum aſpectum non cadere, qui denſiſſimis errorum tenebris circumfuſi, ſua nocte delectantur, & in veritatis lucem venire contemnunt.

HERMES CLERUS, Soc. Jeſu, natione Belga patria Tornacenſis, claruit in Gallia pietate, ac doctrina in Billomenſi Collegio: Canonici erat juris peritiſſimus, & Canonum obſervantiſſimus: adhæc, Poëta egregius, ut & quæ *de Angelis beatisque Spiritibus* Beatus *Thomas* diſſeruit, carmine pangeret, *Faſtos item ſacros Sanctorum Sanctarumque* Elegiacis verſibus, poſt *Ovidium Naſonem*, *Baptiſtam Mantuanum*, ac *Nevidium.* Vitam quoque *B. P. Ignatii* carmine conſcripſit: quod opus cum Patribus Societatis ſit in manibus, ſpes eſt fore ut lucem aliquando aſpiciat. Fuit & in Gallia, ſed apud Sequanos *Nicolaus Clerus* Tornacenſis, & ipſe de Societate, *Dole* Comitatus Burgundiæ humo mandatus: ubi concionibus clarus exſtiterat, ſed quod ingenii monumentum litteris mandarit, mihi quidem nondum compertum.

PHILIPPUS D'OUTREMAN, Soc. Jeſu, natione Belga, patria Valentianus, cui præcipuum hactenus fuit Oratoris Chriſtiani munus, quod ſeptem ipſos & viginti annos exercuit. Scripſit Gallice *Verum Chriſtianum Catholicum*, *Novum Pedagogum Chriſtianum*, duobus tomis. Proxime ſequentur tertius & quartus. In his tractat. 1. de fuga peccati & bonorum operum exercitio. 2. de remediis malorum omnium. 3. ſuggerit argumenta familiarium concionum ſingulis Dominicorum dierum Evangeliis concinnata. 4. In feſta. Alius eſt *Petrus d' Outreman* ejuſdem inſtituti ac patriæ, à quo Gallice prodierunt *Vita Petri* Eremitæ, qui Principibus Chriſtianis Belli ſacri auctor & Dux fuit, *Hiſtoria Urbis & Comitatus Valentianenſis*, *Tractatus de conformanda voluntate noſtra cum Divina*, & alia.

ALOYSIUS NOVARINUS, Veronenſis, Clericus Regularis, deprompſit *Adagia ex Sanctorum Patrum*, *Eccleſiaſticorumque ſcriptorum monumentis*, Lugduni 1637. in fol. *Schediaſmata ſacrò-prophana*, hoc eſt *Obſervationes, antiquis Chriſtianorum, Hebræorum aliarumque Gentium ritibus in lucem eruendis.* Ibid. 1635. in fol. *Electa ſacra; Umbram Virgineam* ſeu *Electorum ſacrorum* partem alteram; *Agnum Euchariſticum*, ſeu *Electorum ſacrorum* partem tertiam; *Nuptiales aquas*, id eſt, partem 4. *Delicias amoris divini; Riſum Sardonicum*, ſeu *deſicta mundi Latitia; In Matthæum*, *Lucam*, *Marcum* & *Joannem Commentaria; Paulum expenſum, omnium ſcientiarum animam* tom. III. Vivebat 1633. vir Latini, Græci, Hebræi, & Chaldaici idiomatum peritiſſimus, ut *Franciſcus Bonacina in Nomenclatore ſcriptorum ex ordine Clericorum Regularium* teſtatur.

ANDRÆAS BAJANUS, Goæ in India Orientali natus, Theologus, Orator & Poëta, ſcripſit *Orationes*, & *Poëmata varia*, Romæ edita; quæ *Leo Allatius*, in ſuo libro *de viris illuſtribus* recitat.

CCXIX. LAURENTIUS URSELLIUS, Forolivienſis, Jure-conſultus, tomos aliquot *Concluſionum legalium, ex Floſculis Deciſionum legalium, Rota præſertim Romanæ*, decerptos, in ordinem redegit: ex quibus tomus primus Romæ 1632. in fol. fuit excuſus.

LÆLIUS

Lælius Guidiccionus, Italus, Orator, & Poëta egregius, scripsit *Vitam Pauli V. Papæ*, & alia, quæ *Laurus* & *Leo Allatius* in suis *Catalogis* enumerant. Vivebat Romæ 1633.

Engelbertus Des bois, ex Canonico & Archidiacono Cameracensi ad *D. Petrum*, Insulis Præpositus, indeque ad Cathedram Namurcensem evocatus, Latine reddidit *Praxim bonarum Intentionum*, à quodam S. J. Sacerdote conscriptam, Duaci 1609.

Amandus Gilselius, Condrusius, apud Leodienses scholæ litterariæ moderator, Grammaticus optimus, Græce Latineque doctus, scripsit *Onomatopœiam pro S. Ignatio*, dum à Gregorio XV. PP. Sanctorum albo solemniter adscriberetur. Leodii 1622. Refert *Valerius Andreas* eum meditari Commentarium *de Notis, Campanis & Tintinnabulis.*

Hieremias Piersenæus, Flander Reverensis, *Lipsii* quondam discipulus, Jurium Doctor, territorii Iprensis ab Actis & Consiliis, deposit in suprema Flandrorum curia fisci Regii Patronus, ac Senator, vir & legum cognitione ac politiore litteratura clarus, in poëticis Catullianum præsertim leporem singulari conatu imitatus, lusit *Elegias* plures spartim editas, & harum pleraque in Auctorum seu Scriptorum encomium. Floret.

Jacobus Sirmondus, patria Aruernus, Ricomagensis, Soc. *Jesu* Presbyter, rebus in Gallia turbatis diu Romæ vixit, & ut erat antiquitatis Ecclesiasticæ peritissimus, *Cæsari Baronio* (qui suos tunc *Annales* condebat) gravissimus exstitit, eidemque multa ad res Gallicas illustrandas suppeditavit. In Urbe agens *Res gestas S. Pauli anachoretæ* & *S. Niconis* Cretensium Apostoli ex codice Græco Sfortianæ Bibliothecæ eruit, & Latina civitate donavit; ut & varias SS. *Patrum Orationes.* Ex Italia in Galliam reversus, Lutetiæ in illo nobilissimo omnium disciplinarum theatro potissimum vixit, ab eruditis & curiosis hominibus mirifice cultus: qua in urbe *Miræus* illum anno 1610. non sine fructu familiariter novisse se commemorare solebat. Plurima veterum Scriptorum, in his *Sidonii Apollinaris* sui popularis, *Ennodii Ticinensis, Facundi Hermianensis, Leporii Presbyteri, Capreoli Carthaginiensis, Victorini Afri, Goffridi Vendocinensis, Idatii Lemovicensis, Marcellini Comitis Illyriciani*, & plurium opera *Notis* illustravit. *Concilia Galliæ* in tres tomos destribuit. *Caroli Calvi* & aliorum Galliæ Regum *Capitula* in ordinem digessit: & habet alia plurima ad prælum parata. Vivit hodieque, vegetus, senex, & à sacris confessionibus *Ludovico XIII.* Galliæ Regi fuit. Otiosum hic esset omnia recensere quæ vulgavit, quorum Catalogum deducit *Alegambe in Biblioth. Scriptorum Soc. JESU.*

Joannes Baptista Castaldus, Neapolitanus, Clericus regularis ex ea Congregatione, quæ vulgo *Theatinorum* dicitur, scripsit *Vitas Pauli IV. Papæ; Cajetani Thienæi, Andreæ Avellini, Joannis Marinerii*, & aliorum istius Instituti virorum illustrium, partim Neapoli, partim Romæ, Veronæ, & alibi editas. Vivebat 1633.

Joannes Aloysius Cherchiarus, Vicentinus, Clericus regularis ex Congregatione Somascena, in Clementino Collegio eloquentiæ Professor Romæ, edidit *Orationum volumen* & alia. Florebat 1633.

Guilielmus Lamerman, Belga, Arduennas, Soc. *Jesu* Doctor Theologus, Collegio Græcensi, post Viennensi Rector, & Præpositus Professorum Domui Viennensi, *Ferdinando II.* Imperatori à Confessionibus complures per annos, difficillimis ac turbatissimis temporibus. Plurimum illi debet Resp. Christiana universa, pro salutaribus ejus consiliis in robustissimam Imperii defensionem datis; sed heu, quam sæpe multa bene consultata turpiter in contrarium eventum relabuntur? Utinam Germaniæ Proceres omnes, monitis ejus & aliorum prudentium, parere voluissent; libertati certe Imperii, cujus membra sunt, diligentius & animosius præcavissent, jamque propius Sequana quam Rheno, de summa gloriæ Germani dimicarent. Hodie septuagenario major Collegium Viennense moderatur. Exstat ejus *Idea Principis Christiani.*

CCXX. Libertus Fromondus, Haccurianus, Eburo Philosophiam docuit Antverpiæ ad S. *Michaelem* fere triennio, totis vero XIV. annis Lovanii, postquam artem ibidem Oratoriam quadriennio integro tradidisset. Dein Regius sacrarum litterarum interpres *Cornelio Jansenio* ad cathedram Iprensem promoto, sufficitur. Amœnissimi ac politissimi vir ingenii, doctrinæ & lectionis omnifariæ, scripsit *Cænas Saturnalitias*, id est *Quæstiones varii argumenti. In libros Senecæ I. Lipsio intactos. Anti-Aristarchum*, sive *de orbe terræ immobili*, adversus *Phil. Lansbergium. Anatomiam hominis*, naturam ejus talem repræsentans, qualem *D. Augustinus* olim nobis descripsit. Utinam prodeant quæ in Epistolas *D. Pauli* & reliquas Canonicas ad calamum dictavit! Alia Mathematica scripsit, quæ refert *Andreas.*

Adrianus Morbecius, Diestemiensis, Canonicus Regularis ord. Præmonstratensis, in cœnobio Averbodiensi, edidit Antverpiæ in fol. *Scalam purpuream in sex gradus divisam*, quæ continet Multiplicem expositionem Dominicæ Passionis, præmisit *Basim & Apparatum ejusdem Scalæ*, subjecitque *Introductiones ac Notas, quibus materia moralis, quæ sparsim in primo Scalæ purpureæ tomo legitur, atque Dominicis & Festis applicatur.* Excudit hunc tomum, Scalas nimirum tres, *Verdussius* Antverp. 1634. in fol.

Georgius Colvenerius, Theologiæ Doctor, natus in Gempensi Brabantiæ vico, prope Lovanium, inde qua Diestemium iter est; educatus fuit à nono ætatis anno usque ad 19. Aloisti

in Flandria, unde ſcribere ſe Aloſtenſem maluit. Philoſophiam quadriennio Duaci profeſſus eſt. Multa collegit, & protulit in lucem, ex ultima antiquitate Eccleſiaſtica repetita, quæ *Valerius Andreas* in *Bibliotheca ſua Belgica* catalogizat.

GEORGIUS CONÆUS, Scotus, Canonicus S. *Joannis* Laterapenſis, *Aſſertionum Catholicarum* libros tres, *de duplici ſtatu religionis apud Scotos* libros duos, *de vita Mariæ Stuartæ Scotorum Reginæ*, & alia Romæ edidit. Vivebat 1633.

GASPAR TRISSINUS, ex congregatione Somaſchenſi typis Romæ 1626. edidit *Acta SS. Savinæ, Triſſinæ, Naboris, & Felicis Martyrum.*

MICHAEL HOYERUS, Arteſius, Heſdinienſis, Ord. Erem. S. *Aug.* docuit Poëſim & Rhetoricem in variis ſui Ordinis Collegiis, vir totus candidus aliisque virtutibus in primis conſpicuus. Præter varia poëmata ſacra, ſcripſit *Vitam S. P. Ephræm Syri.* Scriptoris antiquiſſimi, & *de ſanctitate divinaque ſapientia Joannis Duns, Scoti*, Duaci 1640.

ANTONIUS SANDERUS, Flander, Gandavenſis, non incelebri *Sanderorum* oriundus familia, Aldenardæ prima Latinæ linguæ rudimenta hauſit, uberiusque Gandavi. Mox Duaci Philoſophiæ ſtudia complexus eſt. Inde Lovanium venit, ubi Theologicas excepit lectiones ſub clariſſimis per ea tempora Profeſſionibus *Janſenio, Bajo, ac Maldero.* Poſtea Duacum reverſus, Magiſtros ibi non minus celebres habuit *Eſtium, Barthol. Petri, Colvenerium* & *Sylvium*, ſub quibus Theologica laurea donatus eſt an. 1619. Hinc per annos plures in Epiſcopatu patrio paſtorale munus geſſit, in eam præcipue curam incumbens, ut hæreſes ævi noſtri, ac *Mennonis* cumprimis Anabaptiſtæ, quæ illa præ ceteris loca infecerat, confutaret: verum cum ob præſtita quædam Regi Catholico obſequia, tutum illi non foret in locis illis Hoſtili Batavorum excurſioni obnoxiis conſiſtere, à ſacris factus eſt ac ſecretis *Alphonſo Card. de la Cueva*, mox Iprenſis Canonicus. Vir ingenio, doctrinaque elegans, evulgavit *Diras in Iconoclaſtas; Panegyricos IV. in laudem B. M. Virginis, Protrepticon Pacis Belgicæ, Hagiologium Flandriæ, de Scriptoribus Flandriæ* libros III. *De claris ſanctitate & eruditione Antoniis. Flandriæ illuſtratæ* tom. III. cum tabulis geographicis & iconibus urbium, eccleſiarum, cœnobiorum, arcium; &c. *Ephemeridum Eccleſiaſticarum* libr. XXIV. *Vindiciarum Biblicarum* libros VI. *Diſſertationes ſacras ac politicas de cauſis ac remediis calamitatum Belgicarum. De cauſis, malitia, fraudibus ac remediis Hæreſium hujus temporis* libros XVIII.

CCXXI. FRANCISCUS SILVIUS, à Brania-Comitis (quod in Hannoniæ opidum eſt) Doctor S. Theologiæ, Duacique Profeſſor Regius & Ordinarius, publicam cathedram aſcendit, annos plus triginta docendo. Emendavit *D. Thomæ Aquinatis Opuſcula* è MSS. codicibus; ejus doctrinam explicavit *de primo Motore; Commentariis in ejusdem Summam integram* evulgavit; *Inſtructiones* item *Paſtorum S. Caroli Borromæi* ad Belgicarum Eccleſiarum uſum accommodavit; *Enchiridium Binsfeldii Notationibus, Summam Conciliorum* CARRANÆ *Additionibus illuſtravit.* Omnium calculo probantur ejus *Commentarii in Geneſim, Reſolutiones caſuum variæ*, & *de præcipuis Fidei controverſiis.*

ANTONIUS RUTEUS, Montenſis, Hannonius, Ord. Minimorum Theologus, vir in hiſtoria, præſertim Eccleſiaſtica patriaque, verſatus, ut quod *de Hannoniæ Comitibus* meditatur, opus fidem faciet. Edidit *de fructu & applicatione ſacrificii Miſſæ & ſuffragiorum* libros III. *Hiſtoriam miraculorum Waurienſium*, Gallice.

MARCELLUS FRANCKEMIUS, Vir nobilis, Sutfaniæ ad Iſalam patricio genere natus, J. V. Doctor, Conſiliarius Regius in rebus maritimis Dunskercæ in Flandria, Græce ac Latine doctiſſimus adoleſcens Italiam, Hiſpaniam, Galliam, Germaniam, aliasque provincias, ſtudiorum cauſa luſtravit. Multiplicis demum doctrinæ & induſtriæ nomine *Melchiori Cleſelio* S. R. E. Cardinali, qui tum ſub *Matthia* Imp. res Imperii moderabatur, innotuit, eique à ſecretis atque Epiſtolis fuit, atque imprimis in inauguratione *Ferdinandi II.* in regno Hungariæ fidelem in emergentibus difficultatibus non paucis operam præſtitit; quam & continuavit in rebus Bohemicis dum *Fredericus* Palatinus regnum uſurpaſſet: quod & ſcriptis declaravit, dum *fidem Bohemo-Palatinam* ſub alieno nomine typis vulgavit. *Cleſelio* ex aula Cæſarea ſubducto, *Franckemius* in Belgium rediit, & Judicis militaris munere, primum in Legione Germanica, Principe Chimacenſi Tribuno, poſt in Burgundica functus fuit, juxta ſeverus & æquus, ingenti probitatis & conſtantiæ fama. Quapropter virum optime meritum *Philippus IV.* Rex Catholicus Dunckercano Conſiliariorum rei maritimæ Collegio adſcripſit. Vulgavit adoleſcens *Epiſtolam pro Jatro-Chymica* ad *Joan. Ernestum* Burgravium; Franekeræ, 1611. in 8. cum Burgravii *Biolichnio, Achillem παναοπλον.* Amſtel. typis *Henrici Laurentii* 1612. 8. *Expeditionem Sicambro Batavam*, ad fidem & virtutem antiquorum. Moguntiæ 1620. 4. apud *Balth. Lippium.* Librum Apologeticum hoc titulo, *Aſinus paſmatus*, ſeu *Pædagogus Halenſis, Sigismundus Bucnius furens adverſus Adamum, ad ſuſtuarium remiſſus.* Ibid. eodem anno, 4. & alia, ſed ſuppreſſo nomine vulgavit, pluraque poſſidebat editioni parata, ac nominatim libr. III. *De Jure Belli* contra *Grotium*, & alia, typis aliquando evulganda. Obiit Dunckercæ anno 1643.

JOANNES ROBERTI, Arduennas, Andainus Soc. Jeſu Sacræ Th. Doctor ejuſque tum Duaci, tum

tum Treveris, Herbipoli, Moguntiæ Interpres ſcripſit *Vitam S. Lamberti* Martyris, Epiſcopi Tungrenſis, Leodiorum Divi tutelaris, quam Gallicam fecit *Alardus de Roy*. *Myſticus Ezechielis Quadrigas*, hoc eſt, *Sancta quatuor Evangelia Hiſtoriarum & temporum ſerie vinculata*. *Nathanaelem Bartholomæum*, ſeu, *Demonſtrationem, qua probatur Nathanaëlem eſſe Bartholomæum Apoſtolum*. *Parallela SS. Miſſa & Cœna haretica*. *Anglicana Eccleſia Reformata baſis, impoſtura*, & alia in hæreticos. Edidit præterea Gallice & Flandrice *Conſiderationes ad Leodienſes pro retinenda fide Catholica*.

Didacus Covarrwias à Leyna ſingulare Hiſpaniæ ornamentum, natus eſt Toleti Carpetanorum, parentibus Hiſpanis, avo vero materno Belga, Toletanæ Eccleſiæ Architecto. Hinc & utrique nepoti ingens eruditarum linguarum Græcæ & Latinæ ſtudium ad rerum cognitionem inſitum pœne & innatum. Miſſus à Rege in Synodum Tridenti coactam, hoc eſt, in publicum piorum doctiſſimorumque theatrum, una cum fratre *Ant.* item *Auguſtino*, *Martino Ayala*, *Ario Montano*, cæteriſque. Domum reverſus Epiſcopus Rodericii oppidi eſt renuntiatus, dein Segobienſis Præſul & Conchenſis deſignatus, item Senatus Regii Præſes. Quo munere integre annos aliquot Reip. conſtituendæ ſic eſt uſus, ut continenter atque incorrupte jus dicendo, florem nobilitatis Hiſpanicæ ſibi obſtrinxerit, temporis uſque eo parcus, ut ſemihoræ ſpatium, quo Senatores una ad Regem ingreſſuri exſpectare ſolent, elabi ſine fructu non ſineret. Obiit Madriti anno 1577. æt. 66. Edidit *Rationem temporis ad Evangelicam hiſtoriam*. *Variarum Reſolutionum* libr. IV. *Practicas Queſtiones*, & alia Opera ejus omnia poſt varias correctiones prodierunt Antverpiæ in fol. apud Leſtenium anno 1627. cum *Joannis Uffelii* in *Variarum Reſolutionum* libros *Notis uberioribus*.

CCXXII. Guido Bentivolus, Ferrarienſis, majus decus ornamentumque ad purpuram attulit, quam ab eadem mutuatus ſit. Generoſa ſtirpe profectus, non trias fere omnium adoleſcentium itineribus fallaces ſecutus eſt vias, ſed rectum ad virtutes iter tenuit totumque ſe litteris tradidit. Aſpexit indolem *Clemens VIII.* & probavit ſibique Cubicularium eum aſſumpſit, tum *Paulus V.* in Referendarios aſſumpſit, Apoſtolicæque ſedis Nuntium in Belgicam declaravit, ubi omnium amores ſui excitavit *Guido* liberalitate, continentia, pietate, labore. Scripſit Italice *Hiſtoriam Belgicam* ſui temporis gravem, nulloque puerili fuco conſperſam. Depoſteum deputavit *Paulus V.* Nuntium ad Gallos. *Rerum Eccleſiaſticarum Commentarios* à Clementis *VIII.* Pontificatu, ad ſua uſque tempora perduxit. *Epiſtolas* inſuper edidit. Interea *Urbanus VIII.* vitæ functus eſt munere, neque cuiquam dubium videbatur, quin ſi ſola merita ad Pontificatum Maximum ſuffragarentur, is illi in primis honor deberetur: ſed ingreſſus conclave poſtquam undecim noctes continuas inſomnes egiſſet, obiit, elatusque eſt in Ædem *D. Silveſtri*.

Isaaci Casaudoni, *Epiſtolæ* in 4. ſunt editæ Hagæ Comitis 1638. Ipſe natus eſt Genevæ 1559. & obiit Londini 1614. ætatis 55. *Epiſtolæ* autem datæ ſunt ad *Baronium* Card. *Baudium Bongarſium*, *Capellum*, *Commelinum*, *Dæſam*, *Frontonem Ducæum de Garneto*, *Danielem Eremitam*, *Petrum Fabrum*, *Grotium*, *Gunterum*, *Junium Carolum*, *Labeum*, *Pytheum*, *Scaligerum*, *Andream Scottum*, *Scriverium*, *Thuanum*, *Marcum Velſerum*, *Heinſium*, *Vulcanium* &c.

Henricus Zoesius, Amersfortius, Catholicis ac patriciæ ſtirpis parentibus natus, Rhetoricam, Græcamque linguam Lovanii docuit. In Hiſpanias profectus, Salmanticæ aliquantiſper ſubſtitit, Hiſpanis mirantibus in homine Belga reconditam ſcientiam Juris, & vel ab hoc uno Academiam Lovanienſem deprecantibus, Lovanium reverſus juris utriuſque Doctor renuntiatus eſt anno 1610. Obiit anno 1627. Evulgavit *Commentaria de jure Feudorum*, *ad Inſtitutiones Imperiales*, *ad Codicem Juſtinianeum*, *ad Pandectas*, *ad Decretales Epiſtolas Gregorii IX. ſive univerſum Jus Canonicum*.

Famianus Strada, Romanus, S. J. Orator, Poëta & Hiſtoricus eximius, *Horatii Tarſellini*, & *Franciſci Bencii* in Rhetoricis auditor, ſcripſit *Proluſionum Academicarum* libros tres, octies recuſos; *De bello Belgico* decades duas Europa tota percelebres, *Orationes* alias & *Poemata*, præter alia quæ habet idonea prælo, ut *Epitaphiorum à ſe compoſitorum* lib. I. *De artificio contexendæ orationis* lib. IV. *De affectibus oratorie concitandis* lib. I.

Franciscus Lanovius, Gallus, Ord. Min. Conventus Pariſienſis Corrector, Edidit ſtylo Latiniſſimo *Syntagma hiſtoricum de Sanctis Francia Cancellariis*, & *Chronicon generale* Ordinis ſui, in quo acta per S. *Franciſcum à Paula* & ſucceſſores Generales ſummatim referuntur. Continet idem opus Pontificum gratias; Regum privilegia, Capitulorum generalium eventus; Conventuum origenes, Primarios fundatores & Benefactores; Viros ſanctitate, doctrina, dignitate illuſtres, aliaque ad ejusdem Ordinis exordium, incrementum & decus pertinentia; Pariſiis in fol. 1635. Scripſit & alia plura *Apologetica*, quæ præli gratiam non ſunt aſſecuta, eo quod (ut ipſemet ait) intempeſtiva videretur apud ſuos rerum controverſarum tractatio. Promittit *Chronicon Fublinenſe*, quod ante anno 1632. perſcriptum in ſchedis ſervare ſe dicit. *Fublinum* Gallice *Feublaine* ignoti fere nominis viculus eſt in ea Galliæ parte, quam nos *Briam* vocamus. Veteres *Brigeium* aut *Brigenſem ſaltum*.

CCXXIII. JOANNES GEVARTIUS, Turnholtius, Bruxella oriundus, Juris conſultus, in hiſtoria tam ſacra quam profana, Belgica præſertim, verſatiſſimus fuit: ut quod molie-batur *de Ducibus Brabantiæ* opus fidem feciſſet, niſi varia, quibus Belgii Principum nomine aſſidue diſtinebatur, negocia, & mors repentina ſupremam operi manum imponere vetuiſſent. *Pontus Heuterus* in Hiſtoria Belgica non parum ſe à *Gevartio* adjutum fatetur. Hic eſt ille *Gevartius*, qui anno CIↃ. IↃ. C. VII. à Sereniſſimis Belgii Principibus ALBERTO & ISABELLA CLARA EUGENIA, ad prima duodecennalium induciarum fundamenta cum fœderati Belgii Ordinibus jacienda, in Bataviam delegatus, poſt continuos annorum quadraginta, Civilium Bellorum motus Tranquillitati Publicæ viam ſtravit. Qua de re vide *Franciſc. Haræum*, *Anal. Belgicorum* T. III. *P. Marcum de Guadalachara* quinta parte *Hiſtoriæ Pontificalis*; lib. III. cap. II. *Thuanum* Præſidem, *Hiſtoriar.* lib. CXXXVIII. & late *Dominicum Baudium*, lib. I. *De Induciis Belgicis*, aliosque ejus temporis Scriptores. Elata uxore, jam ſenior, vitæ quietioris cupidus in Canonicorum Cathedralis Eccleſiæ Collegium Antverpiæ in Æde *D. Virginis* adſcitus, Jurisdictioni ſacræ per Diœceſim ſumma integritatis fama præfuit. Viſitur ibidem ſplendidum ejus Epitaphium marmoreum cum ſtatua in ſacello SS. *Coſmæ & Damiani*. Deceſſit Anno ſalutis MDCXIII. Filios reliquit CAROLUM JCtum, Lyræ, amœno Brabantiæ oppido, in Æde *S. Gummari* Canonicum & Decanum, à quo *Edmundi Dinteri de Ducibus Brabantiæ Chronicon*, ante annos pluſquam ducentos exaratum, è paterna Bibliotheca erutum, expectamus.

Alterum filium reliquit CASPERIUM Juriſconſultum, Archigrammatæum Antverpianum, *Ferdinandi III.* Imp. Conſiliarium & Hiſtoriographum, variis ſcriptis editis clarum; & imprimis Deſcriptione POMPÆ TRIUMPHALIS, à S. P. Q. Antverp. edornatæ, & Iconiſmis Rubenianis illuſtratæ, cum Sereniſſimus Princeps FERDINANDUS AUSTRIACUS, Philippi IV. Hiſpaniarum Indiarumque Regis Frater unicus, S. R. E. Card. eam Urbem adventu ſuo beaſſet, poſt nobiliſſimam de Swecis ad Nordlingam, paſſam victoriam. In eo opere, præter alia antiquitatis monumenta, inſerta ſunt *Elogia XII.* CÆSARUM AUSTRIACORUM, adusque FERDINANDUM *III.* AUG. nunc orbi feliciter imperantem. Cujus item *Elogium* editum eſt in *Auctario* ejusdem *Gevartii ad Iconas Cæſarum* ad *Hub. Goltzio* olim evulgatas, & nuper Typis Plantinianis recuſas. *Pompa illa Triumphalis* ab eruditis magno certatim applauſu excepta eſt, ſed Imp. FERDINANDI *III.* de illo opere judicium hic ſubjunxiſſe ſufficit. Is in Diplomate Auguſtali, quo *Gevartium* in Cæſareum Hiſtoriographum ſuum deligit, illud *Opus elimatum* vocat; atque ex eo Auctoris *Gevartii Præclarum addictæ erga Auguſtam* AUSTRIÆ *Domum Fidei, Devotionis & Obſequii ſtudium; tum ingenii amœnitatem, judicii maturitatem, venuſtatem ſtyli, multiplicem politioris Litteraturæ Peritiam, inſigni veterum Elegantiarum memoria exornatam* ſe cognoviſſe teſtatur. Quod florentiſſimi Cæſaris judicium hic adſcribendum duxi. Nam, ut *Symmachus* lib. X. *Epiſtola* XXV. ait, *Illuſtrior Laus eſt, de cæleſti profecta judicio.*

CORNELIUS à BREDA Bruxellenſis, Antiquitatis & Hiſtoriarum peritiſſimus, ingenii modeſti, optimique judicii. Juvenis Lovanii *Erycium Puteanum* aſſidue audivit cum fructu. Scripſit Venetiis *Cymbam*, ſive *de hora viſendi, Dialogum. Errores per Germaniam*, quibus Germaniæ veteris ritus & Antiquitates includit. Lovanii typis *Slavii* 1613. 4. Obiit Cremiſii in Bohemia, dum caſtra Imp. *Ferdinandi* ſequitur contra Palatinum cæterosque confœderatos anno 1620.

EMANUEL ROMANUS, vernacule *Roman*, Hiſpanus, Ord. Carm. edidit *Elucidationes variæ antiquitatis, & Illuſtrium Carmeli Scriptorum* libros duos, emiſſos bis prælo Madriti. Editio ſecunda multum locupletata prodiit. Florebat anno 1632. tempore dignus vivere longo.

ERYCIUS PUTEANUS, Gelder, Venlonenſis, Lipſii diſcipulus ejusque Lovanii ſucceſſor titulo Hiſtoriographi Regii, imprimis familiaris fuit *Lud. Septalio*, *Joanni Baptiſtæ Sacco*, *Joan. Bapt. Silvatico*, aliisque viris fama ſcriptisque illuſtribus. Arcis Lovanienſis Præfectura donatus, ſcripſit præter Oratoria multa, Philoſophica, Hiſtorica, Politica atque Mathematica *de uſu fructuque librorum, & Bibliotheca Ambroſiana: De facilitate linguæ Græcæ: Homilias de Purificatione, Annunciatione & Aſſumptione Virginis-Matris; Hiſpaniarum Vindicias Tutelares:* Veniſſe in hæc regna *S. Jacobum* Apoſtolum, *Divam Virginem Aſpri-Collenſem:* Beneficia ejus & miracula noviſſima. *S. Genouefæ: Ducis Brab. Iconiſmum: De Officio Judicis: De familitate linguæ Græcæ: De libris & libellis: Democritum, ſive de riſu: De præſtantia Hiſtoriæ Curtianæ: Encomium ovi: Pompam Proſphoneticam, ſive Præfationum Syntagma. Generales ſermones. Faculam diſtinctionum. De diſtinctionibus ſchediaſma. De Laconiſmo, Conſolationem cæcitatis.* Plura deducit *Val. Andreas*. Obiit anno 1646.

CCXXIV. DAVID à MAUDEN, Antverp. fuit Bruxellæ Paſtor in Eccleſia *B. Mariæ de Capella*, Bredanorumque Canonicorum Decanus. Scripto Juriſconſultum ac Theologum profeſſus eſt. In uſum potiſſimum Concionatorum edidit. *Diſcurſus morales in Præcepta Decalogi: Diſcurſus III. de Montibus Pietatis: Speculum aureum Vitæ moralis*, quo *Tobias* ad vivum delineatur. Anno 1631. naturæ debitum ſoluit.

FRANCISCUS LORYOT, Gallus, patria Lavallenſis, Soc. *Jeſu*, Philoſophiam ac Theologiam

giam professus, anno 1620. Parisiis edidit *Secreta Moralia. Florem secretorum Moralium: Insignes & admirabiles Divini Amoris affectus.* Gallice præterea scripsit *de Passionibus humanis* tomos II.

PERAFAN de RIVIERA, Alcalæ Dux ex perillustri Regum Castellæ progenie oriundus, scripsit *de Titulo Crucis D. N. Jesu Christi Syntagma*, adversus quod scripsit familiarissimus Comiti Duci Olivario Theologus, & Philologus Presbyter sæcularis *Franciscus de Rioja*, Hispalensis. Idem Dux scripsit *Orationem gratulatoriam Urbano VIII.* Papæ, cum Regis Catholici nomine Legati munus obiret.

AUGUSTINUS NUNIUS à DELGADILLO, Hispanus, patria Caprensis, Ord. Carm. insignis divini verbi declamator, vixdum ætatis anno 20. Philosophiam publice docuit Ossunæ, post Theologiam Cæsar-Augustæ. Fuit ei magna fœcunditas ingenii, memoria tenax, ferax verborum seges, sed operum taraciissimi manipuli. Scripsit *Expositionem Psalmi 17.* cui titulus, *Justorum victoria: Quadragesimales Conciones: Alphabetum spirituale.* Ablatus è vivis est anno 1631.

HENRICUS ZUPÆUS, Mechlinienſis, Philosophiam Duaci hausit: Theologiam cum Lovanii, tum Duaci Professus monasticen Ipris Flandrorum in Abbatia *S. Joannis*, Benedictini Ordinis, Sacras suas litteras docuit & Prior præfuit. Eoque titulo ac munere deinde Affligemium ad formandam firmandamque disciplinam accitus fuit, cœnobii ejusdem mox præpositus. Denique à Sereniſſimis Principibus *Alberto* & *Isabella* Designatus, à Religiosis electus, Abbas *S. Andreæ* juxta Brugas instituitur. Scripsit librum, cui titulus: *S. Gregorius Magnus, Ecclesiæ Doctor, primus ejus nominis Pontif. Roman. ex nobilissima & antiquissima in Ecclesia Dei familia Benedictina oriundus*; quo *B. Gregorium*, ac *S. Equitium* Ordini suo, contra *Baronium*, vindicat. Fratrem habet *Franciscum Zypæum*, Archidiaconum Antverpiensem, in utriusque fori scientia præclarissimum, de quo mox agemus.

TIMOTHEUS CIABRA, Pimentelius, Lusitanus, ex Olysipponensi Canonico transiit ad Monachatum Ordinis Carmeli. Fuit S. Theologiæ Doctor, Hispalique quondam publicus Philosophiæ interpres: Concionator Apostolicus *Urbani VIII.* Vulgavit *S. Joannis Evangelistæ Panegyricum*, *Davidis fundam contra Judæos Lusitaniæ*, à quibus ob Fidei defensionem gravissima strenue passus est. *Regale Christi Collegium*, hoc est, *de Christo Servatore*, & *Apostolis ejus sermones*; *Vitam S. Mariæ Magdalenæ Pœnitentis*, quem *Urbano VIII.* dicavit. Refert *Alegræus* illum habuisse prælo parata, quæ forte modo prodierunt, *Institutionem Novitiorum: In Epistolam Pauli ad Timotheum Commentaria* lusissima, cum *Moralitatibus*. Obiit circa annum 1633.

BONAVENTURA DERNOYUS, Leodiensis, Ord. Minorum *S. Francisci* strictioris observantiæ Minister Provincialis per Flandriam, Casseleti Guardianus opusculum laudatissimum edidit, titulo *Praxim Justitiæ Christianæ per totius anni menses, hebdomadas & dies*, Coloniæ 1630. Alia ascetica opuscula Gallice publicavit, quæ passim leguntur.

MARCUS GUADALAXARA, Hispanus, patria Cæsar-Augustanus, Ord. Carm. religiosa pietate candide inter Celtiberos eluxit; adeo insuper Ecclesiasticis historiis deditus, ut infatigabiliter legendo & scriptitando pervigiliis demulceretur, & jugiter noctes omnes pene traduceret insomnes. Posteritati dedit sequentia, Pario sane marmore digna: *Catalogum SS. Ordinis sui*; *Catalogum Indulgentiarum & gratiarum ejusdem*; *Thesaurum spiritualem Carmeleum*, in quo concinno calamo, multa Carmeli encomia, breviter perstrinxit; *De exilio Agarenorum ab Hispania an.* 1610 *facto*, lib. II. *De vitis gestisque Pontificum, Leonis XI. Pauli V. Gregorii XV. & Urbani VIII.* volumine bino. Alia proditura, morte præventus, elimata reliquit. Pro laborum remuneratione, à *Philippo IV.* Hisp. Rege bis centum ducatorum annuo pensu donatus, ad virtutum præmia perennia volavit anno 1631.

MICHAEL GHISLERIUS, Romanus, Clericus regularis, *Agellii* discipulus, linguarum Orientalium peritissimus, scripsit *Commentaria in Cantica Canticorum*, non uno loco edita. Item concinnavit *Catenam veterum Patrum Græcorum & aliorum in Jeremiam & Baruch Prophetas*, Lugduni in fol. 1625. publicatam.

CCXXV. MELCHIOR INCOFERUS, Austriacus, Soc. Jesu Presbyter, sacræ profanæque antiquitatis peritissimus, diu Messanæ in Sicilia, item Romæ, & alibi in Italia vixit. Scripsit autem plurima, quæ *Leo Allatius* & *Philippus Alegambe* in suis Catalogis recensent. Hæc memorantur: *Conjectatio ad Epistolam B. Mariæ Virginis ad Messanenses*; *De sacra Latinitate*; hoc est, de variis Latinæ linguæ mysteriis ex origine, progressu, fine, ceteraque instituti sui ratione, ad Evangelii prædicationem, Latinæ Ecclesiæ exaltationem, Romanique Imperii majestatem spectantibus, lib. IV. *Historia trium Magorum.* Prælum exspectare dicuntur *Martyrologium novis Notis illustratum*; *Martyrologii Compendium*; *Demonstrationes Chronologicæ, Historicæ, Evangelicæ*; *Ideæ Historiæ Ecclesiasticæ Hungariæ*, aliquot tomis comprehendendæ; *De Persecutionibus Martyrum*; *Libros Stromatum, de peregrinis & curiosis doctrinis*; *Achior Christianus.*

JOANNES LUDOVICUS de la CERDA, natione Hispanus, patria Toletanus, adolescentulus Toleti admissus est in Societatem ipso *S. Francisci* sacro die, anno nostræ salutis 1574. qui Hu-

manioribus, Philoſophicis, Theologicis litteris excultus, totum ſe ſtudiendæ juventuti impendit. Accuratos dedit *Commentarios in univerſum Virgilium*, qui doctis viris maxime probantur. Eſt multæ vir lectionis atque indefeſſi ſtudii; candoris autem, & religioſæ ſimplicitatis laude plane ſingularis; Eloquentiæ ac Poëticæ in Carpetanis aſſiduus Profeſſor, dum ætas & vires ſiverunt. *Tertullianum Annotationibus, Notis, Argumentis & Explicationibus* illuſtravit. Item edidit *Adverſaria ſacra*, quibus fax præfertur ad intelligentiam multorum ſcriptorum ſacrorum. Acceſſit *Pſalterium Salomonis* Græco-Latinum cum *Scholiis*, & *de excellentia Cæleſtium Spirituum*, imprimis *de Angeli Cuſtodis miniſterio*. Pariſiis anno 1631.

JOANNES PETRUS MONETA, Clericus Regularis *S. Pauli*, ſcripſit *de decimis, de diſtributionibus, de optione Canonica, de Judicibus Conſervatoribus, de commutatione ultimarum voluntatum*, & alia.

JULIANUS CASTELVI, Hiſpanus, patria Valentinus, Ord. Carm. Divini Verbi Præco ubique pernotus tum eloquii præſtantia, tum ſpiritus incenſi fervore, Philoſophicas, Theologicasque diſciplinas Valentiæ cum applauſu publico profeſſus eſt: Edidit *commentaria in omnem Stagyritæ Philoſophi doctrinam*, libris multis; *Concionum libros de Tempore & Sanctis*, aliosque *Tractatus Theologicos*. Reliquit mortalitatis exuvia circa annum 1635.

JACOBUS SEGERS, Antverpienſis, Ord. Ciſt. Profeſſus in monaſterio S. Salvatoris, in patria ſiti, ubi tertio Suppriorem & aliquot annis Concionatorem laudabiliter egit. Edidit tomum primum *conceptuum moralium ſuper Dominicas*, editurus in proximum alterum tomum; Lovanii apud *Andream Bouwet*, qui etiam in lucem dedit *Militiam ſæcularem & ſpiritualem*, Antverp. typis *Jacobi van Ghele*.

ROBERTUS BOYMERS, ejuſdem patriæ, & monaſterii Religioſus, atque Sacriſta, amœno vir ingenio & ad Poëſim veluti nato, vulgavit *Odas ſpirituales*, Antverp. typis *Jacobi van Ghek*.

JOANNES de S. STEPHANO, natione Aragonius, ex monacho Hieronymiano Archiepiſcopus Brunduſinus in regno Neap. præter alia minora opuſcula *Methodum ad cognoſcendas hæreſes* 1630. in fol. Romæ evulgavit.

OLIVARIUS VREDIUS, Flander, Brugenſis, politiſſimi vir ingenii, linguarumque Latinæ, Græcæ, Hebraicæ peritus in paucis, Antiquitatum Belgicarum admirator & cultor, quarum cognitionem & veritatem è Principum diplomatibus, & Scriptoribus coætaneis docet in primis eruendam, eoque fere ſpectant quæ ſcripſit hactenus, & quæ ſcripturus eſt; quo fine domi ſuæ typographiam magno ſumptu inſtituit. Prodierunt hæc, *de veteri & novo ſignandi & ſigillandi uſu; Sigilla Comitum Flandriæ*, cum Expoſitione hiſtorica; *Genealogia Comitum Flandriæ*, à Balduino Ferreo usque ad Philippum IV. *Sigilla, Characteres & Inſcriptiones diplomatum, quibus uſi ſunt Imp. Rom. à Carolo Magno usque ad Ferdinandum III.* cum Epitome hiſtorica vitæ uniuscujusque ex Onuphrio Panuinio: *Sigilla &c. quibus uſi Reges Francorum ab Hugone Capeto usque ad Ludov. XIII. De primis Comitibus Flandriæ, usque Carolum Danum*, explosa *Foreſtorum* fabella; *De primis Francorum ſedibus in ea Flandriæ parte, quæ etiamnum Terra Franca appellatur, cum ſerie Scabinorum Franconatenſium usque ad ann. 1642.*

ROBERTUS SUERTIUS, Antverpianus, *Franciſci* frater, in patria Cathedralis Ædis Canonicus & Paſtor, ſcripſit *cumulum mendaciorum Franc. Lanbergii*, Miniſtri Batavi, & *de fide hæreticis ſervanda*, Obiit 1647.

CCXXVI. PETRUS ROESTIUS, Noviomagenſis, Belga Soc. Jeſu Theologus *Pſeudo-Jubilæum* 1617. *Kalendis Novembribus à Lutheranis celebratum Molshemii*, 1618. in 4. publicavit. Exſtat ejusdem *Apologia pro Æde Lauretana*, Treveris in 4. edita, *Diſputatio Paradiſiana* ſive, *de Paradiſo terreſtri, & Adamo bono & malo*, & alia multa, quibus Controverſias neotericas luculenter explicavit. Obiit octogenarius Coloniæ, anno 1642.

JOANNES MOCQUETIUS, Theologus & Profeſſor Societatis ejusdem Ingolſtadii, libris duobus vindicavit *Methodum cum hæreticis ex ſolo Dei verbo diſputandi à Joanne Gonteria Gallo, ejusdem Soc. Theologo uſitatum:* eosque 1618. in 4. Ingolſtadii publicavit, & *de ſponſalibus atque Matrimonio* 1611. in 12.

MICHAEL MUNOCIUS ſive MYNOZIUS, Hiſpanus, domo Cordubenſis, Ordin. Carmel. augendæ ſuæ Religionis zelo perfuſus, ſcripſit opus, cui frons: *Propugnaculum Heliæ* & *propagationis Carmelitica*, in quo naturam, originem & protoparentes Monaſtices vendicare conatus eſt, atque ad Concionatorum vota Scripturæ Patrumque monumentis illuſtravit. Obiit ad patriam Roma remeans apud Inſulas Gallicas *S. Margaritæ* anno 1637.

THEODORUS SMISING, Weſtfalus, nobilibus ortus parentibus, Ord. Minorum, ſacram Theologiam Lovanii docuit, vir & ingenio & judicio Scotiſtarum neotericorum clariſſimus. Scripſit *Commentariorum de Deo uno & Trino* tomos duos.

JOANNES à GOUDA, parentibus, patriciis Ultrajecti natus, Soc. Jeſu, docuit præter mitiores diſciplinas Philoſophiam & Theologiam moralem; reliquum ætatis quod potiſſimum fuit, totos 25. annos concionibus impendit, tanta dicendi facilitate ac venuſtate, tanta ſimul efficacitate

Digitized by Google

sitate disputandi, ut ex merito *Hæreticorum Malleus*, *Murus Catholicorum* audiret, quem docendi splendorem virtutibus maximis ornavit. Placidissime Bruxellis expiravit anno 1630. Stylum patrio sermone, zelo domus Dei ardens, strinxit in pestilentis cathedræ Ministros Batavos; sunt autem edita: *Pro Trans-substantiatione in Eucharistiâ; Victoria ejusdem Trans-substantiationis*, *Inquisitio Roterodamensis; Examen Francisci Gommari & Danielis Castellani* hæreticorum Ministrorum; *Demonstratio CL. mendaciorum Boxhornii*, ex-Decano & Pastore Thenensi, Ministri Bredani: *Colloquium inter Boxhornium & Pastorem Hagbæ prope Bredam, D. Petrum de Tornaco; Brevis explicatio mysterii Sacrosanctæ Eucharistiæ; Refutatio pugnæ oblatæ Catholicis, à quatuor Ministris Calvinianis Sylvaducensibus.* Alia multa in multos nominatos Apostatas & hæreticos scripsit, quæ refert *Alegambe.*

JOANNES WOVERIUS, Antverpianus, domo & contubernio *Justi Lipsii* usus, *vitam ad optima præcepta, ingenium ad artes confirmavit*, ejusdem *Lipsii* testimonio, qui ita carum *Woverium* habuit, ut unum è testamenti sui Curatoribus eum esse voluerit, solumque elegerit, cujus fidei scripta non edenda & edenda committeret. Post lustratas triennali peregrinatione Galliam, Hispaniam, Italiam, Germaniamque patriæ redditus, in Senatorum ordinem adlectus fuit. Ærarii deinde Regii in Belgio Assessor, atque à Consiliis bellicis. Ab *Isabella* Hispaniarum Infante ad *Philippum IV.* Delegatus, Eques nominatur. Scripsit *Vitam B. Simonis*, Sacerdotis Valentini, *de consolatione* ad Pet. Paulum Rubenium, lugentem *Philippi* fratris mortem, & *Epistolarum* aliquot Centurias. Obiit 1635. ætat. 58.

ANTONINUS DIANA, Siculus, Panormitanus, Clericus Regularis, scripsit *Resolutiones morales* tomis VIII. in quibus selectiores casus conscientiæ breviter explicantur, in folio. Eum *Innocentius X.* nuper Episcoporum examinationi præfecit, & assumpsit in S. Officii Regni Siciliæ Consultorem. Auditur alia præ manibus habere brevi prælo matura.

CCXXVII. LEO ALLATIUS, natione Græcus, Chiensis, eruditarum linguarum peritissimus, magnam partem Bibliothecæ Palatinæ Heidelberga Romam transtulit, quæ in Vaticana nunc Bibliotheca adservatur. Idem 1633. Romæ librum publicavit *de Apibus Urbanis*, sive de viris illustribus, qui ab anno 1630. usque ad annum 1632. Romæ fuerunt, & typis aliquid evulgarunt. Præter alia plurima, *Urbano VIII.* Pontifice mandante, *commentationem in Joannis Papissæ fabulam* ibidem edidit, *Socratis Antisthensis Epistolas* & aliorum Scriptorum priscorum monumenta quamplurima, cum Græca, tum Latina, partim sacra, partim profana, è tenebris eruit. De quibus & aliis ipse *Allatius* in suo citato *Catalogo* fusè disserit.

NICASIUS BAXIUS, Antverpianus, *Joannis* Senatoris filius, ord. Erem. *S. Augustini* litteras politiores Græcasque apud suos Bruxellæ atque Antverpiæ annos multos tradidit. Vir accuratæ diligentiæ constantis laboris, moribus optimus, In versibus pangendis facilis; in oratione purus, & velut media incedens via, nec nimium Laconicus, nec Asiaticus minus, præter *Poëmata* & *Orationes*, typis vulgavit *Synopsim vitæ & miraculorum B. Thomæ Villanovani*, & *Vitam B. Joannis Sahagauntini.* Vivere desiit in patria anno 1642.

MARTINUS ROA, natione Hispanus, patria Cordubensis, Adolescentulus ac vix quindecim annos natus, sæculo renunciavit ac Societatem Jesu expetivit: admissus, probatus, & humanis ac Divinis litteris expolitus est. Postea cum magnas ex puerorum institutione redundare utilitates in Rempub. animadverteret, totos sedecim annos erudiendæ juventuti impendit, atque Artem dicendi in Cordubensi Collegio professus est. Scripsit Latine librum, cui titulum fecit *Singularium sacræ Scripturæ atque Externorum* lib. V. Item *de die Natali* librum singularem. Hispanice vero *vitam illustrissimæ, ac sanctissimæ Annæ de la Cruz* Comitissæ de Feria, quæ prius dicta est *Anna Ponce de Leon. Singularium sacræ Scripturæ* volumina duo. *De Corduba in Hispania Baticæ Principatu; De auctoritate & antiquitate SS. Martyrum Cordubensium; ac de Cordubensi Breviario. Commentarios in Habacuc Prophetam & Psalmum 2. Sanctorum Cordubensium gesta. Nobilium Baticæ urbium Historias. De antiquitate, usu, veneratione SS. Imaginum & Reliquiarum. De statu animarum in purgatorio, Beatorum in cœlo, Puerorum in limbo, damnatorum in inferno, universi hujus post resurrectionem.*

JANUS NICIUS, Erithræus, concinnavit *Pinacothecam Imaginum illustrium doctrinæ vel ingenii laude virorum*, qui auctore superstite diem suum obierant, quam juris publici fecit *Cornelius ab Egmont* Coloniæ anno 1645. in 8.

GASPAR JONGELINUS, Antverpiensis, Ord. Cist. Professus ad S. Salvatorem in patria, unde migravit ad Abbatiam Veteris Montis, vernacule *Aldenbergh* in Ducatu Montensi, prope Coloniam, nominatus electusque Abbas Disembergensis anno 1641. edidit *Notitiam Abbatiarum Ord. Cistercienſis per Orbem universum*, libris X. quibus singulorum monasteriorum origines & incrementa, Benefactorum, aliorumque illustrium virorum diplomata, donationesque recensentur. *Origines ac progressus Ord. Cistercienſis Abbatiarum Equestrium seu Militarium de Calatrava, Alcantara &c.*



ed by Google

CCXXVIII. AUGUSTINUS MASCARDUS, ortus est veteri apud Ligures prosapia, doctissimos *in Tabulam Cebetis Commentarios edidit Orationes, Sermonesque* scripsit, quæ omnia unico volumine comprehensa continentur. Composuit librum *de arte historica*, ea eruditione, rerum copia varietateque completum & redundantem, ut omnes superiores, qui in hoc genere elaborarunt, superasse censeatur. *Aloysii* vero *Fliscі Conjuratio*, simul ut aspecta, tanto plausu excepta fuit, ut statim in Gallicum, Hispanicumque sermonem conversa, ad exteras nationes commearit. *Urbanus VIII.* inter Cubicularios honorarios eum assumpsit.

DIDACUS de BAEZA, Hispanus, domo Ponferradiensis, Soc. Jesu Presbyter, propter excellentem concionandi præstantiam à cathedra translatus ad pulpitum, locum inter primos Hispaniæ Concionatores hodieque obtinet. Edidit *Commentarios VIII. in Evangelicam Historiam.* Primus continet *D. Josephi, B. Mariæ & Christi Domini magnalia:* item *Tractatum de Eucharistia, de Spiritu sancto & de Trinitate. II. Vocationes & conversiones à Domino Jesu peractas; omnia illius miracula & nobiliores Prophetias adimpletas. III. Prophetias à Jesu dictas & nondum adimpletas, nobiliores ejus sermones, & in illis apertiores similitudines. IV. Parabolas & Historias adductas à Jesu, & ejus Disputationes cum variis, & sex Conciones de Antichristo. V. Commentaria allegorica & moralia de Christi figurato in vetere Testamento.* VI. ejusdem argumenti complectens *Vitam Moysis.* VII. complectitur *Vitam Abrahami.* VIII. *Vitam Davidis.* IX. jam prælo paratur.

MARTINUS L'HERMITE, Flander, Armenterianus, Soc. Jesu Presbyter, Laureti Pœnitentiarium egit per biennium & amplius, Philosophiam Duaci quadriennio docuit, amœniore studio complexus est Historiam Gallico idiomate, quo edidit *Historiam Sanctorum Gallo-Flandriæ cum ortu, progressu, splendore Religionis Catholicæ in illa Provincia*, Duaci 1638.

PETRUS POSNANIENSIS, Polonus, Ordin. Minorum Theologus, Salmanticæ sacris litteris operam dedit. Præter commentarios in *Joannem Scotum*, scripsit *Institutiones sacras litterales, morales & speculativas in Dominicas totius anni*, Antverpiæ 1640. tomis duobus in fol. editas.

BERNARDUS ROTTENDORFFIUS, Germanus, Com. Palat. Cæsar. ac Reipubl. Monasteriensis Archiater, tandem postliminio publicis usibus transcripsit & è membranis antiquissimis eruit *Hugonis Floriacensis* Monachi Benedictini *Chronicon*, quingentis ab hinc annis, & quod excurrit, conscriptum, hactenus à multis desideratum Monasterii Westphaliæ anno 1638.

JOANNES LUCUS, Hispanus, quo doctore sibi docti plurimum placent, Soc. Jesu Theologus, scripsit opus ingens *de incarnatione* Lugduni in fol. 1633. editum: *Disputationes scholasticas & morales de Sacramentis in genere, de Venerabili Sacramento & de Sacrosancta Missæ sacrificio, de Sacramento pœnitentiæ.* Habet plura sub prælo.

CHRISTOPHORUS BUTKENS, Antverpiensis, Ordin. Cisterciensis, Monasterii S. Salvatoris, in urbe patria siti Prælatus, Genealogias & Antiquitates Belgii solerter tractare solet & edere. Gallice scripsit *Annales Genealogicas familiæ de Linden* libris XV. *Trophea qua sacra, qua profana, Ducatus Brabantiæ*, in quo tractatu libris IX. demonstrat origines successionesque Ducum ac Principum Brabantiæ & familiarum illustrium hinc descendentium. Altero domo daturus est *Descriptionem Urbium, Municipiorum, Baronatuum;* item *Catalogum Ecclesiarum, Abbatiarum ac Monasteriorum Brabantiæ.*

DIDACUS de CELADA, Hispanus, patriæ Monteladensis, Soc. Jesu, libros *Esther*, *Judith* & *Tobiæ* Commentariis litteralibus illustravit. Vulgavit opus *de Benedictionibus Patriarcharum*, *; Bella sacra:* In reliquam Scripturam universam *Commentarios* parat.

LUCAS HOLSTENIUS, Hamburgensis, multa ex Græco in Latinum vertit; scripsit item *Notas, in Eusebii Cæsariensis libellum, contra Hieroclem*, Lutetiæ editas cum *Eusebii* operibus.

LUCAS WADDINGUS, Hibernus, Waterfordiensis, cum in Lusitania adolescens ageret, Ordinis Minorum sodalibus se adjunxit. Inde Romam profectus, tomos quinque *Annalium sui ordinis* conscripsit. Lugduni editos. Idem *Opuscula S. Francisci* in unum collegit, & *Commentariis* asceticis illustravit. Reliqua ejus opera, cum edita tum edenda *Leo Allatius* enumerat. *Lucas* porro fratrem habet, *Petrum Waddingum*, Soc. Jesu Theologum, à quo prodiit *Oratio dicta Pragæ in Ferdinandi III. Ratisbonensibus Comitiis in Cæsarem electi inauguratione: Brevis refutatio calumniarum, quas Collegio Societatis Jesu Pragensi impegit scriptor famosi Libelli*, cui titulus *Flagellum Jesuiticum; Tractatus de incarnatione*, & alia tum contra hæreticos, tum ad disciplinas humaniores spectantia.

CCXXIX. JOANNES BOLLANDUS, Belga; patria Julii-montensis in Ducatu Limburgiæ in Soc. Jesu anno 1630. quatuor vota professus, Humaniora pluribus annis docuit, atque studiis Theologicis exercitus, Mechliniæ scholis quinquennio præfuit. Hoc omni tempore ad Optimatum Sodalitatem Latine dixit. Varia edidit *Carmina & Orationes*, sed tacito teste aut alieno nomine; Literas annuas Japoniæ annorum 1628. 29. & 30. ex Italico Latinas fecit. *Vitam S. Liborii* Episcopi, calculo laborantium patroni, è veteribus MSS. eruit & *Commentario historico* illustravit, typisque Meursianis Antverp. in 8. protulit in lucem. Nunc totus est in parandis

randis prælo *sanctorum Vitæ*, quas colligere cœperat *Heribertus Rosweydus*, illi sancto labori immortuus. Hunc sacrum thesaurum mirifice *Bollandus* auxit & *Januarium* duobus vastis voluminibus emisit, reliquis mensibus subsecuturis, in quibus elucidandis adjutorem habet *Godefridum Henschenium*, Venradæ in Gelria natum, ejusdem Societatis Presbyterum, Græce & Latine doctissimum, qui subsidiarias suas operas, hactenus egregie, in eo studio posuit.

Petrus Wastelius, Alostanus, S. Theologiæ Doctor, quondam Provincialis Ord. Carmelitarum Antiquæ Regularis Observantiæ, Provinciarum Belgii & Hiberniæ Commissarius Generalis, Gandavi quondam, Alosti, & modo Antverpiæ, Prior; Vir doctrina & integritate vitæ præclarus, in unum collegit *Opera* præstantissima *Joannis Nepotis Sylvani*, *Hierosolym. Episcopi XLIV. SS. Hieronymo*, *Chrysostomo & Augustino coætanei*, quæ, hactenus incognita, inveniri potuerunt. Hæc *Petrus* incredibili labore ac studio conscripsit, & maximo commodo fructuque publicavit, una cum *Vindiciarum* libris III. pro iisdem libris adstruendis.

Zacharias Salutiensis, provinciæ Pedemontanæ Capucinus, de cujus aperto cælitus ore, veræ salutis ensis utraque parte acutus processit, tum ad fidei orthodoxæ impios oppugnatores interimendos, tum ad interemptos antiquitatis gladio, scripsit tomos duos *Annalium* Ordinis Capucinorum, præteritis sæculis honori, & futuris eruditioni: *Orthodoxas consultationes: Rituale Capucinorum*, & alia. Plenos dierum ac bonorum operum. Diffinitoris Generalis semel ac iterum functus, obiit Genuæ anno 1638. æt. 70.

Joannes Honorius Axelius, Belga, Ultrajectinus, multis annis Romæ Advocatum seu Patronum causarum egit. Scripsit *Compendium Juris Pontificii*, seu *Summam in libros V. Decretalium*, *Concilii Tridentini decretis accommodatam*, Coloniæ 1630. in 4. evulgatam. In concives suos Romæ peregrinos & nudos, aliterve ejus egentes opera benignus & sumptuose munificus fuit.

Silvester Petrasancta, Romanus, S. J. vir omni genere litterarum, tum mitiorum, tum severiorum instructus, edidit *Vitam Roberti Card. Bellarmini*, ex Italico *Jacobi Fuligatti*, cultissimo stylo Latine expressam, cum *Auctario*. *Sacras Bibliorum Metaphoras*, & *ex iis documenta morum* Centuria I. *Notas in Epistolam impiam & hæreticam Petri Molinæi*, Ministri inter Hugonottas Galliæ non infimi. *Apologiam pro dicta Notis adversus Andream Rivetum*, Ministrum in Hollandia, qui eas carpsit, cui titulus *Calvinianus Verbero*, & *in eum Vindiciæ Vapulares*. *Romam piam*, adversus sectarios Galliæ, Hollandiæ, Angliæ. *Triumphum Religionis Catholicæ*, & *felicitatis Austriacæ*, & alia.

Joannes Hieronymus Sopranus, Italus, S. J. Theologus, Genua oriundus scripsit *Commentaria in libros Regum & Epistolam historiarum ad nostra usque tempora*. Opuscula *de vestiaria*, *de funeribus*, *de publico & privato luctu*. *Appendicem ad Opus Morale Vincentii Fillucii*, in qua sunt proprii tractatus ipsius, *de Pensionibus*, *de spoliis Clericorum*, *de abalienatione rerum Ecclesiasticarum*, *Schematismus de Irregularitate*, in quo sub unum aspectum proponitur quidquid ad difficilem hanc materiam spectat.

Petrus Jacobus Baccius Aretinus, Oratorii Romani Presbyter, scripsit Italice & Latine *Vitam S. Philippi Nerii* Conditoris ejusdem Oratorii.

CCXXX. Laurentius Ramirez de Prado, stirpe nobilis, splendore eques: dignitate Senator, prærogativa Legatus, in omnibus & ubique magnus: qui adolescens viros, vir homines cælesti ingenio & eruditione superavit; Musarum Hercules, Gratiarum Heros, virtutum delicium. Pervetusta gens *de Prado* Toparcharum arcium *Valdeitujar* & *Albirensis* in Legionensi Regno sitarum, à stirpe ad hanc ætatem multos clarissimos viros ordine enumerat, *Laurentius* Equestrem dignitatem, perpetuo à majoribus acceptam, *Jacobea Militia* prætexta postea insignivit. Jam inde ab incunabulis summi ingenii, nobilissimæque indolis specimen dedit. Salmanticam à parentibus tanquam ad mercatum bonarum artium missus, in disciplinam *Francisci Sanctii* Brozensis (cujus nominis Scriptorumque nulla unquam posteritas immemor erit) se dedit; ibique in ipsa studiorum incude positus, *Hypomnemata in Martialem*, variaque *Syntagmata* illuminandis probatis auctoribus tanquam stricturas emisit. Mox ad Juris civilis scientiam percipiendam se contulit, cujus intelligentia, brevi tempore, ita præstitit, ut *Legum Tessera*, *Pentecontarchus*, aliaque ipsius testimonio sunt. *Philippus III. Ramirium* in Regii patrimonii Consiliarium legit; cujus supremæ curiæ cum aliquandiu præfuisset, *Philippus IV.* (de nostris annis addat cui *Jupiter* annos) paternam lectionem usque eo approbavit ac laudavit, ut in altiorem ordinem eum extulerit, sibique à consiliis in suprema Indicarum provinciarum curia esse voluerit, nec in ea tantum jus dicere, ad gubernacula imperii sedere; sed etiam ut segregato in Concilio, summa bellicorum consiliorum ad arbitrium judiciumque ipsius rediret. Præterea Regis ejusdem beneficio in amplissimum Cruce signatorum Conventum (*Concilium Cruzade* vulgo dicunt) venit. Cum vero Rex prospiceret Controversiam inter Sabaudiæ Ducem & Ligures, in Bellum toti Italiæ exitiale brevi prorupturam, & ad tantos animorum motus componendos Nestorea plane prudentia opus esse, *Ramirium* Regi Galliarum legat, ut, si ad concordiam res adduci possit, pacem inter disceptantes conciliet. Ibi eximiæ ipsius virtutes, majoribus quasi theatris propositæ, rimium quantum effulsere. Cum inde in Hispaniam remigrasset, omnes suas curas in bonis artibus

bus provehendis defixit, ac primum Bibliothecam omni librorum supplicile refertissimum, voluminibus toto orbe conquisitis, sibi comparavit. Nec minore studio animatos ac viventes libros excoluit, hoc est, ingeniis ita favit, ut plerique litteratorum *Ramirii* maxime suffragatione ad magna & honorata ministeria hac tempestate producti fuerint. Libri ab eo editi partim, tum parati sunt; editi scilicet, *Schediasma ad locum Plinii* lib. VII. *Est aliquis etiam morbus per sapientiam mori. Notæ ad S. Orientium. Hypomnemata ad Martialem: Pentecontarchus* sive *Quinquaginta militum Ductor*, exornandis S. Scripturæ locis. Hispanice: *Difficultas traductionum: Consilium & Consiliarius Principum*, aliaqua, & varia. Parati prælo sunt *Commentarii ad tres ultimos libros Codicis*, opus singulare interpretatione legum, & antiquitatis eruditione. *Decisiones Ventilatarum litium*, tempore quo præfuit Regii patrimonii Concilio. *Quatuor* præterea *volumina, quibus plurimi enodantur S. Scripturæ loci, Juris, & Philologiæ.*

Lucas de Montoya, Hispanus, Ord. Min. Historiographus, Orator & Theologus præcellens, suo idiomate scripsit *Chronicon generale Ordinis Minimorum: Sensum metaphoricum omnium locorum sacræ Scripturæ*, cujus operis tomum secundum adornat; *Historiam Francisci Ximenii Card.* in qua non solum *Ximenii* vitam & egregia portentosaque opera, verum & *Complutensis* Litterariæ Reip. monumenta, Collegia, Monasteria, leges, facultates, claros viros & innumera ejus magnalia recenset. Denique paratum habet immensi laboris opus, quod inscribitur *Index universalis totius sacræ Scripturæ & SS. Doctorum & Patrum Latinorum & Græcorum*, &c. in quo singula quæque summariis & argumentis disquirit industria singulari.

Matthias Pauli, Hasselensis, Eburo, Eremita Augustinianus, in quo Ordine tres insuper habuit fratres, suos triennio jam Definitor in Belgio rexit. Tractatus aliquot idiomate populari conscripsit, summa gratia, summoque legentium fructu; videlicet *Fasciculum Devotionis, Cingulum Militare, Speculum perfectionis; Vitam S. Nicolai Tollentinatis; Historiam Venerab. Sacramenti Miraculosi Herkenrodiani, Bruxellensis, Lovaniensis & Gandensis, Expostulationem Christi super ingratitudine Judæorum; Vitam S. Rochi; Assertionem Purgatorii*, & alia; modoque floret, pluraque molitur.

Nicolaus Caussinus, Gallus, patria Trecensis, Soc. Jesu, vir singulari eruditione ac eloquentia, eximia morum probitate. Rheticoram permultos annos cum laude docuit. Scripsit *Electorum Symbolorum & Parabolarum Historicarum Syntagma*, seu *de Symbolica Ægyptiorum Sapientia, & Polybistoris Historici. Eloquentiæ sacræ & humanæ Parallela*, Flexiæ, & auctius Coloniæ. Gallice scripsit *Aulam sanctam* Tom. V. sæpissime recusam. *Sapientiam Evangelicam*, seu *Expositionem Evangeliorum Quadragesimæ. Impietatem domitam sub Liliis*, seu, *Historiam Saxoniæ à Carolo Magno domitæ*, & alia.

CCXXXI. Marcus Antonius Alegrius, Hispanus, patria Turiasonensis, Cæsar-Augustani illustrissimi cœnobii filius, cucullum Heliæ anno 1609. induit. Doctoris laurea Theologica donatus, scripsit *de Mirandis B. V. Maria de Monte Carmeli, de sacris operibus*, Cæsar-Augustæ typis *Petri Bergesi* an. 1625. quæ dicavit Proregi Sardiniæ Comiti Paviasi, Marchioni Almonacirensi; *super Evangelio de talentis: Vitam & encomia S. Prudentii* Turiasonensis Episcopi, cum *Episcopilogio* Sedis inclytæ illius, & patriæ nonnullis facinoribus egregiis, eisdem typis anno 1626. dicatum opus Decano & Canonicis Turiasonensibus, quorum ære jussuque prodiit. Paradisum Carmelitici decoris, in quo archetypicæ Religionis magni Patris Heliæ Prophetæ origo & trophæa monstrantur: & Heliades, ab ortu suo ad usque hæc tempora, sapientia & mirabili virtute clarentes, per anacæphalæosim perstringuntur, cum Apologia pro Joanne XLIV. Patriarcha Constantinopolitano, contra Baronium & Margarinum Bignæum, vulgo de la Bigne, Lugduni anno 1639. Prælo paravit Commentaria moralia in Regulam primitivam Alberti Patriarchæ, pro Carmelitis lib. II. cum Synestresi aliorum sanctorum & sanctarum Ordinis ejusdem bina, alphabetico ordine dispositæ, ubi eorum acta nonnulla repetuntur, sacras Orationes in Musæis meliorib' & majoribus Hispaniæ templis Latine habitas: *Sermonum Quadragesimalium, Adventus, & de sanctis* tom. IX. *Martyrologium Carmelitanum; Hispanum Cæremoniale* pro Monialibus observantiæ suæ. Huc usque hæc sub pulvere limata latent, suo tempore proditura, si mors utilibus inimica bonis spem non præciderit. Vivebat anno 1639. adversis satis & studiis assiduis attrita salute, Evangelicæ prædicationis anno 23. post habitos in regnis Aragonum, Valentiæ & Navarræ Quadragesimales cursus 22.

Philomænus Cornelii, Flander, Dixmudanus, Ordin. Min. Recoll. seu de strict. obs. Cortrac. Doctoris sui Scoti subtilissimam Philosophiæ mentem subtiliter sane & non sine multorum admiratione prælegit: nec studio pietatis (cui Seraphica *D. Francisci* familia plus semper incumbere solet, quam aut Theologicæ, aut Philosophicæ scientiæ) inferior, scripsit præter alia *Exercitationes vitæ Spiritualis*; & *Praxim orationis mentalis*, opuscula, eo commendatiora, quo à viro, Praxium suarum practicante scripta sint.

Franciscus Zyræus, Mechlinienſis, Canonicus, Officialis & Archidiaconus Antverpiensis; huc enim delatus est infans, occupata à rebellibus Mechlinia, ibique sacris ritibus abrogatis, Ætate, litteris, studiisque politior factus, ad Philosophica missus est Lovanium. Exin Juris

Digitized by Google

Juris ſe ſtudio dedit, & Baccalaureorum J. V. Collegio, Fiſci titulo, præfuit. Quod munus poſt aliquot menſes coactus eſt deſerere, vocatus *à Joanne Miræo*, Antverpienſium tum Præſule, ut illi ab Epiſtolis eſſet ſecretioribus. Lovanium interim excurrit pro gradu Licentiæ, ut vocant, in utroque Jure conſequendo anno 1604. 10. Januarii, ubi difficilem materiam repetiit *de eo quod intereſt*, tam feliciter, uti habent Acta dicti Baccalaureorum Collegii, ut *nomen ſuum, quod jam ante apud omnes per exercitia varia ita inclaruerat, ut magis poſſe non videretur, multo ſplendidius reddiderit.* Vir eſt ſane ingenio eleganti, moribus humanis, ac fori utriuſque jure, uſuque longo inſtructus; ut Papinianum Belgicum merito illum appellare liceat. Edidit *Juris Pontificii Novi Analiticam Enarrationem: Judicem, Magiſtratum, Senatorem*, libris III. *Notitiam Juris Belgici: Conſultationes Canonicas*, quæ pleræque deſumptæ ſunt ex Jure noviſſimo Conc. Trid. recentiorumque Patrum Conſtitutionibus. *Hiarum Jacobi Caſſani obſtructum*, libris III. quibus immenſa Scriptoris illius ambitio atque exorbitans erga Regem ſuum affectus detegitur, nulloque jure niti demonſtratur. *De Juriſd. Eccleſiæ & Civili* libros IV.

CCXXXII. JACOBUS EYCKIUS, Antverpienſis, Senator & Theſaurarius Urbis primarius. Vir plane ad obligandos ſibi Homines natus; utpote, in quo Candor, Humanitas, Ingenii amœnitas & Muſarum cultus, inter graviora Reipub. adminiſtrandæ negocia, certatim elucent. Inprimis autem Poëta excellens, edidit *Epithalamium in Nuptias* CL. V. *Caſperii Gevartii, Juriconſulti & S. P. Q. Antver. ab Actis.* Affecta & prælo parata habet, *Anthophiliam*, ſive de *Indipa flore, Carmen Heroicum.* Item, *Centum Urbium Belgicarum brevia Elogia*, verſu Elegiaco.

JOANNES HEMELARIUS, Hagienſis, Batavus, Canonicus Antverpienſis, *Juſtum Lipſium* doctorem & familiarem habuit, ingenio & induſtria jam tum omnium primus. Ille diſcipulum ſuum anno 1600. Italiam cogitantem luculento teſtimonio proſecutus eſt ob mores optimos, faciles, lepidos, ob doctrinam variam in Græcis, Latinis, proſa, verſu. Romæ toto ſexennio in familia Card. *Caſii* vixit. Auctor eſt *Expoſitionis Numismatum Imperatorum Romanorum à Julio Cæſare ad Heraclium*, quam operi ſuo *Jac. Bium* adjecit, ſuppreſſo, ut ſtipulatus erat, nomine. Edidit quoque *Paræneticum Angeli Cuſtodis ad Hugonem Grotium*, ſuper ejus carcere, verſu Jambico. *Orationem in Funere Joannis Malderi*, Antverpienſium Epiſcopi V. aliaque prælo parata habet: Vivit hodieque vegetus & pius ſenex.

LEO SANCTIUS, Senenſis, *Encyclopediam* explicatam, & centum Philoſophicis Aſſertionibus defenſam, Romæ 1624. in fol. edidit. Idem *Solarium Gregorianum* Viterbii 1618. in 4. publicavit, in quo laudat beneficia, quibus *Gregorius XIII.* Papa, inſtar Solis, univerſum orbem illuſtravit.

GUILIELMUS OONSELIUS, Belga, S. Theologiæ Doctor, Ord. Prædicatorum, *Concionum moralium* opus breve, quod multiplicem & ſolidam fidei & morum continet ſcientiam, evulgavit, eamque ita nervoſe & clare propoſuit, ut verbi Dei Concionatoribus, cunctiſque in agro Dominico laborantibus maxime ſit uſui. Prodiit Duaci anno 1630. typis *Balth. Belleri*, in 8.

JOANNES PALUDANUS, Mechlinienſis, Theologiæ Doctor & Profeſſor in Academia Lovanienſi, in *D. Petri* ibidem per annos 20. Canonicus & Paſtor; juvenis hæſit lateri *Michaëlis Baii*, ſupra fol. 134. laudati, eloquentiamque annis aliquot in Gymnaſio *Falconis* profeſſus, Parochi munus eadem in urbe ad *D. Gertrudem* eſt amplexus. Scripſit tomis duobus *Vindiciæ Theologicæ adverſus Verbi Dei corruptelas*, quibus explicantur dilucide Catholici loci fere omnes ſacræ Scripturæ, quæ controverti ab hæreticis & opponi doctrinæ orthodoxæ plerumque ſolent, juxta Biblicorum librorum ordinem; Antverp. 1620. & 1622. *Officinam Spiritualem*, ſacris Concionibus adaptatam; Lovanii 1624. Obiit anno 1630.

SCIPIO SCAMBATUS, Neapolitanus, Soc. Jeſu Presbyter, Viennenſis facultatis in Auſtria Doctoratu ornatus, typis Plantinianis *Exercitationem Theologicam* 1631. in fol. publicavit, *Compendium vitæ* B. *Franciſci Borgiæ*, Gandiæ Ducis: *Elogia* SS. *Ignatii Loiolæ, Franciſci Xaverii & P. Joſephi Anchietæ: Orationem funebrem habitam Viennæ in Exequiis Melchioris Card. Kleſelii*, & alia. Vir fuit excellenti ingenio, vaſtiſſima capacitate memoriæ, & in omni litterarum genere verſatus. Ecce autem, quæ humanarum rerum eſt inconſtantia, in tanta ſummarum laudum vel exſpectatione, vel conſecutione, forſan ſtudiorum contentione detatigatus, mentis alienationem perpeſſus eſt. Parabat prælo *de Scriptoribus Hebraicis* tomos III. *Antonini Pii* libellum ex Græco Latinum à ſe factum. *Inſtitutionem Vitæ ad exemplar Paſſionis Domini:* qui tamen liber plane aureus Viennæ prodiit anno 1638. apud *Formicam.*

HIERONYMUS COLUMBUS, Peruſinus Theologus, Bononiæ 1619. edidit *Diſquiſitionem Theologicam in ſacram Chriſti Nativitatem*, in qua diſputat, quonam pacto plantæ & ſydera Domino famulentur. Scripſit item *de angelica & humana hierarchia* libros octo, *de regimine Eccleſiæ Dei* libros duos.

MICHAEL PALUDANUS, Gandavenſis, litteris politioribus in patria imbutus, Eremiticum Ordinem S. *Auguſtini* profeſſus eſt. Philoſophiam apud ſuos Lovanii docuit, Doctorque S. Theologiæ anno 1622. renunciatus eſt. Vir à primis ætatis pubeſcentis annis adulti ac maturi ingenii

judiciique, voce atque ſtilo perquam elegans. Vulgavit *Sacram & Theologicam Chronologiam & Concordantiam temporum Regnum Iudæ & Iſrael*, à primo Iſraëlitici populi Rege *Saule*, usque ad primum Perſarum Regem *Cyrum*, *Commentaria & Diſputationes in Primam Secundæ S. Thomæ Aquinatis*, *de Beatitudine*.

CCXXXIII. CLAUDIUS CLEMENS, Sequanus, Ornaci in Comitatu Burgundiæ natus, dum Velontione ſtuderet, admiſſus eſt in Societatem I. an. 1612. Nunc Madriti degit, Regius Profeſſor eruditionis in Collegio Imperiali. Scripſit *Orationem de Chriſtiana ſimul & humana Majeſtate Eccleſiæ Lugdunenſis*; *Vitam Clementis IV.* *Axiomata Philoſophica*, ad comparandam ſibi & tradendam aliis amœniorem eruditionem; *Inſtructionem compendiariam ad eloquentiam*; *Muſæi*, ſive *Bibliothecæ exſtructionem*, *inſtructionem*, *curam*, *uſum*, cui attexuit accuratam *deſcriptionem Bibliothecæ S. Laurentii in Eſcuriali*, & *Paræneſin ad ſtudioſam juventutem*, *Machiavelliſmum jugulatum à Chriſtiana ſapientia Hiſpanica & Auſtriaca*. Molitur & alia.

JACOBUS GAFFARELLUS, natione Gallus, ex Provincia oriundus, Theologiæ & Juris Pontificii Doctor, linguæ Hebraicæ peritiſſimus, pluria cum Philoſophica, cum Theologica Pariſiis 1631. & annis ſubſequentibus publicavit, quæ *Leo Allatius* in lib. *De Apibus Romanis* recenſet.

JACOBUS ACCARISIUS, Bononienſis, Doctor Theologus, varias *Orationes* Romæ, Coloniæ, Mantuæ, & alibi à ſe habitas, & *Epiſtolarum* volumen publici Juris fecit. *Hiſtoriam verum geſtarum à Congregatione de fide propaganda per univerſum orbem* concinnavit. *Hiſtoriam belli Belgici à Guidone Bentivolo* Card. Italice ſcriptam, Latina civitate donavit. Rhetoricam autem toto quadriennio cum laude profeſſus fuit in Academia Mantuana, anno 1627. à *Ferdinando* Duce excitata.

JOANNES CHERON, Gallus, Ord. Carmelita, ſæpius jam Vaſconiæ Provincialis, & nunc de facto tali munere defungens, Doctor Pariſienſis, Juris Canonici, ſi quisquam, in Gallia peritiſſimus, Ordinis ſui Reformationem promovit & promovet in ſua provincia. Multa ſcripſit & meditatur ſcribenda. Repreſſit quorundam ſciolorum temerariam audaciam, contra *S. Simonis Stock* revelationem & ſacri Scapularis geſtationem ſcribentium.

GUILIELMUS SPOELBERGIUS, Bruxellenſis, Ordinis Minorum, cujus per Provinciam Belgicam Definitor fuit. Edidit *Catholicam inſtructionem contra Catechiſmum Phil. Marnixii*: *Triumphum Sanctorum ex tertio Ordine S. Franciſci*, cum Iconibus; *Speculum vitæ S. Franciſci & Sociorum ejus*: *Manuale Fratrum Minorum*, & varia Aſcetica Concionesque. Obiit Mechliniæ anno 1633.

GUILIELMUS GIBIEUF, natione Gallus, Congregationis Oratorii Presbyter & Doctor Sorbonicus, libros duos *de libertate Dei & creatura*, à ſe Latine conſcriptos 1630. in 4. Pariſiis publicavit. *Petrum Berullum* Cardinalem, qui *de vita & magnitudine Jeſu Chriſti* librum piiſſimum ac doctiſſimum poſteris reliquit, æmulatus, idem *Guilielmus* ſcripſit lingua Gallica in uſum ſuorum popularium libros duos *de vita & magnitudine Deiparæ*, 1637. Lutetiæ in 8. duobus voluminibus excuſos.

JACOBUS PINTUS, S. J. Theologus, patria Suſſaritanus, in Academia Turritana apud Sardos Profeſſor, *Chriſtum crucifixum* deſcripſit, ſive *Selectorum ex ſcriptura univerſa locorum, pro variis Chriſti titulis, in certas claſſes digeſtorum novam diſcuſſionem*, tomis IV. quorum priores duos Lugdunenſes ediderunt in fol. propediem cæteris ſecuturis.

GEORGIUS STENGELIUS, Germanus, Auguſtæ Vindelicorum natus, frater *Caroli* Monachi Benedictini, ſcriptis item clari, S. J. Doctor Theologus, ſcripſit *de bono & malo Syllogiſmo*: *Anticorterem Bellarminianum*: *Divos Eyſtettenſes*, *Willibaldum*, *Wunibaldum*, *Walburgam* è vetere codice MS. laudatos: *Judicem & Ducem Hæreticorum hujus temporis*, ex Adverſariis poſthumis *Jacobi Gretſeri*: *De ſtatu Viatoris & Comprehenſoris*. Opuſcula plura, docta prorſus & lepida, vulgavit in Apoſtatam *Jacobum Reihingum*. Habet in promptu, proditura propediem *de Sacramentis in genere & ſpecie, ad conſcientiam dirigendam*: *De Reformatione Hæreticorum*: *Scaligerum emendatum*: *Politica Ariſtotelis ſacris profanisque Hiſtoriis illuſtrata*: *Eccleſiaſten*, ſeu *Concionatorem inſtructum*: *Nomenclatorem*, ſeu *de modo notandi quæ legentur*, & alia. Dilingæ vivit, fama celebris.

SALVATORIUS à SERRA, natione Catalaunus, Ordine Carmelita, *Vitam* edidit *S. Franciſci* Senenſis, ex Italico *Gregorii Lombardeli* ſermone, in Hiſpanicum traductam, & capitibus diſtinctam. Florebat anno 1633.

CCXXXIV. FRANCISCUS ALBERTINUS, Italus, patria Catanzarienſis, Soc. Jeſu Theologus, & Profeſſor Neapoli in Italia. *Quæſtiones Theologicæ*, ſive *Corollaria Theologica*, juxta ſeriem Summæ S. Thomæ Aquinatis, concinnavit, & Lugduni 1610. in fol. publicavit: *Panegyricum ſuper triplici teſſera S. Franciſci de Paula*, *Humilitate*, *Penitentia*, & *Charitate*: Tractatum pium *de S. Angelo Cuſtode*: *Apparatum Angelicum*, *cum Diurnali aureo Angeli tutelaris*, Coloniæ 1625. opus poſthumum. Obiit Neapoli anno 1619.

HIE-

Hieronymus Fasolus, Neapolitanus, Soc. Jesu Theologus, tomos III. *Commentariorum in prim. Partem D. Thomæ.* 1623. 1629. 1636. publicavit. Reliquit aptum prælo tomum unum *de gratia.* Obiit Neapoli anno 1639.

Jacobus Granadus, Gaditanus, Soc. Jesu Professor Hispalensis, scripsit *Commentarios in universam D. Thomæ summam*, partim Mussiponti 1624. partim Hispali 1629. partim Granatæ 1633. editos. Ejusdem librum *de immaculata Virginis Conceptione*, Hispalenses 1617. in 4. seorsim publicarunt. Obiit Granatæ anno 1632. ætat. 60. Sensuum affectionumque mortificatione fuit tanta, ut supra imitationem fuisse videatur. Integrum volumen conscripsit iis singillatim adnotandis, quæ videre, audire, loqui deberet, & à quibus abstinere.

Carolus Scribanius patre Parmensi aut Genuensi natus est Bruxellæ eo loco, quo nunc visitur cœnobium Annuntiatarum Monialium via Lovaniensi, Antverpiæ, ubi diu Rectorem egit, magnificum templum ex marmore candido, à Liguriæ oris per fretum Herculeum advecto, ædificandum curavit: in quo & conditus jacet. Cum Europam totam fama sui nominis luculenter implesset, obiit anno 1629. æt. 69. Plurima scripsit *Orthodoxæ fidei Controversa*, & alia quæ reperies in *Biblioth. Philippi Alegambe.*

Stephanus Paulinus, Romæ 1629. edidit *Dictionarium Georgianum:* in quo opere fatetur se adiutum *à Nicephoro Irbachio*, Georgiano monacho ordinis *S. Basilii.*

Thomas Herrera, Augustinianus, Theologiæ Professor in Academia Complutensi, *Cardin. Spinolæ* Archiepiscopi Compostellani Theologus, concinnavit *Historiam Ordinis Eremitarum S. Augustini*, Item *Indices virorum illustrium familiæ.* Expectatur ab eodem *Bibliotheca Augustiniana*, in qua de vita, encomiis, & libris ejusdem Ordinis Religiosorum, fuse disseritur.

Torquatus Perottus, Episcopus Amerinus, *Urbani VIII.* Cubicularius intimus, gentilis sui *Nicolai Perotti*, Archiepiscopi Sipontini, *Opera* in unum volumen collegit.

Antonius Quærengus, cujus & Canonicus Patavinus, Græce ac Latine doctissimus, *sui ævi Livius à Jacobo Philippo Thomasino*, aliisque nuncupatus, plurima scripsit partim Latine, partim Italice, quæ *Leo Allatius* in suis *Apibus Urbanis* enumerat. Ob. sub an. 1630. nonagenario major, Collegii Cardinalium à secretis.

Ambrosius Marlianus, Papiensis, ex Congregatione Lateranensi Canonicorum Regularium, *Theatrum politicum* Romæ 1631. in 4. luce donavit.

Raymundus Breganius, Italus, de Ripa Transona, Theologus, edidit *Theologiam gentium de cognitione divina*, Venetiis 1631. Videtur fuisse Monachus, sed non comperio cujus Ordinis.

Augustinus Barbosa, J. U. Doct. civis & Thesaurarius major Vimaranensis in Lusitania, Protonotarius Apostolicus, patrem habuit *Emanuelem Barbosam*, Advocatum Regium, qui *Ordinationes Regias Lusitanorum Commentariis* illustravit, & gentilem *Petrum Barbosam*, supremum regni Lusitaniæ Cancellarium, scriptis editis pariter celebrem. Scripsit *de officio & potestate Episcopi, de Canonicis, de jure Ecclesiastico universo*, & alia Romæ, Lugduni, & Parisiis edita.

Antonius Vulpes, de Monte Piloso, Ordin. Minorum conventualium Theologus, *Joannis Scoti summam Theologiæ* tomis quinque in fol. Romæ 1632. editis illustravit.

Otho Zilius, Belga, Ultrajectinus, Soc. Jesu Presbyter, conscripsit *Historiam miraculorum B. Virginis Mariæ Silueducensis.* Sub nomine vero Rhetorum discipulorum suorum, *Raymondam illustratam.* E Græco Latine reddidit *Vitam SS. Xenophontis & Mariæ conjugum*, eorumque filiorum *Joannis & Arcadii.* Item *Vitam & miracula SS. Cyri & Joannis martyrum*, quæ inserta sunt a *Bolando Sanctorum Actis* 26. & 31. Januarii. *Zilius* etiam est Hebraice doctus, & parat nunc *Mardochæum triplicem*, seu, De triplici *Mardochæi* fortuna, media, infima, summa.

CCXXXV. Theophilus Raynaudus, Cespitellensis, S. I. Theologus, quem *And. Saussaius* c. 20. *Appar. ad Martyrol.* Gallicanum, vocat præstantissimum Theologum, nitore eloquii & consummatæ eruditionis copia plenum; scripsit *de Theologia naturali, de Monitoriis Ecclesiasticis ad extorquendam restitutionem aut revelationem; de Sanctis Lugdunensibus; de martyrio per pestem; de Juda proditore; de Latrone pœnitente. Scalam a visibili creatura ad Deum; Moralem disciplinam*, ad præstandam Theologiæ practicæ ac Jurisprudentiæ viam; *Leonis Magni, Maximi, Chrysologi, Fulgentii, Valeriani Cemelionsis, S. Anselmi* opera *Notis* illustravit; *Nomenclatorem Marianum*, seu Elogia B. Virginis ex SS. Patribus, *Breviarium Chronologiæ sacræ & humanæ*, & alia varia Lugduni 1630. & annis subsequentibus publicata.

Augustinus De Witte, Bruxellensis, Ord. Minorum, anno 1627. in urbe patria, typis *Joan. Pepermanni* vulgavit non in parvum Ordinis sui splendorem, *Genealogiam S. Francisci*; qui liber Elenchus est, in quo Franciscanos quosque titulo illustres summatim & chronologice commendat, & in temporis ordinem distribuit. Hoc opus derivavit, ut ipse fatetur, ex *Bartholomæi Pisani libro Conformitatum; Marci* Olisipponensis Episcopi *Chronica Minorum; Petr. Rodulfii* Episcopi Senogallicnsis, *Historia Seraphica; Francisci Gonzagæ* Ep. Mantuani *Historia de origine*

*progreſſibusque Seraphicæ religionis; Henrici Willot Athenis* denique ex *Antonio Daza, Henrico Sedulio; Luca Waddingo* & *Guilielmo Spoelbergio.*

Laurentius Forerus, Germanus, patria Lucernenſis, S. I. Theologus Academiæ Dilinganæ Cancellarius, *Symbolum Lutheranum, Calvinianum, collatum cum Symbolo Apoſtolico* 1622. in 4. Dilingæ edidit. *Vindicias ejusdem Symboli Lutherani* adverſus *Melchiorem Nicolai* Tubingenſem Profeſſorem. *Araneam Tubingenſem, ſtylo veritatis dejectam; Lutherum Thaumaturgum; Septem Characteres Reformatoris Germaniæ Martini Lutheri; Bellum Ubiquiſticum vetus & novum, inter ipſos Lutheranos bellatum,* præter *Apologetica* multa, cum Fidei, tum Societati propugnandæ. Florebat anno 1641.

Lucas Castellinus, Faventinus, ex Procuratore & Vicario Generali Ordinis Prædicatorum, Epiſcopus Cathacenſis in regno Neapolitano, cum Romæ ageret 1628. opera duo in fol. publicavit, videlicet *de electione & confirmatione Canonica Prælatorum* præſertim Regularium, & *Elucidarium Theologicum, de certitudine gratiæ Sanctorum canonizatorum.* Alia ejusdem opera recenſet *Allatius* in ſuo Catalogo.

Bartholomæus Fisenas, Leodicenſis, e Soc. I. Rector quondam Collegiorum Hesdinenſis, poſtea Dionantenſis, Antiquitatis Eccleſiaſticæ diligens ſcrutator, ſcripſit *de origine prima feſti Corporis Chriſti, ex viſo S. Virgini Julianæ oblato. Paradoxum Chriſtianum, Ladi neminem niſi a ſemetipſo. Hiſtoriam Leodienſem jam inde a primordiis ejus Eccleſiæ, auctore S. Materno Principis Apoſtolorum diſcipulo, ad hæc usque tempora.*

Angelus Maria Cherubinus, Flavii Cherubini frater, monachus Caſſinenſis *Conſtitutionum Pontificiarum* volumen a *Laërtio* patre inchoatum, perfecit, & Romæ 1632. in fol. publicavit.

Antonius Marinarius, Carmelitani ordinis Theologus, *Orationem de S. Andrea Corſino* Romæ 1629. edidit, item *Laudationem funebrem Millini Cardinalis.*

Angelus Galluccius, Italus, Soc. Jeſu Presbyter, Orator diſertiſſimus & Poëta facundus, *Laudationem funebrem Scipionis Cobellutii Cardinalis* Romæ 1626. publicavit, & anno 1630. *Orationem de Paſſione Domini*, dictam coram *Urbano VIII.*

Antonius Jordinus a S. Floro, Soc. Jeſu Theologus, edidit *Hebraiſmi voces primogenias* Lugduni 1624. item *Hebræorum Poëſim.*

Onuphrius Geraldinus, Amerinus, ſcripſit *Vitam Alexandri Geraldini*, Epiſcopi Dominicopolitani apud Indos Occidentales, quam Romæ 1631. edidit, una cum *Itinerario* ejusdem *Alexandri* ad regiones ſub æquinoctiali plaga conſtitutas.

Marcus Antonius Petilius, Monte-Ceruinas, Jureconſultus Neapolitanus, Coloniæ Agrippinæ 1620. *Exarchia libros X.* in 4. edidit, in quibus de exteriori Principis munere diſſerit. Habet alia plurima ad prælum parata, quæ *Leo Allatius* in lib. *Apum Romanarum* commemorat.

Antonius Naldius, Faventinus, Clericus Regularis, *Summam ex univerſa moralis Theologiæ quæſtionibus*, Alphabeti ſerie digeſtam, Bononiæ 1623. & *annotationes practicas* Romæ 1631. publicavit.

Antiochus Brundo, Calaritanus, *Commentariorum in Apocalypſim* tomos duos in fol. publici juris fecit.

Antonius Aiossa, Neapolitanus, Clericus Regularis, Romæ in fol. 1631. vulgavit *Diſputationes de SS. Trinitatis myſterio.*

CCXXXVI. Joannes Lorinus, Avenionenſis, Soc. Jeſu fuit vir apprime doctus, & qui Philoſophiam Romæ, Theologiam Lutetiæ, Mediolani, Romæ cum laude profeſſus eſt. Obiit demum Dolæ an. 1634. Edidit in lucem Commentarios in Leviticum, in Numeros, in Deuteronomium tomis II. In Pſalmos tom. III. In Eccleſiaſten & Pſalmum LXVII. In Sapientiam Salomonis; In Acta Apoſtolorum, In Catholicas SS. Joannis, Petri, Jacobi & Judæ. Reliquit prælo paratos, quos exſpectamus, Adverſariorum ſeu Miſcellaneorum libros III.

Melchior Rotelius, Italus, *de re Beneficiaria* duo volumina in folio an. 1629. & 1633. edenda curavit.

Joannes Surius, Betunienſis, Arteſius, ſocietatis Jeſu, Poëta elegans, in plerisque cum veterum poëtarum majeſtate contendens; in eo ſuperans, quod ad vitam pie inſtituendam, moreſque caſtos juventutem informet; edita 1617. in hanc rem Poëſi, ut vocat, Morata. In qua, præter carmina, pleraque ſacra, dramatice exhibet B. Mariæ Magdalenæ ad Chriſti ſepulcrum ſtantis Threnos eroticos: item Luctam carnis & ſpiritus in S. Auguſtini converſione, & Donum Evangelici patris-familias, ex Matthæi cap. 24. Marci 13. Inaures aureas, Volumen III. variorum carminum. Obiit Tornaci 1631.

Thomas Obicinus, ex Ordine Minorum, Romæ linguarum Orientalium in Collegio S. Petri ad montem aureum Profeſſor, 1631. Romæ edidit Grammaticam Arabicam cum verſione Latina. Meditabatur quoque Grammaticam Ægyptiacam, ſed morte præventus eam edere non potuit.

Joan-

JOANNES BAPT. MONTALBANUS, Bononienſis, J. U. D. præter commentarium de moribus Toreatrum Romæ 1625. editum, ſcripſit Annales ab anno milleſimo ſexcenteſimo, usque ad tricetimum tertium, quo florebat.

CORNELIUS CURTIUS, Bruxell. Erem. Auguſt. S. Theol. Licent. Bruxellæ & Lovanii apud ſuos ſtudia rexit, Ferdinando II. Cæſari Auguſto Conſiliarius & Hiſtoriographus exſtitit: cum ſoluta tum vincta numeris oratione præcelluit. Auctoris genium exprimunt quæ ſcripſit *De Clavis Dominicis*, *Amphitheatrum Amorum*, *Quadrageſimale*, *Elogia Virorum illuſtrium ſui Ordinis*, *Chronicon univerſale Monaſticum*, *à Proſpero Stellartio*. Obiit Bruxellæ anno 1633. ætatis 47.

CYPRIANUS CROESELS, Antverpianus, ex Ordine Capucinorum, per Tractum Rheni Commiſſarius, ſcripſit *Lectiones Paraeneticæ ad Regulam S. Franciſci*, Coloniæ 1625.

ANTONIUS de ESCOBAR & MENDOZA, Valliſoletanus, Hiſpanus, S. J. Theologus, Concionator inſignis: in 6. caput S. Joannis ſcripſit Commentarium Valliſoleti 1624. editum, qui eſt "De Venerabili Euchariſtiæ Sacramento; Concionesin Evangelia Sanctorum & Temporis, Sum-"mulam Caſuum Conſcientiæ. Florebat in vivis anno 1637.

JACOBUS BOLDUCIUS, ex Ordine Capucinorum; luculenter in Job ſcripſit Tomos duos in fol. Pariſiis 1635. & librum *De Eccleſia ante legem*, ibid. 1630. in 4.

HERMANNUS HUGO, Bruxellenſis, è Soc. Jeſu Presbyter vivido ingenio, canendi & ſcribendi laude præſtans, humanioribus litteris eximiam adjunxit Philoſophiæ ac Theologiæ peritiam. Flandrica, Italica, Hiſpanica, Germanica, Gallica, veluti materna loquebatur, magna Latinæ linguæ facundia dicebat. Illum Dux Arſchotanus in Hiſpaniam comitem & Confeſſarium ſecum abduxit. Regios milites afflatos contagioſo morbo promptus, aſſiduus & integer juvans ipſe contagioſa febri deceſſit Rhenobercæ, anno Scriptoribus Belgis fatali 1629. ætat. 41. Scripſit *De prima ſcribendi origine, & univerſa litteraria antiquitate*, Antverp. typis Plantinianis. *De vera fide capeſſenda: Pia Deſideria, Emblematis, Elegiis & Affectibus Sanctorum Patrum illuſtrata*, quæ jam & Flandrice & Gallice translata ſunt. Obſidionem Bredanam ductu Ambroſii Spinulæ pertectam. *De Militia Equeſtri antiqua & nova* lib. V. Adornaverat quoque, niſi mors occupaſſet, *Hiſtoriam Bruxellæ*, patriæ ſuæ, atque tom. III. *contra Atheos*.

VALENTINUS PASCHALIUS, Utinenſis, multa partim vincta, partim ſoluta oratione Romæ edidit, quæ *Leo Allatius* in ſuo Indice recenſet.

CCXXXVII. JOANNES MANTELIUS, Eburo, è Comitatu Loſſenſi oriundus, Ordin. Erem. *S. Aug.* Doctor Theol. bonam juventutis partem impendit docendæ Rhetoricæ. Ætate provectior ſe totum dedit eloquentiæ ſacræ, concionibusque ad populum habendis. Edidit *Diem devotarum mentium*. *Speculum Peccatorum*, ſive, *Admirandam S. Auguſtini Converſionem*, hiſtorica narratione, diſcurſibus moralibus, & emblematibus in æs inciſis adornatam. *Artem artium*, ſive *De regimine Sanctimonialium Diatribe*, Antverp. apud Plantinianos 1640. in 8. *Feriarum Academicarum* librum ſingularem, & alia.

VINCENTIUS RICCARDIUS, Neapolitanus, Clericus Regularis, multa veterum Græcorum Patrum monumenta è tenebris eruit, & Latina civitate donavit. Inter alia laudatur *Catena in D. Lucam*.

GODEFRIDUS WENDELINUS, Leodius, natus in opido Hercano, ditionis Loſſenſis, ſub *Henrico Aleno*, viro doctiſſimo, cum in literis progreſſum fecit, ut mox condiſcipulis antecelleret, pangeretque 13. ætatis anno Jambos ſupra ætatem ac ſpem eruditos; linguis Hebraica Græcaque, non minus ac Auſonia mox inſignis evaſit. Cujusdam condiſcipuli ſui invitamento perrexit in Germaniam, Pragam petiturus, ſed Norimbergæ correptus dyſenteria, proficiſci ultra prohibitus eſt, atque ægre ſibi reſtitutus in Belgium revertit. Hinc inquies ingenium Gallias petiit, & Lugduni Emendatorem egit Typographicum. Anno Jubilæo 1600. Romam adiit, peragratoque Italia dum per Maſſilienſem Galliæ provinciam iter domum verſus inſtituit, ſubſtitit ibidem, ſtudiaque ſua impenſius excoluit; Dinienſem inſtituendo juventutem, diſcipulum præmultis unum nactus eſt *Petrum Gaſſendum* ſcriptis famaque celebrem. Anno 1604. vix viſa patria Galliam repetiit, & Pariſiis annis octo in familia vixit *Andreæ Arnaudi*; locuplete ſtipendio ſe & liberos ejus ad Jurisprudentiæ faſtigium evexit, & in Advocatorum numerum adlectus cauſſas egit. An. 1612. reverſus in Belgium, rebus familiæ hæreditatisque paternæ compoſitis, pietatis ſtudiis deinceps ſe addicere occœpit, Bethaſiorum juxta Dieſtemium, poſt Eccleſiæ Hercanæ Parochus, inde Condatenſis in Hannonia Canonicus, & nuper Tornacenæ diœceſis Officialis conſtitutus eſt. Vir eſt in Matheſi & aliarum diſciplinarum encyclopædia verſatiſſimus, eoque nomine luculentum teſtimonium meruit *Ericii Puteani* de *Olympiadibus* ſcribentis: Unus ille *inquit* aut ſcit omnia, aut ſi hoc homini negatum, quam pauciſſima ignorat: major ſæculo noſtro, quia ad antiquum ſe compoſuit, cum Eudoxo, Metone, Calippo, Hipparcho olim nominandus.



Digitized by Google

dus. Omnes exhauſit ſcientias ut unam ſciret & ſummus eſſet, atque ſacris ſtudiis ornamentum à Matheſi adferret. Edidit *Loxias*, ſeu *de Obliquitate Solis Diatribam* ſive *Diſputationem*; *Arietem*, ſeu *Velleris Aurei Encomium*, verſibus Elegiacis; *De Tetraktyi Pythagoræ Epiſtolicam Diſſertationem*. Nuperrime edidit *Pactum legum Salicarum*, opus diu expectatum, quodque editum, neminem, niſi forte Gallos, pudebit; jam ab ipſomet opere, quam ab auctoris induſtria commendandum. Quæ molitur De Motu Cœlorum, ſi fata ſinant, De Eclypſibus Lunarum hujus ſæculi, De Diluvio, Chaos Temporum, & alia, non dicam Europa, ſed orbis univerſus jure mirabitur.

JOANNES NUNIUS, Hiſpanus, Ordin. Minorum regularis obſervantiæ, Conſiliarius S. Generalis per Hiſpanias Inquiſitionis, tomis duobus edidit Chronica ſui Ordinis, quæ ad annos 1517. Promittit continuationem dicti operis ad uſque noſtra tempora.

CCXXXVIII. ANGELUS VANTIUS, Ariminenſis, Ordin. Erem. *S. Auguſtini*, S. Theol. Doctor, vir multi juga eruditione præſtans, ſcriptis ipſe clarus, & aliorum ſcriptorum præclaris operibus à ſitu & oblivione in lucem publicam vindicandis ſingulari zelo præditus. Inter quæ ſunt ab illo repurgata, atque illuſtrata ſcriptorum Ordinis ſui opera ſequentia: *Gerardi Senenſis Quodlibetorum liber. Ejusdem Quæſtiones Philoſophica ac Theologica.* Item, *Fabiani Januenſis Tractatus de Cambiis*, Bononiæ an. 1626. *Alexandri à S. Elpidio, olim ejusdem Ordinis Generalis, Tractatus de Eccleſiaſtica poteſtate*, Arimini anno 1624. *Ægidii Romani Tractatus de Corporis formatione*, ibidem anno 1626. *Gregorii Ariminenſis Tractatus de Impreſtantiis Venetorum; & de Uſura*, ibidem anno 1622. Scripſit vero ipſe, ac typis vulgavit, *Diſcurſus circa præcepta Decalogi.* Item *Quomodo læſa fama ſit reſtituenda.* Item *De tuendis Regularium privilegiis*, Bononiæ anno 1626. *Juſtam defenſionem pro ſermonibus S. Auguſtini ad fratres in Eremo*, Patavii apud *Crivellarium* anno 1627. Item *Diſciplinam Clericorum*, Bononiæ anno 1623. *Brevem animadverſionem de Univerſorum hominum ex ipſo jure originis naturalis ſubjectione temporali Principum Laicorum poteſtati, qualis ſit & quam late pateat* contra *M. Antonium de Dominis*, ibidem. Exſtat ejusdem opus Italico Sermone, cui titulus: *Academia Spirituale è temporale parte prima*, Arimini, anno 1636.

LUDOVICUS BORBONIUS, Condæus Princeps, Anguenſium Dux, Borboniorum ac Valeſiorum proſapia oriundus: Regale ſuum ſtemma volumine luculento, quod *Reginam Eloquentiam* prænotavit, anno ætatis ſuæ vigeſimo editam, decoravit.

BENEDICTUS HALFTENIUS, Ultrajectinus, Regulam Benedictinam Affligemii profeſſus ubi Præpoſitus conſtitutus, primævam & ſtrictiorem Regulæ Benedictinæ obſervantiam ſive reformationem ibidem anno 1627. recepit Scripſit *Propugnaculum Reformationis monaſticæ Ordin. S. Benedicti*; cui reſpondendo *Carolus Rymius*, ad S. Petrum in Monte Blandinio Gandavi Abbas, oppoſuit *Scutum inexpugnabile Æquitatis.* Item edidit *Haftenius Diſquiſitiones monaſticas*, quibus *S. Benedicti* Regula, & religioſorum rituum Antiquitates varie dilucidantur; præmiſſa *S. Benedicti* vita 1643. in fol.

CAROLUS de AREMBERCH, Bruxellenſis, Comes de Seneghem Caroli Comitis Arembergii & Annæ Croyæ filius, mundo valere juſſo, S. Franciſci Regulam in ordine Capucinorum profeſſus eſt. Antonius in ſæculo dicebatur. Edidit *Flores Seraphicos*, ſive, *Icones & Geſta Virorum illuſtrium ſui ordinis.* Colon. 1640. in 4.

JACOBUS CHEYNEUS ab ARNAGE, Scotus JCtus, Canonicus Tornacenſis, Philoſophiam Ducii in Collegio Regio profeſſus eſt. Edidit *Analyſim in libros XIV. Ariſtotelis de Prima, ſeu Divina Philoſophia*, cum *Scholiis. Scholas*, ſive *Orationes II. De perfecto Philoſopho. De Prædictionibus Aſtrologorum. Analyſim in Phiſiologiam Ariſtotelicam.*

BENEDICTUS de BACQUERE, Religioſus Dunenſis, edidit *Admirandam morum, & nominis Norberti Metamorphoſin*, anno 1647. typis *Jacobi van Gheſen*, quam hoc anno ſubſequuntur *Anagrammata ſacra*, epigrammatibus, ſacræ Scripturæ ſententiis, ac ſanctorum Patrum dictis enodata. Item *Maria Magdalena converſa, & inverſa.*

CAROLUS MYDDELTON, Anglus ex ordinis Ciſtercienſis monachus ſancti Salvatoris, Antverpiæ, moribus reſpondet auorum nobilitati & virtuti. Typis præparavit *Librum conſolatorium infirmis ac moribundis*, ſumme utilem ex optimis auctoribus deſumptum.

CCXXXIX. JOANNES JACOBUS CHIFFLETIUS, Burgundus, Palantii Toparcha, Veſontione apud Sequanos *Joanne Chifletio*, Patricio & Conſulari, *Laurentii Chifletii* Senatoris Dolani filio, natus eſt anno 1588. Abſolutis in patria ſtudiis Medicam profeſſionem ſponte amplexatus eſt, ad parandam omnis generis eruditionem, varias Europæ provincias peragravit, & multas Antiquariorum Pinacothecas, illuſtriumque virorum Bibliothecas luſtravit & excuſſit. In patriam reverſus, multis Reip. honoribus cumulatus, ipſum quoque Conſulare munus diu geſſit, à Veſontina civitate ad Sereniſſ. *Iſabellam Claram Eugeniam* delegatus eſt, quæ cognita viri virtute & prudentia eum admiſit in palatii ſui intima, Archiatri titulo, moxque mandavit in Hiſpaniam profi-

Digitized by Google

proficiſceretur, ubi à Rege *Philippo IV.* Archiater creatus, ſalutis ejus curam geſſit, ab eodemque *Hiſtoriæ Ordinis Aurei Velleris* conſcribendæ mandatum accepit; quam brevi, ſtylo *Julii* ejus filii, adornatam & abſolutam à paternis adverſariis exſpectamus. In Belgium redux, atque *Iſabellæ* cœlo recepta, *Ferdinando* item Cardinali Belgiique Præfecto Archiater à cubiculis fuit & vixit magna apud eum integritatis atque doctrinæ æſtimatione. Operum ejus ſeries hæc eſt: „Veſontio civitas Imperialis libera, Sequanorum metropolis, plurimis nec vulgaribus ſacræ & profanæ hiſtoriæ monumentis illuſtrata; De loco legitimo Concilii Eponenſis obſervatio; Lachrymæ priſco ritu fuſæ in exequiis Sereniſſ. Archiducis Alberti Pii. De linteis ſepulchralibus Chriſti Servatoris Criſis hiſtorica; Portus Iccius Julii Cæſaris demonſtratus; Inſignia gentilitia Equitum Ord. Velleris aurei ad noſtra usque tempora; Acia Cornelii Celſi propriæ ſignificationi reſtituta; Diſſertatio militaris de Vexillo Regio in Caſteletenſi pugna Francis erepto, Duce Franciſco de Mello, Turris Lacunæ Marchione; Vindiciæ Hiſpanicæ adverſus Gallos," Antverp. apud *Moretum*, cujus & typis acceſſit *Appendix; Lotharingia maſculina*, & alia.

Philippus Chifletius. *Joannes Jacobi* frater Abbas Balernenſis, Prior Belliſontis, Canonicus item Biſontinenſis, Sereniſſ. Principi *Iſabellæ*, deinde *Ferdinando* Hiſpaniarum Infanti à ſacris Oratorii, *Claudii perro d' Achey* Archiepiſcopi Veſontini & S. R. Imperii Principis Vicarius Generalis, luſtravit adoleſcens celeberrimas Academias; atque in Belgium, profectus, *Ericii Puteani* contubernio Lovanii eſt uſus, & arctam cum eo familiaritatem ob ingenii vim iniit. Pollet magna antiquitatis cum ſacræ tum profanæ cognitione, totiusque notitiæ nummorum & gemmarum priſcorum vivens velut eſt theſaurus. Scripſit *Lachrymas funebres in morte Philippi III. Regis Catholici. De pietate erga fidelium animas igne purgatorio detentas*, Gallice *Præfationem & Notas in Conc. Tridentini Canones & Decreta. Thomæ à Kempis opera* Gallice repoſuit. Ipſi ſunt gemini fratres in Societate *Jeſu*, ſcilicet

Laurentius, Vir multiplici præſtans eruditione, qui Latine & Gallice vulgavit *Ideam præcipuorum actuum ad invocandam miſericordiæ Matrem; Vitam & mortem P. Marcelli Franciſci Maſtrilli. Catechiſmum puerorum primo ad Synaxim ſacram accedentium*.

Petrus Franciscus, Philoſophiam, Sacras litteras, & linguam ſanctam profeſſus, magnis quæ meditatur operibus pie præluſit, edito Gallice & Latine opuſculo *de oblatione ſui*. Gallice vero *de Praxi quotidiana amoris Divini, & Devotionis erga B. Virginem & Sanctos. Marii* Aventicenſis Epiſcopi *Chronicon* primus detexit & vulgavit Tomo 1. *Scriptor. Hiſt. Franc. Ferrandi* Archidiaconi opera nondum vel edita, vel antehac nonniſi mutila, quemadmodum & *Creſconii*, Divione apud *Palliotum* Typographum anno 1648. in 4. Et ſane Chiffletiana domus univerſa Pietatis omnis, elegantioris doctrinæ, honorumque quoddam ſeminarium eſſe videtur: nam & *Joannes Chifletius*, Juris-Conſultus, *Julii* frater edidit *Apologeticam Paræneſim ad linguam Sanctam* Antverp. apud *Moretum* anno 1642. Neque enim alienam arbitratus eſt a Jurisprudentia ejus Linguæ peritiam, præſertim cum *Ant. Auguſtino* atque *Andrea Alciato* facem præferentibus, multis in locis *Pandectarum* & *Codicis*, Syriæ Phœnicis, quæ *Ulpiani* patria fuit, phratim agnoſceret, & plane Judaicum dicendi genus.

Julius Chifletius *Joan. Jacobi* filius, metropolis Biſontinæ Canonicus & Prior Donnæ Petræ in Sequanis, *Diod. Tuldenum* Lovanii *Leges* interpretantem audivit, & *Puteano* Præſide politiorem litteraturam coluit, Bruxellis autem, una cum fratre *Joanne*: in Hebraicis Profeſſorem habuit *Mantuanum* quendam natione Judæum, profeſſione Catholicum. Scripſit *Audomarum obſeſſum & liberatum* anno 1638. *Commentarium de Cruce Andreana in Arienſi obſidione ealitus oſtenſa* & alia. In patriam reverſus & in Academia Dolana J. U. lauream doctoralem adeptus, mox ab Illuſtriſſimo *Claudio d' Achey* Archiepiſcopo Veſontino Vicarius Generalis in ſpiritualibus & temporalibus renuntiatus; biennio exacto, ab ipſomet *Philippo IV.* Rege inde Mantuam Carpetanorum evocatus, & Ordinis Velleris aurei Cancellarius creatus eſt, anno 1648.

Petrus à Boexelaer, Antverpienſis, Religioſus, & Suppriot *S. Salvatoris*, Ord. Ciſt. in patria, & a Concionibus atque Confeſſionibus Monialium Vallis *S. Bern.* Diſtemii, ſcripſit *Viam ſalutis*, & *Spirituales conferentias inter Paſtorem & Ovem*, impreſſas Antverpiæ apud viduam *Combaert*.

CCXL. Didacus Saavedra Faxardus, Eques ord. militaris S. Jacobi, in ſupremo Indiarum Senatu Conſiliarius, & Plenipotentiarius Regius in Conventu Monaſterienſi pro pace generali inter Reges componenda Legatus, vir & natalibus & ingenii præſtantia nobiliſſimus, agendarumque rerum peritiſſimus, edidit *Ideam Principis Politici Chriſtiani centum Emblematibus illuſtratam*, quam dedicavit Sereniſſimo Hiſpaniarum Principi *Balthaſari Carolo*. Item *Coronam Gothicam, Caſtellanam & Auſtriacam, politicis Notis illuſtratam*. Obiit Madriti, anno 1648.



Digitized by Google

Joannes Rivius, Lovanienſis, Ord. Erem. S. Auguſtini, S. Th. Doctor, poſt varia in Ordine ſuo munia laudabiliter adminiſtrata, ejusdem per Inferiorem Germaniam Prior Provincialis: varia eruditione præditus, & ſtylo promptus atque inprimis elegans. Edidit *de Vita S. Auguſtini Hipponenſis Epiſcopi libros quatuor*; opus doctum, atque omnibus *Auguſtinum* legere & intelligere volentibus perneceſſarium. Antverpiæ apud *Verdußium*, anno 1646. Extant ejusdem *Poëmata*, ante annos aliquot edita Antverpiæ typis *Artſenii*. Idem *Zodiacus Myſticus* Gallice ab ejusdem Ordinis Religioſo conſcriptus, ab eo Latinitate donatus.

Bartholomæus De Los Rios y Alagron, Hiſpanus Valliſoletanus, Ordin. Erem. *S. Auguſtini*. S. Th. Doctor, Sereniſſimæ Infanti *Iſabella* in Belgio, ac poſtmodum *Philippo IV.* Hiſpaniarum Regi a ſacris Concionibus. Edidit typis Plantinianis *Hierarchiam Marianam*, ex occaſione Imaginis Deiparæ Virginis, olim in Abredonia Scotiæ miraculis claræ, atque a Sereniſſ. Infante *Iſabella* Bruxellæ in templo PP. Auguſtinianorum omnium cultui ac venerationi expoſitæ. Item *Chriſtum Patientem*, Antverpiæ typis *Leſteenii*; *Chriſtum e Cathedra Crucis docentem*, ſive, *de ſeptem verbis à Chriſto in Cruce prolatis*, Bruxellæ, typis *Mommartii*. *Horizontem Marianum*, ſive *Sermones ſuper Feſta Deiparæ Virginis* cum *Tractatu de Nomine Mariæ*, Antverpiæ typis *Leſteenii*. Habet & alia plura propediem edenda.

Joannes Baptista Masculus, patria Neapolitanus, Soc. Jeſu, vir corpore puſillus, ſed ingenio & eruditione magnus, & feliciſſimus inter cætera Poëta Lyricus, Sacrarum literarum & linguæ ſanctæ Profeſſor, ſcripſit *Lyricorum* ſive *Odarum* lib. XV. adverſus hæreticos horum temporum, Neapoli apud *Dominicum Macaranum*. *Veſuvianum incendium* anno 1631. lib. X. *Encomia Celeſtium, digeſta per ſingulos anni dies; una cum Veterum Faſtis, quibus Chriſtianæ Religionis præponuntur Faſti. Eruditarum lectionum Veterum Patrum, pro Concionali Theologia* tomos IV. ſecundum ordinem Theologiæ *S. Thomæ*.

Didacus De Sylva, Nobilis Luſitanus, doctrinæ fama præcelluit. Controvertitur cujus Ordinis fuerit, Minimorum an Minorum; Minimi contendunt ex Ordine Minorum in ſuum tranſiiſſe, atque ab eo inquiſitorem Generalem aſſumptum a *Clemente VII.* in quo habent ſuffragantes ſibi Bullas Pontificias aliaque firma ſatis argumenta, ut refert *Franciſcum Lanovium*. Cum *Joannes III.* Luſitaniæ Rex,

*Ob ſua qui nulli fallia ſecundus erat,*

ut cecinit *Emanuel Pimenta*, *Quæſtiones publicas de fide in Portugallia haberi primus a ſummis Pontificibus impetraſſet, deſtinatis ad id Magiſtratibus*, ait *Duardus Nonius*, *Didacum a Sylva* Theologum & Profeſſorem dictis *Quæſtionibus* præeſſe voluit. Sed cum eo muneri *Didacus* aliquamdiu vacaſſet, ſtrenuamque operam in compeſcendis hæreſibus, quæ in dies gliſcebant, impendiſſet, Pontifex, eam poteſtatem ad ſe pertrahendam ratus, ut quam plurimum & ſibi authoritatis, & Nuntiis ſuis ornamenti conciliare poſſet, ad *Joannem* Regem dedit Nuntium *Marcum* Senogallienſem Epiſcopum, & per litteras *Didacum* Ordinariosque omnes ea poteſtate prohibuit, quoad aliter ſtatuiſſet, quod & *Paulus III.* qui proxime ſucceſſit, edito Diplomate confirmavit. Sed cum Rex nonnihil ægre ferret, eam dignitatem & facultatem *Didaco* fuiſſe abrogatam, cum mandatis eum Romam miſit, ſuo & Regis nomine cauſam dicturum, ubi non tam Regis commendatione, quam ſuo ipſius merito, cum Pontificis gratiam multis officiis demeruiſſet, ſuæ cauſæ approbationem obtinuit. Sed immatura morte præventus ad numquam intermoriturum præmium evolavit relicto Tractatu, *De obſcurioribus ex manifeſtioribus probandis*, contra eos qui vel ſcribendo, vel diſputando, falſa falſis, obſcura obſcuris, incerta incertioribus involvere non erubeſcunt.

CCXLI. Joannes De Lugo, Hiſpanus, patria Hiſpalenſis, ſed natus Mantuæ Capetanorum, poſtquam Romanum Collegium totis propemodum annis XX. publice Theologiam docendo exornaverat; ob ingenii doctrinæque præſtantiam ab *Urbano VIII.* Religioſæ Vitæ ſacram Cardinalitii Purpuram adjungere coactus eſt. Præter ea quæ recenſet *Alegambe* ſcripſit *de Juſtitia & Jure* 1642. *De virtute Fidei divinæ* 1646. expectatur opus *de Spe & Charitate*. Hunc ſequantur aliquot ex eadem Societate moribus, doctrina, ſcriptis, hoc ævo clariſſimi.

Franciscus De Lugo, frater *Joan.* Cardinalis, docuit Palentiæ, Compoſtellæ, Mexici, & in urbe Sanctæ Spei apud Indos Occiduos. Typis emiſit *Theologiam Scholaſticam in 1. p. D. Thomæ*; quæ continet tres Libros *de Deo*, *Trinitate*, *Angelis*. Lug. in fol. *Quæſtiones morales de Sacramentis*. *De Actibus humanis & de Conſcientia*. Pergit alia parare.

Didacus Lopez Bringellianus, natione Luſitanus, e Soc. Jeſu in Sacro-ſancta Theologia Doctor, Eborenſis Academiæ olim Primarius, & poſtmodum Sacræ Scripturæ Interpres, ac tandem ejusdem Academiæ Cancellarius, edidit *Harmoniam Scripturæ divinæ*, emodulantem actio-

actiones laudabiles vel vituperabiles virorum ac feminarum antiquo aut novo relatas Teſtamento, expoſitas ad mores a 24. Doctoribus per ſonos Alphabetico ordine diſputatos, judicantes virorum ac feminarum nomina tomis conſonantiisque diverſis, Ulyſſipone in fol. an. 1646. cujus indefeſſi laboris continuationem promittit longiſſimam.

JOANNES BAGOTIUS, Gallus, Rhedonenſis, edidit *Apologeticum Fidei*, duobus tomis. Priore continetur Inſtitutio Theologica de vera Religione: poſteriore, Demonſtratio dogmatum Chriſtianorum. Pariſ. 1644. & 1645. in fol.

EMANUEL DE NAXERA, Toletanus, Soc. Jeſu olim in Collegio Complutenſi Sacrarum literarum Interpres, nunc in Madritenſi pro Scholis Regiis Politicorum Magiſter, Scripſit *In Joſue Commentarios Litterales & Morales, cum Appendice de Rabab & Arca figurata*, in quo MARIÆ laudes per ejus Feſta digeſtæ continentur, Lugduni an. 1647. in fol. Hiſpanice dedit *Conciones* Varias, quas ipſemet habuit, editas Compluti an. 1643. in 4.

HADRIANUS LYRÆUS, ſeu van Lire, Antverpienſis, Senatoria familia oriundus, Soc. Jeſu Theologus, ſcripſit *Triſagion Marianum*, ſive *Trium mundi Ordinum, cæleſtium, terreſtrium & infernorum cultum, pietatem & adorationem ter Sancto Nomini* MARIÆ *vindicatam*, ſuppetiis moralibus atque Hiſtoricis, in gratiam Concionatorum copioſe ſummiſſis.

GVILIELMUS DE LANTSHEERE, Caſſeti in Flandria natus, litteras humaniores docuit ſexennio, Sacram Theologiam quadriennio, quo in munere etiamnum ſedulo verſatur. Edidit *Controverſiæ contra Jacobum Laurentium, Prædicantem Amſtelodamenſem*, Antverp. ann. 1641. *Piorum Deliciæ Sacræ*, hoc eſt, præcipuarum virtutum affectus, cum brevi methodo Miſſam celebrandi, aut ſacram Euchariſtiam ſumendi, legendi Officium divinum; cæteraque totius diei opera rite peragendi. Hoc opuſculum recognitum & auctum curis ſecundis impreſſit *Arnoldus van Brakel* Antv. an. 1649.

LEONARDUS LAVREDANUS, Venetus, ex Clericis Regularibus Theologus, Scripſit *Sylvam verum moralium, ſeu prædicabilium*, per locos communes diſtributam; quod opus non ſolum Concionatoribus, ſed Lectoribus quibuslibet; iis præſertim, quibus hujus ſæculi & variorum ſtatuum vitia emendare ac verbis perſtringere volunt promptuarium eſt utiliſſimum & ab ingenio non minus acri, quam ſæculi corruptelis infeſto profectum. Hoc cum plurimorum votis avidiſſime expeteretur in Belgio, *Guilielmus Leſteenius* typis ſuis iterato vulgavit Antverpiæ, an. 1648. in 4. cum duplici *Indice*, altero rerum, altero Concionum per totum annum occurrentium.

ONESIMUS de KIEN, Iprenſis, Capucinus, tranſtulit ex Hiſpanico in Latinum *Homilias Quadrageſimales Hieronymi Baptiſtæ de Lanuza*, Epiſcopi Barbaſtienſis ac Albarracini, Ordinis Prædicatorum Tomos IV. Opus inſigne & diu deſideratum 1649. Habet & alia opera præmanibus.

JOANNES TASSELON, Bruxellenſis, Ord. Erem. S. Auguſtini, Doctor Theol. Lovanienſis Profeſſorque, & Viſitator Ordinis, edidit *Theologiam Auguſtinianam*, ſive *Concluſiones Theologicas, de Deo uno & Trino, Angelis, primo homine* &c. Lovanii typis *Maſii* 1634. in 4.

BERNARDINUS de VILLEGAS, Hiſpanus, domo Oropeſanus, S. J. Theologiam Moralem & Scholaſticam multos jam annos docet. Edidit Hiſpanice ſtylo pio, docto & facili *Sponſam Chriſti inſtitutam, ex Vita S. Ludgardis*, cum digreſſionibus exhortatoriis ad Moniales. Madriti typis Regiis per *Tereſam Junti* 1625. in 4. *Exercitia ſancta diei*, ſeu *Exercitium ſpirituale quotidianum*, quod Italice verſum prodiit Romæ 1632. in 16. *Favores B. Mariæ erga ſuos devotos*, Valentiæ 1635. Latine vero *Soliloquia divina; Commentarios in Tertiam Partem Summæ S. Thomæ, de Incarnatione, & de Sacramentis.*

CCXLII. MARIUS CURTELLUS, Villeroſatæ Comes, Catinenſis Patricius, *Philippi IV.* Hiſpaniarum Regis Conſiliarius, *Innocentio X.* dicavit elaboratiſſimum opus *de priſca & recenti immunitate Eccleſiæ, ac Eccleſiaſticorum libertate Generales Controverſias*, in duos libros diſtinctas, in quibus *Antonini Diana Reſolutiones* in controverſiam vocantur, & excutiuntur, Madriti ex Typographia Regia, in fol. anno 1647.

ZACHARIAS PASQUALIGUS, Italus, patria Veronenſis, Clericus Regularis Theatinus, ſacræ Theologiæ Profeſſor, edidit *Variarum Quæſtionum Moralium Canonicarum Centurias II.* in quibus ex principiis Theologicis, & ſacris atque civilibus legibus, plura dubia, quæ ad praxim utriusque fori pertinent, tam quoad Regulares, quam quoad ſæculares, perdocte, breviter & dilucide explicantur. Romæ in fol. an. 1647. *Deciſiones morales*, juxta principia Theologica, & ſacras atque civiles leges difficultatum, quæ in utroque foro paſſim occurrunt; quod Theologis & Confeſſariis

riis utilis est Commentarius: etenim in eo breviter & clare recensentur, rejiciuntur, vel approbantur opiniones tum veterum, tum recentiorum Theologorum & Canonistarum; Veronæ, in fol. anno 1641. *Praxim Jejunii Ecclesiastici & naturalis*, in qua quidquid in hac materia occurrere potest, atque item alia plura dubia deciduntur. Romæ, in fol. 1644. Plura scripsit, quæ nos latent; plura item præ manibus habere narratur quæ proxima fœtura in communem utilitatem prodibunt.

Leonardus Coquæus, Aurelionensis, Ordinis Eremit. S. Augustini, Sacræ Theologiæ Doct. Serenissimæ *Christiana à Lotharingia*, Magnæ Etruriæ Duci, olim à Sacris Confessionibus, edidit *Apologiam pro summis Ecclesiæ Romanæ Pontificibus*, in qua eorum auctoritatem, & à *B. Petro* usque ad *Paulum V.* sine ulla interruptione continuatam successionem demonstrat, atque Sacrarum litterarum oraculis, firmissimis rationibus, & Historiarum monumentis, à *Philippi Mornæi* calumniis vindicat. Mediolani anno 1629. in fol.

Bartholomæus Gramondus, Gallus, in sacro Francorum Regis Consistorio Senator, & in Parlamento Tolosano Præses, edidit *Historiarum Galliæ ab excessu Henrici IV. Libros XVIII.* quibus rerum per Gallos tota Europa gestarum narratio continetur, Tolosæ apud Arnald. Colomerium an. 1643. in fol. In *Thuani* præcursoris vestigiis ire se profitetur. *Thuano* sexaginta annī spatium scribendi fuit, *Gramondo* triginta tres: sex illi Reges, unus huic *Lud. XIII.* cujus tempora commemoret. Definit ad annum 1630. exclusive.

Joannes Philippus Vorburgicus, Germanus, Præpositus Monasterii Grandis Vallis, & Consiliarius Herbipolensis, *Historiam Romano-Germanicam*, deducta serie rerum ab orbe condito usque ad an. *Christi* 268. Urbis conditæ 1020. in qua præter Romanorum & Italorum res sat certas, confusæ Germanorum res narrantur, distinguuntur, & ab innumeris erroribus vindicantur. Francof. typis *Joan. Frid. Weisii*, an. 1645. in fol. Ad cujus Commentarii majorem lucem præmittitur *de Nominis Germanici notatione, ac vetustate Disceptatio.* Item *Provinciarum*, quæ nunc Imperii Germanici sunt, *Primæva*, & pro migrationum, gentiumque variatione continuata usque ad Ottonum ætatem *Descriptio*, omnia ea fide, quæ humano ingenio possibilis est. In futuras nundinas spondet se daturum *Ottonum trium Historiam.*

CCXLIII. Odoricus Raynaldus, Tarvisinus, Congregationis Oratorii Presbyter, egregias lucubrationes, quibus *Baronius* illustraverat Ecclesiam Dei, prosecutus est; decimum tertium tomum *Annalium Ecclesiasticorum* compositi, & alios eorundem *Annalium* tomos continuare intendit. Prodiit Romæ dicatus *Innocentio X.* Pont. Max. an. 1646. typis *Mascardi.*

Franciscus, *Archiepiscopus Rothomagensis*, Normanniæ Primas, scripsit *de rebus Ecclesiæ, earumque Regimine ac Origine*, per Axiomata Politica Regulasque Ecclesiasticas exquisitissimam historiam complectens, Parisiis in fol. 1645. apud *Antonium Vitre.*

Jacobus Goar, Parisinus, ex ordine Prædicatorum S. Theologiæ Lector, nuper in Orientem Missus Apostolicus, concinnavit *Εὐχολόγιον*, sive *Rituale Græcorum*, complectens Ritus & Ordines divinæ Liturgiæ, Officiorum, Sacramentorum, Consecrationum, Benedictionum, Funerum, Orationum &c. cuilibet personæ, statui, vel tempori congruos, juxta usum Orientalis Ecclesiæ, cum selectis Bibliothecæ Regiæ, Barberinæ, Cryptæ Ferratæ, S. Marci Parisiorum anno 1647. apud *Simeonem Piget.*

Lodovicus Odespun de la Mechiniere, Gallus, Presbyter Turonensis, undequaque collegit Acta post Concilium Trid. vel ab Antistitibus Gallis, vel à Cathedralium aut Collegiatarum Ecclesiarum Capitulis, vel à Cœnobiis missa, & suæ fidei, custodiæ diligentiæque credita, ex quibus volumen compilavit, cui titulum dedit *Concilia Novissima Galliæ in editionibus Regia Parisiensi & Colonienſibus omissa*, ex MSS. Codicibus, Parisiis an. 1646. typis *Dionysii Bechet*, in fol.

Joannes de Marnix, illustri prosapia apud Belgas ortus, Eques, Baro de Potes, edidit *Axiomata*, seu *Resolutiones Politicas*, idiomate Gallico, quas *Alberto Pio*, Belgarum Principi, dicavit; deinde anno 1631. curis iteratis recensuit, additionibus, auctoritatibus, instructionibus, & exemplis auxit, ac *Elisabethæ* Hisp. Infanti nuncupavit, Rothomagi apud *Jacobum Caillouë* in 4.

Germanus Forget, Gallus, causarum Patronus in Prætoria diœcesi & sede Præsidiali Eburonicensi, scripsit *de personis & rebus Ecclesiasticis atque Decimalibus*, Gallice; quod opus firmavit SS. Patrum Decretis & Conciliis, Placitisque Senatuum supremæ potestatis in Gallia; tractatum adjecit *de Jure Regalium & Pensionibus beneficialibus.*

Fran-

Franciscus Isella, Cathedralis Eccleſiæ Leodienſis Canonicus, ad inſtantiam Societatis Miſericordiæ, quæ dicitur *Maria de Sole*, primum Italice conſcripſit *Brevem inſtructionem ad corroborandos ac juvandos morituros*, eos præſertim qui ob flagitia ſua, publica Judicum ſententia morti addicti ſunt: addita *Brevi regula ſpirituali*, in uſum eorum, qui ſe ſancto illi operi dediderunt. Quem libellum pium & conſolatorium ex ſacris Doctoribus, & potiſſimum ex *Polanco* compilavit. Converſus eſt in Latinam linguam à *Michaële ab Iſſelt* Amersfortio.

Franciscus Lóngus à Coriolano, Italus, ex Ord. Capuccinorum, ſacræ Theologiæ Profeſſor, ex Annalibus Card. *Baronii* aliorumque Scriptorum monumentis, eruditione, fide ac ſtudio pari deprompſit *Breviarium Chronologicum*, in quo annuatim Pontificum Vitæ, eorumque Conſtitutiones, & Bullæ, Conciliorumque tum generalium, tum provincialium omnium Acta; hæreticorum quoque, & eorum perverſa dogmata, damnationes, confutationesque; Schismata, Perſecutiones, eorumque exſtinctiones; quæcumque denique inſignia in ipſa Dei Eccleſia huc usque acciderunt, breviter & clare enarrantur. Lugduni in fol.

CCXLIV. Cyprianus Croesels, Antverpienſis, ordinis Capuccinorum Exprovincialis, Diffinitor & Commiſſarius Generalis, ſcripſit *Expoſitionem in Regulam S. Franciſci* an. 1633. Redundat Ordo Capuccinorum Scriptoribus clariſſimis, qui omnes hujus ultimæ paginæ compendio recenſeri nequeunt. Hic aliquos Belgas nobis notiores adjungemus. Constantinus Barbansonius, myſtice ſcripſit *de interiori hominis perfectione*, Gallico idiomate anno 1623. Remigius Rythove compoſuit *Vitam, converſionem & mortem S. Mariæ Magdalenæ* Bonaventura Speeckaert, avunculus meus Bruxellenſis, tractatum evulgavit *de Paſſione Domini*, an. 1626. Amandus Gandensis tranſtulit ex Hiſpanico in Flandricum libellum, cui prænomen: *Inſtructio Religioſorum*, cujus auctor eſt *Antonius de Guevara* an. 1626. Lucas Mechliniensis *Cantica* compoſuit *ſpiritualia* Flandrice, quæ P. *Tiburtius* Bruxellenſis ex eodem ordine muſica illuſtravit anno 1631. Joannes Silveducensis Diffinitor, Provincialis & Novitiorum Magiſter, Flandrice evulgavit librum inſignem, cui titulum præfixit: *Regnum Dei intra vos eſt.* Item *de S. Communione* an. 1637. Antonius Scheyrlens à Rheita, Exprofeſſor, in lucem dedit *Oculum Enoch & Eliæ* anno 1645. Florentinus ab Hanswick, Mechlinienſis, Diffinitor Provincialis, prælo dedit *Cornucopiam Concionatorum* tomis duobus Antverp. anno 1646. habetque alia ſub manu. Gabriel Pambo, Antverpienſis, metro Flandrico compoſuit libellum, cui titulus *Turtur gemebunda. P. Tiburtius* muſicam addidit anno 1648. meditatur quoque translationem ex Latino in Flandricum *Annalium Zachariæ Boverii.* Elisius Bassæus *Flores* collegit & in vulgum ſparſit *Theologiæ moralis, de Caſibus Conſcientiæ*, cujus editio tertia & aucta eſt Antverp. anno 1648.

Ferdinandus Ughellius, Italus, patria Florentinus, Abbas SS. Vincentii & Anaſtaſii ad Aquas Saluias, Ordinis Ciſtercienſis, tribus tomis edidit *Italiam* ſive, *De Epiſcopis Italiæ & Inſularum adiacentium, rebuſque ab iis præclare geſtis*, ducta ſerie ad noſtram usque ætatem. Opus ſingulare Provinciis xx. diſtinctum, in quo Eccleſiarum origines, Urbium conditiones, Principum donationes, recondita monumenta in lucem proferuntur. Romæ apud *Bernardin. Tanum*, anno 1644. in fol. quod opus infinitæ propemodum lectionis eſt, trepidum ac ſalebroſum; *Urbano VIII.* dicavit *Ughellus.*

Joannes Stephanus Menochius, natione Italus, patria Papienſis, *Jacobi Menochii* Præſidis, Juriſconſulti celeberrimi & ſcriptis ſuis notiſſimi filius, Societatem Jeſu anno 1593. æt. 17. ingreſſus eſt. S. Scripturam & Moralem Theologiam publice docuit. Præter ea quæ recenſet *Alegambe* edidit *De Republica Hebræorum* libros octo, quos *Joanni Card. de Lugo* dicavit. Pariſiis in fol. apud *Anton. Bertier*, anno 1648.

Stanislaus Lubienius, Epiſcopus Plocenſis, cui genus apud Polonos vetuſtum ac nobile, religionis Catholicæ propugnator acerrimus, eloquentiæ lumen eximium fuit; noverat is & adverſa forti & proſpera moderato animo tolerare. Ejus opera poſthuma edita ſunt ab Executoribus teſtamenti Antverp. in fol. apud *Meurſium* anno 1643. ſc. *Brevis Narratio profectionis in Sueciam Sigismundi III.* Regis Poloniæ & Sueciæ, dum à morte *Joannis* Sueciæ Regis, parentis ſui hæreditarium regnum capeſſeret. *De motu Civili in Polonia* libri IV. *Cauſa cur Sigismundus Poloniæ & Sueciæ Rex bellum Moſchis intulerit*, ad Potentiſſimum Romanorum Imperatorem *Matthiam* miſſæ. *De rebus Sileſiacis diſcurſus. Reſponſio ad 70. rationes*, quibus ficti nominis Eques dum Sereniſſimo Regi & Polonis, ne ſe motibus Hungaricis & Bohemicis immiſceant, perſuadere conatur. „Diſſertatio de Jure Regni Poloniæ ad Ruſſicas, Moſcoviticasque ditiones. Stanislai" Zolkievii Generalis exercituum regni Poloniæ Ducis, de bello Turcico Epiſtola deliberatoria," ab Auctore in Latinum verſa. Epiſtola Narrationem belli Turcici ad Chocimum geſti conti-" nens ad *Greg. XV.* miſſa. *Ferdinando II.* Romanorum Imp. De eodem bello Relatio. De ſtatu"

"rerum Polonicarum ac militari confœderatione, quæ anno 1622. accidit, Diſſertatio & Querela. "Reſponſum ad Proteſtationem, quæ nomine dignitariorum Officialium & nobilitatis Palatina-"tuum Poſnanienſis & Caliſſenſis contra ſtatum Spiritualem in lucem prodierat. Amica Para-"neſis Thomæ Zamoſcio, dum regni Vice-Cancellarius renunciaretur, data. Errata Julii Belli, "Laureæ Auſtriacæ ſcriptoris, taxata. Monita de recte gerendo Epiſcopatu. Vitæ Epiſcoporum "Plocenſium. Vita Pſtroconii. Epiſtolarum Decades III. SIGISMUNDI III. capta arce Smole-"cenſi Varſauiam reducis, nomine Capituli Varſauienſis gratulatoria ſalutatio. Ejusdem Lau-datio funebris. In funere ejusdem SIGISMUNDI III. Oratio dicta." Habuerat in animo Polo-nicam hiſtoriam continuare, atque utinam tantum virium, vel temporis ei fuiſſet, quantum re-rum notitia valuit. Cæterum valetudine, variis & diuturnis morbis labefactata, & ſub ſenectam titubante, ac omni, quod interdum ſuppetebat, otio Senatoriis & Epiſcopalibus curis transmiſſo, mortalia depoſuit VIII. Idus Aprilis 1640.

CCXLV. THEODORUS HOEFNGUS, Suſatenſis, Weſtphalus, Juris utriusque Doctor, Imperialis Cæſareique apud Friedbergenſes Caſtri Advocatus & Syndicus, auguſtum opus, curæ & vigiliarum pleniſſimum aggreſſus eſt *De Inſignium*, ſive, *Armorum priſco & novo Jure*, in quo Pontificalia, Imperialia, Regia, Electoralia, Archiducalia, Ducalia, Principalia: Comitum, Baronum, Civitatum Imperialium, liberarum Rerumpublicarum, Provinciarum, Collegiorum, Univerſitatum, Academiarum, Heroum, Equitum, Nobilium, Doctorum, Fecialium, Heraldorum, Armigerorum, Beneficiariorum, Officialium, Nuntiorum, Satellitum &c. Inſignia; horum Appellationes variæ, Deſcriptiones, Genera, Origines, Cauſæ, Occaſiones: Perſonæ deferendi ea facultate pollentes, vel minus: Modi acquirendi: Clypei, Scuta, Imagines, Colores, Metalla, Galeæ, earumque Ornatus, Coronæ, Cruſtæ, Alæ, Suſtentacula: loca quibus expinguntur, cælantur, ſuſpenduntur publica ac privata, propria & aliena: Modus rite conficiendi ac collocandi: Cauſæ finales: Uſus, poteſtas & effectus diverſi: Actiones & Judicia tam poſſeſſoria quam petitoria, pœnalia & fiſcalia: Remediaque alia competentia: Probationum ratio multiplex. Amiſſio, extinctio & abolitio: Proceſſus circa hæc ſervandus. Denique affinia, veluti ſignorum militarium & vexillorum: Notarum Gentilitiarum, Stigmatum & Cicatricum: Imaginum, Statuarum & Simulachrorum Græcis & Romanis receptorum: Nominum, Titulorum, Inſcriptionum, Annullorum aureorum, Symbolorum & Emblematum: Sigillorum, atque tandem, Syntheſium ac Diviſiarum Jura, ex ſacro Bibliorum Codice, Jure Canonico, Civili, Conſtitutionibus Imperialibus, B. Patrum, Theologorum, Juriſconſultorum, Medicorum, Hiſtoricorum, Poëtarum, Philoſophorum & Claſſicorum Auctorum ſcriptis: Cameræ Imperialis aliorumque Senatuum & Curiarum Deciſionibus, Præjudiciis & Votis, ſervata fide hiſtorica, & inſperſis hieroglyphicis, controverſiisque paſſim incidentibus accurate reſolutis in communem Reip. Romanæ, & Rei Litterariæ, cum primis Juriſconſultorum & Antiquariorum uſum theoricum & practicum ſummo ſtudio & labore, recens eruit, diſcuſſit, & enodavit. Hunc Tractatum, plurium luſtrorum fœtum, dicavit Auguſtiſſimo Romanorum Imperatori *Ferdinando III.* Noribergæ anno 1642. in fol.

CCXLVI. PAULUS PIASECIUS, Polonus, Epiſcopus Præmiſlienſis, accurate & compendioſe ad utilitatem publicam conſcripſit & divulgavit *Chronica geſtorum in Europa ſingulariùm.* Opus eſt tanto Præſule dignum, in quo omnium Chriſtianorum Dynaſtarum hujus ſæculi ſtatus modeſta puri Latini ſermonis elegantia deſcribitur; argutiores ſententiarum concluſiones, nominum, rerumque origines à longe derivatas prudens omittit, uti & cauſas conſiliorum atque eventorum indagationes curioſiores, quæ magis exprimunt animi affectum ſeu ingenium ſcriptoris, etſi orationem ornant, illo adulterant rei veritatem, ſemper gratiorem dum ſuomet candore genuino niteſcit. Non niſi ſignat ſui temporis memorabilia, quæ diligenti ſtudio ex relationibus non ſuſpectis conquiſivit, & plura, quibus ipſemet interfuit; ea, ut melius ſuæ narrationis cohæreat argumentum, incipit ab actis *Stephani Batteri*, qui anno 1575. electus eſt in Poloniæ Regem. Auctor inde ſua coæva ab initiis regni *Sigismundi III.* usque ad annum 1645. producit, quo & anno typis expreſſa ſunt illa *Chronica* Cracoviæ, ad *Franciſc. Caſarium*, in fol.

DIDACUS NISSENUS, Hiſpanus, Abbas ordinis S. Baſilii Magni, Hiſpana ſic defatigavit præla, ut triennio non integro tota viginti millia exemplaria unius *Quadrageſimalis* dare coëgerit: neque ea tamen prenſantium votis paria. Summis encomiis à viris celeberrimis commendatur, à commendatiſſimis celebratur, nec pro dignitate tamen vel commendatus, vel celebratus eſt: quaqua enim illum ſpectes, invenias quæ ab avidiſſimis oculis exſpectari poſſint: ubique ſui ſimilis eſt, ubique acutus, ſimulque conſpicuus, ubique gravis, ubique modeſtus, ubique docet & vel oblectat, vel movet, ubique vel ſcripturę gemmas fundit, vel Patrum flores ſpargit, quorum ſententias tam grata & elegante paraphraſi plerumque illuſtrat, ut fere plus ſplendeant in apographo *Niſſeni*, quam in ipſo autographo primi auctoris ſui. Ejus opera omnia in tres tomos digeſta,

digeſta, Hiſpano idiomate primum evulgata & ab Italis ac Gallis certatim ſua vernacula recuſa, Latinis auribus donavit *Joannes Freylinck*, Reimbacenſis, ex ord. Præd. S. Theol. Magiſter, Coloniæ anno 1646. in 4.

CCXLVII. HENRICUS SPONDANUS, Mauleoſolenſis Aquitanus, Appamiarū Galliæ Narbonenſis Epiſcopus, & Regi Galliarum à Sanctioribus Conſiliis, ſcripſit *Cœmeteria ſacra*, cujus ſcriptionis occaſionem dedit extumulatio cujusdam nobilis Calviniſtæ diœceſis Valatenſis, quem vi in proximam Eccleſiam Catholicorum, fruſtra obnitente Parocho, ad ſepulturam intulerant; Epiſcopus autem inde auferri in terram profanam curaverat: obſtrepuerunt ſectarii crocodileos quosdam gemitus ingeminantes, quibus ſe adeo inique à Catholicis haberi, ac præſertim in denegatione communionis ſepulchrorum conquerebantur. Itaque *Spondanus*, arrepto calamo plauſtra calumniarum hoc tractatu propulſat & demonſtrat nefas eſſe hæreticos ſimul iisdem monumentis ſepeliri cum Catholicis; & ſi forte ſepulti fuerint, extumulandos eſſe. Edidit etiam *Annales Eccleſiaſticos* ex XII. tomis *Baronii* in Epitomen redactos tomis II. in fol. Item *Annalium* ejusdem *Baronii Continuationem* ab an. quo is deſierat, ad finem anni 1640. tomis III. quorum primus divisus eſt in duas partes. Pariſiis an. 1641. in fol.

PETRUS LOYCX Belga Turnhoutanus, Protonotarius Apoſtolicus & ad S. Willebrordum Antverpiæ Paſtor. Edidit *Commentaria moralia in Pſalmum CXVIII. Beati Immaculati &c.* reliquorum omnium vere principem, ſacris SS. monitis aſperſa, & feſtivo exemplorum ſententiarumque apparatu exornata, in quibus non ſolum pleraque *Pſalterii Davidici*, ſed & alia difficiliora ſacræ paginæ loca illuſtravit, ac bene beateque vivendi methodum tradidit; opus Eccleſiaſticis omnibus utiliſſimum & neceſſarium, ſed imprimis divini verbi Præconibus paratiſſimum; cum tribus Indicibus, ſcil. S. Scripturæ, Rerum memorabilium & Concionum per totum annum. Antverp. apud *Guilielmum Leſteenium* an. 1643. in fol. Edidit etiam *Sæculum Aureum*, ſive *De Pace* libros II. quorum primus tum de pace generatim diſſerit, tum ad eam Chriſtianum Principem, aut ad bellum, ubi neceſſe fuerit, ſine gravi noxa gerendum, dirigit; ſecundus particulatim pacem cum Deo, pacem cum proximo, & pacem cum ſeipſo proponit. Quæ omnia divinis humanisque ſcriptis aſſeruit, illuſtravit ex curſu morali, & cujusvis ſtatus hominibus, præcipue Concionatoribus accommodavit, cum triplici item Indice. Ibidem in fol. an. 1645. Auctor item fuit libri morali doctrina ſacrisque monitis referti, raro Hiſtoriæ delectu & varia lectione jucundi, cui titulum fecit *Laboris Encomium, Acediæ Vituperium*, in 4. ibidem an. 1646. Inſudabat deſcribendæ *Hiſtoriæ Miraculorum Divæ Virginis*, quæ ad S. Willebrordum Antverpiæ colitur, cum ſtudiis, laboribus & longa valetudine exhauſtus pie deceſſit Antverpiæ anno 1646. in Cathedrali tumulatus. Prodiit illud poſthumum opus in 12. apud *Leſteenium* eodem anno.

CCXLVIII. JOANNES CHRYSOSTOMUS van der Sterre, natione Belga, patria Silvæducenſis, an. 1591. Litterarum humaniorum encyclopædiam in ſcholis Societatis Jeſu Antverpiæ feliciter abſolvit; Canonicam hinc Regulam Præmonſtratenſem inſtituti Norbertini ibidem in Cœnobio *S. Michaëlis* ſub *Dionyſio Feyten* Abbate profeſſus, adſumpto *Chryſoſtomi* nomine, ac Philoſophicis apud ſuos diſciplinis luculenter eruditus, Theologicas Lovanii hauſit in ſui Ordinis Collegio; quanto fructu, ſcripta probant, quibus Candidum Ordinem potiſſimum illuſtravit, candidus ipſe moribus. Poſt varia, quæ in Cœnobio ſuo functus eſt, officia, & poſtquam pluribus annis verbi divini Præconem egiſſet, publico plauſu, demum ex Priore in Abbatem electus eſt an. 162 . . Venerandæ ſunt in eo dotes, prudentia præſertim ac vitæ integritas ad cumulum auctæ, magno gregis ſibi commiſſi bono. Præter aſcetica ſtudia, impenſe deditus eſt Hiſtoriis ſacris, & maxime ſui Ordinis antiquitatibus eruderandis, politioris etiam literaturæ ſtudioſiſſimus, pietatem ſemper doctrinæ conjunxit. Scripſit *Panegyricum in Inaugurationem Matthæi Irſſelii*, Abbatis, ſui prædeceſſoris, Antverpiæ, 1614. *In Natalem B. Joſephi*, Canonici ord. Præmonſtratenſis. *In Natalem B. Evermundi* Epiſcopi Raſeburgenſis, ex eodem Ordine. *In Natalem B. Garemberti*, Abbatis S. Martini, ejusdem Ordinis. *In Natalem S. Joannis Chryſoſtomi. In Venerabilem Euchariſtiam. Vitam S. Norberti*, Præmonſtratenſium Patriarchæ, Iconibus & Elogiis illuſtratam, Antverpiæ 1622. in 4. *Vitam ejusdem S. Norberti*, Flandro-Belgice, libris III, ibid. 1623. in 4. & Latine libro quarto auctiorem, quo diſſeritur de ejusdem Sancti Pragam facta translatione. *Natales Sanctorum Ord. Præmonſtratenſis*, ibid. 1625. in 4. *Lilium inter ſpinas*, ſive *Vitam S. Joſephi*, Canonici Steinfeldienſis, Ordinis Præmonſtratenſis, ex archetypo Steinfeldienſi fideliter expreſſam & *Notationibus* illuſtratam; cum aliquot *Opuſculis piis* ejusdem Sancti, ibidem typis Plantin. 1627. in 8. *Romam in hieme*, ſive *Vitam Venerabilis Wilhelmi Rothenſis Canonici*, Ordinis Præmonſtratenſis auctore *Martino Mertz*, Priore dicti Rothenſis Cœnobii, cum *Auctario*. Ibid. Sequentur *Hagiologium Præmonſtratenſe*: *Chronicon Præmonſtratenſe Eccleſiæ S. Michaëlis* Antverpienſis; aliique tractatus, quos prælo maturos habet.

Franciscus à Sancta Maria, Hiſpanus Carmelita Diſcalceatus, Rector Collegii Baſſeenſis, ſcripſit idiomate patrio *Hiſtoriam Propheticam Ordinis Carmelitani*, tomis aliquot in folio, Madriti apud *Didacum Diaz de la Carrera*. 1643.

Hilarius à S. Augustino, Hiſpanus Aragonenſis, Carmelita Excalceatus, per Belgiam & Burgundiam ſæpius Provincialis, optime de ſuo meritus Ordine, quem in Belgium inter primos invexit, doctrina præcellens magni, vivacisque vir ingenii, edidit *Vocem Tubæ Angeli lucis*, quo libello calumnias Apoſtatarum & Hæreticorum, quibus Religioſos Ordines & Catholicos afficere ſolent, valide & erudite diterſit. Bruxellæ in 4. typis *Velpianis* anno 1635.

Placidus à S. Teresia, natione Belga, patria Durcenſis, profeſſione Carmelita Excalceatus, S. Theologiæ Lector celebris, ſui Ordinis in Belgio primus Definitor, edidit, quas publice habuit variis in locis, *Orationes Theologicas* de Sanctis, quæ citra fucatæ dictionis phaleras, multiplicem eruditionis exquiſitæ ſuppellectilem continent Bruxellis, in 4. apud *Martinum de Boſſuyt*, anno 1648. Alia porro præ manibus habet quæ lucem publicam merentur.

Laurentius Cayrosa, Hiſpanus, Ordin. Prædicatorum, Sacræ Theologiæ Doctor, poſt obitum *Hieronymi Baptiſtæ de la Nuza* Venerabilis memoriæ Epiſcopi Balbaſtrenſis & Albarrazini, ex ejus ſcriptis originalibus collegit & Latinitate donavit ejus *Quinque Homilias de Auguſtiſſimo Altaris Sacramento & Sacroſancto Miſſæ Sacrificio*, Antverpiæ apud *Leſteenium* anno 1649. in fol. & 4.

Florentius ab Hanswyck Belga, Melchlinienſis, Ord. Fratrum Minorum Capucinorum Provinciæ Flandro-Belgicæ, Concionator ac Definitor, edidit *Cornucopiam Concionatorum*, abundantem enarrationibus ſymbolicis & moralibus diverſorum conceptuum: in quibus ſub ſpeculi ſimilitudine, una cum pluribus Electis ſacris, copioſe agitur de S. Virginis myſteriis, &c. quæ exacte & curioſe enucleantur, tomis 2. in fol. tertius brevi prodibit; omnes cum Indice quadruplici, ibidem.

Adrianus Moens, Antverpienſis, S. Theol. Licentiatus, cujus jam à triginta ſex annis Lectorem egit, edidit *Enchiridion Religioſorum*, quo tradit ſelecta quædam ex jure communi, patrio, Theologis, uſuque ordinario Regularium Congregationum cum ad ſorum internum tum ad externum ſpectantia, ibid. an. 1646. in 8.

CCXLIX. Matthias Faber, Germanus S. Theologiæ Licentiatus & Profeſſor ſimul, ex Parocho Neoforenſi, vernacule *Neumarck*, Paſtor ad D. Mauritii Ingolſtadii & Palatinatus Superioris per diœceſim Aichſtadianam Viſitator, nunc Societ. Jeſu, ſcripſit eruditiſſimum *Opus Concionum* tripartitum in fol. *De Dominicis & Sanctorum Feſtis totius anni*, quod auctius & correctius tertiis curis prodiit ibidem an. 1643. *Sylvam* ſive *Auctarium variarum Concionum*, quæ Tomum quartum conſtituent, brevi cum bono Deo quoque daturum ſe ſpondet. Vir eſt in Palatinatu de Religione Catholica optime meritus, modo ætate gravis fama longe lateque notiſſimus vivit. Edidit etiam *Controverſias contra Altorfienſes Profeſſores*.

Franciscus Amicus, Conſentinus, è Soc. Jeſu S. Theologiæ Doctor ac multis annis Profeſſor in Collegiis Aquilano, Neapolitano, Græcenſi, Viennenſi, nunc Univerſitatis Græcenſis Cancellarius, edidit *Curſum Theologicum*, juxta Methodum, qua in ſcholis Societatis ubique prælegitur annis quaternis, *D. Thomæ* ordini reſpondentem, in VIII. Tomos in fol. partitum. Additus eſt primum nonus Tomus *De Matrimonio*, quod opus in omnibus ſumme elaboratum eſt, ne antiquorum aut recentiorum doctrina, ſive Scholaſtica, ſive Moralis, deſideretur ab utriusque vel Profeſſoribus vel Auditoribus, ſed omnium commodo tota breviter, clare, ſubtiliter & ſolide pertractetur. ibid. anno 1649.

Chrysostomus Henriquez, Hiſpanus, patria Hortenſis, ex Ordine Ciſtercienſi S. Theologiæ Doctor & ſui Ordinis Hiſtoriographus Generalis, felici ſucceſſu ex pervetuſtis codicibus & probatis Scriptoribus edidit *Menologium Ciſtercienſe, Notationibus illuſtratum*. Adjunxit *Regulam, Conſtitutiones & Privilegia* ejusdem Ordinis, ac Congregationum Monaſticarum & Militarium, quæ Ciſtercienſe Inſtitutum obſervant; quod opus dicavit *Ferdinando Auſtriaco* Hiſpaniarum Infanti. Continet multas antiquitates, quæ in aliorum Hiſtoriis non reperiuntur, eleganti ſtilo expolitas, à prolixitate prorſus alienas & ſententiis neceſſariis exornatas, Antverpiæ. typis *Plantinianis* in folio an. 1630. Edidit & alia varia, quæ non vidimus.

Mar-

ed by Google

Martinus à Matre Dei, Hiſpanus, Ordinis Excalceatorum, utpote quia omnibus id intereſt *Bene mori*, maximi momenti libellum edidit, quem inſcripſit *Gymnaſium Philoſophiæ Chriſtiana*, hoc eſt, *Praxim, ſeu Exercitium bene moriendi*, antehac variis in regnis vario idiomate frequenter editum; nunc pridem prodiit ex Hiſpano in Latinum translatus, Coloniæ apud *Jodocum Kalkhoven* an. 1641. in 12. Acceſſit *Praxis* altera ejusdem argumenti, Auctore *Joanne à Jeſu Maria*, etiam Excalceato, cujus encomium hic ſequatur.

Joannes à Jesu Maria, Hiſpanus, patria Calaguritanus, Ord. Carmelitarum Excalceatorum Præpoſitus Generalis, inter occupationes maximas, & proſtrata ſemper valetudine, diverſis diverſa inſcripſit opuſcula, quæ ut in promptu forent omnia, neve interirent aliqua, ſimul in tres Tomos in fol. congeſta ſunt Coloniæ. Hujus Auctoris libelli magno loco ſemper fuerunt apud *Bellarminum*, ut qui eos, quando per otium licuit, aſſueviſſet lectitare. Tomo primo habetur *Liber Job paraphraſtice explicatus; Cantici Canticorum explicatio; Lamentationum Jeremiæ interpretatio* in tres paraphraſes, Hiſtoricam ſcilicet, Allegoricam & Tropologicam diſcreta; cui Tropologici ſenſus explicatio ſubjicitur; *Pſalmorum* 136. 83. & 41. *interpretatio*. Secundo Tomo *Theologia myſtica* in certam methodum redigitur & explanatur; ordinatur *Diſciplina Monaſtica*; *Inſtructio Magiſtri Novitiorum* in quatuor partes diſtribuitur; in tot quoque partes redigitur *Inſtructio Novitiorum*; *Diſciplina Clauſtralis* in duas partes proponitur; *Prudentia juſtorum* complectitur; adduntur *Stimulorum compunctionis* libri duo; *Schola Jeſu Chriſti* in ſeptem partes diſtribuitur; *Schola Orationis & contemplationis*, in qua de mortificatione paſſionum, atque aliis præcipuis ad doctrinam ſpiritualem ſpectantibus materiis præcepta traduntur; *Epiſtola Chriſti ad hominem*, qua varia ad vitam æternam expetendam extimulantia motiva, nec non virtutes eidem acquirendæ neceſſariæ continentur; *Ars amandi Deum* docetur; *Tractatus de cuſtodia legum ad clauſtri diſciplinam tuendam* conſcribitur; *Epiſtola auctoris ad ſuos Religioſos* partim ad conſervandum Spiritum & Regularem obſervantiam, partim ad mala eisdem contraria evitanda rationes ſuggerit; *Epiſtola* alia ejusdem in fine ſui Generalatus ad Patres & Fratres totius Congregationis, in qua illos ad perfectionem monaſticam exhortatur, erratorumque, ſi quæ commiſerit, veniam obnixe poſtulat; *Verſus* aliquot & *Hymni* ſpirituales, partim in laudem *Jeſu*, partim *B. Virginis* conſcribuntur. Tomo Tertio *Inſtructio Principum* in duos libros diſtribuitur; *Ars gubernandi* compendioſe ſcribitur; ſequuntur libelli *de ſtudio pietatis*, *de bono uſu contemptuque bonorum, divitiarum ac voluptatum*, *Ars Concionandi*, *Compendium Vitæ S. Teresiæ*, *de amore cultuque Reginæ Cœli*, *de pia educatione* ſive *cultura pueritiæ*, *Ars vivendi ſpiritualiter*, *de bono uſu Curiæ*, *Ars bene moriendi in tres partes diviſa*, quarum priore de mediata ad mortem præparatione homini bene conſtituto facienda, differit; ſecunda de immediata & proxima in ipſa morte; tertia de variis mortis ſpeciebus agitur, & additur *Epiſtola* in articulo mortis legenda.

CCL. Nicolaus à Jesu Maria, natione Polonus, Ordine Carmelita Diſcalceatus, ſcripſit *Apologiam Perfectionis vitæ ſpiritualis*, ſive *Propugnaculum Religionum omnium, ſed maxime Mendicantium*, ſtipatam centum *Propoſitionibus*, contra *Epiſtolam* cujusdam Theologi anónymi; ad quemdam Magnatem ſcire cupientem, quomodo poſſet diſtribuere bona ſua temporalia ad pios uſus, cum utilitate quam maxima animæ ſuæ. Et cui Ordini Regulari unum è Nepotibus ſuis vitæ Religioſæ deſiderio captum, deberet addicere. Romæ in 4. typis *Corbelletti*.

Thomas à Jesu, Hiſpanus, patria Biatienſis, ejusdem Ordinis Definitor Generalis, edidit *de Regularium Viſitatione* librum, in quo clare ac breviter ea omnia, tractat quæ in viſitandis Regularibus, obſervanda ſunt. Editio ſecunda Duaci lucem aſpexit in 8. apud *Bellerum*. *Methodum examinandi ac diſcernendi ſpiritualem animæ profectum*. Bruxel. apud *Hub. Antonium*.

Collegium Salmanticense Carmelitarum Diſcalceatorum, pluribus tomis in fol. elaboravit & edidit *Curſum Theologicum*, qui *Summam D. Thomæ* complectitur, omnino conſone ad ea quæ Complutenſe Collegium ejusdem Ordinis in ſuo Curſu Philoſophico tradit; opus ubique floridum, & numeris omnibus ſic abſolutum, ut eorum, quibus Angelica doctrina cordi eſt, plausum communem mereatur. Pariſiis ſumptibus *Ant. Bertier*.

Joannes Baptista Uwenius, Antverpienſis, è Soc. Jeſu Theologus, divini verbi præco percelebris, Collegia rexit Antverpiæ, Liræ & alibi. Scripſit *Commentarium litteralem & moralem in Jonam Prophetam*, per Lectiones, ſive Sermones exegeticos LX. diſtributum, quibus omnes, & Prophetæ & Interpretis monitis, ad pœnitentiam, cæterarumque virtutum exercitationem excitantur, ut imminentia vel hoc tempore Chriſtianis provinciis mala, placato numine, propulſent. Illud opus, ut ipſe præfatur, per annos prope viginti meditatus eſt, & illi ſubinde horis ſubciſivis manum appoſuit. Prodiit Antverp. apud *Meurſium* anno 1640.

THOMAS HURTADO, Clericorum Regularium Minorum Præpositus, Assecla D. Thomæ, olim in Collegiis Romano, Complutensi ac Salmantino, & nunc in Hispalensi publicus Professor, edidit opus II. tomis in fol. inscriptum *Præcursor Philosophus & Theologus*, tane pulchrum, sublime, elegans, curiosum, ut qui in indaganda *S. Thoma* sui præceptoris Angelici mente tam luculentus, tam felix, ut vix umquam quis felicius eam assecutus esse videatur. Quippe in hac feraci Scriptorum segete, quos velut arenas maris nostra abundanter tulit ætas, in explicandis nodis & veritate in lucem eruenda celebris habetur, Prodiit Antverpiæ apud *Guilielmum Lesteenium* anno 1641.

JOANNES GIBALINUS, è Societate *Jesu* Theologus, scripsit *Disquisitiones Canonicas de Clausura Regulari*, ex veteri & novo Jure, Scientiæ Canonicæ specimen: ut explicet se, perappositè combinat disputationes de structura antiqua monasteriorum, de morbis expidemiis, de Monachorum pœnis, de veteris Ecclesiæ pœnitentiis, & de variis Monachorum institutis atque solemni pœnitentium statu. In referendis Conciliis non indiligens fuit. Quædam congessit ex *Gratiani Decreto*, quædam ex *Decretalibus*, *Clementinis*, *Extravagantibus*, designavit. Recentiorum Pontificum Constitutiones ex *Bullario* notavit; Lugduni in 4. anno 1648.

CCLI. CAROLUS à MANSFELT, Luxemburgius, hoc illustrium Scriptorum agmen claudat, illustrissimus ipse genere, moribus & scriptis editis. Est ille filius *Petri Ernesti* Mansfeldii Comitis, è Saxonia oriundi, qui ob militarem scientiam ac fidem, qua Regias partes in primis Belgii tumultibus eodem semper constantiæ tenore propugnavit, *Carolo V.* Cæsari, ac *Philippo II.* Regi peræque carus, Belgiique summæ Præfecturæ ab *Alexandro Farnesio*, Parmensi Principe, destinatus fuit. Serenissimi porro Principes *Albertus* & *Isabella Carolum* adolescentem Romam miserunt, Philosophicis, Theologicis & Jurisprudentiæ scientiis imbuendum, quas feliciter didicit, indeque Lovanium, hinc iterum Romam remiserunt; unde tandem in aulam ad Sacra Oratorii adscitus, post apud Bruxellenses ad D. Gudulæ Decanus, Regii Concilii ex Equestri ordine in Ducatu Luxemburgensi Consiliarius, atque Ecclesiæ Coll. *S. Piati* Seclimien. in Flandria Præpositus. Propter nobilissimarum virtutum præstantiam, ad exercituum, qui *Philippo IV.* Hispan. Regi Catholico in Belgii, Palatinatus & aliis Germaniæ partibus militant, Vicariatum Generalem promotus est; cui magno Magistratui gerendo jam ab anno 1631. distinetur, in bene meritos humanitate, severitate in perversos, pietate, prudentia, sedulitate pari. Fertur incredibili zelo ad Cleri militaris disciplinam promovendam. Ejus scripta Patrum antiquorum, Pandectarumque succo vivida passim teruntur; unde non est quod vino vendibili hederam appendamus. Edidit autem *Paratitla Decreti: De jure sacro in genere; deque Ecclesiasticorum moribus & officiis*, Lovanii, typis *Philippi Dormalii*, 1616. 8. *Utriusque juris Concordem Discordiam*; qua Canones cum Legibus pugnantes conciliantur, Luxemb. typis *Hub. Reulani*, 1619. 8. *Canobitica*, De Canonicorum Vita & Origine, Ibid. 1625. 8. *Exercitationem Civilem ad Regulas, juris in* VI. Ibid. 1626. *Exercitationem Civilem ad Breve Apostolicum Urbani PP. VIII.* quam auctiorem & elimatiorem edere parat, Brux. apud *God. Schouartium*. *De constitutione & potestate Delegati Apostolici in Militia Belgica Regii exercitus.* 1638. 8. *Sacerdotis Breviculum veneratione Cleri sacrum.* Ibid. typis *Martini Bossuyt*, 1642. *Castra Dei*, sive Parochia, Religio & Disciplina militum, Ibid. in 4. *Christianus*, sive de Renuntiationibus mundi, Ibid. *Breviculum Hierarchia*, Ibid. *Principis Breviculum*, memoriæ *Alberti*, *Isabellæ* & *Ferdinandi* sacrum, Ibid. *Religiosus*, sive de statu Perfectionis Sacerdotii, Ibid. *Job patiens*, sive de Providentia Dei erga hominem. Maturescit in proximas nundinas ejus *Magisterium militare*, sive de *Jurisdictione & Jure militia Belgica*, quod torculo suo subjicere pergit *Jacobus Mesens* Antverp. in 4.

INDEX

Digitized by Google

# INDEX IN LIBRUM AUBERTI MIRÆI DE SCRIPTORIBUS SECULI XVI. & XVII.


ABrahamus Bzovius 264
Abrahamus Ortelius 243
Achilles Statius 185
Adam Fumaus 144
Adamantius 174
Adamus Florentinus 213
. . Sasboldus 232
. . Tanerus 253. 293
Adeodatus Senenſis 175
Adolphus Schulkenius 257
Adr. Barlandus 122
Adrianus Caſtellenſis 117. 123
. . Hofſtadius 283
. . Lyrius 260. 329
. . Marius 142
. . Moens 266. 334
. . Morbecius 311
. . VI. Papa 126
. . Romanus 280
. . Turnebus 178
Ægidius Bauarius 306
. . Cannartus 290
. . Delfius 119
. . Marcheſinius 175
. . Moncurtius 242
. . à Præſentatione 290
. . Regius, *vernacule* Coginck 301
. . Ricardus 144
. . Topiarius 212
. . Viterbienſis 132
Ælius Anton. Nebriſſenſis 147
Africanus Ghirardelius 284
Agatius de Summa 284
Agatius Guidacerius 128
Aimarus Falco 136
Alanus Copus. Vide Nicolaus Harphfeld. 206
. . Vaſenius 121
Alard. Amſtelodamus 145
Albanus Pinatus 122
Albertus Berutus à Tortona 257
. . Caſtellanus 116
. . Crantzius 221
. . Durerus 127
. . Hungerus 232
. . Laſcus 232. 249
. . Picolus 290
. . Pighius 171
Alanus Parentinus 120
Aldus Manutius 124
. . Pauli F. 238
Alexius Meneſius 254
Alexander Manerbius 273
. . Arioſtus 121
. . ab Alexandro 225
. . Cæſarinus 284
. . Caraſa 146
. . Donatus 284
. . Gottifridus 284
Alexander Peregrinus 284
. . . Reinaldus 284
. . . Scultetus 148
. . . Ubaldinus 270
Alfonſus de Leone 302
. . Garcias Matamorus 211
. . Palæotus 244
. . Piſanus 238
. . Rodriguez 282
. . Salmeron 245
. . Veruefius 144
. . Terilla 147
. . à Caſtro. 158
. . à Mendoza 231. 240
. . Contreras 175
. . Guterius Veracrucius 201
. . Orozco 227. 230
Almaricus Bouchardus 126
Aloyſius Cornarus 198
. . Lilius 205. 232. 249
. . Legionenſis 244
. . Lellus 266
. . Lipomanus 168. 217
. . Martianus 125
. . Novarinus 310
Aluarus Hometius Eubalus 210
. . Gometius Toletanus 210
Amandus Gilſelius 311
. . . Zirizæus 135
Ambroſius Catharinus 149
. . Gozzæus 218
. . de Penaloſa 293
. . Quiſtellius 152
. . Marlianus 323
. . Leo 121
. . Moralis 210. 232
. . Pelargus 151
. . de Spiera 120
Anacletus Siccus 305
Andreas Alciatus 151
. . Bajanus 310
. . Capreolus 120
. . Capella 288
. . Caroloſtadius 129
. . Eudæmo-Joannes 282
. . Fabricius 214. 229
. . Fremiottus 309
. . Fruſius 160
. . Hojus 229
. . Maroquinus 267
. . Maſius 242. 193
. . Placus 141
. . Reſendius 241
. . Sauſſajus 309
. . Schottus 298
. . Tiraquellus 160
. . Victorillus 302




Digitized by Google

Andreas Vega 149
Angelus Rocca 254
. . Canmius 147
. . Gallutius 324
. . Aretinus 134
. . Maria Cherubinus 324
. . Sagarro 287
. . Vantius 326
Anna Binſia 144
Antiochus Brundo 324
Antonius Aioſſa 324
. . Ampigolrius 218. 305
. . Averarius 119
. . Augult. 241
. . Boſius 252
. . Carata 229
. . Cicarella 255
. . Caracciolus 216
. . Carvallius 256
. . Coninefteinius 144
. . Covarruvias 256
. . Cordubenſis 177
. . de Ballinghem 284
. . Comes 132
. . Diana 317
. . Demochares 109
. . de Eſcobar & Mendoza 325
. . Ponſeca 143
. . Florebellus 230
. . Laſainus 117
. . de Ribera 309
. . Gallonius 251
. . Genardus 230
. . Gevarra 153
. . Gava 181
. . Goveanus 257
. . Hovæus 202
. . Hauetus 229
. . Honcala 161
. . Jordinus à S. Floro 324
. . Mancinellus 115
. . Marinarius 324
. . Maria Zacharias 134
. . Marſilius Columna 231
. . Melius 122
. . Meyerus 266
. . Methelicius 117
. . Molina 294
. . Naldius 324
. . Paccius 148. 233
. . Pinus 181
. . Poſſevinus 273
. . Perenottus Granvellanus 199
. . Quintanaduefias 302
. . Quærengus 323
. . Ruteus 312
. . Sanctarellus 293
. . Sanderus 312
. . Sorianus 128
. . Tabares 287
. . Vaſconcellius 290
. . Vercellenſis 120
. . Vulpes 323
Archangelus Carraccia 295
Armandus de Bello-viſu 118
Arnaldus Albertinus 135. 220
Arnoldus Badetus 118
. . Ferronus 197
. . Hauenſius 270
. . Mermannus 206. 231
. . Oſſatus 260
. . Paludanus 309
. . Saphorius 253
. . Veſalienſis 135
. . Wionus 235
Arnulfus Ruſeus 146
Aſcanius Columna 270
Athanaſius Germonius 302
Augerius Gislen. Busbequius 239
Auguſtinus Alveldianus 130
. . Antolinez 296
. . Barboſa 323
. . Dathus 117
. . de Trinitate 231
. . de Witte 323
. . Dodo 116
. . Fivizanus 231
. . Hunnæus 206
. . Loſcus 174
. . Maſcardus 295. 318
. . Moreſchinius 196
. . Niphus 136
. . Nunius à Delgadillo 315
. . Steuchus 144. 220
. . Trivultius 152
. . Valerius 264

BAlduinus Junius 304
Balthaſar Etzelius 266
. . Sorius 149
. . Werlinus 156
Baptiſta Ferrarienſis 118
. . Fiera 126
. . Fulgoſius 144
. . Guarinus 263
. . Judex 207
Barnabas Briſſonius 227. 235
. . Kearnæus 309
Bartholomæus Amantius 164
. . Baphius 174
. . Botta 212
. . Camerarius 164
. . Carranza 205
. . de Martyribus 225. 228
. . de Spina 123
. . de Uſingen 130
. . Fajus 189
. . Fiſenas 324
. . Fumus 148
. . Georgevicius 151
. . Gramondus 330
. . Latomus 153
. . Petrus Lintrenſis 300
. . de los Rios y Alang. 328
. . Salutius 239




Digitized by Google

Bartholomæus Senenſis 295
. . Torreſius 202
. . Valperga 294
. . Ugolinus 252
. . Zucchius 271
Baſilius Pontius 294
. . Zanchius 169. 216
Bellaji tres fratres 152
Bellinus Paduanus 125
Belmontus Cagnolus 259
Benedictus Accoltius 157
. . Arias Montanus 248
. . de Bacquere 326
. . Falcus 141
. . Halttenius 326
. . Horbeſtus 236
. . Juſtinianus 277
. . Palmius 245
Berardus Bon-Joannes 219
Bernardus Bahuſius 285
. . Baſinus 118
. . Gomeſius 178
. . Luxemburgius 137
. . Roſſignolus 278
. . Rottendorffius 315
. . Salinus 269
Bernardinus Sandovallius 191
Bernardus Scardeonius 167
Bernardinus de Villegas 329
Bertrandus Argentreus 228
Blaſius Melaneſius 116
. . & Joan. Monlucius 196
. . Ortizius 149
. . Viegas 250
Boëtius Epo 252
Bonaventura Nepos 122
. . Dernoyus 315
Bonifacius Simoneta 120
. . Vitellinus 134
Brachius Martellus 175
Bruſſanus Columbus 131

CÆſar Baronius 266
Cæſar Becillus 308
Cæſar Eugenius Caracciolus 308
Cajenatrnus Thilnæus 127
Camillus Campegius 170
. . Lellius 281
Carolus ab Arembergh 326
. . à Baſilica Petri 263. 280
. . Borromæus 221
. . Mansfeldius 336
. . V. Imperator 166
. . Bouillus 179
. . à Lotharingia 199
. . Langius 207
. . Myddelton 326
. . Sagerius 238
. . Scribanus 323
Caſpar, vide Gaſpar
Chocorella 145
Chriſtianus Cellarius 142
. . Maſſæus 143
Chriſtianus Urſitius 225
Chriſtophorus à Caſtro 281
. . Ægidius 267. 271
. . à S. Antonio 128
. . à Capite Fontium 207
. . Avendanius 299
. . Browerus 278
. . Butkens 318
. . Caſalenſis 129
. . Clavius 277
. . de Fonſeca 258
. . Landinus 119
. . Longolius 126
. . Madridius 194
. . Maraſca 262
. . Marcellus 125
. . Maſſeus 143
. . Patavinus 239
. . Richerius 144
. . Sanctoriſius 175
. . Suſtellus 281
Chryſoſtomus Caſalenſis 129
. . Henriquez 334
. . Javellus Canapitius 132
Claudius Aquaviva 281
. . Clemens 322
. . Cruſordus 148
. . de Rota 123
. . Eſpencæus 186
. . Guiliaudus 143
. . Marius Aretius 147
. . Hemeræus 297
. . Martinus Bajardus 146
. . Sanctesius 187
. . Rangalius 291
. . Seiſellus 125
. . Viexmontius 134
Clemens Araneus 150
. . Monilianus 181
Conradus Bavarus 128
. . Brunus 176
. . Clingius 176
. . Collinus 139
. . Goclenius 138
. . Vecerius 132
. . Vimpina 131
Conſtantinus Buccafocus 218
. . Cajetanus 285
Conſtantius Applanus 118
. . Sarnanus 227
Cornelius à Breda 314
. . Crocus 155
. . Curtius 308. 325
. . Gemma 209
. . Janſſenius Gandavenſis 203
. . Lancilottus 286. 300
. . Muſius 188
. . Muſſus 196
. . Schepperus 127
. . Schultingius 267
. . Snecanus 120
. . Valerius 207
. . Wishavæus 197




Digitized by Google

Cosmas Damianus Hortolanus 178
. . Magalianus 291
. . Palma Fontejus 175
Cunerus Petrus 209
Cyprianus Benetus 120
Cyprianus Crœsels 325. 331
. . Monach. Ciſtert. 174
. . Stapert. 220
. . Suarez 251
DAmianus Craſſus 121
Damianus Goeſius 151
Damianus Roſſius Bonon. 232
Daniel Agricola 125
Daniel Barbarus 182
David à Mauden 314
Dermicius Thadæus 225
Deſiderius Eraſmus 139
Didacus Covarruvias 205. 213
. . à Stunica 216
. . de Bæza 318
. . Daza 300
. . Deza 121
. . de Zelada 318
. . Lopes Stunica 131
. . Lopes Bringellianus 328
. . Martinez à Coria 264
. . Mendoza 201
. . Niſſenus 332
. . à Payna 174
. . Perezius 183
. . Saavedra 327
. . de Silva 328
. . Stella 212. 218
Dionyſius Lambinus 178
Dominicus Bannes 232. 265
. . Buchius 132
. . Grimanus 127
. . Ruzola 303
. . Sotus 148
. . Tuſchus 288

EDmundus Augerius 236
Elmundus Campianus 215
Eduardus Leus 148
Eduardus Sandius 254
Elias Capreolus 122
Eligius Baſſæus 306
Egbertus Spitholdius 296
Elizæus Venturius 263
Emanuel Dalmada 181
. . de Naxera 329
. . Pimenta 258
. . Romanus 314
. . Sa. 237
Emerius Bonus 188
Engelbertus Deſbois 311
Eraſmus Stella 131
Erycius Puetanus 314
Everardus Billichius 172
. . Mercurianus 211
. . Waſſeonbergius 219
Eugenius Piſaurienſis 170
Euſtachius Sichenius 127

Eutychius Cordeſius 159
FAbricius Pallavicinus 254
Famianus Strada 313
Felicianus Capitonius 212
. . Mignarda 183
Felix Contelorius 309
. . Pratenſis 169
Ferdinandus de Caſtro-Palao 308
Ferdinandus Lopezius de Caſtanneda 272
Ferdinandus Nonius 155
. . à S. Victore 273
. . Rebellus 268
. . Ugellus 309. 331
Ferreolus Locrius 280
Flamin. Cereſola 304
. . Nobilius 208
Floravantes Martinellus 308
Florentius ab Hanswyck 334
Florianus Ocampius 210
Florimundus Ræmundus 211
Fortunatus Scacchus 301
Fortunius Garcias 191
Franciſcus Adornus 224
. . Amicus 308. 334
. . Aquillonius 278. 282
. . Alciatus 210
. . Arias 265
. . àS. Angelo 263
. . àS. Maria 334
. . à Pace 279
. . Balduinus 192
. . Balearius 303
. . Battaglinus 308
. . Baudinus 279
. . Belcarius 280
. . Bencius 235
. . Boluitus 308
. . Bonadus 132
. . Bonaventura 236
. . Borgia 190. 274
. . Boutonus 299
. . Bozzius 253
. . Carvaiolus 131
. . Cordubenſis 125
. . Coſterus 285
. . Craneveldius 178
. . de las Cuevas 242
. . de Spinoſa 276
. . de Zuniga 295
. . Diagus 258
. . Forerius 209
. . Georgius 276
. . Goethalſius ſeu Bonicoll. 219
. . Hæmus 251
. . Haræus 300
. . Horantius 206
. . Iſella 331
. . Labata 280
. . Lanovius 313
. . Lombardus 170
. . Longus à Coriolano 331
. . Loriot 314
. . Lucas 285


Fran-

Digitized by Google

Franciſcus Luchetus 121
. . de Lugo 328
. . Mantica 280
. . à S. Maria, 334
. . Maria Taureſius 252
. . Maurolicus 202
. . de Mendoza 296
. . Mendoza 160
. . Nicolaus 131
. . Orantius 174
. . Ortiſius 143
. . Oſſunenſis 132
. . Patricius 132. 266. 267
. . Paulanus 119
. . Pavonus 304
. . Picolomineus, vid. Pius III. Papa 117
. . Polygranus 194
. . Pontanus 149
. . Puteanus 136
. . Quareſimus 225
. . Raphelengius 277
. . Richardotus 236. 195
. . Ribera 229
. . Reverius 229
. . Rothomagenſis 330
. . Romæus 125
. . Ruæus 150
. . Saleſius 286
. . Sarmientus 253
. . Scencquius 211
. . Sfondratus 153
. . Silveſtrius 130
. . Silvius 312
. . Sonnius 203
. . Strada 106
. . Suarez 285
. . Tarapha 132
. . Titelmannus 233
. . Toletus 236
. . Turrianus 221
. . Turnonius 187
. . Vatablus 149
. . Venerius 210
. . Vergara 140
. . Veronius 307
. . Vicedominus 174
. . Vita 188
. . Xaverius 155
. . Ximenius 124
. . à Xodar 308
. . Zamora 174
. . Zypæus 320
Fredericus Bartſcius 272
. . Commandinus 202
. . Fornerus 220
. . Furius 242
. . Nauſea 153
. . Scenquius 211
. . Staphylus 217
Fronto Ducæus 220. 290
Fulvius Urſinus 253
GAbriel Bareletus 122
Gabriel Barulus 122
Gabriel Brunus 121
. . Faernus 198
. . Maria 133
. . Palæottus 240. 244
. . Prateolus 179
. . Putherbeus 134
. . Vaſques 260
Galeatius Brugora 174
Garcias de Sylva 287
. . Loaiſa 250
Gaſpar Bazzæus 162
. . Bruſchius 157
. . Cardillus 174
. . Caſalius 177. 211
. . Cervantes de Gaeta 201
. . Contarenus 146
. . de Simeonibus 305
. . à Foſſa 174
. . Ferrantius 174
. . Fontius 305
. . Francus 219
. . Gonzales 222
. . Hurtadus 300
. . Jongelinus 317
. . Macer 186
. . Murtula 262
. . Querhamerus 138
. . Ruthardus 306
. . Sanchez Granat. 229
. . Sanchez Centumput. ibid.
. . Sanctius 293. 305
. . Sengerus 132
. . Triſſinus 312
. . Varrerius 185. 226
Gaufredus Bouſſardus 120
Gentianus Hervetus 170
Georgius Agricola 174
. . Arminiacus 247
. . Buſtus 179
. . Colvenerius 311
. . Conæus 312
. . Draſcovitius 174
. . Dux Saxo 135
. . Ederus 179
. . Ethrigius 250
. . Faber 186
. . Sauromanus 131
. . Stengelius 322
. . Valentia 257
. . Vaſarius 201
. . Wicelius 133
. . Willerus 232
Gerardus Bonjoannes 219
. . Bucoldianus 146
. . Buſæus 219
. . Corſelius 309
. . Lorichius 152
. . Matthiſius 196
. . Moringus 161
. . Voſſius 279
Germanus Brixius 152
. . Forget 330
Gilbertus Genebrardus 237




Digitized by Google

Gilbertus Philaretus 197
Godescalcus Holen 120
. . Rosemundus 129
. . Tilmanous 155
Godefridus Wendelinus 325
Gonevani tres 181
Gregorius a Valentia 257
. . Cortelius 150
. . Lopez 271
. . Macropedius 161
. . Nunius 246
. . Sayerus 256
. . XV. 290
Grimaldus Monachus 256
Gualterius Gravius 129
Guernericus 130
Guido Bentivolus 313
. . Brianſonius 125
. . Faber 174
Guilielmus Alanus 171. 234
. . Baldeſanus 229
. . Budæus 144
. . Canterus 202
. . Caourſinus 114
. . Chryſolneus 262
. . de Fonte Najo 176
. . Eiſengrenius 179
. . Eſtius 278. 299
. . Gaudanus 131
. . Gentius 209
. . Gibieuf 322
. . Houpellandus 116
. . Inſulanus 150
. . de Lants-Heere 329
. . Lamerman 311
. . Lilius 137
. . Lindanus 225
. . Malmesburienſis 261
. . Manderſtonus 130
. . Mercerus 307
. . Morellius 198
. . Oonſelius 321
. . Paradinus 167
. . Paruus 130
. . Peraldus 283
. . Pipinus 131
. . Redoanus 208
. . Rouillus 125
. . Sirletus 222
. . Spoelbergius 322
. . Stuchius 272
. . Zenocarus 190
Gondiſaluus Argoees Molina 224
Gundiſaluus Illeſcas 211
Gundiſaluus Pinarius 198
Gutbertus Tonſtallus 137

HAdrianus Lyræus 329
Hannibal Cruccius 205
Henricus Cucquius 270
. . Octavus Anglorum Rex 126
. . Henricus Fitz-Simon 280
. . Gravius 228
Henricus Gravius 228
. . Helmeſius 172
. . Huntindorienſis 261
. . Joliffus 195
. . Lancilottus 301
. . Ludovicus Caſtanæus 296
. . Luſitanus 211
. . Paludanus 295
. . Regius 137
. . à Sancto Hieronymo 174
. . Sedulius 254
. . Spondanus 333
. . Zoëſius 313
. . Vicus 237
. . Uranius 168
. . Willotius 249
. . Zupæus 315
Heribertus Rosweydus 286
Hermannus Hugo 325. 300
Hermannus Lethmatius 158
Hermannus Thiræus 231
Hermes Clerus 310
Hieremias Drexelius 305
. . Ferrerius 281
. . Pierſenæus 311
Hieronymus Apulus 139
. . Æmilianus 140
. . Aleander 145
. . Amaltheus 202
. . à S. Maria 302 305
. . Busldius 122
. . Capedronus 273. 269
. . Cardanus 175
. . Columbus 292. 321
. . Cortonenſis Epiſc. 175
. . de la Cruz 302
. . Donatus 114
. . Emſerus 130
. . Faſolus 323
. . Floravantius 300
. . Gigas 188
. . Gratianus 279
. . Guevara 300
. . Hangeſtus 141
. . Hermus Bolſecus 194
. . Lauretus 205. 276
. . Magius 187
. . Monopolitanus Apulus 139
. . Natalis 214
. . Niger 175
. . Oleaſter 151
. . Oſorius 185
. . Paulus 114
. . Platus 232
. . Pradus 235
. . Ragazzonus 175
. . Romanus 154
. . Rubens 190
. . Savanarola 115
. . Seripandus 175
. . Surita 210
. . Tergulinus 146
. . Torres 275




Digitized by Google

Hieronymus Torrenſis 217
Hieronymus Verleniuś 223. 229
. . . Vielmus 215
. . . Wolfius 272
. . . Xaverius 282
. . . Ximenius 172
Hilarius à S. Auguſtino 334
Homerus Tortona 271
Horatius Turſellinus 251
Hubertus Phaleſius 219
Hugo Boncompagnus 221
Hugo Fridevallius 171
Hippolytus Eſtenſis 222

JAcobus Accarifius 322
Jacobus Albericus Saluicus 268
Jacobus Amiotus 227
. . Antonius Middelburgius 249
. . Auguſtus Thuanus 272
. . Bajus 227
. . Bidermannus 308
. . Billius Prunæus 213
. . Bolducius 325
. . Bonfrerius 293. 302
. . Bozius 253
. . Ceratinus 139
. . Cheyneus 326
. . Cujacius 228
. . Davius Card. Perron 297
. . Eyckius 324
. . Faber, Stapulenſis 127
. . Ferruſius 184
. . Fontanus 126
. . Gaffarellus 322
. . Granadus 323
. . Goar 330
. . Gordonius 306
. . Gretſerus 292
. . Gualterus 270
. . Hoochſtratanus 130
. . Hugonius 199
. . Janſonius 293
. . Laymus 180
. . à Loghenhagen 277
. . Latomus Senior 147. 153
. . Latomus Junior 153
. . Ledeſma 197. 231
. . Meierus 156
. . Meizatus 289
. . Mercatus 277
. . Merlinus 128
. . Middendorpius 275
. . Monilius 123
. . Naclantus 172
. . Noguera 173
. . Omphalius 154
. . Pamelius 223
. . Perronius 283
. . Pintus 322
. . Pontanus 287
. . Raymundus à Gavio 267
. . Sadoletus 149

Jacobus Salianus 289. 304
. . Sannazarius 133
. . Scepperus 159
. . Segers 316
. . Simancas 176
. . Sirmondus 311
. . Tevius 181
. . Tuſanus 173
. . Tyrius 236
. . Veldius 210
. . Vivecus 229
. . de Voragine 282
. . Wemmerius 308
. . Zieglerus 120
Janus Nicius 317
Janus Pyrrhus 149
Jaſon Mainus 123
Ignatius Loiola 143
Joachimus Hopperus 204
Joachimus Perionius 169
Joannes Abercrombius 246
. . à Bononia 161
. . Adelphus 120
. . Alba 260
. . Albertus Widmanſtadius 164. 219
. . Alexander 140
. . Alfonſus Curiel 284
. . Algrinus 125
. . Aloyſius 288
. . Aloyſius Cherchiarus 311
. . Antonius Beuterus 197
. . Antonius Bovius 246. 289
. . Antonius Flaminius 140
. . Antonius Valtrinus 230
. . Apobolymæus 130
. . à Porta 257
. . Altenſtaig 122
. . à Ludegna 175
. . Annius Viterbienſ. 115
. . Arcerius Theodoretus 276
. . Avila 183
. . Aurelius Augurellus 123
. . Azor 258
. . Bagotius 329
. . Baptiſta à Glano 246
. . Baptiſta Agnerius 195
. . Baptiſta Ateſtinus 152
. . Baptiſta Burg 212
. . Baptiſta Camotius 214
. . Baptiſta Cardona 212
. . Baptiſta Caſtaldus 311
. . Baptiſta Coccinus 288
. . Baptiſta Ferrarius 304
. . Baptiſta de Lezana 292
. . Baptiſta Ficlerus 208
. . Baptiſta Folengius 152
. . Baptiſta Gramajus 305
. . Baptiſta Hadrianus 209
. . Baptiſta Montalbanus 325
. . Baptiſta Oſtienſis 304
. . Baptiſta Maſculus 328
. . Baptiſta Pigna 276




Digitized by Google

Johannes Baptista Romanus 231
. . Baptista Rosellus 114
. . Baptista Scortia 293
. . Baptista Spadius 275
. . Baptista Stella 250
. . Baptista Villalpandus 267
. . Baptista Uwenius 335
. . Bechius 271
. . Bellay 131
. . Benedictus 175
. . Bernardus Dias 160
. . Bernardus Felicianus 148
. . Blærus 115
. . Bochius 271
. . Bollandus 318
. . Bonifacius 265
. . Borderus 147
. . Briardus 124
. . Brodæus 156
. . Bunderius 162
. . Busæus 275
. . Calderinus 200
. . Campensis 138
. . Candidus 125
. . Cardo Moronus 175
. . Cannartus 242. 249.
. . Casa 190
. . Casæus 253
. . Chaneisus 127
. . Chapeavillus 283
. . Cheron 322
. . Christoph. Calvetus Stella 160
. . Chrysost. van der Sterre 333
. . Cochlæus 156
. . Coebachius Hallerus 137
. . Costerius 170
. . Cotovicus 285
. . Crabbius 245
. . Crispinanus 131
. . Cuvillonius 215
. . Dagonæus 294
. . Dampetrus 154
. . Daventriensis 134
. . de Burgo 130
. . de Madriaga 294
. . Demsterus 250
. . de Salas 276. 277
. . Dietenbergius 135
. . Dubliulius 254
. . Docæus 154
. . Driedo 137
. . Dubravius 157
. . Eckius 147
. . Enen 147
. . Eusebius Nirembergius 307
. . Faber 144. 151
. . Ferdinandus 237
. . Ferrerius 143
. . Ferus 158
. . Fischerus 136
. . Franciscus Brixianus 120
. . Ferdericus Lummius 256
. . Gagneius 150
. . Garetius 186
Joannes à Gauda 316
. . Geiler 120
. . Gelida 195
. . Genesius 191
. . Gevartius 314
. . Gibalinus 336
. . Gibonus 226
. . Gonzaga 289
. . Gonzales de Mendoza 239
. . Goropius 189
. . Grodecius 177
. . Gropperus 168
. . Guil. Harlemius 206
. . Hajus, Belga 279
. . Hajus, Scotus ibid.
. . Hasselius 155
. . de la Haye 309
. . Heidenus 176
. . Hentenius 180
. . Hemelarius 321
. . Hesselius 180
. . Hieron. Albanus 157
. . Hieron. Sopranius 319
. . Honorius 319
. . Hofmeisterus 176
. . Jacobus Chiffletius 326
. . Isaacus 208
. . à Jesu Maria 335
. . Justus Lanspergius 143
. . Lascaris 128
. . Latinus 191
. . Latomus 152
. . Lazardus 125
. . Lenseus Belliolanus 233
. . le Paige 303
. . Livinejus 248
. . Lorinus 324
. . Ludovicus de la Cerda 315
. . Ludovicus Vivaldus 116
. . Vives 150
. . Lugus 318
. . de Lugo 328
. . Magnus 157
. . Maire 141
. . Maldonatus, Burgensis 154
. . Maldonatus Soc. Jesu 247
. . Mantelius 325
. . Marnixius 330
. . Marshallus 251
. . Maria de Monte 217
. . Mariana 291
. . Maria Velmatius 142
. . Maria Verratus 175
. . Martinus de Ripalda 308
. . Martinus Siliceus 161
. . Marquez 289
. . Matthæus Cariophylus 307
. . Matthæus Grillus 182
. . Mensiagus 130
. . Mercatus 277
. . Mercerus 219
. . Mercurius 117
. . Merlinus 307




Digitized by Google

Joannes Michael 127
—— Micon 152
—— Midonius 303
—— Molinetus 216
—— Monluccius 196
—— Morinus 300
—— Murmellius 141
—— Mocquerius 316
—— Nicolaus Arelatanus 166
—— Nunnus 326
—— Noppellius 267
—— Novelius 275
—— Olivarius 121
—— Oranus 258
—— Oforius 235
—— Palæzius 118
—— Paludanus 321
—— Paulus Donatus 213
—— Paulus Lancelottus 206
—— Paulus Windet 293
—— Peffercornus 122
—— Peleterius 199
—— Petrus Caraffa 168
—— Petrus Juffanus 219
—— Petrus Maffæus 258
—— Petrus Moneta 316
—— Petrus Ferrettus 161
—— Philippus Vorburgius 145. 330
—— Picardus Bellovacus 277
—— Picus 129
—— Pierius 132
—— de Pineda 309
—— Piftor 157
—— Piftorius Nidanus 225. 267
—— Pitheus 282
—— Pitfius 290
—— Placentius 131
—— Polancus 205
—— Potcanus 116
—— Porteſius 181
—— Pucanus 288
—— Pyrrhus 123
—— Quintinus 173
—— Quinquarboreus 147
—— Raulinus 121
—— Reuchlinus 123
—— Riccius 216
—— Rioche 225
—— Rivius 328
—— Roa Avila 273
—— Roberti 302
—— Secundus 142
—— Severanus 306
—— Siliceus 151
—— Slotanus 160
—— Soarez 240
—— Sonrezius 277
—— Soteallus 182
—— Standoncus 118
—— Stella 119
—— à S. Stephano 308. 316
—— Stephanus Durantius 226. 230
—— Stephanus Menochius 303. 331
—— Stozzius 175
—— Surius 324
—— Tabienſis 125
—— Tarchagniota 121
—— Taſſelon 329
—— Tetzelius 122
—— Theodoricl 273
—— Tilius 186
—— Tollenarius 307
—— Tomcius 308
—— Traverſius 137
—— Trithemius 114
—— Valerius Vitiugus 282
—— Valero 281
—— Vaſæus 166
—— Vercius 295

Joannes Vergara 166
. . Verſoſa 200
. . Viguerius 277
. . Villetanus 175
. . Vincentius ab Aſtorga 249
. . Vocllus 273. 264
. . Wameſius 247
. . Wiggerus 306
. . Woverius 312
. . Zamoſcius 264
. . Zapata 272
. . Zuallart 272
Joſephus à Coſta 249. 225
. . Caſtalio 307
. . Lentus 285
. . Maria Suareſius 304
. . Pamphilus 211
. . Stephanus 232
Iſaacus Caſaubonus 313
Iſidorus à Meſſina 283
. . Clarius 164
. . Iſolanus 121
Judocus Badius 124
. . Beiſelius 115
. . Clichtovæus 135
. . Coccius 292
. . Daniel ouderus 214
. . Lorichius 294
. . Raveſtenius 183
Julianus Vivianus 289
Julius Caſtelm. 310
. . Cæſar Recupitus 306
. . Cæſar Scaliger 167
. . Chiffletius 327
. . Lavorius 305
. . Nigronus 287
. . Pflugus 177
. . Priſcianenſis 212
. . Roſcius 247
. . Sirenius 175
. . Solimanus 306
Juſtus Baronius ſive Calvinus 257. 261
. . Lipſius 261
. . Ricquius 297
Lactantius Domavinus 262
Lælius Capilupus 198
Lælius Guidiccionus 311
Lælius Zecchius 259
Lævinus Ammonius 46. 218
. . Lemnius 233
. . Torrentius 263
Lambertus Averus 194
. . Gruterus 194
. . Hortenſius 218
. . Schenckelius 267
Lancelotus Politus 120
Latinus Latinius 243
Latomi 153
Laurentius Arturus 230
. . Chiffletius 327
. . Campegius 142
Laurentia Strozzia 342
Laurentius Beyerlinck 293
. . Cayrola 334
. . Cuperus 263
. . Empolus 296
. . Forerius 324
. . Lantmetrius 304
. . Ramirez de Prado 283. 319
. . Scalabonius 309
. . Surius 207
. . Villa-Vincentius 180
. . Urſellius 310
Lazarus Bonamicus 150
Lazarus Broichorus 199
Lazarus Superantius 253
Leander Albertus 152
Lælius Biſciola 300
Lælius & Julius Caprilupi 198




Digitized by Google

Leo Allatius 317
Leo Caſtrius 222
Leo X. Papa 123
Leonardus Coquæus 330. 192
Leonardus Duardus 285
Leonardus Lauredanus 329
Leonardus Leſſius 288
Leonardus Marius 285. 293
Leo Sanctius 321
Levinus, vide Lævinus 116
Libertus Epiſc. Beryt.
Libertus Fromondus 311
Lucas Caſtellinus 324
Lucas de Montoya 320
Lucas Gauricus 141
Lucas Holſtenius 318
Lucas Wadingus 225. 318
Lucius Andreas 185
Lucius Marinæus 134
Luretius Tiraboſcus 175
Ludovicus Avila 159
Ludovicus Bloſius 179
Ludovicus Borbonius 326
Ludovicus Carbajalus 151
Ludovicus Carrio 295
Ludovicus Creſſolius 301
Ludovicus Crucius 260
Ludovicus Maratius 306
Ludovicus de Montoya 241
Ludovicus Donius Attichius 292
Ludovicus Fidelis 174
Ludovicus Gongora 302
Ludovicus Granatenſis 224
Ludovicus Guicciardinus 221
Ludovicus Johannes Vilcranus 174
Ludovicus Legiouenſis 221
Ludovicus Molina 255
Ludovicus Odeſpun 330
Ludovicus Pontanus 291
Ludovicus Richeomus 294
Ludovicus Rivierus 307
Ludovicus Tribaldus 301
Magdalius Jacobus 119
Marcellus Franckemius 312
Marcellus Macedonius 312
Marcellus Manſius 304
Marcellus Megallius 285
Marcardus Freherus 225
Marcus Antonius Alegrius 320
Marcus Antonius Bobba 202
Marcus Antonius Columna 244
Marcus Antonius Maceratenſis 304
Marcus Antonius Muretus 226
Marcus Antonius Natta 173
Marcus Antonius Petilius 324
Marcus Antonius Scipio 305
Marcus Aurelius Fentri 216
Marcus Beneventanus 173
Marcus Guadalaxara 315
Marcus Henningus 225
Marcus Hieronymus Vida 177
Marcus Ludovicus de Veja 240
Marcus Mantua 145
Marcus Marinus 212
Marcus Marulus 121
Marcus Nevianus 195
Marcus Vigerius 121
Marianus Victorinus 174
Marius Alterius 247
Marius Curtellius 329
Martinus ab Azpilcueta 222
Martinus Antonius Delrius 268
Martinus Bonacina 301. 306
Martinus Carazius 120
Martinus Cromerus 190
Martinus de la Vera 301
Martinus Dorpius 129
Martinus Duncanus 228
Martinus Eiſengrenius 208
Martinus l'Hermite 318
Martinus Ledeſma 197
. . Lipſius 158
. . à Matre Dei 335
. . Olavius 160
. . Roa 312
. . Rohas 175
. . Rythovius 220
. . Smiglecius 282
. . Verdugus 276
. . Malacrida 277
Matthæus à Caſtro 263
Matthæus Adrianus 138
Matthæus Boſſulus 174
Matthæus Boſſus 112
Matthæus Raderus 302
Matthias Aquenſis 122
. . Boſſemius 245
. . Bredenbachius 168
. . Caſimirus 305
. . Faber 334
. . Gorlæus 192
. . Herbenus 115
. . Hugonius 119
. . Hovius 294
. . Launoius 252
. . Pauli 320
Maximilianus I. Imperator 123
Maximilianus Benjamus 120
Melchior Incoferus 324. 335
Melchior Rotelius 291
Mercurius Vipera 122
Michael ab Iſelt 218
Michael Alfonſus à Carança 266
Michael Auguſt. Bonarota 201
Michael Bajus 227
Michael Bultelius 228
Michael Carança 123
Michael Franciſcus 116
Michael Giſlerius 315
Michael Heldingus 170
Michael Heſtonita 306
Michael Hoyerus 312
Michael Joannes Vim-bodinus 291
Michael Munocius 316
Michael Oronſuſperus 125
Michael Paludanus 321
Michael Salon 122
Michael Silvius 185
Michael Thomaſius 184
Michael Thomas Salonus 241
Natalis Beda 131
Natalis Bailletus 199
Neophytus Rhodinus 302
Nicaſius Baxius 312
Nicaſius Ellebodius 128
Nicaſius Aurificus 186
Nicolaus Bieſius 193
. . Bobadilla 231
. . Boerius 150
. . Bocherius 199
. . Bonartius 273
. . Borbonius 154
. . Briſſius 199
. . Cauſſinus 320
. . Clenardus 146
. . Coeſtœus 292
. . Cruſenius 296
. . Everardus 133. 197
. . Faber 272
. . Grandis 141
. . Grudius 142
. . Harpsfeldius 206
. . Herbonus 134
. . à Jeſu Maria 335
. . Maillardus 199
. . Montmorentius 282
. . Niſæus 126
. . Orlandinus 265
. . Pellicerius 154
. . Elovæus 115




Digitized by Google

Nicolaus Remigius 235
. . Riccardius 202
. . Rigaltius 303
. . Sanderus 209
. . Scorbergius 120
. . Villagagnonus 180
Obertus Gifanius 264
Octavianus de Tufo 299
Octavianus Pantagathus 198
Odoricus Raynaldus 330
Olivarius Hattemius 273
Olivarius Vredius 316
Oliverius Bonartius 300
Oliverius Maillardus 116
Onesimus de Kien 329
Onuphrius Geraldinus 324
Onuphrius Panvinius 182
Orontius Finæus 141
Ortuinus Gratius 141
Otho Truchsesius 192
Otho Zilius 323
Othomarus Luscinius 125
PAduanus Crassus 148
Paulus Annicola 137
Paulus Bersius 282
—— Bombinus 259
—— Comitolus 296
—— Cortesius 119
—— Girlandus 139
—— Gvidellus 171
—— Guidottus 273
—— Jovius 196
—— Justinianus 130
—— Laymannus 304
—— Manutius 177
—— Metezellus 225
—— Middelburgius 135
—— Offæus 265
—— Palacius 191
—— Paruta 247
—— Piasecius 330
—— Scriptor 117
Perafan de Riviera 315
Petrus Ægidius 134
Petrus Alargona 288
—— Alfonsus 118
—— Angelus Bargæus 276
—— Antonius Beuterus 219
—— Arcudius 285. 295
—— Bacherius 255
—— Berchorius 309
—— à Boexelaer 327
—— Bembus 148
—— Blanchot 303
—— Blomevenus 139
—— Bovius 125
—— Bulengerus 178. 226
—— Burrus 119
—— Canisius 237
—— Castellanus 303
—— Chirinus 260
—— Ciaconius 213
—— Coretus 257
—— Costus 152
—— Cottonus 292
—— Covarruvias 132
—— Crabbius 152
—— Crinitus 197
—— Cunæus 300
—— Danesius 152
—— de Arragon 241
—— de Monte 120
—— de Vega 216
—— Dinet 280
—— Fonseca 250
—— Fontidonius 174
—— Fovrerius 255
—— Fragus 164
—— Franciscus Chiffletius 327
—— Frontidonius 191
Petrus Galatinus 123
—— Gallandius 173
—— Galesinius 202
—— Gaubacurta 285
—— Garcias Galazza 212
—— Georgius Tolosanus 224
—— Gillius 152
—— Grimaldus 289
—— Jacobus Baccius 319
—— Joannes Nunnesius 243
—— Joannes Perpinianus 198
—— Justinianus 176
—— Jussanus 289
—— Lizetius 156
—— Loycx 333
—— Ludovicus 257
—— Malonus 259
—— Marcutus f. Morcatus 174
—— Maria Campus 259
—— Martyr Anglerius 117
—— Mexia 159
—— Michael 235
—— Morales 280
—— Nannius 162
—— Opmerus 243
—— Pantinus 274
—— Paulus Parisius 148
—— Pecquius 226
—— à Pedrosa 283
—— Petrinii 280
—— Postnaviensis 318
—— Ramus 173
—— Ravennas 119
—— Rebuffus 154
—— Ribadeneira 274. 276
—— Richardus 123
—— Rivius 115
—— Roestius 316
—— Rossetus 122
—— Roverius 309
—— Rua 154
—— Searga 272
—— Serranus 191
—— Simonius 260
—— Sotus 176
—— Subertus 117
—— Sutor 129
—— Tyræus 256
—— Valderama 273
—— Vallius Peregrinus 259
—— Vega 143
—— Villarsius 216. 278
—— Wastelius 319
—— Ximenius 244
Philippus Chiffletius 327
Philippus à S. Jacobo 327
Philippus Beroaldus 119. 128
Philippus Decius 139
Philippus d'Outreman 310
Philippus Ferrarius 271
Philippus Guadagnolus 303
Philippus Moncæus 287
Philippus Montanus 171
Philippus Nigrius 184
Philomæus Cornelii 320
Pius III. Papa 117
Pius V. 188
Placidus à S. Teresia 324
Placidus Parmensis 167
Polycarpus Riverius 285
Pompejus Cariglianus 267
Pompejus Columna 247
Pompejus Thomassinus 347
Prosper Rossetus 235
Porchetus Salvaticus 125
Prosper Sanctacrucius 251. 226
Prosper Stellartius 202
Publius Fontana 263

QUintilianus Mandosius 152




Digitized by Google

Raimundus à Vineis
Raimundus Breganius 217
Raphael Averſa 323
Raphael Bellocampius 309
Reginaldus Polus 306
Reinardus Lutzius 163
Reinerus Piſanus 125
Reinerus Snoius 118
Richardus Briſtoliuſ 140
. . Pacæus 251
. . Smithæus 132. 137
. . Stanihurtus 171
. . Waſenburgius 282
Ricobonus Rhodiginus 152
Robertus Bellarminus 253
. . Bormers 284
. . Cenalis 316
. . Goulletius 170
. . Licieuſis 138
. . Perſonius 115
. . Schirwodus 115
. . Suertius 138
. . Turnerus 316
. . Wacfeldus 255
. . Wacopius 138
Rochus Pirrus 266
Rodericus Acuna 305
Rodolphus Bainus 258
Ruardus Tapperus 161
Ruggerius Tritonius 167
Rutgerus Reſcius 244
138

SAlmonius Macrinus 142
Salvatorius à Serra 322
Sanctes Pagninus 144
Scævola Sammartanus 296
Scipio Cobellutius 270
Scipio Scambarus 321
Sebaſtianus Fantonus 290
Sebaſtianus Foxius 159
Sebaſtianus Medices 212
Seraphinus Caballus 174
Seraphinus Firmanus 145
Seraphinus Cumiranus 164
Seraphinus Olivarius 271. 272. 281
Sergius Riſius 300
Silvanus Raſtius 206
Silveſter Petraſancta 319
Sigiſmundus Scacchia 299
Silvius Antonianus 258
Simon Maillæus 194
Simon Majolus 273
Simon Pelegromius 253
Simon Portius 181
Simon Verepæus 241
Simon Vigor. 194
Sixtus Medices 161
Sixtus Senenſis 183
Stanislaus Giſephius 183
Stanislaus Hoſius 208. 246
Stanislaus Orichovius 176
Stanislaus Socolovius 230
Stanislaus Lubienius 331
Stephanus de Avila 298
. . Biverus 304
. . Brutifer 116
. . Bubalus 300
. . Coſtanus 295
. . Fagundez 308
. . Forcatulus 213
. . Garibajus 210
. . Gardinerus 157
. . Guyonius 298
. . Leinatius 212
. . Paris 154
Stephanus Paulinus 323
. . Vinandus Pichius 259
. . Weyms 297
Suffridus Petrus 234
Symphorianus Champerius 119

TAcitus Nicolaus Zegerus 168
Tadæus Perutinus 215
Tarquinius Gallutius 299
Terentius Alciatus 299
Theobaldus Thamerus 184
Theodoricus Adamæus 143
Theodorus Antonius Peltanus 221
Theodorus Foreſtus 299
. . Godefridi 279
. . Hœpingus 332
. . Rubeus 299
. . Suiſing 296. 316
. . Smiſing 316
Theophylus Rainaudus 323
Theſeus Ambroſius 145
Thereſia à Jeſu 262
Thomas Bozius 310
Thomas Burcherius 250
. . Campanella 302
. . Demſterus 250
. . de Jeſu 240
. . à Jeſu 335
. . Elitius 122
. . Gratianus 257. 297
. . Herrera 323
. . Hurtado 336
. . Hibernicus 220
. . Maſſuccius 301
. . Morus 136
. . Obicinus 324
. . Pulcher-Amicus 263
. . Radinus 125
. . Sanches 273
. . Stapletonus 171
. . à Villa Noua 172
. . Vius Cajetanus 135
Tilmannus Bredenbachius 160
Timotheus Ciabia Pimentelius 315
Torquatus Perottus 323
VAlentinus Paſchalius 325
Valentinus Rotmarus 220
Valeranus Varanius 121
Valerius Reginaldus 289
Ubertus Folieta 214. 242
Victor Giſelinus 263
Victorius Scialach 261
Viglius Zuichemus 204
Vincentius Antiſtitius Juſtinianus 216
. . Bandellus 118
. . Barralis 280
. . Brunus 236
. . Ciconia 182
. . Filiucius 285
. . Geminianenſis 141
Vincentii Juſtiniani plures 215
Vincentius Merius 216
. . Placentinus 159
. . Regius 280
. . Riccardius 325
. . Turretinus 302
. . Ugolinus 261
Vitalis Zuccolius 272
Vitus Miletus 269
Ulyſſes Aldrovandus 244
Wolfgangus Lazius 159
ZAcharias Lippelous 269
Zacharias Lilius 145
Zacharias Paſqualigus 329
Zacharias Salutienſis 305. 319


# INDEX.

Digitized by Google

AB Alexandro Alexander.
A Basilica Petri Carolus.
Ab Arembergh Carolus.
Ab Astorga Joan. Vincent.
Ab Azpilcueta Martinus.
Abercombius Joannes.
Ab Hanswijk Florentius.
A Bononia Joannes.
A Boxelaer Petrus.
A Breda Cornelius.
A Capite Fontium Christoph.
A Castro Alfonsus.
A Castro Christophorus.
A Castro Matth.
Accarisius Jacobus.
Acceoltius Benedictus.
A Coria Didacus Martinez.
A Coriolano Francisc. Longo.
A Costa Josephus.
Acuna Rodericus.
Adamantius.
Adamæus Theodoricus.
Adelgadillo August. Nonius.
Adelphus Joannes.
Adornus Franciscus.
Ægidius Christophorus.
Ægidius Pet.
Æmilianus Hieron.
Adrianus Matthæus.
A Fosso Gaspar.
A Gauio Jacob. Raymundus.
A Glano Joannes Baptista.
Agnerius Joannes Baptista.
A Gouda Joannes.
Agricola Daniel.
Agricola Georgius.
Aguillonius Franciscus.
A Jesu Theresia.
A Jesu Maria Nicolaus.
A Jesu Maria Thomas.
A Jesu Maria Joannes.
Aiossa Antonius.
Alagona Pet.
Alba Joannes.
Alanus Guilielmus.
Albanus Joannes Hieron.
Albertus Haluicus Jacob.
Albertinus Arualdus.
Albertinus Franciscus.
Albertus Joannes.
Albertus Leander.
Alciatus Franciscus.
Alciatus Terentius.
Aldrouandus Ulysses.
Alexander Hieronymus.
Alegrius Marcus Antonius.
Alfonsus Petrus.
Algrinus Joannes.
Alexander Joannes.
Allatius Leo.
A Loghenhagen Jacob.
A Lotharigia Car.
Aloysius Joan.
A Ludegna Joan.
Alteustaig Joan.
Alterius Marius.

Alueldianus Augustinus.
Amaltheus Hieron.
A Mansfelt Carolus.
Amantius Bartholomeus.
A Matre Dei Martin.
A Mauden David.
Ambrosius Theseus
A Mendozza Alfonsus.
A Messana Hidorus.
Amicus Franciscus.
Amiotus Iacob.
Ammonius Lævinus.
Ampigollus Antonius.
Amstelodamus Alard.
Andreas Lucius.
Annicola Paulus.
Annius Ioannes.
Antolinez August.
Antonianus Siluius.
Antonius Marcus.
A Payna Didacus.
A Paze Franciscus.
A Pedrosa Pet.
Applanus Constantius.
A Porta Ioannes.
A Præsentatione Ægidius.
Apobolymæus Ioan.
Aqvaviva Claudius.
Aqvensis Matthias.
Aqvillonius Franciscus.
Araneus Clemens.
Arcudius Pet.
Arelatanus Ioan. Nicolaus.
Argentræus Bertrandus.
Argoces Molina Gundisaluus.
Arias Benedictus.
Arias Franciscus.
Ariostus Alexand.
Arminiacus Georgius.
A S. Angelo Franc.
A S. Antonio Christophorus.
A S. Augustino Hilarius.
A S. Floro Antonius Iordinus.
A S. Hieronymo Henricus.
A S. Iacobo Philippus.
A S. Maria Franciscus.
A S. Maria Hieron.
A S. Stephano Ioannes.
A S. Victore Fred.
A Serra Saluatorius.
A S. Theresia Placidus.
A Stunica Didacus.
Atestinus Ioan. Bapt.
Attichius Lud. Donius.
A Tortona Albertus Berutus.
A Valentia Gregorius.
Auerus Lambertus.
Auila Ludovicus.
Augerius Edmondus.
Anglerius Pet. Martyr.
Auersa Raphael.
Auila Ioan.
A Villa nova Thomas.
A Vineis Raymundus.
Aurificus Nicolaus.
Augustinus Antonius.

Augurellus Ioan. Aurelius.
Axelius Ioannes Honorius.
Azor Ioan.

BAccius Pet. Iacobus.
Bacherius Pet.
Badetus Arnoldus.
Badius Iudocus.
Bagotius Ioan.
Bahusius Bernardus.
Bajanus Andreas.
Bainus Rodolphus.
Baius Iacob.
Baius Michael.
Baldesanus Guilielmus.
Balduinus Franc.
Balearius Franciscus.
Bandellus Vinc.
Bannes Dominicus.
Baphius Barthol.
Barbarus Daniel.
Barbosa Augustinus.
Bareletus Gabriel.
Bargeus Petrus Angelus.
Barlandus Adrianus.
Baronius Franc.
Baronius Iustus.
Baronius Cæsar.
Barrali Vincent.
Bartscius Fredericus.
Barulus Gab.
Bassæus Eligius.
Battaglinus Franciscus.
Bauarius Ægidius.
Bauchardus Almaricus.
Baudouinus Franc.
Baxius Nicasius.
Bazzeus Caspar.
Bechius Ioannes.
Becillus Cæsar.
Beda Natalis.
Beiselius Iudocus.
Belcarius Franc.
Bellaji Ioan.
Bellaji tres Fratres. p. 152.
Bellarminus Robertus.
Belliolanus Ioan. Lenseus.
Bellocampius Raphael.
Bellouacus Ioan. Picardus.
Bembus Pet.
Benius Franc.
Benedictus Ioan.
Benetus Cyprianus.
Beneventanus Marcus.
Beniamus Maximilianus.
Benterus Ioan. Antonius.
Bentiuolus Guido.
Berchorius Petrus.
Beroaldus Philippus.
Bertus Paulus.
Beuterus Petrus Antonius.
Beyerlinck Laurent.
Bidermannus Iacob.
Biesius Nicolaus.
Billichius Everardus.
Binetus Stephanus.

Franciscus à Sancta Maria, Hiſpanus Carmelita Diſcalceatus, Rector Collegii Baëcenſis, ſcripſit idiomate patrio *Hiſtoriam Prophetican Ordinis Carmelitani*, tomis aliquot in folio. Madriti apud *Didacum Diaz de la Carrera*. 1643.

Hilarius à S. Augustino, Hiſpanus Aragonenſis, Carmelita Excalceatus, per Belgiam & Burgundiam ſæpius Provincialis, optime de ſuo meritus Ordine, quem in Belgium inter primos invexit, doctrina præcellens magni, vivacisque vir ingenii, edidit *Vocem Tubæ Angeli lucis*, quo libello calumnias Apoſtatarum & Hæreticorum, quibus Religioſos Ordines & Catholicos afficere ſolent, valide & erudite diterſit. Bruxellæ in 4. typis *Velpianis* anno 1635.

Placidus à S. Teresia, natione Belga, patria Duacenſis, profeſſione Carmelita Excalceatus, S. Theologiæ Lector celebris, ſui Ordinis in Belgio primus Definitor, edidit, quas publice habuit variis in locis, *Orationes Theologicas* de Sanctis, quæ citra lucatæ dictionis phaleras, multiplicem eruditionis exquiſitæ ſuppellectilem continent Bruxellis, in 4. apud *Martinum de Bosſuyt*, anno 1648. Alia porro præ manibus habet quæ lucem publicam merentur.

Laurentius Cayrosa, Hiſpanus, Ordin. Prædicatorum, Sacræ Theologiæ Doctor, poſt obitum *Hieronymi Baptiſtæ de la Nuza* Venerabilis memoriæ Epiſcopi Balbaſtrenſis & Albarrazini, ex ejus ſcriptis originalibus collegit & Latinitate donavit ejus *Quinque Homilias de Auguſtiſſimo Altaris Sacramento & Sacroſancto Miſſæ Sacrificio*, Antverpiæ apud *Leſteenium* anno 1649. in fol. & 4.

Florentius ab Hanswyck Belga, Melchlinienſis, Ord. Fratrum Minorum Capucinorum Provinciæ Flandro-Belgicæ, Concionator ac Definitor, edidit *Cornucopiam Concionatorum*, abundantem enarrationibus ſymbolicis & moralibus diverſorum conceptuum: in quibus ſub ſpeculi ſimilitudine, una cum pluribus Electis ſacris, copioſe agitur de S. Virginis myſteriis, &c. quæ exacte & curioſe enucleantur, tomis 2. in fol. tertius brevi prodibit; omnes cum Indice quadruplici, ibidem.

Adrianus Moens, Antverpienſis, S. Theol. Licentiatus, cujus jam à triginta ſex annis Lectorem egit, edidit *Enchiridion Religioſorum*, quo tradit ſelecta quædam ex jure communi, patrio, Theologis, uſuque ordinario Regularium Congregationum cum ad ſorum internum tum ad externum ſpectantia, ibid. an. 1646. in 8.

CCXLIX. Matthias Faber, Germanus S. Theologiæ Licentiatus & Profeſſor ſimul, ex Parocho Neoforenſi, vernacule *Neumarck*, Paſtor ad D. Mauritii Ingolſtadii & Palatinatus Superioris per diœceſim Aichſtadianam Viſitator, nunc Societ. Jeſu, ſcripſit eruditiſſimum *Opus Concionum* tripartitum in fol. *De Dominicis & Sanctorum Feſtis totius anni*, quod auctius & correctius tertiis curis prodiit ibidem an. 1643. *Sylvam* ſive *Auctarium variarum Concionum*, quæ Tomum quartum conſtituent, brevi cum bono Deo quoque daturum ſe ſpondet. Vir eſt in Palatinatu de Religione Catholica optime meritus, modo ætate gravis fama longe lateque notiſſimus vivit. Edidit etiam *Controverſias contra Altorfienſes Profeſſores*.

Franciscus Amicus, Conſentinus, è Soc. Jeſu S. Theologiæ Doctor ac multis annis Profeſſor in Collegiis Aquilano, Neapolitano, Græcenſi, Viennenſi, nunc Univerſitatis Græcenſis Cancellarius, edidit *Curſum Theologicum*, juxta Methodum, qua in ſcholis Societatis ubique prælegitur annis quaternis, *D. Thomæ* ordini reſpondentem, in VIII. Tomos in fol. partitum. Additus eſt primum nonus Tomus *De Matrimonio*, quod opus in omnibus ſumme elaboratum eſt, ne antiquorum aut recentiorum doctrina, ſive Scholaſtica, ſive Moralis, deſideretur ab utriusque vel Profeſſoribus vel Auditoribus, ſed omnium commodo tota breviter, clare, ſubtiliter & ſolide pertractetur. ibid. anno 1649.

Chrysostomus Henriquez, Hiſpanus, patria Hortenſis, ex Ordine Ciſtercienſi S. Theologiæ Doctor & ſui Ordinis Hiſtoriographus Generalis, felici ſucceſſu ex pervetuſtis codicibus & probatis Scriptoribus edidit *Menologium Ciſtercienſe*, *Notationibus illuſtratum*. Adjunxit *Regulam*, *Conſtitutiones* & *Privilegia* ejusdem Ordinis, ac Congregationum Monaſticarum & Militarium, quæ Ciſtercienſe Inſtitutum obſervant; quod opus dicavit *Ferdinando Auſtriaco* Hiſpaniarum Infanti. Continet multas antiquitates, quæ in aliorum Hiſtoriis non reperiuntur, eleganti ſtilo expolitas, à prolixitate prorſus alienas & ſententiis neceſſariis exornatas, Antverpiæ. typis *Plantinianis* in folio an. 1630. Edidit & alia varia, quæ non vidimus.

Mar-

MARTINUS à MATRE DEI, Hiſpanus, Ordinis Excalceatorum, utpote quia omnibus id intereſt *Bene mori*, maximi momenti libellum edidit, quem inſcripſit *Gymnaſium Philoſophiæ Chriſtiana*, hoc eſt, *Praxim, ſeu Exercitium bene moriendi*, antehac variis in regnis vario idiomate frequenter editum; nunc pridem prodiit ex Hiſpano in Latinum translatus, Coloniæ apud *Jodocum Kalkhoven* an. 1641. in 12. Acceſſit *Praxis* altera ejusdem argumenti, Auctore *Joanne à Jeſu Maria*, etiam Excalceato, cujus encomium hic ſequatur.

JOANNES à JESU MARIA, Hiſpanus, patria Calaguritanus, Ord. Carmelitarum Excalceatorum Præpoſitus Generalis, inter occupationes maximas, & proſtrata ſemper valetudine, diverſis diverſa inſcripſit opuſcula, quæ ut in promptu forent omnia, neve interirent aliqua, ſimul in tres Tomos in fol. congeſta ſunt Coloniæ. Hujus Auctoris libelli magno loco ſemper fuerunt apud *Bellarminum*, ut qui eos, quando per otium licuit, aſſueviſſet lectitare. Tomo primo habetur *Liber Job paraphraſtice explicatus; Cantici Canticorum explicatio; Lamentationum Jeremiæ interpretatio* in tres paraphraſes, Hiſtoricam ſcilicet, Allegoricam & Tropologicam diſcreta; cui Tropologici ſenſus explicatio ſubjicitur; *Pſalmorum* 136. 83. & 41. *interpretatio*. Secundo Tomo *Theologia myſtica* in certam methodum redigitur & explanatur; ordinatur *Diſciplina Monaſtica*; *Inſtructio Magiſtri Novitiorum* in quatuor partes diſtribuitur; in tot quoque partes redigitur *Inſtructio Novitiorum*; *Diſciplina Clauſtralis* in duas partes proponitur; *Prudentia juſtorum* complectitur; adduntur *Stimulorum compunctionis* libri duo; *Schola Jeſu Chriſti* in ſeptem partes diſtribuitur; *Schola Orationis & contemplationis*, in qua de mortificatione paſſionum, atque aliis præcipuis ad doctrinam ſpiritualem ſpectantibus materiis præcepta traduntur; *Epiſtola Chriſti ad hominem*, qua varia ad vitam æternam expetendam extimulantia motiva, nec non virtutes eidem acquirendæ neceſſariæ continentur; *Ars amandi Deum* docetur; *Tractatus de cuſtodia legum ad clauſtri diſciplinam tuendam* conſcribitur; *Epiſtola auctoris ad ſuos Religioſos* partim ad conſervandum Spiritum & Regularem obſervantiam, partim ad mala eisdem contraria evitanda rationes ſuggerit; *Epiſtola* alia ejusdem in fine ſui Generalatus ad Patres & Fratres totius Congregationis, in qua illos ad perfectionem monaſticam exhortatur, erratorumque, ſi quæ commiſerit, veniam obnixe poſtulat; *Verſus* aliquot & *Hymni* ſpirituales, partim in laudem *Jeſu*, partim *B. Virginis* conſcribuntur. Tomo Tertio *Inſtructio Principum* in duos libros diſtribuitur; *Ars gubernandi* compendioſe ſcribitur; ſequuntur libelli *de ſtudio pietatis*, *de bono uſu contemptuque bonorum, divitiarum ac voluptatum*, *Ars Concionandi*, *Compendium Vitæ S. Tereſiæ*, *de amore cultuque Reginæ Cœli*, *de pia educatione* ſive *cultura pueritiæ*, *Ars vivendi ſpiritualiter*, *de bono uſu Curiæ*, *Ars bene moriendi in tres partes diviſa*, quarum priore de mediata ad mortem præparatione homini bene conſtituto facienda, differit; ſecunda de immediata & proxima in ipſa morte; tertia de variis mortis ſpeciebus agitur, & additur *Epiſtola* in articulo mortis legenda.

CCL. NICOLAUS à JESU MARIA, natione Polonus, Ordine Carmelita Diſcalceatus, ſcripſit *Apologiam Perfectionis vitæ ſpiritualis*, ſive *Propugnaculum Religionum omnium, ſed maxime Mendicantium*, ſtipatam centum *Propoſitionibus*, contra *Epiſtolam* cujusdam Theologi anónymi; ad quemdam Magnatem ſcire cupientem, quomodo poſſet diſtribuere bona ſua temporalia ad pios uſus, cum utilitate quam maxima animæ ſuæ. Et cui Ordini Regulari unum è Nepotibus ſuis vitæ Religioſæ deſiderio captum, deberet addicere. Romæ in 4. typis *Corbelletti*.

THOMAS à JESU, Hiſpanus, patria Biatienſis, ejusdem Ordinis Definitor Generalis, edidit *de Regularium Viſitatione* librum, in quo clare ac breviter ea omnia, tractat quæ in viſitandis Regularibus, obſervanda ſunt. Editio ſecunda Duaci lucem aſpexit in 8. apud *Bellerum*. *Methodum examinandi ac diſcernendi ſpiritualem animæ profectum*. Bruxel. apud *Hub. Antonium*.

COLLEGIUM SALMANTICENSE Carmelitarum Diſcalceatorum, pluribus tomis in fol. elaboravit & edidit *Curſum Theologicum*, qui *Summam D. Thomæ* complectitur, omnino conſone ad ea quæ Complutenſe Collegium ejusdem Ordinis in ſuo Curſu Philoſophico tradit; opus ubique floridum, & numeris omnibus ſic abſolutum, ut eorum, quibus Angelica doctrina cordi eſt, plauſum communem mereatur. Pariſiis ſumptibus *Ant. Bertier*.

JOANNES BAPTISTA UWENIUS, Antverpienſis, è Soc. Jeſu Theologus, divini verbi præco percelebris, Collegia rexit Antverpiæ, Liræ & alibi. Scripſit *Commentarium litteralem & moralem in Jonam Prophetam*, per Lectiones, ſive Sermones exegeticos LX. diſtributum, quibus omnes, & Prophetæ & Interpretis monitis, ad pœnitentiam, cæterarumque virtutum exercitationem excitantur, ut imminentia vel hoc tempore Chriſtianis provinciis mala, placato numine, propulſent. Illud opus, ut ipſe præfatur, per annos prope viginti meditatus eſt, & illi ſubinde horis ſubciſivis manum appoſuit. Prodiit Antverp. apud *Meurſium* anno 1640.



Digitized by Google

THOMAS HURTADO, Clericorum Regularium Minorum Præpositus, Assecla D. Thomæ, olim in Collegiis Romano, Complutensi ac Salmantino, & nunc in Hispalensi publicus Professor, edidit opus II. tomis in fol. inscriptum *Præcursor Philosophus & Theologus*, sane pulchrum, sublime, elegans, curiosum, ut qui in indaganda *S. Thomæ* sui præceptoris Angelici mente tam luculentus, tam felix, ut vix umquam quis felicius eam assecutus esse videatur. Quippe in hac feraci Scriptorum segete, quos velut arenas maris nostra abundanter tulit ætas, in explicandis nodis & veritate in lucem eruenda celebris habetur, Prodiit Antverpiæ apud *Guilielmum Lesteenium* anno 1641.

JOANNES GIBALINUS, è Societate *Jesu* Theologus, scripsit *Disquisitiones Canonicas de Clausura Regulari*, ex veteri & novo Jure, Scientiæ Canonicæ specimen: ut explicet se, perapposite combinat disputationes de structura antiqua monasteriorum, de morbis expidemiis, de Monachorum pœnis, de veteris Ecclesiæ pœnitentiis, & de variis Monachorum institutis atque solemni pœnitentium statu. In referendis Conciliis non indiligens fuit. Quædam congessit ex *Gratiani Decreto*, quædam ex *Decretalibus*, *Clementinis*, *Extravagantibus*, designavit. Recentiorum Pontificum Constitutiones ex *Bullario* notavit; Lugduni in 4. anno 1648.

CCLI. CAROLUS à MANSFELT, Luxemburgius, hoc illustrium Scriptorum agmen claudat, illustrissimus ipse genere, moribus & scriptis editis. Est ille filius *Petri Ernesti* Mansfeldii Comitis, è Saxonia oriundi, qui ob militarem scientiam ac fidem, qua Regias partes in primis Belgii tumultibus eodem semper constantiæ tenore propugnavit, *Carolo V.* Cæsari, ac *Philippo II.* Regi peræque carus, Belgiique summæ Præfecturæ ab *Alexandro Farnesio*, Parmensi Principe, destinatus fuit. Serenissimi porro Principes *Albertus* & *Isabella Carolum* adolescentem Romam miserunt, Philosophicis, Theologicis & Jurisprudentiæ scientiis imbuendum, quas feliciter didicit, indeque Lovanium, hinc iterum Romam remiserunt; unde tandem in aulam ad Sacra Oratorii adscitus, post apud Bruxellenses ad D. Gudulæ Decanus, Regii Concilii ex Equestri ordine in Ducatu Luxemburgensi Consiliarius, atque Ecclesiæ Coll. *S. Piati* Seclimien. in Flandria Præpositus. Propter nobilissimarum virtutum præstantiam, ad exercituum, qui *Philippo IV.* Hispan. Regi Catholico in Belgii, Palatinatus & aliis Germaniæ partibus militant, Vicariatum Generalem promotus est; cui magno Magistratui gerendo jam ab anno 1631. distinetur, in bene meritos humanitate, severitate in perversos, pietate, prudentia, sedulitate pari. Fertur incredibili zelo ad Cleri militaris disciplinam promovendam. Ejus scripta Patrum antiquorum, Pandectarumque succo vivida passim teruntur; unde non est quod vino venditili hederam appendamus. Edidit autem *Paratitla Decreti: De jure sacro in genere; deque Ecclesiasticorum moribus & officiis*, Lovanii, typis *Philippi Dormalii*, 1616. 8. *Utriusque juris Concordem Discordiam*; qua Canones cum Legibus pugnantes conciliantur, Luxemb. typis *Hub. Reulani*, 1619. 8. *Canobitica*, De Canonicorum Vita & Origine, Ibid. 1625. 8. *Exercitationem Civilem ad Regulas, juris in* VI. Ibid. 1626. *Exercitationem Civilem ad Breve Apostolicum Urbani PP. VIII.* quam auctiorem & elimatiorem edere parat, Brux. apud *God. Schouartium*. *De constitutione & potestate Delegati Apostolici in Militia Belgica Regii exercitus.* 1638. 8. *Sacerdotis Breviculum veneratione Cleri sacrum.* Ibid. typis *Martini Bossuyt*, 1642. *Castra Dei*, sive Parochia, Religio & Disciplina militum, Ibid. in 4. *Christianus*, sive de Renuntiationibus mundi, Ibid. *Breviculum Hierarchiæ*, Ibid. *Principis Breviculum*, memoriæ *Alberti*, *Isabellæ* & *Ferdinandi* sacrum, Ibid. *Religiosus*, sive de statu Perfectionis Sacerdotii, Ibid. *Job patiens*, sive de Providentia Dei erga hominem. Maturescit in proximas nundinas ejus *Magisterium militare*, sive de *Jurisdictione & Jure militia Belgica*, quod torculo suo subjicere pergit *Jacobus Mesens* Antverp. in 4.

INDEX

Digitized by Google

# INDEX IN LIBRUM
# AUBERTI MIRÆI
## DE SCRIPTORIBUS SECULI XVI. & XVII.


ABrahamus Bzovius 264
Abrahamus Ortelius 243
Achilles Statius 185
Adam Fumaus 144
Adamantius 174
Adamus Florentinus 213
. . Sasboldus 232
. . Tanerus 253. 293
Adeodatus Senenſis 175
Adolphus Schulkenius 257
Adr. Barlandus 122
Adrianus Caſtellenſis 117. 123
. . Hoſtadius 283
. . Lyrius 260. 329
. . Marius 142
. . Moens 266. 334
. . Morbecius 311
. . VI. Papa 126
. . Romanus 280
. . Turnebus 178
Ægidius Bauarius 306
. . Cannartus 290
. . Delfius 119
. . Marcheſinius 175
. . Moncurtius 242
. . à Præſentatione 290
. . Regius, *vernacule* Copinck 301
. . Ricardus 144
. . Topiarius 212
. . Viterbienſis 132
Ælius Anton. Nebriſſenſis 147
Africanus Ghirardelius 284
Agatius de Summa 284
Agatius Guidacerius 128
Aimarus Falco 136
Alanus Copus. Vide Nicolaus Harphfeld. 206
. . Vaſenius 121
Alard. Amſtelodamus 145
Albanus Pinatus 122
Albertus Berutus à Tortona 257
. . Caſtellanus 116
. . Crantzius 221
. . Durerus 127
. . Hungerus 232
. . Laſcus 232. 249
. . Picolus 290
. . Pighius 171
Alanus Parentinus 120
Aldus Manutius 124
. . Pauli F. 238
Alexius Meneſius 254
Alexander Manerbius 273
. . Arioſtus 121
. . ab Alexandro 225
. . Cæſarinus 284
. . Caraſa 146
. . Donatus 284
. . Gottifridus 284
Alexander Peregrinus 284
. . . Reinaldus 284
. . . Scultetus 148
. . . Ubaldinus 270
Alfonſus de Leone 302
. . Garcias Matamorus 211
. . Palæotus 244
. . Piſanus 238
. . Rodriguez 282
. . Salmeron 245
. . Veruefius 144
. . Terilla 147
. . à Caſtro. 158
. . à Mendoza 231. 240
. . Contreras 175
. . Guterius Veracrucius 201
. . Orozco 227. 230
Almaricus Bouchardus 126
Aloyſius Cornarus 198
. . Lilius 205. 232. 249
. . Legionenſis 244
. . Lellus 266
. . Lipomanus 168. 217
. . Martianus 125
. . Novarinus 310
Aluarus Hometius Eulalius 210
. . Gometius Toletanus 210
Amandus Gilfelius 311
. . . Zirizæus 135
Ambroſius Catharinus 149
. . Gozzæus 218
. . de Penaloſa 293
. . Quiſtellius 152
. . Marlianus 323
. . Leo 121
. . Moralis 210. 232
. . Pelargus 151
. . de Spiera 120
Anacletus Siccus 305
Andreas Alciatus 151
. . Bajanus 310
. . Capreolus 120
. . Capella 288
. . Caroloſtadius 129
. . Eudæmo-Joannes 282
. . Fabricius 214. 229
. . Fremiottus 309
. . Fruſius 160
. . Hojus 229
. . Maroquinus 267
. . Maſius 242. 193
. . Placus 141
. . Reſendius 241
. . Sauſſajus 309
. . Schottus 298
. . Tiraquellus 160
. . Victorillus 302




Digitized by Google

Andreas Vega 149
Angelus Rocca 254
. . Canmius 147
. . Gallutius 324
. . Aretinus 134
. . Maria Cherubinus 324
. . Sagarro 287
. . Vantius 326
Anna Binsia 144
Antiochus Brundo 324
Antonius Aiossa 324
. . Ampigolrius 218. 305
. . Averarius 119
. . Augult. 241
. . Bosius 252
. . Carata 229
. . Cicarella 255
. . Caracciolus 216
. . Carvallius 256
. . Coninesteinius 144
. . Covarruvias 256
. . Cordubensis 177
. . de Ballinghem 284
. . Comes 132
. . Diana 317
. . Democharcs 109
. . de Escobar & Mendoza 325
. . Fonseca 143
. . Florebellus 230
. . Lasainus 117
. . de Ribera 309
. . Gallonius 251
. . Genardus 230
. . Gevarra 153
. . Gava 181
. . Goveanus 257
. . Hovæus 202
. . Hauetus 229
. . Honcala 161
. . Jordinus à S. Floro 324
. . Mancinellus 115
. . Marinarius 324
. . Maria Zacharias 134
. . Marsilius Columna 231
. . Melius 122
. . Meyerus 266
. . Methelicius 117
. . Molina 294
. . Naldius 324
. . Paccius 148. 233
. . Pinus 181
. . Possevinus 273
. . Perenottus Granvellanus 199
. . Quintanaduefias 302
. . Quærengus 323
. . Ruteus 312
. . Sanctarellus 293
. . Sanderus 312
. . Sorianus 128
. . Tabares 287
. . Vasconcellius 290
. . Vercellensis 120
. . Vulpes 323

Archangelus Carraccia 295
Armandus de Bello-visu 118
Arnaldus Albertinus 135. 220
Arnoldus Badetus 118
. . Ferronus 197
. . Hauensius 270
. . Mermannus 206. 231
. . Ossatus 260
. . Paludanus 309
. . Saphorius 253
. . Vesalienfis 135
. . Wionus 235
Arnulfus Ruseus 146
Ascanius Columna 270
Athanasius Germonius 302
Augerius Gislen. Busbequius 239
Augustinus Alveldianus 130
. . Antolinez 296
. . Barbosa 323
. . Dathus 117
. . de Trinitate 231
. . de Witte 323
. . Dodo 116
. . Fivizanus 231
. . Hunnæus 206
. . Loscus 174
. . Mascardus 295. 318
. . Moreschinius 196
. . Niphus 136
. . Nunius à Delgadillo 315
. . Steuchus 144. 220
. . Trivultius 158
. . Valerius 264

BAlduinus Junius 304
Balthasar Etzelius 266
. . Sorius 149
. . Werlinus 156
Baptista Ferrariensis 118
. . Fiera 126
. . Fulgosius 144
. . Guarinus 263
. . Judex 207
Barnabas Brissonius 227. 235
. . Kearnæus 309
Bartholomæus Amantius 164
. . Baphius 174
. . Botta 212
. . Camerarius 164
. . Carranza 205
. . de Martyribus 225. 228
. . de Spina 123
. . de Usingen 130
. . Fajus 189
. . Filenas 324
. . Fumus 148
. . Georgevicius 151
. . Gramondus 330
. . Latomus 153
. . Petrus Lintrensis 300
. . de los Rios y Alang. 328
. . Salutius 239




Digitized by Google

Bartholomæus Senenſis 295
. . Torreſius 202
. . Valperga 294
. . Ugolinus 252
. . Zucchius 271
Baſilius Pontius 294
. . Zanchius 169. 216
Bellaji tres fratres 152
Bellinus Paduanus 125
Belmontus Cagnoſus 259
Benedictus Accoltius 157
. . Arias Montanus 248
. . de Bacquere 326
. . Falcus 141
. . Haltenius 326
. . Horbeſtus 236
. . Juſtinianus 277
. . Palmius 245
Berardus Bon-Joannes 219
Bernardus Bahuſius 285
. . Baſinus 118
. . Gomeſius 178
. . Luxemburgius 137
. . Roſſignolus 278
. . Rottendorffius 315
. . Salinus 269
Bernardinus Sandovallius 191
Bernardus Scardeonius 167
Bernardinus de Villegas 329
Bertrandus Argentreus 228
Blaſius Melaneſius 116
. . & Joan. Monlucius 196
. . Ortizius 149
. . Viegas 250
Boëtius Epo 252
Bonaventura Nepos 122
. . Dernoyus 315
Bonifacius Simoneta 120
. . Vitellinus 134
Brachius Martellus 175
Bruſſanus Columbus 131

Cæſar Baronius 266
Cæſar Becillus 308
Cæſar Eugenius Caracciolus 308
Cajenatnus Thilnæus 127
Camillus Campegius 170
. . Lellius 281
Carolus ab Arembergh 326
. . à Baſilica Petri 263. 280
. . Borromæus 221
. . Mansfeldius 336
. . V. Imperator 166
. . Bouillus 119
. . à Lotharingia 199
. . Langius 207
. . Myddelton 326
. . Sagerius 238
. . Scribanus 323
Caſpar, vide Gaſpar
Chocorella 145
Chriſtianus Cellarius 142
. . Maſſæus 143
Chriſtianus Urſitius 225
Chriſtophorus à Caſtro 281
. . Ægidius 267. 271
. . à S. Antonio 128
. . à Capite Fontium 207
. . Avendanius 299
. . Browerus 278
. . Butkens 318
. . Caſalenſis 129
. . Clavius 277
. . de Fonſeca 258
. . Landinus 119
. . Longolius 126
. . Madridius 194
. . Maraſca 262
. . Marcellus 125
. . Maffeus 143
. . Patavinus 239
. . Richerius 144
. . Sanctorius 175
. . Suſtellus 281
Chryſoſtomus Caſalenſis 129
. . Henriquez 334
. . Javellus Canapitius 132
Claudius Aquaviva 281
. . Clemens 322
. . Cruſordus 148
. . de Rota 123
. . Eſpencæus 186
. . Guiliaudus 143
. . Marius Aretius 147
. . Hemeræus 297
. . Martinus Bajardus 146
. . Sanctesius 187
. . Rangalius 291
. . Seiſſellus 125
. . Viexmontius 134
Clemens Araneus 150
. . Monilianus 181
Conradus Bavarus 128
. . Brunus 176
. . Clingius 176
. . Collinus 139
. . Goclenius 138
. . Vecerius 132
. . Vimpina 131
Conſtantinus Buccafocus 218
. . Cajetanus 285
Conſtantius Applanus 118
. . Sarnanus 227
Cornelius à Breda 314
. . Crocus 155
. . Curtius 308. 325
. . Gemma 209
. . Janſſenius Gandavenſis 203
. . Lancilottus 286. 300
. . Muſius 188
. . Muſſus 196
. . Schepperus 127
. . Schultingius 267
. . Snecanus 120
. . Valerius 207
. . Wishavæus 197




Digitized by Google

Cosmas Damianus Hortolanus 178
. . Magalianus 291
. . Palma Fontejus 175
Cunerus Petrus 209
Cyprianus Benetus 120
Cyprianus Crœsels 325. 331
. . Monach. Ciſtert. 174
. . Stapert. 220
. . Suarez 251

DAmianus Craſſus 121
Damianus Goeſius 151
Damianus Roſſius Bonon. 232
Daniel Agricola 125
Daniel Barbarus 182
David à Mauden 314
Dermicius Thadæus 225
Deſiderius Eraſmus 139
Didacus Covarruvias 205. 213
. . à Stunica 216
. . de Bæza 318
. . Daza 300
. . Deza 121
. . de Zelada 318
. . Lopes Stunica 131
. . Lopes Bringellianus 328
. . Martinez à Coria 264
. . Mendoza 201
. . Niſſenus 332
. . à Payna 174
. . Perezius 183
. . Saavedra 327
. . de Silva 328
. . Stella 212. 218
Dionyſius Lambinus 178
Dominicus Bannes 232. 265
. . Buchius 132
. . Grimanus 127
. . Ruzola 303
. . Sotus 148
. . Tuſchus 288

EDmundus Augerius 236
Elmundus Campianus 215
Eduardus Leus 148
Eduardus Sandius 254
Elias Capreolus 122
Eligius Baſſæus 306
Egbertus Spitholdius 296
Elizæus Venturius 263
Emanuel Dalmada 181
. . de Naxera 329
. . Pimenta 258
. . Romanus 314
. . Sa. 237
Emerius Bonus 188
Engelbertus Deſbois 311
Eraſmus Stella 131
Erycius Puetanus 314
Everardus Billichius 172
. . Mercurianus 211
. . Waſſeonbergius 219
Eugenius Piſaurienſis 170
Euſtachius Sichenius 127

Eutychius Cordeſius 159
FAbricius Pallavicinus 254
Famianus Strada 313
Felicianus Capitonius 212
. . Mignarda 183
Felix Contelorius 309
. . Pratenſis 169
Ferdinandus de Caſtro-Palao 308
Ferdinandus Lopezius de Caſtanneda 272
Ferdinandus Nonius 155
. . à S. Victore 273
. . Rebellus 268
. . Ugellus 309. 331
Ferreolus Locrius 280
Flamin. Cereſola 304
. . Nobilius 208
Floravantes Martinellus 308
Florentius ab Hanswyck 334
Florianus Ocampius 210
Florimundus Ræmundus 211
Fortunatus Scacchus 301
Fortunius Garcias 191
Franciſcus Adornus 224
. . Amicus 308. 334
. . Aquillonius 278. 282
. . Alciatus 210
. . Arias 265
. . à S. Angelo 263
. . à S. Maria 334
. . à Pace 279
. . Balduinus 192
. . Balearius 303
. . Battaglinus 308
. . Baudinus 279
. . Belcarius 280
. . Bencius 235
. . Boluitus 308
. . Bonadus 132
. . Bonaventura 236
. . Borgia 190. 274
. . Boutonus 299
. . Bozzius 253
. . Carvaiolus 131
. . Cordubenſis 125
. . Coſterus 285
. . Craneveldius 178
. . de las Cuevas 242
. . de Spinoſa 276
. . de Zuniga 293
. . Diagus 258
. . Forerius 209
. . Georgius 276
. . Goethalſius ſeu Bonicoll. 219
. . Hæmus 251
. . Haræus 300
. . Horantius 296
. . Iſella 331
. . Labata 280
. . Lanovius 313
. . Lombardus 170
. . Longus à Coriolano 331
. . Loriot 314
. . Lucas 285


Fran-

Digitized by Google

Franciſcus Luchetus 121
. . de Lugo 328
. . Mantica 280
. . à S. Maria, 334
. . Maria Taureſius 252
. . Maurolicus 202
. . de Mendoza 296
. . Mendoza 160
. . Nicolaus 131
. . Orantius 174
. . Ortiſius 143
. . Oſſunenſis 132
. . Patricius 132. 266. 267
. . Paulanus 119
. . Pavonus 304
. . Picolomineus, vid. Pius III. Papa 117
. . Polygranus 194
. . Pontanus 149
. . Puteanus 136
. . Quareſimus 225
. . Raphelengius 277
. . Richardotus 236. 195
. . Ribera 229
. . Reverius 229
. . Rothomagenſis 330
. . Romæus 125
. . Ruæus 150
. . Saleſius 286
. . Sarmientus 253
. . Scencquius 211
. . Sfondratus 153
. . Silveſtrius 130
. . Silvius 312
. . Sonnius 203
. . Strada 106
. . Suarez 285
. . Tarapha 132
. . Titelmannus 233
. . Toletus 236
. . Turrianus 221
. . Turnonius 187
. . Vatablus 149
. . Venerius 210
. . Vergara 140
. . Veronius 307
. . Vicedominus 174
. . Vita 188
. . Xaverius 155
. . Ximenius 124
. . à Xodar 308
. . Zamora 174
. . Zypæus 320
Fredericus Bartſcius 272
. . Commandinus 202
. . Fornerus 220
. . Furius 242
. . Nauſea 153
. . Scenquius 211
. . Staphylus 217
Fronto Ducæus 220. 290
Fulvius Urſinus 253
Gabriel Bareletus 122
Gabriel Barulus 122
Gabriel Brunus 121
. . Faernus 198
. . Maria 133
. . Palæottus 240. 244
. . Prateolus 179
. . Putherbeus 134
. . Vaſques 260
Galeatius Brugora 174
Garcias de Sylva 287
. . Loaiſa 250
Gaſpar Bazzæus 162
. . Bruſchius 157
. . Cardillus 174
. . Calalius 177. 211
. . Cervantes de Gaeta 201
. . Contarenus 146
. . de Simeonibus 305
. . à Foſſa 174
. . Ferrantius 174
. . Fontius 305
. . Francus 219
. . Gonzales 222
. . Hurtadus 300
. . Jongelinus 317
. . Macer 186
. . Murtula 262
. . Querhamerus 138
. . Ruthardus 306
. . Sanchez Granat. 229
. . Sanchez Centumput, ibid.
. . Sanctius 293. 305
. . Satagerus 132
. . Triſſinus 312
. . Varrerius 185. 226
Gaufredus Bouſſardus 120
Gentianus Hervetus 170
Georgius Agricola 174
. . Arminiacus 247
. . Buſtus 179
. . Colvenerius 311
. . Conæus 312
. . Draſcovitius 174
. . Dux Saxo 135
. . Ederus 179
. . Ethrigius 250
. . Faber 186
. . Sauromanus 131
. . Stengelius 322
. . Valentia 257
. . Vaſarius 201
. . Wicelius 133
. . Willerus 232
Gerardus Bonjoannes 219
. . Bucoldianus 146
. . Buſæus 219
. . Corſelius 309
. . Lorichius 152
. . Matthiſius 196
. . Moringus 161
. . Voſſius 279
Germanus Brixius 152
. . Forget 330
Gilbertus Genebrardus 237




Digitized by Google

Hieronymus Torrenſis 217
Hieronymus Verleniuſ 223.229
. . . Vielmus 215
. . . Wolffius 272
. . . Xaverius 282
. . . Ximenius 172
Hilarius à S. Auguſtino 334
Homerus Tortona 271
Horatius Turſellinus 251
Hubertus Phaleſius 219
Hugo Boncompagnus 221
Hugo Fridevallius 171
Hippolytus Eſtenſis 222

JAcobus Accariſius 322
Jacobus Albericus Saluicus 268
Jacobus Amiotus 227
. . Antonius Middelburgius 249
. . Auguſtus Thuanus 272
. . Bajus 227
. . Bidermannus 308
. . Billius Prunæus 213
. . Bolducius 325
. . Bonfrerius 293.302
. . Bozius 253
. . Ceratinus 139
. . Cheyneus 326
. . Cujacius 228
. . Davius Card. Perron 297
. . Eyckius 324
. . Faber, Stapulenſis 127
. . Ferruſius 184
. . Fontanus 126
. . Gaffarellus 322
. . Granadus 323
. . Goar 330
. . Gordonius 306
. . Gretſerus 292
. . Gualterus 270
. . Hoochſtratanus 130
. . Hugonius 199
. . Janſonius 293
. . Laymus 180
. . à Loghenhagen 277
. . Latomus Senior 147.153
. . Latomus Junior 153
. . Ledeſma 197.231
. . Meierus 156
. . Meizatus 289
. . Mercatus 277
. . Merlinus 128
. . Middendorpius 275
. . Monilius 123
. . Naclantus 172
. . Noguera 173
. . Omphalius 154
. . Pamelius 223
. . Perronius 283
. . Pintus 322
. . Pontanus 287
. . Raymundus à Gavio 267
. . Sadoletus 149

Jacobus Salianus 289.304
. . Sannazarius 133
. . Scepperus 158
. . Segers 316
. . Simancas 176
. . Sirmondus 311
. . Tevius 181
. . Tuſanus 173
. . Tyrius 236
. . Veldius 210
. . Vivecus 229
. . de Voragine 282
. . Wemmerius 308
. . Zieglerus 120
Janus Nicius 317
Janus Pyrrhus 149
Jaſon Mainus 123
Ignatius Loiola 143
Joachimus Hopperus 204
Joachimus Perionius 169
Joannes Abercrombius 246
. . à Bononia 161
. . Adelphus 120
. . Alba 260
. . Albertus Widmanſtadius 164.219
. . Alexander 140
. . Alfonſus Curiel 284
. . Algrinus 125
. . Aloyſius 288
. . Aloyſius Cherchiarus 311
. . Antonius Beuterus 197
. . Antonius Bovius 246.289
. . Antonius Flaminius 140
. . Antonius Valtrinus 230
. . Apobolymæus 130
. . à Porta 257
. . Altenſtaig 122
. . à Ludegna 175
. . Annius Viterbienſ. 115
. . Arcerius Theodoretus 276
. . Avila 183
. . Aurelius Augurellus 123
. . Azor 258
. . Bagotius 329
. . Baptiſta à Glano 246
. . Baptiſta Agnerius 195
. . Baptiſta Ateſtinus 152
. . Baptiſta Burg 212
. . Baptiſta Camotius 214
. . Baptiſta Cardona 212
. . Baptiſta Caſtaldus 311
. . Baptiſta Coccinus 288
. . Baptiſta Ferrarius 304
. . Baptiſta de Lezana 292
. . Baptiſta Ficlerus 208
. . Baptiſta Folengius 152
. . Baptiſta Gramajus 305
. . Baptiſta Hadrianus 209
. . Baptiſta Montalbanus 325
. . Baptiſta Oſtienſis 304
. . Baptiſta Maſculus 328
. . Baptiſta Pigna 276




Digitized by Google

Johannes Baptiſta Romanus 231
. . Baptiſta Roſellus 114
. . Baptiſta Scortia 293
. . Baptiſta Spadius 275
. . Baptiſta Stella 250
. . Baptiſta Villalpandus 267
. . Baptiſta Uwenius 335
. . Bechius 271
. . Bellay 131
. . Benedictus 175
. . Bernardus Dias 160
. . Bernardus Felicianus 148
. . Blærus 115
. . Bochius 271
. . Bollandus 318
. . Boniſacius 265
. . Borderus 147
. . Briardus 124
. . Brodæus 156
. . Bunderius 162
. . Buſæus 275
. . Calderinus 200
. . Campenſis 138
. . Candidus 125
. . Cardo Moronus 175
. . Cannartus 242. 249.
. . Caſa 190
. . Caſæus 253
. . Chaneiſus 127
. . Chapeavillus 283
. . Cheron 322
. . Chriſtoph. Calvetus Stella 160
. . Chryſoſt. van der Sterre 333
. . Cochlæus 156
. . Coebachius Hallerus 137
. . Coſterius 170
. . Cotovicus 285
. . Crabbius 245
. . Criſpinanus 131
. . Cuvillonius 215
. . Dagonæus 294
. . Dampetrus 154
. . Daventrienſis 134
. . de Burgo 130
. . de Madriaga 294
. . Demſterus 250
. . de Salas 276. 277
. . Dietenbergius 135
. . Dubliulius 254
. . Docæus 154
. . Driedo 137
. . Dubravius 157
. . Eckius 147
. . Enen 147
. . Euſebius Nirembergius 307
. . Faber 144. 151
. . Ferdinandus 237
. . Ferrerius 143
. . Ferus 158
. . Fiſcherus 136
. . Franciſcus Brixianus 120
. . Ferdericus Lummius 256
. . Gagneius 150
. . Garetius 186

Joannes à Gauda 316
. . Geiler 120
. . Gelida 195
. . Geneſius 191
. . Gevartius 314
. . Gibalinus 336
. . Gibonus 226
. . Gonzaga 289
. . Gonzales de Mendoza 239
. . Goropius 189
. . Grodecius 177
. . Gropperus 168
. . Guil. Harlemius 206
. . Hajus, Belga 279
. . Hajus, Scotus ibid.
. . Haſſelius 155
. . de la Haye 309
. . Heidenus 176
. . Hentenius 180
. . Hemelarius 321
. . Heſſelius 180
. . Hieron. Albanus 157
. . Hieron. Sopranius 319
. . Honorius 319
. . Hofmeiſterus 176
. . Jacobus Chiffletius 326
. . Iſaacus 208
. . à Jeſu Maria 335
. . Juſtus Lanſpergius 143
. . Laſcaris 128
. . Latinus 191
. . Latomus 153
. . Lazardus 125
. . Lenſeus Belliolanus 233
. . le Paige 303
. . Livinejus 248
. . Lorinus 324
. . Ludovicus de la Cerda 315
. . Ludovicus Vivaldus 116
. . Vives 150
. . Lugus 318
. . de Lugo 328
. . Magnus 157
. . Maire 141
. . Maldonatus, Burgenſis 154
. . Maldonatus Soc. Jeſu 247
. . Mantelius 325
. . Marnixius 330
. . Marshallus 251
. . Maria de Monte 217
. . Mariana 291
. . Maria Velmatius 142
. . Maria Verratus 175
. . Martinus de Ripalda 308
. . Martinus Siliceus 161
. . Marquez 289
. . Matthæus Cariophylus 307
. . Matthæus Grillus 182
. . Menſiagus 130
. . Mercatus 277
. . Mercerus 219
. . Mercurius 117
. . Merlinus 307




Digitized by Google

Joannes Michael 177
—— Micon 159
—— Midonius 303
—— Molinetus 216
—— Monluccius 196
—— Morinus 300
—— Murmellius 141
—— Mocquerius 316
—— Nicolaus Arelatanus 166
—— Nunius 226
—— Noppellius 267
—— Novelius 215
—— Olivarius 171
—— Oranus 258
—— Oforius 235
—— Paltzius 118
—— Paludanus 321
—— Paulus Donatus 213
—— Paulus Lancelottus 206
—— Paulus Windet 293
—— Peffercornus 120
—— Peletterius 199
—— Petrus Caraffa 168
—— Petrus Juffanus 219
—— Petrus Maffæus 258
—— Petrus Moneta 316
—— Petrus Ferrettus 161
—— Philippus Vorburgius 145. 330
—— Picardus Bellovacus 277
—— Picus 129
—— Pierius 132
—— de Pineda 309
—— Piftor 157
—— Piftorius Nidanus 225. 267
—— Pitheus 282
—— Pitfius 290
—— Placentius 131
—— Polancus 205
—— Potcanus 116
—— Porteſius 181
—— Pucceus 288
—— Pyrrhus 123
—— Quintinus 173
—— Quinquarboreus 147
—— Raulinus 121
—— Reuchlinus 123
—— Riccius 216
—— Rioche 225
—— Rivius 328
—— Roa Avila 273
—— Roberti 302
—— Secundus 142
—— Severanus 306
—— Siliceus 151
—— Slotanus 160
—— Soarez 240
—— Sonnezius 277
—— Soteallus 182
—— Standoncus 118
—— Stella 119
—— à S. Stephano 308. 316
—— Stephanus Durantius 226. 230
—— Stephanus Menochius 303. 331
—— Stozzius 175
—— Surius 324
—— Tabienſis 125
—— Tarchagniota 121
—— Taffelon 329
—— Terzelius 122
—— Theodorici 273
—— Tilius 186
—— Tollenarius 307
—— Tomcius 308
—— Traverſius 137
—— Trithemius 114
—— Valerius Viriugus 282
—— Valero 281
—— Vaſæus 166
—— Veccius 295
Joannes Vergara 166
. . Verſoſa 200
. . Vignerius 277
. . Villetanus 175
. . Vincentius ab Aſtorga 249
. . Voellus 273. 264
. . Wameſius 247
. . Wiggerus 306
. . Woverius 317
. . Zamoſcius 264
. . Zapata 272
. . Zuallart 272
Joſephus à Coſta 249. 225
. . Caſtalio 307
. . Lentus 285
. . Maria Suareſius 304
. . Pamphilus 211
. . Stephanus 232
Iſaacus Caſaubonus 313
Iſidorus à Meſſana 283
. . Clarius 164
. . Iſolanus 121
Judocus Badius 124
. . Beiſelius 115
. . Clichtovæus 135
. . Coccius 292
. . Daml ouderus 214
. . Lorichius 294
. . Raveſtenius 183
Julianus Vivianus 289
Julius Caſtelin. 316
. . Cæſar Recupitus 306
. . Cæſar Scaliger 167
. . Chiffletius 327
. . Lavorius 305
. . Nigronus 287
. . Pflugus 177
. . Priſſianenſis 217
. . Roſcius 247
. . Sirenius 175
. . Solimanus 306
Juſtus Baronius ſive Calvinus 257. 261
. . Lipſius 261
. . Ricquius 297
Lactantius Domavinus 262
Lælius Capilupus 198
Lælius Guidiccionus 311
Lælius Zecchius 259
Lævinus Ammonius 46. 218
. . Lemnius 233
. . Torrentius 263
Lambertus Averus 194
. . Gruterus 194
. . Hortenſius 218
. . Schenckelius 267
Lancelotus Politus 120
Latinus Latinius 243
Latomi 153
Laurentius Arrurus 230
. . Chiffletius 327
. . Campegius 142
Laurentius Strozzia 242
Laurentius Beyerlinck 293
. . Cayrola 334
. . Cuperus 263
. . Empolus 296
. . Forerius 324
. . Lantmerius 304
. . Ramirez de Prado 283. 319
. . Scalabonius 309
. . Surius 207
. . Villa-Vincentius 180
. . Urſellius 310
Lazarus Bonamicus 150
Lazarus Broichotus 199
Lazarus Superantius 253
Leander Albertus 157
Lælius Biſciola 300
Lælius & Julius Caprilupi 198




Digitized by Google

Leo Allatius 312
Leo Caſtrius 222
Leo X. Papa 123
Leonardus Coquæus 330. 192
Leonardus Duardus 285
Leonardus Lauredanus 329
Leonardus Leſſius 288
Leonardus Marius 285. 293
Leo Sanctius 321
Levinus, vide Lævinus 116
Libertus Epiſc. Beryt.
Libertus Fromondus 311
Lucas Caſtellinus 324
Lucas de Montoya 320
Lucas Gauricus 141
Lucas Holſtenius 318
Lucas Wadingus 225. 318
Lucius Andreas 185
Lucius Marinæus 134
Luretius Tiraboſcus 125
Ludovicus Avila 159
Ludovicus Bloſius 179
Ludovicus Borbonius 326
Ludovicus Carbajalus 151
Ludovicus Carrio 295
Ludovicus Creſſolius 301
Ludovicus Crucius 260
Ludovicus Maratius 306
Ludovicus de Montoya 241
Ludovicus Donius Attichius 292
Ludovicus Fidelis 174
Ludovicus Gongora 302
Ludovicus Granatenſis 224
Ludovicus Guicciardinus 221
Ludovicus Johannes Viletanus 174
Ludovicus Legionenſis 221
Ludovicus Molina 255
Ludovicus Odeſpun 330
Ludovicus Pontanus 291
Ludovicus Richeomus 294
Ludovicus Rivierus 307
Ludovicus Tribaldus 301
Magdalius Jacobus 119
Marcellus Franckemius 312
Marcellus Macedonius 312
Marcellus Manſius 304
Marcellus Megallius 285
Marcardus Frecherus 225
Marcus Antonius Alegrius 320
Marcus Antonius Bobba 202
Marcus Antonius Columna 244
Marcus Antonius Maceratenſis 304
Marcus Antonius Muretus 226
Marcus Antonius Natta 173
Marcus Antonius Petilius 324
Marcus Antonius Scipio 305
Marcus Aurelius Feutri 216
Marcus Beneventanus 173
Marcus Guadalaxara 315
Marcus Henningus 225
Marcus Hieronymus Vida 177
Marcus Ludovicus de Veja 240
Marcus Mantua 145
Marcus Marinus 212
Marcus Marulus 121
Marcus Nevianus 195
Marcus Vigerius 121
Marianus Victorinus 174
Marius Alterius 247
Marius Curtellius 329
Martinus ab Azpilcueta 222
Martinus Antonius Delrius 268
Martinus Bonacina 301. 306
Martinus Carazius 120
Martinus Cromerus 190
Martinus de la Vera 301
Martinus Dorpius 129
Martinus Duncanus 228
Martinus Eiſengrenius 208
Martinus l'Hermite 318
Martinus Ledeſma 197
. . Lipſius 158
. . à Matre Dei 335
. . Olavius 160
. . Roa 317
. . Rohas 175
. . Rythovius 220
. . Smiglecius 282
. . Verdugus 276
. . Malacrida 277
Matthæus à Caſtro 263
Matthæus Adrianus 138
Matthæus Boſſulus 174
Matthæus Boſſus 117
Matthæus Raderus 302
Matthias Aquenſis 177
. . Boſſemius 245
. . Bredenbachius 168
. . Caſimirus 305
. . Faber 334
. . Gorleeus 192
. . Herbenus 115
. . Hugonius 119
. . Hovius 294
. . Launoius 252
. . Pauli 320
Maximilianus I. Imperator 123
Maximilianus Benjamus 170
Melchior Incoferus 324. 335
Melchior Rotelius 291
Mercurius Vipera 122
Michael ab Iſelt 218
Michael Alfonſus à Carança 266
Michael Auguſt. Bonarota 201
Michael Bajus 227
Michael Bultelius 228
Michael Carança 173
Michael Franciſcus 116
Michael Giſlerius 315
Michael Heldingus 170
Michael Heſronius 306
Michael Hoyerus 312
Michael Joannes Vim-bodinus 291
Michael Munocius 316
Michael Oronſuſpernus 175
Michael Paludanus 321
Michael Salon 172
Michael Silvius 185
Michael Thomaſius 184
Michael Thomas Salonus 241
Natalis Beda 131
Natalis Bailletus 199
Neophytus Rhodinus 302
Nicaſius Baxius 317
Nicaſius Ellebodius 178
Nicaſius Aurificus 186
Nicolaus Bieſius 193
. . Bobadilla 231
. . Boërius 150
. . Bocherius 199
. . Bonartius 273
. . Borbonius 154
. . Briſſius 199
. . Cauſſinus 320
. . Clenardus 146
. . Coeffœus 292
. . Cruſenius 296
. . Everardus 133. 197
. . Faber 272
. . Grandis 141
. . Grudius 142
. . Harpsfeldius 206
. . Herbornus 134
. . à Jeſu Maria 335
. . Maillardus 199
. . Montmorentius 282
. . Niſæus 126
. . Orlandinus 265
. . Pellicerius 154
. . Elovæus 115




Digitized by Google

Nicolaus Remigius 235
Riccardius 202
Rigaltius 303
Sanderus 209
Scorbergius 120
Villagagnonus 180
Obertus Gifanius 264
Octavianus de Tufo 299
Octavianus Pantagathus 198
Odoricus Raynaldus 330
Olivarius Hattemius 273
Olivarius Vredius 316
Oliverius Bonartius 300
Oliverius Maillardus 116
Onesimus de Kien 329
Onuphrius Geraldinus 324
Onuphrius Panvinius 182
Orontius Finæus 141
Ortuinus Gratius 141
Otho Truchsesius 192
Otho Zilius 323
Othomarus Luscinius 125
Paduanus Crassus 148
Paulus Annicola 137
Paulus Bersius 287
—— Bombinus 259
—— Comitolus 296
—— Cortesius 119
—— Girlandus 139
—— Gvidellus 171
—— Guidottus 273
—— Jovius 196
—— Justinianus 130
—— Laymannus 304
—— Manutius 177
—— Metezellus 225
—— Middelburgius 135
—— Offæus 265
—— Palacius 191
—— Paruta 247
—— Piasecius 398
—— Scriptor 117
Perafan de Rivera 315
Petrus Ægidius 134
Petrus Alargona 288
—— Alfonsus 118
—— Angelus Bargæus 276
—— Antonius Beuterus 219
—— Arcudius 285. 295
—— Bacherius 255
—— Berchorius 309
—— à Boexelaer 327
—— Bembus 148
—— Blanchot 303
—— Blomevenus 139
—— Bovius 125
—— Bulengerus 178. 226
—— Burrus 119
—— Canisius 237
—— Castellanus 303
—— Chirinus 260
—— Ciaconius 213
—— Coretus 257
—— Costus 157
—— Cortonus 292
—— Covarruvias 132
—— Crabbius 157
—— Crinitus 197
—— Cunæus 300
—— Danesius 152
—— de Arragon 241
—— de Monte 120
—— de Vega 216
—— Dinet 280
—— Fonseca 250
—— Fontidonius 174
—— Fovserius 255
—— Fragus 164
—— Franciscus Chiffletius 327
—— Frontidonius 191
Petrus Galatinus 123
—— Gallandius 173
—— Galesinius 203
—— Gambacurta 285
—— Garcias Galazza 212
—— Georgius Tolosanus 224
—— Gillius 152
—— Grimaldus 289
—— Jacobus Baccius 319
—— Joannes Nunnesius 243
—— Joannes Perpinianus 198
—— Justinianus 176
—— Jussanus 289
—— Lizetius 156
—— Loycx 333
—— Ludovicus 257
—— Malonus 259
—— Marcutus s. Morcatus 174
—— Maria Campus 259
—— Martyr Anglerius 117
—— Mexia 159
—— Michael 235
—— Morales 280
—— Nannius 162
—— Opmerus 243
—— Pantinus 274
—— Paulus Parisius 148
—— Pecquius 226
—— à Pedrosa 283
—— Petrinii 280
—— Postnaviensis 318
—— Ramus 173
—— Ravennas 119
—— Rebuffus 154
—— Ribadeneira 274. 276
—— Richardus 123
—— Rivius 115
—— Roestius 316
—— Rossetus 122
—— Roverius 309
—— Rua 154
—— Scarga 272
—— Serranus 191
—— Simonius 260
—— Sotus 176
—— Subertus 117
—— Sutor 129
—— Tyræus 256
—— Valderama 273
—— Vallius Peregrinus 259
—— Vega 143
—— Villarsius 216. 278
—— Wastelius 319
—— Ximenius 244
Philippus Chiffletius 327
Philippus à S. Jacobo 327
Philippus Beroaldus 119. 128
Philippus Decius 139
Philippus d'Outreman 310
Philippus Ferrarius 271
Philippus Guadagnolus 303
Philippus Moncæus 287
Philippus Montanus 171
Philippus Nigrius 184
Philomæus Cornelii 320
Pius III. Papa 117
Pius V. 188
Placidus à S. Teresia 324
Placidus Parmensis 167
Polycarpus Riverius 285
Pompejus Cariglianus 267
Pompejus Columna 247
Pompejus Thomasinus 347
Prosper Rossetus 235
Porchetus Salvaticus 125
Prosper Sanctacrucius 251. 226
Prosper Stellartius 202
Publius Fontana 263

Quintilianus Mandosius 152




Digitized by Google

Raimundus à Vineis 217
Raimundus Breganius 323
Raphael Aversa 309
Raphael Belliocampius 306
Reginaldus Polus 163
Reinardus Lutzius 125
Reinerus Pisanus 118
Reinerus Snoius 140
Richardus Bristolius 251
. . Pacæus 122. 137
. . Smithæus 171
. . Stanihurtus 282
. . Wasenburgius 152
Ricobonus Rhodiginus 253
Robertus Bellarminus 284
. . Bormers 316
. . Cenalis 170
. . Goulletius 138
. . Licensis 115
. . Personius 115
. . Schirwodus 138
. . Suertius 316
. . Turnerus 255
. . Wacfeldus 138
. . Wacopius 266
Rochus Pirrus 305
Rodericus Acuna 258
Rodolphus Bainus 161
Ruardus Tapperus 167
Ruggerius Tritonius 244
Rutgerus Rescius 138

Salmonius Macrinus 142
Salvatorius à Serra 322
Sanctes Pagninus 144
Scævola Sammarthanus 296
Scipio Cobellutius 270
Scipio Scambatus 321
Sebastianus Fantonus 290
Sebastianus Foxius 159
Sebastianus Medices 212
Seraphinus Caballus 174
Seraphinus Firmanus 145
Seraphinus Cumiranus 164
Seraphinus Olivarius 271. 272. 281
Sergius Risius 300
Silvanus Ractius 206
Silvester Petrasancta 319
Sigismundus Scacchia 299
Silvius Antonianus 258
Simon Maillæus 194
Simon Majolus 273
Simon Pelegromius 253
Simon Portius 181
Simon Verepæus 241
Simon Vigor. 194
Sixtus Medices 161
Sixtus Senensis 183
Stanislaus Gisephius 183
Stanislaus Hosius 208. 246
Stanislaus Orichovius 176
Stanislaus Socolovius 230
Stanislaus Lubienius 331
Stephanus de Avila 298
. . Biverus 304
. . Brutifer 116
. . Bubalus 300
. . Costanus 295
. . Fagundez 308
. . Forcatulus 213
. . Garibajus 210
. . Gardinerus 157
. . Guyonius 298
. . Leinatius 212
. . Paris 154
Stephanus Paulinus 323
. . Vinandus Pichius 259
. . Weyms 297
Suffridus Petrus 234
Symphorianus Champerius 119

Tacitus Nicolaus Zegerus 168
Tadæus Perulinus 215
Tarquinius Gallutius 299
Terentius Alciatus 299
Theobaldus Thamerus 184
Theodoricus Adamæus 143
Theodorus Antonius Peltanus 221
Theodorus Forestus 299
. . Godefridi 279
. . Hœpingus 332
. . Rubeus 299
. . Smising 296. 316
. . Smising 316
Theophylus Rainaudus 323
Theseus Ambrosius 145
Theresia à Jesu 262
Thomas Bozius 310
Thomas Burcherius 250
. . Campanella 302
. . Demsterus 250
. . de Jesu 240
. . à Jesu 335
. . Elisius 177
. . Gratianus 257. 297
. . Herrera 323
. . Hurtado 336
. . Hibernicus 220
. . Massuccius 301
. . Morus 136
. . Obicinus 324
. . Pulcher-Amicus 263
. . Radinus 125
. . Sanches 273
. . Stapletonus 171
. . à Villa Nova 178
. . Vius Cajetanus 135
Tilmannus Bredenbachius 169
Timotheus Ciabja Pimentelius 315
Torquatus Perottus 323
Valentinus Paschalius 325
Valentinus Rotmarus 220
Valeranus Varanius 121
Valerius Reginaldus 289
Ubertus Folieta 214. 242
Victor Giselinus 263
Victorius Scialach 261
Viglius Zuichemus 204
Vincentius Antistitius Justinianus 216
. . Bandellus 118
. . Barralis 280
. . Brunus 236
. . Ciconia 182
. . Filiucius 285
. . Geminianensis 141
Vincentii Justiniani plures 215
Vincentius Merius 216
. . Placentinus 159
. . Regius 280
. . Riccardius 325
. . Turrutetus 302
. . Ugolinus 261
Vitalis Zuccolius 272
Vitus Miletus 260
Ulysses Aldrovandus 244
Wolfgangus Lazius 159
Zacharias Lippelous 269
Zacharias Lillus 145
Zacharias Pasqualigus 329
Zacharias Salutiensis 305. 319


INDEX.

Digitized by Google

AB Alexandro Alexander.
A Basilica Petri Carolus.
Ab Arembergh Carolus.
Ab Astorga Joan. Vincent.
Ab Azpilcueta Martinus.
Abercombius Joannes.
Ab Hanswijk Florentius.
A Bononia Joannes.
A Boxelaer Petrus.
A Breda Cornelius.
A Capite Fontium Christoph.
A Castro Alfonsus.
A Castro Christophorus.
A Castro Matth.
Accarisius Jacobus.
Acceoltius Benedictus.
A Coria Didacus Martinez.
A Coriolano Francisc. Longo.
A Costa Josephus.
Acuna Rodericus.
Adamantius.
Adamæus Theodoricus.
Adelgadillo August. Nonius.
Adelphus Joannes.
Adornus Franciscus.
Ægidius Christophorus.
Ægidius Pet.
Æmilianus Hieron.
Adrianus Matthæus.
A Fosso Gaspar.
A Gauio Jacob. Raymundus.
A Glano Joannes Baptista.
Agnerius Joannes Baptista.
A Gouda Joannes.
Agricola Daniel.
Agricola Georgius.
Aguillonius Franciscus.
A Jesu Theresia.
A Jesu Maria Nicolaus.
A Jesu Maria Thomas.
A Jesu Maria Joannes.
Aiossa Antonius.
Alagona Pet.
Alba Joannes.
Alanus Guilielmus.
Albanus Joannes Hieron.
Albertus Haluicus Jacob.
Albertinus Arualdus.
Albertinus Franciscus.
Albertus Joannes.
Albertus Leander.
Alciatus Franciscus.
Alciatus Terentius.
Aldrouandus Ulysses.
Alexander Hieronymus.
Alegrius Marcus Antonius.
Alfonsus Petrus.
Algrinus Joannes.
Alexander Joannes.
Allatius Leo.
A Loghenhagen Jacob.
A Lotharigia Car.
Aloysius Joan.
A Ludegna Joan.
Alteustaig Joan.
Alterius Marius.
Alueldianus Augustinus.
Amaltheus Hieron.
A Mansfelt Carolus.
Amantius Bartholomeus.
A Matre Dei Martin.
A Mauden David.
Ambrosius Theseus
A Mendozza Alfonsus.
A Messana Isidorus.
Amicus Franciscus.
Amiotus Iacob.
Ammonius Lævinus.
Ampigollus Antonius.
Amstelodamus Alard.
Andreas Lucius.
Annicola Paulus.
Annius Ioannes.
Antolinez August.
Antonianus Siluius.
Antonius Marcus.
A Payna Didacus.
A Paze Franciscus.
A Pedrosa Pet.
Applanus Constantius.
A Porta Ioannes.
A Præsentatione Ægidius.
Apobolymæus Ioan.
Aqvaviva Claudius.
Aqvensis Matthias.
Aqvillonius Franciscus.
Araneus Clemens.
Arcudius Pet.
Arelatanus Ioan. Nicolaus.
Argentræus Bertrandus.
Argoces Molina Gundisaluus.
Arias Benedictus.
Arias Franciscus.
Ariostus Alexand.
Arminiacus Georgius.
A S. Angelo Franc.
A S. Antonio Christophorus.
A S. Augustino Hilarius.
A S. Floro Antonius Iordinus.
A S. Hieronymo Henricus.
A S. Iacobo Philippus.
A S. Maria Franciscus.
A S. Maria Hieron.
A S. Stephano Ioannes.
A S. Victore Fred.
A Serra Saluatorius.
A S. Theresia Placidus.
A Stunica Didacus.
Atestinus Ioan. Bapt.
Attichius Lud. Donius.
A Tortona Albertus Berutus.
A Valentia Gregorius.
Auerus Lambertus.
Auila Ludovicus.
Augerius Edmondus.
Anglerius Pet. Martyr.
Auersa Raphael.
Auila Ioan.
A Villa nova Thomas.
A Vineis Raymundus.
Aurificus Nicolaus.
Augustinus Antonius.
Augurellus Ioan. Aurelius.
Axelius Ioannes Honorius.
Azor Ioan.
BAccius Pet. Iacobus.
Bacherius Pet.
Badetus Arnoldus.
Badius Iudocus.
Bagotius Ioan.
Bahusius Bernardus.
Bajanus Andreas.
Bainus Rodolphus.
Baius Iacob.
Baius Michael.
Baldesanus Guilielmus.
Balduinus Franc.
Baleārius Franciscus.
Bandellus Vinc.
Bannes Dominicus.
Baphius Barthol.
Barbarus Daniel.
Barbosa Augustinus.
Bareletus Gabriel.
Bargeus Petrus Angelus.
Barlandus Adrianus.
Baronius Franc.
Baronius Iustus.
Baronius Cæsar.
Barralis Vincent.
Bartscius Fredericus.
Barulus Gab.
Bassæus Eligius.
Battaglinus Franciscus.
Bauarius Ægidius.
Bauchardus Almaricus.
Bauduinus Franc.
Baxius Nicasius.
Bazzeus Caspar.
Bechius Ioannes.
Becillus Cæsar.
Beda Natalis.
Beiselius Iudocus.
Belcarius Franc.
Bellaji Ioan.
Bellaji tres Fratres. p. 152.
Bellarminus Robertus.
Belliolanus Ioan. Lenseus.
Bellocampius Raphael.
Bellouacus Ioan. Picardus.
Bembus Pet.
Benius Franc.
Benedictus Ioan.
Benetus Cyprianus.
Beneventanus Marcus.
Beniamus Maximilianus.
Benterus Ioan. Antonius.
Bentiuolus Guido.
Berchorius Petrus.
Beroaldus Philippus.
Bertus Paulus.
Beuterus Petrus Antonius.
Beyerlinck Laurent.
Bidermannus Iacob.
Biesius Nicolaus.
Billichius Everardus
Binetus Stephanus.

Biſciola Lælius.
Blanchot Petrus.
Blærus Ioannes.
Blomevenna Petrus.
Bloſius Ludovicus.
Bobadilla Nicolaus.
Bobba Marcus Antonius.
Bocherius Nicol.
De Bachuare Benedictus.
Bochius Ioan.
Boerius Nicol.
A Boexelaer Petrus.
Bolducius Iacobus.
Bollandus Ioannes.
Boluitus Franciſcus.
Bombinus Paulus.
Bonacina Martinus.
Bonacina Martinus.
Bonadus Franc.
Bonamicus Lazarus.
Bonarota Michael Auguſt.
Bonartius Nicol.
Bonartius Oliverius.
Bonaventura Franc.
Boncompagnus Hugo.
Bonifacius Ioan.
Bonfrerius Iacob.
Bon-Ioannes Berardus.
Bonus Emerius.
Borbonius Ludovicus.
Borbonius Nicolaus.
Borderus Ioan.
Borgia Franc.
Borromæus Carolus.
Baſinus Bernard.
Boſius Antonius.
Boſſemius Matthias.
Boſſulus Matth.
Boſſus Matth.
Botta Barth.
Bouarus Conrardus.
Bovillus Car.
Bovinus Petr.
Bovius Ioan. Anton.
Bouſſardus Gaufredus.
Boymers Robertus.
Bozius Iacob.
Bozius Thomas.
Bozzius Franc.
Brechtas Lævinus.
Bredenbachius Matthias.
Bredenbachius Tilmandus.
Breganius Raymundus.
Brianſonius Guido.
Bringellianus Didacus.
Briardus Ioan.
Briſſius Nicol.
Briſſonius Barnabas.
Briſtolius Richardus.
Brixianus Ioan. Franciſcus.
Brixius Germanus.
Brodæus Ioan.
Broichotus Lazarus.
Brouwerus Chriſtophorus.
Brugora Galeatius.
Brundo Antiochus.
Brunus Conrardus.
Brunus Gabriel.
Brunus Vincent.
Bruſchius Gaſpar.
Brutifer Stephanus.
Bubalus Stephanus.
Budæus Guil.
Buchius Dominicus.
Bucoldianus Gerardus.
Buhderius Ioan.
Burcherius Thomas.
Burg. Ioan. Bapt.
Burrus Petrus.
Busbeqvius Augerius Gislen.
Buſæus Gerardus.
Buſæus Ioan.
Buſſidius Hieron.
Buſtus Georg.
Butkens Chriſtophorus.
Bzovius Abrahamus.

CAballus Seraphinus.
Cæſarinus Alexand.
Cæſius Felix Contelorius.
Cænalis Robertus.
Caetanus Conſtantinus.
Cagnolus Belmontes.
Calderinus Ioan.
Calvinus Iuſtus.
Camerarius Barthol.
Camitolus Paulus.
Campanella Thomas.
Campegius Camillus.
Campenſis Ioan.
Campianus Edmundus.
Campus Pet. Maria.
Capedronus Hieron.
Candidus Ioan.
Caniſius Pet.
Cannartus Ægidius.
Camertus Ioan.
Canterus Guil.
Capella Andreas.
Capilupi Lelius & Iul.
Capitonius Felicianus.
Capreolus Elias.
Caracciolus Cæſar Eugenius.
Caraſa Alexander.
Caraſa Antonius.
Caraſa Ioan. Petrus.
Carazius Martinus.
Carbaialus Ludovicus.
Cardanus Hieron.
Cardillus Gaſpar.
Cardona Ioan. Bapt.
Cariglianus Pompejus.
Caourſinus Guil.
Carraccia Archangelus.
Caranza Michael Alfonſius.
Carranza Barthol.
Carrio Ludovicus.
Carvaialus Franc.
Carvallius Antonius.
Cariophylus Ioan. Matth.
Caſa Joannes.
Caſaubonus Iſaacus.
Gaſcus Joannes.
Caſalenſis Chriſtophorus.
Caſalius Gaſpar.
Caſimirus Matthias.
Caſtaldus Ioan. Baptiſta.
Caſtalio Joſephus.
Caſtanæus Henricus Lud.
Caſtellanus Alb.
Caſtellanus Petrus.
Caſtellenſis Adrianus.
Caſtellinus Lucas.
Caſtellus Iulianus.
Caſtrus Leo.
Catharinus Ambroſius.
Cauſſinus Nicolaus.
Cayroſa Laurentius.
Cellarius Chriſtian.
Ceratinus Iacob.
Cereſola Flaminius.
Cervantes de Gaeta Gaſpar.
Champerius Symphorianus.
Chaneiſus Ioannes.
Chapeavillus Ioannes.
Cherchiarius Ioan. Aloyſius.
Cheron. Ioannes.
Chiffletij. p. 326. ſeq.
Cheynerus Iacob.
Chirinus Pet.
Chryſolneus Guil.
Ciabra Timotheus.
Ciaconius Pet.
Cicarella Antho.
Ciconia Vincent.
Cloarius Iſidorus.
Clavius Chriſtoph.
Clemens Claudius.
Clenardus Nicol.
Clerus Hermes.
Clichtovæus Iudocus.
Clingius Conrardus.
Cobellutius Scipio.
Coccinus Ioan. Bapt.
Coccius Iudocus.
Cochlæus Ioannes.
Collinus Conrad.
Colvenerius Georgius.
Columbus Hieronym.
Columna Aſcanius.
Columna Anton. Marſilius.
Columna Marcus Antonius.
Columna Pompeius.
Conæus Georgius.
Contreras Alfonſ.
Contarenus Gaſpar.
Coqvæus Leonardus.
Conſorcius Claudius.
Commandinus Fredericus.
Copus Alanus. vide Harpſf.
Coqvæus Leonardus.
Cordeſius Eutychius.
Cordubenſis Franc.
Coretus Petrus.
Cornarus Aloyſius.
Cornelii Philomænus.
Corſelius Gerardus.
Corteſius Gregorius.
Corteſius Paulus.


Digitized by Google

Cortonenſis Epiſc. Hieron.
Coſta Steph.
Coſterus Franc.
Coſterius Ioan.
Coſtus Pet.
Cotovicus Ioan.
Covarrauuias Pet.
Couatruuias Anton.
Covarruuias Didacus.
Crabbeus Ioan.
Crabbius Petrus.
Craneueldius Franc.
Crantzus Alb.
Craſſus Damianus.
Craſſus Paduanus.
Crectæus Nicolaus.
Creſſolius Ludovicus.
Crinitus Pet.
Crocus Cornel.
Croeſel Cyprianus.
Cromerus Martinus.
Cruccius Hannibal.
Crucius Ludov.
Cruſenius Nicolaus.
Cucqvius Henricus.
Cuiacius Iacob.
Cumiranus Seraphinus.
Cumnius Ioan. Fredericus.
Cunæus Petrus.
Cuperus Laurentius.
Curiel Joan. Alfonſus.
Curtellus Marius.
Cortius Cornelius.
Cuſpinianus Joannes.
Cuvillonius Ioannes.

DAgonæus Ioannes.
Dalmacia Emanuel.
Damhouderus Judocus
Dampetrus Ioannes.
Daneſius Petrus.
Daza Didacus.
Dathus Auguſtinus.
Daventrienſis Ioan.
De Arragon Petrus.
De Avila Stephanus.
De Ballinghem Antonius.
De Bellovifu Armandus.
De Baeza Didacus.
De Burgo Joannes.
De Caſtro Palao Ferdinand.
De Celada Didacus.
Decius Philippus.
De Eſcobar & Mendoza Ant.
De Fonſeca Chriſtophorus.
De Fonte Naio Guiliel.
De Ieſu Thomas.
De Kien Oneſimus.
De la Cerda Ioan. Ludovic.
De la Cruz Hieronymus.
De la Haye Ioannes.
De las Cuevas Franciſcus.
De la Vera Martinus.
De Leone Alfonſus.
De Lezana Ioannes Baptiſta.
De los Rios Bartholomeus.
Delphus Ægidius.
Delrius Martinus Ant.
De Lugo Franciſcus.
De Lugo Ioannes.
De Madriaga Ioannes.
De Marnix Ioannes.
DeMartyribusBartholomæus.
De Mendoza Franciſcus.
De Mendoza Ioan. Gonzal.
De Monte Ioan. Maria.
De Montoya Lucas.
De Montoya Ludovicus.
Demſterus Ludovicus.
Demſterus Thomas.
De Pennaloſa Ambroſius.
De Pineda Ioanes.
De Ribera Antonius.
De Ripalda Ioannes Martin.
Dernoyus Bonaventura.
De Riviera Perſian.
De Rota Claudius.
De Sala Ioannes.
De S. Stephano Ioannes.
Deſ-Bois Engelbertus.
De Simeonibus Gaſpar.
De Sylva Garcias.
De Spina Bartholomæus.
De Spinoſa Franciſcus.
De Summa Agatius.
De Sylva Didacus.
De Trinitate Auguſtinus.
De Tuſo Octavianus.
De Vega Petrus.
De Vera Marcus Ludov.
De Vſingen Barth.
De Witte Auguſtinus.
Deza Didacus.
De Zuniga Franciſcus.
Diagus Franciſcus.
Diana Antonius.
Dias Ioannes Bernardus.
Dietenbergius Ioannes.
Dinet Petrus.
Docæus Ioannes.
Dodo Auguſtinus.
Domaninus Lactantius.
Donatus Alexander.
Donatus Hieronymus.
Donatus Ioannes Paulus.
Dorpius Martinus.
D'Outreman Philippus.
Draſconitius Gregorius.
Drexelius Hieremias.
Driedo Ioannes.
Duardus Leonardus.
Dublinius Ioannes.
Dubravius Joannes.
Ducæus Fronto.
Duncanus Martinus.
Durantius Ioannes Steph.
Durerus Albertus.
Dux Saxo Georgius.

ECkius Ioannes.
Ederus Georgius.
Eſengrenius Guilielmus.
Eiſengrenius Martinus.
Ellebodius Nicaſius.
Eliſæus Thomas.
Empolus Laurentius.
Emſerus Hieronymus.
Epo Boetius.
Eraſmus Deſiderius.
Eſpencæus Clandius.
Eſtenſis Hippolytus.
Eſtius Guilielmus.
Ethringius Georgius.
Etzelius Balthazar.
Eudæmon Ioan. Andreas.
Enen Ioannes.
Everardus Nicolaus.
Eulalius Aaurus Gometius.
Euſebius Ioannes.
Eyckius Iacobus.

FAber Georgius.
Faber Guido.
Faber Iacobus.
Faber Ioannes.
Faber Matthias.
Faber Nicolaus.
Fabricius Andreas.
Faernus Gab.
Fagundez Stephanus.
Falco Aimarus.
Fontonus Sebaſtian.
Faſolus Hieronymus.
Felicianus Ioan. Bernardus.
Ferdinandus Ioannes.
Ferrantius Gaſpar.
Ferrarienſis Baptiſta.
Ferrarius Ioan. Baptiſta.
Ferrarius Philippus.
Ferrarius Hierentius.
Ferrerius Ioannes.
Ferrerius Renaldus.
Ferrettus Ioan. Pet.
Ferronus Arnoldus.
Ferus Ioannes.
Ferruſius Iacob.
Feutri Marcus Aurelius.
Ficlerus Ioan. Baptiſta.
Fidelis Ludovicus.
Fiera Baptiſta.
Filiucius Vincentius.
Finæus Orontius.
Finzanus Auguſtinus.
Fiſcherus Ioannes.
Fiſonus Bartholomæus.
Fitz Simon Henricus.
Flaminius Ioan. Ant.
Floravantius Hieronymus.
Florabellus Antonius.
Florentinus Adamas.
Florerius Franciſcus.
Folengius Ioan. Bapt.
Folieta Ubertus.
Fonſeca Petrus.
Fontana Publius.
Fontanus Iacobus.
Fontidonios Petrus.
Fontius Gaſpar.
Forcatulus Stephanus.
Forerus Laurentius.
Foreſtus Theodorus.

Forget Germanus.
Fornerus Fredericus.
Fourerius Pet.
Foxius Sebastianus.
Fragus Petrus.
Franchemius Marcellus.
Franciscus Michael.
Franciscus.
Francus Casparus.
Freherus Marqvardus.
Fremiotus Andreas.
Fridevallius Hugo.
Fromondus Libertus.
Fulgosius Baptista.
Fumau Adam.
Fumus Bartholomæus.
Furius Fredericus.
Furnerius Robertus.

GAffarellus Iacobus.
Gagnejus Ioan.
Galatinus Pet.
Galazza Petrus Garcias.
Galenus Matth.
Galesinius Petrus.
Gallandinus Petrus.
Gallonius Antonius.
Galluccius Angelus.
Gallucius Tarqvinius.
Gambacurta Petrus.
Gandanus Guilielmus.
Gandavensis Corn. Ianssen.
Garetius Ioannes.
Gardinerus Stephanus.
Garibaius Stephanus.
Garcias Fortunius.
Gauricus Lucas.
Geiler Ioannes.
Gelida Ioannes.
Geminianensis Vincentius.
Gemma Cornelius.
Genebrardus Gilbertus.
Genesius Ioan.
Gentius Guilielmus.
Georgeuicius Barthol.
Georgius Franciscus.
Geraldinus Onuphrius.
Gerardus Antonius.
Germonius Athanasius.
Gevartius Ioannes & Casp.
Ghirardelus Africanus.
Ghislerius Michael.
Gibalinus Ioannes.
Gibieuf Guilielmus.
Gibonus Ioannes.
Gigas Hieron.
Gillias Petrus.
Gilselius Amandus.
Galandus Paulus.
Giselinus Victor.
Gisephius Stanislaus.
Goar Iacobus.
Goclevius Conrard.
Godefridi Theodorus.
Goethalsius seu Bonicollius Franciscus.
Goetius Damianus.
Gomesius Bernardus.
Gongora Ludovicus.
Gonzaga Ioan.
Gonzales Gaspar.
Gordonius Iacobus.
Goropius Ioannes.
Gotifredus Alexander.
Goueani Martialis Andr. Ant.
Gramajus Ioan. Baptista.
Gramondus Bartholomæus.
Granadus Iacobus.
Granatensis Ludovicus.
Grandi Nicol.
Gratianus Thomas.
Gratius Ortuinus.
Gravius Gualterus.
Gravius Henricus.
Gretserus Iacob.
Grillus Ioannes Matth.
Grimanus Dominicus.
Grinaldus Petrus.
Grodecius Ioannes.
Groperus Ioannes.
Grudius Nicol.
Gruterus Lambertus.
Guadagnolus Philippus.
Guadalaxara Marcus.
Gualterus Iacob.
Guarinus Baptista.
Guevara Hieronymus.
Guernericus.
Guicciardinus Ludovicus.
Guidacerius Agatius.
Guidellus Paulus.
Guidiccionus Lælius.
Guidottus Paulus.
Guiliandus Claudius.
Guyonius Stephanus.

HAdrianus Ioan. Bapt.
Haefftenius Benedictus.
Haju Belga Ioan.
Haju Scotus Ioan.
Hangestus Hieronymus.
Haræus Franciscus.
Harlemius Ioan. Guil.
Harphfeldius Nicol.
Hasselius Ioannes.
Hattemius Olivarius.
Havensius Arnoldus.
Hauetus Antonius.
Heidenus Ioannes.
Hebdingus Michael.
Hemelarius Ioannes.
Hemeræus Claudius.
Hebmesius Henricus.
Hemus Franciscus.
Henningus Marcus.
Henriqvez Chrysostom.
Herbenus Matth.
Herbornus Nicol.
Hermes Hieron.
Herrera Thomas.
Heruetus Gentianus.
Hesronita Michael.
Hesselius Ioannes.
Hentenius Ioan.
Hibernicus Thomas.
Hoepingus Theodorus.
Hofmeisterus Ioannes.
Hofstadius Adrianus.
Hojus Andreas.
Holen Godescalcus.
Holstenius Lucas.
Hoochstratanus Iacob.
Hopperus Ioachimus.
Horantius Franciscus.
Horbestus Benedictus.
Hosius Stanislaus.
Hovius Matthias.
Houpellandus Guilielmus.
Hoyerus Michael.
Hugo Hermannus.
Hugonius Iacobus.
Hugonius Matthias.
Humolus Augustus.
Hungerus Alb.
Huntindorienſis Henricus.
Hurtadus Gaspar.
Hurtado Thomas.

IAcobus Magdalius.
Jansenius Cornelius.
Iarsoniu Iacob.
Illescas Gundisaluus.
Incoferus Melchior.
Insulanus Guil.
Ioliffus Henricus.
Iongelinus Gaspar.
Iovius Paulus.
Isaacus Ioannes.
Isella Franciscus.
Isolanus Isidorus.
Iudex Baptista.
Iunius Balduinus.
Iussanus Ioannes Petrus.
Iussanus Petrus.
Iustinianus Benedictus.
Iustinianu Paulus.
Iustinianus Petrus.
Iustinianus Vinc. Antistidius.

KEarnæus Barnabas.
Kienj Onesimus.

LAbata Franciscus.
Lambinus Dionysius.
Lamelottus Ioan. Paulus.
Lamerman Guilielmus.
Lancilottus Cornelius.
Lancilottus Henricus.
Langius Carolus.
Lanovius Franciscus.
Lanspergius Ioan. Iustus.
Lantmetrius Laurentius.
Landt-Heere Guilielmus.
Lascaris Ioannes.
Lascus Albertus.
Latinius Latinus.
Latinus Ioannes.
Latomus Bartholomæus.
Latomus Iacob.
Latomus Ioan.
Latomus Iunior Iacob.
Latomus Senior Iacob.
Laudinus Christophorus.

Lau-

Launoius Matthæus.
Lavorius Julius.
Lauredanus Leonardus.
Lauretus Hieronymus.
Laymannus Paulus.
Laymus Iacob.
Lazardus Ioan.
Lazius Wolfgangus.
Ledesma Iacob.
Ledesma Mart.
Leens Eduardus.
Legionensis Aloysius.
Legionensis Lud.
Leinatius Stephan.
Lellius Camillus.
Lellus Aloysius.
Lemmius Lævinus.
Lentus Josephus.
Le Paige Ioan.
Lepus Stunica Didacus.
L'ermite Martinus.
Lessius Leonardus.
Lethmatius Hermannus.
Leyva Didacus Covarruvias.
Licensis Robertus.
Lilius Aloysius.
Lilius Guil.
Lindanus Guil.
Lintrensis Barth. Petrus.
Lippellous Zacharias.
Lipomanus Aloysius.
Lipsius Iustus.
Lipsius Martinus.
Livineius Ioan.
Lizetius Petrus.
Loaisa Garcias.
Locrius Ferreolus.
Loiola Ignatius.
Lombardus Francisc.
Longolius Christoph.
Lopez Didacus.
Lopez Gregor.
Lopezius de Castaveda Ferd.
Lorichius Gerard.
Lorichius Iudocus.
Lorinus Ioannes.
Loriot Franciscus.
Loscus Augustinus.
Lucienius Stanislaus.
Lucas Franciscus.
Lucheſus Franciscus.
Ludovicus Petrus.
De Lugo Franciscus.
Lugus Ioannes.
De Lugo Joannes.
Luscinius Othomarus.
Lusitanus Henricus.
Luczius Reinardus.
Luxemburgius Bernardus.
Lyræus Hadrianus.

MAcer Gaspar.
Macrinus Salmonius.
Macropedius Greg.
Madridius Christoph.
Massæus Ioan. Petrus.
Magalianus Cosmas.
Magnus Hieronymus.
Magnus Ioannes.
Maillardus Nicolaus.
Maillardus Oliverius.
Mailleus Simon.
Mainus Iason.
Maiolus Simon.
Maire Joannes.
Malacrida Martius.
Maldonatus Burgensis Ioan.
Maldonatus Soc. Iesu Ioan.
Malmesburiensis Guilielmus.
Malonus Petrus.
Manderstonus Guilielmus.
Mandosius Qvintilianus.
Manerbius Alexander.
Mansius Marcellus.
Mantelius Ioannes.
Mantiza Franciscus.
Mantua Marcus.
Manutius Aldus.
Manutius Paulus.
Marasca Christophorus.
Marhtius Ludovicus.
Marcellus Christophorus.
Marchesinus Ægidius.
Maria Angelus.
Maria Gabriel.
Maria Taurusius Franciscus.
Mariana Ioan.
Marinarus Anthonius.
Marinæus Lucius.
Marinus Marcus.
Marius Adrianus.
Marius Leonardus.
Marlianus Aloysius.
Marlianus Ambrosius.
Marnavitius Ioan. Tomcus.
Maroqvinus Andreas.
Marqvez Ioan.
Marshallus Ioan.
Martellus Brachius.
Martinellus Floranantes.
Marulus Marcus.
Mascardus Augustinus.
Mascalus Ioan. Baptista.
Masius Andreas.
Masius Theodorus.
Massuccius Thomas.
Matamorus Alfonsus.
Matamorus Alfonsus Garcias.
Matthisius Gerardus.
Monrolicus Francisc.
Medices Sebast.
Medices Sixtus.
Megallius Marcellus.
Meierus Iacob.
Meizatus Iacob.
Melanesius Blasius.
Mendoza Didacus.
Mendoza Francisc.
Menesius Alexius.
Menochius Ioan. Steph.
Mensiagus Ioan.
Mercatus Iaco.
Mercerius Ioan.
Mercerus Guilielmus.
Mercurianus Everardus.
Mercurius Ioannes.
Mercutus Petrus.
Merius Vincentius.
Merlinus Iacob.
Mermannus Arnoldus.
Metezellus Paulus.
Mexia Petrus.
Meyerus Antonius.
Michael Ioan.
Michael Petrus.
Micon Ioannes.
Middelburgius Iacob. Ant.
Middelburgius Paulus.
Middendorpius Iacobus.
Midocius Ioan.
Miletus Vitus.
Mingnarda Felicianus.
Miteus Christophorus.
Mocqvetius Ioan.
Moens Adrianus.
Molina Antonius.
Molina Ludovicus.
Molinettus Ioan.
Monachus Grimaldus.
Moncæus Philippus.
Moncurtius Ægidius.
Moneta Ioan. Petrus.
Monilianus Clemens.
Monilius Iacobus.
Monlucius Blasius & Ioan.
Monopolitanus Hieronymus.
Montalbanus Ioannes Bapt.
Montanus Philippus.
Montmorentius Nicol.
Morales Petrus.
Moralis Ambrosius.
Morbecius Adrianus.
Morellius Guilielmus.
Moreschinius Augustinus.
Moringus Gerardus.
Morinus Ioanes.
Moronus Ioan. Card.
Morus Thomas.
Movelius Joannes.
Munocius seu Munozio Mich.
Muretus Marcus Ant.
Murmellius Ioan.
Murtula Gaspar.
Musius Cornelius.
Mussus Cornelius.
Myddelton Carolus.

NAchera Emanuel.
Naclantus Iacob.
Naldius Antonius.
Nannius Petrus.
Natalis Hieronymus.
Nausea Fredericus.
Natta Marcus Antonius.
Nebrissensis Ælius Antonius.
Nepos Bonaventura.
Neviavius Marcus.
Nicius Ianus.
Nicolaus Francisc.

Nidanus Ioan. Pistorius.
Niger Hieron.
Nigronus Julius.
Nigrus Philippus.
Niphus Augustinus.
Nisæus Nicolaus.
Nissenus Didacus.
Nobilius Flamin.
Noguera Jacob.
Nonius Ferd.
Novarinus Aloysius.
Nunius Gregorius.
Nunius Ioan.
Nunnensius Pet. Ioan.
OBicinus Thomas.
Ocampius Florianus.
Octavus Angl Rex Henr.
Odespun Ludovicus.
Offæus Paulus.
Olavius Martinus.
Oleaster Hieron.
Olivarius Ioan.
Olivarius Seraphinus.
Omphalius Iacobus.
Oonselius Guilielmus.
Opmerus Petrus.
Oranus Ioan.
Orantus Franciscus.
Orichonius Stanislaus.
Orozco Alfonsus.
Orlandinus Nicol.
Oronsulpæus Michael.
Ortelius Abrahamus.
Ortisius Franciscus.
Ortizius Blasius.
Osorius Ioan.
Offatus Arnoldus.
Ossenensis Franciscus.
Osorius Hieronymus.
Ostiensis Ioan. Baptista.
PAccius Antonius.
Pacæus Richardus.
Pagninus Sanctes.
Pailletus Natalis.
Palacius Paulus.
Palancus Ioannes.
Palæotus Alfonsus.
Paleotus Gab.
Pallavicinus Fabricius.
Palma Fonteius Cosmas.
Palmus Benedictus.
Paltzius Ioannes.
Paludanus Ioan.
Paludanus Michael.
Pamelius Iacob.
Pantagatus Octavianus.
Pantinus Petrus.
Panuinius Onuphrius.
Papa Pius III.
Paris Stephanus.
Parisius Petrus Paulus.
Parvus Guilielmus.
Paruta Paulus.
Paschalius Valentinus.
Pasqualigus Zacharias.
Patavinus Christophorus.
Patricius Franciscus.
Paulanus Francisc.
Pauli Aldus.
Pauli Matthias.
Paulinus Ioan.
Paulinus Stephanus.
Paulus Hieronymus.
Pavonus Francisc.
Pecquius Petrus.
Peffercornus Ioannes.
Pelegromius Simon.
Peleterius Ioannes.
Pellicerius Nicol.
Peltanus Theodorus Ant.
Pelugus Iulius.
Peraldus Guilielmus.
Peregrinus Alexander.
Peregrinus Petrus Vallius.
Perionius Joachimus.
Perlinus Ioannes.
Perottus Torquatus.
Perpinianus Pet. Ioan.
Peronus Iacobus.
Perusinus Tadæus.
Petilius Marcus Antonius.
Petra-sancta, Silvester.
Petrinii Petrus.
Petrus Cuverus.
Philaretus Gilbertus.
Piasecius Paulus.
Pichius Steph. Vinandus.
Picolominæus Franciscus.
Picolus Albertus.
Picus Ioan.
Pierius Ioan.
Piersenæus Ipren. Heremias.
Pighius Albertus.
Pighius Ioan. Bapt.
Pimenta Emanuel.
Pinarius Gundisalvus.
Pinatus Abbanus.
Pintus Iacobus.
Pipinus Guilielmus.
Pirezius Didacus.
Pisanus Alfonsus.
Pisanus Reinerus.
Pisaurensis Eugenius.
Pistor Ioan.
Pitheus Joan.
Pithius Joan.
Placentinus Vincentius.
Placentinus.
Platus Hieronymus.
Plovius Nicolaus.
Polygranus Franciscus.
Politus Lancelotus.
Paludanus Arnoldus.
Paludanus Henricus.
Polus Reginaldus.
Pontanus Franciscus.
Pontanus Iacobus.
Pontanus Ludovicus.
Pontanus Roverus.
Pontius Basilius.
Portesius Ioannes.
Portius Simon.
Posnaviensis Petrus.
Possevinus Antonius.
Poteanus Ioan.
Pradus Hieronymus.
Pratanus Richardus.
Pratensis Felix.
Prateolus Gabriel.
Premislien. Valentinus Ep.
Prissianensis Iulius.
Prunæus Jacob. Billius.
Puduanus Bellinus.
Pulcher Amicus Thomas.
Puteanus Erycius.
Puteanus Franciscus.
Puteanus Ioannes.
Putherbeus Gabriel.
Pyrrhus Ianus.
QVærengus Antonius.
Qverstamerus Gaspar.
Quinquarboreus Ioannes.
Quintanaduenas Antonius.
Quintinus Ioannes.
RActius Silvanus.
Raderus Matthæus.
Radinus Thomas.
Raggazonus Hieron.
Reinaldus Alexander.
Rainaudus Theophilus.
Ramirez de Prado Laurent.
Ramus Petrus.
Raphelengius Franciscus.
Ravennas Petrus.
Ravesteinius Iudocus.
Raynaldus Odoricus.
Rebellus Ferdinandus.
Rebuffus Petrus.
Recupitus Julius Cæsar.
Redoanus Guilielmus.
Reginaldus Valerius.
Regius Henricus.
Regius Vincentius.
Remigius Nicolaus.
Ræmundus Florimundus.
Rescius Rutgerus.
Resendius Andreas.
Reverius Franciscus.
Rhodiginus Ricobonus.
Rhodinus Neophytus.
Ribadeneira Pet.
Ribera Franciscus.
Ricardus Ægidius.
Riccardius Nicolaus.
Riccardius Vincentius.
Riccius Joan.
Richardotus Franciscus.
Richardus Petrus.
Richeomus Ludovicus.
Richerius Christophorus.
Rigaltius Nicolaus.
Rioche Ioan.
Risius Sergius.
Riverius Polycarpus.
Rivierus Ludovicus.
Rivius Ioan.
Rivius Petrus.
De los Rios Bartholomæus.

Kal

Roa Avila Ioan.
Roa Martinus.
Roberti Ioan.
Rocca Angelus.
Rodriguez Alfonſus.
Roeſtius Petrus.
Roias Martinus.
Romanus Adrianus.
Romanus Emanuel.
Romanus Hieronymus.
Romanus Ioan. Baptiſta.
Romæus Franciſcus.
Roſcius Julius.
Roſellius Ioan. Baptiſta.
Roſemundus Godeſcalcus.
Roſſetus Petrus.
Roſſius Bonon. Damianus.
Roſweydus Heribertus.
Rotelius Melchior.
Rotmarus Valentinus.
Rottendorffius Bernardus.
Roverius Petrus.
Rovillus Guilielmus.
Rua Petrus.
Rubeus Hieronymus.
Rubeus Theodorus.
Ruæus Franciſcus.
Ruſæus Arnulphus.
Ruteus Antonius.
Ruthardus Gaſpar.
Ruzola Dominicus.
Ryckius Gandavenſis Iuſtus.
Rythovius Martinus.
Saavedra Didacus.
Sa Emanuel.
Sadoletus Jacob.
Sagarro Angelus.
Sagerius Cardinal.
Saleſius Franciſcus.
Salmanus Iacobus.
Salinus Bernardinus.
Salmeron Alfonſus.
Salon Michael.
Salonus Michael Thomas.
Salvaticus Porchetus.
Salutienſis Zacharias.
Salutius Bartholomæus.
Samphilus Joſephus.
Sanazarius Iacob.
Sanches Gaſpar.
Sanches Thomas.
Sanctarellus Antonius.
Sanctefius Claudius.
Sanctius Gaſpar.
Sanctius Leo.
Sanctotiſius Chriſtophorus.
Sanderus Antonius.
Sanderus Nicolaus.
Sandius Eduardus.
Sandovallius Bernardinus.
Sanctacrucius Proſper.
Saphorius Arnoldus.
Scardeonius Bernard.
Sarmientus Franciſc.
Saſboldus Adamus.
Satzgerus Gaſpar.

Savanarola Hieronymus.
Savellus Chryſoſtomus.
Sauſſaius Andreas.
Sayerus Gregorius.
Scacchus Fortunatus.
Scalabonius Laurens.
Scaliger Julius Cæſar.
Scencqvius Franciſc.
Scepperus Cornel.
Scepperus Jacobus.
Schenckelius Lambert.
Schierwodus Robert.
Schottus Andreas.
Schultetus Alexand.
Schultingius Cornelius.
Scialach Victorius.
Scipio Marcus Antonius.
Scorbergius Nicolaus.
Scortia Ioan. Bapt.
Scribanius Carolus.
Scriptor Paulus.
Schulkenius Adolphus.
Scarga Petrus.
Secundus Ioan.
Sedulius Henricus.
Segers Iacobus.
Seiſelius Claudius.
Senenſis Adeodatus.
Senenſis Bartholomæus.
Senenſis Sixtus.
Seripandus Hieronymus.
Serranus Petrus.
Serranus Conſtantius.
Severanus Ioan.
Sfondratus Franciſcus.
Sgambatus Scipio.
Siccus Anacletus.
Sichenius Euſtachius.
Siculus Rochus Pirrus.
Siliceus Ioan.
Silveſtrius Franciſcus.
De Silva Didacus.
Silvius Franciſcus.
Silvius Michael.
Simancas Iacobus.
Simoneta Bonifacius.
Simonius Petrus.
Sirenius Julius.
Sirletus Guilielmus.
Sirmondus Iacobus.
Slotanus Ioannes.
Smiglerius Martinus.
Smiſing Theodorus.
Smithæus Richardus.
Snoius Reinerus.
Soarez Ioannes.
Sokolovius Stanislaus.
Solimanns Julius.
Sonnius Franciſcus.
Sopranius Ioan. Hieron.
Sorius Balthaſar.
Soſſetus Proſper.
Soteallus Ioannes.
Sotus Dominicus.
Sotus Petrus.
Sonrezius Ioannes.

Souromanus Georgius.
Spadius Ioan. Baptiſta.
Spitholdius Egbertus.
Spoelbergius Guilielmus.
Spondanus Henricus.
Stanihurtius Richardus.
Stapert Cyprianus.
Staphylus Fredericus.
Stapletonus Thomas.
Statius Achilles.
Stefanus Joſephus.
Stella Didacus.
Stella Eraſmus.
Stella Ioan. Baptiſta.
Stella Io. Chriſtoph. Calveto.
Stella Ioan.
Stellartius Proſper.
Stengelius Georgius.
Steuchus Auguſtinus.
Strada Famianus.
Strada Franciſcus.
Straſelius Ioan.
Strazzia Laurentia.
Strozius Ioannes.
Struchius Guilielmus.
Suarelius Ioſephus Maria.
Svarez Cyprianus.
Svarez Franciſcus.
Subertus Petrus.
Sueconius Cornelius.
Suertius Robertus.
Superantius Lazarus.
Surita Hieronymus.
Surius Laurentius.
Surius Ioan.
Sutenius Chriſtophorus.
Sutor Petrus.

Tabares Antonius.
Tabienſis Ioan.
Tannerus Adamus.
Tapperus Ruardus.
Tarapha Franciſcus.
Tarchagniota Ioan.
Taſſelon Ioan.
Tetzelius Ioannes.
Terrenlinus Hieronymus.
Tevius Iacobus.
Thadæus Dermicius.
Thamerus Theobaldus.
Theodoretus Ioan. Arcerius.
Theodorici Ioannes.
Thinæus Cajetanus.
Thiræus Hermannus.
Thomæus Michael.
Thuanus Auguſtus.
Tilius Ioannes.
Tilmandus Godeſcalcus.
Tiraboſcus Lucretius.
Tiræus Petrus.
Tirius Iacobus.
Titelmannus Franciſcus.
Toleſanus Petrus Georgius.
Toletanus Alvarus Gometius.
Toletus Franciſcus.
Tollenarius Ioan.
Tonſtallus Gutbertus.

Topiarius Ægidius.
Torrenſis Hieronymus.
Torrentius Levinus.
Torreſius Bartholomæus.
Tortora Homerus.
Trauerſius Ioannes.
Tribaldus Ludovicus.
Triſſinius Gaſpar.
Trithemius Ioannes.
Tritonius Ruggerius.
Trivultius Auguſtinus.
Truchſelius Otho.
Turſellinus Horatius.
Turrianus Franciſcus.
Turnebus Adrianus.
Turnerus Robertus.
Turonius Franciſcus.
Turturetus Vincentius.
Tuſanus Iacobus.
Tuſchus Dominicus.
Valderama Petrus.
Valerius Auguſtinus.
Valerius Cornelius.
Valero Ioannes.
Valperga Bartholomæus.
Valtrinus Ioan. Ant.
VanderSterre Ioan. Chryſoſt.
Vantius Angelus.
Varanius Valeranus.
Varentius Lanus.
Varrerius Gaſpar.
Vaſarius Georgius.
Vaſconcellius Antonius.
Vaſæus Ioannes.
Vaſqves Gabriel.
Vatablus Franciſcus.
Vbaldinus Alexander.
Veccus Ioannes.
Vecerius Conrad.
Vega Petrus.
Veldius Iacobus.
Velmontius Ioannes Maria.
Venturius Elizæus.
Veracrutius Alfonſ. Guter.
Verdugus Martinus.
Verepæus Simon.
Vergara Franciſcus.
Vergara Ioann.
Veriſa Ioannes.
Verlenius Hieronymus.
Veronius Franciſcus.
Verratus Ioan. Maria.
Veruelius Alfonſus.
Veſalienſis Arnoldus.
Vghellus Ferdinandus.
Vgolinus Bartholomæus.
Vgolinus Vincentius.
Vicedominus Franciſcus.
Victorellus Andreas.
Victorinus Marianus.
Vicus Henricus.
Vida Marcus Hieronymus.
Viegas Blaſius.
Vielmus Hieronymus.
Viexmontius Claudius.
Vigerius Marcus.
Vigor Simon.
Viguerius Ioannes.
Viletanus Ludov. Ioan.
Villagagnonus Nicolaus.
Villalpandus Ioan. Baptiſta.
Villa Vincentius Laurent.
Villegas Martinus Bernard.
Villetanus Joannes.
Vimpina Conrardus.
Vipera Mercurius.
Viringus Ioan. Valerius.
Vita Franciſcus.
Vitellinus Bonifacius.
Viterbienſis Ægidius.
Vivaldus Joan. Ludovicus.
Vivecus Iacobus.
Vivianus Julianus.
Vius Cajetanus Thomas.
Voellus Ioannes.
Vorburgius Ph. Ioan.
Voſſius Gerardus.
Vranius Henricus.
Vredius Orivarius.
Vrſellius Laurentius.
Vrſinus Fulvius.
Vrſtiſius Chriſtianus.
Vulpes Antonius.
Wacfeldus Robertus.
Wacopius Robert.
Waddingus Lucas.
Wameſius Joannes.
Waſenburgius Richardus.
Waſtelius Petr.
Wemmerius Iacobus.
Wendelinus Godefridus.
Werlinus Balth.
Weyms Stephanus.
Wicelius Georg.
Widmanſtadius Ioan. Alb.
Wiggerus Ioannes.
Willerus Georg.
Willotius Henricus.
Windec. Ioan. Paulus.
Wionus Arnoldus.
Wishauæus Corn.
Wolffius Hieron.
Wenius Ioannes Bapt.
Woverius Ioannes.
Xaverius Franc.
Xaverius Hieronymus.
Ximenius Franc.
Ximenius Hieronymus.
Ximenius Petrus.
Xodar Franciſcus.
Zamora Franciſcus.
Zamoſcius Ioannes.
Zanchius Baſilius.
Zapata Ioannes.
Zecchius Lælius.
Zegrus Tacitus Nicolaus.
Zenocarus Guilielmus.
Ziglerus Jacobus.
Zilius Otho.
Zoeſius Henricus.
Zuallart Joan.
Zuchius Barth.
Zuccolius Vitalis.
Zuichemus Viglius.
Zypæus Franciſcus.
Zypæus Henricus.

# FINIS.



Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google